




VILLANOVANI
OPERA
OMNIA











DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 101
COLLECTION


SOL
I
D

ARNALDI VILLANO-VANI

PHILOSOPHI ET MEDICI SVMMI

Opera omnia.

Cum NICOLAI TAVRELLI Medici & Philosophi in quosdam libros Annotationibus:

INDICE item copiosissimo.



Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.

BASILEAE
EX OFFICINA PERNEA PER CONRADVM VVALDKIRCH.
cIↃ IↃ XXCV.


WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL
LIBRARY

TYPOGRAPHVS LECTORI MEDICO ET PHILOSOPHO S.



T ANNONAE, sic ingeniorum statas esse vicissitudines, ex ipsius Naturæ omniparẽtis instituto, Aristoteles Peripateticorum princeps rectè censuit. Nam quod in annorum perpetua successione videmus, fertilitatem nunc quidem summam, nunc mediocrem, sæpè nullam esse, seu quia diuinæ prouidentiæ sic placet exercere humanam credulitatem, pietatemq́; excitare: seu quia naturæ quoq; sua quies, qua sese recolligat, est necessaria: illud idem in Hominũ stirpibus & ætatibus contingit. Neq; enim in familiis tantùm, verũ etiam in gentibus & populis dantur certæ ætates virorum in hoc vel illo virtutis & eruditionis genere illustrium: succedunt inde multo inferiores, & tanta successione penitus indigni. Proinde vulgatum est illud, Heroum filij noxæ. & nota est parodia cuiusdam, τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί. *quandoquidem ferè ingenia* στάσιμα *degenerant in* νωθρὰ, εὐφυῆ *verò in* μανικά. *Atq; vt hoc ipsum in omnibus humanis rebus animaduertere licet, sic etiam in Artibus & scientiis, quæ non modò sua habent incrementa & decrementa, respectu artificum, qui eas profitentur, verum etiam certos ortus & interitus: ita quidem vt artes easdem sæpe & inuentas & auctas esse, quidam veterum pronunciarit. & de cæteris quidem aliorum esto iudicium. In præsens verò de Medicina tantùm agamus. hæc à Barbaris accepta apud Græcos auctore Hippocrate: Tantum alias inter caput extulit artes, vt non modò ortu sed vsu quoq; suo diuina planè extiterit. Ex eius discipulis si Polipum, si Herophilum Chalcedonium & Dioclem Carystium excipias, paucos reperies qui amplissimam hæreditatem auctiorem facere studuerint ad Galenum vsq;, qui obscura illustrauit, manca suppleuit, imperfecta compleuit. sed post illum quotquot extitêre Græci Medici, quorum quidem scripta ad nos peruenêre, Empiricos potius quàm dogmaticos sese præstitisse, non tam in methodo medica (qua sola veri à fucatis artificibus distinguuntur) tradenda & explicanda & amplianda, quàm in formulis remediorum excogitandis congerendisq́; occupati. Ergo cùm propter hanc incuriam, multo verò*

magis propter fatalem imperij florentißimi ruinam Medicina simul & Philosophia in orbe Romano penè extructa iacéret, ferocißimarum gentium Septentrionalium perpetuis inundationibus profligata & oppressa: inde etiam à Meridie Saracenica tempestas non Imperium tantùm, sed & imperij decora, scientias, ad se rapere conaretur: factum, vt quantum de imperio Græci & Romani, tantum quoque de literis decederet, adeoq; Philosophia tota cum cognata Medicina trans mare ad Arabas & Mauritanos volaret. Amissa ergo primùm linguæ Latinæ puritate per Gothicas irruptiones, inde etiam amisso Philosophiæ vsu per Saracenicas vastationes, dictu mirum quàm breui Italia tota eruditionis Occidentalium mater, barbara fuerit reddita. Posteaquam verò pace externa rursum affulgente ingeniis quoque pax data, & ad amissa studia longo pòst interuallo rediere: à Mauritanis erepta spolia veluti precario redimere coacti, Græci Philosophiam simul & Medicinam habitu Saracenico velatam amplexati, vna cum scientiis nobilißimis fæce quoque barbaræ elocutionis vilißimam hausère. Extitère inde Philosophi acuti, Medici eruditi complures, sed elegantia illa Hippocratea destituti, Barbari omnes: qui cibos licet sapidißimos, sordidè tamen proposuère non suo, sed seculi sui vitio. Inter quos neutiquam postremas Arnaldus Villanouanus tulit, Philosophus insignis, Medicus excellens, & si cultus literarum accessisset humaniorum, etiam antiquis conferendus. Opera illius Venetiis primùm, inde etiam Lugduni eodem exemplo deprauatißimè edita: nos quantum eius fieri potuit, expolire studuimus, sed maiore rerum, quàm verborum ratione habita. Accessère in quosdam commentarios Clariß. Viri D. Nicolai Taurelli, Medici & Philosophi eruditißimi Academiæ Altorfianæ antecessoris Scholia atq; Tabulæ: in quibus hoc vnum peccasse videtur, quòd non in reliquos item libros paria scripserit: facturus proculdubiò, si Basiliensi otio diutius perfrui potuisset. Neque dum tamen omnium dierum Sol occidit: nec ille, qua est diligentia & erga communia studia alacritate, prouinciam hanc strenuè obitam in alienum ius transire patietur. Ordinem librorum non sine ratione, ex ea, quam subiiciemus, tabella, immutauimus. Theologica consultò omisimus, ne de hæresi iam olim suspectum virum alioqui, vt videtur, optimum refodere, & censuræ seueræ denuò obiicere videremur. Chymnica eius addimus accuratè recognita, tanto

maiore

maiore digna præconio, quanto hic in hoc genere ipso Raymundo Lullio maior: quippe illius ipsius non subtili inuestigatione, sed fida ostensione magister extiterit, vt quicquid Lullius præstitit, id totum Arnaldo debeatur. Sed hæc Symphoriani Campegij, viri doctißimi, qui vitam Arnaldi descripsit, pace dictum volo: quandoquidem totus in eo est, vt vel à Chymia alienum Arnaldum, vel in ea delirum fuisse ostendat: sed tam in eo falsus, quàm in reliquis verus. Tu Lector conatibus nostris vtere, fruere, & vigili studio non verba, sed res ab Arnaldo traditas tibi familiares reddito. Sic nos laboris & diligentiæ nostræ fructum percepisse ampliß. arbitrabimur, & maiore alacritate in tua commoda deinceps excubabimus. Vale, & Hippocrateum illud sedulò cogita: Vita breuis, Ars Longa. Basileæ Cal. Martij anni

M. D LXXXV.

ARNALDI VITA A DOMINO SYMPHORIANO CAMPEGIO AVRATO EQVITE, AC FAVERGIAE DOMINO, SERENISSIMI CALABRVM ET Lothoringorum Ducis Archiatro, edita.

Arnaldi Genealogia & Genesis, CAP. I.

Origo Arnaldi.



RNALDVS natione Gallus. A Gallia enim Narbonensi, quam Prouinciam nostri appellant, genus vtrinq; ducit. Hunc conantur Aragonenses, quos Catalanos Hispani vocant, nos verò Semigothos (nam à Gothis & Alanis Catalani nomen sumserunt) appellamus: ob eius amplissima facinora ad suã traxêre nouam Cataloniam: palàm non verentes contendere eum Aragonensem, seu, si mauis, Catalanum fuisse. Audiui enim à quibusdam Catalanis, hunc fuisse oriundum à quodam oppido dicto Villa Noua, distante 4. miliaribus à Gyrona ciuitate Cataloniæ, & adhuc (vt aiunt) supersunt nonnulli ex eius progenie ditissimi. Sed hæc opinio nullos habet autores. Nascitur igitur in prouincia Narbonensi, in oppido quodam appellato Villa Noua, à Christi Natiuitate M. CCC. eo fermè tempore, quo Petrus Aponensis dictus Conciliator, ac Raynmundus Lullius clarebant.

Quo tempore viuebat Arnaldus.

Eruditio Arnaldi, CAP. II.



HILOSOPHICO stylo in adolescentia floruit. In Iuuentute aliqua in Alchimia scripsit, quæ, vt quibusdam placet, ipse igni dedit, cùm primùm animum ad Philosophiam applicuisset. Cùm esset annorum fermè 20. ad Parisiensem Academiam cum aliis scholasticis se contulit. Hinc post annos decem Montem Pessulanum profectus, Medicinam audiuit, atq; inde in Italiam ad Pythagoreos Philosophos cõcessit. Ab his in Hispaniam ad Arabes Philosophos se recepit. Decreuerat ad Græcos progredi, verùm propter Græciæ bella à proposito destitit. Regressus demum in Galliam, Medicinam docuit, & in arte Pęonia vitam duxit. Arcana naturæ adeò calluit, vt in Iuuentute Alchimiam teneret, faceretq; (vt aiunt Alchimistę) laminas aureas nõ cedentes (inquiunt) perfectissimo auro, vt Ioannes Andreas in titulo de crimine falsi attestatur: & Raynmundus Lullius in testamẽto suo affirmat, cognouisse se de illo artem hanc esse veram. Sed omnia ista fabulosa esse videntur: à primordio iussu Creatoris prodierunt metalla, lapides, salesq;. Deus autem simul (vt scribit Augustinus) cuncta, quæ condidit, creauit, dum vna voluntate multiplicem omnium specierum varietatem disposuit, iuxta Sapientis oraculum, quod habetur Ecclesiastici 18. cap.

Quæ falsò attribuuntur Arnaldo.

Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.

Huius alchimiæ autores præcipui fuêre Hermes, non quidem Trismegistus ille, ter maximus, sed Arabs quidam Astrologus à vera Philosophia alienus, non multùm à nostris temporibus distans. Aliquantò pòst Barbarus quidam ineptissimus lurco, putridiq; cerebri è luto effossus, Geber quidem, nec minus captiunculis oblectatus, sophisticisq; venatiunculis vnum Hermetem, nõ Aegyptium, sed potius Arabem è tenebris eduxit. Ex recẽtioribus autem hæc primùm amplexatus Albertus, vtpote noua: natus enim per ea tempora, sed puto non tam senex (vt de Arnaldo dictum est) probauit quàm iuuenis: sicut & magica adolescens cùm vulgasset, matura ætate detestatus sanctissimam in Cœnobio & inculpatam vitam degens. Sequutus est Albertum Raynmundus Lullius, sed puto etiam, vt de Alberto & Arnaldo dictum est, non

tam

tam senex probauit, quàm iuuenis: sicut & mundana apud Regem Maioricarum adolescens cùm approbasset, matura ætate detestatus est sanctissimam contra Turcas & Mahometeses, & immaculatam vitam degens apud Tuniceam ciuitatem pro fide Catholica (vt Bouilus noster inter iuniores Gallos autor acutissimus scribit) martyrio coronatus est. Quæ autem de Alchimia Arnaldi dicuntur, falsa & plena fabularum sunt, & tanto viro indigna.

Quibus linguis callucrit Arnaldus, CAP. III.

CALLVIT Arnaldus linguam Hebraicam, vt videre licet in expositione libelli Tetragrammaton: vt familiaris noster, & amicus Thomas Murchius Geneuensis, artium & Medicinæ Doctor scripsit. Græcam pariter & Arabicam, vt libellus Auicennæ de viribus cordis ab eo traductus ostendit, & vt in multis ab eo translatis operib. apparet. Scripsit multa in Philosophia & Theologia, sed plura in Pęonia arte. Secreta autem naturæ adeo rimatus est, vt altiùs post ętatem suam penetrauerit nemo: multa tamen adscribuntur illi, quæ nec sua sunt, nec autoris sapiunt officinam, vt ex stylo facilè deprehendi potest. Enarrat ipse plura opera in libro Speculi, non tamen omnia Medicinæ illius scripta potui inuenire. Habes autem, quę in manu sunt mea, scriptorum culpa deprauata, & ipsa vetustate manca, puluere obsita (adiuuante artium & Medicinæ Doctore collega nostro Magistro Michaele de Capella Tornacense) castigaui emendauiq;, & ad communem vtilitatem, ne periculum esset in mora, impressoribus tradidi.

Multas linguas nouit Arnaldus.

Mira componendi celeritas in Arnaldo, nunquam interrupta mentis intentio, negligentia characterum & eloquentiæ, CAP. IIII.

CVM enim aliquid ille scripsisset, quod scripserat, respicere bis minimè tolerabat: sed neq; etiam semel legere atq; percurrere: propterea quòd visus ei non satis sufficeret ad legēdum: dum verò scribebat, neq; bellè quidem literas figurabat, neq; ex arte syllabas distinguebat, neq; vllam orthographiæ diligentiam adhibebat, soli videlicet intelligentiæ studens. Atq; id idem omnes admirabantur, id agere ad finē vsq; vitæ perseuerauit. Stylus Arnaldi medius inter eloquentiam & Barbariem fluit. Intelligentia & suauitas tanta, vt nostri Pæoniæ artis autores intelligendi grauissimum autorem fuisse dixerint. Doctrina verò tanta in eo, vt cùm ante eum omnes inter Gallos illustres ad externas Gentes sapientiæ gratia peregrinati fuissent, post Arnaldi tempora cæteræ nationes Gallias confluxerint.

Celeritas Arnaldi in scribendo.

Quæ Arnaldus de Antichristo affirmauit, CAP. V.

ARNALDVS dogma suum Parisiis exercuit, & per prophetiam Danielis, & Sybillæ Erythreæ probare nitebatur aduentum Antichristi, & persecutionem Ecclesiæ futuram esse. Etiam vaticinari voluit, anno Christi M. CCC. LV. ob conuentum trium Planetarū superiorum in Aquario: vel M. CCCC. LXIIII. ob conuentionem supradictorum Saturni & Iouis in piscibus, venturum Antichristum. Sed cùm ea tempora præterierint: agitur enim nunc annus Christi M. CCCCC. XXVII. eos omnes Astronomos, qui de Antichristo & iudicio locuti sunt, ignorantes, arrogantes, mendaces, leues & ridiculos declarat euentus.

Reditus Arnaldi in patriam cœlestem, & laudes, CAP. VI.

IPSE Arnaldus dum audiuisset Petrum Aponensem virum in cunctis literis clarissimum, Medicumq; celeberrimum, ab inquisitoribus fidei vexari, verens ne ad manus cucullatorum deueniret, clam aufugit, & profectus in Siciliā à Rege Siciliæ Friderico in magno honore habitus est, qui tandem missus à Friderico Rege ad Romanum Pontificem sanandum, in mari mor-

Arnaldi nauigatio.

Autorū opiniões de Arnaldo et Cōciliatore.
Augustini excellentia cum Arnaldo certat.
Laudes Arnaldi et Cōciliatoris.

tuus est, & Genuæ sepultus. Fuit vir non solùm in Appolinea arte, verumetiam in aliis literis, tam secularis Philosophiæ, quàm diuinæ, eruditissimus, ingenio clarus, & comptus eloquio: quanti sit apud nostros, non meis verbis solùm, sed aliorum testimoniis comprobatur. Semper de Arnaldo varia fuit Doctorum opinio, quibusdam eum cum Aponensi Conciliatore errasse, aliis sibi fraudem affirmātibus impositam, sed profectò mirandum non est, si Arnaldus cum sua Astronomia & Medicina cum Conciliatore errauerit, qui tot volumina in vnaquaq; doctrina ex propria excellentia ingenij (vt de August. in lib. Cōfessionum suarum legimus) sine Magistro præcedente explicuit: nostrum tamen est, medium de Arnaldo & Conciliatore, sed de quibuscunq; scriptorib. cū sancta Ecclesia sentire, & superuacuas opiniones cōtemnere.


Arnaldi comparatio ad Conciliatorem Petrum Aponensem, CAP. VII.

PVERE in hoc duo illustres viri conformes, quòd sua virtute, non maiorum stemmate aut opibus, ad rerum naturalium cognitionem accesserunt, vterq; Theologus, Astronomus, Medicusq; Clarissimus: verùm Petrus Aponensis nō crescentibus adhuc Medicis quęstionariis, quos Martinus Lutherus ac Erasmus Scholasticos appellauit, suo tempore primus in quæstionibus Scholasticis Italos docuit. Arnaldus autem ex paruo municipio amplissimam Parisiensem ingressus est Academiam. Petrus Aponensis siue Paduanensis in Medicina quæstionaria primas habuit in Italia sedes. Arnaldus in Medicina practica, quā aliqui Empericam, alij Methoicam, alij Logicam æmulantur, omnibus anteit, & primas habuit partes. Dignus est enim qui maximè laudetur Conciliator Aponensis: sed nemo quippe inter Medicos est, qui Arnaldum non probet, laudet, admiretur, præsertim in ea parte Medicinæ, quæ practica appellatur, in qua plus illum studij commisisse exploratum est. Quinetiam in rebus Diuinis nonnulli facilius aliquando Arnaldo, quàm Petro Paduanensi consentire videntur.

Arnaldi ad Gentilem Fulginatem comparatio, CAP. VIII.

VIDENDVM est namq;, quis in Medicina gloriosior extiterit. Gentilis nanque prolixior fuit: Arnaldus verò breuior. Gentilis veluti semina nobis tradidit: Arnaldus autem semina illa excoluit & propagauit, & perfectionem imposuit: ergo Gentilis introducendus Scholasticæ disciplinæ, non tamen secundum dignitatem, sed tanquam scholasticæ & quæstionariæ sectæ seminator, & Conciliatoris insectator gloriosus. Gentilis Medicinæ Scholasticæ concepta conscripsit: Arnaldus practicæ Medicinæ regulas & Canones iuuenibus tradidit. Gentilis copiosius, quàm Arnaldus scripsit: Arnaldus tamen pleraq; memoratu digna suopte ingenio addidit.

TABVLA OPERVM ARNALDI CATALOGVM ET ORDINEM COMPLECTENS.



ORDO TRACTATVVM.

- A Practicam: puta ad eam, quæ versat̃ circa curam corporis
  - Necessariã: nempe circa
    - Sanitatẽ tuendam:
      - De Regimine Sanitatis.
      - De Conseruatione sanitatis Regis Aragoniæ.
      - De Regimine Castra sequentium.
      - De Conseruanda iuuentute & retardãda senectute.
      - De Bonitate memoriæ.
      - De Coitu.
    - Morborũ curationem
      - Generalẽ:
        - De Considerationib. operis medicinæ.
        - Parabolæ Medicationis, quæ alio nomine à Medicis appellantur Regulæ generales seu Canones generales curationis morborum.
        - De Tabulis generalibus, quæ Medicũ informant specialiter, cùm ignoratur ægritudo.
        - De Parte Operatiua.
        - Breuiarium Practicæ, cum capitulo generali de Vrinis & tractatu de omnibus Febribus.
        - Practica summaria seu Regimen ad instantiam Papæ Clementis.
        - De Cautelis Medicorum.
      - Specialem:
        - De Modo præparandi cibos & potus infirmorum in ægritudine acuta.
        - Compendium regimenti acutorum.
        - De Febribus regulæ generales.
        - Regimen Quartanæ.
        - De Cura Febris Hecticæ.
        - De Regimine Podagræ.
        - De Sterilitate tam ex parte viri quã ex parte mulieris.
        - De Signis leprosorum.
        - De Amore heroico.
        - De Maleficiis.
        - De Venenis.
        - De Arte cognoscendi venena.
        - Contra Calculum.
        - Contra Catarrhum.
        - De Tremore cordis.
        - De Epilepsia.
        - De Esu Carnium.
        - Recepta contra Epidimiam.
  - Non necessariam circa ornatum, sc.
    - De Ornatu mulierum.
    - De Decoratione.



Cl. V.


D. IOACHIMO BAVDISIO, APVD LIGNICENSES SILESIOS MEDICO ET PHYSICO, DOMINO SVO & Patrono obseruando S. D.

VALENTINVS THILO LIGIVS.

TVRE Jovem, ſpicis Cererem, Bacchúmque racemis,
Ceſpite Pana, tholis Nerea, farre Larem:
Chlorin flore, lyrá Muſas, Venerémque columbis,
Lauro Phœbum, oleis Pallada, lacte Palem:
Sed tua conciliem quo quo mihi pectora dono,
Clara Machaönij fax, JOACHIME, chori?
Tura Jovem, ſpicæ Cererem, Bacchúmque racemi,
Ceſpes Pana, tholi Nerea, farra Larem:
Flos Chlorin, citharæ Muſas, Venerémque columbæ,
Laurus Phœbum, oleæ Pallada, mella Palem:
Te mihi concilient ARNALDI hæc eruta tumbis
Scripta, Machaönii lux, JOACHIME, chori.
Nutat in ignoto velis ratis equore, curſum
Tu rege, ſi ventis carbaſa quaſſa vides.
Viue, vale felix Patriæ in rata commoda, Chriſtum
Adſere, THILONES dilige, vive, vale.

E
VENTVS.





SPECVLVM INTRODVCTIONVM MEDICINALIVM


Arnaldi de Villanoua, Doctoris clarißimi.


INTRODVCTIONES appellantur indebitè, quæ principia & cōmunia principiorum artis vocabula non exponunt, & multò minus nouos introducit doctrina, quę vndiq; defectiua est, & obscura. ¶ Tu igitur, æterna sapientia, quę in te credentes ad omnem percipiendam veritatem illuminas, nunc seruis tuis Introductiones in Medicina digneris componere: quibus introducendi clarè discant, propriè loqui, & semitis rectis accedere, quamuis paßim ad terminum peritiæ physicalis, prouectis autē gurgites ostendantur, in quibus homo perspicacis intellectus poßit magna & profunda piscari. Leuiter ergo capiendis pisciculis famelicos reficere: voluptuosis autem pateat pelagus ad beluas insequendas. ¶ Precamur etiam verißime Doctor, atq; singularis magister, vt ad ea considerabilia, quæ medicinalem scientiam integrant, nos introducas per dissolutionem quæsiti ex notione finis, quum sit doctrina ordinarij, cuius processum necessarium esse scimus, & à pluribus attentatum videmus, sed à nemine consummatum. Et quoniam scis, quòd ista doctrina producere nequit ad plenam quæsiti notitiam absque sorore sua, sed compositiua illorum, quæ per dissolutionē inueniuntur, simul etiam doce rectè componere, vel connectere, quæ dissolutio quærentibus indicabit. Tu qui es igitur consummatio veritatis vsq; ad consummationem prosequere. ¶ Nec minus suppliciter petimus, vt quorūcunq; considerabilium inuentorum prædicta via definitiones interseras, non solùm quas Medicus fabricare debet, sed quas etiam ex præambulis accipit fabricatas, vt introducendis cognitio clarior & perfectior fiat: introductis autem memoriale sit efficax. ¶ Precamur iterū, vt quæ nimis breuiter & obscurè fuerint à veteribus tradita, prolixiori sermone clarifices: quæ verò sufficienti & diffuso pertractauerunt eloquio, moderata compēdiositate perstringas. Sed quia medicinalis scientiæ finis, ad quem doctrina dissolutiua quęsiti semper satagit, ex definitione medicinæ cognoscitur, mox definitionem eius præponere non omittas.

Doctrina resolutiua.

COMMENTARIVS.

HAEC authoris est in Introductorium præfatio, in qua sub precationis forma, quid in hoc Introductorio peracturus sit, ostendit. Obseruet in hac præfatione pius Lector veterum simplicitatem. Modum hîc Arnaldus Deo præscribit, quem seruari vult in hac sua institutione: *Precamur* (inquit) *vt nos introducas per dissolutionem quæsiti, ex notione finis; & definitionē medicinæ præponere non omittas.* Hæc certè precandi ratio rideretur à recentioribus; & eam existimarent impiam esse nonnulli. Sunt autem tria quæ potißimùm ad benè docendum requiruntur: primùm res ipsæ, quas sciri conuenit: secundum, docendi methodus: tertium, oratio. Quid igitur Arnaldus? Famelicis pisciculos exhibere vult, voluptuosis pelagus ad insequendas beluas: methodum sequi vult διαιρετικὴν per *dissolutionem quæsiti*: συνθετικὴν, *componere & connectere*: ὁριστικὴν, *definitiones interseras.* Qualem verò poscit Arnaldus orationem? moderatè compendiosam: hoc est, quæ breuis quidem sit, sed sufficiens tamen, ad rerum obscurarum expositionem.





DE DEFINITIONE MEdicinæ, & eius diuisione, *Caput I.*



EDICINA est sciẽtia cognoscendi dispositiones humani corporis, in quantum sanabile, & conseruandi sanitatem inuentam in eo, & restituendi deperditam, quantũ possibile fuerit. Et ideò rectè diuiditur in theoricam & practicam: nam theorica est pars illa, in qua dispositiones sanabilis corporis cognosci docentur, quantũ necessarium est ad opus explendum. Practica verò est pars illa, in qua modus rectè operandi describitur, secundùm exigẽtiam dispositionis præcognitæ. ¶ Quia verò dispositiones prædicti corporis perfectè cognoscũtur per considerationem rerum habentium aliquem respectum ad illam dispositionem sanabilis corporis, quam principaliter cõsiderat Medicus, scilicet sanitatem: ideò ab ea, sicut à principali, denominauit res omnes, quas propter eam considerat. Recipiunt autem nomen à sanitate sub eo nomine, per quod ratio designatur, secundùm quam consideratur à Medico, videlicet sub nomine naturæ. Sicut enim forma substãtialiter perfectiua rei dicitur absolutè natura ipsius, tanquã potissimum principium sui esse, sic sanitas dicitur à Medico natura sani corporis absolutè: quoniã ab ea perficitur, vt est tale. Ab hac ergo natura, quam ipse considerat principaliter, tanquam principium perfectiuum sanabilis corporis, denominantur omnes res ab eo consideratæ: nam aliter metas propriè considerationis transgrederetur. ¶ Cùm igitur perfecta notitia sanabilis corporis habeatur per considerationem rerum naturalium, & non naturalium, & contra naturam: idcircò sapientes Medici diuiserunt in has tres partes theoricam: nam dispositiones sanabilis corporis cùm non sint in genere nisi tres, scilicet sanitas, ægritudo & neutralitas, est sciendũ quòd sanitas sub

Dispositiones corporũ sanabilis.

A rebus naturalibus comprehenditur: quia formaliter est vel complexio membrorum, vel compositio largo modo sumpta, prout continuitatem membrorũ includit: quomodo compositionem accipit Galen. 2. de Ingenio sanitatis, ex ea consideratione, quæ declarabitur infrà, cùm sermo fiet de membrorum ægritudinibus. Ægritudo verò omnis res est contra naturam. Neutralitas verò partim est naturalis, partim cõtra naturam. ¶ Est igitur aduertendum primò, quòd sanitas est naturalis dispositio membri, vel corporis, qua naturales actiones perficiuntur immediatè, quæ pro B tanto iudicatur esse dispositio, vel qualitas membri, & nõ actionis, quia si membrum omninò cesset ab operatione, sicut in dormiẽte, nihilominus sanum denominatur, dummodò sit aptum perficere actionem. Ad hanc verò perficiendam proculdubiò redditur aptũ solo habitu sanitatis: ad quem cognoscendum & conseruandum, aut reparandum dirigitur principaliter intentio Medicorum. C Proinde considerationes circa sanitatem, quæ nullo modo conferunt ad hunc finem, alienæ sunt penitus ab arte medicinæ: quapropter ab eius finibus exulat, tanquam superfluis phantasiis alienatus, qui perscrutatur, an sanitas innata & acquisita constituãt vnum habitum, aut diuersum, quæ nec per hoc sanitas, vt perfectiua est actionis, cognoscitur clariùs, nec rectiùs conseruatur, aut reparatur: nam siue sint idem, siue diuersa, nihilominus semper est idem modus conseruandi, aut reparandi. ¶ Ægritudo verò est in- D naturalis membri, vel corporis dispositio, qua sensibiliter & immediatè læduntur in ipsis actiones naturæ: hoc est, quæ conueniunt eis per naturam specificam sanabilis cuiuscunque. ¶ Neutralitas autem est dispositio, in qua medio modo se habent corporis actiones, quantũ ad iudicium sensus. ¶ Post hæc verò ad partes theoricæ suprà dictas descendere conuenit, de quibus hîc scire oportet: primò, quòd Medicus dupliciter considerat omnes partes theoricæ, secundùm genus acceptas,

Sanitas quid sit.

Intentio Medicorum sanitas.

Aegritudo.

Neutralitas.

Medicus dupliciter considerat res naturales, nõ naturales, & cõtra naturam.

acceptas, ſcilicet res naturales,nõ naturales,contra naturam: nam quandoq; ſecundùm id, quod ſunt in ſe, quandoq; verò prout ſigna ſunt ei alicuius ſignificabilis in ſanabili corpore. Prima verò conſideratio tanquam de abſolutis præcedere debet in ordine doctrinæ intellectualis: tandem altera ſubiungetur. ¶ Res igitur naturales ſunt, illæ, quæ ad eſſe ſanitatis ſunt neceſſariæ, ſecundùm rationem ſui generis, quia licet corpus poſſet eſſe ſanum abſq; tali humore, videlicet innaturali,non tamen abſolutè abſq; humore: ſimiliter nec abſolutè abſq; habitudine, vel colore, vel ſexu, licet abſq; tali, vel tali. ¶ Nec habet inſtantiam in operationibus: nam operatio non ſumitur à Medico ꝑ ipſa actione, quæ naturaliter debetur corpori, vel membro,ſed generaliter etiam pro generali ceſſatione ab ea, vnde ſomnus naturalis dicitur operatio naturalis, licet ſit quædam quies: quãuis igitur oculus dormientis,vel ſpontè claudentis non videat, tamen ſua ſanitas non eſt abſque naturali operatione ſomni, vel ſpontaneæ clauſionis: ſanitas enim oculi non requirit ſemper videre,ſed vel hoc,vel ab eo quieſcere naturaliter: nec hoc dici poteſt de continente, quia licet corpus ſanum eſſe nequeat ſine continente, non tamẽ ei conuenit habere continens in quantum ſanum, ſed in quantũ corpus. ¶ Earum verò quædam ſunt principales, quædam ſecundariæ,quæ ꝑ tanto ſecundariæ dicuntur,quia ſemper cauſantur à principalibus. Principales autem ſunt ſeptem, ſcilicet elemẽta,complexiones, humores,membra,virtutes, operationes & ſpiritus. Secundarię verò ſunt quatuor,ſcilicet ſexus, ætas, color, & habitudo, quam figuram corporis vocauerunt.

Res naturales quæ ſint.

Quomodo ſumitur operatio à Medico.

Res naturales principales ſeptem, ſecũdariæ quatuor.

COMMENTARIVS.

IN hoc capite duo ſaltem occurrunt, quæ paulò ſunt obſcuriora. Primum eſt de rebus naturalibus,alterum de rerum naturalium operationibus. In definitione rerum naturalium hęc clauſula *(ſecundùm rationem ſui generis)* intellectu difficilis eſt, licet id author innaturalis humoris exemplo expoſuerit. Eſt autem hæc eius ſententia, *Res naturales* per ſe, propriæ videlicet ſubſtantiæ,& actionum reſpectu, neceſſarias eſſe vt ſanum ſit animal: quamuis earum accidentia multa nõ ſint ad eſſe ſanitatis neceſſaria: ſanguis enim,quatenus ſanguis eſt, *(quam generis actionem vocat Arnaldus)* ad conſeruandam ſanitatem neceſſarius exiſtit,ſed non eius tamen nimia quantitas. Sic temperamentum in genere,non autem in ſpecie neceſſarium eſt ad eſſe ſanitatis: nam ſine temperamento viuere non poſſumus; ſed ſine melancholico poſſumus.

Alterum hoc eſt.] Dicit author operationem vocare Medicos,non actionem modò, ſed eius etiam actionis quietem; cùm ſomnus operatio naturalis appelletur. Huius rationem reddit, quòd ſomnus nõ ſit ſimplex & abſoluta quies; oculi namque ſanitas nobis dormientibus conſeruatur. Dein quòd oculi ſanitas nõ requirat ſemper videre. Digna eſt vtraq; ratio, vt paulò diligentius expendatur. Actio genus eſt operationis: nam actio quæ ſuum extra ſe profert opus, operatio propriè dicitur: mens autem dum intelligit, agit quidem, ſed non operatur. Iam verò conſtat, operationem in actionis prædicamẽto contineri: num igitur quies in eodem continebitur? Quies actionis eſt intermiſſio,priuationem dicere poſſis. Priuationem Phyſici principium rei naturalis per accidens eſſe volunt. Falſum hoc eſt: nam per ſe competit rebus naturalibus,& in eodẽ, in quo forma, cuius priuatio eſt, prædicamento continetur: potentia quoq; vel patiendi, vel quieſcendi (quæ priuationem phyſicam à ſimplici negatione diſtinguit)rei naturalis ſubſtantiam,vt agendi potentia conſtituit: ſed hæc in noſtro Philoſophiæ triumpho,& in Commentariis in libellum Hippocratis de Hominis natura copioſius à nobis expoſita ſunt. Huc ſaltem eo nomine referenda videbantur, vt authoris ſententia intelligeretur, quomodo ſcilicet quies operatio dici poſſit. Quies itaque ſi contineatur in prædicamento actionis, actio quędam eſt. Hinc liquet hoc,quod nulla res naturalis ſimpliciter quieſcat. *Quod nihil eſt, nihil agit omnino, ſed ſimpliciter & planè quieſcit.* Quies hæc actio nequaquam nominari poteſt. At res naturales dum quieſcunt, ita quieſcunt, vt quodammodo moueantur, aut agant nihilominus, quod & rationibus, & exemplis lectu iucundis oſtendimus. Ob id quies naturalis *interrupta quædam actio eſt, non autẽ ſublata penitus:* hoc enim mortuis competit, non quieſcentibus. De ſomno & viſione quod dicit Arnaldus, huic loco maximè conuenit: *Viſio oculi operatio eſt:* oculi quies motus, aut viſionis negatione definitur. Non videt autẽ oculus cadaueris, cæci, vel dormientis: in hoc ſolo tamen oculus quieſcit, quòd in eo energia quædam videndi ſit, licet ea non proferatur extrinſecus. Sed quid illud eſt, quod inquit Arnaldus? *Oculi ſanitas non requirit ſemper videre.* Fateor, an ob id non videre, operatio eſt? Quicquid facit natura, id alicuius boni fine fit. Oculum quieſcere vult; vt ſcilicet per quietem oculi vires reſtaurentur, quod duplici ratione fit, tum quòd oculo nõ cernente ſpiritus viſorii minus diſcutiantur, tũ quòd per ſomnum actiones naturales magis vigeãt, quibus robur oculis conciliatur. Sed hoc nihil ad rem: nam ſi quies oculi videntis operatio quędam ſit, viſionem oportet eſſe, non nutritionem. At verò naturaliter quieſcit oculus videns, non vt videndo vires recuperet, ſed nutritione, quæ non videnti commodius perficitur. Verùm hoc ſpectaſſe videtur Arnaldus, quietem in numero rerũ naturalium contineri: poſſit enim quis exiſtimare, cùm operatio res ſit naturalis, eius quietem eſſe præter naturam. Hoc diſſoluit duplici ratione; tum quòd quies naturalis operatio quædam ſit; tum quòd res oporteat quieſcere naturaliter, vt meritò quies naturale quidpiam eſſe ſtatuatur. Si verò quies res eſt naturalis, ſub aliquo primorum generum, (quæ prædicamenta vocantur) & quidem ſub actione ſibi correſpondente continebitur.

De Elementis, Cap. II.



ELEMENTA ſunt prima & ſimplicia, componẽtia omnium corporum commiſtorum. ¶ Medicus autem conſiderat ea dupliciter: vno modo quidem, vt exiſtunt res naturales, videlicet prout ſunt eſſentialia principalia ſanabilis corporis: cogitur enim fateri, quòd quatuor elementa generabilium, & corruptibilium rerum ſunt prima componentia eius. Alio modo conſiderat elementa, prout ſunt principalia prima immutationum eius: nam contrarietati ſubiicitur qualitatum primarum, quod ex doloribus deprehenditur: cùm enim didicerit ex pręambulis dolorem eſſe rei contrarię, ſenſum communiter intelligit, quòd illę qualitates naturaliter inſunt corpori, quarum contrariæ ſuperuenientes immoderatè cauſant in eo dolorẽ: ſed quælibet primarum hoc facit, cùm eidem obuiat in exceſſu. ¶ Conſtantinus igitur tenet, quòd ſanabile corpus naturali conſtitutione participat qualitates primas, & per conſequens prima eorũ ſubiecta, ſine quibus eſſe nõ poſſunt: & ideò principes Medicorum, ſcilicet Hippocrates & Galenus conſiderãtes elemẽta, prout ſunt prima componentia ſanabilis corporis, vt eſt tale, dixerunt, quòd ſunt calidum, frigidum, ſiccũ & humidum: & hi quidem, ſicut viri habẽtes regulatum intellectum, non exorbitauerunt à terminis conſiderationis medicinalis: nã, vt patuit, Medicus non

Medicus dupliciter conſiderat elementa.

Conſtantinus.

cognoſcit elemẽta eſſe prima principia ſanabilis A corporis, niſi quia contrarietati primarum qualitatum ſubiicitur: exorbitat ergo, quicunque loquens de ipſis, vt ſunt res naturales, definit, ſiue deſcribit ea per graue & leue: nam grauitas & leuitas non conueniunt elementis, vt ſunt prima principia ſanabilis, vt ſanabile, ſed prout eſt corpus mobile ad vbi: quod ad Medicum propriè conſiderare nõ ſpectat, ſi qualitates iſtæ referantur ad totum corpus: ſi verò ad partes, vel ad cætera naturalia corporis referantur, vtiq; conſide- B rat elementa, vt ſunt principia grauis & leuis, & in membris, & in ſpiritibus, & humoribus, in toto etiam conſiderat ea, vt ſunt principiũ mollis, duri, rari & denſi: nã has qualitates ſenſu deprehendit in corpore per ætates & membra: & ei etiam conuenire vt eſt ſanabile, cùm & ipſa ſanitas per eas in corporibus varietur: inquantũ verò ſunt principium groſsi & ſubtilis, conſiderat ea potius, vt res naturales comparatas ad alia naturalia corporis, q̃ ad corpus: nam ſubtilitas & C groſsities propriè, ſcilicet prout ſunt qualitates, pertinentes ad naturalem rei ſubſtantiam, & non ad habitudinẽ, ſolùm conſiderat Medicus in ſpiritibus & humoribus: ſi ergo elementa conſiderentur, vt ſunt principium qualitatum in corpore, vel in aliqua ipſius re naturali, tunc dicit Medicus, communia elemẽta miſtorum eſſe corporis ſanabilis elemẽta: eodem quoq; modo, ſi conſiderentur vt ſunt principia quarumcunq; qualitatum in rebus non naturalibus. ¶ Propter has D igitur conſiderationes dicit, quòd elementa ſunt terra, aqua, aer & ignis, in quibus cõſiderat quicquid poteſt eſſe principium immutationis ſanabilis corporis, in quantum ſanabile. Hæc autem ſunt groſsities, ſubtilitas, grauitas, leuitas, & qualitates complexionales: nam cætera conſiderabilia vt plurimùm reducuntur ad iſta: quia fluxibilitas & ſoliditas ad humiditatem & ſiccitatem reducũtur: raritas verò & denſitas ad ſubtilitatem & groſsitiem. ¶ Scire igitur oportet Medicum, E quòd terra eſt groſſa & grauis, frigida & ſicca: vnde frigiditas & groſsities, aut grauedo cum ſiccitate materialiter à terra cauſantur in quibuſcunque cõmiſtis corporibus, ad ſanabile corpus relatis. Aqua verò pòſt terram groſſa & grauis eſt, frigida & humida: proinde grauedo cum frigiditate & humiditate ab ea cauſatur. Aer verò ſubtilis, & leuis, & calidus, & humidus eſt: & proinde eſt cauſa leuitatis cum humiditate, & ſuaui caliditate. Ignis verò ſubtiliſsimus, & leuiſsimus, & F calidiſsimus atq; ſiccus, vnde leuitas cum ſiccitate, & acuta caliditas cauſatur ab eo: & ex his patet, quòd Medicus non definit elementa, ſecundùm quòd ſunt principia motus ad vbi, ſed ſecũdùm quòd ſunt alterationis principium: & idem dicit, quòd terra eſt elementum, per quod omne corpus relatum ad corpus ſanabile, participat frigiditatem & ſiccitatem in ſubſtantia groſsiſsima de ratione ſui. Aqua participat frigiditatem & humiditatem in ſubſtantia mediocriter groſſa de ra- G tione ſui: aer verò caliditatem & humiditatem in ſubſtantia mediocriter ſubtili & leui: ſed ignis calidus & ſiccus in ſubſtantia ſubtiliſsima, & leuiſsima.

Cõſideratio de elementis vt grauia & leuia ſunt, non eſt medicinalis, & quomodo eſt medicinalis.

Terra. *Aqua.* *Aer.* *Ignis.*

COMMENTARIVS.

IN elementis duo conſideranda proponit Arnaldus, quid ea ſint, & quatenus medicinæ ſubiiciantur. Elementa eſſe dicit prima, & ſimplicia componentia corporum commixtorum. Galenus ea minimas compoſiti partes nuncupauit. Vterque principia Phyſicorum hoc ipſo refutaſſe videtur, licet ea Galenus aliàs admiſerit: nam ſi diuidantur elementa, nec minimæ partes erunt, nec prima & ſimplicia componentia. Sed vera hæc eſt Medicorum ſententia, nihil elementis prius & ſimplicius exiſtere, quod nos libris antè citatis demonſtrauimus. Alterum quod in hoc capite nobis obſeruandum proponitur hoc eſt; elementa nimirum à Medicis conſiderari, quatenus alterationis, & quidem eius, quæ fit in humano corpore principia ſint. Hæc motus eſt, non ſecundùm ſubſtantiam vel locum, ſed qualitatem. Hippocrates eos confutaturus, qui vnum exiſtimarũt eſſe duntaxat hominis elementum, à dolore primùm deſumit argumẽtum, Galenus Hippocratis ſentetiam interpretatus, ad alterationem deducit, ſtatuens id quod dolet alterabile & ſenſu præditum eſſe neceſſariò; ſiquidem eius quod dolet corporis immutari naturam oportet. Ex hac immutatione morbi proueniunt: in partibus autem ſentientibus hæc immutatio repentè facta dolorem excitat. Cùm verò varia ſit humani corporis immutatio, ſecundùm omnes primorum generum claſſes, in dubium vocari meritò poterit, an alteratio ſola Medicis expendenda veniat, qua de re vel à nobis, vel ab aliis dicetur aliàs, ne breuis commentarii limites excedamus.

Lib.1.de Natura hominis. Lib.1.de Elementis.

De Complexionibus, Cap. III.

COMPLEXIO verò eſt qualitas in commiſtis corporibus, proueniens ex mutua actione primarũ, & hoc patet, quòd nulla cõplexionalis qualitas eſt in ſummo, niſi in elementis: nam in miſtis mutuo ſe frangunt, donec perueniant ad illud medium, in quo ſpecies aliqua commiſti corporis poteſt conſtitui: medium autem illud, in quo ſpecies aliqua ſaluari poteſt, tantam habet latitudinem, quanta poteſt eſſe diſsimilitudo indiuiduorũ illius ſpeciei. ¶ Omnia verò indiuidua, quæ infra ſpeciem continentur, differunt adinuicem, quantum ad indiuiſibile mediũ complexionis: quoniam nullorum complexio eſt omninò ſimilis in puncto, propter quod vnumquodq; habet ſuam proprietatem, qua differenter ab alio agit aliquid, vel ab aliquo patitur. Hæc autẽ diſsimilitudo punctualis, quia innumerabilis eſt, ſicut & indiuidua, nequeunt comprehendi ratione, vel arte, ſed operantis induſtriæ relinquitur inueſtiganda experimento iuuantium & nocentium, & iudicio regibilium corporum. Sed neceſſe eſt Medico, hãc diuerſitatem in indiuiduis & ſupponere, & conſiderare cum forma operandi circa ſingula, iuxta exigentiam complexionis cuiuſcunq; membrorum, cùm in eis nõ ſit eadem omninò, ſed in parte aliqua manifeſtè diſsimilis. ¶ Tota verò latitudo complexionis cuiuſque ſpeciei reducitur ad temperamentum & diſtemperamentum: ideò primę differentiæ complexionũ tantùm ſunt duæ, ſcilicet temperata & diſtemperata. Eſt autẽ temperata complexio illa, in qua primę qualitates mutuò ſe frangunt in eo termino, quo reſultat potiſsima diſpoſitio corporis, ſecundùm omnem modum, qui ſuæ ſpeciei debetur: nam in vnaquaq; ſpecie abſolutè temperatũ eſt, quod reſpectu omnium indiuiduorum ſuæ ſpeciei eſt tale: quod verò reſpectu aliquorũ dicitur temperatum, ſufficit, re-

ſpectu

Qualitates in miſtis ſe frangunt vſque ad mediũ, in quo ſpecies ſaluatur, & illud habet latitudinem.

Prima differentia complexionum duæ.

Temperata cõplexio quid ſit.

ſpectu illorũ habere diſpoſitionem potiſsimam.

Octo modis attribuit Medicus temperamentum corporibus humanis.

¶ Medicus autem octo modis, vel reſpectibus attribuit corporibus humanis temperamētum: in nullo tamen illorum modorũ dicitur complexio temperata in puncto, ita ſcilicet, vt illa complexio perſiſtat in indiuiſibili termino: tale namq; temperamentum inſenſibile eſt, nec etiam eſt poſsibile per naturam, vt corpus aliquod in tali complexione, ſcilicet indiuiſibili, diu permaneat, vel ætatis ratione, vel continentis, aut fortè regiminis. Vnde tam largè ſumitur hìc temperamētum, vt in quolibet octo modorum magnam latitudinem habeat.

Primus modus.

¶ Et primus modus huius temperamenti exiſtit ille, quo tota complexio humanæ ſpeciei dicitur temperata, reſpectu omnium aliorum complexionatorum, quod temperamētum tantam habet latitudinē, quòd ſub eo continentur omnes particulares complexiones hominum quorumcunq;: ita quòd quilibet homo dicitur temperatus, quandiu viuit, reſpectu cuiuſlibet alterius miſti corporis. Huius autē latitudinis termini ſunt duę complexiones extremę, vltra quas ſi procederet intenſio, vel remiſsio qualitatũ oppoſitarũ, iam deſineret eſſe humana complexio, pro tanto, quòd ſub ea nõ poſsit aliquod indiuiduum humanæ ſpeciei ſaluari vel eſſe. Prædicti verò termini remiſsionis, vel intenſionis, nominantur à quibuſdam Medicis termini multitudinis & paucitatis: id eſt, multæ participationis vnius qualitatis, & modicæ participationis oppoſitæ: proinde dicuntur termini multitudinis & paucitatis copulatiuæ: quia ſemper in oppoſitis qualitatibus ſe comitantur multa & modica participatio: nam participans multum de vna qualitate, modicum participat de oppoſita.

Secundus modus.

¶ Secundo verò modo dicitur temperata complexio illa, quæ eſt medium latitudinis primi modi, ꝑ quam aliquis homo dicitur temperatus, reſpectu aliorum corporum, vel omnium hominum: & complexionem talis hominis vocāt Medici meliorem formarum abſolutè, iccircò, quia non ſolùm reſpectu cunctorum hominum, ſed etiam reſpectu quorumlibet complexionatorum habet complexionem potiſsimam: quod temperamentum, ſi conſideretur ſecundùm punctalem rationem, vel terminum indiuidualis complexionis, non poteſt eſſe niſi in vno indiuiduo, vt patet ex dictis: haberet tamen in eo latitudinem, qua decurreret per diuerſas ætates & tempora, viuendo in ſanitate: ſed quia talis terminus inſenſibilis eſt, ideo Medicus iudicio ſenſus omnes eos dicit habere tale temperamentum, qui tantũ huic appropinquant, vt eorum receſſus ab eo nequeat ſenſu diſcerni: nam ſi aliquo modo ſenſu perciperetur, quantumcunq; modicum eſſet, ſtatim talia corpora ſaltem iudicat parũ lapſa. Patet igitur, quòd ſecundùm conſiderationem Medici tale temperamentum habet latitudinem, non ſolùm ætatis, & temporis, regionis, & regiminis, ſed etiam latitudinem, nõ ſolùm ætatis, & temporis, regionis, & regiminis: ſed etiam latitudinem plurium indiuiduorum, quæ largo modo poſſunt dici temperata reſpectu omnium aliorũ, qui nõ communicant eis in tali temperamēto: Quia verò terminus, in quo perſiſtit complexio, non cognoſcitur, niſi per reſpectum eius ad temperamentum, ideo vt plenius hæc complexio cognoſcatur, & comparetur ad verũ temperamētum, quod ſola comprehenditur ratione: perinde corpora, quæ habent prædictam complexionem, cùm ad verum temperamentum comparantur, præcipuè in ætate augmenti, dicuntur eſſe calida, & humida in ſecundo gradu. Nam cùm illud temperamentum verũ nullo modo ſenſum immutet, iſtud tantum diſtat ab eo, quòd in prima obuiatione ad ſenſum manifeſtè immutat ipſum per caliditatem & humiditatem: ideò ſi diſtantia ſecundùm rationem, reſpectu illius accipiatur, iudicabitur, diſtare per duos gradus in prædictis qualitatibus: ita tamen, quòd nulla complexionata magis realiter appropinquant ad verum temperamentum, quàm humana corpora, quæ inueniũtur temperata in hoc ſecundo modo temperamenti: conſiderando tamen complexionem, qua totum diſponitur, qualis eſt complexio ſanguinis & ſpirituum, & etiam cutis.

Corpora temperata sub æquinoctiali.

Corpora verò in temperamento conſtituta, vt plurimùm reperiuntur in habitatione, quæ ſubiicitur æquinoctiali, vel quarto climati: in aliis autem habitationibus rarius.

Tertius modus.

¶ Tertio verò modo temperamentum dicitur complexio, conueniens habitatoribus vniuſcuiuſq; climatis, vel regionis, ad viuendum in ſanitate, ſecundùm exigentiam illius habitationis, reſpectu aliarum, ita quòd reſpectu complexionis huius habitationis, vel illius, omnes habitatores alterius ſunt diſtemperati: quoniam in climate huius complexionis non poſſunt viuere ſani. Patet autem quòd iſte modus temperamenti latitudinem habet magnam, cùm ſub eo comprehendantur omnes viuentes ſani in illo climate, qui quum ſint plures, differunt in complexionibus penes plus, & minus in participatione qualitatum complexionalium, & cõtinetur tota hæc latitudo infra duos terminos multitudinis, & paucitatis, vltra quos nullus in habitatione viueret ſanus.

Quartus modus.

¶ Indiuiduum autem, cuius complexio perſiſtit in medio huius latitudinis, dicitur abſolutè temperatum, ſecundùm quarum modum temperamenti, ſcilicet reſpectu aliorum omnium ſui climatis, in quo modo reperitur latitudo, ſicut in ſecundo ſuperius dicto.

Quintus modus.

¶ Quinto verò modo dicitur temperata complexio vniuſcuiuſque indiuidui, cùm comparatur ad complexionē alterius: ideò, quia vnumquodque indiuiduum viuit ſanum, ſub indiuiduali complexione ipſius, ſub qua nullum aliud poſsit viuere, nec ipſum etiam ſub complexione indiuiduali alterius, propter quod complexio indiuidualis cuiuſlibet hominis dicitur eſſe temperamentum ipſius, & omnes aliæ, prout eſt tale indiuiduum, ſunt ei diſtemperantiæ. Dicitur ergò quiſque in ſe temperatus, cùm habet ſuam propriam complexionem, per quam viuit ſanus, ſecundùm quod exigit ſua indiuidualis natura, de quo temperamento iam patet, quòd habet latitudinem, cùm ſub eo viuat quiſq; ſanus ſuo modo, nunc calidior, nunc minus calidus, aut ſiccus, aut humidus, ſecundùm diuerſitatem ætatis & temporis, & regionis.

Sextus modus.

¶ Cùm autē vnumquodque indiuiduũ habet medium huius latitudinis dictæ in quinto modo, tunc dicitur ſexto modo abſolutè temperatum, reſpectu ſuiipſius: ideoq; tunc eſt in potiſsimo eſſe ſuæ indiuidualis com-

plexionis, secundùm Medicum, vt ex superioribus patet, habet aliquam latitudinem, licet modicam comparationem prædictorum modorum temperamenti. Nam cùm in quacunque ætate quisque attingat talem statum potissimùm suæ complexionis, cõstat, quòd in iudicio sensus pluribus diebus viuit in eo sanus, secundùm exigentiam suæ sanitatis, tamen propter diuersitatem temporis, aut regiminis, non in eodẽ puncto manet caliditas, aut frigiditas, aut siccitas, aut humiditas, & cõtinetur hæc latitudo infra duos terminos multitudinis, & paucitatis, vltra quos iã esse desinit in potissimo statu suæ complexionis, sicut in aliis est expressum. ¶ Septimo verò modo temperamentum accipitur, non in toto corpore, sed in membris, secundùm quem modum dicitur vnumquodque membrum in se temperatum, respectu cuiuslibet alterius membri, quoniam habet complexionem, per quam perficere potest iudicio sensus operationẽ, quæ sibi debetur, respectu cuius est distemperantia omnis complexio cuiuslibet alterius membri, ita quòd complexio carnis debet habere humiditatem in plus, respectu ossis, & os econuerso siccitatem, & sic de aliis. Vnde, quandiu plus siccitatis habet os respectu carnis, & sic de aliis, tandiu dicitur temperatum in se, respectu illius, vel aliorum: & patet, quòd istud temperamentum habet latitudinem multam, secundùm quòd complexio vniuscuiusque membrorum, qua perficit quod suum est, intenditur, vel remittitur in aliqua qualitate, secũdùm diuersitatem ætatis, aut temporis, aut regiminis. ¶ Cùm verò vnumquodq; membrum habet latitudinis medium suæ complexionis, tunc dicitur respectu sui absolutè temperatum octauo modo temperamenti: quia tunc est in potissimo statu suæ complexionis, secundùm quem modum dicitur communiter cerebrũ, aut cor temperatum, & sic de aliis, quod temperamẽtum habet latitudinem similem temperamento sexti modi. Nam

Septimus modus.

Octauus modus.


A sicut ex prædictis patet, semper sequens modus temperamẽti, est medium latitudinis modi præcedentis, & ideò minorem habet latitudinem, sed tamẽ secundùm Medicum habet aliquam, vt iam patuit. ¶ Sicut autẽ humana species dicitur temperata, respectu omnium aliarum specierũ (quia maximè appropinquat vero temperamento) sic inter mẽbra humana cutis dicitur absolutè temperata, respectu omnium aliorum membrorum, propter rationem eandem, & ideò consequenter B sola cutis humana inter omnia complexionata maximè appropinquat vero temperamento, & ex ea in parte habet humanum corpus, vt dicat absolutè temperatũ, respectu omnium aliorum, & ista temperantia cutis, est cutis manuum magis temperata, & præcipuè cutis volæ manus, & maximè in ventriculis quatuor digitorum, & pollicis. ¶ Intemperata verò complexio est illa, in qua corpus complexionatum recedit à potissima dispositione per dominium alicuius qualita- C tum primarũ. ¶ Ex quo patet, quòd cùm in nulla complexione possit dominari qualitas aliqua, nisi simplex, vel composita, tunc omnis intemperata complexio vel simplex erit, vel composita. Simplex verò est, in qua tantum vnica, & tantum dominatur qualitas, nec dicitur simplex, quia nihil participet aliarum, cùm hoc sit contra rationem complexionis, quæ est qualitas cõposita ex quatuor primis, sed quia iudicio sensus vna illarum tantum suæ oppositæ dominatur. Compo- D sita verò est, in qua dominantur duę, & quælibet istarum est quadruplex: & sic in vniuerso complexiones sunt nouem, scilicet vna æqualis & temperata, & octo distemperatæ, quæ sunt calida, frigida, humida, sicca: calida & humida, calida & sicca, frigida & humida, frigida & sicca, quas quidem complexiones nõ solùm considerat Medicus in sanabili corpore, sed etiam in cunctis salubribus causis, prout referuntur ad ipsum.

Cutis dicitur absolutè temperata respectu aliorum membrorum.

Cõplexio intemperata.

Complexiones in summa sũt nouem.

COMMENTARIVS.



I. Comple-

1. COmplexionem vocat Arnaldus, quod recentiores Medici temperamentum appellant. Illa vox idiomate Gallico magis, quàm Latino trita est. Sed aliud nobis disquirendum est, *vtrum scilicet qualitas sit, an substantia temperamentum*. Inter se complicantur, & in vnum coëunt elementa, nō elementorum qualitates duntaxat; & substantias, dum miscentur elementa, perinde vt qualitates immutari constat. Quid igitur obstat, quominus vt qualitates, sic ipsas etiam elementorum substantias actione mutua contemperari statuamus: siquidem hac elementorum mixtione non noua modò qualitas exoritur, sed noua quædam species & substantia, quæ temperamento non minus quàm ipsa qualitas adscribenda videtur. At verò quod existimāt in substantias nec magis nec minus cadere, nec contrarietatem, vt ob id accidentium ratione solùm rebus temperamenta competant. Non hoc aliud est, quàm si vera falsis conuincantur. Non enim qualitates modò, sed ipsas maximè substantias sibi inuicem esse contrarias, id in nostro Philosophiæ triumpho demonstrauimus, adeoque magis & minus in substantiarum generationibus admitti necessariò. Cæterùm sitne temperamentum præter qualitatem aliud quidpiam, ex iis facilè intelligetur, quæ in Hippocratis libellum de Humana natura conscripsimus. Quæstio hæc nobis hoc in loco mouenda fuit, non discutienda, ne seruandæ breuitatis limites egrederemur.

Medium autem illud, in quo species aliqua.] Temperamenti latitudo temperatorum differentias refert. Cùm ergo extra genus differentiæ nō euagentur, ob id Arnaldus probè latitudinis limites dissimilitudine definiuit, non quauis, sed eâ, quæ sub specie continetur, cui temperamētum id adscribitur. Species differentiæ latitudinem in suis & propriis indiuiduis habet, non autem alienis: & indiuiduum aliquod differentias admittit respectu temporis, ætatis, regionis & similium, quibus id ipsum non aliud indiuiduum subiicitur.

Huius latitudinis (inquit Arnaldus) *termini sunt duæ complexiones, vltra quas iam desineret esse humana complexio.*] Defectus hic est & excessus, quantos vnumquodque vel speciei, vel indiuidui temperamentum sufferre potest. Siquidem vt magnitudinis, sic etiam temperamentorum limites definiti sunt.

De Humoribus, Cap. IIII.

Humor quid. HVMOR est corpus liquidum, fluidum, in quod in primis conuertitur chylus, & ex quo immediatè consimilia membra causantur: liquidum dicitur respectu membrorum, sed fluidum ad differētiam tertiæ humiditatis eorum, ad cuius euidentiam est sciendum, quòd tres sunt humiditates, quę naturaliter continentur intra membrorum substantiam: *Tres humiditates.* quarum prima est humiditas, quæ ex concauitatibus naturaliter continētibus sanguinem exudat in porositates membrorum, quę ideò ros *Ros.* dicitur, quia minutissimis & suauibus guttis roris ex sudatione assimilatur. Secunda verò est eadem, postquā membro cepit assimilari complexione atq; colore: vnde, quia membri continentis complexione iam alterata est manifestè, iccircò cambium dicitur: *Cambium.* & hæ duæ humiditates adhuc fluidæ sunt. Tertia verò est humiditas, qua partes membri continuantur, & hærent inuicem velut glutinum, *Glutinum.* propter quod etiam glutinum appellatur, quæ licet in se sit liquidum corpus, tamen in membris actum non habet fluidi.

In quod in primis, &c.) Ad differētiam spirituum ponitur. *Et ex quo.*) & etiam ponitur ad differentiam elementorum. ¶ Patet ergò, quòd cùm necesse sit humiditates sub rebus naturalibus comprehendi, quòd ros & cambium ad humores re-

A ducuntur, glutinum verò ad membra: cætera verò liquida sanabilis corporis, sine quibus aliquando naturaliter esse potest, vt chylus, & lac, & sperma, secundùm Medicum res sunt non naturales: quia sunt nutriens primùm, vel superfluitates exeuntes à corpore. ¶ Humorum autem genera quatuor sunt, *Humorum genera quatuor.* scilicet sanguis, cholera, flegma, & melancholia: & horum quidam sunt naturales, quidam innaturales. Sunt autem secundùm Medicum naturales illi, qui ex conditionibus sui ge-

B neris potissimas habent: innaturales autem, qui ab illis recedunt. ¶ Conditiones verò naturalis sanguinis sunt hæ, *Conditiones sanguinis naturalis.* scilicet vt sit in complexione temperatus, & in sapore dulcis, & in substantia mediocris, & in colore purpureus in venis, & rubicundus in arteriis, cuius generatio est in hepate, ex temperatis chyli partibus. Locus autem naturaliter continens, sunt venæ, & arteriæ, & concauitates cordis, aptus ad generationē spirituū, & ad omnia membra laudabiliter nutrienda: ca-

C rens autem aliquo prædictorum, innaturalis est. ¶ Conditiones verò choleræ naturalis sunt, vt sit *Conditiones choleræ naturalis.* inter humores in complexione igneus, in substantia subtilissimus & leuissimus, in sapore amarus, in colore rubeus, clarus ad modum subtilis vini & rubei, cuius generatio est in hepate ex calidioribus & siccis chyli partibus, receptaculum eius purè cistis fellis apta, per se conferre naturali fecum expulsioni & apertioni meatuum, quos viscositas aut grossities alterius substantię obtu-

D rare potest: quæ verò caret aliquo prædictorum, innaturalis est, & sine ea potest esse naturaliter, alias non potest esse sanabile corpus. ¶ Sunt autem innaturalis cholerę famosæ species quatuor, *Si referatur ad naturale, prima litera bene habet: si ad naturalē, melior secūnda.* citrina similis in colore citro maturo, quæ generatur ex commistione choleræ naturalis, & flegmatis naturalis in omni membro alio à corde. Vitellina crocea, vt vitellum oui, quæ ex commistione grossi & globosi flegmatis, & naturalis choleræ generatur, potissimè in iuncturis, & in

E intestinis. Alia, quæ, quia similis est prasio, id est succo foliorum porri, prassina vocatur, & generatur ex vsu herbarum & olerum acutorum, & maximè viridium in calido stomacho. Quarta verò, quia similis est in colore, & in effectu ærugini æris, æruginosa dicitur, & ex immoderata adustione cuiuslibet alterius choleræ in omni membro, præter cor, generari potest: nam perniciosa est, vt venenum. ¶ Flegma naturale, est humor in complexione aqueus, in substantia mediocris *Conditiones flegmatis naturalis.*

F inter grossitiem & subtilitatem, sed viscosus ad modum albuminis oui crudi, & coloris & saporis eiusdem, cuius generatio est in hepate, ex humidis & frigidis chyli partibus: receptaculū eius sunt venę totius corporis, aptus ex se sanguinem conuenienter adhærentē membris efficere. Membra verò corporis in defectu sanguinis nutrire, licet nō ita perfectè: at iuncturas corporis in temperata leuitate conseruare ad motum. ¶ Innaturalis autē flegmatis modi sunt quatuor, quorum

G tres saporibus distinguūtur, scilicet dulce, quod ex cōmistione sanguinis, vel ex digestione quiddam acquirit dulcedinis, & minus frigidus naturali existit: salsum, quod ex commistione cholerę adustæ, vel supercalefactione terrestriū partium eius causatur, vnde vim adipiscitur exsiccandi, &

multò minus eſt frigidũ naturali: acidum, quòd ex commiſtione naturalis melancholiæ, vel alteratione, qua frigidius naturali efficitur. Quartus verò modus ex ſubſtantia diſtinguitur: nam globoſum eſt, & multò minus liquidum naturali & cæteris, ſimile vitro liquefacto, proinde vitreum dicitur, & ab intenſa frigiditate coagulante cauſatur, & cæteris eſt frigidius: nulla verò alia differentia ſubſtantiæ diuerſam à prædictis cauſat impreſsioné, & ideò omnis alia diuerſitas in ſubſtantia flegmatis ad prædicta reducitur, nam gypſeum ad vitreum, quoad ſubſtantiam: mucilaginoſum verò ad alia, & quæcunq; ſimilia.

Conditiones melãcholiæ naturalis.


¶ Melancholia naturalis inter humores habet complexionem terræ, eſt in ſubſtantia & colore velut vinum groſſum, ſpiſſum & nigrum, ſaporem habens acerbũ, ſcilicet ex acido & pontico miſtum, velut ſuccus prunorum viridium, cuius generatio eſt in hepate ex groſsioribus chyli partibus: receptaculum purè ſplen, apta de ſe orificium ſtomachi ad finem diſponere, ac in omni parte corporis iuuare retentionem inſpiſſando & reſtringendo. Innaturalis eſt illa, quæ ex quolibet prædictorum humorum in quouis membro generatur per aduſtionem incinerantem: proinde tot habet diuerſitates, quot ſunt prædicti humores:

A nam cùm eius, à quo generatur, ſapiat naturam, aliquid habet proprium vnaquæque, veluti quæ ex flegmate generatur, minus eſt ſicca, quàm ex cholera, vel naturali melancholia: ſimiliter in colore, & ſapore, & ſubſtantia, & virtute differẽtes, proprios obtinent gradus, ad quos exquiſitè humana ratio nõ pertingit. Sed ſufficit Medico ſpecies huius generis artificiali æſtimatione diſcernere.

Quæ habeat cõſiderare Medicus cõtra humores, & quæ non.

¶ Cognitis igitur humorum ſpeciebus, & quantum ad formam ſui, & quantum ad cauſas generationis, B & receptacula, non eſt Medico neceſſarium, ordinem generationis naturalium humorum ex chylo in hepate conſiderare: quoniam ipſius notitia nullum præbet iuuamentum in opere. Cùm enim virtus hepatis operatur in chylo, iam chyli materia corpori obuiauit, circa cuius adminiſtrationẽ ſupponit Medicus, quòd rectè proceſſerit, ſcilicet ſecundùm exigentiam corporis. ¶ Ordo verò ſequeſtrationis ipſorum humorum naturalium à chylo, non ſolùm prouenit ab C ipſius hepatis complexione, ſed etiam à chyli potentia, vel aptitudine: nam in aptiori ad flegma prius incipit generatio flegmatis, ſi hepar fuerit temperatũ, & in aptiori ad cholerã choleræ, & ſic de aliis: quapropter ex temperato chyli temperatum hepar ſimul ſequeſtrabit humores.

COMMENTARIVS.



HVMOR (inquit Arnoldus) *liquidum corpus eſt, & fluidum.* Hanc eò differentiam adiecit, cùm gluten quo partes ſolidæ compinguntur, & continentur liquidũ corpus ſit, nec tamen ad humores, ſed partes ſolidas referatur. Fluidum ergo corpus eſt humor, nõ firmum & conſiſtens. Sed quid an non viſcoſa tenaxq; pituita partibus D inhærẽs humor eſt, licet corpus ſit, nequaquam fluidum? Ad hæc melancholiæ naturalis hoc à natura deſtinatum opus eſſe dicit Arnaldus, (admirandum vtique ſi res ita ſe habeat) *vt in omni parte corporis iuuet retentionem inſpiſſando & reſtringendo.* Certè ſi fluida ſit melancholia, retentionẽ iuuare non poterit; & ſi ſeipſam continere nequeat, quomodo continebit aliud quidpiam? Fortè diſcrimen in eo fuerit, quod nec pituita, nec melancholia, ſed gluten partis ſolidæ ſubſtantiam conſtituat.

De Membris, Cap. V.

Membri definitio.



MEMBRVM eſt pars ſanabilis corporis integralis, & ſolida ſuſceptibilis ſanitatis: per hanc autem definitionem conuenienter oſtendetur differentia membri ad alias res naturales: nam cùm dicitur pars, complexiones, & virtutes, & operationes ſeparátur ab eo: cauſa verò integralis ab elementis ſecernitur, quæ partes ſunt tantùm materiales: ſed cum ſolida dicitur, ab humoribus & ſpiritibus remouetur. Suſceptibile verò ſanitatis additum eſt ad differentiam pilorum, & eius, quod ex vnguibus ſeparatur ſine corporis læſione: nam hæc ſub exeuntibus à corpore continentur.

Medicus in quatuor attendit differẽtias membrorum.

¶ Membrorum differentias Medicus attendit in quatuor, ſcilicet in materia, dignitate, vel officio, corpulentia & complexione. ¶ In materia, quoniam ea, quorum poſsibilis eſt reſtauratio poſt deperditionem, aſſerit Galenus ex ſanguine tanE tummodò generari, vt caro & pinguedo. Cætera verò, quia deperdita non reſtaurantur, non tantùm ex ſanguine, ſed etiam ex ſpermate generari dicit: in qua conſideratione ſolùm vtitur ſufficientibus ad finem ſuum, & non neceſſariis abſolutè, ſicut oſtenditur ex tractatu de Intentione

Medicorum,

Dignitas mēbri ex tribus cognoscitur.

Medicorum, & de humido radicali. ¶ Dignitas verò, vel officium membrorũ ex operationibus, & iuuamentis, & virtutibus ipsorum cognoscitur. Operationibus autem, nam membrorum quædã sunt, quorũ operationes omnibus membris corporis sunt necessariæ ad viuendum, vel in se, vel in suo simili: in se quidem, vt cor, hepar, & cerebrum: horum enim operationes membrorum in vnoquoq; indiuiduo necessariæ sunt omnibus aliis membris ad saluationem, & regimen vitæ, vt generatio sanguinis, quæ fit in hepate ad nutritionem: generatio caloris naturalis, quæ fit in corde ad omnes actus vitæ perficiẽdos: generatio animati spiritus, quæ fit in cerebro ad exercendum sensum, & voluntarium motum. In simili quoq;, vt sunt testiculi: nam residuũ alimenti à membris trahere, & ad perfectionem spermatis fermentare, non est necessarium membris generantis, sed ei similis, scilicet generandi. Simili verò modo & virtutes, quib. in his membris prædictæ operationes perficiuntur, omnibus ꝑ consequens necessariæ sunt. Aliorum autem membrorum nec operationes, ac iuuamenta, nec per consequens virtutes sunt omnibus necessariæ, propter quod Medici prędicta quatuor membra dixerunt esse cæterorum fundamẽta, vel radices, siue principia: & ab aliquibus, capita, secundùm quam consideratione diuiserunt membra, quantum ad officium, seu dignitatem in principalia, & seruientia principalibus: sunt autem principalia prædicta quatuor. Cæterorum verò quædam seruiunt principalibus immediatè, vt meseraicæ hepati, & pulmo cordi, & neruus opticus cerebro, & didimus testiculis. Quædam verò immediatè alii membro, vt trachea cordi, mediáte pulmone; stomachus hepati, mediantibus intestinis & meseraicis: & oculus cerebro, mediante optico: & renes ac lumbi testiculis, mediantibus didimis. Iterũ seruientium principalibus quædam seruiunt deferẽdo à principalibus ad omnia alia membra, & huiusmodi vocauerunt Medici orta à principalibus duplici ratione: quia scilicet cum eis continuantur, & quia, quod in eis oritur, ad alia portant: & hoc modo dicuntur arteriæ oriri à corde, nucha, & nerui faciei à cerebro: venæ verò ab hepate, & seminales viæ, quibus sperma effunditur à testiculis. Quædam verò afferendo, id est, aliquid ad membrum, cui seruiunt, portando, sicut meri stomacho, & canna pulmoni, & didimi testiculis, & sic de aliis. Quædam verò emundando à superfluis: quædam præparando, quòd ab extrinsecus aduenit: quædam sustentando: quædam defendendo vel ab interioribus, vel ab exterioribus nocumentis, quorum quisque exempla per anatomiam inueniet. Et horum omnium seruientium membrorum virtutes, aut sunt influentes, aut innatæ tantũ, sicut patebit ex distinctione virtutum. ¶ Corpulentia membrorũ cognoscitur per propriam vniuscuiusque membri substantiam & compositionem: & quantum ad considerationem corpulentiæ membrorũ, quædam sunt simplicia, quædam verò composita. Simplicia dicuntur pro tanto, quia in eorum corpulentia nulla diuersitas secundùm speciem apparet in partibus, & proinde etiam consilia dicuntur, quia pars totius similis est ratione & nomine, qualia sunt arteria, vena, neruus, os, cartilago, cutis, glandula naturalis, pinguedo, caro simplex: & ideò simplex dicitur, quia quandocunq; caro sumitur pro substantia cuiuslibet membri carnosi. Composita verò sunt illa, in quorũ corpulentia sunt partes diuersarum specierũ, & cuncta alia, quæ ex aliquibus prædictorum componuntur, quorũ compositio diuersificatur forma, quantitate, numero partium, & positione, sicut patet per anatomiam: & proinde, quia eorum compositio debita istis quatuor, perficitur ad instar instrumentorum, vel organorũ musicalium, organica vel instrumentalia dicuntur: & quia etiam deputata sunt ad exercendum manifestiores operationes sanabilis corporis, velut ad officia publica, Officialia nominantur. ¶ Complexionibus etiam actualibus membra distinguuntur, prout propriè membra sunt, scilicet partes corporis, vt est viuens: nam eorum quoddam est temperatũ absolutè, respectu omnium aliorum, vt cutis maximè in vola manus, & in summitate digitorum, & potius indicis respectu, cuius aliorum membrorum complexiones dicuntur excedere in aliqua qualitate, licet consistãt in temperamento iustitiæ, vel proportionis, quæ illis debetur, & omnis eorum excessus mensuratur per comparationem ad cutem. Cæterorum verò cor est actualiter calidissimum, non vt calorem à sanguine vel spiritu contrahat, imò potius è contrario cùm sit genitor: & non solùm fabrica sanguinis arterialis & spiritus, sed horum continentia caliditatis actualis signum est sufficiens Medico, vnde & membra, quæ in suis concauitatibus immediatè continent sanguinem, secundùm plus & minus, actu calida, secundùm veritatem esse fatemur, & ideò post cor hepar dicitur esse calidius cæteris: quia cùm sit generatione sanguineum, plurimùm insuper sanguinem continet. Deinde sequitur caro simplex, quæ est generatione sanguinea, & spongiositate sua plus sanguinis continens cæteris membris sanguineis, excepto corde & hepate: nec rectum est dicere, quòd sit hepate minus calida, propter mistionem villorum neruualium, vbi de actuali complexione agitur, quæ conuenit carni, ratione suæ simplicitatis: sed quia minus sanguinea in substantia, & minus sanguinem continens. Post carnem verò simplicem sequitur musculus, deinde splen, postmodũ renes, postea verò arteriæ, deinde venæ, postremò pulmo. Hæc enim omnia membra iudicio tactus temperati, & in corpore temperato percipiuntur actu esse calidiora cute, secundùm ordinẽ dictum, prout magis & minus participant sanguinem in substantia, vel continentia sanguinis in concauitatibus, vel vtrumque: ex his enim actualis complexio efficitur calidior naturaliter cute prædicta: nam quantum ad innaturalem calorem, vel lapsum à naturali temperamento cuiusq; membri, cholera semper est causa pręcipua. Inter verò membra, quæ actu frigidiora cute naturaliter sentiuntur, os est frigidissimũ, postea cartilago, deinde ligamentum, chorda: postea verò panniculus, deinde neruus, nucha, postremò cerebrum: post hæc cirbus, consequenter pinguedo. Hæc enim omnia, secundùm ordinem prædictum, & minus sanguinea sunt, & minus sanguinem continentia

Membra principalia.

Membra seruientia principalibus.

Cutis temperata.

Membra calidiora cute.

Cholera semper est causa caloris innaturalis.


Membra frigidiora cute.

Membra molliora cute.

cute. ¶ Membrorum autem quæcunq; molliora sunt cute, & humidiora sunt actu, mollissimum autẽ omnium est pinguedo, postmodum cirbus, deinde cerebrum, postea nucha, caro mammillarum, atq; testiculorum: deinde splen, postea pulmo: deinde hepar, postea renes, & tandem musculus. ¶ Quæcunq; verò duriora sunt cute, ficciora sunt actu: omnium autẽ os est durissimum, postea cartilago, deinde ligamentũ: postmodum chorda, deinde panniculus: consequenter arteriæ, postea venæ: deinde nerui motiui, postmodum cor, postea nerui sensus. Cætera verò membra, quę nominata non sunt, ad hæc reducuntur: nam aut carnosa sunt, aut neruosa, vel glaudulosa, vel panniculosa. Distinctio verò per potentialem complexionem non conuenit propriè membris, scilicet inquantũ pars existunt viuentis animalis, aut sanabilis corporis: sed in quantũ natura possunt esse causarum salubrium sub ratione cibi, aut medicinæ: sicut in rebus non naturalibus, & specialiter in complexionatis potentialiter habet locum.

Membra duriora cute.

COMMENTARIVS.



MEMBRVM Arnaldus idem quod partẽ esse docet: quamuis membrũ eam ferè partem designet, quæ composita est ex pluribus, quæ Medicis instrumenta vocantur. Sed eius nihil interest, dummodo res intelligatur. De pilis & vnguibus quæstio Medicis agitatur, quæ cùm multos mirè torqueat; paucis ab Arnaldo discutitur, dum *susceptibilem sanitatis* partem vult esse: negari tamen poterit pilos, & id quod ex vnguibus citra corporis læsionem separatur sanitatem, morbumque non suscipere. Licet enim nullum doloris sensum habeant: suas tamen habent operationes, quæ si lædantur, morbum adesse consequetur.

De Virtutibus, Cap. VI.

VIRTVS est primum & particulare operationis principiũ in quolibet membro: Primùm, ad differentiam membri, quod est proximũ, & immediatum operationis principium: particulare ad differentiam animæ, quæ est vniuersale principium operum sanabilis corporis, vt est viuens. ¶ Medicus autem non ab essentia distinguit genera virtutum, sed ab operationibus proximis, & ab ipsarũ origine, quam habent in membris: quantum autem ad considerationem proximarum operationum, tria sunt genera virtutum, animalis, vitalis, naturalis. ¶ Dicitur autem animalis, quia principium est illorum vitæ, quę tantùm conueniunt animali. Hæc autem opera, quantum ad prima genera, duo sunt tantùm, scilicet cognitio, & motus localis: tamen quantum ad proxima, tria dicuntur, scilicet cognitio exterior, quæ quinque sensibus particularibus exercetur: & cognitio interior, quæ perficitur tribus partibus cerebri distinguibilibus visibiliter per anatomiam, propter quod etiam à Medicis triplex asseritur esse: scilicet imaginatio, æstimatio, siue ratio, & memoria. Tertiũ autem opus animalis virtutis est voluntarius motus. Proinde animalis virtus triplex dicitur esse, scilicet sensitiua, quæ alio nomine cognitiua dicitur deforis: discretiua, quæ alio nomine cognitiua deintus appellatur, & multi sapientũ vocant eam regitiuam: quoniam de operibus & obiectis omnium aliorum iudicat, & in omnibus aliquid ordinat, & ab omnibus cõmuniter nomine mentis significatur: propter quod etiam mens hæc describitur esse collectio quædã trium virtutum, scilicet imaginationis, æstimationis & memoriæ. Tertia verò est motiua voluntario motu: huius autem virtutis mineram & radicem proximam cerebrum dicitur esse pro tanto: quoniam primò illius operationes manifestãtur. ¶ Vitalis autem virtus illa dicitur, cuius operatione vita principaliter manifestatur in sanabili corpore, cuius fundamentum prædicta ratione cor dicitur esse. Nam eius operationibus cessantibus, nulla vitæ operatio manifestatur in corpore: nec tamen est econtrariò. Huius autem virtutis duæ sunt differentiæ: quarum vna est principium passionis in corde, à qua procedunt gaudium, tristitia, timor, ira, & similia. Alia verò actiua dicitur, quando agit motum constrictionis & dilatationis in pulsu, & anhelitu: in pulsu quidem, quantum ad cor & arterias: in anhelitu verò, quantum ad pulmonem: nam constrictione & dilatatione pectoris exercentur

Tria genera virtutum.

Virtus animalis.

Mens.

Virtus vitalis.


Virtus naturalis. exercentur aliæ virtutes. ¶ Virtus autem naturalis dicitur illa, cuius operatione principaliter perficitur & saluatur natura, tam speciei, quàm indiuidui, cuius duo sunt genera: nam quædam sunt quibus ministratur, & ministræ vocantur: quædam verò sunt ministrantes. ¶ Naturales autem virtutes, quibus ministratur, sunt tres: scilicet generatiua, augmentatiua, & nutritiua. *Virtutes naturales tres.* *Generatiua.* ¶ Generatiua quidem est illa, quæ operatur ad hoc, vt simile corpus sanabili procreetur: sunt autem generatiuæ duo opera, propter quod etiam dicitur esse duplex. B Primum quidem opus generatiuæ est immutare generationis materiam in matrice, secundùm qualitatem & substantiam, prout exigit diuersitas membrorum corporis generandi, vel lut materiã ossis ingrossare & exiccare: neruum verò inuiscare & humectare, & aliis similiter: propter quod hæc pars generatiuæ mutatiua communiter appellatur. Alia verò dicitur informatiua, quoniam eius opus est informare: hoc est, debitam & naturalem formam vnicuique membro C tribuere: cuius informatiuæ in genere sunt tot opera, quot sunt ea, quæ ad formam membri possunt esse necessaria: hæc autem sunt quinque, scilicet figura, meatus, concauitas, asperitas & lenitas: proinde informatiua omnibus membris aliquo linearum concursu figuram adaptat: aliqua verò concaua generat, aliqua perforata, quædam aspera, quædam lenia: quibusdam verò membris diuersis ex partibus totum attribuit. *Augmentatiua.* ¶ Augmentatiua verò est illa, quę generati corporis quanti- D tatem naturaliter perducit ad illum terminum, ad quẽ indiuiduum peruenire potest. Quandiu verò hæc virtus operatur, semper in membris amplius deperdito restauratur ex alimento, & ideò surgunt notabiliter in quantitatẽ maiorem propinquam. A quibusdam virtus pascitiua vocatur: nam quemadmodum pastus satiatiuus membra refectionis extẽdit, similiter operatur virtus ista: ab aliis verò dicitur nutriens more vulgari, sicut animalia dicũtur nutriri quãdiu crescunt. *Nutritiua.* ¶ Vir- E tus autem propriè nutritiua vocatur, ab aliquibus pascitiua, quæ cibum propinat & introducit, sicut pascens ex se, cùm solummodo reparat, quantum deperditum est in membris, aut cuius propria operatio est, alimentum in membrorum substantiam transmutare assimilatione perfecta, & per hunc actum assimilationis seruit augmentatiuæ: ipsa tamen sanabili viuente operatur continuè. *Virtutes prædictis seruientes.* ¶ Virtutes autem naturales, quæ prædictis seruiunt tribus, vel ministrant, quatuor sunt: F scilicet attractiua, qua membrum attrahit id, quo indiget: retentiua, qua retinet: digestiua, qua retentum transmutat ab vna dispositione in aliam, vel iuuatiua simpliciter, vel minus nocitiua: expulsiua, qua expellit superfluum. *Virtutes adhuc duplices innatæ & influentes.* ¶ Diuiduntur etiam virtutes, quantum ad originem, quam con trahunt à membris dupliciter: nam earum quædam sunt innatæ, & quædam influentes, innatæ virtutes illæ, quæ propriè sunt membrorum. Dicitur autem innata propriè virtus vniuscuiusq; G membri pro tanto: quia nòn inhæret ei ex membri alterius influentia: scilicet ex propriis & intrinsecis suæ generationis principiis. Influentes autem dicuntur illæ, quæ ab aliquo membro aliò deriuantur: ex quo patet, quòd vnumquodque membrum vel innata regitur tantùm virtute, vel innata & influente: sufficit autem Medico, nec obest asserere, quòd ea membra innatis solùm regantur virtutibus, ad quæ sensibiles meatus à principalibus non veniunt, quæ verò ab illis emanationes recipiunt aliquo meatu sensibili, reguntur innatis & influentibus. ¶ Quia autem necessariò habet scire Medicus, in prædictis virtutibus est: quibus instrumentis perficiant suas operationes in membris, vt peccata operationũ rectè corrigere valeat, & perfectiones etiam conseruare. ¶ Ea igitur, quibus immediatè virtutes perficiunt suas operationes in mẽbris, sunt compositio & complexio: omnis enim virtus exercẽs motum localem per se, vtitur compositione immediatè. Cæteræ autem virtutes vtuntur immediatè complexione, quod in quatuor naturalibus ministrantibus certiùs Medicus experitur: naturalis enim complexio membri (quia particeps est caliditas) quantum membro sufficit, attrahere potest: quia verò particeps siccitatis, quantum sufficit, retinere: quia verò caliditatis & humiditatis, digerere: sicq; fit, vt qualitas vna composita ex diuersis diuersarum sit operationũ principium, cui etiã vlterius calor naturalis, & spiritus à corde fluẽtes, naturaliter seruiũt. ¶ Quamuis autem non sit in membro, nisi vna qualitas actualis, scilicet complexio, qua perficiunt suas operationes omnes naturales virtutes eius: Medicus tamen quatuor dicit esse distinctas, non quia sic membrũ realiter informetur, sed quia sic exigit forma mentalis considerationis in opere medicãtis, vt sciat alumnus artis, quòd lapsus cuiusque naturalis virtutis, in quolibet membro qualitatibus distinctè alterantibus rectè corrigitur: ita quòd peccãte retentiua distinctè sufficit exiccare quantum, & quomodolibet membrum indiget. *Virtus complexionũ Medicus dicit esse quatuor.* Expulsiua verò debilitata necesse est humectare distinctè: simili quoque modo de cæteris qualitatibus oportet intelligi: proinde notabiliter dicit virtutes membri operari cũ eis. ¶ Ex his verò patebit vtique ratio, propter quam Medicus vocat omnes quatuor qualitates complexionales actiuas, vel operatiuas, seu effectiuas, sicut ex Galeno patet in multis locis: & vna quidem est, quia sunt principium actiuum naturalium operationum in corpore, tanquam instrumenta virtutis: alia verò est, quia per se faciunt immutationes & alterationes in sanabili corpore: nam siccitas & humiditas ita benè, secundùm suam naturam, alterant corpus, faciendò impressionem in eo, sicut & reliquæ duæ, licet non ita citò, aut fortiter: considerare verò has, secundùm quod ad inuicem se habet in transmutationibus physicis, solius est naturalis. *Medicus omnes qualitates vocat actiuas.*

COMMENTARIVS.

DE *respiratione* dubitari potest an à facultate vitali, vel animali perficiatur. Motum quo pulmones in anhelitu dilatantur & contrahuntur, Arnaldus vitalem esse docet, non animalem. De pulmonibus disceptatur: Quid si verò pulmones nec animali, nec vitali, nec naturali, sed violento motu ferri statuamus, cùm nec grauitate, nec leuitate, nec insito sibi principio, sed à diaphragmate, vel thorace fuga vacui, vel ob plenitudinis necessitatem moueantur. Respirationis autem vsus licet idem ferè sit, qui pulsus est, cordis nimirũ euentillandi causa: cùm tamen

musculis primùm & neruis perficiatur, sufficiens id argumentum fuerit motum in anhelitu non esse vitalem, sed animalem.

Quamuis autem non sit in membro, nisi.] Complexio quidem qualitas vna est ex quatuor membris in vnum coeuntibus: non proinde tamen absurdum est, si quatuor qualitates ipsi membro inesse profiteamur, cùm ipsum quatuor etiam constet elemētis, quorum nullum intueri licet à cæteris separatum. *Medicus tamen* (inquit Arnaldus) *quatuor dicit esse distinctas: non quia membrum sic realiter informetur: sed quia sic exigit forma mentalis.* Quatuor sibi Medicus A qualitates proponit in membro, cuius læsis actionibus opem ferre constituit, non quòd illæ qualitates in membro sint, sed quòd earum adminiculo suum opus exequatur. Nihil hoc est: nam si facultas expultrix humectatione roboranda sit, oportet vtique nimiam membri siccitatem eius debilitatis esse causam: si calore sit attractrix iuuanda, frigiditas in membro fuerit. Quamobrem licet vna duntaxat qualitas vno tempore perspiciatur, temporis tamen successu reliquis etiam pars ipsa subiicietur: non simul quidem: imò nec Medicus simul omnes membro læso inferendas mente complectitur.



De Operationibus, Cap. VII.

PERATIO membri quandoq; propriè accipitur, quandoque impropriè: propriè quidem operatio membri dicitur effectus manans à virtute ipsius: impropriè verò & largè quandoque dicitur operatio quodlibet iuuamentum, quod membrum præbet, vel compositione, vel substantia, veluti quòd craneum protegat cerebrum, vel intestina matrici præbeant molle stratum. ¶ Operationis autem propriæ duo sunt genera: nam quædam est simplex, quædā verò composita: simplex autem est, quę ab vna tantū virtute perficitur: composita verò, quæ à diuersis. Compositarum autem quædam sunt, quæ perficiuntur à diuersis virtutibus vnius generis, sicut est segregatio vrinæ, & aliorum humorum à sanguine: nam hæc operatio exercetur partim expulsiua hepatis, partim verò attractiua quorundam aliorum membrorum, & ambæ sunt naturales: quædam verò perficiuntur à virtutibus diuersorum generum, sicut transglutio, partim ab attractiua naturali, partim verò ab animali motiua, quæ lacertis meri operatur. Et sicut fames in ore stomachi partim naturali attractiua, membrorum inaniente ipsum, partim verò ab animali sensum inanitionis præstante: hanc autem diuersitatem necesse est Medico in cunctis operationibus subtiliter perscrutari.

De Spiritibus, Cap. VIII.

PIRITVS est vapor subtilis & peruius, ex naturali sanguine generatus, ad deferendum virtutes influentes à principalibus membris ad alia, & eorum operationibus seruiēdum. Per hoc quidem, quòd vapor est à cæteris rebus naturalibus, separatur: sed subtilis & peruius dicitur, ad differentiam grossi & caliginosi vaporis, ex quo generatur pilus: quia verò ex colore rubro naturaliter clara, subtilis peruius vapor generari potest. Additum est ex naturali sanguine generatus: quoniam autem ex naturali sanguine vapor alius, naturæ inutilis, generatur, subiungitur ad deferendum, &c. quæ dicta sufficientia sunt, quantū ad Medicum: nam in ordine ad sanitatem rectè dicitur spiritus lator virtutis, vel subiectum deferens eam, cùm constet ipsum esse vaporem, & per eius

absentiam

absentiam operationem cessare. ¶ Si verò dicatur interdum subiectũ esse sanitatis, eò quod fert qualitatẽ, qua in parte constituitur actualis membri complexio, siue fluens. ¶ Sufficiẽter comprehendi potest in eo, quod dicitur esse instrumentũ virtutis, operationem suam cum eo perficientis, inquantum membrum, quo fit operatio, per spiritum ad hoc perfectè disponitur qualitatibus eius. Vnde, quia lator est qualitatum informantiũ aliqualiter membrum, sine quibus non posset operationes perficere: ideo medicus eum dicit virtutis latorem. Nam omnem qualitatem quę principium est operationis aliquo modo vocat virtutem, nec per eam intelligit hic potentiam animę.

Spirituum tria genera.

¶ Spirituum genera tria sunt, quemadmodum & virtutum, quarum latores existũt, scilicet vitalis, naturalis, animalis. Vitalis autem in sinistro cordis ventriculo generatur, & abinde per arterias ad cętera membra peruenit, sicut & naturalis calor exinde fluens: Ita quod calor & spiritus, teste Galeno, subiecto sunt idẽ, videlicet vnus vapor, sed sola differunt ratione: nam idem vapor, inquantum calefacit membra temperatè, meritò calor dicitur naturalis, quia verò sub forma vaporis insensibiliter spirat in membro, & penetrat secundum omnes virtutes, spiritus appellatur. Reliqui vero spiritus, licet subiecto nõ differant à vitali, ratione tamen differentes sunt. Vitalis enim, cùm ab hepate fuerit informatus, naturalis efficitur, & exinde per venas cum sanguine cæteris distribuitur membris, & propterea dicit medicus ipsum oriri ab epate: Cum autem idem vitalis à cerebro informatur ad alias actiones exercẽdas, transit in animalem, & ex eo per nucham & neruos ad cętera membra fertur, vnde, quia proximo constat ipsum oriri à cerebro, Medicus dicit cerebrum esse mineram eius.

COMMENTARIVS.

DE spiritibus an sint, & quid sint, cũ nullo sensu percipiantur dictu difficillimum est. Ratione quidem spiritus animales quodammodo comprobari possunt: Neruos enim à cerebro & spinali medulla prouenire cernimus, qui cum obstruuntur, fit vt ea pars sensu, motuq́; destituatur, in quam ipsi deferuntur. Sufficiens hoc est argumentum, vim ad motum & sensum à cerebro & spinali medulla per neruos ad partes mouendas deuehi, cuius vehiculum esse ferunt vaporem quemdam subtilem & peruiũ. Sed de spiritibus vitalibus, & naturalibus idẽ statuere non licet, cũ sanguis per venas, & arterias ad partes nutriendas, fouendasq́; deferatur. Hic sanguinis vsus est, quis spirituum erit? An sanguis spirituum adminiculo nutrit, fouetq́; corpus vniuersum? Vtique si spiritus in hunc finem cõditi sint, oportet vt qualitatibus & consistentia sanguinis utriusque naturam imitentur. Ecquid igitur si sanguis adsit, spirituum opus erit auxilio? Constat ab humano corpore per insensilem transspiratum vaporem quemdam tenuissimũ efferri, quo cutis & vestes incalescũt. Eodem fortè modo spiritus in vniuersum corpus ex utroque sanguine defluunt, qui natura & viribus sanguinem quodammodo referentes nutritionẽ iuuant, vitalemq́; calorem fouent.

Ex naturali sanguine generatus.] Mirum an naturali dixerit ad vitalis differentiã, quod nequaquã approbandũ fuerit Definitionẽ enim talẽ esse oportet, quę rebus definitis conueniat. Spiritus vitalis spiritus etiam est, non ex naturali sed ex vitali sanguine generatus. Ex corrupto sanguine, vel extra venas existente vapor subtilis & peruius generari potest, quem spiritum non appellamus sed vaporem excrementitium: Hic cum non sit ex bono & naturali sanguine, non etiam defert virtutes influentes. Quid autem si spiritus animalis ex sanguine non generetur? Quis spirituum animaliũ usus est? An vt partes nutriant vel calore vitali foueant? Minimè, sed vt vim partibus ad sensum, motumq́; contribuant. Certè nec naturalis sanguis, nec vitalis ad hoc ipsum comparatus est, ut vim talẽ de se proferat: Vis hęc à cerebro est, inquies, sed à sanguine spirituum substantia prodijt. Non hoc mihi fit verisimile: Nam quale cuiusq; partis opus est, talem ipsa quoque sortitur substãtiam, cumq́; spiritus animales ad sensum, metumq́; non ad nutritionem facti sint, non à sanguine, sed à cerebro, quod sensus motusq́; principiũ est, suæ generationis ortum habent. Præterea non est ut substantiam quamdam spirituum animo concipiamus, quæ virtutem influentem ad partes mouendas deferat: Nam hæc ipsa virtus nihil aliud est quàm spiritus animalis. At verò nequaquam hoc admiseris. Age, quid igitur hęc virtus est, quam animalis ille spiritus à cerebro deuehit? Nõ adeò mentis impos es, ut animæ portionem esse contendas, cùm anima tota sit in singulis corporis partibus, nec diuisionem aut subtractionem vllo modo sufferat. Corpus ergo quoddam tenuissimum est, quod anima ex cerebro suscitat aptissimum ad partes neruorum & musculorum ope mouẽdas, aut ad sensum eis inferendum. Hoc ipsum corpus nihil aliud est, quã id quod spiritũ animalem vocamus. Quamobrẽ si spiritum ab ea quã defert virtute differre velis, nihil moror: virtus enim operationis est, & spiritus substantiæ respectu. Sunt qui spirituum naturalis scilicet, vitalis & animalis vnam eamdemq́; substantiam esse statuãt, sed alias esse quas deferunt virtutes. Hæc mihi sententia non placet: Nam spiritus animalis tota sui substantia motum & sensum operatur, nec vehiculum est duntaxat sensus & motus. De cæteris idem iudicium est.

De rebus annexis rebus naturalibus: & primò de Sexu, Cap. IX.

RES naturales secundariæ & cõsequentes sunt, quęcunq; aliqua prędictarum sequũtur naturali necessitate, sunt autem quatuor, sexus, ætas, color & habitudo, quarum ætas & habitudo sequuntur complexionem velut causam efficientem, aut formalem. Sexus autem & color partim sequuntur cõplexionem, partim autem naturalem compositionem membrorum. Sexus enim, cum sit differentia corporum, quantum ad organa generationis, constat quod sequitur diuersitatem compositionis illorum organorum, tanquam principiũ, formaliter distinguens eius differentias, scilicet marem & feminam, cuius compositionis diuersitas patet per anathomiam membrorum: Sequitur etiam complexionem sicut causam efficientẽ disponendo ad generationem maris & feminę, & etiam sicut causam formalem distinguentem in quolibet: Nam masculus de ratione sexus calidus est & siccus, vel minus humidus: Fœmina verò frigida & humida, & ideo naturaliter abundat superfluis ad organa generationis tẽdẽtibus.

COMMENTARIVS.

DE sexu duo dicuntur ab Arnaldo quæ discutienda sunt. Marem ait ratione sexus calidũ & siccum esse, feminam verò frigidam & humidã naturaliter ob menstruorum copiam. Hæc ratio quàm leuis sit ex eo patet, quod mulieres post annũ quinquagesimum frigidiores sint, quàm essent fluentibus adhuc menstruis. Preterea sexus efficientem causam ad temperamentum refert.

Sequitur etiam (inquit) *complexionem sicut causam efficientem, &c.*] Galenus lib. 14. de vsu partium multis rationem exponere nititur, qua mares & feminæ generentur: Sed absurdum id est, pariter & impium, vt in commentarijs

quæ in lib. Hippocr. de natura hominis conscripsimus videre licet. Imperfectum opus esse fœminam, eo quod genitalia foras protrudi non potuerint; hæc Galeni sententia est, qua Deo & naturæ summam facit iniuriam. Perfectum enim opus est fœmina, non minus atque mas. Sed quàm quæso ridiculum illud est, quo dogma confirmat absurdissimum. *Fœminas* (inquit) *oportebat esse frigidiores*, ut minus robusta esset earum natura, ne scilicet perfectum opus ederet, cùm ad humanæ speciei propagationem opus imperfectum requireretur. Pulcrè philosophatum est, quasi uero calor non attrahat potiùs quàm repellat: Dein cùm plurimus & vehementissimus sit in corde calor, cur non id potius quam testes foras propellitur. Iam verò cũ mulieres inueniantur, quę viris natura calidiores sunt, & robustiores, quis non videt quàm absurda sit hæc Galeni sententia? Dicam paucis, *nescire præstat quam mentiri.*

De Aetatibus, Cap. X.



AETAS verò cùm sit differentia durationis viuẽtis ex immediatis & corporalibus principijs vitæ causata, scil. ex calido & humido viuifico sequitur caliditatẽ & humiditatem tanquã principium effectiuũ, & iterum etiam sequitur aliam complexionem, scil. tãquam principiũ distinguens eius differentias. Quę sunt quatuor, adolescentia, iuuentus, senectus & senium. ¶ Adolescentia est ætas, in qua secundùm omnem diametrum crescunt membra. Vnde, quia in tali ætate abundant corpora calido & humido viuifico, ideo respectu sequentium talis ætas calida est & humida manifestè, & extẽditur usque ad 25. annum ad plus, licet in calidis regionibus citius terminetur, velut in terra Aethiopiæ: quibus senium aduenit in 30. anno, & in quibusdam etiam meridionalibus habitationibus nobis vicinis, vt plurimũ in 28. anno finitur totaliter crescendi potentia. ¶ Iuuentus autem est ætas, in qua cessat crescẽdi facultas, & corpus secundum naturæ cursum stat in sua perfectione, & in membris, & in virtute. Vnde, quia sistitur membrorum extensio, ad quam humidum disponebatur, rationabiliter in illa ætate minus esse censetur, quàm in præcedenti, & ideo dicitur ætas sicca, & insuper calida: quia nõdum viuificum humidum tantùm est diminutum, quin fouere valeat calidum sufficiens ad plenam informationem totius, ex quo patet quod licet in membris decrescentibus calor viuificus sit in eodem gradu intensionis, sicut viuenti conceditur sub latitudine speciei, quem gradum radicem no minauerunt quidam: tamen in crescentibus maior est ratione subiecti, quàm in iuuenibus iuxta proportionẽ corporis: nam in illis comparatione suorum corporum plus est de humido viuifico, quàm in istis respectu suorum, quod proprio sermone notauit ille doctor egregius dicens, eos plurimum habere calorem innatum, nec dicit intensiorem, intensior enim apparet in corpore mi nus humido, sicut in corporibus iuuenum. Hæc igitur ætas sequitur complexionem calidam & siccam, velut principium formaliter distinctiuũ eius ab alijs quantum ad qualitates complexionales. Ad plus autem extenditur vsque ad 40. annum, & infrà citiùs, aut tardius attingit terminũ, secundùm regionum diuersitatem. Consueuit autem hæc ætas virilitas appellari propter perfectionem, & à quibusdam etiam ætas statiua, quia iudicio sensus in vno tenore permanent in membris & in virtute. ¶ Senectus verò dicitur illa ætas, in qua corpus secũdùm cursum suæ durationis naturalis manifestè percipit defectũ, solummodo in virtute, vt visum hebetari, auditum ingrossari, motũ durescere, Venerem sopiri, quod contingit naturaliter propter diminutionem innati caloris sequentis defectum sui subiecti, scil. humidi viuifici: ꝓpterea formaliter respectu precedentium ætas frigida censetur & sicca: si enim seruauerit eãdem formam regiminis in hac ætate, quam in prædictis, proculdubio sentiet in effectibus virtutes diminui, ultimus autem extensionis suæ terminus est octuagesimus annus. ¶ Senium verò ætas est in qua membra corporis absq; causa exteriori manifestè diminuũtur: Vnde & corporis statura curuari & membra rugari & contrahi non desinunt vsq; ad vltimum instãs vitæ, propter nimium defectum innati caloris & humidi, quapropter frigidior est, & siccior essentialiter cæteris præcedentibus, sed aquosis humiditatibus indigestis est abundantior, & inde etiam Medici denominãt eam humidam, innuentes, quod ratione illius humiditatis potiùs, quàm ratione siccitatis essentialis indiget medicinali regimine: Huius autem ætatis mors naturalis est terminus, & proinde dicitur ætas mortis. ¶ Inter has autem ætates medicus tantùm in ætate crescentium distinguit notabiles proportiones, in quibus non solùm crescentium dispositiones variantur, quantum ad generationes membrorum in eis, quemadmodum explicat Hippocratis doctrina, sed etiam indigẽt vario regimine sanitatis: Prima igitur crescentiæ pars est ætas lactantium, quæ tribus ad plus perficitur annis: Sequens autem est dentium plantatiua, quę vsque ad octauũ annum extenditur, quæ licet quãtum ad duales, & quadruples. 7. vel 8. mense incipiant, tamẽ quia illorum mutatio & molarium plantatio in sequentibus annis perficitur, ideò attribuitur illis: Tertia ætas concussionis dicitur, ideoque tunc iam manifestissimo motu currendi & ambulandi corpus concutitur: Tempus autem lactantium infantia dicitur: sequentibus verò duarum spatium pueritia strictè nominatur, quæ vsq; ad initium pubertatis extẽditur, quandoq; tamẽ pueritia sumitur largè, scilicet ꝓ toto spatio pubertatis, infrà quod ad plus in omni parte corporis pili nascuntur, quæ usq; ad 25. annum extẽditur, & sic accipit pueritiam Gal. in illo aphor. 5. partic. Ptisis fit maximè, &c. Est autem pubertas vltima pars adolescentiæ, in qua pili oriri, & superfluitates, quæ sunt principia generationis, incipiũt resolui à corpore, vt sperma in masculis, & in fœminis menstrua, propter quod etiam dicitur ætas pollutionis, & in fœminis vt plurimum incipit in duodecimo anno, in maribus verò in 18.

Ætates quatuor. *Adolescẽtia.* *Alias in 18.* *Iuuentus.* *Senectus.* *Senium.* *Diuisio adolescentiæ in alias ætates.*

De coloribus, Cap. XI.



COLOR in genere cõsideratus, ꝓ tanto res esse ponitur naturalis, quoniã sine ipso in genere corpus sanabile nequit esse, scil. quemadmodũ humor in naturalem, & in non naturalem diuiditur, sic & color: Naturalis autem est ille, qui conuenit corpori ex innatis principijs: qui verò ex superuenĩtibus accidit, innaturalis est ei: Et vterq; quidem con-

Color duplex naturalis, & non naturalis, & quomodo vterq; à medico cõsideretur.

dem consideratur à medico in illis partibus corporis, in quibus color est sensui manifestus: Et hę partes sunt quinque, scil. cutis, vngues, pili, & oculi, atq; lingua: sed in cute, & lingua, & pilis, & vnguibus color à qualitate complexionali causatur: In oculis verò partim à complexione, partim verò à compositione. Ea verò parte, qua sequitur complexionem, sciẽdum est, quod quidam colores in prædictis partibus causantur immediatè à qualitate complexionali, quidam verò mediante corpore aliquo, habente potentiam tingendi & colorandi. ¶ Aduertẽdum igitur est, quod in vnguibus, in cute & superficie linguæ color naturalis est ille, qui conuenit eis ratione humorum naturaliter dominantium corpori. Nam de se carẽt determinato colore, ita vt non colorata propriè possint dici, sed eam habent naturaliter qualitatẽ visibilem, per quam disponuntur ad omnes colores suscipiẽdos, quale est gypsum transparens, & tales apparent in absentia humorum vel aliorum tingentium, sicut in syncopi, dum tamen per aliquod agens extrinsecum vel innaturale non amiserint prædictam transparentiam. Simplex igitur color in eis singulariter causatur ab eo humore, cuius colorem repręsentat: sed cõmistus color ex albo & rubro à temperamento humorum causatur. Innaturalis autem color ipsorum res est, quæ à morbo causatur, vel ab eo, quod iam esse incipit causa morbi, vel dispositionis innaturalis. Et ideò propriè non cadit inter res naturales eius consideratio: tamẽ vt clarior sit de coloribus doctrina: & hîc, & in rebus contra naturam, dicamus hîc, quod color innaturalis interdum causatur immediatè à corporibus colorãtibus appropinquantibus eis, interdum verò sola actione qualitatis alterantis. Colorãtium autem corporum quædam adueniunt ab extrinseco, sicut in barbaris maximè mulieribus, & genas & labia & vngues alcana tingentibus, & sicut interdum lingua quibusdam masticabilibus coloratur. Quidam autem ab intrinseco manant, sicut humores & vapores ab eis resoluti, quorum motus ad prædictas partes, vel à prædictis immediatè semper causatur ab opere expulsiuæ virtutis membrorum tantùm, vel expulsiuæ simul & attractiuæ. Quia autem virtutes has stimulat, aut est res cõtra naturam, vt in icteritiis morpheis, & in motibus creticis morborũ, & in ipsis morbis. Aut non naturalis, velut in accedentibus animi, vt verecundia, vel conatus nimius recipiẽdi anhelitum, aut notabilis meri potus maximè noui, vel erucæ comestio, quibus cogitur sanguis ad faciem eleuari, vel fugere ab ea, quemadmodum in timore: vel vaporem ad linguam eleuari, sicut contingit in acutis calidis febribus. A sola verò actione qualitatis alterantis colorãtur innaturaliter ex obuiatione exterioris corporis, actualiter immutãtis cum excellenti caliditate, aut frigiditate: sicut in cauteriis patet: & in regionibus in quibus excedit aer in prædictis qualitatibus. Talia autem corpora colorant prædicta membra duplicier, scilicet immutãdo ipsa membra in se, & etiam immutando humores eis suppositos, quas immutationes facit aer manifestè in cute. ¶ Pilorum autem colores ab eisdem causis oriũtur, sed differunt pro tanto, quia non colorantur ab humoribus nisi mediante vapore, qui materia est ipsorum: Qualitas autem complexionalis colorat pilos dupliciter, vno quidem modo generando vaporem prædictum, aut alterando ipsum, aliter verò immutando ipsum pilum iam generatum. ¶ Inter qualitates autem principaliter à caliditate & frigiditate causantur colores, albedo quidem & plumbeitas à frigiditate, nigredo verò, rubedo & ruffedo & citrinitas atque viriditas in prædictis membris à caliditate causantur, licet nigredo & viriditas ab intensiori vel adurente, viriditas tamen rarò à sola qualitate generatur in eis, sed à tingenti humore, ut cholera viridi vel sanguine congelata: sed color ex albo & rubeo commistus, causatur à temperamẽto qualitatum. ¶ Colores autem oculorum attenduntur in duabus oculi partibus, scilicet in coniunctiua, quæ ut plurimum alba est ex sua naturali complexione: cæteri verò colores apparentes in ea, causantur ex humore tingente, rarò autem ex sola qualitate. Attenduntur etiam infrà ambitum corneæ, vbi quatuor ut plurimum colores apparent, quorum duo sunt niger, & alius inter cæteros vicinissimus albedini, proinde subalbidus dicitur, & frequenter apparet in oculis recenter natorum, & est sicut color apparens in vitro claro & pleno aqua turbida: grossa enim diaphaneitas albedini vicinatur, sicut in albumine oui. Alij verò sunt glaucus & varius, & hi quidem, quantum ad formam coloris absolutè consideratam, medij sunt prædictorum, quia nec tantùm participant de forma nigredinis, quantum niger, nec tantùm de forma albedinis, quantum subalbidi, quemadmodum sensus discernit. Ita quod secundum hoc iudicium glaucus vicinior est subalbido, varius verò nigro. ¶ Si autem colores oculorum prædicti non considerentur secundum quod imitantur formam corporis absolutè, sed secundum id, à quo specialiter causantur in oculis, tunc proculdubiò inuenientur extremi glaucus & niger. Id autem quo principaliter coloratur prædicta oculorum regio, (vt excellens Galen. explicuit) est diversa participatio splendoris diffusi versus corneæ regionem: ita quòd oculi, qui plurimum splẽdoris ibidem participant, fiunt glauci. Causas autem multiplicantes inseparabiliter in prædicta parte splendorem, ab essentialibus componentibus oculi, docuit elegãter summè Gal. & hęc sunt 5. scil. magnitudo crystallini humoris, fulgentia radiosa ipsius, appropinquatio situs eius ad corneam, pura subtilitas humoris albuginei atque paucitas eius, quibus simul concurrentibus glaucitas in summo causatur: Si verò per singula sit oppositum, paucissimus splendor irradiat partes illas, & ideò nigredinem imitantur: Nam diaphanum splendore carens in profundo nigrum apparet, sicut patet in aqua maris: Multitudo verò & paucitas spirituum, licet in parte causæ sint prædictorum, separabiles tamen sunt, & non ab essentialibus sumtæ, quapropter etiam non occurrit eorum consideratio, ubi tantùm agitur de innata complexione ipsorum: Inter prædicta verò extrema, scilicet nigredinem & glaucedinem, tantùm est medius color varius secũdum plus & minus, qui ex prędictis medio modo concurrentibus secundum plus & minus causatur. ¶ At verò cùm prę-

Vngues, cutis, & superficies linguæ de se carent determinato colore.

De pilorum coloribus.


De oculorum coloribus.

Causa colorationis oculi circa corneam.

dicta regio oculorũ cõsideratur, secundum quod veram formam coloris participat, tunc extremi colores eius, & etiam medii habent causas alias à prædictis, in quibus aliqui errauerunt, non aduertentes supradictam distinctionem, nec etiam recolentes naturales perscrutationes de coloribus animalium: Verus igitur color infra corneã apparens color est vueæ, quæ in quibusdã est nigra, in aliquib. verò subalbida vel purè caropos, in aliis verò maculas habet sparsas hincinde, quandoq; nigras, interdum ruffas, nunc verò saphyreas, ex quibus medio modo cõcurrentibus secundum plus & minus medij colores generantur. ¶ Subalbedinis insuper causa est abundantia humoris aquosi & indigesti in vuea, & sub ipsa, sicut est in recenter natis: Et hinc est, quòd subalbedo raro apparet in adultis, & vt plurimũ non nisi in habitatoribus valdè septentrionalibus, vt Scotis & Noruegis & Sclauis, qui & albugineum, aquosum & indigestum, & multum habent, & vueas caropinas: Et istum colorem aliqui glaucum, impropriè tamen vocant, de qua glaucedine solùm habet veritatem, quòd debilem causat visum, & impotentes oculos ad intuendum splendorem.

Causa subalbedinis.

COMMENTARIVS.



NAM *de se carent determinato colore.*] Diaphanes corpus est, quòd visu facilè penetratur, dum corpus ei subiectum videri potest. Hanc ob causam facilè quemuis colorẽ suscipit, vt perfunditur vario lingua sapore, nisi præter naturam aliquem imbiberit. Idem de coloribus harum partium refert Arnaldus, coloratas scilicet non esse, sed eam à natura visibilem habere qualitatem, qua possint quosuis suscipere colores. Quales ergo cuti subiiciuntur humores, talem ipsa quoque colorem nanciscitur, quos si contingat amoueri, simul & ipse color euanescit, vt in syncope vel metu fieri solet, dum facies calore pariter & colore priuatur, retracto ad interiora sanguine. Sed tamen non hoc sufficiens est argumentum, hasce partes nullum à natura proprium obtinere colorem: Cutis enim quæ musculis, rubræque carni obtenditur, alba tamen apparet, vel etiam nigra nonnullis, vt contritu vix erubescat. Præterea tinctoribus id compertissimum est, ea quæ colorem proprium habent, posse tamen alium suscipere.

Sed pro tanto differunt, quia non colorantur ab humoribus nisi mediante vapore.] Fuliginosum excrementum Medici pilorum materiam esse statuunt. Id mihi tamẽ nullo modo fit verisimile: Quod enim fuliginosum est terget potius & aperit, quàm vt obstruat, aut pilorum instar cohæreat pertinaciter: Viscosum id oportet esse, quo generantur pili: Manifestum hoc est in ipsis pilorum radicibus, quæ glutinæ quodam albo firmiter inhærent. Hoc pilis alimentum esse perhibemus, non fuliginosum vaporem, qui vel per insensilem transspiratum discutitur si tenuis sit, vel per sudores, si crassior existat. Eo rediit impudentiæ Galenus, vt suis phantasmatis diuinam potentiam alligauerit, atque si Deus tales effecerit necessariò pilos, qualis vel materię vel partium constitutio fuerit: Et Mosem eo nomine ridet quod Deum quiduis posse statuerit, cum tamẽ ex parte corporis molli pilos producere non potuerit, qui perpetuò forent ęquales, cuiusmodi sunt oculorum ciliæ. Mirari nos decet opificem Deum, nec intellectu nostro metienda est eius potentia. Fuliginosum vaporem comminiscitur Galenus, non autem hunc ipsum ullo sensu commonstrat. Sed admittatur. Qui fit ergò, cum in omnibus corporis partibus internis & externis vapor hic generetur, vt non omnes tamen pilis contegantur. Frons & genæ pilis destituuntur, nempè quia bonus opifex ad ornatum hoc voluit: Qui verò fiat nondum intellexi. Manus quinque constat digitis, non duobus duntaxat: propter materię copiam, (inquies) Sed cur non eò maiores euaserunt: duo namq; digiti cum duplam obtinuerint magnitudinem, tantùm assumserunt materiæ quantum quatuor. Sic nempè philosophandum est, vt in rebus quas scrutamur, etsi naturaliter fieri videntur, primùm & miraculosum principium nobis ob oculos ponamus, quod physicis rationibus discuti nullo modo potest. Ex sinapi semine frutex enascitur, sinapi producens non lactucam: Si vel ex calore, vel ex terræ differentiis eius rei rationem inuestigare nitaris, temerariũ id fuerit, & tua spe frustraberis. Primæ frutici vim hãc Deus indidit, modo nõ naturali, sed miraculoso, qua semen produceret natura mediante, ad eius speciei propagationẽ. Ea vis naturalib. quidẽ mediis in actũ redigit̃, sed ipsa tamẽ à principio ꝓdiit nõ naturali.

Galen. de Temp. 2.

Lib. XI. De vsu part.

De Habit.

De Habitudinibus corporis, Cap. XII.

HABITVDINES corporis à complexione efficiuntur, quarum vna causatur à temperamento complexionis, & hęc est mediocris inter alias, ita vt corpus nec egeat carne atque pinguedine, nec in his etiam nimis abundet, sed vtrunq; participet moderatè. Omnes verò aliæ habitudines ab intemperata complexione causantur. Quarum simplices quatuor sunt, scil. carnositas, pinguositas, extenuatio, macies. ¶ Carnositas verò est superabundantia carnis, & causatur à dominio caliditatis & humiditatis aptè ad nutriendum. ¶ Pinguositas verò est pinguedinis superfluitas, & causatur à dominio frigiditatis & prædictæ humiditatis: licet autē carnis & pinguedinis vna sit communis materia, scilicet humiditas apta nutritioni, veluti sanguis in habentibus sanguinem, proxima tamen est differens. Nam vnctuosa pars sanguinis conuenit generandæ pinguedini, reliqua verò carni, propterea diuersa requirūtur efficientia: nam quod vnctuosum est à frigiditate solùm coagulatur, cùm sit aereum: residuum verò, quia terreum est, aqueitate contemperatum, nequit à frigiditate, nisi congelata, coagulari, quæ nullo modo potest esse viuificæ operationis principiū, propter quod in eis coagulatur à calore. Cum igitur à membris diuersimodè participetur pinguedo, iam ex consideratione vtriusque causarum eius, differentia participationis clarebit: etenim ea, quę secundum naturæ ordinationem sanguinis vnctuositate non nutriuntur, pinguedine carent, sive calida fuerint, vt sunt hepar & pulmo, seu frigida, sicut ossa & cerebrum. Quæcunq; verò vnctuoso sanguine nutriuntur, manifestam habent pinguedinē, sed si frigida fuerint abundanter, vt intestina, quę lubrica & leuia, conueniebat esse ratione siccarum superfluitatū pertranseuntium, ea & mollia ratione membrorum, quæ sustinent vel impellunt. Si verò fuerint calida, moderata pinguedine disponuntur, vt cor & latera: cor enim habet in exteriori parte suæ basis pinguedinem ad præparandam eam motui lenitate sua, vbi truncus orientis arteriæ frigiditate innata disponit ad generationem ipsius. Interiorem verò partem lenire sufficit atq; mollificare fluens humiditas sanguinis, quibus auxiliis nō indiguit pulmo, licet fortiter moueatur, quoniam spongiosus est ac naturaliter mollis: cordis verò dura est & dēsa substātia: verùm si huius calida membra nullum per se localem motum exerceant, abundare possunt pinguedine, maximè si fuerint remissæ caliditatis, & vicina frigidis membris, vt renes. ¶ Extenuatio verò defectus est, vel nimia diminutio carnis. ¶ Macies autem defectus pinguedinis: & hæ duę habitudines à sola dominā te siccitate causantur: posito quod caliditas & frigiditas nō excedant temperamentum. In omnibus autem effectibus, ad quorum generationē plures causæ sunt necessariæ, deficiēte vna, cessabit effectus. unde cùm ad generationē superfluæ carnis, aut pinguedinis duæ sunt necessariæ qualitates, vt dictum est, quarum altera est velut efficiens, altera vt materia, necesse est, vt deficiente humiditate, ꝑpter siccitatis excessum vtrunq; deficiat prædictorū. Nam humiditas nutrimentalis est ipsorū materia, sed ex parte vnctuosa pinguedinis, ex residua verò carnis. ¶ Ex quo iam patet quod excessus frigiditatis non est necessarius ad causandam maciem, nec similiter excessus caliditatis ad extenuationē, nisi dicatur causa extenuationis esse pro tanto, quia siccitatē introducit & fouet: si verò caliditatis, aut frigiditatis excessus cū dominanti siccitate concurrat, nō alia species habitudinis causabitur, quā prędictę duæ: differunt tamē secundū plus & minus, & secundū accidentia, q̄ ipsa concomitantur, ad quā etiam differentiam significandā, quædā eis propria nomina reperiuntur imposita, iuxta quā considerationem aliqui vocauerunt habitudinē causatam, ab excessu caliditatis & siccitatis, extenuatā maciem ad insinuādum duo, scil. diminutionem carnis & pinguedinis & excessum diminutionis. Eam verò, quæ à modico excessu frigiditatis, & magno siccitatis synthesin vocauerunt, volentes significare, quod in talibus cutis adhęret ossibus ęqualiter, quasi simul sita, vel cōposita, id est, sigillata, vel coæquata illis: Illam autē habitudinem, quæ causatur à magno excessu frigiditatis, & minori, vel æquali etiā siccitatis nominauerunt squaliditatem, id est, habitudinē mortificatæ extenuationis, propter manifestam habitudinē sensus & frigiditatem cutis. ¶ Compositæ verò habitudines ex simplicib. cognoscuntur, earū tamen duę sunt nominatæ, scil. composita ex abundantia carnis & pinguedinis, quæ cōmuniter bona habitudo appellatur, & ab aliquibus crassitudo: tamen hîc aliquando indifferēter sumitur, quandoq; pro abundātia carnis, vt apud Ioannicium, quandoq; pro abundātia pinguedinis, vt illo Aphor. Crassi valdè secundum naturā, & exinde etiā applicatur ad compositam ex vtroq;, quæ ex temperata caliditate & abundāti humiditate causatur. Alia verò composita est ex defectu vel diminutione pinguedinis atque carnis, & extenuata macies dicitur, de qua dictum est suprā.

Carnositas. *Pinguositas.* *Extenuatio.* *Macies.* *A' sola siccitate causantur.* *Extenuatā macies.* *Synthesis.* *Squaliditas.* *Bona habitudo.*

COMMENTARIVS.

N*AM vnctuosa pars sanguinis, &c.*] Iam verò quid hoc sit expendamus: Sanguinis duæ sunt partes, vnctuosa scil. producēs adipem, aliaq; nō vnctuosa quod carnis est alimētum. Veri specimen hoc habet, siquide similibus similia nutriūtur. Sed vnde sanguini pars vnctuosa prouenit? A' cibis pinguibus? Nequaquā: Pinguedo namq; ventriculi & hepatis calore, cibi potusq; immixtione dissoluitur, & in chyli, sanguinisq; naturā abit pinguedinis expertem. Et si quādo contingat vnctuosum esse sanguinē, id ꝑter naturā fit, & colliquationē indicat. Quis ergo generationis modus est? Adipis generatio nec primæ nec secundæ cōcoctioni tribuenda est; Partes.n. pinguedinis capaces, ad sui nutritionē, nō sanguinis partē duntaxat, sed totū sanguinē in cremorem quemdā conuertunt suæ substantię quodammodo similem, eumq; tandē sibi penitus assimilant. Cùm verò cremor ille copiosior fuerit, quam ad nutritionē conueniat, seu quod multus generetur, seu quod non discutiatur, tū circa partes concrescit non in carnē aut membranas, cùm fibris destituatur, sed in adipē: Non à frigore, sed à calore naturali: Videmus.n. eos qui temperamēto sunt frigidissimo nihil contrahere pinguedinis: Et in partibus etiā calidissimis multa pinguedo enascitur. Quod verò dicit Arnaldus, arteriæ magnę truncum innata frigiditate ad generationē eius pinguedinis conferre, q̄ circa cor enascitur, nullius id est momenti: Quis enim frigidam concesserit esse arteriam: Minus quidem calida est quā cor aut hepar, sed nō ob id fri-

gida eſt, & ſi potentia frigidam eſſe confitear, actu tamen calidā eſſe cōſtat ob calidum quem continent ſanguinē. Nec leuem eius oporteret eſſe frigiditatē, ſi cogere poſſet pinguedinē adeò remotā. Etſi verò calore vel intenſo, vel præter naturā exiſtente liquefit adeps, aut diſcutitur, ab innato tamen calore fit & cogitur, nō autē liqueſcit, cùm ſimul & fiat & cogatur: Non enim liquidū natura facit primū, dein condenſat adipem, vt nec ipſam carnem. Cęterùm vt ad rem reuertamur, hinc facilè liquet non pinguibus cibis, aut vnctuoſo ſanguini, ſed partibus ipſis pinguedinē concipientibus, præcipuā generationis pinguedinis cauſam eſſe adſcribendā, cū multi multis & pinguib. cibis, nō pingueſcāt tamē, multi verò paucis & pinguedinis expertib. cibis vtētes multū adipis accumulent.

De Rebus non naturalibus: & primò de continente ſiue circumeunte corpus,
Cap. XIII.



Res non naturales ſunt, quæ tātùm ad bene eſſe ſanitatis requiruntur, nam ſine ipſis poteſt eſſe corpus in quantum ſanū, ſed non inquantū corpus, aut viuens, vnde quia comitantur ſanabile corpus potentes immutare ipſum inquantū talis, ꝓpterea dicūtur res fore, ſine quibus corp⁹ ſanabile viuere ſalubriter nequit diu. Quarū quędā ſunt principales, alię cōſequētes. Principaliū verò ſex ſunt genera, Primū quidē genus eſt cōtinēs: Secundū verò genus ꝓprio caret nomine, ſed cōprehēdit ſub ſe motū, vel exercitiū & quieté: Tertiū verò genus eſt complexionatū: Quartū autem ſomnū & vigiliam cōprehendit: Quintū verò inanitionē & repletionē: Sextū quoq; genus eſt paſsio mētis, quę alio modo paſsio cordis, aut accidens animi, vel animę appellatur. ¶ Conſequētes autem hæc ſunt: tēpus, regio, coitus, ars, ludus, balneū, & conſuetudo. ¶ Hæc igitur omnia, quoniā oppoſitas cōtinent differētias, oppoſitas diſpoſitiones cauſare poſſunt in ſanabili corpore, ita quod nec tantū diſpoſitionē naturalē, nec tantū innaturalē, vel cōtra naturā, ꝓpter quod nec res dicūtur eſſe naturales, nec cōtra naturalē, ſed pro tanto naturales eſſe negātur, vt inſinuetur, quod ex parte maiori poſſunt corrūpere, quā ſaluare corpus ſanabile, cū extrema in eis concurrāt longè frequentius, quā mediū proportionale corporib. propter quod Gal. egregiè dixit, eſſe cauſarū ſalubriū, & non cauſas ſalubres. Poſſunt etenim ęgrę eſſe: nam, vt dicit, ſi indigenti corpori applicētur in debita quātitate & qualitate, ſanitatis ſunt cauſę: Si verò nō indigenti applicētur, aut indigenti, non tamē in qualitate, aut quātitate debita, ſanitatē corrumpunt. Neceſſe eſt igitur medico, cui⁹ officiū eſt eas cōmenſurare corporib⁹, differētias cognoſcere, quib⁹ poſſunt corpora immutare: eo igitur ordine, quo regimen circa res prędictas eſt ordinādum quibuſlibet corporib. proſequamur conſiderationē ipſorū: Prima verò conſideratio circa cōtinēs eſt habēda, & aduertendū eſt, quod eſt duplex, ſcil. cōmune omnib⁹ hominib⁹, & eſt aer & propriū cuiuſlibet, ſcil. veſtes & quæcunq; operimēta omniū membrorū, aut aliquorū. Hæc duo tantū differenter immutant corpus, nam aer immutat, in ſuperficie maximè partes, q̄ detectæ ſunt aeri, & iterū in profundo ꝓcipuè mēbra illa, ad quę natura ordinauit eius ſubſtantiā peruenire. Hęc autē ſunt os, & nares, & meatus palati, & vulula, & epiglottū, & trachæa, & pulmo, & cor, & pectus, & vniuerſæ arterię: Cor ſiquidē, & arteriæ omnes, quæ intra concauitatem pectoris & clibani continentur, à pulmone & pectore recipiunt aerem per ſuas poroſitates: cæteræ verò ab extrà per poros corporis. Prædicta igitur mēbra, & quæ in eis continentur, velut in corde, & arteriis ſanguis, & ſpiritus immediatè immutantur ab aere. Tam manifeſtè verò immutantur ab eo, quod medicus dicit, eum nutrire ſpiritus, & augere, non equidē materialiter, ſed effectiuè. Nam temperando calorē cōſumtiuum ſpirituū, reparat deperditionē ipſorū, & inſuper auget eos, tamen vbi medicus dicit, quòd materialiter nutrit ſpiritus, ita, quòd in eorū ſubſtantiā tranſeundo reſtaurat deperditionē ipſorū, & in parte auget, non obeſt ei. Nam ſiue ſpiritus tranſmutant aerē in ſui ſubſtantiā, ſiue non, vna eſt ſemper forma, qua poteſt aer ſpiritib⁹ obuiare, nec poteſt hoc vllo artificio variari, ſed cū ſimplex ac tale nequeat eſſe materia cōpoſiti: vel commiſti, aſſeri poterit, quod nutrit, vel auget ſpirit⁹ modo prædicto: nā calor naturalis ſpirituū: licet vt naturalis ſemper ſit temperatus, & refrigeratione non indigens, tamen prout intenditur à cōcluſis fumoſitatibus, eget beneficio aeris temperātis ad reparationem ſpirituū, quoniā calor fumoſitatū ipſorū eſt conſumtiuus. ¶ Operimenta verò corporis immutant exteriora ſolùm immediatè, aer autē per ſe, & per accidēs immutat corpus qualitatibus, aut ſubſtantia, vel vtroq;: Superficiem quidē corporis ſolùm quatuor tangibilibus qualitatibus, ſcil. caliditate, frigiditate, ſiccitate, humiditate: ꝓfundum autē immutat eiſdē, & inſuper etiam viſibilibus qualitatib. & ſubſtātia. Nam lucidus, & ſubtilis, & purus aer ſpiritus & ſanguinē clarificat, ſubtiliat & depurat, proinde cor lætificat, mētem ſerenat, corpus lætificat, digeſtionē in omnibus membris feſtinat. Tenebroſus autē, & groſſus, & turbidus econtra, cor cōfuſcat, mentē cōturbat, corpus grauat, digeſtionē retardat & impedit, ꝓhibens ſuperfluitates ſaltem fumoſas, & vaporoſas citò reſolui à corpore. ¶ Quandoq; etiam informatur aer à cauſis extrinſecis, vtpote ſtellis, aut mineralibus, aut plantis, aut animalib. aliqua inſenſibili virtute, qua corp⁹ immutat efficaciſsimè, ita quòd quandoq; & alicubi fit venenoſus, & peſtifer, alibi etiā adeò theriacalis, vt nullis venenis ibi corpora lædantur, aut parū, ſicut in aliquibus inſulis Hyberniæ, inter quas etiā aliquæ ſunt, in quib⁹ nunquā incinerātur cadauera mortuorū expoſita aeri. Alios etiā effectus tam notabiles interdum imprimit corpori hac ex parte, vt ſpiritus, & cerebrū adeò temperet, & illuminet, quod præter ſolitum eleuetur ad occulta intelligibilia cōtemplanda, & etiā ad ſpeculāda futura, & vniuerſaliter ad omnem actum rationis expeditè perficiendum. Interdum econtrà perturbat vſq; ad permiſtionē rationis, aut totaliter aufert, ſeu ligat. Effectus autem eius per accidens innumerabiles ſunt, ſed in communiter accidentibus patet veritas, vt in frigido aere, qui confortat digeſtiuam, & vires corporis in his, quorum abundant viſcera ſpiritibus, & calore cōcludendo interiùs: calidus verò facit cōtrarium in contrariis educēdo. ¶ Scire igitur Medicū expedit, à quib. cauſis immutari poteſt aer, q̄ circa nos eſt à virtute cœ-

Principales.

Conſequentes.

Continens duplex, commune et propriū.

Quomodo aer nutriat & augeat ſpiritus.

Aer lucidus.

Aer tenebroſus.

Aer à cauſis extrinſecis informari poteſt & corpus immutat.

Mutationes aeris à corporibus cælestibus.

te cœlestiũ corporũ, & elementaliũ. A cœlestibus verò corporib. multipliciter immutatur, & in diuersis temporũ spatiis secundum diuersitatẽ eorũ, quę omnia, scil. expediat Medicanti pręcõsiderare, veruntamẽ ex scientiis præambulis inuestigata re memorat. Inter immutationes autem, quę in aere fiũt à prædictis corporibus manifestiores sunt, quas motu suo facit sol in quatuor anni partib. & post has, quas facit Luna in quadris mensiũ. Aeris autẽ dispositio naturalis, & cõmunis in quatuor anni temporib9, manifestã habet diuersitatem in medio cuiusq; illarũ partium: In extremitatibus autẽ cõmunicant sibi inuicẽ, igitur in medio Veris, secundũ cõmunẽ cursum Solis, aer est temperat9, in quatuor qualitatib9, & ab eo tẽpus temperatũ denominatur: tale verò est illud, quod de se corpus in sua dispositione conseruat, nec aliqua qualitate manifestè alterat ipsum, quoniã nec calore facit sudare, vel æstuare: nec frigore tremere, vel rigere, vel stringi: nec siccitate durescere, vel arefieri, vel exasperari, vel corrugari: nec humiditate mollescere, vel torpere, aut rheumatismis effluere, vel grauari: In medio verò æstatis calido & siccitate, maximè sole cõiuncto caniculę ac peragrãte leonẽ: In medio verò Autumni temperatus est in frigiditate, & manifestè declinans ad siccitatẽ. In medio verò Hiemis frigidus est, & humidus, accidẽtaliter autẽ potest ab aliis qualitatibus in p̃dictis tẽporibus informari. In quadris autẽ mensium mutatio aeris maximè manifestatur in intensione, & remisione frigidi & humidi.

Mutationes aeris ab aliis elementis.

¶ Mutatio verò, quę fit in aere nos continente ab elementalib9 corporib9, vel fit ab Igne actualiter, & existenti in subiectis inferioribus, vel ab aqua, vel terra, vel cõtentis in eis, vel à vaporib9 resolutis ab eis. Ab igne quidẽ calefit, & exsiccatur, & fumo etiã cõturbatur interdum: vnde si habitatio, quæ clibanis abundat, sicca fuerit naturaliter, atq; calida, habebit aerem immoderatum siccum, & calidum succensis fornacibus. Si verò naturaliter declinauerit ad oppositas qualitates, purificabitur aer, & corrigetur frigidi, & humidi excessus. Aquę verò per se vicinum aerem infrigidant, & humectant, & plus dulces, quam salsæ: sed ex refulgẽtia radiorum cadentium super eas, & luminositatem in aere duplicant & calorem: vnde quotiescunq; inter Solem præcipuè meridianũ, & habitationem mare vel magnæ aquæ mediæ sunt, semper est habitatio magis calida, & aer lucidior, ita, vt in æstatis meridie delitescat habitãtium visus, maximè oculos molles, & debiles habentium. Terra quidem qualitatibus atq; situ informat aerem: qualitatibus quidem, nam si fuerit pinguis, & lutosa humidum reddit eum, & grossum: si verò arida fuerit, & sabulosa, siccum constituit, & puluerulentum: Arida verò & calculosa siccum & purum.

Terrarum situs quadruplex.

¶ Terrarum situs est quadruplex: nã quædam in vertice montis, quædam in eius decliuio, quędam autem in valle, quędam autem in libera planicie situantur. In vertice verò montis comparatione cæterarum partiũ subiectarum aer subtilissimus est, & purus ab extraneis vaporibus, & etiam frigidus. In valle verò, circa quam hinc inde montes eminent, grossus est, & impurus, & comparatione verticis calidus propter reflexionem radiorum solarium, præcipuè in æstate. In hieme verò si montes hinc inde fuerint alti, valdè propter vmbrositatẽ frigidior est aer in vallibus. Aer autem in decliuio montis, in substãtia mediocris est, & mediocriter purus, nisi per accidens conturbetur, veluti cum ex vicinis paludibus vapor illuc ascẽdens, ibidem reflectitur propter supereminentem verticem mõtis, propter quod aer excellenter cogitur ingrossari, sed interdũ ibi calidior, interdũ frigidior est, quã in vertice, interdũ verò mediocre: nam si decliuiũ opponatur septentrioni, frigidior est, cùm à vertice obũbretur: Si verò meridiei calidior, cũ septentrionis flatu tegatur, & ibidem meridionales radij reflectãtur: Si autẽ opponatur oriẽti, vel occidenti, mediocriter erit calidus atq; frigidus: Libera planicies est, quę adeò detecta est vndiq;, quòd montes eã obumbrare nõ possunt, & propterea liberè flatibus euẽtatur, & ab ortu vsq; ad occasum liberè recipit beneficiũ Solis, in qua mediocris est aer in omnibus dispositionibus suis.

Aer immutatur ab his, quæ continentur tam in terra, quã in aqua.

¶ Et quæ in terra continentur & aqua, immutãt aerẽ, sed rariùs quæ in aqua. Quæ enim cõtinentur in aquis impetuosè fluẽtibus, vel in mari, nũquam sensibiliter immutant. Quæ verò in aquis stantibus, velut animalium mortuorũ cadauera, vel putridę plantę nociuis qualitatibus ipsum informant. ¶ Sed quæ in terra continentur, ipsum frequẽter immutant: Quorũ quędam sunt naturalia, quædã artificialia: Naturaliũ verò quædam mineralia, quędã plantę, quędam verò superfluitates ex animalibus generatæ.

Mineralia.

¶ Mineralia verò immutant secũdum exigentiã suæ naturæ: Nam minera sulphuris, & arsenici calefacit aerem, & exsiccat: Marcasitæ verò, & Antimonij infrigidat, & exsiccat, & similiter in cæteris: Similiter minera theriacaliũ lapidum, quales sunt illi, quos vocant Arabes Bezahar, theriacalẽ aerẽ reddũt, & opposita venenosum, & sic de aliis.

Plantæ.

¶ Plantæ verò immutant sua quãtitate, & qualitate: Quantitate quidem, nã arbores altæ, maximè si densæ fuerint, velut in sylua, aerem obumbrant, & prohibent euentari, vnde grossior efficitur, & ideò minus salubris est habitatio, quæ intra densitatẽ arborũ collocatur: Si verò sylua sit ex parte septentrionis algorẽ boreæ reprimit: Si verò ex parte meridiei temperat æstũ: Qualitate verò informat ipsum: nã tẽperatè tẽperamento aromaticæ suauitate & puritate. Fœtidæ autẽ horribilitate, & in cæteris qualitatibus similiter, propter quod valdè spiritualia lædit, & caput obũbrari sub arbore acuti & amari saporis, vt ficulneæ, & nucis, & mali granati, & maximè fœtidæ, vt sambuci, & simile iudicium est de stramentis plantarũ, quæ fiunt in mansionibus.

Superfluitates ex animalibus.

¶ Superfluitates, quæ ex animalibus generantur in terra, vel sunt exeũtia à viuorũ corporibus, aut sunt reliquiæ mortuorum: Inter prima verò solùm fimus manifestè immutat. Nã omnis fimus quidem calefacit aerem, sed aliquis exsiccat, vt columbinus: Aliquis verò, sicut vaccinus, & porcinus, grossum reddit, & humidũ: hominis tamen dat ei grauẽ odorẽ: Inter mortuorũ verò reliquias sola cadauera sua putredine manifestè immutant eũ.

Resoluta sapè à terra quã ab aqua.

¶ Quæ verò resoluuntur à terra, & aqua, & à contentis in eis, vapores sunt: qui autẽ à contentis in eis resoluũtur immutant aerẽ, velut ex supradictis perpẽditur.

Et in tantum etiam efficaciter ipsum immutant, quòd eius corrumpunt substantiam, & efficitur pestilens ex venenositate sua, sanguinē, & spirit⁹ in corde & arteriis putrefaciēs & corrūpens, maximè in debilibus & dispositis, sicut vapores cadauerum mortuorū, viscerū proiectorum, ægrotantium, & in exercitibus magnis, præcipuè in feruido aere ac quieto, & coarctato: Qui verò ab aqua resoluuntur infrigidant, & humectant, & si densi fuerint, sicut in nebula, eum ingrossant, & reddunt caliginosum.

Venti. ¶ Vapores à terra resoluti, & manifestè aerem immutantes, ventorum differentias causant: quorum principales sunt quatuor, iuxta cæli quatuor cardines, & omnes quidem ex propria natura sunt sicci, sed si maria per transeant, aut valdè aquosa loca, humiditates abinde ad vlteriores regiones impellunt: vnde Auster existentibus inter mare mediterraneum, & septētrionem est humidus: existentibus verò inter meridiem, & mare prædictum est siccus: Boreas verò econtrà: & idem iudicium est de orientali & occidentali: nam quibusdam sunt humidi, aliquibus verò sicci, propter causam prædictam: Meridionalis autem de se calidus semper existit: Septentrionalis autem frigidus, & cæteri temperati: possunt tamen omnes intermediis regionibus accidentales acquirere qualitates, velut frigiditatem si per loca niuosa, vel grandinosa transierint: aut caliditatem etiam, si vrentia deserta proflauerint, ibiq; maximè manifestatur eorum impressio, vbi per fauces caual latas, angustas valles ingrediuntur.

Artificialia velut mansiones. ¶ Artificialia verò in terra locata, & aerem immutantia, manifestè sunt mansiones quæ differunt materia, forma, situ, quantitate & incolatu: Materia quippe: Nam quæ de pura terra, vel lapidibus, aut lateribus & cemento sunt, frigidum reddunt aerem: quæ verò de lignis, & paleis, calidū: Quia si solum mansionis pauimentum fuerit lapidibus, aut lateribus, & cemento, purior quidem erit, sed valdè frigidus mansionis aer. Terreum autem puluerulentū reddit, & pulmoni nociuum: Quod verò de forma mansionis immutat aerem, est abundantia, vel defectus spiraculorum: si verò mansio fenestrata fuerit, aut multis perforata spiraculis, puriorē habebit aerem: quia liberius euentabilem, minusq; trāquillum: Spiracula verò tantùm septentrionalia frigidam constituūt mansionem: tantùm verò meridionalia, calidam: orientalia verò, & occidentalia, medio modo: Quia si mansio spiraculis careat, velut testudinosa, vel fortè permanserit obturata, impurus & grossus efficitur mansionis aer, & grauis in spirādo sentitur: Et si à pluribus frequentetur celeriter calefit, & æstuosus efficitur, vt in stuffa, ægrisq; corporibus residentibus ibi, præcipuè de sordidis & putrefactis humoribus citò corrumpitur: propter hoc igitur sub tentoriis, & papilionibus extrà purior est, & liberior aer: Etenim spirare potest vndiq; propter raritatem panni. Nec ideo salubrius est sub dio dormire propter subitas alterationes aeris, & incidētia radiorum cœlestium maximè perpendiculariū, qui omnium sunt fortissimi: Quamobrem papiliones, qui à pinaculo vsque ad medium corio spisso teguntur, constat esse tutiores ad dormiendum sub eis. ¶ Situatur autem mansio, vel in superficie terræ, vel in profundo, & in superficie quidem subtilioris, & purioris aeris est. Subterranea verò grossum habet aerem & impurum, æstate frigidum valdè, sed hyeme calidum & caliginosum ex conclusis vaporibus, & est omni tempore rheumatismis abundans: Quantitas autem mansionis, & in toto, & in partibus est attendenda, proinde lata, & alta mansio atque longa purissimum habet aerem, & omni tempore frigidiorem: opposita verò calidiorem, & minus purum: Quæ verò spissos habet parietes atq; tectū, maximè à parte meridiei, frigidior est: econtra verò si spissitudinem habeat in eisdem partibus, ex parte septentrionis: Quæ verò prædictas partes tenues habet, quarumlibet qualitatum impressiones de facili recipit. ¶ Incolatus hominum, si continuus fuerit in mansionibus, aer purior erit, & minus frigidus, ac etiam minus humidus: nam calore corporum, & igne purificatur, & calefit: si verò māsio diu fuerit *distincta, humescit aer, frigescit & corrumpitur, præcipuè si fuerit arcta, subterranea & spiraculis carens, aut si antris, & foueis adundauerit intra tectum.

*Aliàs destituta.

COMMENTARIVS.

QVOD *Medicus dicit eum nutrire spiritus, &c.*] Aerem non posse spirituum esse materiam, hac ratione probat Arnoldus, *cum simplex nequeat esse materia* compositi: Verum si quis dicat ex simplicibus mixta corpora constitui, num is aberrauerit, vbi simplicia compositorum materiam esse profiteatur? Siquidem in vnum omnia coeant, materiam composito suppeditabunt, eaq; ratione nutrient id & augebunt; Sed quoad simplicia fuerint, tale nihil efficient: oportet enim similibus omnia nutriri: Quæ quidem fortè causa fuit, vt Medici spiritus vitales & animales aere per inspirationem in pulmones & cerebrum attracto materialiter nutriri censuerint, eo quod aer sua tenuitate spiritibus similis esse videatur. Sed si quis spirituum naturam paulò diligentius expendat, non modò spiritus compositum quiddam sunt ex compositis partibus extractum, sed vim quandam ipsius animæ obtinent, qua corpus vniuersum foueant, & aliquibus etiā eius partibus sensum, motumq; contribuāt, quod nec simplicibus, nec coniūctis competit elementis.

De Operimentis, Cap. XIIII.



OPERIMENTA diuersificantur, vel natura, vel artificio: Natura quidem, quoniam eorum materia, vel ex animalibus, vel ex plantis accipitur:

Diuersitas ex animalibus. ¶ Ex animalibus autem, vel ex membris, vel ex superfluitatibus, aut vtroque: A membris autem coriū accipitur, de quo fiunt operimenta pedibus & manibus, quandoq; cingulum ventri: quæ, quia insensibiliter corpus immutant ratione materię, ideo relinquuntur. Ex superfluitatibus autem fiunt operimenta, quandoque de pilo, velut lanea vestis, quandoque de humiditate saliuali, quemadmodum pannus de serico. Ab vtroq; verò sumuntur operimenta, quę de pellibus fiunt, quarum pellium quædam sunt aromaticè naturaliter, quædam grauis odoris.

Ex plantis. ¶ Ex plantis autem communia operimenta, vel ex tenui cortice fiūt, vt in lino, & canabo, & similibus, vel ex lanugine flosculi, vt bōbyce.

Ex artificio. ¶ Artificialia verò, quib. diuersimodè corpus immutatur, sunt hęc, scilicet filatura grossa, vel tenuis; textura dēsa, vel rara: lotura, cōditura, varia, cōposita, vel simplex, recens, vel antiqua, fumigatura, fœtida: vel aromatica,

forma

forma lata vel ſtricta, tinctura diuerſa. ¶ Omnia communiter operimenta conueniunt in calefaciendo corpus per accidens, ſcilicet reflectẽdo fumos, & vapores calidos, qui ſpirant à corpore, & per cõſequens rarefaciunt cutim. ¶ Differũt autem, quoniã quæ piloſa ſunt, amplius calefaciũt, exſiccãt etiam, & indurant cutim aſperitate ſua: lenia verò quæ de lino fiunt, & ſerico, & bombyce leniũt, & minus calefaciunt, nec exſiccant: imo ex natura ſuæ complexionis infrigidant: Similiter quæ de tenui filo ſunt, rara, & lata minus cæteris calefaciunt. Ita verò & quæcunq; ſimplici aqua lauantur, & retẽtiua ſunt minus, quàm quæ cum lixiuia & acutis, vt ſapone vel ſimilibus abluuntur, imò cum ſunt recẽter lota, in prima obuiatione ad corpus, actu infrigidant. Similiter autem & pelles, quæ condiuntur cum ſale, furfure vel creta, & recenti pinguedine minus calefaciũt, & exſiccant, quàm quæ cum calce & pinguedine antiqua & ſalſa. ¶ Operimentum autem ſuffumigatum immutaret diuerſimodè, ſecũdum exigentiam ſuffumigij, quãtum ad qualitates complexionales, ſed quantũ ad odorem, quæ aromatica ſunt, ſeu naturaliter, ſeu accidẽtaliter cor cõfortant & cerebrũ, atq; lætificant, dum tamen indiuiduo proportionentur: non enim quæcunq; aromatica omnes delectant: quæ verò grauis odoris ſunt, operantur econtra: ¶ Tinctura verò parum immutat corpus, niſi quantum viſum delectat, aut diſplicet: Aliter autẽ immutant ſecundum exigentiam tincturarum: Nã quæ ſtypticis tinguntur, vt grana, & pſidia, minus rarificãt cutim, quàm quę cum acutis, & aperitiuis. ¶ Iterum autẽ in pellibus & piloſis operimentis diuerſa eſt immutandi potentia: Nam eorũ quæcunq; multo pilo abundant molli & leui, vehemẽtius adhęrẽt corpori, vnde amplius calefaciũt, minus tamẽ exſiccãt. Quæ verò modicũ habẽt pili, parũ valdè calefaciũt. Similiter quæ durũ habẽt & aſperum pilum, calefaciunt parũ, & multũ exſiccant & indurant. Iterũ etiã quæ ex cholericis animalibus ſunt, vt ex vulpibus, multũ calefaciũt, & exſiccãt: quę verò ex aliis, minꝰ. ¶ Amplius autẽ quę ſunt ex animalibus humidis atque calidis pediculos fouent, atq; multiplicant, vt pelles agninę. Quæ verò ex calidis, & ſiccis pulices, vt vulpinæ. Quæ verò ex frigidis & ſiccis, vermina rarò fouent niſi fortè ſudore, vel alia ſuperfluitate ſordeſcant.

Ex ſuffumigio.

Ex tinctura.

Diuerſitas ex pilis ſumta.

De Exercitio ſiue Motu, *Cap. XV.*

Exercitium dupliciter ſumitur largè & ſtrictè.

EXERCITIVM ſiue motus, vno modo largè accipitur, & eſt occupatio mẽbri cuiuſq; circa propriã operationẽ, ſecundum quem modum exercitatur oculus in videndo, & organũ auditus in audiendo, & olfactus in odorando, & lingua in guſtu & loquela, & dentes in maſticãdo, & meri in tranſglutiendo, ſtomachus in continendo & digerendo, nutriens primùm: ſpiritualia membra in anhelando, & ſpecialiter pulmo, trachea arteria & epiglottum in clamore & cantu, & de cęteris con ſimiliter, & ſecundum hoc, quies dicitur otium eorundem propriè, & dicitur otium ad differentiam ſomnij in quo membra animata ceſſant ab operatione, nõ otio, ſed potius primi ſenſus organi ligamẽto. ¶ Aliter verò exercitium ſtrictè dicitur motus localis per ſe, vel per accidens procreatus: per ſe quidem, vt ille qui lacertis, & iuncturis propriis exercetur in omnibus, aut in aliquibus membris: Per accidens verò, vt quando membra alicuius mouentur motu alterius mouentis, & mobilis, ſicut nauigatio, ſuſpẽſio, vectio, & etiam fricatio, & dicitur ſuſpenſio, cum ſedens, vel iacens in vaſe, vel ſede pendente in aere hinc inde mouetur, ſicut pueri in cunis pendentibus: vectio verò, ſicut latio in brachiis, aut cruribus, aut ſimilibus modis: Hoc autem motu vectionis mouetur cerebrum moto capite, & mouetur ſtomachus, & hepar, & ſplen, & ſimilia moto clibano. ¶ Exercitium primo modo ſumtum, quia circa propriam vniuſcuiuſque operationem conſiſtit, ſemper particulare eſt, & eius differentiæ ſunt ſolummodo moderatum, & immoderatum: Moderatum autem eſt illud, quod fit circa obiectum mediocriter proportionatum virtuti, & in ſpatio temporis mediocris: Immoderatum verò econtra: vnde moderatũ exercitium viſus, eſt medios intueri colores, & ſub luce mediocri, & in ſpatio temporis cõpetenti, ſimiliter mediocria in quantitate, velut ex literis in legendo, nec nimis graciles, nec nimis groſſas: ſimiliter exercitium moderatum auditus, eſt mediocres ſonos audire, & mediocri mora, ſimiliter epiglotti & cannæ cantare, vel clamare in vocibus mediis, & non nimis diu, nec parum, & in cæteris ſimile iudicium: obiectum autem mediocre vnicuiq; eſt illud, in quo maximè delectatur, velut optima oculorũ compoſitio in viridi: lapſa verò magis in aliquo aliorum ſecundum inclinationem lapſus ipſorum: ſimiliter autem & optima compoſitio organi auditus in potiſſima melodia, lapſa verò in aliis: nã ſicut non omnibus idem ſapor eſt delectabilis, nec idem color, aut idem ſonus ſimiliter: Mora verò mediocris eſt illa, in qua mẽbrum, nec grauari, nec turbari percipitur, cuius terminus fatigationis initium exiſtit: Prædictum igitur exercitium ſi fuerit moderatum, & ſubſtantiã, & virtutem membri conſeruat atq; confortat: Immoderatum verò debilitat, & reſoluit: Excellentiæ enim ſenſibilium corrumpunt ſenſum, propter quod nimia lux viſum, & violentus ſonus auditum corrumpunt: Moderata verò quies conſeruat, ſed immoderata hebetat. ¶ Exercitium autem, prout eſt motus localis, habet prędictas differentias, ſecundùm moderatum, & immoderatum, quæ patent ex dictis, & in plus etiam diuiditur in vniuerſalem & particularem: Vniuerſalis autem motus eſt ille, in quo omnia membra corporis mouentur per ſe, vel per accidens: ſicut eſt peditare, vel equitare, & fodere, & ſimilia: Particulare verò, in quo aliquod membrum tantùm mouetur, ſicut ſcribere, ſuere, pingere annulos, & ſimilia fabricare, & vniuerſalium quoddam eſt æqualis, quoddam verò inæqualis: Æqualis verò motus eſt, in quo membra cuncta laborant vniformiter æqualitate proportionis, qualis eſt ludus pilæ & luctæ: Inæqualis verò, in quo aliqui laborant plus aliis, ſicut in peditando plus pedes, in fodiendo plus brachia, & dorſum, & cætera. ¶ Motuum autem, quicunq; eſt moderatus, temperatè calefacit, & membrorum ſuper-

Differentiæ exercitij primo modo ſumti, ſunt moderatũ & immoderatum.

Exercitium moderatũ virtutem conſeruat, immoderatũ debilitat.

Motus moderatus, & immoderatus.

fluitates tantùm diſſoluit inſenſibiliter, & expiare facit: Immoderatus verò calefacit immoderatè, fumos acutos in corpore multiplicat, exſiccat diſſoluendo, & educendo ſubſtantiales humiditates: propter quod poſtremò cùm diu frequentatur infrigidat conſumto ſubiecto naturalis caloris. ¶ Temperata verò quies temperamētum cauſat in membris, intemperata verò retinendo ſuperfluitates humectat, & exinde tandem infrigidat ſuffocando naturalem calorem.

De Complexionatis, Cap. XVI.




OMPLEXIONATVM hìc largè ſumtum dicitur omne corpus aliud à continēte, quod obuiare poteſt corpori ſanabili. ¶ Complexionatorum autem genera dupliciter conſiderantur à Medico. Vno quodam modo ſecūdum genera rerum à quibus ſumuntur: &c. ſecundum hoc eorum quædam ſunt ſimplicia, vt aqua: quædam verò commiſta, vt lapides, metalla, &c. quædā autem in via commiſtionis, vt nix & ros. ¶ Miſtorum autem quædam ſunt mineralia: quædā verò ſumta ex vegetabilibus: quædā ex animalibus, & mineralium: quædam ſunt lapides: quædam metalla: quædam media inter hæc, vt argētum viuum, ſulphur, atramēta, ſalia & ſimilia. Vegetabilia hìc largè dicuntur omnia, quæcunq; terræ vel aquę adhærēt, & ſub determinata forma recipiunt incremētum abſq; voluntario motu: terræ quidem adhæret caulis, & lentigo aquæ in ſtagnalibus aquis. Secundum autem hanc conſideratione fungi, & tubera ſub aliis vegetabilibus vectigalibus continentur Ex eis autē quandoq; accipitur tota planta, ſicut lentigo aquæ cùm ponitur in ſyrupis, aut aliquid ex ea. Quod autem ex ea eſt, vel eſt pars integralis ipſius, vel aliquid aliud productū ab ea: & integralium partium quædam ſunt radices: quædam truncus, aut ſtipes: quædam verò rami, aut virga: quædā folia, vt in oleribus: radicis autem, trunci & ramorum partes ſunt cortex, lignum, & medulla. Quæ verò à planta feruntur, nec partes ſunt integrales, aut flores ſunt, aut fructus, aut humiditates. Flores autē hìc ſumuntur largè, non ſolum pro caduca & leui ſubſtantia, quæ procedit ex humiditatibus plantæ, ſed etiam pro qualibet alia ſubſtantia leui, ſupra folia generata ex humiditatibus plantę, qualis eſt epithimi. Fructuum verò partes hìc largè ſumūtur: nam in eis cupula velut in glādibus intelligitur, & cortex, teſta, nucleus, pulpa, oſſa, grana ſeminalia & lanugo infra fructuū corticem cōtenta, ſicut in bombyce. ¶ Humiditatum autem quædam ſunt intrinſecæ, quædam extrinſecæ. Intrinſecarum verò quædam ſunt fæcibus commiſtæ, ſicut omnes ſucci: quædam verò ſunt à fæcibus depuratæ, & iſtarum rerum quædam habēt ſubſtantiam conſtātem, vt Saccharum: quædam verò fluidam, & fluidarum quædam aqueam, vt aquæ fæniculi & roſarum: quædam oleaginoſam, vt oleum: quædam vinoſam, vt vinū pomaceum, & ſimilia. Extrinſecarum quædam ſunt innatæ, vt Gummi: quædam verò ſupereminentes, vel ſuperuenientes, vt manna. ¶ Ex animalibus verò quandoq; totum accipitur illud velut lepus & ſcorpio, cùm incinerantur ad opus calculi: quandoq; verò ipſorum aliquid, & illud aut erit membrum conſimile, vel organicum, aut humor, aut ſuperfluitas mēbri alicuius, vel totius corporis. Membrorum autē omnis diuerſitas applicabilis eſt ſanabili corpori, vel via cibi, vel via medicinę. Humores autem, qui vſualiter applicātur, ſolùm ſanguis, & cholera ſunt cōmunes, vt ſanguis hyrcinꝰ in calculo, & fella in paſsionibus oculorum, & in lumbricis. Superfluitatū quędam ſunt reſidui, velut lac, & oua, & ſperma caſtoris, quædam verò impuritatis. Et iſtorum quædam ſunt lapideæ ſubſtantiæ, velut teſtæ conchilium, vel ouorum: quædam verò liquidæ, vt vrina: quædā autem mediocres, vt pili. ¶ Omnium autem applicabilium communiter complexionatorū diuerſitas ex ſimplicib. medicinis Dioſcoridis & Gal. colligitur. ¶ Alio verò modo complexionatorū diuerſitas cōſideratur à Medico, prout immutāt ſanabile corpus, ſecundum quam conſiderationem eorum tria ſunt genera. Nam manifeſtè immutāt ipſum tātùm vt nutriēs, vel manifeſtè tantùm vt medicinæ, vel manifeſtè etiā vtroq; modo.

Complexionata dupliciter à Medico cōſiderātur.

Primo modo.

Secunda conſideratio complexionatorū à Medico.

COMMENTARIVS.



De Comple-

De complexionato, quod corpus immutat tantum, vt nutriens, Cap. XVII.



NVTRIENTIS autem differentia duplex est: nam quoddam per se nutrit, & cibus propriè nominatur. Aliquid verò nutrit per accidens, necessarium tamen est omni nutribili, & dicitur potus. ¶ Id autem quod cibus est tantum, aut immutat corpus per se, vel per accidēs. Per se quidem sua solum materia causa est effectuum, quos manifestat in corpore, quamobrem non imprimit in eo, nisi patiendo transmutationem sui ad corpus, amittendo formam, quam actu habet, aliam verò suscipiendo: & ideo cibus dicitur tantum absolutè pati à corpore. Patitur autem triplicem trāsmutationem ab eo: vnam enim in chilum, quæ fit in concauo stomachi, aliam in humores, quæ fit in concauo epatis, tertiam verò in membrorum substantiam, quæ fit in essentia cuiuslibet membri: vltimus igitur terminus suæ transmutationis, ad quem natura corporis intendit, est substantia membri, in quam cum conuertitur cibus, vel nutriēs, actu nutritio dicitur, & illa propriè nutritio, est perfecta assimilatio nutrientis cum nutrito: quamdiu verò ab hoc termino distat, veluti cùm est sub forma rei exterioris, aut chili vel sanguinis dicitur cibus, vel nutriens in potentia remota, vel propinqua secundum plus & minus. ¶ Ex his ergò patere potest effectus, quem per se imprimit cibus tantum: Nam in prima transmutatione stomachum, & intestina, per quæ transit, & meseraicas aliquantulum nutrit saltem, quantum ad tunicas eorum interiores. In secunda verò sanguinem auget in epate, in venis, in corde & in arteriis. proinde calorem naturalem multiplicat, & totum corpus per consequens naturaliter calefacit. In tertia verò perfectè nutrit, & in crescentibus auget, membra confortat ad actiones perficiendas, substantiam deperditam restaurando, & in mollibus, & extensibilibus membris velut carnem, & pinguedinem augmentando. ¶ Ad membra verò cuncta mouetur sanguis operāte attractiua quorūlibet, ac iuuante similitudine, quā cū omnibus vniformiter acquisiuit, in quantū est virtus propinqua potētia iuuante similiter plurimū vacuitate mēbrorū, quā continua resolutio corporis saltē insensibilis causat in eis. ¶ Quòd autē est tantū cibus, differentias nō habet ex parte cōplexionis. opus enim semper, vt tale cōplexionatum sit temperatū in cōplexione, sed ex parte materialis substantiæ, per quā imprimit, diuidit in subtilē, grossum atq; mediocrem. Et subtilis quidem est ille, qui in moderata quātitate acceptus, ab indigente temperato velociter trāsmutatur, & citò resoluitur, vt succus pullorū, & vinū subtile, vitellū electum. Proinde talibus cibis efficaciter conseruatur sanitas intēperatis corporibus, aut diminuti caloris, & casus virtutis celeriter reparatur, & mētales actiones clarius exercentur, sed ad corporales labores membra non efficiuntur exinde robusta. Nam eorum nutrimentum, cùm citò resoluatur à membris, celeriter facit ea deficere. Crassus autem cibus in omnibus contrarius est huic, vt carnes veteris gallinæ, mediocris aut medio modo, vt annalis gallina, & panis triticeus, & in artificio, & in tempore mediocris. ¶ Iterum ex prędictis patet, quòd ciborum quidam multum nutriunt, quidam parum: multum quidem, hoc fit dupliciter, vel quantum ad durationem temporis, vel quantum ad mensuram temporis & nutrientis. Et primo quidem modo grossus cibus multùm nutrire dicitur, quare diu adhęret membris, & tardè resoluitur. Secundo verò modo dicitur multùm nutrire cibus, ex quo multum sanguis generatur, qualis est ille, qui paucas generat feces, & totus aut ferè transmutatur in chilum mediocrē, & huius sunt vitellum, & vinum mediocre, lac, & laudabilium carnium succus, & panis de pelline frumenti moderatæ perfectionis & temporis. ¶ Effectus autem, quos per accidēs communiter notos causat in corpore cibus tantum, vel causantur à quantitate ipsius, vel à sumēdi ordine, vel forsitan à qualitate actuali, quæ sumitur. Si enim fuerit excedens in quantitate, stomachum aggrauat, & totum corpus, digestionem impedit, calorem naturalem debilitat suffocando, vel comprimendo chilum, & humores crudificat, & cætera, quæ sequuntur ad hoc. Ordo verò si peruertatur, corrumpitur cibus: In quibusdam enim expedit subtile præmittere grosso, in aliis verò econtra, sicut docetur in parte octaua: qualitas verò actualis, quæ sumitur, siue conueniat, siue disproportionetur corpori ratione complexionis, vel ætatis, aut temporis, & similiū, de se facit ipsum esse potius medicinam, quam cibum. ¶ Præter autem hos effectus, quos cibus tātum imprimit corpori, est quidam alius, qui frequenter occurrit, scilicet confortare subitò corpora, quæ fame deficiunt, ita videlicet, vt ex primis bolis famelicus reuiuiscat, & reparetur sensus eiusdem: hoc enim per se non conuenit cibo recenter sumto, cū necdum in chilum, nec in chimum sit transmutatus, sed accidit ei, pro tanto, quia rabiem stomachi qua cætera membra cruciat, siue torquet, per sui potentiam mitigat: nam stomachus antea rabie famis à cęteris attrahens, adeò torquebat ea, maximè cerebrum, cor, & epar, cum quibus manifestam colligētiam habet, quòd vires membris cæteris auferebat. Cùm verò primo eidem obuiat nutrientis materia, circa quam occupari potest, statim desistit attrahere ab aliis membris, quibus solutis, reparatur virtus tam in principalibus, quàm in ortis ab eis. ¶ Reliqua verò pars nutriētis, scilicet potus pro tanto dicebatur nutrire per accidens, quoniam inquantum potus est, non opus, vt in humores cōuertatur, & membrorum substantiam, sed sufficit, vt admistus in cibo debita quantitate liquidum reddat ipsum, & lubricum, velut succum mediocris spissitudinis, ne nimia soliditate fiat immobilis, aut immoderata liquiditate à membris defluat, non adhærens: nam cum sit necessarium, vt per se nutriens ad membra feratur, & per angustos meatus penetret in eorum capacitates, & vt adhæreat eis: necesse est, vt prędictam dispositionem acquirat, qua solum fit aptum ad illa: nam testatur experientia, quod nimia chili soliditas atque cibi siccitas cogit ipsum in stomacho plus debito remanere: Nimia verò liquiditas

Cibus agit in corpus patiēdo & patitur triplicē transmutationem.

Cibus materialiter tripliciter diuiditur.

Cibus multum nutriens quomodo intelligatur.

Effectus causati in corpore ab ipso cibo.

Quomodo cibus statim reparat famelicos.

Quomodo potus per accidens nutrire dicatur.

per secessum effluere. Quapropter natura sapiēter ingeniauit saliuam in ore cum cibo misceri, vt prædicta in eo dispositio acquiratur. Sed quibus propria saliua non sufficit, oportet aliunde mendicare liquorem, vel statim cū in ore conteritur & ad stomachū deglutitur, vel postmodum cum ordinata natura requirit. ¶ Liquorum autē potabilium quidam est solum potus, vt aqua, quando cibis adiungitur, quidam verò & cibus & potus, vt vinū, & ipsum etiam interdum est medicina calefaciens stomachū frigidum, & confortans digestionem. Quidam etiam solum est potus & medicina, sicut acetū, sed quicunq; sit, nunquam tamen, inquantum potus, habet operationem aliam ad prædicta.

Potus quidā tantùm, quidam potus & cibus.

De Complexionato, quod est medicina tantùm, Cap. XVIII.



COMPLEXIONATVM verò, quod tantum est medicina, manifestè corpus immutat, & non immutatur ab eo: propterea, quamdiu imprimit in corpus, speciem non amittit, sed sub ea forma operatur, in qua vel exterius applicatur ei, vel interius recipitur, & non immutat corpus passiuo principio, scilicet materialiter, sed actiuis virtutibus, & secūdum hoc quæcunq; venena possunt manifestè nutrire, non sunt tantummodo medicinæ: licet enim aliquid proprietate corrumperet, vt napellus: tamē ex quo potest saltem prolixo vsu membri formam suscipere, constat, quòd erat aliquo modo assimilabile ratione materiæ, quæ, cùm à forma specifica virtute corporis spoliatur, fit alimentum: Hoc autem nunquam in mineralibus reperitur, tum quia elementa, vel massa, quæ formę mineralium subiacet, penitus est inepta suscipere formā viui terreo nimium dominante, tum quia quorundam fortis coagulatio prohibet ipsa resolui à corpore. ¶ Actiuarum autem virtutum quædam sunt communes omnibus complexionatis, & hæ sunt quatuor qualitates primæ, quas omnes Medicus, vt supra, vocat actiuas. Aliæ verò sunt propriæ, & ideo proprietates dicuntur, & à quibusdam virtutes specificæ, quia formam specificam consequuntur: Similiter etiam, quia tales virtutes communes sunt omnibus indiuiduis speciei, propterea operatio ipsarum dicitur à tota specie fieri, & quidam dicunt à tota substātia, propterea quia rei conuenit ratione eius, quod est perfectio substātię totius cōpositi. ¶ Ex his ergò patet, quòd proprietas est virtus, quæ debetur complexionato ratione eorū, quæ propria sunt ipsius: Hæc autem sunt duo, scilicet forma specifica, & gradus mistionis disponens ad illam formam: nam quantitates, seu pōdera miscibilium possibile est, vt eadem sint in complexionatis diuersarū specierū, sed sola diuersitas collę: vel cōprehensionis eorū, quam quidam formam, vel mirabilitatem mistionis appellāt, disponit ad diuersitatē specificā. Quæ proprietates, licet innominatę sint, à suis tamē operationibus quibus cognoscuntur, denominationē recipiūt, vt in magnete dicitur tractiua ferri, & in scamonea tractiua choleræ, & in tyriaca obuiatiua veneno. ¶ Patet etiā ex prædictis, quòd omnes proprietates, quę reperiuntur in complexionato, vel pēdent immediatè à forma specifica, sicut in scāmonea tractiua cholerę, vel pendent magis à gradu mistionis, sicut in eadem dissipatiua hepatis: Et quamuis complexionatū alterius speciei conuenire videatur in eadē proprietate cum isto, verūtamen modus operādi specialiter est diuersus, licet nobis aliquādo sit ignotus, & ideo specie differant, quāuis in genere proprietatis conueniāt. ¶ Itaq; iam ex prædictis aliqualiter patet ratio, propter quam multi Medicorū vocauerunt proprietatē virtutem occultā: Non enim, vt quidam dixerunt, quia est virtus innominata, nam res licet nomine careret, nō ideò tamen esset minus in se cognoscibilis, quāuis esset minus significabilis per sermonē, quemadmodum virtus calefactiua suo effectu cognosci posset, licet ei hoc nomē caliditas nō esset impositū: Ex quo etiā patet, quòd nō ideo dicitur occulta, quia minus cognoscitur suo effectu, quā virtus complexionalis: nam æquè benè tractiua cognoscitur tractione, & pulsiua pulsione, & sic de aliis, calefactio calefactione, &c. Sed pro tanto dicitur occulta, quoniā ea, quibus res cognoscitur, omninò sunt apud humanā rationem ignota: omnis enim res determinatè cognoscitur, vel causis immediatis, vel effectu immediato, quorum vtrunq; in proprietatibus ignorat humana ratio: Causę enim immediatæ proprietatum, vt dictum est, duæ sunt, scilicet forma mistionis, & forma specifica: Forma enim mistionis ex quātitate miscibilium, & colla ipsorum efficitur, ad quorū notitiam peruenire non potest humana ratio, cùm hæc in infinitū varientur, nec per consequens ad formam specificam, quę ex potentia materię surgit: effectus autē proprietatis nequit ratione cognosci, cū priora sint in eis occulta, nec etiam colligi potest rationabili experimento, scilicet tantummodo casuali: Rationabile enim experimentū semper præsupponit determinatū obiectū: Medicus enim, cùm in humano corpore vult experiri virtutē cōplexionalem alicuius misti, iam certè supponit, quod in omni parte corporis suū effectū manifestabit: nam quælibet esse potest obiectū complexioni, sed hoc non est certum de proprietate, imo antequā cognoscatur proprietas, incertū est penitus, vtrum ad manifestationē sui effectus determinet sibi potius spiritus, aut humores, quàm mēbra, vel vnum membrum, quā aliud: nisi enim experimento casuali, vel aliquo modo reuelationis sciretur corallum habere determinatum aspectum ad stomachum, nō posset vllo modo ratione cognosci. Dicitur etiam occulta, quoniam ipsa in se nō est sensu perceptibilis, sicut actualis caliditas, aut frigiditas, aut color, aut odor, aut sapor, & vniuersaliter omnes sensibiles qualitates. ¶ Cōplexionatū igitur, quod est medicina tantum, mutat corpus, vel per se, vel per accidens. per se quidem complexione, vel proprietate, sed differenter, & quantum ad effectum, & etiam in parte quātum ad modum manifestationis suæ potentiæ. Quantū ad effectū quidem: nā per complexionē solum alteratur corpus, in qualitatibus primis, manifestando effectū cōplexionis, vel secundum rationem tēperamenti, vel secūdum rationē excessus. Secundum rationem temperamenti, quando ex frequenti eius applicatione ad corpus, in debita quan-

Nullum minerale repertum est nutrire hominem, sicut Venenum aliquod.

Quæ dicātur virtutes specificæ & quare.

Quid sit proprietas.

Proprietates omnes in complexionato duo sequūtur.

Quare proprietates dicātur virtutes occultæ.

Experimentum rationabile.

quantitate non mutatur cõplexio corporis temperati: nã corpora valdè distẽperata, vt actu ægra manifestè immutat remittendo discrasiam eius, & ideo medicina temperata quamlibet discrasiã frequenti applicatione, vel vsu corrigit aliqualiter, quoniam plus de opposita qualitate participat: vndè, quemadmodum minus calidum infrigidat magis calidum, seu remittit, sic multò fortius temperatum, sicut in tractatu de gradibus est ostensum: sed in corporibus temperatis complexionem similiter non immutat sensibiliter: Nec ideo tollitur, quin ei conueniat tota ratio medicinæ scripta superius, scilicet quód manifestè immutat corpus: & non transmutet ad substantiam eius, nam remanet ei proprietas, per quam manifestè immutat, velut aurum, quamuis non mutet complexionem corpori manifestè, tamen confortat cor, & lætificat sumtum. Similiter camomilla sumta manifestè prouocat aborsum, & confert icteritiæ veteri, nec indebitè conuenit ei ratio medicinę propter complexionem, cùm ipsa complexio dispositio fuerit ad proprietatẽ, qua manifestè immutat, & quia lapsa corpora manifestè iuuat temperamento suæ complexionis, vt camomilla membra apostemata. ¶ Effectum autem suę complexionis manifestat medicina secũdum rationem excessus, quando mutat complexionem corporis secundum aliquem gradum: Nam gradus in complexionibus est integra distãtia recessus, aut elongationis alicuius qualitatis à temperamento. Sunt autem quatuor distantię integræ, quæ licet in se distinguantur proportionibus numerorum: Medico tamen sufficit manifestis impressionibus in corpore derelictis eas discernere: vnde in primo gradu alicuius qualitatis dicitur immutare, quando ex frequenti obuiatione eius ad temperatum, corpus in debita quãtitate immutat eius complexionem secundum illam qualitatem. In secundo verò, quando prima obuiatione immutat absque manifesta læsione ipsius. In tertio verò, quandò prima obuiatione mutat cum manifesta lęsione operationis totius, vel partis, absq; corruptione substantię. Quartus autem est, cùm mutat ipsum cum manifesta corruptione substantiæ membri, sicut est vlceratio, vel mortificatio eius. ¶ Effectus autem proprietatis in genere duplex est, scilicet vtilis, & nociuus: & vtilis quidem est, quo naturalia in corpore conseruantur, aut confortantur, vel quo liberatur corpus à corrumpẽtibus: Nociuus autem est ille, qui lędit corpus: Et vterq; istorũ est vniuersalis, vel particularis: Et vniuersalis est ille, quo proprietas respicit totũ corpus: particularis, quo respicit vnum membrum, quorum exempla sunt plura: proprietate namque hyacinthi & auri cor confortatur, & spiritus conseruatur. Similiter proprietate vuarum passarum, & emblicorum cerebrũ confortatur, & memoria conseruatur. Proprietate verò tyriacę liberatur corpus à corrumpente veneno, quamuis perfectè sanis corporib⁹ sit inutilis, & nociua. Similiter proprietate scãmoniæ liberatur corpus à corrumpente chymo, licet sanis corporib. sit venenum: iterum autem iuuamentum tyriacę omnib⁹ membris vtile est: nam ex omni membro venenum pellitur. Nocumentum autem napelli, & fellis tyri omnibus est commune: quia omnibus contrariatur, inquantum partes humani corporis sunt. Proprietas autem hysopi particulariter iuuat pulmonẽ, & proprietas sticados cerebrum, & sic de alijs. Proprietas autem cantharidum specialiter nocet vesicæ: Iusquiami verò, & api specialiter cerebro. Iterum proprietatum liberantium à corrumpentibus, quædam liberant attrahendo corrumpentia ad se, sicut plurima laxatiua, quędam verò pellendo, sicut tyriaca & multa tyriacalia, sicut pleniùs in epistola de dosi tyriacalium medicinaliter expressimus. ¶ Quantum verò ad modum manifestandi effectum suæ potentiæ in parte conueniunt, & in parte differunt medicina immutans à complexione, & immutans à proprietate: Nam immutantium à complexione, quædam sunt quæ immutant actuali complexione, quædam verò potentiali. Quę igitur operantur actuali complexione, ac proprietate sola, ipsorũ obuiatione, vel applicatione ad corpus in determinata distantia, manifestãt effectus suos: Ita quòd aliqua trãsmutatione non indigent, eò, quod virtutes, quib. operantur, insunt eis actu, vel habitu constituente tantũ accidentalem potentiam, quæ non indiget ad sui manifestationem transmutante, sicut essentialis, sed solùm remouente prohibens: vnde cùm indebita distantia solùm prohibet manifestationem, sufficit tantum debitam distãtiam procurare. Si verò interpositio alterius corporis, remouere illud: & sic de alijs prohibentibus: Vnde, quemadmodum ignita corpora calefaciunt corpus ex debita distantia, pręter hoc, quòd transmutentur ab eo: Similiter operantia ex proprietate: sicut enim catulus applicatur stomacho, calefacit ipsum intransmutatus à corpore, sic & corallus exterius similiter applicatus eidem, liberat, vel remediat à dolore, sic & corium lupi ventri appositum, colicam mitigat, & sigillum leonis ab Hermete traditum, si lumbis applicetur, protinus mitigat dolores in calculosis, similiter lætificat & cõfortat cor hyacinth⁹ grossa & electa, si teneatur in ore, præter quod transmutetur. Eodem modo & venenum, ex sufficienti distantia obuians cordi, vel cæteris partibus corporis corrumpit, nec ad corrumpendum indiget transmutari à corpore, vel etiã trahi à membris: nihil enim per se trahit, quod ei contrariatur à tota specie, quia omninò est corruptiuum illius, vnde & venenũ ea parte qua transmutatur à corpore corrumpitur, & à sua malitia spoliatur: cùm enim impossibile sit cõtraria approximata non agere, statim alterutrum se transmutant ad corruptionem. Quamobrem patet, quòd non est necessariũ veneno, transmutari aliquo modo à corpore ad hoc, vt manifestet effectum suæ venenositatis. Similiter nec tyriacæ ad hoc, vt expellat venenum: Quod manifestat eius experientia in caseo recenti, cum toxicatur, & nigrescit: nam tyriaca vni extremitati casei applicata pellit sensibiliter toxicum, ita, vt à parte tyriacæ, vsque ad oppositam extremitatem paulatim videatur reparari albedo, & demum caseus commestibilis remanet, cum tamen antea fuisset perniciosus ob toxicum: Similiter & magnes transmutatione non eget, sed sola remotione prohibentis ad attrahendum ferrum: Et in tractu humorum à pharmacis proprietate trahentibus,

Medicina tẽperata quamlibet discrasiam corrigit.

Camomilla prouocat aborsum.

Gradus quid sit, & sunt quatuor.

Effectus proprietatis duplex.

Medicina, quæ immutat corpus actuali cõplexione, vel proprietate, non indigent immutari à corpore.

est iudicium simile. Quod etiam manifestè patet in his, quæ fugant reptilia venenosa, vel alia animalia, vt serpentaria serpenté, palma Christi talpam, pelemonion scorpionem, assatica hirci gregem vaccarum & boum. ¶ Ex prædictis igitur patet, eos delirare, qui asserunt, quòd tyriaca sumta per os, non liberat venenatum in pede, vel coxa pellendo venenum: sed venenatum ex haustu veneni liberat attrahendo venenum: nam cum proprietas tyriacæ sit virtus specifica naturaliter operans, non per intellectum, impossibile est manente specie tyriacæ, quod mutetur proprietas, & per consequens operatio: Si ergò proprietati suæ conuenit ipsum pellere, sicut in exterioribus probat, sensus nunquam attrahet manifestè, specie salua: Naturales enim inclinationes rerum, quæ nullo modo pendent ab anima, semper ad vnum tèdunt, & per se nunquam in opposito possunt, sicut proprietas ignis est calefacere per se, nequaquam infrigidare: Prædictæ verò assensionis duplex ignorantia fuit causa, videlicet quòd carnes tyri à proprietate sui pellunt superfluitates venenosas cuiuslibet alterius animalis, qua proprietate mundant leprosos, attrahunt verò tantùm superfluitates propriæ speciei. Secùdum est ignorare, quòd venenum sumtum per os manens in stomacho substantialiter, vel etiam infra secundum minorem & maiorem eius potentiam, cor, & spiritualia, virtute sua potest offendere. quapropter tyriaca cõsequenter sumta, defendet eius impugnatione spiritualia, non solùm ad inferiora pellendo ipsum, aut consumendo, sed etiam suis virtutibus ex eadem distantia cor & spiritualia confortabit, & maximè cùm natura membrorum etiam per poros corporis attrahat, quod sibi conueniens est, ac necessarium valdè: sic de tyriaca manifestat illa experientia, scilicet quòd si refectis indigentibus propinetur, & paulò pòst vomitus subsequatur, aut non reiicietur tyriaca, vel saltem in vltimo. Igitur cuncta membra præsentia tyriacæ confortata venenum semper ad debiliora propellunt. ¶ Quæ verò immutant complexione potentiali, quoniam virtus, qua operantur, non est in actu, vel habitu, sed essentiali potentia, indigent reductione, de potentia ad actum, & ideò, priusquã immutent corpus etiam applicata aliquam recipiunt transmutationem à corpore, qua illarum potentia in actum reducitur: Cùm autem indifferenter omne complexionatum potentialiter reducatur ad actum à corpore nostro, si conuenienter applicetur eidem, necesse est, vt id principium quod reducit, sit reducens per se, nã si ageret id per accidẽs, nõ semper reduceret, nec eundem effectum scilicet reductionis imprimeret in subiectis differentibus specie, vel complexione, sicut patet in aqua frigida: cùm enim calefaciat calcem, non tamen calefacit lignum, aut lapidem, & cum calefaciat exterius applicata corpora, quæ sunt calida in visceribus, non tamen calefacit habentia frigida viscera, quoniam calefacere conuenit ei per accidens tantũ: At verò cùm id naturale agens quod per se reducit in actum potentiam alicuius passi, faciat hoc introducendo in passum similitudinem sui, necessarium est, vt illud immediatum reductionis principium possit omni reducibili scilicet complexionato potentialiter similitudinẽ suam imprimere, sed cùm illa similitudo introducta in reducibili, faciat ipsum agere actu, secundum aliquam qualitatem complexionalem, adhuc est necesse, quòd reducens habeat potentiã imprimendi similem qualitatem: hoc autem in omni complexionato nequit facere indifferẽter, nisi solum illud, quod ex omni qualitate complexionali est constitutum, scilicet actualis complexio sanabilis: Hoc igitur oportet esse reducẽs immediatè per se: Naturalis etenim calor, vt calor est, nunquam potest, nisi caliditatem imprimere, propterea dicentes, quòd ipse reducat, intelligũt quòd hoc facit, vt instrumentũ complexionis mẽbri, quo vtitur ad remouẽdum, ab eo prohibens, vel substantiæ grossitiem subtiliando, aut viscositatem incidendo, vel magnitudinem comminuendo, nihil tamen horum sufficit, licet enim modica rei quãtitas citius alteretur, quàm multa, nõ tamen citius alterat. Vnde complexionatum quantumcunque in minimas portiones diuidatur, dummodo in eis species saluetur, semper nihilominus erit complexio, vel cõplexionalis qualitas eius in potentia, respectu corporis nostri, quoniam si applicetur ei, non immutabit ipsum, nisi prius immutetur ab eo, & specialiter actione naturalis caloris: Ideo verò dicitur esse in potentia respectu corporis, quia si quis, vt ait Galenus, dixerit, complexionalem qualitatem inesse actu cuiuslibet medicinæ, verum quidem dicet, nec inter hæc dicta erit repugnantia in re, sed in voce, vel ratione: cùm enim dicitur, quod medicina est naturaliter frigida, vel calida in potentia, & nõ in actu, respectu sanabilis corporis, tunc non negatur actus primus complexionis, qui est informare medicinam per modum habitus naturalis, immò ponitur esse, quia sine illo non posset in actũ, quem imprimit corpori: cùm verò dicitur, quòd est actu talis, antequam applicetur, vtpote quamdiu est in horto, vel apotheca, non intelligitur illud de actu secundo, qui est operatio manifestæ impressionis in corpore, sed de primo, qui est habitus innatę complexionis, sine quo medicina quamdiu non est, manet in sua specie. ¶ Patet igitur ex pręmissis, quod complexio membri vel corporis, quoniam est per se, & principaliter reducens potentiam ad actum, ideo vniuoce operatur in omnibus complexionatis potentialiter scilicet cum vna suarum qualitatum conformando qualitatem complexionati, & hoc est, quod sentit in tertio de complexionibus Galenus. Calor verò naturalis, quia solum operatur ad reductionẽ, vt instrumentum, per quod prohibens remouetur, ideò non vniuoce operatur in reductione cõplexionatorum, quę sunt qualitatum oppositarũ quod perspicaciter intelligens Galenus non omisit exprimere 3. de simplicib. medicin. inquiens, quòd licet medicina naturaliter calida, & medicina naturaliter frigida, cõueniant in duob. scilicet quod vtraq; dicitur in potentia talis respectu corporis, & iterum quòd neutra ipsarum sua qualitate immutat corpus, priusquam immutetur ab eo, propter quod dicuntur esse pontentialiter cõplexionata, respectu ipsius: tamen differunt quãtum ad modum reductionis, quia vt dicit, licet vtraque recipiat principium immutandi à corpore na-

Tyriaca venenum pellit.

Medicina, quæ immutãt corpus complexione potentiali, indigent immutari à corpore.

Agens per accidens nõ semper eodem modo agit, sicut agens per se.

Cõplexio corporis, vel mẽbri, cũ sit per se reducens potentiam ad actũ, ideò vniuocè operatur, &c.

re naturaliter, calida recipit principium calefaciendi ab ipso, & frigida principiũ infrigidandi corpus, cui obuiat, & applicatur, tamẽ aliter, & aliter q̃a calida tantũ alteratur, sed frigida, & alteratur, & in partes paruas diuiditur, per quod acquirit motum ab extrinseco. Et ne quis forsan putaret, quòd hæc differentia immutationis medicinarũ á corpore procederet à principali reducente. Iccirco subiungit, quòd diuisio medicinæ frigidæ in partes paruas, & acquisitio motus ab extrinseco proueniunt in ea, per actionem caloris nostri corporis. Quibus verbis intendit, quòd licet neutra prædictarum medicinarum immutet corpus, nisi prius mutetur aliqualiter à calore ipsius: tamen differunt in immutando corpus per impresionem, ab illo calore susceptam: nam calida medicina per ipsam tantum mutat, vel alterat corpus, nec per hoc excluditur impresio, quam facit medicina propria caliditate, sed excluditur medicina frigida: Nam ipsa hoc, quod alteratur solùm, id est, calefit à calore corporis, nullo modo alterat corpus, quia per hoc, quod calefit, non frigidat ipsum, cùm impresio caloris ordinetur per se ad calefaciendum, & non ad oppositum, nec calefacit notabiliter, sed semper quamdiu vincet sua frigiditate infrigidabit. ¶ Ex quo patet, quòd medicina frigida per hoc solũ, quòd à calore corporis, & calefit, nec alterat corpꝰ, nec disponitur ad alterandum, sed medicina calida per hoc solùm, quòd calefit à calore corporis, & calefacit, quantum calefit, & disponitur ad calefaciendum amplius etiam, quàm sua potentia, concedit eidem: quia per hoc, quòd calefit sua potentia confortata, vel excitata, consequitur actum manifestæ impresionis in corpore: Frigida ergò medicina, per impresionem primum susceptam à calore corporis, nec immutat corpus, nec ad ipsum immutandum disponitur, sed per impresiones secundas, quæ sunt diuisio in partes paruas, & profundatio eius in membrum, vel corpus, quod consequitur, prædictam diuisionem, disponitur ad alterandum. Medicina enim frigida, diuisa in partes paruas, citius recipit impresionem complexionis membri, quàm integra, quia paruum citius alteratur, quàm magnum. Et similiter, quantò fortius profundatur in membrum, tantum ipsum efficacius alterat, quam profundationem eleganter appellat motum ab extrinseco, quia frigidæ medicinæ non conuenit ab extrinseco principio in corpus aliquod profundari, quoniam frigiditas non aperit, immò claudit corpora, quibus approximat. ¶ Ex his igitur, & ex natura per se, & principaliter reducentis, patebit vtiq; modus reductionis: nam complexio membri, cùm habeat virtutem omnis qualitatis complexionalis, si obuiet ei complexionatum potentialiter, quod ex parte dominantis qualitatis propinquam habet potentiam actui, tunc virtute, quam habet cõformi cum potentia complexionati, manifestat etiam actu, cùm actualiter addat illi dominanti portionem similis qualitatis, ex quo additamento ligamen soluitur potentialis virtutis: Cuius rei veritas perpenditur euidenter in exterioribus alterantibus, quæ actu suæ caliditatis excitant potentiam eis similem in complexionatis potentialiter: tactus enim manifestè probat etiam in prima obuiatione, quòd in aere pãnus lineus excellentiùs infrigidatur, quàm laneus, & marmor, quàm lignum, & succus lactucę, quàm raphani, aut vinum limphatum, quàm purum. ¶ Ex his autem sermonibus patet veritas illius differentis actionis membri, supra cibum & medicinam, quã posuit Galenus: Nam supra medicinam dicitur agere, cum vna suarum qualitatum, supra cibum verò cum tota substantia, id est, cum totalitate complexionis: nec est intelligendum, quòd ità membri complexio diuidatur, vt cum vna qualitate agat interdum supra membra, & quandoq; cum alia: Cùm in membro non sit nisi vna, & indiuisibilis qualitas, quæ est complexio eius, sed quia virtutem habet omnium qualitatum, & ideò cũ virtute vnius qualitatis manifestat actionem suam in aliquo passo, Medicus vtens sermonibus ad sufficientiam non ad necesitatem dicit, quòd agit cum vna qualitate: Quia aliqui non intelligentes posuerunt (vt Auerro.) quòd medicina corpus alterat, sicut & cibus scilicet per qualitates, quas relinquit post transmutationem eius in chylo, & in chymis, & vltimo in humiditatibus membrorũ: secundum hoc autem nunquam medicina alteratiua immutaret corpus manente specie eius, cuius oppositum sensus ostendit, & in applicatis exterius: nam succus mandragorę & lactucæ manente specie infrigidat tempora, & aqua ardens oculum calefacit, & alcofol anthimonii, vel thutiæ ipsum exsiccat, & sic de alijs. ¶ Medicina similiter immutat corpus per accidens, tam complexione quàm proprietate: complexione, sicut balneum aquę frigidæ calefacit corpora, quorum viscera caliditate abundant, sicut sanguinea, & carnosa atq; iuuenilia cholerica: nam claudendo poros prohibet exspirationem vaporum calidorum à corpore. Vnde, cum in talibus corporibus aquæ frigiditas vincere non posit interiorum caliditatem, sicut in extenuatis & frigidis, quos mortificat, & intus vapores calidi coarctentur, necesse est augeri, & intendi caliditatem interiorum, & exinde etiam multiplicatis vaporibus, & fortificato calore prouocari sudorem, præcipuè cum sit in talibus virtus fortis, in dispositis etiam febris est posibile generari: qui omnes effectus conueniũt aquę frigidæ superfusę per accidens: Similiter cùm in acutis febribus bibitur copiosè ab his, quorum viscera calida sunt & carnosa, & ab opilationibus & apostemate munda, vomitum & fluxum ventris cholericum, & quandoque sudorem per accidens prouocat: Nam ingrossatus & hebetatus humor, qui propter sui subtilitatem, & acumen violenter membra subingrediens euadebat expulsionem, iam beneficio aquæ, superante natura per conuenientes regiones eijcitur. Oppositis autem rationibus aqua calida exterius applicata, per accidens interiora infrigidat: Proprietate similiter medicina corpus immutat per accidens, velut theriaca sumta, quãdoque pernecat corpora venenata, tunc scilicet, cum debilia sunt, & in membris modici, vel nullius sensus, magna quantitas grosi veneni sopita latet: Eis ergò si actione aliqua theriaca propinetur, & prædictum excitat venenum, idque cum auxilio theriacę vincere nequeat, & proculdubiò talia corpora, licet venenata, vel interficit, vel ma

Medicina frigida, & medicina calida, differenter disponuntur à calori nostri corporis, vt operãtur, &c.

Membrũ differenter agit supra cibum, et supra medicinam.

Medicina alterat corpus per accidens, tam cõplexione quam proprietate.

nifestè lædit. Similiter si venenum circa superficiem corporis existat, maximè in regionibus vicinis cordi, aut cerebro, & desuper applicetur theriaca, corpore debili existente, manifestè læditur pulso veneno ad principalia. ¶ Similiter & pharmacia, peccantem attrahens humorem, interficere, aut multùm lædere potest per accidens tripliciter. Vno quidem modo, quia non potest ipsum vsque ad locum determinatum expulsioni attrahere, medicina enim habet per se humorum attrahere ad locum, in quo est, sed ad naturam corporis attractum humorum & etiam ipsam medicinam expellere. Cùm igitur medicina in stomacho existit, locus determinatus expulsioni erit stomachus, in quo est medicina vel intestina. Si ergò ad stomachum attrahatur, & pars inferior fortis extiterit, superior debilis per vomitum eijcietur. Si verò econtra per secessum, quòd si humor qui trahitur à venis per hepar, & mesaraicas transeat, cùm ad intestina peruenerit, si expulsiua ipsorum fortior fuerit, quàm attractiua medicina, obuiabit eius motui, & per inferiora deponet: Si verò solùm vsq; ad hepar attrahat peccantem humorem, fueritque multus, & grossus, aut fortè viscosus, per strictos meat⁹ hepatis & mesaraicarũ transire non potens, maximè debili existēte hepate, proculdubio generabitur apostema in ipso, vel circà, quod frequenter contingit potionatis plectoricis, cùm medicina est violenta, & sufficiens meatuum apertio non præcesserit, nec humorum perfecta digestio. Secundo verò modo proprietate attrahendi peccantem humorem lędit medicina corpus per accidens, quando scilicet humor copiosè trahitur ad loca determinata expulsioni, nec tamen expellitur propter naturæ defectum causatum, vel à resolutione virtutis, vel à forti constipatione intestinorum, vel ipsorum apostemate, vel calculo vesicæ coangustante longaonem: Propter quod interdum conuenit potionatis repleto stomacho, & intestinis humore attracto, syncopicare ac suffocatione perire. Tertio modo conuenit eam per accidens lædere, quando euacuationem humoris peccantis comitatur, aut consequitur euacuatio non peccantis. Cuius causæ, teste Galeno, quatuor possunt esse, scilicet aptitudo humoris, qui parat⁹ est fluere multitudine, vel subtilitate: Defectus virtutis, quia contentiua ex præcedenti perturbatione debilitatur: Dispositio membrorum, quia venarum orificia sunt aperta ex pręcedenti euacuatione: Impresio medicinæ, quia qualitatem relinquit in membris abominabilem, vel portio suæ substantiæ villis eorum adhæret: propter quæ, velut in stomacho nauseam, irritatur: expulsiua ipsorum ad expellendum quæcunque contenta: & ideò frequenter accidit sumentibus scammoneam longam incurrere dysenteriam, vel cholicam. ¶ Ex prædictis iam patet, quòd medicina siue immutet corpus complexione, siue proprietate non semper operatur eodem modo, Recepta interiùs, & exteriùs applicata. Immò sæpè aliter & aliter, vel per se, vel per accidens, de complexione patet. Nam sinapis exteriùs applicata vlcerat & vesicat: Interiùs verò recepta non, tum, quia superficiei mēbri fixæ non adhæret, tum quia pluribus alijs

Pharmacia interficere aut lædere potest per accidens tripliciter.

Effrenitantiu pharmaciæ causæ quatuor.

Medicina nō semper operatur eodē modo interiùs & exteriùs.

A obuiantibus obtunditur virtus eius. Non figitur autem membro, tum, quia expulsiua membri de parte ad partem mouet, tum, quia cætera obuiantia non permittunt vni parti adhærere: Sunt autem obuiantia digestiua resoluens eius virtutem, cibus sepeliens ipsam, potus & humor submergens: De proprietate patuit in theriaca suprà, & iterum in venenis, & pharmacijs: In venenis quidem, nam cerusa, intus accepta in quantitate notabili, quæcunque corpora lædit. Exteriùs verò applicata quibusdam vlceratis, & scabiosis prodest. De pharmacijs verò trahentibus humorē peccantē vtplurimũ contingit ecōtra: Nã int⁹ immoderata quãtitate sumptę ab indigentib⁹, manifestè iuuant. Si verò exteriùs applicētur, vel sub forma emplastri, vel sub forma vnguenti, proculdubio trahũt ad eã corporis partē, cui applicantur. Vnde si medicina sit fortior virtute membri, cùm partes illæ non sint aptæ ad expulsionem humoris maximè grosi, coarctabitur ibi. Proinde raró membra talia possent euadere, quin apostema, vel scabies generetur in eis: Quia si medicina peccantem humorem pellere posset sua proprietate, constat, quòd exteriùs applicata prodesset interdum: forti enim exeunte virtute corporis, si tibijs & brachijs applicetur huiusmodi medicina, peccans humor educetur absq; læsione per vomitum & secessum: si tamen indisposita fuerint corpora, & virtus eorum debilis, periculum est vel membra principalia lædi, vel apostema in interioribus generari.

COMMENTARIVS.

SECVNDVM *rationem temperamenti, &c.*] Quicquid agit, in suum agit contrarium, nec agendi vim habet naturaliter, quod nulli contrarium est: Temperatum autem cum omnibus constet extremis, nulli contrarium esse videtur, atque ob id corpus immutare non potest: Hinc fit vt hæc alimenta potius quàm medicamenta nominentur. Ecce verò si temperata nullis sunt contraria, cur auaritiæ contraria est liberalitas, quæ tum auaritia constat tum prodigalitate suo quodam modo & contemperatis? Discrasiam (ait Arnoldus) immutat, quod temperatum est. Excessus enim cōtrarietatem indicat, & quod extremè calidum est, in tepidum agit, non quoad caliditate constat, sed quoad frigiditatis est particeps: Et minus calidum si cum calidiori conferatur, frigidi rationem obtinet.

Ex prædictis igitur patet eos delirare.] Num theriaca venenum attrahat vel propulset, id non frustra quæritur: scilicet vt inde manifestum euadat, an in morsu venenato theriaca posit extrinsecus adhiberi. Quod itaque theriaca venenum propellat, id in confesso est, cùm sudores vsu theriacæ multos à venenis liberauerint. Nouimus etiam ea quæ discutiendi vim habent, cum calida sint, etiam attrahere posse. Quocirca non assumta modò, sed extrinsecus admota virulentis vulneribus confert theriaca, nisi calore nimio metum fortasis incutiat inflammationis. Cùm autem alia calore discutiant, alia proprietate: videtur theriaca non manifesto duntaxat calore, sed occulta quadam virtute, adeoque totâ sui substantiâ venenis aduersari.

Nam supra medicinam dicitur agere.] Galenus lib. I. de Elementis cap. 14. alimentum à medicamento differre docet, ea scilicet quibus secundum solam qualitatem alteratur substantia, non alimenta sed medicinas appellari. Cibus ergo non qualitatibus agit, sed tota substantia: dum ei substituitur, quod è corpore defluxit: *Totalitatem complexionis* dixit Arnoldus, vt hinc intelligatur qualitatum mixtionem non totum esse temperamentum.

mentum,sed eius partem: Non.n.perfectè mixtum est, quod solis qualitatibus contemperatur: Sed substantijs in se inuicem agentibus alteratione simul & generatione temperamentum enascitur, quod hic totalitate complexionis definiuit Arnoldus.

De Complexionato, vt est cibus, & medicina, Cap. XIX.



OMPLEXIONATVM autem, quod est cibus & medicina, immutat corpus, & immutatur ab eo, immutat per se, & per accidens: per se quidem à cunctis virtutibus supradictis, quã diu retinet formam suam: immutat autem, prout recipit formam impressam ei à corpore, vel in prima, vel in secunda, vel in tertia digestione: Quia verò tale complexionatum inæqualis potest esse complexionis: Iccircò contingit, quòd chylus & sanguis, & cętera, quę ab eo generantur, retinent in parte naturam ipsius, quantum ad cõplexionem, & ab hac consideratione iudicantur à Medicis complexionata, etiam prout sunt nutrientia, calida vel frigida, sicca vel humida: lactuca enim frigidiorem temperato sanguinem generat, allium verò calidiorem. Solutiuum autem, aut stypticum, aut aperitiuum, vel opilatiuũ, &c. non iudicatur complexionatum, inquantum est nutriens, sed in quantum est medicina. Iuuat autem per accidens, vel quantitate, vel ordine sumtionis, vel actuali qualitate, qua sumitur, sed quantitate, & actuali qualitate, vt supra tactum est, in cibo tantùm: ordine verò in quantum cibus, vt suprà, sed inquantum medicina est, aliter. Nam stypticum, & maximè ponticum alijs præmissum, retentionem & constipationem procurat in intestinis. Si verò subsequatur, causat expulsionem: omne enim membrum dilatabile, & constringibile perforatum ab vna extremitate in aliam, si in altera constringitur, quod continet per oppositam, qua dilatatur, habet expellere. Similiter in operatiuo & opposito, & dulci & amaro, & cæteris, vt suo loco patebit.

De Modo cognoscendi virtutes complexionatorum primò per Experimentum, Cap. XX.



OMPLEXIONATORVM aũt virtutes dupliciter cognoscuntur à Medicis, scilicet experimento, & ratione. ¶ Experimento quidem dicitur illa virtus cognosci, cuius habetur notitia sensibilis ex immediato effectu, quemadmodum calefactiua calefactione, & infrigidatiua infrigidatione, & attractiua attractione. Vnde quia proprius & immediatus effectus, quem sola experientia manifestum facit, præbet de virtute notitiam, iccirco dicitur experimento cognosci. ¶ Ratione verò cognoscitur virtus, cuius manifestè habetur notitia, effectu similiter, ducente prius in cognitionem alicuius naturæ, vel passionis habentis respectum, vel ordinem ad virtutem complexionati, quandoque quidem, vt effectus ad causam, quemadmodum in simili facto ab effectibus mediatis ad immediatum: Sicut, quando vir-

A tus calefactiua cognoscitur per differentiam saporis, aut odoris, &c. Sapor enim & odor, & similia non sunt effectus immediatè qualitatum complexionalium: Vnd collectis huius effectibus per experientiam ab illis syllogizatur vlterius in effectum calefactionis, & infrigidationis, &c. Et tandem habetur notitia calefactiuæ, & infrigidatiuæ virtutis, q̃ sunt causę calefactiõis & in frigidationis: quandoque verò id, quod prius cognoscitur, similiter est quodã modo causa virtutis: B Vnde, quando per liquiditatem arguitur supra dominium aquæ, deinde per consequens supra frigiditatem & humiditatẽ: proprietates igitur non habent, nisi vnũ scilicet immediatum effectum & causæ ipsarum immediatę occultæ sunt nobis: iccirco solùm cognoscũtur experimẽto: qualitates verò cõplexionates cognoscũtur experimento & ratione: actuales quidẽ solo experimẽto, potẽtiales verò vtroque modo. ¶ Sed de via experimenti prius tractare conuenit, quia communior est, C tam ex parte cognitorum, quàm cognoscentium: Inter cognoscentes enim plures sunt illi, quos experimentum certificat, quam hi, quibus ratio persuadet: nam in pluribus viget sensus, quàm ratio. Similiter experimẽto cognoscuntur virtutes cõmunes & proprię: ratione verò cognoscũtur cõmunes. ¶ Ad habendum igitur notitiam cuiusq; virtutis, experimento necesse est, complexionata corpori applicare, sensus autem statim de qualitatibus actualibus facit fidem. Sed si de proprie- D tatibus, & potentialibus qualitatibus quæratur experimento certa notitia: oportet eas obseruare conditiones in experiendo, quibus potest fallacia, vel error iudicij præcaueri. Sunt autẽ in genere sex, scilicet, subiectum debitum, quantitas cõueniens, qualitas congrua, modus competens applicandi, mora sufficiens, impresio effectũ per se, & per accidens. ¶ Ad debitum autem subiectum requiruntur tria, scilicet, species & dispositio, & diæta. ¶ Species autem, vt sit corpus hu- E manum, nam complexionata non habent eundẽ respectum, scilicet conuenientiæ, vel contrarietatis ad omne corpus, quia coluber & lacerta sunt cibus conueniens omnibus ciconijs, humanis autem corporibus sunt venenum, stercusq́ue bouinũ cibus est optimus fasiano, & iusquiamus passeri, hominum verò solummodo medicina: Et reubarbarum frigidum est leoni, calidum verò humano corpori: Vnde, cum inuentio salubrium causarum ad humani corporis indigentiam ordine- F tur, in eo tantùm conuenit experiri virtutes earũ, & propterea, quod in alijs corporib⁹ imprimũt, non est trahendum ad consequentiam in humano, nec econtrario, donec in eis fuerit facta specialiter experientia: Contingit enim sæpe, quod vnum complexionatum faciat eundem effectum in corporibus diuersarum specierum ratione naturæ communis: vt vinum quod inebriat hominem & simiam, & vippæ garrulum faciunt puerum & stornellum: vtrobique enim multiplicat G vinum vapores, & spiritus, ratione naturæ propriæ diuersificatur indubitanter effectus complexionati in corporibus specie diuersis. Triticeus enim panis cibus est laudabilis homini, & non equo, licet vtrique sit delectabilis ratione naturæ communis. ¶ Dispositio verò quæ requiri-

Proprietates, & actuales qualitates solo experimento cognoscuntur: potentiales verò experimento & ratione.

Sex obseruanda in experimento.

Dispositio requisita in subiecto, in quo fit experiētia.

tur in subiecto, in quo fit experientia, debet esse optima, vel simplex & æqualis: Inter enim humana corpora solùm illud, quod est optimæ dispositionis est aptum ad manifestandum in seipso virtutes, quibus omnis causa salubris potest immutare corpus humanum, prout est sanabile: Nã inter omnia sanabilia corpora humanæ speciei non est aliquod repræsentans perfectionem humanę naturę, prętèrquam illud, & ideo quicquid conueniens, vel contrarium secundum virtutem debet esse naturæ humani corporis, citius in illo manifestabitur: proinde regula dicitur cæterorum corporum, comperto enim per experientiam qualiter & quantum ipsum immutant quæcunque complexionata: Iam clarum est Medico, qualiter & quantum immutabunt cæterea, quæ recedunt ab optima complexione cognito gradu distantiæ cuiusque ipsorum ab illa. Cùm autem ad experiendum corporis optimæ complexionis haberi non poterit copia, tunc si fiat in corporibus lapsis, necesse est obseruare, quòd sit lapsa dispositio simplex. Ita scilicet vt in ea nulla sit cõcontrarietas, quòd contingit dupliciter, scilicet, aut, quia dispositio vnius membri contrariatur dispositioni alterius, vt si quis patiatur innatę, vel superuenientis frigiditatis, excessum in stomacho, & caliditatis in hepate: Aut quia causa contrariatur dispositioni, vt si quis patiatur putridã febrim ex frigido humore: In primo enim casu, certitudo nequit haberi à complexionato, sumto interiùs, quantum calefacere vel infrigidare possit corpora patientia simplicẽ lapsum, nec in secundo casu similiter, cum infrigidans ex vna parte, augeat frigiditatem ratione causæ antecedentis, ex alia parte diminuat ratione discrasiæ, calefaciẽs autem econtrario. Verum ad certitudinem iudicij oportet obseruare, quòd dispositio corporis lapsi vniformis existat in omnibus corporibus, nõ solum quantum ad complexionem, sed etiam quantum ad compositionem: Et quantum ad complexionem quidem, est vniformis, cũ fuerit discrasia similis in specie, & æqualis in gradu: Nam cum experimentum ex pluribus sensibus oriatur, oportet experiri complexionatum in corporibus multis patientib⁹ eundem lapsum in simili gradu. Aliter enim Artifex falleretur, quia complexionatum, quodcunque non immutat eodem modo cholericũ, & phlegmaticum: Videmus enim quòd acuta, & etiam aliqua dulcia, quę acumine participant, soluunt phlegmaticos, maximè, si humiditatibus phlegmaticis abundãt in intestinis, & stomacho dissoluendo eos Cholericos verò nimis exsiccando constipát, maximè, si hepar calidum, & exiccans humiditates intestinorum inflammet. Similiter atriplices celerrimè soluunt habentes frigida & humida intestina & stomachum. vix autem, aut nunquam contrarios, & vniuersaliter nullum complexionatum, siue sit cibus, siue medicina, potest ęqualiter immutare corpora, quæ sunt inęqualiter lapsa, proinde testatur Galenus, & confirmat experientia, quòd minus calidum infrigidat magis calidum ea parte, qua plus de frigiditate participat: Si ergò per experientiam colligatur potentia immutandi, quam habet quodlibet complexionatum,

Vnde fiat diuersitas iudicij in complexionibus vel gradibus com-plexionum & plexionatorũ.

non est tradenda, nisi alia corpora similia, non solùm in complexione, sed etiam in gradu complexionis æqualia, vel vicina, quantum possibile fuerit: Et ab hac quidem consideratione oritur diuersitas inter sapientes reperta, qua vnus iudicat vnum complexionatum, vt caulem, & triferam, &c. fore complexionis calidæ, alius verò frigidæ, vel vnus in vno gradu, & alius in alio. Quisque namque iudicat secundum experientiam, quam exercet in corporibus regionis suæ. Et similiter ab hac consideratione oritur diuersitas ista sapiẽtum, qua vnus in vna ægritudine alicuius membri coposuit medicinam complexionatam in vno gradu, & alius in morbo eodem, specie similẽ, tamen in alio gradu: vnde in discrasia calida hepatis alterius gradus est Diarodon Abbatis, & alterius Constantini, & sic de alijs. Similiter obseruanda est vniformitas in compositione, in qua si corpora differant, non immutabuntur eodẽ modo: Videmus enim, quòd habentes mesaraicas, & meatus hepatis valdè latos, vix aut nunquam læduntur, aut soluuntur à dulcibus, velut musto & vuis: Nam potenter humiditas istorum trahitur ad hepar, terrestreitas autem remanens in intestinis constipat: In quibus autem prædicti meatus strictissimi sunt, sumtis huiusmodi, dolent in mesaraicis propter distensionem, & cùm magna portio humiditatis intestina perfundat, ventris mollicies procuratur. ¶ Iterum aũt ad debitũ subiectũ requiritur mediocre, ac etiã vniforme ipsi⁹ regimen in dięta, ita vt non solùm sit in quantitate, sed in qualitate mediocre. In his, peccante regimine, non erit certum, qualiter aut quantum absolutè possit hoc complexionatum, quod applicatur, corpora immutare, nimium enim potanti comestio piscis salsi tussim sedat ex stilicidio causatam, & vocem clarificat obscuratam potu superfluo: Cum tamen de se pungitiuus sit panniculorum pectoris, & exasperatiuus vocalis arteriæ: Simili modo, vel ratione contingit variari effectum complexionati, & in eodem corpore, si vna vice propinetur famelico, alia quoque vice ministretur eidem non famescenti, quod manifestius apparet in his, quæ clarè participant naturã cibi & medicinæ: vnde cassiafi, & pruna non mõstrant eundem effectum soluendi vẽtrem, aut lactuca & cucurbita eundem infrigidandi hepar & spiritualia, cùm sumuntur ab indigenti cibo, & non indigenti, & hęc consideratio, licet ad dispositionem subiecti posset reduci, distinguitur tamen ab ea ex parte causæ, propter hoc, vt diligentiùs aduertatur: id enim à quo causatur, vel oritur hæc consideratio propriè non est complexio, vel compositio, sed potius regimen. ¶ Tractatis igitur his, quæ seruare oportet ex parte subiecti, iam vlterius est sciendum, quòd ex parte complexionati, quod obuiat corpori, & quantitas, & qualitas debita obseruari debet: non enim in quacunque quantitate obuians, potest sensibiliter immutare, sed vna est prima quantitas, in qua, si obuiet corpori sensibiliter immutabit secundum exigentiam suæ virtutis: verbi gratia, in his, quæ sumũtur interiùs prima quãtitas mellis est. ℥.1. & ss. respectu corporis tẽperati: sandalus aũt ʒ.1. & ss. theriacę verò ʒ.ss. Respectu verò corporũ à tẽpera-

Regimen in diæta requisitum ad debitũ subiectũ, in quo fit experientia.

Quantitas & qualitas debita obseruari debet in experiendo complexionata.

peramento distantium, interdum est maior, inter dū est minor secundū diuersitatē lapsus corporū & virtutis complexionati: minor enim quantitas theriacæ calefacit cholericū, quàm phlegmaticū, & minor sandalus infrigidat econtrario. hæ autem quantitates in sumtis interiùs doses dicuntur, siue sumantur ad pondus. vt ℥. & ℔. &c. siue etiam ad mensuram vt cochlear & briala: Quarum differentię tres in genere sunt, scilicet, maior minor & media. Quia si nulla istarum determinatè sciatur, & sit intentio experimento inuestigare non solùm virtutem complexionati, sed etiam quantitatem primam, tunc artificialis experimentator conuenienter incipit à minori quantitate, quam sua æstimatio particularis informata mensurat, ne, si fortè nociua esset virtus complexionati, nimium læderet. ¶ Quia verò prima dosis complexionatorum in temperata regione, atque respectu corporis temperati, quodam modo canon est inueniendi doses in cæteris regionibus atque corporibus: nam in distemperatis, respectu illius, minuitur, vel augetur, propter hoc illam conuenit prius scire, de qua duæ regulæ collectæ sunt per experientiam à sapientibus, & prima est de dosibus complexionatorum, inquātum absolutam habēt rationem alterantium medicinarum: Secunda verò de dosibus, inquantum habent manifestam nutriendi potentiam: De absolutè verò alterantibus est compertum in temperata regione, atque in corpore temperato, quòd prima dosis cōplexionatorum in quarto gradu est ʒ.1. In tertio verò ʒ.1. & ß. In secundo verò ʒ.2. In primo verò ʒ.3. intemperato verò, vt intemperatum est, non conuenit certa dosis. De complexionatis verò habentibus manifestam nutrientis rationem, compertum est, quòd hoc facit in eis ℥. quod ʒ. in alijs. Vnde sicut in temperata regione, vel respectu corporis temperati, sunt prima dosis spicenardi, quæ est calida in secundo gradu. ʒ.2. sic prima dosis mellis. ℥. 2. & similiter de complexionatis in primo gradu: Ad tertium enim & quartum non perueniunt ea, quæ notabiliter nutriunt, imò huiusmodi plus semper imprimunt corpori, vt medicina, quàm nutriens sicut cæpę & allia & huiusmodi. ¶ Si tamen habeatur notitia dosis in vna distemperatarum regionum, de facili perpendetur in alia procedēdo per regulas generales, quarum prima est, vt attendatur differentia regionis ad regionem, & per consequens habitantium ad habitantes, quòd si regio, ad quam dosis quæritur, sit eiusdem qualitatis, eadem erit dosis: si verò differens, diuersa. ¶ Secunda regula generalis est, quòd ad quamcunque regionem quæritur dosis, tunc, si conuenit medicina cum qualitatibus eius, & regio fuerit intensioris qualitatis, quàm alia, minuetur dosis, respectu alterius regionis, in qua est nota: Si verò opponatur, augebitur: nam in frigida regione, aut frigidiori, maior erit dosis calefacientis medicinæ, quàm in ea, vel minus frigida, sed in calidiori minor. ¶ Tertia est, quòd primū argumentum est tertiæ partis, & similiter prima diminutio: Nam sicut in gradibus infra tertiam partem nihil notabile sit in dosibus, vnde si in calida regione sit dosis, ʒ.1. in minus calida augebitur, primo de. ϶. & deinde gradatim ascēdetur vsque ad duplū, & ecōtrario in diminutione. ¶ Qualitas autem actualis ipsi⁹ debet esse mediocris, ita, vt cùm applicatur omninò sit ab omni aliena qualitate nudatum scilicet, vt nec vicinitate, vel coniunctione rei alterius actuali qualitate informetur, vel antiquitate, aut corruptione quacunque naturales potentias suæ speciei amiserit, sed quòd applicetur cōrpori in ea perfectione ac puritate, quæ suæ speciei debetur. ¶ Ex parte verò applicationis obseruare oportet, vt modus applicandi sit debitus: Nam si sandalus per frusta sumatur, & aurum in pecijs: aut psyllium imperfectè cōtritum applicetur artheticis, nec illud in hepate, nec istud in corde, nec aliud in iuncturis manifestabit effectum, sed oportet, vt dura in puluerē resoluantur: Econtra verò si hiacynthus teneatur in ore puluerizatus, parum proderit cordi, aut si saphyrus puluerizatus oculis applicetur: sed vnicuique rei proprius debetur modus, qui si ignoretur cautè quæratur experimento, & propter pericula quisque potius expertis adhæreat: Similiter & membra modum applicationis diuersificant: Nam qui vult experiri de aliqua medicina, vtrum sit consolidatiua vlcerum colonis, aut longaonis, imprudenter applicat eam per os, cùm per inferius debeat per clystere applicari, & secundum hanc formam intelligendum est de alijs membris. ¶ Ad debitam similiter applicationem pertinet mora sufficiens, quàm ideò seruare oportet, quoniam non in quacunque mora tempo- ris agens naturale suum monstrat effectum. ¶ Ex parte verò impressionis factæ obseruandum est, vt subtiliter discernatur effectus per se ab eo, qui est per accidens: Nam solum ab effectu per se iudicatur res habere talem potentiam: Id autem discernitur consideratione ordinis imprimendi & continuationis, & ex diuersitate dispositionis corporum, sicut suprà iam patuit, ex ordine quidem impressionis: nam interdum effectus per se præcedit effectum per accidens, vt in aqua frigida, quæ cum obuiat exteriùs corpori, statim infrigidat, sed postmodum calefacit. Similiter in potentialiter complexionatis, vt iulep, cùm obuiat stomacho primò infrigidat, sed interdum in crastino fortè de die in diem inuenitur augere discrasiam in his, in quibus aduritur in visceribus, & in venis cholera multa succensis: Quandoque effectus per accidens procedit effectum, per se, sicut in habentibus cholericum stomachum, & ministrantem oculis fumum caliginosum, & hebetantem visum. Nam vsus lactucæ à principio sui visum per accidens acuit reprimendo choleram, & prohibendo vaporum ascensum, sed finaliter hebetat ingrossando spiritus, & albugineum atque vitreum. Quicunque igitur, præcedat siue sequatur ille, semper erit per se qui continuabitur in omnibus, aut pluribus corporibus, & in eisdem, & in omni tempore velut plurimùm. Nam quę per accidens fiunt, rarò contingunt, & in paucioribus. Præterea si medicinæ impressio non manifestatur in corpore, quandò obuiat illi, sed cùm ab eo fuerit separata certū est, quòd illa impressio sit eius effect⁹ per accidēs: nā

Modus inueniendi doses primas cōplexionatorum.

Modus debitus applicādi obseruari debet in experiendo.

Debita mora similiter obseruari debet. Et impressio facta obseruari, & considerari debet.

per se agentia imprimunt actuali obuiatione ad A passum.

COMMENTARIVS.

VT *subtiliter discernatur effectus per se, &c.*] Hoc empeiricos sæpenumero fallit, quod hic diligenter obseruandum esse monet Arnoldus. Cùm enim artis imperiti sint, proprios rerum effectus esse iudicant, qui tamē eis duntaxat ex accidenti conueniunt: Hinc fit vt quod vni profuisse iudicarunt, id cæteris omnibus existimēt esse profuturum. Vt autem effectus per accidens ab effectu per se dignosci possit, notis duabus id exposuit Arnoldus: Nam ea quæ rebus per se competunt, vel B semper, vel vtplurimum eodem se modo habent, siquidem propria sunt, non alterius, quæ per se rebus adscribuntur. At verò nota hæc multo vsu dignoscitur: Sed hoc artis est, si quis ex tempore, vno saltem effectu oblato discernere possit, an effectus hic ei causæ, cui tribuitur per se vel per accidens competat. Quamobrem præceptum hac in parte non contemnendum hoc erit, vt rei cuiusque naturam & temperamentum expendamus: Dein vt vniuscuiusque temperamenti vires nobis notæ sint. Lactuca temperamento frigida est, in substātia non tenui sed crassa consistente: Si quærat ergo C quispiam, vtrum iuuet lactuca visum, an verò visum obtundat; empeiricus iuuare testabitur, quod animaduerterit aliquando, lactucam cū aceto exhibitam, ei visum restituisse, qui vino meraciori liberaliùs epoto caligine obreptus fuerat. Qui verò lactucæ naturam nouerit, & eius naturæ vires, hunc effectum lactucæ per accidens adscribendum esse dicet, eo quod frigiditate sua vapores impediat, quominus ad oculos deferātur. Discrimen aliud est quo discernuntur effectus: Nam si postquam sublata causa fuerit, tum demum aliquid ex oriatur, hunc effectum per accidens ab ea causa pro- D dijsse demonstrat Arnoldus: vt si quis in æstate iuuenis frigida repēte aspergatur, primò frigus percipit, vbi verò frigida defluxerit, calorem percipiet quàm antè maiorem. Refrigerat ergo frigida per se; per accidēs autē calefacit, dum à frigore calor ad interna coactus, post impetu maiore ad exteriora propellitur.

De Modo cognoscendi virtutes medicinarum per Rationem, Cap. XXI.


QVIA processus rationis, qua cognoscuntur virtutes medicinæ, procedit E ordine gemino, quia partim à prioribus, partim verò à posterioribus inchoat, & vterque processus est necessarius Medico: Nam per processum, in quo incipit à consideratione principiorum complexionati, & suarum virtutum, rationabiliter comprehēdit, quot sunt earū genera in quibuslibet medicinis, & per quas differentias possunt multiplicari, tamē hæc consideratio maximè regulatur per inuestigationes F naturalis philosophiæ, scilicet, in quantum considerat generationem mistorum, & rationem mistionis, vnde solummodo conuenit Medico, vt vtenti, & non vt docenti, vel pertractanti: vnicuique enim Artifici conuenit aliquibus vti considerationibus, quarum certitudo traditur in alijs facultatibus, quas supponit, cōuenit etiam eidem, de quibusdam indagare veritatem per propria. Secundus processus etiam regulatur per naturalia, nam considerat communes passiones misto- G rum, vt colorem, & odorem atque similia. ¶ Quoniam autem processus à causis magis est scientificus, ab eo conuenit exordium sumere. Sciendum est igitur, quòd causarum, à quibus oriuntur complexionatorum virtutes, quædam sunt intrinsecæ complexionato, quædam verò extrinsecę: Intrinsecę verò tot sunt in genere, quot sunt ea, quæ concurrunt ad generationem complexionati à parte intra: hæc autem sunt tria per ordinem se habentia secundum naturam, scilicet materia & forma mistionis, & forma specifica: Miscibilia enim ex quib. constituitur ipsum cōplexionatū, priora sunt secundum naturā duob. sequentibus. Forma verò mistionis, quia disponit ad formam specificam, naturaliter præcedit eam: Medico namque secundum suas considerationes conuenit dicere, quòd inest complexionato vel misto duplex forma, scilicet mistionis, quæ consistit in modo colligantiæ miscibilium adinuicem: Nam posito quòd in pondere, vel mensura tantùm esset de vnoquoque componente in vno misto, quantum in alio, tamen si in altero mistorum concurrant sub numero centum nummorum, vel plurimorum, in altero quingentorum, constat quòd forma colligantiæ vel comprehensionis ipsorum adinuicem variabitur in vtroque, quia variata proportione miscibilium adinuicē, necesse est colligantiam variari: Secunda verò complexionati forma, est forma per quam in determinata specie mistorum vel complexionatorum reponitur, quæ dicitur completiua rei: talem aūt pluralitatē atq; gradualitatem formarū in misto, non ponit Medicus secundum exquisitum iudicium veritatis, quoniam non conuenit ei certificare, sed hoc dicere cogitur secundum considerationes sufficientes proposito suo, cum enim intendat distinctam habere notitiam de virtutibus mistorum, & inueniat in ipsis aliquā virtutem manifestè reducibilem, ad formam mistionis manifestè posse reduci, necessariò cogitur dicere quòd altera procedit ex forma, quæ aliquo modo sensu & ratione percipitur: Altera verò ad formam reducitur, quæ in se penitus est occulta nostræ cognitioni, & hæc est forma specifica, quia nec sensu percipitur, nec rationando possumus dicere, quòd sit substantia, vel qualitas, in qua tale vel tale componens, & tantum vel taliter dominatur, quemadmodum possumus de forma mistionis asserere, quamuis ignoremus exquisitè gradum, in quo consistit punctualiter. ¶ Secundum prædictas igitur considerationes inuenit Medicus, quòd prima genera virtutum, quæ possunt in complexionato reperiri, sunt tria, scilicet virtus manans à componentibus: Alia verò à forma mistionis: Tertia verò à forma specifica: Et has quidem virtutes rationabiliter distinguit, & denotat nominibus ordinabilibus, cùm dicit, quòd virtutum complexionatorum quædam sunt primæ, quædam secundæ, quædam tertiæ: primas verò qualitates complexionatas duplici ratione, tum scilicet, quoniam ante illas non sunt aliæ, à quib9 dependeant, tum etiam, quia dependent ex his, quæ secundum naturam priora sunt complexionato, scilicet ex materialibus componentibus. Secundæ verò dicūtur illæ, quę immediatè ꝓcedūt ex primis, vel ex secundo principio cōplexionati supradicto: Tertiæ verò, quæ ex tertio, quæ alio nomine vocantur proprietates: Auerroes tamen dicit esse quartas virtutes, quoniam secundas distinguit in duas: nam earum quædam sunt, quæ indif-

Vnicuique artifici cōuenit vti aliquibus suppositionibus.

Tria intrinsecè cōcurrentia ad generationem misti, materia & duæ formæ.

Prima genera virtutū, quæ possunt in cōplexionato reperiri, sunt tria.

indifferenter manifestant effectum suum in quolibet organo, sicut abstersiua, corrosiua, vlceratiua, &c. quædam verò determinatæ in aliquibus organis, aut magis in illis, quàm in cæteris, vt prouocatiua vrinæ in vrinalibus, vis prouocatiua menstruorum in matrice, generatiua lactis in mammillis, & ita de consimilibus: Et licet aliqualiter vera sit hæc distinctio, tamen in proposito locum non habet, quia virtutes medicinarum non distinguuntur hic penes membra, quoniam tales differentiæ non sunt eis essentiales, immò accidentales, cùm ab extrinseco veniant. Sed prima distinctio procedit per ea, quæ sunt complexionato essentialia. ¶ Cùm autem vlteriùs inuestigat Medicus per hanc viam differentias, aut species prædictorum generum, inuenit, quòd sub primo genere tot species primarũ virtutum continentur, quot sunt virtutes primorum componentium scilicet, calidum, frigidum siccum & humidum: has enim qualitates dicit Medicus esse virtutes, quia sunt principium operationis manifestę, scilicet alterationis in corpore sanabili, & iterum dicuntur virtutes ratione iam dicta. Cùm autem secundæ virtutes immediatè proueniant ex concursu primarum in misto, propterea dicit, quòd duæ sunt primæ differentiæ secundarum, quoniam non possunt à primis in genere differre, nisi duobus modis, aut sicut intensum & remissum, aut sicut simplex & compositũ: & ideò dicit, quòd secundarũ virtutum quædam sunt, quæ secundum rem nõ differunt à primis, sed sunt in aliqua primarum, prout est intensa, omnes autem secundę virtutes & etiam tertiæ, quia carent nomine proprio, ideò Medicus nominat ab effectibus earum, quibus manifestantur: dicit ergo, quòd virtus combustiua non est, nisi caliditas intensa, & congelatiua frigiditas intensa, & sic de consimilibus. Quędam verò sunt, quæ dependent à primis, non solùm in quantum primæ intenduntur, sed inquantum reducuntur ad aliquem gradum commistionis proportionalis huic misto vel illi, taliter quòd effectus, qui manat à tali virtute, non potest esse tantùm effectus vnius primarum virtutum, sed diuersarum, & talis est virtus mundificatiua & generatiua carnis, & consolidatiua & similes. De tertijs autem virtutibus non potest assignare primas differentias absolutè, quia formę specificæ rerum, à quibus dependent immediatè, non habẽt aliquid commune sub ratione generis, ad quod vniuersales & primæ differentiæ reducantur, sed tantummodo distinguuntur proprijs effectibus, qui alio nomine vocantur proprietates, & quia hos effectus considerat Medicus per respectum ad corpus sanabile, propterea respectu illius dicit vniuersaliter, quòd duæ sunt in genere tertiæ virtutes, quoniam aut secundum rationem suæ speciei cõtrariantur sanabili corpori, vel conueniũt, & contrariæ dicuntur, quæcunque toti corpori, vel alicui suarũ partium inferunt nocumentũ: conuenientes verò cõtrario modo, & theriacales dicuntur, siue proprietates: Quę verò sunt species specialissimę tam istarum, quàm secundarum, quia solis effectibus colligitur, iccircò dicetur in secundo processu. ¶ Nunc autem considerandũ qualiter notitia causarum, à quibus dependent

Differentia aut species primarũ generũ virtutum.

Quomodo notitia causarũ virtutũ dirigat in notitiã ipsarũ virtutum.

A virtutes complexionatorum, dirigat Medicum ad habendum pleniorem notitiam de virtutib⁹, quibus possunt immutare corpus. Dictum autẽ fuit supra, quòd per viam rationis non cognoscitur in particulari, nisi vel potentialis, vel virtus à complexione dependens immediatè: vnde sequitur, quòd solùm de primis, aut secundis virtutib. potest per viam rationis haberi notitia. Videndũ est igitur, quantum ad hæc prosit consideratiõ causarum, & prius intrinsecarum: Ad cuius euidentiam est sciendum, quòd recta & plena notitia virtutum, & operum potentialiter complexionatorum non habetur, nisi per considerationem eorum, in quibus ipsa complexionata conueniunt, & differũt tam in generali, quàm in speciali: cognito enim, in quibus conueniant, & in quib. differant diuersa complexionata, sufficienter cognoscitur, quas habeant virtutes, per consequẽs etiam, quas operationes: Quia verò notitia specialium perfectè non habetur absque cognitione generalium, ideò conuenit Medico priùs scire, in quibus cõplexionata conueniunt in generali, & differunt. Ex his autem, quæ sunt de complexione superius sufficienter tradita colligit Medicus, quòd complexionata, quantum ad id, quod eis attribuitur, ex consideratione medicinali conueniunt tantùm in vno, scilicet, quòd omnia dicuntur sic vel sic complexionata comparatione humani corporis, vt patuit suprà. Quantum verò ad id, quod pertinet eis ex natura ipsorum, conueniunt in quatuor: primò quòd omnium ipsorum eadem est prima materia, scilicet quatuor elementa. Secundò, quòd in omnibus ex mutua actione, & passione elementorum, vel quorumcunque miscibilium resultat qualitas secunda, quæ vocatur complexio. Tertiò, quòd in omni misto disponit illa complexio ad recipiendum aliam virtutẽ à complexione, quæ vocatur proprietas. Quartò verò, quòd omnium complexionatorum, quorum complexio denominatur ab aliqua qualitate, semper denominatio fit à prædominanti. ¶ Ex his etiam vlterius colligitur, quòd quantum ad intrinseca principia differre non possunt complexionata, nisi vel per formam mistionis, vel per secundò componentia, vel vtrunque: quantum enim ad formam mistionis omnia complexionata diuersarum specierum differunt: nam cùm differant in forma specifica, ad quam illa disponit, necesse est vt in illa etiam differant. In componentibus autem differre non possunt, nisi quantum ad secunda, quia dictum est, quòd in primis conueniunt. ¶ Ad sciendum igitur per causas intrinsecas, quantum in genere differre possint complexionata potentialiter penes virtutes primas & secũdas, necesse est attentè cõsiderare differentiam, quam habent in secundis componentibus, & in forma mistionis. Ad sciendũ autem qualiter complexionata differant in secundis componentibus, conuenit scire, quæ sunt prima, & quæ secunda. Prima namque sunt elementa communia omnib. mistis, quoniã ex ipsis primò generãtur cõplexionata quæcũq;. Secunda verò sunt omnia cõplexionata, vel iam ex elementis constituta, ex quib. alia cõplexionata secundò constituuntur, & dicuntur secũda, respectu primorũ: nõ enim primo sunt cõstituẽtia

In quibus omnia cõplexionata conueniant.

In quibus differant complexionata.

complexionata, ſed ſecundo & proximo. ¶ Ex quibus patet, quòd duplex in genere complexionatorum reperiter conſtitutio, ſcilicet prima & ſecunda, & dicitur prima illa, quę fit ex concurſu elementorum ſimplicium: Secunda verò eſt illa, quæ prouenit ex concurſu corporum iam miſtorum ex elementis: Prima verò harum conſtitutionum vtplurimum manifeſtatur in commiſtis per naturam, ſicut in vino, oleo, & ſale, & ſimilibus homogeneis, quæ ſecũdum ſenſum tantùm reſoluuntur in ſimplicia, & non in commiſta: rarò aũt inuenitur in commiſtis per artem, quoniam ars rarò commiſcet elementa ſimplicia, veluti ſi commiſceat aquam terræ ad componendũ lutũ: veritas autem ſecundæ conſtitutionis manifeſtatur crebrò in naturalibus & artificialibus. In naturalibus quoque frequentius, in heterogeneis, vt in corporibus animalium in quibus ex diuerſis cõplexionatis conſtituitur corpus animalis, & in fructibus plantarum, qui ex cortice, teſta & nucleo conſtant, & ſimilibus: vt in Perſico, prunis & citro. Manifeſtatur etiã veritas huius ſecũdę cõſtitutionis cõplexionatorũ in homogeneis ꝑ naturã cõmiſtionis, vt in lacte, & in ſanguine, prout ſumitur pro maſſa confuſionis humidæ in venis: hæc enim, & multa naturalia ſimilia reſoluuntur proximo in corpora commiſta ex elementis, & ideò conſtat, quòd ex eis fuerunt proximo conſtituta: In artificialibus autem patet veritas huius conſtitutionis, non ſolùm per reſolutionem complexionati, ſed etiam per commiſtionem, cùm ars vtplurimum commiſceat elementata & non ſimplicia, vt mel, acetum, ſaccharum & pulueres ſpecierum, & ſic de alijs. ¶ Iam igitur ex his patet, quomodo complexionata poſsint in ſecundis cõpoſitionibus differre, quia tunc ſcilicet, quando ea, ex quibus proximè componuntur, differunt ratione vel ſpecie: nam caſeus & butyrum & ſerũ ex quib. lac conſtat, alterius rationis ſunt, quã nucleus, teſta, & cortex, quibus conſtat fructus. Ignis autem, aer, aqua & terra, quia in omnibus complexionatis ſunt vnius rationis ſecundum teſtimonium ſenſus, cui Medicus innititur: ideò abſolutè dicit, quòd per prima componentia non differunt complexionata, quoniam eadem ſunt ſecundum ſpeciem in omnibus, ſed quoniam inuenit ad ſenſum, quod ſecundo componentia ſæpe differunt in complexionatis ſecundum ſpeciem, ideo elicit ex hoc regulam generalem, circa notitiam primæ, vel ſecundæ virtutis eorum, dicens, quòd quorumcunque complexionatorum proxima componentia differunt ſenſibiliter, neceſſe eſt, quòd habeant differentes virtutes, vel primas, vel ſecundas, vel etiam vtraſque: econtrario autem, ſi diuerſas habeant virtutes, & ſecundum ſenſum non differant in componentiũ quãtitate, neceſſe eſt, vt differant in forma miſtionis, vt climia, marcaſita, ariſtologia longa & rotunda, maſtix, olibanus & ſimilia. ¶ Quantum autem differant in primis, elicit per comparationem ſecundorum componentium ad prima: nam virtus vel qualitas illius elementi dominatur in cõplexionato, de quo elemento magis participant ſecundo componentia, vt ſiccitas in eo, cuius componentia ſecunda ſunt magis terrea, & ſic de alijs: quæ verò elementa dominentur in

Complexionatorum duplex reperitur conſtitutio.

Quomodo cõplexionata in ſecundis cõpoſitionibus differant.

A ſecundis compoſitionibus, per poſteriora cognoſcit, ſicut patebit in ſecundo proceſſu. ¶ Sed ex his iam habetur, quòd quantitas, vel menſura ſecundo componentium ducit aliqualiter Medicum in notitiam primarum virtutum, quæ ſunt in complexionato: diuerſitatem autem quantitatis, vel menſuræ componentium attendit potius in ſecundis componentibus quàm in primis, ideò, quia ſecunda manifeſtiùs ad ſenſum diſtinguuntur, quàm prima. In artificialibus enim B ſenſui patent in ipſa compoſitione: nam Artifex cognitor eſt materialium compoſitionis, quam efficit, & ideò per artem iudicat de complexione, quæ reſultat in medicina, quam ipſe componit, quemadmodum dicetur in conſideratione de gradibus compoſitarum medicinarum: In complexionatis autem, quæ ſola operatione naturæ conſtituuntur, patent ſenſui componentia duplici modo, ſcilicet vel per diſtinctionem ſenſibilem ipſorum in complexionato, vel compoſito, ſicut C in heterogeneis, vel per reſolutionem, aut ſequeſtrationem ipſorum, vt in homogeneis, ſicut patet in lacte: licet igitur ex notitia quantitatis primorum componentium haberetur aliqualiter notitia primarum virtutum, tamen non attendit eam in prima conſtitutione, ſed in ſecunda, tum, quia in illa non patent componentia ſenſu, cùm per iſtam ſecundã ducitur ſufficienter, quan tum poſsibile eſt notitiam quantitatis primorũ componentium. ¶ Conſideratis igitur compo- D nentibus complexionatorum, quantum poſsibile eſt: Iam reſtat ſecundò conſiderare formam cõpoſitionis, vel miſtionis, vt perpendatur quãtum ex parte ipſius poſſunt primæ vel ſecundæ virtutes in complexionatis diuerſificari: Miſtio enim duobus modis ſumitur, vno quidem largè ſcilicet pro conſtitutione cõplexionati ex diuerſis componentibus ſub actu vnius communis complexionis toti compoſito, & hoc modo non ſolùm homogenea, ſed etiam heterogenea di- E cuntur commiſta, quia quamuis habeant partes formaliter ſenſu diſtinctas, tamen ex eis in toto compoſito reſultat vna forma complexionis, quę debetur ei ſecundum ſpeciem ſuam: licet igitur de forma miſtionis ſit colligantia, vel comprehenſio miſcibilium, aut componentium adinuicem alteratorum, ſecundum quod exigit ſpecies complexionati, tamẽ, quia vltimum & formale, quod debetur complexionato, inquantum complexionatum eſt, vnio ſuorum componentium ſub actu F vnius complexionis totius. Ideo Medicus formã commiſtionis denotat per complexionem, cùm dicit: Quia complexionum quædam eſt prima, quædam ſecunda, intendens per complexionem miſtionem, vel conſtitutionem ſuprà expoſitã, & hoc facit vt inſinuet, quòd illud, quo formaliter colligantur omnia componentia in complexionato, ad hoc, vt ſtent ſub actu vnius formæ ſubſtantialis, quæ vltima perfectio eſt ipſius, non eſt niſi complexio: Ita quòd ſicut illa forma eſt vna, ſic G eſt complexio totius: licet enim conſtituatur ex partialibus & diuerſis complexionibus, tamen non habet rationem, niſi vnius prout diſponit totum complexionatum ad vltimam eius perfectionem: Iterum etiam, quia per complexionem, id eſt, per ſenſibilem effectum eius deuenit

Quomodo differant cõplexionata ex parte formæ cõpoſitionis, vel miſtionis. Miſtio duobus modis ſumitur.

deuenit in notitiam formæ mistionis, vt patebit in secundo processu: Alio verò modo sumitur mistio minus largè, scilicet pro constitutione complexionati, facta ex componentibus secundis, vnitis tantùm secundum situm propinquitatis, & hoc modo sumit medicus, quando dicit, quòd medicinarum quædam componuntur ex duab⁹ aut plurib. diuersis substantijs impermistis, quarum quædam habent partes impermistas, seu manifestas, vt citrum: quædam autem sensu occultas, vt psyllium. ¶ Ad videndum igitur: quomodo diuersitas mistionis diuersificat virtutes primas & secundas complexionatorum, præcognoscere oportet differentias, quæ in genere possunt cadere in forma mistionis: Generales autem eius differentiæ patent ex ratione ipsius, nam cũ forma mistionis, aut mistio, prout hîc sumitur, sit aliqualis vnio componentium in composito sub actu complexionis communis, & vnio componentium in quibusdam sit distincta, vt in heterogeneis, in alijs indistincta, vt in homogeneis, & in quibusdam fortis, in alijs verò debilis, constat, quòd omnis mistio complexionatorum decurret per has differentias: Est igitur illa mistio distincta, in qua componentia sensibiliter in composito distinguuntur. Indistincta verò illi quę opponitur. Fortis autem vel firma dicitur illa, in qua componentia seu prima, seu secunda difficiliter separantur abinuicem non solum actione nostri corporis, sed etiam ignea. Debilis autem, in qua componentia leuiter separantur, non solùm actione fortis agentis, sed debilis. Mistio autem perfecta & imperfecta realiter cõtinetur sub prædictis, sed secundum rationem differt ab eis: omnis enim perfecta mistio est, & indistincta, & aliqualiter fortis, sed nõ econtrario. Vnde in plus se habet indistincta & fortis, quàm perfecta: Mistio enim perfecta est, quæ aliter vocatur mistio secundum totum, & est illa, in qua componentia ita perfectè se transmutant, vt ad homogeneitatẽ omninò perueniant, tam in substantia, quàm in complexione, quàm in omni virtute. Ita quòd ad vnam complexionem in toto, & in partibus, & ad vnam virtutem seu proprietatem omninò reducuntur. Et hæc est vera mistio, quam considerat naturalis, de qua non multum curat Medicus, quia non est principium diuersę virtutis, sed magis curat de opposita, scilicet imperfecta, in qua componentia non reducuntur ad talem homogeneitatem, & in hac mistio largè sumitur, scilicet pro aggregatione componentium sibiinuicem appropinquantium secundum situm, quapropter de ratione huius mistionis, est vicinatio partium secundum potentiam: Et propter hanc considerationem asserit Medicus, quòd formæ substantiales miscibilium saluantur in misto, ad quod dicendum mouetur ex his, quæ apparent in imperfectè mistis, quorum vnum est distincta resolutio ipsorum, in sua componentia: Secundum verò est, quia manente ipsorum specie, distinctè operantur contraria, vel diuersa in corpore: talem autem sententiam non diffamat Medicus, quoniam accepta est ex sufficientibus proposito, & non necessarijs absolutè. Aduertendũ tamen est, quòd mistio quorumcunque complexionatorum, si consideretur respectu complexionati, ad cuius genera cõmunis est via, semper est perfecta, quia per ipsam speciem suam adipiscitur complexionatum: Sed si consideretur respectu alterius, vt sanabilis corporis qualiter solum cõsiderat Medicus, tunc potest esse perfecta & imperfecta, & perfectam quidem dicit esse Medicus illam, in qua complexionatum, si corpori applicetur, non immutabit ipsum, nisi cum vna virtute prima, secunda & tertia, & non cum oppositis, aut pluribus diuersis, ita quòd semper alterabit per se cum vna complexione tantùm, & cum vna virtute secunda operabitur, & similiter cum vna tertia, quale complexionatum est scãmonea: nam prima virtus eius est solummodò calefacere, secũda solummodò aperire, seu rarificare, tertia verò choleram potenter attrahere. Imperfectam verò dicit esse illam, in qua complexionatum immutat corpus oppositis virtutibus, aut pluribus diuersis in primo, secundo, vel tertio genere virtutum, aut omnibus. Quia autem in eodem complexionato possint oppositæ virtutes existere, ratio probat & experientia, vel sensus confirmat: Nam in heterogeneis, quorum partes distinctæ sunt secundum substantiam, vel corpulẽtiam, necesse est, vt in complexione differant, & opponantur, postquam in corpulentia opponuntur, sicut caro dactyli, vel pruni est mollis, os verò durissimum: rationabile igitur est, illam esse humidæ complexionis & istud siccę. Quemadmodum autem complexiones differũt, sic & secundæ virtutes & tertiæ, licet à nobis ignorentur, sed de his experientia nos certificat: constat enim, quòd secunda virtus in carne Citoniorum exasperatiua est pectoris, in grano verò ipsius est lenitiua, caro similiter Persicorum est opilatiua canalium pulmonis, nucleus autem eius aperitiuus, & illa frigida, & iste calidus. De tertijs quoque scimus, quòd cortex citri confortat cor, & caro eius generat cholicam, & semen eius pellit venenum: cauda quoque cerui venenũ est homini, cornu verò eius tyriaca: similiter autẽ existimandum est, esse in alijs homogeneis, vt in lacte: Quęcunque igitur perfectę mistionis sunt, tantùm vnum operantur secundum quodlibet genus virtutum, quod patet à maiori, quoniam ea, quæ sunt imperfectæ mistionis. Dum tamen partes componentes tam vicinę sint, vt sensu discerni nequeant, licet sint oppositarum virtutum seu qualitatum, tamen de se non manifestant in corpore, nisi vnum effectum, quia cum vicinissimæ sint, vna non operatur in alia parte notabili, sine altera, & in impressione, quam faciunt in sanabili corpore, non apparet diuersitas, sed vnus communis effectus, vtpote temperamenti: quamuis igitur mistio talium partium non sit perfecta, quia nondum secundum veritatem perfectè se transmutauerunt componentia, sicut in tyriaca, & mithridato, & multis alijs confectionibus frequenter accidit ante fermentationem, & perfectionem ipsarum, tamen non imprimunt sensibiliter diuersos effectus, quantum est de se, multò minus ergò cõplexionato perfectè mistionis: Ideo verò dictũ est de se, quia possibile est, quòd ꝑ accidẽs manifestè faciãt impressiones diuersas, sicut accidit, quãdo mẽbrũ aliquod corporis cui applicatur, indiget altero cõponentiũ, tunc enim

Quõ diuersificentur virtutes primæ & secundæ cõplexionatorũ penes diuersitatem mistionis.

Mistio considerata à Philosopho.

Mistio considerata à Medico.

Formæ substãtiales miscibilium saluãtur in misto, quare hoc dicat Medicus.

Mistio perfecta secundum Medicum.

Mistio imperfecta secundũ Medicum.

Quod in eodẽ complexionato possint esse opposita virtutes.

posſibile eſt, vt in medicina, cuius partes vehementer ſibi inuicem adhærent, oppoſitum contingat, propter vim diſcretiuam, quæ viget in membris ex actione expulſiuæ & retentiuæ, qua nocitiuum abijcitur & iuuatiuum retinetur: Vnde, cum natura membri diuidat, & ſecernat conueniens ab inconuenienti, accidit, quando membrum indiget altero componentium, vt diuerſa manifeſtant ſeorſum impreſsiones oppoſitas, natura tamen membri non ſemper diuidit componētia, nam cum ſemper inclinetur ad melius, quando contingit, quod omnium componētium virtutes ſunt membro neceſſariæ, tunc non laborat ea ſecernere, quapropter, in quibus complexio, & proprietas concorditer iuuant membrum omninò reſpuit natura ſecernere componentia, vt patet in fracturis intrinſecis oſsium: Etenim naſturcij ſemen bibitū ab huiuſmodi patiētibus, natura nititur conſeruare in ſua ſpecie, proinde poſt longa tempora circa porum fracturę ſæpius inuentū eſt integrum. Similiter dato, quòd complexio non iuuaret naturam vel modicum læderet, dum tamen proprietas eſſet valdè neceſſaria corpori, non conaretur ſecernere componentia medicinæ, non perderetur proprietas. Et iccircò in corporibus, quæ multùm tyriaca indigent propter graue toxicum, ſeu venenū, diutius ſaluatur in ſpecie ſua, quam in non indigentibus: proinde cholericus punctus à ſcorpione, ſi ſumſerit polomenion, aut nullam, aut modicam caliditatis moleſtiam ſentit in ſtomacho, & in alijs membris, per quę tranſit vſq; in finem, cùm iam liberatus eſt à veneno. Si verò punctus non fuerit, mox à principio viſcera inflammantur & æſtuant. Nam in primo natura ſpeciem illius medicinæ conſeruare nititur, donec ab ea ſuſcepit iuuamentum: poſtmodum verò, quia potius læderet carpinare, ac lædere ſtudet, vt ipſam corrumpat, ſi nō poſsit eam citò expellere: nam cùm natura complexionato nullo modo indiget, ſed ei repugnat, tam ratione totius, quàm partiū, integrum expellit celeriter, ſi fuerit fortis, quemadmodum frequenter accidit de pillulis laxatiuis: Cùm verò membrum aliquod parte aliqua complexionati multùm eguerit, tam in via nutrimenti, quam medicinæ, tunc velociter eam diuidit à ſibi oppoſita, ſicut hepar velociter ſeparat aqueam vini ſubſtantiam à terreſtri, & ignitam terreſtrem aceti ab aquea. Hæc autem eſt vna de cauſis, propter quas in habentibus hepar aut ſtomachum frigidum, magis læduntur renes, veſica, matrix & iuncturæ ſumtione aceti infrigidando. Nam hepar frigidum partes calidas ſibi retinet quantum poteſt, propter quod aqueę procedentes vltrà fortius, quàm in oppoſitis, & illa membra, quibus poſtmodum appropinquant, lædunt amplius, cuius oppoſitum contingit in habentibus hepar calidius temperato. Ex hoc etiam contingit, quòd vinum album ſenſibiliter lædit frequenter in illis regionibus mulieres & ſenes, licet indigeant diureticis. ¶ Ex prædictis autem colligi poteſt, quod tribus ex cauſis contingit, vt complexionatum corpori obuians manifeſtè faciat in eo diuerſas impreſsiones, & vna quidem eſt ſequeſtratio componentium eius à natura, facta propter neceſsitatem, licet vehementer adhæreant mutuò, ſicut patet in vino & aceto: aliæ verò duæ ſunt ex parte complexionati, quarum vna eſt debilitas colligantiæ ſuorum componentium ſecundorum, propter quod facillimè ſeparantur, ſicut eſt manifeſtum in heterogeneis, & in multis etiam homogeneis: In lentibus enim, & ciceribus, cum debiliter colligentur inuicem, ſubſtantia groſſa, terreſtris valdè, atque ſubtilis modicę terreſtreitatis, & paucę igneitatis, quòd non ſolùm elixatione ſeparantur abinuicem, ſed etiam remollitione: Et ideò illa ſtringit ventrem, & obturat meatus, hæc autem vrinam prouocat, & aperit vias: & ſi concurrunt in eodem membro, præcipuè debili, ſicut in inteſtinis aut ſtomacho, torſionibus, aut gurgulationibus vexant corpus, propter motus contrarios: nam alterum claudere feſtinat, alterum aperirę meatus, & idem contingit ex ſicla, & multis oleribus, in quibus ſubſtantia ſalſa, & nitroſa, debiliter cum terrea ſtyptica colligatur. In quibuſdam etiā ſubſtantia ſubtilis adeò debiliter, & ſuperficialiter groſſę coniungitur, vt modica lotione ſeparetur ab ea, ſicut in endiuia, lactuca & roſtro porcino. Alia verò cauſa ex parte complexionati eſt poſsibilitas ſecundorum componentium, ratione cuius leuiter actione corporis reducitur ad actum: Licet enim ſecundò componentia citò ſequeſtrētur, tamen ſi alterum eſſet compactùm, & difficilis reſolutionis: alterum verò paſsibile, manifeſtaretur impreſsio paſsibilis tantùm: Proinde contingit, quod medulla ficuum operatur in corpore manifeſtè, grana verò nihil, ſed integra deponuntur, & hoc detegit errorē eorum, qui arbitrantur, quòd ad reductionem potentiæ complexionatorum in actum ſufficiat tantùm ſequeſtratio partium. ¶ Iam ergò patet ex his, qualiter diſtinctio componentium in commiſto, & debilitas colligantiæ deducit in notitiam potentiæ ſeu virtutis, quam habet complexionatum immutādo corpus ſanabile. Nam ex hoc perpenditur diuerſitas virtutum, aut potentia faciendi diuerſas impreſsiones. De fortitudine verò commiſtionis patet etiam in parte, qualiter ad hanc notitiam proſit per id, quod eſt in miſtione perfecta, ſed in quibus eſt fortis, & nō perfecta iam per oppoſitum patet, quòd eorum componentia, cum ſuis virtutibus faciunt manifeſtas & diſtinctas impreſsiones, abſque eo, quòd adinuicem ſeparentur, ſicut patet in camomilla, in qua ſtypticum & reſolutiuum aperitiuū cōpoſitione tam fortiter colligantur, vt per ignis decoctionem difficiliter abinuicem ſeparentur. Quando igitur exterius applicatur, manifeſtè immutat cum vtraque virtute partem eandem, vt in membris labore fatigatis: nā & ſuperfluitates reſoluit ab eis, & moderatè ſtringendo corroborat: interius etiam ſumta, ſimiliter operatur, niſi natura indigens altero componentium ea ſecerneret, vt tactum eſt ſupra. Complexionatum verò, quod perfectæ ſimul & fortis eſt miſtionis, vt oleum, cuius componentia nullo modo diſtinguuntur, & per ignem difficillimè ſeparantur, vnum tantū operatur ſecundum vnumquodque genus virtutis & intus, & extra: nam quò ad primas, per ſe tēperatè calefacit: quò ad ſecundas, lenit ſolummodo: quò ad tertias verò lumbricos necat. Viſo quali-

Quando virtus membri ſecernat & diuidat componentia, et quādo non.

Nota de ſemine naſturcij.

Trib. de cauſis cōplexionatū facit in corpore diuerſas impreſsiones.

Qualiter causæ exteriores complexionati ducunt in notitiam potius.

qualiter causæ interiores cōplexionati ducūt in notitiam potentiæ, quam habent ad immutandū corpus, iam de exterioribus restat videre, inter quas illæ tamen considerandæ sunt, quæ habent rationem efficientis: nam solùm hæ possunt complexionatum virtute aliqua informare: constat autem quòd informatur, & à generāte, & ab omni etiam transmutante: Vnde per naturam ipsorū perpenditur aliqua virtus: siue naturam complexionati: Generatiua verò sunt locus & indiuiduū speciei: Quātum verò locorum diuersitas diuersificet, non solùm primas & secūdas virtutes cōplexionati, sed etiam tertias monstrat auctoritas Galeni dicentis, quòd planta, quæ in Persia crescens erat perniciosa, transplantata in Ægypto ad litus Nili, facta est comestibilis. Et aliqui sapientū asserunt plantam illam fuisse caulem, nec est incredibile: quoniā hîc apud nos experimur, quòd caulis crescens in locis frigidis, & siccis, vt in montibus aridis, est valdè terrestris & stypticus: In calidis autem & humidis, vt in solo maritimo, præcipuè argilloso, multùm est humidus, & ventris mollificatiuus & oculorum: Persica verò, crescentia in locis irriguis, comperiuntur inimicari dentibus, oculis & pulmoni: quæ verò crescunt in locis aridis maximè sabulosis, cordi conferunt oculis & pulmoni, nec lædunt dentes. Similiter quoq; per loca diuersificantur, in viribus grana panifica, vt frumētum, hordeum, & succi plantarum vt vinū & oleum, & sic de alijs, quemadmodum in particularibus considerationibus complexionatorum tractatur, nec mirum, cùm etiam propter diuersitatem locorum speciem mutet, vt frumentum in lolium, & hordeum in auenam, & sic panicum arabicum in ciperi speciem & vlmus in vitem, & sic de alijs. ¶Hîc autem sufficit nosse, quòd omnium complexionatorum naturæ, siue plantæ fuerint, siue animalia, siue mineralia vergunt ad naturam loci generationis ipsorum: & ideò mineralia vt plurimum sicca sunt & terrestria, pisces autem humidi valdè seu aquei, gressibilia & plantæ medio modo secūdum plus & minus. Ex hac autem consideratione prouenit diuersitas, quæ reperitur apud sapientes in iudicādo de naturis complexionatorum: Nam vnus, secundū experiētiam suæ regionis, calidæ complexionis iudicat esse caulem. Alius verò frigidæ, quantum ad suam. ¶Species quoque generantiū diuersificant complexionata: Nam stercus bouinum comparatione caprini vel ouini est humidum, hoc autem est valdè siccum, & ideò necat fistulam, illud autem obtundit puncturas apum.

Caulis.

Persica.

Complexionatorum naturæ vergunt ad naturam loci generationis ipsorum.

COMMENTARIVS.

Q*Vantum enim ad formam mistionis, &c.* Formam mixtionis à forma specifica probè distinguit Arnoldus: Cum tamen hic asserat, ea quæ specie diuersa sunt, formam quoque mixtionis aliam habere videtur vtrū que confudisse: Nam si specierum differentia mixtionis rationem sequatur, quid aliud erit specifica rei forma quàm ipsum eius temperamentum? Sunt qui Galenū testentur formam specificam sub temperamento comprehendisse, quòd eam temperamēti proprietatem appellauerit. Cæterū formam specificam aliud esse à forma mixtionis seu temperamento, pluribus manifestum fecimus, cùm ad Hippocratici libelli de humana natura expositionem, elemētorum doctrinam persecuti sumus. Hîc autem id paucis ad propositam quæstionem

A discutiendam, dixisse sufficiat, *rerum species in temperamento consistere, sed non à temperamento proficisci:* Cum enim varia variè temperari possint, rerum tamen species ab ea cōtemperatione non prodeunt, sed semine opus est, quod vim habet eius, vnde prodijt speciē propagandæ. Nō ergo naturam, sed Deum facimus specierum causam. Itaque si toto genere species à temperamēto differat: quid obstiterit, quominus diuersæ species esse possint, iis quibus temperamentum idem est. Libanotis & maiorana cum sint æquali propemodum temperamento, species tamen diuersas obtinent.

B *Et perfectam quidē dicit esse Medicus, &c.*) Hoc manifesta ratione perspicuum euadit: Quoad enim mixtiliuū vires integræ sunt, nondum absoluta est mixtio. Vires autem substantias & qualitates sequuntur. Ob id si compositū medicamentum corpus contrariis viribus afficiat, indicium hoc est substātias adhuc esse diuersas. Ergo si perfecta mixtio formam vnam, nouamque producit, eadē quoque vim vnam ex pluribus cōtrariis exhibebit. Theriaca multis constat simplicibus quæ calefaciunt & refrigerant: Hæc ante sextum mensem refrigerabit pariter & calefaciet, mixtione scilicet nondum adimpleta, sed vetustior calefacit, non autem refrigerat.

C *Proinde cholericus punctus à scorpione, &c.*) Quæstionē hic mouet Arnoldus, qui fiat vt qui pūctus fuerit à scorpione, si polemonium edat, caloris molestiā nō percipiat, donec euictum fuerit scorpionis venenum. Eius rei causam esse vult, quòd natura medicamentum id ferat patienter, vtpote cuius egeat auxilio. Sed mirum hoc est, si natura prudens sit, aut quicquam agat ex proæresi. Præterea qui possit natura medicamenti calorem inhibere, non video: Nam si natura libera sit, & (vt ipse docet Arnoldus) si punctus non fuerit, sumto polemonio, mox ei viscera inflammantur: Iam verò cum natura sit
D ad superandum venenum occupata, multo minus polemonium impedire poterit, quominus suam in subiectum corpus vim exerat. Quid si calorem non percipi statuamus, eò quod natura grauissimis oppressa symptomatis, velut attonita sensum subministrare nequit: Hinc nempe fit vt morituris omnia mitescere videatur, non quod ita se res habeat, sed naturæ uis succumbit. Præterea constat, vt testatur Galenus, scorpionis ictum magni frigoris sensum, frigidumq; sudore inferre. Cū ergo sit huiusce rei causa manifesta, nō est vt obscuram & incertā de natura impediente ratione obtrudamus.

3. De loc. aff. Cap. 5.

E *Hæc autem est vna de causis, &c.*) Et hic alia mouetur quæstio, cur nimirum iis quibus hepar aut ventriculus frigidior est, renes, vesica, matrix aut iuncturæ magis ex aceti vsu lædantur, quàm qui ventriculo vel hepate fuerint calidiori. Causa est (inquit Arnoldus) quia frigidū hepar partes calidas sibi retinet quantum antea dixerat hepar diuersas partes eorum quæ attraxerit facile separare; ob id igneas aceti partes à terrestribus in hepate secerni, priusquàm ad renes vel iuncturas deferantur, & ignitas quidem ob indigentiæ sensum retineri terrestres vero atq; frigidas dimitti, quibus partes corporis spermaticæ multùm offenduntur. Dubium tamē
F est, an ignea vis vlla sit in aceto; Dein an ea possit ab hepate imbecillo & frigido secerni, cùm id concoctionis non sit officium, vt separentur ea quæ naturæ sunt diuersæ. Non enim commodus ad nutritionem esset sanguis, nisi diuersis ex partibus constitueretur. Ad rem hanc discutiendam id obseruetur, vtrum scilicet si acetum penitus immutatū, adeoq; viribus integris ad vesicam, iuncturásque frigidiores perueniret: an non (inquam) hasce partes magis læsurum sit, quàm si vis eius acris & penetrans ab hepate frigidiore quodammodo retundatur. In confesso est: Non ergo propter ademtas
G partes caliditas, acetum matricem, iuncturásque lædit: Nam si superesset magis læderet, vt ex iis quę paulò post proponit Arnoldus manifestum euadit, cum vinum album calidius & subtilius existens rubro, mulieres, senésque lædat: Sed hoc ea ratione fit, dum scilicet ventriculus & hepar ob frigiditatem aceti vim moderari, & infringere non possunt: Aliàs enim prima & secunda concoctione cōtemperari cōtingit, quæ sunt acerrima.

De transmutatione Complexionatorum, Cap. XXII.



IRCA trãsmutationẽ complexionatorum est sciendum, quòd omnia nata sunt transmutari & alterari, vel ab elementis, vel ab elementatis. Transmutantium verò genera denotantur per modos transmutationis: huius autem duo sunt primi & communes modi, quædam est trãsmutatio purè naturalis ipsi complexionato: Hæc autem distinguitur per tempus suæ durationis, cuius duæ sũt partes. Nam aut duratio vicinatur generationi, & tũc dicitur res noua vel recens, aut est à tempore generationis valdè remota, & tũc dicitur antiqua ta, seu vetus. Nouitas igitur siue recẽtia, & inueteratio complexionatorum diligẽter est attendẽda: Nã efficaciter variat virtutes ipsorum: quędam enim in nouitate sua sunt tẽperata & parũ calida, sed inueterata fiũt acutę caliditatis, vel rancida, vt zuccharum & oleum etiã pinguia: quædam verò econuerso. f. frigida, vt liquores aquosi: Similiter autẽ humiditas vt plurimum dominatur in nouitate: siccitas autem in vetustate, vt in aquosis fructibus, in terrestribus verò econtrario. Quædam etiã in sua nouitate sunt lenitiua, in vetustate verò sũt pũgitiua, vt omnia pinguia: Mespila quoq;, & sorba in sua recentia guttur exasperãt, & leniũt in vetustate, & similiter cætera pontica: In tertijs quoq; virtutibus nõ minus est manifestum, nam agaricus pellit venenum in nouitate, sed antiquatus est venenum pestiferũ: Mirab. quoq; recentes ventrẽ soluunt expellendo humores: Inueterati verò fortissimè stringunt, & hoc etiam idem facit turbith. ¶Secunda transmutatio in genere complexionatorum est accidẽtalis, quæ interdum est casualis, quandoq; verò per artificium procurata, & quomodocunq; contingat sub sex differentijs comprehenditur: Nam aut fit per ignitionem, vel cõgelationẽ, vel per ablutionem, aut vicinationẽ, aut permistionẽ. ¶Quod autẽ per ignẽ alteratur, aut coquitur aut aduritur: quæ verò coquuntur, aut elixatur, aut assantur. & vtrũq; fit plurib. modis, vt in partibus medicinæ docetur: constat autẽ quòd complexionata, siue sint cibi siue medicinæ, aliter corpᵘ immutãt cruda, & aliter hoc modo cocta, & aliter illo: Similiter quoq; adustio manifestas facit alterationes in eis, quãuis multipliciter alterẽtur ea, quę iubet ars p ignẽ pręparari: tamẽ omnes operationes reducuntur ad duas intentiones, & vna est, vt tantùm amittat qualitates inconuenientes corpori, vel operi, vel vtrique: corpori quidem, quemadmodum coquuntur carnes, & olera & cętera nutrientia, vt spolientur qualitatibus, quæ digestioni repugnant, vt sunt, grossities, durities, frigiditas, superflua humiditas, & similiter intelligẽdum est de alijs nociuis qualitatibus corpori, siue in cibis, siue in medicinis, vt est acumen, & venenositas: allium enim coquitur, vt spolietur acumine, vel vt saltẽ diminuatur: Atramentum verò leuiter assatur, vt resoluatur acumen ipsius, vel minuatur: cùm enim eius substantia sit valdè terrestris & pontica, prius amittit per moderatam ignitionem acumen innatum, quod in subtili fundatur substantia, quàm acquirat: scorpio verò aduritur, vt eius venenositas resoluatur.

Transmutantium genera denotantur per modos transmutationis qui duo sunt, primi & communes.

Trãsmutatio complexionatorũ accidentalis sub sex differentijs cõprehenditur.

Ignitio.

A Operi quemadmodum calefit cera, vt amittat soliditatem, & aptè relaxetur in incorporatione puluerum, & simili ratione liquatur ambra, & sic de alijs: propter vtrumq; verò fit, quando assantur gummi arabici, aut dragagantum in tussiculosis, & lientericis: Nam mucillaginositas ipsorum resistit pulerizationi, & aduersatur leuibus intestinis, aut stomacho: Alia verò intentio est, vt acquirat qualitatem necessariam corpori, vel operi: corpori, vt vnctuositatem, qua ratione assantur auel- B lanæ in passionibus pectoris, vel frumentũ ad extrahendum oleum pro lentiginibus & pannis. Quandoq; verò vt acquirat acumen, sicut quãdo lapides calcinantur pro ruptorijs faciendis in frigidis & antiquis artheticis, vel pontica in vlceribus sordidis, & deambulatiuis, aut superuenientẽ fluxum recipientibus: Nam talibus cõuenit exsiccatio fortis, & etiã abstersio ad resistendum virulentiæ grossæ, atq; moderata constrictio ad resistẽdum fluxui, & dilatationi: & ideo necesse est me- C dicinã esse amaram, vel acutam & stypticam: Cũ ergo aduritur ponticum moderatè stypticum remanet, & amarum efficitur, vel acutum. Ideo mirabolani, adusti, speciales sunt in cãcris & fistulis: interdum autem, vt acquirat subtilitatem, vt cùm assantur semina frigida diuretica in ardore vrinæ, cum hepatis opilatione, vel cornu ceruinũ in ictericia: Quandoq; verò solum ignitur, vt acquirat aptitudinem puluerizationis, vt sericum in debilitate cordis, quando necessitas vrget ad pulueri- D zandum celeriter: Nam si subtiliter cum forcipibus incidatur, supra modum esset vtilius. Hîc autem incidẽtaliter tactum est id, quod pertinet ad præparationem medicinarum: quoniam ad doctrinam spectat operis, vel cõplexionis earũ. Sed sufficit ad propositũ scire, quòd alteratio facta per ignẽ, aliqua cõplexionata subtiliat, aliqua ingrossat, aliquibus verò præbet acumẽ, alijs aufert, alijs verò venenositatẽ, quibusdã autẽ dat vnctuositatẽ, alijs siccitatẽ, quibusdã molliciẽ, quibusdã du- E ritiẽ, quibusdam caliditatẽ, & quibusdã omninò aufert virtutem innatam, licet modicum patiantur ab eo, sicut flores, & ea, quæ subtilis & passibilis substantiæ sunt, vt epithimum leuiter per decoctionem perdit virtutem, quia vltra primum feruorem: quæ verò sunt grossę substantiæ tardè, & & quæ mediocris, medio modo. ¶De congelatione verò constat, quòd de se infrigidat complexionatum, indurat, inspissat, & aufert ei subtiliatiuam virtutem. ¶Ablutio verò separat partes acutas & F igneas à terrestribus, propter quod calx & aloe sæpius abluuntur, & toties iterari potest, quòd vel infrigidabit, vel tẽperabit ablutum: aliqua tamen interdum abluuntur, vt subtilissimæ partes separẽtur à grossis, propterea thutia puluerizata frequentur abluitur. ¶Contritio verò, licet aliquando fuerit modica, nihilominus aliquibus medicinis aufert virtutem, vt scãmoneæ, quibusdam verò cum hoc ingerit venenositatem, vt bdellio & agarico, tandiu etiam posset durare, quòd omni- G nõ complexionato aufert virtutem: Nec valet, cũ dicitur, quod sicut se habet totũ ad totũ, sic pars proportionalis ad partem, vt medietas ad medietatẽ, & decima ad decimã, & sic de alijs: nã argumentũ à proportione tũc solùm est necessarium, quando in omnibus terminis, qui adinuicem cõparan-

Congelatio.

Ablutio.

Contritio.

Argumentum à proportione

parátur, est vniformis ꝓportio, & similes omnino cōditiones: Hîc autē sunt dispares omnibus illis modis, quibus deficere pōt vniformitas ꝓportionis partiū ad totū, quod duobus modis cōtingit, cū quātitas tota motoris in aliquotas partes diuiditur: Primò, quia possibile est, vt per dominiū eiꝰ partes deueniāt ad tantā paruitatē, quòd nō saluetur in eis species totius: Nā cū omnium natura constantiū terminus sit, & ratio magnitudinis & augmenti latitudo quātitatis, in qua saluatur species, infra duos terminos cōtinentur, Quorū vnus est terminus paruitatis, alius magnitudinis: Si ergò pars totiꝰ diuersi trāsgreditur terminū vltimū paruitatis, nedū nō retinebit partē virtutis ꝓportionalem virtuti totius, sed penitus nihil: Secundo verò modo pōt deficere similitudo proportionis partis motoris ad totū, ꝓpterea, q̄a licet pars sit tāta & talis, quòd retineat proportionalē partē virtutis totius, tamē possibile est, vt taliter cōparetur ad partē mobilis ei proportionalem, quòd nō erit omninò eadem habitudo partis ad partē, quę totius ad totū, & hoc contingit quotiescūq; pars motoris cōparatur ad partē mobilis vnitam toti, quanuis sensui, vel imaginationi distincta sit, tanquā si esset singularis, aut separata. tūc. n. cōtingit, quod totꝰ motor cōparatur ad totū mobile, sicut ad præcisū separatū ab omni prohibētē: talis autē pars mobilis nō erit præcisa, & separata: Nā si esset, vtiq; moueretur ab illa p̄te motoris, ad quā cōparatur, seruata etiā eadē habitudine in cōditionib. cęteris, vt spatio, tēpore & similib. Et hoc detegit ignorantiā & errorē eorū Medicorū, qui asserūt, quòd si vna dosis alicuius laxatiui euacuet in ij. ℥. alicuius humoris, vel moueat, tūc pars tertia dosis illius vnā educet. ℥. aut semel mouebit. ¶ Vicinitas quoq; magnā facit in cōplexionatis mutationē: per vicinitatē verò intelligitur omnis approximatio corporis ad corpus, in qua nō est sensibilis mistio: propterea cōtinēs dicitur approximari cōtento, & nutriens nutrito, & quęcunq; etiā alia sibi appropinquātia intantū quòd mutuò se trāsmutāt: patet autē, quòd cōtinēs vt aer, suis qualitatibus, aut virtutibꝰ immutat cōplexionata quęcunq;: Nā in aliquo calefiunt, in alio verò infrigidātur vel humescūt, vel acescūt, & quod amplius est, in aliquo benè cōseruātur, in alio verò corrūpuntur atq; putrescunt: Nutrientia verò, quantū immutēt, patet ex pascuis animaliū, sicut in particularibꝰ declaratur. De approximatione verò cęterorū corporū adinuicē patet veritas, tā in generatione cōplexionatorū, quā in cōseruatione ipsorū: nā viti si fimus appropinquat, vinū erit calidiꝰ, ad putrescendū promtissimū ex abundātia superfluæ humiditatis. Proinde graues & hebetes spiritus generat, & parū cōfortat vires spiritales & animales. Ambra verò, si iuxta castoreum, vel assam fœtidam teneatur, efficitur odoris horribilis, & acutę caliditatis. ¶ Cōplexionatum verò alij permistum, interdum confortat virtutē eius, cui admiscetur, vel adiungitur, sicut zinziber confortat virtutem & acuitatem turbith, & per cōsequens dissoluēdi potentiam, & vnumquodq; simile simili: Quandoq; verò debilitat, vt quando cōtraria iunguntur adinuicē: nā lenitiuū & stypticū mutuò se impediunt, vt pruna & cydonia, si simul sequātur, aut pruna & mirabo, sed si lenitiuum præcedat, & A stypticum sumatur, tunc fit solutio fortior, econtra verò nulla, vel debilis. Quandoq; verò nec debilitat nec confortat, sed mēbra tuetur ab eius malitia, sicut bdelliū intestina, ne vlcerentur à colloquintida & scāmonea, & dragagantū hepar, ne dissipetur ab aloe: Alijs etiā intentionibus permiscētur, quæ spectant ad compositionis scientiam medicinarū.

Vicinitas. *Mistio.*

¶ Sed iam ex prædictis est euidēs, quàm necessarium sit Medico diligenter attēdere, quicquid ab intra, vel ab extra potest esse principium B virtutis, vel operationis complexionatorū. Notitia enim virtutum non quæritur, nisi propter operationes possibiles in corpore sanabili manifestari, tantò etiā hoc oportet studiosius indagare, quātò potius ab his pendet vtilitas corporis & gloria Medici: nihil enim gloriosius splendet in Medico, quàm scire, quid possit quęlibet res corpori applicabilis in eo imprimere, siue ꝑ se, siue per accidēs: effectus. n. per accidēs nō minus cōsiderādi sūt cęteris: nā & per eos pluries corpus immutatur for- C tissimè: gloriā verò Medici quāplurimū faciūt rutilare, quoniā eius peritia mirabilior, & ꝓfundior iudicatur, si sciuerit ea* seruare particularia, quibꝰ constet febricitantem à febre subitò liberari, tam ꝑ balneū aquæ frigidæ, quā per potū: Nā aqua frigida superfusa exterius, nō infrigidat interius, nisi per accidēs, & ideò tantò magis cōmendatur operantis peritia, quantò res minus habet ordinē in talē effectum.

Notitia virtutum quæritur propter operationes.

**Aliàs scrutari.*

¶ Quæ verò per se sunt cōplexionatis operationis principium, multipliciter Artificē D dirigunt: Primò quidem in electione salubriū causarū: Secundò verò in pręparatione. Tertiò in amplificatione: Quartò etiam in iudicio: ¶ Quoniam autem huius consideratio est summè vtilis & necessaria, propterea conuenit hîc aliqua, super his, ad maiorem euidentiam exēpla proponere in cōsiderabilibus supra tactis. Et primò in forma mistionis, quæ, quia principiū est mirabiliū effectuū in complexionatis, ideò dicitur mirabilitas mistionis: Iam. n. est suprà ostensum, quòd differenter in E genere operantur complexionata propter distinctionem & indistinctionem componentiū, & propter fortitudinem, & debilitatem colligantiæ vel mistionis: Ex hoc autē iam patet, qualiter vlterius dirigatur ad supradicta: & primò ad eligēdū in respectu plurium corporū, & tātū vnius. Ponantur enim duo corpora, quorū tātùm alterum indiget vnius virtutis effectu: Reliquum verò plurium. Constat, quòd duarū medicinarū, quarum altera manente specie tantū operabitur, vnum quo in- F diget illud corpus, altera verò plura, quibus indiget aliud: Licet habeant vnam virtutē communē, tamen conuenientius eligitur illa, quæ tātū operatur vnum pro corpore indigenti vnico iuuamēto, & alia pro eo, quod pluribus indiget: Similiter posito, quòd ambo indigeant pluribꝰ iuuamētis, tamen alterum pluribus simul, alterum verò pluribus separatim: Constat, quòd medicina illa, cuiꝰ cōponentia sunt distincta, vel ꝓpter debilitatē mistionis citò separabilia cōuenit isti & opposita pri- G mò. Vnde patiētibꝰ fluxū vētris, cum difficultate vrinę, conueniētius propinantur caules, aut cydonia cum suis granis, quā reubarba. vel myrtili. Nā à carnibus cydoniorum, quibus indigēt intestina distincta & separata, sunt grana, quibꝰ indigēt viæ vrinales. In caule quoq;, licet substantia aperitiua

In fluxu ventris cum difficultate vrinæ.

non ſit à ſtyptica diſtincta, tamẽ facillimè ſeparatur ab ea, ſed in reubarba. & myrtilis difficulter abinuicẽ ſeparantur illæ duæ ſubſtantię, corporibus tamen, quibus neceſſariæ forent ambæ virtutes, ſimul in vno membro, vel in toto corpore magis competerent. Vnde his, qui patiũtur opilationẽ in hepate, cum rarificatione ſubſtãtiæ cauſata ex diſcraſia calida, reſoluente virtutẽ, ſicut accidit in aſcite & tympanite, pl⁹ competũt reubarba. & myrtili, quã alia ſupradicta. Nã ſimiliter aperiunt, & cõſtringũt, & expulſio ſuperfluitatis à quibuſcunq; meatib⁹ efficacior eſt, ſi ad apertionẽ meat⁹ à parte antè ſequatur cõſtrictio eius à parte pòſt: Vnde quæcunq; à gibbo hepatis expellũtur in vrinales vias, efficaciùs exinde pelluntur aperitiuo ſtyptico veniẽte à ſyma velut reubarb. quam ſolo aperitiuo vt apio, & hæc eſt ratio, propter quam modica ſtypticitas commẽdatur in medicinis aperitiuis canalium pulmonis: Nam cùm ſuperfluitates ibi contẽtæ ſemper, vt plurimũ expellantur p partem oppoſitam ei, per quam medicina peruenit ad pulmonem, eò quod ſuperfluitas educitur per ſuperiora exſcreãdo, & aperitiuum ab inferioribus ad pulmonẽ propellitur, conſtat, quòd pręcedente apertione, ſi conſtrictio ſequatur, efficaciùs ad ſuperiora mouebitur ſuperfluitas, & hæc eſt cauſa, propter quam inter aperitiua valdè iuuat pulmonẽ capillus venæ, quia modicum ſtypticitatis participat, quæ moderata aggregatione partiũ mẽbri confortat expulſiuam & expellibile non ingroſſat: Et hinc etiam eſt, quòd quia myrtilus multã ſtypticitatem participat, quæ vim excedit aperitiuam, ſimpliciter non iuuat pulmonẽ ad exſcreãdum, ſed quando ei⁹ ſtypticitas frangitur cum dulci & lenitiuo, vt zuccharum, tunc non ſolùm non obeſt, ſed etiam prodeſt: Et ideò dicitur, quòd ſyrupus myrtilorum ſolus inter ſyrupos ex ſtypticis factis non lædit pulmonẽ, licet eſſet apoſtematus: nam cùm in eis maneat vis aperitiua, & per artificialem admiſtionem zucchari ſtypticitas reducatur ad terminũ, in quo poteſt prodeſſe cõfortando, & ideò nõ obeſſe coanguſtando, vel indurando, cõſtat, quòd iuuabit ſcreatum: Hinc eſt, quòd modica ſtypticitas ad hoc tãtùm ſufficiens, quod dictum vniuerſaliter omnibus conſtat vlceribus, & ideò medicina aperitiua, cum ſtypticitate modica, ſiue per naturam, ſiue per artem fuerit moderata, cuius commiſtio fortis exiſtit, eligenda eſt in corporibus, quorum interiores laborant humoralibus paſſionibus, & quantò plures aggregauerint virtutes membris accommodas, tantò potius debent eligi, & ideò camomilla præfertur omnibus alijs, & hoc in caſu: proinde cõcorditer aſſerunt ſapientes, quòd omnia viſcera confortat, vrinam prouocat, lapidem frangit, ſcilicet antiquum in renibus, recentem in veſica, confert etiam cunctis febricitantibus de putredine humoris groſſi, ſeu calidi, ſiue frigidi, licet eodem hu. viſcera eſſet apoſtemata, maximè verò confert hu. digeſtio, talis autem bonitas non ſolum conuenit ei ratione componentiũ, ſed propter formam potius miſtionis: Verum quidẽ eſt, quòd componitur ex ſtyptico conſtringente, & aperitiuo reſoluente, ſed aperitiuum, quàm reſolutiuũ parũ amplius dominatur, & ideo prius incipit operari, quia tamẽ fortiter ſunt commiſta, propterea ſequitur immediatè operatio ſtyptici exprimentis, proinde in materialibus morbis nõ excellentis caliditatis aperit & reſoluit non attrahendo materias, nec diſgregat, vel diſſoluit ſubſtantiã mẽbri: ſimiliter expulſio efficaciùs expreſſione cõmunicãte apertionẽ, vel celeriter conſequente: Puritas etiã ſuæ ſubſtantiæ, quã declarat aromaticitas fixa, & inſeparabilis, ac ſuauis omnibus principalibus, & ſtomacho prodeſt, & cum ſua complexio non elongetur à tẽpamento, nullũ membrorũ poteſt notabiliter diſcraſiare: Iã etiam ex his patet ratio, quare dicitur valdè conferre laſſitudini membrorum & doloribus renum & veſicæ, qui vt plurimũ cauſantur ab humore frigido, & ideò legitur, quod antiqui puluere eius incorporato cũ melle curabant dolores renũ & veſicę prouocando vrinas. ¶ Reſpectu verò vnius corporis, conſideratione miſtionis dirigitur Medicus ad eligẽdum: Nam ſi quis rheumatiſmo laborãs indiguerit perſicis, aut malo granatis ad excitandum appetitum, conuenientiùs ei miniſtrabit granata, quàm perſica: Si verò portulacis, aut atriplicibus ad ſoluendum conſtipationem durarum fæcum, conuenientiùs portulacæ quàm atriplices: nam quæ fortioris ſunt miſtionis, aut minùs debilis, vt propriùs hîc loquamur, minùs augent proculdubio rheumata, quoniam in eis aquea ſubſtantia tardiùs à terreſtri ſecernitur: Si verò Medicus intenderet procurare corpori iuuamentum cum altera complexionati qualitate, vel parte, nec aliquod prohibens occurreret, tunc in propoſito conuenientiùs eligit cõplexionatum debilis miſtionis, quàm aliud, poſito quòd poſſint in eundem effectum: Vnde quandò cum aquea ſubſtantia complexionati volumus mollificare duritiem fæcum in inteſtinis, conuenientiùs eligit atriplex quàm portulaca: Si verò intendatur iuuari corpus cum virtutibus, quæ non ſaluantur, niſi ſaluata ſpecie totius complexionati, tunc conuenientiùs eligitur illud, quod eſt fortis miſtionis: Muſco enim & ambra confortantibus cum proprietate & aromaticitate, conuenientiùs eligitur ambra, quàm muſcus: Nam tardiùs propter fortiorem miſtionem amittit ſpeciẽ. Idem verò accidit, ſi complexionata ſint applicanda via nutrimẽti: nam ſi amidum & hordei medulla propinantur, amidum, quod minùs debilis cõmiſtionis eſt, eligetur ad ferculum parãdum rheumatiſmũ, poſſet enim ex alia cõſideratione fortiori medulla hordei pręferri amido, queãdmodum ſi patiẽs amplius indigeret mũdificatione rheumatis, quã ingroſſatione, ſicut cõtingit rheumate declinante. ¶ Ex fortitudine verò, & debilitate miſtionis regulatur in pręparando: Nam ex hoc accidit, vt interdum remolliat tãtummodo medicinas, alias verò decoquat, & iſtarum quaſdam plus, quaſdam minùs: Si enim corpus conſtipatum, & maximè opilatum in meſaraicis debeat pharmacari cũ mirabolanis, tunc expedit amarã ſubſtantiã, quæ aperitiua & ſolutiua eſt, ſic à pontica ſeparare, vt nihil aut valdè parũ de illa participet: Cùm igitur hæ duæ ſubſtantiæ ſint in eis debiliter cõmiſtę, vt per ſolã remollitionem diuidi poſſint, eligit infirmi diſpoſitione dante inducias remollire frequẽter mirabol. & remollitionis aquas propinare poti⁹, quã decoctionis: Nã decoctio quãtũcũq; leuis, aliq̃d de põtico reſoluit: In polypodio verò, & ſene

Marginal notes: In aſcite & tympanite. — In opilatione canalium pulmonis. — Myrtus. — Camomilla. — Atriplex. Portulaca. — Muſcus. Ambra. — Amidum. Medulla hordei. — Mirabolani. — Polypodium.


ſene propter oppoſitam miſtionem eligit coque-
re,non ſolùm debiliter,vt in epithymo, ſed etiam
fortiter. ¶ Similiter quoque ſæpius accidit, vt Me-
dicus velit iuuare corpus tãtum, cum ſubſtantia
põtica, vel ſtyptica pura cõplexionati alicuius,vt
cortice citri, aut citranguli, vel nucum recentiũ,
in quibus cum ſit amara & acuta ſubſtantia debi-
liter commixta cũ ſtyptica per remollitiones fre-
quentes,eligit eas ſecernere, poſtponens coctio-
nem,quia frangit ſtypticitate. ¶ Quandoq; verò
conſideratio debilis miſtionis inducit ipſum ad
poſtponendũ,tã ablutionẽ,quàm remollitionem
& decoctionem: Nã ſi medicetur icterico ex opila-
tione pori,cyſtis,& hepatis,tũc roſtrum porcinũ,
& endiuiá,ſicut colligẽtur,adminiſtrabit,niſi pro-
hiberet circunſtantia fortioris ſignificationis, vt
vlceratio ſtomachi,vel inteſtinorũ: ſemper enim
regulatur Medicus principaliter per iudicium te-
ſtimonij fortioris. Vnde,licet acumen olei, quo
intendimus vngere corpus aliquod,faciat ipſum
profundius penetrare,tamen ſi corpus inungen-
dum fuerit,aridum & acutis abundans fumoſita-
tibus,vt corpora ethicorum, & cholericorum,
tunc expedit non ſolum abluere oleum ad ſepara-
tionem acuminis,ſed etiam cum aqua dulciſſima
coquere,propter fortitudinem miſtionis ipſius.
In quibus autem acuta ſubſtantia debiliter colli-
gatur,ſicut acumen meileum,in cera ſufficit ab-
luere,quemadmodum in cerotis ethicorum quo-
tidie facimus: cera namque lota cum aqua frigida
& albeſcit, & infrigidatur amittendo acumen:
Quemadmodum verò in prędictis modis præpa-
randi exemplificatum eſt,ſic in alijs conuenit in-
telligere. ¶ Forma etiam miſtionis dirigit ad rectè
applicandũ,id eſt,ad diſcernẽdum partẽ per quá
debet applicari: etenim ſi medicandũ corpus pa-
tiatur artheticam,& proponatur Medico camo-
milla & pſylliũ, cũ cõſtet ei,quòd miſtio ſtyptici
cõ reſolutiuo & aperitiuo in camomilla ſit fortis
& indiſtincta,in pſyllio verò minus fortis,& tamẽ
diſtincta: nam frigida ſubſtantia,& parum ſtypti-
ca in ſuperficie locatur in pſyllio: Acuta verò, &
ignea in profundo, quod patet ex hoc, quia ſi cor-
pori applicetur non contritum infrigidat, ſi verò
cõtritũ,calefacit & aliquando rũpit. In camomil-
lis verò indiſtinctè ſunt,quia nec ante cõtritionẽ,
nec poſt eius impreſſio variatur. Si ergò in pulue-
re,vel decoctione pſylliũ propinetur interius,ſe-
parabũtur abinuicẽ cõponẽtia ſupradicta, priuſ-
quá ad regionẽ perueniant iuncturarũ, quod nõ
eſt timendũ in camomilla,& ideo conuenientius
ipſa ſumitur interius, & pſylliũ exterius applica-
tur contritum, & cataplaſmatum, vel in balneo
poſitum: ſic enim ſua componentia proportio-
nauit natura,vt ſimiliter repercutiendo diſſoluat
quantũ conſumere poteſt,& à profundo iunctu-
ræ poteſt reſoluere non impediẽte repercuſſiuo.
Proinde eis celeriter ſubuenit cataplaſma ſuæ fri-
xionis,aut balneis decoctionis ipſius,& quia non
plus diſſoluit,vel attrahit, quàm reſoluat, ideo
plectoricis ex ſe nunquam obeſt: Et ſimiliter in-
telligendum eſt de camomilla ſumta interius,
quæ in profundis iuncturis & groſſarum chor-
darum vt ſcie.genu & cauillæ parum prodeſſet,
propter debilitatẽ reſolutiuæ virtutis. ¶ In iudi-
cio quoq; regulat Medicum commiſtio fortis &

Cortex citri vel citranguli vel nucum.
Roſtrum porcinum.
Endiuia.
Oleum.
Mel.
Cera.
Camomilla.
Pſyllium.

A debilis: Facillimũ enim eſt Medico iudicare, pro-
pter quid eſus caulium,& ſic de cæteris oleribus,
laxat pauperes vt plurimum,& non diuites. Illi e-
nim in proprijs domibus edunt caules & parum
coctos,& non colatos,diuites verò econtra. Con-
ſtat autem,quòd colatio,& fortis decoctio cun-
ctorum olerum non ſolùm ſeparat ſubſtantiam
aqueam,& ſolutiuam à terreſtri,ſed etiam conſu-
mit eandem. ¶ Similiter eſt ei facile iudicare, cur
ſoluat ventrem roſa,dum recens exiſtit, cõſtipat
B autem,cùm fuerit ſicca: cùm enim nõ exſiccetur,
niſi per priuationem humiditatis,conſtat, quòd
in ſui recentia humiditatem habuit ſolutiuá, qua-
lis eſt aquea,modicum nitroſitatis, vel acuminis
habens, ſed quia debiliſſimè coniungitur terræ,
facillimè ſeparatur ab ea. ¶ Qualiter autem deco-
ctio,& congelatio, & cætera ſupradicta regulent
Medicum ad operádum in parte,manifeſtum eſt
ex prædictis, & in particulari doctrina plenius
declaratur: Hæc enim ad introductionẽ dicta ſũt,
C & hîc ſufficit in generali reddere cautum artificẽ,
vt omnia prædicta,circa complexionata diligen-
ti perſpicacitate conſideret,ſi voluerit errorem à
ſuis operibus,& iudiciis euitare,ita ſcilicet vt at-
tendat formam miſtionis cuiuſcunque comple-
xiõnati,& vtrum coctum,aut crudum,& ſi coctũ;
qualiter,& quantum,& vbi,& cum quibus, & ſi-
militer ſi congelatum,aut contritum,aut ablutũ,
quoties,& cum quo,& vbi,&c. & ſimiliter de vi-
cinatione,& miſtione: nam expedit valdè ſcire,v-
D bi res fuerit collecta,ſeu generata,& vbi conſerua-
ta,& qualiter,aut iuxta quid,hîc vel ibi,quantum
autem expediat hæc indagare,patet per ſupradi-
cta, & clarius manifeſtant ſæpiùs contingentia:
Iam enim compertum eſt,quoſdam aſmaticos pa-
rum,aut nihil medicatione iuuari, quoniam vte-
bantur aqua tranſeunte per mineram aluminis,
vel plumbi vel antimonij,nec medicus aduerte-
bat,cum de fonte limpido ſcaturiret: Compertũ
eſt etiam,quod patiens, qui ſumebat decoctionẽ
E capil. venæ. terribiliter ſyncopizabat,quoniam ca-
pill. venæ,de quadam ciſterna collectus habebat
ſub ſe cadauer bufonis, ſimili quoq; modò ſynco-
pizauit aliquando ſumẽs melonem.ſ. magnũ ſar-
racenicum. Nam cum præ maturitate finditur,&
aperitur, bufo ſubingrediẽs delectabiliter cubat
intus. Aliquando etiá viſum eſt,vt patiẽs,qui pti-
ſana iuuabatur manente priſtina neceſſitate,
ſenſibiliter vexabatur ex ſumtione illius, quia
confecta fuerat de hordeo conſeruato diu in fo-
F uea,vel de hordeo mutando,& conſeruato in lo-
cis reumaticis & concluſis. Quandoque iterum
viſum eſt,quod ſolitus vini vſus generabat noui-
ter cephaleam & anhelandi difficultatem: com-
periebatur enim,quòd poſt alterum vas cepæ, &
allia ſeruabantur. In altero verò, ad clarificádum
fuerat gypſum vel calx appoſitum, multum lęde-
batur. Viſum etiam quod ſyrupus ex tyriacali-
bus vehementer anguſtiabat ſumentem, quia co-
latus extiterat colatorio decoctionis ellebori, li-
G cet loto: Mitigatiuum etiam collirium oculorum
compertum eſt,oculos peſtilenter grauaſſe, quia
confector eadem erat veſte ſuperinductus, qua
pridiè puluerizans viridæ æris induebatur. Simi-
les etiam caſus tam ſæpe contingunt,vt nemo vi-
uens narrare ſufficeret.

Caules laxãt pauperes & non diuites.
Roſa recens ſoluit,ſicca cõſtipat.
Caſus conſiderandi.

COMPLEXIONATA quæ medicamenta cō-plectuntur & alimēta, cōtingit immutari vel



TAm diu etiam posset durare quod virtutē aufert omnino &c.) Quæstionem hic Arnoldus in medium profert arduam & difficilem, dignam tamen quæ diligenter expendatur, scilicet an tritura partes rei cuiuspiam vsq; adeo exiguæ fieri possint, vt totius speciem amittant. Obscura sunt quæ ad hanc rem ab Arnaldo dicuntur: Id tamen inter cætera proposito quadrare videtur maximè, dum inquit *rerum omnium naturam duobus constitui magnitudinis limitibus*, vt paruum sit aliquid, vltra quod minus existere nequeat, nisi specie pariter & virtute priuetur. Quid autem si dixerim hanc trituram nec generationē esse nec corruptionem, cum diuisio fiat duntaxat secūdum quantitatem; Quantitas vero speciem non constituat, sed eius sit accidens? An non corruptio rei speciem tollit; motus localis hunc vel illum locum; Et hāc aut illam qualitatem tollit alteratio? Quidnam igitur diuisio secundum quantitatem aliud præter magnitudinem tollit? Nihil vtique nisi motus alius huicce diuisioni coniungatur: Verum si Medici philosophorum nugis acquiescentes existimant *nulla sectione minimum induci posse*, hoc est, quod non sit diuidua præditum magnitudine, Multo minus fieri posse concesserim, quicquam adeo conteri posse subtiliter, vt partes substantiam totius amittant. Verum id quidem est, eousque pertingere posse trituram, vel diuisionem hanc, vt partes sensum effugiant, adeóque suas vires & actiones exercere nequeant: Sed actione sublata, substantiam tolli non est necessarium. De atomis aliàs egimus copiosius, easque demonstrauimus non falsum esse commentum, sed dogma verum commentis obfuscatum falsissimis, è quibus & illud est, quod à Galeno secundum Hippocratis sententiam strenuè conuellitur, Atomos nimirum omnis esse qualitatis expertes. Id etiam eo in loco discussimus, an partium eadē sit natura quæ totius est. De partibus & toto quod hic ait Arnoldus, obscurissimum est. Quam enim totius & partium proportionem esse velit, non satis assequor, cum proportio non substantiæ, sed magnitudinis ratio sit, Totū autē aliud est homogenes aliud heterogenes: Hoc si diuidatur, non necessariū est partes eiusdē esse cū toto naturæ: Sin verò diuidatur illud, partes & totū eiusdē sunt naturæ necessariò, sed differunt duntaxat ratione totius & partis, vt hæc componere nata sit, illudque diuidi. Paucis ergo, quod copiose merito posset, discutiemus. Perfecta diuisio magnitudinem partibus adimit, vt partes sint simplices, hoc est, quæ nullam habeant amplius rationem qua totum dici possint: Sed vt pars hæc minima specie sua destituatur, motum non quantitatis sed substantiæ requiri, firmiter asserimus.

In Commentarijs in lib. Hipp. de humana natura. Lib. 1. de Elemen. Cap. 2.

Dein-

De inuestigatione primarum & secundarum virtutum complexionatorum.

Cap. XXIII.



VIso in generali, quàm differenter operẽtur complexionata diuersæ mistionis, & informationis ab interioribus & exterioribus causis. Adhuc est maximè necessarium Medico de quolibet complexionato, quod ei occurrerit, cognoscere, quibus virtutibus, primis aut secundis, informetur, & quæ componentia, & secũdum quam proportionem in eo dominentur, quantum possibile fuerit: nequit enim facultas humanę rationis ad omnimodã horum certitudinem peruenire: Nã sensus, ad quẽ recurrit, tanquam ad ancorã sui regiminis, paucissima percipit de effectibus mistionis: ¶ Dictũ autem fuit supra, quòd notitia virtutis primæ & secundæ complexionatorum per viam rationis non habetur, nisi vel inchoando ab his, quæ priora sunt complexionato, & virtutibus eius, vt sunt componentia, & formæ mistionis: vel procedendo à posterioribus: qualicumque enim via sciatur quæ componentia, & qualiter dominantur in cõplexionato quolibet, scitur per consequens, quæ sit virtus eis prima, & quæ secũda. Iam autem est superius ostensum, quantum iuuet ad hoc priorum consideratio: Nam, quia sensui rarò & modicum offeruntur, nisi in artificialibus, ideo generalis, & valdè iuncta est cognitio, quæ per priora de his habetur: quapropter studiosius considerãda sunt posteriora complexionati, quæ frequentius & clarius sensui subiacent: Hæc autem in genere duo sunt scilicet qualitas complexionati sensibilius, secundũ autem est effectus ab eo procedens in corpus sanabile, vt est tale, & iste effectus vocatur à Medicis operatio, quoniam est impressio, quæ per operationem complexionati manifestatur in corpore: ¶ Ex his autem iam patet differentia inter qualitates sensibiles complexionatorum, & operationes: Nam qualitates sensu percipiũtur in complexionato præter hoc, quod applicentur sanabili corpori, ad immutãdũ ipsum, inquantũ sanabile est. Et hoc ideò dicitur, quia quædam sunt qualitates sensibiles complexionatorum, vt sapores, qui nunquam sensu percipiuntur, nisi saporabile corpori applicetur: cõplexionatum autem saporabile nõ immutat corpus, vt est sanabile, sed vt est sensitiuum, vel sensatũ: non enim est sanabile, nisi prout receptiuum est mutationis in complexione, vel compositione membrorum: sensus verò potest fieri nulla in his facta mutatione: Operationes autem complexionatorum, de quibus hic loquitur Medicus, nunquam sensui patent: nisi post impressionem factam in corpore, prout sanabile: ¶ Sensibiles autem qualitates complexionatorum habent duas differentias: Nam quædam sunt dispositiones accidentaliter acquisitę, quędam verò sunt habitus naturales: Qualitates autem accidentales dupliciter cõsiderantur: Vno quidem modo secundum quod informant complexionatum, & sic nullam faciũt notitiam de naturali potentia vel virtute complexionati, sed tantum de accidentali: Verbi gratia, cibus aut medicina, vel potus si fuerit accidẽtaliter calefactus, aut infrigidatus, aut cõgelatus,

Differentia inter qualitates sensibiles complexionatorum & operationes.

Qualitates sensibiles complexionatorũ habent duas differentias.

A aut condensatus, &c. solum ostendit potentiam, quam habet immutandi corpus sanabile, ratione qualitatis accidẽtalis, per quam actu informatur, velut si ferculum cucurbitarum calidum actu sumatur, vel populeon actu calidum exterius applicetur, per hoc nihil aliud iudicari potest, nisi quòd calefaciet, cum actuali caliditate, quamdiu durabit eis, sc. per hoc rationi nullatenus aperitur via iudicandi de naturali frigiditate ipsorum: Alio verò modo qualitates accidentales possunt B considerari secundum respectum, quem ad susceptionem ipsarum habent complexionata, per naturalem ipsorum potentiam, vel impotentiam, & hoc modo aliqualiter, & aliquando ducunt in cognitionem naturalium virtutum, aut dispositionum: nam caliditas, si de facto ab aliquo complexionato suscipiatur, iudicat ipsum vel esse calidũ naturaliter, vel alio modo dispositum ad eius festinam susceptionem, vtpote, quia rarum, vel inflammabilius, quia vnctuosum, & de frigiditate C simile est iudicium: Nam si leuiter suscipitur ab aliquo, vel ipsum esse rarum vel naturaliter frigidum, & si leuiter congelatur aquosum, & ex ista consideratione potest interdum certitudo haberi de naturali complexione, scilicet quando excluduntur causæ dubietatis, quod contingit in duplici casu: Et vnus quidem est, cum duo, vel plura complexionata sunt vniformis substantiæ scilicet æquè rara, vel densa, vel grossa, vel subtilia: Nam tũc quodcunque ipsorum citius calefit, aut D infrigidatur ab vniformi alterãte, pculdubio est naturaliter tale: cum enim omnes aliæ circunstãtiæ pares existant, nullum illorum caliditatẽ aut frigiditatem reciperet citius, nisi in naturali caliditate, aut frigiditate disponeretur ad illud: nullũ enim passum recipit promtius impressionem naturalis agentis, nisi, quia est ei similius altero, vel passibilius in substantia: Excluso igitur altero istorum membrorum necesse est alterum remanere. ¶ Secundus casus, in quo excluditur ambiguitas E iudicandi, est, quando complexionatum, quod ex substantia sua minus aptum est, impressionem alterantis suscipere, suscipit facilius cæteris: & ideo datur regula generalis, quòd si aliquod complexionatum grossum & densum citius calefit, aut infrigidatur, quàm aliud rarum & subtile, cõstat, quòd est naturaliter tale: verbi gratia, pumex rarus quidem & subtilis est comparatione marmoris, hoc autem densum & grossum, & tamen absq; comparatione celerius infrigidatur marmor, & F intẽsius valdè: quapropter absolutè iudicabitur frigidum: Pumex verò nequit ex hoc determinatè iudicari talis vel talis, sed cum disiunctione scilicet vel calidus vel minus frigidus marmore. Similiter quoque sulphur densius & grossius est, quàm sit assungia vetusta, tamen longè citius inflammatur ab igne, & celerius, etiam quàm assungia, quæ magis est vnctuosa: Hoc igitur sufficienter ostendit, quod est calidum naturaliter & respectu corporis humani: Calor enim naturalis i- G psius, inquantum calor est, non aliter operatur in obiectis, quàm ignis. Et ex passibilitate, quam habent complexionata respectu caloris ignei, potest iudicari de passibilitate ipsorum, respectu naturalis caloris: & quemadmodum dictum est de passione inflammationis, vel inflammabilitatis, con-

Pumex. Marmor.

Sulphur.

Assungia.

gelationis, infrigidationis & calefactionis, sic & de caeteris passionibus mistorum debet intelligi, de quibus in quarto metheororum consideratio traditur: Nam liquabilitas, puluerizabilitas, frágibilitas, & sic de aliis, illa in misto elementa significant dominari à quibus causantur, & hęc secundum plus & minus facta comparatione complexionatorum adinuicem, vt supra, vndè puluerizabilitas, quod est aptitudo rei, ad facilem pulverizationem, quae causatur ex terreis partibus, debiliter colligatis, tum ratione pauci humidi, tū ratione debilis commistionis eius, cum terreo, constanter indicat, quòd in tali complexionato partes terrae dominentur, & per consequens etiā siccitas, sicut in cinere, calce & agarico, quę tactu, vel casu leuissimè puluerizantur, sed tamen ex hoc nequit concludi, quòd dominetur in eis frigiditas, quoniam proxima causa puluerizabilitatis est siccitas, quae communis est ignis & terrae: Vnde possibile est, quod cum partibus terreis abundanter concurrant igneae, sicut in praedictis tribus complexionatis existit, & ideò complexio illorum est à dominio calida. Simili quoque modo procedit iudicium in liquabilitate, coagulabilitate, frangibilitate & ductibilitate, & sic de aliis.

Oppositarum passionum opposita sunt causae.

In quibus etiam passionibus haec regula communis seruatur, scilicet quòd oppositarum passionū semper sunt oppositae causae, & ideò quae coagulantur à sicco liquantur ab humido, vt sal atque lutum: quae verò coagulantur à frigido, liquātur à calido, vt sepum & oleum, & haec consideratio aliqualiter ducit in complexionis notitiam: Nam liquabilitas in sale causatur per additionē humiditatis, & coagulatio per additionem siccitatis, probabile est, quòd siccitas dominetur in eo.

Quomodo qualitates sensibiles ducunt in notitiam primarum & secundarum virtutum.

¶ Qualitates autem sensibiles, quae sunt naturales habitus complexionatorum, ex quibus in notitiam ducitur primarum & secundarum virtutū vel sunt proprium obiectum alicuius sensuum, vel commune pluribus: Proprium quidem vt colores visui, voces auditui, odores olfactui, sapores gustui, duricies autem & mollicies tactui: Communes verò sunt grossities atque subtilitas, liquiditas, & soliditas, viscositas, puluerizabilitas, mucillaginositas, vnctuositas, spōgiositas, grauedo & leuitas. de quarum numero sunt spissitudo & raritas, asperitas & lenitas: sed per eas non habetur aliqua notitia maior, quàm per alias numeratas: Ideò Medicus in pręsenti consideratione nō connumerat eas pręDictis: Conueniunt autē omnes huius qualitates, quantum ad modum faciendi notitiam de primis aut secundis virtutibus complexionatorum: Nam omnes faciunt inde notitiā tanquā effectus de causa, quia omnes aliquo modo causantur à primis qualitatibus, differunt tamen, quia quaedam immediatè, vt duricies, mollicies, sapores, &c. quaedam verò mediante alio, vt calores mediante luce. Hinc autem oritur alia differentia ipsarum, quantum ad certitudinem notitiae, quia aliquae ipsarum faciunt de primis & secundis virtutibus certiorem notitiam caeteris, vt sapores odoribus & coloribus: odores verò certiorē coloribus: Aliae verò qualitates, de quibusdam faciunt certiorem notitiam, quàm omnes istae, de aliquibus verò minus, vt infra patebit. Ratio verò secundum quosdam, propter quam plus

A certificant sapores, quam odores & colores, est, quia sapor cum suo subiecto obuiat sensui, sed odor & calor apprehenduntur à sensu pręter applicationem complexionati, cuius sunt ad organum sensitiuum. Haec autem ratio nulla est, quoniam obuiatio complexionati ad organum gustus est de ratione gustandi, & non videndi, nec odorandi: Gustus enim nō fit sine tactu, quia id, sine quo nihil est actu gustabile, scilicet humiditas, est tangibilis, & ideò gustus est quidam tactus, quantū B ad modum sentiendi, licet quantum ad obiectū ab eo formaliter differat: Vnde cum in hoc non communicent, non poterunt penes haec comparari, cum semper comparatio fiat in eo, quod cōmuniter conuenit comparatis, & per hoc habent aliquam similitudinem: Non igitur propter hoc certius iudicabit gustus de primis aut secundis virtutibus, quàm olfactus aut visus, immò dicere hoc, est, ac si dicatur, quod gallina melius viuificat oua sua, quia accubat in eis, quam strutio, qui C solo visu, solo anhelitu facit illud, quod tamen falsum est: quia secundum rationem suae speciei neuter viuificat melius altero, imò aequè benè: de ratione enim viuificandi oua in specie gallinae est accubare, sed in specie strutionis, aut in genere piscium viuificantur non accubando, sed aliter. Cum autem ad confirmationē rationis adiungūt quòd quia saporabile obuiat gustui, propterea virtus ex omni parte citius peruenit ad gustum, & ideò plenius potest de virtutibus cōplexiona- D ti iudicare, quàm visus, aut odoratus: nam complexionatum, quod videtur, aut odoratur, nō mouet visum, nisi cum vna suarum partium, scilicet cum superficie, quoniam in ea manifestus est color tantùm, nec mouet odoratum, nisi cum vapore fumali, & haec quidem vera sunt. Sed tamen ratio ad propositum apparentiam habet, & nō maiorem existentiam, quàm pręDicta, quoniam per eam non ostenditur, quòd sapor complexionati faciat certiorem notitiam de primis & secundis E virtutibus, quā odor & color: Licet enim ex omni parte complexionati virtutes perueniret ad gustum, & ipsum moueret cum omnibus partibus suis, tamen virtutes aut partes eius non mouent ipsum, nisi secundum quod habent rationem saporis, aut saporabilis: Gustus enim vt gustus nō apprehendit, nisi sapores. Vnde haec ratio directè concludit, quòd gustus potest apprehendere sapores omnium partium complexionati, scilicet tam interiorum quàm exteriorum: Visus autem F tātùm colores exteriorum, & olfactus odores tātùm partium, quae sunt aptè ad emittendum vaporem fumalem: & hoc quidem verum est, nō tamen melius aut certius apprehendit gustus illos secundum suam speciem, quàm olfactus & visus istos, secundum suam, nec ideò apprehendit melius, quia plures, immò tale argumentum peccat mutando, quantum in quale. Huius ergò diuersitatis rationem accipere oportet ex eo, quod tactū est supra. s. quòd quia sapores sunt effectus pro- G pinqui, & immediati qualitatum complexionalium: Colores autem & odores remoti: ideo certius attestantur illi, quàm isti: nā vestigium, & natura causae plenius apparet in immediato effectu quàm mediato: Quia autem sapores immediatè procedant à complexione, patet per rationem

Sapores immediatè procedunt à complexione.

imme-

immediati subiecti saporum, nihil enim est saporabile, nisi complexionatum inquantũ est aliqualiter complexionatum, non quia inquantum participat humiditatem passam ab alijs qualitatibus occultè vel manifestè. Constat autẽ quòd humiditas est qualitas complexionalis: Odoris autem subiectũ est, inquãtum participat vaporẽ fumalẽ, & coloris, inquantum participat lucem in peruio terminato, quæ duo non sunt ratione complexionis. ¶ Simi i quoq; ratione certius odoribus, quã coloribus de complexione misti corporis iudicatur, quoniam odor propinquior effectus est complexioni, quàm color, quod patet ex hoc, quòd cõplexio nõ est causa caloris, nisi per substantiam cõplexionati, quam pręparat per raritatẽ & densitatem ad recipiendam lucem, secundum plus & minus, sed causat odorẽ nõ solum præparando subiectũ ei⁹, quãtũ ad substantiã, sed etiã informãdo ipsum qualitate cõplexionali: cõplexionatum.n. nõ est subiectum odoris secundum rationem rari & densi, sed secundum rationem fumabilis, quæ est ratio informati à vapore calido & sicco in aliquo gradu: Vnde patet quod de ratione habentis odorem, est aliquo modo calidum & siccum, & nõ de ratione colorati, & hęc est causa, propter quam odores significant interdũ supra sapores, quia significãt supra qualitates, à quib⁹ immediatè causatur sapor, & ideò sæpè dicitur à Medicis, quòd odores sequuntur immediatè sapores, tũ quia significãt aliqualiter supra eos, & colores non, tum, quia post sapores certiùs supra cõplexionẽ significant, quàm colores. Potest etiã dici quòd sequuntur eos propter dependentiam, quam habẽt odores ad ipsos per rationem conuenientiæ, quam cõuenientiam cum saporibus non habẽt colores, odores.n. cõueniunt cum eis, & quãtũ ad originẽ, & quantum ad finem: Nam essentialia & proxima principia saporũ & odorum sunt aliqualiter qualitates complexionales, color autem essentialiter non causatur ab his, sed à luce participata in peruio terminato: Quantum ad finem verò, quia & sapores & odores naturaliter ordinantur ad significandum conuenientiam, vel disconuenientiã cõplexionatorũ applicabilium sanabili corpori, ꝓut sunt principium transmutationis in ipso, siue per substantiam, vt nutrientia, siue per qualitates, vt medicinę. Colores autem naturaliter ordinantur ad significandum rerum differentias in seipsis, & non in cõparatione ad corpus sanabile: ergo in significando supra complexionẽ respectu sanabilis corporis odores immediatè sequuntur sapores. ¶ Licet autẽ ordine prædicto cõueniat eis certitudo significandi, tamen nec sapore, nec odore, nec colore pòt in omnib⁹ complexionatis haberi certitudo de complexione ipsorum, & sic per consequens nec de secundis virtutibus, huius autẽ causa vel est defectus qualitatum perceptibilium, aut defectus perceptionis: Sunt enim aliqua complexionata sapore carentia in toto, vt vitrum & margarita, & multi alij lapides: quędã verò naturaliter & sapore & odore & colore priuantur in toto, vt vitrum & crystallus & similia: Sunt verò alia quæ prædictis qualitatibus informantur in vno suorũ componentium, & non in alio, & hæc quidem conuenit in mistis secundũ mistione artis vel naturæ, & maximè in heterogeneis, in quibus hæc ma-

Tertius de complexione misti iudicatur odoribus quàm coloribus.

Nec sapore nec odore nec colore potest haberi certitudo de complexione misti.

A nifestiùs apparent: Ad quorũ instar conuenit de alijs arbitrari, sicut.n. primũ habet testã in parte magnã suæ cònstitutionis, quæ caret sapore & odore, sic & aliquid aliud cõplexionatum pòt magnã sui partẽ habere propter fortitudinẽ suæ mistionis occultã, & carentẽ sapore & odore: atq; etiã in seipsa colore: Vnde in his per aliquã istarum qualitatũ non pòt haberi certa notitia de complexione totius. In quibus autem omnes partes sunt his qualitatibus informatæ, pòt adhuc abesse certitudo notitiæ vel iudicij propter defectum
B percipiendi qualitatẽ cuiuslibet partis, quod dupliciter contingit, quia quãdoq; impeditur perceptio in omnibus, ita quod in toto nullus sapor percipitur, & hoc est propter duriciẽ & soliditatẽ compositionis, vt in ferro & stanno: Nam constat, quòd sulphur & argẽtũ viuũ, ex quibus constituuntur, saporẽ habent, sed tamẽ propter fortitudinẽ commistionis & duriciẽ compositi nequeũt resolui & commisceri cũ saliuali humiditate: quãdoq; verò
C percipitur qualitas vnius & non alterius: Impeditur autem perceptio qualitatis eius aut propter ineptitudinẽ illius partis in se, vel propter obstaculum alterius partis complexionati, vel propter vtrumq; & primũ patet in odoribus & saporibus in complexionatis habentibus in sui cõpositione vaporem vnum subtilem, & alium grossum & spissum, possibile est, vt odor manabilis à vapore spisso non sentiatur propter ineptitudinem vaporis ad informandum medium, & per consequens or-
D ganum, sicut accidit in portionibus citri: Nã corticis odor ex distantia sentitur, carnis autem vix etiã cum naribus applicatur: Ex quo patet, quòd si illæ duæ partes essent fortiter commistæ, scilicet vt sensu distingui non possent, sicut in aliquibus confectionibus accidit, nullo modo perciperetur odor carnis citri, quamuis in quantitate corticem superaret, & simile est de sapore in confectionibus illis: nam sapor carnis, quia obtusus aut vix, aut nullo modo percipitur, sapor autem corti
E cis percipitur manifestè: simile verò contingit in mistis per naturam, vt patet in opio: nam pars eius grossa multò maior est subtili, & tamen percipitur sapor & odor partis subtilis, quæ sub forma vaporis fumosi totam aliam partem occupat, & est saporis amari, & odoris acuti: sapor autem & odor alterius partis, aut vix, aut nunquam percipiuntur. Impeditur autem participatio qualitatis vnius partis, propter alterius obstaculum, sicut patet in coloribus: Nam partes exteriores ob-
F stant perceptioni coloris interiorum, & partes magnæ partibus paruis. Obstaculum etiam potest in saporibus, & similiter in odoribus adinuicem cõparatis, contingere: Nam aliquid obstat perceptioni alterius, non solùm quantitate, vel situ suarum partium, sed etiam virtute, quoniam excellentia maioris sensibilis impedit perceptionem minoris: sicut magna lux paruam, & magnus sonus minorem: sicut etiam videmus, quòd organum gustus non percipit sapores de-
G biles, cum sapore forti est informatum: & ideò lingua infecta amaritudine, iudicat amara, dulcia & vnctuosa. Si ergo vnctuosus & acutus sapor concurrant in aliquo misto propter excellentiam acuti, prohibebitur perceptio vnctuosi, sicut accidit, quando sumitur si-

napis,aut piper cum brodio,& ſimiliter ſi concurrant amarus,& vnctuoſus, aut inſipidus, vel ſtypticus,ſicut in opio,& in prædicta cõfectione,ſcilicet ex carne citri,& eius cortice:Ibi enim non ſolùm impeditur perceptio ſaporis vnius partis, propter eius ineptitudinẽ, ſed etiam propter obſtaculum partis alterius : Nam ſapor excellens vi ſuę qualitatis occultat debilem, propter quod iudicium per ſaporem datum ,poteſt à certitudine cadere taliter,vt quantum ad ſaporem res videantur complexionis vnius,& tamen erit à dominio complexionis oppoſitæ : amarus enim ſapor,& acutus,qui tantummodo ſentietur in aliquo miſto,ſicut in opio dicebatur, ipſum in toto prædicant eſſe calidum,& tamen à dominio frigidum:Oppoſitum autem nunquam contingit,ſcilicet quòd ſit calidum à dominio, & quòd ſapor teſtetur oppoſitum : Nam vbi dominatur caliditas,neceſſe eſt dominari ſaporem , quia à caliditate cauſatur, ſed non econuerſo. Caliditas enim cùm ſit qualitas formaliſſimi elementi,& minimè materialis eſt maximè actiua,&ideo eſt efficacior, quàm frigiditas, tum , quia citiùs, tum, quia fortiùs,tum,quia multipliciùs operatur, vt infrà patebit : & ideo parum caliditatis poteſt effectum ſuum citiùs & fortiùs in guſtu manifeſtare,quàm multò plus frigiditatis, maximè, quando in ſubſtantia ſubtili fundatur. Quapropter ſubſtantia fumalis per totum corpus opij ſparſa, quæ in coctione opij fuit generata,&ibidem concluſa ſuum guſtui citò & fortiter imprimit ſaporem,occultãdo principalem ipſius. ¶ Ex quibus patet, quòd per conſiderationem ſaporum non poterit vniuerſaliter de complexione medicinarum haberi certa notitia , quoniam frequenter immutat fortiùs guſtum pars illa complexionati, quæ minùs dominatur per complexionem in toto. Eſt etiam alia cauſa,ſcilicet quia ſapor,vt ſapor,tantùm immutat guſtum, ſed qualitas complexionalis immediatè immutat tactum, & de obiectis propriis vnius ſenſus non poteſt certè iudicari per obiecta alterius, quoniam inquantum propria ſunt, proprias habent rationes. vnde ſi de vno iudicetur per aliud,hoc non erit,niſi prout conueniunt in aliquo communi,vel prout vnum dependet ab alio. Conſtat autem,quòd de re non habetur certa notitia per communia. dependentia verò ſaporis ad complexionem eſt, vt effectus ad cauſam, non tamen eſt vniuocus cum ea, ſed habent differentes rationes. Certitudo ergò cognitionis, quam facit de complexione ſapor,hæc eſt, ſcilicet quòd ſignificat illam partẽ complexionati,in qua fundatur, vt in ſubiecto immediato participare à dominio qualitatem , ex qua talis cauſatur ſapor, & propter hoc ſcire conuenit Medico,de vnoquoque ſimpliciũ ſaporũ,à qua cõplexione cauſetur. Et quoniam ſaporum qualitas eſt conſequens miſtionem, & miſto conueniens, vt eſt motiuum guſtus : Ideò debet à naturali generaliter hæc accipere , ſcilicet quòd acutus ſapor, amarus , ſalſus , dulcis & vnctuoſus à caliditate ſecundum plus & minus cauſantur: ponticus verò & ſtypticus,& acetoſus à frigiditate: inſipiditas autem ſecundum veritatem non eſt ſapor, ſed priuatio ſaporis,vel ſecundum actum , vel ſecundum potentiam : Nam quemadmodum aliquid dicitur

A inuiſibile in potentia,vt tenebræ, vel intangibile, vt lux : aliquid verò tale, ſecundum actum dicitur,vel quia debiliter mouet ſenſum, quemadmodum corpora minima dicuntur inuiſibilia , vel quia corrumpit eum,vt ignis dicitur intangibilis. Similiter dicitur aliquid inſipidum,quantum ad actum,ſicut ferrum,quia caret actu ſapore,non tamen potentia:Aliquid verò,quia debiliter mouet guſtum,vt ſuccus cucurbitæ , vel quia nullo modo poteſt mouere,vt quodlibet ſimpliciũ : Et pri- B mæ inſipiditatis cauſa eſt ſoliditas & duricies corporis,vt patuit ſuprà. Secundæ verò humidum àqueum debiliter paſſum à ſicco & aliis qualitatibus: Tertiæ verò defectus,vel priuatio miſtionis. Quia igitur priuatio ſaporis,tanquam effectus aliquo modo ducit in notitiam participationis qualitatum complexionalium:Ideo Medicus cõſiderat cauſam,ſed quoniam etiam priuationem non cognoſcit,vel percipit,niſi mediante guſtu, pro tanto enumerat ipſam inter obiecta guſtus, hoc C eſt igitur,quod per ſapores in generali de notitia complexionum poteſt attingere: Si vero ſcire voluerit ſpecialiter quantum, vel in quo gradu poteſt vnumquodque ſaporabile immutare corpus humanum ſecundum complexionem, neceſſe eſt ipſum ad operationes recurrere,quas exercet manifeſtè in corpore,nam per impreſſionum differentias in ſanabili cognoſcitur qualitas dominantis in complexionato,& gradus etiam in quo dominatur.

D

COMMENTARIVS.

R*atio verò ſecundum quoſdam propter quam ſapores,&c.*) Quî fiat vt ex ſaporibus certior fiat coniectura de viribus & natura medicamentorum,quam ex odoribus,vel coloribus hîc diſceptatur.Aliqui rationẽ eius hanc eſſe perhibent,cùm non ſolus ſapor,vt ſonus,odor,&color, ſed res ſapida,hoc eſt ſapor cum ſuo ſubiecto ad guſtus inſtrumentum deferatur Hæc ratio nulla eſt, inquit Arnoldus: Quod equidem duobus conuincitur argumẽtis,quorum primum obſcurum eſt, & alterum obſcuriſſimum. Saporis ſubiectum ad guſtus inſtrumentum E defertur:Conſtat:Et eius reſpectu guſtus iudicium fert de natura ſapidæ rei firmiùs quàm olfactus:Nequaquã: Id enim ſubiectum à lingua percipitur, non qua vim habet guſtandi, ſed qua tactus particeps eſt ratione: Non ergo guſtui:ſed tactui iudicium hoc adſcribitur.Prętcrea ſuus eſt viſui modus quo colores, & olfactui, quo percipiuntur odores: Guſtus etiam alio modo ſapores apprehendit.In vnoquoque genere modus eſt optimus, nec guſtus ob id melius ſapores percipit, & de ijs iudicium fert,quàm viſus de coloribus, eo quòd ſaporem ſimul & eius ſubiectum apprehendat. Argumẽtum hoc F exemplo gallinæ & ſtrutionis explicatur ab Arnoldo. Cęterum aliud eſt quod hic expendendum proponitur, quã ſcilicet ob cauſam ex ſapore melius natura rerum inueſtigetur,quàm ex odoribus. Iudicium hoc non externi ſenſus eſt, ſed exterioris: Non enim hic quæritur an guſtus ſaporum differentias meliùs quàm viſus colorum diſcernat.Proinde rationis diſcurſu ſaporum & colorum cauſas inueſtigare conuenit,qua de re probè docuit Arnoldus,ſapores manifeſtiùs ex qualitatibus complexionalibus prodire quàm colores: Manifeſtiùs autẽ duobus modis intelligi poteſt: vno quem expoſuit Ar- G noldus hiſce verbis:*quia ſapores ſunt effectus propinqui & immediati qualitatum: Colores autem remoti.* Altero modo manifeſtiùs ſapores ex natura ſapidæ rei dependere conſpiciuntur,cùm ſaporum cauſas ex caliditate, frigiditate, humiditate & ſiccitate,vel etiam ex conſiſtentia, qualitatibúſque cæteris, faciliùs demonſtrare liceat, quàm odorum,ſonuum,vel colorum.

De

De Cognitione Virtutum per sapores simplices, Cap. XXIIII.



VIA tamen impressionum quædam sunt communes complexioni & sapori, sic scilicet, quòd non solum cõueniunt misto, inquantum est complexionatum, sed etiam inquantum est saporabile, conueniens est, vt de his primò consideretur hîc ad habendum plenè notitiam, quam possunt facere sapores de virtutibus complexionati, postmodum autem habita consideratione de impressionibus seu operationibus alijs poterit sufficienter haberi notitia complexionis, quę cuilibet saporabili conuenit ratione substantiæ vel partis, in qua sapor fundatur, propter quod hæc determinatio reseruabitur vsque ad finem huius tractatus. ¶ Impressiones verò communes complexioni & sapori perfectè manifestantur, & eminent in organo gustus, non solum quantum ad saporē, sed quantum ad complexionem: Nam tactus, cuius obiectum est qualitas complexionalis, viget in eo, propterea, quia gustus est quidem tactus, vt supra iã patuit, & ideò Medicus conuenienter iudicat, complexionatum habere talem virtutem, respectu totius sanabilis corporis, qualem lingua testatur in gustu per impressionem saporum, siue fuerint simplices, siue compositi, tamen simplicium impressiones oportet considerare prius.

Sapor acutus.

¶ Vnde, quia sapor acutus linguam excellenter pungit & perforare videtur, quoniam in profundo linguæ punctio sentitur, ideo in subtili substantia iudicatur absolutè fundari: Et ex his vlterius cognoscitur habere virtutem aperitiuam, & etiam incisiuã, quia quod penetrat in profundum & pungit, separare potest partem à parte, propter quod etiam & corrodetur. Ex his etiam supra complexionem arguendo perpenditur, quòd acutum inter sapores causatos à caliditate sit cæteris calidius, cùm nullus aliorum saporum istas impressiones, quæ ad excellentē caliditatē pertinēt, faciat in lingua. Omne verò tale resoluere potest humidum, hoc est, in vaporem conuertere, ac etiã putrefacere cũ impressione caliditatis innaturalis.

Sapor amarus.

¶ Amarum autem in aliquibus conuenit cũ acuto, pungit enim linguam & radit vt illud, non tamen in profundo sicut acutum, & ideò respectu eius est grossæ substantiæ, atq; siccæ valdè, quod confirmat modus radēdi, quia cum quadã asperitate: Modus etiam suæ generationis, quia per rei adustionem, omnia namq; dulcia si adurantur, amara fiunt: Iterum ineptitudo putrefactionis eorum, quod enim purum amarũ est, non putrescit, nec ex eo per putredinem animal generatur: Quia igitur pungit aliqualiter, iudicatur aperitiuum, sed quia fortiter superficiē radit, esse cognoscitur abstersiuũ, & ex ambabus prædictis asperatiuũ, & per cõsequēs subsequentibus calidius atque siccius.

Sapor salsus.

¶ Salsum verò, quia rapit superficiem linguæ, non tamē ita fortiter vt amarum, quia nullam inæqualitatē in eius superficie causat exasperando, propterea mũdificatiuam & lotiuam dicitur habere virtutem: Modus autem generationis suæ confirmat ipsum esse debilioris virtutis amaro: nã ex amaro superinfuso aqua & quasi loto generatur, quia materia salis semper est aquea, participãs vapores adustos

A ipsam amaricãtes, vt aqua maris: Frangitur ergo per aquam amaritudo, & siccum terreũ adustũ p modum ablutionis clarificatur, & hebetatur, cũq; sub forma vaporis cõmisceatur cum aqueo sicut patet per ipsius aquei transparentiã, cõstat ipsum esse substantiæ subtilis respectu amari, propterea cum obuiat humido saliuali celeriter in partes diuiditur minimas, & ideò linguæ superficiē, æqualiter tangit, quod non facit amarum propter grossitiē suæ substantiæ: Quapropter salsum amplius B profundatur amaro, vnde, licet eo sit minus siccũ, tamen efficacius exsiccãdo cõseruat corpora mortuorũ, nã profundi⁹ penetrãs, plus exsiccat. s. extēsiuè: sed amarũ, q̃a sua grossitie non põt graciles & arctos subintrare meatus, nequit in profundo corporis exsiccare humiditates, licet intensiuè fortiùs exsiccet, imò contingit interdũ. s. in corporib. spissis, & valdè humidis, quæ solis condiuntur amaris, quòd in sui profundo putrescunt: Nam humiditates intimarum regionũ supercalefactæ ab C amaris exteriùs positis, cũ non consumantur, sed coarctentur, putrescunt. Salsum verò, quia nõ est nisi siccum subtiliatissimum actione caloris, paucissimo aqueo colligatum, & per consumtionem superabundantis aqueitatis coagulatum, ideo cõtingit, quòd si aqueũ occurrat eidē iterato, liquescit in aquã, atq; dissoluitur, & in profundos meatus ac strictos illabitur cunctis humiditatibus se commiscens.

Sapor dulcis & vnctuosus.

¶ Dulce verò, & vnctuosum dũmodo careãt saporis alterius mistione, semper linguã D leniunt & dilatãt, ita quòd si frigore cõstricta fuerit, vel alio exasperata sapore per istos extenditur, & absq; resolutione cum punctura ipsius asperitas remouetur, differenter tamen, quia dulce corrigit efficacius impressiones in ea factas à frigore, sicut cõgelationē. Vnctuosum verò impressiones factas à sicco, sicut asperitatem & ariditatem: Cùm itaque dilatare & extendere sit effectus caliditatis, lenire verò humiditatis, rationabiliter iudicatur, quòd vnctuosum & dulce calida sunt E & humida, sed tamen dulce calidius, & vnctuosum humidius: Iterum autem, quia dulce nulla qualitate vexat linguam temperatam, eius caliditatem necesse est temperatam esse, & similiter eius humiditatem: nam cùm lingua nullo modo vexetur à dulci, & maximè delectetur, necesse est ipsum maxime esse temperatum & congruũ corpori temperato. Ex his autem rationabiliter elicit Medicus, quòd dulce sit efficacissimũ ad iuuandũ digestionem & maximè nutrientis, quæ tēperata F caliditate & humiditate perficitur, caliditate tamē vincente humiditatem, quemadmodum in dulci: Sed vnctuosum in quo dominatur humiditas notabiliter, & caliditatis modicũ plus impedit digestionem nutrientis humiditate, quam iuuet caliditate: Iterum autem, quoniã dulce summè est delectabile gustui, proinde dicit Medicus ordinatus, quòd plus valet ad nutriēdũ omni alio saporabili, prout tamen est saporabile, quod quidem ideò dicitur, quia nutriens alijs conditionibus indiget à G sapore, prędictũ aũt iudiciũ cõfirmat sētētia naturalis philosophi super generatione ipsorũ dicētis, quòd vnctuosũ generatur ex plurimo aereo fortiter commisto per calorē, cũ multo aqueo & pauco terreo subtiliato: Dulce verò ex multo aereo fortiter commisto actione caliditatis, cum pauciori

aqueo,& plurimo terreo subtiliato,quàm vnctuosum,propter hoc etiam dicit Medicus, quòd dulce, vt tale opilat, quia vehementer, & copiosè attrahitur, & ideo multitudine sua constrictos meatus obturat, & exinde accidentaliter inflat: quicquid enim copiosè attrahitur, cum transire nequeat,liberè meatum circumquaque distendit. ¶ Ponticum verò & stypticum linguam stringũt, & arefaciunt,& ex his perpenditur consequenter quòd infrigidant & exsiccant, sed amplius ponticum,quia excellenter constringit eam,intantum, vt in profundo cõstringat, & exterius complicet, corruget atque exasperet, tamen ad fortem eius exasperationem iuuat grossities,& spissitudo substantiæ, prohibens eam in partes paruas celeriter diuidi, quando gustatur, & ideo per inæquales partes attingens linguam,efficacius asperat: quia autem grossissima sit eius substantia, confirmant arborum fructus,qui tandiu sunt pontici, quamdiu terrestreitas dominatur in eis: stypticũ autẽ in superficie stringit, & arefacit. ¶ Acetosum verò manifestè linguam pungit,& perforare videtur,& ideò quantum est ex impressione, quam facit in lingua,rectè iudicatur esse aperitiuum& incisiuũ. In quibus effectibus conuenit cum acuto:& ideò ex hac parte necesse est,vt caliditatem in substantia subtili participet,nec tamen propter hoc Medicus ipsum absolutè iudicat esse calidum, quia immutationes complexionales,quas facit in corpore manifestè,comperit huic iudicio repugnare: Vnde quia regulariter inuenit ipsum infrigidare &exsiccare,iudicat ipsum esse talis complexionis, quantum ad dominiũ qualitatum in toto, sed ratione prędictorum effectuum colligitur ipsum in aliqua sui parte habere complexionem oppositã, & sic,quòd ex diuersis substantijs componatur: Substantiarum autem differentia perpenditur, partim ex sensu,partim ex ratione: Sẽsu quidem, quia omne acetosum inuenitur participare actualem liquiditatem,& per consequens aqueitatem, pungit etiam,& perforat sensibiliter,& ex hoc vlterius ratione perpenditur, quòd participet aliquam substantiam fortiter passam à calido, cuius effectus est perforare & pungere: Substãtiam verò,in qua figitur vestigium acutæ caliditatis non est aquea,quia nullam habet cũ igneo calore conuenientiam, nec aerea,quoniam hæc per acutam caliditatem in ignem conuertitur,sed talis est terrea,quam necesse est per actionem caloris ignei fuisse subtiliatam,cùm foriter & inperceptibiliter sit commixta:cognoscitur ergò ex his, quod infrigidat propter substantiam aqueam, non tamen humectat,quia terrea ignita per viam adustionis duplicem inde sortitur exsiccandi potentiam, & notabiliter introducit exsiccationis effectum,annullata penitus,vel saltem occultata humiditatis impressione. Licet autem sapor acidus causetur ex multo aqueo,quod est insipidum,& pauco terreo ignito,quod est acutum fortiter cõmistis,non est tamen ideò sapor compositus,quia per simplicem formam saporis ab alijs distinctam immutat gustum. ¶ Insipidum verò,sicut patuit supra, vel nullam facit impressionem in gustu, vel debilem: Sed quando causa huius existit soliditas, atq; rei compactio,vel duricies,vt in ferro & lapide, tunc tale insipidum non immutat corpus,sicut nec linguam,nisi quantum pondere suæ substantiæ premere posset ea,quibus corporaliter obuiaret, quali modo limatura ferri deponit à superficie stomachi limositates,& simili modo ab intestinis: Insipidum verò, quod ex aqueo dominanti est tale, quemadmodum succus cucurbitæ linguã solùm immutat lauãdo,& actuali humiditate mollificãdo,similiter lauat interiora membra,& superficialiter humefacit atque mollificat.

Sapor ponticus & stypticus.

Sapor acetosus.

Sapor insipidus.

A B C D E F G

De cognitione virtutum complexionatorum per sapores compositos, Cap. XXV.



VARIA saporum compositio diuersificat impressiones iuxta diuersitatem compositionis ipsorum,quæ tribus modis in genere variantur,scilicet numero,sapore& specie: numero quidem vnum est cõplexionatũ, quod duobus tãtùm saporibus percipitur esse cõpositum,aliud verò pluribus. Specie verò,quia cõpositio fit interdum ex acuto & styptico, vt in galanga,quandoque verò ex amaro, & stiptico, vt in litio, vel amaro & pontico, vt in mirobalano, citri,& chebulis:vel pontico & acido, vt emblicis & prunis viridibus:vel amaro & salso,vt aqua maris:vel acuto & dulci,vt melle cocto,vel antiquato:vel acuto,dulci &styptico,vt cinamomo:vel amaro,styptico& acuto,vt in melongena:vel amaro& insipido,vt in endiuia,&simili modo possent variari sapores componentes in eodem mixto, licet rarò secundum naturam inueniatur compositio fieri ex oppositis & extremis saporibus, vt acuto, amaro & dulci,scilicet artificialiter possent sæpe concurrere: Quapropter expedit Medico diligenter omnem huius varietatem considerare, quatenus ex simplicium virtute valeat perpendi, qualiter,& quantum res compositi saporis obesse potest corpori,vel prodesse. ¶ Inter cætera verò primò considerãdum occurrit,quòd saporũ concurrentiũ,aut alter alterum iuuat immutãdo corpus,aut impedit:Et in quibus componẽtia se adiuuant,efficacior est impressio nociua seu iuuatiua:E contra verò,in quibus alterutrum se impediunt, & ideo quandocunque sunt impressiones alicui singulariter iuuatiuæ,tunc,si mutuò se impediant,compositum erit minoris iuuamẽti, quã simplex: Si verò essent in sui simplicitate nocitiua,minus in compositione nocebunt: Vbi verò componentia se adiuuant,vtilius est indigenti cõpositum,quàm simplex: Sed si ambo componentia corpori aduersentur,minus ei nocebunt coniuncta,quàm separata. ¶ Secundò etiam considerari debet,quòd impedimentum atque iuuamentum,quod inuicem sibi præstant, diuersi sapores vnius compositi,vel commixti rarò est in toto,frequenter autẽ in parte,cuius ratio est,quia concomitantia saporem plura sunt, scilicet complexio & substantia,in quibus duo diuersi sapores nunquam omninò conueniunt, & ideò non possent vndique se iuuare,nec omninò contrariantur,pręterquam in extremis saporibus qui sunt acutus & ponticus,quorum compositio rarò contingit: & ideò rarum est, quòd vndiq; se impediant diuersi sapores, sed quòd vnus iuuet alterum in vno,scilicet ex parte complexionis aut substantię, impediat verò,in alio frequenter cõtingit. ¶ Tertio quo-

tiò quoq; animaduertere conuenit, quòd impedimentum, & iuuamentum, quæ sibi præstant, differunt secundum plus & minus: nam quádoq; vnus æquatur alteri, quandoq; superat alterũ, non solùm virtute, sed quantitate subiecti: quæ diuersitas, vel ex generatione conuenit, vel ex alteratione superuenienti post generationẽ ipsam, quibusdam enim contingit ex prima sui generatione magis esse pontica, quã dulcia, sicut mespulis, quæ tamẽ diu postmodũ reseruata maiorem habent dulcedinem, quã ponticitatẽ, & per longiorẽ vlterius moram ponticitatem amittunt, & habẽt cũ pauca stypticitate dulcedinem: vinum autem in nouitate sua plus habet dulcedinis, quã acuminis, cũ verò antiquatur, iã in eo notabilius est acumen: Similiter verò in cæteris patet, qualiter vnus sapor aliquãdo excedat, quandoq; plus, quandoq; minus: nata enim omnia complexionata, secundum plus & minus per alterationem trãsmutari, vt superius tactũ fuit. His ergò generaliter cõsideratis, cõuenit in speciali cõsiderare, de vnaquaq; saporũ compositione, quos habeat effectus imprimere corpori, vel quibus imprimẽdis effectibus possit testari: Sufficit autẽ hîc ad exemplũ de his, qui communiter occurrũt, facere mentionẽ.

De acutis & amaris.

¶ Rememoratis igitur simplicium impressionibus, iam facile quisq; perpẽdit, valdè nociua esse visceribus, quæcunque solummodo acuta sunt & amara, sicut thimus & squilla, omne namq; tale potenter aperit, rarificat ac dissoluit: proinde si ad viscera nuda peruenerit, manifestè lædet, tam rarificando substantiam, quàm resoluendo substantialem humiditatẽ: vtroque namque modo necesse est virtutem membri debilitari: quemadmodum enim aggregatio moderata suarũ partium fortificat vires eius, sic & disgregatio maximè innaturalis debilitat. Ad consumtionẽ autem substantialis humiditatis necessariò membra substantialiter infrigidantur, quia resoluto subiecto caloris innati, caliditas extinguitur, & diminuto minuitur: Proinde frequens vsus purè acutorum, aut amarorum, vel vtrorumq; nimiũ debilitat, quia calor innatus, & influens valdè resoluitur, maximè per acutũ: sicut enim caminus ignis destruit paruum ignem cõsumendo subiectum eius, similiter & acuta destruunt naturalem calorem: Cum autem superficies viscerũ protegitur velamine grossi & viscosi humoris, vt in corporibus crapulosis atq; phlegmaticis, tũc talibus cõferunt, quę amara sunt, & acuta, maximè si acetositas concomitetur: hæc enim moderatè sumta, prius humorem à superficie membri deponũt, antequam ad substantiam eius perueniant: Vnde compositio acuti, amari & acidi valdè cõfert quibuscunq; stomachus multo & viscoso phlegmate lęditur maximè si carnosus, aut spissus extiterit, & in eis mortificatũ: Viuificat celeriter appetitum, & digestionis reparat bonitatem.

De acuto, amaro & styptico.

¶ Ex his quoq; iam patet, quòd si acutum vel amarum stypticum fuerit notabiliter, aut parum, aut nihil lædere poterit viscera, nedum stomachum, sed etiam hepar & splenem, nam stypticitate tuetur à nocumento amaritudinis, vel acuminis, & non solum ea, quę substantiã habent compactam & solidam, sed etiam, quę raram & mollem, maximè si stypticitas dominetur.

A Propterea mollibus & passibilibus membris abstersione indigentibus est medicamen securissimum stypticum, & amarum, sicut licium oculis, & aloe, ac similia: potissimè, quia complexio eorum est frigida, & substantia densa: Nam quibus inest opposita dispositio complexionis & substãtię, vt est hepar, minus etiã in necessitatibus conferunt supradicta, & quando prædominantur acumen & amaritudo styptici, maius est nocumẽtum, quàm iuuãmentum, talibus enim acuta & B amara directè inimicantur: quapropter, cum hepar indiget medicamine aperitiuo, & abstersiuo, conuenientius absynthium & rheubarbarũ propinantur, quam aloe: nam in eis amaritudinem vincit stypticitas, vel æquatur: Quibus autẽ substantia est compacta, & maximè frigida, vt pars superior stomachi, magis competit aloe.

De acuto, amaro, & pontico.

¶ Si verò ponticitas cum acumine, vel amaritudine cõcurrit, tale complexionatũ medicationi erit inutile, quia mutuò se impediũt, & maximè si æqua-C liter dominentur: & ideo melongena cruda, & per se simpliciter est inutilis, & etiam nociua humanis corporibus interiùs sumta: sed si talia cõplexionata exteriùs applicentur, valdè conferũt indigentibus, & ideò quibus abstersio, & constrictio, & insuper exsiccatio fortis est necessaria, congruit amarum & ponticum, sicut in vlceribus, quæ multa & grossa humiditate sordescunt, & in cunctis etiam aquosis vlceribus, & quæ rheumatismis infunduntur, sicut in fistulis ma-D ximè corporum humidorum: quibus verò necessaria est constrictio & abstersio, cum resolutione compacti & imbibiti humoris directiùs competit ponticum & acutum, vt in vlceribus corrosiuis, quæ venenosa & grossa humiditate abundant, sicut in lupo, & cancro antiquo corporum adultorum: Diuersificatur autem conuenientia, secundum quòd alter saporum componentium alteri dominatur: Si enim acutus sapor excedat ponticum, tunc tale complexionatum magis cõ-E ueniet eis quibuslibet solutio & cõsumtio, & subtiliatio potius est necessaria, vt in putridis & venenosis vlceribus, & quæ carnes habẽt iam mortificatas, vt in cancrenis & malomortuo: quibus autem est magis necessaria frenatio fluentis superfluitatis, & exsiccatio, tunc magis competit medicina, in qua ponticitas excedit acumen: Quapropter in eisdem vlceribus, cum iam præmortuæ carnes ablatæ sunt, & venenosa humiditas resolutiua potius conuenit generationi vi-F uæ carnis intendere, quæ exsiccantibus absque mordicatione perficitur: Mordicantia enim dupliciter naturalis carnis generationem impediunt, quia & rheumatismum prouocant, & consumunt carnis materiam.

De amaris & salsis & acutis.

¶ Quæcunque verò sunt amara & salsa, possunt efficaciter immundicias cutis, & pororum eius abstergere, & humidis corporibus securiter applicari: nam potenter exsiccant, & ideò conueniens lotura fit eis in fistulis, maximè quæ generantur in membris G carnosis. Adhuc etiam in hoc casu fortiora sunt amara, salsa & acuta simul, vt capitellum, quæ tamen interiùs sumta, nimis læderent viscera, nec expedit ei sumi, nisi forsan vrgeret casus necessitatis, vt in quibus timetur periculum ex venenosis frigidis, & nimis adhærentibus villis stõ-

é

De dulcibus & acutis. machi, sicut aliquando contingit ex sumtione quorundam fungorum & piscium, & etiam opij. ¶ Dulcia verò & acuta conuenientissima sunt ad mundificationem viscerum, & in omnibus corporibus, & præcipuè in frigidis & humidis: Si verò temperata stypticitas his duobus saporibus adiungatur, tale vtplurimum complexionatum in interioribus proderit: nam stypticitate membra custodiuntur ab innaturali rarificatione, atque dissolutione substantiæ, nec superfluitas humida plus per ipsum dissoluitur, quàm cõsumi valeat vi acuminis, & temperatè mundificari ex vi dulcedinis. ¶ Dulce verò solum & stypticum opilatis inimicatur, sed rheumatismum patientibus valdè confert, quibus opus est compescere fluxũ, & iam fluxa digerere atque mundificando educere. ¶ Simili quoque consideratione patet, quòd dulce & vnctuosum directè congruit solùm indigentibus humectatione, & in digestione compactæ superfluitatis ac mundificatione, nec patiẽtibus opilationem, qualia sunt extenuata corpora, quę vestigiis antiqui rheumatis molestantur in pectore, iam cessante fluxu: in quo casu mixtura butyri & mellis à sapientibus cõmendatur. ¶ Quod autem est dulce & acidum his directè congruit, quos rheumata iam fluxa, & compacta cum opilatione molestant, maximè si corpora eorum fuerint mediocria, & sapores æquales & corporibus humidis magis acida. Si verò talium patientium corpora frigida & humida fuerint, magis congruet amarum & acutum, vel amarum & dulce tantùm, aut plus participãs hos sapores, quàm acetosum: Ad exẽplum enim prædictorum conuenit iudicare de quacunque alia complexione saporum: hoc enim generale est, quod compositum sapit materiam componentium, & ideò complexionatum, quod participat sapores, diuersos eorum imprimit effectus, secundum diuersum participationis gradum: nã quod æqualiter, æqualiter, quod autem inæqualiter participat, inæqualiter imprimit. ¶ Quantum verò sit necessarium diligenter animaduertere naturalem saporum compositionem, ex duobus patet: quorum primum est, quia corpora frequentiùs indigẽt rebus compositi saporis, quàm simplicis: nam sępius occurrunt compositi morbi, quàm simplices, & ideò caussæ salubres diuersarum virtutum magis sunt necessariæ: Secundum est, quia frequenter cõtingit, quòd res, quarum copia reperitur naturali compositione, non amplectuntur varios sapores, nec aggregant per consequens virtutes diuersas, quibus opus est in proposito, & ideò hunc necesse est artificiali extimatione cõponere, ad quam extimationem regulandam exemplo naturalis compositionis dirigetur: Nam cùm ars imitetur materiam, ingeniari debet artifex, quando cogitur vrgente necessitate componere medicinam differentium saporum & virtutum, qualem scit efficaciorem esse ad talem effectum ex compositione naturæ: verbi gratia, Nouit Medicus cinnamomum, & maximè alithimum scilicet medianum arboris corticem, esse medicinam cunctis visceribus congruam, & efficaciter iuuare digestionem, (vt ex ratione medicinæ digestiuæ patebit inferiùs) atque spiritus confortare & conseruare, putredinesq; compescere. Notare igitur debet qualitates naturales ipsius, & in defectu eius componere similem, quãtum possibile fuerit, taliter, vt medicina composita participet stypticitatem notabilem, & adhuc notabiliorem dulcedinem, & acumen etiam dulcedine notabilius, & aromaticitatem insuper suauem & manifestam: In quo casu zinziber cũ dulcibus conditum & stypticis aromatizatum cum suauibus redolentibus, vt est ambra, supplet defectum cinnamomi alithimi, pari quoque forma procedit in reliquis aliquo supradictorum modorum alterationis præparando componentia, & proportionando quantitates, vt ad formam intentam deueniat compositio. Ex hac enim consideratione regulatus inducitur ad condiendum nuces, vel aliquid aliud: quibus enim digestiua stomachi debilitatur ex limositatibus phlegmatis naturalis mollificãtibus ipsum, & infrigidantibus, vel potu forsitan abundanti, talibus quidem necesse est stypticis incrispare stomachum, ita, vt aggregatis eius partibus confortetur, & limositates consumere atq; mundificando extergere, calorem quoque naturalem moderata caliditate viuificare, spiritus etiam aromaticitate souere: Quibus considerationibus inuenit, opus esse, nucem sic præparare, vt amaritudo sensibilis per remollitiones ab ea tollatur, ne frequentem sumtionem ipsius, horribilitate sua impediat, & notabilis stypticitas relinquatur, cui dulcedo mellis aut zucchari iungitur iuxta corporũ diuersitatem, & insuper additur garyophyllum ad conferendum acumen & aromaticitatem cum pauca stypticitate. Tale igitur compositum supplet in casu prædicto defectum cinnamomi, vel alterius similis medicinæ: In cuius compositione vel præparatione tantummodò regulant Medicũ necessitas corporis & exemplum naturæ. Vulgus verò, qui ad voluptatem vtitur talibus, non attendit, nisi quòd placeant gustui: Medicus autem interdum aliquid amaritudinis ibi reseruat, vt fortior sit abstersio, maximè quando talia ieiunis propinat, ne cum cibis concurrentia perturbent digestionem. Non solum autem compositio naturalis saporis dirigit Medicum in componendo, sed etiam in nuntiãdo de præparatis per artificium: nam cognito, quòd illud complexionatum diuersos habet effectus per naturam, cuius sapores diuersi existunt, iam pro constanti habet, quòd si compositum manifestè non informetur saporibus componentium, non inprimet effectus illorũ. ¶ Per hoc autem detegitur error vulgarium Medicorum, qui vnam formam decoctionis obseruant in conficiendis syrupis. Vnde sæpius contingit, vt syrupi, quos conuenit acetosos esse, nullam aut perceptibilem acetositatem participabunt resoluto siue consumto per decoctionem acetoso liquore. Simile verò iudicium est in cæteris cõponentium saporibus: nam si nõ sint in composito manifesti, deluditur operarius non tantùm inani labore conficiendi, sed etiam spe futuri effectus in corpore, quoniam non habet syrupum intantum, nisi nomine solo: hæc igitur ad introductionem de saporibus dicta sufficiant.

De dulcibus, & stypticis.

De dulci & vnctuoso.

De dulci & acido.

Quòd necessaria sit cõsideratio compositionis naturalis saporum.

De cognitione virtutum complexionatorum, per Odores, Cap. XXVI.

ODORES quicunque sunt acuti, vt castorei, alliorum & musci, attestantur caliditati & siccitati: qui verò graues sunt, & obtusi, vt violæ, & nenufaris, frigiditati & humiditati: Mediocres vtplurimum reperiuntur in frigidis, & siccis, vt camphora, rosa & sandali.

De cognitione virtutum complexionatorum, per Colores, Cap. XXVII.

COLORES autem non iuuant Medicum, nisi ad cognoscendum remissionem, & intensionem complexionis in eadē specie cōplexionati, vt in ciceribus calidiora sunt rubea vel nigra, quàm alba, & frigidior porus albus, quā niger, & sic de cōsimilibus.

De cognitione virtutum complexionatorum, ex Modo substantiæ eorum, Cap. XXVIII.



VIS A certitudine, quæ per sapores, odores & colores haberi potest, de virtute complexionatorum; iam restat considerare cæteras qualitates nominatas superiùs, inter habitus naturales ipsorum, quæ licet minorem faciant notitiam prædictis, tamen faciunt aliqualem: Nam per eas cognoscitur elementum dominans quantum ad substantiam, per quod aliqua de virtutibus eius habetur notitia, sicut patebit infrà, cum de operationibus erit sermo: cognoscitur etiam modus, quem virtus in operando consequitur ex aptitudine substantiæ ferentis virtutem: verbi gratia. Medicinæ subtilitas, siue complexionati, dicitur illa dispositio substantię ipsius, per quam apta nata est per actionem corporis in partes minimas diuidi, & per cōsequēs penetrare in profundum membrorum, qualia sunt spicanardi, cinnamomum, absynthium, anthos, crocus atque similia. Grossities autem est opposita dispositio eius, vt in cucurbita, faba & consimilibus. Ex his verò iam colligit Medicus, quòd hæc sunt apta penetrare, vel non penetrare, quæ duo non pertinent ad virtutem, nam opus virtutis est illud, per quod immediatè corpus immutatur: sed pertinet ad substantiam, quia penetratio non est, nisi quidam motus passiuus corpulentiæ, vel substantiæ rei complexionatæ. Similiter ineptitudo penetrandi non est virtus actiua, sed quædam dispositio passiua, & ideo per se virtuti nō attestatur, sed tantùm per accidens: nam quod ineptum est, penetrare aptum est, inquantum tale, vel obturare, vel opilare meatus. Subtilitas ergò substantiæ, atque grossities non arguunt supra virtutem aperitiuā & opilatiuam, nisi per accidens, & ideo per considerationem istam substantiæ non quæritur notitia illarū virtutū, sed solummodo per sapores, aut operationes, vt infrà patebit, sed modus consequens operationem virtutis: nam de medicina, cuius virtus

Subtilitas. *Grossities.* *Subtilitas & grossities substantiæ non arguunt supra virtutem aperitiuā vel opilatiuam.*

A est calefacere vel infrigidare, &c. si fuerit subtilis, cognoscitur inde, quòd celeriùs & efficaciùs alterabit profunda membri, vel corporis, & quòd dominantur in substantia eius elementa subtilia, vel subtiliata: Si verò fuerit grossa, contrarium. ¶ Similiter autem & viscositas est dispositio vel qualitas, per quam complexionatum redditur aptum pati extensionem absq; discontinuatione suarum partium: Ita quòd duabus extremis partibus membri vnius habere potest regionem mediam, B nihilominus occupādo: per hoc autem directè scitur, quòd talis res cum virtute sua operatur efficaciùs in membro, quam illa nō aptitudinem adhærendi, quoniam diutius permanet in eodem cognoscitur, & quòd diuersas partes mēbri simul occupare potest, & ex hoc protegere velando. Qua consideratione Gal. inquit ius viscosi frumenti conferre vlcera intestinorum patientibus cū fluxu cholerico, vel mundare latissimos meatus à contentis aridis transeundo, qua C consideratione commendauit Hip. ptisanæ viscositatem, quia vt ait, quòd gutturi adhærere possit ex corticibus hordei, secū illabendo transducit. Cognoscitur etiā ex hoc vlteriùs, quòd strictos meatus potest celeriter complere vel obturare: Rursus quoq; viscositate cognoscitur, quòd potentialis rei complexio non potest multùm declinare ad siccitatem, cùm causetur à multo humido fortiter commixto cum terreo. ¶ Viscositati autem opponitur puluerizabilitas. Nam puluerizabilis D dicitur hîc res, quæ leui compressione diuiditur atq; multiplicatur in partes paruas, adinuicem omninò discontinuatas, quę passibilitas causatur ex abundantia sicci terrei, debiliter mixti cū paucissimo aqueo, sicut in calce extincta, & in agarico & medulla putridi ligni, quæ leuissima digitorum compressione puluerizātur, ex quo terrea siccitas in eis dominari perpenditur, licet autem subtilis & puluerizabilis in partes paruas diuidantur, differunt tamen, quoniā subtilis E dicitur per trāsmutationem, quam patitur intra corpus: sed puluerizabilis propterea, quia patitur extrà. Præterea subtilitas est quædam forma totius substantiæ complexionati: puluerizabilitas autem quędam est naturalis in potentia sustinēdi compressionem: vnde illa causatur ab omnib. partibus mixtionis, hæc verò à quibusdam, scilicet terreo multo & aqueo pauco debiliter mixtis, propterea potest alterum sine altero esse, namq; cinnamomum & spica subtilia sunt, nō tamē F puluerizabilia secundùm hanc rationem. ¶ Liquiditas verò facit complexionatū fluxibile taliter, vt in se cōstare nō possit, sed semper declinat ad loca subiecta, & subingreditur concauitates, quas inuenit propter abundantiam aquei. Per hoc autem colligitur potius ipsum operari cū suis virtutibus in cōcauitatibus, ad quas fluens sistitur, & retinetur, quā in eis, per quas decurrit: nā in his, quod imprimit manifestè nō est, nisi latis, quā facere potest cursu actuali liquiditatis, sicut potus G operatur in gutture. ¶ Solidum verò est, quod opponitur liquido, quia constat in suis terminis: tamē soliditas in quibusdā est tantùm actu, sicut in cōgelatis, vt cera, & hæc diu passa à calore corporis possunt liquescere, licet à principio constant: In aliis verò est actu, & potentia sicut in pi-

Viscositas. *Puluerizabilitas.* *Liquiditas.* *Soliditas.*

pere,&similibus: tale autẽ solidum in loco, quem tangit, manifestat effectũ suæ virtutis præter sui diffusionem, & in primo quidem aqueũ dominatur, & terreum in secundo. ¶ Mucillaginosum autem dicitur complexionatum, quando per infusionem corporis aquosi lubricum efficitur propter abundantiã leuis humiditatis, quæ profluit ex eo: qualia sunt fænugręcum, psyllium & semẽ cidoniorum &c. cognoscitur autem ex hoc, quia sumta interiùs causant in meatibus lubricitatem & expulsioni pręparant, quæ continentur in eis, nisi assentur, nam tunc per consumtionem humiditatis superfluę glutinosa efficiuntur & retentiua. ¶ Oleaginosum dicitur, quod aptum natum est vnctuositatem emittere, per hoc autẽ cognoscitur, quòd tantum potest corpus immutare, quantum & vnctuositas ei confert, scilicet leniendo, extendendo, dilatando, supernatando, & etiã quòd in substantia eius aerea dominatur humiditas. ¶ Spongiosum autem est, quicquid obliqua porositate conhibere potest humiditates, & ideò exsugit mẽbra supermadefacta, sicut panis furfureus exquisitè fermentatus exsugat stomachum, & superfluas eius humiditates in intestina deponit secum ferendo, quorũ substantia necessariò abundat terrea siccitate: ¶ Quæcunque verò grauia sunt grauitate sua cõprimunt ea, quib. superponuntur, tã intra, sicut caseus antiqu⁹ cibum vnctuosum & supernatantẽ, vt est cib⁹ carnium, quã extra sicut plumbũ, quod superponitur glandulosę collectioni, quæ nodus vocatur. Ex his ergò habetur, quòd grauia grauibus elementis abũdant, & efficaciter imprimũt mẽbris, quib. supponũtur. ¶ Leuia verò econtra propter contrariũ motũ, vnde superficialiter immutant, nisi per violentiã aliquã perfundẽtur, & ideò vnctuosa sumta interiùs fastidiũt & amputãt appetitum, quia supernatãt, & velãt superficiẽ oris stomachi, nec abinde fumos, & vapores expirare permittũt: Exteriùs autẽ opposita sine fricatione nõ profundãtur, vel actuali caliditate poros aperiente, ad subingrediendum liquiditate.

Mucilaginosum. *Oleaginosum.* *Spongiosum.* *Grauia.* *Leuia virtute quando fa- fidiunt.*

De cognitione virtutum complexionatorum ex Operationibus, Cap. XXIX.



Iso de qualitatib. naturalibus complexionatorũ qualiter, & quantũ ratiotinãdo ducant in notitiã elementi dominãtis in eis, & p consequẽs primarũ & secundarũ virtutũ: iam vltimò restat cõsiderare, qualiter in eandẽ notitiam dirigãt operationes ipsorum: Tamẽ hic prius est aduertendũ, quòd ab operationibus ad virtutes duob. modis arguitur: Primo quidẽ immediatè, sicut ab effectu ad caussam immediatã, vt si dicatur, hæc medicina calefacit, ergo est calefactiua: vel corrodit, ergo est corrosiua, vel attrahit, ergo est attractiua, & sic de aliis: talis autẽ notitia non indiget arte, quia procedit ex per se notis, & eis, quorũ cognitio est nobis innata: etenim innatũ est nobis effectũ sensu percipere naturaliter, etiã quisq; cõcipit intellectu, quòd qualis est effectus talis est potentia caussæ immediatę: propterea talis notitia dicitur in demonstratiuis communis animi cõceptus, vt cum dicitur, omne totum maius est sui parte, quoniã per naturam omnibus inest talem habere intellectu notitiã, cognita significatione vocabulorũ: & ideo Medic⁹, vt Artifex rationis hæc sapienter cõsiderans, dicit quòd huius notitia semper habetur experimẽto. Quapropter ad eã habendã nullã tradit artificialẽ cõsiderationẽ, quia nullus errare potest in arguendo ab effectu per se ad caussam immediatã, inquãtum per effectũ notificatur. Ars autẽ semper est circa id, in quo cadere potest error, vnde supposito, quòd talis effectus per se procedat à tali cõplexionato, semper infallibiliter quilibet arguit, ipsum habere virtutẽ, quę principiũ est talis effectus, sed quia circa id, quod supponitur, posset error interuenire: Nã possibile est, vt aliquis effectus à cõplexionato procedat per accidens, ideò ad vitandũ istũ errorem, circa processum experimenti tradidit Medicus artificiales canones, vt patuit suprà. Secũdo modo arguitur ab operationibus ad virtutes mediatè, vt quando per effectũ vnius virtutis arguitur supra aliam à qua illa dependet, veluti si dicatur: hęc medicina corrodit, ergo est calefactiua: vel conglutinat, ergo est retentiua: vel mũdificat & exsiccat, ergo est carnis generatiua, & sic de aliis: Circa notitiã ergo, quæ tali argumentatione colligitur, multipliciter, vt patebit, errari posset: Quamobrẽ necessaria fuit ars, quæ in arguendo ab effectibus cõplexionatorũ ad caussas mediatas nos regularet per propria cõplexionatorũ, & sanabilis corporis: propterea notitia, quæ taliter habetur de virtute cõplexionatorum, dicitur à Medico specialiter per viam rationis haberi, dependet autẽ ista notitia principaliter ex duobus, quorũ primũ est considerare differẽtias operationũ secundũ genus, & secundũ speciẽ. Secundum verò est, considerare dependentiã, vel ordinem vnius ad aliam: prima verò differentia ipsarũ est, quoniã quædam sunt simplices, quædam compositæ: Simplicium autem quædam sunt vniuersales, quædam particulares, quædam verò mediæ, quia aliquid vtrorũque participant, & dicuntur similes vniuersalib. vniuersales enim dicuntur ideo, quia tã ipsę, quã etiam iuuamenta, quæ possunt ab eis prouenire, cõuenienter & indifferẽter omnia corporis mẽbra respiciũt: licet enim de voluntate applicãtis determinent sibi membrũ, non tamen de natura seu virtute medicinæ, cuius est operatio: medicina enim calefactiua, vel infrigidatiua, vel vlceratiua & similes, quantũ est de se, non magis manifestãt suam operationẽ in capite, quã in aliis partibus corporis: Ideo calefactio, infrigidatio, vlceratio & similes, dicũtur operationes vniuersales: Quæ verò ex naturali potentia medicinæ determinant sibi membrũ, particulares dicuntur, siue determinẽt ratione naturalis dispositionis, vt cõfortatio in galanga, quæ specialiter respicit stomachũ, vel confortatio saluię specialiter neruos, ipsis etiã sanis existentibus, siue determinent sibi membrum ratione dispositionis innaturalis, vt centinodia, quæ repugnat cancro, determinat sibi membrum canceratum: potest etiam esse, vt operatio particularis non fit iuuatiua, sed potius nociua membro quod sibi determinat, sicut cydoniorum est generare colicã, & leporis marini, vlcerare pulmonẽ, & fungorũ generare gutturis opilationẽ aut squinantiã. Similes autẽ vniuersalibus

Ab operationib. ad virtutes duob. modis arguitur.

salibus sunt, vt solutio vētris & prouocatio vrinæ vel sudoris, quæ licet determinent sibi membra quantum ad operandum iuuamentum tantùm, aut nocumentū est vniuersale, à quo effectu, tanquam à fine præconsiderabili à Medico nominantur. ¶ In summa verò, tot sunt differentiæ operationum in genere, quot virtutū, scilicet primæ, vt calefactio, infrigidatio, & exsiccatio, & humectatio. Secundæ quæ procedunt ab istis, vt adustio, cōgelatio, &c. Tertiæ verò, quæ à proprietate causantur: hæ tamen simpliciter & per se cōsiderare nihil ad propositum faciunt, quoniā per eas non habetur notitia de primis & secundis aliquo ratiocinandi modo. Sed quia concursus earum cum aliis est principium diuersę impressionis in corpore, propterea in cōsideratione cōpositarum operationum occurrit earum mentio: A secūdis autem ad primas arguitur, & à quibusdā secundarum ad aliquas secundas: & ideò principaliter hîc conuenit, species agnoscere secundarum, & primò simplicium. ¶ Illæ verò, quæ cōmuniter notæ sunt, prout antiqua collegit experientia, sequentibus tabulis designantur nominibus virtutum, à quibus procedunt: sicut enim à calefactiua virtute procedit calefactio, sic ab vlceratiua vlceratio, & à cōfortatiua cōfortatio, vnde cognitis virtutibus, à quibus communiter denominantur cōplexionata, seu medicinæ, per cōsequens patebunt nomina operationū ipsarum, quæ ad primam tabulam pertinent.

AD PRIMAM TABVLAM pertinent:

Subtiliatiua,
Resolutiua,
Abstersiua,
Exasperatiua,
Aperitiua,
Mollificatiua,
Maturatiua,
Digestiua,
Incisiua,
Frangitiua ventositatis,
Attractiua,
Mordificatiua,
Rubificatiua,
Pruritiua,
Vlceratiua,
Corrosiua,
Adustiua,
Diruptiua,
Putrefactiua,
Cauterizatiua,
Excoriatiua.

Ad Secundam:

Confortatiua,
Repercussiua,
Ingrossatiua,
Incrudatiua,
Stupefactiua.

Ad Tertiam:

Inflatiua,
Lauatiua,
Sordidatiua,
Lubrificatiua,
Lenitiua.

Ad Quartam.

Expressiua,
Contractiua,
Opilatiua,
Glutinatiua,
Consolidatiua,
Carnis generatiua,
Sigillatiua.

Ad Quintam:

Generatiua lactis,
Generatiua spermatis,
Prouocatiua menstruorum,
Prouocatiua vrinæ,
Prouocatiua sudoris,
Solutiua ventris.

Ad Sextam:

Perniciosa,
Venenosa,
Theriacalis.

De prædictarum tabularum sufficientia: Et primò de Medicina sedatiua doloris, Cap. XXX.

Mitigatur dolor multipliciter.



MEDICINA verò sedatiua doloris aut mitigatiua, ꝓpriè sumta, nequit in aliqua prædictarum tabularū specialiter collocari: sed circuit saltem quatuor primas: Nam ea, quæ mitigat apparenter, scilicet hebetando sensum tantummodo ad stupefactiuam reducitur. Quæ verò mitigat verè, vel existenter, aut facit hoc propriè, scilicet per abscisionem immediatę causę, & talis interdū est calefactiua, interdum infrigidatiua &c. aut mitigat abstinēdo causam remotam, & communem omnibus, scilicet resoluendo solùm vapores, & superfluitates concurrentes ad dolorosum membrum, & talis est medicina temperatæ caliditatis, vt camomilla, mellilotum, semen lini, & similia: vel à proprietate, vt corallus & lapis asini dolorem præcordiorum. Omnes igitur prædictæ virtutes habent operationes vniuersales, vel similes vniuersalibus, quarum licet aliquæ sint tertiæ, scilicet pertinentes proprietati, vt perniciosa & theriacalis, tamen quia per cōsiderationem diuersitatis ipsarum habetur aliquo modo notitia veritatis, qua possunt immutare corpus ad melius, vel ad peius: & quia operationes habent vniuersalibus similes, ideò introducitur hîc eorum consideratio: Cæteræ verò, quæ à proprietate proueniunt, scilicet particulares, innumerabiles sunt, & valdè paucæ sunt cognitæ, nec iuuant ad cognoscendum prædictas. ¶ Viso igitur numero secundarum operationum, considerandum est, quomodo habeant depēdentiam adinuicem, & ad primas, vt pateat, in quarum notitiam ducuntur per rationem: Dependentia verò prædictarum operationū adinuicem dupliciter consideratur, primo scilicet in communi: secūdo verò particulariter. Commune verū est omnibus dependere adinuicem altero duorum modorum, scilicet vel secundum rationem intensionis & remissionis, vel secundum rationē mistionis: verbi gratia, adustio procedit ex calefactione, secundum quòd calefactio est intensa, & similiter vis adustiua, vel calefactiua: sed digestio, aut maturatio procedit ab ea, secūdum quòd caliditas moderatur, vel modificatur ab aliis qualitatibus, cū ea concurrentibus ad mistionem: Nam secundum quòd ab aliis diuersimodè patitur & frenatur, secundum hoc diuersam acquirit operandi potentiam, quę operatio, quia sequitur formam commistionis, secūdum quam qualitates miscibilium colligantur adinuicem, & mutuò se disponunt ad formam vnius complexionis, ideò ad formam mistionis procedere dicitur: Quia verò ex tali forma mistionis, aut colligantia simplicium qualitatum conceditur prædominanti multiplex operandi potentia, quę nō conuenit ei secundum rationem suæ simplicitatis, & huius colligātiæ varietas ignoretur in forma, quantum ad exquisitam mensuram portionis cuiuslibet qualitatis: Ideo mirabilis iudicatur, quia non solùm est admirabile, quod existit insolitum, sed etiam illud, cuius causæ nos latēt, & hinc patet ratio, propter quā quidam dixerunt prædictas operationes à mirabilitate mistionis procedere: Sicut autem his duobus modis secūdę virtutes aut operationes dependent à primis, similiter & secundæ adinuicē: hoc enim est omnibus commune, scilicet quòd dependent ab aliis ambobus prædictis modis vel altero. Quapropter considerandum est particulariter de vnaquaque virtute, vel operatione superiùs in tabulis nominata, ex qua & quali modo depēdeat, vt per secundas operationes acquiratur notitia de duobus, scilicet de primis virtutibus, quę do-

Quomodo secundæ operationes habeāt dependentiā adinuicem, & ad primas.

minantur in mistis, & de mirabilitate, vel forma mistionis, aut colligantiæ qualitatum adinuicem, quantum poſsibile eſt humanæ obtuſioni penetrare ad ſecreta naturæ.

COMMENTARIVS.

I*DEO mirabilis iudicatur: quia non ſolum eſt admirabile quòd exiſtit inſolitum, ſed etiam &c.*] Hic dum mirabilium & mirabilitatis mentionem facit Arnoldus, eorum imprudentiam admirari ſubit, qui ſaltem quod rarum eſt, id miraculi nomine dignantur. Ex beatæ virginis Mariæ ſemine citra virilis admixtionem natum eſſe Chriſtum, miraculum hoc miraculorum eſſe profitentur. Quidni miraculum eſſet, cũ ſit inſolitum. Immò verò non magis hoc eſt admirandum, quam quod ex vtroque ſemine, viri ſcilicet, mulieriſque naſcimur. Nam vt inquit Arnoldus, nõ id ſaltem admirabile eſt quod exiſtit inſolitum, ſed id etiam, cuius rationes nos latent. Ecce obſecro quis vtrique ſemini vim dedit, vt coniuncta hominem proferrent? Deus: Quo modo? Num naturali? Nequaquam, ſed miraculoſo. Mirandum ergo eſt vtrunque, nec Deo magis difficile fuit ex vno ſemine Chriſtum producere, quàm Petrũ ex duobus. Ita ſi quid noſtris quotidie ſenſibus obuerſetur, id negligitur, atque ſi non æquè admirandum eſſet, ac ea quæ raró contingũt. Hac in parte duobus peccatur modis, vel quod talia non ſcrutemur; vel quod nobis videamur eſſe pulcrè philoſophati, cùm falſas eis cauſas adſcribimus: Illud vulgi peccatum eſt, hoc vero Philoſophorũ. Quod mas aut femina generetur, hoc Galeno miraculum non eſt: rationem nouit; quia maris calor foras protrudit, quod mulieris frigiditas non potuit. Iocari liceat tantillum. Galeno pes calidior fuit, quam Glycerio matrix.

De Medicina ſubtiliatiua & reſolutiua, & de abſterſiua & exaſperatiua ſimul, Cap. XXXI.



INCHOANTES igitur à tabula prima, dicemus in nomine veritatis æternæ, quòd ſubtiliatiua vis procedit à caliditate remiſſa, prout fortiter cũ ſubtiliſsimo terreo colligatur: Dicitur autem illa caliditas abſolutè remiſſa, quoniã intra latitudinem primi & ſecundi gradus decurrit: quæ verò intra latitudinẽ tertij & quarti dicitur abſolutè inteſa, ſed quia Medicus non ſcrutatur in comdlexionatis operatiuam potentiam reſpectu cuiuſlibet obiecti, ſed tantùm reſpectu ſanabilis corporis, ideò conuenit, vt in ſanabili corpore determinetur obiectum, ad quod operatio, ſeu virtus ſubtiliatiua refertur, & ſic de aliis: oportet enim, vt illud, in quo ſubtiliationis effectus manifeſtatur, ſit aliquid in ſanabili corpore, ſicut humor, aut mẽbrum &c. ¶ Per quod ignorantia detegitur fatuorum alchimiſtarum, qui de potentia medicinæ applicabilis ad mineralia non aliter iudicant, quàm determinetur à Medicis corporum humanorum. Eſt ergo ſciendum, quod vis ſubtiliatiua, de qua loquitur Medicus, effectum ſuum in humoribus manifeſtat, & ideò, cum deſcribit Medicinam ſubtiliatiuam, dicit, quòd eſt illa, quæ ſubſtantiam humoris attenuat cum remiſſa caliditate, quam remiſſam caliditatem frequenter Medici nominant temperatam: Quia autem ad mirabilitatem, ſeu formam miſtionis in Medicina ſubtiliatiua pertinet, eſt, vt participet caliditatem remiſſam fortiſſimè colligatam cum ſicco terreo ſubtiliato, patebit per differentiam cæterarum operationum caliditatis, aut virtutum dependentium ab ea, ſicut reſolutiuè, quæ poſt ſubtiliatiuam fuit ſuperiùs nominata: harum enim duarum idem eſt obiectum proximum ſcilicet humor, ſed differenter in eo faciunt impreſsiones, licet ambę humorem attenuent. ¶ Differt enim attenuatio, quam imprimit humori reſolutiua, ab ea, quam imprimit ſubtiliatiua dupliciter: Primò, quãtum ad motum alterationis, quoniam reſolutiua non ſolùm mutat ſubſtantiam humoris, quantum ad qualitatem mutando de groſſo in ſubtile, ſed etiam quantum ad ſpeciem, quoniam mutat eam à forma humoris in formam vaporis: ſubtiliatiua verò nequaquam: Secundò quantum ad motum localem, qui ſequitur ad prædictum, quia reſolutum ſub forma vaporis excludit humorem à corpore, ſiue membro: ſed ſubtiliatiua inquantum talis nunquam excludit, quoniam manente forma humoris, groſsitiem eius attenuat: ¶ Ex qua differentia patent tria: Primum eſt ratio, vel deſcriptio reſolutiuè, quoniã eſt illa, quæ humorem excludit à corpore ſub forma vaporis: Secundum eſt, quòd hoc facit per caliditatem intenſam, colligatam cum terreo ſubtiliato: Tertium eſt, quantum ſit differens colligatio caliditatis, in ſubtiliatiua & reſolutiua. Ex eo enim, quòd ſubtiliatiua poteſt attenuare ſubſtantiam humoris non reſoluendo in vaporem, expreſſè colligitur, quòd ideò attenuat, quòd ſubſtantiam compactam diſſoluit quaſi liquando, & portiones magnas quaſi comminuendo reducit in modicas, quæ operatio conuenit ſoli caliditati remiſſæ atque fundatæ in terreo ſubtiliato: Nam ſi foret intenſa, reſolueret in vaporem: ſi verò terreum *cõplexionatum ei forſitan eſſet groſſum, non poſſet partes humoris comminuere propter obtuſitatem vel groſsitiem cõcomitantis, & ſimili ratione oportet, vt in reſolutione, inquantum talis ſubſtantia ſit ſubtilis, nam ſi groſſa, obtunderetur caliditas, & non poſſet in vaporem attenuare. Patet igitur, quòd in vtraque prædictarum medicinarum colligatur caliditas cum terreo ſubtiliato, ſic ſcilicet, quòd neceſſe eſt in eis hæc duo prędominari, prout tales exiſtunt: ſed differentia colligationis perpenditur ſolùm ex eo, quoniam caliditas in altera eſt intenſa, & in altera eſt remiſſa: Nam vbi dominatur intenſiùs, conſtat quòd à vinculo ſibi oppoſito ſaltem amplius liberatur, licet ſicco terreo poſſet æqualiter vtrobique ligari. ¶ Secundum hanc formam procedit iudicium in cæteris operationibus à caliditate pendentibus, conſiderata quidditate ipſarum, quæ per deſcriptionem medicinæ, quam denominant, elucescit. Cognito enim, quòd abſterſiua medicina eſt illa, quæ limoſitates, aut viſcoſas humiditates remouet à ſuperficie membri, vel ab orificiis pororum, qui ad eius ſuperficiem terminantur, non latet, quid ſit abſterſio in medicinis: Cognito etiam, quòd exaſperatiua medicina eſt illa, quæ membri ſuperficiem inæqualem reddit, quaſdam eius partes profundando, quaſdam eleuando, mox patet quid ſit exaſperatio. ¶ Tamen hoc efficit medicina, quandoque per ſe, quandoque per accidens: Per ſe quidem

Subtiliatio & reſolutiua differt dupliciter.

**Aliàs copulatum.*

Ignorantia alchimiſtarum fatuorum.

Medicina quandoq; per

Et quandoque per accidēs facit operationem.

quidem dupliciter: Vno modo contrahendo, & sic exasperatio non pendet à caliditate, sed à siccitate, vt infrà dicetur in contractiua. Secūdo modo secando superficiē membri, & isto modo pendet à caliditate intensiori, quàm sit caliditas resolutiuê tantùm: medicina enim, quæ superficiem membri secat, est vehemēter acuta. Per accidens verò exasperat, quando membro restituit naturalem asperitatem tollēdo ab eius superficie mucilagines, quæ ipsam efficiunt innaturaliter lubricam, siue leuem, sicut exasperant incisiua & abstersiua. Sed hîc tantùm consideratur illa, quæ parū caliditatis exasperat, cuius mistio parū differt à mistione abstersiuè: cū enim vtriusq; caliditas operetur in superficie, necesse est, vt subiectū eius participet grossam terrestreitatem, quę prohibeat profundari caliditatem: sed quia fortior est operatio exasperantis, quàm abstergētis, ideò conuenit, vt intensior sit illius caliditas, quàm istius, quapropter exasperatiua, inquantum huiusmodi sunt acuta, sed abstersiua propriè sunt amara. Propriè verò dictum est ad differentiam mundificatiuæ, quam licet quidam sub abstersiua comprehendant, tamen si propriè vel strictè considerentur, quemadmodum considerat Galen. differūt. Nam abstersiuum est, quod à superficie membri deponit superfluitates cōglobatas, & fortiter adhærentes præ sui viscositate: mundificatiuum verò, quod remouet inde quascunq; alias leuiùs inhærentes, quapropter à Galen. solùm amara dicuntur abstersiua, sed quæ dulcia sunt, & præcipuè quæ parum acuminis participant, vt mel, mundificatiua nominantur ab eo, quòd si multo aqueo frangatur eius acumen, vt hydromel, propriè nominauit lotiuum, volens insinuare, quòd abstersio, mundificatio & lotio, prout pendēt à caliditate, differunt solùm secundum maiorem & minorem participationem caliditatis in substantia terrestri & vniformi. Ideo verò dictum est, hæc tria differre prædicto modo, inquantum à caliditate causantur, quoniam lotio, & etiam mundificatio pendent ab aliis qualitatibus: nam lotio ab humiditate, vt infrà dicetur, & mundificatio ab actuali asperitate complexionati, quam habet ratione suæ terrestreitatis, vt furfur & farina hordei, quæ furfur participat, ex qua circumstantia quædam dicuntur abstergere, sicut panis furfureus: sed talis abstersio non pertinet ad propositum, quia non conuenit medicinis actiuè, sed pasiuè, quia non est effectus immediatus cōmplexionis, sed potius compositionis.

Abstersiua & mūdificatiua differūt.

COMMENTARIVS.

DIFFERT *enim attenuatio quam imprimit reso.*] Discrimen inter attenuantia vel incidentia (quæ subtiliatiua dicit Arnoldus) & resoluentia, primum hoc est, quia resolutiua non solùm qualitatem, sed substantiam humoris immutat, ex eo vaporem producens, quod attenuantibus non competit. Humorem in vapores & grossum in subtilia commutari audio. Quid autem grossum est, & quid subtile? Crassus humor est qui facilè meatus obstruit: Hoc nimirum alias etiam ob causas contingit, ob viscositatem, & magnitudinem. Obstructiones ex viscosis humoribus, medicamentis expediuntur incidentibus, simul & detergentibus, qualia sunt vtplurimum amara. Iam verò quod crassum est vel in subtiliores partes dissecatur, vt calculus in vesica; vel in humorem magis tenuem & liquidum conuertitur. Resolutio hæc est non attenuatio: Nam (vt inquit Fernelius) attenuans est quod crassos & compactos humores incidit, comminuit & variè disiungit. Non ergo colliquatio vel resolutio, cū incisione confundenda est, licet attenuatio competere videatur vtrique. Præterea quod inquit Arnoldus, resolutiuam medicinam non solùm mutare substantiam quantum ad humoris quantitatem attinet, mutando grossum in subtile: sed etiam quantum ad speciem; id non vsqueadeò veritati consentaneum est. Resolui dicūtur partes quæ compactæ vnum quod constituebant, seu iam partium natura mutata fuerit, vt in mixtione Physica, seu mutata non fuerit: Hæc resolutio quantitatis est, illa verò substantiæ. Cùm autem humor qui vel ob frigiditatem, vel ob aliud quidpiam concreuit, colliquatur; aut etiam colliquatur in vaporem abit; hanc substantiæ, sed illam qualitatis mutationem esse docet Arnoldus. Vtramque tamen qualitatis esse iudico. Vapores enim ab aqua vel alio humore, non tota substantia sed duntaxat qualitate discernuntur, cum videamus solo frigore vapores in aquam resolui. Præterea dum in vapores aqua conuertitur, si species aquæ pereat, corpus aliud quoddam specie differens enascitur, sub eodem tamen genere contentum: Atque adeò vapor vel aer vel ignis erit. Ignem esse nemo contenderit: Immò nec aer est, vt sensus ipse testatur: Vapores enim per aerem euagari cernuntur, quòd certè non contingeret, si naturæ forent eiusdem.

De Medicina aperitiua, Cap. XXXII.



EDICINA verò aperitiua est illa, quæ remouet opilationem vel obturationem à quocunque meatu: non tamen omnis hoc faciens dicitur absolutè aperitiua, sed illa, cui propriè & immediatè conuenit perforare obstaculum, quod est in meatu: nam tali conuenit propriè aperire, & ideo lotiua medicina & incisiua, quæ secundum diuersitatem obturantium possunt interdum aperire meatus, non dicuntur absolutè aperitiua. Iam igitur per effectum patet, quòd necesse est medicinam aperitiuam, inquantum huiusmodi etiam subtilis substantiæ participantis caliditatem: sed si caliditas participata fuerit intensa, vt in acutis, erit vis aperiendi fortissima, si verò remissa erit debilis, secundum gradum remissionis. ¶ Tamen hîc animaduertendum est, quòd licet subtiliora & calidiora maiorem habeant aperiendi potentiam, non semper efficaciùs manifestant apertionis effectum: constat enim, quòd vinum est subtilius & calidius aceto, quod generatur ex eo, quod plus participat de leuibus elementis, scilicet igne & aere: nec tamen efficaciùs aperit opilationes mesaraicarum, aut splenis & hepatis, cuius causa est breuis mora, quam facit in partibus opilatis, & fixio nulla, vel modica, siue leuis: quantò enim subtilius est, tantò citiùs per minora foramina penetrare potest. Similiter verò, quantò leuius est, tantò minùs figitur in perforabili: sed si portioni subtili & calidæ copularetur aliqua substantia, quę grauaret illam, vt fortiter figeretur, & eius transitum retardaret, vt diutius in obturatione operaretur, constat, quòd in eadem parte manifestior & efficacior esset apertio: sic autem est in proposito, nam vinum velociter transiens, citò deserit obturatas partes, & dato, quòd ibidem contraheret moram, æqualem aceto: non tamen per-

Vinum. Acetum. Quod illorum citius & fortius aperiat.

foraret obturans vt illud, quoniam leuitate sua A debiliter figeret in eo, quod in exteriorib⁹ patet. Nam acetum perforat & aperit saxum, cui superfunditur, & tamen vinũ, si superfundatur, & diutius ibi maneat, nõ aperiet ipsum vel scindet, cuius ratio quidẽ est, quia non permittunt elementa leuia, quòd vinum rei subiectę figatur: Sed aereo dominanti & igneo separatis remanet in aceto terreum, quod per adustionem acquisiuit acumen, & aqueo fortissimè copulatur: & ideo dominantibus grauibus elementis, vehemẽtiùs ad B inferiora mouetur, & figitur fortiùs in re, q̃ subiicitur ei, & lima sui acuminis efficaciter perforat partes eius, & hinc est, quòd acetũ renibus & inferioribus membris velociter nocet, vinum autẽ econtra, scil. capiti & superiorib⁹. Nam promtissimum est in vaporẽ resolui, & ad superiora moueri: Acetum verò promtissimũ est illabi meatibus subiacentibus, & ideò in transitu suo p̱ meri velociter offendit cannam gutturis, & panniculos pectoris in extenuatis corporibus, quoniam C descendendo facillimè subingreditur poros meri, & penetrat vsq; in colligata membra: sic ergo patet, quòd ad quæcunq; membra obturata potest acetum ingredi sub forma liquoris, efficacius ibidem operabitur apertionem, quã vinum. Sed in illis, ad quę non perueniunt ista duo sumta interiùs, nisi sub forma vaporis, vinum efficaciùs aperit: & ideò vinum in potu sumtum efficacius aperit poros cutis, quàm acetũ si biberetur. Dicere verò, quòd stypticitas, quã aceto prębet sub- D stantia terrestris infixa, facit ipsum potẽtiùs aperire, quàm vinum, est abusiuum: quia coniungit opposita, tum, quia terrestreitas, per quam acetũ superat vinum, ingrossat substantiam: grossities verò substãtiæ nunquã est per se apertionis principium, sed potius clausionis: tum, quia stypticitas p̱ se stringit, & inde claudit: vnde nihil aliud est dicere, nisi quòd acetum ideò plus aperit quã vinum, quia dominantur in eo respectu vini qualitates, quæ sunt principium clausionis, quod est E absurdum, nec minus est inconueniens dicere, quòd stypticitas vini aperitiuã per accidens fortificat in aceto. Nam cùm omne per accidens, per se reducatur, & stypticitas per se claudat solummodo, necesse est, vt claudendo iuuet apertionẽ, quod est impossibile, fieri secundum eãdem partem vnius meatus, sed secũdum diuersas, vt elucidat Galen. Nam quod cõstringit vnam partem meatus, appositã dilatat & aperit, sed acetũ mox in eadem parte, cui obuiat, ostẽdit se fortiùs ape- F rire, quã vinum, à quo generatur, vt in superficie saxi: & ideò cautè loquens prudentia Galen. nõ dixit, quòd stypticitas in medicinis fortificat virtutem aperitiuam, sed quòd adiuuat penetrationem, quod sic declarat, quia cùm medicina per vim aperitiuam fuerit subingressa meatũ, postea stypticitas poros claudẽs, vel stringens pellit vlterius medicinam, & sic ait stypticitatem iuuare oleum rosarum ad penetrãdum poros cutis, hoc autem suprà elucidatũ est, capitulo de permistio- G ne medicinarũ. ¶ Patet igitur ex prædictis, quòd ad naturam medicinæ absolutè aperitiuę nõ sufficit, vt participet caliditatem in subtili substãtia, sed fortiter copulata substantiæ figenti & retardanti sufficiẽter, per quod differẽtia patet ipsius, ad subtiliatiuam & resolutiuam, quoniã vtraque illarum participat caliditatẽ in subtili substantia, vel subtiliata: nam in eis est terreum subtiliatum, sicut in aceto: Sed tamen eorũ natura non requirit diuersitatem substantiæ, sicut aperitiuam, & exinde contigit, quod aliquid, in quo dominatur subtilis substantia, potest esse aperitiuum, licet caliditas eius nõ fundetur in illa. Sed in grossa, quã tamen subtilis occultat & superat, sicut in aliquibus amaris, vt in aloe, propter quod omnia amara subtilis substantiæ à dominio dicuntur aperitiua, & ideo vinum amarum potenter est aperitiuum, & adhuc potentiùs, si suæ amaritudini acetositas copuletur.

Quomodo stypticitas iuuet ad aperiẽdum.

COMMENTARIVS.

M*EDICINA verò aperitiua, &c.*] Aperiens propriè non id est, quod remouet opilationem, sed quod ora vasorũ recludit, ἀναστομωτικὸν nõ ἐκφρακτικὸν à Græcis appellatũ. Exemplis res hęc intelligi potest, de quibus hic iucundissimã discussit quæstionem Arn. Vinum humido calore, si quodammodo potentius sit, validè venarum oscula dilatat, vnde sanguinis profluuia mouet. Acetum verò licet incidẽdi vim maiorem habeat, quemadmodũ & vinum quod maximam tempore concepit acrimoniã, non tamen pariter vt vinum aperiunt: Hoc enim cùm sit admodum subtile potius euanescit, quàm vt partibus dilatãdis immoretur. Illud autem terrena quadam frigiditate cõstringit, vt ad compescendum sanguinis profluuium sit accommodatissimum.

Tamen hic animaduertendum est, quod licet subtiliora, &c.] Cur acetum lienis, iecoris aut venarum mesaraicarum obstructiones potentiùs quàm vinum aperiat, id quæstione dignum Arnaldo visum est, qui vinum ob leuitatem citius pertransire, sed acetum ob grauitatem diutius in aperienda parte consistens, magis obstructiones discutere censuit. Vini leuitatem duobus comprobauit argumentis, quæ iucunda sunt, tum quòd partes supernas, vt acetum inferiores, petat, tum quòd in vapores faciliùs abeat, vnde sudores magis quàm acetũ mouet, capitisq; dolorem inducit. Vini leuitatem, & aceti grauitatem admittimus, sed vinum ob leuitatem citiùs moueri, quàm acetum ob grauitatem, numquam hoc admiserim. Nam res grauitate pariter, atq; leuitate mouentur: huius scil. respectu sursum, illius verò deorsum. Quòd igitur acetũ in parte diutius immoretur, eius id adscribendum est adstrictioni, licet hoc Arnaldus ab absurdo conuincere nitatur: Non autem hic esse quicquam absurditatis, hinc elucescit, quòd acetum adstringendo nõ primùm, & per se, verùm mora mediãte meliùs aperiat, eò quòd diutius & firmiùs operetur. Stypticitas per se claudit, fateor: Ergo per accidens nõ aperit, cùm omne per accidens ad per se reducatur. Falsa est consequentia: Nam nouimus purgantia medicamenta quę calida sunt refrigerare, sublatis scilicet biliosis humoribus. Stypticitas cuius proprium est claudere, per accidens aperit, ob incidendi vim adiunctam, cui per se competit apertio. Vires itaque coniunctę faciliùs id ipsum exequuntur, non quidem quod styptica vi poros occludi contingat, vt Galenum censuisse volunt: Simul enim vires iunguntur, nec aperiendi vis, occludendi vim præcedit, sed quod vehemens & diffluxura vis aceti quodammodo contineatur adstrictione.

De mollificatiua Medicina, Cap. XXXIII.

MOLLIFICATIVA medicina propriè dicitur, quę resoluit membri duritiem, sed quia durities prouenit in membris aliquando à causa per se, aliquando à causa per accidens, ideo conuenit intelligere, quòd solum illa medicina dicitur absolutè mollificatiua, quæ corrigit duritiem, prouenientem à per se indurante: dicitur autem per se indurare, quicquid exsiccat & conglobat vel coar-

ctat

Durities per se causatur à siccitate.

ctat partes membri. Certum est enim, quòd durities per se causatur à siccitate. Nam siccitas per se facit constare partes, quas humiditas facit fluere, & ab eadem ratione Medicus dicit, quòd adunans & coarctans partes membri per se indurat, quoniam facit eas in se constare, licet autem coadunans, & coarctans partim induret per accidẽs, scil. inquantum per coarctationem excludit, vel exprimit humiditatem interiacentem partibus membri, tamen quia constantia sequitur primò & immediatè partium coadunationem, pro tanto dicitur ꝑ se indurare, quòd aggregat & inspissat, quemadmodum frigus, cui conuenit per se & primò infrigidare, & per se & secundò coadunare: his igitur considerationibus informatus Medicus ait, quòd mollificatiua medicina resoluit membri duritiem duabus qualitatibus prædominãtibus in mistione ipsius, scil. caliditate & humiditate: nam caliditate rarificat, & relaxat partes coadunatas: humiditate verò facit abinuicem fluere, ac tactui cedere: hac igitur ratione cuncta calida & humida dicuntur mollificare, vt semen lini, althæa & fermentum. Secundò herba anethi maximè recens, nam semen eius occultam habet valdè humiditatem: cætera verò, quæ non per formam mistionis prædictæ mollificant, non dicuntur absolutè mollificatiua, sed secundum quid & per accidens, quæ qualia sunt in genere, patet per diuersitatem in genere causarum indurantium, quæ sunt tres, scil. frigiditas, siccitas, de quibus iam dictum est: & tertium, quæ est tensio à repletione causata: quod verò membrum extendit nimium replendo, vel humor est, aut ventositas, & quæcunq; ista duo resoluunt, mollificant ꝑ consequẽs membrũ ab eis induratũ, quapropter medicinę resolutiuę & carpinatiua ventositatis possunt interdum mollificare ꝑ accidẽs.

COMMENTARIVS.

MOLLIFICATIVA *medicina, &c.*] Emollientia propriè sunt, quę per se non per accidens id ipsum præstant. Hæc ergo definiens Arnaldus, calida & humida esse dicit. Quod tamen caliditas per se non emolliat, hinc manifestum euadit, cùm eadem nõnunquam, imo vero vt plurimũ exsiccet ac induret. Quamuis enim emolliat aliquando, nõ id tamen facit emolliendo, sed quod aliàs molle est & à frigore cõcretum, resoluendo. Deniq; cum durities non caliditate vel frigiditate, sed siccitate primò & per se definiatur, (vt hic docet Arnaldus) certè quod siccitati contrarium est, id primò & per se dicitur emolliens. Humiditas hæc est seu calida, seu frigida sit.

De Medicina maturatiua, Cap. XXXIIII.

MATVRATIVA medicina ꝓcurat saniem in apostematibus generari, quo effectu diligenter inspecto: mox elucescet forma mistionis in qualitatibus primis, quæ potest imprimere talem effectũ. Ab effectibus n. in secretis naturæ causas inuestigamus: cum aũt saniei generatio cõsideretur hîc, prout pendet à calore extraneo, scil. medicinæ, citius intentũ habebitur, si effectus oppositus saniationi apostematis, quẽ calor extraneus introducit, prius attẽdatur: nam notitia vnius oppositorũ clariùs perducit in cognitionẽ alterius, sed cum in humorẽ agit calor extraneus, finaliter eius actio ad alterũ duorum terminorũ deducitur, quia si calor innaturalis pręualeat, cum sua actione putrefaciat vel

Causas in secretis naturæ ab effectibus inuestigamus.

Notitia vnius oppositorũ ducit in cognitionẽ alterius.

A adurat humorẽ: terminus actionis erit incineratio, hoc est, perfecta separatio humiditatis à terrestreitate humoris: Si verò eius actio in humorem à caliditate naturali manifestè impediatur, vtroq; scil. notabiliter agente in ipsum, non poterit perfectè humidum à terreo separari, sed constat, quòd in generatione saniei vterq; calor notabiliter operatur, quia naturali solum operante, terminus esset qualitas, membro conformis ad conuersionẽ humoris in ipsum operante: terminus verò solùm innaturalis esset incineratio, B saniatio verò est medium vtrorumq;, quia sanies nec habet qualitates dispositas ad conuersionem eius in membri substantiam, nec est humor incineratus, sed est humor fluidus, & ineptus cõuerti ad membra. ¶ Ex prædictis igitur patet, quòd medicinæ per se maturatiuæ conuenit agere in materiam apostematis calefaciendo, & pro parte maxima eius humidũ conseruando, quapropter necesse est, vt caliditas & humiditas dominentur C in ea, nec tamen cõuenit, vt caliditas sit excellẽs, quoniam talis est consumtiua: & ideò medicina maturatiua per se dicitur agere cum temperata caliditate, per quod differt à mollitiua. Nam medicina humida potest etiam mollificare cum intensiori caliditate, quã sit temperata, differt etiã ex parte humiditatis: nam in maturatiua conuenit humiditatẽ esse aliqualiter viscosam, sicut est vnctuosa, vel mucilaginosa, vt poros membri opilet, & expirationem humiditatis prohibeat, & D ideo fœnumgręcum, & semen lini ac maluæ plus maturationi conferunt, quàm borago, quæ cum temperata caliditate plus de humiditate participat, sed ipsa est est mollificationi vtilior. Per accidens verò possunt etiã infrigidãtia & exsiccantia maturare. Infrigidantia quidem reflectẽdo vaporẽ calidũ & humidũ, qui resoluũtur ab ipso, quo modo in apostematib. valdè calidis, vt phlegmone & herisipila lactuca cocta & superposita saniẽ procurauit. Exsiccãtia, quæ parum habẽt stypti- E citatis, maximè in apostematibus calidis & humidis idem faciunt, moderatè claudendo poros & retinendo vaporem, sicut in phlegmone facit absynthium frixum in oleo violarum.

Infrigidantia & exsiccantia per accidens possunt maturare.

De Medicina digestiua, Cap. XXXV.

F MEDICINA digestiua nomine absoluto dicitur per respectũ ad nutriẽs, licet enim omnis medicina alteratiua, respectu alicuius alterabilis, possit digestiua vocari, tamen illa per excellentiã nomen digestiui sibi vendicat absolutè quę in sanis corporibus per se iuuat membrorum naturã, ad digerendum nutriens in potẽtia, sicut etiam ipsa transmutatio alimenti vocatur digestio absolutè. Illa etenim, vt ait Galen. circa principium libri de simplici medicina, est vera & perfecta digestio, in qua naturalis calor vicit omninò vel absolutè suum obiectum, sicut contingit in alimento. Ex G quo patet, quòd medicina digestiua nomine absoluto est illa, quæ habet caliditatem conformem calori naturali, per quem confortat eundem, ad transmutationem alimenti perficiendam, & maximè in prima digestione, in qua digestibilis ad digerens maior est repugnãtia, cõfortat autem ipsum dupliciter: Primo quidẽ ꝑ se, intendẽdo, cũ

moderamine qualitatem illius. Secundo per accidens, scil. moderatè calefaciendo digestibile, propter quod digerenti faciliùs obedit. ¶ Et licet digestio celebretur per calidum & humidum, tamē medicina digestiua participare debet notabiliùs siccitatem, quàm humiditatem, ita, quòd siccitas non sit excellens, sed tanta solùm, quanta sufficit moderatæ stypticitati. Talis autem mēsura siccitatis plus conuenit medicinæ digestiuæ, quā humiditas dominans duplici ratione, quarum vna ex parte humiditatis attenditur: Nam extranea humiditas nequit innatā confortare, sicut extranea caliditas naturalem, quoniā caliditas cùm sit excellenter actiua, de facili subiectis cuiuslibet se cōmunicat. Humiditas verò, cùm sit summè passiua, nequit seipsam cōmunicare alij, sine admistione vel applicatione subiecti ferentis eam. Vnde cum substātia medicinæ penetrare non possit ad innatam humiditatem membri, sicut caliditas potest eius intimè calefacere, propterea non requiritur in medicina digestiua humiditas dominans, quoniā inutilis esset ad confortādum per se innatam. Alia verò ratio ex parte siccitatis moderatæ, vt priùs est dictum, attēditur. Nam siccitas, cōstituens moderatam stypticitatem, dupliciter confert digestioni. Primò quidem, quia membra disponit ad digestibile perfectiùs amplectēdum, cùm partes eius decenter aggregētur, & adunentur per impressionem stypticitatis. Secundò verò, quoniā aquositatem superfluam, quę ex parte digestibilis occurrit, potest compescere sine læsione innatę humiditatis. Tertium verò, quòd in medicina digestiua requiritur, est aromaticitas, ꝑ quam puritati spirituū conformata cuncta membra delectat, insuper quę confortat seruando puritatem ipsorum & ipsos alliciendo ad membrū. ¶ Prædictis igitur informati considerationibus, sapientes Medicorum dixerunt, cinnamomum alitiuum & spicam nardi, xylobalsamū, cardamomum, crocū & similes medicinas fore digestiuas, & ex eadem consideratione dixerunt, quòd vinū aromaticum & temperatę caliditatis, amicabilem stypticitatem participās, moderatè sumtum cunctis medicinis fortificat digestiuam.

Siccitas plus facit ad digestionem quā humiditas.

A B C D E

COMMENTARIVS.

MEDICINA *digestiua nomine absoluto, &c.*] Digestionis vox vulgari Gallorū lingua receptior est, eaq; concoctionem designant, vt digestiua sint quæ concoctionem adiuuant. licet digerere aliud quidpiam esse videatur, quam cōcoquere, siquidem digeritur id, quod vel discutitur, vel ab vna parte in alias deducitur. Sed nō vsqueadeo vocabulorum interest, si modo res intelligātur. At verò quod concoctio calori, simul & humiditati iunctis adscribatur, meritò mirabitur quispiam, cur concoctionem iuuent ea, quę calefaciunt & exsiccant, non autē humectātia. Quæstionem hanc mouit & discussit Arnaldus: Humiditas non requiritur (inquit) quia esset inutilis ad iuuandam innatam. Qui hoc? An non similia iuuantur similibus, magis quàm contrariis? Quia cùm sit merè passiua non potest hæc humiditas penetrare ad innatā humiditatem. Imo verò si possit, nequaquam iuuerit: Humidum siquidem innatum, agens principium nō est functionum, sed caloris innati subiectum, & fomes quo cuiusq; partis substantia, vigor naturalis, temperiesque conueniens aptè conseruatur. Siccitatis commoda paulò pòst recensuit Arnaldus, & benè quidem, quò fit, vt concoctionem in ventriculo calore simul & siccitate, non humiditate perfici existimem.

De Medicina frangitiua ventositatis, Cap. XXXVI.



FRANGITIVA vētositatis, ab obiecto simul, & effectu sic nominatur: frangere namq; dicitur vētositatem, quia vaporem grossum & frigidum, qui præ sua grossitie atq; frigiditate nimiam cōtrahens moram in cauernis membrorum, verberat eadem, subtiliat & excludit ab eis. Et ex hoc patet, quòd operatur per caliditatem intensam, fundatam in subtili substantia, & quòd partim conuenit, partim differt cum subtiliatiua & resolutiua. Cum subtiliatiua quidem conuenit subtiliando, sed tamen, quia illa subtiliat humorem hæc autem vaporem, ideo necesse est, vt hæc habeat substantiam minus terrestrem & leuiorem quam illa cum resolutiua humoris, inquantum, talis intensioris est caliditatis.

De Medicina incisiua, Cap. XXXVII.



INCISIVA medicina denominatur ab effectu, quem imprimit in humore viscoso, qui effectus in genere tantùm est vnus, scil. adhærentiam tollere visceri humoris, in specie tamē est duplex, sicut adhærentia ipsius humoris: Vna quidem ipsius, ad superficiem membri. Alia verò partium suarum adinuicem, & vtramq; abscindit vt plurimum tali ordine, quia primo discontinuat partes humoris velantis membrum, facitq; sibi viam, qua penetret vsq; ad superficiem membri. Deinde subingrediens inter membri superficiem, & humorem, ab ea separat ipsum: ex quibus patet, quòd conuenit cum medicina aperitiua & abstersiua. Nam omne incisiuum est aperitiuum, & aliqualiter abstersiuum, sed non conuertitur, ideoq; semper oportet, vt incisiuum sit acutū, aut acetosum. Aperitiuum verò & abstersiuum nequaquam, vt ex superioribus patet, nec tamen omne acutum absolutè est incisiuum, quia si fuerit excellenter siccum, vt piper, impeditur effectus incisionis ꝑpter siccitatem faciētem aliquam crustam in humido viscoso. Ideo granū sinapis est incisiuum, quoniam habet vnctuosam humiditatem, quod declaratur ex hoc, quòd oleum ab eo extrahitur. Similiter etiam impeditur, vbi acutum præ leuitate, vel aquositate in viscoso nō perfigitur, sicut allium, quapropter oportet, vt subiectum ferens acumen, possit illabi, sicut acetum, aut quod aliqualem grauedinem cum remissa participet siccitate, vt raphanus, sinapis, cæpæ. Differentia verò incisiui ad resolutiuum est manifesta per hoc, quia incisiuum, vt tale, partes humoris non facit differre secundum substantiam, sicut resolutiua, sed quantitate solummodò, sicut subtiliatiua, tamē ab ea differt in hoc, quia subtiliatiua nō separat humorē à superficie membri, vt incisiua, quoniam aut non illabitur, aut nō est tanti acuminis.

F G

De Medicina attractiua, Cap. XXXVIII.



ATTRACTIVA medicina, cuius attractio pendet à caliditate, dicitur attractiua, quoniā à profundo membrorum suos trahit humores ad superficiem, & ideò per effectum patet, quòd in forma suæ

suæ mistionis debet habere intésam caliditatem, & subtilem substátiam, & quasi aeream: calor enim intensus trahit notabiliter humiditates ad profundum, aut non leuiter penetraret, nisi fundaretur in subtili substantia: nam si terrestris esset, inspissaret poros, atque constringeret: si verò aquosa, clauderet obturando: propterea conuenit, vt substantia, in qua fundatur caliditas attractiuè, inquantum talis aerea sit magna, & ignea moderatè: sic scil. vt tantùm sufficiat rarificare membrum vsq; ad profundum salua substantia, quòd abundè possit humorem attrahere: nam si attraheret corrumpēdo membri substantiā, sicut corruptiua & vlceratiua, iam non esset attractiua simpliciter, & hinc patet ratio, propter quā gummi intensæ caliditatis, vt armoniacum, galbanū & similes notabiliter attrahunt: & quædam vnctuosa intensæ caliditatis, vt castoreum & leonis assungia: tales etenim medicinę non solùm caliditate aperiunt, sed etiā ex seipsis multum vaporem cōmittunt aereum, qui conculcatus profundatur, & profundat⁹ laxos & patulos tenet meatus, quapropter non solùm humiditates, sed etiā solida corpora præter naturam infixa, vt sagittas & spinas dicuntur attrahere. Nam expulsiuę virtutis operationē adiuuant dilatādo meatus versus partē expulsionis: Et ex his patet ratio, propter quā ruta simpliciter supposita membro, non attrahit infixa, sicut gummi eius, vel semen attrahit fixa in oculo.

De Medicina mordicatiua, Cap. XXXIX.

MEDICINA mordicatiua plures minutas & inuisibiles facit solutiones, continuitatis in membro, propterea sic nominatur, quia mordicare, est morsum diuisim multiplicare, quæ operatio duo testatur. Vnum est, quòd medicina participat igneam naturam, siue acutam. Aliud est, quòd illa vis ignea, quæ solutiua est cōtinuitatis, diuiditur in plura minuta diuersas & vicinas particulas occupantia, quòd aliquādo prouenit ex naturali dispositione ipsius medicinæ, sicut in forti aceto, aut capitello, vel aqua nitrosa. Nam propter sui liquiditatem hincinde fluens illabitur, & in minima vicina diuiditur. Aliquando verò ex accidentali, sicut in emplastro, quod artificialiter fit ex puluere sinapis, & ficubus, aut cera: primo verò genere mordicatiuorum frequenter vtitur Medicus, vt in clysteribus, & fistulis profundatis in carne. Alio verò rarò, sicut in somnolentis & eis, qui labuntur in lethargiam.

De Medicina rubificatiua, Cap. XL.

RVBIFICATIVA medicina dicitur, quæ cutem rubificat, sanguinemque ad superficiem trahit sua caliditate, quod potest facere omnis medicina intensę caliditatis, tamen ad hoc, vt simpliciter rubefaciat, est necesse, quòd vel caliditas non transcendat tertium gradum, sicut in calamento, vel quòd obtundatur acumen eius cum aliquo ingrossante, sicut fit de sinapi cum cera incorporata: vel quòd figi non permittatur in membro, sicut fit, quandò superficies eius cum cępa fricatur: qui tres modi A quandoque sub ordine quodam exercentur circa eádem partem. Nam in morpheis albis & alopicia prius fricatio fit cum cæpa: secundò calamentum adhibetur incorporatum cum ficubus: Tertiò sinapis incorporata cum multa cera.

De Medicina pruritiua, XLI.

PRVRITIVA medicina, inquātum per caliditatem operatur attrahēdo, nō differt à rubificatiua: nam eadē caliditate, qua sanguis rubificās trahit, B ad cutem trahi potest aquositas salsa, vel humor cholericus, aut nitrosus in tam modica quantitate, quòd nō vlcerabit: sed sufficiat generare pruritum, & hoc modo differentia operationis pruritiuæ & rubificatiuæ nō dependebat à differentia mistionis aut complexionis, sed dispositionis corporum, quibus applicabunt: & ideò sæpius experimur, quòd in aliquibus membra confricata cum cępa tantùm rubificantur. In aliis autem C pruritum incurrunt. ¶ Si verò medicina generet pruritum per caliditatem, non attrahentem humorem, tunc oportebit, quòd ipsa participet aliquid salsedinis vel nitrositatis in substantia liquida, vel subtili, qua valeat poros subingredi, & hoc modo generat pruritum: vrina cuiuslibet animalis, sudor equinus, alcali, fuligo, & cuncta similia. ¶ Quia si medicina non agat pruritum per complexionem, tūc operabitur, aut per proprietatem, qua specialiter trahit humorem pruri- D tiuum ad cutem, sicut laureola maior aquositatem: aut per compositionem, sicut per lanuginē occultæ spinositatis, vt lanugo seminis bedegar, & plurimum aliarum plantarum prædictarum, etiam causare bene possunt duæ vel plures concurrere, sicut cernimus in vrtica: nam eius folia lanuginem habent occultæ spinositatis, & tātam caliditatem, quòd potest rubificare: propterea membrum cum eis fricatum & pruritum patitur E & rubescit.

De Medicina vlceratiua, Cap. XLII.

VLCERATIVA medicina, vt storax liquida, q̄ visibiliter cutē, vel quodlibet membrum molle, cui affigitur, vesicat & rumpit, necesse est vt operetur acumine vel excellentis caliditatis fundatę in substantia mediocri vel subtili. Talis enim caliditas & discontinuandæ substantię humiditatē F in parte, cui obuiat, potenter consumit, & aliunde trahit ad minus aquositatem, quam acuit sua igneitate: quibus duobus concurrentibus, scil. solutione continuitatis, & defluxu acutæ humiditatis, mox generatur vlcus, scil. continuitatis solutio sordida vel saniosa.

De Medicina adustiua, Cap. XLIII.

ADVSTIVA medicina nō differt ab vlceratiua, quantum ad virtutem, sed G quantum ad obiectum: nam quòd facit vlceratiua in cute & carne, hoc adustiua efficit in humore, scil. quòd excellentia suæ caliditatis & siccitatis cōsumit, quod est subtile, & grossum incinerat, & si hoc idē in membro efficeret, simul haberet adustiuæ rationem. Vtro-

bique enim poteſt talem effectum manifeſtare, A ſed quia crebrius & velocius in humore manifeſtatur, ideò per reſpectum & humorē magis deſcribitur, ſynapis enim exterius applicata, rumpere cutem dicitur, vel vlcerare, ſed interius crebro & notabiliter ſumta, dicitur humores adurere: Idem quoq; de ſimilibus eſt iudicium.

De Medicina corroſiua, Cap. XLIIII.

CORROSIVA medicina eſt illa, quæ B paulatim diminuit carnis ſubſtantiam more rodentis oſſa: quia parum decerpit ab eis ea, tamen ſic paulatim attenuat, ex quo patet, quòd neceſſe eſt, vt participet caliditatē ſub ratione acuti, ſiue ſub ratione amari, ſive ſub ratione ſalſi, vel omniū, vt nitroſa: tamen quia corroſiua medicina non conſumit ſubſtantiā carnis velociter, ſed paulatim, non poteſt corroſiuum, vt tale liberū acumē habere, ſic ſcil. vt igneitas ei⁹ fundetur in purè ſubtili ſubiecto. C Caliditas enim huiuſmodi medicinarū velociter penetrat & conſumit: ergo cùm paulatim operetur, & ſuperficialiter quaſi rodēdo, neceſſe eſt, vt caliditas conſumtiua vel acumen igneitatis temperetur in eius aquoſitate, ſicut in ſalibus vel capitello, vel multitudine terreſtris & groſſæ ſubſtantiæ, ſicut in arſenico, ęre vſto, viridi æris, atramentis atq; ſimilibus. In ſalibus enim aquoſitas obtundit acumē partiū aduſtarū, & cum in puluerem redigūtur, mox liquefiunt & ſubmerguntur in humiditate, quæ obuiant eis, & ſic parum D conſumunt, cùm parum durent: in quibus autē multa eſt & groſſa terreſtreitas, non permittitur pars ignea ꝓfundari, & ideo ſuperficialiter operatur. ¶ Et ex hoc veritas patet illius dicti mirabilis in auribus plurium, ſcil. quòd in excreſcentiis membrorū acuti ſenſus & paſsibilium, vt eſt ocul⁹, corroſiva ſine mordicatione ſunt applicāda: nam cùm mordicatio, vt patuit ſupra, cauſetur ex acuto in plurima minuta diuiſo & ꝓfundato in pluribus & vicinis partibus mēbri cōſtat, E quòd ſi minuta ignea profundari nō permittantur in aliquo corroſiuo, tale corroſiuum nō mordicabit: & huius ſunt, quæcunq; participāt acumen in multa & groſſa, ſeu terreſtri ſubſtantia: quæ conſideratione ſublimiter informatus ille ſincerus doctor medicinalium, ſcil. Galen. præcepit, vt pontica & terreſtria, quæ carent acumine, ſicut oſſa mirabolanorum & dactylorū, fæx aceti F atque ſimilia comburātur, & poſtea lauentur, vt corroſiua ſine mordicatione habeātur in promtu. ¶ Ex quibus vlterius patet, quòd medicina corroſiua ſine mordicatione nō differt à mundificatiua & abſterſiua, prout operantur per caliditatem cōplexionalis virtutis, ſed ſolùm obiecto, & ſola ratione differunt & non re. Nam medicina, quæ dicitur abſterſiua vel mundificatiua, inquantum à ſuperficie membri deponit humiditates ſuperfluas, erit corroſiua ſine mordicatione, G cùm in membri ſuperficiē operabitur immediatè: propter quod applicatio diuturna mundificantium & abſterſiuorum huiuſmodi profundat & dilatat vlcera, ſeu vulnera mollium membrorum.

De Medicina ruptiua, Cap. XLV.



MEDICINA ruptiua æquiuoca eſt apud Medicos: nam aliquādo ſumitur pro medicina vlceratiua, ſicut cùm dicitur, in paſsionibus diuturnis & frigidis fiat ruptoriū ex cantharidibus, aut ſynapi vel flammula, & ſimilibus: quandoque verò ſpecialiter accipitur pro medicina lapidis frangitiva, ſicut quando enumeratur inter cæteras operantes per virtutem complexionis, vt in propoſito: dicitur ergo ruptiua, quia humorē putrificatū comminuit, & ſi hoc ei à proprietate non inſit, ſicut eſt plumbo rumpere Diamātem, vel hircino ſanguini Magnetem: tunc neceſſe eſt, vt hoc ei conueniat per caliditatem fundatam in tali ſubſtantia, quapropter lapidem perforare, ac eius partes diſiungere, ſicut in aperitiua & inciſiua. Cùm igitur comminuat aperiendo & incidendo, conſtat quòd naturam participat aperitiuæ & inciſiuæ: proinde videmus, quòd ea, quę ſunt fortis acetoſitatis, vt acerrimum acetum, & ſuccus limonum non rumpunt lapides, ſed cōminuunt: nam vmbilici marini & ſcrophulę marinæ, q̄ ſunt lapides leves, & vndique poris carentes, in ſucco limonū remolliti paucis diebus in farinam vertūtur. Calculos tamen humani corporis non eſt tutum cōminuere talibus medicinis acetoſiſsimis, quoniā prius offenderent vehemēter membra, quàm lapidem immutarent, etiam ſi poſsibile foret, vt parti tantū lapidē cōtinenti huiuſmodi liquores apponerentur, ſicut poſsibile eſt in veſica per ſyringam imponere: priùs enim corrumperetur veſica, quàm calculus rumperetur, ſed liquor, cui vtraq; vis ineſt, abſq; aciditate ſecurè imponitur, & efficaciter operatur: vt aqua raphani vel ſuccus eius miſtus, cum triplo ſui de vino albo, non igneo: talis enim miſtura vini obtinet aperitivā à vino, & inciſiuam à raphano: & hinc patet veritas illius regulæ medicinalis, qua dicitur, quòd omne aperitiuum ſimpliciter eſt ad rumpēdum calculum vtile, maximè renum: ſimpliciter enim aperitiuum aciditate caret, quod ſi eſſet acidum, iam non ſolum aperitiuum, ſed etiam inciſiuum exiſteret: ſimiliter etiam caret potentia reſoluendi, qua poſſet nocere in calculo: nam vt ſuperius patuit, reſolutiua dominio ſuæ caliditatis educit ſubtile, & aqueum: & ita per conſequens terreſtre compingit, quapropter in humoribus multū terreſtribus & groſsis, quales ſunt illi, ex quibus calculus generatur, aſsiduatio reſolutiuorum ꝑficit generationē ipſius: & hæc fuit ratio propter quam ſpecialiter Galen. prohibuit medicari calculoſis, cum aperitiuis excellentis caliditatis: ſed cum habētibus hebetem calorē, & ſubtilem ſubſtantiam, vt gramen & ſcolopendria, ſpica romana, ſpulæ ſiue bocones capparis & ſimilibus: & cum eis potius, quæ temperatam participant humiditatē, vt liquiritia, cretanus, tribulus, aſparag⁹, aqua cicerū, & huiuſmodi: nam talis humiditas in parte mollificat, in parte verò lubricitati diſponit: lubrificatiua verò accōmoda ſunt ſpecialiter in calculo renum, quia cum ſit poroſus & aſper, hincinde lateribus meatus affigitur, & in eo ſimiliter huiuſmodi aperitiva debilia efficaciter operātur, tum quia poroſus, tum quia minus ab ore

Quæ conueniant in frangendo lapide.

ab ore distãt,quã vesicalis, & ideò citi⁹ ad ipsum vis medicinæ syncera perducitur,vel notabiliùs.

De Medicina putrefactiua, Cap. XLVI.

PVTREFACTIVA medicina putrefactionem in membro causat,in quo applicata cõtrahit moram:quia verò putrefactio est corruptio propriæ & naturalis humiditatis ab aliena caliditate: ꝓpterea cõuenit vt putrefaciens medicina non resoluat siue consumat humiditatẽ membri,sed manentem in mẽbro corrumpit in naturalibus qualitatibus disponendo,quibus efficitur mẽbro contraria:mutat igitur complexionem, quæ membro conuenit in oppositam, quod non posset efficere, quamdiu maneret humiditas informata naturali calore: quapropter oportet,vt prius corrumpat naturalem calorem, & quia lator eius est spiritus, ideo est necesse, vt ipsius corrumpat complexionem, & iccirco dixerunt Medici,quòd medicina putrefactiua corrumpit humorem & spiritum & humiditatem naturalem membri, præter quod ipsam ab eo resoluat:talis autem medicina non plus cæteris calidis imprimeret hunc effectum, nisi caliditas eius ab humiditate & siccitate reciperet talem informationem, qua contrariatur spiritui & naturali humiditati membri:& ideò talibus medicinis non vtitur Medicus in membris, in quib⁹ putrefactio formidatur,vt in vulneratis, imò tũc diligenter vita fructum sambuci,gumma rutæ, & arsenicum crudum:nã arsenico sublimato, quod est albissimum, frequenter vtitur pro cauterio & corrosiuo,sed vbi expedit putrefactio,sicut in sclirosi, scrofulis,& bocio membri carnosi, tunc putrefactiua maturatiuis adiungit: hæc est ratio, propter quam tunc scarabeus frigitur in butyro dulci,& cõmassatur adiuncto vitello crudo: hinc etiam patet ratio, propter quam in talibus collectionibus ante applicationem putrefactiuæ iusserunt aliqui sapientes hinc inde pungere collectionem cum acu candenti,vel immutare morsu sanguisugarum,vt citiùs putrefactum imprimat, ne diu assiduatum suam malitiam protendat vltra collectionem.

De Medicina cauterizatiua, Cap. XLVII.

CAVTERIZATIVA medicina simpliciter effectum operatur cauterij, q. est carnẽ consumere, ac in superficie crustam generare:cauterium enim cutem exsiccat, indurat,& in testeam crustam vertit. tales autem medicinæ sunt,quæcũq; in multa & grossa terrestreitate multam igneitatem participant, sicut atramenta,& specialiter atramentũ nigrum, quod dragagantum vocatur: omnium autem cauterizantium medicinarum potior est arsenicum sublimatum. ¶ Tales etenim medicinæ licet igneitate sua liquefaciant carnem, tamen quia siccissimæ sunt propter cõcursum igneitatis cum multa terrestreitate,propterea fortiter exsiccãt superficiẽ, cui obuiant,& fortem & duram crustam efficiũt, & ideò talium operatio est accõmoda, vbi corrosio est necessaria circa magnas venas, & arterias, vt præcaueatur hæmorrhagia, vbi necesse est eam compescere.

De Medicina excoriatiua, Cap. XLVIII.

EXCORIATIVA medicina cuti applicata, vel membris pãniculosis cortices tenues vel membranas,aut squammas eradicat inde, propter quod scoriatiua denominatur:cùm aũt squamma nõ separetur à membri superficie,nisi virtute superficialiter radentis,necesse est, vt talis medicina sit abstersiua; sed cùm amoueat à superficie, non solùm humiditates superfluas, sed etiam folia de substantia membri,necesse est,vt sit excellentis abstersionis; & sic differt ab abstersiua, vt inferius à superiori; quoniam omnis excoriatiua est abstersiua,sed nõ econuerso.

De Medicinis confortatiuis, Cap. XLIX.

POST tabulam operationum pẽdentium principaliter à caliditate: Sequitur illa,quæ conuenit pendentibus à frigiditate: quarum prima est confortatio membri, de qua scire conuenit sapientẽ,non tantùm quid sit,sed quot modis valeat exerceri,per hoc enim ab ignaro discernitur: Nam in generalib. sapiens & ignarus cõmunicat, vterq; namq; scit,quòd membrũ aut sua virt⁹ dicitur confortari, quando promtiùs aut expeditiùs valet suam operationem perficere: cõmunis enim animi cõceptus est apud oẽs, quòd mẽbrũ aut virtus eius,non dicitur debilitari vel confortari,nisi respectu operatiõis exercẽdæ per ipsum, & cùm in hac exercenda deficit vel proficit,sensu percipitur à quocunq;, nec ad hoc percipiendũ est artis consideratio necessaria, quæ nihil aliud est,quàm discussio rationis, ꝓpter hoc Gal. testatur, quòd Medicus qui tantùm dicit membrum aliquod pati debilitatem virtutis, non ostendit ꝑ hoc,se plus nosse de membri dispositione, quàm vulgus,in cuius ore multiplicatur hoc dictum,& cõmuniter sonat:Quia verò diminutũ sit imperfectum,patet ex hoc,quòd per ipsum nõ denotatur haberi notitia maior de dispositione membri, quàm si diceretur,patitur ægritudinẽ vel malã dispositionẽ, quod est generalissimũ & notissimũ. ¶ Est ergo sciendũ,quod tot modis potest virtus mẽbri cõfortari,quib. potest debilitari, quia quot modis dicitur vnũ oppositorũ & reliquũ: Debilitatur autem virtus mẽbrorũ duob. modis in genere,primus est,quãdo substãtia ferentis virtutẽ minuitur:hæc autẽ substantia, cui virtus inest,dicitur subiectum virtutis à Medico:quandoq; vocatur eius essentia, quoniam per talẽ subiectum habet esse in effectu: Sunt autem duo subiecta virtutis,vt supra patuit.s. membrũ, quod est subiectum innatæ,& spirit⁹ quod est subiectum fluẽtis. Cùm ergo minuitur substantia membri, vel spiritus,necesse est virtutem debilitari: Et cuncta minuentia dicũtur debilitare, sicut aer æstuosus, nimiũ exercitiũ,immoderatum ieiuniũ,flux⁹ sanguinis,ventris, & vniuersaliter quicquid inanit superfluè:Per oppositum verò confortant eã, q̃cunq; augent mẽbrorum substantiã, & spirituũ, siue ꝑ se,vt alimẽta:siue per accidẽs, vt aer moderatæ frigiditatis, & moderata quies in somno vel in vigilia,& sic de alijs: omniũ.n. sex rerũ nõ naturaliũ moderat⁹ vsus suo modo confortat vir

Virtus mẽbri duob. modis dicitur debilitari et similiter cõfortari.

tutē. ¶ Secūdo mō debilitatur virtus, qñ subiectū A eius alteratur in qualitatib. transeundo de natura li ad innaturalē, & ideo iste secundus mod⁹ accidit semper corporib. lapsis: primus aūt etiā reperitur in sanis: virtus ergò membrorum secundo modo debilitatur, quando spiritus, aut membrū, vel ambo discedunt à naturali dispositione ipsorū. Et ex hoc patet, quòd iste secundus mod⁹ est multiplex valdè: quia quot modis potest mēbrū aut spiritus naturaliter alterari, tot modis debili- B tatur virt⁹ mēbri, cui⁹ ratio est: quia virt⁹ non viget, nisi per substantiā istorū duorū sufficientē, & naturaliter dispositā: Et ideò, quicq̄d innaturaliter disponit, debilitabit virtutē, & ꝑ oppositū, q̄cquid ad dispositionē naturalē reducet cōfortabit eādē. ¶ Cōstāt aūt, quòd mēbrū innaturaliter potest disponi per malitiā cōplexionis, cōpositiōis & solutiōis cōtinuitatis: Et ideò in mēbro discrasiato per frigiditatē cōfortabitur virtus per calefaciens, & econtra. Similiter in alijs qualitatib. pro- C pter quod ait sublimiter Gal. quòd in his qui patiuntur debilitatem stomachi, à siccitate humida confortant ipsum, vt ptisana, & styptica debilitāt, quia sicca. Similiter in quorum stomacho contentiua debilitatur propter innaturalem caliditatē, tantùm vinū & cętera calida sumta debilitant amplius, quod patet ex hoc, quia statim reijciuntur, sed potus aquæ frigidæ confortat eam, & ideò retinetur. In quibus autem contentiua membri debilitatur propter lenitatem innaturalē, vt in ma- D trice vel stomacho lubricis exasperatiua, vt abstersiua, confortant eandem. In quibus verò debilitatur, propter vlcus, sola sanatiua vlceris confortabunt: & idem est iudicium de cæteris lapsib. mēbrorum. ¶ Spiritus autem tot modis alterari possunt innaturaliter, quot sunt qualitates, quæ requiruntur ad eorum temperamentum, siue perfectionem. Harū verò quædā sunt tangibiles, vt omnes qualitates cōplexionales: quędā visibiles, vt luminositas: quædam communes tactui & vi- E sui, vt grossities & subtilitas: quædam verò obiecta olfactus, vel aromaticitas. Omnes enim spiritus humani naturaliter dispositi sunt aromatici, ita, quòd nulla aromaticitas corporalis suauior: potest igitur spiritus egredi temperamentum ꝑ qualibet complexionaliū qualitatum, & exinde quantum est ex parte spiritus, debilitatur virtus membri, & per opposita illi potest restitui temperamentum, & confortabitur virtus membri. Simili modo debilitant eam cuncta, quæ obscurant in- F naturaliter, vel ingrossant. Confortant verò, quæ illuminant, & subtilitatem innaturalēm, vel grossitiem corrigunt. Similiter quoque debilitant eā ex parte spiritus, quæcunque sic inficiunt eos, vt auferant puritatem ac suauitatem odoris: Nam ꝑ illam puritatem, in qua suauitas odoris fundatur delectabilissimi membris existunt: & ideò cōfortat virtutem, quicquid eis puritatem restituit, nō solum per ablationem causæ inficientis, sed etiā per mistionem vaporis, aut aeris informati, puri- G tate substantiæ cuiusque, habentis puritatē, conformem puritati eorum. Et hoc modo cuncta aromatica, inquantum talia, confortant virtutem, nō solùm etiam confortant eam, quæcunque prædicta beneficia conferunt virtuti, sed illuminantia

Mēbrū innaturaliter potest disponi tripliciter.

Spiritus innaturaliter disponi possunt multis modis.

ipsius spiritus proprio splendore, sicut aurum & gēmæ faciunt, aut purificantia propria puritate, vel aromatica, vel subtiliatiua propria subtilitate, vt vinum subtile, & sic de alijs: & etiam quæ abscindunt causas obscurantes aut inficientes vel ingrossantes, & hoc modo pharmaciæ confortāt, quæ obscurantem humorem, vel ingrossantē, vel quolibet aliter immutantē innaturaliter spiritus, aut mēbrū euacuant, aut ab eis elongant: ¶ Cùm igitur tam varia & diuersa sint, quæ possunt confortare membra, vel eorum virtutem, non irrationabiliter dubitaret aliquis, quare medicina confortatiua potius reponitur sub latitudine, vel tabula infrigidantis, quàm aliarum: non enim minùs confortatiua uidetur esse medicina calefaciens, aut humectans, vel exsiccans: & ideò scire cōuenit, quòd medicina infrigidans nulla ratione alia sibi vendicat absolutè nomen medicinæ cōfortatiuæ, nisi quia ex omni parte disponit membrum ad resistendum superfluitati ad ipsum fluēti coadunādo partes ipsius, quæ coadunatio, nec à caliditate per se, nec ab humiditate procedit. Siccitas quoque medicinæ nō operatur in omni parte membri, sicut frigiditas, cùm sit parum actiua & superficialiter operans, & quia debilitas resistēdi superuenienti humori sæpius manifestatur in corpore, ideò respectu talis debilitatis consideratur hîc absolutè medicina confortatiua.

Quare medicina confortatiua ponitur sub tabula infrigidantis.

COMMENTARIVS.

CVM igitur tam varia & diuersa sint, &c.) Cur medicamenta corroborantia, refrigerantibus adiūxerit, rationem hîc paucis exponit Arnaldus, quæ non inepta est si benè intelligatur. Antea dixerat, siccitatem in ventriculo concoctionem adiuuare, cùm eius causa ventriculus concoquenda meliùs amplectatur: Iam verò quāuis partem ait, à frigiditate robur accipere, vtpote qua probè disponatur, vt fluentibus noxijs humoribus resistere possit. Hæc nimirum adstrictio est, quæ siccitatem magis quàm frigiditatem sequitur: cùm tamen siccitas passiua qualitas existens, minùs operetur, ob id præcipuam frigiditati vim adscripsit. Nec id inficiamur, quin adstringendi vis, atque adeo corroborandi calidis etiā insit medicamentis: attamen frigida κατ' ἐξοχὴν corroborantia nuncupantur, quod vt plurimum partium robur relaxatione deijciatur à calore pręter naturam proueniente: Præterea vel à nimia purgatione, vel à nimio sanguinis fluxu, vehementi spirituū cōmotione vel ijsdem exercitatione nimia discussis, frequens & maxima virium imbecillitas accidat, quibus equidem causis frigida conueniunt vt acetum, vel aqua rosacea: meritò frigidis ad corroborandum primas attribuimus.

De Medicina repercussiua, Cap. L.



REPERCVSSIVA medicina est attractiuæ contraria in effectu, quoniam humorē fluētē ad mēbrū repellit ab ipso, Cogit. n. retrocedere ipsum, & elōgari à mēbro, ad quod fluebat, & iō necesse est, vt virtute cōtraria operetur, scilicet frigiditate, quæ si coniuncta fuerit terrestreitati mediocri, à qua ꝓcedit stypticitas, efficaci⁹ operabitur: vtraq; nāq; virtute cōstringuntur meat⁹ in mebro ex illa parte, qua medicina fuerit applicata, cuius oppositū attractiua operabatur, exinde verò sicut amplius profundatur frigiditas informata stypticitate meatus ampliùs constringuntur, & per consequēs ampliùs retropellitur humor fluēs, quasi percussus à medicina ꝓdicto mō: & licet repcussiua possit in-

sit ingrossare fluentem humorem, non tamen est de ratione ipsius, vt quidam dixerunt, quod ex hoc declaratur, quoniam ingrossatio retrocedere non cogit humorem, quod est de ratione repercussiuæ: Sed prohibet vlterius fluere, quod est de ratione ingrossatiuæ: differt autem frigiditas repercussiuę à frigiditate confortante: quoniam frigiditas huius semper est remissa & vicina temperamento, sed in repercussiua intensior.

De Medicina ingrossatiua, Cap. LI.

INGROSSATIVA subtiliatiuæ opponitur, quoniam humorem ingrossat, & differt à repercussiua, quoniá illa semper operatur per frigiditatẽ, sed ingrossatiua quandoque per frigiditatem, & tunc vt plurimùm congelando ingrossat, quandoque per caliditatem inspissantem, hoc est, educentem subtile, ac relinquentem grossum. Fit etiam tertio modo ingrossatio subtilis per commistionem grossi cum eo, sicut liquoribus facientibus residentiam, quando perturbantur: Nam residentia commista liquori eum ingrossat, & talis commistio fit vt plurimum à calida medicina per ebullitionem eleuantem grossum, & commiscentem subtile: frigida verò nequit hoc facere per se, nisi deprimendo subtile ad grossum: quando verò per frigiditatẽ operatur ingrossatiua, tunc nō differt à repercussiua uirtute, sed solum obiecto: nam inquantum repercussiua principaliter operatur in membro constringendo meatus eius: inquantum verò ingrossatiua principaliter in humore.

De Medicina incrudatiua, Cap. LII.

INCRVDATIVA opponitur digestiuæ atque maturatiuæ: quia sua frigiditate non solùm impedit digestionem alimenti, quæ fit à naturali calore, sed etiam eam digestionem humoris, ad quam concurrit naturalis calor, & innaturalis: vt in saniatione apostematum, & digestione febrilis materiæ: potest etiam frigiditatẽ adiuuare superflua humiditas ad impediẽdum digestionem, sicut in cucurbita & citrullo.

De Medicina stupefactiua, Cap. LIII.

STVPEFACTIVA medicina mẽbro, cui applicatur, sensum, & motũ aufert, vel nimium hebetat saltem sensum, & ideo nominatur stupefactiua quoniam stupor est hebetudo sensitiuæ cognitionis, vt in extasi positis: quia verò sensus & motus vigent per naturalem calorem, ideò necesse est, vt stuporẽ efficiat medicina mortificando, vel nimium hebetando calorem naturalem in instrumentis sensus & motus scilicet, in membro & spiritu animato: Nam (vt in confortatiua superius patuit) his nimium alteratis & elongatis à naturali temperamento necesse est virtutem debilitari: Ex prædictis autem animaduertere potest lector, quòd multò magis est actiua caliditas, quàm frigiditas: tum quia citiùs & profundiùs immutat, tum, quia multiplicior est in operando.

De Medicina inflatiua, Cap. LIIII.

INTER complexionata, quorum operatio dependet ab humiditate, primò superiùs fuit inflatiuum enumeratum, licet autem effectus inflationis manifeste tur vt plurimum in alimentis, tamen quia nō cõuenit alimento, vt est alimentum, quia sic à corpore patitur, sed vt est medicina, propterea dicitur absolutè, quod est effectus medicinę inflatiuæ, quæ sic nominatur, cùm intra corpus accepta extendit membra ventositate, quam generat. Nam in sui substantia grossam habet humiditatẽ, in quam cùm agit calor temperatus, scilicet naturalis, grossi vapores & inepti ad exitus insensibiles generãtur ab ea, & ideo concluduntur in mẽbrorum concauitatibus, & extendunt eas, & si talis humiditas debiliter mista fuerit cum cæteris componentibus medicinæ, sequestratur per primam digestionem, & ideò in organis primæ digestionis, vt stomacho & intestinis, ventositas remanet, illas partes tantùm extendens, nisi quantum ad colligata pertransit, sicut à stomacho ad caput propter quod inflatiua & cuncta vaporosa maximè grosso vapore dicũtur offendere caput, & obscurare visum: Nam vapor grossus, intra craneũ receptus, extensione panniculorum nimiam generat cephaleam, & obturat visiuos meatus: Si verò illa humiditas fortiter cęteris componentibus sit admista, pars eius transibit ad loca digestionũ sequentium, & ibidem effectus ventositatis manifestabitur: nam in concauo hepatis & meatibus eius, præcipuè quibus naturaliter vel accidentaliter sunt angusti, iectigationẽ excitabit, & nimia extensione dolorem, sed cùm ad vlteriora prouenit, organa maximè per actionem digestionis tertiæ non est violenta, & ideo absque dolore extendit lacertos ad cutem: & hac ratione dicuntur legumina bonam habitudinem corporis facere, ac subministrare virgæ erectionem, quæ quidem vera sunt, in quib. omnes digestiones perficiuntur.

De Medicina lauatiua, Cap. LV.

LAVATIVA medicina dicitur, quæ solo cursu liquiditatis suæ deponit ab orificijs pororum superflua, quòd si habeat aliquam vim actiuam in abstergendo vel mundificando: vel est accidentalis, vt in aqua calida: vel valdè debilis, vt in aqua cicerum, & fabarũ, aut ptisana & similibus: vnde propriè proprium est lotiuæ, quòd sit liqdissima, sicut aqua, vinũ, hydromel & brodia.

De Medicina sordidatiua, Cap. LVI.

SORDIDATIVA vlcerum dicitur, quæ auget in eis humiditates, & ꝓhibet vlcera exsiccari & mũdificari, quoniá opposita humiditas est adhærens & corruptibilis de facili, cum obuiat vlcerũ humiditati, quales sunt herbæ, quæ succo abundant mucilaginoso, vt althea & branca vrsina.

De Medicina lubricatiua, Cap. LVII.

LVBRICATIVA medicina lenem efficit superficiem meatus, in quo corpus durum & asperum continetur, & sic leuius educitur inde: quoniá aut gra-

uitate sua sublabitur, aut motu expulsiuè faciliùs per meatum lenem exprimitur: talem verò lenitatem efficit medicina cum humiditate modicæ viscositatis, non glutinosę, sed mucilaginosæ, qualis est humiditas prunorum, succi liquiritię, gummi Arabici, draganti, gummi prunorum, amygdalarum & similium: & ideò ad subducendum per hunc modum stercus durum & asperum cōferunt pruna sumta per os, & eorū decoctio sumta inferiùs, & gummi prunorum, amygdalarum vel cerasorum, ad deponendum calculum à meatibus renum, & succus liquiritiæ, & gummi Arabicum ad expellendum humorem siccum à meatibus pectoris.

De Medicina applanatiua. Cap. LVIII.



APPLANATIVA, vel lenitiua medicina non differt à lubricatiua, quantū ad virtutem, sed quantum ad obiectum: illa enim refertur ad expellibile, quod medicina facit lubricare seu elabi: ista verò refertur ad superficiem asperam, quam applanat seu lenit, & vtraque fit humiditate viscosa: tamen etiam in hoc aliquantulum differunt, quoniam ad librificationem nunquam requiritur glutinosa viscositas, sed ad leniendū vel applanandum interdum est necessaria, vt in ragadijs ani: Nam mucilaginosa de facili deponuntur à stercore duro, quòd primò pertingit fissuras, deinde reliquum succedēs & discoopertas coarctās exacuit cruciatum: glutinosa verò tenaciter operiunt eas, & leniunt earum asperitatem.

De Medicina contractiua, Cap. LIX.



CONTRACTIVA Medicina fuit superiùs inter eas, quarum operatio pendet à siccitate primò enumerata, quæ sic nominatur pro tanto, quoniā sua stypticitate constringit & aggregat partes membri vsque ad inspissationem pororum, & obturationem meatuum.

De Medicina expreßiua, Cap. LX.



EXPRESSIVA verò, cum eadem operatur virtute, qua contractiua, sed intensiori: siccitas enim in expresśiua est valdè terrestris, ideò semper grossam habet substantiam: verùm est necesse, quòd frigiditas dominetur in ea, quoniam, cùm per vehementiam constrictionis excludat humiditates in meatibus existentes, dominante caliditate, nō posset in tantam constrictionem, & ideò regula generalis est, quòd omne expresśiuum per complexionem est ponticum: & hinc patet ratio, propter quam pontica sumta post cibum laxant: exprimunt etenim per inferiùs constringendo vehemēter superiora, econtra verò, si primò sumantur: Nam inferiora constringendo superuenientia prohibent egredi.

De Medicina opilatiua, Cap. LXI.



OPILATIVA est medicina, quę in meatu figitur, per quem transit & ipsum obturat, aut quia grossa est, & terrestris, aut quia glutinosa.

De Medicina conglutinatiua, Cap. LXII.



CONGLVTINATIVA verò sua viscositate partes distātes adhęrere facit, & ideò pororum vel meatuum orificia claudit, ne fluant exteriùs liquida, quæ continentur in eis: vnde quod facit opilatiua intra meatum, facit cōglutinatiua in orificio meatus: Nam vtraque prohibet exitum, & ideò Medicus non vtitur eis, nisi vbi timetur hęmorrhagia propter incisionem magnarum venarum: vel vbi timetur exitus membri, quod continetur intra illud, cuius continuitas est soluta: qua intentione frequenter applicatur in inguinali ruptura: Intra corpus verò nunquam, nisi forsitan in diaria intestinali.

¶ Quod autem glutinositas proueniat à siccitate in plus, & humiditate in minus, per hoc declaratur: quoniam ea, in quibus abundat humiditas, glutinosa fiunt, si diu patiantur ab igneo calore: vnde caseus mollis & frangibilis præ mollicie si assetur, fit glutinosus, & non tantùm constantia, sed etiam liquida vel fluentia, vt mel aut hydromel & mustum, omnesq; succi aquosi: hæc enim omnia quantumcunque aquositas dominetur in eis, tamen per longam decoctionem resoluitur aquositas, quapropter necesse est, vt glutinositas generetur à multo sicco, fortiter colligato cū humido pauco, in tanta siquidem paucitate, quòd ei præbet non solùm continuitatem, sed etiam extēsionem. ¶ Et ex hac consideratione lucescit, quare lubricatiua, quæ calculosis in renibus propināatur, quibusdam nocent, sicut cholericis, & habentibus ignea viscera: Nam in eorum visceribus glutinosa efficiuntur, & hinc patet, quàm sit necessariū Medico ad rectā exhibitionē medicinarum, aut cuiuslibet complexionati non solùm corporum diuersitatem in complexione & compositione considerare, vt superius tactum fuit in experimentali cognitione virtutis complexionatorum, sed etiam aptitudinis complexionatorum, ad suscipiendas diuersorum alterátium impresśiones, non tantùm extra, sed intra corpus. Sicut enim vtplurimum dulcia laxant phlegmaticos, & cōstipant cholericos, ita semina frigida mundata leniunt pectus cholericorū, & exasperant phlegmaticorum: nam in eis augent mucilaginositates, quę coarctatè falsificantur & pectus exasperant: & ad hanc considerationem multum est directiuum, quod est dictum superiùs de permutatione saporum.

Glutinositas à siccitate plus prouenit, & hu. minus.

COMMENTARIVS.

QVOD autem glutinositas, &c.]Viscosorum naturam hic edocet Arnaldus: Hęc cum humida quadamtenus & sicca sint: ea tamen magis sicca vult esse, quàm humida. Nam quæ nimis humida sunt vt diffluant, ea si decoquantur, euadunt viscosa. Fateor vtique, sed eadē ratione comprobari potest, viscosā magis humida ęsse: Nam quæ nimis sicca sunt, adiecta humiditate, viscositatem adipiscuntur. Verùm & hoc expendatur. An non mollia medium inter sicca & humida locum obtinent? Iam ergò cum viscosa non inter sicca & mollia, sed inter mollia & humida contineantur, quis ea magis ad humiditatem, quàm ad siccitatem deflectere negauerit?

De Medicina consolidatiua,
Cap. LXIII.


ONSOLIDATIVA medicina dicitur, q̄ labia vulneris cōtiguata continuat, vel reducit ad vnitatē, & hoc quidem facit præparando naturæ cōtinuanti humiditatem sanguinis exundantis inter vtraq; labia, qui sanguis ad colligandum prius, deinde ad continuandum naturæ magisterio, reuera disponitur, si beneficio medicinæ conglutinosus efficiatur: Et ideo necesse est, vt medicina consolidatiua moderata exsiccatione glutinositatem præbeat sanguini: Confert etiam, si medicina in se moderata fuerit glutinosa, vt thus, mastix & aloe.

De Medicina incarnatiua,
Cap. LXIIII.


ENERATIVA carnis dicitur medicina, quę sanguinem vulneri aduenientem disponit ad celerem conuersionem in carnem, sanguinis aquositatē exsiccando: Secundario verò temperamentum sanguinis moderata caliditate fouendo, secundum exigentiam carnis. ¶ Mundificatiua verò & abstersiua non dicuntur carnis absolutē generatiua, licet ad hoc in vulneribus aut vlceribus prosint, quoniam id non per se, sed per accidens faciunt: non enim sanguinem, qui materia carnis est, immediatē disponunt, sed in superfluitates vulneris agunt immediatē, & ideo prohibens carnis generationem exstirpant, sed generans non coaptant.

Mūdificatiua & abstersiua quo modo faciūt ad carnis generationē.

De Medicina sigillatiua,
Cap. LXV.


IGILLATIVA dicitur medicina, per quam vltimò, sicut literæ sigillo, vulnera clauduntur, & maximè concaua, quæ carnis & cutis substantiam perdiderunt: vltimū enim, ad quod talium vulnerum curatio terminatur, est cutis: & ideo medicina, quæ cutim superinducit vulneribus, aut eius vicarium, scilicet carnem callosam, quæ molliciem protegit sublatentis, nominatur sigillatiua, de qua iam patet, quòd debet esse vehementer exsiccatiua, & omni mordicatione carēs, propter vulneris teneritatem, atque temperiem habens in calido & frigido, sicut etiam cutis: & ideo pontica leuiter adusta, & lota, sunt in proposito specialia: sicut solares veteres, de corio bouis, aut cortex vlmi, vel quercus: talis etiam est scoria ferri lota, & omnes lapides molares vsti & loti, & sic de similibus.

De Medicinis habentibus operationes similes vniuersalibus: & primò de Generatiuis lactis & spermatis,
Cap. LXVI.


ICTO de operationibus vniuersalibus medicinarum, sequatur consideratio de medicinis habentibus operationes similes vniuersalibus, quæ in quinta tabula superiùs fuerunt enumeratæ, quarum primæ duæ sunt, generatiua

A lactis, & generatiua spermatis: harum enim effectus in vno membro manifestat, sed omnibus tamen confert, licet in alio corpore: Nam & lac omnia membra lactantis alit, & sperma suo modo generat omnia membra fœtus: Cuncta verò generantia lac & sperma communicant in naturis secundum genus, in quibus & ipsa generata conueniunt: Lac enim & sperma conueniunt in genere complexionis: Nam vtrunque calidum est, & humidum, quoniam sunt humiditas nutrimentalis B decocta tertia digestione membrorum: nihil enim aliud est vtrunq;, nisi sanguis alteratus à membris, ea videlicet alteratione, qua proximo valet eorum forma suscipere: nulla enim humiditas promtius vertitur in membri substantiam, quā illa, in qua membri qualitates sufficienter sunt introductæ, qualis humiditas est lac in mãmillis, & sperma in testiculis: sunt enim humiditates suis continentibus assimiliatæ operatione illarum. Mammilla verò & testiculi membra sunt calidæ C complexionis & humidę, quia vtrunque est caro glandulosa: Sunt igitur lac & sperma horum mēbrorum superfluitates non impuræ, sicut natura lis vrinæ hypostasis, sed residui. Cū.n. omnia mēbra natura formauerit susceptiua, non solùm alimenti sufficientis ad restaurandum deperditum, sed etiam amplioris ratione augmenti perficiendi tempore suo, hęc duo specialiter sic formauit, scilicet spongiosa, vt plus caperēt de humiditate nutrimentali, quàm eorum deperditioni cōpete D ret: & ideò restaurato deperdito, superest eis notabilis quantitas alimenti, licet in mãmillis absq; comparatione sit notabilior necessitate finis gratia, cuius natura limitata, semper in actibus suis ingeniauit hoc fieri: Nam ad primam membrorū formationem modica valdè quātitas est sufficiēs principij seminalis, (quemadmodum declaratū est in tractatu de humido radicali) sed ad augendū & nutriendū membra natorum, oportet exuberare nutritiuam humiditatem. Ex quo euiden E ter perpenditur, quòd necesse est omne generatiuum lactis & spermatis habere potentiam calefaciendi, & humectandi, secundum rationem alimēti per se, vel per accidens: quæ verò sub ratione alimēti calefaciunt & humectāt, per se duo sunt, quorum vnum est efficiens principium, scilicet perfecta digestio in omnib⁹ membris, reliquum verò materiale, scilicet omnis cibus aptus generare, cholerā calefacit exsiccando, & aptus phlegma generare, humectat infrigidādo: sic aptus genera F re sanguinem, in plus calefacit, & humectat secūdum temperiem sanguinis: & hoc modo calefacit & humectat omnis cibus, inquantum generatiuus est sanguis: Nam ex sanguine spiritus generātur, & membra nutrimentaliter irrorantur. Igitur ex his patet, quòd ad multiplicationem per se lactis & spermatis, necessaria est perfecta ciborum digestio, & aptitudo ipsorum ad generationem sanguinis ampliorem: Per accidens verò multiplicant, quæcunq; non sunt apta ex se generare G sanguinem absolutè, sed concurrentia cum alijs generant vel generari procurant: generant quidē sicut pisces, qui ex se apti, nati sunt phlegma multiplicare, tamen si concurrant, cùm calida & sicca complexione multiplicant sanguinem, & ideo pisces in cholericis masculis multiplicāt sperma &

Lac & sperma conueniūt & eorū generatiua similiter & quomodo.

Duo sunt quæ calefaciūt & humectant ratione alimēti.

lac temperatũ: In cholericis verò fœminis generari procurant medicinę, quæ auferunt id, quod ꝓhibet sanguinē generari: sicut in habētib. frigidã & humidã cõplexionem, procurant sanguinem generari medicinæ moderatæ calefacientes & exsiccantes: & hoc modo in phlegmaticis ꝓdest ad generationē lactis & spermatis comestio seminis fœniculi, anisi, carui & etiã modici piperis. Nã excessum frigiditatis & humiditatis auferunt à mēbris, quo perfectio digestiõis impeditur in eis, & eundē excessum tolũt à phlegmate, ꝑ quē impediebatur cõuersio eius in sanguinē. Simili modo in cholericis operatur lactuca, & rostrũ porcinũ: & ideò experimur, quòd etiã, quando cruda sumuntur ab eis, multiplicant lac & sperma. ¶ Ostēsum est igitur per conuenientiã lactis & spermatis, qualiter eorũ generatiua conueniunt in virtute, sic quoq; ꝑ oppositũ innotescet, qualiter differant in eadē: licet.n. lac & sperma cõueniant in dominio caliditatis & humiditatis, differũt tamē in mēsuris ipsarũ: Nã lac est humidi⁹ spermate, sperma verò calidius lacte. Sic.n. necessitate carnis ordinauit magistra, q̃ operatur sub regula sapientię primę. Lac etenim ordinatur ad nutriendum corpus mollissimũ, vel humidũ reducēdo in sanguinē per primã & secundã digestionē corporis nutriendi: Quapropter necessariũ fuit, vt taliter sanguis in lac verteretur, quando abundaret aquositate: sic.n. in mammillis excoquitur, quòd eius aquositas abundanter in lactis substantiã retinetur in ea mensura, qua transiens in stomachũ infantis, & vlterius perueniens ad hepar ipsius, trãsmutationes ipsorũ sequestrãtes aquositatē sic patitur, quòd resurgit incolumis: & sic circulatione naturę mirabilis ꝓuenit, quòd sanguis, qui prius in vtero per vmbilicum nutriebat infantē, transiens per organa lactis, & ipsorũ exactione mirabiliter quodãmodò incrudatũ funditur in stomachũ nati, & tandē alteratus, procedens ad thalamũ hepatis, reuertitur in seipsum totũ alchimiæ magisteriũ: Filijs veritatis lucidissimè pandens, & insuper arguens præsumtionis alumnos, qui asserunt absolutè, quòd coctũ incrudari nõ potest.

Lac & sperma etiam differunt.

¶ Sperma verò, quia formãdi corporis est actiuũ principium caliditate indiguit ampliori, tũ, quia propter varia formationis opera sit necesse, vt penetret in omnē partē massę formabilis, oportebat vt illa caliditas moderati foret acuminis, & ideo humiditas calorem hebetans, fuit in spermate diminuta, quantum expediebat huic fini: Prædicta verò differentia lactis & spermatis in sexib. generantium pręsignatur, & in substantijs ipsorũ ostēditur euidenter: Nã lac pręparatur in corpore fœminei sexus, in qua ratione sexus remissior est caliditas, & hum copiosior: sperma verò in corpore sexus oppositi. Cùm aũt ipsorũ substantiæ comparantur, lactis quidem substantia reperitur omninò liquida, & nulla ex parte cõstans in aqueo, nam si aquæ superfundatur, commiscetur eidem lac distinctũ ab aqua non remanet. Sperma verò non commiscet ur aqua, licet constet in eam propriam substantiam globositate distinguens, sicut & in ouis globositas granosa, sperma distinguit ab ipsorum albumine. ¶ Qua consideratione, sublimiter informati peritiores in medicina, docuerunt absque præiudicio naturæ

Sperma calidius est lacte.

A bonitatem spermatis examinare: Nam collectis vtriusq; sexus vrinis immediatè post coitum, si sperma granosum siue globosum videatur ab vrina distinctũ, & maximè natãs proculdubio generationi est vtile: si verò inspisset vrinã, & ei cõmisceatur, aut in fundo resideat, fluitãs, vt aquosa hypostasis, omninò est infœcundũ. ¶ Et hinc patet ratio, propter quam decrepiti & crapulosi, vel ebriosi, & pueri emittentes nõ generant, quia secundum veritatem spermate carent: nam quod B emittunt aquositas est, & non sperma, nisi nomine solo. ¶ Patet etiam iam ex dictis differentia generatiuorum lactis & spermatis, tam in cibis, quã in medicinis: Nam quæcunq; notabilem habent aquositatem, generationi lactis magis cõueniũt, dum tamen sanguinem aquosum non immoderatè cõstituãt, quia licet lac multiplicarēt, nimia tamen aquositate inutile fieret: qua consideratione nutricibus vinum rubeũ, & non album administratur: quæcunq; verò sanguinem parum tenacem aut glutinosum possunt efficere generationi C spermatis, semper sunt aptiora: Et ideò in corporib. temperatis, plus generationi lactis prodest esus piscium, olerum & offarũ, quam carnium: generationi verò spermatis econtrario. Simili ratione prosunt plus generationi lactis amplius elixa: generationi verò spermatis assa moderatè vel frixa, & ideò pisces elixi lac, frixi verò, vel assi sperma multiplicant: & proinde cæpe frixum, respectu elixi notabiliter auget sperma: hinc etiam paD tet ratio, propter quã si perfectè coquantur caules, aut olera cætera, lac non augent: semicocti tamen cum dulci pinguedine, nutrices faciunt exuberare lacte: propterea quæcunq; pascuntur huiusmodi caulibus & offis in iure carnium electarum, vinoq; potantur rubeo vel mediocri, lactis amœni semper infantib⁹ porrigunt plenos vtres. Contraria verò ratione masculi, qui vescuntur leguminib. perfectè coctis in multa & duplici pinguedine, vinumq; bibunt mediocre, vacãtes quieE ti & somno, crebris emanationib⁹ spermatis polluũtur. Eisdem considerationibus patet, cur oua, quæ sumuntur assa & mediocriter mollia notabilius augent sperma, quàm si fuerint elixata. Nam per assationem eorum aquositas moderatur, & aliquantulam glutinositatē acquirunt, maximè cũ ex mediocriter assis magna portio sumatur albuminis. ¶ Ex ꝑdictis igitur elucescit, qd ꝓposito pertinet. s. natura medicinarũ generatiuarũ lactis & spermatis: nam quæcunq; faciunt hæc per se, F notabiliter sunt calida & humida: quæ verò per accidens aliarum complexionũ, sed in quibus aquosa notabiliter est humiditas, dicuntur absolutè generatiua lactis, vt herbæ cerifolij, pastinacæ, bauciæ & ipsa etiam pastinaca cruda, radix fœniculi recens, rapa elixa & similia. In quibus verò humiditas caret aquositate notabili, nominatur generatiua spermatis absolutè, vt tenereitas asparagi seminis ipsi⁹, seminis cæpę & baucię, pastinaca assa, radix yringi & iuiube, & scranida assa, G quæ est radix, quam Arabes vocant secacul: & sic de alijs.

Signũ spermatis fœcundi & infœcundi.

Quæ magis generent lac & quæ sperma.

COMMENTARIUS.

SUNT igitur lac & sperma horũ membrorũ superfluitates, &c.] Ne nimis lac & sperma cõtemneret Arnaldus, superfluitates nominauit, non impuras quidem, sed residui.

Dictura

Dictum aliquid est, vt eorum vtilitas admiretur. Nequaquam tamen hæc admiserim esse superfluitates, cùm nihil toto genere superfluum sit in humano corpore, nisi quod toto genere præter naturam est: sic superfluitas intelligẽda est, vt sit excrementũ quantitate peccans duntaxat, vt menstruus sanguis, vel aliâs emissus ab homine sano. Superfluitatem impuram dixit Arnaldus, non tamen propriè: Nam id verè superfluũ est, quod in vsu relinquitur, & omnino præsupponit vsum eius, quod idẽ est specie. Cyatus tibi vino plenus exhibetur, bibis quãtum sufficit, quod residuum est, superfluum dicitur: At si vel arenulæ vel sordes aliæ forsan in cyati fundo contineantur, quis hæc superfluitates appellauerit. Verùm si libeat inutilia vel impura excrementa superfluitates nuncupare, non moror. Nullum tamen excrementum seu purum sit, seu sit impurum, quod toto genere superfluum dici debeat, nisi toto genere præter naturam fuerit. At verò qui lac & semen dicit esse superfluitates, is cùm simpliciter loquatur, nec qualitatem abundantẽ nominans, nec quantitatem peccantem: toto genere superfluitates esse dicit. Qui sanguinem dixerit esse superfluitatem, is vtique mentietur: Si verò sanguis superabundans fuerit, vel talis qui propter prauam qualitatẽ in alimentum conuerti nequeat, hunc superfluitatẽ esse concessero. Simili quoque ratione lac & sperma secũdum quid, ob copiam scilicet vel prauam qualitatem, non autem simpliciter & toto genere superfluitates existunt. Præterea cum *horum membrorum superfluitates* dicat Arnaldus, non minus hoc absurdum est, quàm si quis chylum ventriculi, sanguinem hepatis, & alimenta partium corporis vniuersarum statuat esse superfluitates. Nulla pars in humano corpore addicta est generandis superfluitatibus. Iecoris proprium opus est & venarũ vt sanguinem generent: Testiculorum id etiam opus esse constat, vt sperma conficiant, & mammarum, vt lac generent. Denique si lac & sperma superfluitates sunt, tũ ipsius sanguinis residuum superabundãs, adeoq; superfluitates erunt, quemadmodum pinguedo residuũ est alimenti quod ob copiam in partes absumi non potuit. Sed hæc non esse sanguinis superfluitates, hinc liquet cùm multi veneris vsu emaciati, ferè plus sanguinis in testibus absumant, quàm in toto corpore: Semine turgent, quibus tamen sanguis deficit.

Nam quæcunque notabilem habent aquositatem, &c.] Ea quæ lac augent differre censet Arnaldus ab iis, quibus semẽ augetur, cũ hæc sanguinẽ parũ tenacẽ & glutinosum efficiant: illa verò magis aquosum: Miror tamen cùm vtriusq; materia sit sanguis, discrimẽ hoc obseruari: Nam quo differt lac à sanguine, non sanguinis generationi, sed lactis adicribendum est. Proinde vel lac generantia nulla sunt, vel ea sunt quib. ipse sanguis adaugetur, vel quib. mãmarũ vis fouetur. Quod aut inquit Arnaldus, non ea quæ sanguinem simpliciter, sed quæ sanguinẽ aquosum augẽt, ea generãdo lacti magis cõuenire, nõ admiserim: nã ex probo sanguine pinguedo, lac & sperma generãtur, quæ quidẽ aquosiora fuerint, quò magis aquosus sanguis fuerit: Et, quã lac requirit, aquositas in sanguine probo sufficiens est: Mammæ sanguinem in lac cõuertunt, ob id ea quæ vel occulta, vel manifesta vi sanguinẽ in mãmas attrahunt, vel deducũt, vel mãmarũ actionẽ adiuuant, ea fortè lac augere meritò perhibebuntur, non quæ sanguinem reddunt aquosiorem.

De Diureticis, & prouocantibus menstrua, Cap. LXVII.

MEDICINAE q̃ ꝓuocãt vrinam & menstrua ꝑ qualitates cõplexionales, non differũt in virtute sed in mẽsura virtutis: vtraq; n. est aperitiua meatuũ inferiorũ, & subtiliatiua sanguinis atq; grossorũ humorũ: sed medicinę ꝑ se menstrua prouocantes vtplurimũ exigũt fortiorẽ subtiliãdi & aperiendi potẽtiã, q̃ educẽtes vrinã, q̃a regulariter maior ẽ grossities sanguinis, q̃ vrinæ, præcipuè in sexu fœmineo: quoniã igitur cõueniunt in potẽtijs, ideo possunt alterutrũ exhiberi: tñ q̃a certũ est, quòd, cui ꝓdest forte, nõ obest debile, sed cui debile confert, posset nocere forte: ꝓpterea datur à Medicis regula, quòd diuretica possunt offerri, cui prouocatiua mẽstruorũ sunt necessaria, nõ ecõtra: & iõ regulariter ad ꝓuocandũ vrinã nõ exhibẽtur sauina, thimus, abrotanũ, calamẽtũ, pulegiũ, arthemisia, tenacetũ & huiusmodi, q̃ mẽstruis imperãt, sed brusc⁹, asperag⁹, gramẽ, liquiritia, radix fœniculi & petrosi, tribul⁹ & cuncta similia, q̃ vrinas multiplicãt, vtiliter exhibẽtur patiẽtib. mẽstruorũ retentionẽ propter humorũ grossitiẽ: Quæ verò sit ratio medicinarũ aperitiuarũ, habẽtiũ aspectũ ad meat⁹ inferiores, patere potest intelligentib. ex dictis superi⁹ in capitulo aperitiuę medicinæ. Nam in quib. igneitas fortiter cõplexionatur grauib. elementis, vt aquosæ, vel terrestri substantiæ: tales inquam medicinæ promtiùs in inferioribus meatibus operantur.

COMMENTARIVS.

CVI *prodest forte, non obest debile*] Videtur hoc non esse perpetuò verum: Nam si purgans vehementũ non sit sufficiens, sępenumero plus nocet, quàm si paulò vehementius iusto fuerit. Sunt qui colocynthidem in parua quantitate parũ purgare censent: in magna vero vehemẽter. Sed falsum hoc est, adeoq; periculũ infert non leue colocynthis, si ob iustę quãtitatis defectũ, non purgauerit assumta: cũ in corpore diutius citra detrimẽtũ euidẽs immorari nõ possit. Verũ si res per se, nõ respectu alterius intelligatur, tũ hæc quoq; regula cõsistet: Quod colocynthidis pauxillũ magis quã maior quantitas noceat: id non fit primò propter quantitatẽ deficientẽ primò, sed per accidens, ob remoratã purgationẽ. In colocynthide multæ sunt vires, calefaciendi scilicet, exsiccandi, erodendi, & purgandi: Iam cui voles noxam adscribito, certè si multa colocynthis nõ nocuerit, neq; pauca nocebit. Colocynthidis ex drachma j. purgatio nõ nocuit, neq; nocebit ex drachma ß. quantũ ad purgationẽ attinet: sed alterius actionis respectu magis nõcere potest minor quantitas: Quia colocynthis pauca maiorẽ habet in corpore calefaciẽdi vel exulcerãdi vim si retineatur, quàm multa si celeriter expurgata fuerit.

De Medicina sudoratiua, Cap. LXVIII.

MEDICINA prouocatiua, sudoris resolutiua est naturaliter, quoniã humores & maximè ipsorm aquositatem in vaporẽ cõuertit: & ideò patet ex suis prædictis natura ipsi⁹: oportet. n. vt ꝓuocatiua sudorrs per se participet caliditatẽ intẽsam in subtili substãtia, nõ copulata multo terreo vel aqueo, ne ꝑ hoc impediatur pororũ apertio, si ne qua sudoris euacuatio nequit ꝑfici: & ideò medicinæ calidæ quantò leuiorẽ habent substantiã, tantò sunt efficaciores ad sudorẽ per se prouocãdum, vt anthos, sambucus & flores sambuci. Flores. n. multùm aereitatis participant, & similiter herbæ, q̃ fortẽ exspirãt odorẽ, vt pulegiũ, calamẽtũ leuisticũ, ruta, agnuscastus, & similes: multum enim tales de igneo participant & aereo cũ longẽ diffundant acutum odorem: quapropter ex parte illa possunt efficaciter eum prouocare per se: quæ verò frigidæ sunt vel terrestris substãtię, aut aquosæ, non prouocant, nisi per accidens, scilicet actuali calore, quo informantur: sic etenim ad sudorem prouocandum interdum ex hordeo, vel auena, vel maluis, aut violaria, vel similibus, eucatisma præcipitur fieri.

De Medicina solutiua, Cap. LXIX.



EDICINA solutiua ventris per qualitates complexionales ad aliquam supradictarum reducitur, sicut & cæterę, habentes operationes vniuersalibus similes: omnes enim medicinę, quæ operantur per virtutem complexionis, reducuntur ad aliquam medicinarum, habentium operationes vniuersales. Cùm autem operatio medicinarum, habentium operationes vniuersalib⁹ similes, dependet immediatè à virtute specifica, non potest ad aliquam illarum reduci, neque ducere considerantem in notitiam complexionis, vel complexionalis virtutis: quæcunque igitur medicina soluit ventrem vnica complexionali potentia, vel operatur expellibile dissoluẽdo, vel exprimendo, vel abstergendo, vel mundificando, aut lauando, vel leniendo, aut mollificando, aut mordicando: nã quę dissoluunt in intestinis phlegma vel mucilagines, ventrẽ soluunt, & hoc modo in pinguibus, & phlegmaticis soluunt squilla, raphanus, tartarum & ficus immaturæ propter lac, quod est incisiuũ, & similia: in eisdem etiã corporibus deponuntur fęces ab intestinis citius solito: si coctana & pira cruda, vel similia pontica sumantur longè post cibum, sicut accidit sumentibus hæc pro cœna: nam si sumerentur in prandio, non possent compressionis effectum manifestare, cùm in multitudine cibi submergerentur prædicta Similiter corpora soluit farina lupinorum mundificando, seu abstergendo, & aqua calida, vel brodium lauando, pruna leniendo & mollificando, sal per clysterẽ suppositum mordicando. ¶ Medicina verò, quæ soluit ventrem attrahẽdo humorem ad ipsum, inquantum habet specialem aspectum ad attrahendum aliquem humorum, non operatur per virtutem complexionalẽ, quoniam qualibet medicina attrahente determinatum humorem, alia reperitur in eadem complexione intensior, quæ tamen illum non attrahit, & ideò constat, quòd operatur per virtutem specificam, nec tamen ideò numeratur inter medicinas operantes à proprietate, quæ fuerunt superiùs in sexta tabula positæ: quoniam soluere ventrem non est immediatus effectus eius, immò potius expulsiuè intestinorum & stomachi: Medicina siquidem per se nihil aliud operatur, nisi tractum humoris ad illa membra; ad cuius præsentiam excitatur expulsiua ipsorum, & sæpius, antequam ad attrahentem perueniat medicinã: quapropter medicina talis per accidens soluit ventrem.

COMMENTARIVS.

QVONIAM *qualibet medicina attrahente, &c.*] Horũ verborum hic sensus est, attractionem scilicet alicuius humoris à cõplexione vel aliqua manifesta qualitate procedere, sed à forma substantiaque specifica: Quandoquidem dari medicamenta possunt, quæ cùm eandem obtinent temperiem, non ob id tamen ea veluti purgãtia eundem attrahunt humorem. Aliud in purgantibus obseruandum esse monet Arnaldus, ea nimirum per accidens ventrem soluere, mediante scilicet intestinorum & ventriculi expulsione: siquidem humores ea duntaxat ad se trahunt, quos ventriculus & intestina, non irritante medicamento, sed humoris attracti qualitate vel copiâ forâs produnt. Hæc commodè quidem prolata sunt, cùm veritati consentaneum non sit, vnum & idem medicamẽtum humorem attrahere, quẽ postea repulsurum sit: Contrariæ nimirum vires vni per se nequeunt attribui. Sed tamen non est ideo medicamentis detrahenda vis, qua facultatem irritent expultricem: Hac enim mediante medicamentum id propellere potest, quod prius attraxerat. Et quamuis purgantibus acrimonia deesset, notum est tamen omnia naturæ aduersari, quo fit vt hęc natura molestè ferens, expellere contendat.

De Medicina perniciosa, venenosa, & theriacali, Cap. LXX.



EDICINARVM operantium à proprietate solùm illę, quæ nominatæ sunt in tabula sexta, iuuãt ad cognoscendum virtutes medicinarum habentes operationes vniuersales vel similes vniuersalibus, quoniam tales habent operationes: & ideo scire conuenit, quòd medicina perniciosa dicitur, quæcunq; medicina mortifera: sed medicinarũ mortem inferẽtium duo sunt genera, quia quædam interficiunt propter excellentiam qualitatum complexionalium: vt opium & euphorbiũ, & tales medicinæ habent operationes vniuersales: quia ratione virtutis per quam interimunt, nõ magis respiciunt vnum membrũ quam aliud. Opium.n.quodcunq; membrum excellenter infrigidat, & euphorbiũ calefacit, & etiã quoniam effectus mortis vniuersalis est nocumenti. Sic igitur patet, quòd huiusmodi medicinæ perducunt in noticiam qualitatũ primarũ.s. caliditatis, & frigiditatis, prout sunt excellẽtes: & qͣ nomẽ ꝓpriũ nõ habẽt, ideò restricto vocabulo dicũtur hę absolutè perniciosę: alię verò medicinę perniciosę sunt illæ, quæ mortẽ inducũt propter cõtrarietatẽ, q̃ habẽt à tota specie cũ corpore humano, prout est viuẽs, & talis medicina ꝓprio vocabulo dicitur venenũ: Et ideo vocata est hîc absolutè medicina venenosa, licet aliàs nominetur, sicut antedicta. Qñ.n. Medicus distinguit venenũ à medicina venenosa, tunc per medicinã venenosam intelligit medicinã corrumpentẽ excellentia qualitatis cõplexionalis. Hîc aũt, vbi perniciosa distinguitur à venenosa, denominatur venenosa ab ipso veneno, cuius nocumentũ, licet sit cunctis mẽbris vniuersale: tñ sua cõtrarietas corrumpit specialiter spiritus & sanguinẽ ac mineras ipsorũ, præcipuè cor: & ideò sensualiter iudicando Medicus ait, huiusmodi medicinã habere operationes vniuersalib. similes. ¶ Idẽ quoq; de theriacalib. est iudiciũ, quoniã ꝓpriè theriacalis medicina contrariatur veneno à tota specie: propterea liberat venenatũ à periculo mortis, quia venenũ corrũpit, vel à corpore eijcit: & ideò spiritus & sanguinẽ, ac mineras ipsorũ non solũ à corruptiõe tuetur, sed etiã corrigit in eis vestigia corruptionis: & ex hoc patet differẽtia inter theriacalem ꝓpriè sumtã, & confortatiuã, quoniã omnis theriacalis est confortatiua, sed nõ ecõtra. Theriacalis.n. strictè sumta cõfortat solũ impugnãdo debilitãs quod est venenũ, sed cõfortatiua simpliciter impugnat quodcunq; debilitans, sicut suprà fuit elucidatum: Quandoque tamen omnis confortatiua largo vocabulo dicitur theriacalis.

¶ Ex his ergò iam patet quòd per cõsideratiõnẽ venenosę medicinæ ac theriacalis, ꝓut strictè sumuntur, non habetur notitia virtutis imprimẽtis vtile

Venenum. Medicina venenosa.

Theriacalis.

vtile iuuamentum vel nocumentum.

De compositis operationibus Medicinarum, Cap. L X X I.



OST considerationem simplicium
virtutum in medicinis, dicendum est
de compositis, quæ consideratio tan-
tò est Medico necessaria, quoniam im
presio iuuamenti vel nocumenti val
dè minuitur vel augetur in corpore, propter con
cursum diuersarum simpliciũ virtutum in vni-
ca medicina, & ideo ad rectam applicationem me
dicinarum conuenit virium ipsarum compositio
nem attendere, quarum compositio, licet tot mo-
dis variari posit, quot in eadẽ medicina possunt
concurrere simplices suprà tactæ. ¶ Verumta-
men huius to tius diuersitatis consideratio redu-
citur ad tria consideranda: quorum primum
est cernere quot, & quę prędictarum viriũ in pro
posita medicina concurrant. Secundum est, con-
templari, an concursus earum iuuatiuus sit cor-
pori, vel nociuꝰ. Tertiũ est, exercitari circa id, per
quod celeriùs & certiùs habetur notitia compo-
sitionis prædictę. ¶ Circa primum verò tantùm
occurrit vna communis animi conceptio. s. quòd
illa medicina, quæ plures in se vires habet, multi-
plicatior est in operando, & econtra, quæ paucio-
res. ¶ Circa secundum occurrunt tria: Primũ est,
quòd compositio nociua corpori est vitãda, & iu
uatiua est eligenda: hoc enim est generale præce-
ptum, quòd medicina, quę iuuare non potest cor
pus sanabile, vel saltẽ plus ei nocere, quã cõferre,
non debet eidẽ vllatenus applicari. Secundũ est

*alias modus

* motus, quo vires cõcurrentes adiuuant corpus
qui duplex est. s. quorũ vnus attenditur ex parte
effectus, nam quandoque vires concurrentes ad
iuuant corpus proprijs effectibus tantũ, sicut in
medicina, quæ aggregat vim solutiuam, & con-
tractiuam, vt in opiatis recentibus: Nam per vim
resolutiuam consumitur residuũ peccãtis humo
ris, & per cõtractiuã aggregãtur partes mẽbri, &
præparãtur ad resistendũ vlteriori fluxui. Et simi
lis huic est medicina, q̃ attrahit à iuncturis humo
rẽ, & habet cũ hac vim cõtrahendi: Nã per vim at
tractiuã euacuat iuncturã, & per vim contractiuã
constringit, vt hermodactyli: simile quoq; iudici-
um est de medicina, q̃ aggregat vim solutiuã, & ꝑ
cussiuã: Hęc enim in augmento apostematis con
fert mẽbro apostemato per vnam vim resoluen-
do, quod fluxit, & per aliam repellendo, quod ad
huc fluit: & talis est herba psyllij & coriãdri, si cõ
quassatę ponãtur: quãdoq; verò cõcurrentes in
medicina iuuant corpꝰ, nõ solũ ꝓprijs effectibꝰ,
sed cõmuniũ, sicut frequenter accidit in medici-
nis solutiuis, in quib. diuersę vires ad solutionem
ventris se adiuuant, vt abstersiua & expresiua, si
cut in absynthio, vel dissolutiua & attractiua, vt
in turbith: vel attractiua & cõpresiua, vt in mira
bolan. & sic de alijs. In omnibꝰ. n. medicinis his iu
uatur corpꝰ per effectus proprios viriũ concurrẽ
tiũ, sicut per effectũ expresionis & abstersionis,
vel attractionis, & expresionis, &c. & vltra hoc ꝑ
solutionẽ ventris, quæ illis est effectus cõmunis.
¶ Hic aũt est aduertendum, quòd cum dicitur a-
liqua medicina laxare taliter, vel taliter operãdo,
illud gerundiũ quandoq; denotat simplicitatem

A virtutis, sicut cum dicitur, quòd pruna laxant
humectando vel mollificando, id est, per solã vim
humectandi vel mollificandi: quandoq; verò de-
notat concomitantiã vnius virtutis ad aliã, sicut
cùm dicitur, quòd turbith laxat dissoluendo: Nõ
enim est intelligendum, quòd laxat per solã vim
dissoluendi, quoniam sinapis est magis dissolu-
tiua, nec sic regulariter, vt turbith, laxat. Similiter
quoq; cùm dicitur, quòd mirabolan. laxant com
primendo: nam sorba, & coctana cruda, & prunel
B læ plus comprimunt, & tamen non laxant vt illi:
sed sensus est, quòd in turbith vis dissolutiua con
comitatur, & coadiuuat aliam laxatiuam. s. attra-
ctiuam: & in mirabolanis compresiua: & ex hoc
patet error eorum, qui dixerunt, quòd mirabola-
ni non aliter educunt humores à corpore, quàm
compresio excludat aquam à spongia. s. solum-
modò exprimendo: Nam secundum hoc, aut pa-
rum, aut nihil per ventrem educerent, quia trans
eundo per stomachum & intestina fortiùs com-
C primunt partes viciniores eis, vt orificia mesarai
carum, aliarumq; venarum eis affixarũ, quapro
pter humores potiùs versus hepar & venas pro-
fundas pellerent, quàm ad ventrem: quòd si for-
san imaginetur, quòd vis eorum compresiua for
tiùs agat in venis remotis, quàm in propinquis,
tunc per solûm actum compresionis æquè bene
sanguis excluderetur ab eis, & tantò citiùs, quan
tò citiùs cæteris humoribus in venis est copio-
sior. ¶ Alius verò modus iuuandi attenditur ex
D parte temporis: nam quandoque vires concurrẽ-
tes in medicina simul operantur, vt quando vir-
tutes adæquantur, & substantiæ ferentes ea im-
mediatè fortiter sunt commixtæ, sicut vis aperiti
ua & dissolutiua in apio adæquantur, & insepara
biliter coniunguntur. Quandoq; verò succesiuè
sicut in medicinis, in quibus vel sunt inæquales
vires, vel separabiles, aut vtrumque, sicut superi-
ùs in capitulo de permistione complexionatorũ
fuit elucidatum. ¶ Et ex his patet, quòd non est

Quõ intelligi tur quòd nã secernit diuersas vires vnius medicinæ.

E verum absolutè, quod quidam dixerunt, scilicet,
quòd natura corporis diuersas vires vnius medi
cinæ secernit & attribuit diuersis partib. coporis,
ꝓut indigent: hæc. n. non habent locũ, vbi non fit
sequestratio componentiũ medicinę, sicut in his,
quæ applicantur exteriùs, vt in medicina, quę ag
gregat vim resoluendi & repercutiendi, cùm ap-
plicatur extrinsecis apostmeatibꝰ: exteriùs enim
nõ fit sequestratio, quod patet ex eo, quia medici-
na manens sub vna specie diuersimodè operatur
F etiã, vel sicut in medicinis interiùs sumtis, in qui-
bus non est posibilis sequestratio, sicut in camo-
milla, sed in quib. posibile est & maximè facilis,
habet locum prædicta consideratio, in alijs verò
non, nisi dicatur, quòd ideò in diuersis partibus
ab eadem, & indiuisa medicina proueniunt iuua
menta diuersa, quia diuersis qualitatibus aut im-
presionibus eius hinc inde natura membri iu-
uatur: & ideò iuxta iuuamentum, quod pro-
portionaliter recipit, vtrobique manifestat di-
G uersos effectus: ita quòd ibi adiuta frigiditate ma
nifestius repellit: Hîc aũt adiuta caliditate mani-
festiꝰ dissoluit, hoc est, expellit sensibiliter. ¶ Ter
tium, quod occurrit circa secundũ, cõsiderabile,
est electio cõpositiõis vtilioris, de quo vna datur
regula generalis. sc. quòd illa medicina corpori

est

est vtilior, quę plures vires eidē necessarias vel cō ferētes aggregat, maximè ꝑ naturā, quoniā natura meli⁹ arte nouit & firmiùs cōmiscere: propter ea dicitur, quòd ethicis medicina infrigidans, quæ theriacalis est aromatica, semper vtilior est, quàm quæ solùm infrigidat: patientib. verò cardiacam frigidam est vtilissima, quæ calida est, theriacalis & aromatica.

Duplici exercitio cognoscitur compositio diuersarū virtutum in eadem medicina.

CIRCA TERTIVM est sciendum, quòd duplici exercitio cognoscitur diuersarum virtutum cō positio, in eadem medicina, quorum vnum est exercitium applicandi medicinas corporibus, & experiendi effectus. Et iste processus repudiatur à pluribus propter duo, quorum vnum attenditur ex parte quærentis scilicet Medici, quoniam per hunc processum tardè consequitur notitiam complexionis prædictæ, cùm corpora ad experiendum idonea non occurrant pro libito: Aliud verò attēditur ex parte subiecti, circa quod exercetur experiētia, quoniam ratione illius talis processus est timorosus, nā si applicetur id cuius virtutes ignorantur, timendum est, ne forsitan lædat nimis: Aliud verò exercitium est subtiliter iudicandi de diuersis saporibus medicinæ. Qui primam viam voluerit prosequi debet illa seruare, quæ necessaria sunt ad certitudinem experimentalis iudicij, de quibus superiùs tradita est doctrina. Qui verò voluerit per secundam viam procedere, per quam sapientes multam habuerunt de operibus medicinarum notitiam, debet obseruare, quòd organum gustus existat in suo esse potissimo, scilicet immune ab omni distemperātia humorali, vel saliuali vel cuiuscunque rei potentis gustum informare alieno sapore, sicut cibi & medicinæ: & propter hoc oportet Artificem non solùm esse sanum, sed sobrium, & quòd ieiunus gustet medicinas, & attentè cōsideret diuersitatem saporum occurrentium gustui, notando memoriter, quis fortiùs aut minùs fortiter gustum immutet, vt non solùm numerum saporum, sed excessum vnius ad alterum cōprehendat, & tunc iudicabit de viribus medicinæ, sicut traditum est superiùs in complexione saporum. Sed in medicinis inusitatis hęc cautela seruabitur, scilicet quòd gustabitur in modica quantitate: Deinde post gustum lauabitur os cum vino vel aliquo liquore: Si quis igitur exercuerit in saporib. medicinarū gustū suum, vtplurimum poterit artificiali coniectura perpendere virtutes, & per consequens operationes earum: sic enim iudicio saporis determinauerunt sapientes, vt in pluribus naturas medicinarum. ¶Et licet superiùs in compositione saporum exempla fuerint posita, nihilominus ad euidentiam clariorem iterum placet in cinnamomo, reubarbaro & squināto exemplificare. Cùm enim in electo cinnamomo sapores cum diligentia discernuntur, mox apparebit in ipso quadruplex sapor, scilicet acutus, dulcis, stypticus & salsus, sed acutus est cæteris fortior: tamen in optimo cinnamomo nullam habet mordicationem, aut modicam, post quem dulcis notabilior, deinde stypticus, vltimò verò salsus, qui tam debilis est in optimo, quòd vix percipitur: per hos ergò sapores & primæ virtutes ipsius & secundæ probabiliter coniecturantur: Tres enim ex his attestantur caliditati, scilicet acutus, dulcis & salsus:

Cinnamomi quadruplex est sapor.

& tres siccitati, scilicet acutus, stypticus & salsus: tamen quia humiditas dulcis, est temperata, non potest notabiliter compescere siccitatem, sicut frigiditas styptici compescit caliditatem: & ideò cōcorditer sapientes dicunt, ipsum amplius exsiccare, quàm calefacere, & ratione prædominantis acuminis manifestiùs aperire, atque subtiliare, parumque contrahere, vel constringere sua stypticitate, sed notabiliter mundificare propter vim dulcedinis & salsedinis: Iterum, quia decoctione vel puluerizatione non resoluuntur de facili hæ vires, ab eo perpenditur quòd substantiæ ferentes eas, fortiter sunt permistione vnitæ: quapropter simul prædictæ vires vtplurimum operantur, etiam ideò cognoscitur vtile fore cunctis corporibus aut membris, quibus omnes aut plures operationes ipsius sunt necessariæ. ¶ Quoniam igitur in membris putredo causatur ex humiditate superflua, & coarctata in poris eius, ideò dicitur cinnamomum rectificare putrefactionem membrorum, & eorum saniositatem corrigere partim exsiccando, partim aperiendo, partim mundificādo. Hinc etiam patet ratio, quare pannos & lentigines dicitur exstirpare: quoniam orificia pororum cutis aperit, & mundificat, & quia fortiter exsiccat, aperit & aquosis vesicis & zimiæ conferre probatur, maximè cū aceto: ratione verò operationis mūdificatiōis & exsiccationis vlcerib. saniosis, & impetigini medetur & cunctis mēbris opilatis cū aquositatis abūdātia. Et hæc est ratio, ꝑpter quā specialiter dicitur prodesse corizę & aquositati aurium atque dolori causato ex eis ab aquositate opilāte, sicut accidit in corizis & rheumatismis frigidis. Eadem ratione lacrymis medetur, habentium frigidos & humidos oculos atque cerebrum: & ideò aqua nymphea, quæ plus recipit optimum cinnamomum efficaciùs lacrymas stringit collirio: tamen etiam lippas & maculas inde genitas, atque sordes humidas oculorum, extergit vtiliter, præcipuè cùm mordicationem non habeat, & per hunc modū tenebrositatem ipsorum expellit. Dicitur etiam tussi conferre, quādo scilicet ex aquoso prouenit rheumatismo, quoniam superfluam humiditatem consumit, & à residua pectus exonerari mutat aperiendo & mūdificando canales: fœtorem etiam anhelitus potenter corrigere censetur, maximè cùm causatur à putredine gingiuarum & stomachi. Similiter quoq; dicitur stomachū cōfortare. s. quando saliuali humiditate submergitur, & hepati cō ferre peculiariter in hydropisi scilicet aquosa, quia & opilationes eius aperit, & aquositatem cō sumit, pari ratione medetur aquositatibus & saniosis fluoribus matricis, vel doloribus eius, aut aliorum mēbrorum prouenientib. ex causis prædictis, & ideò etiam conferre probatur reptilium puncturis & morsibus, quoniam vermes & huiusmodi animalia parua, vtplurimum frigidam & aquosam fundūt membris humiditatem: hinc etiam patet ratio, propter quam oleum eius dicitur mederi paralysi & tremori, quoniam frigiditatē & humiditatem à neruis & lacertis excludit, cùm moderata contractione. Cuncta igitur iuuamenta superiùs expressa cognoscuntur procedere à cinnamomo per considerationem saporum, & similí ratione perpendi poterunt nocumēta, sicut abor-

Quibus vtile sit cinnamomum.

abortus per efficaciam aperiendi, & maximè in cholericis mulieribus, aut læsio pectoris in siccis, & extenuatis corporibus, aut induratio grossorum humorum siue terrestrium, vbi resolutio & exsiccatio ipsius adiuncto aliquo non franguntur. Cùm autem suauitas odoris eius attenditur omnibus visceribus, cognoscitur amicari, & exinde dicitur omnes spiritus confortare.

De reub. & Pontico.

¶ Reubarbarum verò, si fuerit senicium siue barbarum, siue ponticum, semper habet amaritudinem & stypticitatem, & in omnibus stypticitas amaritudinem superat: In eo tamen, quòd à Ponto insula fertur, vnde etiam & ponticum nominatur, tanta est stypticitas, quod vergit ad ponticitatem, sed in eo, quòd affertur de Seni, aut de regionibus barbarorum, non est tanta stypticitas: nam in eis quasi adæquari videtur amaritudo stypticitati. Perpenditur ergò ex his duobus saporibus, quòd eius substantia componitur ex terreo crudo, & terreo adusto siue ignito, sed ex sua spongiositate & leuitate multitudo perpenditur aereitatis in eo: In sui quoque recentia, cùm habeat insipiditatem admistam plædictis saporibus, aqueitatem habet notabiliter: Sed hę substantiæ debiliter vniuntur in ipso: verùm aqueitas debilissimè, quia cito per eius exsiccationem resoluitur: aereitas verò debiliùs, quia per leuem decoctionem exspirat: nam totum densatur & acquirit grauedinem: sed aliæ duæ terrestres minùs debiliter vniuntur, quia forti decoctione resoluitur, aut manifestè minuitur amaritudo, & manet stypticitas: Quod igitur mediocris temporis est crudum, vel nullo modo sophisticatum, cognoscitur exsiccare potentiùs, quàm calefacere: parum enim potest, cùm stypticitas vincat amaritudinem: constringit tamen potentiùs & aperit ac abstergit minùs: Sed quia vis aperitiua & abstersiua est ignea, præuenit effectum stypticitatis, quoniam vt suprà patuit, caliditas magis est actiua frigiditate, sed licet in principio vim suam amaritudo citiùs manifestet, in fine tamen dominatur effectus stypticitatis, tum, quia maior illa, tum, quia perseuerat: Nam, vt dictum est, amaritudo minuitur per resolutionem substantiæ ferentis eam, quam resolutionem patitur reubarbarum, cùm sumitur intra corpus, quoniam ibi excoquitur.

Reu. potius cõstrictiuum est ventris quàm solutiuum.

ET EX hoc patet ratio, per quam præcipui & pręstantissimi medicorũ, vt Galenus & Dioscorides, & eorum sequaces absolutè dixerũt reubarbarum esse constrictiuũ ventris, & nòn solutiuum: Nam quælibet medicina denominatur absolutè ab ea operatione, quæ principaliter, & per se conuenit ei: reubarbarum verò non conuenit per se soluere ventrem, sed solùm per accidens, scilicet exprimendo, & hoc modo choleram euacuat non attrahendo: quod ex eo patet, quòd potenter ad vias vrinales pertransit, & tingit excellenter vrinam, aut ei se commiscendo, vel choleram à capillaribus venis hepatis propellendo in vrinales vias. ¶ Iam igitur ex his patet, quòd ea membra iuuabit, quibus apertio & abstersio, & finalis expresio seu constrictio sunt necessaria: & ideo panno & maculis cutis

A per se, vel cum congruis adiuuantibus conferre probatur, & impetigini, atque casui, vel concussioni, aut conquassationi: Nam in huiusmodi dispositionibus membro debetur prius exclusio, vel amotio adhærentis, aut coarctatæ superfluitatis, & tandem constrictio fortis ad expressionem, & consolidationem, & ad resistendũ superuenientibus rheumatismis, & hæc iuuamẽta præbet interiùs sumtum, & exteriùs applicatum, ideò rupturis siphac excellenter prodest, B quoniã siue interiùs, siue exteriùs applicetur, semper vis aperitiua profundat stypticam vsque ad partem læsam, nec ad eam profundandam alieno eget auxilio: Nam etiam, si cum aqua frigida sumeretur, manifestaret efficaciam iuuamenti. ¶ Iam verò patet ex his, cur apostematibus ex sanguine à principio prodest, quoniam resoluere potest modicum collectæ humiditatis, vel exsiccatione consumere, fluxui verò per fortem constrictionem resistere, ac ipsum C exprimendo repellere. Sic & asmaticis, ac emoptoicis efficaciter prodest: Nam potatum ascendens in partes pulmonis, & pectoris, aperit & mundificat, & exprimit in ascensu & mundato pectore per screatum constrictio perseuerat, quæ rheumatismis obuiat asmatizantibus, & consolidationem vulneris ac rupturæ procurat.

Quibus vtile sit reu.

¶ Simili ratione patet, qualiter stomachum cœnosum, & sordidis humiditatibus redundan- D tem, aut singultuantem, aut aliter debilitatum, fortificat, quoniam abstergendo ipsum aggregat partes eius, & ab hac ratione Philosophus inquit, quòd vita sit hepatis: Nam id, quod creb riùs mortificat hepar, & marcidum efficit, est cholericus, & acutus humor, conclusus in strictis meatibus ipsius, & dissipans eius substantiam, ad quam dissipationem est promptissima, propter sui teneritatem: & ideò reubarbarum quidem ab omnibus latibulis eius exclu- E dit acutum chymum, & moderatè constringit ipsum ad bonitatem suæ compositionis recuperandum: proculdubio viuificat maximè cum extirpet causam discrasiæ, scilicet opilationem & chymum malum, & ideò specialiter dicitur, conferre doloribus eius, & splenem extenuare, sicut absynthium, scilicet aperiendo, mundificando & constringendo. ¶ Simili ratione confert doloribus renũ, & vesicæ atque matricis, maximè, si fuerit pungitiuus, hoc est, ex acuto & F subtili humore causatus, dysenteriæ quoquè, vel omni fluxui ventris sanguinolento magnificè prodest mundificando, & fortiter constringendo. ¶ Ex his patet, quare patientibus fluxum ventris hepaticum, & cholericum, vel sanguinolentum: Et quorum membra liquescunt præparando ad ethicam, singulare probatur esse refugium: Nam & discrasiam hepatis corrigit abscindendo causam, & fluxum eneruat, & liquefactionem exterminat constrictione vel so- G lidatione membrorum.

HINC etiam elucescit, cur profit antiquis, & periodicis febribus: Nam cùm sint periodicæ, constat, quòd generantur ex humore putribili sub certa reuolutione, fluenti ad mineram putredinis: in eo verò, quòd antiquæ sunt à grossis

& opilatiuis humorib. noſcuntur oriri,& ideo fe bribus huiuſmodi reſoluendis neceſſaria eſt medicina,complectens vires opiatarum, ſcilicet aperitiuam opilationum, & abſterſiuam vel excluſiuam,ſeu conſumtiuam reliquiarum putridæ humiditatis, & conſtrictiuam membri, vt ſuperuenienti non cadat:propterea medicinę ſupradictis viribus informatæ, vt reu.& abſynthium & ebuli,& ſimiles dicuntur mederi ſpecialiter febribus nominatis,& proculdubio taliter febricitãtibus mirè proſunt, ſi rectè adminiſtrentur. ¶ Prædicta etiam tam hîc,quàm in cinnamomo declarãt cur morſibus & puncturis reptilium prodeſſe dicantur,quoniam & aperiendo,abſtergendo,reſoluendo & finaliter exprimendo venenoſam excludunt humiditatem à membris læſis.¶ Iam etiam ex prædictis patet,quare prægnantibus noceat, & patientibus cholicam:nam illas cogit abortire per vim aperitiuam & expreſsiuam, cholicos autem propter inteſtinorum ſtricturam & ſiccitatẽ grauiori cholica torquebit, & crebriori, ſi ſumatur ab eis, promouendo per formam regiminis ſtricturarum & ſiccitatem,& pari ratione cunctis membris obeſſe cognoſcitur, quibus inimicatur ſiccitas & conſtrictio perſeuerans. ¶ Squinantũ verò diligenter maſticatum notabiliter inuenitur duplici ſapore cõponi acuto,& ſtyptico, & ideò ſubſtantia eius perpenditur conſtitui ex terrea mediocri, & ignea ſubtili,& quia neuter iſtorum ſaporum excellenter immutat guſtum rationabiliter, iudicatur quòd terrea vis & ignea non ſunt excellentes in eo, tali videlicet excellentia, quæ tertio vel quarto gradu complexionis tribuitur,ſed cùm prima applicatione ſenſibiliter alteret membrum conuenienter, in ſecundo gradu caliditatis & ſiccitatis reponitur:quæcunque prędictæ duæ ſubſtantiæ difficulter per decoctionẽ ad inuicem ſeparantur, conſtat eas inuicem fortiter colligari,& proinde ſimul in corpore operari, vel imprimere, quod earum viribus pertinet, ſcilicet calefacere,exſiccare,diſſoluere, aperire & ſtringere non excellenter,quia cùm acumen eius eſt fortius ſtypticitate, cognoſcitur plus aperire, quàm ſtringere:cũ aũt olfactus probet ipſum aromaticum eſſe,per hoc noſcitur ſpiritus confortare,ſicut conuenit aromatico, & per conſequens membra, & præcipuè ea, quæ radices ſunt ſpiritus. ¶ Ex quorum conſideratione concluditur, ipſum conferre membris,quibus omnia ſupradicta ſimul,aut aliqua conuenit exercere. Vnde gingiuis relaxatis,aut mollitis aquea vel phlegmatica humiditate:cùm indigeant diſſolutione & exſiccatione ſuperfluitatis nociuę,ac moderata conſtrictione directè congruit,maxime cùm ſua debilis apertio iuuet ad excluſionem nociui. Simili verò ratione lacertis patientibus laſsitudinem propter eandem ſuperfluitatem medetur, Hepati verò ex cauſa ſimili opilato vel in leucophlegmatiis & frigidis apoſtematibus,aut ſimilibus morbis conueniens erit aperitiuum & etiam reſolutiuum, cùm ſit membrum indigens confortantibus ſpiritus,& rectificantibus eos, atque coadunantibus temperatè partes ipſius ad conſeruationem virtutis eius, & ſaluationem ſubſtantiæ, quæ opera conſtanter exercet aromaticum ſtypticum. Ex conſideratione verò conſeruandi membrum,per quod medicamen tranſit, ſquinantum hepati conuenit, quoties ad exercendum in profundis membris, vt ſplene vel renibus, aut matrice apertionem, & diſſolutionem medicamen dirigitur. ¶ Omnibus etiam reſtrictiuis cuiuſlibet fluxus potiſsimè, ſi fuerit aquoſitas eius cauſa, quibus neceſſe eſt admiſcere. Penetratiuum conuenienter adiungitur, tum, quia confert intermedijs, per quæ tranſit, tum, quia propter hoc, quòd facit alias penetrare, cooperatur ad reſtringendum, & ideò conuenienter adiungetur reſtringentibus fluxum matricis, & cum eo mirabilius & efficacius operantur, quàm per ſe: Squinantum enim eſt vna de medicinis indifferentis obſequij, quæ ſequuntur potentiam fortioris. Vnde adiunctum forti aperitiuo, iuuat apertionem, & forti reſtrictiuo, reſtrictionem. ¶ Similis autem, & in ſedando dolores, aperiendo, & diſſoluendo, ſuauiter in membris indigentibus confortatione ac temperata conſtrictione, qualia ſunt hepar, & os ſtomachi, & principalia cuncta, & matrix, eſt conueniens, & mirabile ſedatiuum, quapropter excellens eſt in dolore viſcerum, potiſsimè matricis poſt partum, quia tunc maximè indiget prædictis omnibus iuuamentis: illi etiam, quæ eſt inepta conceptui, propter aquoſas humiditates, quibus illa vix caret, mirabili celeritate medetur eucatiſmate, vel fomento cum vino. ¶ Iterum etiam propter ſimultaneas & moderatas ſtypticitatis, acuminis, caliditatis & ſiccitatis oppoſitiones. In generatione pilorum barbæ tardatiuis efficaciter conuenit, neceſſe eſt enim,vel ratione pori, omnium prædictarum virium operationes ad eorum generationem concurrere, quibus viribus, ſicut & cætera ſupradicta morſibus venenoſorum, poteſt mederi. ¶ Et cùm diligenter eius odor diſcutitur, & diſcernuntur ſapores, inuenitur participare ſuperfluam humiditatem cæteris partibus debiliter miſtam, quod ex eo patet, quia in ſua recentia plus abundat, & per decoctionem reſoluitur,& guſtus quidem iudicat, eam per quandam inſipiditatem diſtinctam à ſupradictis ſaporibus, olfactus verò per quandam odoris grauedinem aromaticitati commiſtam. Talis igitur humiditas,quę in groſſum vaporem de facili ſoluitur, petens caput etiam ad ſomnum prouocandum, cooperari poteſt,& in diſpoſitis parere cephaleam potiſsimè, cùm ad copioſum ingreſſum eius aromaticitas magna cooperetur.

Si ergo ſecundum formam in prædictis medicinis expreſſam procedatur, in alijs innoteſcet, & maximè probabili coniectura varietas iuuamentorum, & nocumentorum, quæ in medicinis ſimplicibus pendent à primis & ſecundis earum virtutibus per ſaporum varietatem: Et ideo prudens Medicus, poſtquàm in generali nouit modus, quibus poteſt ſaporum compoſitionẽ variare, (ſicut fuit determinatũ ſuperiùs) aſsiduè ſe exercet in diſcernendis ſaporib. rerum particularium,& illarum maximè, quæ cõmuniter ſunt in vſu. Nam corporũ diuerſitate notata cùm

Squinanti ſapor duplex.

Quib. vtile ſit ſquinantum.

cũm promtè cognoscet, quæ res, quibus corporibus,& qualiter prodesse poterit,vel nocere: Verbi gratia: Cùm in nutrientibus vt plurimum dulcedo quæratur,iam Medico scienti variam compositionem dulcedinis cum saporibus cæteris,nõ erit difficile iudicare de quocunque dulci,cui corpori proderit,vel nocebit. Scit enim,quòd si fuerit dulce,purum vt zuccharum non antiquatum, & manna recens,in omni regione ac tèmpore sanis corporibus,cuiuscunq; complexionis fuerint, vel ætatis, moderato congruit vsu,sed si frequenter & multum debet sumi,plus competit frigidis. Inter corpora verò lapsa specialiter aduersatur patientibus fluxum ventris,& habẽtibus hepar apostematum,vel opilatum,vel inflammatum,& quibus in stomacho multa cõcluditur cholera. ¶ Nouit etiam dulce insipidum, quod abundat aquositate, maximè competere calidis & siccis corporibus,& similibus circunstantijs,dum tamen nõ patiantur ventris solutionem, aut fluidos rheumatismos:Et ideò in habitatoribus meridianis,vbi corpora sunt valdè cholerica, quamdiu vescuntur talibus alimẽtis, proficiunt & impinguantur, secundum plus & minus, iuxta distantias corporum,& ipsorum alimentorum. Nam sicut corporum quædam sunt magis cholerica, quædam minùs,sic & dulcium aquosorum quædam sunt cæteris magis aquosa,vt pruna recẽtia,& cerasa plus quàm vuæ recentes & bene maturæ, & omnibus istis ampliùs mala granata dulcia,min⁹ verò prędictis omnibus persica. ¶ Nouit adhuc,quòd dulce stypticum, si aquositatem habuit manifestam, vt poma dulcia bene matura,& pira electissima& persica perfectè matura, calidis corporibus & similibus circunstantijs directiùs competunt:sed si aquositate caruerint, omnibus conferunt sumto cibo, sicut dactyli, & truflæ de roraria in speciali proprietate deberent aliter aduersari, sicut castaneæ,quæ sunt dulces & stypticæ sine aquositate, quia sunt vẽtositatis generatiuæ, notabiliter stomachũ vẽtosum offendunt, non ratione saporis, sed prędictæ malitię. ¶ Iterum quoq; nouit, quod dulce acidum,vt malogranatum muzum, & in alijs grisomilum,& fercula præparata cum zucchаro & aceto,& reliquis acetosis liquoribus plus cõpetit calidis & siccis corporibus, & in similibus circunstantijs,& omnibus aliis,quibus dulce purum inimicatur. ¶ Nouit præterea, quòd dulce acutum omnibus inimicatur cholericis, & confert vniuersis phlegmaticis de ratione sui. Quamobrẽ talia conceduntur in fine refectionis illis, quibus orificiũ stomachi timetur offendi à phlegmaticis alimentis, vt piscibus, & ideo siccæ ficus & vuæ passæ post esum piscium propinantur,quibus autẽ stomachus phlegmatica mucilagine torpet, vt accidit sæpe decrepitis,mel prius offertur cũ porris aut pane. Quemadmodum igitur sapiens Medicus benè nouit diuidere de conuenientia vel disconuenientia dulcis ad corpora,tempora & loca, vel regiones & cęteras circunstantias,simili ratione in saporibus reliquis.

Dulcedo in nutrientibus vt plurimum quæratur.

COMMENTARIVS.

ET *ex his patet,quòd non est verum,&c.)* Iucundam hîc mouet Arnaldus quæstionem,an scilicet natura corporis diuersas vires vnius medicinæ secernat, & attribuat

A diuersis partibus, prout indigent: Quod equidem aliquando fieri concedit, cùm vires interdum segregari possint,interdum verò nequaquam. Sed si rem diligentiùs expendamus,negandum potius fuerit quod proponitur,quàm asserendum:Natura namque congregat oblata potiùs quàm separet: Hinc in vẽtriculo contingit vniri quæ seorsim assumta fuerant, & naturam contemperationem amans, fugit ea quæ qualitatibus prædita sunt excedentibus:In humano corpore seiungũtur multa, dum ab eo quod seruatura est natura, diuersi generis excrementa separantur: Hæc tamen secretio fit à partibus attrahentibus,vel proprio humorum motu: Sic B serosissima sanguinis pars facilè diffluit vel per vreteres, vel per corporis habitum. Præterea naturam singulis partibus, prout indiguerint, secretas medicamentorũ transmittere vires,id nulla ratione possum assequi: Natura enim necessitate quadam agit, quæ partis cuiuslibet insita est substantiæ,non autem præmeditatione finis:Et quod oblatum vẽtriculo fuerit ab eodem immutatur pariter,seu vesica laboret seu sana sit:Nec pars vlla quicquam operatur vt alijs subueniat, sed saltem vt vel sibi paret quod requiritur,vel vt suam exerat actionem. Ignis ligna consumit seu pauperis sint seu diuitioris, C seu iuuet seu noceat.

De Medicinarum gradutione, Cap. LXXII.



CONSIDERATIS ergo ad plenũ his, quibus acquiritur notitia primarũ & secũdarum virium in medicinis, iam non erit difficile virium ipsarũ gradum agnoscere,in qualibet medicina particulari cõsiderata,siue notata impressione,quam faciet medicina in gustu,in sanabili corD pore. Dictũ etenim fuit supra, quòd quæ excellẽter immutãt gustũ,& corpus,earum cõplexio situatur in tertio vel in quarto gradu: Quę verò nõ excellenter,in inferioribus gradibus:& ideò constat, quòd amarum purum,& acutum purum, & acidum purum, & salsum purum eleuantur per complexionem ad gradus superiores: cæteri verò sapores iudicant complexionem in inferioribus gradibus collocari. ¶ Sed ad distinguendũ,in quo superiorum aut inferiorum locatur cõplexio, cũ E per impressionem in gustu proceditur,debet cõsiderari excessus impressionis vnius, ad impressionem alterius: & ideò, quia excellentiùs mouent gustum ponticum,& acutum,locãtur in quarto: Cæteri verò in tertio,simili ratione, quia dulce & stypticum vehementiùs mouent gustũ in duplo, quã insipidum & vnctuosum,ideò dulcia & styptica dicuntur altiùs complexionari,quã vnctuosa & insipida. ¶ Sed quoniam iste processus multipliciter est incertus,& deficit,vt patuit suprà, ꝓpter F distinctiones graduum:In quibus per complexionem saporabilia collocantur,præcisè accipiuntur ab impressionibus manifestatis in altera ratione corporis temperati,in qualibet regione,quoniam gradus qualitatum complexionalium formaliter distinguuntur per illas impressiones,vt fuit determinatum superiùs,& in aphorismis de gradib⁹,& ideo si medicina amara vel acuta,& sic de alijs,imprimat corpori tertij vel quarti vel alterius grad⁹ G effectus,illi attribuetur. Vnde,quia amarum purum,vt plurimum calefaciendo imprimit effectũ tertij gradus,quoniam prima obuiatione lædit operationem in corpore temperato,propterea calidum in tertio iudicatur: Acutum verò purum, vt sinapis, & ponticum purum,vt sorba immatura,vt eidem corpori approximant sufficienti mo-

ra & quantitate, non solùm in qualitate alterant sed manifestè membri corrumpunt substantiam deformando: & ideò acutum calidum in quarto, ponticum frigidum in quarto diiudicatur: alterū enim vlcerat membrum, & alterū attrahit & corrugat: hìc verò, vbi de tertio & quarto gradu fit mentio, subticetur de humiditate & siccitate, propterea, quoniam nec humiditas per se tertium attingit, nec siccitas per se quartum: cum enim sint debiles in alterando respectu aliarum, nō possunt per se facere ita fortes impressiones, vt illæ, quod patet in complexionatis, in quibus caliditas & frigiditas separantur ab eis, vt in prunis dulcibus & recentibus & castaneis exsiccatis: Nam si corpus temperatum pruna sumserit in ea quantitate, qua nutrientia frigida, vel calida in secundo gradu sumuntur, vt in pondere duarum ℥. Prima quidem vice humectationis effectum in stomacho, vel intestinis percipiet, nō tamen aliqua operationum naturalium manifestè læditur: & ideò iustè dicētur humida in secundo gradu: Si tamen humiditati frigiditas æquaretur aut superaret, vt in prunis primis recentibus & acetosis, vt in cucumere vel citrullo, tunc adiutorio frigiditatis attingeret gradum tertium. Hæc enim à corpore temperato in prima dosi contentiuam stomachi vel intestinorum offendunt in prima vice. Medicus autem iccircò gradum eleuationis ad tertium attribuit humiditati, sicut frigiditati, quoniam per hoc in operando dirigitur: nam comperit, quòd non solùm offensa prædicta prohibetur per calidum dominans, sed etiam per id, quod in sua complexione siccum est à dominio, sicut medulla biscocti, cū qua, si prædicta sumantur prima vice, nō lubricabunt stomachum & intestina. Castaneæ verò siccę, si per se sumantur à corpore prędicto in quantitate vel pondere ℥. prima vice notabiliter constipabunt, & expulsiuam intestinorum offendent: ideo rationabiliter dicit Medicus, quòd siccitas per se potest ad gradum tertium eleuari. Sed nūquam sine auxilio dominantis caliditatis, aut frigiditatis potest effectum quarti gradus imprimere, propterea nūquam sine dominio illarum qualitatum attribuitur ei, sed illis dominātibus vtiq;. Vnde piper & sinapis, quæ sunt purè acuta calida & sicca, iudicantur in quarto gradu, quoniam effectus vlcerandi non solùm potest impediri per frigidum à dominio, sed etiam per humidum à dominio, sicut per pruna dulcia & recentia, per quæ similiter impeditur effectus exasperationis & cōtractionis in pontico & acido. ¶ Ex quibus elucescit, quòd aliquid potest vna qualitas cum auxilio alterius operari, quod per se non posset: Patet etiā ex prędictis, quòd ad certitudinem habendam de gradu complexionis consideranda est impressio complexionati, quam facit in corpore, prout est sanabile: nam illa, quam facit in gustu, falleret, vt primum iudicantem, & maximè cùm paucissima sint complexionata vnius saporis tantùm, & secundum hanc formam superiùs fuit diiudicata squinanti complexio, quo ad gradū, & generaliter in quocunque complexionato reperietur vna qualitatum fortiùs immutare corpus, quàm alia, semper illi grad9 altior adscriberetur, vel secūdū totū, vel secūdū aliquā metā eius, prout in aphorismis de gradibus est tractatū. ¶ Eisdem etiā vijs,

Pruna recentia dulcia.

Castaneæ siccæ.

A quibus percipitur eleuatio qualitatum cōplexionalium cognoscitur intensio & remissio viriū secundarū: Cùm enim ab illis dependeant, sequuntur intensionem & remissionem illorum, vt patuit suprà: vnde sicut acutum purum noscitur esse calidius amaro per gustum & immutationem corporis, eisdem modis cognoscitur esse magis aperitiuum eo, & sic de alijs. ¶ Ex prædictis ergo iā patet, quòd præcipui modi, quibus Medicus acquirit notitiam de viribus complexionatorum: & B quantum ad pluralitatem & paucitatem, & quantum ad fortitudinē & debilitatē sunt duo, quorū vnus procedit per considerationē saporum in cōplexionatis: Alius verò per considerationem impressionum, quas relinquit in corpore, prout existit sanabile. Quantū verò hi duo modi sint necessarij Medico, ex duobus patet, quorum primum, est finis intentus: Nam finis imponit necessitatē his, quæ sunt ad finem: sic & in proposito Medic9 cogitur scire & obseruare modos, quibus præcipuę cognoscūtur vires complexionatorum, tam C fine remoto, qui est recta applicatio ipsorum ad corpus sanabile, quàm etiam proximo, qui est recta notitia virium prædictarum in ordine ad finē prænominatum. Si ergo Medicus intendit vbiq; certificari de viribus cōplexionatorum, quantum possibile est, & suo proposito finaliter sufficit, necesse est, vt his duobus modis vtatur, & causa necessitatis existit, quia nullis aliis modis de tali quęsito potest vbique certificari secūdum vires facul- D tatis humanæ, quod sic declaratur, quia nihil humano labore vel ministerio scitur, nisi vel per alterius narrationem, qualis est secunda, quæ acquiritur per doctrinā scriptā, siue prolatā vel per experientiā propriā. Quod .n. scitur reuelatione facta ꝑ substātias separatas, excedit facultatē humanā, & sub arte non cadit, sed cōstat, quòd nullius mortalis doctrina sufficit, Medicum vbiq; certificare de viribus complexionatorum: quapropter ad habendum de ipsis certitudinem vbiq; necesse est, E vt ad propriam recurrat experientiā, sed illa nullis modis exercetur meliùs, quàm prædictis, ergò patet propositum: Quia autē nullus mortalis certificari possit de viribus cōplexionatorū in omni loco, patet ex tribus: quorū primum est breuitas durationis in eo, qui proprio labore certitudinē inuestigat: Secundū est complexionatorum pluralitas innumerabilis, quò ad nos: Tertiū est complexionatorū variatio, secundū regionum diuersitatem, quibus concurrentibus, non solùm diffi- F cile, sed etiam impossibile est, vt aliquis perlustret omnē habitationem & tantam in qualibet cōtrahat moram, quantam requirit examen sufficiens omnium complexionatorum, quæ in eadem habitatione reperiuntur: Hæc autem tria impedimenta certitudinis acquirendæ Hippo. comprehēdit in primo aphorismo, sub vita breui, & arte lōga: & ideò in expositione illius aphorismi iam diu communicata, pleniùs istud elucidatur: Hìc autē sufficit tertium horum elucidare, scilicet quòd com- G plexionatum idem specie variatur, quantū ad vires primas & secundas, secundum diuersitatem climatum vel habitationum, in quibus crescit vel generatur: hoc verò mox patet ei, qui recolit præcedentia documentorum, in quibus ostenditur, quòd complexio vniuscuiusque misti, per quam sal-

Duo sunt modi præcipui quibus Medicus acquirit notitiam de viribus complexionatorum.

Complexionatum idem specie variatur secundum varietatem habitationum.

saluatur in sua specie, non est indiuisibiliter vna, sed multā habet latitudinē, quæ infra duos extremos terminos continetur, & intra quos decurrit omnium indiuiduorum speciei diuersitas, & tanta quidē esse potest latitudo, quòd duo indiuidua eiusdem speciei poterunt diuersificari, non solùm secundum maiorem & minorē participationē vnius qualitatis, sed si cōparentur ad tēperamentū in eadē specie, proculdubio reperientur oppositis qualitatibus informari, sicut cholericus & phlegmaticus, licet hæc diuersitas manifestior sit in cor B poribus animalium, tamen secundum eandem rationem reperitur in alijs mistis: Vnde, sicut corpora hominum vel equorum vnius regionis vel habitationis erunt calidiora vel sicciora corporibus eorundem in alia regione, vel erūt in vna regione humida, & in alia, sicca, vel in vna phlegmatica, & in alia cholerica: sic & in alijs, vt patet in vino, & caulibus: nam vina, quæ crescunt in insula Cypri, multò sunt calidiora vinis crescētibus in Prouincia, cæteris paribus existentibus. Si verò crescētia in Gallia, comparentur istis, quantum ad immutationem, quam faciunt in corpore temperato, nō solùm eis minus calida reperientur, sed etiam frigida: Similis quoque diuersitas in caulibus reperitur, secundum regionum varietatē, & ideò de cōplexione ipsorum non est idem apud omnes iudicium, sed aliqui dicunt, eos frigidiores, aliqui minùs frigidos, aliqui verò dicūt esse calidos absolutè: nam quilibet sapiens Medicus iudicat de complexione rerum secundum circunstātias alicuius regionis, vel habitationis determinatæ: proinde Gal. in habitatione Glauconis caulē posuit inter olera calida & acuta, dicēs, quod patientibus cholericū morbum valdè inimicantur olera calida & sicca, vt caulis, nasturciū & porrus. Et sicut in aliquibus regionibus reperiuntur siccę complexiones, vt in quibus constipant & arefaciunt corpora temperata, sic & in alijs humidæ, vt in quibus eadem laxant, & in eis multiplicant rheumatismos.

Sicut cōplexio misti variatur ex diuersitate locorum, ita & virtutes duæ.

¶ Ex prædictis autem iam patent duo: quorū vnū E est, quòd sicut complexio misti potest variari propter diuersitatem locorū, ita & secundæ virtutes, quoniam immutatis primis, à quibus dependent secundę, immutabuntur & ipsæ. Et ideo caulis in vno loco est laxatiuus, in alio restrictiuus, & in vno aperitiuus, & in alio constrictiuus, & similiter in vino, & sic de alijs. Ex hoc patet, quòd proprietates, quæ dependent solū ex mirabilitate mistionis, vel ex particulari orbis impressione, mutari possunt locorum varietate, manente specie: & hoc modo planta, quæ in vno climate comestibilis erit homini, transplantata in solum alterius climatis, efficitur eidem mortifera, sicut recitat Ga. de illa planta, quæ in solo Persarum erat perniciosa, sed transplantata in Ægypto facta comestibilis, non mutata proprietate, quæ pendet à forma specifica, quoniam illa reperitur in omni indiuiduo speciei, nec manente specie potest mutari, licet eius operatio possit debilior, aut fortior esse in vno climate, quàm in alio, secundum quod à primis ac secūdis virtutibus minùs, aut magis iuuabitur, quemadmodum pœonia in pellendo epilepsiam suspensione manifestiùs operabitur in vna regione, quā in alia, vt in quarto climate, quàm in quinto & sexto, sed manente specie, mutatur proprie-

A tas indiuidualis: sicut enim amygdalę manēte specie fient in vno solo amaræ, & in alio dulces: ita quòd ibi erunt valde aperitiuæ, hìc verò nequaquam: Sic & cucurbitæ, & cucumeres in vno solo sunt comestibiles, & ingrossatiui humorum, ac opilatiui meatuū, & in alio fiunt amarissimi, & non tantùm subtiliantes humores, & aperientes meatus, sed etiam valdè soluentes. Sicut enim in quodam solo Alexandriæ & Portugalliæ inuentæ sūt cucurbitæ alterari, & per talem modum corporibus humanis maximè dispositis fiunt perniciosę: non solùm enim homines prenecantur medicinis cōtrarijs à tota specie ipsorū corporibus, sed etiā contrarijs ex violentia primarum aut secundarū virtutum, quæ contrarietas ex quibusdam corporibus est manifestior, propter dispositionem ipsorum, siue sit à regione impressa, siue aliundè. ¶ Simili quoq; ratione, manēte specie, possunt immutari varietate loci proprietates indiuiduales ab orbe impressæ: sicut enim proprietas specifica ab or C be imprimitur, sic & indiuidualis, postquàm excedit miscibilium facultatem: Omnis enim virtus excedens potentiā cōponētium, necesse est, vt introducatur ab altiori agente, quàm sit virtus eorum: licet enim forma de potentia materiæ educatur, tamen talis virtus non potest consequi formā ex parte materiæ, quia quod in potentia materiæ scilicet miscibilium non est, dari non potest à materia misto: necesse est ergò, quòd ab aliquo detur propter dispositionē per formam introductam:

Virtus etiam siue proprietas indiuidualis mutari potest ex varietate loci.

D Et cùm tot sint tales virtutes, quot sūt species mistorum, aut fortè quot indiuiduorum, oportet illud agens vel influens esse vniuersale, & etiam naturale, cum tales virtutes sint naturales, vel in naturali generatione adeptæ: huiusmodi verò agens vel influēs cœlū existit. Licet igitur proprietas naturaliter adueniat generato ab impressione cœlesti, tamen id, quod disponit generatum ad susceptionem ipsius, potest esse tota latitudo mistionis vel complexionis, quæ conuenit speciei, & tunc proprietas est virtus specifica, id est, cōsequēs speciē: & ideò conuenit omnibus indiuiduis speciei, vel potest disponere generatum ad susceptionem proprietatis aliquis particularis gradꝰ mistionis, qui cadit sub latitudine speciei, & tunc proprietas ab orbe impressa erit indiuidualis, hoc est, quibusdam indiuiduis tantùm cōueniens: sicut enim alicui indiuiduo speciei humanę cōuenit ei, esse cholericum, & proinde irascibile & vigilatiuum: Alij verò conuenit esse phlegmaticum, & proinde mā F suetum & somnolentum, sic per easdem complexiones disponi possunt, vt ab orbe suscipiant aliquas indiuiduales ꝓprietates vel actiuas, vt in gemellis Austriæ, quorum quilibet opposito latere aperiebat clausuras, vel passiuas, vt quòd cholericus efficiatur perpetuò maniacus: Alius verò perpetuò immemor, partes enim orbis, quæ continuè oriuntur, continuè rebus inferioribus influunt, & secundum dispositionem in eis inuentā etiam imprimunt: & quod accidit in indiuiduis G speciei humanæ, similiter accidit in indiuiduis aliarum rerum: nam à temperato, quod earum speciei debetur, poterunt secundum locorum diuersitatem, in quibus nascuntur oppositis qualitatibus, labi manēte specie, taliq; lapsu disponi ad suscipiendum ab orbe indiuiduales proprietates

Proprietates specificæ & indiuiduales à cœlo procedūt

oppositas, quibus in alijs agunt, vel patiuntur ab alijs, & ab hac ratione prouenit, quòd saphyrus alicubi genita pellet antraces, alicubi verò nequaquam, & quod est mirabilius, comperta est saphyrus alicubi, quæ prima applicatione ad oculum eumdem rumpebat, cùm tamen optima saphyrus saliat in oculum, & hospitetur in eius sinu absque offensione ipsius, nec egreditur inde, donec fuerit sordibus onerata: Constat igitur, quòd illa saphyrus tantùm fuerat ab optima dispositione lapsa, quòd acquisiuit proprietatem contrariam aliquibus oculis, scilicet dispositis ad recipiendum rupturæ impressionem: sicut aliqua cerasa fiunt alicubi laxatiua quibusdam hominibus tantùm, semper enim actus actiuorum sunt in patiente disposito. Sicut igitur res vnius speciei potest in solo vnius habitationis dispositionem ad aliquam proprietatem acquirere, sic in alia ad oppositam: Et ideò patet, quòd varietate locorum variari possunt indiuiduales proprietates in rebus, specie permanente. ¶ Secundum verò, quod ex prædictis etiam elucescit est hoc, scilicet quòd complexionatum idem specie potest, quantum ad qualitatem complexionalem in diuersis gradibus collocari, vt supra dicebatur de vino & caule: Cuius varietatis constat duplicem esse causam, vt ex prædictis elicitur, quarum vna prouenit ex subiecto complexionis: nam vt fuit expressum, vnumquodque complexionatum habere potest indiuidua informata differenti complexione, vel quo ad gradum, vel quo ad qualitatem secundum differentiam locorum suæ productionis: Alia verò causa prouenit ab obiecto complexionis, scilicet sanabili corpore, respectu cuius mensuratur complexio rei approximantis ad ipsum, secundum diuersos terminos alterationis, quos imprimit sensibiliter in eodem: Vnde, quia corpora vnius habitationis recipient, propter dispositionem suam, intensiùs impressionem alicuius calefacientis, quàm corpora regionis alterius: ideò iudicabitur esse calidius in vna regione, quàm in alia. Probat enim experientia, quòd si vna dosis puri, zinziberis exhibeatur Gallico vel Germano & Æthiopi, si Æthiopem inflammauerit prima vice, tamen vix nona vel decima sensibiliter calefaciet stomachum aliorum, & non tantùm in indiuiduis distantium regionum hæc varietas reperitur, sed etiam in corporibus habitationis eiusdem: Iam enim in nostris habitationibus visa est mulier, quæ quotidie puri zinziberis ℥. comedens, nequicquam plus solito calescebat, vel in aliqua parte offendebatur, & tamen in eadem habitatione si mulier cholerica sumsisset inde quartam partem ℥. sine freno alicuius cibi vel medicinæ, proculdubio æstuasset eadem die violento ardore.

Idem complexionatum potest sub diuersis gradibus collocari secundum diuersitates locorum.

¶ Sed ex his præbetur occasio rationabiliter dubitandi, cur ad vnum gradum potius, quàm ad alios determinetur à sapientibus in qualibet regione complexio medicinæ, cùm in eadem possit secundum indiuiduorum diuersitatem effectus imprimere graduum diuersorum, vel cur à sapientibus, quorum experientiam diuersa clima ta susceperunt: complexio alicuius medicinæ determinatur ad vnum gradum, sicut piper & sinapis ad quartum, & sic de similibus. Ex hoc qui-

Propter quod complexio medicinæ in qualibet regione magis determinetur ad vnum gradũ quàm ad alios.

A dem elegantissima hæc est causa, scilicet quia corpora respectu quorum dantur absoluta iudicia de complexione medicinarum, semper ab eis recipiunt impressionem sub ratione gradus determinati, si approximentur eisdem in debita quantitate, non enim medicina iudicatur à sapientibus talis, vel talis respectu cuiuscunque corporis, quia cùm intentio sit ipsorum, tradere artem seu regulam directiuam in iudicando de conuenientia, vel discõuenientia medicinæ ad quodcumque B corpus sanabile, necesse fuit, vt de medicinæ potentia iudicarent respectu illius corporis, cuius consideratio potest ad cognoscendam conuenientiam, vel disconuenientiam in omnibus alijs corporibus regulare, quale est corpus temperatum, siue sit eucratum absolutè, scilicet in tota specie hominis, siue secundum quid, scilicet respectu indiuiduorum alicuius regionis. ¶ Ab hoc igitur corpore tantummodo potest sumi iudicium complexionis Medicinarum, vel quod- C cunque documentum artis vniuersaliter directiuum ad cognoscendas naturas omnium aliorum propter tria: quorum primum est, quia hoc corpus respectu aliorum semper est vnius rationis: corpora verò distemperata, quia pluribus modis, & quasi incomprehensibilibus possunt à temperamento recedere, non sunt vnius rationis, & ideo non potest ab eis accipi regula directiua ad omnia alia: discurrere verò per singula, est impossibile & inartificiale, quoniam sic ferè tot essent D gradus medicinarum, quot essent corpora distemperata: Secundũ est, quia omnia corpora lapsa referuntur ad temperatum, sicut ab eo distãtia plus vel minus: Ita quòd suæ distẽperantię nomẽ & rationem accipiunt per cõparationem ad tẽperamentum, & ideò, sicut à signo vno, & communi omnibus distantijs regulantur iactus à sagittantibus, ita Medicus considerationes omnium sanabilium regulat intuendo ad temperamentum, siue ad mensurandũ distantias lapsorũ, siue ad mensu- E rã de virtutibus illis applicandarum. Tertium est, quia temperatum in vnaquaque regione semper est notabilius, tum, quia, omnium aliorũ distẽperantijs aut lapsibus caret, tã in habitudine & qualitate corporis, quàm in actionibus & exeuntibus à corpore, tum, quia rarius propter illud, quàm distẽperata: pauciora enim sunt in qualibet regione corpora temperata respectu lapsorum, quoniã tẽperamentũ stat semper sub vna ratione, lapsus autem sub pluribus & diuersis, & ideo facilius est in F qualibet regione cognoscere omnia corpora tẽperata, quã omnia distẽperata, cũ sint paucissima & excellentissima respectu aliorum: non est.n. difficile cognoscere in qualibet regione, quia suo regimine non solum sapientibus, sed etiam vulgo se manifestant, cùm in omnibus exercendis cõparatione aliorũ ostendãt se moderatos, & ideò quia pauci sunt, & excellentia regiminis præsignati laudibus à multitudine vicinorum diuulgãtur, exinde constat, quòd citius experientia directiua perfici- G tur in paucis, videlicet modestis & disciplinabilibus, quàm in turba indisciplinabili plurimorum: Quoniam igitur medicina tali corpori applicata sub quantitate sufficienti ad impressionem manifestandam, qualis est quantitas primæ dosis, semper inuenta est ipsum immutare sub determi-

nato

nato gradu: Propterea sua complexio fuit ab illo A gradu absolutè locata, per cuius iudicij considerationem sapienti facillimè est inuenire, secundū quem gradum possit immutare corpora lapsa, cognita distantia lapsus à temperamento, quod est æquè facile, sicut ex doctrina de signis corporum lapsorum infrà patebit. ¶ Quia autē aliquas medicinas concorditer sapientes locant sub vno gradu, quamuis in diuersis regionibus exercuerint suam experientiam, proculdubiò tenendum est, quòd si complexionata determinentur ab eis ad gradus inferiores concorditer, vt ad primum & secundum, regiones fuerunt simillimæ. Si verò ad gradus superiores, & maximè ad quartum, ratio est, quia comperierunt, quòd medicinæ huius modi non solū in corporibus tēperatis, sed etiā in alijs exteriùs applicatæ per se debito modo & mora sufficienti, semper imprimunt determinati gradus effectum, quod maximè habet locum in medicinis cōplexionatis in quarto gradu, quia propter excellentiā suæ virtutis non possunt ita vinci de facili ab opposita complexione corporis lapsi, sicut medicinæ inferioris gradus: Et si in prima dosi vnius regionis vinceretur in alia regione oppositæ qualitatis interiùs sumta, propter fortitudinem interiorum alterantium humorum, scilicet & membrorum: tamen exteriùs applicatæ semper manifestabunt quarti gradus effectum: & ideò in omni regione sapientes docēt ruptorium facere de sinapi, aut pipere, aut calce viua, vel nāmula, & similibus: quoniam vbique cutem vlcerant, & vesicant, quapropter ab omnibus concorditer dicūtur esse calida & sicca in quarto gradu, & sic de alijs: & rarissimè discrepare inueniuntur, nisi in medicinis complexionatis in gradibus inferioribus, & maximè in primo & secundo, quoniam in illis propter debilitatem qualitatis nō solùm intrà, sed etiam extrà facillimè possunt vinci à corporibus lapsis in opposita qualitate.

Quare medicinas in diuersis regionibus inuentas locant sub vno gradu.

¶ Declaratum est igitur vsque nunc, in fine intento, quantū sit Medico necessarium vti prædictis duobus modis, ad inuestigandum notitiā primarum & secundarum virtutū in Medicinis. Secunda verò ratio declaratur per compositionem ipsorum modorum adinuicem: licet enim conueniant in faciendo notitiam de prædictis, tamē differunt in duobus, quorum primum est instrumētum, quo exercetur: Nam modum inuestigādi notitiam prædictam per gustum, potest exercere Medicus proprio corpore, quia proprio gustu: Sed alium exercet in alio, quia licet Medicus in seipso corpus temperatum haberet, non tamen ignotis & dubijs alterationibus, debet suum corpus exponere, ne labatur, quoniam publicæ vtilitatis est instrumentum: plus enim communitati obsequitur sapiens Medicus, quàm mediocres & minores in populo: Secundum verò, in quo differunt, est qualitas notitiæ, quam exhibet de prædictis: etenim notitia perfecta per gustum est, quasi probabilis, quia facit opinionem quandam, in qua plenè non quiescit animus, cùm formidet contrarium, sed notitia facta per alium modum, est quasi demonstratiua, propter certitudinem possibilem, quam habet in tali materia: Cùm igitur sit Medico necessarium quandoque promtè cognoscere, saltem in generali, & probabiliter naturā complexionati propositi, vt cum habitatoribus regionis, quam ingreditur, est in vsu communi. Interrogatus enim, conuenit, vt dubitationibus lapsorum circa vsum ipsius aliquam prębeat directionem, quod nequit promtè facere, nisi recurrendo ad gustum supposito, quòd ignotum fuerit ei complexionatum, quod præsentatur, neque debet esse contentus gustu aliorum, postquam res est in vsu communis: quandoque verò necessarium est Medico certificari de re proposita, vt B quando non est communiter vsitata, vel via cibi, vel via saporis aut condimenti, nec vrget necessitas applicandi eam: & ideò conuenit, vt eius effectus experiantur in sanabili corpore, secundum regulas & cautelas expressas in expositione primi aphorismorum Hippo. doctissimi, ibi enim data est doctrina experiendi medicinas ignotas in humanis corporibus. Tanta igitur ad habendum notitiam de viribus complexionatorum potentialiter introduxisse sufficiat per gratiam Iesu C Christi.

De Somno & Vigilia,
Cap. LXXIII.

SOMNVS & Vigilia tantùm corpus immutant & specialiter cerebrum, ex cuius dispositione proximè vel immediatè causantur: Est enim somnus quies cognitiuarum virium, maximè sensitiuarum & om- D nium voluntariè motiuarum propter diminutionem spirituum in cerebro, & defectum emanationis ipsorum ad organa sensus, & motus: Vigilia verò est exercitium virium prædictarum, propter causam contrariam. ¶ Immutant autem corpus per se, & per accidens: Somnus enim secundum Medicum per se calefacit profunda corporis, velut viscera & loca primæ ac secundæ digestionis, superficiem autem corporis & extrema infrigidat: Nam calor naturalis & spiritus coadunantur E ex regimine naturæ, circa partes prædictas, propter digestionem cibi: & ideò etiam tunc in cerebro valdè diminuitur eorum præsentia, propter quod dormientibus, & maximè in frigido aere plura operimenta sunt necessaria, quàm si vigilarent: propterea sub dio dormientes celeriter incurrunt capitis rheumatismos, & morbos, qui ad eos sequuntur, vt sunt pleuresis, peripleumonia, squinantia, &c. Humectat enim membra, præcipuè interiora condensatis vaporibus resolutis à F nutriente deinde reflexis ad membra: Proinde si prolixus intantum fuerit, vt moderatam transgrediatur mensuram, multiplicat rheumatismos & ægritudines humorales, vt apoplexiam, letargiam, molliciem neruorum, torporem & similia, maximè retentis superfluitatibus humidis vrinæ meatuum & similium, quæ oportet expleto moderato somno expelli à corpore: Effectus autem calefactionis & humectationis interiorum est inęqualis propter diuersam formam decumbentis: G Nam eorum viscera maximè calefiunt, & amplius hepar, q̄ supra latus hepatis dormiūt, similiter eis manifestiùs accidit letargia, & nocumentū memoriæ ac neruorū, qui supra dorsum & occiput dormiūt resupini, cū coarctatę humiditates directiùs illuc fluant: & similiter accidit cæteris membris

in alijs decumbendi figuris. ¶ Vigilia verò contrariũ operatur, nam profunda infrigidat, & exsiccat mouendo cunctas exhalationes ad superficiem, proinde calefacit eam, nec tamen humectat exhalato vapore. ¶ Per accidens autẽ & interiora & exteriora possunt pluribus modis, & aliter, quàm dictum sit, immutare. Somnus autem maximè prolixus in corporibus, quorũ viscera multo abundát phlegmate, præcipuè vitreo vel acido, interiora infrigidat, dissoluto phlegmate ad mẽbra debilia fluente: & iterum etiam suffocato calore naturali propter superfluitatum coarctationem: quare interdum causat paralysim, torturam, nauseam, abominationem, infrigidationem stomachi & similia: Si verò cholericus humor abundet ibi multiplicato fumo cholerico, dolor causabitur capitis, & vultus calor ad speciem choleræ declinabit: talis autem immoderata vigilia calefacit interiùs feruore cholerico.

De Inanitione & Repletione, Cap. LXXIIII.

INANITIO & repletio & in toto & in parte immutát corpus: Est autem inanitio, secundum Medicum, euacuatio cuiuslibet expellibilis rei à corpore: Repletio verò est retentio in corpore. Expellibilium autem, & retentibilium quędam sunt vniuersalia, quædam verò particularia. Vniuersalia verò sunt, quæcunque omnibus mẽbris corporis communia sunt, sicut sanguis, & aquositas eius, & omnes humores commisti cum eo. Particularia verò sunt, quæ tantùm aliquibus membris conueniunt, sicut mucus naribus & palato, saliua ori, screatus pectori, fæces ciborum intestinis, vrina renibus & vesicæ, cholera cysti fellis, melancholia spleni, sperma testiculis, lac mãmillis, hęmorrhoides ano & mẽstrua matrici: quæ igitur vniuersalia sunt, manifestè immutant totũ corpus: quæ verò particularia principaliter immutant membra, quibus conueniunt, & secundariò colligata. ¶ Immutant autem inanitio & repletio quantitate, tempore & modo. Nam si aliquid expellatur à corpore, quando & quantum natura membri, vel totius corporis indiget, & per regiones conuenientes, corpus quidem alleuiat, & virtutes membrorum grauantis oneris deposita sarcina confortat ad actiones perfectiùs & liberiùs exercendas: Similiter si retineantur, quando, quantum & qualiter etiam natura indiget, certum est, id prodesse ad robur corporis & ad actiones perficiendas: Quia si quando corpus non indiget aut plus, quàm indigeat, vel aliter, vt si stercus per os expellatur, id fiat, certum est, quòd membra læduntur, & eorum virtutes debilitantur, maximè cùm omnis inanitio fiat cum resolutione spirituum. Similiter autem, quando præter indigentiam aliquid retinetur, membra grauantur & actiones impediuntur: Nociuus autem effectus inanitionis & repletionis in morborum accidentibus patefiet in speciali.

COMMENTARIVS.

Somnus enim secũdum Medicum per se calefacit profunda, &c.) Hoc meritò controuersum est: Nam quæ per se calida non sunt, per se non calefaciunt. Somnus autem per se nec calidus est nec frigidus. Præterea somnus quies est, & exercitium vigilia, quo fit vt hæc quidem potiùs per se calefaciat, quàm ille. Quod verò de profundis visceribus dicitur, in quibus prima & secunda concoctio perficiuntur, id nihil ad rem facit: Somnus enim primò & per se non naturalibus, sed animalibus actionibus attribuitur. Proinde quod in somno corporis profunda magis incalescant, id calido sanguini, visceribúsque calidis attrahentibus primò & per se adscribi debet, non autem somno, qui cùm quies sit, nihil operatur, neque sanguinem ad interiora propellit. Vigilia quidem suis actionibus sanguinem diffundit, & ab interioribus ad exteriora protrahit, quo hæc incalescere contingit, illa vero refrigerari. Sed non ob id somno vis inest contraria, siquidem opposita sunt priuatiuè, non autem cõtrariè. Lapidem manu contineas, si dimiseris ipse concidet: Quod contineatur nec deorsum vergat, per se causa est manus compressio: Sed non ob id eiusdem manus actionis quies seu dimissio, per se causa est vt lapis deorsum feratur: Ad hunc enim motum manus nihil addit, sed per accidens causa est, sublato scilicet motus impedimento. Denique si somnus per se profunda calefacit, eadem ipse per accidens refrigerabit: Sed vtriusque par est ratio, nec per se vel per accidens discerni debent: Nam si somnus per accidens propter frigidarum superfluitatum coarctionem refrigerat, eodem quoque modo calefacit calido sanguine ad inferiora retracto. Dicimus itaque somnum per accidens calefacere, per accidens etiam refrigerare: Nec si quid per accidens calefaciat, id necessariò per se refrigerabit. Siquidem causis per accidens, non autem causis per se contrarij possunt effectus adscribi: Cuius ratio est, quod per accidens nõ ad vnicam necessariò causam, sed ad plures & quandoque contrarias causas euagari liceat, vnde per accidens contrarij quoque producuntur effectus.

Abominationem.) Quid hac voce denotet Arnoldus, non satis intelligo, nisi fortè cibi fastidium, vel ventriculi subuersionem appellauerit abominationem.

De accidentibus Animi, Cap. LXXV.

ANIMI accidentia, pro tanto, passiones cordis omnes dicuntur, quoniam cor in eis primò, & principaliter patitur: Nominantur autem passiones mentis, non formaliter, sed potiùs effectiuè. Nam mens, quæ secundum Medicos est ratio interior cognitiua, non est subiectum passionis illius, neque cerebrum, in quo viget prædicta cognitio, sed ipsa cognitiua, qua mens per existimationem iudicat aliquid vtile, vel nociuum, causat vel efficit passionem in corde, propter quam membra cętera corporis immutátur: proinde etiam propriè dicuntur accidentia animi, cùm animus vtramq; vim comprehendit, scilicet cognitiuã interiorem, atque motiuam: nam & aliquis in animo dicitur meditari, & ex animo agere: Sunt igitur accidentia mentis & cordis, sed mentis quidẽ, velut causæ primò efficientis à parte intra: cordis autem, vt subiecti primò, & principaliter patientis. ¶ Perfecta verò consideratio passionum cordis vel accidẽtium animi, cõsistit in quatuor: Primò scilicet vt sciatur, quot sunt in numero, vel secũdum genus, vel secundum speciem, vel vtroque modo: Secundò, quid vtrumque sit: Tertiò, quas habeat causas: Quartò quos effectus imprimat corpori. ¶ De primo modo credere debet Medic9 naturali, quo primę passiones cordis, ad quas omnes alię reducuntur, duæ sunt scilicet delectatio & dolor:

Passiones cordis primæ duæ.

cætera enim accidentia, vel tãtùm ad delectationem pertinent, vt gaudium, audacia, spes: vel ad dolorem, vt tristitia, timor & desperatio. Delectatio verò, & dolor non sumuntur hic, secundum quòd conueniunt apprehensioni exterioris cognitiuæ, sed interioris: Nam delectatio commune nomen est, & ad apprehensionem boni factã per sensus exteriores, & etiã per vires interiores: Dolor verò similiter est nomen commune ad apprehensionem mali factam, tã exterioribus sensibus, quàm interioribus viribus, sed delectationẽ causatam ab interiori apprehensione boni, communis vsus vocat lætitiam siue gaudium. Dolorẽ verò causatum ab interiori apprehensione mali, tristitiam. ¶ Multiplicatio verò, & tota diuersitas accidentium animi, pendet ex tribus rebus: Primò scilicet ex potentijs, quarum operationes existũt & per respectum, ad quas differunt genere, secundum quam considerationem aliqua dicuntur cõuenire concupiscibili, scilicet amor, odium, desiderium, fuga vel horror, gaudium & tristitia: quędam verò irascitiuæ, scilicet spes, timor, audacia, ira. Secundò verò ex obiectis proprijs, per respectum, ad quem recipiunt specificam differẽtiam: Tertiò ex effectibus, quorum duo sunt modi: Nam quidam sunt effectus, solum pertinentes ad mores, sicut clamare, tacere, exultare, inuadere & similia: Nullo autem prædictorum modorum considerat Medicus diuersitatem istorum accidentium, sed quantum ad potentias spectat, conuenit ad naturalem: cæteris autem modis ad moralem speculatorẽ, cuius est mores cõponere, & animum ordinare ad operationem boni ciuilis, & humanæ felicitatis: Alij verò effectus eorum pertinent ad physicas alterationes corporis, sicut calescere, aut infrigidari, aut exsiccari, aut tremere, aut syncopizare, vel fluxum pati, &c. Diuersitas autem surgens inter prędicta accidentia, ex parte talium accidentium attenditur solùm in Medico, qui non considerat ea, nisi prout sunt causæ immutantes physicæ sanabile corpus, inquantum tale: Ab hac autem consideratione conuenit moralem aliter distinguere, & multiplicare species prædictorum, & aliter Medicum: nam Medicus solùm illas dicit esse species distinctas accidentium, quibus manifestò corpus sensu sanabile diuersimodè alteratur: cæteras verò, quarum effectus tales non sunt, manifestè diuersi sub vna specie comprehendit, vel reducit ad alias: proinde non numerat inter ea desiderium, fugam, audaciam, spem, desperationem, amorem, odium aut rancorem, qui nihil aliud est, quàm odium inueteratum, vnde etiam nomen trahit: Nam rancidum cor interpretatur, id est, antiqua melancholia deprauatum: hæc enim omnia accidentia, non immutant corpus, nisi mediante ira, vel gaudio, vel tristitia, sicut de pluribus patet patientibus amorem heroicum. ¶ Sunt autem accidentia, quibus manifestè sanabile corpus diuersimodè alteratur, gaudium, tristitia, timor & ira, verecundia & angustia: quamuis autem quidam non connumerauerint tristitiam cæteris quinque, non tamen credendum est, quòd omiserint: Ideò, quia crederent non esse de illis, quę physicè corpus immutant, quod ex duobus patet: Primò scilicet ex ratione sufficientiæ, quam

Multiplicatio & diuersitas accidentium animi ex tribus pendet.

Quomodo medicus considerat accidentia animi.

Rancor est odium inueteratum.

Quæ animi accidentia corpus sanabile alterent.

A assignant, quæ est motus cordis, qui est versus pectus tantùm, aut versus dorsum tantùm, aut versus vtrumque, & versus alterum paulatim aut subitò: Constat autem, quod in tristitia cor mouetur aliquo istorum modorum. Secundò, quoniam in executione de ipsa faciunt mentionem, sed ideò in numeratione subticuerunt, quia cùm sit passio gaudio contraria, per oppositum potest intelligi. Solicitudo verò, siue anxietas, quæ quidem est immoderata solicitudo, non B connumeratur his, tum, quia non est passio cordis, sed quædam prouidentia, tum, quia non immutat corpus ex se, sed ex parte vigilantiæ, quam inducit ex vehementia meditationis circa directionem agendorum, vel ex parte timoris & diffidentiæ, à quibus oritur: Quid autem vnumquodque sit ratione diffinitiua, non est Medici, sed moralis considerare, cùm formaliter sint quidam motus appetitiui, vel passiones, siue operationes appetitiuæ potentiæ.

C ¶ Circa tertium verò debet credere Medicus, quòd duæ sunt in genere causæ prædictorum accidẽtium, scilicet intrinseca & extrinseca: Extrinseca quidem est obiectũ boni vel mali, licet enim in aliqua passione animi, vt in ira & spe obiectum habeat specialiter rationem ardui, tamen generaliter obiecta omnium habent rationem boni vel mali, siue nociui & iuuatiui, placentis aut displicentis, quod exterioribus occurrit sensibus: Frequentiùs autem ex visis & auditis mouetur ani- D mus, quoniã plura placentia vel displicentia percipiuntur his duobus sensibus, quàm cæteris. Et hinc oritur in medicina necessitas considerationis diuersitatis, quæ reperitur in cantibus aut sonis auditis, & ludis perspectis atque tripudijs, nam sonorum diuersitas, sicut & saporum, diuersitati respondet complexionum. Vnde melodia, quæ secundum diuersos sonos formatur, diuersis auditoribus redditur placens. Non enim idem sonus est grat[9] cholerico, vel phlegmatico: quam- E obrem sonus, qui proportionatur auditori, sic medetur animo eius, quemadmodum medicina corpori proportionata medetur ei, nam ea, cuius sapor est stomacho gratiosior, efficaciùs per se iuuat ipsum: Similiter quoque ludorum & tripudiorum varietas diuersimodè mouet animum intuẽtis, secundũ diuersam eius dispositionẽ in corpore, vel in mente: Nam mores & disciplina disponunt menti. ¶ Intrinseca verò causa est duplex, quarum vna habet rationem efficientis, scilicet F omne conceptum vel imaginatũ sub ratione nociui, vel iuuatiui, placentis vel displicentis: quicquid enim mente concipitur sub his rationibus, ita scilicet, quod tale putetur esse, quamuis in re sit aliter, nihilominus mouet animum, & aliquo modo sanabile corpus immutat: Tantã enim vim habet mouendi corpus coniunctum forma impressa imaginationi, quam æstimatio iudicat esse rei vtilis, vel nociuæ placentis aut displicentis, quòd non solùm in vigilijs mouet, ac vehemen- G ter immutat, sed etiam frequenter in somnis: In vigilijs quidem patet, tam in alienatis corporibus, quàm in corporibus sanæ mentis: in alienatis enim sæpius experimur, quòd patiuntur irrationabiles erubescentias, timores, audacias atque tristitias. Nam melancholicus, qui existimabat seden-

Quæ sint causa accidentiũ animi.

Sonorum diuersitas diuersitati complexionum respondet sicut & saporum.

tem habere prominentem exterius, vt dens apri, quo tiescunque videbat se ab alijs intueri, & intuentes eum adinuicem colloqui, existimans de monstruositate sui dentis eos habere sermonem, erubescebat & rubore perfundebatur. Qui verò existimabat se pedes habere vitreos, nullatenus audebat per vias calculosas & lapidosas deambulare, sed semper timebat huiusmodi calles: Ecótra verò, qui existimabat se habere ferreos pedes, ná audebat currere supra rupes, & saltare etiam supra lapides: Qui verò existimabat matrem suam obijsse propter partum ipsius, frequenter gemens & tristis lacrymabatur: & infinita similia causat falsa æstimatio. Qui verò sanæ mentis existunt, propter æstimationem similia patiuntur: Nam qui securus incedit, aut fortè currit supra latera, trabe in solo posita, si supra eandem in alto sitam incesserit accidit, vt timore concussus tremendo deficiat ab incessu, quia casum imaginatur, & omninò existimat sibi superuenire. In somnis autem patet hoc in his, qui exercent in eis opera vigilantium, & multi comperti sunt lacrymari fortiter, & ridere, propter imaginata & æstimata in somnis, & quidam iam tanto timore fuit pressus in somno, quòd dum somniaret, in tantum alteratum est corpus, vt eius pili canescerent. ¶ Alia verò causa intrinseca rationem habet disponentium ad generationem talium accidentium, & est duplex: quarú vna est dispositio instrumentorum animæ vel naturæ: secunda verò est ipsum accidens animi, quod est quædam operatio spiritualis virtutis, secundú Medicú, vt suprà tactú est in consideratione virtutum. ¶ Dispositio verò instrumentorum animæ vel naturæ in tribus tantùm rebus naturalibus inuenitur, scilicet in membris & spiritibus, & in sanguine. Dispositio autem membrorum, præparans ad generationem accidentium animi, principaliter est complexio: Diuersitas quidem complexionum, maximè cordis, inclinat ad diuersa accidétia animi, sicut in signis complexionum docetur: Etenim cùm membra sint instrumenta animæ, siue virtutis, illa cum eis promtiùs operatur, ad quæ ipsa membra ex sua dispositione sunt prona, qua ratione Plato auctorizauit, animam sequi complexionem corporis, quia verò spiritus est animæ vel virtutis eius quodam modo instrumentum, & diuersitas instrumenti diuersificat actiones: Ideò, sicut diuersa membrorum complexio causa est diuersorum accidentium animi: sic & diuersa spirituum dispositio: Quemadmodum enim carpentarius non idem opus exercet instrumento quadrato & triangulari, vt acuto & hebeti: sic nec anima, siue virtus eiusdem, idem accidens operatur spiritu caliginoso, & claro, aut grosso, aut subtili, &c. ideò verè dictum est quodam modo, quòd propriè instrumentum animæ non est, nisi organum, cui & ipsa immediatè coniungitur, sicut forma organici corporis, & potentia ipsius, vt motor immediatus. Vnde immediatum instrumentum eius est membrum, cætera verò, quæ membro seruiunt, instrumenta sunt mediata: spiritus enim est dispositiuus membrorum, secundum rationem lucidi vel temperatè calidi, &c. Vnde tam complexionatus spiritus, qui & radicalis à quibusdam Medicis appellatur, quàm etiam fluens,

Dispositio instrumentorum animæ ad generationem animæ accidentium in tribus rebus inuenitur.

A habent rationem potius disponentis instrumentorum, quàm instrumenti: complexionatus tamen, quia de substantia membri est, potest instrumentum verius vocari: fluens autem si dicatur instrumentum, quia corpus est, per quod anima suas perficit operationes in corpore, constat, quòd separatum est ab ea, non coniunctum saltem immediatè. ¶ Rursus tam membra, quàm spiritus recipiunt dispositionem à sanguinis diuersitate, velut à communi materia, propterea sanguinis dispositio causa quædam est, præparans ad generationem prædictorum, quam non modicum attendere debet Medicus in proposita materia, cú per sanguinis correctioné efficacissimè subueniatur necessitati sanabilis corporis, in talibus accidentibus maximè, cùm ad correctionem sanguinis sequatur, pro maiori parte, correctio non solùm spirituum, sed membrorum. Oportet igitur eú scire, quòd sanguis subtilis & clarus in substantia, tépe ratus verò in qualitatibus, cùm spiritus generet splendidos, atq; téperatissimos, disponit ad gaudium maius aut minus, secundum maiorem aut minorem talis sanguinis qualitatem: subtilis auté & clarus à dominio calidus, qualis est sanguis corporum, in quibus color rubeus dominatur, cú sit velocis inflammationis & motus, disponit ad velocissimá iram, modicumq; durabilem, cum omne tenue vel subtile celeriter resoluatur: Si verò subtilis & clarus fuerit, atq; frigid⁹, qualis est sanguis corporú, in quibus aquositas naturalis phlegmatis dominatur, cú spiritus ex eo generatus sit modicus frigiditate, prohibéte generationem ipsius, & grauis ac parum inflámabilis, propter frigiditatem & hu.ineptus est calefacere cor ad exteriora moueri: Vnde non ad iram & gaudium inclinare potest, sed tantùm ad timorem & pusillanimitaté, quæ à quibusdam vocatur cordis debilitas. Sanguis autem grossus & calidus, si fuerit niger aut tenebrosus, & inæqualis grossitiei, quem communiter turbidum appellamus, qualis est sanguis corporum, in quibus cholera appropinquans fini adustionis dominatur, disponit ad tristitiá propter tenebrositatem spirituum, & ad ipsam propter caliditatem ipsorum, insuper ad pertinaciam, vel ad fixam iram, propter eorum spissitudinem, siue grossitiem, qua tardè nimis forma deletur eis impressa, necnon & ipsa tardè resoluitur à corpore. Si verò grossus & calidus, non tamen turbidus fuerit, qualis reperitur in corporibus habentibus cor temperatum, & hepar notabiliter calidum atque siccum, sed longè ampliùs siccum, & vtentibus dieta mediocri, vel in corporibus temperatis, quorum sanguis forti exercitio calefactus, & inspissatus, nondum cœpit aduri, & denigrari, non ad tristitiam disponit, sed ad constantem audaciam, quam quidam vocant fortitudinem cordis, & ad mediocrem iram, cùm eam lætitia frangat, cui sunt magis proni, quàm ad tristitiam, quòd si ex vehementissimis causis ira fortis excitetur in eis, tardè sedatur propter spissitudinem vel grossitiem prædictorum. Sanguis autem grossus & frigidus non, tamen turbidus, qualis est in corporibus habentibus cor temperatum, & hepar siccius & frigidius temperato, sed magis siccum, quàm frigidum: & vtétibus dieta generatiua, de se mediocris sanguinis in omnibus accidenti-

B C D E F G

dentibus animi mediocrem reddit hominem, vt non magis pronus ſit ad hoc, quàm ad illud, ſed intantum differt ab his, quorum ſanguis eſt temperatus, quoniam ex diſpoſitione ſui ſanguinis hebes eſt, & ſolidus, ſiue conſtans aut perſeuerans in inchoatis, propter groſſitiem ſuorum ſpirituum. Si verò ſanguis groſſus & frigidus, turbidus fuerit, ſicut in habentibus hepar æqualiter frigidius & ſiccius temperato, vel amplius frigidum, & vtentibus his, quæ generant huiuſmodi ſanguinem, diſponit ad celerem & permanentem triſtitiam, & ad lentam & tardam iram: ſed ſi excitetur ex forti cauſa, nimium perſeuerat, & inclinat ad odium & rancorem: firmitudo tamen iræ iſtorum minor eſt, quàm in habentibus groſſum & turbidum, atque cali. ſanguinem, ſed maior, quàm in habentibus ipſum ſubtilem, propter quod naturaliter odiũm generatur, & inueteratur in iſtis.

¶ De ipſis autem accidentibus animi eſt ſciendum, quòd vnumquodque, ſi frequentetur, introducit promtitudinem ad generationẽ ipſius, quemadmodum in capitulo de conſuetudine patebit ſufficienter.

Quos effectus imprimant accidentia animi.

¶ Sed circa quartum expedit Medico diligẽter exerceri. ſ. vt aduertat, quos effectus imprimant ſanabili corpori, cùm ab eis fortiſſimas immutationes ſuſcipiat, quibus interdum habita ſanitas manifeſtè corrumpitur, & interdum amiſſa, celeriter reſtauratur expulſo morbo, beneficio accidentis. Inter ea quidem, quæ ſubitò & fortiter totum corpus immutant, poſt aerem tenent ſecundum gradum animi accidentia. Sed quoniam ad eſſe prædictorum accidentiũ duo concurrunt, vt ſuprà dictũ eſt. ſ. exiſtimatio, iudicans aliquid eſſe vtile, vel nociuũ, aut placẽs aut diſplicens, & ipſa paſſio cordis, cùm vtrumque iſtorum ſit cauſa immutationis ſanabilis corporis, neceſſarium eſt & vtile Medico ad inuentionem ſalubrium cauſarũ, conſiderare, qualiter ex vtraque parte membra corporis immutentur: cùm autem in genere prædicti accidentis præcedat opus æſtimationis, tanquam opus efficientis, & nuncij expreſſi de bono vel malo, ideò de illis effectibus prius habenda eſt ſpeculatio in communi.

Aeſtimatio quomodo immutet corpus.

¶ Sciendum eſt igitur, quòd circa immutationem in corpore factam, ex vi æſtimationis duo conſiderat Medicus: Primò ſcilicet ordinem immutandi: Secundò immutationis effectus vel impreſſionis: Et quantum ad primum, conuenit ſcire, quòd æſtimatio ſecundũ conſiderationem Medici dupliciter immutat corporis membra, quia quãdoque mediante motu & paſſione cordis, quãdoq; verò immediatè: licet enim omnis æſtimatio, cùm ſit placens aut diſplicens, cor aliqualiter moueat, ſcilicet ſecundum rationem gaudij, vel alterius paſſionis: tamen, quia motus cordis interdũ à conſueto ſenſibiliter non diſcernitur, ideò tũc, ſi aliqua manifeſta immutatio fiat in alijs mẽbris, Medicus eã abſq; paſſione cordis iudicat fieri, cùm eius paſſio non ſit adeò manifeſta, quòd prouocet eum ad operandũ circa cor, aliter ſolito: tantum enim eius iudicia ſe extẽdunt circa diſpoſitiones membrorum, quantum requirit neceſſitas ei ſubueniendi, aliquo genere operis ordinati ad ſanitatem. Vbi ergò percipitur ſenſibiliter timorem aut triſtitiam & cæteras paſſiones ab æſtimatione procedere, conueniẽter dicit, alia membra corporis, tam extrema, vt vultus, manus & pedes, quàm media, ſicut inteſtina & ſtomachus immutari mediante paſſione ipſius cordis: ſed cùm paſſiones eius immanifeſtæ fuerint, ſufficit propoſito ſuo dicere, quòd abſque paſſione cordis alia membra æſtimatio immutauit, quẽadmodum dicit in illis, qui ad hiatum prouocantur, vel ad mingendum, vel ad vomendum, vel ad coeundum, quando talia cernunt fieri, vel contemplantur in imaginibus exterioribus, quas humana curioſitas crebrò perfigurat in parietibus, & columnis & tectis, vel quando ſolùm in mente talia ſpeculantur, ad quos actus celeriter mouentùr diſpoſiti, quando ſub ratione placentis, aut diſplicentis eos imaginantur: ſicut enim organa generationis præparantur ad coitum, quando delectabiliter æſtimatur de fixo intuitu mentis, circa delectationis placentiam: ſimiliter quando quis aliquid putet abominale ſumendum per os, tunc æſtimatiua iudicãte conferens eſſe, quòd repellatur ſtomachus, protinus nauſeabit, tanquam prouocatus ad repellendum, præcipuè cùm aliquid conueniens ad expellendum, quod in ſe continet, tunc titillat in ipſo: Par quoque iudicium eſt in cæteris accidentibus, vt in oſcitatione & ſpandidatione. Nam in quibus lacerti mandibularum, aut brachiorum, aut crurium abundant fumis aut groſſis vaporibus, leui æſtimatione prouocantur in eis oſcitatio & ſpandidatio. Non ſolùm autem æſtimationis impreſſio taliter manifeſtatur in corpore æſtimantis, ſed etiam in deciſo, & propagato ab eo, ſecundum maiorem & minorem diſpoſitionem ipſius: nam ſi ſit in corpore eius aliqua diſpoſitio ad fœdam figuram generari vel generandi, tunc ſi tempore generationis, vel in ipſa commiſtione carnali, mens eius attentè circa fœdas occupetur figuras, erit in generato fœdiſſima, vel contrarium in contrarijs: perſcrutari verò rationem huius, altiſſimum eſt, nec pertinet Medico, ſed ſufficit ei credere, quòd ſpiritus eſt, & receptiuus, & delatiuus formarum, quæ licet in eo ſenſibiles non exiſtant, in corporibus tamen, aut membris diſpoſitis faciunt ſenſibilem impreſſionem, ſicut aer: nam inſenſibiliter recipit, & fert ſpecies, quas per ſpeculum viſui repræſentat: in ſpiritu quoque, velut in aere ſpecies ab æſtimatiua procedens multiplicatur: Cùm igitur tali ſpecie informatus fœminæ copuletur, aut membro, ſuperuenit vtrobique ſecundum exigentiam ſuæ informationis virtutem operantem inclinat, ſcilicet formatiuam in ſemine, regitiuas autem in membris: & ex hac conſideratione tenetur Medicus, Galeno teſtante, nociuas æſtimationes ægri falſificare cum ingenio & cautela, ſcilicet vt æger ab eo ſubtiliter deceptus, atque latenter ad conferentem æſtimationem mutetur: nam ſi fraudẽ aduerteret, quamuis eſſet ſalubris, nihilominus aut contemneret Medicum, aut non perſuaderetur ab eo, vel eius miniſtris. ¶ De his verò iam pleniùs eſt tractatum in conſideratione particulari, de patientibus mentis corruptionem.

De effectibus cauſatis ab æſtimatione.

¶ De effectib9 autẽ ab æſtimatione cauſatis, ſciẽdum eſt, quòd in genere duo ſunt, quorũ primus eſt alteratio membrorum: ſecundus verò qualitas

operationis:alterat enim membra, non solùm in qualitatibus primis,sed etiam in secundis:nam aliqua propter æstimationem calefiunt, aliqua infrigidantur,&c.quædam verò colorantur,quædã discolorantur,quæ quidẽ alterationes manifestissimæ sunt in timore,verecundia,ira & cęteris passionibus cordis. Operationes quoque membrorũ qualificat,id est,aliqualiter immutat, & hîc effectus manifestatur principaliter in motu cordis:secũdo verò in motu & cæteris operationibus aliorum membrorum, nam proportionaliter cordi mouentur,secundum maiorem & minorem dispositionem ipsorum:In passionibus enim cordis secundum exigentiam immutationis ipsius totum immutatur corpus: cùm enim toti disponat immutare, totum per consequens immutatur: Duas igitur patiuntur immutationes membra, quæcunq; ab æstimatione mutantur,siue ab accidentibus animi,quarũ vna est alterari secundum qualitates: Alia verò est immutari secundum operationes,licet interdũ altera istarũ sit tantũ in aliq b⁹ manifesta,quãdoq; verò vtraq;, & vt sit clarior doctrina,ponatur generaliter exẽplũ in corde:supponatur enim, quòd forma per æstimationẽ apprehẽsa secundũ exigentiã sui,cor faciat moueri localiter,vt quæ sub ratione conferẽtis apprehenditur dilatando,quæ verò sub ratione oppositi cõstringendo:Tunc vlterius est sciendum, quòd alteratio cordis in qualibet ei⁹ passione partim pręcedit,partim verò sequitur illos mot⁹ :cùm enim operatio mẽbri alicui⁹ nõ mutetur à solito cursu, nisi propter mutationẽ factã in ipso mẽbro,necesse est, quotiescũq; mouetur cor aliqualiter pręter solitũ,vt prius alteretur qualitatibus illis, quibus maximè disponitur ad huiusmodi motus locales: hęc verò sunt caliditas,illa namq; per se principiũ est dilatationis,hæc autem constrictionis: si ergò dilatatio vel constrictio mutetur à solito cursu,necesse est prius cor calescere,vel infrigidari:Et hoc intendit Philosophus,quando dicit,quòd alteratis organis,motus fit aliquo modo:Hoc autẽ qualiter contingat,non est medici perscrutari, sed sufficit ei credere,quòd hæc alteratio ꝓuenit à duobus principijs:Primo quidem à vi speciei conceptæ: Nam, vt ait Philosophus, tales species vim habent alterandi proportionaliter rei, cuius existit imago,vt species ignis calefaciẽdi,& species niuis,infrigidãdi.Species autem viuẽdi, viuificãdi, & per consequens calefaciendi. Species autẽ mortui,vel mortificati,mortificandi,& per consequẽs infrigidãdi:si verò concurrant species rerum oppositarum virium,manifestabitur solùm impressio dominantis,scilicet illius, ad quam imaginatio vel æstimatio figitur,vel si ex igne aliquis mori conceperit,multò plus species morientis infrigidabit,quàm calefacere posset species ignis. Secunda causa est, quia cùm inter cætera corporis animati,spiritus promtissimus sit moueri: Primo quidem in corde mouetur localiter,scilicet expãsione & retractione spiritus radicalis,seu cõplãtatis,vt ait Philosophus:hic .n. cùm sit de essentia organi corporis anima coniungitur immediatè, quo moto,pręter solitum ex vi apprehẽsi cor alteratur,& simili modo mouetur localiter: Nã retracto spiritu ꝑdicto,inter cordis substãtiã,cor infrigidatur atq; cõstringitur. Expanso verò per eãdẽ

A calefit & dilatatur. Ad motum autem cordis proportionaliter sequitur motus spiritus fluentis, & tãdem humorum:nam sanguis sequitur motum spirituum,ex quorum fluxu & refluxu ad cor oritur alteratio,quæ sequitur motum cordis: non enim est possibile,quòd alteratio,quæ causatur ex accessu & recessu spiritus fluentis,præcedat motũ cordis in accidentibus animi,cùm naturaliter motus cordis præcedat generationem ipsius. Rursus quando nutrimentalis humiditas in dilatatione B membri percipitur,& per constrictionẽ exprimitur,inde per hos motus aduenit cordi mutatio in humiditate & siccitate,præter humiditatem & siccitatem,quam frigiditas& caliditas introducunt: proportionabiliter autem in cæteris membris erit iudicium simile. ¶ His ergo prælibatis in generali,iam specialiter contemplandum est, qualiter immutet vnumquodque prædictorum accidentium cor & corpus. Sciendum est igitur, quòd in gaudio puro cor dilatatur,& naturalis calor, aut C spiritus,quasi ad exteriora,diffunditur.non enim credendum est,vt in ipso natura spiritus & calorem emittat à corpore,sicut vulgares Medici somniant: Nam. vniuscuiusque corporis natura sui subiecti conseruationem intendit: Corpus autem animatum naturali calore, & spiritu conseruatur,& proficit:vnde stultum est opinari, quòd ipsa,quam æterna sapientia limitauit in regimine corporis,thesaurum suæ perfectionis conetur effundere. Sed cùm apprehẽsum rationem habeat D conferentis & delectabilis,mouetur primum mobile corporis, & per consequens cætera proportionaliter secundum formam occurrendi, & appropinquandi rei,quæ talis æstimatur, videlicet dilatatione & extensione, quapropter natura intenta præparare corporis partes ad delectabilem extensionem,specialiter organa sensus & motus influit abundanter,eisdem à corde naturalem claritatẽ & spiritus,quib⁹ & mẽbra huiusmodi delectantur & extenduntur. Sanguis quoque purus E in tali apprehensione ad cor mouetur,& ad cætera membra,tum,quia solùm est cõueniens humor ad delectabilem extensionem,tum etiam, per restaurationem spirituum in corde, cùm ex diffusione ipsorum euacuetur. ¶ Quoniam igitur mẽbra humiditate puri sanguinis imbuuntur dilatatione præparante capacitatem,& copiosis infunduntur spiritibus,ideò per se gaudium moderatũ, & impinguare& digestiuam confortare censetur,immoderatum verò per accidens,sicut nimio motu F exultationis, vel postpositione cibi causat interdum oppositum:Rursus verò, quoniã in gaudio vel delitiis non fit motus ad pellendum apprehẽsum,sed ad conquiescendum in eo, & recipiendũ delectabile, ideo motus spirituum ad exteriora non est impetuosus,& subitus, quoniam suauitati,atque delectationi repugnat,sed leuis est,& suauis,& paulatinus:leuis quidem propter temperiẽ eius,quòd mouetur,scilicet spiritus, quem nulla cholera inflãmauit,sicut ira:paulatinus autẽ pro- G pter finẽ prædictũ. Iã igitur ex his patet, quòd qa cor abundãter influẽdo cæteris,&maximè supradictis,seipsum inanit,ideò dicuntur in gaudio interiora frigescere, & exteriora calescere temperato,seu naturali calore:sed tamen verum est, quòd à toto fit resolutio multa spirituum, quoniam ab orga-

Quomodo gaudium immutat corpus.

Gaudium immoderatum syncopim aut mortem inducere potest.

organis dilatatis,& quasi apertis faciliter spirant: & hæc est vna de causis,propter quas debilitat vires delectatio prolixa,seu gaudium. ¶Patet etiam ex prædictis,quòd omni gaudio,scilicet tam moderato,quàm immoderato cõmunis effectus est, infrigidare paulatim cor,& ipsum etiam dilatare: si tamen fuerit immoderatum,possibile est, vt infrigidatio cordis & dilatatio,syncopim,aut mortẽ inducant. Inanito enim corde spiritibus,& naturali calore,syncopis introducitur, corrupta verò naturali complexione cordis, aut compositione, mors necessariò sequitur:Hæc autem maximè cõuenit habentibus cor marcidum,& paucitatẽ sanguinis & spirituum,velut in senibus& decrepitis, atq; conualescentibus,quando magnum ac vehemens delectabile percipiunt subitò:nam intantũ cor dilatatur,vt ille modicus thesaurus caloris naturalis,& spirituum exhalando celeriter resoluatur,quia cùm substãtialis humiditas cordis in eis præ senectute,vel longa ægritudine sit valdè consumta, nequit in eo viuifica complexio aliquamdiu seruari sine beneficio fluentis caloris,& humiditatis,quod à spiritibus datur & sanguine, sicut in plantis arefactis & tabescentibus præ vetustate,quapropter cùm cor præ sui debilitate nõ possit reparare deperditũ,coadiuuante pauperie sanguinis,amittit id parum, quod de tota latitudine viuificæ complexionis sibi remanserat: & ideo nõ solùm ad tempus cessat à manifestis operibus vitæ,sicut est in syncopi,sed totaliter vita priuatur: potest etiam in simili casu prę nimia delectatione & immoderato gaudio solui & rumpi solutio cordis,vt compertum est in quibusdam. ¶Tristitia

Quomodo tristitia immutat corpus & timor & ira.

verò, quæ opponitur gaudio, corpus immutat opposito modo,non tamen calefacit interiora.Est enim obiectum tristitiæ malum proprium, siue sit existens,siue etiam sit apparens, aut putatiuum, sicut accidit inuidis,qui bonum alterius, malum proprium esse putant: & quocunque modo sit, semper percipitur sub ratione damni, vel damnum causantis.: quoniam est de bono amisso, quod est damnum vel malum præsens siue coniunctum:& in hoc differt à malo, quod est propriè timoris obiectum: nam hoc habet rationem periculi, vel vitæ periculum inferentis, qualia sunt terribilia propriè, quia mortem minantur, vel aliquod malum, quod est via in mortem.Vnde omne terribile dicitur per relationem ad mortem,quæ est omnium terribilium vltimum: Differt autem ab eo,quantum ad modum concipiendi,nam in tristitia concipitur malum sine spe fugiendi,quia concipitur, vt coniunctum, & ideò tristitiam non comitatur appetitus fugiendi, sed in timore, quia concipitur adhuc, vt separatum propinquum,vel longinquum, ideo appetitum excitat fugiendi,secundum plus & minus. In ira verò concipitur, cum spe repellendi, quoniam concipitur,vt illatum à minori,vel etiam pari: & propter hoc iram concomitatur appetitus vindictæ. Cùm igitur in tristitia concipiatur malum sine aliqua spe vitandi, fugiendo, vel repellendo, seu impugnando, simplex odium illius causatur in animo,propterea conceptus est paulatim, & absque impetu cor constringit: & ideò prohibet in eo sufficientem generationem spirituum, & per consequens sufficientem diffusionem eorum,

A & sanguinis in cæteris membris: & iccircò non solùm exteriora, sed etiam interiora infrigidantur,maximè,cùm cætera membra cordis imitentur constrictionem. Cùm igitur per eandem non solùm prohibeatur in corde, ac membris cæteris receptio nutrimenti, sed etiam causetur recepti impressio, proinde tristitia vehementer exsiccat cor & cętera mẽbra,maximè cùm diminutio spirituum & frigiditas introducta prohibeat nutrimenti conuersionem: Ad frigiditatem autem &

B siccitatem membrorum sequitur ingrossatio sanguinis,quæ non modicum prohibet membra sufficienter nutriri, & melancholiæ multiplicatio: Exsiccat autem tristitia fortiùs,quàm infrigidat, quoniam per se non infrigidat, nisi solùm vnicò modo, scilicet prohibendo generationem sufficientem spirituum:Exsiccat autem pluribus modis, scilicet prohibendo receptionem alimenti, & exprimendo receptum, & iterum coarctatione fumorum, qui ratione conclusionis super-

C calescunt & acuuntur:quibus omnibus concurrentibus ethicam tristitia causat celerrimè,talis etiã fumorũ conclusio magnas generat exsufflationes in tristibus,licet interuallis prolixis, propter cordis constrictionem. ¶Ex prædictis igitur iam patet ratio, propter quam consumtionem corporis & vigilias causat tristitia:patet etiam, quòd cùm sit eius causa vel obiectum malum coniunctum,seu pręsens,plùs alijs nociuis accidentibus, grauat animatum,cùm ex malo præsenti, & iam

D illato, fortior fiat impressio: & ideo etiam consequenter plùs cæteris lædit corpus vt plurimum.

Quæ accidentia animi absolutè nociua dicantur.

¶Dicuntur autem accidentia absolutè nociua illa,quæ ex natura speciei repugnant vitali actioni, scilicet dilatationi moderatæ ipsius cordis & diffusioni spiritus & sanguinis vitalis in membra, sicut tristitia,timor & desperatio:Accidentia verò, quæ secundum speciem suæ motionis non repugnant actioni vitali,nõ dicuntur absolutè nociua, sed secundum quid.f.secundum mensuram quã-

E dam motus cordis,vt gaudium propter immoderatã dilatationem:Ira verò propter frequentiam motus eius,& cum qua cõmunicantur vel sequũtur eam:nã in ipsa,propter vehementem appetitũ vindictæ cholericus sanguis mouetur ad cor, vt ipsum inflammet,ac spiritus ad audaciam inuadẽdi,quo supercalefacto,necesse est dilatari frequentiùs solito,ac totum corpus,maximè circa exteriora,cum impetu calefieri,cùm spiritus ad illas partes ex appetitu inuadendi subitò moueantur:cor

F etiam exsiccatur ex frequẽtia sui motus,& supercalefactione,licet minùs quàm in tristitia:In timore quoque sanguis & spiritus à corde fugiunt, & ipsum cor fortiter constringitur atque subitò propter fortem & subitum fugiendi appetitum, quẽ parit spes euadendi,nec æstimandum est, vt tunc natura deleget ad cor spiritus, cùm hoc repugnet desiderio fugiendi, immò vt ad hoc disponatur, ab eo recedunt: & huius signum est, quoniam in timentibus cor tremit,& vox, & anhelitus minu-

G untur vel auferũtur, & ipse etiam anhelitus rarus efficitur, qui proculdubio causantur ex diminuto calore circa regionem cordis,quod patet ex ratione cõceptus:malum enim in timore cõcipitur, vt repugnãs vel corruptiuũ naturę: & per hoc differt à malo tristitiæ,quoniã illud cõcipitur cũ ima

ginatione defectus virtutis,sed in timore sanguis
& spiritus à corde fugiũt,quia omninò diffidit de
proprijs viribus,non sperans se posse resistere,sed
imaginatur vel æstimat fugiẽdo se posse euadere,
& ideò, secundum rationem conceptus, calor &
spiritus retrahuntur ab exterioribus ad interiora,
non tamen versus cor,immò à corde ad inferiora
mouentur,scilicet versus intestina, tum propter
imaginationem defectus virtutis in corde,tum e-
tiam propter appetitum fugiendi taliter, vt nullo
modo posit obuiare cõcepto malo:& ideò se pro-
fundant in mẽbris,quæ nec motu processiuo,nec
dilationi se disponere possunt ad obuiãdum terri
bili,qualia sunt membra,quæ in inferiori clibano
continentur:propterea testatur Philosophus in li
bro de problematibus,quòd in timentibus vẽter
dissoluitur dissolutione humoris,facta circa inte-
stina propter coarctationem caloris & spirituũ in
eisdem locis.disponit etiam ad descensionem spi-
rituũ eorum ingrossatio & grauedo, nã ad cordis
cõstrictionem sequitur infrigidatio eius,& totius
corporis,ex diminuta generatione caloris atque
spirituum:intantum autem, vt in quibusdam ex-
tinguatur,vel appropinquet extinctioni:In dispo
sitis etiam,sicut in habentibus cor valdè frigidũ,
& inops spiritibus innata complexione,vel senio,
vel prolixa ægritudine penitus extinguitur, ita
quod ex vehemẽtia timoris in talibus syncopis &
mors sequitur,corrupta cordis complexione, vt
supra dictum fuit in gaudio. ¶ Angustia verò & ve
recundia sunt passiones cordis,in quibus mouen
tur spiritus,& humores ad oppositas partes,scili-
cet nunc ad interiora,nunc verò ad exteriora: In
angustia quidem,quia partim tristitia, partim ira
laborat animus,& proinde consequẽter, quia cor
nimis laborat oppositis motibus,nimium exsicca
tur,& cum motu iræ calescat,celeriter post angu-
stiã introducitur ethica,maximè in dispositis, pa-
tet etiã, cur cæteris angustia plus vigilias excitet,
quod maximè fit,quando habet ortum exteriorẽ
mali futuri,nam talem angustiam concomitatur
solicitudo vitandi futurum malum, & per conse-
quens vigiliarum instantiam,&etiã propter hanc
rationem dixerunt quidam,quòd tristitia de futu
ro facit hominem vigilare,& quæ de præterito fa-
cit dormire,quoniam hoc sine solicitudine est, &
sine timore,& ita propter obiectum læsionis prę-
teritum,vnde propter conceptum euasionis à no
cumento cõsolationem ratio persuadet, propter-
ea quietantur spiritus,& somnus inducitur. ¶ In
erubescentia quoque seu verecundia prius mouẽ
tur spiritus,& sanguis ad interiora propter timo-
rem,verùm quia timor in eis, non est de malo re-
pugnanti appetitui animali,aut volũtati:propter
ea statim concipitur spes resistendi,&quidã mo-
tus iræ confestim sequitur ad oppositum mouẽs:
in vtraq; enim timetur malum,quòd est turpis o-
pinio,sed in erubescentia,in ipso actu præsenti: in
verecundia verò ex eo,quod iam præterijt: & ex
hoc patet ratio, propter quam timentes omninò
pallescunt:nam cũ malum ab eis concipiatur, vt
repugnans naturæ,cum diffidentia resistendi om
ninò sanguis &spiritus ad interiora retrahuntur:
& tunc natura ipsorum sequitur motum,vel con
ceptum animalem:sed in verecundia concipitur,
vt repugnans tantùm voluntati, & non naturæ,

Angustia & verecundia quomodo immutent corpus.

Tristitia de futuro facit vigilare, de præterito dormire.

A quapropter natura,quæ apparet intrà,mouet spi
ritus & sanguinem ministrat cum fiducia resisten
di,& iuxta hoc proportionabiliter mouet instru-
mẽta sua,scilicet versus partes illas,quę timore dis
colorantur,& quasi mortificantur patentiùs, scili
cet ad genas,& partes vultus. ¶ Postquam autem
sensui manifestum est,sanguinẽ & spiritus à qui-
busdam membris recedere,ad quædam verò acce
dere,in accidentibus animi superfluum est, Medi
co perscrutari,an sic moueantur pulsi ab alijs,aut
B fracti ab alijs,aut vtroque modo,vel an sponte sic
moueantur obedientes imperio animæ:Tales ete
nim considerationes omninò sunt inutiles operi,
& ideò iam dicta,gratia introductionis,sufficiant.
Sed ex prædictis elucescunt iam duo, quæ consi-
derat Medicus:Primũ est,quòd diuersimodè cor
moueatur in accidentibus animi,nam in gaudio
paulatim dilatatur, & maximè versus anteriora,
propter quod moueri dicitur à Medicis versus pe
ctus,in tristitia verò paulatim econtra,scilicet in-
C teriora maximè versus dorsum,in ira verò subitò
versus pectus,in timore subitò ad oppositum, in
verecundia subitò ad vtrumque, in angustia verò
paulatim. ¶ Secundũ est,quibus corporibus pro-
sint,aut noceant:nam gaudium moderatũ omni-
bus prodest in conseruatione sanitatis,& etiam in
curatione morborum infrigidantium corpus, &
exsiccãtium: Tristitia verò nullis prodesse potest,
nisi quibus immoderatum gaudium nocuit, vel
nocere timetur:Ira verò tantummodò prodest il-
D lis corporibus,quibus nocet superflua frigiditas
& humiditas,vt somnolentis & torpidis atq; stu-
pidis,& paralysim patientibus aut torturam. Ti-
mor autem prodest,quibus nocet,aut timetur no
cere temeritas,sicut in his,qui patiuntur furorem
maniacum. Verecundia verò, licet plus prosit ad
corrigendũ animi,quã corporis vitia,sicut arrogã
tiam,præsumtionẽ,& imprudentiam,tamen con-
fert ictericis & pallidis,ac discoloratis:nocet autẽ
patientibus guttam rosaceam:Angustia verò ge-
E neraliter cũctis corporibus physicè per se nocet.

COMMENTARIVS.

S*Vnt igitur accidentia mentis & cordis, &c.*) Cor vitæ fons &
animæ virtutum radix est:Nã suo vitali calore facul-
tates naturales & animales suffulcit,& fouet, suóq; mo-
tu & vigore volũtatem seriò confirmat: Hic enim vigor
si non adsit, quicquid modò velis,facilè voluntas in hãc
& illam partem ratione vera,vel falsa conuertitur. Hæc
animi accidentium sedes est, qui cordis affectus nomi-
F nantur.At verò,quod Arnaldus ait mentem horum affe
ctuum effectricem esse causam,id in dubium meritò vo
cari poterit:Nõ enim ratio facit,sed excitat affectus, dũ
cordi,quod bonum vel malum est,obtrudit. Accepti ma
li,vel boni profuturi notitia, suscitat ipsa quidem odiũ
& amorem:Sed nec huius nec illius efficiens causa est:
siquidem non omnes odio percelluntur ob malum ac-
ceptum,nec boni,quod norunt,desiderio tenentur. Cę-
terum hoc indè liquet euidentiùs, quòd scientia nihil
operetur:Ideoque voluntatem alij principio,quàm mẽ-
ti adscribimus. Hoc nempe cordis vigor est, efficax ad
odium vel amorem impetus.

G *Quod primæ passiones cordis sunt dolor & delectatio, &c.*) In om
nibus cordis affectibus concurrunt amor aut odium,
dolor aut delectatio,& notitia boni vel mali. Amor au-
tem & odium primæ sunt radices,ex quibus expullulãt
affectus,vel naturali quodã impetu duntaxat, cuiusmo-
di sunt storgæ naturales:vel rationis persuasione: Quos
equidem affectus dolor aut delectatio comitari solet.

Proin-

Proinde non admittimus dolorem & delectationem primas esse cordis passiones, ad quas reliquę referantur. Cōmiseratio cordis affectus est ex amore proueniens eius, quem miserum esse conspicimus, vnde dolor & molestia cordi concipitur.

Spandidatione.] Hic affectus quam vocamus *Pandiculationem* oscitationi quodammodo similis est, vtpote quo crura pedes & brachia plurimum extendi contingat, scilicet ad discutiendos vapores.

De Rebus non naturalibus secundariis, & primò de quatuor temporibus anni, Cap. LXXVI.



Es non naturales secūdarię sunt quęcunq; immutant corpus sanabile mediantibus principalibus supradictis, quarum primam tempus esse superiùs diximus. ¶ Sumitur verò tempus à Medico & ꝓ parte anni, & etiam pro parte diei naturalis, vt ꝓ die vel nocte, vel pro parte diei & noctis, & quolibet modo tempus à Medico dicatur, semper immutare dicitur corpus per se, quando immutat ipsum, mediante illa re, quæ primò & immediatè informatur à parte temporis, vel quam impossibile est euitare, quæ res aer est. Vnde immutatio corporis facta, ratione temporis, semper concomitatur immutationem, quæ fit ab aere. ¶ In partibus ergo anni, & propriè in hyeme, aer infrigidatur, & corpus per se immutatur à qualitatibꝰ, quæ tunc naturaliter regnant in aere. Vnde corpora infrigidari & rheumatismis abundare, ac ægritudines frigidas maximè pectoris, capitis, neruorum, extremitatum & vniuersaliter omnium frigidorum membrorum incurrere per se conuenit hyemi. Ver autem corpora per se in temperamento conseruat. Æstas verò per se calefacit corpora, & exsiccat, & ægritudines cholericas in eis multiplicat. Autumnus verò infrigidat & exsiccat & generat ægritudines melācholicas, & alias multas, & inordinati motus ac inæquales, ꝓpter inordinatam & inæqualem aeris dispositionem. Aer etenim per arterias vniuersas omnia membra pertingens suis, qualitatibus actualibus alterat ea, & quęcunq; etiam continentur in eis, quapropter humores conformes in qualitatibus aeri non solùm in suis qualitatibus vigorantur, sed etiam in substantia sua recipiunt incrementum, aere disponente chylum aut humores cęteros ad generationem ipsorum, quibus concurrentibus suos effectus in corpore fortiùs manifestant, non solùm alterando ipsum, sed etiam, quia regimini naturæ minùs obediunt, minùs ordinatè de loco ad locū moueri, ita vt ruere videantur, siue rheumatizare: Cùm rheuma sit ruinosus vel inordinatus motus humorum, & ab hinc ortum habet, quòd communiter dicitur, scil. quòd humores mouentur in temporibus eis similibus. Est tamē sanè intelligendū, sicut ex prędictis elicitur, & in tractatu de phlebotomia plenius est expressum. ¶ Iuxta igitur prædictam cōsiderationem partes diei etiam alterāt per se corpus proportionaliter partibus anni, ita quòd 6. horæ, quæ sunt tres vltimæ noctis & 3. primæ diei cōformantur veri, ratione temperamenti, in quibus regnare dicitur sanguis, cùm illo tempore manifestiùs ostendat suos effectus in corpore, respectu cęterarum diei partium: in sex autem horis, quę post tertiam ho-

Tempus quocunq; modo sumtum immutat corpus.

Partes diei alterant corpus proportionaliter partibus anni.

A ram diei sequuntur, eadē ratione cholera regnat: in aliis verò sex, quæ prædictis immediatæ succedūt simili ratione regnat meliora: & in sequentibus phlegma. ¶ Quàm efficaciter autē contenta iuxtà in membris, suas dispositiones recipiāt, impressiones qualitatū aeris, testantur calculosi, maximè in vesica, vbi magni lapides & solidi generantur. nam infrigidato aere, quibuscunq; causis, omnia inferiora ipsorum rigescunt frigore manifesto. ¶ Per accidens verò dupliciter tempus B immutat corpus. Vno quidē modo, quando effectus immutationis conuenit per accidens aeri. Alio verò, quia non ab aere fit immutatio, sed ab aliis causis, in illo tempore obuiantibus corpori. Iuxta primum igitur modum accidit, vt in hyeme fortificetur calor naturalis in visceribus corporum calidorum, maximè sanguine abundantium & habentium membra carnosa, & per consequens, vt digestio sit perfectior, & color cutis in eisdem viuidior & splendidior, conclusis intus C spiritibus copiosis, diffundentibus & illuminantibus sanguinē, ac etiam defendentibus ipsum à congelatione denigrante, quod conuenit frigori, per se facere. Similiter conuenit ei per accidens ratione aeris generare interdū ægritudines calidas vel easdem fortificare vel acuere coarctando in membris vapores calidos & humidos, qua ratione febres de nocte molestiores sunt sępiꝰ, quā de die. Iuxta secūdum verò modum accidit, hyemi confortare digestionem, & ad transmutandū D grossos cibos, aut propter somnum lōgissimum, aut propter vsum notabilem calidorum, & ex eadem causa ægritudines calidas generare. Similiter ęstati accidit contrarium. Nam iuxta primum modū accidit ei, vt interiora corporis diminuantur naturali caliditate, licet innaturali abundent: & proinde, quòd digestio debilitetur in eis, & color splendidus euanescat à cute, præcipuè illorū, qui paucitatem habēt sanguinis, atq; spirituum. Iuxta verò secundū modum accidit, vt in ea gene E rentur, aut cōualescant ægritudines frigidę, propter vsum recētium fructuū, vel aquarū, vel propter raritatem, aut alleuationē operimētorum in capite, vel pedibus, aut aliis partibꝰ corporis, aut humidas & rheumaticas ægritudines generari, propter potum immoderatū, aut somnū diurnū, & sic de aliis causis. Et similibus causis contingit interdum, vt dolor capitis in die acuatur, & nō in F nocte. In vere autē generātur plurimæ passiones per accidens, & quantū ad primum modum, non eò, quòd aer difformiter alteret hæc & illa. Nam omne temperatū vniformiter operatur in omnibus membris atq; corporibus: Vnde nunquā distemperantia causatur à temperamento, inquantum tale, sed ideò accidit aeri tēperato ipsius veris, quoniā nullas actiones corporis impedit, sed potius omnes virtutes adiuuat in agēdo, bonitate suæ temperiei: propterea si quis nociuus hu- G mor in æstate vel autumno præteritis, vel etiam hyeme genitus fuerit, ac in eadem insuper hyeme concludatur in venis & profundis receptaculis corporis, in quibus latiat vt sopitus: Vere superueniente impedimentum expulsionis abscinditur, & natura iā adiuta beneficio aeris mouet superfluitates ad expellendū, ita quòd si omninò præualet eis per conuenientes regiones e-

Tempus per accidens immutat corpus dupliciter.

Temperatum vniformiter operatur & ab eo non proueniit distemperantia.

ducit, propter quod illo tempore pluribus & bonæ habitudinis fluxus ventris spontaneus & salubris quolibet modo superuenit, aliis autē vomitus. In quibus vero natura est potens, per minùs cōuenientes regiones expellit, proinde quibusdā apostemata sub cute, vel pustulę supra cutem, seu etiam scabies, & quæcunque fœdationes, aut infectiones cutis, & carnis ex varijs humoribus, & superfluitatib9 generātur. Iuxta secūdum verò modum accidit, vt in vere plures ægritudines generentur ex alijs causis ab aere, vt alleuatione operimētorum maximè subita, vel cursu & saltu, & cæteris excercitijs, modis aut ludis, ad quæ tunc potissimè iuuenes dissoluuntur, vel nutrientibus, ad quæ forsitan subita fit, & fortis immutatio, sicut in obseruātiis ieiuniorum communium: Par est quoq; iudicium de autumno, nam ratione aeris & aliarum causarum immutare potest corpus per accidens. Plures enim videmus macilentos, & styptici vētris, quos vuarum comestio frequens, & copiosa & impinguauit & solubiles reddidit, licet autumnus fuerit siccus, & simili modo potest in aliis effectibus perpendi eius immutatio, quam facit per accidens.

COMMENTARIVS.

AVTVMNVS *vero infrigidat, & exsiccat.*] Mirari quis meritò possit cur refrigerare dicatur autumnus & exsiccare, cùm sit tamen inæqualis: Hac enim ratione calefaciet etiam & humectabit. Præterea cur siccus esse statuatur, cum in hoc pluuiæ sint frequentiores quam in aliis temporibus. Distinguendum ergo fuerit (vt in nostra prædicendi methodo docuimus) proprium cuiusq; temporis temperamentum à tempestate, qua variè contingit immutari temperamenta. Recessus autem & accessus solis, quódnam proprium sit cuiusq; temporis temperamentum, ostendit: Autumnus aerem ob æstivum ardorem exsiccatum offendens, eundem solis recessu refrigerat: Si vero frequentes aboriantur pluuiæ, temperamentum id immutant: Eadem inæqualitatis est ratio.

De Regionibus, Cap. LXXVII.

REGIO apud Medicum largè sumitur pro quibusdam locis inhabitatis, ad inuētionem verò salubrium causarū tam vtilis est consideratio regionum, quantum earū diuersitas diuersificat notabiliter, & causas & corpora, & licet ex regionum diuersitate proueniat diuersitas in omnibus rebus non naturalibus, manifestior tamen est in aere primò, deinde in aquis & tertiò in terrę nascentibus & animalibus. Manifesta enim diuersitas bonitatis, & malitię in aere, & in aqua causat eādem diuersitatem in cæteris. Et ex his omnibus causatur diuersitas etiā in humanis corporibus, licet causæ pręcipuę sint aer & aqua, & maximè aer, vt patuit suprà: etenim aer spiritibus, & aqua humoribus in omni parte corporis commiscentur, quapropter ab his fortiter corpora immutantur, & ideò sunt attentiùs eligenda, vt habeant puritatem & ab omni aliena substantia sint immunes, nisi quantum requirit necessitas medicādi, velut exsiccādi & mūdificandi cum salsis aquis, stringendi & exsiccādi cum aluminosis, consumendi & dissoluendi cum sulphureis, extenuandi grossities, aperiendi opilationes, & rumpēdi calculos cum ferreis aut cupreis, & simili modo de cæteris. ¶ Regionum diuersitas duplex est, naturalis scil. & accidentalis: & naturalis quidem est illa, quæ conuenit eis ex distantia ipsarum ad cardines cœli, proinde alia, respectu alterius, est orientalis, alia quidem occidentalis, alia meridionalis, alia septentrionalis, & hoc secūdum plus & minus, iuxta diuersitatem, quæ in climatibus & in partibus climatum reperitur. Accidentalis verò est, quæ ex montibus, & aquis, & aliis terræ accidentibus prouenit, sed omnium diuersitas ad duas differentias reducitur scil. temperatam, & distemperatam: & quamuis regio quarti climatis inter habitatas regiones iudicetur naturaliter tēperata, propter ęquidistantiam eius ab extremis climatibus septētrionis & meridiei, tamē Medicus hoc accipit à præambulis, sed speculatio medicinalis effectib9 docet, tantùm discernere temperatam ab intemperata sufficienter, maximè tamē ab his effectibus, qui sunt in corporibus viuentium, & pręcipuè hominum manifesti. Vnde regionē illam rationabiliter asserit temperatam, in qua cuncta viuentia vt plurimum benè proficiunt, & mediocria sunt in naturalibus suis, maximè verò species eorum viuentium, quæ magis appropinquant temperamento, vt sunt in terræ nascentibus frumentū, & vua, & ficus oliuæ & amygdalę, granata dulcia, borago, buglossa & his similia. In quadrupedibus verò eduli arietes. In auibus tota generatio gallinarum, & sic de aliis. Sed inter cuncta viuentia clariùs adhuc manifestatur in hominib9 temperies regionis, quando sunt mediocres in statura, & in forma decori & in colore splendidi, & animo māsueti ac ciuiles, & in moribus bonę apprehensionis, & in iudicio circumspecti & prouidi, & habētes discretam audaciam, & in cunctis delitiis carnalibus seruantes regulam honestatis. In leuitate verò & robore corporis sunt semper moderati. ¶ Regio verò distemperata est, in qua omnia viuentia communiter non bene proficiunt, licet aliqua alia ab homine proficiant excellēter, & in qua homines manifestè vt plurimum in cunctis naturalibus suis, aut pluribus à mediocritate recedunt. Proinde caliditas hominum, habitātium in extremis climatibus testatur, illorum regiones esse distemperatas. ¶ Nam meridionales vt plurimū parui sunt in statura, & in forma simi, & in colore nigri, veloces ad iram, & tardè placabiles, inciuiles moribus, facillimæ apprehensionis, sed pręcipites in iudicio, & habētes impetuosam audaciam, vulnera tamen & effusionem sanguinis valdè timent, natura sibi conscia paucitatis imprimente timorem illum, propter quod ingeniis plus, quàm bello student resistere suis hostibus: sunt etiam in cibo parcissimi, modicum valdè comedentes, licet frequēter: luxuriam verò bestialiter exercent, nec sexum, nec ætatem, nec speciē attendentes, & fragiles quidem sunt viribus, sed agiles, proinde ad cursum & saltum promtissimi, & similes equos habent, scil. velocissimos, & extenuatos acutæ figuræ ac durissimę vngulę & exigui pabuli. ¶ Septentrionales autem, proceram staturam habent, & in vultu figura est aquilina vt plurimum, ita vt manifestè sit acutus, & eminens nasus, & cæteræ partes oblongæ, color valdè vicinatur albedini, tardi sunt ad iram, velociter placantur, elati sunt corde, atq; magnanimi, caliginosam habēt apprehensiuam, & confusum iudi-

Regionum diuersitas duplex.

Temperata regio iudicio Medici.

Distemperata regio iudicio Medici.

Meridionales

Septentrionales.

iudicium atq; tardum, morosam habēt audaciā, sed cùm incaluerint, valdè feroces, vulnera & effusionem sanguinis parum aut nihil timent, sed putridas febres nimis, cùm natura cōscia multitudinis humoris non formidet minutionem, sed ipsorum corruptionem: vnde robore confidunt de hostibus triumphare, propter quod seipsos prælio constanter exponunt, nec studēt ingeniis aut cautelis, cibis & potibus congurgitantur assiduè. Veneris autem sequuntur legem naturæ, carentes omnino stimulis importunis. Robustissimi quidē sunt, sed ad cursum & saltum grauissimi, similiter autem ipsorum equi, qui etiam rotundi sunt in figura, & valdè pingues ac mollis vngulæ, nec solido pabulo vesci possunt, modico cito deficiunt. ¶ Mediæ verò regiones in omnibus his, medio modo secundum plus & minus differunt à prædictis, quantum est de differentia naturali. ¶ Immutat autem regio corpora per se, & per accidens: & per se quidem à Medico dicitur immutare, non solum aere, sed etiam aquis & nutriētibus, & vniuersaliter omnibus causis, quę naturali dote conueniunt regioni, taliter scilicet quòd impressio ab his, per se facta, in corpore dicitur ei conuenire per se, sed effectus, qui ab illis causatur per accidens, & effectus aliarum causarum conuenit regioni per accidens, & in naturalibus quidem per se sufficiunt exempla supradicta. In effectibus autem cōtra naturam exempla patebunt in regionalibus morbis. Contingit autem in regionibus morbos generari per accidēs, atq; multiplicari ratione cōsuetudinis, quam habitatores obseruant intentione regiminis sanitatis. Nam in septentrionalibus valdè multiplicantur morbi ex adustis humoribus atque calidis, vt lepra, & erysipela, ignis persicus, antrax, carbunculus, noli me tangere atq; mania. Nam cùm intentione resistendi frigiditati vtātur acutis immoderatè, tam in saporibus, quàm in conditis, & etiam assaturis, & rebus salsis humores cholerici & adusti multiplicantur in eis. Cumq; frigiditas regionis cōcludat eos in corpore, & fumos & vapores eorum prohibeat exspirare, facillimè generantur prædicti morbi circa exteriora, præcipuè cùm interiora sint fortia: Simili quoq; accidente meridionales cholicam ex constipatione incurrunt. Nam cùm vescantur communiter dactylis, qui sunt fructus regionales ipsorum, & nutriens magis cōmune plebi, superuenit eis casus & commotio dentium, cùm dactyli relaxent à proprietate gingiuas. Vnde stypticis & siccis vtuntur ad obuiandum huic nocumēto, & intantum etiam, vt comedant assaturam de carnibus, quibus nullo modo parcunt cùm pingues sunt, cùm adhuc ex proprietate sint vtiles & simili modo alię multiplicantur in aliis. ¶ Hoc etiam aduertendum est in regionibus, quòd in temporib⁹ tactum est, scilicet quòd interdum vna est causa communis, interdum plures, & communes eorum morborum, qui per accidens generātur, & multiplicantur in eis. Nam in septentrionalibus crapula & ingurgitatio ciborum & potuum communis & sufficiens causa est multiplicationis hydropisis, nephrenesis, calculi renum, vesicę ac similiū: hoc verò atque manere in stuphis & iuxta caminum ignis maximè vultu opposito, & subitò egredi ad

Mediæ regiones.

Regio immutat corpora per se & per accidens.

A aerem excellenter frigidum communiter multiplicant rubores & inuersationes palpebrarum maculas cataractas, & omnes passiones humidas oculorum.

De Coitu, *Cap. LXXVIII.*



COITVS immutat corpus mediante motu & inanitione & accidentibus animi: si enim moderatus fuerit, vt scil. ex interuallis proportionatis corpori B iuxta complexionem, ętatem, regimē, ante repletionem, famem, præter infrigidationem, æstuationem corporis: talis quidem coitus ad generationē est vtilis: nec ex eo corpus læditur coeuntis. Si verò immoderatus fuerit, veluti laboriosus & nimis frequens, quasi coactus, corpus exsiccat inanitione, specialiter proram cerebri: motu verò calefacit extraneo calore, maximè cor, hepar, cerebrum, renes, lumbos atque iuncturas: propter quod etiam fumis, malis & fœtidis princi- C palia replet ac totum corpus. Similiter autē motu, & inanitione, atque delectatione resoluit spiritus, & naturalem calorem: & ideò tandem infrigidat, & ad hoc sequuntur plurima nocumenta, sicut tremor membrorum, & digestionis debilitas, propter impotentiam stomachi, oculorum consumtio, & humiditatis radicalis, visus debilitatio & multa consimilia. Per accidens verò dolor & apostematio iuncturarum, vt in podagra, & in chiragra debilitatis iuncturis, & dissolutis D humoribus corporis: quia si coitus fuerit nimis rarus, & natura fuerit impotens, vel remissa, coarctatum sperma in vasis generationis per pollutiones emittere cogitur grauedo, tristitia, & perturbatio mentis adueniunt corpori, propter vapores corruptos ad cor & cerebrum vehementes, & interdum vasorum apostematio.

De Artibus, *Cap. LXXIX.*



E ARS immutat corpus per se, quantum ad Medicum, his, sine quibus impossibile est fieri opus artis, scilicet motu corporis aut membrorum rebus ad opus concurrentibus. Vnde fabri, vitrarij & omnes assistentes fornacibus ex officio suo, ab igne notabiliter immutantur, in manibus & in vultu. Fullones & piscatores ab aquis in maribus & pedibus mundatores bladi, scopatores pauimentorum, vertentes canabum, linum vendentes, ex F tractantes à puluere in oculis, gutture & pulmone. Balneatores aere calido & humido in corpore toto, & cęmentarij à calce. Deauratores ab argento viuo, & ita de aliis. ¶ Per accidens autem, & cum his, & cum aliis causis potest ars immutare, sicut de tempore dictum fuit, & omnes hos effectus necesse est, Medicum indagare, atq; discernere secūdum regulas supradictas. Verbi gratia: Notariis quidem publicis, qui sub immoderata luce iugiter chartas albas, vel scribendo vel G legendo inspiciunt, per se dat eis officium incurrere visus debilitatem intempestiuam, sed quòd nephrenesin aut vesicę passiones incurrāt, vt calculum, stranguriam vel dissuriam immoderata facit hoc retentio vrinæ, & etiam fęcum, aut quia solicitudine distracti expellere negligūt, aut quia remoti à diuersoriis retinere coguntur.

De Ludo, Cap. LXXX.


VDVS per se immutat corpus speciebus exercitij, & accidentibus animis scilicet delectatione, tristitia, ira & studio, sicut in ludo schacorū, & alearum, & omnem quidem ludum, quem sequitur amissio, seu lucrum, concomitatur timor aut spes, & sequuntur lætitia vel tristitia: quod si tantummodo ludus ad victoriam fiat, in quo rerum amissio non timetur, nihilominus indignatio, atque displicentia victum conturbant: & huiusmodi effectus manifestissimi sunt in dispositis: nam auari & cupidi, si in ludo quicquam boni amiserint, nō euadunt tristitiam: iracundi verò si victi fuerint, vbi propter præsentiā maioris irasci nō audent, saltē displicentia corroduntur.

De Balneo, Cap. LXXXI.


ALNEVM mediāte aere vel aqua per se immutat. Est enim balneum quoddam vaporis tantùm, sicut in soliis, & vulgariter stupha vocatur: Aliud verò balneum est aquæ solummodò, sicut in tinis, pilis, fluminibus, in mari & in cæteris aquis: & vtrunque per se immutat qualitatibus actualibus atq; potentialibus. Vnde si vapor humidus fuerit, sicut vapor aquæ simplicis, clarefacit, rarificat, dissoluit, mollificat, & sudorē prouocat, acutos fumos excludit. Si verò fuerit siccus, vt vaporosum potenter exsiccat, & membra mollificata indurat. Vniuersaliter autem omnis stupha trahit à profundo corporis ad superficiem.

Balneū aquæ dulcis.

¶ Balneum autem aquæ dulcis & calidæ secundum plus & minus calefacit, membra mollificat, dilatationi & extensioni præparat, si consumpta fuerint, & constricta & indurata: & insuper humectando hebetat superfluitates cholericas, & acutas, quæ in lacertis ex præcedenti exercitio, vel ægritudine remanserunt: omnes superfluitates nō solùm cutis, sed lacertorum temperatè resoluit. Proinde confractiones, lassitudines atque dolores sedat. Si verò frigida fuerit, per se contrariū operatur, ꝓpterea solū per se cōpetit supercalefactis, quorū virtus resoluitur, sicut febrientib. ethicis, quando immerguntur in ea cum linteo, post aliquantulam moram ipsorum, in balneo calido. Tam calida, quàm frigida, si nō fuerit simplex, sed participet mixturā rei alicuius informantis eam, vt nitri, salis, aluminis, sulphuris & cæterorū mineralium, vel plantarum, vel partium, aut superfluitatum animalium per se immutabunt, secundum exigentiam virtutis illorum.

Balneum per accidēs nocet.

¶ Per accidēs balneum aquæ, tam frigidæ quàm calidæ corpus immutat, sicut dictum est in effectu medicinæ ꝑ accidens, & pluribus aliis modis, specialiter autē patet illud, ex mora & ordine balneādi. Nā si plectorici balneentur ante sufficientē euacuationē, aut repleti cibo ante refectionē primę ac secundę digestionis, vel constipati ante fęcum expulsionem, quibusdam cōfractio corporis, quibusdam dolor iuncturarum, aut capitis, aut aggrauatio prius dolentiū, vel obfuscatio visus, aut ophthalmia, vel surditas, aut tinnitus aurium, vel catarrhꝰ, aut opilationes, aut apostemata, vel etiā syncopis, plureq; rheumaticæ ægritudines, & quæ

A ex fumositate nociuæ materiæ ac maiori dissolutione, quàm consumtione possunt causari. Econtra verò si extenuati, & inaniti præcipuè famelici, quamuis balneentur in aqua dulci, nihilominus siccabuntur, si calida vel frigida fuerint manifestè, maximè si diu permanserint, tam isti, quā supradicti. Nam si tam modica fuerit mora, vt solùm possint superficialiter ablui, & sordes deponi, prodesse poterit ampliùs, quàm nocere. ¶ Vtplurimum autem per accidēs nocebit balneum, B propter negligentiam vitandi frigus, & laborem in introitu & exitu.

De Consuetudine, Cap. LXXXII.


ONSVETVDO mediātibus omnibus prædictis rebus immutat corpus, cumq; sit longus & frequens vsus rei alicuius, cōstat, quòd effectus, quē per se imprimit corpori, non est, nisi prompta inclinatio corporis ad rem frequentatam, dum ta C men vsus fuerit moderatus, & ratio quidem est, quoniam res frequentatę, proculdubiò membris imprimunt dispositiones, quibus eis assimilatur, vel conueniunt ipsa membra. ¶ In nutrientibus autem, & in his, quæ sumuntur interiùs, tam via cibi, quàm medicinæ, manifestatur assimilatio: nam stomachus, ex frequenti & longo vsu potus & humectantiū, humidus & mollis efficitur, atq; laxus: & proinde promtus ad tolerandum multitudinem potus, & humectantium, & ad abhor- D rendum opposita propter dissimilitudinem: ex frequenti verò vsu assaturarum, & exsiccantium, siccus efficitur, & stypticus, siue constrictus, & adunatus in partibus suæ substātiæ, & propterea delectatur in vsu talium sibi similium. Proinde si laxo stomacho, & extenso subitò adueniat, quod manifestè constringit ipsum, & coadunat, qualia sunt sicca, vel styptica, vel stomacho sicco & constricto, quæ manifestè relaxant & extēdunt, qualia sunt humida, non solùm alteratione comple- E xionis, sed etiam mutatione subita compositionis læditur. ¶ Patet etiam prædicta assimilatio in medicinis assuefactis, ex quibus corpus nulla manifesta passione, vel alteratione turbatur, quēadmodum in his, qui ex industria, vel ex corruptione mentis nutriuntur, veneno: sicut visum est in habitationibus nostris, de quodam ex pueritia fatuo, qui paulatim tantùm assueuit esum aranearum, vt postmodum venaretur easdem so- F licitè ad edendum. ¶ Aer similiter, & quæcunq; mediante ipso alterant corpus, aliquam similitudinem sui membris imprimunt. ¶ Alia verò dicuntur conuenientiā quandam imprimere, quoniam per dispositionē, quā membris imprimunt, ipsa membra non assimilantur eisdem per formā complexionis, sed cōueniunt eis, pro tanto, quia informantur dispositionibus, quibus cōuenienter inclinantur ad illas res. Verbi gratia: Exercitium formaliter nulla qualitate disponitur, sed ta G men cùm membra calefaciat, & à superfluitatibꝰ emundet, & spiritibus faciat abundare, certū est, quòd talibus fiunt exercitia promtiora, contrarium autem imprimit assueta quies. Similiter autem ira, patientia, timor, audacia, tristitia, lætitia & cæterę passiones cordis in se, nec frigidæ sunt, nec calidæ, nec siccæ, vel humidæ, vel strictæ, vel latę:

latæ: ſed quia cor, & per conſequens corpus his calefit, infrigidatur, exſiccatur, humectatur, dilatatur, cõſtringitur & huiuſmodi diſpoſitionibus promtè inclinatur ad paſsiones prædictas, ideò conuenientiam cùm eis acquirere dicitur: quæ conuenientia non ſolùm in corde, ſed etiã in toto corpore dupliciter introducitur. ſ. ex parte membrorũ, & ex parte ſpirituũ: Et ex parte membrorum adhuc dupliciter. Primò immediatè, ſecundò mediante humore: nam ad alterationes cordis, ſequitur alteratio cuiuſlibet membri: cùm verò membra ſecundũ qualitates cordis alterantur, humor ſimilium qualitatũ multiplicatur, & ipſius multiplicatio fouet qualitates prędictas in corpore, & in corde, & ſic mutuo ſe fouent cauſando vel conſeruãdo. Ex parte verò ſpirit⁹, quoniam in accidentibus animi ipſe ſpiritus acquirit diſpoſitiones, quibus maximè promtus eſt, & etiam pręparat ad illud accidens, per quod acquiſiuit eas. Diſpoſitiones autę acquirit, vel ex parte virtutis vitalis, aut naturalis, vel ex motu ſuo, ſicut in lætitia, in qua prædictę virtutes cõfortantur, acquirit ab earũ operatione temperamẽtum in qualitatibus, & multiplicationẽ in quantitate, atq; conſeruationẽ in ſua copia, & ſubſtãtia, quæ omnia diſponũt ad gaudiũ: Ex motu verò acquirit iñ gaudio rarificationem, cùm dilatetur in eo: ad quam duo ſequũtur, ſcil. promtitudo ad motum ꝓpter ſubtiliationẽ ſubſtantię eius, & ſecundum eſt attractio nutrimẽti, vel materiæ generationis ipſius, nam cũ ſit naturalis inclinatio corporum ad vitãdum vacuũ, accidit naturaliter, vt cùm moueatur per delationẽ ſui, ad partẽ oppoſitam motui ſuæ materię, ſequitur ipſum illa materia, q̃ trahitur ſucceſsiuè à vaſis, quę à ſpiritib⁹ euacuantur paulatim, & prædicta duo diſponũt ad gaudiũ: In triſtitia verò accidunt ſpiritui contraria, quæ diſponunt ad eam, vt frigiditas, & ingroſſatio, & ita de cęteris. ¶ In aliis verò rebus nõ naturalibus, cõuenientia pari ratione poterit aſſignari, ex quibus liquidè patet cauſa, ꝓpter quã aſſueta per ſe minùs moleſtant, ſed contingit per accidẽs ampliùs moleſtare, ſcil. propter vſum immoderatum, per quem virtus reſoluitur, aut calor naturalis extinguitur, aut cõplexio membri corrumpitur: vnde tũc promta nõ fiunt ad vſum illarum rerum, ſed potius horrẽt eas, & ideò frequens vſus immoderati exercitij membra nõ ſolum inepta, ſed impotentia reddit ad exercitiũ, & frequens vſus alicuius cibi ad nauſeatiuam ſatietatem, reddit eundem abominabilẽ ſtomacho, & ſimili modò in cæteris rebus. ¶ Vnde regula generalis eſt tam in potentiis, quã in habitib⁹, quòd omnis operatio contrariũ habens, cùm frequentatur, reddit virtutẽ, à qua procedit, potentiorem ad operandũ, & organũ, cũ quo exercetur, promtius ad eandẽ, dum tamẽ intenſiuè vel extenſiuè non ſit immoderata, ſed quòd ꝓportionetur virtuti, atq; ſubiecto eius. ſ. organo vel ſpiritui: nam ſi excederet, videlicet intẽſiuè. ſ. per vehementiã, aut extenſiuè. ſ. per durationẽ tẽporis, ꝑ accidens debilitaret, videlicet reſoluendo ſpiritum: Cauſa verò, propter quã frequẽtia operationis alicuius habentis contrariũ cauſat, promtitudinẽ ad eandem in omnibus eſt cõmunis, quia per ipſam expellitur diſpoſitio ad cõtrariam, & introducitur ad eam, quæ frequẽtatur, ſicut eſt iam oſtenſum.

Conuenientia cum rebus cõſuetis acquiritur corpore dupliciter.

Regula generalis.

COMMENTARIVS.

I*N aliis verò rebus non naturalibus, &c.*] Conſuetudo habitus quidam eſt, vel firma corporis facultatumq; diſpoſitio, qua fieri vel ferri poteſt aliquid facilius. Cõſuetudo ſcilicet nõ in actionibus modò, ſed in paſſionibus etiam obſeruatur, ideoq; fit vt aſſueta minus lædere perhibeãtur: Multis enim actionib⁹ aut paſſionibus firmũ quidpiam inducitur, quod altera quoq; natura cẽſeri poteſt. Proinde non eſt conſuetudo principium quoddam immutans corpus (vt antea dixerat Arnaldus) cùm non longus ſit & frequens rei alicuius vſus, aut actionum multitudo, ſed qualitas quædam ex frequenti vſu, & multis actionibus proueniens.

Vnde regula generalis eſt, &c.] Hic niſi fallar ſenſus horum verborum eſt, multis actionibus facultatẽ & eius inſtrumẽtum habilius, & magis idoneum reddi, ſcil. ad promtius agendum aliquid: *Modò ne,* vel vehementia, vel frequentia actionum modum excedat: ſic enim non aptitudo duntaxat, ſed ipſa etiam actio tolleretur. Qui perpetuò temperatiſſimè vixit, ſi quando bibat liberalius, grauiter læditur: Si ſępius id contingat, habitum contrahit, quo vinum fert facilius, niſi tamen intenſiuè vel extenſiue peccetur, vt Arnaldus ait: Sunt enim ex ebrioſis, qui vino p[illegible]rierint ſubitò, vel paulatim, temporis ſcilicet ſucceſſu proſtratis animi corporiſq; viribus.

De Rebus contra naturam, Cap. LXXXIII.

RES autem cõtra naturam eſt, quicquid ſanitati repugnat ſemper: Sanitas enim eſt, natura ſanabilis corporis, prout tale: Per hoc quidem, quod dicitur, repugnat ſanitati, ſeparatur à naturalib⁹: ſed per hoc, quod additur, ſemꝑ diſtinguitur à nõ naturalibus. ¶ Res autem contra naturã tres ſunt in genere tantùm: nam quod repugnat ſanitati, vel repugnat vt forma oppoſita ei, & hoc eſt morb⁹, & vniuerſaliter lapſus, vel vt introducẽs, aut imprimens illã formam ſeu diſpoſitionẽ, & hoc eſt cauſa morbi, vel vt effectus oppoſitus effectui ſanitatis, & hoc eſt accidens morbi. Contingit tamẽ ſæpe, vt vnũ & idẽ ſit morbus, & cauſa morbi, & etiã accidẽs diuerſis reſpectibus: nam gutture apoſtemato, propter vulnus apoſtema quidẽ eſt accidens vulneris, & morbus in ſe, & cauſa opilationis vel coanguſtationis in meri vel canna. ¶ Lapſuũ verò genera tot ſunt, quot eſſe oportet ea, q̃ requiruntur ad ſanitatẽ, cùm ſemper ſint oppoſita circa idem: nam per lapſum vniuſcuiuſq; membrorũ, poteſt cõſtitui ęgritudo. Sunt autẽ in genere ea, quibus ſanitas integra cõſiſtit in vnoquoq; ſanabili corpore, tria. ſ. complexio, cõpoſitio, & vnitas: quorũ vnumquodq;, ſi corrumpatur, corrũpitur ſanitas: & labitur corp⁹ ab ea ſecundũ duos lapſuum gradus primos, quorum vnus eſt, in quo iudicio ſenſus, manifeſtè læditur operatio, & talis lapſus formaliter conſtituit morbũ, proinde corpus & membra, patiẽtia talem lapſum, actu ęgra dicuntur: Alius verò gradus eſt, in quo nondum ſenſibiliter lęſa eſt operatio membri alicuius, vel operationes totius corporis, ſed tãtùm ſenſibili perpenditur euidentia, quòd nõ ſunt ita perfectè & moderatè ſicut in corpore temperato, & hæc omnia dicũtur largo nomine ſana lapſa, in quo lapſu tanta eſt latitudo, quòd in tres portiones diſtinguitur: Nam aliqua ſunt corpora tam parum recedentia à temperamẽto, quòd ſine impreſsione fortium cauſarũ nõ labuntur in ęgritudinẽ actu, & talia quidẽ parũ lapſa nominantur: tamen lęſa

Res cõtra naturã ſunt tres in genere.

Lapſuum genera ſũt tria: ſicut tria ſunt quib⁹ ſanitas integra conſiſtit.

Corpus à ſanitate labitũ ſecundum duos gradus.

Sanitas lapſa latitudinẽ habet tres portiones habentem.

sunt secũdum veritatẽ, licet insensibiliter, sed cõmuniter largo largo nomine vocãtur absolutè sana ¶ Alia verò sunt, q̃ à causis debilibus celeriter cadunt in ęgritudines, & propriè nominantur ęgrotatiua, quasi frequenter ægrotantia. Proinde, quia nunquã de se possunt resistere lædentibus causis, appellata sunt à quibusdam ęgra simpliciter, ęgra quidẽ ad differentiã parum lapsorũ, simpliciter verò ad differentiã ęgrorum in actu, q̃ dicuntur ęgra vt nunc: nam ęgra simpliciter sunt, quęcunq; talia ex generatione: ægra verò vt nũc, quæcunq; à causis superuenientib⁹ post generationẽ facta sunt ęgra.

Corpora sana & neutra simpliciter & vt nunc dici possunt.

¶ Et simili ratione dicũtur corpora sana, & neutra simpliciter, & vt nũc: illa .n. dicuntur simpliciter talia, quoniã à causis inhærentib. semp talia sunt: ista verò vt nunc, quia non sunt talia, nisi ex causis in aliquo tẽpore suæ durationis euenientibus accidẽtaliter, & ꝑinde neq; semper.

Sanum simpliciter et ægrum vt nunc aut econuerso possũt concurrere.

¶ Ex quibus patet, quoniã sanũ simpliciter & ægrũ vt nunc, aut econuerso pñt concurrere, nõ implicata cõtradictione: nã tale simpliciter dicitur, non à dispositione vel habitu, sed ab innata, seu naturali potentia vel impotentia, q̃ semper inhęret corpori radicaliter. Vnde tẽperatus ex generatione semp habet innatã aptitudinem sanitatis, licet in aliquo tempore particulari careat eius habitu ꝓpter regimen, aut cętera corrumpẽtia sanitatẽ, q̃ tunc occurrerunt, quemadmodum econuerso. Cholericus ex generatione semper quidẽ lapsus est, quantũ ad naturalẽ impotentiã, sed in hyeme sanus est, vt nũc ex habitu sanitatis acquisitę beneficio tẽporis: sicut aliquis ex generatione semper est cõtinens .i. habens naturalẽ impotentiã coeundi, sed ex regimine particulari fit aliquãdo coitiuus. ¶ Alia verò sunt corpora, q̃ causis lędentib. medio modo resistũt, quia nec ita fortiter vt parum lapsa, nec ita debiliter, vt ægrotatiua: & ideò dicuntur esse mediũ inter ꝑdictam cõparationẽ ad corp⁹ ꝑfectè sanũ & actu ęgrum, quia nec tantũ appropinquãt ad perfectè sanum vt parũ lapsa, nec tãtum ad actu ęgrũ vt ęgrotatiuũ: & ideò etiã ꝑ respectum ad ꝑdicta extrema vocãtur neutra, secundum considerationẽ expressam in tractatu de intentione Medicorum, non inquantũ neutra ꝑ abnegationẽ extremorũ, sed per participationẽ vtriusq;.

Extrema participari possunt tripliciter.

Et hoc est tribus modis, secũdum quod tripliciter possunt extrema participari, quia vel participãtur indistinctè, & tũc fit neutrũ, quod verè dicitur esse medium sanissimi & ęgerrimi corporis, quia verè amplectitur, & quantũ ad iudicium sensus, habet extrema commista & indistincta vel participantur distinctè, quod nequit esse, nisi duobus modis .s. aut quia in diuersis partib. corporis in eodẽ tempore, vel quia in eisdẽ diuersis partibus corporis in diuerso tẽpore: & omnes has differentias neutri considerat Medicus, quia saltẽ in inuentionẽ causarum salubriũ iuuant eũ, quemadmodũ patebit in parte operatiua. Omnia igitur ꝑdicta tria corpora lapsa, Medicus iccircò reponit sub latitudine sanitatis, dicens ea esse in genere sana lapsa, & non ęgra, quia nõ debetur eis regimẽ curationis, sed conseruatiuũ aut præseruatiuũ. ¶ Morborũ genera in cõmuni Medicus cõsiderat in duobus, scil. in causis effectiuis, & in lapsuum formis: Et quantum quidem ad causas efficientes ipsorum, quinque sunt genera, scil. regionales, epidimiales, varij & inæquales, hæreditarij, contagiosi.

Morbi regionales.

¶ Regionales verò sunt, qui multiplicantur in aliqua regione propter cõmunia & naturalia regionis, quæ sunt aer & aqua, & nutrientia. Vnde strictura pectoris multiplicatur in habitationib⁹, quarum aer est frigidus, siccus, borealis, & similiter, vbi vina cõmuniter sunt acerba. Calculus verò renum & vesicę, vbi aquæ sunt sabulosæ & argillosę: opilatio splenis & hepatis, vbi lutosæ: botiũ gutturis, vbi vinosæ: Dysenteria, vbi salsę sunt & nitrosæ. Lypa & ophthalmia phlegmatica, vbi abundantia persicorũ: Squinantia, vbi frequentatur esus tuberum & fungorũ, & sic de consimilibus. Dicũtur autẽ generari à cõmunibus causis ad differentiã diuersorum & inæqualiũ: sed cùm additur à naturalib. regionis, hoc fit ad differentiã duorũ .s. epidimialiũ & regionaliũ ꝑ accidens.

Morbi epidimiales.

¶ Epidimiales sunt, q multiplicãtur ex causis accidẽtaliter corrumpentib. aerẽ vel aquas aut nutrientia regionis, sicut cadauera & morticinia reptiliũ, & vapores ipsorũ & nebulę: Interpretatur autẽ epidimia superior corruptio, quia multiplicatur, accidentaliũ ęgritudinũ, quæ rarò contingit in aliqua regione, licet ꝓuenire possit ex corruptione aquarum & nutrientium, sicut fructuũ, tamẽ rarò contingit ista corrumpi absq; cõmuni corruptione aeris. Potest enim contingere vel casualiter, vel ꝑ industriã hostium, vt fons cõmunis inficiatur aliquo venenoso, vel aliquod granum panificũ, ab alienis regionib. asportatum, sit in foueis prolixa reseruatione infectum: sed si ex nebula corrumpatur, iam procedit ex aere. Dicitur autem corruptio aeris omnis mutatio transgrediens cursum naturæ in qualitatib. aut substantia. In qualitatib⁹, vt sit calidior aut frigidior, &c. q̃ deberet esse secundũ naturalẽ exigentiã tẽporis. In substãtia verò, quãdo inficitur admistione vaporum tendentiũ ad putredinis malitiã, aut vniuersitatis alicuius.

Morbi varij & inæquales.

¶ Tertij verò sunt illi, qui ex malo regimine vniuscuiusq; causantur, & ideò etiam tales dicũtur varij & inęquales, ad differentiam prędictorũ: nam regionales & epidimiales vnius speciei sunt in omnib. corporib. habitationis, cùm oriantur ab vna causa cõmuni: sed quia regimẽ vniuscuiusq; diuersum est vt plurimũ à regimine alteri⁹, iccircò morbi ex diuersitate regiminis orti, sunt vtplurimũ varij, quò ad speciẽ: nam in vno quotidiana, in alio tertiana, &c. Quia si fuerint eiusdẽ speciei, vtplurimũ tñ, quò ad accidentia, sunt inæquales, vel dissimiles, q̃ inęqualitas non est ita manifesta in supradictis.

Morbi hæreditarij.

¶ Hęreditarij verò sunt, qui ex generantib. propagantur in genito ꝓpter impressionẽ factam in materialibus principiis generationis à corporibus generantium, qui morbi, quãtum ad communẽ experientiã, sunt podagra, phthisis, lepra, tinnea, & illa scabies, quã Arabes vocant baras, & est genus ad impetiginẽ, & calculus renum & vesicæ, vena innaturalis oculi, quæ vocatur zebel in Arabico.

Morbi contagiosi.

¶ Morbi verò contagiosi dicuntur, qui à cõtagio causantur. Est autem contagium approximatio corporum adinuicem, & dicitur à con, quod est simul, & tãgo, tangis. Vnde omnes illi morbi sunt cõtagiosi, q corporib. imprimũtur ex approximatione ipsorum, ad corpora patiẽtia morbos illos:

& hi

&hi communiter sunt lepra, scabies, variola, febres pestilentiales, apostemata venenosa, maximè in locis angustis, epidimia, ophthalmia, phthisis & baras, & etiā scrophe, congelatio dentium & zebel. ¶ Quantum verò ad considerationem ipsorum lapsuum, diuiditur morbus in simplicē & cōpositum: & simplex quidem est, in quo tantum vnus est lapsus: Compositus autem, in quo plures lapsus diuersarum specierum concurrūt: ¶ Simplicium igitur prima genera sunt tria: etenim & primum est genus morbi, qui fit in cōplexione, & vocatur morbus cōsimilis, vel consimiliū mēbrorum, qui pro tanto appropriatur eis: quia totum id, quod pertinet ad quidditatē ipsi⁹, inquantum est morbus, accipit ex propriis membrorum cōsimilium: nā & ipsa qualitas, quæ formaliter constituit morbum, est immediata dispositio membri consimilis, & tantùm eius actionē lædit immediatè. ¶ Secundum verò genus morborum est in compositione, qui vocatur officialis, appropriatur autem officialibus, tū, quia ipsa mala qualitas, seu dispositio immediatè cōuenit officiali, tum, quia immediatè lædit operationē, quia non conuenit ei, nisi prout existit officiale. ¶ Tertium verò est in continuitate, propter quā vnitas reperitur in membris tam officialibus, q̄ consimilibus, ita, quòd quamdiu continuitas naturaliter saluatur in eis, tandiu etiam vnitatē habent: nullum enim membrum cōsimile, vel officiale est verè vnum scilicet vnitate, quam debet habere per naturam, nisi partes eius habuerint continuitatem, quam per naturalem habere debent: Quia igitur vnumquodq; membrum officiale vel consimile, per suam vnitatem est vnum: Hinc est quòd vnitas est, propriè quoddam commune vtrisq;: Continuitas verò propriè nō conuenit, nisi consimili, & non officiali, inquantum officiale: nam manus non habet continuitatem in omnibus partibus eius, inquātum est manus: Sed quia nec in officialibus, nec in consimilibus corrumpitur vnitas, nisi soluta continuitate in consimilibus. Propterea inoleuit vsus apud Medicos, vocare morbum communem solutionem continuitatis, cùm tamen propriè sit corruptio vnitatis, & ideò aliqui vocant eum solutionē vel corruptionem singularitatis: nam per vnitatem est vnumquodq; singulare, id est, indiuisum in se & diuisum siue distinctum ab aliis: Hoc autē genus morborum interdum à Medicis separatur à prædictis duob. generibus: Itaq; nec appropriatur consimilibus, nec officialibus: sed dicitur cōmunis, non ab actualitate, sed à passibilitate: licet enim semper sit morbus in aliquo consimili, non tamen semper est morbus in officiali, nisi per accidens, tūc enim est per se morbus officialis, quādo per eum læditur vnitas actionis, quę debetur officiali per se: Si enim aliquod consimilium incidatur, non ex toto, iā ipsius consimilis actio non est vna. Si verò ex toto maximè transuersaliter separatur in partes, tunc non tantùm eius operatio, sed etiam ipsius organici non erit vna, cū corrupta sit vnitas compositionis eius: Iam autem ex his patet, quòd non dicitur communis à consideratione immediati subiecti, nec etiā consideratione eius qualitatis, qua mēbrū secundū rem informatur, quoniā hîc non est, nisi vel com-

Morborū simplicium tria sunt genera.

Continuitas propriè nō conuenit membro officiali, sed consimili.

Quomodo solutio continui separetur ab aliis duob. generibus morbi.

A plexio vel compositio: sed à consideratione eius, quod secundum rem commune est, & consimilibus & organicis & eorum actionibus scilicet vnitas: quando igitur iste morbus consideratur secundum id, quod in membris potest esse principiū immutandi vel lædendi actionem aliter, quā complexio vel compositio, tunc separatur à prædictis, & dicitur communis: quando verò consideratur secundum id, quod in ipso realiter membrū informat, tunc Medicus reponit ipsum sub B genere morbi officialis, quemadmodū Gal. in secundo megathecni, cū dicit, quòd omnis morb⁹ est aut complexionis aut cōpositionis: nā solutio cōtinuitatis realiter nō est, nisi malitia compositionis, vel ex parte formæ, vel ex parte positionis, & vtraq; prædictarū considerationū indiget Medicus: nam in via distinguendi genera morborū, necesse est ponere, quòd sint tria, quoniam diuisio actionis nec significat supra proprios cōsimilium, nec supra proprios officialium, sed supra C communem: in consideratione verò primorū generum operis curatiui, non differt morbus communis ab officialibus: Prima enim opera curationis, quæ tantùm respiciunt morbū, non sunt, nisi duo scilicet medicari, & manualiter operari: applicatio autē medicinarū per se ordinatur ad correctionē cōplexionis: manualis autē operatio ad correctionē solutionis continuitatis, & morborū officialiū, secundū quod ambo largo modo sunt malitia cōpositionis: Iterum etiā, quoniam opus D curationis variatur, quantū ad omne regimē, nō solùm ex parte formæ ipsius morbi, sed & etiam ex parte subiecti immediati eius, ꝓpterea Medicus interdū differētiam morbi accipit à subiecto immediato: & secūdū hāc cōsiderationē quādoq; reponit, solutionē cōtinuitatis sub morbo cōsimili, queadmodū Gal. in parte prima de morbo & accidenti. vbi de morbis agit cōpositis: semper enim subiectū immediatū, eius est membrū cōsimile, vt caro aut os & neruus, &c. sic ergò patet, E qualiter interdū dicitur ꝓcisè cōsimilis, interdū officialis, & interdū ab vtroq; separatur sicut morbi gen⁹ aliud ab eis, & cōmunis tunc appellatur. ¶ EST IGITVR morbus consimilis malitia complexionis sensibiliter, & immediatè lædēs operationem membri cōsimilis, in quo est: cōsimiliū autē, & etiam quorumcunq; aliorū morborū diuersitatem in tot reb⁹, & tot modis considerat Medicus, quot sunt, & quib. morbi sanatio variari potest: Nam cùm cognitio morborum quæra- F tur à Medico propter ingenium sanitatis, tātùm ab eo debet extendi, quātum est necessariū ad inueniendum formam rectæ sanationis: & ideò ad cognoscendum perfectæ discrasias, non sufficit Medico solū nosse, quia hęc est calida, & illa frigida, quoniam in eadem specie discrasiæ, quantum ad qualitatē reperitur multa diuersitas, propter quā necesse est vt varietur aliqualiter op⁹ sanationis. ¶ Huius autē gratia ponemus exēplum in discrasia calida: licet enim in omni tali sit necessa- G riū infrigidantibus vti, tamē cùm complexio intensior fuerit in vno subiecto, quàm in alio, necesse est, vt infrigidans intensiùs applicetur vni, quàm alij, & in eodem etiā corpore posito, quod hîc cerebrū, ibi hepar, aut hîc caro, & ibi os paterentur discrasiam calidam in eodem gradu, non

De morbo cōsimili & eius diuersitatib. etiam quo ad curam.

tamen eisdem & æquè infrigidantibus vtrobiq; conueniet vti, nec eodem modo præparatis aut applicatis. Similiter quoq; si hîc discrasia fuerit vniuersalis, sicut in febribus, aliter infrigidatio sanatiua perficietur, quàm si tantùm esset in vno membro. Ipsa etiam febris, licet quantum ad speciem qualitatis, eadē existat discrasia, scilicet calida, tamē multiplicem diuersitatē acquirit, non solùm ab intensione & remissione caloris, sed etiam à causis generātibus & generationis modo, quæ necessariò diuersificant opus curationis: posito enim, quòd eadem causa febres genuerit in duob. corporibus, & in cūctis particularibꝰ conformētur: si tamē fuerit modus generationis diuersus infrigidādi opus necessariò variabitur: nā si aere nimis calido duo pueri ceciderūt in ephemerā, sed alter, quia caput tenebat soli expositū: alter verò quia fecerat in stupha diuturnam moram: Iam patet, quòd illi debetur infrigidatio capitis cum medicinis, cùm ibi sit minera inflāmationis spirituū: huic autē infrigidatio pectoris, & maximè cum inspiratione frigiditatis. Vnde secundum hoc rectum est, caput illius epithimare cū frigidis, & hunc exponere frigido & libero aeri. Patet igitur iam ex prædictis, quòd differentias febrium cogitur Medicus in multis attendere, quæ differentiæ, licet non sint essentiales, quātū ad qualitatem febrilem, quæ semper est caliditas intensior, aut minùs intensa, tamen Medico, quātum ad finē, ad quem cognitionem ordinat febriū speciē similem: postquam certam faciunt notitiā de specie febriū, licet fortè cum aliis: Sūt enim quædā accidentia comitantia febrim aliquā inseparabiliter, quæ sunt communia tam febri, q̄ alij passioni vel causæ, sicut aliquæ differentiæ pulsuum, quæ tamen cum alio accidente faciūt notitiam certam de specie febriū: Similiter quædam antecedentia, vel succedentia necessariò per se, vel cum aliis certam faciunt inde notitiam, secundū quod sunt ꝓpria vel communia. ¶ Et sic vniuersaliter intelligere cōuenit de qualibet cōplexionis malitia, cuius diuersitas in quatuor, secundum genus, cōsideratur à Medico: Quorum vnum est, esse ipsius malæ complexionis: aliud est subiectum: tertiū causa: quartum autem species qualitatis: Iterum autē, quātum ad esse, duo considerat, secundum quod duo sunt, quæ pertinent ad esse ipsius, scilicet operari & inhærere: Quantū ad primum, cōsiderat Medicus in mala cōplexione tantùm qualitatis efficaciam. ¶ Quātum ad secundum verò, considerat suæ informationis differētiā. ¶ Efficaciā verò malæ qualitatis cōsiderat Medicus in duobus, in quib. ipsa qualitas innaturalis, suā vim manifestat. Primū enim sensus est tactꝰ, cuius est ipsa proprium obiectū. Vnde cū de propriis obiectis certè ac propriè iudicet quisq; sensus, necesse est Medico per tactū, nō solùm infirmi, sed proprium inuestigare vim malæ complexionis: Nam secundū quod diuersimodè potest immutare tactum, maximè rectū & temperatum, secundum hoc constat, quòd diuersificatur gradꝰ intēsionis & remissionis ipsiꝰ: & ex immutatione etiā tactꝰ perpenditur diuersitas, quā acquirit qualitas ex subiecto: Vnde in discrasiis, in quibus maior cōtingit diuersitas, ibi maximè necesse est earum differētias tactu diiudicare, sicut in discrasiis calidis, & præcipuè in febribꝰ: & ideo Hip. in epist. & Gal. sequēs eius vestigia in de differētiis febriū, attendere docēt formā, sub qua tactum immutat calor febrilis: nā in quibusdā mordet tactum, & quasi spasmat, velut calor carbonū: In aliis autē pungit & pustulat velut flāma. In aliis verò calefacit, vt vapor aquæ, vel vini, vel olei, &c. Quibꝰ immutationibꝰ essentiales febrium differentiæ cognoscuntur, & magna est peritia Medici talia discernentis, quę sine multa & longa experientia non acquiritur. ¶ Secundum autem, in quo discrasia suam efficaciam manifestat, est naturalis operatio corporis, quam sensibiliter lædit propter immutationem, quam facit in membris, cùm sit quædam vis immutatiua sanabilis corporis, & ideò diuersitas immutationis eius, quantum ad efficaciam variabitur, secundum diuersitatem graduum intēsionis, & remissionis, quib. exceditur temperamentum, quę varietas multiplicatur secundum diuersitatem operationum naturalium corporis, vt pulsus, anhelitus somni, vigiliç cognitionis & motus attractionis, retentionis, &c. In omnibus enim intensio & remissio qualitatis causat varium nocumēti gradum, excessus autem malæ qualitatis in lapsu complexionis distinguitur, quò ad gradum per quantitatem nocumenti, quod facit in actione: Vnde cùm omnis morbus lędat sensibiliter actione, necesse est, vt omnis discrasia constituēs morbum, excedat temperamentum in tertio gradu, sed si tātum diminuit actionem, excedit in principio tertij gradꝰ: Si verò mutet in formam innaturalis actionis, omninò excedit in fine tertij: cùm autem omninò aufert actionē, aut corrumpit substantiam membri, tunc iam excedit in quarto gradu: Ex quibꝰ etiam patet, quòd in corporibus parum lapsis excedens qualitas parum recedit à temperamēto, per latitudinem primi gradus: in neutris verò decurrit à principio secundi, vsq; ad medium: in ægrotatiuis autem elongatur vsq; ad finem eius. ¶ Ex parte verò adhærētiæ malitia complexionis diuiditur in ꝑfectā & in imperfectā: Imperfecta verò dicitur, quādiu est in fieri, scilicet dum mēbrum ꝑsistit in alteratione: quia verò, q̄diu durat alteratio mēbri, nō spoliatur omninò à sua naturali cōplexione, imò cum ea resistere nō cessat innaturali, qua ipsum alteratur: ita vt sic alterutrum pugnet, donec altera vincat sibi rebellē: Ideò talis mala cōplexio imperfecta vocatur à medicis, diuersa pro tanto, quoniā aliena est, & extranea mēbro, ac opposita suæ cōplexioni: ꝓinde cōtingit quòd sentitur à mēbro: Nā nihil sentitur, nisi prout est à sentiēte diuersum, ꝓpter quod sensus fit solùm in alteratione sentiētis mēbri: Si verò sua cōplexio, per quam sentit alterationē, vincatur ab extranea, iā mala cōplexio est in mēbro perfecta, & cōuersa in habitu, ac mēbro etiā coæquāta: ita vt nō sit velut in superficie partiū eiꝰ †voluntas, sicut ante, sed ipsum vndiq; cōprehendens & occupās, & ideo ab excellentib. viris appellatur æqualis: ab aliis verò mansiua, quoniam habituata est, & iā fixa, nec sentitur à membro, velut antea sentiebatur diuersa: nam quemadmodū æqualis est terminus diuersę, quando vincitur naturaliter: sic terminus æqualis est corruptio mēbri, & amissio

Diuersitas malitia complexionis secundum genus in quatuor consideratur.

Efficaciā qualitatis mala in duobus cōsiderat Medicus.

Malitia complexionis considerata ex parte adhærentiæ diuiditur in perfectam & imperfectam.

†Aliàs violentia.

amiſsio vitæ, quæ omnia iam ſunt expoſita ſupra tractatum Gal. de malitia complexionis diuerſæ.

Malitia complexionis ex parte ſubiecti conſiderata duas habet differentias.

¶ Quantum verò ad ſubiectum, duas ſimiliter differentias habet: nam ipſius quædam eſt vniuerſalis: quædá particularis. Et vniuerſalis quidem eſt, in qua membra corporis vniuerſa, licet inæqualiter, tamẽ innaturaliter, alterantur, ſicut in febribus, & in carnoſa hydropiſi, ac vniuerſali congelatione corporum niuibus concluſorum. Particularis autem eſt, in qua membrũ aliquod corporis innaturaliter diſponitur, ſicut in vſtione pedum & manuum & lacrymis oculorum:

Malitia complexionis à cauſis duas ſpecificas differentias accipit.

¶ A cauſis autem accipiunt ſpecificas differẽtias, ſicut quando diſtinguuntur per conſideratione humoris, vt hæc diſcraſia calida ſecernitur ab illa, quoniá hęc cholerica & illa ſanguinea. Similiter quoque in frigidis, hæc à melancholia, illa verò à phlegmate, vel ſicut quando per conſiderationem aliarum cauſarũ, vt hæc à putrefactione, illa verò ab igne.

Malitia complexionis, quãtũ ad ſpecies qualitatũ quatuor habet differentias.

¶ Differentiæ verò malæ complexionis ſimplicis, quantum ad ſpecies qualitatis, ſunt quatuor, ſcilicet calida, frigida, ſicca, & humida: & calida quidem eſt illa, in tantum per exceſſum caliditatis actio membri, vel corporis lædi poteſt, percipitur: & ſimiliter de aliis tribꝰ.

Medicus certificatur de morbis ratione & experimento.

¶ Certificatur autem Medicus de veritate iſtorum morborum experimento, & ratione. Experimento quidem: nam ſæpe videmus in tantum igne ſupercaleſcere mẽbra, vt manifeſtè doleát: Interdum autem aere niuoſo, tantum infrigidantur, vt ſenſum & motum amittant. Quandoque verò tá immoderatè ſiccantur, vt cutis adhæreat oſsibus, & ruga permanet in ſua contractione: Frequenter autem humeſcunt adeò, quòd lubrica fiũt, & vix digiti ſtringi poſſunt. Ratione verò certificatur in mẽbris, quib. licet eſſe diſcraſiam, quãdo præter immutationẽ cõplexionis eorum ſenſibiliter lęditur operatio: nã cùm principium formale mẽbri, quo perficit operationẽ, ſit cõplexio, vel compoſitio, neceſſe eſt, vt eius actio lædatur, læſo altero vel vtroq;: Sæpè verò contingit, vt illæſa cõpoſitione lædatur aliquod opus corporis, quapropter relinquitur neceſſariò, quòd aliquod membrorum, quibus pertinet operatio, ſit aliqua ſpecie complexionis diſcraſiatum. Si enim operatio perficiatur vnico tãtùm membro, neceſſe eſt, ipſum immutari aliquo prædictorum modorum: Si verò pluribus, quemadmodum operatio anhelitus, atq; vocis, vno tantùm mutato, poterit actio ſenſibiliter lædi.

MORBVS officialis, eſt mala vel innaturalis cõpoſitio pertinens organico mẽbro, ratione partis principalis eius, vel alicuius ſuarũ coadunantium ſimpliciter, & immediatè lædens operationem, quę debetur eidem, inquantũ organicũ eſt: Pluribus enim partibus organici patientibus innaturalẽ compoſitionẽ: Solùm illius partis mutatio conſtituit morbũ totius, per quá immediatè læditur opus totius organici. Si verò mutatio vnius partis nõ lædat ipſum, niſi mediante mutatione alterius partis, tunc prima mutatio dicetur cauſſa morbi totius organici, & ſecunda dicetur morbus eiuſdẽ: Innaturalis enim cõpoſitio accidens vuæ, ſi viſum immediatè vel per ſe lædat, ſicut opilatio eius, ꝓculdubio morbus erit totius oculi, cùm per eum actio totius lædatur immediatè, ſed innaturalis compoſitio coniunctiuę, qua viſus immediatè non læditur, ſicut eſt vngula vel zebel, nõ eſt propriè morbus totius oculi, ſed innaturalis mutatio corneæ, mediante qua lædit viſum. mutatio verò coniunctiuę cauſa eſt morbi totius.

Morborũ officialium genera ſunt quatuor.

¶ Morborũ officialium genera tot ſunt, quot & ea, quæ requiruntur ad cõpoſitionẽ naturalem cuiuſlibet organi: hæc autẽ ſunt forma, quę Græco vocabulo plaſma dicitur, & quátitas, numerus & poſitio. Medici verò per quantitatẽ intelligũt hic, nõ genus prædicamẽti: Nam illud continet ſub ſe numerũ, & à tali quantitate nõ diuiditur numerus, ſed ſumitur hæc quãtitas pro menſura cõtinui, ſecundũ omnes diametros, quæ vocátur magnitudo, iuxta modũ, quo quæri ſolet, quantũ eſt iſtud corpus? & reſpõdetur bicubitũ, tricubitũ in longitudine: vnius autem cubiti in latitudine, & palmi vnius in ſpiſsitudine, & ſic de aliis. Eſt igitur morbus in forma innaturalis membri formatio, qua ſimpliciter & immediatè læditur opus, quod ei debetur, inquantum officiale, ſimiliter quoq; de reliquis tribus generibus intelligere cõuenit.

Morborũ in forma ſpecies ſunt quinque.

¶ Morborum autem in forma tot ſunt ſpecies, quod & ea, quæ naturaliter requiruntur ad debitá mẽbri formationem: Hæc autẽ quinq; ſunt, vt patuit ex operibus formatiuę ſcilicet figura, cócauitas, meatus, qui etiá porrus & foramen & via nominatur frequenter: Differunt autem concauitas & meatus, nam cõcauitas eſt forma, qua membrũ diſponitur ad capiendum, vel continendum aliquid ratione ſpatioſitatis, & inde vocatur cõcauitas alio nomine ſpatiũ: Meatus autẽ eſt forma diſponẽs ipſum, ad hoc, vt ab vna eius extremitate in aliá feratur aliquid, ſiue tranſeat, & proinde nominatur via ſiue meatus: quartũ autem quod ad formam membri requirit, lenitas eſt: quintũ verò aſperitas vel cõuerſo. Primæ igitur ſpecies morborum in forma erũt quinq; tantũmodò ſcilicet in figura, vel in cõcauitate, vel porro, vel lenitate, vel aſperitate. Cũ autem figura ſit ſuperficies, quæ linea vel lineis terminetur, ad figurá mẽbri pertinet omnis differẽtia ſuperficiei, vel lineæ vt rotundũ, vt triãgulare & quadrangulare, &c. & concauũ, cõuexũ, planum, obliquũ & rectum: ita, quòd omnibus his differẽtiis figuræ poteſt formaliter cõſtitui morbus, quádo aliquo prædictorũ modorum innaturaliter organũ figuratur.

Morbus in figura.

¶ Erit ergò morbus in figura innaturalis formatio membri, ſecundũ rationẽ ſuperficiei vel lineæ ſenſibiliter & immediatè lædens &c. ſecundũ rationẽ quidẽ ſuperficiei, vt quando cõcauitas plantę pedis carne repletur, tũc enim efficitur ſuperficies eius innaturaliter plana, vel ſi nimis excreſcat caro, replẽs innaturaliter cõuexa, quib. figuris manifeſtè læditur ſaltꝰ & curſus, ſecundũ rationẽ lineę, ſicut quádo tibia reflectitur intrà vel extrà: Ná tũc innaturalis obliquitas eius totũ motũ ꝓceſſiuũ impedit manifeſtè.

Morbus in concauitate.

¶ Morbꝰ in concauitate eſt innaturalis formatio mẽbri, quantũ ad ſpatiũ lædẽs vel impediens manifeſtè, & immediatè naturalẽ capacitatẽ vel cõtinentiam vel aliud opus mẽbri: Cõtingit autẽ hic morbꝰ duob. modis, ex quib. duę ſpecies ipſius proueniũt, ſcil. qa aut diminuitur, vel aufertur ſpatiũ naturale, vel qa generatur innaturale: In primo verò ꝓhibetur mẽ-

brũ recipere vel continere, quod debet, vel quátum debet, ſicut in ſtomacho cibus, & aer in pectore, quando alterum ipſorum ſtringitur vel repletur aut glutinatur: Differunt autem hæc tria, nam conſtrictio eſt appropinquatio laterum membri ad centrum ipſius: Repletio verò eſt occupatio ſpatij eius, ab alio corpore. Conglutinatio verò eſt cohærens applicatio diſtantium ſuperficierum vel partium eius. ¶ Quando verò generatur innaturale ſpatium, tunc ſi contingat hoc per deperditionem ſubſtantiæ, quemadmodum in vulneribus, & in collectionibus apoſtematum, ad genus ſolutionis continuitatis pertinet talis morbus: Primò ſcilicet ratione corruptæ vnitatis in membro, & eius actione: Secundò verò pertinet quantitati vel numero, propter deperditionem ſubſtantiæ: Tertiò formæ, nam ibi fit concauitas non neceſſaria membro, quia manifeſtè impedit moderatam continentiam atque retentionem membri, non ſolùm quæ conuenit ei, vt eſt membrum conſimile, ſed etiam eam, quæ conuenit, vt eſt organicum, ſicut accidit veſicæ, quando collum eius efficitur innaturaliter concauum deperditione lacerti. Si verò ſine deperditione ſubſtantiæ nequit hoc fieri, niſi per dilatationem immoderatam membri concaui ſeu ſpatioſi. Proinde cùm dilatatio & conſtrictio ſint contraria, queadmodum innaturalis conſtrictio cõtinetur ſub genere morbi in forma, ſimiliter dilatatio: quapropter immoderata dilatatio pupillę, morbꝰ eſt in ſpatio prohibẽs moderatã capacitatem lucis, & per conſequens lædens viſus. ¶ Morbus autem in porro eſt innaturalis formatio membri, quãtum ad meatum aut viam lædens immediatè naturalem deportationẽ vel delationem rei, per mẽbrũ. Innaturalis autem formatio, ſecundũ porrũ, eiſdem modis fit, quib. & mutatio ſecundũ cõcauitatem, ſcilicet per corruptionem naturalis, vel per generationem innaturalis: In ambobus enim morbus conſtitui poteſt teſte Galeno, qui dicit, quòd ſpecies morborum in forma ſunt concauitas & foramina, quibus membrum non indiget, vel eorum amiſsio, ne cùm ei ſint neceſſaria: Igitur ſi foramen innaturale vulnere, vel fiſtula, vel in generatione fiat, in veſica, in virga, taliter vt vrina vel ſperma diuertatur à naturali meatu, morbus erit ſecũdum porrũ. Si verò naturalis porrus corrũpatur, naturalis tranſitus alicuius corporis per eũ manifeſtè impedietur, ſicut in conſtrictione, & conglutinatione, & etiam ſicut in opilatione: Repletio autem & opilatio rei conueniunt, ſicut concauitas & porrus: hæc enim duo in hoc communi, quod eſt habere ſpatium, conueniunt, ſed differunt ratione, vt ſupra patuit: ſimiliter opilatio & repletio conueniunt in hoc effectu communi, quod eſt occupare ſpatium, ſed differunt in propriis: Nam occupatio ſpatij à repletione facta ꝓhibet in membro locari vel recipi quantum aut quod natura ordinata requirit: in opilatione verò prohibet tranſitum eius, de vna extremitate mẽbri ad aliam. Propriè igitur opilatio eſt interruptio meatus aut porri, cauſata à corpore intercepto & prohibente tranſitum vel delationem rei neceſſariæ per eundem porrum, ſicut accidit in omnibus membris perforatis, quando in concauitate foraminis apoſtematur, vt in hepate & ſtomacho & inteſtinis &c. In quo caſu rarò accidit, quin plures morbi concurrãt, in omnibus enim membris, quæ non ſolùm exercent operationes communes, ſcilicet quatuor naturalium virtutum, ſed etiam habẽt aliquam propriã, per quam ſeruiunt aliis, qualia ſunt prædicta, ſi eorum apoſtemetur concauitas, certum eſt, quòd membrũ in eſſentia ſua patiatur morbum conſimilem, ratione malæ complexionis aut qualitatis materię apoſtematis: Ratione quoque tumoris præter naturam intercipitur meatus concauitas, ita vt ſenſibiliter tranſitus per eum impediatur: ab eodem etiam ſpatium eius occupatum capacitatis patitur detrimentum, ſicque diuerſis rationibus concurrit morbus in concauitatem atque foramen: ſed impedimentum ſpatij vel capacitatis interiorum membrorum, non adeò perpenditur euidentibus ſignis, quemadmodum impedimentum porri vel tranſitus. Nam per hoc læduntur immediatè cætera, quibus ſeruit delatio facta per ipſum: & ideò cæterorum læſione cognoſcitur, quòd ſi membrum concauum aut perforatum nullam habeat actionem propriam, qua ſeruiat aliis, tunc apoſtema ſuæ concauitatis erit ſolummodò morbus vnus, ſcilicet eſſentiæ membri, ſicut apoſtema in concauitate matricis: nam ex parte tumoris, licet ſit innaturalis, poſsibile tamen eſt vt ſenſibiliter nec lædit capacitatem nec tranſitum. ¶ Morbus autem in lenitate eſt innaturalis formatio membri, quantum ad lenitatem ſenſibiliter: & immediatè lædens operationem ipſius. ¶ Et ſimiliter morbus in aſperitate, qui ſicut & prædicti duobus contingunt modis, ſcilicet, aut quia naturalis læditur vel aufertur, vel quoniam innaturalis ſuperuenit: matricis enim & ſtomachi, cùm naturalis aſperitas concauitatis aufertur vlceribus, aut velatur mucilaginibꝰ, lubricant in eis contenta: maximè ſi fuerint grauia, nec poſſunt ibidem cõtineri ſufficienter: Cũ verò ponticis liquoribus nimis exaſperãtur, expulſionis opus manifeſtè læditur in eiſdem. Simili quoque modo ſi naturalis lenitas vocalis arteriæ fumo vel puluere corrumpatur, vocis aſperitas ſequitur: ſi verò infundẽti humore ſuperinduatur, innaturalis eius obſcuritas vel raucedo ſequetur. ¶ Ex prædictis autem iam patet, cur inter ſpecies morborũ in forma expreſſè numerantur hæc duo oppoſita, ſcilicet aſperitas & lenitas, & non oppoſitum concauitatis aut foraminis: illa enim opponuntur contrariè, & ideò vtrumque poteſt eſſe forma vel diſpoſitio membri, & vtrumque ſub genere formæ per ſe continetur, & vicisſim ineſſe poſſunt eiuſdem ſuſceptibili, quæ ſunt de ratione contrariorum: foramen verò non habet oppoſitum contrariè, ſed priuatiuè vel negatiuè, vt ſi dicamus non foramen, nihil autem poteſt eſſe morbus, niſi poſsit eſſe qualitas vel diſpoſitio membri, negatio autem etiam priuatio, cùm non habeant rationem habitus, vel naturæ alicuius, ſed ablationis eius, nõ poſſunt per ſe informare membrum. Concauitas autem, ſecundum quod eſt nomen ſignificans ſpatium, ſimiliter non habet oppoſitum contrariè, ſed ſecundum quod eſt ſignificans lineationis modum, ſic habet contrarium,

Conſtrictio. Repletio. Conglutinatio.

Morb. in porro ſiue meatu.

Repletio. Opilatio.

Morbus in lenitate.

Morbus in aſperitate.

trarium scilicet conuexitatem, quorum medium est planities, hoc autem modo pertinent figuræ, vt suprà patuit. ¶ Morborum in numero duæ sunt species, scilicet innaturalis additio & innaturalis diminutio: Innaturalis autem additionis iterum duæ sunt species: Nam illud, quod additur, aut est simile naturalibus membris, vt sextus digitus, & vngula in oculo, quæ est similis naturalibus tunicis eius, & zebel, quæ est similis naturalibus venis eius: aut est eis dissimilis, vt porri, veruca, lumbrici, calculus & similia: vnum autem istorum si læserit aliquam operationem immediatè morbus est, si verò non, causa morbi: in diminutione verò innaturali semper, quod naturale est, deperditur, vel deficit: sed pars deficiens alicui toti, quandoque est membrum officiale, sicut digitus, cùm deficit manui, vel lingua cùm deficit ori, vel vuula, cùm deficit gutturi seu pala to. Interdum verò est membrũ consimile, quemadmodum cutis deficit priapo in circuncisis & aliis membris vnum ex ossibus suis, vt alicui digitorum aliqua vncia vel dens ori, vel cum neruus, aut vena, vel arteria deficit alicui membro, & sic de aliis: membrum igitur, cui pars deest, proculdubio diminutionem patitur, quæ tunc tantùm est morbus, cùm immediatè lædit actionem illius. Si verò mediante dispositione alia operationem aliquam læserit, iam erit secundùm hoc causa morbi: possibile namque fit, vt sit morbus & causa: sicut amissio vuulæ, quæ vocem lædit immediatè, quia vera causat infrigidationem pulmonis, ideò consequenter illa mediante lædit anhelitum. ¶ Morbi qui fiunt in quantitate, secundum rem cõueniunt cum morbis in numero pro tanto, quoniam additio & diminutio sunt species vtrobique, sed differunt ratione. Nam additio, secundum quod auget numerum partium naturalibus, pertinet numero: secundũ verò quod auget magnitudinem aut paruitatem vnius, aut omnium, pertinet quantitati: de diminutione quoque simile est iudicium, & adhuc amplius: Nam in diminutione peccare possunt interdum simul & quantitas, & etiam numerus: vt si linguæ medietas abscindatur secundum latum, non est dubium, quia latitudo linguæ minuitur, & etiam numerus venarum & neruorum ipsius: si verò secundum longum abscinderetur manifestiùs peccaret magnitudo, quàm numerus. Quorundam igitur membra, intantum magnificantur vt moueri nõ possint, aut difficulter, vt cùm lingua ingrossatur, & omnia etiam membra in pluribus tantùm ingrossantur, quòd totum corpus immobile fit aut vix mouetur, tam breuis etiam est in aliquibus lingua, vel virga, quod nec vlla sufficit ad loquelam, nec ista generationis vtilitati, quam pluribus etiam neruis manifestè impediuntur opera membrorum propter paruitatem. ¶ Positio apud Medicum importat duo, scilicet situm membri & eius vicinitatem ad aliud membrum, & ideò morbus in positione, vel erit malitia situs lædẽs immediatè vel malitia vicinitatis &c. & hoc iterum duobus modis contingere potest: nam vicinitas naturalis vnius membri ad aliud corrũpitur, aut quia nimis separatur ab eo, vel quia nimis adhæret ei, quorum omnium occurrunt exempla frequenter: matrix enim in præcipitatione & intestina in ruptura, & zirbus in hernia, cùm descendunt in osseum, quæ est bursa testiculorum & iuncturæ membrorum in dislocationibus manifestum detrimentum patiuntur in situ, cùm non situentur, vbi debent naturaliter situari. In quibus autẽ vnum crus, tantum alij appropinquat vt nequeat patiens furcatis cruribus equitare, vel tantum inuicem distent, vt saltare non possit, vt superius labium, aut superior palpebra tantum ab inferiori elongentur aut econtrario, vt os & oculus nequeant claudi sufficienter: sicut apparet sæpius in tortura: vel tantùm adhæreat ei, quòd debita prohibeatur apertio, sicut accidit in vulneribus imprudẽter cõsolidatis manifestè corrumpitur vicinitas naturalis.

Morborũ in numero duæ sunt species.

Morbi in quãtitate conueniunt cũ morbis in numero.

Ægritudines in positione.

TERTIVM verò genus morborum simplicium, quod est solutio continuitatis, duas habet species primas: nam talis solutio vel fit cum deperditione substantiæ vel sine: quæ species non habent in communi nomen proprium, sed secũdum diuersitatem membrorum & accidentium concomitantium vel consequentium diuersa nomina sortiuntur. ¶ Nam in cute, cum à carne separatur, dicitur excoriatio, cum autem ab ea non separatur, sed solùm scinditur aut vulneratur ipsa in se, absque deperditione substantiæ, dicitur Caraxatio, si fiat in superficie: Si verò profundetur, dicitur scarificatio. ¶ In carne verò, vel carnosa substantia membri alicuius, plaga dicitur, si recens fuerit. Cùm verò iam saniat, vlcus appellatur communiter: quando verò est longum & concauum & strictum, vocatur fistula: Quando verò est latũ & patulũ & circũiacentia corrodens, vocatur lupus: Et hoc est verum, si fœdam figuram habuerit, & tortuosos ramos, cancer appellatur communiter: etiam sic vocatur omne vlcus corrosiuum, quod albescit in superficie, sicut cancer marinus, cum de aqua recenter extrahitur, & habet, sicut ipse, aliquas vias viridis, aut terrei, vel cinerei coloris albedini mistas.

¶ Solutio verò continuitatis in osse, fractura generaliter dicitur, quæ secundum diuersitatem in ea cadentẽ potest diuersimodè nominari: Nam si solùm findatur, vt accidit frequẽter in craneo, rimula dicitur, præcipuè cum est parua: si verò sic frangatur, vt multæ paruæ petiæ separentur ab eo, comminutio nominatur. Et illa similiter, in qua petiæ non separantur, ab osse diuersificatur: Nam quædam est, in qua latera fracturę sunt æqualia: Et talis fractura vocatur æqualis. Quædam verò est, in qua sunt inæqualia difformia & habẽtia dentes inæquales sicut serra, & talis à quibusdam dentata vocatur, & ab aliquibus dicitur serralis. ¶ Solutiones verò continuitatis, quæ fiunt in cartilagine, siue fiant secũdum longum, aut latum, aut profundum non habent propria nomina, sed accidit ei sicut carni corrosio, & sicut ossi fissura. ¶ In lacerto quoq; accidũt omnes solutiones continuitatis, quæ fiunt in carne. Amplius etiam vna propria, quæ dicitur attritio, scilicet quando lacertus & maximè caput eius plures peruas indistinguibiles incurrit solutiones. ¶ Neruorum autem solutio multa & indistinguibilis, propter paruitatem appellatur à quibusdam concussio, quæ verò distinguibilis

Morborũ continuitatis species primæ sũt duæ.

Solutio in cute.

Solutio in carne.

Solutio in osse.

Solutio in cartilagine.


Solutio in lacerto.

Solutio in neruo & in chorda.

est, secundum latum, incisio: secundum verò longum fissura, & similiter in chorda: cùm autem eorum solutio parua est, & vna nec longum nec latum occupat, manifestè punctura nominatur. ¶ Similiter quoque in venis tam pulsantibus, quàm non pulsantibus accidit fissio, quando scilicet secundum longum soluitur earum cõtinuitas, & incisio, quando secundum latum, & perforatio, quando secundum formam porri aperitur: & quidam vocant apertionem, quando scilicet hoc cõtingit à causa exteriori, talis etiam perforatio vel apertio arteriarum, à quibusdam specialiter nominatur mater sanguinis, quoniam ad vicina loca sanguinem effundit, & effusum etiam recolligit, si premantur eadem loca. ¶ Posibile tamẽ est, vt prædictas species morborum alij vocent nominibus suis, quorum nominum diuersitatem ignorare non obest Medico, dummodò speciem morbi cognoscat per diffinitionem dicẽtem quid: Nam cùm expulsio morbi, ad quam intendit, sit quædã realis alteratio, realiter oportet cognoscere quid ipsum expellibile sit in se,

A quia per hoc tantum cognoscitur, quo iuuamento egeat particula patiens: Vnde, quia iuuamentũ hoc nõ procuratur per nomina, sed per rẽ oppositæ virtutis ad essentiam morbi, necesse est ipsum cognosci per sui essentiã, qua ꝑpter cognita specie morbi per sua essentialia, scilicet per diffinitionẽ, in nullo quantũ ad opus obest, si nomẽ ei specialiter impositũ ignoretur: sed quoniã per nomina significatur interdum essentia morbi, sicut per hoc nomen febris, aut significantur B accidentia, quibus deuenitur in notitiam essentię morbi, sicut phrenesis & letargię: ꝑpterea cõfert in via doctrinæ, nomina rerum scire, nam notitia rei, quæ sermone scripto vel prolato connumeratur alicui, leuius fit & acquiritur per nomina propria, quàm communia, quibus etiam non fit certa vel determinata rei notitia, nisi per ipsa determinatè intelligatur res, ad quam significandam imposita sunt, ad quod multum prodest rationes impositionis cognoscere, sicut quod sciatur, C quòd hoc nomen mater sanguinis apertionẽ arteriarum significat, & propter quid sic dicatur.

COMMENTARIVS.



TERTIVM *verò est in continuitate propter &c.*] Quæstionem hic multis & quidem obscurissimè tractat Arnoldus, an scilicet vnitatis solutio, morbus sit partiũ similarium (quas consimiles appellat) vel instrumentalium (quas nuncupat officiales.) Paucis hęc ita discuti poterit. Vniuntur ea quæ tum eiusdem, tum diuersæ naturę sunt: Discrimen tamẽ inter continuum & compositionẽ id statui potest, vt iis competat cõpositio, seu conformatio, quæ naturę sunt non eiusdem, quod de continuo non asserendum esse videatur. Hæc discriminis ergò proferre liceat: Aliàs enim & forma similaribus, & continuitas dissimilaribus adscribi potest. At verò licet idem fuerit vnitatis & continui solutio; & vtrumque partibus vtrisque competere possit: non ob id tamen vnitatis solutio morbus communis est, vt nec intemperies, quæ cùm similarium sit, in dissimilares etiam cadit, sed mediantibus similaribus: Ad eundem modum quodcunq; vulnus infligatur, id in similares incidit, quæ licet instru

menta

menta constituant. Hoc tamen vt similaribus, non vt dissimilaribus competit. Cæterùm quod similarium cõtinuitas, & dissimilarium conformatio sub vno vnitatis genere contineantur: hinc existimarunt Medici continui vel vnitatis solutionem morbum esse communem: Ne tamen in hac morborũ diuisione species subalternæ cõstituãtur, ob id per continui solutionẽ nõ partiũ diuersarũ & cõformatarũ distractionẽ, quę vitiata est cõformatio; sed partiũ quæ sunt homogeneis, eiusdémue natura.

De Morbis compositis, Cap. LXXXIIII.

MORBORVM compositionem medicus cõsiderat, ideò, quia priucipium est regulandi ad opus curationis, tam in compositis, quàm in simplicibus ea parte saltem, qua virtus causæ salubris inuenitur per considerationem ipsius morbi: Nam quemadmodum simplici morbo correspondet ex parte ipsius causa vnius virtutis, sic & cõposito causa vna vel plures diuersarum virtutum. Modum quoque præparandi medicinas causarum salubrium variat ipsa morborum cõpositio, ná hinc ex parte surgit necessitas componẽdi vnam medicinam ex diuersis simplicibus. Modum etiam & ordinem applicationis interdum variat morborum compositio, nam vuineri apostemato medicamen applicatur sub forma cataplasmatis vel emplastri, cùm tamen applicaretur simplici sub forma pulueris, & huic mollitiua & maturatiua priùs applicantur: In simplici verò exsiccatiua & aliqualiter induratiua, scilicet consolidatiua.

Modum præparandi medicinas variat cõpositio morborum.

¶ Circa morbos autem compositos tria considerat Medicus, quorum primũ & principale est diuersitas morborum compositionis: Secundum verò est, quibus membris & qualiter conueniat morbus compositus: Tertium autem est, an sit vnus, aut plures, & quomodo. Compositio verò tot modis in genere variari potest, quot modis morbi simplices possunt adinuicem combinari, siue concurrere, cùm nõ sit aliud morbus compositus, quàm concursus vel aggregatio diuersorum simplicium: Cùm igitur tria tantùm sint genera morborum, sex tantùm erunt prima genera morborum compositionis, scilicet consimilis cum consimili, officialis cum officiali, communis cum communi, consimilis cum officiali, consimilis cum communi, communis cum officiali. Consimilis autem associatur cum consimili, vel cum materia aut sine materia: Hæ namq; duæ differentiæ secundum consideratione Medici cõueniunt genera morborum consimilium, propter quod omnis morbus cõsimilis tam simplex, quàm compositus potest esse cum materia, vel sine materia. Et licet materia sit causa malæ complexionis, tamen in diuisione morborũ non consideratur vt causa, sed id, per quod differentia generis constituitur, habere enim materiam, & non habere materiam, duæ differentiæ oppositæ sunt, sicut rationale & irrationale: quæ quãtum ad considerationem inueniendi conuenientiam salubrium causarum per speciẽ morbi duas species constituunt, quarum vni debetur causa tantùm alteratiua, alij verò euacuatiua priùs, & alteratiua secundò. Cõstat autem, quòd hæc duo opera conferunt secundum speciem, tantum autem extenditur consideratio medicinalis multiplicãdo species morborum, quantum requiritur ad diuersificandum opus curationis.

Medicus circa morbos cõpositos tria cõsiderat.

¶ Est autẽ hic aduertendum, quòd licet morbi consimiles tam simplices, quàm compositi possunt qualibet prędictarum differentiarum participare, non tamen æqualiter, quantum ad frequentem earum euentum: Nam morbi consimiles, qui sine materia generantur in membris, frequentissimè sunt simplices, rarissimè verò cõpositi, quia causæ primitiuæ, à quibus vtplurimum introducuntur, valdè raro imprimunt manifestè prima obuiatione in corpus, nisi vnicam qualitatem: contrarium verò accidit in consimilibus, qui sunt materia: nam illi vtplurimum sunt compositi, raro verò simplices. Humores enim à quibus introducuntur, quando membra superant, quoniam eis quasi substantialiter commiscentur, duas qualitates imprimũt manifestè, quibus quisq; humor informatur ad minus: sed possibile est, vt aer calidus & siccus informat⁹ à puluere calcis, imprimat pectori caliditatem, & sic quarumlibet erit morbus cõsimilis sine materia: nam vtraq; lædet anhelitum manifestè, quia caliditas inflammando frequentem facit, siccitas verò stringendo paruum, similiter est possibile, vt humor cholericus in membro frigido & sicco causet ratione siccitatis morbum, non tamen ratione caliditatis, & sic erit simplex cum materia.

Morbi cõsimiles sine materia, vtplurimũ sunt simplices: cũ materia verò cõpositi.

¶ Compositorum autem ex consimilibus cum materia vel sine materia, quatuor sunt species frequentiùs contingentes, & magis communiter scilicet calida & sicca, calida & humida, frigida & sicca, frigida & humida. Contingit etiam, licet raro, quòd membrum aliquod, aut corpus totum, patitur morbum cõpositum ex duabus compositis qualitatibus, sicut cerebrũ in subeth vigilatiua patitur morbum calidum, frigidum, siccũ, & humidum, & totum corpus in epialia & lipyria calida & frigida, hoc autem rarissimè accidit in compositis sine materia, vt in membris congelatis à frigore, quãdo forti igni subitò exponuntur; sed frequenter cõtingit in compositis cum materia, specialiter in apostematibus, in quibus semper est morbus cõpositus ex consimilibus cum materia.

Morborũ compositorum ex consimilibus quatuor sunt species.

¶ Sed compositio morborum consimilium & materialiũ trib⁹ in genere modis potest contingere, secundum quod qualitates diuersæ constituentes morbum compositum tripliciter possunt concurrere, sicut patet ex consideratione materiæ, per quam qualitates introducuntur: nam in ea potest reperiri triplex compositio qualitatum, quarum vna est compositio qualitatum, quibus constituitur compositio simplicis humoris, & talis compositio semper inuenitur in apostematibus, propter quod in sanguineis dicitur esse morbus calidus & humidus: in cholericis verò calidus & siccus: in phlegmaticis frigidus & humidus: & in melãcholicis frigidus & siccus.

Cõpositio morborũ consimiliũ materialiũ trib. modis potest contingere.

¶ Alia verò compositio qualitatũ in humoribus est humiditas actualis, quæ cõuenit liquido, inquantum fluxibile est cũ caliditate, sicut in cholera. aut cum frigiditate, sicut in melancholia: in his enim duob. humoribus præter compositionem siccitatis potentialis cum caliditate & frigiditate est compositio humiditatis actualis cũ eisdem. Cumq; possit actualis humiditas immediatè lędere retentiuã membri consimilis, potest morbũ formaliter cõstitue-

re præter naturam humectando & mollificando membrũ, quod contingit in prima eius obuiatione ad membrũ, præcipuè, quando est materia notabilis multa, nec mirũ, si lædit contentiuam: ná interdum fortificat expulsiuam, sic enim ex siccitate ciborũ aut fæcum constipentur intestina, multaque cholera rubea vel nigra fluxerit ad ea, sola humiditate actuali, corriget siccitaté intestinorum & mollificabit eadem. Licet autem actuali humiditati non correspondeat vel debeatur alia causa salubris, quá quæ debetur materię, vt materia, scilicet causa euacuatiua, tamen non est superfluum considerare diuersitatem suæ cõpositionis à caliditate & frigiditate ab aliis compositionibus: nam respectu simplicis etiam cum materia indicat euacuationem esse necessariá; quod non facit absolutè consideratio materiei: si namque causetur solùm à frigiditate melancholiæ dolor alicui, quantum est de ratione curationis propriè sumtæ, scilicet prout est actus corrigendi frigidam discrasiam, non conuenit, nisi calefacere tàm membrum quàm ipsam malitiam, sed quia manente materia timetur iterum fieri: propterea secundum rationem pręseruationis euacuatur. Quando verò non lædit solùm sua frigiditate, sed etiam actuali humiditate; tunc secundum exigentiam rectæ curationis euacuari debet, quamuis euacuatio non contrarietur huic malæ humiditati per se, sed per accidens: nam id, quod per se contrariatur ei, scilicet cógelatio vel condensatio non proficeret corpori: Medicus autem nunquam contraria, sed vtilia debet eligere. ¶ Tertio verò modo potest in humoribus inueniri compositio, vel concursus qualitatum oppositarum, scilicet quando humores compositi cõmiscentur aut vicinantur, ex tali compositione frequenter in apostematibus occurrit morbus compositus ex duobus consimilibus contrariis, quia vtplurimum accidit, quòd materia apostematis non est simplex, sicut est in illo apostemate cerebri, quod causat subeth vigilatiuam. ¶ Officialis auté in aliquo membro potest cum officiali concurrere, sicut in oculo torsio pupillę vel dilatatio cũ opilatione: Ná torsio morb⁹ est in figura, dilatatio verò in cõcauitate vel spatio, opilatio autem in foramine vel in via. ¶ Communis auté cum communi concurrit in membro, quàdo ex vna parte patitur vulnus simplex, ex alia verò cũ deperditione substantiæ. ¶ Consimilis cum officiali, sicut in membris dislocatis, & apostematis, vt in iuncturis, ad quarum dislocationem frequenter sequitur apostema, vt in matrice, ad cui⁹ apostemationé sequitur pręcipitatio siue depressio. ¶ Consimilis cum communi, vt in vulnerib. apostematis, aut in apostematib⁹ vlceratis, sicut Erysipeles & cancer. ¶ Cõmunis cum officiali, sicut in oculo vulnerato, in quo propter vulnus & perforationem cornee vuea progreditur extrà, vel intestina ventre vulnere perforato. ¶ Ex prędictis auté patet, quòd omnia genera morborũ possunt in aliquo membro concurrere, sicut in dislocatione iuncturæ quando apostematur, ná ibi dislocatio & vulnus cum apostemate tria genera morborum constituũt. Est etiam possibile, vt ipsum apostema constituat non solùm morbũ consimilem ratione qualitatum materialium, sed

Cõpositio morbi officialis cũ officiali.

Communis cũ communi.

Consimilis cũ officiali.

Consimilis cũ communi.

Communis cũ officiali.

Omnia genera morborum possunt in aliquo membro concurrere.

etiam officialem ratione tumoris aut magnitudinis, per quam immediatè poterit lędere operationem membri officialis, vt apostema, quod est in orificio stomachi, vel matricis ratione suæ magnitudinis omninò viá intercipit, ne solida possint ingredi vel exire, sed in tali casu non est apostema morbus officialis, sed causat ipsum in officiali, scilicet opilationem, attamen habetur propositum, scilicet quòd in tali membro ex parte apostematis concurrit morbus officialis, cum cõsimili: Sed si contingat, vt magnum apostema generetur in curuatura cubiti vel in genu, tunc apostema prohibebit immediatè flecti brachium aut tibiam, & constituet formaliter morbum officialem, scilicet nõ naturalem magnitudinem vel figuram. ¶ Ex prædictis etiam patet inquirenti, scilicet quibus membris in genere cõuenire possit morbus compositus, nam & consimilibus & officialibus: Sed etiam hoc scire conuenit, qualiter his & illis, cùm enim vna de considerationib. regulantibus opus accipiatur à mẽbro, nisi morbus æqualiter conueniat membris, non ęqualiter ab eorum consideratione regulabitur opus, si enim morbus aliquis per se, & primò cõuenit cõsimilibus partib⁹ alicuius officialis principaliter regulabitur opus per cõsiderationem eius, quod debetur membri partibus, inquantum consimiles sunt, secundariò verò per considerationem eius, quod pertinet compositioni totius, & econuerso, si econtrario fuerit. ¶ Est igitur sciendum, quòd morbi compositi conueniunt membro cõsimili vel officiali, sicut & simplices, ex quibus componuntur: vnde morbus compositus ex cõsimilibus, vt apostema, per se conuenit membro consimili, per accidens autem officiali: vnde apostema, quod est in oculo, inquantum apostema, non est proprius morbus oculi, quia non soli cõuenit oculo, sed inquãtum est ophthalmia, id est, apostema pellicularũ oculi est proprius eius, nõ tamen conuenit oculo per se, quia non ratione compositionis, qua oculus est membrũ officiale, nec primò, quia nõ cõuenit ei ratione totius, sed ratione partis: & hæc dicta sunt de apostemate, inquantũ est morbus consimilis. Nam si ratione suæ magnitudinis læderet immediatè visum, tũc esset morbus officialis, & conueniret oculo per se, licet non primò, & sic oculus pateretur morbũ compositũ ex consimilibus & officialibus, & similiter quàdo patitur ophthalmiam & rasuram corneæ & opilationem pupillæ: sed semper intelligendum est, quod quantumcunque plures sint morbi, semper illi conueniunt oculo per se, qui sunt morbi officiales, licet ei nõ cõueniat primò, sicut opilatio pupillæ. Solutio verò continuitatis in partibus oculi, si lædit immediatè operationé totius membri morbus est per se totius oculi, sed primò cõueniret parti, sicut vlcus corneæ. Si verò per se & primò conuenit parti, per accidens autem & secundò conuenit toti, sicut vlcus aut vulnus coniunctiuè, vniuersaliter autem solutio continuitatis, quæ fit in vna consimilium partiũ, ex quibus componitur officiale, dicitur absolutè morbus consimilis ratione immediati subiecti, ex quo sumitur potior consideratio curationis eius, sicut vulnerata cornea tantùm, potius regulatur curatio ex consideratione corneæ, quá totius

Quibus membris in genere possit conuenire morbus compositus & qualiter.

tius oculi. Ex quibus patet, quòd cùm morbus vnius partis dicatur esse morbus totius officialis aliquo modo, multò fortius dicetur esse morbꝰ totius ille morbus compositus, in quo plures eiꝰ partes ægrotant de quocunque morbo, & maximè si habeant rationem officialis. ¶ Iam igitur ex prædictis relinquitur manifestũ, quòd morbus compositus non dicitur vnus à Medico ab vnitate formæ: quoniam etiam hoc repugnat veritati, & etiam fini. Veritati quidem, quoniam nõ est absolutè verum, quòd omnis compositio morborum reducatur ad vnitatem formæ: nam in illa, quæ fit ex duabus qualitatibus oppositis, non resultat ex eis vna forma, quia nihil ex eis vnum per formam potest resultare, nisi qualitas media duarum extremarum, tale verò medium constituit temperiẽ, in quo nunquam est morbus, sed semper in excellentiis extremorum, in quibus consistit intemperies. Iterum in compositione morbi consimilis cum officiali, vel communis cũ altero ipsorum, vel vtroq; non est possibile fieri ex eis aliquod vnum, per formam, quoniam ex componentibus nunquam resultat vna forma communis, nisi miscibilia sint adinuicem, talia verò non sunt, nisi corpora informata contrariis qualitatibus, quibus mutuò agunt & patiuntur, quorum nihil conuenit prædictis componentibus inuicem cõparatis: nullum enim genus morborum est corpus, sed qualitas corporis, vt morbi consimilis ad officialem, vel communis ad eos est aliqua cõtrarietas, quare misceri non possunt. Iterum autem, cùm finis proximus, ad quem ordinatur consideratio pluralitatis & vnitatis morborum, sit recta inuentio causarum, & finis vltimus recta sanatio vtriq; repugnaret intentioni hæc dicere absolutè, nam cum formæ morbi correspondeat opposita virtus causæ salubris, necesse est, vt vbi vnus est morbus per formam, vna sit per formalem virtutem causa salubris, & vbi plures, plures. Sed constat ex prædictis, quòd vbi compositio est ex morbo consimili & officiali & communi diuersæ sunt formæ morborum, quibus diuersæ debentur causæ salubres diuersarum virtutum, nec curatio & sanatio perficiuntur in eis, per vnũ genus causæ salubris, vbi tàm distincta sunt illa genera morborum, quòd possunt sensu diiudicari, secundum quem modum solummodò cadunt in consideratione Medici. Patet igitur, quòd in proposito nec rectę inuẽtio ni causarum salubrium, nec per consequens rectæ sanationi prodesset, sed potius obesset considerare morborum componẽtium vnitatem per formam. Sed scire conuenit, quòd cum plures morbi concurrunt in vno membro vel corpore, solum id cogit Medicum dicere, quòd patiatur morbum compositum, quia constat, quòd non patitur absolutè simplicem: dicitur autem vnus, secundum quid, scilicet vnitate subiecti communis, in quo aggregantur: simpliciter autem, scilicet quantum ad vnitatem veram & absolutam, quæ conuenit rei per formam, tales morbos dicit Medicus esse plures. Et quia cõsideratio prodest Medico, quoniam arctat inuentionem causarum salubrium ad exigentiam illius subiecti communis, vt oculi vel capitis, &c. Secunda verò ad exigentiam propriæ formæ cuiusque morbi, morborum autẽ compositorum species specialissimæ secundum diuersitatem mẽbrorum particulariũ multiplicantur, sicut & simpliciter, de quibꝰ agitur in particularibꝰ cõsiderationibus earundem.

Morbus compositus non dicitur vnus ab vnitate formæ.

Finis considerationis pluralitatis & vnitatis morborum.

COMMENTARIVS.

NAM si ratione suæ magnitudinis, &c.] Abscessus in oculo consistens (inquit Arnaldus) per se morbus est similaris: Per accidens verò est organicus, si ratione suæ magnitudinis visum lædat immediatè. Compositus ergò morbus est propter magnitudinem, cùm similaris simul sit & instrumẽtarius. Hac in re primùm id obseruari volumus, ex diuersis fieri compositionem, non ex similibus; & magnitudine rerum species non immutari. Quo fit equidem vt idem sit specie morbus qui paruus & qui magnus extiterit. Quin & id in dubium vocari potest, an compositus dici debeat morbus, qui cùm similaris sit, instrumenti tamen lædit actionem, cùm simplex morbus vtramque possit actionem lædere similarem & instrumentariam. Intemperies linguæ frigida morbus est proculdubio similaris: At si compositum ob id esse velis, quod gustatum impediat, vtique similaris quilibet compositus erit: Nullus enim morbus est: quin alicuius instrumenti lædat actionem. Itaque non ab effectu; sed ab ipsa formali causa de morborum specie iudicandum fuerit. Denique mirabitur meritò quispiam, cur hanc inter similarem & instrumentarium morbos differentiam constituerit Arnaldus, atque si ophthalmia morbus instrumentalis visum lædat immediatè, similaris verò nequaquam: Morbis etenim omnibus hoc competit, vt immediatè lædant actiones. Verumtamen sic Arnaldi forte fuerit intelligenda sententia, cùm partes instrumẽtariæ partibus constituantur similaribus, morbos equidem similares instrumentorum actiones lædere, sed nõ immediatè: Prius enim oportet instrumentum lædi, quàm eius actio lædatur, vt inter similarem morbum & actionis instrumentariæ læsionem morbus interueniat organicus. Posset hoc in vtramque partem discuti pluribus, & maximè quòd intemperies absolutè citra compositionis vitia lædat actiones instrumentorum. Quod autem de magnitudine dicitur, id facilè facta distinctione discutietur: Magnitudo quidem per se morborũ species non immutat: Sic enim cũ magnitudinis differentiæ sint infinitæ, cuiuslibet vtiq; morbi species oporteret esse infinitas. Sed per accidẽs, loci videlicet respectu, partiumúe diuersarũ ob vitiatam magnitudine morbi aliã similaris compositionem, fit vt morbi species immutetur.

Nullum enim genus morborum est corpus, &c.] Hic Arnaldi propositũ est, vt ostendat morbos similares, organicos & communes sic misceri non posse, vnam morbi speciẽ vt efficiant: Nam omnes morbi non corpora sed qualitates sunt, & idcirco facilè contrarietatem suscipiunt, quæ prohibet, quominus misceri possint. Itaque tria nobis ab Arnaldo proponuntur, quæ valde dubia sunt: Dicit enim morbos ob contrarietatem misceri non posse; cùm nihil tamen verè misceri nõ possit præter contraria. Qualitates etiam ait esse morbos omnes, quod maximè controuersum est, vt suo tempore demonstrabitur: Negat hoc ipsum huiusce loci requisita breuitas. Denique contrarietatem morbis adscribit, eò quod non corpora sint sed qualitates. Docuimus aliàs in nostro Philosophiæ triumpho corporibus non solis qualitatibus competere contrarietatem. Hic dicere lubet aliquid: Qualitates vt accidentia, sed vt substantiæ corpora contrarietatem suscipiunt. Quod tota sui substantia est tale, id simpliciter & absolutè est tale: Quod ex accidenti; non simpliciter id est tale sed secundum quid. Hanc ob causam simplex in substantiis quærenda est contrarietas. Aqua calida frigidę contraria est, non simpliciter vt aquæ contrarius est ignis, sed qualitatis respectu, quæ pótest ab aqua secerni citra ipsius substantiæ corruptionem. Id quoq; nobis animaduertendum fuerit: omnes morbi qualitates sunt (inquit Arnaldus) ergo contrarij. Quis verò virtutem triangulo dicet esse contrariã. Qualitas est virtus, & qualitas est triangulus. Sub eodem genere proximo contraria comprehenduntur: Nec omnium morborum idem

genus est proximum, licet qualitatis aut diatheseos nomen admiserimus: Vox enim vtraque latissimè patet, vt ad substantiam quantitatem & situm referri possit. Age verò sub eodem qualitatis prædicamento contineantur, non tamen erunt ob id morbi quiuis quibuslibet contrarij: nam nec habitus qualitati patibili contrarius est, nec formæ vel figuræ contraria est patibilis qualitas.

De Causis morborum, Cap. LXXXV.

Causa morbi duplex.



AVSA morbi est omne illud, ad quod sequitur morb⁹. ¶ Causæ morborum duas habent differentias primas: nam omne, quod aliquo modo dicitur causa morbi, aut est hoc per se, aut p accidens. ¶ Et causa quidem per se est illa, quæ per naturam propriam, seu virtutem potest esse principium generationis eius, vt calidum morbi calidi, & causa secans, aut corrodens, vel mordens, bulliens vel vlcerans, & sic de aliis. ¶ Causa verò per accidens est illa, cui per propriam naturã aut formam non conuenit talem morbum generare, cuius est aliquo modo principium, & talis causa propriè dicitur occasio, sicut frequẽter accidit febricitãtibus febre acuta, & maximè dispositis vt in ægritudines frigidas incurrant, vt in cholicam, nephritin, tussim, splenis tumorẽ, &c. Ita quòd tales passiones erunt accidentia discrasiarum frigidarum in illis membris, quæ, inquam, discrasiæ in febribus introducuntur propter vsum infrigidantium, sicut aquę vel aceti vel aliorum repugnantium febri. Et simili modo paralysis vel epilepsia, &c. causant febrem aut discrasiam calidam hepatis vel alterius membri nõ per se, sed propter vsum calidorum excellentiũ, quæ ordinantur ad exstirpationẽ eorum, de quibus etiam causis per accidens multa exempla posita sunt in rebus non naturalibus, maximè secũdariis. Quapropter datur regula generalis in medicina, quòd si morb⁹ generatur aut vigoratur in potentia sui contrarij, necesse est hoc fieri per accidens ab illo contrario, scilicet propter alia, quæ occurrunt occasione illius. ¶ Prædictarum verò causarum genera Medicus tripliciter distinguit secundum tria, quę considerat in eis vtiliter, quorum primum est genus rei, constituentis causam, & secundum hoc interdum dicit, quòd causa morbi est, aut res naturalis, aut non naturalis, aut contra naturam. ¶ Secundum verò est vis imprimendi, quam habet causa, & secũdum hoc dicit, quòd omnis causa est vel efficiens vel materialis, aut dispositiua, & istę eædem causæ sunt vigorantes, aut conseruantes, nam ab eisdem vigorantur & conseruantur res, à quibus generantur. ¶ Efficientes quoque sunt illæ, quæ morbos generãt manifestè cum actiua potentia, propter hoc, quòd sunt materia transmutationis substantialis in corpore, sicut putredo & materia calida efficiunt manifestè febres: & sub hoc genere causarum non reperiuntur, nisi res non naturales & contra naturam. ¶ Materiales verò dicuntur, quæ manifestè generant morbum cum quadam passiua potentia, vt humor putridus febris, vel si accidentia, sunt nihilominus materia substantialis transmutationis in corpore, propter quod dicuntur materiales. Et sub hoc genere collocantur aliquæ res naturales, quantum ad spe-

Medicus genera causarum morborũ tripliciter distinguit.

Causæ efficientes.

Causæ materiales.

A ciem; tamen non naturaliter se habentes, quantũ ad quantitatem, aut motum, cholera namque naturalis generat Erysipelas, & phlegma naturale chymosin & melancholia naturalis sclirosim: similiter res contra naturam potest esse materia morbi, sicut humor omnis præter naturam, vt melancholia adusta, vel cholera, æruginosa, quæ semper sunt causa morbi. Res autem non naturales non possunt esse propriè materia morbi, nisi valdè largè diceretur materia remota, vt cibi & B nutrientia. ¶ Dispositiuæ causæ dicuntur, quæ neutro prędictorum modorum manifestè introducunt morbum, sed præparãt vel inclinant corpus ad suscipiendum impressionem ab aliis causis, qua morbus formaliter vel actualiter generatur, & ex hoc genere possunt esse non solùm res non naturales & contra naturam, sed etiam naturales, vt ætas, complexio & compositio, sexus, humores. Ex parte enim dispositionis, vel causarum disponentium, accidit, quòd diuersorum C corporum, & quę ab vna & eadem efficienti causa patiuntur, alia in morbum prolabantur, alia verò nequaquam. Disponit autẽ ad calidos morbos calida complexio & similia; & raritas corporis ad calidos & frigidos: Similiter res contra naturam, vt opilatio ad febres, vel caliditas hepatis ad tympanitem vel asclitem; accidẽtia etiam morborum, vt debilitas virtutis derelicta ex pręcedẽti morbo disponit tàm ad frigidos, quàm calidos morbos, & solutio ventris ad phthisim, & consti- D patio ad scotomiam & cephaleã, & sic de aliis. Similiter res non naturales, vt siccitas aeris ad febres cholericas, frigiditas & humiditas ad arthreticam & rheumaticas passiones. Et in vniuersum omnis causa efficiens & materialis est dispositiua, quamdiu per eas manifestè vel immediatè nõ introducitur morbus: sed alterant vel mutant corpus taliter, vt ad hoc præparetur. Vnde non semper differunt dispositiuæ ab aliis rebus, sed sufficit, quòd differant ratione prædicta, ita E vt eædem, quæ dicuntur efficientes, quandò actu introducunt morbum, sint etiam dispositiuę priùs immutando corpus, vt ad hoc disponatur: & similiter eædem, quæ dicuntur materiales, quando sunt quædam materiæ transmutabiles in membris, sunt etiam dispositiuæ priusquam morbum actu producant. ¶ Tertium verò, quod circa morborum causas considerat Medicus, est ordo ipsarum ad morbum, & secundum hoc dicit, quòd earum aliquæ sunt primitiuæ, aliæ an- F tecedentes, aliæ coniunctæ. Primitiuæ dicuntur, quia respectu aliarum duarum tempore prius agunt semper ad morbi generationem. Antecedẽtes verò dicũtur respectu coniunctarum solùm, quoniam eas, respectu morbi, tẽpore pręcedunt. Coniunctæ verò dicuntur illæ, quas præcedunt antecedentes, & à quibus oritur morbus immediatè. Vnde, licet natura præcedant morbos, tamen, quantum ad iudicium sensuale Medici, tẽpore simul existunt, & ideò vocat eas morbo cõ- G iunctas. Ex his verò patet differentia inter eas, nã ad cõiunctas semper immediatè sequitur morb⁹, vel comitatur, & ideo à quibusdã vocãtur immediatę. Ad alias verò duas non semper immediatè sequitur morb⁹, sed differũt dupliciter: primò, qa antecedentes semper sunt aliquid in corpore, vt aliquæ

Causæ dispositiuæ.

Differunt causæ coniunctæ à primitiuis & antecedentibus.

aliqua dispositio corporis, aut partis eius, vel cōtentū in eo, sicut humor, aut aliqua superfluitas ratione peccati sui. Sed primitiuæ sunt res vel omninò incorporeæ vel accidentia animi, vel si corporeæ sunt, tamen extra corpus habent esse suum, & ideò sub causis primitiuis continentur omnes res nō naturales: antecedentes verò semper sunt vel naturales, vt humores, vel contra naturam, vt ægrę dispositiones membrorū. Verumetiam differunt antecedentes à primitiuis præter ordinem eorum ad morbum, quoniam antecedentes nunquam generant morbum, nisi mediantibus coniunctis, sed primitiuæ generant eum interdum immediatè, nam ab ira & aere feruido potest generari febris immediatè, sicut ephemera, non ideò tamen dicitur aer, vel ira causa coniuncta, quoniam non præcedit eam antecedens, vt dictum est: Sic ergò respectu febris putridæ causa coniuncta est ipsa putredo humida, vel ipse humor, qui actu putrescit, antecedens verò humor est fluens ad mineram putrefactionis, vel nociuæ disponentes eam, vt viscositas, grossities, aut discrasia membrorum, vt discrasia calida membri alicuius, vel opilatio, aut clausio pororum. Similiter respectu discrasiæ frigidæ cerebri, causa cōiuncta erit humor, aut vapor frigidus in eo contentus, antecedens verò est humor vel vapor paratus aliunde fluere, vel mala dispositio membri mandantis, vt stomachi vel hepatis, &c. ¶ Cùm autem vnicuiq; speciei morborum, quæ suprà fuerunt enumeratæ, cōueniant aliquæ species causarū, habentium rationem coniunctę vel antecedentis, aut primitiuæ, vel efficiētis, aut cōseruantis, &c. necesse est, ad inueniendum formam plenæ curationis, omnes determinatè cognoscere, quarum numerus & ordo subsequentibus tabulis facilè poterit comprehendi.

Differunt causa antecedentes à primitiuis.

De Causa morbi calidi, Cap. LXXXVI.

MORBVS calidus generatur ab eo, quod intemperatè calefacit corpus, vel partes eius intemperatè calefacit, aut quod imprimit de se calorē intēperatum, aut quod retinet calidum, quod conuenit expelli à corpore. ¶ Intemperatum calorem per se imprimunt motus corporis immoderatus, fortis & impetuosus animi motus, vt furor, & ira. Corpus intemperatè calidum actu vel potentia vel vtroq;, & humorum putrefactio, retinent calidū, quod oportet expelli à corpore, clausio vel constrictio nimia viarum expulsionis, vt pororū, cutis & aliorum membrorum, retinens fumos & vapores intemperatè calidos, qui ex calidioribus humorum partibus generantur. ¶ Corpus intēperatè calidum vel est intrinsecum vel extrinsecum. Intrinsecum humor aut vapor: humor tamen vtplurimū compositum generat morbum, sed vapor semper calefacit, & temperatè quidem calidus, temperatè: intēperatè verò calidus, intēperatè, maximè si fuerit acutus vel valdè siccus, qui caprinosus à capro, vel capinosus à capillo dicitur, etiam in eo calor acuitur, & hoc in siccis & calidis corporibus multiplicatur, vel abundātibus calidis & siccis humoribus. Extrinsecum actu calidum, vt ignis, aer, balneum, aquæ calidæ. Calidum potentia, vel vtroque, cibus, potus, & medicina intus recepta, vel exteriùs applicata. ¶ Putrefactio est humoris ebullitio, facta à calore non naturali, per quam priùs non naturaliter calefit membrum continens putrescentem humorem, tandem verò calore multiplicato, & per continuitatem venarum & arteriarum ad cor ꝓtenso supercalefit substantia cordis, quę calorem intemperatū ex tunc generans toti corpori præbet æstum constituentem actu febrilem discrasiam. Eodem quoque modo vapor putridus aut intemperatè calidus, si ad cor venerit, supercalefacit ipsum & sic generat febres. Calor non naturalis aduenit putrescenti chymo, quoniam in eo & circa ipsum vapor intemperatè calidus conculcatur, nequiens sufficienter exspirare propter pororum impedimenta.

Putrefactio quid sit.

COMMENTARIVS.

PVTREFACTIO *est humoris ebullitio, &c.*] Ebullire dicitur humiditas, quæ ob alienam & vehementem caloris vim emergit in bullas: Hac ergo ratione feruens aqua meritò putrefacta diceretur, & febris synochus putris eadem esset specie cum synocho non putri: siquidem sanguinis putrefactio nihil sit aliud, quàm ebullitio à calore præter naturam proueniens. Sed fortè per ebullitionem ipsam insiti caloris ebullitionē intellexit Arnaldus, cùm ab adscititio calore naturalis alicuius rei calor deferbuerit.

De Causa morbi frigidi, Cap. LXXXVII.



ORBVS frigidus generatur ab eo, quod intemperatam causat frigiditatem. ¶ Intemperata frigiditas generatur in corpore, vel ab eo, quod alienam introducit, vel ab eo quod aufert calorem proprium. ¶ Alienam frigiditatem imprimit corpori corpus frigidum actu vel potentia, vel vtroque, siue sit intus generatum, vt humor frigidus, siue sit adueniens ab extrinseco, vt nix, glacies, aer frigidus, aut balneum, aquę frigidæ, vel cibus, potus & medicina. ¶ Aufert calorem proprium, quod ipsum educit è corpore, vt immoderatum exercitium, quod disponit ad hoc, vt velociter exspiret, vel educatur ab eo, aut pororum corporis largitas, vel apertio nimia, quod prohibet transitum eius, vt constrictio vel opilatio meatuum suorum, maximè arteriarum, sicut in dormitione membrorum: quod extinguit ipsum in corpore, vel disponit extinctioni. Naturalem calorem extinguit, quod infrigidat excellenter, vt nix, aut opium, & lactuca in valdè senibus & similia: quod multitudine sua coarctat & opprimit etiam ipsum, sicut multitudo nimia cibi, & potus, atque humorum. Cùm enim calor naturalis & fluens sit quidam vapor aereus, corrupta substantia vaporis naturalis, calor extinguitur. Corrūpitur autem, cùm ingrossatur in aqueam substantiam, vel cum ī-gneo calore consumitur: Et primò quidem corrumpitur ex nimietate cibi & potus, & etiam sanguinis in arteriis: nimius enim potus vini, tantùm interdum replet vaporibus cerebrum, vt conculcati nimis in aqueam substantiam ingrossentur, & præ multitudine submergendo calorem naturalem ibidem suffocent, ex quibus

Cùm calor sit vapor corrupta substantia vaporis calor extinguitur.

morbus sequitur frigidus, vt apoplexia, stupor, epilepsia, & lethargus, &c. Simili quoque modo nimia multitudo sanguinis, maximè in arteriis, ipsum corrumpit, vnde morbus frigidus generatur, nedum in vno membro, sed in corpore toto scilicet Syncope, quoniam extincto prædicto modo fluenti calore in corde, totum corpus infrigidatur, nimia tamen repletio venarum & arteriarum ex sanguine frigido in aliquibus mēbris potest generare morbum, prohibendo trāsitum caloris naturalis à corde. ¶ Vltimū, quod extinguit calorem naturalem est, quod prohibet ipsum in sua temperie conseruari, scilicet immoderata clausio pororum cutis & arteriarū, vel aliorum meatuum, per quos inspiratio, & exspiratio exercetur. Si enim aer ingredi non potest, vt calor naturalis, vndique commistus, tantum remittatur, quantum fuerat intensus ex mistione vaporis temperati, tunc conclusus & in se reflexus proprium accendit subiectum, efficaciter vastatur, & eo consumto extinguitur, sicut ignis nimium coopertus. Similiter etiam, si fumi & vapores, qui ab humoribus assiduè generantur in corpore viuentis, exhalare prohibentur, ab ipsis extingui poterit naturalis calor: nam in quibus vapor multiplicatur aereus & naturalis, vt in sanguineis, si pori sunt opilati, adeò vt non possint aliqualiter aere temperari, tunc si calor more solito reficiatur, diminuto tamen aut cessante exercitio, omnes venę corporis nimio sanguine replebuntur propter digestionis fortitudinem, & boni vaporis abundantiam, quod si refectio solùm concurrat cum exercitio, intendetur quidem ab exercitio calor, & multiplicabitur in substātia, tū propter digestionis fortitudinem, tum propter prædictam pororum clausionem, quę ipsum prohibet exhalare, sed si nimia sit clausio prohibens aerem ingredi, sequitur quod est dictum. ¶ In quibus autem malus & acutus vapor multiplicatur, vt caprinos⁹. & exspirare prohibetur, aut putrescere faciens humores, aut calorem naturalem extinguit corrumpendo subiectum eius. ¶ Quod verò disponit corpus ad extinctionem caloris naturalis, est quies immoderata, quà multitudo superfluitatum in corpore congregatur, & etiam omne, quod poros corporis claudere potest stringendo vel opilando.

De Causis morborum siccorum, Cap. LXXXVIII.

MORBVM siccū generant, quæ sicca sunt in se, vel quæ resoluunt naturalem humiditatē absq; eo, quod siccitas insit eis. ¶ Sicca in se dicuntur, quæ talia sunt complexionali virtute, à qua informantur interiora, vt humor siccus: exteriora, vt aer siccus, & balneum aquæ salsæ, & vniuersaliter mineralia. Cibus vel nutriens siccum, & medicina similiter intus recepta, vel exteriùs applicata, quæ resoluunt humiditatem absque siccitate complexionali, sicut inanitiones corporis, ac nimius motus eius, & inconueniens motus animi: inanitio insensibilis, vt in ieiuniis & abstinentiis, sensibilis, vt in sudore & fluxu & cæteris euacuationibus. Inconueniens mot⁹ animi solicitudo, angustia & tristitia: Vigiliæ verò comprehenduntur sub immoderato membrorum exercitio & accidentibus animi, quoniam concomitantur ea, nec sine illis immutant corpus.

De Causis morbi humidi, Cap. LXXXIX.



HVMIDI morbi causantur ab humectantibus immoderatè, quę sunt vel humida in se, vel conseruantia quaslibet humiditates in corpore: Humida in se actu, humida intrinseca, humida extrinseca, pluuiosus aer, balneum aquæ dulcis & tepidæ. Humida potentia vel vtroque, vt cibus maximè copiosus & delectabilis: humida medicina conseruat, non solùm temperatas, sed etiam superfluas corporis humiditates, præter quod in se sit humida, immoderata corporis quies tranquillitas animi, vt in gaudio & lætitia nimius somnus.

De Causis morborum compositorum, & primò Consimilium, Cap. XC.



MORBI consimiles compositi, aut ex compositione simplicium causarū proueniunt, siue in virtute sint compositę, sicut qualibet humorum compositio, ex duabus qualitatibus, seu in substantia, prout accidit in mistione aut vicinitate diuersorum humorum. ¶ Vnde morbi compositi vtplurimum ex humoribus generantur, vt apostemata, quorum causæ quatuor sunt in genere, scilicet humoris peccantis mistura, aut simpliciter abundantia: fortitudo membri mandantis vel mittentis superfluitatem specialiter, quantum ad expulsiuam naturalem, qua vnumquodque membrum expellit à se nociuum: tertia est debilitas membri recipientis, qua non potest superfluitati missæ resistere, nec à se repellere: quarta insuper est apertio, seu promtitudo meatuum, per quos expellitur superfluitas: Hæ quoque causæ, licet communes sint cunctis humoralibus morbis, non tamē necesse est, eas omnes in omnibus semper cōcurrere, sed solùm in illis, quæ fiunt per viam deriuationis, hoc est, delegationis materiæ, ab vno mēbro in aliud: sicut accidit in apostematibus criticis, vbi membra principalia & nobilia ad emunctoralia & ignobilia superfluitatem transmittūt: cùm enim naturaliter illa debeant esse cæteris fortiora licet secundum plus & minus, & tunc saltem remanserit eis aliqualis expellendi vigor, respectu suscipientis emunctorij, nec viæ sint impeditæ morbi materiam illuc pellunt. Sed interdum accidit apostema generare morbum alium humoralem, per viam congestionis, hoc est, non quia membrum aliquod deleget superfluitatem illi patiēti, sed quia ipsum patiens mēbrum eam attrahendo congregauit in se, sicut splen aggregat melācholiā, & in tali casu ad generationē morbi duæ sufficiūt prædictarū causarū, scilicet copia superfluitatis & expellēdi debilitas: sæpius enim contingit, quòd splen qui potenter attra-

Morborum cōpositorū simplicīū causæ sunt quatuor.

In quib. morbis concurrāt omnes prædictæ causæ.

Vnde debilitetur expulsiua membri.

attraxit, accidentaliter postea debilitatus, expellere nequit attractum. ¶ Expulsiua quoq; membri debilis est, propter lapsum complexionis innatum, vel post generationem accidentaliter acquisitum, vel ex inordinatione naturæ, sicut in cute: nam cùm solùm ordinata sit ad tegendum membra, suscipiendumq; cunctorum membrorum aliquas superfluitates, naturaliter est creata debilis expulsiuæ, cùm etiam non præbeat aliis membris iuuamentum alicuius actionis naturalis, aut vitalis, aut animalis, non indiguit fortitudine respectu ipsorum.

Vnde multiplicentur superfluitates in membris.

¶ Superfluitates multiplicãtur in membris ex malitia regiminis vel nocumento actionis naturalium virtutum, vel propter vtrumq;.

Quò et quando corrumpitur figura naturalis mẽbri.

¶ Naturalis figura membri corrũpitur vel in vtero, vel in exitu ab eo, sicut in partu, vel nato iam corpore: in vtero quidem vel in ipsa formatione, vel postea. Recta verò formatio, vel figuratio impeditur propter ineptitudinem principiorum materialium: nam si fuerit in spermate formatiua in se peccabit, si verò in sanguine menstruo materia formabilis erit erroris causa. Post formationem autẽ figura corrumpitur, vel ꝓpter malitiam sanguinis materni causatam ab eius malo regimine, vel ęgritudine totius corporis eius, aut partis, præcipuè matricis & hepatis, aut violẽta occasione ipsius vteri. Forma pariendi, si fuerit nõ naturalis, figuram naturalem sæpe corrumpit, vt in his, qui pariuntur tibiis aut brachiis complicatis. Post natiuitatem corrumpunt figuram membrorum extrinsecus casuales euentus aduersitas membri contundens, aut torquẽs percussione vel casu, quibus ossa franguntur, & obliquantur membra, vel attritione compressa planescunt innaturaliter, vt nasus concussus. Ægritudo corrumpens membrorum substantiam, vel immutãs figuram præter corruptionem substantiæ: primùm in lepra, quæ nares dilatat tuberositatibus replendo & distendendo, subtiliat aures sanguine pauperrimas, amplius depauperando frigiditate & siccitate In febribus consumtiuis, in quibus nasus acuitur, oculi profundãtur, humeri pereminent, & scapulæ conformantur alis, &c. In cancris & fistulis, & in quibuscunque apostematibus, & vulneribus ossa corrumpũtur & deperdũtur. Figura mutatur in tortura ex paralysi, vbi membrum sanum, cùm aliquid agit, aut mouetur, trahit ægrum: in spasmo, vbi ægrum quod contrahitur, trahit sanum. Defectus & superabundantia nutrimenti, nam defectus, vt in famelicis, immutat figuram, sicut in lepra dictum est, de auribus, & in febribus consumtiuis. Superabundantia verò, in quibus debilis est virtus apostemata generat: in quib. autẽ fortis & potens ad cõuertendum, multiplicantur vltra modum naturalis figuræ carnositas & pinguedo: quapropter in quibusdam venter efficitur montuosus, & lumbi sarcinati, & facies semper sphærica carnositate genarum, collum quoq; taurinũ, ita vt à mento inferius vsq; ad ferculam pectoris manifestè protendantur: & in aliquibus, vt vitta muliebris, subcingit tantum struma pinguedinis atq; carnis, quia grauis error in necessariis, vel ad conseruationem vel ad curationem.

Necessaria ad conseruationẽ infantis.

Sunt autem ad conseruationem infantis necessaria, quies, obuolutio ac membrorum composita & suauis tractatio: igitur si moueri permittatur intempestiuè, sicut bipes aut quadrupes, periculum est magnum, manus, aut pedes, aut tibias, aut brachia contorqueri. Similiter quoq;, si ruditer tractetur, & inconuenienter obuoluatur: sæpius enim immoderata, & inæqualis constrictio pectoris cum fascia gibbosos efficit pueros, exeũtibus ossibus anteriùs, vel posteriùs. Error accedẽs in curatione, qui corrumpit figuram, est ille, qui accidit in curatione fracturarum & dislocationum, & culpa Medici non bene rectificantis, aut cõstringentis, vel consolidantis, vel infirmi culpa, si moueatur intempestiuè, scil. prius, quã membra sint firma.

Causæ nocumenti accidẽtis concauitati naturali.

¶ Naturalis concauitas, atque via, seu pori quandoq; destruuntur omninò, & secatio nominatur, vel diminuuntur aut impediuntur consolidari, sicut accidit frequenter in virga & vulua, cùm vlcerantur in interiori meatu, & incautè curantur comprimente pondere suo, sicut calculus magnus vesicę comprimit intestinum rectum, & stercus prohibet ibi recipi, & inde transire constringendo, sicut constrictio nimia ventris angustat stomachum & matricem coadunatione naturali vel accidentali: naturali scil. retentiua virtute, quemadmodum in prægnantibus os matricis & vuluę: accidentali, sicut frigidis & siccis medicinis aut stypticis ea dem partes coadunantur. Replente vel opilante, vt carne superflua, sicut in ficis, vel apostemate, vel lapide vel fæcibus induratis, aut sanguine coagulato, vel aliis humorib⁹ maximè grossis & viscosis. ¶ Non naturaliter dilatant, vel aperiunt defectio contentiuæ, aut fortitudo expulsiuæ, sicut in patientibus aborsum: medicina aperitiua, humiditas mollificans, ventositas aut vapor extendens innaturaliter exasperans intrinsecus & extrinsecus. Exasperans intrinsecus, vt humor acutus aut ponticus: extrinsecus, vt medicina, vel cibus, aut potus acutus, aut puluis, & fumus in oculis & gutture: innaturaliter leniunt viscosa & vnctuosa intrinseca & extrinseca.

Causæ nocumenti in numero membrorum.

¶ Numerus membrorum non naturaliter diminuitur, propter defectum innatum vel superuenientem. Innatus autẽ ex defectu materiæ contingit, superueniens defectus amissio dicitur, & prouenit vel à causa interiori vel exteriori. Exterior autem operatur vel actuali virtute, vel potentiali: actualis autem virtus vel est principium localis motus, sicut in incisione membrorum, aut eradicatione, vel euulsione, sicut in dentibus & in oculis sæpe fit: aut operatur motu alterationis omninò corrumpendo verè complexionẽ in membro, sicut accidit in combustione ignis, & in congelatione, facta ab excellenti frigore, per quam membra cadunt, & multi etiam moriũtur. Potentiali virtute operatur causa exterior, sicut medicina venenosa & corrosiua. Interior verò causa vel est acuti humoris violentia, vel putrefactio membri, humor autem acutus vel infert membro violentiam comburendo, sicut in igne persico, vel corrodendo, per quem modum videmus acuto rheumate, vel salso vuulam sæpe deperdi, aut perforando & subito motu pulsando, per quem modum exilire videmus ab oculis crystallinum & albugineum in dolore temporũ & oculorum, causato ex humore acuto vapori misto. Putrefactio quoque mem-

bri,vel fit à medicina putrefaciẽte,vel ex coarctatione humorũ & fumorum in eo,quemadmodũ in cancris & erysipelate sæpe putrescunt membra. ¶ Superfluit autem in corpore numerus in his,quæ sunt similia naturalibus, propter abundantiam materiæ & virtutis formatiuę fortitudinem,vt in natis cùm sexto digito: Assimilatiuę, vt in superuenientibus, sicut vngulæ in oculis & superfluæ carnes in vulneribus,glandulæ quoq; simili causa fiunt in collo, vel alibi. ¶ Dissimilia naturalibus adduntur membris ex abundanti superfluitate generata in eis vel aliunde transmissa per viam expulsionis: & primo quidem modo sæpè generatur bociũ in interiorib⁹ mẽbris, quia materia,ex qua generatur,vel est sanies magnorũ & calidorum apostematum,vel humiditas grossa & cruda,vel inepta putrefieri,vel in saniem conuerti. Et prima materia generatur in membro apostemato, licet forsitan antecedens eius fuisset ab alio membro transmissa, cumq; talis sanies in suo receptaculo coarctatur & retinetur infrigidantibus ingrossantibus applicatis,errore Medici vel infirmi,bocium inde formatur. In bocio tamen duo notari possunt,scilicet folliculus vel cystis,aut sacculus exterior,in quo residua materia clauditur: & ille folliculus naturalibus aliqualiter assimilatur,sicut cysti fellis,& quantũ ad hęc, licet videretur contineri sub primo membro additionis in numero,non tamen sic est in veritate, quoniam nec à naturali materia generatur, nec etiam à naturali immutatiua, sed id,quod in folliculo bocij continetur,additum est omninò dissimile naturalibus, & quantum ad apparentiam & quantum ad causarum existentiam. Id enim, quod in eis continetur, interdum est simile melli, quandoque luto, quandoque fæci vini, quandoque lateri,siue testæ, quandoque nucleis fructuum,interdum autem globo pilorum, aut calculis,& grossæ ventositates,quę frequenter multiplicantur in eis,& maximè in illis, quæ ex grossa & cruda materia generantur, donec diuturnitate temporis fortè putrescãt,in quibus tunc dolor incipit sentiri, & forsitan febris. Similiter & lumbrici adduntur intestinis,ex superfluitate generata in eis: calculus autem renum & vesicæ partim ex ibi generata, partim ex aliunde fluenti. Scrofæ verò, quæ cuti adduntur, vel musculis & pustulæ cutis ac verrucæ, & etiã fauus, in quo cuti capitis additur humiditas, similis melli, vel fauus qui est narium innaturalis caruncula, vel morphea in qua cuti additur color non naturalis,& cuncta similia ꝓculdubio sunt non naturales additiones omninò dissimiles naturalib⁹ rebus, & generatis vtplurimum ex superfluitatibus expulsis ad cutem vel ad membra,in quibus generantur. ¶ Magnitudinem immoderatã causant abundantia bonæ materiei, & fortitudo cõuersiuæ virtutis, quorum contraria causæ sunt paruitatis innaturalis. ¶ Positio membri, quantum ad situm eius naturalem,corrumpitur à causa intrinseca vel extrinseca. Causa extrinseca corrumpens situm naturalem est violenta commotio vel expulsio, præcipuè si fuerit improuisa vel subita,quia tunc nec resistunt membra,nec parãt se ad resistendum lædentibus causis & per hunc modum accidit frequẽter, vt iuncturæ dislocentur percussione vel casu, vel alia simili offensione. Intrinseca verò causa est vel ligamenti conseruantis in situ mollificatio, seu relaxatio, vel continentis membri fissura siue perforatio,aut ipsius continentis aut contenti mollificatio. Causa verò mollificans, seu relaxans, est humiditas accidẽtaliter membro infusa. Et primo quidem modo dislocantur iuncturæ mucilaginib. abundantes. Secundo verò modo deserũt situm naturalẽ intestina, & zirbus & pulmo: nam fisso, vel perforato siphac,maximè in ea parte,vnde didimi oriuntur,intestina vel zirbus cadũt in bursam testiculorum,similiter fisso pectore pars pulmonis egreditur. Tertio verò modo contingit zirbũ aut intestina egredi locum proprium,quando continens,scilicet syphac,relaxatur & cõtingit intestinum rectum,& matricem & vueam & matricem exire situm proprium,quando ipsa in se relaxantur,seu nimium mollificantur. Potentia naturalis,quantũ ad vicinitatem, aut colligantiã quando corrumpitur,per innaturalem adhęrentiam, tunc innaturalis consolidatio causa erit: Si verò per innaturalem elongationem vel distantiam, tunc mollificatio erit causa, vel incisio aut nimia distensio, sicut in iuncturis sæpè contingit, & in forti expandiculatione membrorum. ¶ Solutio continuitatis vel ꝓuenit à causa interiori,vel exteriori. Causa intrinseca vel est humor acut⁹ perforans,aut corrodens,vel est grossa ventositas nimia extensione disrumpens. Causarum extrinsecarum quædam secat vel scindit,quędam pungit aut perforat, quædam contundit, quædam verò distendit,quædam autẽ torquendo frangit, quędam violento motu exercitij findit, quemadmodum rumpitur siphac propter motum aut clamorem. Immoderatum exercitium etiam interdum rumpit tendendo nimis, vt quando siphac rumpitur propter nimium conatum eleuandi aliquod graue,aut venę pulmonis ex clamore forti & subito & gradatim non eleuato.

Causæ magnitudinis & paruitatis innaturalis membrorum.

Causæ nocumenti in positione siue situ membrorum.

Causa nocumenti in solutione continuitatis.

De Accidentibus morborum, *Cap. XCI.*



ACCIDENS multipliciter sumitur apud Medicos: vno quidem modo valdè largè pro cunctis rebus contra naturã ab ea ratione,qua dicitur per accidens,quicquid aduenit corpori præter naturæ necessitatem, & hoc modo causa morbi dicitur accidens, vt quando dicitur, quod patienti accidit ira vel casus vel præcipitatio, &c. Et similiter morbus, cùm dicitur, quòd accidit ei febris vel apostema, vel dislocatio. ¶ Alio modo sumitur accidens valdè strictè, scilicet pro morbi effectu concomitanti vel consequenti, vt quando dicitur,quòd res contra naturam, aut est morbus, aut causa morbi, aut eius effectus. ¶ Tertio verò modo sumitur, & minus largè & minus strictè, quàm suprà.s.pro effectu non morbi tantùm,sed etiam eius,quod interdum est causa morbi,quemadmodũ cùm dicitur, quòd impedimẽtum digestionis, quod accidit stomacho, causatur interdũ à morbo eius,interdũ verò ab immoderata quantitate cibi,vel ab intempestiua sumtione illius,vel ab humore fluente recẽter ad cõcauũ stomachi & similia: secundum.n.hoc dicitur accidens omnis inna-

Accidens dicitur tripliciter.

innaturalis immutatio, facta in his, quæ pertinent naturaliter corpori, sequens morbum vel aliquam causam eius. Talis autem immutatio, licet non semper causetur à morbo, quia tamē, vel ab ipso causatur, vel ab eo quod habet ordinē ad morbum, ideò communiter absolutiuè dicitur accidens morbi, & in hoc conuenit cum accidente dicto secundo modo, & hoc nomine etiam denotatur differentia vtriusq; ad morbum, & causam: nam cùm sit quędam sequela illorum, differunt ab eis, sicut effectus à causa. Sed cum morbo specialiter conueniunt in hoc nomine, quod est passio: nam commune nomen est morbo, & accidenti dicto secundo & tertio modo. Dicitur enim corpus sanabile pati morbū, vel febres aut dislocationem, vel rupturam, &c. Similiter dicitur pati accidens nomen morbi strictè vel largè sumtum, vt pati rigorem, fluxum, defectionem, vel debilitatem visus, indigestionem & similia. Causis autem morborum non conuenit absolutè nomen passionis, licet aliquæ dicantur passiones vt timor, & tristitia, & angustia, quia ratio passionis non conuenit omnibus causis morbi, passio enim dicitur omnis effectus impressus vel illatus ab aliquo agēte in subiecto actionis. Vnde, quia semper morbus & morbi accidens imprimitur corpori ab aliquo agēte, ideò absolutè conuenit eis nomē passionis: causis verò morborum nequaquā, nisi solùm illis, quæ ab aliquo manifestè imprimente proueniunt corpori, nec etiam omnes illas vocat Medicus passiones, quoniam de ratione passionis, quam cōsiderat, est non solùm, quòd sit effectus illatus ab agente, sed quòd sit talis effectus, per quem passum alteretur in se manifestè à dispositione naturali ad innaturalē, & per quam potius pati, quàm agere videatur, & ideò timorem, tristitiam, angustiam & verecundiam vocat specialiter passiones: alia verò animi accidentia, vt gaudium, lætitiam & vniuersaliter delectationem, vel delitias & iram vocat nomine generis, scil. motus vel alterationes aut accidentia. ¶ Nomen autem qualitatis soli morbo cōuenit absolutè, quoniā ab omni morbo dicitur corpus quale in genere vt ægrum, & in specie vt calidum, frigidum, opilatum, vulneratum, &c. non tamen ab omni accidente dicitur quale, sed ab aliquibus valdè paucis respectu aliorum, vt infrà patebit. ¶ Licet autem qualitas & passio sint quidam effectus illati ab agente, tamen differunt ratione: nam passio dicitur propriè, dum passum est in motu vel actu transmutationis ab agente: qualitas autem potest dici etiam effectus derelictus in passo post actum trāsmutationis, & inde est, quòd denominat subiectum, propterea, quia facta est ipsi vt habitus, & quia morbus potest considerari vt effectus, qui derelinquitur post impressionem causarum actu transmutātium, ideò & qualitas & passio nominatur. ¶ His quoque prælibatis sciendū est, quòd quia accidens morbi sumitur hoc tertio modo, scil. prout est effectus vel sequela morbi vel causæ: Talis autē accidentis tria sunt genera prima, & primum quidem est læsio vel nocumentum actionis, vt indigestio, debilitas visus, malitia anhelitus, & similia, secundū verò est innaturalis qualitas corporis, vt innaturalis color aut odor, aut sapor, & sic de obiectis aliorum sensuum: tertium verò genus est innaturalis mutatio exeuntium à corpore, quę sequitur ad prædicta duo, sicut infrà patebit. ¶ Primum autem genus tres continet species primas, nam actio, quæ læditur vel aufertur omninò, & tale nocumentum dicitur ablatio, sicut cæcitas vel surditas, vel minuitur, & minutio actionis dicitur, quando persistit citra terminum consuetum, quia per obiecta, vel per tempus determinatur, per obiectum quidem, sicut quando non videt aliquis tam minuta, vel à tanta distantia, quemadmodū cōsueuit. Per tempus autē, quandò tardius solito digerit cibū, vel expellit superflua, & tale nocumentum vniuersaliter vocatur diminutio, vel debilitas. Tertium verò dicitur vniuersaliter permutatio, & est nocumentum, in quo non fit actio secundum formam naturalem, quod per ipsam in se, vel per obiectū eius discernitur, vt quando membrum mouetur innaturaliter, vt in iactatione & spasmo, vel quando quis videt vel audit alia, quam requirant obiecta exteriora, vt si columna, quæ caret foramine, videatur perforata vel crocea, cùm tamen sit alba. Iterum autem hæc tria genera nocumentorum actionis tot species habere possunt, quot sunt actiones, quæ per naturam conueniunt sanabili corpori, siue in genere, siue in specie, sicut patet in tabulis particularis considerationis accidentium. ¶ Accidens verò, quod dicitur innaturalis qualitas corporis, est omnis sequela morbi vel eius causæ, quæ sensu patientis, aut alterius inesse percipitur corpori, præter nocumentum actionis. Vnde quia qualitas huiusmodi non discernitur nisi sensu particulari, propterea tot species primas habere potest, quot sunt obiecta sensuū particularium: hæc autem vel sunt communia vel propria. Qualitas autem huiusmodi, quæ nō est obiectum proprium sensus alicuius, sed commune pluribus, est illa, quæ spectat ad formam mēbri vel totius corporis, sicut gracilitas & grossities, pinguedo & macies: hæc enim, vt ex prioribus patet, morbi & accidētia possunt esse. Qualitates verò corporis, quæ propria sunt obiecta sensuum, vel sunt audibiles, & est sonus innaturalis, qui vel tantùm auditur à patiente, sicut tinnitus aurium, vel ab eo, & ab aliis, quemadmodum rugitus ventris, & oregmon: vel sunt olfactu perceptibiles, vt fœtor nasi, oris & totius corporis: vel sunt visibiles tantùm, vt color innaturalis totius, vt in ictero, vel vnius membri, vt in rubore nasi, nigredine linguæ, morphea barbæ. Vel gustu percipiuntur, & hoc tantùm à patiente: vel sunt tangibiles, quarum quædam sunt primæ, vt caliditas, frigiditas, siccitas & humiditas: quædam secundæ vt asperitas, lenitas, durities, & mollicies. hæ qualitates, siue in toto sint, siue in parte morbi, possunt esse vel accidēs tantùm, vel vtrumque simul. Calefactio namque membri vnius, aut totius corporis, quando tanta est, vt sensibiliter operationes non inde lædantur, accidens erit tantùm: cùm verò sensibiliter & immediatè lædit & non sequitur morbum, tantū est ægritudo, sicut ephemera ex balneo. Cùm autem vtrumq; conuenit ei, accidēs est & morbus, vt ephemera ex bubone. Nec est superfluum Medico si consideret morbū, qui alterius est sequela,

Quid dicatur passio.

Qualitatis nomen soli morbo conuenit.

Qualitas & passio differunt.

Accidentis morbi vel eius causæ tria sunt genera prima.

Actio læditur tripliciter.

Qualitas innaturalis siue mutata.

prout eſt accidens principaliter, ſecundario verò prout eſt morbus, nam ab eo, quod principalius conuenit rei cõtra naturam, regulatur principalius opus curationis: & inde eſt, quòd medicus ſemper iudicat ægrum abſolutè pati morbum illum, qui cauſa eſt alterius: vnde ſicut teſtatur Galen. de pleuritico, dicere debet quòd patitur apoſtema coſtarũ pectoris, &c. febris enim continua, nõ eſt morbus principalis, ſed accidens eius. Vnde cùm nõ regulet opus curationis febris in pleuritico principaliter ſicut morbus, ſed velut accidens talis morbi, propterea conſideratur ibi principaliter, vt accidẽs, nõ vt morbus, poſito namq; quòd pleureſim patiatur æger, conſequenter ponitur eum pati accidentia concomitantia pleureſim, quorum vnum eſt febris cõtinua. Iterum autem aduertendum eſt circa prędictas qualitates, quòd illa, q̃ non percipiũtur, niſi ſenſu patientis, vt tinnitus aurium & ſapor oris, & ſimilia, licet ſecundũ id, quod ſunt in ſe, contineantur ſub genere pdictę qualitatis corporis, tñ ſecundũ quod ſunt quædã formę erroneę operationis, cõtinentur ſub actionis nocumento. Cùm ergo Medicus cõſiderat genera qualitatũ innaturaliũ corporis, q̃ ſunt accidens morbi, diſtinguere debet ab aliis iſtud gen⁹, cùm occurrat in corpore, ſed quia notitiam eius habere non poteſt, niſi per iudiciũ patientis, & patiens iudicet de ea ſecundũ quod eſt obiectum actionis, ideò inueſtigando cauſas nocu[m]entorũ actionis, inueſtigatur ſimul cauſa talin accidentiũ. ¶ Innaturalis mutatio exeũtium, vel fit in quantitate ipſorũ, vel in qualitate, vel in tempore exeundi. Exeuntia verò à corpore dicũtur innaturalia ratione quãtitatis dupliciter: vno quidẽ modo, ratione menſurę, vt ſi vrina vel egeſtio ſint maioris aut minoris menſuræ, vt multa vel pauca plus q̃ naturæ cõueniat. Alio verò modo ratione numeri, vt ſi pluribus vicibus, q̃ conueniat, emittatur, ſicut accidit in diabete & aluo nimis fluxa. Exeuntia quoq; dicũtur innaturalia, ſecundũ qualitatẽ dupliciter, vel quia p aliquam partẽ corporis emittitur aliquid, p quã non conuenit egredi ſecũdum naturã in corpore ſano, & hoc modo dicitur innaturalis effuſio ſanguinis, facta p quamcunq; aliã partẽ corporis, q̃ per exitum menſtruorũ: quoniã nulla pter illam poteſt cõuenire ſanis corporibus. Fluxus autẽ eius per menſtrua naturalis eſt abſolutè, niſi peccauerit quantitate ſumta, vel intellecta, vt prius expoſitũ eſt, vel etiã tempore vt dicetur, licet enim ſanguis menſtruus eſſet innaturalis qualitatis, tamẽ eius emiſsio p partes ordinatas à naturali formatione corporis eſt naturalis. Secundo modo dicuntur exeuntia à corpore innaturalia, ſecundũ qualitatem, nõ ratione partis per q̃ exeunt, quoniã naturalis compoſitio requirit, vt talia egrediantur, ſed quia talẽ habet qualitatẽ, qualis non cõpetit corpori ſano, & hoc modo menſtrua malę qualitatis innaturalia dicũtur, & egeſtio, vrina & ſputũ, &c. quamuis p partes debitas emittantur. Qualitates autẽ in exeũtibus à corpore multiplicãtur, ſicut & de qualitatib. corporis iam eſt dictũ. Medicus enim cõſiderat in exeuntib. aliquãdo qualitatẽ, q̃ cõmune obiectũ eſt plurib. ſenſibus, ſicut figurã in cõtentis vrinę, vt in hypoſtaſi & in ſquammis: quandoq; verò qualitatẽ, q̃ propriũ eſt obiectum viſus, vt colorẽ in omnibus exeũtibus: interdum autem ſonum, vt in rugitu ventris & exeuntibus per ſeceſſum: interdũ odorẽ, vt in ſudore, anhelitu, ſcreatu & cęteris: quandoq; verò ſaporẽ aut pprio ſenſu, queadmodũ in ſanguine qui p phlebotomiã egreditur, aut ſenſu alterius, vtpote patientis, vt in ſcreatu & vomitu. Interdũ etiã cõſiderat tangibiles qualitates primas, vt caliditatem & frigiditatẽ in his quæ egerũtur, ſed hoc iudicio patiẽtis, & ſecundas, vt duritiẽ & mollitiẽ. Innaturalis mutatio exeuntiũ, quantũ ad tempus eſt, quãdo tardiùs aut citiùs ſolito emittũtur, & licet aliqui cõprehenderint tẽpus exeundi ſub quantitate numeri, tñ melius eſt, vt à numero diſtinguatur, tum quia Medicus quãtò plus ad particularia deſcendit, vel appropinquat, tãtò plus perficit, tum quia nõ poteſt tẽpus ad vices exeundi reduci: nam poſsibile eſt, vt aliquis egerat ſolito tardius, aut citius: nec tñ ideò pluribus aut paucioribus vicib⁹, vel notabiliter in maiori vel minori mẽſura: hoc tñ frequẽtius accidit. ſ. quòd multitudo & paucitas ſequantur velocitatẽ & tarditatẽ.

Mutatio exeuntium innaturaliu.

COMMENTARIVS.

NAM paſſio commune nomen eſt morbo & accidenti, &c.] Inter affectus præter naturã morbi quoq; cauſa recenſetur, cùm morbus non affectus, ſed ipſum afficiens ſit. Paſſio eſt id quod actioni correſpondet: affectus autem nõ actio, ſed paſſio eſt aut paſſionis effect⁹. Proinde cauſa nec paſſio nec affectus eſt, ea qua cauſa eſt ratione, licet ex accidenti poſſit affectus aliquis ſeu morbus ſeu ſymptoma cauſæ rationem obtinere: Quemadmodũ catarrhus ex frigida capitis intemperie naſcitur: Et (vt refert Arnaldus) triſtitia, timor & anguſtia, quæ paſſiones ſunt, inter morborum cauſas referuntur.

Paſsio dicitur propriè dum paſſum eſt in motu, &c.] Paſſionem antea effectum eſſe definiuerat Arnaldus: Hic paſſionẽ eſſe dicit, cùm in motu paſſum adhuc eſt, vt paſſio nihil ſit aliud quàm agentis effectus nondum abſolutus. Verùm ſi verius etiam loqui liceat, paſſio non effectus ſed effectio eſt, patientis ſcilicet motus quo effectus ab agẽte in patiens inducitur. Qui fit igitur vt logici paſſionem ad prædicamentum qualitatis referant? Si contraria ſub eodem genere contineri debeant, cur non & actionem & actiuam qualitatem, ad hoc idem paſſionis genus retulerunt? Siq; per pathos aut paſſionem non ipſe motus patientis intelligatur, ſed effectus per paſſione illatus, quid aliud tum erit paſſio, niſi patibilis qualitas, vt admiſſa cõſpiciatur tautologia, dum res vna bis exprimitur. Præterea paſſionis effectus non eſt perpetuò qualitas, cùm totius ſubſtantiæ corruptio non minus paſſio ſit, quàm ſi quæpiam qualitas alteretur.

Calefactio namq; membri quando tanta eſt, &c.] Morbus id eſſe dicitur Medicis, quicquid manifeſtè, nulloq; alio mediante lædit actiones: Hic tamen id in dubium vocari poterit, an ſymptoma ſit nullum quod actiones lædat. Dolor in pleuritide reſpirationem manifeſtè lædit, qui tamen nec morbus eſt, nec morbi cauſa. Galenus etiam libro de ſymptomatum differentiis ſymptomatum ſeriem admittit, dum ſymptomata ſe inuicem ſubſequuntur. Non ergo morbum omne ſymptoma neceſſariò ſequitur immediatè, ſed inter morbum & ſymptoma ſæpe aliud ſymptoma intercedit. Actionem læſam ſimplices corporis affectus, & excrementorum vitia cõſequuntur: & viciſſim ab his ſæpenumero lædi contingit actiones.

Exeuntia quoq; dicuntur innaturalia ſecundum qualitatẽ, &c.] Cùm excernitur aliquid per partes non conuenientes, hoc Arnaldus vitium qualitatibus excrementorum annumerat: ſub qua vero qualitatum ſerie ſpecies hæc contineatur, nondum intelligo. Symptomatum, quæ in excrementis obſeruantur, tria duntaxat genera conſtituit Arnaldus, quantitatem, qualitatem, & excretionis tempus: ſi partes per quas excretio fit ad locum

nempe

nempè referendas, ſub qualitate comprehendit, cur non & ipſum quoque tempus ad qualitatem retulit. Aliud hoc in loco dignum eſt vt paulò diligentiùs obſeruetur. Exſcretionis vitium eſt non excrementorum, ſi quid non rectè excernatur, loco ſcilicet aut tempore non competenti. Quin & id meritò controuerſum extiterit, *an excrementorum vitia ſymptomatu annumerari debeant:* Eiuſdē enim ſubiecti videtur eſſe ſymptoma cuius eſt morbus, ſolidæ nimirum partis, vt cùm nec in humoribus, nec in ſpiritibus, nec in excrementis morbi conſiſtant, vtiq; nec his adſcribenda ſint ſymptomata. Quantitas & qualitas in excrementis extra corpus obſeruātur, quis hæc ſtatuerit eſſe ſymptomata? Fortaſſis in corpore non extra corpus obſeruanda fuerint. Equidem neceſſariò. Sed tum etiam ipſa tamē ſymptomata modò cenſentur, ſiquidem vitiatam denotent actionem, vt ſigna potius ſint quàm ſymptomata, niſi ſub actionum ſymptomatis cōtineantur. Qui putridos ingeſſerit cibos, & eius talia fuerint excrementa, non hoc fuerit excrementorū vitium ſymptomatis annumerandum, vtpote quod ex vitiata ventriculi concoctione nō proceſſerit. Hac ratione duo duntaxat emergent ſymptomatum genera, ſimplex nimirum corporis affectus, & actio læſa.

De cauſis Accidentium, Cap. XCII.

ACCIDENTIVM cauſas, vt patuit ſuperiùs, ex ratione accidentis de quo hîc agitur, ſemper oportet eſſe res illas, quæ dicuntur eſſe cōtra naturam, ita quòd omne accidens aliquid huius rei habet pro cauſa, ſiue ſit efficiens: quemadmodū febris eſt cauſa ſitis: ſiue materialis, quemadmodū humor nociuus eſt cauſa vomitus. Sed accidētium quædá habent tantùm pro cauſa rem contra naturam, ſicut ablatio viſus in cataracta, quæ ſolùm cauſatur ab opilatione pupillæ, & ſimiliter inuoluntarius motus à morbo lacerti: quædam autē accidentia ſunt, quorū cauſa ſimul ſunt res cōtra naturam & res naturales, ſicut tuſsis, vomitus, rigor & omnis euacuatio critica, & ſimilia. Horum enim accidentiū eſt cauſa morbus, aut eius cauſa naturalis expulſiua membrorū, ſed differūt: nam res contra naturam eſt ſicut cauſa remota, & primum mouēs, natura verò ſicut proximum, nam ſtimulata per illam efficit tales motus. Res autem cōtra naturá accidētia cauſantes, quandoq; ſunt morbus tantùm, ſic cauſatur amiſsio viſus ab opilatione pupillę: quandoq; verò ſolūmodo cauſa morbi, & ſic cauſatur vomitus ab horribili cibo: quandoq; verò accidens immediatè cauſatur ſolùm ab accidenti, ſicut à nocumēto digeſtionis aut retentionis ſolutio ventris: & ſic etiá immutationes exeuntium cauſantur à nocumento actionis, & interdum etiam à qualitate corporis. Sed quia principaliter, aut ſępius ex nocumēto actionis, & ideò principaliter & abſolutè reducuntur ad ipſum, vt ad cauſam proximá, quia tamen Medicus propter bonitatē operationis tenetur communem cauſarum diuerſitatem cōſiderare: propterea non ſolùm attendit qualiter à nocumento actionis procedant, ſed etiam qualiter à qualitatibus corporis. Vnde, quia immutatio exeūtium cauſari poſsit ab aliis duobus generibus accidētium: propterea dicit, quòd ſequitur ad vtrumq;. Augmentū enim & diminutio quātitatis exeuntium, ſimiliter autē & tarditas aut velocitas exitus ipſorum cauſantur à læſione naturaliū actionum, ſcil. vnius aut plurium. Similiter quoque & qualitas innaturalis exeūtium cauſatur interdū à nocumento ipſarum, ſicut à nocumento attractionis choleræ à ciſti fellis tingitur vrina in croceum: quandoq; verò à qualitate corporis, quantum ad iudicium Medici, quemadmodum ſudor ab ictero tingitur, & ſicut à fœtore naſi fœtidus fit anhelitus, & in fœtore totius, vt in leproſis fœtidus ſudor. Similiter verò in pleureſi phlegmatica, nō propter pleureſim tingitur vrina, ſed propter qualitatem totius corporis, quæ eſt accidēs eius, ſcil. febris. Particularium autem accidētium cauſas particulares in tabulis accidētium, ad hoc conſtitutis, clarè patebunt.

De Signis, Cap. XCIII.



CONSIDERATIS partibus medicinalis theoricæ ſecundum id, quod ſunt in ſe, quantum in genere iam reſtat de illis tractare ſecundum quod ſigna ſunt Medico. Diſpoſitio namque ſanabilis corporis non prouenit ad notitiam Medici, niſi per conſiderationem rerum naturalium, vel non naturalium, aut contra naturam, & ideò rurſum conuenit de his agere ſub ratione ſignorū, quorum cōſideratio diuerſum habet ordinem apud Medicum ſecundum duas rationes, quæ conueniunt Medico: quarum vna eſt ratio docentis vel addiſcētis artem ſiue ſcientiá medicinę: alia quoque operantis eſt ratio. Prima verò ſecundū eſſe pcedit, hoc eſt, in omnibus medicinis: nam pri[illegible] eſt ſcire, quàm per ſcientiam operari, ſed ſec[illegible]dum intentionem, vtplurimum eſt econtrari[illegible], quòd ſecunda eſt prima: nam plures ſunt intendentes habere ſcientiam medicinæ propter operari principaliter, quàm propter ſcire: ſecundum primam igitur rationem, prius eſt conſiderare de cauſis diſpoſitionum ſanabilis corporis, quá de ſignis, quoniam intellectiua cognitio, quæ fit per doctrinam, & diſciplinam, à prioribus ſecūdum intellectum directiùs inchoat. Illa verò ſunt cauſæ diſpoſitionum, inter quas etiam conſiderationes priores ſunt cauſæ ſanitatis, quàm ægritudinis: nam etiam ſecundum intellectum prior eſt habitus, quàm priuatio: medię quoq; diſpoſitionis conſiderationem ſemper pręcedit conſideratio extremorū. In hoc igitur opere, vbi ſermones dirigūtur ad medicū, prout eſt docens vel diſcēs ſcientiam medicinæ, vltima de ſignis cōſideratio traditur. In actionibus verò, cùm iam Medicus vocatur ad corpus ſanabile, neceſſe eſt eum priorem habere cōſiderationem de ſignis: nam priuſquam operetur, oportet ſcire quo iuuamēto, vel qua ſpecie medicinalis operationis indigeat corpus præſens, ad quod diſcernendū, cōuenit præcognoſcere, q̄ ſit ſpecies diſpoſitionis, cui ſubiicitur illud corpus: hoc autem colligitur ex particularibus, quæ circa ipſum notari poſſunt: particularia verò cùm ſolo ſenſu comprehendātur, ideò inquantum ſe offerunt ſenſui, ſigna ſunt eorum, quæ capiuntur per intellectum, ſcil. cauſarum. In ægris autem corporibus, ad quæ ſæpius vocatur Medicus, hoc clariùs apparet, ná quod prius occurrit notitiæ Medici, vel eſt corporis diſpoſitio, ſicut vulnus aut diſlocatio vel apoſtema, &c. vel accidentia diſpoſitionis, de quibus patiētes maximè conqueruntur, quibus apprehenſis conuenienter inueſtigat eorum cauſas. ¶ Signorū verò

Conſideratio ſignorū apud medicū eſt ſecundum duas rationes.

Extremorum conſideratio præcedit conſiderationem mediæ diſpoſitionis.

Signorum genera multipliciter diſtinguuntur.

Primũ conſideratum circa ſigna eſt ipſa materia.

genera multipliciter diſtinguuntur à Medico, ſecundũ diuerſa, q̃ circa ſigna cõſiderat: interdũ.n. attẽditur circa ipſa materia, hoc eſt, id, quod eſt ſignũ, & ſecundũ hoc dicitur, quòd ſignorũ q̃dam ſunt res naturales, quædam non naturales, quædam contra naturam. Omnes enim res habentes ordinem ad aliquid, poſſunt eſſe ſignum illius, licet quædam, vt cauſæ, quædam verò vt effectus: pluuiæ namque ſignum eſt, non ſolùm corruens inundatio, ſed etiam denſatio nubium: prædictę verò res ordinem habent vtroq; modo ad diſpoſitiones ſanabilis corporis, & iccircò ſexus & habitudo & ætas, &c. aliquo modo ſignificãt ſupra ſanitatem & ægritudinem & neutralitatem: ſimiliter & aer, nutrientia, cõſuetudo, &c. hæc eadem etiam ſignificant cauſas antecedentes morborũ. Inter res verò contra naturam accidẽtia generaliter ſignificant ſupra morbos, & morbi etiam ſupra morbos, velut cauſæ ſupra effectus. Vnde & opilatio pororum cutis, prognoſticat febres maximè in corporibus, in quibus abundant caprinoſi vapores, id eſt acuti & ſimiles fumo capillorum cùm aduruntur. Similiter quoq; febris acuta prognoſticat phrenitim, & ita de aliis.

Secundũ conſideratum circa ſigna eſt ipſum ſignificatum.

¶ Secũdum autem, quod circa ſigna conſideratur, eſt ipſum ſignificatum, & quantum ad hoc, dicitur quòd ſignorum quædam ſunt ſana, quædã ægra, & quædã neutra, licet enim ſignificent interdum cauſam diſpoſitionis immediatę, ſicut rubor apoſtematis ſignificat ſupra ſanguinem, & de ſe non ſignificat ſupra apoſtema, tamen, quia cauſæ ordinem habent ad diſpoſitiones, & ab eis nominãtur ſanæ vel ægræ vel neutrę, ita & ſigna, ſiue diſpoſitiones ipſas ſignificent ſiue cauſas earum, ſiue diſpoſitionum aut cauſarum effectus: ſemper tamen à diſpoſitionibus nominantur.

Tertium conſideratũ circa ſigna ſunt differentia temporis.

¶ Tertiò verò conſiderat Medicus circa ſigna differentias temporis, ad quas retorquetur eorum ſignificatum, & ideò dicit, quòd ſignorum quædam ſunt demõſtratiua, ſcil. quorum ſignificatum eſt præſens in tempore, ſicut præſentem ægritudinem cordis ſyncope oſtendit, & præſentẽ aurium ſurditas, & præſentem caliditatem cordis velocitas & frequentia pulſus. Quędam verò prognoſtica, ſcil. quorum ſignificatum adhuc eſt futurum, ſicut vniuerſalis confractio membrorũ, abſq; cauſa manifeſta, vel rigor aut horripilatio futurã febrẽ prænuntiat, apoplexia verò maior futuram mortem, oſsis deperditio cõcauitatem futuram in cicatrice. Quædam verò dicuntur rememoratiua, ſcil. quorum ſignificatum præteriit, ſicut cicatrix ſignificat præceſsiſſe cõtinuitatis ſolutionem, & concauitas cicatricis oſtendit membri ſubſtantiam fuiſſe deperditam. Iſtorum autem trium generum neceſsitas patet ex iuuamento, quod faciunt ad finẽ vel in opere medicinæ: cuius enim conſideratio nullo modo prodeſt ad finem artis, extra limites cadit omni modo. Cùm igitur opera particularia medicinæ ſemper habeant immediatum aſpectum ad præſentem diſpoſitionẽ, ad quam conſeruãdam vel pellendam ordinantur, patet eſſentialem atq; principalem partem medicinæ eſſe ſcientiam demõſtratiuorum ſignorum, quoniam prodeſt ad cognitionem eorum, à quibus operationis regula pendet immediatè, quicquid namq; ſub conſiderationem Medici cadit, prout reſpicit finem artis, aut eſt operis regula, conferens ad plenam cognitionem eorum, à quibus hęc ambo dependent.

Signorũ prognoſticorũ conſideratio eſt neceſſaria.

¶ Signa verò prognoſtica ſunt neceſſaria conſiderationi Medici, partim ratione ipſius, partim verò ratione artis. Et primo quidem modo non pertinet ad integritatem artis eorũm conſideratio, quoniam non ordinatur ad finem eius, ſed ſolùm ad extrinſecum bonum operantis, ſcil. ad præſeruationem eius, à ſuſpicione nocendi: ſi futuræ namq; determinationis vel periculi cauſas præuidens reuelauerit, excuſabitur ab errore. Secundo verò modo ipſorum conſideratio eſt arti eſſentialis, quoniam cõferens eſt ad debitã finis acquiſitionem. Vno quidem modo ex parte regendi ægrum corpus, nam cùm ſine illius obedientia peruenire non poſsit operatio medicinalis ad finem, excitãda eſt in eo confidentia de Medico, quæ ad obedientiã inclinat: In habentibus autẽ vſum rationis confidentiam generat prognoſticatio futurorũ, & vniuerſaliter occultorũ reuelatio, quoniã fidem facit de peritia operantis. Alio verò modo ſigna prognoſtica cõferunt ad finem ex parte regentis pro tanto, quia futura immutatio ſanabilis corporis, quã prænunciat, regulat ipſum ad opus dupliciter. Primò, quantum ad præſens in parte, ſcil. ad diætam, vt patet ex præcognitione ſtatus morbi, vel eius durationis. Secundò verò regulat ipſum ad præparandum inſtrumẽta medicationis, aut conſeruationis tẽpore futuro: nam per hoc indigentiæ corporis promtiùs ſubuenitur, præcognito namq;, quòd criſis futura ſit ꝑ apoſtemata membri emunctorialis, conuenienter præparat attractiua, diſſolutiua vel maturatiua, & ſimiliter in aliis. Vnde licet neceſsitas prognoſticorum nõ ſit principalis, ſicut & demonſtratiuorum, magna tamẽ eſt ſicut illa & ea parte, qua per ſe regulant, in opus de integritate ſunt artis, & ꝑ cõſequens neceſſaria, propter quod de ipſis ſpecialis eſt conſideratio, vel tractatus in ſcientia medicinæ, ſicut & demonſtratiuorum.

Signorum rememoratiuorum conſideratio eſt vtilis.

Rememoratiuorum verò nequaquã, quoniam per ſe nullam faciũt in opus directionem, ſed mediantibus demõſtratiuis aut prognoſticis. Ad præterita enim nulla operatio dirigitur, nec per eorum recordationem præſens ad futura operatio regulatur, ſed quia ipſorum rememoratio prodeſt ad finẽ, ſicut occultorum reuelatio: ideo fit mẽtio de ipſis in medicina, generat enim confidentiam. Si enim Medicus viſis cõtentis ſpermaticis in vrna reuelauerit ei, quod coiuerit aut pollutionẽ habuerit, manifeſtior erit eius peritia. Iterum autem, quia de præteritis in cognitionẽ præſentium pleniùs ducimur, vtilis eſt rememoratiuorum cõſideratio, vbi de præteritis iudicio patientis vel aſsiſtentium nõ poteſt haberi certitudo, quod rariſsimè cõtingit. Iacẽte namq; apoplectico, pleniùs certificatur Medicus de menſura debilitatis cerebri. Si rememoretur patientem fuiſſe grauiter vulneratum in capite, quod per cõcauam cicatricem innuitur, ſed quia præſens diſpoſitio ſufficienter cognoſcitur ſuis accidẽtibus, & oſtendit etiam quid agendum ſit, quia valdè modicum cõferens eſt id, quod addit rememoratiuũ ſignum: propterea modicæ vtilitatis eſt eius cõſideratio.

Signa demonſtratiua prius conſideranda ſunt.

¶ Aliorum autem duorum generum demonſtratiua prius conſiderãda ſunt,

ſunt,nam ad præſentem diſpoſitionem corporis A priùs & immediatiùs ordinantur opera medicinæ,quàm ad futura. ¶ Demonſtratiuorum autẽ priùs conſideranda ſunt ea,quę ſanitatẽ demonſtrant,cùm ad ipſam principaliter ordinentur cõſiderationes medicinales,dupliciter attẽduntur, primò quidem,quantùm ad ea,per quæ demonſtrãt,ſecundo verò quantũ ad demonſtratũ. Quoniã igitur demonſtrare ſanitatem nihil aliud eſt, quàm præſentẽ oſtendere,neceſſe eſt,vt ſumãtur ab illis,quæ inhærẽt corpori ſano: hæc in genere B duo ſunt:nã quædã inhęrent eſſentialiter corpori ſano,qualia ſunt ea,quæ ponuntur in diffinitione ipſius,ſicut complexio & compoſitio. Vnde quotieſcunque ſanitas præſens membri vel corporis cognoſcitur per conſiderationem iſtorum, ſcilicet qualitatum complexionalium,quæ ad tẽperamentum concurrunt,formę,quantitatis,numeri ac poſitionis,ex quibus corporis coæqualitas prouenit modo aliquo, ſemper cognitio fit p ſubſtantialiter inhærentia dicto corpori:nam diffinitio ipſi⁹ integratur ex iſtis,cùm dicitur, quòd C corpus ſanum eſt,quod in complexione eſt temperatũ,& in compoſitione eſt coęquale: Quędã verò inhærent corpori ſano,non ſicut partes definitionis, ſed ſicut effectus conſequentes ad ipſa definientia Horum autem quędam neceſſariò cõſequuntur,ſicut ad temperamentum complexionis neceſſariò ſequitur mediocritas: in duritie & mollicie muſculorum,& in multitudine & paucitate pilorum,& in colore. Vnde quotieſcunque à D duritie & mollicie carnis ſignum pręſentis ſanitatis accipitur, vel à diuerſitate pilorum nõ ſolùm in multitudine, quam vocat Medicus aſperitatẽ, vel paucitate,quam nominat lenitatem, ſed etiã in figura,origine & colore ipſorum aut cutis,ſemper à neceſſarijs conſequentibus dicitur accipi. Similiter ad coæqualitatem in his,quæ componi debent, ſequitur neceſſariò conformitas membrorum adinuicem, quæ à quibuſdam coęqualitas dicitur, & iterum ſequitur pulcritudo, quæ E eſt decentia placens aſpectui, ex conuenienti forma totius organi atque corporis. Signum igitur acceptum ex decẽti forma compoſitionis,aut indecenti,accipitur ab eo, quod neceſſariò ſequitur cõpoſitionẽ. Si verò cõſideretur decentia,vel pulcritudo, non ſolùm ea, quæ à conformitate ſurgit proportionatę compoſitionis, ſed etiã illa, quæ prouenit ſimul tam ex hoc, quàm & ex colore & pilis, tunc talis pulcritudo communis erit complexioni & cõpoſitioni,& erit neceſſariò conſequẽs ad ambo definientia. Nec miretur aliquis, F quòd coęqualitas interdum dicitur eſſe definiẽs, interdum verò neceſſariò conſequens: nam prout importat reſpectum formæ,quantitatis,numeri ac poſitionis, ſic eſt definiens: prout autem importat reſpectum adinuicem partium, quibus iſta conueniunt,eſt neceſſariò conſequens: Eſt enim in organico membro prius conſiderare, quòd partes eius habeant illa quatuor conueniẽter in ſe ipſis,ex hoc autem vlterius prouenit conformitas ipſarum adinuicem: Sunt etiam quædã G alia, quæ ſequuntur ad prædicta definientia non neceſſariò,ſed contingenter, ſcilicet qualitates operationum: nam ad temperamentum complexionis in ſimilibus ſequitur perfectio vel bonitas

Corpus ſanum quid ſit.

A operationis ipſorum, & ſimiliter à coæqualitate organicorum in membris organicis. Hoc autem tertium genus inhærentiũ corpori vocatur à medicis obſolutè accidens,ad inſinuandum differẽtiam inter operationem & effectus neceſſariò cõſequentes:nam iſti ſemper cõcomitantur corpus ſanum,& nunquam ſeparantur ab eo, ſed operatio adeſt & abeſt,quia de ratione corporis ſani nõ eſt,vt operetur,ſed vt ſit aptum operari perfectè: hinc eſt etiam,quòd operatio in genere à quibuſ- B dam caſus appellatur ad inſinuandum,quòd operatio ſani corporis non eſt inſeparabilis vel ſeparabilis, ſed poteſt fieri ac ceſſare ſecundũ tempora incerta,ſicut ea quæ caſualiter fiunt. ¶ Ex prædictis ergo iã patet,quòd ſigna,quę demonſtrant ſanitatem,ſemper à naturalibus rebus accipiuntur,vtpote à membris,per quæ compoſitio intelligitur,& à cõplexione & ab operatione, per quã etiam virtus dignoſcitur,ita tamen,quòd per operationem intelligatur non actus operandi ſed eti- C am operatum, & ſic in genere naturalium rerum 4. ſecundum genus,ſunt ſigna ſanitatis demonſtratiua,ſcilicet complexio,compoſitio,operationes,& operata, licet autẽ ſani formaliter ſit compoſitio vel complexio, nihilominus iſta duo conuenienter poſſunt eſſe ſigna ſanitatis:nam ſecundum aliud & aliud ſunt ſignum & ſignatũ: Sunt .n. ſanitas vel alia diſpoſitio ſecundũ eſſe,quod habent in ea parte corporis,quæ ſubijcitur ſenſui iudicãtis: ſigna autẽ ſunt reſpectu earum partium, D quas ſenſus non apprehendit:nam tẽperies,quã ſenſus apprehendit in ſuperficie muſculorũ intrinſecam oſtendit eſſe temperiem: Si verò ſigna demonſtratiua conſiderentur non ex parte illorũ per quæ demonſtrant, ſed ex parte demonſtrati,ſcilicet ſanitatis,duo ſunt eorum tantùm genera,nam vel demonſtrant ſanitatem perfectã ſecũdum iudicium recti ſenſus, à quo etiam corp⁹ dicitur perfectè ſanum vel optimæ compoſitionis, & à quibuſdam etiam nominatur corp⁹ in melio- E ri forma: aut ſanitatem lapſam vel imperfectam, à qua ſimiliter corpus dicitur ſanũ lapſum. ¶ Signa igitur corporis perfectè ſani ſunt naturalia perfecta,quæ ſenſib. apparent,ita quòd nõ poteſt eſſe corpus perfectè ſanum,niſi omnia, quæ naturaliter inſunt ei,perfecta ſint: Perfecta igitur compoſitio apparẽs in vnoquoque organorum, quæ vocatur à quibuſdam coæqualitas & temperamẽtum in qualitatibus complexionalibus, ſecundũ quod exigit eſſentialis proportio membri cuiuſli- F bet,inquantum eſt cõſimile, ſimiliter decentia & pulcritudo formæ, quæ concomitatur compoſitionem perfectam, & formoſitas dicitur à quibuſdam,& mediocritas in mollicie, diuritie, ac multitudine,paucitate pilorum, & in colore ipſorũ, & etiam cutis, quæ concomitatur temperamentum cõplexionis,& perfectio omniũ operationũ, quæ debetur membris,inquantũ organica, quæ à quibuſdam vocatur vigoroſitas,vt rubor & perfectio:ſimiliter eorũ,quæ debentur eis,inquantũ G conſimilia demonſtrant corpus eſſe perfectè ſanum. Et ideò regula eſt apud Medicũ, quòd omne corpus humanũ eſt temperatũ, aut in meliori forma,cuius complexio,compoſitio & operationes ad operata perfectè ſe habent. Perfecta verò dicuntur,quando ætati & ſexui conueniunt me-

Signa ſanitatẽ demonſtrantia ſemper à reb. naturalibus accipiuntur.

Signa corporis perfectè ſani.

liori modo, quo species humana requirit, quantũ A ad iudiciũ sensus. De omnibus.n.his Medicus ab solutè dicitur sensu dijudicare, quia quantumcũ que iudicet de occultis & imperceptibilib. sensu per rationem, sicut de dispositione membrorum interiorum, tamen nunquam ratiocinatur aut iu dicat, nisi per ea, quę sensui offerũtur: & ideò Medicus in iudicando de dispositione sanabilis corporis dicitur, non transcendere sensum, quia non iudicat ipsum sanum aut lapsum per ea, quæ sola imaginatione vel intellectu de ipso percipiuntur, B sed per ea, quæ sensu percipiuntur, & iuxta intellectũ dicitur sapiẽter, quòd speculatio medicinalis nõ pertransit, id est, non valdè transit sensum, quia licet transeat, siue procedat vltra sensum ad aliqua sensui occulta, non tamen persistit in illis, nisi prout dependẽt à sensu perceptis: & hoc est non transcendere sensum vel pertransire. Duob. aũt præcipuè sensib. vtitur in isto iudicio, videlicet tactu & visu: tactu quidẽ de complexione iudicat corporis, nam cõplexio viuentis, cũ sit qua- C litas actualis, quæ propriũ est tactus obiectũ, ab eo solùm percipitur esse actuale ipsius: sed per eã qualitatẽ, quã in superficie tactu percipit, iudicat de qualitate interiorũ: Visu quoq; maximè percipit cõpositionẽ exteriorũ membrorum, per quã innotitiã ex parte ducitur intrinsecorũ. De operationib. verò & operatis percipit veritatẽ non solùm tangendo atq; videndo, sed etiam audiendo, quæ iudicantur & interdum odorando, atque gustando, prout in accedentib. morborum superius D est ostensum. Ex qub. patet, quòd conuenit esse Medicum sensuum perfectorum, & maximè in tactu & visu. ¶ Signa verò, quæ demonstrant corpus sanum lapsum ab optima compositione, sunt ea, quæ deficiunt à perfectione omnium vel alicuius prædictorum, de quib. sciendum est quòd secundũ quod plus & minus deficiunt à pefectione illorum, secũdum hoc maiorem vel minorem lapsum significant. Cùm autẽ corpora lapsa, quæ cadunt sub latitudine sanitatis, tria sint, vt patuit E suprà, scilicet parum lapsa, neutra & ægrotatiua, iam patet ex his, quòd signa, quæ demonstrant istorum corporum dispositionem, inquantum sana dicuntur, partim conueniunt, partim verò differunt. Conueniunt.n.in materia, nam eisdem rebus, scilicet naturalib. demonstratur cuiusq; illorum corporũ sanitas lapsa, scilicet cõplexione & compositione, & etiã operationib. & operatis. Differunt verò tantùmodo quantũ ad intensionẽ, & remissionẽ, vel maiorẽ & minorẽ distantiã eorũ, à F signis meliorũ formarũ. Cognitis ergo signis vnius prædictorum trium lapsuum, iam erunt nota signa reliquorum: nam eadem sunt intensa vel remissa: quia verò signa corporis ægrotatiui manifestiora sunt signis corporum cæterorum, ideò sapientes specialiter de his tractant: nã per ipsa manifestantur signa corporis neutri, & parum lapsi. Corpus.n.quod talib. signis cognoscitur esse ægrotatiuũ, eisdem remissis cognoscitur esse neutrum, in primo significato, & amplius notabiliter G remissis cognoscitur esse parum lapsum. Eadem quoque, dato, quòd non remittantur, demonstrabunt neutralitatem in secundo significatio, si appareant in vna parte corporis, & non in alia, vel in tertio, si appareãt in vno tẽpore, & non in alio.

Medicus in iudicando non transcendit sensum.

Duob. sensibus præcipuè vtitur medicus in iudicando, tactu.s. & visu.

Signa corporis lapsi ab optima cõpositione.

Corpora lapsa sub latitudine sanitatis tria sunt.

¶ Quia verò corpora, quę labuntur ab optima cõpositione, possunt in vno membro vel in pluribus labi, oportet Medicum in speciali cognoscere signa, quib. demonstrari potest lapsus vniuscuiusque membrorum, & maximè illorũ, quib. notabiliter disponitur totum, vt corde & hepate, vel alicui notabili parti corporis, qualia sunt cerebrum, pulmo, & intestina, atque matrix, renes & musculi subcutanei. Cerebri namque complexio toti capiti manifestè disponit, pulmõis verò pectori vel thoraci, testiculorum autem, matricis & renũ toti regioni, quæ est infra vmbilicum: musculorũ quoque toti superficiei corporis siue cuti, aut quorũ iuuamentum est vniuersale, qualis est stomachus: licet.n.expediat Medico, vt attendat in primis cuiusque particularis membri complexionem & cõpositionem, ad cognoscendam legẽ perfectionis, aut lapsus in toto, attamen in prædictis oportet ipsum studiosiùs vigilare: nã in proportione, vel respectu mutuo principaliũ, vt pulmonis, stomachi, intestinorum, splenis, renum, vesicę, matricis, & musculorum, totius dispositio perpenditur clariùs. Et ideò, cùm sit alphabetum immediatum, hoc est, primum considerabile, membrorũ cõplexionem & compositionem attẽdere, maximè debet in his incumbere, & principaliter in principalibus & musculis atq; stomacho. ¶ Iterum etiam, cũ mensura lapsus non cognoscatur, nisi per quãtitatẽ distantiæ membri, vel corporis lapsi ab optima compositione, nõ poterit Medicus plenè cognoscere mensuram lapsus, quam signa demonstrant, nisi nouerit distantiam eorum, à signis demonstrantibus optimam compositionem membri, cuius lapsus inuestigatur: & ideo necesse est medico, ad rectè iudicandum, vt specialiter figuret priùs in speculo mentis ea signa, quibus optima dispositio cuiuslibet intenti membri demonstratur: Et hinc est, quòd quia rectitudo operationis à perfecta cognitione procedit, (nam Medicus tantum rectè operatur, quãtum rectè cognoscit) propterea notitia lapsæ dispositionis nõ habetur, nisi per comparationem eius ad optimam. Dicitur optima compositio canon directiuus medicinalis cognitionis, & per consequens operis, & nõ solùm est regula dirigens intellectum artificis ad mensurãdum lapsum in sanabili corpore, sed etiã ad mensurandum virtutes in causis salubribus, vt patuit in capitulo de notitia virtutis complexionatorum. ¶ Quoniam igitur membra corporis distinguuntur à Medico per 4. differentias officiorum.s. animata, spiritualia, nutritiua & generatiua, quorum situs ordinem seruat in corpore secundum superius & inferius, ideo quodam ordine signa demonstratiua perfectionis aut lapsus in eis considerat ita, vt prius animatorũ, quia suprema sunt in statura humana, & sensui Medici communiter priùs patẽt, deinde spiritualium, quæ subsequuntur immediatè, tertio nutritiuorum, & quarto generatiuorum, quæ in parte inferiori clibani collocantur, post hoc verò. 5. musculorum dispositio consideretur: Sed in capite proprio visu & tactu recolligit signa demonstratiua, siue prognostica, in membris verò subiectis interdum iudicio alieno .s. quando scrutinium illorũ membrorum erubescentia prohibet fieri, tanquã fidelis & peruigil hostiaria, seu calcula honestatis,

Membra corporis distinguuntur à Medico per quatuor differentias officiorum.

tis, quam illæsam omnibus hominibus conuenit obseruare, præcipuè Medico: nam si postponatur ob eo, mox à cognitione veritatis exorbitat mens ipsius, & in erroris deuium consequenter præcipitatur. Quapropter in huiusmodi casibus Medicorum prudentia diligenter quærit ministros idoneos, sapienter informat, subtiliter interrogat, & subtiliùs examinat iudicata. ¶ Inchoando ergo à cerebro iuxta regulam supra datam suppono, istud esse temperatum, aut perfectè dispositum, cuius complexio, compositio, operationes & operata vigent secundum optimũ modum: lapsum verò, quod in omnib. aut aliquib. istorũ ab optima dispositione declinat, sed quia cerebrũ sensui nõ patet, nequit Medicus de complexione vel compositione ipsius certificari, tangendo ipsum atq; videndo, propterea de his iudicat iudicio illius, cuius corpus considerat ex apparentib. extrà in capite, quod est continens proximum per naturã & ex operationib. & operatis. Similiter quoque procedit in cæteris membris, cuius processus exẽplariter formam tradit in plurib. prædictorũ modorum, Gal. in techni. hîc vero sufficit horum triũ generũ differẽtias explicare in summa. Quod aũt ab eo, cuius corpus est, iudicatur, non est nisi qualitas, quam proprio sensu percipit actualiter, seu innata fuerit, seu proueniens ab alteratione causarum extrinsecarum. ¶ Et ex hac consideratione Medicus dicit, quòd innata complexio mẽbri cognoscitur per alterationes eius, causatas ab his, quæ extrinsecus accidunt. Quę verò exteriùs apparent in regione cuiuslibet membri, velut in capite, vel sunt qualitas complexionalis, quæ tactu percipitur Medici, vel compositio, vt quantitas & figura ipsius capitis, vel etiam pili, quorum generatio prouenit in parte à membris interioribus, prout eorum complexio disponit ad generationem vaporis, qui materia est ipsorum. Color etiam cutis est vnũ de apparentib. extrà, & aliquo modo supra complexionem interiorum significat, inquantum ab eis causari potest, mediantibꝰ humoribus & vaporibus, sed inter signa significãtia supra complexionem cerebri non numeratur: cerebrum enim cùm non sit generatiuum humorum, insensibilem facit impressionem circa colorem cutis in capite. Sunt etiam de apparentibus extrà omnes effluxiones. ¶ Operationes autem interiorum membrorum, quibus eorum imperfectio vel lapsus perpenditur, aut sunt principales, aut secundariæ, principalis autem operatio vniuscuiusque membri organici dicitur illa, quæ propriè propria est ipsius, sicut desiderium cibi & potus proprijssimè conuenit ori stomachi, chymum generare proprijssimum stomacho, & chylum generare, proprijssimum est hepati, quod generat sanguinem & reliquos chymos: choleram verò rubrã sequestrare à sanguine, proprijssimũ cisti fellis, nigram verò, proprijssimum spleni. Simili modo proprijssimũ cerebro est, exercere opera interioris cognitionis, quæ communiter designantur per opus intelligendi, & vniuersaliter principales operationes in quolibet membro dicuntur illæ, quarum ipsum est immediatum principium, & hoc modo somnus & vigilia dicuntur propriè operationes ipsius cerebri. ¶ Omnes verò aliæ ab his dicuntur secundariæ, quarum aliquæ sunt communes omnibus, vt quatuor naturales, quibus perficitur in vnoquoq; nutritio: aliquæ verò pluribus, vt sensus & voluntarius motus. Hîc tamen est aduertendum, quòd operationes occultorum membrorum Medicus maximè cõtemplatur, vel in exeuntib. à corpore, vel in apparentib. extra ipsum, sicut motum cordis in motu exteriorum arteriarum, & digestionem hepatis in colore. Idem verò est de operatis, nam eorũ aliqua sunt qualitates corporis, vt color & habitudo: quædam verò superfluitas insita, vt pili & vngues: quædam verò superfluitas effluens, vt à corpore exeuntia. ¶ Quandò igitur Medicus recolligit omnia genera signorum proxima, quib. cognoscitur perfectio, vel lapsus corporis, dicit, quòd sunt ex parte compositionis forma, quantitas, numerus & positio, ex quorum consideratione datur regula generalis, quòd omne membrũ organicum, in his quatuor debitum modum seruans, est perfectè sanum, vt est organicum: si verò in aliquo istorum quatuor à mediocritate recedit, vt est in seipso sic indecens, vel alijs disproportionetur lapsum est à sanitate perfecta, & per consequens, corpus, pars cuius existit.

Cõplexio innata mẽbri quomodo cognoscitur.

Operatio principalis vniuscuiusq; mẽbri quæ sit.

Operatiões secundaria mẽbri cuiuscũq; quæ sint.

Signa ex parte compositionis.

De Signis membrorum complexionalium, Cap. XCIIII.



EX PARTE verò complexionis dicit, quòd sunt nouem genera signorum: Primum scilicet qualitates tãgibiles, de quo talis est regula, quòd omnemembrum, aut corpus, quod reperitur in qualitate aliqua, non excedere, cùm tangitur in aere temperato, & à sano tangente, proculdubio est in complexione perfectè sanum. Si verò tactu reperiatur ad qualitatem aliquam declinare in continente mediocri, lapsum est à sanitate perfecta, per qualitatem, ad quam declinat: ita quòd manifestè calidum lapsum in caliditate: manifestè verò frigidum, in frigiditate, &c. Similiter etiam de secundis: nam manifestè durum aut asperum, ad siccitatẽ, molle verò & lene, ad humiditatem: proxima .n. per se causa duritiei, & asperitatis est siccitas, molliciei verò & lenitatis humiditas. Aliæ verò qualitates possunt esse causa per accidens & remotè: frigus .n. congelans humiditates, & contrahens vel corrugans membra, duritiem introducit & asperitatem, ne dum in temperatis, sed etiam in humidis, vt semper contingit in frigoribus hyemis. Calor etiam dissoluens humiditates & sudare faciens, nedum temperata, sed etiam corpora dura, & aspera lenia sæpe reddit in superficie: lenia verò arefaciendo exasperat & indurat, vt patet in his, quę præter solitum exponuntur Soli, æstiuis feruoribus. Et ideo ad certitudinem significationis dictum est, vt referãtur ad continens temperatum, per quod datur intelligi circumscriptio cunctorum immutantiũ corpus, vt aqua, epithemata & vnguenta: Frequens vsus enim balnei & maximè temperatę aquæ vel epithematum & vnguentorum, lenitatem in cute causant, atque molliciem, & ideo lenitas eius et mollicies non significant supra humiditatem innatam, nisi circumscriptis exterioribus alterantibus. Hoc autem maximè obseruandum est, quãdocunque per dispositionem cutis aut musculo-

Primũ genus signorum complexionis.

rum arguitur supra dispositionem totius: Non solùm autem humiditas & siccitas totius perpenduntur ex dispositione cutis & musculorum, sed etiam vnguium: nam vngues lenes & molles humiditati attestantur, vt in pueris & mulierib. qui verò asperi sunt, aut duri, siue scabiosi aut corticales siccitatem significãt, & maximè cordis aut hepatis, nisi talis dispositio per accidens causetur, sicut à causis exterioribus, vt contingit præparatoribus coriorum, & artificibus tractantibus calcẽ & styptica, quib. accidit sicut equis habẽtib. naturaliter molles & maximè tenues vngulas ex diuturno & forti motu calescũt & arefiunt, quoniam ab eis de facili humidum exhalat, & ideo per frusta & cortices diuiduntur celeriter, cuius oppositum est in solidis vngulis, ac naturaliter duris: sic & homines molliores habentes vngues, si tractauerint supradicta, citius in eis fissuras, & scabiositates acquirunt.

Vngues etiam significant super complexionem.

SECVNDVM genus signorum complexionis est visibilis, qualitas scilicet color cutis, dum tamen à causis exteriorib. non procedat, vt ab excellentia qualitatum aeris, vel reb. tingentib⁹. ¶ De tali ergò colore sciẽdum est, quòd ideo significat supra complexionem corporis, quoniam humorib. in corpore dominantib. attestatur, de quo datur regula, quòd simplices colores suprà simplicitatem humorũ significant, misti verò supra mistionem ipsorum, & ideò si fuerit ex rubro & albo cõmistus, vt roseus, temperamentũ significat tam in humoribus, quàm in complexione, quoniã temperamẽto sanguinis attestatur & in quantitate & qualitate. ¶ Rubeus verò purus, sanguinem purum abundare significat, & per cõsequẽs calidam & humidam esse complexionem. ¶ Si verò fuerit rubicundus aliquis, eundem choleram rubeam participare significat, & ideo calidiorem & minus humidam complexionem. ¶ Fusca verò rubedo & naturalis ostendit sanguinẽ aliquid de cholera nigra manifestè participare, proinde minus calidam & minus humid. complexionem. ¶ Albedo verò pura dominiũ ostendit phlegmatis naturalis, & ideo frigidam & humid. complexionem: si verò participet aliquid rufedinis, vt ebur phlegmatis, & choleræ mistionem ostendit. ¶ Si verò ad fuscedinem vergat, vt stannum phlegmatis & melancholiæ. Nigredo autem pura ostendit dominari melancholiam, & ideò frigiditatem, siccitatem, & secũdum quòd alijs miscetur, variatur eius significatio.

Secundum genus signorum qualitas visibilis.

TERTIVM genus signorum complexionis est habitudo, quæ cõmuniter tactu percipitur, atque visu, cuius significationes patent ex capitulo de habitudine suprà, tamen est hîc vlterius aduertẽdum, scilicet quòd carnositas, quę sempet attestatur calidæ complexioni & humidæ, atque pinguedo, quæ frigidæ semper & hum. quandoq; ab innata, quandoq; à superuenienti complexione proueniunt, quod ab alijs distinguitur signis: nã accidentalis carnositas, quæ bonitate regiminis procuratur in corporibus naturaliter frigidis, cũ strictura venarum existit, & paruitate: in calidis autem & siccis cum duricie manifesta venarum, arteriarum atq; chordarum. Similes quoq; circũstantiæ comitantur accidentalem pinguedinem & amplius etiam: nam hi quibus pinguedo prouenit ab innata complexione, nec fame torquentur nec syncopi dissoluuntur, quia venarum capacitas dissolutioni proportionatur: si verò fuerit accidentalis & immoderata pinguedo coangustatis venis plus à substantia membrorum resoluitur, quàm restituere possint venæ, propterea taliter dispositi crebrò famescunt, & etiam syncopizant, nisi subtilibus alimentis refocillentur: & maximè vino. Frequentiùs tamen pinguedo accidẽtalis, quàm carnositas euenit: nam facilius est innatam hebetare caliditatem, quàm eam, si remissa fuerit, intendere vel augere, secundum quod exigit perfecti sanguinis generatio, à quo multiplicatur caro rubea, quæ substantiam musculorum in parte constituit.

Tertium, habitudo.

Facilius est innatam hebetare caliditatẽ, quàm ipsam augere.

QVARTVM genus signorum complexionis à pilis accipitur, in quibus tria considerantur, scilicet tempus originis & permanentię, numerus & qualitas ¶ Tempus quidem originis, nam festin⁹ ortus ipsorum significat dominari caliditatem in partib. in quib. nascuntur, & cum hoc etiam aliqualiter siccitatem, quia pilus non generatur, nisi ex sicco vapore, quamobrem non habent pueri pilos alibi, quàm in capite, nã cęterę partes, in quibus oriri solent, carnosæ sunt: naturalis autẽ cranei siccitas vapores aptos generationi pilorũ sufficit generare de proprio alimento: inter cutẽ verò, & craneum paucissimi sunt, & tenues musculi. Ex his ergò patet, quòd tempestiua pilorũ natiuitas vel significat calorem dominantem cũ moderata siccitate, vel econuerso. Tardus autem ortus pilorum frigiditatem significat dominari, vel humiditatem. ¶ Tempus verò permanentiæ solũ in capillis consideratur, quorũ diuturnitas abundare significat humiditatem naturalem in capite vel in cerebro, ꝓpterea mulieres vel nunq̃, vel tardè caluescunt: festina verò caluicies prorã capitis fatetur innatæ humiditatis pati defectũ, vel naturaliter vel accidẽtaliter, vt in coeuntib⁹, ꝓpter qđ asserit Hipp. non caluescere pueros, quia non coeunt. ¶ In numero pilorum attenditur multitudo & paucitas, multitudo verò testatur dominium caliditatis, & humiditatis, paucitas verò frigiditatis excessum aut cum calore temperato superabũdantem humiditatem. ¶ Qualitas pilorum est duplex, color atque figura. Inter colores autem nigredo, si naturalis fuerit, dominium ostendit caliditatis: albedo verò frigiditatis: Canicies etenim capillorum siue dicatur à phlegmate generari, siue à frigiditate, in idem redit: nam & phlegma frigidum est, & in senibus propter caloris defectum phlegmaticæ superfluitates multiplicantur, quæ circa radices pilorum coarctatæ vapores informant. Vnde sicut segetes albescunt per priuationem humidi tingentis in viride, vel in nigrum: sic & capilli per acquisitionem humiditatis, in albũ tingentis, quod etiam segetibus accidit, quandò diutius exuberantibus aquis, velut in stagno, remolliuntur, & tunc quidem sicut in capillis albedo inchoat à radice: quæ verò causatur ex priuatione humiditatis à summitate capit initium: Medius autem, qui flauus aut aureus est, temperamentum ostendit complexionis: intermedij verò significant illam complexionem, ad cuius extremum maximè declinat, sicut rufus calidam, & subalbidus frigidam. ¶ Ad figuram verò pertinet

Quartũ genus à pilis sumitur.

tinet crispitudo & rectitudo, quarũ prima signi-
ficat caliditatem & siccitatem, & interdum poro
rum obliquitatem: sola tamen obliquitas nõ cau-
sat eos duros & asperos, sed tatummodò curuos,
velut in agnis & ouibus: rectitudo verò testatur
oppositum.

Quintũ genus à compositione mẽbrorum sumitur.

QVINTVM genus signorum accipitur à
compositione membrorum, pręcipuè tamen
ex quantitate, & occultatione, ac eius opposito.
Magnitudo quidem in ramis caliditatem in radi-
ce fatetur, paruitas verò contrariũ, & ideò magni-
tudo venarum caliditatem significat hepatis, ar-
teriarum verò cordis, & neruorum crebri. Sed in
ramis non proximis vel immediatis incerta est si-
gnificatio, quia magnitudo thoracis non signifi-
cat necessariò supra caliditatem cordis: non.n.ab
eo causatur immediatè, sed à spina dorsi, à qua ma
gnæ oriũtur costæ, si magna fuerit, & paruę, si par
ua. Spinæ verò quantitas sequitur quantitatem
nuchæ, nucha verò sequitur crebri quantitatem,
& ideò cum paruitas capitis veram testetur cere-
bri quantitatem, inquiunt sapientes, quòd thora
cis magnitudo cum paruitate capitis constanter
testentur cordis caliditatem. Simile quoque iudi
cium est de magnitudine digitorum, manuũ at-
que brachiorũ, cæterarumque extremitatum: nõ
enim necessariò attestantur caliditati cordis aut
aliorum principiorũ: corde namq; temperato ex-
istẽte, possibile est illa magnificari propter multi
tudinem materiei, sed si congruè formata fuerint
proculdubio magnitudo ipsorum significabit a-
bundantem in corde caliditatem, & copiam san-
guinis manasse ab hepate. ¶ Manifestatio verò &
occultatio testimonia sunt pręcipuè siccitatis &
humiditatis, sicca namque sunt corpora, in quib.
articuli digitorum & vniuersæ iuncturæ non so-
lũ tactui, sed visui se manifestant. Idẽ quoq; de ve
nis & arterijs, neruis & chordis & ossib. in quib.
enim hęc nuda sunt, & exteriùs prominẽt sola cu
te velata, vt in quib. eminent spinę dorsi, vel colli,
aut epiglottis aut nasi carina, aut aurium cartila-
go, siccitatem in corpore testantur, pręcipuè si ru
gosa fuerit cutis & aspera. Horum autem opposi-
ta significant humiditatem.

Sextum à passibilitate mẽbrorum sumitur.

SEXTVM genus passibilitas est membrorum,
quæ partim supra complexionem, partim supra
compositionem significat de quo datur regula ge
neralis, quòd omne corpus vel membrum reci-
pit impressionem ei⁹ qualitatis, quæ dominatur
in sua complexione, citiùs, quá oppositæ: ꝓpter-
ea membrum vel corpora calida citiùs calefiunt
à quolibet califaciẽte, quàm frigida, similiter quo
que frigida citiùs ab infrigidantibus frigefient, &
sic de alijs. Huius autem ratio est, quoniam inter
ea, quæ magis conueniunt, minor est resistentia,
& per cõsequens, facilior impressio alterius in al-
terum, intelligendo tamen per impressionem cõ-
municationẽ, quá Philosophus vocauit transitũ,
quando dixit, quòd in habentib. symbolum, hoc
est, conuenientiam, facilior est transitus .i. cõmu-
nicatio formæ, per quam fit alteratio vel genera-
tio: citiùs n.aeri, quàm aquæ cõmunicat ignis ca
liditatẽ, & per consequẽs igneitatẽ, & aer citiùs re
cipit caliditatẽ eius, & citiùs per consequẽs trans
it in ignẽ: Si verò ꝑ impressionẽ intelligatur pas-
sio, ꝑ alterationẽ facta, tũc citiùs imprimit quod
opponitur complexioni: nam omnis passio fit à
contrario vel dissimili, quæ passio in sanabili cor
pore manifestatur per sensum & læsionẽ: omne
namq; membrũ, innata complexione dispositũ,
sentit celeriùs caliditatẽ oppositá suæ cõplexio-
ni, quàm similem, & ab ea, si superauerit, citiùs læ
ditur: qñ verò nõ superat, sed æquat, tunc tardi⁹
lædit oppositá, q̃ sibi similem: nam opposita tardi
us à medio elõgatur. Quæ cõsideratio tàm nodo
sa quibusdá physicis speculatorib. visa fuit, quòd
absque diminutione vel incõueniẽti nodos eius
explicare nõ potuerũt, & ideò, ne vacillet intelle-
ctus circa apprehensionẽ veritatis istorũ, à funda
mento considerationis est inchoandum .s. à com
paratione complexionis ad qualitates cõplexio-
nales. ¶ Recolendũ est igitur, quòd cõplexio, vt
complexio, qualitas est cõposita ex oppositis qua
litatib. & ideo neutri oppositorũ propriè contra-
riatur, cũ cõtraria maximè à se distent, sed extre-
mę qualitates propriè contrariantur. Cùm autẽ
dicitur, quòd medium respectu extremorũ habet
rationẽ contrarij, hoc non dicitur secundũ ratio-
nẽ cõtrarij simpliciter, sed secundũ quid. s. inquá
tum participat qualitatẽ contrariá cuiuslibet ex-
tremorũ, sed cũ ꝓpriè cõparatur ad extrema dici
tur ei simile, vel dissimile: simile quidẽ dicitur il-
li, de qua plus participat, alij verò dissimile. Com
plexio verò vt est innata perficit operationes vi-
tæ sub latitudine cõuenienti naturæ. Poterit igi-
tur ex his duob. perpendi, leuiter immutare com
plexionis effectus: nam si membrum alteretur ab
eo, quod est cõplexioni suæ dissimile per aliquá
qualitatẽ, constat, quòd citiùs immutabitur sen-
sus eius, & ideò insueta citiùs mouent sensum, q̃
assueta, diu verò cõsueta minimè, sicut patet in e-
thica: illa.n. dissimilia sunt, hæc verò similia, sicut
declaratũ est in capitulo de cõsuetudine. Lęsio ve
rò, quæ ab alteratione prouenit, præcipuè mani-
festatur in opere, quæ inq̃, non sequitur alteratio
nẽ cõplexionis, vt est cõplexio, sed vt innata vel
naturalis. Secundum.n. quòd cõtingit diuersimo
dè naturalẽ cõplexionẽ mutari, sic diuersa fit in
operib. immutatio: si .n. innata cõplexio sic mute
tur ab opposita vel dissimili, quòd per eam redu-
catur ad temperamentũ vel appropinquet, tunc
per alterationẽ non lęditur operatio, sed meliora
tur. Ex qua cõsideratione legimus Hippo. dixisse,
quòd naturarũ quædá in hyeme, quædam verò
in ęstate bene vel malè degunt: omnis.n. lapsa cõ
plexio bene degit in continente qualitatis oppo
sitæ, dummodo qualitas opposita non intantum
excedat, omninò vincat innatam cõplexionẽ, &
in oppositam flectat, nam tunc læderetur opera-
tio manifestè. At verò cùm qualitas continentis
vel cuiuslibet alterantis est similis cõplexioni mẽ
bri vel corporis similitudine graduali, quod vide-
licet non excedit eá qualitatẽ, quæ dominatur in
cõplexione, tunc proculdubio nec sensum immu
tat, nec causat in opere læsionẽ: talis.n. similitudo
pro certo complexionato contemperatur, & ab
eo, quod est omninò simile, nulla fit alteratio, nec
passio, cõsequenter verò fuerit tantùm similis in
qualitate, non in gradu, ita. s. vt qualitas alteran-
tis intensior sit, quàm ea, quæ dominatur in com
plexionato, iam secundum rei veritatẽ est illi dis-
similis: nam inquátum illa est naturalis determi-

Cõplexio quid sit.

Medium quõ conueniat & cõtrarietur extremis.

Cõplexio innata bene degit in continente qualitatis opposita.

natum habet gradum suæ intensionis, in quo fundatur sanitas corporis, licet lapsa, cùm ergò iam elongetur à temperamento per illum gradum, cōstat, quòd magis elongabitur, si vlterius intendatur, & tale alterás, quod est simile tantùm in qualitate, sed cùm intensius, citiùs lædit operationes membri vel corporis, quoniam citiùs perducit ratione similitudinis ad excessum dyscrasiæ, nec tamen ab eo patitur, inquātum est simile, sed inquantum est dissimile. Proinde quidam dixerunt, quòd simile non patitur à simili secundum speciem. i. omninò simili, sed bene patitur à simili secundum genus. Hac etiam consideratione sapientes Medici regulati, non debent absolutè in cōseruatione sanitatis lapsę conferre similia, sed moderato vsu. ¶ Ex his ergò iam patet, quòd cum dicitur, corpora calida melius frigora tolerare, quā corpora frigida, & corpora frigida minus pati à frigore, quàm corpora calida, nullum inconueniens implicatur, nam vtrumq; est verum diuersis respectibus: calida namq; complexio ideo frigiditatem melius tolerat, quia minus à frigore læditur corpus calidum, non tamen minus sentit impressionem. Frigida verò corpora ideò minus pati dicūtur, quia min⁹ eorū sensus efficitur, ꝓpter similitudinem, sed si exterior frigiditas innatam excedat, proculdubio citius lædit frigidum, q̄ læderet calidum. Propterea licet in regionibus frigidis minus à qualitate cōtinentis afficiātur phlegmatici, mulieres, cæteris tamen senescunt velocius: econtra verò in meridionalibus, vt in terra nigrorū, cholerici & masculi citiùs longè senescunt, veluti anno 30. Similiter quoq; licet stomachus humidus minus molestatur ab humidis, tamen si excesserint, citi⁹ per ea labitur, q̄ per sicca. ¶ Redeuntes ergo dicamus, quod omne corpus, quod citò calefit vel infrigidatur, vel est tale in complexione, vel rarū est seu porosum: nam licet ad multiplicationem qualitatis necessarij non sint pori, tamen eis existentib. in alterabili corpore facili⁹ ad intima peruenit qualitas ingrediēte subiecto, in quo fundatur, vt aere. Tenuitas quoq; circumtegentium membrorum ingressum facilem præbet qualitatib. ad profundum, & ideò concurrentib. istis trib. interiora membra facillimè alterātur ab exteriorib. causis, propter quod habentes cutē porosam, & craneum tenue atq; rarum tueri nequeūt, aut vix cerebrum à qualitatib. aeris, quòd si frigidū fuerit, iugibus rheumatismis affligitur.

Corpora calida melius frigus tolerant quā frigida, et frigida minus patiuntur à frigore, quàm calida, quo ratio.

SEPTIMVM quoque genus signorum ab operatione accipitur, & secundum diuersitatem operationum diuersificātur & signa, licet aliqua sint quibusdam communia, tàm. n. animalibus operationibus, quàm vitalibus est commune, quod velocitas & frequentia significant dominium caliditatis, opposita vero fri. quæ signa si ꝓpris hincinde iungantur complexionem illorum membrorum, veraciter indicabunt. Nam in animalibus agilitas seu promtitudo ad motum, & inquietudo siue mobilitas attestantur caliditati membrorum, quibus motus processiuus completur. s. cerebri & nuchæ & neruorum, præcipuè musculorum, quòd si cum his leuitas affuerit corporis, eorum siccitas iudicatur: pigrities aūt siue torpor et immobilitas atq; grauedo testantur oppositum. ¶ Similiter quoq; sensuum acumen caliditatis est & præcipuè sicc. indicium, tam in ramis, q̄ in radice, quorum oppositum significat hebetudo: nam in omnib. organis sensuum, in quib. abūdat humiditas, apprehensio debiliter viget, acumen aūt & obtusitas interioris cognitionis de complexione cerebri tantummodo præbet notitiam. Acut⁹ verò est, qui facilimè apprehendit & inuenit atque iudicat, qui & perspicax nominatur, cuius cerebrum calidæ complexionis existit, & quanto mobilior in opinionib. & plurib. phantasijs abūdat, tantò calidius habet cerebrum: sed si iudiciū fuerit sincerū, & clarum permanens, siccitatem indicat caliditati coniungi: si verò confusum atq; instabile, vaporosa humiditas concomitatur eam, quę velut in ebriosis caligine sua confundit eam. Obtusus verò tardus est ad prædicta, & opposito modo disponitur, nam frigidū habet cerebrū: humiditas verò & sic. possunt frigiditati coniungi, & diuersos gradus obtusitatis causare: si enim humiditas moderata iungatur ei, non impeditur apprehēsionis facilitas, sed retentio & iudicium: si tamen immoderata fuerit, tunc etiam apprehēsionem somniculositas impedit: siccitas verò nocet apprehensioni, sed confert iudicio atq; retentioni: proinde si contingat, vt cerebri partes complexionibus disponantur oppositis, & secundū oppositum ordinatæ naturę modum, ita scilicet vt pars anterior, quæ apprehensioni maximè cōuenit, fuerit sicca, posterior verò quæ retentioni, sit humida, taliter dispositus obtusissimus erit & ad disciplinam inutilis: quod. n. difficulter acquirit, amittit facillimè: propterea nunquam sapientiales diuitias congregat, nec persuaderi valebit, nisi exemplis & præsentia sensibilium obiectorū. ¶ Spirituales verò actiones pulsus sunt atque anhelitus, quorū magnitudo, velocitas atq; frequentia testantur caliditatem in spiritualibus dominari: opposita verò frigiditatem, & si quidem in anhelitu magnæ fuerint exsufflationes, ac nebulosæ, ita vt quasi notabiliter videātur, sicut in hyeme, multa caliditati humiditas iungitur. In pulsu quoq; mollicies humiditatem testatur arteriarum & cordis, & contrarium siccitatem siue innatam, vt in naturaliter extenuatis, siue accidentalē, vt in hecticis, spasmaticis, congelatis, & apostematis, in velaminib⁹ maximè cerebri & thoracis. ¶ In naturalibus autem actionibus velocitas, aut facilitas, & frequentia non eandem significant cōplexionē: nam diuersis actionibus naturalibus diuersæ respondent complexiones, nec solùm in diuersis generibus, sed etiam in eodē genere actionis, vt est appetitus coitus, nam hic potiùs viget per caliditatem & humiditatem, maximè testiculorum: appetius autem cibi maxime per frigiditatem, & potus per siccitatem. Sed hoc est generaliter obseruandum, quòd velocitas atque frequentia, vel etiam vehementia cuiusq; naturalis actionis, eam qualitatem significant in complexione dominari, per quam actio illa perficitur maximè: verbi gratia, velocitas digestionis, velut in stomacho, caliditati attestatur & moderatę humiditati, fortitudo autem attractionis caliditati & moderatæ siccitati, retentionis autem dominio siccitatis, expulsionis humiditatis dominio.

Septimum ab operatione sumitur.

Sensuum operationes.

Spirituales operationes.

Naturales operationes.

OCTAVVM genus signorum ex passionibus naturalibus cerebri & cordis accipitur: cerebri

Octa. à passionib. naturalibus cord.s et cerebri.

bri quidem, nam vigilia prouenit à dominio sic
citatis,& ideò vigilãtes & parum naturaliter dor
mientes,siccum cerebrum constat habere, humi
dum verò,qui fuerint naturaliter somnolenti. I-
deò verò naturaliter dicitur,quoniam excluden-
dæ sunt semper accidentales causæ:si .n. solicitu
do immoderata,vel ira,vel angustia constituerũt
aliquem vigilem,vel immoderatus potus somni-
culosum,argui non possunt exinde supra innatã
complexionẽ. ¶ Est etiam quædam passio natu-
raliter in somno contingens.s. somnium, ex quo
aliqua signa colligũtur innatæ complexionis, &
primò ex defectu ipsius,quia nullo modo somnia
re,frigidam ostendit & humidam esse potenter ce
rebri complexionem, secundò ex qualitatib. som
niorum,nam vnusquisq; somniat maximè talia,q̃
cõformantur suæ complexioni vel humori præ-
dominanti,sicut alibi declaratur. ¶ Eodem quo-
que modo significant supra complexionem cor-
dis,passiones ipsius:nam lætitia siue gaudium ex
uberans caliditatem & hu.ira caliditatem & sicci
tatem,& secundum maiorem & minorem eius ꝑ
manentiam maiorem vel minorem indicat sicci-
tatem:ferocitas verò significat vtriusq; qualitatis
excessum:tristitia & timor simili modo frigidita-
tem & siccitatem, pusillanimitas quoq; atque in
sensibilitas frigiditatem & humiditatem.

Nonum ab exẽtibus sumitur.

NONVM genus signorum consistit in exeunti
bus à corpore,seu à membris,quæ dupliciter su-
pra complexionem innatam significant, quanti-
tate videlicet,& qualitate:quantitate quidẽ quo-
niam omne membrum naturaliter diminutũ in
effluxionib.humidis actu & potentia est siccæ cõ
plexionis.Effluxiones aũt humidæ actu & poten
tia sunt sanguineæ vel phlegmaticæ vel aquosæ:
sanguineæ verò dicuntur non solùm quæ formã
sanguinis habent vt mẽstrua, sed etiam quæ pro-
ximè generantur ex sanguine,sicut lac & sperma.
Vnde sicut paucitas lactis fatetur siccitatem mã-
millarum,& spermatis testiculorum,similiter mẽ
strua quantitatis exiguæ matricis indicant siccita
tem.Phlegmaticæ verò sunt mucilagines narium
& ideò multitudo ipsarum humiditati cerebri at
testantur.Aquosæ verò lacrymæ & saliua, proin-
de multitudo saliuę stomachũ indicat humidũ,
& oculi lacrymosi consimile cerebrum. Si verò
effluxiones fuerint siccæ in potentia, sicut chole-
rica superfluitas,quæ per aures emittitur, earum
multitudo siccitatem innatæ cõplexionis fatebi-
tur.Ex his aũt iam patet quõ naturales effluxio-
nes qualitatibus suis ostendunt innatam comple
xionem,nam sanguineæ supra caliditatem & hu-
miditatem,& sic de alijs.

De Signis corporum actu ægrorum,
Cap. XCV.



IGNA verò demonstratiua ægritu-
dinis sunt illa,quæ corpus indicant
actu ægrum siue in toto siue in par-
te:sicut.n.in hydrope vniuersalis tu
mor omniũ membrorum ostendit,
quòd totum corpus est actu ęgrum,sic tumor in
naturalis oculi testatur indubitanter oculũ actu
ægrum existere. Vnde quia ægritudo est absolu-
tè dispositio contra naturã,idcirco signa demon-
stratiua ipsius quærenda non sunt in rebus natu-
ralibus,aut nõ naturalib.sed solùm in reb.contra

Signa demonstratiua morbi solum à rebus contra naturam sumuntur.

naturam, vt in effectib. morborum, & in causis
actualib.eorũdem. In morbis verò patentib.sen-
sui,quales sunt morbi membrorũ exteriorum nõ
indiget Medicus perfectorum sensuum cònside-
ratione signorum,quoniam visu vel tactu, vel v-
troq; tàm species morborum,q̃ genera deprehẽ-
dit,vtrum.s.sit compositus,vt apostema, vel sim-
plex.s.vtrũ malitia complexionis vel compositio
nis,aut solutio cõtinuitatis,& q̃ vel qualis. ¶ De
morbis autem interiorum membrorum, quæ vi-
deri nequeunt,vel etiam tangi,non habet notiti-
am,nisi quantum colligere potest,per considera-
tionẽ effectuũ causatorũ à talib.morbis, qui pos-
sunt percipi sensu patientis vel cuiuscunque alte
rius. Tales aũt impressiones vel effectus morbo-
rum sub quatuor rebus contra naturam compre
henduntur, quæ sunt dolor, tumor innaturalis,
læsio operationis,& immutatio exeuntium à cor
pore.Propterea dicitur,quòd genera signorũ de-
monstrantium ægritudines interiorum mẽbro-
rum sunt quatuor. ¶ Vnum sumtum ã dolorib.
nam cùm dolor percipiatur ab ægro,& omnis do
lor causetur immediatè vel à malitia complexio-
nis,vel à solutione continuitatis,vel ab vtroq;,cõ
stat,quòd vbi patiens dixerit,se dolere, ibi est æ-
gritudo alicuius prædictorum generum. Item cũ
ipse patiens apprehendat circumstantias dolo-
ris,aut differentias, poterit aliqualiter iudicari ꝑ
eius confessionem genus & species ægritudinis.

Signa ægritudinum interiorum mẽbrorum sunt quatuor generum.

¶ Aliud est sumtũ à tumorib.nam si mẽbra, quæ
sub diaphragmate sunt,pręcipuè splen,hepar,sto
machus,intestina & matrix,innaturaliter intumẽ
scant,poterit percipi tactu palpantis,in qua parte
sit tumor, & consequenter percipiet illã ægrota-
re,quoniã vbi tumor innaturalis,ibi est ęgritudo.
¶ Aliud est sumtũ à læsione operationis: nã ope-
ratio manifestè læsa,membrum cuius est,indicat
actu ægrum,siue fuerit aptitudo ei cõmunicata ꝑ
aliud mẽbrũ,siue fuerit ei ꝓpria:nã fames innatu
ralis, aut nullum cibum in tempore inanitionis
appetere,pro certo testatur,orificium stomachi a-
ctu ægrum, sic læsio anhelitus, indicat ægrotare
pulmonẽ,aut pectꝰ,vel vtrunq;,lęsio verò pulsus
cor & arterias vel eorũ alterum. ¶ Aliud est sum-
tum ab immutatione contra naturam exeuntiũ
à membris vel à corpore: sicut enim innaturalia
menstrua, vel innaturaliter exeuntia, matricem
indicant actu ægram,sic innaturalis vrina vel in-
naturaliter exiens vrinales meatꝰ, & innaturales
screatus,ægritudinẽ membrorũ spiritualium, &
innaturales effluxiones per palatum, aut nasum,
vel aures aut oculos,cerebrum vel ramos eius in-
firmari testantur. ¶ De specifica verò significa-
tione prædictorum quatuor generum, tractatus
Galeni de interioribus, secundũ nostrã trãslatio
nẽ,& libri eius de pulsib.& de malitia anhelitus,
& vocis,& considerationes eius de accidentibus
morborũ, & vrinæ Isaac,satisfaciunt amatoribus
veritatis. ¶ Qualitas verò corporis exteriùs pa-
tẽs,vt asperitas cutis,vel color ictericorum,& si-
milia, non connumerantur in generibus signorũ
demõstratiuorũ ęgritudinis interiorũ mẽbrorũ:
licet.n.per hæc significetur mala dispositio sple-
nis,vel hepatis,aut venarũ, tñ ꝑ qualitates huius
nihil ꝓpriè demonstratur,nisi mala dispositio cu
tis,aut membri sensui patentis, qualis est oculus,

sed interiorum significant lapsum, tâquam rememoratiuum dispositionis illius, quæ talium qualitatum extitit causa prima.

De Signis prognosticis futurorum morborum, Cap. XCVI.

SIGNA prognostica futurorum euentuum sanabilis corporis, vt est sanabile, considerat Medicus partim priusquã corpus sit actu ægrum, partim verò cũ actu iam infirmatur: illa verò, quæ considerantur ante lapsum in ægritudinem actualem, regulant Medicum ad præseruandum corpus, ne decidat in ægritudinem, quam prænunciant quæque signa. ¶ Sunt autem tot genera signorum prognosticantium futuram ægritudinem, quot sunt genera signorum demonstrantium lapsus præcedētes ægritudinem actualem: nam quicquid demõstrat paruum lapsum, aut neutralitatem, prognosticat futuram ægritudinem, in quam illa disponunt: Et licet prima genera sint res naturales, nõ naturales, & contra naturam, tamen res non naturales prognosticant ægritudines futuras, per modum impressionis causarum efficientiũ, quib. corpus immutatur: naturales verò & contra naturam per modum impressionum iam in corpore factarũ, sed differenter, quia naturales prognosticant ægritudinem tàm per intensionē, quàm per remissionem: nam plus solito appetere, vel minus solito appetere, demonstrat vtique labi corpus, & sic per consequens casum pronũciat in futurum morbum præseruantibus causis. Sed res cõtra naturã, sicut est pruritus, aut grauedo insolita, vel asperitas aut oris amaritudo, & similia, q̃diu remissa vel parua sunt, prognosticant futurã ægritudinem: quando verò intensa vel magna indicant, iam præsentem siue in toto, siue in parte, secundum eorum diuersitatem. ¶ Prognostica verò quæ in actu ægris corporib. attenduntur, duorum notitiam præstant Medico: prima est de consistentia morbi, scilicet de breuitate, vel longitudine: Secunda verò de termino, scilicet vtrum ad bonum vel ad malum terminabitur, & etiam qualiter ad hoc vel ad illud. Vtrunque verò istorum prænoscitur artificiali probabilitate per considerationem rerum naturalium, non naturalium, & contra naturam. Duratio namque morbi cognoscitur esse breuis, aut longa per complexionē, & per compositionem, & per se, & per accidens: per se quidem inquantum immutant corpus ea, quæ sunt in eo: vel immutationi disponunt, per propriam naturam: per accidens verò inquantum significant supra quantitatem materiæ morbi, pro inde calida complexio ægri per se prognosticat breuitatē morbi, præcipuè si fuerit calidus humor: tum, quia vtrinque disponit calor ad resolutionē faciliorem ipsius, tùm quia in corpore calidæ cõplexionis à modica materia citò morb. calidissimus generatur. Morbus .n. qui cum conuenientia particularium nascitur, à pauciori potest materia generari, quàm ille, qui gignitur cum contrarietate ipsorũ: Per accidens verò complexio ægri calida prognosticat longitudinem morbi, si fuerit frigidus, quoniã eius materiã innuit esse multam cùm præsente contrario genuerit eũ. Cõplexio verò frigida per se prognosticat longitudinē, & per accidens breuitatem secundũ rationes contrarias valdè. Siccitas & hu. cõplexionales vtroq; prædictorũ modorũ significant breuitatē aut longitudinē: nam sicca & calida cõplexio ægri per se & per accidens prognosticat longitudinē morbi, & humida per se & per accidens breuitatem: siccitas .n. per se disponit ad tardam resolutionē, & ideo in corpore sicco morb. siccus longitudini se disponit, & similiter humidus, propter multã materiã, quæ præsente siccitate genuit eum, & idem est iudicium de corpore humido, & morbo humido vel sicco. Hoc aũt iudicium se extendit ad omnia naturalia, relata complexioni, vt sunt humores, spiritus, ætas & sexus. ¶ Cõpositio quoq; prognosticat consistentiã, quoniã densitas pororum per se longitudinē, & raritas breuitatē propter causas prædictas. ¶ Operationes naturales nõ minus significant supra breuitatē & longitudinem morbi, nam qui naturaliter habet debilem expulsiuã, diutius ægrotant, & qui fortè breuius. ¶ Per hæc aũt, quæ dicta sunt de naturalib. est facile iudicare de reb. nõ naturalib. & contra naturã, quia quę cunq; disponunt ad facilē resolutionē, vel abscisionē causarũ morbi, vel resolutionē virtutis corporis, breuitatē significant, quę verò ad tardã, cõtrariũ. ¶ Vtilitas verò cognoscendi morbi consistentiã est recta mensuratio refectionis ægri, quãtum ad multũ, paruũ, grossum, subtile vel mediocre secundũ diuersam distãtiã status à principio morbi, & hæc est vna de causis necessitatis, qua Medicus cogitur morbi tempora distinctè cognoscere. s. vt secundum diuersitatē temporũ sciat diuersificare patientis regimen in cibo & potu. Secũda verò causa est, vt rectè sciat diuersificare medicationis opera, iuxta diuersitatem temporum morbi, tàm in temporibus particularibus, quàm vniuersalibus. Tempora quidem vniuersalia morbi dicuntur illa, quibus totius morbi duratio mēsuratur, particularia verò quibus mensuratur duratio paroxismi vnius. Tempora verò, quibus mēsuratur cuiuscunque rei temporalis duratio, sunt hæc quatuor, scilicet principium, augmētum, status, & declinatio. Vnde, quia patiens aliter & aliter in singulis istorum temporũ disponitur, siue in paroxismo, siue in toto morbo, necesse est, vt in eis variet applicabilia secundum quantitatem, qualitatem & modũ applicationis, prout docent considerationes ingenij sanitatis in magna arte, & in regimento acutorum. Hæ igitur causæ superiùs expressæ principaliter cogunt Medicum rectè cognoscere tempora morborum. ¶ Tertia verò ex prædictis annexa vel secundaria, scilicet vt pleniùs consistentiam morbi cognoscat: cùm enim cognoscit morbum esse in statu vel declinatione certus est, quòd eius duratio minor erit, quàm si fuisset in principio vel augmento. ¶ Prædicta verò tempora distinguuntur partim accidētibus morbi, partim verò dispositionibus suę materiæ, nam cùm eius accidentia incipiunt percipi sensibiliter, tunc est principium eius, sed cùm incipiunt augeri terminatur principium, & incipit augmētum, & tandiu durant, quamdiu augētur, quãdiu verò post augmentũ notabile perseuerãt in vno tenore secundũ iudiciũ sensus, tunc status est morbi, cũ aũt post hoc remittuntur, declinat.

¶ Dis-

Signa prognostica futuræ ægritudinis.

Signa prognostica in ægritudine iã facta.

Quæ sit vtilitas cognoscendi cõsistentiã morbi.

Tempora ex parte accidentium.

Tempora ex parte materiæ

¶ Dispositionibus verò materiæ morbi tempora distinguuntur per hæc, quia q̃diu morbi materia nullum habet signũ euidẽs digestionis, morb. est in principio, cùm autem incipiunt apparere signa digestionis incipit augmentum, & tamdiu durat, quãdiu signa digna digestionis nõ sunt perfectę: cum aũt apparẽt signa perfectæ digestionis, tunc in statu est morbus: declinat verò quando succedit perfectæ digestioni expulsio vel diminutio talis materiæ: Has verò differentias medicus leuiter apprehẽdit in morbis multorum dierũ, sed in morbis vniꝰ diei, vel vniꝰ paroxismi rarò potest obseruare, quòd q̃libet apprehendat, quia rarum est, quòd in tota morbi duratione assistat Medicus patienti, & quòd omnia illius exeuntia specuietur.

Terminatio morbi.

¶ Terminus autem morbi gręco vocabulo, κρίσις, hoc est, iudicium nominatur, idcirco quia morbi & naturæ litigium tunc à Medico vel medicinali peritia iudicatur, ferendo sententiã dam nationis in alterum secundum præcognitam dispositionem testium vel signorum. Terminus etiam morbi siue quantum ad qualitatem, hoc est, bonitatẽ & malitiam, siue quantum ad speciẽ terminationis, cognoscitur eisdem generibus signorum, quibus & consistentia, scilicet rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam: tamẽ consideratio istorum respectu consistentiæ, & respectu termini differt in aliquo, quoniam ad habendum notitiam consistentiæ tantummodo cõsiderantur illa simpliciter, quia materia signorum purè consideratur, prout res naturalis, vel non naturalis, vel contra naturam: sed inuestigãdo notitiam termini, considerantur hæc genera, non tantùm simpliciter, sed etiam mistim, scilicet prout duo ex eis concurrunt ad constituendam vnam materiam, vel subiectum signorũ prognosticantium supra qualitatem terminationis.

De Diebus criticis. Cap. XCVII.



ET in hoc articulo, scilicet in consideratione talium signorũ, occurrit Medico quartum genus considerabiliũ medicinalium, quod nec simpliciter erit res naturalis, aut non naturalis, vel contra naturam, sed partim naturalis, partim contra naturam. Qualis res, existunt dies critici, qui partim ab operatione naturæ, partim à motu vel impressione morbi causantur: Licet enim omnes dies, in quibus morbus aliqualiter terminatur dicantur critici, hoc est, iudicatiui à ratione prædicta, tamen aliqui sunt eorum, qui principaliter à natura causantur, tanquam, à prædominã te morbo, nec tamẽ causantur à morbo, nisi sicut à resistente naturæ, & tales verè dies critici, dicũtur ordinarij & principales, quoniã à natura humana, quæ maximè deputata est ordini seruando, principaliter sumunt ortum.

Dies critici ordinarij & principales.

Dicuntur etiã vniuersales, quoniam omnes morbi, quibus conuenit criticari, scilicet qui à malitia complexionis cum materia pręcipuè febrili causantur, possunt in illis diebus terminum laudabilem consequi: alij verò causantur principaliter à dominio morbi & secundariò à resistẽtia naturę, propter quod etiam dicuntur secundarij, quia licet causentur à natura corporis, non tamẽ ab ea principaliter operante, sed secundariò, scilicet prout resistit morbo.

Dies critici secundarij siue intercadẽtes.

A Dicuntur etiam intercadentes, quoniam inter principales cadunt siue contingunt. Iterum nominantur particulares, quoniam non omnibꝰ morbis criticantibus conueniunt, sed solùm illis, qui de tertio in tertium die exacerbantur, quales sunt morbi cholerici, præcipuè qui ex putredine cholerę generantur: nam etsi dies alij cadant in ter illos principales, in quibus aliquando terminatur morbus, non tamen absolutè dicuntur critici, quia non fit in eis terminatio ad bonum, aut est rarissimum.

B ¶ Sunt autem principales quartꝰ & septimus in qualibet hebdomada, & hi causantur à natura operante secundum regulam instinctus sui. Instinctus aute suus est occulta informatio vel innata, quæ regulat ipsam ad imitandum in hebdomadis sui mensis, secundum cursum in situ planetarum, scilicet lunæ tanquam propinquioris elementali naturæ. Vnde sicut luna facit notabiles impressiones in quartis diebus hebdomadarum sui mensis, ita quòd corpora in suscipi-

C endis lunaribus impressionibus aptiora sunt, in illis diebus hebdomadæ lunaris, & notabilius immutantur ab ea: sic & natura corporis humani supra materiam, in qua operatur, notabilius imprimit quartis diebus hebdomadæ suæ, si non fuerit impedita: per hoc aũt nõ attrahitur, quòd natura humani corporis in agendo supra materiam morbi sequatur lunæ cursum, quia tunc oporteret, quòd quarta dies hebdomadę morbi esset, quarta hebdomadę lunaris, & sic de alijs, quod rarissimũ

D est, & in paucissimis cõtingens: sed dicitur immutari cursum eius, quantum ad hoc, quia sicut luna distinguit suas notabiles influentias per quadras hebdomadarũ sui mensis, ita natura humani corporis distinguit suas notabiles impressiones supra materiam morbi per quadras hebdomadarũ suarum, vel sui mensis. Ille enim mensis naturæ operantis supra morbum dicitur proprius ipsiꝰ, & nõ lunę, qui nec idem principiũ habet cum aliquo mense lunari, nec eundem finem, nec sunt v-

E nius mensuræ siue extẽsionis. Per gressum enim regis potest aliquis vasallus eius immutari, sic scilicet quòd in suo itinere faciet diętas quatuor leucarum sicut rex, nec tamen per hoc faciet regis iter, sed aliud multùm ab illo distans, non tamen spatio locorum, sed temporis: similiter in proposito: mensis enim, quo agit natura supra materiam morbi, nullus est mẽsium lunarium, quia nec est mensis peragrationis, quo luna de puncto ad pũctum pertransit zodiacum, nec est mensis appari-

F tionis vel manifestæ visionis, in quo luna potest videri ab intuentibus in sereno, nec tamen adhuc soli propinquat, vt sub radijs eius totaliter occultetur, nec est mensis consecutionis, in quo luna recedens à diametrali coniunctione solis, redit ad similem coniunctionem, in qua solem iterum, vt priùs, consequitur. Nam mensis naturæ prædictus, qui dicitur medicinalis, quia tamen consideratur à Medico, minor est mense consecutionis, quoniam mensis medicinalis non habet nisi 26.

Mensis medicinalis differt à mensibꝰ lunaribus.

G dies integros, mensis autem consecutionis habet 29. & est maior mense peragrationis, quoniã hic habet 27. dies, & octo horas: sed mense apparitionis est minor, quoniam hic nõ habet nisi 26. dies, & duodecim horas: mensis verò medicinalis habet 26. dies integros quod est medietas precisè

totius summæ, quæ prouenit ex additione mẽsis apparitionis ad mensem peragrationis. In quo verisimile apparet, quòd Deus naturæ conditor instituerit corporis humani naturam, vt cursum lunæ debeat imitari, quantum ad illos duos mẽses, quibus in inferioribus perficit suas ordinarias influentias, & sensui manifestas, per se, quantum ad mensem peragrationis, vel per euidentes effectus, quãtum ad mensem apparitionis. ¶ Differt etiam mensis medicinalis ab omni mense lunari non solùm in mẽsura temporis, sed etiam in distinctione suarum hebdomadarum, quia menses lunares habent suas hebdomadas discontinuas, ita quòd nulla earũ alij continuatur, licet duo ex illis, scilicet minores, non habeant hebdomadas integras, sed mensis medicinalis habet duas primas discontinuatas, ita quòd prima terminatur in septima, & secunda incipit ab octaua, & terminantur in quartadecima die: tertia verò sequẽs continuatur cum hac secunda, quia in quartadecima, quæ est terminus secundæ, incipit tertia, & ideò terminatur in 20. quia respectu quartędecimę 20. est 7. quarta verò septimana discontinuatur à tertia, quoniam incipit à 21. & si vltrà protẽtenderetur ægritudo per alias tres hebdomadas, non discordaret in continuitate, & discontinuitate cum prædictis. Vnde, quia dies critici principales redeunt semper ad eundem ordinem in omnibus tribus hebdomadis, quæ, inquam, complentur in 20. diebus maximè, propterea spatium 20. dierum dicitur à Medicis vna periodus, id est, vna circulatio vniuersalis, quæ pro tanto dicitur vniuersalis, quia multas particulares circulationes paroxismorum in interpolatis & exacerbationum in continuis sub se comprehendit. ¶ Quia verò dierum criticorum quorumlibet ordo & differentia nunquam fallunt, sed in suis terminis & viribus permanent immobiliter, sicut in cunctis regionibus autorum experientia confirmauit, nec scrutinium rationis potest quicquam in eis addere, vel mutare, pro tanto super scientia dierũ criticorum, si quærat quis amplius, quã id, quod traditur ab Hippo. in Aphorismis, & Galenus in Pasionario, exulat in curiositatem Philosophorum, & pro certo transgreditur limites medicinę. Sufficit enim Medico, vires dierum criticorũ cognoscere, tàm in secundario, quàm in principalibus, de quarum notitia sola experientia certitudinem præbuit, & per prædictos autores plenè traditur in prælibatis scripturis: Hoc enim est infallibile, quòd inter principales illi, qui præcedunt, sunt iudicatiui respectu sequentium, quia in illis indicatur, quid futurum sit, vel expectandum in sequenti circumscriptis prohibentibus: ita, quòd in qualibet hebdomada quarta est indicatiua septimæ, clariori coniectura vel probabilitate, quàm aliqua alia. Quamuis enim vna septimana posit aliquid indicare de alia, vbi ad aliam morbus protenderetur, tamen non ita clarè indicat, quid in ea futurum sit, quemadmodum quarta præcedẽs immediatè. Similiter intercadentium præcedens immediatè prognosticat aliqualiter, quid futurũ sit in sequenti, vel de bonitate terminationis, aut malitia, vel de specie terminationis, vtpote si per exituram, vel aliquam collectionem apostemalẽ, aut per aliquam euacuationem sensibilem sanguinis, aut vomitus, aut secessus, vrinæ, sudoris, &c. ¶ Cùm igitur morbi terminatio, quantum ad illa duo, præcognoscatur rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam, simpliciter considerratis, aut mistim, vt in criticis diebus est dictum, sciendum est, quòd hæc omnia differenter significant supra qualitatem terminationis, & speciẽ: Nam consideratio dierum criticorum de se nõ significat, nisi supra bonitatem, aut malitiam termini, cætera verò significãt & super hoc & supra speciem terminationis: differunt tamen, quia secundum quod disponũt ad bonum, vel malum, siue efficiunt hoc aut aliud, prognosticãt bonitatẽ aut malitiam termini. Prout verò disponunt ad aliquam speciem terminationis, significant illam futuram magis, quàm aliam, vel plures futuras, si ꝑ signa videatur ad eas disponi, sicut ad vomitum & secessum vel ad hęmorrhagiã, & secessum, &c. Prout autem significant supra bonitatem aut malitiam, dicuntur signa prognostica bona, vel mala. Quæ verò nec hoc, nec illud significant, manifestè nec bona nec mala dicuntur esse. Sunt autem bona, quæcunque vires naturæ significant præualere, & hæc tantò meliora sunt, quantò plꝰ istud significant: Quæ verò significant, quòd vires morbi præualent naturæ, sunt proculdubio mala, quæ in inferiori gradu malitiæ sunt, quando solùm ostendunt vires naturæ diminui, pręvi ribus morbi. Quando verò non solùm diminuuntur, sed manifestè deordinantur seu perturbãtur, tunc proculdubio sunt peiora: Cùm autem omninò auferunt eas, tunc pessima nominãtur, sub latitudine quadam. Nam quę significant vires naturæ totaliter amputari, sicut in morte, dicuntur perniciosa, qualia sunt omnia signa, mortem prognosticantia. Quæ verò in parte auferunt vel auferri significant, vt signa pronũciantia torturam, vel paralysin, aut apoplexiam, vel cardiacam, ac similia, pessima quidem sunt, sed minoris malitiæ, quàm illa, quæ precisè mortem prognosticant. De quibus omnibus specialiter pertractare non spectat introductionum præsentium formæ siue tenori. Sed prædictis contenti, gratias referimus Iesu Christo Domino, qui considerationes introductorias primæ partis medicinæ, quæ dicitur theorica, adimpleuit, & qui iam in regimento sanitatis nostro & Aphorismis de ingenio sanitatis abundanter inchoauit considerationes practicę necessarias, & speramus cum deuotione, quòd ipse perficiet in commento prædictorum Aphorismorũ, & in alijs Aphorismis particulariter exprimentibus, quæ per Medicum sapientem considerãda sunt in morbis quorundã membrorũ particularium, in quib. velut in exemplo seu speculo claro, via recti processus in cæteris apertissimè cognoscatur à cunctis amatoribus veritatis.

Ordo & differentia dierũ criticorũ nunquam fallunt.

COMMENTARIVS.

ET *hi causantur à natura operante, &c.*] Criticorum dierũ magna vis est ad mortem & ad salutem: Quæ verò sit eius rei causa nondum Medicis constat: Quamuis enim Galenus tertio de diebus decretorijs, circuituum & aliarum in morbis mutationum causas ad lunæ motum retulerit: Obstant tamen plurima, quominus hæc eius sententia ferri posit: Et primum quidem vt hic probè ratiocinatur Arnaldus, si morborum motus lu-

tus lunæ cursum sequerentur, quarta dies hebdomadę morbi esset quarta hebdomadæ cursus lunaris, quod tamen rarissimè contingit. Manifestum hoc est: Nam si mutationes & circuitus in morbis à lunæ viribus procederēt, omnium morborum status esset in plenilunio: vtque motus idem est vnius lunæ, cui omnes morbi subijciuntur, idem ita motus esset omnium morborū. Deinde sic agunt in hæc inferiora cœlestium vires, vt pro subiecta materia procedat effectus: Idem solis est calor quo cera liquefit, & quo lutum induratur. Huiusce diuersitatis causa calori non est adscribēda, sed subiectæ materiæ. Dubium quoque non est, quin magna sit lunę vis ad mutationes in morbis efferendas, quemadmodū & alia quoque plurim, a quæ subinde laborantibus ob A tingunt, in cibo potuque, medicamentis, animi perturbationibus & alijs huiuscemodi, vires obtinent validas ad immutandam morborū naturam: Sed si tamen morborum typos & fixos circuitus intuearis, horum causæ non est ad vnius lunæ cursum referenda, sed ad varias morborum naturas. Quòd febris tertiana tertio quoq; die, quartana quarto & quotidiana singulis diebus accessiones obtineant, id nec sol nec luna facit, sed melancholię, bilis, & pituitę natura, quę (vt ait Arnaldus) secūdum instinctus sui regulam operatur. qui scilicet instinctus innata est & occulta quædā informatio, qua res tota sui substantia non ex accidenti, vel qualitatibus B manifestis ad hoc opus, hoc aut illo modo producendum est efficax.

APHORISMI AB ARNALDO DE VILLA NOVA EDITI DE INGENIIS NOCIVIS, CVRATIVIS, ET PRAEseruatiuis morborum, speciales corporis partes respicientes.

Doctrina prima, tradens canones ægritudinū membrorū Capitis: & primò Cerebri. Verùm nota, quòd hîc sunt aliqui additi, et tanquam vtiles à parte operatiua dicti Arnaldi extracti.



AEGRITVDINES capitis, vel cerebri sunt, vel in tegumentis, aut in ramis eius. ¶ Quæcunq; passiões in capite sunt cōtinuæ, à priuata causa capitis oriuntur: quæ verò à causis exterioribus interpolant, ab aliis membris eis communicantur.

Malitia stomachi, intestinorum, atq; matricis, vtplurimùm caput lædit.

Omne nocumentum actionis cuiuslibet membri significat inesse passionem, aut morbum priuatum, vel ab alio communicatum membro.

Omne nocumentum singularis actionis continuum, causam nocumenti significat esse priuatam membro, cuius actio læditur.

Nocumenta continua plurimū actionum, habentium ad se inuicem ordinem significant membrum primæ actionis pati immediatè, & posteriorum actionum læsiones ab ea procedere.

Ablatio repētina cuiuslibet actionis absq; causa extrinseca, testatur exuberare humiditates.

Omne nocumentum actionis interpolatū, nō tamen interpolans propter causam primitiuam, nisi sit paroxismale, sicut epilepsia, significat causam passionis esse intrinsecam materialē, & aliunde mandari particulæ patienti.

Causa passionis ab eo membro communicatur patienti, cuius immutatio præcessit, vel concomitatur læsionem patientis, ad quam sequitur immutatio eius.

Si membrū aliquod patiatur propter causam cōmunicatā à mēbro vicino vel colligato, ꝓculbio aliqualiter immutantur cætera mēbra sibi vicina, vel colligata præter naturā mēbro mandanti, præcipuè si fuerit sensus acuti.

Omne nocumentum, vicinum in ramis alicuius membri, significat causam passionis in toto ramo contineri, vel in radice.

Nocumentum omne ex radice proueniens, indicatiuū est cōmune membris ortis ab illa radice.

Nocumentū diuturnū, quod in solo ramo maC nifestatur, nō ꝓuenit à radice, sed ꝓpriū illi⁹ est.

Omnis materia cōmunicata membro patienti, vel humor est, vel aliquis vapor.

Omne nocumentum subitum, & momentaneum, si ab interiori processerit, oritur à vapore, si verò taliter non fuerit, oritur ab humore.

Si morbo aliquis aggrauatur, præsente contrario, vel præcedente, per accidens illud contrariū est, causa aggrauationis: sicut accidit epilepticis, colicis, nephriticis, ex frigiditate: nā in febre, aut D post febrem grauiùs molestantur per vsum aquę, aut aliquorum infrigidantium contra febrem.

Si morb. aliquis abijciatur præsente simili, per accidens illud contingit.

Quibus sudor, aut consueta euacuatio diu cessauerit, necesse est digestionē grauari in organo, vel impediri, & nocumenta lęsę digestionis in interioribus apparere.

Omne nocumentum actionis repentinum, & sine causa exteriori a testatur repletiōi veteri vel E antiquę. (dum est.

Cerebrum, si calidis iuuetur, excellenter frigi-

Quod iuuatur calefactionibus, moderatè vel frigidum est, vel læditur ab humore, quem moderatus calor resoluit.

Quod iuuatur ab infrigidantib. calidum est.

Quod iuuatur humectātib. siccū ē, & ecōuerso.

Quod ab euacuantibus læditur, vt phlebotomia, vel coitu, & cæteris, siccum est.

Quod velociter calefit, calidum est vel rarum.

F Quod tardè calefit, frigidum est aut densum.

Quod tardè abundat humiditatibus spissis, siccum est.

Quod satis abundat superfluitatibus temperatis, humidum est.

Quod citò abūdat humiditatib. spissis, acutis, fœtidis, velut putridis, calidum est & humidum.

Calor trahendo multiplicat humiditates frigidas, maximè in gulosis, & multùm potantibus.

Quod tardè lęditur à vaporib. vini fortis, est in G virtute compactū, & quasi durum in substantia.

Quod citò læditur ab eo, debile est & molle.

Dolor, qui sentitur in profundo, venire vsq; ad radices oculorum vel oculos, causam doloris in substantia cerebri, aut in ventriculis eius continere significat.

Dolor, qui non sentitur in profundo, sed magis extra, in alijs partibus capitis, à cerebro causam

Dolor profundus periodicus in fronte vel prora, maximè in altero cornu si est causa primitiua causam doloris significat oriri à stomacho.

Dolor periodicus in fundo sæpe & sæpius eueniẽs in ieiunio, maximè si acutus fuerit, vaporem acutum à stomacho ꝓcedere ad caput significat: & stomachum esse calidum naturaliter, aut calidis & acutis humoribus aggrauari.

Dolor periodicus & profundus maximè eueniens in ieiuno, & totam proram occupans, ac diuidens frontem per lineam circumquaq; protensam, dum tamen sine ponderositate sit & acumine, significat causam doloris, siccitatem eiusdem partis, ab inanitione ieiunij vel coit⁹ vel alterius inanientis impressam.

Dolor periodicus profundus in capite maximè lent⁹ sine causa primitiua significat, quod procedit à phlegmate, vel vapore resoluto à membro phlegmatis copiam continente.

Quibus carneum spissum aut cerebrum medullosum & temperamentum quoq; meningis solidum, talibus vtplurimum est caput forte, & non leuiter patiuntur dolorem in eo.

Grauissima cephalęa, & maximè in rẽpletis, futuram prædicat apoplexiam.

In omnibus cephalæis quotidiana fæcum expulsio iuuat ægros.

In omnibus capitis passionibus fricatio pedũ & tibiarum præstat remedium.

Ab omnib. vaporosis, & maximè generantibus grossum fumũ, cõuenit cephalargicos abstinere.

Humor viscosus, qui solùm in capite continetur, vel fomentis extrinsecis & odorib. tantùm digeritur, vel aromaticis absq; potu sumtis, post cibum præcipuè, ne ab ore stomachi elongentur.

Chymus, opprimens capitis regionem, vel pillulis in somno ad stomachum trahitur, vel ad palatum & nares dissoluentibus opthalmicis inclinatur, aut lotionibus consumtiuis resoluitur in vaporem.

Pillulę capitales debent aromaticis abundare.

Vehementia resolutiua non conuenit capiti applicare sine stypticorum commistione.

In hemicrania violenta & subita, declinanti ad alterum temporum, nisi vena frontis celeriter incisa fuerit, & mult⁹ exinde sanguis effluxerit, aut arteria temporum, periculum est oculũ eijci è sua concauitate, vel rupta cornea humores effluere, aut intùs corrumpi aut conturbari.

De Vertigine & Scotomia.

Quibus vertigo & scotomia causantur à stypticitate intestinorum, hos grauiùs in ieiunio vexẽt fumositates, caput grauantes.

Fumositates in capite generantur propter cibi humiditatem, & eius impositione prohibẽtur adscendere.

Scotomia, quam causant σκύβαλα inclusa in intestinis, in exercitijs frequenter exacerbatur.

Scotomaticus nauseans & sapore luteo molestatus in ore nec cibũ abominans, immo copiosè manducans & auidè, proculdubiò gignit multitudinem humorum, nec à prædictis liberabitur accidentibus, donec ab eis fuerit emundatus, & quotidiana lætetur fæcum expulsione.

Sicut in habentibus stomachum cholericum, inedia longa vertiginem parit & scotomiam: sic in habentibus phlegmaticum, refectio repentina.

Qua ratione iubetur in passionibus capitis vaporosis & subitis fricatio mãmillarũ in fœminis: eadem conuenit in maribus fricatio testiculorũ illæsa decentia, sicut in pueris.

Scotomia fortis apoplexiam prognosticat, cùm à parua epilepsia non differat.

De Epilepsia.

Epilepsia, quæ sequitur motum lunæ, si coniũctionem seruauerit, ac vicinos aspectus principaliter, à frigiditate causatur: quæ verò in plenilunio cõmouetur, nascitur maximè ab humiditate.

Epilepsia, concutiens in somno & cum tremore, medicinam aut curam non recipit mortalium medicorum.

Epilepsia consurgens à mistura chymorũ, pręcipuè rufi & nigri, similiter maligna est, & curatu difficilis.

Gulosi, infrenati & maximè violenti, sicut ab epilepsia tardissimè liberantur, sic ab eadem facillimè capiuntur.

Epilepticus negligens à potibus abstinere, nunquam opprobrijs carebit epilepsiæ.

Epileptici interiora, contrarijs qualitatibus discrasiata, & maximè nutrientia, non multum poterunt emendari.

Qui verò quandoq; mania torquentur, quandoque epilepsia, nunquam sanabuntur.

De Phrenesi & Lethargo.

Phrenesis & lethargus permutantur alterutrũ sine contrario: nam phrenetici pereuntes fiunt lethargici, sed hi dum phrenetici fiunt salutem recuperant.

Intuitus picturarum & multũ diuersorũ, splẽdor & sonitus phreneticos nimis turbant.

Multa lux & tumultus, & quicquid euigilare facit, lethargicis multùm confert.

Sicut phreniticum nõ ligatum exterminat inquietudo: sic & lethargicum quietatum pernecat sopor mendax.

Venter stypticus & nimis solutus, ambo lethargicum impellunt, aut impedire dicuntur.

Vbi cerebrũ cõprimit apostema, tũc & fumorũ illuc directio & naturalis caloris abinde subtractio festinat perniciẽ maximè: quia manet æger immobilis.

De Maniaca & Melancholica passione.

Maniacis & melancholicis frigidus aer semper inimicatur, & quicquid in eorum corporibus fumos concludit horribiles: somnus tamen & humectatio prosunt eis.

Sicut timor est à melanchol. exstirpand⁹: sic est incutiẽdus terror maniacis minarũ & flagellorũ.

Quantum melancholicis obest habitaculum tenebrosum, tantum potest cõferre maniacis, potissimè id, quod ad fletum eos induxerit.

Melancholicorum phantasmata subuertenda sunt ingenio, non damnanda, ne prouocati respuant medentibus obedire.

Melancholici non curati sæpius transeunt in maniam.

Maniaci quorum aures falsis vocib. crebrè sonant, si ligati non fuerint, seipsos exterminant.

De Paralysi & Apoplexia.

Paralysis totius corporis est mortis imago, apoplexiam

plexiam vicariam eius prætendit præcesſiſſe,aut veterem immoderatam atteſtatur repletionem.

Non ſolùm refectio nimia, ſed inanitio ſtomachi præcipuè calidi poteſt fumoſitatibus incubum generare.

Infelix terminus apoplexiæ videlicet impotentia ſemicorporis lateralis, demonſtrat repletionem immoderatam.

Immoderata & vniuerſalis repletio ſine hydropiſi nunquam caret exuberantia ſanguinis.

De Paſsione membrorum neruoſorum.

Quocunq; humido replente venas cæteroſq; meat⁹ immoderatè, poſſunt & nerui & lacerti & chordæ mollificari ſuperfluè.

Lacertus imbibitus aquoſa humiditate vel infuſiua ſedibus correſpondet nimium remollitis.

Chordæ remollitæ cedunt, ſed non obediunt pulſantis imperio. nam regere nequeunt ad mouendum aerem vel ſanãdum præ nimia laxitate.

Lacertus mollificatus perdit conſtantiam naturalis firmitatis, & laxitate cadit à naturali ſitu.

Corruens lacertus prę nimia laxitate,ſequitur viam centri.

Lacertus proſtratus laxus ſeu naturaliter prolongatus nequit ſurſum ſeu lateraliter mouere iuncturam,cui ſuperiacet aut deputatur ad mouendum.

Membra relaxata præ nimia laxitate nõ ſolùm impotentia ſunt ad motum, ſed etiam ad ſenſum inepta.

Quia temperamento ſpiritus animalium perficitur,ideo ſenſus deficit,vbi non admiſcentur aut eorum temperantia corrumpitur.

Membra, quę corruerũt, ſpiritus nõ recipiunt vt ſolebant, & ſuſceptos extinguunt arctando & humectando.

Quantò digniora ſunt opera ſpiritus animalis, tantò temperamentũ eius melius eſt q̃ in cęteris.

Quod magis elongatur ab excellentiis,ſemper facilius vincitur ab extremis.

Cuius temperantia magis declinat in alterum extremorũ,corrũpitur leuiter ab illius oppoſitis.

Præ cunctis ſpiritib. eſt animalis ſubtilior atq; lucidior & minus calidus : quapropter immoderata caliditas & frigiditas velociùs eum diſtemperat cæteris.

In medicatione vlcerum diuturna inguinaliũ aut vicinæ regionis,niſi coxę protegantur operimentis,periculũ eſt in poſterum còuelli lacertos eorũ,ac tãtum infrigidari,vt ſint ad motũ inepti.

Quod autem obtenebrat & ingroſſat citiùs extinguit & ſterilem efficit.

Membrum paralyticum, licet ſenſu priuetur & motu, calere poteſt, vt in ſanguineis,qui venarum & arteriarum beneficio non priuantur.

De Spaſmo.

Repletio vaporoſa ſecundum latum offendẽs organa motionis & longitudinem contrahendo conuellit.

Repletio infuſiua vel aquoſa,mollificans omnes partes inſtrumenti motiui, reſoluit ipſum.

Spaſmo à repletione reſolutiua magis,paralyſi exſiccatiua magis conueniunt & ruptiua.

Vniuerſalis ablatio vel diminutio ſubita motus voluntarij frigiditatem & humiditatem cerebri ſignificat.

Ablatio humiditatũ repletionẽ vt in apoplexia.

Diminutio & laxitas ſiue ſtupor frigiditatem & humiditatem ſignificat.

Permutatio motus vel innaturalitas motus & cõuulſio omniũ membrorũ ſubiecta corruptam humiditatem cerebri vel vaporem venenoſum aliunde venientẽ in epilepſiæ ſpecieb⁹ ſignificat.

Conuulſio vniuerſalis paulatina membrorum ſiccitatem ſignificat.

De Viſu.

Lapſus cerebri,nerui optici,tunicarum oculi, vel humoris eius aut ſpiritus ingerunt viſui nocumentum.

De Membris organicis: & primò de Paſsionibus oculorum.

Illęſis organis poteſt ſpiritus vitiari vaporib⁹: vt confirmat ſcotomia & vertigo.

Non patitur lucẽ ſolis ocul⁹ plen⁹ aquoſitate.

Quibuſcunq; vapores cholerici aut calidi à ſtomacho reſoluti viſum obtenebrãt, his in fine refectionis expedit aquam ſumere frigidã,cum maniſeſta ſiti,& maximè circa ſomnum.

In habentibus palpebram ſcabioſam vel pilorum reflexionem pungentem,oculus perfluit lacrymis inceſſanter.

Quibus cerebrum rheumatizat & cibis ingurgitãtur vel potibus,oculi quauis aura leuiſsima promtiſsimè lacrymantur.

Quibus palpebra ſuperior præ magnitudine complicatur in oculum, neceſſe eſt orbem eius pungere ſuis pilis.

Rugoſa palpebra ſi deturbetur in medio,ceſſabit cruciare.

Si ruga ſuperueniens in medio palpebræ forcipibus aut diu conſtricta cum maſcellis inflexibilibus decidat areſacta mantica palpebralis oculo poterit confirmari.

In palpebra moderata ſi pili reflectantur oculum,cùm fuerint exſtirpati,mox conuenit ſitum eorũ cùm acu profundè cauterizare. Sanato cauterio meat⁹ vni⁹ pili cauterizãdus eſt alter porus : & interim cęteri reflexi cũ exteriorib. glutinẽtur.

Palpebra ſcabioſa, cùm inuerſatur granoſa & rubea fit, ſemper eſt grauis.

Pinguedo congeſta inter intrinſecam tunicam & extrinſecam, & nodus & ſcabies palpebrã grauant, & oculum prohibent aperiri.

Venoſitates in cornea innaturales ſemper procedunt à coniunctiua : & ideò cùm exſtirpantur ab ea marceſcunt in cornea.

Vulnerum cicatrices in cornea ſemper albæ, quæ verò in coniunctiua vtplurimum rubeæ.

Videre clarè res paruas tantùm ex propinquo claritatem cerebri ſignificat,cum ſiccitate,& paucitatem ſpirituum.

Videre turbidè res groſſas tantùm ex propinquo,turbiditatẽ cerebri ſignificat ex materia vaporoſa in venis eius,imò in rete admirabili.

Quibus vterq; oculus caligat,altero clauſo clariùs videt :

De Aurium paſsionibus.

Ablatio auditus & diminutio frigiditatem cerebri vel inſtrumenti ſignificant.

Permutatio auditus audire impetũ aquę, campanas, sufflationes ventorum, malleationes, concussiones arborum, tonitrua, frixationes, immoderatam siccitatem in media parte cerebri aut velaminum significat, res grossas, vapores aut ventositates aliunde venientes vel ibi generatas. Audire quasi à remotis humiditatem.

Quibuscunq; post obturationem auris reuiuiscit auditus, hũc ꝓculdubiò frigiditas hebetauit.

Densatio rheumatis intra caput nõ solùm parit grauedinem, sed tinnitum.

Surditas magna & antiqua medicaminis auxilia non admittit.

Surditas paulatim superueniens & continuè cũ febre vel sine febre perpetuatur, maximè quibus ætas declinat manifestè.

Quemadmodum naturales effluxiones auriũ felleæ surditate superueniẽte curantur: ita & surditas felleis emẽdatur liquorib. & maximè auriũ.

Olea nitro condita vel acutis aperitiuis fellibus comparantur.

In vulneribus auris præcipuè longi temporis, auditum pati necesse est.

Fluores aurium diuturni temperandi sunt, nõ constringendi, & maximè subito.

De Passionibus narium.

Ablatio odoratꝰ siue strictura & eiꝰ dimissio sine opilatione nariũ, frigiditatẽ cerebri significat.

Permutatio odoratus, fœtor siue immunditia nariũ, humores corruptos significat in cerebro.

Olfactus recenter amissus acutis odoribus & ophthalmicis, restauratur frigidis & humidis liquoribus & viscosis diminutis.

Quibus olfactus triẽnio defuit, semp deficiet.

Carentes olfactu nec delectari nec tristari possunt odoribus.

Quicunque diligentiùs vigilando, quàm dormiendo, caput operiũt, his vtplurimum sanguis è naribus crebro destillat.

Si fluens aquositas in corizam subitò restringatur, non solùm grauabitur prora capitis, sed auditus & visus recipient nocumentum.

Indecens rubedo nasi & maxillarum cum manifesta venositate illarum partium, nequit extergi, quousque ruptoriis corrosiuis vultui proportionatis extirpatio venarum præmittatur, cicatrix ibidem æqualis & solida procuretur.

Doctrina secunda de consideratione memoriæ & aliarum virtutum sanitatis cerebri.

EXTERIOR excedens frigiditas lædit memoriam, pręcipuè nocturna, ꝓpter malam capitis coopertura.

Caliditas intensa valdè quandoque permiscet rationẽ & memoriã, & illam inde lędit.

Excedens cibi & potus quantitas memoriam multùm lædit.

Ciborum fumosorum comestio & potus, vt aliorum, porrorum, cęparum, casei & leguminum, virtuti nocent plurimum memoriali.

Ex frigidis fructibus atq; humidis & aliis crudis refectio lædit memoriam atq; corpus.

Fructuum stypticorum vel per naturam, aut p artem post comestionẽ temperata acceptio ꝓhibendo fumos eleuari, memoriam iuuat valde.

Fructibus aliquibus per assationẽ stypticis bonitas acquiritur: sicut sunt pira hyemalia regulata, sicut & sunt auellanę, castanęę nuces atq; ficus.

Carnium non castrati arietis, medullæq; mutonis frequẽs comesti à tota proprietate memoriam debilitat atq; lædit.

Temperatorum ciborum & potus, sicut gallinarum & perdicum, præcipuè cerebellorum, eorum temperata refectio non tantùm confortat memoriam, sed etiam totum corpus.

Potus excedens vini vel aquæ specialiter excedentis frigiditatis actualis corpore nimis calido calore naturali priuat stomachum, & per consequens memoriam debilitat atque lædit.

Potus post comestionem, dum cibi fit ebullitio digestionem interrumpens, memoriæ & cerebro nocet valde.

Ante refectionem corporis procurare moderatum & conueniens exercitium non tantùm memoriæ, sed cæteris virtutibus prodest valde. Spatiari enim & delectari sensus prodest.

Quies autem superflua calorem debilitat, superfluitates retinet & aggrauat: quare lædit memoriam & corrumpit eam.

Somnus superfluus & vigiliæ nimiæ caput, & etiam memoriam valdè lædunt.

Somnus comestioni propinquus, priusquam cibus ad fundum stomachi descenderit, surripit memoriam atq; aufert.

Superfluitatum per intestina, p nares, per palatum, per vrinam, per os, per aures, & per fricationem capitis cum pectine conueniens & debita expulsio cõfert virtuti plurimum memoriali, & hoc est post somnum & exercitiũ faciẽdum.

Solicitudo & visorum seu auditorum frequẽs recordatio, memoriam corroborat & confirmat.

Gaudium temperatum & honesta delectatio non solùm memoriam, sed virtutem intellectiuã, & cęteras virtutes corporis etiam iam augmẽtat.

Sępe lauare pedes in aqua calida, in qua bullierint melissa, folia lauri, camomilla & similia, memoriæ, capiti, & oculis valde confert.

Dormire calciatis pedibus, pręcipuè secularibus, memoriam, impedit atq; sensum.

Lauare caput de decimo in decimum diem cũ lixiuio, in quo calefacta fuerint camomilla, melissa, vel saluia, vel maiorana, vel lauri folia & similia, memoriam corroborat & confirmat.

Stare post comestionem & suauiter deambulare, multùm expedit atq; confert.

Coriãdri præparati post comestionem assumptio, prohibendo fumos ad caput ascendere, memoriam multùm iuuat.

Masticatio masticis cum modico zingib. facta ieiuno stomacho ab humiditate phlegmatica sine molestia caput purgat, & inde impedita memoria confortatur.

Pliris cum musco, passulæ & anacardina confectio, mirabolani quoq; conditi confortant memoriam & restaurant.

Doctrina tertia, canones ægritudinum membrorum spiritualium nutritiuorum & generatiuorum: & primò de Spiritualibus.

PHTHISICI & quicunq; extenuati celerrimè calore aeris in profundo corporis alterantur, maximè si rari fuerint natu-

naturaliter, vt cholerici: vel accidentaliter, vt qui diu febribus languerunt.

Quicunque febricitantes exposuerunt membra nuda frigido cōtinenti, vt in laboriosis febribus, dolorem in articulis patiuntur & molestam incurrunt tussim.

Extenuatos, præcipuè iacentes in mansione frigida vel rheumatica, tussis infestat, nisi tunicatis brachiis & thorace iacuerint, & capite pileato, maximè si rasum extiterit.

In extenuatis corporibus pāniculi spirituales & animales & cerebrum repentè & immoderatè lęduntur à frigido aere, vel à quibuscunq; actualiter frigidis.

Repentina panniculorum spiritualium infrigidatio subitam introducit anhelandi difficultatem, qui si nimium contrahantur immoderatum causabit dolorem, & interdum syncopen atque mortem, constrictis capsulis cordis.

Tunica lanea sensibiliter calefacit & angustiat patientem, bombicina verò vel sericina vel linea interclusa bombace, sufficienter à frigore protegit neq; æstuatione vexat infirmum.

De Sudore.

Quotiescunque sudauerint tunicati, maximè graciles, expedit mutare tunicam, ne corpus lędatur infrigidato sudore.

Quantò tunica calidior aut minus fuerit spongiosa, tantò copiosiùs reflectit sudorem, & ideo conuenit in prædictis citiùs deponere.

De Hepate calido.

Quibuscunq; caliditas hepatis causat constipationem, ab aquosis dulcibus, velut vuis & cerasis, fortiùs constipantur: maximè si fuerint mesaraicę latæ: nam terreum fortiter exsiccatū constipat intestina.

In habētibus mesaraicas latas & hepar calidū, multitudo potus, non tamen immoderata, constipationem prohibet solui, frigidioribus ei intestinis nimium mollificatis, nequeunt inferiora superiorum constrictione iuuari. Si verò immoderata fuerit, nec hepar attrahere nec intestina potuerunt retinere.

De Febribus.

Qui in multis temporibus in contemplatione vixerunt, & maximè cibo paucissimo, celeriter eos febris vitali priuat spiritu.

De Administratione vini in febricitantibus.

Quibuscunq; febricitantibus arteriæ sunt angustę, modicumq; spirituum continentes, necesse est vino subtili & debili spiritus fouere vitales.

Febricitantes, qui penuriam spirituum patiuntur, nisi vino cautè refocillentur, citò deficiunt.

Quibuscunq; febricitantibus stomachus fuerit frigidus, caput autem forte, & vix passibile, vinum congruentiùs ministratur.

Soliti sudoris ablatio tam in sanis, quàm in lapsis, & maximè febricitantibus, opilatos aut clausos indicat poros cutis.

Febricitantes ex putrida carnosos, necesse est ad aerem subtilem & liberum transportare, maximè si poros habuerint opilatos, ab esu quoque carnium conuenit eos abstinere penitus.

De Voce.

Diminutio vocis euanescens per clamorem & loquēdi conatum, aut per sudorem & calefactionem ex motu à frigiditate causatur, & partim ex humiditate.

Vox rauca in loquendo & non in clamando, vel in loquendo submissè & non altè, humiditatem tantùm circa epiglottum esse significat, quæ per clamorem excutitur aut consumitur.

Rauca vox in clamando significat humiditatē dissolutam ex conatu ad organum vocis procedere: si cum screatione ex capite, si cum tussi aut cum subito saltu granorū ad guttur, intercipientium vocem, à pulmone procedit.

Quorum caput humidum est & rheumatisinis abundans, in acutis vocibus festináter mutescūt.

Raucedo, quam introducunt fortes & subitæ alterationes qualitatum oppositarum, vtplurimum est perpetua.

Quicunq; masticabilia bene deglutiunt, potabilia vero transglutire non possunt vel difficulter, his vocalis arteria nequit obturari sufficienter ab epigloto ex vno quidem latere si difficulter, aut ex ambobus, si non valeat deglutire.

Si trachea arteria prohibeatur obturari ex vno latere per partem oppositam lateris, conatur natura potum traiicere.

Nimius & assiduus cantandi vsus vel altè clamandi pectoris meatus dilatat, & panniculos spiritualium membrorum relaxat.

Quibuscunque spiritualium meatus nimium dilatantur, his attractus aer ab eorum pectore citò egreditur.

Aer inspiratus si moderata dispensatione nequeat expelli, vocis officium non poterit diu continuari.

Quibuscunque cantantibus inferior clibanus aut stomachus æstuat, vel resonat his multa & subtilis ventositas, ibidem includitur circa præcordia, aut circa stomachum habentem tunicas siccas & tenues.

Quibuscunq; sanguis phlegmaticus dominatur & viscera sua naturaliter sunt calida & robusta, his phlegmatica superfluitas ad cutem copiosè propellitur & candida morphea sępius maculantur, hoc autem illis præcipuè contingit.

Sicut anhelitus & insufflatio cum ictu & vox & loquela sunt actiones per ordinem se habētes, cùm læditur vnum ex prioribus, necessariò læditur quodlibet illi posterior, & nō è cōuerso. Similiter in digestione prima, secūda & tertia, necnon in sensu, imaginatione & memoria: & sic de aliis.

Sicut anhelitu læso lędūtur lacerti pectus ambientes, sic læsa tantùm insufflatione, primò necessariò patiuntur lacerti, quæ sunt intra costas. Et læsa solùm ictuali patiuntur gulæ lacerti: lęsa quoq; voce tātummodo, lęduntur solùm musculi gutturis, hoc est regionis epiglotti. Si tantùm loquela lęditur sine pręcedentibus, tantùm lęditur lingua vel aliquod coadiuuantium membrorum ad loquelam, vt labia, dentes, palatum & nares.

De Passionibus membrorum nutritiuorum, & primò meri & stomachi.

Quibuscunq; subitò & sine nausea globus aut nodus ab ore stomachi ad guttur ascendere vi-

detur & cibi transitum impedire, his grossa ventositas inter œsophagum & lacertos concluditur aut inter tunicas meri, si cum dolore ascenderit.

Quibus verò cũ fastidio & nausea globꝰ ascẽdit, glomeratos lumbricos superiùs pelli significat.

Quoscunq; solicitudo immoderata vexauerit, somnũ impediens naturalem, si copiosè reficiantur, necesse est eos indigestione grauari & rheumatismis refluere: quapropter timẽdum est, hydropisim, aut obliuionem, id est, lethargum aut scrophulas, aut glandulosas collectiones generari, nisi superuenerit fluxus ventris. Quòd si solicitudines importunas sępè timor concomitatur, alienationem vel cardiacam periculum est oriri.

Importuna solicitudo corpus macerat & extenuat, pręcipuè si crebra tristitia illã cõcomitetur.

In pruritu & pustulis saniosis pedum & tibiarum, expedit calciamẽta deponere, pręcipuè stricta & lanea.

Fomentationes aquæ calidę sunt vitandæ, sed carnosis est vtile balneum aquæ frigidæ.

Quibus hepar calidum & stomachus frigidus, necessarium est, venas eorum crudis humoribus & phlegmaticis abundare, præcipuè si copiosè reficiãtur, nam cruditas chyli per actionem hepatis nequit corrigi.

Quibuscunq; sitis ex salso phlegmate causatur, his vinum purum vel aqua calida sedat efficaciùs eam, quàm mistum vel frigida.

Quibuscunq; tenditur cutis immoderatè, sicut hydropicis, vel sudare nequeunt vel difficulter, etenim porri tensione stringũtur & obliquãtur.

Quoscunq; sine febre vexauerit amaritudo, si deliquerit sumto cibo, necesse est, hos aut induratis & aridis fæcibus constipari, vel pręter solitum ad piloron, id est, ad fundũ vẽtris fluere cholerã: Si verò sumto cibo & maximè humido, nil remittatur aut parum, necesse est, in venis oris stomachi concludi choleram.

Quibus in ore stomachi cholera concluditur, vel conculcatur, hos dolor grauat in prora capitis, & amaritudo & siccitas cholerica molestat.

In crapulosis, habentibus ventrem stypticum, vtplurimùm scrophæ multiplicantur.

Quibuscunq; stropus abundat intus & exteriùs, his extrema citò infrigidantur: grauissima quoq; sunt corpora, & mox in labore deficiunt.

Vorantes & quicunq; deglutiũt vtplurimum cibum immasticatum, nõ euadunt capitis nocumenta: nam aut visus caliginem aut dolorem aut putredinem dentium patiuntur, aut aliquam cephaleam.

Quibus cor est paruum & hepar, angustę sunt omnes venæ.

Quibuscunq; febricitantibus stomachus fuerit frigidus, caput autem forte & vix passibile, vinum congruentiùs ministratur.

Quibus craneum spissum & cerebrum medullosum & temperatum meningis quoq; solidum, talibus vtplurimum caput forte, nec leuiter patiuntur dolores in eodem.

De Hepate.

Quibus hepar est calidum, necesse est, chymos corporis, quantumcunque crudi extiterint, aliqualiter sint acuti.

In habẽtibus hepar calidũ & mesaraicas latas, vtplurimũ siccæ sunt egestiones & velut adustæ.

Corpora, quæ crudis & acutis abundant chymis, contrariarum qualitatum mutationibus alterantur: & cum exercitiis incalescunt punctis, id est, pustulis rubeis priùs maculata cutis tandẽ albescit. ¶ Calidi enim & acuti humoris impressio vaporosa præuenit frigidi & compacti humoris impressionem, quæ tardiùs illo dissoluitur.

In quibuscunq; corporibus abũdauerint chymi crudi, si calidi & acuti humoris impressio excedens superuenerit in aliqua parte corporis, immoderatam illius ostendit malitiam: quia nimis est fortis ignis, qui viget in aquis, vel qui in aqua non extinguitur.

Hepar habens calidum & cholericum, si ceciderit in ascitem vel anasarcham, neq; calidis neq; frigidis poterit emendari: sed sufficit medico retardare periculum.

Cholerici, & in quibus hepar est calidum, immoderato potu vel vsu fructuum aquosorum, in anasarcham interdum, & sępius incidunt in ascitem. His vero assistentib. igni, sicut exigit coquorum officium, crebrò percutiuntur arthetica vaga, cruda aquositate petente iuncturas, quæ sæpius motu dilatantur, vt spondilæ lumborum.

Quibuscunq; languentibus ascite, vel anasarcha superuenerit carbũculus vel antrax, proculdubiò mortem vicinam esse denuntiat.

Quibuscunq; iuuenibus hepar calidum constipationem inducit, his potus aquę frigidæ subuenit, præcipuè si sumatur circa principium refectionis.

Quibus vapores à stomacho cholerico vel calido resoluti visum obtenebrant, his in fine refectionis expedit aquam sumere frigidam cum manifesta siti, & maximè circa somnum.

Qui lacticiniis cibis & piscibus atque oleribus vescuntur, vtplurimũ necesse est, horum sanguinem abundare phlegmate: maximè si cum his fructibus aquosis vtantur.

Quibuscunq; sanguis phlegmaticus dominatur, & viscera sua naturaliter sunt calida & robusta, his phlegmatica superfluitas ad cutem copiosè propellitur, & candida morphea sępius maculantur: hoc autem illis præcipuè contingit, quibuscunq; sub vestibus crebrò sudor cõcluditur.

Circa ventrem, vbi sudor maximè coarctatur, morphea sæpiùs incipit, & ad superiora sæpiùs protẽditur, vaporis phlegmatici motũ sequens.

Purgati & alimenta phlegmatis euitantes, à morphea celeriter emẽdantur aquis sulphureis, & ardentibus, atq; ruptoriis medicinis.

De Intestinorum & partium ventris passionibus.

In diuturnis vẽtris solutionibus, nisi cautè ꝓtegatur lumborum regio, patiensq; sederit in sella pannis calidis circumtecta, vexabitur in posterum nephritico vel lumborum dolore.

Quibuscunq; vexatis torsionibus aut aliis vẽtris doloribus, absq; febre vel vlcere nõ remediantur per calefactorium, vel clystere, vel balneum aquæ calidæ, his philonium aut alia ex magnis opiatis recentibus aut non recẽtibus, senibus aut iuuenibus conuenit ministrare.

Quibuscunq; venter fuerit stypticus & chymi crudi

crudi atque acuti, multiplicantur in venis, vt plurimum scabie vexantur & immunditiis cutis.

Iuuenes, qui à fluxu cholerico molestantur, & maximè in æstate, copiosus potus aquæ frigidæ liberat, si sumatur vrgente siti, præcipuè circa refectionis principium.

Iuuenibus cholericis, in viis vrinalibus vlceratis, fluxum patientibus vrinalem, expedit abstinere à potu vini, & maximè acuti.

In assuetis diu sedere, quorum mens studio distrahitur, præcipuè quando diuersoria sunt remota, nimis retenta coarctantur egestio & vrina.

Quibus egestionis & vrinę superfluitates diutiùs retinētur, necesse est, lumborum aut circunjacentium membrorum passiones incurrere.

Assuefactio simplicis suppositorij vel clysteris, in illis, qui à constipatione grauantur quotidiana, non offendit naturam.

In regulariter constipatis obseruátia dietæ laudabilis, visus nocumēta non corrigit, sed prohibet augmentari: & ideò melius est, vt corrigatur, secundum quod naturæ cursus permiserit.

Intentiones rerum conspectarum tempore generationis, efficaces in genitis relinquunt impressiones.

Vigiliæ vespertinæ solennitatis ventralis leuitatem strangulant matutinam.

Quibuscunque venter immoderatè tumescit absq; dolore vel imprægnatione, his inter syphac & nutritiua multa coarctatur aquositas, velut in ascite sicca, & multa ventositas, vt in tympanitę: vel si mulier fuerit, à matrice, extensa à ventositate, mediocris tumor causari potest.

Venter qui mediocri ventositatę tumescit, exteriùs percussus tympanizat interiùs.

Si ventus clausus in matrice tetenderit mulieris ventrem, tunc exitus fœminę, id est, vuluę, sępiùs exspectandus.

Quibuscunque ventus à syphac retinetur, his sumtis aperitiuis ructuat per os sursum.

Tumor, qui delitescit fomentis moderatè calidis, & infra diem naturalem resurgit, aut circiter, à tenui vel mediocri ventositate causatur.

Doctrina quarta. De conseruatione Sanitatis.

CONSERVATIO sanitatis in lapsis corporibus, cum his quæ lapsum corrigunt leuiter, securiùs exercetur.

Aetas & innata complexio atque cōsuetudo, semper attendi debent, in moderāda virtute correctiuorum.

Vbi complexio naturalis cum ętate coniungitur declināti, pręcipuus est vsus temperatorum, in qualibet anni quadra.

Sicut calidiora modicum temperatis conueniunt vsui tempore hyemali: sic æstatis temporibus frigidiora conceduntur.

Doctrina quinta. De Conferētibus & Nocentibus iuncturis: & primò de Nocentibus.

PASSIBILITAS iuncturarum nequit vsum nocentium in quantitate notabili tolerare: pedes corporum prædictorum aer offendit excellenter infrigidans & faciens æstuare, omnis fatigatiua deambulatio lædit eos, & maximè sumto cibo, prolixaq; suspensio pedum facit idem.

Hyemalia pira & mala cocotonea, castaneæ, vuæ brumales, legumina & rapæ iuncturis omnibus aduersantur.

Lactans porcellus aut fluuiales aues, & vetustæ gallinę malè afficiunt iuncturas inferiores cū modico interuallo.

Minas terribiles infert iuncturis lęsis & capiti, qui lac animalium cum cibis & vino frequenter sumit.

Pisces belluales, vt murex & anguilla, iuncturis inferioribus semper inimicantur.

Potus, qui nō exspectat iudiciū veræ sitis, iuncturis ministrat grauamina læsionis.

In dormientibus nimis lędit articulos decubitus resupinus.

Sicut auarus venter opprimit omnes artus: sic eius quotidiana largitas fouet eos.

Extremis artubus naturaliter excitat iracundia tempestatem.

De Conferentibus iuncturis.



LORES amygdali, necnon mirthi & camomillę, melliloti atq; rosę, semper iuncturis possunt cōueniēter administrari.

Acorus & hedera non arborea, sed terrestris, iuncturis omnibus specialiter amicantur.

Nux indica iuncturis & neruis, prę cęteris terrę nascentibus, multipliciter est amica.

Saluia parum cocta, & crebrò sumta in fine refectionis, ministrat eis inęstimabile iuuamētum.

Qui sæpiùs calcat vuas, ac musto recenti balneat pedes suos, rarissimè podagra laborat.

Floribus alcannæ laxi pedes fragiles perpetuò roborantur.

Verbena gestata recens circa columnas pedū, viribus occultis præbet iuuamen eisdem.

In terris aluminosis pedibus nunquam deest robur prosperitatis.

Fomentationes quoque aquæ calidæ sunt vitandæ, sed carnosis est vtile balneū aquæ frigidę.

Cœleste sigillū dolores pedū fugat in æternū.

De Febribus.

Qui in multis temporibus, &c.
Quibuscunq; febricitantibus arteri, &c.
Febricitantes qui penuria spirituum, &c.
Soliti sudoris ablatio, &c.
Febricitantes de putrida, &c.
Quibuscunq; febricitantibus stomachus fuerit frigidus, &c.

De Apostematibus.

Quibuscunq; scrophus abundat, &c.

De Sudore.

Quotiescunq; sudauerint tunicati, &c.
Quantò tunica calidior, &c.
Soliti sudoris ablatio, tam in sanis, &c.
Quibuscunq; tenditur cutis, &c.
Circa ventrem vbi sudor, &c.
Purgati & alimenta phlegmatis, &c.

ARNALDVS DE VILLA NOVA DE PARTE OPERATIVA.



SANITAS pro tanto, finis dicitur Medicinæ, quoniam est illud, in quo quiescit principium, scil. Medicus vel minister naturę, inquantum est operans per artem: quamuis sanitas, prout est in forma sanabilis, nō sit in partem principij prædicti, quod est principium extrinsecus, scil. artis, vel operantis per artem. In his enim operabilibus, in quibus solùm finis est benè operari, sicut in moralibus finis est, in partem operantis: sed in his, quorum finis est operatum, quandoq; est in partem operantis, sicut est de forma omninò artificiali, quandoq; verò non, sicut quando forma, quæ est finis operis, non est absolutè artificialis, & talis est sanitas: nam corpus eius principium per se naturale est, per accidens verò artificiale: Vnde sicut finis agricolæ, qui operatur per artem agriculturæ, est fructus, qui tamen non est in partem eius, sic & medicinę vel Medici finis est sanitas, & vniuersaliter in artibus & scientiis, quæ habent adinuicem ordinem, finis posterioris est in partem prioris. ¶ Omne nocumentum actionis cuiuscunq; membri significat in eo pasionē, aut morbum priuatum, vel ab alio membro communicatum. ¶ Omne nocumentum singularis actionis continuū causam nocumenti significat esse membro priuatam, cuius actio læditur. ¶ Nocumenta continua plurimarum actionum habentium adinuicem ordinem, significant membrum primæ actionis pati immediatè, & posteriorum actionū læsiones inde procedere. ¶ Ablatio repræsentatiua cuiuslibet actionis absque causa extrinseca, testatur exuberare humiditates. ¶ Omne nocumentum actionis interpolatum, non tamen interpolans propter causam primitiuam, nisi sit paroxisinale, sicut in epilepsia, significat causam pasionis esse intrinsecam materialem, & aliunde mandari particulæ patienti. ¶ Causa pasionis ab eo membro communicata patienti, eius immutatio præcedit, vel concomitatur læsionem patientis, & ad quam sequitur immutatio eius. ¶ Si membrum aliquod patiatur propter causam communicatam à membro vicino, vel colligato, proculdubio aliqualiter immutantur, propter naturá cætera vicina, vel colligata membro mandanti præcipuè, si fuerit sensus acuti. ¶ Omne nocumentum vicinum in ramis alicuius membri significat causam pasionis in toto ramo contineri, vel radice. ¶ Nocumentum diuturnum, quod in solo ramo manifestatur, non prouenit à radice, sed proprium est illius. ¶ Omnis materia communicata membro patienti, vel humor est, vel aliquis vapor. ¶ Omne nocumentum subitum & momētaneum, si ab interiori processerit, oritur à vapore: si verò taliter non fuerit, oritur ab humore. ¶ Si morbus aliquis aggrauetur præsente contrario vel præcedente, per accidens illud contrariū est causa grauaminis, sicut accidit spleneticis, & colicis, atq; nephriticis ex frigiditate: nam in febribus, aut post febres grauius molestantur per vsum aquæ, aut aliorum infrigidantium contra febrem: si morbus aliquis alleuietur præsente simili vel præcedente, per accidēs illud contingit. ¶ Quibus sudor, aut alia consueta euacuatio diu cessauerit, necesse est digestionē in organis impediri, & nocumenta læsæ digestionis in interioribus apparere. ¶ Omne nocumentum actionis repræsentatiuum, & sine causa exteriori, attestatur repletioni veteri vel antiquæ. ¶ Sicut anhelitus, & insufflatio sine ictu, & insufflatio cū ictu, & vox, & loquela sunt actiones per ordinem se habentes, cùm aliqua læditur ex prioribus, necessariò læditur quælibet alia posterior, & non è conuerso. Similiter in digestione prima, secunda & tertia, necnō in sensu, imaginatione, ęstimatione, & memoria: & sic de aliis. Sicut anhelitu læso læduntur lacerti, pectus ambientes: sic læsa tantùm insufflatione primò, necessariò patiuntur lacerti, qui sunt inter costas, & læsa solum ictuali patiuntur inde lacerti: læsa quoque voce, tantummodo lædūtur solùm musculi gutturis, hoc est, regionis epiglottalis, si tantū loquela sine prę cedentibus lędatur, tantùm patitur lingua, vel aliquod coadiuuantium membrorum ad loquelā, vt labia, dentes, palatum & nares.

Signa dispositionum cerebri innaturalium.

¶ Signa quibus cognoscuntur dispositiones cerebri, potisimè innaturales aut lapsæ: nocumenta sensuum subita, ablatio omnium humiditatum. Visio alborū phlegma, visio nigrorū melancholiam, igneorum & citrinorum choleram, rubeorum sanguinem denotat. ¶ Diminutio visus, videre clarè res paruas tātùm ex propinquo claritatem cerebri cum siccitate & paucitate spirituum significat, videre turbidè res grossas tātùm ex propinquo, turbiditatem significat cerebri ex materia vaporosa in venis eius, vel in rete admirabili. ¶ Ablatio auditus & diminutio frigiditatē, permutatio auditus, audire impetum aquę, campanas, sufflationes ventorum, malleationes, concussiones arborum, tonitrua, frixationes, vomit⁹ immoderatá siccitatē in media parte cerebri, aut velaminum eius res grossas, vapores aut ventositates aliunde venientes, vel ibi generatos, audire quasi à remotis, humiditates significat. ¶ Ablatio & diminutio odoratus sine strictura & opilatione narium frigiditatem cerebri significat. Permutatio odoratus, fœtor siue immunditia nariū, humores corruptos in cerebro. ¶ Nocumenta gustus & tactus, principaliter significant dispositiones primorum organorum, & non cerebri, nisi in vniuersali sensus ablatione: sensus alicuius qualitatis manifestè significāt eandē qualitatem in cerebro esse. ¶ Nocumenta interioris communicationis & moris, ablatio subita totius, in toto cerebro frigiditatē & humiditatē ostendit, aut in his, qui habēt visiones & somnia, frigiditatem & humiditatem. ¶ Ablatio & diminutio imaginationis, partis anterioris, frigiditatē & humiditatē ostēdit: stupor vigilatiuus frigiditatē & siccitatē indicat: stupor somniculosus frigiditatē & humidita-

ditatem indicat: permutatio imaginationis caliditatem & ſiccitatē: imaginatio in ſomnis ſomnia permutata ſeu confuſa caliditatem. Somnia quorum non eſt memoria, vel obliuio ſomniorum, frigiditatem & humiditatem. Somnia igneorum terribilium citrinorū, & ſic de ſimilibus, caliditatem & ſiccitatem. ¶ Ablatio & diminutio æſtimationis, vt in amentia & ſtoliditate, frigiditatē & humiditatem mediæ partis: alienatio vel permiſtio rationis, prauitatem ſpiritus animalis in qualitatibus & in motu. ¶ Alienatio ſine febre declinans ad iram & audaciam & ferocitatem, vt in mania, manifeſtam oſtendit caliditatem & ſiccitatem & feruidum motū ſpirituum: alienatio ſine febri declinans ad triſtitias & timores, vt in melancholia, frigiditatem & ſiccitatem. ¶ Alienatio cum febri, vapores calidos aut apoſtema calidum in cerebro, vel inferioribus circa ſpiritualia, vel etiam in matrice. ¶ Alienatio cum febri, & inflatione oculorum, & capitis, & horrore luminis, & inſueta inuerecundia, vel audacia maximè cum prominentia, vel mobilitate oculorū, aut inuoluntaria lacrymatione, apoſtema calidum intra craneum ſignificat. ¶ Alienatio cum febre & inæqualitate, vel diuerſitate & coangustatione anhelitus, ſine manifeſta immutatione oculorum & capitis, & manifeſta immutatione, & cōtractione hypochondriorū, vel ſignis pleureſis apoſtema calidum in diaphragmate vel vicinis pelliculis pectoris ſignificat. ¶ Alienatio prædicta cum ſerenitate pulſus in ſaltu, aut tremore ipſius, apoſtema prædictum ſignificat in velaminibus capitis cum malleatione, & cæteris ſignis apoſtematis capitis: In velaminibus pectoris, etiam cum ſignis apoſtematis pectoris. ¶ Alienatio prædicta cum duritie doloris & inflatione oris ſtomachi atque ſiti vel nauſea, prędictum apoſtema in ore ſtomachi ſignificat. ¶ Alienatio autem prædicta cum duritie, dolore, & inflatione matricis, apoſtema ſignificat in matrice.

¶ Alienatio cū corruptione phantaſię vel imaginationis, ita vt ex veſtibus, aut vicinis corporibus villos, aut paleas, vel ea, quæ non ſunt, nitatur colligere, vel aſſerat ſe videre ignes, aut aquas & etiā cùm rectè loquatur, operetur, & præteritorum recordetur, apoſtema prædictum in pro- ra cerebri ſignificat tantum eſſe, etiam cùm ſignis apoſtematis cerebri, vel ſine his eius infectionē ex humore, vel ex vapore. ¶ Alienatio vehemens cū multa garrulitate, aut inordinata locutione, vt dicenda non rectè dicat, vel non agenda operetur, præſentia cognoſcens, præterita benè recordans, propter turbationem operationū æſtimationis & rationis aliquod læſiuū prædictorū in medio ſignificat eſſe cauſam. ¶ Alienatio prædicta, ſcilicet cum febri, vel etiam ſignis apoſtematis capitis intrà, cum obliuione eius, quod videt, audit & petit, ſignificat ipſum eſſe in puppi: ſi verò fuerit abſque ſignis apoſtematis cerebri, ſignificat læſionem infrigidationis eiuſdem partis tantummodo. ¶ Alienatio prædicta cum riſu, deſtillatione ſanguinis per nares, prominentia & rubedine, manifeſta oculorum lippitudine, & multa rubedine linguæ, antequam nigreſcat, & hebitudine eiuſdem, grauitate in loquendo, plenitudine venarum frontis, oculorum, frequentia ſedendi, & ſtandi abſque neceſsitate, apoſtema prædictum ex ſanguine ſignificat.

¶ Alienatio cum ira, rixa, & clamore, audacia, & multa mobilitate oculorum, aſperitate linguæ & citrinitate, antequam nigreſcat, & multa, & expedita loquela & vigiliarum aſsiduitate, apoſtema prędictum ex cholera rubea ſignificat. ¶ Alienatio prędicta cum ferocitate lupina, vel dæmoniaca, ſignificat apoſtema prædictum ex cholera aduſta, vel ſolùm infrigidatione cerebri, & ſpirituum ab ipſa deficientibus ſignis apoſtematis. ¶ Alienatio, in qua manifeſtè læduntur diuerſæ mentis operationes plurimarū partium cerebri læſionem ſignificat: & ſpecialiter correſpondentium læſis operationibus. ¶ Multitudo cogitationis inſtabilitas, & variatio caliditatem, paucitas cogitationis & fixio ſingularis frigiditatem. ¶ Obliuio, vel ablatio, & diminutio memoriæ frigiditatem & humiditatem puppis, memoria præteritorum & non præſentium caliditatem permiſcentem, memoria præſentium, & non præteritorum frigiditatem hebetantē, Item præteritorum non præſentium læſionem proręः pręſentium & non pręteritorum læſionem puppis: Item obliuio complexorum læſionem puppis. ¶ Nocumenta motus voluntarij vniuerſalis, ablatio vel diminutio ſubita motus voluntarij, humiditatem & frigiditatem cerebri ſignificat, ablatio humiditatem replentem, vt in apoplexia. Diminutio humiditatem infundentem, vt in paralyſi & torpore, & vniuerſali pigritia. ¶ Inquietudo caliditatem & ſiccitatem, pigritia, & laxitas, ſiue torpor, humiditatem & frigiditatem. ¶ Permutatio motus, vel innaturalitas motus, ſpaſmoſitas omnium membrorum ſubita, corruptā humiditatem cerebri, vel vaporem venenoſum aliunde venientem, vt in epilepſię ſpeciebus: ſpaſmoſitas vniuerſalis membrorum paulatina, ſiccitatem ſignificat. ¶ Somniculoſitas frigiditatem & humiditatem, vel humiditatem tantùm, reſolutionem ſpirituum animalium, vt in ſuperfluis exercitiis & coitu, diſtractionem ipſorum, vt in principiis paroxiſmorum, & ſumto cibo, vigilantia ſiccitatem cerebri, vel vapores aut humores acutos, & pungitiuos. Vniuerſaliter autem hæc duo ſignificant ſuas cauſas, quæ in propriis capitulis dicentur.

Signa læſionū operationum naturaliū cerebri.

¶ Læſiones operationum naturalium cerebri denotantur in capillis, & exeūtibus ab eo, & qualitate cutis capitis. ¶ Pili ortu & caſu, colore & figura: celer ortus pilorum caliditatem: tardus frigiditatem: Celer caſus ſiccitatem, aut corruptos, aut acutos humores ad radices illorum: tardus bonæ humiditatis abundantiam: Nigredo caliditatem, albedo frigiditatem, medius color medium ſecūdum plus & minus, planities humiditatē, criſpitudo ſiccitatem. ¶ Exeuntia per nares & palatum abundantia, defectu colore, ſapore & odore. ¶ Abundantia ſuperfluitatis exeuntis abundantiam humoris, ex quo cauſatur, & fortitudinem expulſiuæ. defectus eius cum leuitatē capitis ſiccitatem puram, defectus eius cum grauitate mordicatiua, & inflammatiua, & cum citrinitate coloris, ſignificat choleram intus clauſam: defectus cum grauitate extenſiua, pulſatiua & rubore coloris, ſanguinē ſignificat: Defectus

cum grauitate laxatiua, somniculosa & albo colore, phlegma: defectus eius cum grauitate cogitatiua, & vigilatiua fusco vel plumbeo colore, melancholiam. Defectus cum grauitate extensiua, tinnitu, & permutatione grauedinis de loco ad locum, materiam generatiuam ventositatis & vaporis cum caliditate in ipso agente. ¶ Color & sapor superfluitatis exeuntis, speciem humoris significat, ex quo ipse generatur vel causatur. Odor fœtidus, putredinem humorum existentium significat, vel in naribus vel in prora, vt polypo & coriza, cùm incipit inspissari, & retineri, maximè in simis & habentibus nares strictas, cutis capitis, colore exituris & qualitatis tangibilis.

Signa à iuuantibus & nocentibus.

¶ Iuuantia & nocentia, vel extrinsecus alterantia, cerebrũ, quod iuuatur calefacientibus, excellenter frigidum est, quod iuuatur calefacientib⁹ moderatè, vel frigidum est, vel læditur ab humore, quem moderatus calor resoluit. ¶ Quod iuuatur ab infrigidantibus, calidum est: quod iuuatur ab humectantibus, siccum est: & econuerso. ¶ Quod ab euacuantibus læditur, vt phlebotomia, vel coitu & cæteris siccum est. ¶ Quod velociter calefit, calidum est, aut rarum: quod tardè calefit frigidum est, aut densum. ¶ Quod tardè abundat superfluitatibus, est siccum. quod citò abundat humiditatibus, temperatè humidum est. Quod citò abundat humiditatibus spissis, acutis, fœtidis, velut putridis, calidum est & humidum, cuius calor etiam trahendo multiplicat humiditates frigidas, vt in gulosis & maximè potantibus. ¶ Quod tardè læditur à vaporibus vini, forte est in virtute, compactum & quasi durum in substantia: quod citò læditur ab eo, debile est & molle.

Signa à quantitate & figura capitis.

¶ Quantitas & figura capitis, cuius caput pronum, malè figuratum, cerebrum similiter & ineptum ad operam communicationis, & moris, significat perfidum, timidum, mobilem ad iram, & interdum in omnibus hæsitantem.

Signa sumta à natis à cerebro.

¶ Nata à cerebro vel vicina: Aures tinnitu & dolore: tinnitu, vt in permutatione auditus, dolore, vt infrà. Oculi qualitate, quantitate, situ, motu, figura, euntibus & dolore. Oculi sicci, siccitatẽ cerebri, maximè proræ. Oculi lacrymosi & lipposi sine morbo, eorum humiditatẽ partis eiusdem. Citrini & rubei, caliditatem, plumbei, & albẽtes, frigiditatem. Magnitudo venarum, caliditatem, paruitas, contrarium. ¶ Prominentia oculorum apostemata, & repletionem vasorum cerebri: ꝓfundatio, resolutionem plurimam eius substantiæ, vt in vigiliis, coitu, fluxu, acuta febre & hectica. ¶ Mobilitas caliditatem, maximè coniunctam siccitati, inflammationem, phrenesim aut maniam: Defixus intuitus in vno loco, frigiditatem, stuporem, terrorem, amentiam, vel alienationem melancholicam. ¶ Vehementia timoris, angustiæ, desiderium delectationis, resolutionis, vt in libidine. ¶ Tortuositas innata, vt in luscis, humiditatem cerebri, & mollitiem lacertorum, oculi superueniens, spasmum vel paralysim, vt in tortura & epilepsia. ¶ Inuersio, palpebrarum apertio cum immobilitate, stuporem, congelationem: Clausio cum difficultate aperiendi lethargum. ¶ Fluxus lacrymarum insolitus, absque causa manifesta, in ægritudinibus calidis, inflammationem & apostema capitis significat. ¶ Nares exeuntibus, &c. vt supra. ¶ Lingua colore, situ, & quantitate, colore venarum, quæ sub apparent in ea: citrinitas, rubedo, viriditas, nigredo, caliditatem & apostema calidum. ¶ Os exeũtibus, exituris: fluor limositatis, abũdantia aquositatis. ¶ Gingiuæ colore, tumore, vuula similiter, amygdale similiter. ¶ Dentes colore, dolore. ¶ Facies colore, habitudine. Rubedo & carnositas dominium sanguinis, macies cum citrinitate dominium choleræ: macies cum tenebrositate, dominium melancholiæ: inflatio modica, aquositatem in sanguine dominari, vt in cacochymia & dispositione ad hydropisim. ¶ Collum quantitate, virtute, collectionibus, forte & grossum, fortitudinem cerebri, & abundantiam substantiæ eius, cõtrariæ contrarium: glandulosum & scrophulosum, superfluitates indigestas abundare in cerebro significat. ¶ Nucha & nerui quãtitate, & virtute sufficienter attestantur super principium.

Signa sumta à mẽbris communicantib⁹.

¶ Membra remota à cerebro, præcipuè cum eo colligantiam habentia, operationem, & accidentia passionum eius indicit. ¶ Pectus anhelitu, meri deglutione, stomach⁹ inanitione, repletione, nausea, vomitu, appetitu, & dolore. ¶ Matrix inanitione, repletione, dolore, præcipitatione, suffocatione. ¶ Hæmorrhoides inanitione, repletione, dolore. ¶ Vniuersaliter autem, si ad immutationem factam in aliquo membro, vel in suis accidentib⁹, seu passionibus, quò ad qualitatem, vel quantitatem, aut tempus fiat immutatio in capite, vel in accidentibus passionum eius, quò ad tria prædicta, & non econuerso, certũ est, quòd illa membra cõmunicant capiti passionẽ.

Signa sumta à doloribus capitis.

¶ Dolores capitis: Dolor capitis continu⁹ causam doloris significat in capite cõtineri. ¶ Dolor capitis interpolatus sine causata priuata, significat causam doloris ab aliis membris ꝓcedere. ¶ Dolor, qui sentitur in profundo, venire vsq; ad radices oculorum, vel oculos, causam doloris in substantia cerebri, aut in ventriculis eius contineri significat. ¶ Dolor, qui non sentitur in profundo, sed magis extrà in aliis partibus capitis, non in cerebro causam doloris contineri significat. ¶ Dolor profundus periodicus in frõte, vel prora, maximè in altero cornu, sine causa primitiua, causam doloris significat oriri à stomacho. ¶ Dolor periodicus, & profundus semper & sæpius eueniens in ieiuno, maximè si acutus fuerit, vaporem acutum à stomacho procedere ad caput significat, & stomachum naturaliter esse calidum, aut calidis & acutis humoribus accidentaliter aggrauari. ¶ Dolor periodicus & profundus, magis eueniens ieiuno, & totam proram occupans, ac diuidens frontem per lineam circumquaque protensam, dum tamen sine ponderositate sit, & acumine, causam doloris siccitatẽ eiusdem partis esse significat ab inanitione ieiunij, vel coitu, vel alterius inanientis impressam ¶ Dolor periodic⁹ profundus capitis, maximè lentus, sine causa primitiua significat quòd ꝓcedit à phlegmate, vel à vapore resoluto à mẽbro phlegmatis copiá cõtinente.

Abscisio causarum.

¶ Abscisio causarũ primitiuarũ regimẽ in diæta, regimen in motib. criticis, Regimẽ in diæta prohibens in sex rebus nocentia supra tacta, tandẽ commensurás

eas,

eas, vt sint iuuantes in abscisione morbi, & saltem neutræ maximè in nutrietibus & aere, quibus saluantur virtutes, & confortantur. ¶ Commensuratio sex rerum, vt sint iuuantes, approximare oportet eas corpori, in ea quãtitate & qualitate, quam imprimant effectum oppositũ morbo in æquali gradu, vel ad cautelã, in minori, cùm mẽbrũ principale non sit fortibus subitò alterãdũ, præcipuè in lentis & chronicis morbis, q̃ aduersantibus contrarijs abscinduntur. ¶ Cõmensuratio sex rerum, vt saltem sint neutræ, approximare eas conuenit corpori, secundum quod cõueniunt cerebro temperato, conferunt cerebro temperato aer purus in substantia, temperatus in qualitatibus & tranquillus, suauia aromatica & proportionata tempori, gestata, vel in mansionibus posita, caput, & collum mediocribus operimentis in hyeme regere, alijs verò temporibus cautè detegere: exercitium proportionale corpori ante cibum, deambulatio moderata post cibum, pectinatio potius ante cibum: fricationes suas extremitatum, nutrientia temperata, vel vicina temperamento, cibus & potus fumositate carẽtes, vinum debile, vel bene lymphatum, mediocris refectio, leuis vel nulla cœna, exiguus potus, moderatus somnus, & longè post repletionem, maximè onerosam, moderata vigilia, euacuatio debita fæcis, & vrinæ, temperata capitis ablutio ante cibum frequens & calida, balneum rarum & temperatum, coitus rarus & moderatus, gaudium delectabile, studium moderatum, moderata & placens solicitudo. ¶ Regimen in motibus criticis iuuare naturam ad perficiendum criticam euacuationem, quam nititur facere per eandem partem, ad quam ipsa mouet materiam, si crisis bona, vel nullũ adsit periculum: per oppositũ, si exinde periculum timeatur. Per secessum lenientibus intestina, vrinas, diureticis, per matricẽ & hæmorrhoides, aperitiuis, per vomitum prouocantia, per sudorem vel per apostema sub auribus, vel alijs trahentibus medicinis ventosis, aut sanguisugis, cùm tamẽ apostmea criticum, quod erumpit sub auribus, nõ est bonum, sed periculosum, q̃a videlicet accidẽtia periculosa cõcomitãtur ipsum, vt alienatio, suffocatio, vel coarctatio gutturis, vel pr̨e multitudine materįe regurgitantis ad nobile membrum, vt cerebrum vel ob l̨esionem operationis necessarįe & summ̨e ipsius gutturis timetur ægrũ perire prius, quam per eãdem partem materia trahatur, vnde tutiùs est, eam phlebotomiis abinde trahere vel diuertere, quantum possibile fuerit. ¶ Abscisio causarum antecedentium, diæta medicatio: Manualis operatio. ¶ Diæta conseruans virtutem, maximè in principalibus, & confortãs, si sit necesse: ac insuper, vt imprimat effectum oppositum causæ, vel saltem, quòd neutra sit, propter securitatem. ¶ Medicatio rarefaciẽs, vel aperiens cutim & craneũ, prohibẽs passibilitatem cutis, corrigẽs peccatum humorum, rectificans malam dispositionem totius corporis, vel membri mandantis. ¶ Manualis operatio, secans arterias temporum, vel extrahens, aut venas aperiens. ¶ Medicatio aperiens vel faciens temperata fricatio capite raso, lotio vel embrocatio cũ calidis, vel cum decoctione medicinarum aperitiuarum rheumate nõ

Conueniens mensuratio sex rerum.

Regimen in motibus criticis.

Abscisio causarum antecedentium.

A obstante, prohibens passibilitatem dẽsando substantiam, & interdum claudendo poros stypticis, aut frigidis leuibus. ¶ Corrigendo nimis lapsam complexionem, causis oppositis hebetando sensum, ingrossantibus cibis, aut stupefactiuis, & leuibus medicinis, vel frigidis & humidis moderatis. ¶ Corrigens peccatum humoris peccantis in corpore, vel maioribus venis, quantitate, vel qualitate, vel motu tantùm aut simul, tractu ad oppositum, alteratione, euacuatione, aut B omnibus simul, aut separatim, tractu ad oppositum sine euacuatione, cùm verentur ne humor non quantitate, aut qualitate peccans ad caput tendat & dolorẽ acuat: vt in ictibus & percussionibus sæpe cõtingit: exercitio, fricatione, ligatione, ventosatione, siue scarificatione pedum, tibiarum, coxarũ, natum, brachiorum, manuum, & in masculis testiculorũ, & in feminis mãmillarum. ¶ Tractu ad oppositũ, cùm euacuatione, humore peccante in quantitate, phlebotomia, ventosis C cũ scarificatione, sanguisugis, ruptoriis, fomẽtis, pharmacia, clysteri pessario, eo scil. modo quo & quantum complexio, ætas, sexus, & cætera particularia tolerabũt, maximè virtus, propter quam etiam considerantur. ¶ Alteratione tantum, humore solum in qualitate peccante: cholera namque peccante immodica quantitate, si nimis subtilis & pungitiua fuerit, vt sanguinem acuat & subtiliet nimis, tãtum indiget ingrossantib⁹ mediocriter. ¶ Euacuatione tantum, humoribus so- D lùm peccantibus in quantitate: multitudo namque choleræ citrin̨e, vel rubęe, vel prasinæ innatantis stomacho, tantum indiget vomitu: sanguine verò per se, vel cum aliis in toto exuberante, phlebotomia sufficit. Phlebotomia cephalic̨e tã in veteri, quàm in recenti morbo sanguine iam fluxo ad caput, & ibi corrupto. ¶ Phlebotomiæ medianæ, si cephalica occultetur, & sanguine mũdo fluxo ad caput, phlebotomia basilicæ mediana latente. ¶ Phlebotomia funis, præcipuè in E recenti dolore, ad diuertendum, vel etiam in antiquo, vt si malitia sanguinis extiterit vniuersalis, vt ad remotiora trahatur. ¶ Phlebotomia sciaticæ supra dorsum aut saphenæ pedis in his, quibus menstrua, aut h̨emorrhoides nõ fluũt, pr̨ecipuè in recenti galea, in qua mũdus sanguis est in capite corrupt⁹ assiduitate morbi. ¶ Alteratione & euacuatione simul, humoribus aliis à sanguine peccantibus quantitate, & qualitate in viis vrinalib⁹, aut venis propinquis. ¶ Diureticis frigi- F dis peccante cholera diureticis paucæ caliditatis peccante humore adusto. Diureticis intensæ caliditatis, peccante humore frigido, phlegmate subtili, & aquositate abundante in venis totius corporis, prouocantibus sudorem, stuffis medicinarum dissoluentium intensæ caliditatis. In phlegmate stuffis medicinarum dissoluentium remissæ caliditatis in aquositate. ¶ Alteratione & euacuatione separatim, humoribus à sanguine peccantibus in venis quantitate, & qualitate. G digestiuis conuenientibus alterando prius pharmaciis debitis, consequenter euacuando. Digestiua conuenientia medicinæ alterantes humores in qualitatibus, & substantia virtutibus primis, secundis & tertiis, præcipuè, qųe specialiter respiciunt cerebrum. ¶ Pharmaca debita medi-

cinæ solutiuæ tam simplices, quàm compositæ præcipuè cerebro appropriatę. Medicatio corrigens peccatum humoris peccantis tantùm in capite, vel ex ipsa dispositione, & habitudine peccantis: vel quia vniuersalis est præmissa euacuatio, vel alteratio & euacuatio simul, aut separatim. Euacuatio tantùm peccante sanguine vel ꝑ se, vel cum aliis, phlebotomia, ventosatione, sanguisugarũ appositione, phlebotomia frontis dolẽte occipite, ac sanguine in profundo existẽte. Phlebotomia nasi sanguine magis in superficie existente, phlebotomia post aures dolente prora. Vẽtosatione sanguine in paruis venis seu intercutaneis, extra craneũ, existẽte, maximè in tunicis, phlebotomię loco ventosatione vtimur, in occultas venas habentibus ventosatione, occipitis dolente prora. Ventosatione scapularum dolente occipite, ventosatione cubitorum, non obedientibus scapulis. ¶ Sanguisugarum appositione in pueris & formidolosis super tempora & post aures. ¶ Alteratio & euacuatio si ab humorib. aliis à sanguine peccantibus, alteratio & euacuatio simul caputpurgio cauterio & ruptorio: Caputpurgium per palatum & os gargarismis & masticatoriis dissoluentibus & attrahentibus, si dispositio pulmonis, aut gutturis resistat, vel humores cholerici non abũdent in capite. Caputpurgiũ ꝑ nares, sternutatoriis & dissoluentibus & attrahẽtibꝰ, si nõ resistent, timor est nocumẽti maioris. Ruptoriũ cauterium in antiquo dolore, ex phlegmate vel salso sanguine: Cauterium occipitis patiente prora. ¶ Cauterium in fontanella adiutorij, patiente occipite, ruptorium supra caput passione profunda. ¶ Euacuatio & alteratio separatim digerere prius, capitis humorẽ tandem euacuare, pillulis trahentibus per secessum, aut caputpurgiis iam dictis, cauendo ne tantum subtile educatur, aut plus attracto dissoluatur. Digerere medicinis alterantibus in primo gradu, materia existente qualitatis debilis: alterantibus in quarto, materia existente qualitatis intensæ, nisi propter exuberantiam eius timeatur augmentũ doloris ebullitione, & extensione, aut generatione apostematis, congelatione, Alterantibus in mediis gradibus, materia existente mediæ qualitatis, tenendo prædicta in ore: maximè odorifera, & quæ subtilem ac purum vaporem emittũt, & etiã resoluendo per os masticatione, collutione, vel gargarismo, si prohibẽs nõ occurrat de glutiendo sub forma, quamdiu mouetur in stomacho, sicut forma electuarij, vel pulueris, vel trochisci, vel pillulæ, maximè illa hora, qua diutius in ore stomachi aliquid retinetur, vt post cibum, & in decumbentibus, aut hora cubandi, nullo tamen sequente potu, ne vltra procedant, liquore enim meri, & stomachum citò transeunt. ¶ Sacellãdo caput cũ siccis magis in humidis, vel cum calidis actu in frigidis. Cũ torrefactis aut frixis, & nõ elixis, in rheumatismis fumigando magis in frigidis, & humidis materiis, si spiritualia nõ resistãt, stuffando magis in frigidis & siccis. Embrocãdo magis in ꝓfundis, & craneum densum habẽtibus, fomentando & leuiter abluendo in oppositis, cũ tamen prædictis rheumata vel alia ꝓhibentia, vt vlcera capitis, nõ resistant. ¶ Epithimãdo in materiis extra craneũ, & habentibus caput passibile capite raso: Emplastrando in ꝓfundis materiis, in habentibus caput durum & forte. ¶ Item epitimando & emplastrando magis per partem superiorem, in qua est cõmissura coronalis, quam inferiorem, & partem anteriorem, in qua est commissura sagittalis, vt virtus medicinarum ad cerebrum dirigatur. Item epitimando & emplastrando cum valde calidis magis posteriora, propter nucham & neruos: & cũ valde frigidis anteriora auribus instillando, cùm ad latera capitis magis declinat materia distillando calida & subtilia ad corrigendam ventositatem. Frigida verò ad obtundendum acumen humoris, aut vaporis acuti, quæ actu sunt tepida. Naribus attrahendo liquores aut pulueres, aut odores repugnantes, aut prohibentes vapores, humoris receptionẽ in capite, aut quia receptũ dissoluunt & attrahunt, aut etiam solùm alterãt, maximè verò in prora cerebri. ¶ Medicatio rectificans malam dispositionem totius, aut membri mandantis: Medicatio conueniens toti, aut membro mandanti, ratione suarum dispositionum, vel conueniens eis specialiter ratione capitis, sicut in stomacho: Generaliter enim in omni passione capitis conuenit, vt mundus à superfluitatibus teneatur vomitibus, aut aliis modis, quia promtissimè capiti communicat eius malitia: & vniuersaliter intelligitur in quibuscunque ministrantibus, cæteris patientibus membris.

Medicatio rectificans.

¶ Medicatio conueniens mandantibus specialiter, ratione capitis. ¶ Regimen prohibens motũ vaporis vel humoris ab eo ad caput: vaporis fricatione mandantis, aut attractionem vaporis ad inferiora, fomẽtatione, vel embrocatione, vel vẽtosatione resoluente vaporem, ligatione in parte superiori. Cauterizatione cum medicinis rumpentibus, cum igne: Euacuatione vaporantis humoris ab eo, applicatione medicinarũ prohibentium vaporem ascensum, velut in stomacho.

¶ Regimen prohibens ascensum humorum, & eorum receptionem in capite, tractus eius ad oppositum, sine euacuatione, vel cum euacuatione. Euacuatio eius à membro mandante, sensibiliter per conuenientes regiones, vel insensibiliter resoluentibus medicinis, modis iam dictis in tractatu humoris peccantis in corpore toto: Cõfortatio capitis cum stypticis, prohibentibus receptionem humorum, & etiam vaporum in eo, vel cum infrigidantibus, maximè in humore collecto applicatis modis iam dictis digerentibus medicinis. Constrictio arteriarum pulsantium in temporibus cum stypticis & frigidis strictoriis in acuto humore, cum stypticis & calidis in humore frigido. Cauterizatio earundem cum acub. secantibus, in humoribus frigidis, extractio & abscisio earum in calidis. Abscisio causarum coniunctarum cephalicæ, rectificatio vel correctio malę complexionis, sanatio solutionis continuitatis, curatio apostematis. ¶ Correctio malæ complexionis, alteratio cum imprimentibus oppositam qualitatem, in gradu conformi maximè in ea parte, quam causa primitiua principaliter alterauit, exclusa tamen prius materia, si qua fuerit, modis prædictis, & fiat cum alterantibus, maximè conferentibus cerebro. ¶ Sanatio solutionis continuitatis, ablatio soluentium, vni-

Regimẽ prohibens ascensum vaporis.

Correctio malæ cõplexionis.

vnitio partiũ ſolutarũ. Euacuatio ſanguinis exu-
berantis in venis capitis, modis p̃dictis, excluſio
vaporum rarefaciendo & reſoluendo, vt ſuprà. E-
uacuatio vel abſciſio humoris corroſiui, euacuá
tibus inſtillantibus ſupradictis. Correctio & ex-
cluſio ventoſitatis extenſiuę, ſubtiliantibus & re
ſoluentibus embrocis, ſternutatoriis, inſtillatio-
nibus, aut modis etiam prædictis, extractio ſagit
tæ, vel alterius ferri, lapidis, arundinis, petræ &
ſimilium, necatio vermis, poſt purgationem cere
bri, cum medicinis necantibus vermes, iniectis B
naſo, vel commiſſurę raſo capite applicatis. Vnio
partium ſolutarum, regimine æquáte partes diſ-
continuatas, ſecundum naturalem figurá, quan-
tò poſsibilius fuerit, conſeruante & confortante
calorem naturalem, maximè in capite poſt vul-
nerationem prohibente generationem ſuperflui
tatum in corpore, conſumente aquoſitatem ſan-
guinis in toto corpore, ſeu in venis, excludente
ſaniem ex vulnere penitus: ſicut tabula de vulne
ribus capitis, & fracturis cranei plenè docet. Cu- C
Curatio apoſtematis.
ratio apoſtematis, fluẽtia diuertere, tractu ad op-
poſitum, dicto modo, repercuſsione in calidis cũ
ſtypticis frigidis, maximè in principio & augmẽ-
to miſtis penetrantibus, vt aceto, repercuſsione
in frigidis cum ſtypticis calidis. Fluxa diſſoluere,
maximè in ſtatu & declinatione, ſenſibilibus e-
uacuantibus ſupradictis, quibus etiam patienti-
bus, ſi phlebotomia de brachio fieri nequeat, ꝓp-
pter alienationem & inquietudinem patientis,
fiat immediatè de vena frontis. Inſenſibilibus e- D
uacuationibus ſuperiùs nominatis, in applicatio
nibus digeſtiuorum; In calidis primò cum reſol-
uentibus frigidis, aut paucæ caliditatis: deinde
cũ calidis, & calidioribus, ſecundum quod mor-
bus amplius declinabit: In frigidis verò primò
cũ calidis minus: conſequenter cum calidiorib⁹,
ſecundum quod finis declinationis amplius ap-
propinquat. In cholericis plus extinguendo, & i-
deò magis vtendo frigidis & aquoſis. In ſangui-
neis verò plus euacuando & ſoluendo, & magis E
vtendo frigidis ſtypticis, & vniuerſaliter etiam
exſiccantibus in eis, maximè vitando aquam fri-
gidam intus, & extrà: quoniam coadunat, & nihil
reſoluit. Item in phlegmaticis plus euitádo ſom-
num profundum, clamando & exponẽdo patiẽ-
tem luci, trahẽdo capillos: plus etiam clyſterizã-
do acutis mordicatiuis, ad excitandum & attra-
hentibus, quam pharmacando, plus gargariſma-
tibus inciſiuis vtendo, plus vomitũ prouocando
cum penna mellita & ſynapiſata, plus corpus fri- F
cando, & vngendo cum oleis & acutis trahenti-
bus, vt nitroſis, vrtica, laureola, pipere, piretro, &
ſimilibus: plus in principio repercutiendo cũ a-
ceto ſquilitico, & modico oleo roſato, poſt biduũ
verò miſcendo caſtoreum, vel aliquod aliud for-
te reſolutiuum, plus ruptorio, & rubefactorio, &
etiam mordificatiuis capiti applicádo, etiá ſquil-
lam recentem, plus vẽtoſa cũ igne & ſcarificatio-
ne apponendo: in melancholicis verò minus v
tendo prædictis, magis autem embrocis reſoluẽ- G
tibus, ſubtiliantibus, & ſimilibus, gargariſmis &
ſternutatoriis, velut cum calamento, origano, hy
ſopo, magis pharmacando, & vniuerſaliter min⁹
exſiccando, incidendo, & magis ſubtiliando cum
aromaticis, cauendo nè ſubtile educatur, & groſ-

A ſum remaneat, duro mollificantia & reſoluentia
apponendo. Eradicatio veſtigiorum relictorum
à cauſis coniunctis cephaleæ alteratione malæ
qualitatis relictæ in capite cum medicinis oppo-
ſitæ qualitatis aut virtutis, Mitigatio periculoſi
accidentis præter abſciſionem cauſæ, quando a-
cutus dolor, & inſtantia vigiliarũ timetur, aliena-
tio, apoſtematio, apoplexia, ſpaſmus, ſyncope ma
ligna, vel mors. Stupefactione ſenſus in calidis
tantùm, cum narcoticis tantùm. In frigidis autẽ
B non accidit acutus dolor, vel fit aliqualiter, ſuffi-
cit temperatè calidis mitigare, ne membrum no
bile ſtupefacientibus corrumpatur. In membro
autem vili tutũ eſt, vt in dolore cholico, applica-
re. In apoſtematibus autem compoſitis ex diuer
ſis humoribus, cõpoſito regimine medicationis
procedere cauſisq; ſalubrib⁹ vti oportet. Oppo-
ſitarum virtutum natura, vel artificio præparans
æqualiter, ſi æqualis fuerit concurſus humorum
cauſantium apoſtema, inæqualiter, ſi fuerit inæ-
C qualis: ita tamen, vt prædominanti humori po-
tius obuient omnes ſpecies medicaminis ſuprà
enumeratæ, vel quæ illi conuenient, hoc ſemper
recolendo, quòd in ſubtiliatione quorumcunq;
apoſtematum, ſolùm diſſoluentib. eſt vtendũ, &
ſic etiá debilibus debiliorib⁹ vſq; ad finẽ. ¶ Phre-
neſis græcè ſonat ꝓpriè in latino pelliculari, aut *Phreneſis.*
velaminũ læſio &c. vnde per antonomaſiá attri
buitur apoſtemati calido, pelliculari indifferen-
ter, tàm capitis quàm pectoris: quoniá ex vtraq;
D paſsione cauſatur illa ſumma, & abſoluta homi-
nis læſio, q̃ eſt amiſsio rationis. Perſicè, cùm pro-
priis vocabulis vtãtur, tale apoſtema in velamini
b⁹ pectoris nominatur birſen: in velaminib. capi-
tis ſirſen. ¶ Carabitus autẽ eſt nomen phreneſis *Carabitus.*
corruptum apud Arabes, ꝓpter vniformitatẽ li-
terarum, quibus ſcribitur apud eos. Vnde pun-
ctis deficientibus, quæ vices gerũt vocalium, eæ-
dem literæ in eadem dictione ſcripta, æquè bene
poſſunt repræſentare hanc dictionem phreneſis,
E & aliam, ſcilicet carabitus: Species phreneſis ve-
ra eſt capitalis nota, & eſt pectoralis, & interdum
ex ſimili apoſtemate in matrice vel ſtomacho.
¶ Cauſæ eius primitiuæ omnia extrinſeca adue- *Cauſæ.*
nientia, quæ humores calidos, aut generant, aut
acuunt, aut mouẽt ad locum collectionis. ¶ Cau-
ſæ eius antecedente abundantia humoris ca-
lidi in corpore toto, vel maioribus venis: Debili-
tas membri recipientis & apoſtematis, maximè
cauſata ex mala complexione communicata, vel
F ſuperueniente, fortitudo mẽbrorum aliorũ, ma-
la diſpoſitio toti⁹, aut vnius mẽbri & potius cor-
dis, mádantis acutũ vaporẽ, aut calidũ humorẽ,
vt in acutis febrib⁹, dolor acutus capitis, vel mẽ-
bri apoſtemati. ¶ Cauſæ cõiunctæ ipſius ſanguis
feruens in venis prædictorũ velaminũ: Cholera
ibidem excuberás & coarctata, citrina rubea, vel
aduſta: Miſtura ſanguinis & choleræ cõcluſa ibi,
vapor calid⁹ & acut⁹ in velaminib⁹ cerebri coar-
ctat⁹. ¶ Signa phreneſis in ſe ſigna diſpoſitionũ
G cerebri, p̃cipuè quę ex alienatione & mẽbris col-
ligatis accipiũtur: Signa periculi in phreneſis, a-
lienatio dæmoniaca, cũ falſo riſu, & interpolato:
Inquietudo vehemens, emiſsio linguę, eiuſque
nigredo, vrina alba, & maximè aquoſa, pul-
ſus ſpaſmoſus, frequens, tremulus: his quidem

ſignis cum virtute forti apparentibus vt pluri-
mum ad diem tertium tardatur mortis pericu-
lum, tandem deficiente virtute remittitur inquie
tudo, vel interdum ſubitò cadentes moriuntur,
Signa. & pereuntes efficiuntur lethargici. ¶ Signa per-
mutationis veræ in lethargum oculorum pro-
fundatio cũ clauſione & lacrymis, fluor ſaliuæ,
tardus pulſus, & rarus, immobilitas patientis.
Apoſtema ſub ſtantia cerebri. ¶ In apoſtemate ſubſtantiæ cerebri & partis an-
terioris aut mediæ, occultatio nigredinis oculo-
rum, & apparitio albedinis, electio decubitus re- B
ſupini, inflatio ventris, & extenſio oſsium pecto-
ris, & multiplicatio tremoris in membris, in he-
cticam, profundatio oculorum, ſedatio febrilis
inflammationis, inſenſibilitas febris apud patiẽ-
tem, nigredo corporis, paruitas & durities pulſꝰ
in ſpaſmoſum, tremor, multitudo iectigationis,
ſtridor dentium, torſio oculorum & ceruicis. Si-
gna reſolutionis eius per hæmorrhagiam nariũ,
aut hæmorrhoidarum, aut mẽſtruorum, aut ma-
tricis, copioſa ſanguinis euacuatio per partes p̃- C
dictas, cum ſedatione alienationis, & rectificatio
ne pulſus. ¶ Cura eius, medicatio occultorum
apoſtematum cerebri, dicta in cephalea, dięta in-
frigidans & humectans, & valdè ſubtilis, vſq; ad
declinationẽ propter acumen morbi. ¶ Lethar-
Lethargus. gus græcè, obliuio propriè latinè, ſed per appro-
priationẽ ſignificat apoſtema frigidum cerebri,
vel ſuorum velaminum, licet hoc ſit rarum pro-
pter ſoliditatem, & duritiem eorum, quæ reſi-
ſtunt receptioni humoris frigidi, & obtuſi ad pe- D
netrandum: & denominatur à ſuo manifeſtiori
accidente ſcilicet obliuione. ¶ Species eius phle-
gma purum, vtplurimum miſtus humor ex phle
gmate in plus, & melancholia in minus, rarò, me-
Cauſa. lancholicus pro maiori parte rariſsimè. ¶ Cauſæ
eius primitiuæ quicquid ſex rerum nõ naturaliũ
generat humores frigidos maximè phlegma va-
pores groſſos & humidos, ac etiam quicquid ſola
qualitate infrigidat, & humectat excellenter. Aer
pluuioſus & nebuloſus, præcipuè frigidꝰ, immo- E
derata olfactio humidorũ, pręcipuè frigidorum,
immoderata quies, nimia repletio maximè in cœ
na tàm cibo, quàm potu, ſicut in ebriis, nimius
potus aquæ frigidæ, ac brodiorum pinguium &
infrigidatorum, carnes porcinæ recentes: Item
agninæ, auinæ, auium fluuialium, vel ſtagnalium
cerebella, & pedes quadrupedũ albumen ouorũ,
lac, & etiá caſeus, piſces recẽtes, præcipuè fluuia-
les & lacunales, & ſine ſquãmis, cępę omnes: nam
eorum vapor, & groſſus, & humidus eſt, & ad pu F
tredinem pronus ſua inconueniẽti caliditate, ma
ximè in rubeis atq; longis: Fructus recentes, ma-
ximè aquoſi, tubera & boleti, vel fungi, attriplex,
portulaca, cucurbitę, melones, cucumeres, citru-
li, caro citri, ſomnus nimius, maximè poſt reple-
tionem, nimia ceſſatio cõſuetæ purgationis, ma-
ximè phlegmatis. ¶ Cauſæ eiꝰ antecedentes, de-
bilitas cerebri maximè à frigiditate & humidita-
te cauſata, fortitudo aliorum membrorum, mala
diſpoſitio totiꝰ corporis, vt in cõgelatis mala diſ- G
poſitio vnius mẽbri, mandantis prędictũ humo-
rem. Abundantia frigidorum humorũ in corpo-
re, dolor capitis, maximè in rheumate frigido.
¶ Cauſæ coniunctę ipſius, humor prędictus im-
moderatè collectus in meatibus cerebri, vel in

A ſubſtantia eius, aut velaminibus. ¶ Signa lethar- *Signa.*
gi in ſe ſigna frigidorum apoſtematũ, in interio-
ribus capitis, & etiã frequenter oculorũ clauſio
cum difficultate aperiendi; pigritia reſpondendi
ad interrogata clamantis, oris fluor & apertio cũ
pigritia & obliuione claudẽdi, & albedo linguæ,
ſingultus propter cõitatem ſtomachi, anhelitus
tardus, rarus, & debilis, egeſtio humida, vrina
ſubiugalis, & obliuio vrinandi, permiſtio intelle-
ctus cùm reſpondere coguntur, immobilitas de-
B cumbendi. Signa lethargi in ſubſtantia cerebri,
paruitas doloris, eminentia oculorum, ſomnus
profundiſsimꝰ, immobilitas maxima, albedo lin-
guæ intenſior. Signa eius in velaminibus, dolor
ſenſibilior, & cætera remiſsiora. Signa periculi in
lethargo, intenſio prædictorum accidentiũ, mul-
tiplicatio ſudoris cum defectu pulſus, & virtutis.
Signa euaſionis, bonificatio anhelitus, remiſsio
cunctorũ accidentium, apoſtematio ſub aure. Si-
gna permutationis eius in paralyſim: ſigna para-
C lyſis. ¶ Cura lethargi medicatio, & diæta, medica *Cura.*
tio apoſtematum frigidorũ, maximè phlegmati-
corũ diæta in cephalea, & ſuper omnia præmit-
tere phlebotomiã in plethoricis, cõſequenter cly
ſterizare acutis: Nam clyſtere medicatiuum mor
bi ſequitur phlebotomiam: clyſtere verò ſoluens
conſtipationem præcedit eam tanquã auferens
prohibens, vt clyſteres non ſint nimis fortes, ne
cauſetur alui fluxus, quia vt Gal. ad Glauconẽ
teſtatur, & nimius fluxus ventris, & nimia con-
D ſtipatio in lethargicis feſtinant perniciem, & idẽ
intelligere conuenit in cunctis apoſtematib. ce-
rebri: vel vomitum procurare, ſi ſtomachꝰ plenꝰ
fuerit cibo recẽti, aut crudo: embrocare cum mol
litiuis, vt maluis, camomilla, & meliloto, & radice
lilij, & violarum, & comprimere veſicã in oblitis
mingere, diæta calefaciens, & exſiccans & valdè
ſubtilis vſq; ad declinationem, cùm morbꝰ ſit re-
pletionis, & breuis propter mẽbrum principale.
Collectio aquoſitatis in capite frequẽter accidit, *Collectio aquoſitatis in capite.*
E prius lactantibꝰ: rariſsimè verò maioribus. ¶ Spe
cies eius collectio inter craneum, & duram ma-
trem, vel collectio inter cutim & craneũ. ¶ Cau-
ſæ eius primitiuæ quicquid ex ſex rebꝰ, habet po
tentiam generandi, & multiplicandi aquoſitatẽ
in ſanguine, & etiam coarctãdi: error obſtetricis
in cõprimendo caput infantis, adeò fortiter & ru
diter, vt ſeparet partes, & orificia venarũ aperiat.
¶ Cauſæ antecedentes, aquoſitas abundans cum
ſanguine in aliis partibus corporis, diminuta di-
F geſtio hepatis, fortitudo mẽbrorũ impellẽtium,
debilitas capitis. Cauſa coniuncta aquoſitas ipſa
in capite collecta. ¶ Signa ipſius in ſe ſigna dicta
apoſtematibus capitis. Signa pericuIoſa immo-
derata collectio cũ defectu virtutis: maximè col-
lectio intra craneũ. Signa euaſionis collectio ex-
tra craneũ, maximè pauca, & cũ bonitate virtu-
tis. ¶ Cura in exteriori, ſi aqua fuerit valdè pauca
cũ reſoluẽtibus, & exſiccantib. aquoſitatẽ ſub for
ma emplaſtri applicatis, cũ aliis modis dictis in
G cephalea, & raſo capite. Si verò fuerit multa cum
ſciſſura capitis trimẽbri, vel quadrimẽbri, ſi plu-
rimũ fuerit euacuatione aquoſitatis per locũ in-
ciſionis, ſequẽte poſtmodũ cura ipſiꝰ inciſionis. *Apoſtema compoſitum dormitio vigilatiua.*
¶ De apoſtemate cerebri cõpoſito, quod cauſat
dormitionem vigilatiuam ſuccos corrupto Ara-
bico

bico, interpretatur latinè dormitio vigilans, & appropriatur hoc nomen apostemati cerebri, cōposito ex phlegmate & cholera, quoniam tali apostemati excellenter conuenit tale accidens, à quo denominatur. ¶ Species eius, apostema æqualis mistionis choleræ & phlegmatis vel apostema mistionis, vel collectionis, in qua alter humorum excedit. ¶ Causę eius primitiuæ, regimen malum in sex rebus multiplicans phlegma & cholerā, maximè gulositas & multa comestio, in qua sumuntur indifferenter acuta, & insipida, aquosa, assa, & elixa præcipuè reseruantia. ¶ Causæ antecedentes, fortitudo membrorum expellentium abundantia prædictorum humorum in eis, debilitas capitis oppositi, lapsus viscerum: vt caliditas & siccitas hepatis, & frigiditas & humiditas stomachi, vel econuerso: Causa coniuncta, prædicti humores in capite collecti. ¶ Signa ipsius in se, signa apostematum compositorum capitis: Signa distinctiua ipsum à suffocatione matricis, immutatio faciei à dispositione naturali: locutio patientis cum aliquo intellectu, & febre continua quibus caret suffocatio matricis, & insuper defectus signorum propriorum matricis. Signa distinctiua ipsum à lethargo & phrenesi, est participare accidentia vtriusque simul, vel cum manifesta successione, vel alteratione, sicut in signis apostematum capitis dictum est. ¶ Cura prædicti apostematis medicatio composita ex medicatione cholericorum apostematum cerebri, & phlegmaticorum, sicut dictum est in cephalea, maximè pręmittendo phlebotomiam, præcipuè in plethoricis, & clysteria, necnon & vomitum, si stomachus plenus fuerit cibo recenti, vel crudo: Diæta temperata, vel declinās ad qualitatem obuiantem prædominanti, & subtilissima vsque ad declinationem propter morbi acumen, & breuitatem, cùm omnis morbus acutus sit breuis, sed non econuerso. ¶ Somniculositas vel somniculentia est superfluus somnus. ¶ Species eius somnus prolixus, leuis, in quo mens parum ligata phantasiis eluditur, & dormiens clamore vel pulsione facili excitatur, prolixus, grauis, siue profundus, in quo mens omninò ligatur, & dormiens difficulter excitatur, torpet ad motum, & omne opus, ita, vt quasi sit impotens ad surgendum, & Subeth Arabicè nominatur, plures autē latinorum & Græcorum vocant stuporē. ¶ Causæ eius primitiuę, quęcunque sex rerum priuant spiritibus cerebrū per se, vel per accidens: per se resoluentia ipsos in corpore. Aer manifestè calidus, præcipuè in corporibus raris, & parum sanguinis habentibus, exercitium maximè forte, coitus superfluus, immoderata & sensibilis euacuatio sanguinis & aliorum humorum, superflua & insensibilis inanitio, aut in his, qui passi sunt acutos dolores, febres laboriosas, aut chronicas, aut prolixas vigilias, aut ieiunium nimium: Intēsæ delitiæ, vt in auditu melodiæ. Per accidens quæcunque infrigidant, vel humectant, vel vtroque modo alterant, vt somnifera exteriùs applicata, vel intus sumta, sicut lac maximè coagulatū in stomacho, coriandrum recens, lactuca, opium, iusquiamus, nux mechel, semē psylij, & papaueris, nenufari radix, aut semen mandragoræ: & cætera alia, de quibus est dictum in lethargo. Infrigidantia, quia spiritum coadunant, & à corde ad cērebrum, & à cerebro ad organa sensuum prohibent dilatari. Humectantia, quia spiritum ingrossant, & generant, ac prohibent ad prædicta mouēri, è quorum numero est decubitus resupinus: nam compressis venis exterioribus, in occipite pelluntur humores ad interiora capitis, & versus oculos extra, sed intus econtra: nam superfluitates proræ cerebri deriuantur ad puppim eius. Vtroque modo alterantia vtraque faciunt, & cætera spiritum ineptum reddunt ad actiones. ¶ Causæ antecedentes, abundantia sanguinis in corpore toto humectando, paucitas eius spiritus minuendo, abundantia phlegmatis infrigidando, & humectando, abundantia melancholię naturalis infrigidando, raritas pororum facili deperditioni spirituum seruiendo, vel disponendo: Frigiditas membrorum maximè communicata cerebro, sicut in algoribus aeris, corpus infrigidantis, & in febrium rigoribus atque typis, mala dispositio totius corporis vapores grossos & humidos multiplicando, & maximè mandando cerebro, sicut in febribus lentis, præcipuè in pueris, atque humidis. Mala dispositio membri vnius prædictos vapores cerebro mandans, vt pulmo saniosus, aut pectus, aut hepar, aut stomachus limosus, matrix mucilaginosa: intestina lubricosa: Mala dispositio totius paucitatem consumens, vel resoluens spiritum: vt ephemera in corporibus extenuatis, & maniacis. Permutatio morbi alicuius insolitè, vt peripneumoniæ & pleuresis. Mala dispositio membri alicuius, contrahens cerebrum & claudens meatus eius, maximè proræ, velut spasmatio stomachi, & vt sæpè contingit in valida fame. Mala dispositio membri alicuius, comprimens & coarctans, maximè prorā cerebri, sicut in craneo icto, vel compresso. ¶ Causæ coniunctæ vel immediatæ, somni defectus, vel diminutio magna spirituum in cerebro, & in organo sensuum: Coniuncta cerebro frigiditas pura, constringens meatus eius, & prohibens spiritus dilatari: Humiditas meatus eius, è qua compressio vel contractio cerebri, claudens meatus illos. ¶ Signa specierum somniculositatis ex descriptionibus specierum sumenda. ¶ Signa causarum primitiuarum, indicat patiens vel assistentes, vestigia item derelicta in corpore ab eisdem causis, sicut color viridis & plumbeus cutis, in congelatis à frigore, tarditas, magna raritas pulsus, aut odor somniferorum, vel alia in venenis ebibita, tacta, & sic de alijs. ¶ Signa causarum coniunctarum, signum primæ causæ, ipsa somniculositas, signa frigiditatis & humiditatis.

¶ Signa malæ complexionis cerebri, & ipsæ species somniculositatis: nam leuis signum est debilis frigiditatis, cùm aer clamore concussus frangat eandem, & paucæ humiditatis: grauis autem signum est excessus nimij alterius, maximè humiditatis vel vtriusque. ¶ Signa compressionis cerebri, spasmatio stomachi, fortis ictus in capite, compressio cranei. Signa distinctiua somniculositatis ab illis dispositionibus, in quibus vtiliter sensus, motus, & cognitio auferuntur: In ipso esse paroxismi distinguitur ab apo-

plexia, quia ſomniculoſus poteſt excitari & ſurgere, intelligere, & ſentire, à ſyncopi differunt, quia pulſum habet magnum, & ſimilem pulſibus ſanorũ, nec color in vultu fit pallidꝰ, aut gypſeus, vt in mortuis, nec extrema frigeſcunt à ſtupore congelatiuo, quia non tenet apertos oculos: à lethargo, quia non febricitat: Ab epilepſia, quia nõ torquet aut mouet labia, nec inuerſat oculos: A præfocatione matricis, quia ſomniculoſus vocatus aperit oculos, & ridet, ſed in præfocatione non. Item antecedentibus ſignis, quæ aſſiſtentes ſi fuerint, exprimunt, etiam diſtinguitur. Itẽ ſomniculoſus vt plurimum habet vultum tumidum, aut palpebras.

Cura. ¶ Cura ſomniculoſitatis eſt cauſarum abſciſio primitiuarum, per diętã imprimentem effectum oppoſitum illis cauſis, diſcernendo per ſingulas, vt eſt ſupra ordinatum, vel vt ſaltem ſit neutrum: abſciſio cauſarum antecedentium diæta multiplicante ſpiritum vel diminuente humorem peccantem, aut generante contrarium illi. ¶ Medicatione corrigente peccatum humorum in toto corpore, rectificante malam diſpoſitionem totius, aut membri mandantis modis expreſſis in cephalea, manuali opere extrahente os cranei, quo cerebrum comprimitur, ſicut docetur in fracturis illius: Abſciſio cauſarum coniunctarum regimine motus corporis, & accidentium cum quo ſpiritus ad organa ſenſuum terminatur & magis ad cerebrum mouendo, & fricando, trahendo capillos, naſo, & auribus contriſtantibus, prouocando, pectinando, vrendo, vel etiam vlcerando. ¶ Medicatione corrigente malam complexionem cerebri, excludendo prius meteriam, ſi quæ fuerit ibi: Domum verò alterando cum calefacientibus, & exſiccantibus ſeperatim, aut ſimul ſecundum proportionis gradum complexionis malæ & tolerantiæ ſubiecti, ſecundũ quod particularia iudicabunt & etiam modis applicatis dictis in cephalea. Specialiter autem ad attrahendum vtendum eſt emplaſtris rupẽtibus cum ſquilla confectis, & ſternutatorijs, piretro, ſinapi, & odoramentis muſci, aceti acerrimi calidi, aqua aromatica thuris & melantij, & ſimilium aromaticorum, ac etiam ſuffitus ex aduſtione capillorum, ac ſoleæ veteris, fimi columbini, & ſimilium: Vniuerſaliter autem ex cauſis inſomnietatis eligere oportet cauſas curatiuas ſomnolentiæ.

Inſtantia vigiliarum. ¶ Inſtantia vigiliarum cum immoderata & inuoluntaria vigilia, quam quidam latinè vigilatiuam nominant, quidam inſomnietatem: Arabicè verò corrupto nomine ſaharra dicitur.

Cauſa. ¶ Cauſæ eius primitiuæ quæcunque ſex rerum ſpiritus mouent ad cerebrum & ad organa ſenſuum per ſe vel per accidens. Per ſe aer calidus & luminoſus, membrorum motus, & maximè frigidorum, cibus calidus actu vel potentia, & potus ſimiliter per accidens ſomnum cauſat, ſcilicet humectando vaporibus, vt dictum eſt ſupra: Ira & gaudiũ, ſiue lætitia: per accidens quæcunque calefaciunt & exſiccant, aut fortiter mouent ſenſus, ſicut ea, quæ nunc dicta ſunt pro maiori parte: Itẽ omnia acuta & pungitiua, ſiue in nutrientibus, ſiue in medicinis, verba fortia, clamores acuti, ſtudium vehemens, vrgens ſolicitudo, timor cauſat vigilias, quando ſcilicet cauſa remiſſa eſt, quæ cauſauit ſolicitudinem de vitando terribili: Similiter

A intelligere oportet de diſplicentia mentis, & indignatione. ¶ Cauſæ antecedentes, humores ſicci, abundantia in corpore, aut humores velut ſicci, vel quamuis fuerit prius calidus, aut etiam frigidus, qualis eſt cholera aduſta vel abundantia humoris ſalſi & nitroſi, velut in ſcabioſis & ſenibus valde. Mala diſpoſitio totius corporis, aut alicuius membri mandantis cerebro aliquem prędictorum humorum, vel vaporem acutum & pungitiuum, ſicut in febribus contingit caliditas, B vel mala diſpoſitio membrorum cauſans anguſtiam & laborem, ſicut accidit in orthopnœa, aſtmate, & ſimilibus: dolor acutus membrorum capitis & habentium colligantiam cum cerebro, vel etiam vicinorum. ¶ Cauſæ coniunctæ, coniuncta ſpirituum multitudo ipſorum in cerebro, coniuncta cerebro caliditas & ſiccitas, aut valida ſiccitas, quibus ſpiritus acutus & lenis efficitur, & meatus cerebri patuli conſumuntur. Punctio cerebri & velaminis eius, vapore vel humo- C re, vel acuto corpore, velut petia cranei.

Signa. ¶ Signa cauſarum primitiuarum, indicat patiens vel aſſiſtentes, veſtigia item derelicta in corpore, velut inflatio vultus, in ira, odor comeſti ſinapis, vberum liuor. Signa cauſarum antecedentium: ſigna humorum in corpore dominantium, læditur balneo calido aquæ dulcis: nam ſi vigilias foueat aut augmentet, calidi & acuti humoris aut nitroſi abundantiam in corpore ſignificat. ¶ Signa diſpoſitionum totius, aut membri D mandantis ex dictis ſignis diſpoſitionum cerebri ſumuntur, querela item patientis de dolore manifeſtè in aliqua parte corporis. Signa cauſarum coniunctarum multitudinis ſpirituum, ipſa vigilantia, caliditatis & ſiccitatis: Signa talis complexionis in cerebro ſiccitatis tantùm: Signa eius abſque ſenſu caloris aut frigoris nitroſi humoris, ætas & regimen pręteritum, rheuma præcedens, maximè concluſum, ſubitò excitatio à ſomno cũ ſaltu, ſiue ſignis humoris nitroſi acutus corporis E dolor continuus in vna parte, ſignificatur fractura cranei præcedens.

Cura. ¶ Cura inſomnietatis, abſciſio cauſarum primitiuarum regimine conuenienti, per ſingula diſcurrendo taliter, vt ad oppoſitum moueant, vel ſaltem ſint neutra. Abſciſio cauſarum antecedentium, diæta prohibente generationem humorum in corpore, medicatione corrigente peccatum illius, & rectificante malam diſpoſitionẽ totius, aut cerebri, mandantis, ac doloris acumen in membro quolibet, mitigante, F modis & medicinis dictis in cephalea. ¶ Abſciſio cauſarum coniunctarum, regimine diuertente à cerebro ſpiritus, quemadmodum & vapores modis dictis in cephalea, præcipuè ſuaui & delectabili melodia canentium, vel inſtrumentorum ſonantium, aut deſtillatione aquarum ſupra corpora reſonantia, vel tinnientia, velut cõchas, aut aſſiſtentium placida collocutione, tacendo repente atque ſuaui extremitatum fricatione ſine fomento, nec ea largiri fortiter niſi citò & G repentè ſoluantur. Medicatione cum alterantibus, corrigente caliditatem & ſiccitatem cerebri, aut ſolummodò ſiccitatem, maximè balneo aquæ dulcis, & ſuccis, & mucilaginibus, & oleis attrahendis naribus, vel inſtillandis auribus, aut proræ capitis & temporibus appli-

applicando,circũſcriptis prohibentibus,vel rheumate,& ſimilibus:& cæteris ſomniferorum materijs nominatis in ſomnolentia,& lethargo, & cephalea. Miſsendo ad cautelam calidis ſomniferis aliquid maximè aromaticis,vt croco & ſquinanto,& ſtœchadi,citrino,& ſtoraci,ac recenti caſſia lig.& vino aromatico,atq; dulci.& ex frigidis aromaticis poſſumus ſemper eligere, ſicut malagranata,& perſica,melones palæſtinos, cucumeres, violas, nenuf.flores amygdalarum & iuſquiami, ſandalum muſcatellinum,vſneã præcipuè quercinam vel ſaxi vmbroſi. ¶Manuali opere pungẽs corpus amouẽte,ſicut in cranei fractura docetur: vniuerſaliter autem cauſis ſomnolentiæ conuenientia eligenda: Aduertendum interim eſt hîc, quod ſtupor interdum ſtrictè capitur à Medicis, ſcilicet pro ablatione imaginationis tantùm, quandoque verò largè, ſcilicet pro ablatione cuiuſcunque communicationis, vel pro magna diminutione ipſius,intantum etiam,quòd ablationem vel diminutionem tactus in aliqua parte corporis, quam quidem dormitationem appellant, vocant ſtuporem: quoniam per ſtuporem intelligunt ſomnolentiam, vel ſubeth: quandoque verò lethargum,quandoque ablationem ſenſus,& ſic vtuntur velut indifferenter hoc nomine,ſicut in ſignis diſtinctiuis horum vocabulorũ inferiùs declarabitur. ¶Somnifera autem conuenientiùs applicantur exteriùs olea, & quæ cum eis incorporantur,aut aliter pręparantur,aut fricatione,aut coctione, cætera conuenientiùs per os ſumuntur: oleorum verò certiora ſunt, quæ fiunt ex nenuf.aut violis, aut flore papaueris,aut quod de ſemine eius exprimitur, vel aliorum ſeminum frigidorũ,maximè cucurbitæ & lactucæ.

Læſio cognitionis interioris.

¶Læſio cognitionis interioris tres habet gradus,in genere, ſicut & nocumenta cuiuſlibet actionis: nam aut diminuitur,aut perimitur, aut aufertur. Ablatio & diminutio totius mentis non habent nomina propria,ſed quia talis ablatio cõcomitatur ſyncopim, vel apoplexiam, vel epilepſiam,vel ſuffocationem matricis, ideo tractandum de ipſa relinquitur in huiuſmodi paſſionibus, & maximè in apoplexia, quæ eſt paſſio cerebri,omninò auferens mentis cognitionem, vnde & taciturnitas nominatur Arabicè. ¶Sed ablatio & diminutio aliquarum partium mentis, habent aliqua nomina propria: nam ablatio imaginationis tantùm dicitur ſtupor in genere, & ab aliquibus extaſis,ſpecialiter tamen vocatur catalepſis, vel congelatio, quando à frigido & ſicco cauſatur: Diminutio verò eius, ſcilicet imaginationis dicitur hebetudo: ¶Ablatio verò & diminutio ſcientiæ tantùm cõmuniter nominatur ſtoliditas,& amentia,licet ſtoliditas maximè communicat diminutioni,& amentia ablationi: ſine mente enim dicuntur tales,quia ſola mens hominis per excellentiam dicitur communicatio communis, qua iſti carent. ¶Ablatio verò & diminutio memoriæ,quę nomine vocantur obliuio: permutatio verò cognitionis,quæ à pluribus vocatur corruptio,dicitur alienatio mẽtis,& eſt innaturalis eius cognitio. Proinde dicitur alienatio, quaſi aliena actio,quoniã res aliter cognoſcit, vel apprehendendo vel iudicando,quàm conueniat naturæ cognoſcibilium,& etiam naturę ſpecificę

Stupor.
Catalepſis.
Congelatio.
Hebetudo.
Stoliditas.
Amentia.
Obliuio.
Alienatio.

cognoſcentis.ſ.rationi.nam propter læſionẽ cuiuſlibet partium mentis aliquo modo ratio læditur ſeu turbatur: Et interdum vocatur dementia quaſi deuiatio mentis,quapropter etiã in actibus ſuis non ſequitur rectam rationem omninò. Species alienationis ſimplex,in qua tãtũ læditur operatio partis vnius ipſius mẽtis, compoſita,in qua duæ vel omnes læduntur, & dicitur indiſcretio. Species alienationis ſimplicis alienatio, in qua imaginatio tantũ læditur,& dicitur fatuitas, quaſi phantaſię vel imaginationis prauitas: alienatio, in qua tantũ æſtimatio læditur,ſiue,vt loquamur in homine ſpecialiter, in quo dicitur cogitatiua, propriè dicitur veſania,vel inſania, quaſi contraria operatio ſanitati.ſ.rectæ rationi,quę eſt ſuprema& propria hominis ſanitas, etiam vocatur ab alijs permiſtio rationis,ab alijs verò,qui mentem cor vocant,vecordia dicitur: Aliter tamẽ largè ſumũtur hæc nomina pro genere alienationis, propter cauſam prædictam.ſ.quia ad quãlibet læſionem mentis aliquo modo ſequitur lęſio rationis, vel quo ad rem cognitã,vel quo ad modũ ratiocinandi.ſ.ſyllogiſticè. ¶Alienatio in qua tantũ memoria manifeſtè primò & per ſe lęditur,ſed ad eã ſequitur læſio rationis pro tanto, quia memoria non repræſentat cõſiderationi propoſitę: ſed alia, ex quibus occupata ratio deuiat à propoſito vacillante memoria,ſecundum quam conſiderationẽ dicit Galenus in 3.de morbo &accidenti,quòd alienatio interdum eſt accidens corruptæ memoriæ: talis autem alienatio apud Medicos nõ habet nomen proprium,ſed nominatur nomine cõmuni omnibus nocumentis memoriæ,quod eſt obliuio: conuenienter tamen poteſt vocari deliratio, quaſi delinita.i.paulatim delata ratio. Cùm enim proprium ſit rationis cõponere & diuidere, proprium eſt memorię humanę complexionabilia. ſ. enunciationes ſeruare,ſicut proprium eſt phantaſiæ,vel repręſentare tantùm formas incomplexionatorum: Cùm igitur enuntiabilia,vel cõplexionabilia,quæ ſunt quædam rationes, delẽtur à memoria,manifeſtè deuiat in talibus ratio,ita,vt eorum locutiones inconſuetæ ſint,& inordinatę, ſicut frequẽter accidit in decrepitis,quia ratio dignior pars mentis,& æſtimatio,ſiue in homine ratio,ideo Medicus ſpecialiter ſpecies aſſignat æſtimationis corruptæ,ſubiungẽs ſpecies corruptionis aliarum partium duarum: nam eodem modo multiplicantur,& quo ad obiecta. ¶Species autẽ ſcientiationis corruptæ diſtinguũtur ex accidentibus animi,quæ concomitãtur eam: imaginatio enim non mouet animum,nec ad eius denuntiationem imperat voluntas,niſi ſcientia prohibens, aliàs approbans vel improbans imaginata,cauſet opinionem: Sunt autẽ ipſius quinque ſpecies famoſæ.ſ.alienatio,quam lætitia concomitatur, & ꝓpriè ſtultitia dicitur,quaſi ſtupida lætitia, quoniam tales in extaſi velut rapti lætantur,& rident ſine cauſa exteriùs manifeſta. ¶Alienatio, quàm concomitatur audacia temeraria & furioſa, nominatur mania, quaſi manium.i. deorum infernalium inſania. ¶Alienatio,quam concomitatur timor irrationalis,& ſolicitudo, quæ communiter nominatur melancholia, recipiens ſuam denominationẽ à ſua cauſa materiali. ¶Alienatio,quã concomitatur immenſa concupiſcentia, irratio-

Dementia.
Indiſcretio.
Fatuitas.
Veſania.
Inſania.
Permiſtio rationis.
Vecordia.
Obliuio.
Deliratio.
Stultitia.
Temeraria.
Furioſa mania.
Melancholia.

nalis, & græcè dicitur herois, id est domina rationis: nam herois est corrupta scientiatio, qua iudicatur apprehensum delectabilius aut excellentius esse, quàm sit, quapropter excitat vehemens desiderium ad quærendum rem illam, & suam cogitationem in ea frequentius: Cum hæc species manifestatur in concupiscentia indiuidui humani, qua indiuiduum vnius sexus cõplexionari desiderat indiuiduo sexus alteriꝰ, vulgariter dicitur amor, & à Medicis amor heroicus. i. immẽsus & irrationabilis.

Heroic.
Amor heroicus.

¶ Alienatio, quam cõcomitatur horror, vel odium irrationabile siue immoderatum, & frequenter hæc species manifestatur in errore societatis humanæ, vel cuiuscũque indiuidui humani. Est .n. corrupta scientiatio, qua iudicat hominem, vel quodcunq; apprehensum summè nociuum & euitabile, maximè omnes viuentes homines, & vocatur hęc alienatio cicubꝰ propter similitudinem, quam habet in incessu, is qui ita alienatus: cicubus enim est quoddam animal paruum, simile araneæ degens in aquis, & super eas incedit præter ordinẽ aliquem, nec ante, nec retrò, nec lateraliter: Similiter iste alienatus, cùm omnes homines conceperit euitare, sicq; adeò raptus, vt non percipiat eos, qui exterius ei præsentes, donec tangant eum, vel appropinquant, & quemlibet sic obuiãtẽ velit fugere, seu vitare, nullũ in fugiendo seruat ordinẽ incedendi, plurima eidẽ obuiant absque ordine, vt parietes, & similia, quæ non percipit propter extasim, quæ procedit ab immensa cogitatione sine desideratu intra cõceptum.

Cicubus.

¶ Prædictas autem species alienationis ideò talibus accidẽtibus distinguit Medicus, quia dicta causa materialis ipsorum, per quam regulatur in operando, clariùs patet prædicto modo distinctionis: sicut patebit in causis antecedentibus cõiunctis, cum cõmuniter prima, & tertia, & quinta, species supradictæ apprehenduntur sub melancholia: tùm, quia melãcholicus humor est cõmunis materia omnibus, tùm, quia accidẽtia melancholiæ sint timor irrationalis, & placentia solicitudinis manifestę cõcomitãtur eas plus, quã alias duas species: nã inanitos & hæresios nõ cõcomitatur timor maniacus, & propter hãc cõsiderationem. s. communis accidentis, & communis materiæ non distinguuntur à melancholia, ideò sub genere melãcholiæ cõprehenduntur: Sed quãtũ ad considerationem primæ materiæ, aut proprij accidentis differunt, vt suprà in parte dictum est, & vtraq; consideratio est vtilis in consideratione, cognitione, & operatione. Species prædictarum quinq; alienationũ tot sunt, quot possunt esse obiecta imaginatiua, & ideò innumerabiles sunt sed quia prodest ad inueniendum formam perfectæ curationis, conari debet Medicus, vt speciem imaginationis, per quam informatur conceptus alienationis, ęstimatio exquisitè cognoscat. Verbi gratia: de melancholicis, vtrũ æstiment se gallos esse, vel lupos, aut canes, &c. vel vtrum esse vitrea vasa, vel caput vitreum, aut non habere caput: & sic de membris alijs: aut se esse mortuos, & nõ debere comedere, & sic de alijs quibuscunq; imaginatis, tam in meloncholia, quàm in alijs speciebus.

Causa.

¶ Causæ ablationis & diminutionis interiorum nocumenti eædem sunt secundum speciem, licet differant tantùm secundũ intẽsum, & remissum, aut perfectum, & imperfectum. Sunt autẽ causæ coniunctæ vel solum defectus spirituum in cerebro, sicut in syncopi, vel malitia complexionis ipsius: & licet omnis malitia complexionis vltimata, membri auferat actionem, sicut & vitã, tamẽ citius aufertur vel diminuitur actio per excessũ illarum qualitatum, quæ minus ad actiones necessarię sunt, à quibus maximè motus impeditur spirituum, & membrorum, quæ sunt frigiditas & humiditas. ¶ Quinq; cõmuniter causæ cõiunctæ stuporis, hebetudinis, & obliuionis, nec non stoliditatis, & amentiæ sunt: aut frigiditas tantùm, vt in congelatis: aut frigiditas & humiditas, vt in alijs. Frigiditas enim mobilitando spititus, & constringendo meatus cerebri, prohibet actionem cuiuslibet partium mentis: & hoc voluerunt significare quidam dicentes, quòd stupefaciendo, & humiditas grauando spiritus, & prohibendo retentionẽ imaginum: Si verò dicatur, quòd caliditate non vltimatur memoria, sicut in multo potu vini, sciendum est quòd illud conuenit ei per accidens, scilicet ratione vaporosæ humiditatis, quæ coniungitur ei, per se enim propriè communicasset imagines: vnde proprius effectus est, permutatio cognitionis potiùs seu alienatio, quàm ablatio, vel diminutio. Causæ verò antecedentes & primitiuæ sunt eædem, quæ dictæ sunt in lethargo, & somnolentia, & amplius etiam virtus occulta, ligans totam, vel aliquam partem mentis de qua dicetur statim in causis alienationis.

Causa primitiua alienationis.

¶ Causæ primitiuæ alienationis in genere, quicquid in sex rebus spiritum animalem alterat, & extrahit ab eo temperamento, quod ei conuenit in qualitatibus visibilibus atque substantia, ad perficiendum cognitionem mentis, secundum exigentiam humanæ naturæ. Spiritus enim, & maximè animalis, facit corpus humanum appropinquare ad cœli ęqualitatem, quando est in substantia subtili & primus, & qualitate visibili, luminosus, & intangibilis, scilicet qualitatibus primis, habens tamperamentum proportionale speciei humanę, ita, scilicet vt ad caliditatem moderamine proportionali declinet, ac moderatam iuxta temperamentum iustitiæ participet siccitatem: nil enim est in corpore passibilius spiritu, cùm sit vapor & ideò facillimè immutatur, maximè si concurrant fortitudo immutantis, & dispositio mutabilis, introducta per causas antecedentes. Vnde secundum quamcumque virtutem spiritus informetur, secundum illam est prõtus vel dispositus agere, sic quòd interdum tam fortiter informatur ab aliquo immutante, cuius impressio repugnat actibus honestatis, vel rationis, quòd anima nullo modo potest vincere vel domare, vt in operibus mentis repræsentet honesta, vel ad cognitionem spiritualium seruiat. Vnde cùm mens ocia non tolleret ac rebellem habeat spiritum vel sensuum exercet operationem secundum exigẽtiam famuli proterui, & ad illa, quæ ille repræsentare potest, trahitur tota imaginando, scientiando & memorando, & in hoc verificatur specialiter illud dictum Platonis, quòd anima sequitur dispositiones, & inclinationes corporis. Veritas autem prædictæ informationis frequenter nobis ostenditur in illis corporibus, in quibus coarctato in testiculis sper-

matę

mate nondum corrupto, sed vaporante vsque ad cerebrum, cùm fortiter informabitur illo vapore cerebrum, atque spiritus, vt quando mens ab exterioribus obiectis retrahitur, siue in somno, siue etiam in tranquillo studio, nil aliud repersentat, nisi ea, quę conferuntur ad vsum spermatizandi, velut species mulierum aut cęterorum omnium, quæ ad hoc referuntur. Vnde tũc accidit animæ, sicut patrifamilias, & cuilibet rectori subditorũ: nam domesticum famulum, quem nequit inducere ad seruiendum in palatiũ, deputat seruitio B stabuli, & statuit eum seruire iumentis, qui respuit seruire hominib⁹. Spiritui verò accidit, sicut vitro de quo fit speculũ. nã si fuerit puræ diaphaneitatis, aut substantiæ perfectæ aut puræ, repræsentat intuenti eo speciẽ cuiuscũq; obiecti voluerit: si verò fuerit infect⁹ colore vel sapore aliquo, sub illo sapore omnia saporabilia repræsentat: quodcumq; igitur agẽs extrinsecũ potest per se, vel mediãte aliquo alio spiritus inficere, vel innaturaliter immutare tam fortibus, vt rationis actibus sint rebelles, aut imaginationis, vel memoriæ necesse est durante malitia spiritum præsentẽ alienari potest enim spirit⁹ aliquid immutare dupliciter, scilicet aut, quia imprimit eis qualitatem alienam, & propriè vocatur infectio: vel quia propriam aufert, & non habet proprium nomen, sed communiter alteratio, vel immutatio, vel corruptio potest dici. ¶ Extrinsecorum autem agentium nullum inficit spiritus, nisi mediãte humore aut mediante vapore resoluto ab eo, sed differenter: nam mediante humore, quia plus inficiũt mineras eorum, scilicet cerebrum tãtùm, aut cor & cerebrum, ex quorum infectione consequẽter inficitur spiritus: cùm verò mediante vapore inficiunt, possunt tantũ infici spiritus propter hoc quòd mineræ inficiantur, mistis malis vaporibus cũ spiritib⁹. Iterũ etiã alterare, vel corrũpere possunt extrinseca spirituum naturam dupliciter, scilicet primo & secundo, sicut dictũ est in defectione. Huius autem differentiæ, veritas magis habet E locum in impressionibus factis à particulari virtute, quàm à communi: extrinseca enim, quæ per qualitates primas immutant, prius alterãt & corrumpunt spiritus, quia passibiliores quàm membra, secundum quæ immutant proprietatibus, quãdoq; prius membra, quàm spiritus: nam proprietas interdum directè contrariatur membro, & non spiritui: quandoque verò econuerso, sicut aliquod complexionatum ratione suę proprietatis repugnat, aut confert vni membro, & non alteri. Omni autem misto vel cõplexionato directè opponitur in virtute ꝓprietatis aliquod aliud in genere mistorum, vel cõplexionatorum: nã cùm gradus mistionis disponat in omnibus mistis ad susceptionem proprietatis in omni gradu, & omni gradui mistionis, aut complexionis sit alius oppositus in natura, necesse est illum esse in re sicut suũ oppositũ, & per consequens est necesse, vt sint eiusdem proprietatis, ad quã ille grad⁹ disposuit, cùm nunquam sit materia sine forma: vnde cùm spiritus sit de genere complexionatorum, aliquid per proprietatem ex directo opponitur, sicut membris: illud autem potest esse non vnum tantũ, sed multa, cui⁹ ratio patet ex causis ꝓprietatis. ¶ Proprietas enim licet naturaliter adueniat generato

Proprietas aduenit generato ab impressione cœlesti.

A ab impressione cœlesti, tamẽ illud, quod disponit generatum ad susceptionem ipsius, quandoq; est tota latitudo mistionis, vel complexionis, quæ cõuenit speciei: & sic proprietas est virt⁹ specifica. i. consequens speciem, ideò conuenit omnibus indiuiduis speciei, quandoq; verò illud, quod dispo nit generatum ad susceptionem proprietatis, est aliquis particularis gradus mistionis, qui sub speciei latitudine cõtinetur: sed accidẽtaliter ei subuenit in hora generationis ex fortitudine causarũ cõcurrentiũ, vtpote forti aspectu cœlestiũ corporũ, siue hora generationis, siue hora casus principij seminalis in agro naturæ, seu hora natiuitatis, seu hora, qua res sui esse perfectionem accipit, vt in figuris artificialibus: In omni enim hora influunt à partibus orbis aliæ & aliæ virtutes generabilibus, secundum quod requirit figura orbis determinata per horoscopũ, vel adscẽdens in hora relata ad generabile vel generatum, quæcũq; sit: sed tamẽ virtutem, quã superiora immittunt, C nõ suscipiũt nisi corpora disposita, vel solũ ꝑ agẽtia naturalia, vel adminiculo artis, vt ex hac parte quędam indiuidua cuiuslibet speciei acquirũt aliquam proprietatem, quæ cæteris eiusdem speciei non conuenit: vt quòd aliquis sapphirus eiusdem coloris & substantiæ cũ alijs multis habeat virtutem corruptiuam oculi, nam compertũ est, quòd prima obuiatione ad oculum, rumpebat ipsum oculum: Similiter accidit aliquibus plãtis in toto vel in parte hora pullulationis, aut colle D ctionis, acquirere virtutem, quam cætera indiuidua eius plantæ non habẽt, interdũ nociuã reb⁹, & interdum etiam iuuatiuam. Similiter animalibus & partibus animalium, quemadmodum accidit duobus gemellis in Austria, cum oppositis lateribus aperire clausuras, & simili modo de his, q̃ artificialiter figurãtur: omne enim quod sub orbe ꝑ artẽ vel naturã producitur, aliquã proprietatẽ ab orbe recipit pątiẽdi ab alio, vel agẽdi in aliud, quãuis illa sit nobis ignota. ¶ Et ex hac cõsideratione solùm verificatur illud, quod cõmuniter fertur de fortunio, & infortunio constructionis ędificiorum, aut collectionis plantarum, aut inchoationis itinerum, & sic de alijs humanis operationibus. Vnde quicumq; sciret virtutes orbis, & materias cognosceret cum dispositionibus, quæ præparant eas ad suscipiendum illarum virtutum impressionem, miras, & velut magnas faceret immutationes in rebus inferioribus, nec aliquod agens citra primum potest eas aliter facere, nisi median- F tibus corporibus informatis virtutibus corporũ superiorum, vel partium cœli, vnde & magorum præstigia, & incantatorum delusiones, & maleficiorum vexationes, ac etiam festinantes impressiones non aliter efficaciam habent, licet dæmones subministrent. ¶ Ex quibus sufficit tantũ hîc aduertere, scilicet quod aliquod minerale, aut vegetabile, aut etiam animale potest vel ratione specificę dispositionis aut indiuidualis acquirere virtutem à stellis contrariam humano spiritui, quæ G contrarietas potest ad plures effectus oppositos spiritum terminare. Possibile est enim, quòd illa virtus ei opposita sit corruptiua luminositatis eius, aut substantiæ, vel tãtùm ligatiua operationis illius: Ligari. n. dicitur vnũquodq;, quando præter corruptionem substantiæ vel sensibilem eius

Omni hora partes orbis diuersas virtutes generabilibus immittunt.

Mista possunt acquirere à stellis virtutẽ contrariam speciei ipsorũ.

Quid sit ligari virtutem alicuius.

alterationem non potest in proprium opus, sicut presentia Adamantis non permittit Magneté attrahere ferrũ: & presentia sigilli leonis lumbis appositi, non permittit sensum percipere lesionem calculi: Similiter præsentia quarumdam plantarum, aut etiam particularium animalium, ac etiá quorundam lapidum alligatorũ corpori, vel suspensorum, aut vestibus consutorum, prohibent organa generationis suum officium exercere. Simili modo ligari potest operatio cuiuslibet organi, vel instrumenti viuétis corporis, ita vt bos aut equus auenam præsentem gustare nõ possit, immò quod plus est, intantum imperabit ei virtus opposita, quòd escá in ore cõtẽtam proijciet, nec poterit continere: sicut in syluestribus aquilis sæpe visum est temporibus nostris, quòd nec vnguibus retinere, nec rostro poterãt lacerare venationem. ¶ Simili quoq; modo & in bestijs, & in hominibus pluries ligatur operatio mentis, interdum quantum ad imaginationem tantùm: quandoq; verò, quantum ad æstimationem, & interdum quantum ad memoriam: quandoque verò quantum ad totum: sicut in animalibus, quæ incurtari dicuntur intra certum spatium, velut in curte concludi taliter, quòd vbi vellent, nescirent exitum inuenire, turbata vel ligata imaginatione, vel non recordarẽtur ligata memoria, & hominũ mentes tam fortiter ligatur interdum maleficiis, aut incantationibus, vt opera necessaria & cõsueta nequeant exercere, vel nõ recordentur. ¶ Tunc autem efficacissimę sunt operationes maleficiorũ & similium, quando non solùm rebus, quibus instrumentaliter vtitur operarius, inest virtus prædicta: sed etiá ipsius operationi virtus consimilis coadiuuans inest, impressa ex figura suę natiuitatis, ad quam cùm referatur periodus tota suæ durationis, quantum aliquod perfectũm & defectũ, est possibile quòd virtus impressa illi apud horá natiuitatis, postmodũ cõfortatur aut debilitatur superiori aspectu, secũdum quod aspectus ille refertur ad partes figuræ natiuitatis, & exinde contingit, quòd aliquorum magorum, aut maleficiorum, aut fascinãtium impressiones, vel opera sunt efficaciora valde: aliquorum autem nequaquam, & illis etiam exinde contingit, quòd quandoque nulliu[s] erũt efficacię: aut si sunt, valde paruę: quãdoque verò habebunt mirabilem efficaciá, cuius igitur virtus ex orbe acquisita valde cõtrariatur mollibus & puris corporibus, qualia sunt puer & cera noua, si talibus appropinquent ex debita distantia, corrumpent ea spiritibus & vaporibus emissis, aere infecto vel informato. præcipuè si hora illa confortetur virtus aspectu orbis. ¶ Et hinc etiam contingit, quòd aliquis Medicus præsentia suæ visitationis lædet infirmum, quantumcunq; rationabiliter administret: Et similiter intelligendum est de cæteris ministris eiusdem infirmi, vnde si aliquis ministrorum habeat virtutem occultam ad prædictam infectionem, vel corruptionẽ spirituum, & æger patiatur alienationem illo præsente, non solùm conseruatur alienatio, sed etiam confortatur & vigoratur. ¶ Inter cæteras verò res non naturales, efficaciores ad immutandum pro se spiritum, istæ sunt, scilicet aer informatus excellenter qualitatibus complexionalibus, alienationem per se causantibus: vt caliditas & siccitas, aut frigiditas & siccitas, vel siccitas tantùm: quæ

Maleficiorum operationes quando sint efficacissimæ.

Medicus sui præsentia aliquando lædit infirmum.

Quæ res sint efficaciores ad immutandum spiritũ.

A verò alterãt aerẽ in his qualitatibus, dicta sunt in cephalea, & vigilãtia: Sola verò frigiditas aeris nõ causat alienationẽ, nisi per accidens. s. claudendo poros cutis, & prohibendo operationem fumorũ causantiũ eá: & ideò quibus tales fumi sunt exuberantes, alienatio potius venit hyeme, vel tempore frigido, quàm opposito: aer informatus virtute, sensu imperceptibili: ea verò, quæ informãt ipsum tali virtute, sunt ista. s. malus aspect⁹ orbis ad locum inhabitatũ, mineralia vegetabilia, vel a-

B lia, quibus maleficia perpetrantur occulta in mãsione, & lecto, vel stramẽtis, aut vestibus, vel operimentis. Naturalis contrarietas Medici ad infirmum ab orbe contracta, vel ministri alicuius, vel alterius assistentis, aut sæpius visitantis. Secunda res non naturalis, quæ per se potest informare spiritum qualitate, disponente ad alienationem, est vehemens passio cordis, vel accidentis animi, sicut patebit in speciebus alienationis, & ideo ex euentibus repræsentatiuis fortium obiectorum,

C in quibus fortiter imaginatio vel extimatio informatur, & fortiter cor simul patitur, vel morbo secundum tristitiam, vel timorem fortem, impressionem relinquat, videmus frequenter in melancholia corruptionis, quam melancholiam solius imaginationis quidam appellant, quoniam alterius est originis ab illa, quæ ab infectione humoris, aut vaporis causatur, licet in processu hoc vitium introducat: omnes autem aliæ res non naturales immutant spiritus qualitate, disponente ad

D hanc passionem, vel mediante humore, quem primo generant, vel immutant mediante membro, vel etiam vtroque: qualiter autem & humores & membra possint immutare, patet ex dictis in cephalea, & in vigilantia. ¶ Causæ antecedentes alienationis in communi causæ antecedentes ad cephaleam & vigilantiam, secundum quod possunt alienationem causare: insuper autem ętas & clausio pororũ capitis in toto, & debilitas cerebri: causæ coniunctę alienationis in cõmuni innatu-

E ralis qualitas spirituum tantùm, vel ipsorũ, & cerebri, potens alienationem causare. ¶ Causæ primitiuæ alienationis, quam lætitia concomitatur, omnes res non naturales, vel contra naturá, quæ sanguinem acuunt, acutum incendunt, & ingrossant, & excellenter extrahunt à naturali temperamento per caliditatem, & frigiditatem, & siccitatem, aut siccitatẽ tãtùm: propterea leuiter accidit sanguineis, & temperatis, si acutam sumserint medicinã, maximè sine syrupo & digestiuo,

F sufficienti, & debito, pręcipuè si præcesserit, aut sequatur immoderata tristitia, propter aliquam displicentiam magnam: nam sanguinem & spiritus vehementer ingrossat, & similiter de cæteris sanguinẽm sic alterantibus, quæ colligi possunt ex tabula cephaleæ. ¶ Causæ antecedẽtes in tali specie alienationis, abundantia prędicti sanguinis in corpore, præcipuè verò in cerebro mala dispositio corporis totius, vel membri alicuius mandantis cerebro sanguinem prædictum, vel eius

G vaporem, qualia sunt membra prædicta in causis antecedentibus cephaleæ: omnium autem membrorum mandantium deterius est, si cor mandauerit, vel post ipsum hepar. ¶ Causa coniuncta ipsius mala qualitas spirituum, vel ipsorum, & cerebri, declinans parum ad caliditatem & siccitatem. ¶ Causæ primitiuæ maniæ omnes res non natu-

Causa alienationis, quam lætitia concomitatur.

Causa maniæ.

naturales,vel contra naturam,choleram aduren- A
tes,vel adustam generantes,propterea cholericis
celeriter aduenit,si furor diuturn⁹,aut febris diu
turna,aut intensissima præcesserit:similiter melá
cholicis,si eorum naturalis melancholia vehemē
ter intendatur,& acuatur similibus causis:de cæ-
teris verò adurētibus choleram,est intelligēdum
similiter. ¶ Causæ antecedentes maniæ,abundá-
tia cholerę adustę in corpore,potissimè circa cere
brum mala dispositio toti⁹,aut membri alicuius,
mandantis humorem prædictum aut eius vapo- B
rem. ¶ Causa coniuncta ipsius maniæ, mala qua-
litas spirituum,vel ipsorum & cerebri, declinans
multùm ad caliditatem & siccitatem:magis verò
ad caliditatem. ¶ Causæ primitiuæ melancholiæ

Causa melanancholia.

omnes res non naturales,quę generant vel multi
plicant melancholiam innaturalē ex phlegmate
putrefacto & adusto,vel incinerato:nā has vtras-
que melancholias timor concomitatur secundū
plus & minus, vt patebit in signis. Iterū etiá oēs
res prædictæ,quæ ipsam naturalē melancholiá tá C
parum adurunt,& incendunt, vt manifestè non
acuatur,sed nigrior fiat & grossior, & magis obte-
nebrās spiritus:ná cùm vehementer incenditur,
& acuitur,maniá generat,vt est dictum Ex quib⁹
patet, quòd celeriter aduenit meláchòlicis,q diu
passi sunt lentas febres,nec prædicta nocentia vi-
tauerunt,præcipuè si nimio timore cōcutiantur,
aut nimia grauentur tristitia,sicut illi,qui res val-
de charas subitò amiserunt, vt diuitias, vel di
lectissimos amicos, & sic de alijs. ¶ Causæ ante- D
cedentes melancholię abundantia prędictę melá
cholię in corpore:pręcipuè circa cerebrum,vel in
eo mala dispositio totius,aut membri mandantis
prędictam melancholiá,vel eius vaporē:inter mē
bra verò deterius est,si cor mádet,& post ipsū he-
par:vnde habētes cor calidū vehemēter & siccū,
pręcipuè si cerebrū fuerit humidū, & leuiter re-
ceptiuum impressionis,celeriter incurrunt in me
lancholiam: Cùm autem fuerit cor melancholi-
ci naturaliter vel accidentaliter,grauiores incur- E
runt melancholias,tardiusq; curabiles: Similiter
qui cor habent debile,vt pueri & mulieres, citiùs
incurrunt in melancholiam ex timore forti & su-
bito. ¶ Post has verò species meláchòlię deterior
est illa,quę causatur ex vestigiis bocij,vel aposte-
matis meláchòlici,sub hypoconhdrijs aut in ore,
vel fundo stomachi,quæ oēs hypochōdriatæ no-
minantur. Quę verò causatur ex vestigijs p̄dictis
apostematis,in splene,potissimè in eius parte su-
periori,vel in matrice,vel in renib⁹, vel in mirach F
ventris causatus minus est mala,quantò plus ma
teria mandans humorem,aut fumum, remotior
est à corde & cerebro,propter quod est prædictis
omnibus minus mala,citiúsq; curabilis illa, quæ
procedit ad hęmorrhoidibus,varicibus,& in qui-
bus etiam hęmorrhoides possunt celeriter aperi-
ri:leuiter curabilis est illa,quæ ꝓcedit à vena ma-
gna totius dorsi,vel chyli. ¶ Causæ coniunctæ me
lancholię mala qualitas spirituum,vel ipsorum &
cerebri,declinans multùm ad frigiditatem & sic- G
citatem. Tenebrositas ipsorum spirituum,scilicet
vel animalium tentùm,vel animalium & vitaliū

Causa herois.

simul: Causę primitiuę herois frequentia viden-
di,vel sentiendi rem desideratam sub circunstan-
tijs placētibus. In omni enim amore, siue sit pro- A
pter honestum siue propter vtile, siue propter de
lectabile,siue etiam sit rationabilium,siue irratio-
nabilium,moderatus,vel immoderatus,primum
semper est,& vniuersale generationis eius princi
piū.s.placentia rei amatæ siue de re amata, vel de-
siderata,quę propter aliquá oritur circunstantiá,
existentem vel apparentem in eá. Sicut in rebus
inanimatis,color,aut fulgor,aut odor, aut sapor,
aut figura & compositio,vel complexio,quę duo
rebus etiá inanimatis conueniunt,& propter hoc
eitam motus,& actiones,& mores sunt cū indiui B
duis humanis placentia, quæ oritur ex cantu,vel
loquela,vel risu,vel intuitu,vel consimilibus per-
ceptis,vel apprehensis videndo in conuersationi
bus,vel audiendo aliorum rationem. Quòd si ex
frequētia vidēdi,vel audiendi,vel aliqualiter per-
cipiendi talia, interuenerit forma rei perceptę cū
sua circunstantia placendi,figitur in cogitatione:
fixa verò cogitatio in re aliqua sub ratione placen
tis excitat concupiscentiam, vel desiderium eius,
maximè si tātùm peccauerit ratio,vel æstimatio, C
quòd ratio illa decernat, vel iudicet placidiorem
omnibus alijs,quemadmodum heroicis accidit:
propter hoc inter virum & mulierem heroi cu-
mulant frequentia conuersationis,& ratiocinan-
di,vel blandiendi consuetudo, sequendi deside-
ria sensibilium rerum, per quam corruptus ha-
bitus generatur in mente,quò mens irrationabi-
liter seu corruptè iudicat de bono & vtili. ¶ Cau-
sæ antecedentes,dispositiones corporis, inclinan
tes ad talem concupiscentiam, propter aliquam D
vtilitatem,siue necessitatem,sicut est inter virum
& mulierem complexio venerea,vel humiditas ti
tillans in organis generationis,& sic de alijs: Cau
sæ coniunctæ fixæ cogitationis ac æstimationis
corruptæ,mala qualitas cerebri in spiritu, nō de-
clinans ad siccitatem in plus,& caliditatem in mi
nus: Nota istam materiá diligenter, quia ibi bene
determinatur de stupore. ¶ Causæ primitiuæ ci-

Causa cicubi.

cubi per se omnes res naturales,vel contra natu-
ram adurentes choleram,& melancholiam vsque E
ad incinerationem,& sanguinem totius corporis
adeò corrumpentes,vt totus ad putredinem de-
clinet,per accidens autem omnia concludētia &
conseruantia. ¶ Causæ antecedentes abundantia
prædictorum humorū in corpore,præcipuè cir-
ca cerebrum,mala dispositio totius, aut membri
mandátis humorem prædictum,vel eius vaporē:
Causę cōiunctę mala qualitas cerebri,& spirituū,
vel spirituum tantùm,declinans multùm ad sicci
tatem,& parum ad caliditatem. Tenebrositas & F
grossities nimia spirituū,ex quibus omnibus spi-
ritus efficitur valdè difformis & contrarius spiri-
tibus viuentium hominum,& ratione contrarie-
tatis abhorret societatē viuentiū,& ꝓpter acumē
& caliditatem,quá habet,cócipit iniquitatē cōtra
eos,& ꝓpter vehemētiá siccitatis & grossitiē figu
ratur,& permanet ac inueteratur odiū illud,& in
rancorē cōuertitur,nec tamē leuiter irascûtur ta-
les,tū quia spiritus paucæ caliditatis est,tùm etiá
qa propter grossitiē suam non est inflámabilis, tū G
etiam qa cum valde sint rapti nō aduertunt exte-
riora obiecta ¶ Signa nocumētorum cognitionis

Signa.

interiorum in se nulla,quia omne nocumentum
actionis sensui manifestum, ex se ipso cognosci-

Signa stuporis.

tur: ¶ Signa distinctionis stuporis ab alijs nocu-

mentis, in quibus interior aufertur cognitio, & sensus, & motus, signa dicta in somnolentia, inter quæ dictum est, esse proprium stupori, quòd patiens teneat oculos apertos, in quo tamē dicto sapientes valdè discordare videntur, & ideo ne diuersitas eorum sit studentibus turbationis aut erroris occasio, notandum est diligēter, quòd stupor acceptus propriè non est, nisi ablatio vel magna diminutio cognitionis tantùm, & per hoc differt à cōgelatione, quoniā hæc est propriè, vt scribitur in fine quarti de morbo & accidēti, durities sensus & motus, id est, valida diminutio, vel ablatio cognitionis & mot⁹: Vnde quia tale nocumētum cognitionis, quæ fit per tactum, non habet nomen proprium, sicut diminutio vel ablatio visus & auditus, ideò per stuporem quandoque datur intelligi diminutio, vel ablatio tactus in quocumque mēbro, & tunc stupor accipitur pro passione tantùm neruorum. Sed quando accipitur pro passione cerebri, tunc cōtingit, quòd sumitur pro passione proræ cerebri distincta ob omnibus alijs passionibus eius, in quibus aufertur, vel valdè diminuitur cognitio interiorum, quę sunt apoplexia, epilepsia, lethargus, somnolentia, vel subeth, sincopi, & suffocatio matricis, & prout ab omnibus istis differt, nihil aliud est, quàm catalepsis, vel cōgelatio, scilicet proræ, quæ passio causatur à frigore & siccitate: vt ait Galenus tertio aphorismor. Somnus & vigilia, &c. vnde propter defectum humiditatis in prora cerebri non grauantur palpebræ, sed oculi stant aperti propter siccitatem palpebrarum, & propter eandem causam inquit Rhasis in diuisionibus, quòd in lethargo, qui fit ex pura cholera, magis oculi sunt aperti: si patiente puppi ex sicco permanēt oculi aperti, multò fortius patiēte prora, quæ propinquior est eis, & citiùs cōmunicat suā qualitatē: Cū ergò dicitur alicubi, quòd in stupore sunt oculi aperti, tunc per stuporē intelligēda est cōgelatio cerebri, & specialiter proræ: & sic intelligit Rhasis in Almā. cū dicit, in stupidis oculi sunt aperti, quod patet ex verbis eius: nā nō dicit hoc esse in omni stupido absolutè, cū dicat, quòd stupidi quasi dormiētes iacent: & statim subiungit: & quamuis essent oculi aperti, &c. quasi dicat: in aliquibus stupidis oculi sunt aperti, clarè insinuat, quòd per stupidos intelligat cōgelatos, maximè cùm paulò pòst dicat, quòd tales, de quibus locut⁹ est, stupidi seu rigidi sunt: rigidi verò propriè sunt congelati. Insinuat etiam, cùm dicit, quòd stupidi quasi dormientes iacēt, quòd intelligat per stupidos alios, quàm congelatos. ¶ Et ideò iterum est sciēdum, quòd stupor quandoq; sumitur pro somnolētia, vel subeth, sicut accipit Galenus 4. de interiorib⁹, vbi dicit, quòd stupor & congelatio sunt passio eiusdē partis cerebri, scilicet proræ: dicit enim stuporem causari prora patiente: sed differunt, vt ibidem ait in accidentibus, quia in congelatione sunt oculi aperti, sed in stupore, vt dicit, clausi: & sic etiam accipit stuporē Viaticus, quòd est quasi somnus oculis clausis: Rhasis autem nomine stuporis intellexit vtrumq;, scilicet somnolētiam & congelationem: in stupore igitur, qui est somnolentia, vel subeth, prout differunt à congelatione, semper sunt oculi clausi, licet non ita grauiter, vt in lethargo. ¶ Propter hoc etiam est aduertendū, quòd licet stupor prædictis modis acceptus sit accidens passionis propriè: nihilominus quādoq; attribuitur passionibus aliarum partium cerebri. Vnde Galenus dicit in fine decimę tertiæ particulæ magnæ artis, quòd lethargus est cum stupefactione: Item in tertio de interioribus dicit, quòd carentes memoria & intellectu patiuntur somnolentiā, vel somnum. Similiter interdum accidentia aliarum partium cerebri attribuuntur passioni proræ: vnde in tertio de interioribus dicit Galenus, quòd in omni passione stupida euenit nocumentum ablationis, vel diminutionis cogitationis, & memoriæ, quę duo principaliter spectāt ad mediam & vltimam partem cerebri: Similiter in eodem loco dicit, quòd ablatio cogitationis & memoriæ interdum refertur ad lethargum, & ita insinuat, quòd nocumēta cogitationis, quæ spectant principaliter ad mediam partem, sint accidētis passionis puppis, vt lethargus. Similiter in eodem tertio vocat apostemata puppis generatum ex mistura phlegmatis, & choleræ stuporem vigilatiuum. Ex quibus omnib⁹ colligitur, quòd frequenter accidēs vnius partis cerebri, attribuitur passioni alterius, & hoc fit quousq; passiones illarum partium ab eadem causa procedūt, sicut hîc: Nam stupor quocunq; modo sumatur, & lethargus, semper ad minus habent vnam causam communem, scilicet frigiditatem: ratio aūt huius est duplex, quarum vna est vicinitas & colligantia illarum partium: quapropter vna patiente maximè fortiter, alia manifestè patitur, cùm ei celeriter causa passionis communicetur. Alia verò est mutatio, quasi aspectus ipsarū virium mentis, ad cuius actionem perfectè exercendam omnes sibi seruiunt, æqualiter saltem prima sequentibus, & vtraque extrema mediæ, quare lęsa actione vni⁹, læditur vtplurimum aliqualiter tota operatio cognitionis interiorum: & sic etiā per stuporē intelligitur quandoque largo modo ablatio vel diminutio totius mentis. Patet igitur quàm multipliciter & quā largè sumatur stupor, & propter qd: hîc autem largè sumtū non repugnat ratio sua, cùm non sit, nisi ablatio vel magna diminutio cognitionis, vt dictum fuit.

Signa communia omni alienationi.

¶ Signa communia omni alienationi, loqui non loquenda, vel agere non agenda, & quæ sunt contra communem hominū rationem, vel cognitionē. ¶ Signa distinctiua priuatæ alienationis à communicata, assiduitas, vel cōtinuitas alienationis, & cogitationis circa concepta, vel imaginata & proinde fixio intuitus circa partem vnam, & etiam quæ priuatæ dispositioni cerebri attestantur. ¶ Signa distinctiua generis alienationis, scilicet simplicis, & cōpositæ, ac triū simplicium, quæ pertinent ad tres partes mentis, ¶ Signa dicta sunt his signis lapsuum cerebri super alienationem. ¶ Signa communia omnium ablationum, vel diminutionum totius mētis, vel alicuius partis. ¶ Signa causarū somnolentiæ vel subeth. ¶ Signa distinctiua specierum alienationis in communi animi accidentia, quę concomitantur alienationem, & actiones, & mores, & qualitates corporis, & omnia, quibus peccantes humores discerni possunt.

Signa primæ speciei corruptæ æstimationis.

¶ Signa distinctiua primæ speciei corruptæ ęstimationis, interdum ridere vel lætari sine manifesta causa, propter conceptum placitum: interdum autem erubescere, ac

vrba-

vrbanitates prętendere indiſcretè, mobilitas non impetuoſa, ſed modeſta ſolita capitis operimenta deponere. Si verò priuata fuerit, dolor in dextra parte capitis præcedit, vel cõcomitatur, & ſic de alijs ſignis ſanguinis.

Signa maniæ.

¶ Signa diſtinctiua maniæ de pura cholera aduſta, rixa, & clamor, & inquietudo, ſeu mobilitas impetuoſa, ſeu vulpina calliditas, & ferocitas leonina, & agilitas corporis, & cætera ſignificãtia choleram. Si verò commiſceatur ei melancholia intenſa, mores erunt lupini & valdè doloſi, ſicut mores rabidi canis, & furia eius cum ira doloſa, & malitioſa, vt dæmoniaci tales dicantur, & breuiter ab illa re denominantur, quã imitantur in moribus, vel in actibus: proinde aliqua dicitur canina, aliqua lupina, aliqua dæmoniaca, &c. quandò enim tantam habent malitiam, & omnem habeant peruerſitatem, vt varia loquantur idiomata, meritò dæmoniaca dicitur. Similiter quoque ſi hominibus blandiens aſſocietur, & tandem perditionaliter mordeat, canina dicitur, & ſic de alijs.

Signa melancholiæ.

¶ Signa melancholiæ in cõmuni eſt timor irrationabilis, & triſtitia ſine manifeſta cauſa, & dilectio ſolitudinis, malitia æſtimationis, anguſtia, ſolicitudo, faſtidium propter abundantiam ventoſitatis: hæc enim manifeſtè apparent, ſi fuerit confirmata: ſed in principio eius debilia ſunt & cum his apparet velocitas iræ inſolita, & timor inſolitus, atque vertigo, & ſonitus, & tinnitus aurium, & inflatio hypochondriorum, in hyponchondriaca, & mirachia, & ſi pura ſit melancholia, manifeſtant ſigna purę melãcholiæ: Si verò habeat miſtionem alicuius humoris, apparent accidentia, quæ pertinent ad illum humorem, ſicut ex phlegmate puſillanimitas, & pigrities & aliqua ſomnolentia, & ſic de alijs. ¶ Species autẽ melãcholiæ ex ſpecie timoris cognoſcitur, quæ ſunt infinitæ: nam aliqui timẽt cœlũ cadere, quidam autem guttas ſtillantes numerum ſuorum peccatorum ſignificare, quidam in latrones incidere, quidã frãgi, quidã abſorberi à terra, & ſic de alijs, quod totum accidit ex corrupta ęſti- E matione. Nam qui æſtimãt cœlum ab Athlãte ſuſtineri, & cũ poſſit fatigari, meritò timent cœlum poſſe cadere ſupra ſe: Similiter qui ſe vitreos ęſtimant, meritò timent ex caſu communi: qui verò ęſtimant, quòd Deus per guttas pluuiarũ numerat hominũ culpas, & quòd hoc eis pluendo inſinuat, meritò timet, qui videt guttas pluuiarum, quòd culpæ ſuę ſint innumerabiles homini, ſicut illę: Similiter q̃ ęſtimat ſe vel ferre vel habere theſaurum, meritò timet inſultũ latronum: Et similiter qui timet terram findi, & aperiri vſque ad baratrum, timere poteſt, ne ab ipſa tranſglutiatur: Similiter qui æſtimat ſe nõ habere caput, timere poteſt, ne ab alijs ſepeliatur mortuus, & dignius ad ſepulturam: Similiter qui æſtimat, ſe dentẽ habere valde prominentẽ exteriùs, vt appareat velut elephas, meritò timet irrideri ab alijs, proinde etiam manibus illum dẽtem nititur cooperire, & tranſiens corã aliquibus, vertit in oppoſitũ faciẽ, ne videatur: & in cũctis alijs ſpeciebus eſt iudiciũ ſimile. ¶ Signa boni in melãcholia, exitus choleræ nigræ, depreſſæ egeſtione, vel vomitu, vel vrina, vel eruptio eius in cute manifeſto colore panis, lẽtiginibus, ſcabie, varicibus: nam tunc à ſanguine ſecernitur, cõſtante tamen virtute. Signa mali, ca-

A ſus, appetitus, vlcera ſubita & mala: nam mortem propinquam ſignificant.

Signa hereos.

¶ Signa diſtinctiua hereos, omnia accidentia, quæ cõſequuntur aſſiduã cogitationem miſtam interdum ſpeciei, quandoque verò deſperationi adipiſcendi deſideratũ, vel eo fruendi, qualia ſunt abſtinentia inſolita, & inſtantia vigiliarum: Proinde ſiccitas & profunditas oculorum, & lacrymarum priuatio, ſi non fletus affuerit, & leuis ac frequens motus palpebrarum, niſi grauentur propter ingeſtionem ex vigi- B lia cauſatam, vnde etiam quandoque ingroſſantur interdum etiã motus palpebrarum, & totius vultus eſt velut ridentis vel riſui ſe deponentis, quaſi aliquid aſpiciat delectabile, aut placidũ audiat, quandoque verò econtra facies conturbatur cogitando, vel videndo, vel audiendo aliquid cõtriſtans, vt ea quæ ad elongationem, vel repudiũ ſpectant, & proinde fit eorum anhelitus, & pulſus etiam interſectus, & quodammodò inordinatus: nam præ vehementia cogitationis diu ſuſpẽ- C dunt anhelitũ, & tãdem altè ſuſpirant per lõgam interſectionem. Similiter quoq; pulſus interciditur & inordinatur, & quandoq; fit paruus, quãdò triſtitia vel deſperatione conſtringuntur, magnus verò, quando contrarijs afficiuntur: Similiter interdum eſt altus, rarus, interdum verò minimus, aut mediocris: vnde contingit, quòd ex immutatione pulſus, quæ fit in auditu rerũ nominatarũ, vel memoratarũ, poteſt cognoſci deſideratum: nã quãdo illud aut eius circũſtantia nominatur, pul- D ſus manifeſtã inducit magnitudinem, & quãdoq; velocitatem, aut frequentiam.

Signa cicubi.

¶ Signa diſtinctiua cicubi, fugere à viuis, & appropinquare mortuis, & eorum ſepulcris, incedere ſine ordine, maximè verò cum pluribus obuiatur, modicum in illo loco quieſcere poteſt deſideriũ fugiendi: Proinde ſimiliter de nocte ambulat, de die occultatur, propter ſolicitudinem, quam diligit, & cùm non diſcernat pręſentia, aut caueat pedibus & tibiis, offenditur ſæpius, quapropter vlceratur ibidẽ, & E cũ vlcera propter negligentiã nõ cõſolidãtur, corrupti humores ad ea fluẽtes augmẽtant multiplicata potius offenſione, & morſu canum, & ſimilibus, maximè quia multitudine motus trahitur inferiùs, & vlcerat cauſat. Sitis autem & ſiccitas dominatur in eis tã in oculis, quàm in vultu & lingua, & cæteris, & color miſtus citrino & fuſco: vt plurimum euenit hæc melancholię ſpecies in Februario, quando fortiùs vapores in corpore coarctantur.

Cura ſtuporis, obliuionis.

¶ Cura ſtuporis, obliuionis, ac ſtolidita- F tis, ſeu amentiæ, cura lethargi ac ſomnolentię. Interea verò quæ maximè confortant memoriam, ſunt quæcumque phlegma & aquoſitates prohibent generari, & generata conſumunt ſuauiter, ac deponũt, qualia ſunt ſobrietas, abſtinere à cœna ſuperflua, & multo potu, & tolerare ſitim, & potiſſimè vitare potum veſpertinum: hic enim, quia interior, eſt ſomno nociuior, quoniã vapores aquarum, qui ex eo generantur, minus exſpirant à corpore, nam ſomno & frigiditate noctis reflexi G condenſantur: Medicinarum autẽ, quę præcipuę ſunt ad hoc, ſecundum antiquorum experientiã, quædam ſunt fortes, vt anacardus, caſtoreum, piper, & zinziber: poſt hęc aloe, myrrha betonica, coſtus agaricus. Suaues ſunt autẽ nux, ſeu cubebe, ſtœchas arabicum, pineę toſtæ, vuę paſſæ, camo-

milla, eufragia, myrthilli, emblici, chebuli, ebur, acorus, olibani: Sed vuæ paſſæ, ſi fuerint cum aqua ardenti, efficaciſſimæ ſunt, ipſa verò aqua, ſi ex optimo vino fiat, ſingulariter confert, ſi inde puppis capitis inungatur, & per aurium foramina inſtilletur. Inter ſolutiuas compoſitas eſt ſpecialis paulinum, cùm ex gummis calidis componatur, & medicinis cerebrum & neruos reſpicientibus. vt anacardo, coſto, agarico, & aloe. Lingua vpupę ſuſpendatur obliuioſi collo. ¶ Cura alienationis in communi, abſciſio cauſarum eius, introductio vel impreſſio noui conceptus, vel accidentis animi taliter, vt apponatur præexiſtenti. Abſciſio cauſarum primitiuarum regimen in dięta, per quod introducatur effectus oppoſitus effectui cauſarum ſupradictarum, ita ſcilicet, vt in omnibus ſex generibus rerum non naturaliũ, ſint medicinæ cauſarum ſalubrium oppoſitę virtutis ad ægras, vel ſaltem neutræ, ſicut dictum eſt in cephalea: & hîc eſt propriè vitare nocentia in ſex rebus, maximè continens informatum nociua virtute ſenſibili, vel inſenſibili, mutãdo habitationem & domicilia manſionũ, mutãdo inſtrumenta, & quæcumque operimenta, mutando medicum, & quoſlibet aſſiſtentes ſuſpectos, ſoluendo maleficia perpetrata, ſi fuerint nota, occulta vero reprimendo rebus obuiantibus à proprietate, vt mineralibus, aut partibus plantarum, aut animalium, vel ſigillis cæleſtium figurarum ſuſpẽſis ægro, vel colligatis, vel competẽter ſituatis inſtrumentis, vel operimentis, aut manſione. Abſciſio cauſarum antecedentium, diæta & medicinæ, ſicut in cauſis antecedentibus cephaleæ. Abſciſio cauſarum cõiunctarum alienationis, in quã, diæta & medicatione, rectificantibus qualitatem ſpirituum tantùm, vel ipſorum & cerebri ſenſibilibus qualitatibus & occultis virtutibus, ſiue proprietatibꝰ.

Cura alienationis in communi.

Communia maniæ & melancholiæ.

¶ Cõmunia maniæ & melãcholiæ pręter abſciſionẽ cauſarũ primitiuarum, & antecedẽtium, aſcẽſum vaporum ab inferioribus ad capût prohibere, ſomnum prouocare debilibus tãtùm ſomniferis, vel ſecuris, corporis humectatione ac impinguatione toto ſtudio procurare, ſpecialiter verò cerebri, propter quod phlegma dulce vel naturale non nocet eis, cor & cerebrum præ mẽbris alijs confortare. Aſcenſus vaporum prohibetur quotidiana fęcum ab inteſtinis eductione, maximè mollitiuis & mundificatiuis clyſteribus, vrinæ prouocatione cum temperatis diureticis, pedum & tibiarum & coxarum frequẽti fricatione, & ablutione. Medicinarum ad hoc valentiũ ſumtione, ſiue laxatiuis, vt myrobalanis, ſeu non laxatiuis, vt coriandro. Somnifera ſunt, quibus nerui, & cerebrum, & alia membra nequaquam manifeſtè lęduntur, quorum medicinas declarat capitulum lethargi, ſomnolentiæ ac inſomnietatis, humectetur corpus frequẽter cum decoctione ſuaui balnei dulcis aquæ, oleis reſumtiuis, & cibis & potibus conuenientibus hecticis, maximè verò petroſis piſcibus, lacte ac ptiſana cum ſyrupo prunorum, & cæteris non opilantibus: Humecta caput & cerebrum embrocis, & linimentis, maximè decoctionum pedum, & capitum, quadrupedum, vel aquatilis auis, aut aliarum medicinarũ humectantiũ, addita camomilla, vel ſtœchade Arabica, vel cephyri. i. violarum & meliloti, vel cũ aliquo ſubtili temperato ad penetrandũ, aut mulctione lactis ſupra caput, aut miſtionibus vel inſtillationibus cauſatis per aures, aut nares. Cõfortetur cor atque cerebrum cum temperatis, & maximè theriacalibus, ſiue ſimplicibus, ſiue compoſitis, prout docet tabula cordis, & cerebri.

Propria maniæ.

¶ Propria maniæ curationi humectantia & diuretica, quæ dantur ad prouocandum vrinam, ſi temperata non inueniantur, poſſunt ad frigiditatem inclinari parumper, & nõ ad caliditatem, vt non exſiccent, niſi conferãt eis à proprietate, vt radix & ſemen feniculi ſylueſtris, & radix vitis albę potui data. Timor incutiatur, triſtitia & fletus prouocetur præſentia timendorum, minis, flagellis atque verberibus, vinculis & compedibus arceantur, cum agitatione maniacus lædi timetur, aut in cauea vel carcere detineatur, ne aliquem lædat preſſuris, vel ſeipſum præcipitet, &c. Confortantia cor ſi temperata non inneniantur, poſſunt ad frigiditatem declinare, vnde poma matura, & aromatica, & perſica, & ſimilia, & cucumeres, & melones, & iuiubæ diarrhodon diamargariton, lætitia Galen. dianenufa. & ſimilia conuenienter adminiſtrantur eis. Cor ſimij ſuſpendatur eius collo, & dens hominis cum ala vpupæ ponatur ſub capitibus.

Propria melancholiæ puræ.

¶ Propria curationi melãcholiæ puræ, humectantia corpus, & caput declinare poſſunt ad caliditatem, vnde cum aqua ſimplici calidiori embrocari poſſunt eorum capita: ſimiliter cæteris humectantibus embrocis adminiſtrari poſſunt, & quæ penetrare faciunt, & quę prohibent medicinas ingroſſari, vt thymus, laurus, calamentum, & ſimilia. Similiter diuretica poſſunt ad caliditatem declinare parum, cùm exſiccantia cũcta repugnent eis, propter quod etiam acetum ſimplex, & ſquilliticum, & oxymel ex eo factum, & ſimilia prohibentur eis, niſi ratione materiæ digerendæ in mirachia & melancholia declinant ad caliditatem aut propter ventoſitatem diſſoluendam, lætitia & audacia procuretur dilectis, gratis colloquijs, dulcibus cãtilenis, ſuauibus melodijs quorumcunque inſtrumentorum, & expellere ſolicitudinem & timorem, quæ maximè nocent eis. Solicitudinem quippe placenti ſocietate ne permittãtur in cogitationibꝰ ꝓfundari, ꝓpter quod etiam placens occupatio prodeſt eis: Timorẽ verò perſuaſionibus rationis, & falſificatione conceptus vel imaginationis, cauto ſermone, vel ingenio, ne ſophiſmata apprehendãt & directorẽ contemnant, vel odiant, & triſtẽtur vnde approbãda eſt prius in parte imaginatio, vel conceptus eorũ, ſeu iuxta hoc rationabili & ingenioſo ſophiſmate debet improbari, vel fundamento ſuppoſito errore conceptus ſpe rectificandi promittere, vel imaginatæ rei conſumationem tranſactam perſuadere, vel ingeniari, vt agat, vel ſentiat aliud oppoſitum conceptui, & in ſe, vel in alio. Nam ſi mortuum ſeipſum imaginetur, & inde cibos abhorreat, alius ſicut mortuus aſſocietur ei, ſe etiam mortuum aſſerens, eum concomitans, cibos tamen in eius pręſentia comedens. Si verò imaginetur capite ſe carere, plumbea ſemiſphæra taliter caput eius grauetur, vt ſentiat ſe ſupra humeros, aliquid ferre, & ſemper iuxta ſpeciem imaginationis aliud fingere, per quod imaginatio timorem conſequatur, & euaneſcat. Confortantia cor

& ce-

& cerebrum possunt ad caliditatem declinare, vt anthos, & doronicũ & cętera simplicia, diábra, dia muscus, theriaca, mithridatum & similia: vnde & eis maximè competit vinum album aromaticum bene lymphatum, ideo etiam conuenienter somnus prouocatur in eis, hyacinth9, smaragdus, saphirus, topazius, iaspis, collo suspendantur, puluis eorum, si copia sit, cum ouis sorbilibus propinetur, aut puluis cordis simij puluerizat9. Speciale est in melancholia splenem confortare, vt attrahat choleram nigram, ne cerebro mandetur, emplastratione medicinarum calidarum, & appositione ventosarum cum igne, sine scarificatione supra regionem splenis, apostemate nõ impediente: Similiter quoque quia ventositas, quæ in eorũ corporibus multiplicatur, digestionem impedit, & torsiones procurat, necesse est, vt carminantibus resoluatur, etiã si necesse fuerit, semine agnicasti, rutę, athanasia & similibus: hoc autẽ accidẽs nocumentum ventositatis in mirachia, & hypochondriaca, molestat pręcipuè specialia curæ melancholiæ sanguineæ plus cæteris, intendere sanguinis euacuationem iuxta tolerantiam virtutis. Et testimonium ętatis, complexionis, & sexus, & temperatis semper vti, tam in alterantibus, quàm euacuantibus.

Cura cicubi specialis.

¶ Specialia curæ cicubi sanguinẽ putrefactum per phlebotomiam potenter educere, ita quòd tolerante virtute vsque ad syncopim detrahatur, post sanguinis verò detractionem communia sequãtur, scilicet somnus, humectatio corporis, & confortatio cordis, quibus non conferentibus, timere cogatur in edendo verberibus acutis, & dolorem causantibus: tandem verò cauterizare in commissura sincipitis: his enim sensus ad exteriora reuocatur, & mala etiam materia de profũdo eijcietur, vnde sanantur. Et si redeat affectus & denuo incurrant, priori modo procedatur.

Cura herois specialis.

¶ Specialia curæ herois, diuertere cogitationem à re desiderata, procurare odium & displicẽtiam eius, eadem re vel simili potiri, si possibile fuerit, salua tamen in omnibus honestate, diuertatur cogitatio extraneis & insuetis obiectis, sicut accidit in longa peregrinatione ad partes multùm distantes, à loco rei desideratæ, occupatione circa diuersa negocia: vt est venatio, disputatio, &c. seu displicentia, vt litigare in causis pro suscepta iniuria, vel belli solicitudine detineri, aut opus aliud prosequi præcepto superioris, &c. Sciendum est tamen, quòd placida & quęcunque delectabilia non distrahunt cogitationem in omnibus à rebus desideratis: nam illi, quos diuturna copia talium delectabilium fecit expertos, vt sunt nobiles & potentes, qui modo odorifero & generibus musicorum, & virgultorum amœnitatibus nõ distrahuntur à conceptu & appetitu heroico, imò potius ex his eorum desiderium inflammatur, & inceditur cogitatio circa desideratum, nam talibus excellentius reputatur ab eis: econtra verò contingit his, qui nunquam tales delitias gustauerunt: Similiter aũtem quorum vita aspera, & laboriosa, si heroi capiantur, parum eos distrahit similis occupatio, multis verò contraria: vnde vnicuique secũdum contrarium suę consuetudinis adaptanda est occupatio, nisi prohibeat timor nocumenti maioris. Distrahitur quoque mens cogitantis heroici duro ac reprehensiuo colloquio verendæ personæ, odium & displicentia rei desideratæ procurant videre, aut audire deformitates, turpitudines ac vtilitates eius, atque narranda: tales sunt eligendæ personæ, quæ cautè faciant esse credibile, quod narrabunt, aut potius experiri faciant, ita fortè odium quoque procurant, assecutio rei desideratæ solicitudinem furiosam desiderantis quoque expellit, & feruorem desiderij terminat: Quòd si res desiderata nequeat obtineri per vsum expellentis, similibus heroicus temperatur: nam si desiderata persona propter carnis complacentiam non possit haberi, vsus carnis in alia desiderium alterius reprimit, & velut delectabili occupatione detrahens mentem, nebulas tumultuosæ solicitudinis pro magna parte dispergit: Simili quoq; modo, si res desiderata sit, equus quis aut aliquid aliud, rei similis vsus, prout expedit, debet sequi.

Vertigo & scotomia.

¶ Species vertiginis & scotomiæ fortis, in qua patiens cadit, vel casui appropinquat, & cuius paroxismus notabilem moram contrahit: debilis, cuius paroxismus est momentaneus, & sine casu. Vertigo est passio, in qua verti, vel volui, aut titubare cuncta, quæ videntur, apparent. ¶ Scotomia verò est subita, & quasi momentanea visus obtenebratio. ¶ Sunt autem cerebri passiones: nam licet visus in vtraque lędatur, ipsa tamen innaturalis dispositio, qua læditur visus, non in oculis est, sed in prora cerebri, vel meatuum suorum spiritibus, scilicet venarum arteriarum, & ventriculorum, sicut non differunt in accidentibus, à quibus denominantur, sic & in causis maximè coniunctis.

Causa.

¶ Causa coniuncta, vel immediata vertiginis, innaturalis reuolutio vel vndositas, vel quilibet alius motus similis spirituum, in parte prædicta. Vnde forma exterioris obiecti, ad quod formatur mentis intentio, menti relata, & repræsentata spiritibus hoc differenter repręsentantis agitatione vacillat, & rem, cuius est similitudo suæ fluctuationis inordinatione diffamat: nam taliter se habet iudicio sensus, & habere putatur, qualiter se habet imago, per quam cognoscitur: vt supra iam in alienatione fuit expressum.

¶ Causæ coniunctæ scotomiæ, obnubilatio spirituum prædictorum, tegens omninò splendorem ipsorum: quapropter nihil visibile recipere potest abextrà, nec per consequens repræsentare interiùs.

Causa innaturalis motus spirituum.

¶ Causa innaturalis motus spirituum intrinseca & extrinseca: causa intrinseca coniuncta, vel antecedens. Causa coniuncta intrinseca ventositas, aut vapor clausus cum spiritibus in venis, arterijs, aut ventriculis non habens facilem & liberum exitum, quapropter reflexus & coarctatus circunuoluitur, sicut ventus in theatris, & locis testudinosis, & spiritum motibus suis agitat, sicut ventus puluerem, & paleas, &c. quibus infra theatrum obuiat: omnis namque ventositas, & omnis vapor coarctatus in meatibus hinc inde mouetur, maximè si sit ibi caliditas, & sit ventositas contraria, fugans eam. Mala cõplexio cerebri, faciens absque ventositate spiritus inordinatè moueri, & ebullire, velut ignis aquam. ¶ Causa intrinseca, & antecedens innaturalis motus spirituum, materialis, efficiens, & dis-

positiua, materialis est quilibet quatuor humorum, ex quibus vapor nociuus generatur. Causa efficiens intrinseca, mala complexio cerebri superueniens, vel innata, generans vaporem ventosum, vel alens: vt frequenter accidit in cerebro rheumatismis pleno, mala complexio totius corporis, vel alicuius membri communicantis cerebro malitiam complexionis, vel mandantis eidem copiam mali vaporis, vt in febricitantibus, & habentibus stomachum calidum, maximè carnosum, & humiditatibus abundantem: His enim diu tolerantibus f...nem, accidit vertigo & scotomia, præcipuè si ad fundum stomachi multa cholera effundatur, & os fuerit humidum, atque molle, similiter quoque de reliquis membris, sicut dictum est in cephalea. ¶ Causa intrinseca & dispositiua, latitudo venarum & arteriarum ascendentium cerebrum, & simili modo neruorum orientium ab eo, vel habentium colligantiam, sicut nerui venientes ad orificium stomachi: Latitudo meatuum cerebri, aut debilitas ei9 resistere non potentis: clausio pororum cranei, & cutis capitis, & totius capitis, vel corporis. ¶ Causa extrinseca innaturalis, & violenta, motus spirituum, omnis causa primitiua potens generare, vel claudere vapores in corpore, vel potēs aliter spiritus commouere, sicut patet in cephalea. Specialiter autem cibus, aut chylus corrupt9 in stomacho, vel intestinis, vt accidit crapulosis, & intempestiuè comedentibus, præcipuè si cibus fuerit humidus & viscosus, vt anguilla & pisces sine squammis, & omnes frixuræ. Item immoderatus potus, præcipuè meri: Item prolixa rotatio corporis, vt accidit pueris, qui diu circummouentur. Item vndosus & prolixus motus totius corporis, vt contingit nauigantibus, & postquam in terram descenderunt, quibus accidit, sicut pelui rotanti: nam diu post quietem eius adhuc circumuoluitur aqua, quam continet. Item casus, & percussio, quibus fortiter alliditur: nam ex ictu vehementi omnia interiora capitis commouentur, diu vacillant, & agitantur postmodū, sicut aquæ percussæ peluis. Item intuitus, præcipuè dicendo fixus, volubilium aut mobilium, aut aquæ fluentis, aut inundantis: leuiter etenim in dispositis imaginatio motus visi mouet similiter spiritus & humores: & ideo Galenus in Passionario dicit, scotomaticos tendentes ad aquam vertiginem pati: Item subita capitis erectio post tædium longæ curuationis, non est bona, quia spiritus & humores in cerebro subitò transponit.

Causa obumbrationis spirituum.

¶ Causa obumbrationis intrinseca & coniuncta spirituum, fumus, aut vapor tenebrosus, qui extenditur, velut nebula suprà regionem ipsorum: sed quia non immoratur, ita vt retentus infra meatus violenter moueat spiritus, ideo vertiginem non inducit: Est enim vapor in stomacho velut celeriter transiens, siue nebula, propter subtilitatem fumi, siue propter raritatem membrorum obturantium vel qualitate suæ nigredinis, vel vmbrositate, aut spissitudine suæ multitudinis. In vertigine primò est permanens, & violenter retenta, nec tamen obscura, vel quia pauca, licet grossa, vel quia subtilis & rara: exinde contingit, quòd vt plurimum scotomia pura ex vapore sanguinis aut choleræ generatur, vt in corporibus, in quibus non aduritur, aut supercalefit sanguis aut cholera, vel remanent adustionis vestigia, qualia sunt corpora naturaliter vel accidentaliter habentia viscera calida. Prima quoque vertigo, ab interiori procedens frequentiùs accidit his, quibus grossus vapor: aut ventositas generatur, vt in quibus abundat materia, & claudicat digestiua.

Propter qu[...] in scotom[...] non deprau[...] tur ratio.

¶ Ex prædictis autem iam patet, cur in scotomia non deprauatur ratio vel cognitio, sicut in melancholia: nam spiritus in se nulla mala, vel extranea disponitur qualitate, sed tantummodo tegitur splendor eius, propter quod aufertur cognitio, in quo conuenit cum alijs dispositionibus auferentibus cognitionem dictis in somnolentia. Præterea frequenter in scotomicis oculi scintillant, & ipsi stant vsque ad sudorem vniuersalem, propter quod ipsi protinus alleuiātur.

Signa vert[...]nis.

¶ Signa propria vertiginosi, titubando velut ebrius stat & incedit, motum voluntarium regere non potest, quia signa, quibus dirigitur in suo motu, scilicet visa exterius indirectè informent eum, propter intrinsecum vitium.

Signa s[...]maci.

¶ Signa propria scotomaci, in quocumque situ fuerit subitò visum obscurari & euanescere sentit, licet oculos tunc teneat apertos, & sensibili nebula percipit obtenebrari, ac celeriter velut in momento redit ad pristinum statum, licet præ admiratione subita euentus aliquantulum stupeat. ¶ Et signa distinctiua scotomiæ ab alijs dispositionibus, in quibus aufertur cognitio, nulla aliarum celerrima transit, vt ista, nec in ista, si pura fuerit, apparent aliarum accidentia, quæ sunt dicta in somnolentia

Signa bo[...]

¶ Signa bona & communia vertiginis & scotomiæ, breuitas durationis paroxismi, raritas paroxismorum, saluatio sensuum & cognitionis interioris in actu paroxismi, & post immediatè: Similiter quoque conseruatio naturalis figuræ vel totius vultus.

Signa ma[...]

¶ Signa mala communia vtrisque, contraria prædictis, scilicet paroxismorū longitudo, frequentia manifesta, hebetudo cunctorum sensuum interioris cognitionis: hęc enim apoplexiam minantur, maximè in habētibus cerebrum debile, velut decrepitis & senibus: nam prædicta significant exuberare materiam infra corpus, in quibus est cerebrum forte, aut minus debile, timenda cephalea, vel paralysis aut (vt ait Galenus in Passionario) mania, vel epilepsia. ¶ Signa mala specialiter in scotomia, inuersatio palpebrarum, aut aliqualis torsio labiorum vel insolita saliuatio, vel inuoluntaria demersio capitis, & similia, talia namque significant scotomiam non esse puram, sed mistam, aut valdè vicinam epilepsiæ: fortis enim scotomia, sicut prædicta, maximè phlegmatica, dicitur parua esse epilepsia, vtrobique namque meatus cerebri aliqua ex parte replentur extranea innaturali substantia, sed in scotomia non spasmantur membra, tùm quia cerebrum non cōtrahitur vel ad replendum, scilicet vt receptioni resurgat, vel ad expellendum, vt in sternutatione, quæ minima dicitur epilepsia, quoniam materia est non sic venenosa vel pungens, non excitat expulsionem, vel expulsiuam, nec molestat cerebrum, tum etiam quia descendit ad ventriculos cerebri: Ex his igitur patet, quòd in pura scòtomia non destituuntur membra nec priuantur motu volun-

voluntario: ideo patiens tenet erectum caput, & tenet se, vel manus ad sedem, aut parietem, vel ad sustentaculum, in actu etiam parum, & hoc maximè faciunt meticulosi, qui cadere timent, & ideò tales clamant petendo subsidium. Epilepticus autem si steterit, subitò cadit silens, & voluntario motu priuatur. ¶ Signa priuatæ vertiginis & scotomiæ, assiduitas passionis, maximè cum grauitate, vel dolore capitis, & vniuersali læsione virtutum, vel actionum conuenientium aliqualiter cerebro, assiduitas tamen plus conuenit vertigini, quam scotomiæ, sed frequentia vocari potest in scotomia priuata, cum aliis dictis. ¶ Signa comminutæ passionis, longa vel manifesta interpolatio, cum defectu vel absentia grauitatis capitis, & læsionis cæterorum sensuum ac viriũ, præcipuè si regulariter membri alterius immutationem sequatur, aut commutetur. ¶ Signa causarum materialium vapores eleuati ad caput.

Signa humorũ dominãtiũ.

¶ Signa dominantis aut peccantis humoris aparentia in toto, vel in aliqua parte, maximè in mẽbro mandante, ac vicinis eius, & in vicinis patiẽti, vt in vultu: nam si color eius in actu paroxismi declinauerit ad puram rubedinem, sanguineum testatur esse vaporem: Si verò ad citrinitatem, vel rubicundum, vel etiam occulta citrinitate attestatur choleram rubeam: citrinæ quoque, si ad citrinitatem manifestam: prasinę verò & eruginosę, si ad viriditatẽ: nigrę verò, si ad nigredinem aut plumbeum, siue fuscum: phlegmati, si ad gypseitatem, vel albedinem, vel discolorationẽ, nisi per accidens fiat, scilicet propter timorem, cõtingit tamen sæpius: & hoc in meticulosis, vt in primo paroxismi timore pallescant, aut discolorentur: si in fine colore manifestato tingitur totus vultus, sic quoque attendenda cætera signa peccantis humoris, & dicta superiùs in tabula signorum. Item alleuiatio passionis sequens resolutionem humorum materiam peccantem determinat. Nam si ad emissionem cholerę passio remittatur, siue cessat, in causa est cholera, & sic de aliis. ¶ Signa membri mandantis, aggrauatio & alleuiatio passionum istarum, sequens autem communicãs aggrauationem, & alleuiationem alterius: nam illud est mandans, ad cuius mutationẽ regulariter mutantur hæ capitis passiones. ¶ Signa latitudinis meatuum, amplitudo venarum, & arteriarum, exteriorum maximè colli, similiter & neruorum, calida cõplexio principalium mẽbrorũ, & robur corporis. ¶ Signa opilationis pororũ cutis, paucitas sudoris, carnosus & pinguis habitus, diminutio, vel amissio exercitij fricationis, & balnei, longa quies, & otium. ¶ Signa causarum primitiuarum indicium patientis & assistentium.

Cura vertiginis & scotomie.

¶ Cura vertiginis & scotomiæ causarũ abscisio, vestigiorum eradicatio per omnia, sicut in cephalea: sed etiam recolendũ est diligẽter, quòd cũ scotomia frequentiùs ex vapore sanguinis, aut cholerę generetur, cautiùs est vtendũ calidis in eadem, maximè sumtis interiùs, ne vaporũ obscura multitudo causetur, & exinde contingit, quòd plus iuuetur scotomicꝰ potu aquæ, quàm potu vini, quãtùm ad scotomiam: & similiter intelligendum est de aliis calidis vaporosis.

Incubus.

¶ Incubus in latino, & Ephialtes in Græco, passio est ab accidente denominata, quoniam patiẽs aliquid opprimens decumbere, vel superiacere sibi dormiendo existimat: ideò determinatur à Medicis esse cerebri morbus, quoniam sensibiliter impetit omnes motus, qui virtute à cerebro deriuata perficiuntur: operatio namque communis pluribus mẽbris non læditur, nisi commune principiũ operationis lædatur: vniuersale autem principiũ motꝰ localis membrorũ cor, & cerebrũ esse noscũtur secundũ ordinem, nam cor primo, & cerebrũ proximo, cũ ergo in cunctis aliis mẽbris ab his duobus aufertur motꝰ, vel sensus impeditur, necesse est istorum duorum alterum, vel vtrunque disponi præter naturã, sed cùm passio cordis propriũ habeat accidẽs, scil. quòd omnis vitę actio sensibilis in omni parte corporis desinit, & penitus cessat quilibet motus, tàm pulsꝰ, quàm anhelitus, quàm etiã processiuꝰ, & omnis etiã cognitio tàm interior, quàm exterior, sicut in syncopi patet cerebrũ affici: nã in incubo manet pulsus, & anhelitꝰ quoq;, licet impediatur, nõ tamen aufertur, neq; vox, licet vocem informem edant & quasi mugitẽt, agnoscunt etiam in actu passionis, se in pluribus impediri, scilicet in motu surgendi, & ambulandi, & in dilatatione thoracis, & in tantum anhelitꝰ impeditur, vt sibiipsis videntur suffocari. Cognoscunt etiam se nõ posse loqui, nec liberè vociferare, conantur quoque impedimenta percepta dissoluere: nam surgere, clamare, & loqui nituntur, & quia nequeunt, laborant, & angustiantur, causam impedimẽti nullo sensu exteriori percipiũt, ligatis spiritibus leui somno, quasi si recurrẽtes ad vires exteriores, maximè ad imaginationem, & æstimatiuã, quas nõdum ligauit somnus, cũ sit leuis, & velut inchoãs speculantur in forma reseruata in thesauro imaginatiuè formam illius rei, quæ propinquius significat causam impedimenti. Quapropter cùm pectus & guttur dilatari prohibeantur, vident imaginatione formam incumbentis, & strangulãtis vtplurimum: nam à talibus propriè causatur impedimentum, quod patiuntur interdum, cuiꝰ videntur sibi detineri stricto foramine, vel aliquibus coarctari, & quasi innatã habentes prorã acutã aut longã, frequentiùs, aut citiùs patiũtur hoc nocumentũ, quàm curtã ac rotũdam habentes, isti autẽ incubum citiùs. Similiter ex parte cõplexionis, nã in quibus cella phãtastica, cętereq; virtutes sequẽtes sunt calidæ complexionis & siccæ, vel siccę tantùm, citiùs patiuntur illud: quib. verò sunt frigidæ tantùm, aut calidæ & humidę, promtiꝰ incubu.

Causa.

¶ Iam ergò ex prædictis patet causarum coniũctarũ differentia: nã in patientibus incubũ, vapor, nõ tamen venenosus, opilat puppim, quãdoq; cõstrictis cerebri meatib. à frigore, quãdoq; verò nequaquã: in aliis verò humiditas grossa & frigida partẽ extremã ꝓrę. ¶ Causarũ verò antecedentiũ quædam sunt cõmunes vtrisq;, sicut viscerũ calor vapores multiplicans, & opilatio corporis eos cõcludens, & hæc est causa, ꝓpter quam frequenter incubus generatur ex inanitione, vel ieiunio in habentib. stomachũ calidum in quo per ieiuniũ chymorũ superfluitas aggregatur: Si ergo vapor fuerit humidꝰ & ex humore frigido maximè resolutꝰ, & peruenerit ad cerebrũ, habẽs extremã partẽ prorę frigidam naturaliter vel accidentaliter: cęteras verò calidas

& ſiccas,vel tantũmodo manifeſtè ſiccas,cùm il-
la extremitas viciniſsima ſit aeri, citiſsimè vapor
in aqueã humiditatem coagulatur frigidtate cõ-
tinentis,præcipuè cùm in ſomno naturalis calor
ad viſcera retrahitur. Quòd ſi vapor ex groſſo &
viſcoſo reſoluitur humore,fortiſsimè ſenſus liga-
bitur,cùm cæterę partes cerebri ſiccę fuerint no-
tabiliter, & etiam calidæ, vt con ſumere poſsint,
& pellere vaporem clarum,& purum,remanebit
ibi diaphanum animæ,quod eſt ſpiritus: & ideò
formas & intentiones ſuſceptas lucidè repræſen
tat,& rectè:quando non eſt ibi tanta caliditas,vt
permiſcendo & conturbando tranquillitatẽ au-
ferat ſpiritus:vnde ſolutis cæteris partibus cere-
bri,cognitionem interiorẽ exercent tales in ſom-
no,& motum etiam,qui ad formas ſequitur, ſpe-
culatas: cùm autem inuenit cerebrum ſic diſpo-
ſitum,vt anteriorem & poſteriorem extremitatẽ
poſsit ſine dicto modo ligare, generat incubum.
Repletio verò vniuerſalis ſpecialiter eſt cauſa an-
tecedens ad incubum potius, quã ad aliam paſ-
ſionẽ. Similiter & exceſſus aduſtæ choleræ,mul-
tus enim vapor poteſt multas ligare cellulas: qui
verò paucæ frigiditatis & humiditatis exiſtit,ſen
ſus communis organum fortiter ligare non po-
teſt. ¶ Propter hoc autem dicitur à ſapientibus

Prognoſtica.

Medicis,quòd incubus ſit præcurſor apoplexiæ,
epilepſiæ,& maniæ: nam ad vnũ horũ trium diſ-
poſiti ſunt,qui frequẽter eo vexãtur. Sed in quo-
rũ corporibus cholera & phlegma ſeorſum pec-
cant,cholera tamen amplius, maximè diſpoſiti
ſunt ad aliam paſsionem:proinde contingit affe-
ctu illo patientibus celeriter incurrere paroxiſ-
mum,quoniã viſcoſis& acutis in eadem refectio-
ne cibantur,vt caſeo,alliis,porcello,pipere,vel ſi-
milibus,& piſcibus in paſta coctis cũ multis ſpe-
ciebus,& reſeruatis diu poſt infrigidationem eo-
rum,aut nebulis,& nectare, vel quibuſcunq; ge-
nerantibus prædictos humores: acuta enim ca-
liditas & viſcoſos eleuat vapores à phlegmate, &
partes ſiccas & calidas cerebri potẽter in ſua diſ-
poſitione conſeruat. ¶ Ex prædictis autem patet,
quòd in cauſis primitiuis ſic differũt: nam ieiu-
niũ & abſtinentia lædunt excreſcentes opera vi-
gilantiũ,tamen ſemper iuuant patiẽtes incubũ,
ex plenitudine: econtra verò copioſa refectio iu-
uat illos,& nocet iſtis. Similiter infrigidatio capi
tis in ſomno lædit vtroſq;, ſed illos tantùm reti-
nendo vapores,hos & coanguſtando meatus in-
teriores. ¶ Communis intentio curationis abſci-

Cura.

ſio cauſarum, vt in cephalea: Specialis intentio
curationis in incubo minuere plenitudinẽ, po-
tiſsimè phlebotomiis& moderatis abſtinẽtiis, &
aduſtã cholerã pharmaciis euacuare. ¶ Specialis
intentio curationis in aliis corpus tenere mũdi-
ficatũ à cholera & ſuperfluo,maximè groſſo phle
gmate, tẽperatè quoq; humectantibꝰ ſonũ pro-
fundum inducere. Vniuerſaliter verò talibꝰ ada-
ptare cõuenit regimẽ reſumtiuũ. Et vſum mode
ratè ſomniferorũ, pręcipuè cõfortantia cerebrũ,
de quibꝰ dictũ eſt in ſomnolentia. Sed inter cæ-
tera herba coriãdri cocta, & granũ, vel crudũ vel
coctũ cõpetit vſui quotidiano. ¶ Incubus (vt ait
Gal. 6. ad Glauc.) generatur ex inanitione, hoc
eſt,ex abſtinentia nimia à cibo, maximè tamen
hoc contingit habentibus ſtomachũ calidũ in q-
bus chymi mali ad ſtomachum attracti, vapores
multiplicant: conueniunt autẽ, vt ait Gal. in de
iuuamento anhelitus,epilepſia,apoplexia, incu-
bus,& ſomnus in hoc,quod omnes cauſantur ex
opilatione cõtingente in loco,vbi vena & arteria,
quæ à corde ꝓcedunt ad caput, coniunguntur
meningis cerebri, ſed in vapore vel humore dif-
ferunt. ¶ Dolor ſtomachi, qui prouenit ab exte-

Dolor ſto[machi].

riorib. cauſis, oritur vel ab impreſsione continẽ-
tis: continẽtis impreſsio frigiditas eſt operimẽto
rum vel aeris, vel alicuius alterius facti obuiãtis,
præcipuè colũnis pedum,aut pudendis, præci-
puè lateribus atq; ventris, vel oritur à ſumtis in-
teriùs. Quæ ſumuntur interiùs, vel ſunt cibus,
aut potus,aut medicina, quorũ vnumquodq;,ſi
nimis frigidum, aut calidum fuerit, aut pungiti-
uum,aut ventoſitatis generatiuum,dolorem cau
ſat,amplius aut minus, iuxta diſpoſitionem ſto-
machi & vires immutantium cauſarum, diſpo-
nunt ad dolorem acutum per ſe caliditas innata,
vel accidentalis acumen ſenſus, ſolutio cõtinui-
tatis, frigiditas autem per accidens, ſcilicet ꝓpt
generat ventoſitatẽ, quæ diſtendit & ſoluit cõti-
nuum. ¶ Interiores cauſæ doloris cõiunctæ ſunt
malitia complexionis,continuitatis ſolutio: An-
tecedentes autẽ humores ſunt,aut lumbrici, aut
ventoſitas ibidem generata,vel proueniens aliũ-
dè, ſicut ab inteſtinis, dolor cùm inuenitur cõti-
nuꝰ,tactui reſiſtẽs cũ manifeſta duriti, ſignificat
apoſtema in loco doloris. ¶ Durities aut tenſio,
quę non minuitur,aut occultatur ſtomacho ina-
nito,&reſupinis iacentibus, nõ in ſubſtantia ſto-
machi,ſed in lacertis exterioribꝰ,indicat eſſe col-
lectionem. ¶ Quibuſcunq; reſupinis dolor pro-
fundari videtur. Et accedere verſus partem ante-
riorẽ, apoſtema eſt in anteriori parte ſtomachi:ſi
eueniat in tunica exteriori,non occultabitur pal-
pantibus reſupinum:ecõtra verò,ſi tumor ad tu-
nicam declinet interiorẽ. ¶ Quicunq; caliditatẽ,
aut frigiditatem,in ſtomacho ſentiunt,quãdo re-
ſupinantur, his pars anterior ſtomachi repletio-
nis, aut collectionis pondere depreſſa tangit po-
ſteriorem. ¶ Botium in ſtomacho intus vel extra
pondere grauat,& hebeti dolore moleſtat,& ſto-
machum facit ventoſitatibus abundare, aut vo-
mitionibꝰ,& ſingultibus cruciat. ¶ Dolor conti-
nuus in aliqua parte ſtomachi ſine põdere, & tu-
more,vlcus prætendit ibidem, & à quibuſcũque
augetur,niſi fuerint vnctuoſa vel leuia, quæ ni-
hilominus eum augebunt, ſi in tanta quantitate
ſumantur,vt diſtendere poſsint. ¶ Dolor ante ci-
bum tantũmodo vexans & declinãs, cibo ſumto
ſtomachũ ſentit inanitione torqueri. ¶ Dolor, q
tantùm deſinit ſumto cibo viſcoſo vel vnctuoſo,
vel liquore,mediocris denſitatis, mordicationis,
indicat humores in ſtomacho fluctuare. ¶ Vexa-
tio &anguſtia ſtomachalis,ad quam ſumto potu,
maximè vini vel brodij, ſequitur vomitus humo-
ralis, grauari & cõprimi ſtomachum oſtendit fę-
culentis & ſpiſsis humoribꝰ, maximè circa fun-
dũ,quos potus ſuperueniens liquefacit. ¶ Dolor
ante cibũ in inferioribꝰ ſtomachi,qui ſumto cibo
ſuperiora petit,abſq; rugitu, ſignificat humores
cibo miſceri, & per ipſum attingere partes frigi-
diores. ¶ Dolor aut vexatio ſtomachi tantũmo-
do crucians cibo ſumto, nociuũ indicat alimen-
tum.

tum quantitate vel qualitate, vel lumbricorũ ad paſtũ aſcenſionẽ. ¶Lũbricoſi, quib. inteſtina fæcib. hu. nõ abundant, hi cibo ſumto lũbricos ſtomachũ aſcẽdere ſentiũt, vnde eum ꝓuocando digeſtionẽ ꝑturbant, cauſantq; dolorẽ lumbrici aſcẽdentes lateraliter, inordinatè mouẽtur ſi cal. fuerit ſtomach9, aut acuta fuerint alimẽta, vt vinũ: & allia, & ſimilia: nã vexati ſanie ac repugnã- A tia nutriẽtis, & loci turbati, quęrẽtes remediũ varia loca tangũt. ¶Dolor in ſupremo vẽtris, q̃ immediatè deprimitur ingreſſo cibo vel potu, neceſſe eſt ab hu. fluidis & phlegmaticis in ſuperficie ſtomachi exiſtẽtib. generari. Anguſtia repſentiua ſine cã exteriori cũ defectione animi, & timore mortis, ac deſperatione viuẽdi, ſtomachũ & maximè os eius ſignificat opprimi à cholera nigra.

ARNALDVS DE VILLA NOVA.

DE HVMIDO RADICALI.



IBELLVS de humido radicali, continet tractatus duos: quorum primus eſt de humido radicali, quid ſit: ſecundus de ei9 reſtauratione. Primi tractatus tria ſunt capitula. Primũ in quo oſtenditur, quòd humidum ſpermaticum, inquantum ſpermaticum, non eſt humidum radicale. Secundum, in quo oſtenditur, quòd humidum abſolutè acceptum à materia ſpermatis, non eſt radicale. Tertium in quo oſtẽditur, quid ſit radicale humidũ ſecundum veritatem. Tractatus verò ſecũdi ſunt quatuor capitula: Primũ eſt de rationibus, quib9 videtur oſtẽdi, quòd humidum radicale non reſtauratur ſecundum veritatẽ. Secundum, in quo oſtenduntur rationes ſapientum in contrarium. Tertium, in quo diſſoluuntur rationes, quæ videntur oſtendere, quòd non reſtauratur aliquo modo ſecũdum veritatem. Quartum capitulum eſt de termino reſtaurationis: quoniam plebei Philoſophi, necnon hi, qui in naturalibus valdè ſtuduerunt, de humido radicali viuẽtis corporis diſputantes, validam ſuſtentant ſociis noſtris dubitandi materiam: nunc verò, qui ad habendam veritatis notitiam elaborant, ideo volentes ſatiſfacere rogationi ſociorum, intendimus circa pręfatam materiam, ſententiam explicare collectam ex dictis ſummi Abubetri, quem nos Raſim cõmuniter appellamus, quam etiam ex dictis Gal. in duobus tractatibus, de virtutibus naturalib9 ſcilicet & de tranſmutationib9 corporum, & de ſecretis naturæ, & ex dictis etiã Theophr. in libr. de operibus animæ vegetantis, intendentes hîc ſociis noſtris ſtudendi arcam & exercitandi intellectum pro modulo præparare: æmulis verò noſtris materiã præbere latrandi & propriã etiã eorum inanitionem reficiendi clandeſtinè.

Sequitur Raſim.

Quòd Humidum ſpermaticum, inquantum ſpermaticum, non eſt humidum radicale, Cap. I.

DICIMVS ergò, quod opinio fuit quorũdam, humidum radicale eſſe humorem ſpermaticum, & ſic ideo radicale vocatur, quia primum principium immediatum exiſtit caloris viuifici, qui debetur vnicuiq; corpori viuenti, inquantum viuens exiſtit, quod humidum corpus tale acquirit in ſui generationis principio. Quòd ſi ſpermaticum humidum intelligant ipſum ſperma, ſecundum B formam ſuam acceptum, & humidũ conueniens ſpermati, inquantum ſperma exiſtit, dementes vidẽtur: propterea, quia non tantùm rationi, ſed ſenſui obuiãt. Rationi, nam in aliis eſt oſtenſum, quòd materia corporis phyſici, q̃ inquãtũ in ſe & nõ inquãtũ materia eſt hoc aliquid, cũ ſubijcitur generationi, oportet vt forma corporis, ad q̃ habet potẽtiam, introducatur cum diſpoſitionibus ſuis in materiam dicti, aut quòd ſpolietur à forma ſua, quę actus eſt eius, inquãtum hoc aliquid C eſt, & omnibus indiſpoſitionibus dictę formę, inquantum illi formę conueniunt: & iam etiam dicit Ariſt. in 4. de impreſsionibus, quem nos librũ Metheor. appellam9, oportet, quòd in omni corruptione corporis phyſici ad ablationem formæ ſubſtantialis, quæ vltimus actus eſt, auferantur omnia vſq; ad primam materiam, quæ illi formæ ſolùm debetur, vtpote gradus & proportiones, & etiam, quæ in omnibus intermediis reperiuntur reſpectu illius formę, vnde etiã nomen, quod D etiam illi conueniebat per reſpectum, tantùm ad illam formam iam nõ eis vniuocè cõuenit, ſed æquiuocè potius, ſi quid autẽ illa formaliter habet cum aliis, hoc nõ eſt neceſſarium à materia ſeparari: quapropter dictum eſt, quòd reſolutio fit vſq; ad materiã primã, inquãtum ſoli illi conuenit. Ex his ergo patet, quòd ſperma ſecũdum ſuã formã captum, & humiditas etiam ſpermatis, inquãtum ei formaliter accepto cõuenit, nõ remanet in corpore generato. ¶Senſui etiã p̃dicta opinio cõ- E tradicit: quoniã nedum ſapientib9 & expertis agricultorib9, ſed etiã mulierib9 notum eſt, & bubulcis, quòd granum frumenti, & ſic etiã de aliis ſeminib9, quæ ſpermata plantarum exiſtunt, nõ verè ſecundũ ſuã formam ingrediuntur cõſtitutionẽ corporis plantę: & in tantũ notũ eſt vulgò, quòd cõmuniter ꝓclamant, niſi granũ frumenti putreſcat, & moriatur, nullum fructũ affert. Cõſtat autẽ, quod ſperma ꝓut eſt principiũ generationis corporis animati accepti vniuerſaliter, nõ F cõuenit ſolũ humano corpori & equino, inquãtũ talia ſunt, ſed potius inquantũ viuẽtia ſunt, & ſic ratio ſpermatis vniuerſaliter accepti, omnib9 corporib9 viuẽtibus eſt communis. ¶Pręterea ſi voluerint, quòd nõ humidũ ſpermaticũ, inquantũ tale ad formã ſpermatis ordinatum, tãtum ſit primũ ſubiectũ, & immediatum talis viuifici, ſed potius humiditas cõmunis, quę in materia ſpermatis reperitur, ex quo ſola illa extẽſa cum nutrimẽtali in omnibus partibus corporis animati ſit ſubiectũ prædictũ calidi, in omni parte corporis animati. ¶Tũc petimus ab eis, vt faciãt nos vide-

Trima opinio

Contra illam.

Modificatio opinionis.

Contra.

re ſpem imaginationis, quod humiditas, quę in
oſſe dactyli exiſtit, ideo etiã damus eis, quòd os
totũ in humidũ cõuertatur ſiue ſimplicis, ſiue cõ
poſiti, ſiue ſimplicis elementi cuiuſcunq; quali-
tatis, poteſt extendi ꝑ omnes partes palmæ, quæ
generatur ex oſſe ꝓdicto: tota duratio palmę, quã
trecentorũ annorũ fatentur agricultores, & etiã
cõmunis experientia teſtatur, maximè cũ inue-
niatur, habere centũ pedes in altitudine, & 5. in
ſpiſsitudine: Petamꝰ etiam hoc oſtendi in grano
ficus, quod ficulneæ quinquaginta annos viuẽ-
tis, aut amplius ſperma eſt & ruſtici hoc nõ igno-
rant: aut ſi aliqua pars viuẽtis corporis nõ viuit
ſine calore viuifico fundato in humido radicali,
& humidũ radicale ſit illud, quod ꝑ iſtos aſſeri-
tur, oportet, quòd humiditas grani ficulneæ, du-
rante & viuente ficulnea, poſsit extendi per om-
nem partẽ ficulneæ, mirum quidẽ erit. Dato etiã
quòd totũ granũ in humidum cõuertatur, quo-
modo tantã poſſet illud humidum extenſionem
pati ſine corpore, cùm formæ naturales nõ quã-
tamcunq; ſuſtineant quantitatẽ ſubiecti, ſed cer-
tam potius & finitã, & ſi ſic, faciant hoc nos ſcire.
Nec hoc mirabile tantùm in corporibus & in ge-
neratione plantarũ videtur, ſed etiã in aliquibus
reperitur, in quibus vtrunq; generationis princi
pium, tam actiuum videlicet, quam paſsiuum, ꝑ
indiuidualem ſubſtantiã diſtinguitur. Compertum eſt enim, ſicut periti recitant Medicorum, &
etiam quotidie reperiuntur homines calidæ re-
gionis & ſiccæ, à quorum corporibꝰ ſperma val-
de modicæ quãtitatis, vtpote vnius grani cicerũ,
aut duorũ forſitan, aut trium deciditur, magnos
filios generare multumq; viuentes, quãdo coeũt
cum muliere contrariæ regionis, in quib. corpo-
ribus mirum videtur, ſi humidum ſpermaticũ à
mare deciſum, poſsit illis exiſtẽtibus in perfecta
ætate extendi per quamlibet partem corporis a-
nimati, quam ꝓdicti nominauerũt radicale, quẽ-
admodum os, neruus, venæ pulſantes & nõ pul-
ſantes & cętera talia. ¶ Et quia aliqui de ꝓdicta ſe-
cta imaginati ſunt, hæc in partibus animati cor-
poris fieri, ſicut accidit in lucerna, quòd videlicet
media pars, quemadmodũ pars medullæ in plã-
tis & quemadmodum pars, quæ in medio nerui
eſt ſecũdum longitudinẽ, poteſt imaginari, ſit li-
neata ꝓdicta humiditate, in qua fundatur calor
viuificꝰ, ſicut videmus calorẽ extraneum ſolùm
in papyro mediæ lucernæ fundari. ¶ Tunc etiam
duas admirationes ſuſcitabũt in corporibus au-
diẽtium, quarũ vna videtur ꝓdictis ſimilis, vide-
licet quomodo tam modica humiditas faciat li-
neare mẽbra ꝓdicto modo radicalia recta à for-
ma humana, ſeruato quod dictum eſt, videlicet
quòd nõ corrũpatur. Præterea oritur dubiũ ad
miratione digniſsimũ, ponatur in mẽbris circu-
larib. fieri, ſicut in craneo, vtrum illa linea radica-
lis humiditatis ſit vna, vel plures: & ſi vna vtrum
tranſeat ſuper mediã partẽ capitis, & per frontẽ
voluatur circũferentialiter: ꝓterea ſi vna ſit, quo-
modo faciat ad viuificãdum partes cranei remo-
tas ab illa linea: & ſi plures vtrũ decẽ tantùm vel
plures, & quot, quomodo faciat tã modica mate-
ria ad tot lineas lineales: In oſsib. longis & cõca-
uis illa linea in medio, ſicut in centrali parte, non
eſt, quia ibi concauitas eſt: ſi autẽ in ipſa circum-
ferentiali ſubſtantia oſsis, in quo latere ſit, ſi vna
ſit, aut in quib. ſi ſit plures, & quomodo fiat, quod
in aliis quęrebatur: quę omnia abſurdum eſt fin-
gere & impoſsibile imaginari, quòd tam modica
humiditas ad tot lineationes faciat. Videtur etiã
ex ꝓdictis impoſsibile ſuſtineri: nam ſi ſecũdum
prædictum modum humiditas radicalis extẽda-
tur, quæ principium vitæ exiſtit etiam, quòd ſu-
periùs dictum eſt, tunc ſequeretur, quòd in ner-
uo & oſſe, &c. eſſentiali videri poſſent partes ipſiꝰ
imò in neruo principaliùs viueret pars lineata,
quàm alia. ¶ Aut forſitan pars prædictæ ſectæ æ-
ſtimabit (quemadmodũ aliqui dixerunt) quòd
humiditas radicalis accepta, vt dictũ eſt, diuiſa ꝑ
atomales partes, admiſcetur cum humido, quod
vniuerſaliter nutrimentum vocari poteſt, in qui-
buſdam tantùm viuentibus, vt menſtruale, &c.
hoc per atomos diſtributo vniuerſis membris ra
dicalibus, nõ ſolùm vna pars ſuſcipiet beneficiũ
vitæ, ſed etiam alię. ¶ Quia ſi ita eſt, tunc petimus
reſponderi interrogationibus Gal. quę duæ ſunt
principaliter: Vna eſt, vtrùm illi atomi ſint tot
numero, vt poſsint vnamquamq; partem radica-
lium membrorum pertingere, vel non. Secundũ
verò exiſtit, quomodo viuat pars in qua atomi ra
lis humiditatis ſecundum eos reperiri nõ valent,
quemadmodum pinguedo & caro in animalibꝰ.
Nam quæſitum primum nullo modo videtur o-
ſtendi, quòd videlicet, cùm atomi corpus ſint,
quantumcunq; paruum, non poterit tam modi-
ca humiditas radicalis in tot atomos diuidi, vt
omnes partes alterius humidi poſsint attingere
in radicalibus membris, ſi omnes nõ tangant, ſe-
quitur quòd non omnes viuant, aut non æquali-
ter in eodem membro, ſpecie & numero. Quòd
autẽ ſit impoſsibile, omnes atomos alterius hu-
miditatis tangi per atomos radicales, oſtenditur
hoc liquidè: nam ſine cõparatione alia humidi-
tas eſt radicali maior, ſi qlibet humiditatũ in ato-
mos æqualis quantitatis debet diuidi, nõ eſt poſ-
ſibi e ſupra dictum. ¶ Si verò aliquis de prædicta
ſecta ſubtilians ſe ſic velit dicere, quòd non opor
tet atomos aliarum humiditatum eſſe ęquales in
magnitudine, ſed ſufficit, quòd in numero ſint ę-
quales. ¶ Sequitur tunc inconueniens, quod di-
ctum eſt nunc, & quod non poteſt euitari: nam
quantum eſt de virtute humidi radicalis, & ca-
loris viuifici in eo fundati, cùm atomꝰ radicalis
humiditatis minor ſit ſine cõparatione, quàm a-
tomus alteriꝰ, nõ informabit ipſum ad vitã, aut ſi
fit, nõ totum, quòd ſi totum, principalibꝰ tamẽ,
& verius partem, quam attingit, & ita ſequitur,
vt dictum eſt, quòd in parte vnius organi radi-
calis, nõ omnes particulę viuẽt vel valde inæqua
liter, quæ inæqualitas erit manifeſtata. ¶ Quòd
autẽ quaſi incõparabilis ſit magnitudo atomorũ
nutrimentaliũ talibus argumẽtis Philoſophicis
oſtenditur ſic: nã ſi in eis æqualib. extendentibꝰ
in magnitudine quaſi incõpoſsibilis eſt numerꝰ
illorũ ad iſtos, eodem modo adæquato numero,
& in ęquali exiſtente magnitudine idem reſpectꝰ
alterius poterit inueniri, ſi hoc non fatentur, tũc
ſciant, ſe nihil nouiſſe de ꝓportione quantitatis
cõtinuæ ad diſcretam & ecõuerſo, quod in ma-
thematicis per Nicomachum & Euclidem ſuffi-
cienter oſtenſum eſt, & tunc ignorabunt, quod
nego-

Alia opinio. — *Contra illam.* — *Alia opinio.* — *Contra illam.* — *Alia opinio modificata.* — *Contra illam.*

negociatores communiter nō ignorât: In quibus omnib9 sermonibus, seu propositionibus supradictis virtutē viuificam ad potentiā solùm comparamus instrumenti, & non principalis agentis, videlicet animæ cùm de æqualitate vitæ, & inæqualitate fecimus mentionem. ¶ Præterea q talia inueniunt, videntur asserere, quòd solum sperma sit principium animati corporis materialiter, & quòd sperma, quia habet rationem factorum materialiter, ingrediatur animati corporis constitutionē, quorum insomnijs iam Aristoteles obuiauit sufficienter signis & rationibus, & multi etiam expositores naturalium scrutatores; ideò ad præsens permittimus illud, nec per hoc tamen intendimus sapientes Medicos reprehēdere, qui talia sermonib. docere videntur: scimus enim intentiones peritorum Medicinæ, vtpote artis fundatores, rectas esse, & sufficientiam cōsiderare in medicina, nō necessitatē vltimæ veritatis, eò quod nō nocet hoc eis ad considerādū intentū, queâdmodū itē ostēsum est in tractatu nostro, de intentionib. medicorum: & iā etiā tetigit Auic. in Can. Medicinæ, scilicet in capitu. de virtutibus, & etiam in capitu. de causa vel esse spermatis: nos verò prædictam sufficientiam sermonum Medicorum hîc non suscipimus explanare, sed solùm circa veritatem proficiētem intellectū circa talem materiam laboramus.

Alia opin[ionem] — *Contra illa[m]*

COMMENTARIVS.

OPORTET *vt forma corporis ad quam, &c.*] Iucūdissima hæc est quæstio, & digna quam paulò accuratius expendamus. Humidum primigenium, quod radicale dicitur, aliqui nihil aliud esse volunt, quàm humiditatem spermaticam, quæ partibus in prima generatione sit concessa. Duobus potissimum argumentis hāc aduersariorum opinionem confutat Arnaldus. Si quid generetur, id ex quo generatur sic immutari contingit, vt & formam & nomen amittat. Dum nascimur, corporis nostri partes ex semine generantur. Hac igitur absoluta generatione fit, vt nec semen nec seminis nomen, nec seminis forma supersit amplius. Superest autem humidū radicale, quod antea tamen non erat. Quis hoc ergo semen esse dixerit? Pręterea cū ad animalis generationem exiguum quantitate semen subministretur, haudquaquam vbi solidæ corporis partes maximam eius portionē absumserint, tantum eius superesse poterit, vt in omne corpus extendi possit, quod iustam augmēti nactum fuerit magnitudinem. Firmissimæ sunt hæ rationes, ex quibus etiam intelligi facilè potest, quam vera sit eorū sententia, qui proximum spermaticæ partis alimentum sperma volunt esse, cùm ex eodem partes & generentur, & conseruentur. Verùm hac de re dictum à nobis est, in commentariis nostris in librum Hippocratis de natura hominis, fusissimè.

Alia opi[nio] modifica[ta] — *Contra ill[am]*

Quòd Humidum, absolutè acceptum à materia spermatis, non est radicale, *Cap. II.*

REDEVNTES igitur ad prædictam materiā petimus ab his, qui prædictæ famulantur opinioni, quòd ostendant nobis, qualiter humiditas ex spermate, vel materia eius relicta in corpore generato & viuēte, possit tota duratione corporis in vita pati extensionem per omnes partes eius. Nam de his, quæ dicta sunt, dubitamus, qua imaginatione hoc possit verificari in plantarum insertionibus: videmus enim quòd sagacitas rusticorum, & etiā hoc Palladius iā ostendit, perforat arbores & ramū vel surculū arboris alterius speciei propinquæ per dictum foramē pdictæ arboris transire facit: elapsoque tempore, cùm prædictus ramus quamlibet extremitatem prædicti foraminis sigillauerit, rescindit ipsum iuxta foramen ex parte radicis, & pars, quæ arbori affixa remanet, vegetatur, & proficit fructificando secundum exigentiam suæ speciei: Cùm ergo crescat & extendatur, & pars illius rami potest per eundem modū similiter crescere, & extendere, in alia arbore sibi propinqua secundum seriem, & sic etiam vlteri9 specie remanente: tunc oportebit, quòd humidum radicale, à primo semine illius plantæ contractum extendatur per omnem partem prædictæ plantæ insitæ aliæ, per dictum modum. Non enim dici potest quod humidum radicale ex semine, vel spermate alio recipiat: nam si ab alio deberet recipere humidum radicale, tunc illud esset à planta cui inseritur, cuius contrarium manifestè patet: quoniam non fructificat secundum exigentiam eius, sed potius illius, à quo suscipit originem. ¶ Fuerunt autem nonnulli, qui volentes effugere inconuenientia supradicta, & dictas etiam imaginationes intollerabiles, dixerūt cum prædictis, quòd vera humiditas radicalis est, quę solū in generatione relinquitur ex materia spermatis, sed tamen illud humidum, quod sic nominatur spermaticum, non est necesse, quòd in omni parte corporis animati existat, cùm etiam hoc propter sui paucitatem non sit possibile, sed cū habeat rationem formantis, sufficit solùm, quòd recipiatur in membro, quod est principium aliorum, ita quòd vniuersum humidū aliud informetur p virtutē istius humidi existētis in primo mēbro, sicut corde, ita videlicet, qđ omne humidū, quod subiectū potest esse caloris viuifici, habeat hoc per informationem, quam recipit à virtute dicti humidi radicalis, quod reperitur in parte prima corporis animati. ¶ Quia si sic fuerit, quēadmodum isti dicunt, multa inconuenientia videbuntur sequi, quoniam tunc secundum eos non esset pars radicalis, nisi vnà in corpore animato, cuius contrarium tamen ipsi dicunt. Item etiam ex hoc sequeretur, quòd confluens & hæ partes, quæ ex fluenti humido generantur, possent in complexionibus mutari omnium aliarū partium, à prima omninò, cùm in illis complexio radicalis non sit, aut si dicerent illam esse ibi, vterentur æquiuocè radicali complexione, quod iterum contra positionem eorum est. ¶ Præterea cùm non viuant partes corporis animati sine psentia calidi viuifici, tunc quando non reciperet à parte prima beneficium dicti calidi, oporteret statim partes illas non viuere, & ita in syncope laborantibus alia membra à corde non viuerent, sed solùm cor, in quo est humidum radicale, ex quo oportet dicere, quòd ad minus in longa syncopi membra resurgerent, maximè illa, quæ à corde magis distant. ¶ Præterea sequeretur ex dictis, quòd natura minus solicita esset de parte principali quàm de aliis, quod de natura non impedita nefas est dicere: nam cum aliæ partes à corde generentur ab humido sanguineo, cor verò ab humiditate spermatica, tunc conuenienti9 nutrimentum & propinquius naturæ ipsorum

Dubium de plantis inser[tis]. — *Solutio quorundam.* — *Contra illam.*

præpararet natura aliis membris corporis, quàm substantiæ cordis, si sanguis communis sit materia nutrimenti cordi & aliis: nam cum ex eisdē fiat nutritio, ex quibus fit & generatio, oporteret dare, quòd natura præparet humidum spermaticum ad nutritionem cordis, sicut humidum viuificum sanguineum ad nutritionem aliorum, quod non videtur natura facere, quia deficeret in necessariis, & peruersè operaretur, cùm cordi natura ministraret nutrimentum tantum conueniens & conforme, quantum aliis membris: aut si faciat natura, qualiter faciat, ostendat. ¶ Quod si dicant totam substantiam partis primæ non esse constitutā ex humido radicali, sed potiùs pars principalis illius partis, aut quòd in tota substantia eius sit cum sanguine pars materiæ, non tota materia, ita quòd cordi non debeatur nutrimentum, nisi ratione partis sanguinis, cùm solùm deperditioni, & nō alteri debeatur restauratio per nutrimentum, eò quòd per ipsos hu. radicale restaurari non possit. ¶ Tunc licet illud ostensum sciamus non esse simpliciter verum, miramur tamē qualiter in his, qui sæpè & multum febricitant, in quorum corde calor igneus, seu febrilis non obediens animę, frequenter & fortiter operatur, quomodo, inquam, illud radicale, si aliquam non recipit restaurationem, durat in tota vita illorum quæ ad 60. annos & amplius se extendit. ¶ Præterea si radicalis humiditas solùm in prima parte, quemadmodum in corde reperiatur, & calor viuificus in aliis non est membris, nisi inquantū à corde procedit, tunc videbitur, vt arguit Galenus, quòd in continuè febricitantibus, in quibus substātia cordis extraneo calore ignitur, alia mēbra corporis nullam exercebunt operationē laudabilem nunc digestionis nunc expulsionis, aut cuiuslibet alterius, & sic in continuis febribus, in quibus mala dispositio à corde non separatur, nec expulsio fieret materiæ febrilis, quę continetur alibi, quàm in corde, nec in stomacho digestio, aut retentio, aut in intestinis fæcū expulsio, aut vrinæ, & in membris eius nunquam fieret vtilis corpori operatio, & sic per solam actionem naturæ nunquam contingeret aliquod corpus à febre continua liberari. Nam cùm membra non exerceant actum vitę, nisi à calore viuifico, quem secundum eos à corde solùm recipiunt, si iam à corde viuificum non recipiunt, secundū quòd naturæ corporis pertinet, sed potius igneum, sequitur, quod dictum est, quòd videlicet à febre continua, cùm causa eius in membris aliis à corde contineatur, & cōtinuè cordi eius malam dispositionem infundat, non liberabitur aliquis p solam actionem naturæ. ¶ Præterea si sola humiditas radicalis in parte prima viuentis corporis reperitur, & per illius virtutem informatur humidum nutrimentale, vel fluens ad vitam in aliis partibus, tunc ostendant nobis, qualiter in incisione plantarum, maximè in ea, quam superiùs diximus, veniat informatio humidi radicalis à principio primo ad ramū insitum, cùm ei nō cōtinuetur. Non enim dici potest, quòd recipiat informationē ab arbore cui inseritur, nam tunc secundū exigentia illius speciei operaretur, & non sui, quod tamen sensui falsum patet. Quòd si dicatur in arbore partē principalē non esse radicē, sed potius medullam, quæ loco cordis in animalibus vicem gerit, licet illud verum non sit, tamē nihilominus redibit admiratio supradicta, quomodo videlicet in ficulnea, siue piro humiditas spermatica grani vel seminis sufficiat extēdi sine corruptione sui per vniuersam medullam corporis plantæ, trūci videlicet, ramorum, & radicum similiter & partium eius.

Solutio. *Contra.*

A B C D E F G

COMMENTARIUS.

PRAETEREA *cum non viuant partes, &c.*] Conferantur hæc verba cum iis quæ scripta sunt cap. 4. de intentione virtutis animæ, quo in loco censet Arnaldus omnia membra innatam vitæ virtutem à corde nancisci. Contrarium hic asseritur, ad refutandam aduersariorum sententiam, qui volunt verum & spermaticum humidum radicale non quidem in omnibus corporis partibus, sed in corde contineri, vnde virtus vitalis in vniuersum corpus diffundatur, qua possit alia humiditas in huius speciem informari. Quod hoc autem falsum sit, duabus potest demōstrari rationibus Nam si humidum hoc radicale, quod caloris innati adeoq; vitæ subiectum est, non insitum sit partibus à natura, sed adscititiū sit duntaxat, cōsequetur in syncope mortuas esse partes vniuersi corporis, cùm in hac vitalis facultas à corde nō deferatur. De febre continua quod dicitur, alterum est argumentū, quo docet Arnaldus insitum & innatū esse partibus humidū radicale non adscititium, aut à corde transmissum.

Tunc ostendant nobis qualiter in incisione.] Rem illustri declarat exemplo, quod si probè intellectum dextere accommodetur, potissimum ferè complectitur argumentum confutandis aduersariis. Ramus alicuius arboris amputatur, viuit tamen dum viret, sique in arboris alterius speciei truncum inseratur, excrescit fructumque profert, nō eius arboris in quam implantatur, sed vnde fuit excisus: quæ quidem causa est, vt vna & eadem arbor varios possit producere fructus. Idem in corporis partibus contingit, quæ licet spiritus à corde vitales assumant, proprias tamen & insitas non adscititias obtinent facultates, quibus & viuunt & suas exerunt actiones: Nam si cordis essent hæ facultates, in variis partibus easdem oporteret esse necessariò, cum iidem sint cordis spiritus, quos in cerebrum, & quos in iecur aliasque partes cor transmittit. Non igitur eadem est ratio vitalis, animalisque facultatis: Hęc enim à cerebro partibus communicatur, quæ suapte natura neque sentire possunt, neque moueri: quo fit vt sensus motusque sæpenumero intercidant partib9 ipsis minimè læsis: At verò naturales actiones, ait Galenus, lædi non possē, nisi prius instrumenta lædantur. De vitalibus idem meritò sentiendum est: Nam si naturales actiones illęsę sint venis & arteriis vel obstructis vel amputatis, vitales etiam superesse necessum est: siquidem viuere partes oportet, quibus agendi vis aliqua suppetit. Vt ergo naturales, sic & vitales partium vires sanguine nutriuntur, vitalique & influenti calore fouentur.

Quid sit Humidum radicale, Cap. III.

PROPTER hoc igitur, & similia sciēdum, quòd in corporibus animatis multiplex humidum reperitur: vnū videlicet, quod cōtinuans appellatur & illud non conuenit corpori animato, nec partibus eius, inquantum animatum existit, sed potius inquantum mistum. Alia verò sunt duo humida, quæ ipsi conueniunt, inquantum viuum existit, vnde est, quòd prædictum humidum basis est, & principium ad alia duo, quia corruptis ruptis his duobus sequentibus, nō sequitur corruptio primi, sed potius econtra. Quamobrem quando corrumpitur proportio duorum humidorum ad corpus animatum, quæ ei debetur, in-

Triplex humidū in viuis.

quantum viuens, sequitur corruptio eius, inquã- A tum viuens, quæ mors communiter appellatur. Nec tamẽ sequitur corruptio eius, prout mistum est, licet tamẽ ei solùm conueniat, vt est mistum, quantitas tamen & proportio eius ad alia miscibilia accipitur secundum proportionem animati corporis vel partis eius, ad actum animæ, quem habet exercere per ipsum. Propter hoc etiam mistio, & quo ad quãtitatem miscibilium, & quo ad apprehẽsionem ipsorum, variatur in corporibus viuentium, & partibus ipsorum. Quemadmodũ B alia, & alia est quantitas, & apprehensiua miscibilium, in corporibus animalium, plantarum, in oculo, in lingua, in carne, in neruo, & in aliis, vt alibi ostensum est. Alia verò humida duo, quæ viuenti corpori cõueniunt vt est viuens, in hoc cõueniunt, quia cùm viuẽti corpori nõ conueniát, nisi prout viuẽs est, oportet necessariò, quòd sint ambo viuifica: humidum autem viuificum non existit, nisi propterea solùm, quòd est subiectum caloris viuifici, qui inquantum viuificus nõ exi- C stit nisi quia instrumentaliter seruit animæ ad actiones vitæ exercendas in corpore animato. Ex hoc ergo tãtùm habetur, quòd omne humidum conueniens viuenti corpori, inquantum tale, sit subiectum caloris viuifici, tale autẽ non est in genere nisi duplex, aut videlicet in generatione acceptum, aut acquisitũ corpore generato, ex quo sequitur necessariò, quòd quemadmodum generatio præcedit generatum, sic etiam humidum, quod in generatione acquiritur, altero prius erit. D ¶ Et exinde etiam erit cum corpore generato, & nõ acquirit humidum, quod posſit esse subiectũ caloris viuifici, nisi per virtutẽ & actionem ipsius caloris instrumentaliter agentis informati ꝑ humidum, in quo, quemadmodum esse quãtitatem vel quantum ad esse subsistere, pręexistit, necessarium est, illud humidũ, in quo existit primo exercens operationes vitæ in corpore animato, sit radix & fundamẽtum primum informandi calidũ, vt subiectum ad seruiendum animæ in vitæ ope- E rationibus exercendis. Quare inter prædicta humida duo viuifica solum primum notabiliter vocabitur humidum radicale: secundum verò superueniẽs vel nutrimẽtale vocabitur, vel fluens. ¶ Ex prædictis igitur licet inferre, quòd humidũ radicale est in viuentibus corporibus illud, quod

Humidum viuificum duplex.

Humidum radicale.

A in ipsis & eorum partibus est primum subiectum calidi eis debiti, secundum exigẽtiam sui viuere, siue actionum vitæ, quas anima in eis exercet. ¶ Patet etiam ex prædictis, quòd tale humidum quod subiectum est calidi supradicti, conceditur solum viuẽti corpori, & partibus eius in generatione, seu prima fabricatione ipsorum, & iterum etiam cùm non sufficiens sit humidum solum ex materia spermatis acceptum, vt superius est ostẽsum, ad omnẽ partem corporis, necessariò relin- B quitur opus adhuc esse informante, conuertente & alio quocunq; materialiter viuente ad constitutionem viuentis corporis; quod est supradictum humidum, scilicet nutrimentale vel fluens concessum corporibus in generatione corporis animati. ¶ Ex prædictis etiam patet ratio, quare radicale vocatur, vna enim est, quia radix est, & fundamẽtum primum caloris seruientis animæ instrumentaliter ad exercendũ vitæ actus in corpore generato, per quem primus actus animæ in C corpus viuẽtis ꝑ modum habitus exercetur: alia verò est, quia est radix & principium post animá informationis humidi nutrimentalis, per hoc quod est subiectum calidi animæ seruientis.

COMMENTARIVS.

E*X prædictis igitur licet inferre, &c.*] Arnaldus vt humidi primigenij naturã exponat, dexterè primum corporum discrimen exquirit: Ea cum viuant, aut non viuant, certè viuentibus duntaxat humidum id attribuitur, vt elementare neutiquã censeri debeat. Iam verò in viuenti- D bus duplex etiã animaduertitur humiditas, qua scilicet consistunt, & qua nutriuntur, illa primigenia est, cuius hæc alimentũ existit. Probè quidem hæc, sed nõdum satis. Humidum primigenium caloris innati subiectum, adeoq; primaria est vitę causa. Verùm in partibus nõ modo vitam, sed actiones etiam expendimus: Eadem est vita, variæ sunt actiones. Si partes ab hoc humido viuant solùm, huius humidi substantia quatuor humorum, aut sanguinis tẽperie definienda fuerit. Si vero calor innatus, & ob id hoc etiã humidũ actionũ causa sit, q̃ variæ sunt in variis corporis partibus, præter hanc humorum tem- E periem aliud quidpiam erit, quo partis huius humiditas ab alterius partis humiditate differat, vt ipsęmet partes, & earum actiones à seinuicem differunt. Hãc ob causam humidum primigenium substantiam esse dicimus, quæ non modo temperiem, sed & ipsam partis cuiusq; formã referat. Iecur & cerebrum partes diuersæ sunt, Quin & veritati cõsentaneum est, humiditatem iecoris primariam ab humiditate cerebri tota sui substantia, non qualitatum modò vel humorum quatuor contemperatione.

TRACTATVS SECVNDVS DE HVMIDO RADICALI.

De Rationibus, quibus videtur ostendi, quòd humidum radicale non restauratur secundum veritatem, Cap. I.

POST prædicta verò inuestigãdum est, vtrum hoc humidũ, quod supradictum est, restauretur in nutrientibus per actũ nutritionis. Hoc enim dubium magnum est, propter rationes quorundam philosophãtium, G qui sermones medicorum perlegentes, non tamẽ appręhendentes intentiones eorum, inquan- F tum fuerunt Medici, dixerunt, quòd impoſsibile sit omnino prædictum humidum restaurari secundum veritatem per actum nutritionis, afferentes ad hoc rationes quamplurimas, quæ videntur insolubiles eis penitus. ¶ Dicunt enim, quòd si supradictum humidum restauraretur secundum veritatem, sequeretur tunc, quòd aliis corrumpentibus circumscriptis corpus animatum perpetuò viueret: nam cùm virtus duret durante subiecto, in quo habet esse, & crescat e- G tiam eo crescente, tunc sequeretur, quòd virtus calidi viuifici fundati in prædicto humido, duraret perpetuò: cùm ergo viuentibus non con-

Prima ratio.

tingat mors à parte intrinseca, nisi ratione corruptionis calidi viuifici, sequitur quod animatū corpus perpetuò viueret, illo perpetuò durante.

Secūdæ ratio. ¶ Item etiam videtur eis, ex his cōcludi posse inconueniens maius: nam cùm viuere sit, esse corporis viuentis & durationis, si animatum corpus aliquo modo semper viuere possit, semper etiam duraret, quod autē semper durat, nunquā corrumpitur, quod autem nunquam corrumpitur, incorruptibile est: sequitur ergo, quod corpus viuens, inquantum tale, poterit esse incorruptibile. Sed ipsum etiā, secundum quod est per viam generationis in esse ꝑductum, est corruptibile per naturā sui: sequitur ergo, quòd corruptibile esset incorruptibile, quę tamen non solùm genere, sed etiam specie sunt differentia, quemadmodum in scientia de causa causarum, id est, in libro Metaphys. ostēsum est, nam in 10. Metaph. dicit Philosophus, corruptibile & incorruptibile plus differunt quàm genere, quòd cum sit impossibile, similiter primum erit.

Tertia ratio. ¶ Item si prædictum humidum taliter restauretur, in processu temporis secundum longitudinem durationis vitę, ita quòd prædictū humidum possit illud fieri secundum numerū, sequitur, quòd vna forma secundū numerū diuersis numero subiectis possit esse perfectior, quod tñ à sapientibus relinquitur omnino esse improbatum.

Quarta ratio. ¶ Item arguitur planiùs ex sermonibus Medicorū dicētiū, quòd membra ex radicali humido generata, si deperdantur generari non possunt, cuius aliā causam videre nequeunt, nisi quòd humidum radicale deperditum restau rari nō potest.

Quinta ratio. ¶ Item si possit restaurari, nō esset verum, quod primo de generatione traditur, videlicet, quòd in nutritione & augmentatione oportet membrū secundū speciem existere, in quo tanquā in vase receptū superueniens humidum transmutetur ad speciem præexistentis membri. Quod autem facit membrum præexistere in specie viuentis & exercentis vitæ actionem, non videtur esse aliud, nisi humidū radicale, si illud igitur deperdatur, & defluat seu desinat nō in specie manebit membrū. Ex quo vlteriꝰ infertur, quòd nec nutritio fieret, nec augmentum manente hypothesi supradicta.

Sexta ratio. ¶ Itē si restauraretᵣ, fieret hoc potius tempore, quo virtutes existunt perfectiores: hoc autē est, quando corpus perfectū existit, s. in perfecta ætate iuuentutis, sed tunc minus fit, quod patet, quia corpus magis incipit deficere, q̄ perficere: ergo minus in succedentibus ætatibꝰ, in quibus virtutes imperfectę sunt, propter imꝑfectionē organorū. ¶ Non ergo fit secundū istos eius restauratio ꝑ nutritionē secundum veritatē, sed solùm secundum apparentiā, dicentes, quòd nutrimētale humidū nō conuertitur verè & ꝑfectè in similitudinē ꝑcedentis, sed appropinquat ad illud, & impedit cōsumtionem illius per hoc, quòd efficitur subiectū & materia calidi viuifici, taliter quòd nisi ita fieret calor naturalis, finiret & depasceret valde citò humidū radicale ꝓpter sui paucitatē. Dicētes hoc fieri rectè, sicut in lampade, ibi. n. propriū & immediatū subiectū calidi est humiditas elychnij q̄ de facili cōsumeret calor igneus, nisi hoc impediret humiditas olei, quę tñ humiditas olei non restaurat secundum veritatē humiditatē elychnij, sed solū impedit citam eius consumtionē distrahēdo calorē virtutis ignei ad alienā materiā. His igitur & talibus rationib. detinetur intelligibilis eorū, qui negāt restaurationem humidi radicalis secundum veritatem fieri.

De Rationibus in contrarium, quòd scil. humidum radicale restauretur secundum veritatem, Cap. II.

SAPIENTIBVS autem & his qui in perscrutatione rerum naturalium sunt experti, sensui & rationi, fallacibus imaginationibꝰ penitus abiectis, innitentibus, videtur cōtrarium supradictis, asserentes, quòd humidū radicale sumtū, vt superiꝰ est expressum, tàm modicè quātitatis est, vt tota duratione corporis animati nō sufficiat ad actionē vitæ, in multis maximè, & immēsis partibus corporis supradicti, nisi augmentaretur. Augmentū autē eis non fit, nisi secundū speciē, ergo oportet, quòd ꝑdictum humidū in sua substātia augmentetur. Non autē fit augmentū isto modo in corporibꝰ animatis, nisi augens transeat in speciē augmentati, sed hoc nō fit, nisi ꝑ actionē nutrientis, qđ assimilat & trāsformat nutriens cum specie nutriti & augmētati. Oportet ergo quòd augmentatio ꝑdicti humidi fiat, & etiā compleatur ꝑ famulatū nutrientis virtutis ad augmentatiuā. Ergo cùm ꝑdictum humidum sit in cōtinua deperditione, cum augmētatiua operatur, si nutritiua potest cōuertere, quantum augmentatiua requirit ad maius deperdito multo fortius poterit conuertere ad æquale vel minus. Ex quo rationabiliter concluditur, quòd nutritiua poterit restaurare in toto, vel in parte deperditū humidi radicalis. ¶ Quod aūt humidū radicale, secundum quod superiùs est acceptum, sufficere nō possit ad vitā in tota duratione corporis viuentis, & omnib partib. eius similiter, ꝓbatur ꝑ ea, q̄ sensui offeruntur. Visum. n. est, & iā Aristot. recitauit, quòd in aborsu masculorū embrionum humani corporis facto in 60. diebus à cōceptu vel circiter, apparet creatura formata ad quantitatē vnius magnæ formicę, secundum distinctionē omniū membrorū exteriorum tātùm, etiā addens, quòd cerebrum & oculi ad comparationē formatę staturæ totius sint valde magna. In quo corpore oportet quòd formationē exteriorū membrorū pręcesserit formatio interiorū, quemadmodum ipsemet verificat ibidē, nos etiā iam vidimus aborsum ad quantitatē minimi digiti perfectè formatū, de ꝑdictis aūt aborsib. iam dixit Aristot. quòd cū recēter à vulua exierint, dilatātur & contringuntur, manifestiùs patet constrictio, si pungantur, q̄ viuētia erunt. Quæ, inquā, omnia manifestiùs patent sensui, si debita fiat obseruantia circa dicta, videlicet si aborsus recipiatur in aqua clara & frigida, & scindatur pellicula, qua circumuoluitur creatura. De quibus omnibus iam copiosè exempla experitissimus Hippoc. & Galen. eius expositor tractauerunt, & quia etiā hoc obstetricibus apparet, non curamus amplius affirmare, sed dicimus ex prædictis, quòd cùm sit tam modica quantitas embrionis formati perfectè, & viuentis humidi, quod in eo existit subiectum caloris viuifici, imò si totus embrio transiret in humidum supradictum, non sufficeret sine vero augmento viuificare omnes partes perfectè

Quod humidum radicale non possit in tota vita, vel in omnib. membris sufficere.

fectè humani corporis in tota duratione eiꝰ, nec aliquis sanæ mentis hoc valebit asserere, imò ex huiusmodi assertione ridebũt omnes intolerabiles & stolidissimas imaginationes, quas superius diximus, de extẽsione humidi radicalis, per partes viuentis corporis: similiter etiam licet ratiocinari in plantarum corporibus: videmus enim in illis ad sensum, quòd plãta iam generata, in principio sui valde modicæ & quasi incomparabilis quantitatis est, cõparatione quantitatis perfectę, quam postmodũ attingit, vbi nullus asserere potest, quòd plantula, quæ quasi sicut embrio existit, si verteretur in humidum, nedum eius humiditas sufficeret, toto tempore durationis sustinere caloris naturalis actionem continuam, quamcunq; quolibet momento temporis imaginetur quis modicum consumi, & etiam per omnes partes eius sine corruptione extendi sufficienter, maximè in incisionibus, in quibus superiùs fecimus mentionẽ. Licet enim; quòd in momento consumitur de tali humido, diceretur insensibilis quãtitatis esse, tamen secundum multitudinem momentorũ efficeretur sensibile. Vnde si totum tempus durationis talium viuentium corporum in momẽto resolueretur, & illud humidũ exiguum radicale diuideretur in partes proportionabiliter respondẽtes numero momentorũ sensibilis quãtitatis consumtionis, inueniretur ipsum nõ posse sufficere actioni calidi in tota duratione. Illã verò resolutionẽ potest facere intelligibilis Medicꝰ sine deceptione & in tempore & in humido, similiter comparationẽ partium humidi ad partes tẽporis mensurantis consumtionẽ. Namq; & si nõ posset eam facere secundũ exquisitã, & præcisam quantitatẽ partium illarum comparabiliũ, potest tñ aliquis supponere. Per quod concludo, vt superiùs, quòd non decipietur, quia nõ potest diminuere quantitatẽ sensibilem consumtibilẽ, & augmentare quantitatẽ temporis tantũ, quia & sensus, imaginatio & ratio cõmunis, virtꝰ cognitiua cuiuslibet sani hominis stabit in illo. Ideo & adhuc cum toto illo, nihilominus sequitur conclusio supradicta, quòd videlicet tam modicum humidum nõ sufficeret sustinere actionẽ cõtinuam caloris naturalis, tota duratione corporis animati, postquã superueniens humiditas nõ impedit, quin continuè calor naturalis agat in eam, quare oportet vt restauretur. ¶ Verificant hoc nihilominus p̄dicti sapientes ꝑ naturã ipsius actus nutritionis acceptã ab eo, cui ꝑ se debetur. Dicunt .n. quòd nutritio (quemadmodũ Aristot. ostendit) est actus animæ vel potentiæ eius ꝑ se & non corporis: non .n. inuenitur in aliquo corpore, qd᷑ non sit animatũ, & etiã illud in quo primitùs inuenitur, animatum existit: quamobrẽ necessariò sequitur, quòd animę debeatur primò, & ꝑ se, corpori verò nequaquã, nisi ꝑ animã vel eius potentiam Vndeq; est etiã quòd errauerunt dicentes, sicut Empedocles, quòd esset actio virtutis corporis alicuius, sicut caloris ignei, inquantum virtus est ignis, quorum error manifestatur ꝑ differentiã actionis caloris ignei, & caloris q̃ est causa, inquãtum calor, nutritionis: quoniã caliditas ignea, licet imprimat speciẽ suã in alieno subiecto, paulatim tñ limitando, nõ intendit ad sui subiecti saluationẽ, sed potius ipsius cõsumtionem. Anima verò vel potentia nutritiua ad saluationẽ sui subiecti laborat, cuiꝰ subiecti corruptionẽ ignea caliditas, inquãtum talis ꝓcurat, & hoc benè videns Aristot. dixit, quòd nutritiua est, q̃ est principium sui subiecti vel in se vel in suo simili, & etiã ꝓpter hoc est. Ex his ergo cõcluditur, quòd corpus animatũ principaliter corrumpatur, inquãtum est animatũ, ꝓpter actionẽ caloris naturalis in humido radicali, prout virtutem habet ignis, ꝓut aũt retinet informationẽ animę vel potẽtiæ nutritiuę, sic saluat subiectũ ad vitę actiones excercẽdas ꝑ restaurationẽ deperditi, & hoc cõuenit ei ꝑ se, tunc anima, inquantum nutritiua, principaliter obuiat illi corruptioni, quod si non facit, stabit ociosa, cũ non impediatur, & facit illud ꝓpter quod est, & quod ꝑ se cõuenit ei, aliud aũt nõ cõuenit ei, vt ostẽsum est, nisi assimilare humidum nutrimẽtale superueniens ei, quod p̄existit. Nec secundũ veritatẽ dici potest, quòd hoc faciat anima ꝓcurando humidũ nutrimẽtale alia de causa, nisi vt impediat actionẽ calidi in humido radicali, quia tunc faceret hoc ꝑ accidẽs, vtpote ꝑ virtutem humidi nutrimentalis, inquãtum elemẽtum est, vel habet virtutẽ elemẽti, & dimitteret ꝓpriã actionẽ, q̃ ei per se cõuenit. Item cùm humidũ nõ impediat actionẽ caloris viuifici in p̄dicto humido, nisi ꝓut ei quoquo modo cõtrariatur, & vita nõ stet nisi ꝑ actionẽ illius calidi, in illo humido, tunc anima ꝓcurat nulla agẽte necessitate actionem vitę, q̃ eius est actio ꝓpria impediri, q̃ omnia intelligenti absurda sunt. ¶ Quia tñ videbitur aliquibus, quod anima cogeretur ꝑ hunc modũ saluare subiectum calidi viuifici, ꝓpterea quòd nõ habet conuenientẽ materiã ad restaurandum radicale humidum, ideo oportet nos hic ostẽdere, vtrum habeat hoc veritatẽ. Dicunt .n. quòd materia cõueniens restaurationi humidi radicalis nõ est nisi sperma: tale aũt secundum ipsos non generatur, nisi in testiculis: ergo aut oportebit dare, quòd à testiculis redũdet ad omnia membra, vt restauret prædictũ humidum, quod est inconueniens, aut concedetur, quòd nõ restaurari potest, quia anima non possit ꝑ restaurationẽ saluare, saluat vt potest, cùm illud intendat, & illud est modo prædicto. ¶ Quorum opinioni, licet superiùs obuiauerimus, ostendendo sufficiẽter, quòd humidum radicale non absolutè sumitur à materia spermatis, tñ patientiùs volumus ignorãtiam istorum detegere, quoniã manifestò caret fundamẽto philosophiæ naturalis. Vnde dicimꝰ, quòd materia siue humiditas spermatica, q̃ principium generationis existit, nõ habet rationẽ essẽdi principium generationis, imò potiùs recipit eam in animato corpore, in illis partibꝰ, in quibus recipit virtutem & rationẽ, qua efficitur vltimum & immediatum alimẽtum vniuscuiusq; membri, hoc autem nõ est in testiculis, sed fit hoc in vnoquoq; membro, per propriam virtutẽ digestiuã ipsius. Hoc autem eis ostenditur ratione manifesta: planum enim est, quemadmodũ iam Aristot. docuit in libro de anima, quòd vnum & idem subiectũ, scil. alimentum sola ratione differens, est propriũ & immediatum nutriẽs, augẽs & generans animatum corpus naturaliter, sed quia hoc sensui patet, nõ indiget probatione, licet etiã manifestis rationib. fulciatur. Idẽ verò & vnũ nõ potest esse

Nutritio quid sit & cui debeatur per se.

Opinio quorundam.

Contra illam.

Alimentum est propriũ & immediatum nutriẽs & augens & generans animatũ corpus.

subiectum immediatum differentibus motibus A
cõmune,nisi sit per aliquã naturam communem
illis omnibus: planum autẽ est, quòd illa natura
cõmunis in eo,quod transmutatur,nõ potest esse
nisi potentia passiua terminabilis immediatè ad
aliquẽ actum,communẽ omnibus illis tribus mo
tibus:ille autẽ actus cõmunis, ad quẽ illi tres mo
tus in animatis corporib. tendũt, vel terminãtur,
non est,nisi animati corporis substantia. Quam-
obrem licet dicere,quòd illa natura,per q̃ alimẽ-
tum efficitur immediatum subiectũ generationi, B
nutritioni & augmento,est potentia propinqua
attingendi substantiã animati corporis,ad quem
terminũ omnes prædicti motus inclinãtur: nam
augmentũ via est ad aliquã substantiam animati
corporis,generatio verò ad talem nouã: nutritio
verò ad talẽ existentẽ. Illud ergo materiale,quod
potentia ꝓpinqua est subiectũ animati corporis,
vel animatũ corpus poterit esse propter hanc po-
tentiam subiectũ propinquũ in omnibus motib.
immediatè tendentib. ad hanc substantiam, tale C
autẽ est alimentũ,& hæc est ratio, sicut sapientes
dixerũt,supra quã Aristot.fundauit dicta sua, &
dixit in secundo de anima, quòd idẽ est subiectũ
alens,augẽs & generans. Dicit enim, quòd idem
est saluans & alimentatiuũ & generationis facti-
uum. ¶ Ex quo etiã vlterius est videre, vnde ha-
beat alimentũ illam potẽtiam, qua potest esse cõ-
mune obiectũ illis tribus animæ potentiis, id est,
in quo agente, & in qua parte corporis animati.
Nam cùm omnẽ potentiã passiuã ꝓcedat aliquis D
actus,sicut 9 Metaphys.ostẽditur,à quo actu ma
nat illa potẽtia,q̃ propinqua est & immediata, o-
portet quòd alimentũ recipiat hanc potentiã ab
aliquo agente prexistenti,quod sit cõmune illis
tribus,& iterũ cùm illa potentia sit cõmunis ad il
la,oportet quòd locus in quo datur alimento illa
potentia,q̃ propinqua est & immediata,sit locus,
in quo alimentũ moueatur ad suscipiendũ illam
potentiã,q̃ non indiget,nisi vno motore.Illud au
tem agens actu prexistẽs,quod dat ei hãc poten E
tiam,& quod cõmune agens est illis tribus actio-
nibus vitæ,non est nisi anima.Locus autẽ in quo
anima operans organitatẽ dat hanc potentiam.s.
immediatã alimento,non potest esse nisi locus in
quo materia alimẽti sufficienter passa est, à dicto
agente,s.anima,sufficiẽtia,in quã,tali,qua moue-
tur acquirere supradictam potentiã.Talis autem
locus patet intelligẽti,quòd non est, nisi locus vl
timæ operationis animæ,hoc est,locus tertiæ di- F
gestionis. Sed illa est in quolibet membro,ergo a-
limentũ tertia præparatione ab vnoquoq; mem-
bro potest esse materia vel obiectũ prędictorum.
Ex quo habetur illud, quod Aristot.tertio de ani
malib.docet.s.quòd à residuo alimẽti vniꝰmẽbri,
licet maximè principalis,potest sperma,quod est
principium generationis,decidi,& supra dictam
rationẽ fundat se ibi. Ergo ex prædictis habetur,
quòd humidũ, quod est principiũ generationis
actiuæ.s.sperma quod à mare deciditur, recipit G
potentiã generationis ab anima,tertia digestione
operante in quolibet membro, ideo etiã, quia ibi
recipit potentiã immediatã nutriendi & augẽdi,
ad q̃ omnia vna est potentia,vt ostensum est,non
ergo à testiculis habet hoc. ¶ Et hoc etiã confir-
mat demõstratio Aristot.15.de animal. vbi osten-
dit testiculorũ facturam nõ esse necessariã, nec ad
saluationẽ indiuidui in se,nec etiã in alio, siue ad
saluationẽ speciei,sed solùm facti sunt testiculi in
his, quibus inueniũtur propter vtilitatẽ ibidem
ostensam. Ergo patet quòd humidum seminale
nõ est principiũ generationis per principium vel
potẽtiam, q̃ recipit in testiculis,sed potius in ter-
tia digestione membrorũ, quare relinquitur ma-
nifestũ ex dictis,quòd nulla est ratio supradictæ
opinionis,sumta à testiculis, quàm putabant lo-
cum generationis esse humidi radicalis. His ergo
non obstantibus concedendum est,quòd per nu
tritionem humidum radicale restauratur.

COMMENTARIVS.

QVIA tamen videbitur aliquibus,&c.] Recepta est Me-
dicorum sententia, & Hippocratis etiam autori-
tate confirmata,primo statim ortu hominẽ esse calidissi-
mũ,quod de calore natiuo, & eius subiecto humido pri-
migenio intelligi volunt: cùm enim hæc ex semine pro-
dierint,post adaugeri non possunt, semine scilicet desti-
tuta.Verùm hęc ratio facilè cõuelli potest,si dicamus nõ
aliquas modò, sed omnes totius corporis particulas ex
semine procreatas esse,quæ pòst tamen ad iustã vsq; ma-
gnitudinem excrescunt. Quæstio hæc discutienda nobis
est paulò subtiliùs. Quod itaq; semen desit ad humidi ra
dicalis augmentũ,id ex eo manifestũ faciunt, cùm in so-
lis testibus semen generetur,quod in vniuersum corpus
nequaquã inde & distribui possit. Verissima hęc est ratio,
quã Arnaldus tamen ex Aristotelis sententia perobscurè
confutat, statuens non in solis testibus, sed in vniuersis
corporis partibus semen generari,quod suppetat partibꝰ
& partiũ humido primigenio nutriendis & adaugendis.
Quàm inepta sit hæc Aristotelis, Galeni & recentiorum
opinio,multis aliàs argumẽtis ostendimus: Non hoc er-
go,sed consequentiæ ratio neganda fuerit. Quamuis e-
nim semen desit, non ob id tamen humidum primige
nium augeri non potest. Idem esse principium quo res
fiunt,& quo factæ conseruantur,falsissimũ hoc est. Sub-
stantia quidem vna est,quæ generatur, & quæ generatæ
per nutritionem adiicitur, sed modus tamen & materia
generationis diuersa est à modo & materia nutritionis.

In lib. Hippocrat. de natura homin.

Quo modo soluuntur rationes supradictæ, scilicet quòd non restauratur, *Cap. III.*

RATIONES verò supradictas in contra-
rium reputamꝰ, delusiones sophisticas,
puerorum sola imaginatione naturalia
scire videntium,& non dicta apprehendentium,
essentias rerum & naturas ipsorum experientiis
innitẽtium. ¶ Prima namq; ratio peccat,per con-
sequens concludendo ex indefinito vniuersalem
siccitatem principiũ vitæ restauratur: ergo sem-
per durat vita: semper enim durare nõ sequitur,
nisi ad semp restaurare,quia manifestè insinuant
se intelligere ꝑ restaurari,semper restaurari: hoc
autem sapientes,scientes esse restaurationem,nõ
intelligunt,imò volunt quòd restaurationi certa
mensura temporis debeatur, & quòd in restaura
tionẽ cadat ista diuersitas,scil. quòd tempore in-
cremẽti plus restauraretur,quàm deperdatur, vt
tempore etiã perfectionis,post verò tẽpus incre-
menti & perfectionis minus: ꝓpter quod debet
dicta restauratio terminari, cuiꝰ ratio paulò post
clariꝰ ostẽdetur. ¶ Ex quo etiã patet defectus se-
quẽtis sophismatis,quoniã in cõclusione ꝓceden
te fundatˀ mutatio omnis corruptibilis substãtię
in incorruptibilẽ,nõ cõcludit,nisi supponẽdo,q̃d
semper

Ad primam rationem.

Ad secundam rationem.

ſemper fiat reſtauratio principij vitæ, & per conſequens duratio eius, hoc autem diximus eſſe falſum. *Ad tertiam rationem.* ¶ Tertia verò ratio, immò verius nugatio, duo peccata cõmittit: vnum videlicet, dum ſupponit, quod nondum cõceſſum extitit, ſcil. quòd humidum totaliter deperdatur: poſſet enim dici, quòd cùm plus reſtauraretur, quam deperdatur incremẽti tempore, agit calidum in partem tempore multitudinis reſtaurantem, & non in partẽ reſiduam radicalis, imò illa remanet in duratione tota corporis animati, ad informationem ſuperuenientis, ſed quia iſta reſponſio fugam quærit inconuenienter, & non ſimpliciter explicat veritatem, ſicut patet ſubtiliter intuenti, ideò dicimus ſupradictam rationem aliter peccare, dato etiam, quòd cõcedatur totum humidum radicale in tota vita deperdi, & eius actor ex intentione loquatur, monſtrat ſe ignorãtem, cùm procedat ex falſis: ſupponit enim quòd humidum radicale corporis animati ſit ſubiectum animæ, hoc autem apud ſapientes, & etiam apud alios falſum eſt. Nam ſubiectum animæ corpus eſt organicum, phyſicum, ordinatum ad vitam, cuius organizatio, tanquam materia humidum cõtinuans, ſufficienter patet ex proportione, quam ſuperiùs diximus. Cõſtat autem ex ſupradictis, quòd in hanc humiditatem non agit immediatè ordinatione naturę viuentis corporis calor viuificus: hoc enim eſſet immediatè & per ſe ſubiectũ corrumpere, paruoque tempore corruptione illa durarent corpora animata, & viuentium corporum corruptio incineratio eſſet. Imò humidum radicale ſubiectum eſt calidi viuifici, & per hoc etiã ſeruit inſtrumentaliter animæ, ſi ergò ipſum humidum radicale totum deperdatur in vita, ſequitur benè, quòd ſubiectum caloris viuifici efficiatur aliud numero, quemadmodum etiam calor ipſe eſt ſubiectum animæ idem numero permanens, quemadmodum ipſa anima. Hoc autem clariùs vidiſſent auctores opinionis ſupradictę, ſi ſimile, quod induxerunt ad propoſitum de lucerna, perfecta imaginatione formaſſent: vt cùm imaginariè fingũt elychinium animatũ eſſe, & ipſum eſſe ſubiectum animæ, & quòd etiá calor igneus ſeruiens inſtrumentaliter illi animæ, non ageret in humidum, continuans ipſius elichinij, ſed potius in alio ab alio acquiſito ſibi, in ſua fabricatione, cùm viderent, quòd in elychinio, licet conſumeretur humidum, quod continuans non eſſet, tamẽ remanet elychinium, quod eſſet ſubiectum animæ, & tandiu actiones animæ exerceret ibi, quamdiu poſſet eum famulatu caliditatis reſtaurare, quod de prædicto humido deperderetur, & ita ſubiectum animæ non efficeretur aliud in numero, ſed ſubiectum caloris. ¶ Ex quo etiam patet, quòd prædictum ſimile eo modo, quo ipſi inducunt in propoſito, eſt inſufficiens, niſi dicant hoc facere, vt aliquo modo ſentiát, qui addiſcũt: patet enim vnicuiq;, quod deficit ſimile per hoc, quod calor agit in humidũ continuans, & ideò etiã iam incineratur, & iterũ ibi anima nõ exiſtit, nec eius potentia. Illud autem non eſt inconueniẽs, quòd ſi vnũ agẽs numero, maximè quale eſt anima, diuerſis numero inſtrumẽtis operetur, & diuerſis ſpecie illud faciat, ſicut neruo & oſſe, &c. qualiter autẽ aliis corrumpentib. circumſcriptis

A in potẽtia reſtaurationis humidi viuifici, cùm tamen ſubiectum animæ nõ exiſtat, corruptionem inducat animati corporis, inquantum viuens, patere poterit ex ſubſcriptis. *Ad quartam rationem.* ¶ Ad aliud autẽ quod ex ſermonibus medicorum arguitur, dicimus verum eſſe, quòd ſapientes Medicorũ, quemadmodum Gal. dicũt, membra humani corporis ex ſemine generata, nõ reſtaurari, ſi deperdãtur: quod autem exponũt prædicti cauſam huius eſſe, quia ex humido radicali generantur, & imprudenter B dictum eſt, & ſcimus prudentes Medicorum hoc non dixiſſe. Nos autem ſermones medicinales Galeni perſcrutati ſumus in libro de ſpermate, & in aliis locis, & ſcimus illam nõ fuiſſe intentionem eius: imò ſecundum quod ex doctrina eius collegimus in libro de fine medicinæ, & in libro de demonſtrationibus medicinæ, & in aliis libris in medicina. Sermones ſui in medicinalibus accepti ſunt, ſecundum quod medicinali ſpeculationi conueniunt, & quantum ſufficit ad finem C attingendum in illa arte, nõ aliter: non enim ſuſcipit Medicus perquirere, vel etiam perſcrutari verum, in paſsionibus & principiis corporis humani, ſecundum quod generabile & corruptibile eſt: abſolutè, ſed potius ſecundum quod ſanabile eſt, quapropter reprehenſione dignus eſt & ignorãtiæ teſtis, quicunq; ſit nouellus Medicus, qui de ſermonibus ſapientium Medicorum iudicat ſecundum vniuerſalem acceptionem naturalis perſcrutationis, & tales non ſubtiles, imò po- D tius rudiſsimi & ignorantes iudicandi ſunt, cùm ſubtilitas & ingeniũ ſit promtitudo cognitiuarũ virium, ad inueniẽdum vel comprehendendum verum, ſecundum exigentiam vniuſcuiuſq; materiæ. Iam enim aliter dicit Ariſtotel. inueſtigari debere verum in metaphyſic. aliter in ethicis & moralibus, &c. Scimus enim quòd hoc dictum, ſcil. quòd membra ex humido ſpermatico generata non reſtaurantur vel regenerantur, ſufficiẽs eſt in medicina & conueniens, & ſi dicatur cauſa E huius eſſe defectus materiæ: ſecundum autem perſcrutationem naturalis philoſophiæ, nec ſufficiẽs nec verum eſt abſolutè, ſicut patet ex ſcientia de principiis generationis animalium, & ſciẽtia de ætatibus, & patet etiam ex prædictis. Nos autem intentiones Medicorum ſapientium circa particularia dicta non ſuſcepimus hîc exponere, in libro tñ, quem in medicina fecimus, de intentionibus medicorũ, ad hoc aperuimus viã ſtudẽtibus, hîc autẽ quod propoſito ſufficit, explicare F intendimus. ſ. rationẽ, propter q̃ membra, q̃ Medicus vocat ex ſemine generata, nõ reſtaurantur deperdita. *Propter quid membra ſpermatica nõ reſtaurantur.* Dicimus enim, quòd ſecundũ veritatẽ cauſa huius nõ eſt abſolutè defectus materiæ, ſed cùm effectus nõ deficiat, niſi propter defectionẽ cauſarũ, proculdubiò neceſſariũ eſt, ſi membrum impediatur generari, quòd hoc fiat ꝑpter defectum alicuius, aut plurium, aut omnium cauſarũ ſuarum, & ſecundũ maiorem & minorẽ cauſarũ defectũ, magis vel minus impedietur generatio G mẽbri, vel partis. Sunt autẽ concurrẽtes cauſę ad generationem partis corporis animati, ad minus tres, ſ. materia ſufficiens & proportionalis, virtus trãſmutans eam, & locus, in quo recepta materia tranſmutatur: conſtat ergò, quòd ꝑpter defectũ cuiuſlibet iſtarum impediatur membri genera-

tio, vel partis animati corporis: dicimus.n. quòd causa, propter quam neruus & os & pellicula nō restaurátur, est debilitas assimilatiuæ virtutis, & insufficiens loci capacitas, & quodam modo defectus materię. Assimilatiua enim post perfectionis ætatem deficit manifestè, propter defectum caloris, quare tunc, nedum restauraret quantitatem sensibilē deperditam, nō etiam potest quod insensibiliter deperdetur restaurari perfectè. Tēpore verò incremēti, licet plus restauretur quam deperdatur, tamē illud plus non sufficit ad generationem deperditæ partis, & ad perfectionē remanentis, aut valde parum plus. Quælibet enim pars non ducitur ad perfectam quantitatem, quā potest attingere per naturam, nisi per operationē propriæ assimilatiuæ in materiā alimenti, secundum proportionem & exigentiā eius, in qua virtus operatur: nec hoc fit nisi pars, ad cuius perfectionem mouetur alimentum, præexistat. Tunc ergo, si pars nerui tempore incremēti amittatur, cùm quęlibet pars in corpore existens tantùm operetur principaliter, secūdum proportionē sui, tunc pars nerui remanēs in corpore, operabitur secundum sui exigentiam, & nō eius, quæ amissa est, quemadmodum nec pro illa operabatur, antequā amitteretur: imò illa proportionabiliter & per se. Ex quo patet, quòd remanens pars, & si plus deperdito restauraret per propriam virtutem, etiam tempore incrementi, tamen illud non est, nisi proportionabile ad suam perfectionem, quòd si plus sit, quā illi perfectioni sufficiat, iam modicum est illud, licet in aliquibus sit minus q̄ in aliis, sicut statim ostendemus, illud tamen modicum non sufficit ad perfectam restaurationem partis deperditæ: quia illud assimilatur membro debilioris virtutis, quàm pars quæ assimilauerit. Assimilans enim, quia habet innata naturalia, fortis est, assimilata autem, quia ex materia omninò aliena facta est, quæ sui contrarietate resistebat transmutanti, non tantum habet virtutis, & ita in assimilando & restaurando vlterius deperditi residuum deficit. Quapropter omnes etiam tales partes generatæ per viam restaurationis nō sunt eiusdem virtutis & vigoris, quales fuerunt pręcedentes, aut quales sunt restaurantes: immò operationes illarū debiliter fiunt, & quò ad sensum, & motum, & etiam cæteras actiones, licet minus sensibiliter, quemadmodum experti Medici narrant de corporibus humanis: & patet in caudis serpentum & lacertorum amissis, quòd non restaurantur, & pedibus cancrorum, quòd nō pristinæ quantitatis sunt: hæc autem causa omnib⁹ membris conueniens est, quæ sumta est ex operatione assimilatiuæ, non sufficientis ad talem & tantam restauratione. ¶ Locus autem nō minus est causa propter sui defectū: constat enim, quòd membra quantò solidiora & duriora sunt, tantò minus extendi possunt, & per cōsequens minus capere de eo, quod trāsmittitur ad ipsa, & hoc ostendit operatio augmenti, quoniā membra non augmentantur, nisi dum extendi possunt, & sufficienter recipere augens, propter quod etiā magnus Galen. dicit, & alij sapiētes, quòd maiorem partem suæ quantitatis acquirit homo in primo septēnio, & pullus equi in duobus primis annis, & in cæteris animalibus proportionabiliter, eò videlicet, quòd omnes partes corporis extensibiliores sunt, præcedēte autem tempore, dato etiā, quòd alia circumscribātur, propter actionem calidi naturalis exsiccantur membra & indurātur, & per consequēs, ipse calor naturalis, licet immediatè agat in humido viuifico, cùm tamen actualis sit, quia appropinquat continuanti, in ipso actualiter agit & ipsum diminuit, licet incomparabiliter valde modicū sit comparatione cōsumtionis viuifici, propter quod accidit in senectute corporibus corrugatio & contractio ad modū chartæ expositæ igni, & indurantur organa, propter hoc, & ad vltimum animę disproportionantur, quod aliqua causa mortis existit. Redeuntes ergò ad primum dictum, quòd membra dura & solida secundum gradum suæ duritiei magis & minus resistunt extensioni & dilatationi, & per consequens receptioni alimēti. Ex quo sequitur, quòd quantò mēbra duriora erunt, tantò minus secundum suam duritiem de alimento recipient: quod etiam Galen. in medicina rememorauit, in libro de rebus contra naturam. Membra autem, quæ ex primis seminibus generantur, quocunq; modo hic accipiantur, quia de hoc hîc non contendimus ad præsens, quæ inquā membra, multi Medicorum vocant radicalia, constat esse duriora aliis, quæ ipsi vocant ex sanguine generata, sicut pinguedo, & illud, quod ipsi fluētem carnem vocant, ad differentiam radicalis, quæ alio nomine ab ipsis simplex appellatur. Hæc etiam Galen. verificauit in secunda parte sui libri de cōplexionibus, vbi ostēdit, quòd membra in principio suę generationis sunt in vltimo humiditatis, qua pos sunt esse, & deinde continuò vsq; ad terminum vitę licciora & duriora efficiuntur. Ex quo relinquitur, quòd radicalia solùm, in quantum radicalia, cùm duriora sint aliis, minus recipient de alimento: hoc autem accidit, vt dictum est, propter defectum loci, & capacitatis ipsorum membrorum, causatum ab impotentia extensionis & dilatationis, quæ in quātum causa defectum materiæ constituit, quodam modo, sicut superiùs tangebamus. Præter autem talem defectum materię in quantitate, quæ per accidens causatur vniuersaliter, etiam defectus eius potest esse causa supradicti effectus, scil. si deficiet in proportione & cōuenientia, quam debet habere ad membrum: videmus enim cōuenientiam maiorem, ac proportionem materiæ nutrimentalis ad corpus plantę in eis esse causam, quodam modo restaurationis partium deperditarum melius, quàm in animalibus, quòd minus distent à natura materię nutrimentalis. ¶ Item iam narrauit doctissimus Hippocr. & Gal. eius expositor, & alij sapiētes, quòd vna causa propter quam animalia plus crescant proportionabiliter in matrice, & in tempore lactationis, quàm pòst, est conformitas maior nutriētis materiæ, scil. sanguinis menstrui, vel lactis ad animal, vel ad materiam generationis eius in illis temporibus, quàm pòst. Patet enim sanguinem mēstruum, & lac generari & præparari à calore in organis eiusdem corporis, vel secundum speciem, vel secundum naturam, ex quo alias generabatur, alia autem membra nutriētia non, ex quibus patet, quòd cùm sanguis, qui communis materia est nutrimēti membrorum, conformior fit car-

fit carni & pinguedini, quàm multis alijs mem-
bris radicalibus, immò omnibus, præter hepar &
cor, ex aptitudine materiæ maior conceditur po-
tentia reſtaurationis carni & pinguedini, & quá-
tum eſt etiá ex hac cauſa cordi & hepati: Quòd ta
men impoſsibilis ſit reſtauratio partis deperditæ
in principalibus vt corde & hepate, & etiam in ce
rebro, non eſt ratione huius cauſę, ſed aliarum po
tius ſupradictarum, & alterius etiam, quá non o-
portebit nos dicere .ſ. ſufficiens in arte temporis,
ratio valet, quia ante perit, ſi deperditio notabilis
quantitatis in magnitudine fiat ꝓpter cauſas ex
peritis Medicis declaratas, q̃ reſtauratio fieri poſ-
ſit. ¶ Ex his ergo cauſis, vel omnib. vel aliquib. ap
plicatis ad vnumquodq; mẽbrũ, cõuenienter ha-
betur ſufficiens cauſa deficientis reſtaurationis
partis manifeſtè deperditæ in toto corpore, de q-
bus Medicus non conſiderat, niſi vnam, quia ſuf-
ficit ei, & vlterior perſcrutatio non inuitat ipſum
in arte ſua, quod qualiter ſit, patet ex prędictis, in
tẽtiones medicorum ſubtiliter intuenti. Pręſens
verò tractatus cùm non ſit de intentionib. Medi-
corum circa particularia dicta explicare dimittit,
patet nihilominus ex prædictis, quòd ratio ſum-
ta ex dictis medicorum nullam efficaciam habet:
nam licet pars deperdita manifeſtè non poſsit re-
ſtaurari, quod magnum eſt, tamen non ideò con-
cludi poteſt, q̃n reſtaurari poſsit, quod min⁹ eſt,
ſcilicet quod occultè & inſenſibiliter deperditur,
ideo peccatũ cõmittitur cõſequentis. ¶ Ratio ve-
rò ſumta ex dictis Ariſt. in lib. de generatiõe, nihil
omninò cõcludit apud rationabilem intellectũ,
ſicut patet ex prædictis: quia nec humidũ radica
le facit mẽbrũ in ſpecie remanere, inquátũ radica
le, ſed inquátum viuificũ: nec etiá tollitur ꝓpter
reſtauratiõnẽ, quin præexiſtat mẽbrũ ſecũdũ ſpe
ciẽ. Vt.n. patet ex dictis, nõ ſupponitur, quòd re-
ſtauratio poſsit fieri, ſi omninò deꝑdatur humi-
dũ viuificũ, ſed ſupponitur, quòd pars, q̃ deperde
tur reſtauretur ꝑ actũ & virtutẽ remanẽtis partis
quæ potentiæ ſeruit animę quoquo modo, vt di
ctũ eſt: & hoc modo ſemꝑ p̃exiſtit mẽbrũ ſecũdũ
ſpeciẽ, quotieſcunq; fit reſtauratio deperditi. Nec
etiá incõueniẽs aliquod cõcedetur, ſi dicatur eſſe
mẽbrũ ſecundũ ſpeciẽ & ſecundũ materiá, idem
ſubiecto: licet q̃dam expoſitores Ariſto. dicát mẽ
bra ſecundũ ſpeciẽ & formá eſſe, q̃ ordinantur ad
formales actiones animę, q̃ verę & manifeſtę ſunt
actiones, ſecundũ pl⁹ & minus, alia à carne & pin
guedine: materialia verò, caro & pinguedo, q̃ ali-
dę nõ deputãtur. Videntur hęc in ſe aliq̃ habere
veritatẽ, tamẽ nõ cõueniunt intentioni Ariſto. cũ
planè in textu de generatione, de carne ſecundũ
ſpeciẽ & materiá fecerit mẽtionẽ: nec etiam cõue
nit materiæ ꝓpoſitę, de qua loquitur Ariſ. Sermo
impertinens eſt, & omninò falſus, q̃a ſecundum
illud non nutrirentur nec augmentarentur alia
membra à carne & pinguedine, quæ expoſitio,
quia importat ſuæ reprehenſionis notam, relin-
quetur ad præſens: Sed ſufficit dicere ad rationẽ
ſupradictam, quòd ſiue totum humidum radica-
le non deperdatur, ſiue etiá totum, dum tñ ſimile
illi in ſpecie reſtauretur, ſemper fit reſtauratio ex
pòſt exiſtenti membro ex humido ſecundũ ſpe-
ciẽ, nec colligitur illud, cũ dicitur humidũ in par-
te deperdi, & ipſum ſecũdũ ſpeciẽ deꝑditá reſtau
rari plus vel minus, vel æqualiter. ¶ Ratio autem
vltimò rememorata, non concludit, poſito etiam
quòd cõcederemus, nutritiuam vel nutritionem
eius fortiorem eſſe in perfecta ætate, q̃ antè, duri-
ties namq; membrorum, & inhabilitas recipiẽdi
ſufficiens nutrimẽtum ad reſtaurationem tantá,
vel maiorem deperdito, impediret hoc fieri: nõ i-
deo ſequitur, quòd tunc deberet deperditum re-
ſtaurari fortius: licet abſolutè verũ non ſit, quòd
fortior ſit nutritiua in perfecta ætate, quàm antè,
quamuis in alijs operationibus animæ corpore
naturaliter & temperatè ſe habẽte, verum ſimpli-
citer ſit: patet etiam ex dictis ſapientum in natu-
ralibus & in medicina, ſupra dictum ſimplici-
ter non eſſe verum, quòd quia multipliciter oſtẽ-
ſum eſt, quo ad præſens dimittimus. ¶ Similiter
autem quod ſuperius attulerunt prædicti ad con
firmandam intentionem, ſuperiùs monſtrauim⁹
valdè inſufficienter & imprudenter eſſe acceptũ.

Ad quintam rationem.

Ad ſextã rationem.

COMMENTARIVS.

CVM *qualibet pars in corpore exiſtens tantum operetur, &c.*] Quæſtionem hanc copioſè Galenus libro primo de ſemine diſcuſsit, duas exiſtimans eſſe cauſas, cur amputatæ partes ſpermaticæ non regenerentur: eò ſcilicet quod tanta ſpermatis copia non adſit, quanta requiritur, tùm quod carnis generatio præueniat. Longè magis placet, quod hic ab Arnaldo ſcribitur, *non procedere ſcilicet effectum naturaliter, quin omnes eius cauſæ neceſſariæ ponantur,* vbi ſpermaticæ partes amputatæ fuerint, etſi ſufficiens materia ſit, virtus tamen eam tranſmutans abeſt. Verùm adeſſe forſan exiſtimaueris, quod pars ſpermatica tota penitus ablata non ſit, ſed eius aliqua ſaltem portiuncula: vt vis tranſmutans in parte relicta ſuperſit nihilominus. Hoc iucundiſsima ratione refutat Arnaldus, dum ait *partem quamlibet tantum operari, quantum ſibi ex neceſsitate fuerit opus.* Naturalis eſt non electione varius aſsimilationis atq; nutritionis motus, atq; adeo pars quę ſupereſt non aliter operatur poſt amputatã ſui portionem, quã operata fuerit antè.

Quoniam membra non augmentantur niſi dum extendi poſſunt.) Duo nobis hic occurrunt digna, quæ lectoribus exponantur. Inter cauſas cur ſpermaticæ partes amputatæ non regenerentur, locum recenſet Arnaldus, in quo recepta materia tranſmutatur, huncq; locum duritie partium aut mollicie defini. Non ad loci ſed ad qualitatis ſeriem hæc partium differentia mihi referenda videbatur. Radicalia membra propter duritiem minus de alimento recipiunt, & *hoc accidere* ſtatuit Arnaldus *propter defectum loci & capacitatis, cauſatum ab impotentia extenſionis & dilatationis.* In mentem venerat, dum loci mentio fit, illud interſtitium quòd ex amiſſa parte relictũ fuit: nec loci defectum animaduerteram in duris partib. magis quã in mollioribus. Interim aliud quidpiam animũ ſubijt, quo ſententiam Arnaldi ſum aſſecutus. Vt in partes aliquid recipiatur vacuis opus eſt ſpaciolis, quæ loca nuncupat Arnaldus. Hæc ſpaciola tũ euadunt maiora, quo partes magis extenduntur. At vero quæ dura ſunt difficulter extendi poſſunt, quo fit vt locum non facile parent ſuſcipiẽdis alimentis. Sed quid hoc ad rem? Partes ſpermaticæ propter loci defectum non facilè recipiunt alimentum, non ergo regenerantur amputatæ. Non ad regenerationem, ſed ad augmentum hæc ratio dirigitur, cũ quę dura ſunt, ob id augeatur difficulter, quòd non extendi facilè poſsint. Augentur tamen oſſa & alię partes quantumuis duræ, nec amiſſæ reſtituuntur. *Alterum* autem quod hic animaduertendum eſſe ducimus hoc eſt: Cùm ſpermaticæ partes augeantur, vtique regenerabuntur amiſſę, dum in eius, quod amiſſum eſt, locũ ſubſtituitur portio per augmentationem adiecta. Equidem hoc fieri poſſe fatebimur, ſi partes augeantur partium adiectione, quemadmodum excreſcit aceruus fru

menti, dum eius copia suppetit: Sed alia est in animalibus augmenti ratio: Partes enim extensione crescunt, non appositione partis ad partem: & ob id contingit vt minus crescat pars amputata, quàm pars integra, dum quod excisum est, extendi nequit. Hæc quoq; partium extensio loci capacitate, in quo partes ipsæ consistunt, definienda non est, sed partium natura, quæ tantam, taleinq; suffert extensionem quanta qualisq; non ex morbo, sed ex naturali progressu requiritur. Si pars pulmonis amputata fuerit, pulmo qui superest, in seipso, nō extra se nec aliter augetur, quā si pars amputata non esset. Nō.n. augeri potest ob id amplius, quod capacitatē obtineat maiorem: cum certa sit magnitudinis mensura partibus ex natura, non ex loco.

De Termino restaurationis, Cap. IIII.



IAM autem per supradicta relinquitur manifestum, quòd præfata restauratio naturaliter mensurā habet certam, cuius terminus mors naturalis philosophis cōsueuit appellari: à quibusdam autem naturalis finis vitæ, ab alijs autem finalis terminus mensuræ naturalis vitæ vel durationis viuentis. Sed hac diuersitate nominum relicta, planum est, quòd cum non semper tantum restauretur de humido viuifico, sicut deperditur omnibus decurrentibus secundum naturam & exigentiam actiui principij & passiui, & cunctis etiam impedientib circumscriptis: nihilominus tamen cessabit restauratio, & certū consequitur suæ durationis terminū, vltra quem trāsgredi nō valebit: natura enim, quę principium est corporis à parte durationis vitæ calor viuificus est, vt ex superiorib. patet. Ostensum aūt est superius, quòd ipse circumscriptis impedientibus per suā actionem, licet nō inquantum viuificus, procurat sibi per accidens impotentiā restaurandi semper, quātum deperditur: ergo si ab ipso, tanq̃ à principio naturali particulari negetur huiusmodi viuen is corporis prolongatio prædicti termini vitę, & nō sit aliud principium à parte corporis, quod possit vitæ mensuram vel durationem extendere, luce clarius patet intelligenti, quòd p̃fatus terminus nullo modo poterit pertrāsiri: & sic negatur naturalis vitæ mensuram prolōgari per consequēs. ¶ Fuerunt aūt nonnulli, qui mortis naturalis & impossibilitatis suæ retardationis alias causas assignauerunt. quorum quidā dixerunt, quòd causa mortis naturalis cuiuscunq; corporis viuentis, supposito, quòd omnia ei conuenientia debito modo concurrant, non est nisi dissimilitudo & cōtrarietas nutrientis in potentia ad ipsum corpus, in qua dissimilitudine & contrarietate persistēs, secundū plus & minus, dum est in permutatione, agit in corpus viuens, & calorem eius continuò alterans & debilitans. Etiam supposito, quòd nutriens ministraretur, quantum conuenientius posset ministrari, nihilominus tñ semper erit dissimile, & hanc formā dissimilitudinis, sicut dictū est, retinet in trāsmutatione secundū plus & minus. Ex quibus concluditur, quòd omnib. conuenientibus saluationi viuentis corporis concurrētibus laudabiliter, sicut debent, & naturaliter possunt nihilominus tñ, propter hanc actionem contrarietatis in corpore viuentis, cessabit vita, cum ipsum corpus viuens, vt patiens est, non sit infinitæ virtutis in resistendo. ¶ Nos aūt dicim9, quòd licet verum sit supra dicto modo agere ad corruptionem viuentis, non tamen dici debet absolutè causa mortis naturalis conuenientis particulari subiecto: Talis.n. mors nō dicitur naturalis alicui, nisi principium eius natura sit, & cū dicatur esse naturalis huius & illius, oportet illam naturā q̃ principiū est eius, nō esse naturā vniuersalē, vel vniuersaliter debitā viuētib. corporib. & si sic, nō debet tamē accipi vniuersaliter, sed prout conuenit huic particulari viuenti, postq̃ ei particulariter accepto dicitur mors naturalis conuenire, & differenter etiā ab alio indiuiduo Quare oportet quòd principiū suæ mortis naturalis ei particulariter & cōueniēter sit natura, vel naturale principiū cōueniens ei particulariter: illud aūt patet absolutè, nō esse nutriēs hoc potius calor viuificus eidē conueniēs ꝓpriè per suæ generationis naturā obtinens impotentiā operandi secundū exigentiā vitæ ꝓpter causas, quas diximus & dicem9. Ex quo patet, quòd prudēti9 tales locuti fuissent dicendo, quòd causa naturalis mortis est corruptio caloris viuifici, causata à dissimilitudine nutrientis: & licet insufficienter dictum extitisset, tamen propinquius veritati, cùm naturam particulari subiecto conuenientē dixisset, esse causam mortis naturalis, eidem subiecto particulari attributo. ¶ Alij etiam altiùs philosophari credētes, causam huius mortis naturalis, seu finitæ durationis vitæ dixerunt esse finitatem virtutum in agente & patiente: intendentes, quòd cum virtus calidi, tanquam in quantitate fundati finita sit, eius actio finito tempore mensurabitur, cùm nulla actio finitæ virtutis extendatur per tempus infinitum. Illud autem licet verum sit, patet tamen in proposito esse insufficiens, & dictum etiam imprudenter, quoniam non quælibet virtus in quantitate fundata, facit suum subiectum, quòd finitæ quantitatis existat, finito tempore, & non infinito moueri ab aliquo, quemadmodum naturaliter perscrutanti cœlorum orbibus iudicatur. Præterea, quamuis virtus actiua, vna numero in quantitate fundata, finito tempore suam exerceat operationem, nihil tamen prohibet, quin diuersæ numero succedentes adinuicem per tempus infinitum continuare possint suam actionem in tempore infinito: ex quo, si dictum etiam sit, fieri in viuentium corporibus, non tamen impedimentum huius ostenditur per dicentes causam mortis naturalis esse finitatem virtutum in quantitate fundatarum. Quapropter dicendum est, sicut prius, quòd causa mortis naturalis, quam quodlibet viuens corpus potest attingere, per naturam est impotentia calidi viuifici, vniuscuiusque corporis ad restaurandum deperditum: & sic ista impotentia dici poterit causa proxima. Omnes autem causæ naturali decursu rerum procurantes hanc impotentiam remotę causę poterunt appellari, quas ex superiorib. patet esse accidentalem actionem calidi viuifici, & contrarietatem materialium nutrientis: Patet etiam, quòd illa natura, quæ principium est huiusmodi mortis naturalis, non est quodlibet naturaliter conueniens indiuiduo: Sed potius dicitur naturalis, ab ista natura, quæ dicitur esse proportio calidi viuifici ad humidum passi-

De causa mortis naturalis Prima opinio.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

paſsiuum in potentia reſtaurandi, & informandi ipſum ſufficienter ad vitam: ita quòd cùm hęc ꝓportio deficit, deficiet reſtauratio & informatio, & per cõſequẽs vita. Huius aũt durationis mẽſuram ſolus ille cognoſcit, & terminum eius præuidet, cui patet proportio calidi viuifici ad humidũ in reſtaurando, & informando, ex omnib. conuenientiſsimè concurrentibus ad naturam viuentis corporis: ita videlicet, quòd cognoſcit deperditionis menſuram, ſeu quantitatem deperditi, in qualibet parte corporis, & reſtaurationis poſſibilitatem & quantitatem reſtaurari, ſimiliter & hoc in quolibet corpore, quæ, inquam, cognoſcere ſecundum veritatem præciſam, ſolius credimus eſſe Dei.

Quarta opinio.

¶ Quidam autem ſophiſtarum dixerunt, quòd mors naturalis poſſet tardari innitentes Medicorum operibus, & doctrinis: permutãt enim Medici, & permutare ſtudent complexionẽ naturalem alicuius corporis minoris vitæ, in complexionem longioris vitæ, vt complexionem frigidi & ſicci in complexionem calidam & humidam, vel in calidam ſiccam: quod ratione patet, & experientia ſenſibili: Ratione quidem irrefrangibili, quoniam videmus ad ſenſum in corporibus adultorũ, quod rectificabitur alicuius mẽbri operatio diſtemperati, ita quòd debilis efficietur fortis, & impediatur mors: talis autem permutatio in corporibus non poteſt contingere, niſi per mutationem factam in operantibus, quæ non ſunt niſi virtus animę & organum ſeu inſtrumentum: conſtat autem, quòd virtus non recipit illã permutationem: ergo oportet, quòd hoc fiat ratione organi: in organo autem nõ poteſt fieri vel contingere mutatio naturalis, niſi in compoſitione vel complexione: Videmus autem tales permutationes fieri in operationib. organorum non permutata compoſitione: ergo permutatio neceſſaria fiet in complexione, quæ inſtrumentaliter famulatur virtuti operanti in organo: Idem etiã ſenſu colligimus, quòd Medicus rectificat, & docet rectificare permutando complexiones non tãtùm in organis corporum generatorum, ſed etiã in principijs ſeminalibus ipſorum. Procurat enim Medicus, quòd calido ſpermati maris occurrat humiditas frigida menſtrualis, ſecundum plus & minus: & ſi embrio ſit formatus ex frigidis ſeminibus, dum eſt quantitas vnius formicæ magnitudine, vel vnius digiti, & quaſi incõparabilis ſit quantitati, quæ deficit ei ad illam modicam valdè quam habet, poterit procurare Medicus cũ conuenienti regimine generationem caloris mẽſtruorum. Ex quibus conſtat, quòd augmentatur quantitas vſque ad partum, & poſt partum: ſimiliter ex ſanguine proportionabili illis menſtruis generationem lactis procurantis: & eſt poſt tẽpus lactationis ex materialibus ſimilem ſanguinem generantibus, ipſum corpus reficere, &c. Licet ergò formato embrione, non poſsit Medicus complexionem acquiſitam ex ſeminibus primis totaliter permutare, propter ſoliditatem & duritiem, quam iam acquiſiuit, quia permutatio illius fieri non poſſet ſine reſolutione, & ſic multò minus, quanto amplius indureſceret, tamen aliquo modo remittit & intendit, vel ad minus in partibus mobilib. ad augmẽtum & perfectionẽ corporis poterit procurare varietatem complexionis:

A Nulli autem ſanæ mentis occultum eſt, quin illud, quod additur poſt illud tempus, in quo embrio eſt quantitatis vnius digiti, vel minoris, cedat ad perfectum exercitium operationis in quo cunque organo, notabilius & manifeſtius, quàm illud, quod antea acquiſiuerat, cùm ſine proportione quantitas ſit notabilior, ſiue maior, quæ cedit in naturalem perfectionem organi ad ſua opera exercenda. Talia autem Medicus debet exercere cum conuenienti regimine, vt iam antea tangebatur, B ſecundum exigentiam vniuſcuiuſque corporis, ad cuius cuſtodiam & ſaluationem intendit: Cùm ergo complexio naturalis, quę cauſa eſt quoquo modo longioris vel breuioris vitæ, poſſit permutari, ſicut oſtenſum eſt per medicorum peritiam tam in opere, quàm in doctrina, & ſic minus viuens in plus viuens: ergo mors naturalis poterit tardari, cuius conſequentis neceſsitas patet per hæc, quòd complexio, de qua loquitur, cũ ſit naturalis ea parte, qua diſponit ad citiorẽ mortem, C cauſa ei⁹ eſt aliquo modo, & ita illa mors eo modo, quo cauſatur à complexione naturali, naturalis appellabitur: cùm ergo cõplexio naturalis aliquo modo ſit cauſa, permutetur illa cauſa, neceſſariò permutabitur & effect⁹ eo modo, quo manat vel pendet ab illa cauſa, dato, quòd illa nõ ſit principium: Quare ſi naturalis complexio poteſt aliquo modo permutari, & cauſa eſt aliquo modo naturalis mortis tardioris vel citioris, neceſſariò relinquitur, quantum fiet permutatio in D ipſa, ſiue vocetur radicalis ſiue fluens, quia hęc diuerſitas non impedit complexionẽ, tantũ ſequatur, quòd mors permutabitur naturalis ad tarditatem vel ad feſtinantiam. Ex quo etiam patet, quòd illa diſtinctio, quæ datur de naturali complexione in radicalem vel fluentẽ, inutilis eſt propoſito, & non tollit, ſi fluens aliquo modo eſt cauſa tardioris vel citioris mortis, quin eo modo, quo cauſa eſt complexio, ſi permutetur, permutabitur & effectus. Nos autem ad prædicta tendentes, di E cimus, quòd taliter oſtendentes naturalem mortem poſſe retardari, propter ignorantiam, labuntur in errores ſophiſticos. Nam illa natura, à qua mors, de qua hîc loquimur, abſolutè dicitur naturalis, nõ eſt complexio, nec quodlibet conueniẽs naturaliter corpori cuicunque viuenti, ſed ſolum illud, quod ſuperiùs diximus, ſcilicet proportio caloris viuifici cuiuſlibet viuentis corporis ad humidum viuificum, in potentia informandi & reſtaurandi ipſum, ſecundum meliorem & potiſsi F mam adminiſtrationem, quæ dicto corpori poſſet fieri: Ita videlicet, quòd omnia decurrãt ſecundum tolerantiam corporis humani meliori modo, quo poterunt & conueniunt ei, ita quòd proportionis diuerſitas in diuerſis corporibus viuentibus ſit cauſa diuerſæ menſuræ viuendi, & ſic cõſequenter per ſui defectum cauſa naturalis mortis tardioris vel citioris. Mors aũt quæ à permutabili complexione cauſatur, quæcunque ſit illa, licet ab eo, quod naturale eſt corpori, procedat, vel G cauſetur, tamen ab eo naturali principio, de quo dicimus, ꝓcedit: & ita reſpectu mortis ab illo dependentis vel procedentis, hęc mors, quæ à permutabili complexione cauſatur, accidentalis eſt, & ipſa complexio, quæ ſibi derelicta mortem feſtinaret accidentalem, ſecundum hunc modũ, vnũ


est de impedientibus venire ad naturalem dictã absolutè superiꝰ, ad quam dicimus etiam, quòd corpus viuens peruenire non potest, nisi cuncta impedientia per conueniens regimen excludantur. Tale auem regimen impedimenta excludens ille artifex docet conuenienter exercere, cuius cõsideratio ordinatur ad naturalis caloris custodiam, in dispositionibus naturalibus ad viuendum meliori modo, quo potest, vel absolutè, vel secundum necessitatem & occupationem, quemadmodum in humanis corporib. facit Medicus, corporum humanorum, nisi fateamur, talẽ medicũ ad aliud non laborare, nec opere nec doctrina principaliter, nisi ad hoc, vt humanum corpus quodcunque custodiat in dispositione naturali, per quam iuuat meliori modo, quo poterit, & quantum etiam poterat absolutè secũdum naturam suam, illam scilicet, quam superiùs diximꝰ, aut meliori modo qui conuenit ei, & quantum etiam plus poterit, secundum etiam vniuscuiusq; propriam occupationem, cum vnusquisq; discretus, & sanus humo occupationi alicui deputetur. Ex quo patet euidenter, quòd omnes operationes medicorum, siue permutantes, siue conseruã- A tes, siue quæcunque aliæ, non ordinantur ad retardandam mortem naturalem dictam absolutè quæ est superius memorata: sed potiùs ad tollendum omnia impedimenta veniendi ad illã, & non quod dictum esse, propter necessariam occupationem saltem maiorem ipsorum partem, vel quãtum plus poterit, ad naturalem accedat. Quorũ impedimentorum quædam sunt simul, vt paulò ante dicebamus, quædam verò intrinseca, vel sic quædam sunt naturalia & extrinseca, quædã verò intrinseca, quæ omnia perfectè in medicina cõ B siderantur: Vnde cum Medicus dicit in ordinatione & consideratione cuiuscunque causæ salubris, quòd mortem retardat aut senium, aut prolongat vitam, & iuuentutem custodit & reddit, aut quodlibet aliud, totum sanè intelligendũ est, dici respectu mortis accidentalis dictæ, sicut dicere comparatione illius, quam naturalem diximꝰ absolutè. Ad quam etiam non feliciter prouehat misericordia creatoris, necnon pręsens opusculũ C in manus intelligentis perducat, quem inter præsentes professores lacrymantur, non posse perfectè cognoscere, nisi viuum.

ARNALDVS DE VILLA NOVA
DE CONCEPTIONE.



MARIS & fœminæ cõmistio causa est generationis naturalis cuiuslibet hominis: si ergò prohibeatur in aliquibus hominib. vel indiuiduis huiusmodi generatio, necesse est causam prohibitionis aut à parte maris, aut fœminę, aut vtriusque procedere, quæ causa malitia vel peccatum appellatur, & à quibusdam defectus. ¶ Nos autem hãc causam nomine peccati significantes, dicamꝰ quod illud peccatum, aut ante commistionem aut in commistione occurrit aut postea. Si autem in hora cõmistionis interuenit illud peccatum, tunc vtriq; potest esse commune. Si verò postea sequitur, soli cõcipienti conueniet, scilicet mulieri. ¶ Quia autẽ peccatum in generatione potest in hora commistionis prouenire, patet ex his, quæ naturaliter exiguntur ad perfectam commistionem, prout ad generationem ordinantur. Hæc autem sunt tria, & sunt naturalia, scilicet perfecta organa, & perfecta semina, ita vt sub nomine seminis nõ tantùm spermata, sed etiam menstrua largo modo intelligãtur. Tertium verò est debitus ordo emissionis, vnde necesse est ad generationem perficiendam, vt fiat commistio organorum aliquo modo, & cõmistio seminis suo modo: relinquitur ergo ex his, quòd peccatum hora commistionis occurẽs, aut erit ex parte organorum generationis, aut seminis, aut ordinis emissionis illius. ¶ Peccatum verò post commistionem adueniens non potest esse in genere, nisi vel malitia regiminis mulieris, vel casualis occasio, propter quę susceptũ in matrice ab ea perdatur, vel corrumpatur. A parte verò organorum erit malitia tantùm complexio- D nis, vel compositionis, aut solutionis continuitatis, aut forsitan duorum, aut omnium. Ex parte verò seminis aut erit defectꝰ, vel priuato, aut erit malitia, siue ineptitudo: & hoc vel erit malitia qualitatis, vel complexionalis, siue cõplexionis: aut ineptitudo substantiæ, aut proprietatis malitia. ¶ Dicitur autem proprietas propria natura, ad quam acquirendam propria & specialis forma mistionis disponit, sicut accidit cuilibet misto, & hæc natura occulta dicitur: tum, quia innominata vtplurimũ, tũ quia via rationis nunq̃ co- E gnoscitur, sed cognoscitur dominiũ qualitatis cõplexionalis, & ꝓinde etiã cõplexio dicitur: nomine igitur ꝓprio designari nõ potest, nec rationis via potest cognosci proprietas, sed saltẽ via experimẽti potest cognosci. ¶ Vt igitur facile sit artifici occurentibus indiuiduis, specialem in eis causam prohibitionis inuenire, omnes species causarum prohibentium in vnam tabulam congregemus, in qua etiam tabula designabitur, ad quod F prædictorum generum quælibet species reducatur. Artifex igitur posita tabula, per singulas species gradatim discurrat, & cum iudicijs subiectorum, cum alijs significationibus congruis, quamlibet examinet, vtrum insit, aut adesse possit, & iuuantem causam cum notula signet, vt protractis omnibus, inuentas in propositis subiectis faciliùs colligat. ¶ Omnes autem prædictæ causæ vel corrumpunt principia materialia, vel prohibent ea recipi in matrice, vel ibidem prohibent retineri G potentia egerendi ante commistionem, vel ex impotentia viri, scilicet erigendi, vel ex ineptitudine mulieris, videlicet, clausura vuluæ, vel nimia strictura.

GENE-



Generationis peccatum aduenies
In commiſtione
Ineptitudo ſeminis.
Inordinata emiſſio.
Ante cõmiſtionem ex parte
Organorum in eptitudo in
Complexione.
Dyſcraſia
Calida
Frigida
Humida
Sicca.
His accedit diſcraſia per priuatam paſſionem, ſicut ſi vulnerentur, aut apoſtementur aut paraliticẽtur humore intrinſeco, vel epithemate vel emplaſtro, vel alio corpore exterius obuiãte: aut accidit propter compaſſionem & vitiũ mẽbri aut inciſionẽ veſicæ propter lapidẽ: aut propter colligantiam humiditatis, ſicut quando venæ poſt aures inciduntur, &c.
Nimia
Mollicies matricis
Innata,
Accidentalis, vt in apoſtemate.
Durities
Innata.
Accidentalis.
in
Virga
Teſticulis
Matrice.
Compoſitione in
Forma
Clauſio oriſiciorum venarum menſtrualium à carne innata, vel accidentaliter generata poſt ſanationem vulnerum.
Vuluę ſtrictura nimia
Innata,
Accidentalis vt à
Vulnere,
Vlcere ſanato,
Zirbi,
Virgæ tortuoſitas
Naturalis.
Accidentalis.
Matricis
Tortuoſitas
Naturalis,
Accidentalis.
Repletio, vt in menſtruis.
Leuitas
Innata,
Accidẽtalis à cicatricib.
Oris matricis nimia
Strictura,
Ampliatio
Innata,
Accidentalis ab humore.
Quantitate
Virgę nimia
Longitudo.
Breuitas.
Matricis grauitas.
Numero
Verruca in
Vulua,
Virga,
Matricę.
Ficus in
Vulua,
Virga,
Matrice.
Hemorrhois in matrice.
Situ matricis
Nimia latitudo.
Declinatio ad alterum latus.
Conuerſio ad ante, vel retro, vel ſurſum.
Continuitate
Rhagadiæ
Matricis,
Virgæ.
vt in
Cancro,
Fiſtulis.
Vlcera.
Seminis
Priuatio vel defectus ipſius, ſicut in ætate decrepita.
Tenuitas vel liquiditas eius nimia, ſicut in phlegmaticis, pueris, crapuloſis & ebriis.
Caliditas nimia, ſicut in febricitantibus, & renes & hepar habentibus calefacta.
Frigiditas nimia, vt in congelatis, & valde frigidis.
Siccitas nimia, vt in phthiſicis & conſumtis.
Humiditas nimia, vt in hydropicis: ab omni enim membro poteſt ſperma decidi, & idcircò per malitiam cuiuſlibet membri poteſt ineptitudo reddi.
Propria ſterilibus, ſicut in mulo, vel mula.
Ineptitudo emiſſionis, antèceſſio mulieris in eijciendo.
Poſt cõmiſtionem
Subita erectio mulieris.
Saltus magnus,
Caſus,
Percuſsio,
Furor,
Clamor,
Fletus,
Sternutatio fortis,
Timor ſubitus,
Olfactus horribilis acutorum,
Terror vehemens,
Subijcere medicinas aborſiuas, & recipere eas per os, & applicare eas quoquo modo.

ARNALDVS DE VILLA NOVA DE SIMPLICIBVS.

De Medicinis temperatis, Cap. I.



CVM non sit Medicus, nisi administrator rerum non naturalium, q̄ sunt sex, vt res naturales, & res cōtra naturam indicant, nihil ita prodest Medico, quàm diligens inquisitio simplicium, seu abundans, & multa cognitio: hoc enim Medicos subleuat, & ægros adiuuat, artemq; facilem, & sine labore gra ui insinuat. Talis autem abundans medicaminū simplicium cognitio habenda est longo vsu, vnde studio atque mente indiget, vt autor in tabulis verificatis doceat vsum eorū, & modum præparationis, in quibus promtissimè inueniatur quæcunque medicina fuerit in vsu ægritudinum cum intentione rerum nòn naturalium, & contra naturam. Decreui ergo omnis virtutis, & intentionis medicinarum componere tabulam, secundum meliorem autorum concordiam, cum canone prius docente modum & vsum, & an cōpetat, & incipiendum est à temperatis. ¶ Omnis medicinæ ratio est, quòd non sit nata conuerti in substātiam, & fieri pars nostri corporis, & in hoc distat à cibo: temperata verò vocatur, quia non inclinat ad aliquam qualitatū: Quæ sit ergo sua natura vides, distat à cibo in hoc, quia non est nata fieri substantia nostri corporis, & etiam de ea non tollerat corpus tantam quantitatem, vt cibi. Non est temperata, nisi certa dosi distet ab alijs medicinis in hoc, quia aliæ medicinæ inclinant corpus ad aliquam qualitatem: vnde quamuis dicatur temperata, & in hoc fortè posset dici cibus, habet tamen aliquam virtutem occultam, secundum quam dicitur medicina: dicitur igitur medicina, quantum alias virtutes, temperata autem, quantum ad proprias: In istis medicinis non inuenitur excellentia alicuius saporis, sed sunt suaues, & sunt istæ:

Medicina ratio est quòd nō sit nata cōuerti in substantiam.

Medicina tēperata differt à cibo & ab alijs medicinis.

Aqua tepida,
Oleum { Dulce, Maturum, Amurca ei⁹.
Gummi { Fructus, Lignum, Folium, Semen.
Citrum & fo. eius,
Mastix,
Capillus venę,
Asparagus,
Lilium,
Sebesten,

Lentes,
Cera,
Terebinthina,
Cassia fistularis,
Aurum,
Margaritæ,
Cadmia,
Amidum,
Radix lilij,
Sacha. rof.
Hyacinthus,
Argentum,
Perna quod est animal.

Cùm vis conficere plures ex istis, aut quando non inuenis ista, te conuerte ad primos gradus frigidos & calidos æquales, benè cōmiscendo ea in vnum, vt confrangantur, & constitues ita primum gradum cum primo opposito, aut secundum cum secundo, aut tertium cum tertio, A aut quartum cum quarto, aut primum duplcatū cum secundo, triplicatū cum tertio, quadruplicatum cum quarto, aut secundum duplicatum cū quarto, aut remouè de re illam partem, quam nō vis. Si verò vis partem frigidam, comprime vel diuide cum igne: ignis. n. & artificiū diuidit ab omni re partem, quam volumus. Esto igitur mund⁹ mente, & ingeniosus in coniungendo, & separando, nihil facit amplius abundare, quàm ingeniū coniungendi, & separandi, quia in quolibet est B quodlibet, si homo habuerit artem: & aliquando per ignem nō tollitur, nisi subtile solum igneum & aereū, & densum remanet, siue grossum in fundo, in medio verò mediocre. ¶ Medicinæ igitur temperatę, quæ sint rationes, & quot sint, & quæ & quomodo possis abundare eis, breuiter intelliges: Vsus autem earum conueniens est in debilibus virtutib. quando. s. fortior non tolleratur, aut quando ęgritudinem ignoras, plus adiuuant, quā noceant, & videbis aliquid operari: Prudētes Me C dicorū faciunt ipsas basim omnis medicinę suæ, ne decipiant eos, reliquas verò medicinas fortes propter repugnantiam ad naturam cum istis tēperatis ponunt in parua quantitate, ita non dant turbith purū, sed ex medicinis tēperatis aliquid eis apponunt, & illa medicina, cùm non sit abominabilis, multum facit nos securos à nocumentis vel malitia alterius: & dicit Gal. quòd non obuiat aliquid sinistrum vnquam. s. fabricando sic. Istæ medicinę sunt maturatiuę, confortatiuæ & saniē D factiuæ seu generatiuæ: Quia adiuuant calorem naturalem, & refrænant excessus materierū, postquam sunt temperatæ: augent igitur calorem diminutum à materia.

Medicinis temperatis qui vsus conueniat.

De Medicinis distemperatis: & primò de Calidis in primo cum siccitate, Cap. II.

E SEQVITVR de medicinis distemperatis, quæ sunt apta vincere, & agere, quā pati, & quia distemperatæ faciunt corpus labi à sua permanentia, prout magis vel minus excellunt calorem naturalem. Fecerunt antiqui gradus in eis, secundum quod ipsæ immutant corpus manifestè secundū plus & minus, & quæ occurrendo corpori, aliqualiter mouent ipsum ad suā qualitatē: Si non multū distēperatū reuocauerunt ipsum ijs, quæ in primo gradu, si verò pl⁹, ijs q̄ in secundo, & sic vsq; ad quartū, verùm in qualitatib. passiuis nō inuenerunt F ꝓprię hos gradus, in actiuis autem sic, quia passiuę sunt sicut proprium consequens actiuarū, vnde nec aliarū virtutū sequentiū primos gradus fecerunt, cùm inuenerunt in illa virtute vnam medicinam maiorē altera. In omnib. aūt medicinis est aliquis sapor manifestus, & quæ magis ad distemperatum tēdit, in ea est sapor, vt vix gustus sufferret eum, & harū omniū medicinarū virtus est, reducere corpus ad contrarium, & remouere ma- G gnos lapsus. Abundantia aūt harū omniū est, q̄b. vti potest medicus secundū modos dictos. s. augēdo dosim minorē, vel frequentando, quia magnifica-

ficatur opus eius, & facit de paruo magnũ, aut minorando, sicut de magno paruum, aut separãdo partẽ ob eo, quamuis in agendo impedias in eo quoduis. Vltimum aũt est graduũ ipsorũ cõpositio ad quantitatum proportionem commiscendo, & hic aduertas, quia sic faciet te abũdantem, quia in omni medicina inuenies quod voles, & reduces eas ad quem gradum, & ad quam operationem volueris. ¶ Incipiamus igitur à distemperatis in caliditate, quia passiuæ qualitates non habent verè grad⁹, ideò dicas calidas cuiusq; grad⁹, cũ siccitate, & humiditate, quoniã nunquã quæri mus siccum & humidum, nisi cum calido, & frigido, cùm verè non sit eorum agere. ¶ Medicinæ igitur calidæ primi gradus cum siccitate habent aliquem de his saporib. aut dulcẽ, aut amarũ, aut acutum, aut salsum, non multum tamen: & quandò obuiant corpori, aliquam inclinationem recipit, & si fiat earum frequens, & multus occursus, decidit in magnum lapsum. Sunt autem calidæ in primo gradu, & siccæ istæ:

Absynthium,
Eryngium,
Sandaraca,
Spongia maris,
Stœchados,
Melilotum,
Camomilla,
Melissa,
Sarcocolla,
Risum,
Furfur tritici,
Farina tritici,
Bombax,
Folia arborum & semẽ eius,
Orobus,
Coriandrum,
Spica celtica,
Spicanardi,
Spica mori,
Folium Indum,
Galla,
Cypressus,
Vua,
Filex,
Vernix,
Serapinum,
Lapatium,
Pœoniæ { Flores, Semen, Folia.
Squinantum,
Semen lini,
Hedera,
Fistici,
Papauer nigrum,
Cerussa,
Agaricus,
Amidum,
Iris siluestris,
Pini cortex,
Zizania,
Tribulus,
Vitis domestica,
Vitis agrestis,
Vuæ passulæ,
Fæx vini,
Vinum,
Vitis { Alba, Nigra,
Cuscuta,
Altea,
Traganthum,
Storax liquida,
Dactylus,
Sena,
Ozimum,
Fumus terræ,
Eupatorium,
Auena,
Frumentum,
Phu, id est Valeriana,
Fermentum panis,
Tamariscus,
Caulus Indicus,
Saccharum penidiatũ,
Volubilis,
Rubea tinctorum,
Milium solis,
Lupinus domesticus.

Ad hanc tabulam debes venire, quando videbis in corpore lapsus ad frigiditatẽ, quoniam istæ sunt primæ in caliditate cum siccitate, & cum istis experiaris, si sanari possis: in hac. n. tabula inuenies medicinas abstersiuas, mundificatiuas cutis & membrorum, mitigatiuas dolorũ secundum veritatem, & mollificatiuas materierũ congelatarum, quia omnes sunt operationes parùm calidæ cum siccitate, & nitrositate, & sunt debiles in resoluendo & aperiendo, quia adhuc exigitur gradus magnæ caliditatis, quare sunt æquantes materiam secundum plus, quàm resoluentes. ¶ Quando vis facere multas ex istis, cõmisce gradus oppositos, secundum cum tertio, tertium cũ quarto, aut constitue proportionẽ mistionis, quę est secundi ad tertium, & tertij ad quartum, & sic ascendendo secundum plus, apponẽdo tamẽ quantum vis remanere tibi, aut diuide à medicinis maiorib. partem, quam non vis agere, quousque reduxeris ipsum, & debilitaueris diuidendo per partem suæ caliditatis, aut frigiditatis secundum velle tuum. Et cum istis medicinis experiũtur autores morbum, postquam non possit manifestari aliter: quoniam sine dubio quando dabis eas, inclinabunt & iuuabũt, aut nocebunt, & tũc prospicies cum quo gradu medicinarum sit agẽdum circa ipsum, quoniam si iuuant, perseuerabis in via ista, si verò nocent, statim flecte in oppositas, & cum illis fabrica auxilia, & sunt istæ:

Amygdalæ { Dulces, Amaræ,
Liquiritia, & succus eius,
Saccharum,
Siesamum,
Grana pini recentia,
Decoc. psylij.
Passulæ,
Viola,
Mercurialis,
Borrago,
Buglossum,
Iuiubæ & electuarium eorum,
Testiculus vulpis,
Secacul,
Melongia,
Gummi Arabicum.

Et decoctiones fiant medicinarum calidarum, & siccarum primi gradus in aqua, quoniã aqua adæquat siccitatem earum, & ad humiditatẽ con uertit eas. Omnes istæ medicinæ numerantur cũ prędictis, sed sunt debiliores in operationibus calidi, quia caliditas sic est magis conueniens in operationib. calidi, quàm humidum. Ferè omnes tendunt ad aliquam dulcedinem, & sunt lauatiuæ, lenitiuæ, & augent sanguinem, lac, & sperma, & si uis facere multas de istis, tu scis modum.

De Medicinis calidis in secundo gradu, cum siccitate, Cap. III.



MEDICINAE calidæ in secundo gradu cum siccitate sunt, quæ quando obuiant corpori in suo temperamento existenti, multum & citò faciunt labi ipsum, & grauari, sed corpus lapsum potius restaurant suo temperamento, & in omnibus est acuitas magna, vel amaritudo, vel salsedo, quæ non latent gustui, & sunt istæ secundum Serapionem:

Vrtica, & semen eius, &
Oleum eius,
Blatta bizantia,
Abrotanum,
Saluia,
Anagallis,
Ozimum garyophyllatum,
Cotula,
Leuisticus,
Terebinthina,
Balsamus,
Xilobal.
Cortex thuris & fumus eius,
Kerua, & oleum eius,
Camedris,
Mastix,
Reubarbarum,
Iris,
Lilium,

Seseli, Fœnugræcum,
Napus, Simphitum,
Scolopen, Aspaltum Iudaicum,
Ambra, Olibanum,
Cartamus, Calamus aromaticus,
Elaterium, Asphodelus,
Meu, Camæpithis,
Carpobal, Baucia,
Nux musc. Alumen,
Nux vomica, Muscus,
Auellana, Narciscus, & specis eius,
Polium mõ. Rapa siluestris,
Ficus & folium eius & omnia quæ, in ipso sunt, Cyperus,
Hermodactyli.
Viscus, Aloes,
Aristolochia lon. & rotunda, Cucumer asininus,
Canabis agrestis,
Lignum aloes,
Crocus, Prassium.


AD ISTAS medicinas venias cùm occurrũt tibi lapsus frigidi quos lapsus primò nominatæ medicinæ remouere non potuerunt, & in hac tabula te exerce fabricãdo tua auxilia, scilicet decoctiones syrupos, electuaria, clysteria, caputpurgia & similia, quibus indiges: quoniam omnes sunt digestiuæ phlegmatis, dissolutiuæ frigiditatis, & congelati humoris: vnde sunt mollificatiuæ, aperitiuæ, resolutiuæ, & diureticæ, menstrua prouocantes, & lapidem frangentes, & generaliter in morbis frigidis valdè conuenientes, quia non sunt diminutæ à calore, similiter nec in excessu adiuuat supradictas ad suas operationes, & vsus autorum est super his, maximè in passionibus frigidis, abundantia autem istorum est modis supradictis.

De Medicinis calidis in tertio cum humiditate, Cap. IIII.


CALIDAE autem in secundo, & humidæ sunt paucæ, & imitantur istas, ideò quia sunt suauiores, & debiliores, propterea quòd siccitas addit eis acuitatem, & asperitatem cum calido, humiditas autem addit lenitatem: istæ sunt magis incidentes, & abstergentes, & aperientes, sed sine mordicatione: Et sunt istæ calidæ & humidæ in secundo:

Been, Ficus humidæ,
Eruca, Vuæ maturæ,
Dactyli valde maturi, Nux Indica,
Gramen, Potio mellis cum aqua mulsa.
Lingua auis,

Omnes istæ medicinæ multiplicant sanguinem, & lac, & menstrua, & valdè adiuuant coitum propter illud, quod est in eis calidum & humidum, & sunt suaues, & lenientes: vnde si vis plures ex istis adiungere, & obtundere siccitatem, quæ est in supradictis, auge quantitatem istarum, & cum illis misceas: nam saluatur idem gradus calidi, humidi verò non, quia istud humidum est magis vincens siccum, quàm siccitas illarum humiditatem, & sic habebis calidum in se- A cundo gradu, inclinans tamen ad humiditatem.

De Medicinis calidis in tertio gradu cum siccitate, Cap. V.


MEDICINAE calidæ tertij gradus cũ siccitate, sunt valdè potentes in operatione calidi, & si appropinquant corpori temperato, valdè deijciunt illud: non competunt igitur, nisi in B magnis lapsibus valdè. Sunt igitur medicinæ calefacientes subitò, & reducentes magnos lapsus, in medicinis calidis, & siccis in tertio gradu est acuitas, aut salsedo, aut amaritudo, quam vix tolerat gustus, & sunt istæ:

Assa, Harmel,
Anisum, Ciminum,
Ciclamen, Ruta,
Gramen, Origanum,
C Thymus, Dyctamum,
Maiorana, Abrotanum,
Calamentum, & species eius, Colophonia,
Rosmarinus,
Scordeon, Hyssopus,
Oppoponacum, Pix dura,
Cinamomum, Karsef,
Granum mund. Cubebe,
Sambucus, Myrtus siluestris,
Peucedanum, Galbanum,
D Serpillum, Fœniculum,
Chelidonia, Turbith,
Pulegium, Saluia,
Cardamomum, Alumen,
Garyophylli, Staphisagria,
Anetum, Iuniperus,
Acorus, Amoniacum,
Pix humida de naui, Serapinum,
Carui, Resina,
Apium, Macis,
E Petroselinum, Fel,
Bdellium, Daucus,
Menta, Galanga,
Agnus castus, Laureola,
Senetion, Ebulus,
Grana tinctorum, Ameos,
Stœchas, Squilla,
Elleborus albus & niger, Raphanus,
Centaureum vtrumq;
Asarum, Costus,
F Epithymus, Fumus resinæ,
Polipodium, Nigella,
Been, Laurus & species eius,
Colocynthis, Pix cadens,
Cassia lignea, Chamæleon album & nigrum,
Radix piperis,
Satureia, Leuisticum,
Doronicum, Menta,
Gentiana, Betonica,
Hypericon & species eius, Allium.
G


AD istas medicinas non debes perueniri, nisi paulatim, & nisi magnis excessibus frigidorum morborũ, aut nisi quãdo vrget necessitas citò operandi multum,

tum, & subitò, quoniam sunt valde fortes, & valent in morbis, & complexionibus frigidis, dissoluunt omnem humorem congelatum, resoluunt eum & subtiliant, prouocant menstrua interiùs, & exteriùs positę, fortiter soluunt vrinam, quando in corpore fuerit humor grossus, illum dissoluunt, vnde frangunt lapidem, si cautè approximentur, extinguunt coitum, sperma enim sua caliditate extinguunt, & consumunt, & generaliter faciunt operationes caliditatis valde subitò, & potenter. Ex istis robora medicinas inferioris gradus, & est magis securũ, quàm approximare eas solas: quomodo autem possis minuere caliditatem suam, & intendere, audiuisti multoties.

De Medicinis calidis in tertio gradu cum humiditate, Cap. VI.



MEDICINAE calidæ in tertio gradu cum humiditate inueniuntur paucæ: quia maximè calidum earum adurit, & consumit humidum, nec est earum magna necessitas, & si quę inueniantur sunt valde mistæ, & habent caliditatem in alia substantia, quàm in humiditate, vnde sunt citò separabiles, & sunt istæ:

Enula,	Cæpe, secundum aliquos,
Menta viridis,	Zingiber,
Porrum,	Tapsia.
Granum Zelui,	

Ab istis medicinis si vis citò separare humiditatem, & substantiam aquosam per artificium, tunc remanebunt calidæ & siccæ sicut primæ, & operantur sicut ipsę: sed si vis plures de istis facere, oportet te ingeniari ad introducendum medicinas valde humidas, cũ medicinis calidis in tertio, & siccis similiter in quarto, nam tunc remanebit tibi caliditas, & mutabitur earũ siccitas, valde adiuuant coitum propter humiditatẽ, quam generant, & acuunt prouocando appetitum.

De Medicinis calidis in quarto gradu cum siccitate, Cap. VII.



MEDICINAE calidæ in quarto gradu cum siccitate sunt vltimæ earũ, quarum est vsus in corpore humano, & omnes aliæ interficientes sunt venenum, & non medicinæ. Cùm igitur sint vltimæ ad ea vltimò venire debes, & in vltimis intentionibus, & desperatis, quoniam vix appropinquant ad humanum corpus, quin summè offendant, & ipsę sunt vrẽtes, & coquentes, & in eis est acuitas intollerabilis, vtputa gladij acuti, aut mordicatio, vt carbo vrens, & sunt istæ:

Euphorbium,	Piper,
Kitrean,	Sapo,
Anacardium,	Tapsia,
Sulphur viuum,	Nasturcium,
Calx viua,	Cantharides,
Petroleon,	Sinapi,
Mesereon,	Ruta siluestris,
Condisium,	Semen rutæ,
Sal armoniacum,	Cœpæ rubeæ,
Bulbus,	Cataputia,
Æs vstum,	Vitreolum,
Tithymallus, & Species eius,	Flos æris.

Istæ medicinæ sunt causticæ consumentes humiditatem secundum carnem: cum istis quidam prouocant febres, non sunt approximandæ ab intus, nisi sit vir valde expertus in emendando periculum earum, non vtaris igitur eis solùm, sed facias eis condimentum aliorum inferiorum in gradu, & cum modica quãtitate istarum, & acues inferiores ad id, quod tu vis: Istæ sunt medicinæ, cũ qb. reducere debes lapsus magnos ad frigiditatẽ, & curare morbos frigidos magnos cũ alijs paruis & generaliter cũ lapsus est ad gradũ maiorem, ad maiores gradus te cõuerte, & si nullam tabulam inuenis præcisè, tunc ingenium tuum sit in componẽdo eas, & separando, per artem compositionis, & separationis partium extrahe inde, quod vis, & postquã inuenisti ex tabula simplicia, quæ morbo conueniunt, forma inde auxilium, scilicet clystere aut caputpurgiũ, syrupum & similia, hæc omnia facere potes secundum diuersam præparationem.

De Medicinis frigidis: & primò de Frigidis cum siccitate, Cap. VIII.

SEQVITVR de distemperatis in frigiditate, & sunt medicinæ, ad quas debes venire, quãdo vides in corpore lapsus ad caliditatem, aut materias calidas dominari, & offendere, & ex eis formare omnia, prout circumstantia iudicabunt. In his omnibus est sapor insipidus, aut aquosus, aut acris, aut acetosus, aut stypticus, aut ponticus, aut quando dum gustantur sapiunt, & extinguitur citò sapor: scribam igitur eas secundum quemlibet gradum cum siccitate & humiditate sibi sociata secundum Serapionem, & magnam cõcordiam aliorum, & sunt istę:

Myrtus, & granum eius,	Chamælea,
Bezoar,	Vsnea,
Xilocaracta,	Arthemisia,
Acetositas citri,	Bolus armena,
Panicum,	Hypocistis,
Palma,	Tamarindi,
Alcanna,	Trifolium,
Nabat,	Amidum,
Caulis,	Cydonia,
Burden,	Salix,
Gramen,	Iuncus,
Rubus & mora eius	Milium,
Argilla,	Ficus,
Sabat,	Lupini,
Rosa, & oleum eius & aqua eius,	Balaustia,
Sorbæ,	Acetum,
Acetosa,	Agresta,
Canna,	Glans Indica,
Colla vel gluten,	Carduus,
	Barba hirci,
	Tribulus,
	Epatica,

Pira, Eryngium,
Moch de metha, Faba,
Oleum immaturum, Mirabol.citri. &
Risum, Chebuli.
Bellirici,

Semper debes scire, quòd eleméta, quę trahũtur à medicinis, mutant illas medicinas in caliditate & frigiditate, licet in siccitate immorentur ab elemento, quia sub eodem gradu reponenda sunt. Harum medicinarum virtus est inspissare materias subtiles calidas, & immobilitare, & extinguere eas, constringere poros, & membra coadunare, & repercutere materias venientes ad loca, & restringere fluxus tam sanguinis, quàm ventris, & sunt confortantes membra lapsa ad calidum, & sunt digestiuæ cholerae rubeæ. Postquã sunt in primo gradu, ad eas debes primo venire secundum omnem modum approximationis, quia frigidas medicinas debes approximare, quantò minus potes. Si autem ex istis vis plures cõstituere, operare secundũ ingenia supradicta.

De Medicinis frigidis in primo gradu cum humiditate, Cap. IX.

MEDICINAE in primo gradu frigidę cum humiditate, sequentur istas in opere, quia æqualis frigiditatis sunt, sed debiliores instringendo, & coadunãdo membra, quia humiditas nõ adiuuat ad hoc, sed prohibet: & omnes sunt habentes insipiditatem cum viscositate quadam, & humiditate manifesta, & sunt secundum Serapionem ista:

Carnes pirorum coctorum, Gummi arabicum,
Rostrum por.
Pruna damascena, Endiuia,
Melones, Bleta,
Atriplex, Borrago domestica,
Dragagantum, Pisces petrosi,
Semina, quæ in piris & pomis sunt, Taraxacon,
Mala acria,
Aqua hordei, Liquiritia viridis,
Viola duplex, Spinachia,
Cerasa, Scariola,
Cucurbita. Malua.

Et scito, quòd omnes istæ medicinæ sunt meliores in febribus, & generaliter in morbis calidis, & siccis: quia morbum extinguunt, & leniũt asperitatem, & totum corpus discoloratum faciunt, sunt lubricæ, lauatiuæ, & semper recorderis istarum in febribus, quia omnes, qui incedũt cum istis, gaudent: quomodo autem admisceas cum his, sciuisti statim.

De Medicinis frigidis in secundo gradu cum siccitate, Cap. X.

FRIGIDAE medicinæ in secundo gradu cum siccitate sunt valdè manifestę secundum gustum, quia sunt fortis acredinis, vel fortis ponticitatis, & sunt potentes in opere frigiditatis, & sunt istæ:

A Berberis, Gypsum,
Psyllium, Tragachantha,
Balaustia, Sumach,
Acetum, Memithæ,
Plantago & species ei⁹, Gallæ,
Ribes, Solatrũ & species eius,
Gummi arabicum, Sumach,
Pentaphylon, Lapis hæmatites,
Cerusa, Lapis lazuli, Coral.
Lithargyrum, Stagnum.

B Ad istas medicinas debes venire, quando morbi sunt calidi, & magis dominantur, quia potenter extinguunt, & ingrossant materias subtiles, repercutiunt materias emanatione, fluxum potenter tam sanguinis quàm alterius coadunant propter hoc, quia earũ frigiditas est potens stringere, & sua siccitas cõtinet strictiones: vnde sunt meliores in stringendo, & retinendo omnem fluxum, extinguendo complexionem calidam in membris, & sunt digestiuæ communiter cholerę C rubeæ inspissantes ipsam, & extinguentes, vnde pilos retinent: quando autem vis multiplicare ipsas, facias modis prædictis.

De Medicinis frigidis in secundo gradu cum humiditate, Cap. XI.

FRIGIDAE medicinæ in secũdo gradu cum humiditate sunt in dominio generãdi humiditatem aqueam multam, & manifestam, & in omnibus est D insipiditas cum aliqua viscositate, & sunt istæ secundum Serapionem:

Melones, Lactuca domestica,
Cucurbita, & Syluestris,
Citrullus, Plumbum,
Lenticula aquæ, Cucumer,
Cubia, Melon magnus,
Crisomila, Nenuphar viride,
Violæ virides, Persica matura.

Omnes sunt valdè infrigidantes cum leuitate, E valdè extinguunt febres, & bene competunt, infrigidant choleram rubeam, & humores incensos, prouocant somnum, & extinguunt sitim, & repercutiunt sine asperitate & mordicatione, & tu bene nota eas, quia necessarius est frequens vsus earum, & maximè in febri, nisi styptica nocumentum inducerent, hectica laborantes, & siccos, & loca cõbusta ab igne restituũt & adiuuãt.

De Medicinis frigidis in tertio gradu cum siccitate, Cap. XII.

F FRIGIDAE medicinæ in tertio cum siccitate sunt valdè fortes in opere frigiditatis, & tu rarò debes ꝑtransire, quia sensum debilitant, & calorẽ naturalem valdè diminuũt: Sunt manifestè offendentes, & minuentes gustũ tentantibus ea, & sunt istæ:

Hyosciamus, Mandragora,
Gypsum, Cicuta,
G Sanguis draconis, Auellana,
Ferrugo, Sandali,
Spodium, Tamarindi.
Camphora,

¶ Istæ valdè infrigidant & extinguunt calorem, fluxus omnes citissimè amputant, omnem materiam

riam subitò inspissant, sperma, lac & sanguinē minuunt, & congelant, vnde appetitum veneris extinguunt, & imprægnationem prohibent, quia excessus frigiditatis, quæ est in eis, omnia hæc am putat: non vtaris eis in debilibus corporibus, & quorum calor minutus est, & non venias ad eas nisi vrgente necessitate.

De Medicinis frigidis in tertio cum humiditate, Cap. XIII.



VAE VERÒ sunt frigidæ in tertio cum humiditate, paucę inueniuntur per naturas, quia cum excellenti frigiditate aut caliditate excellēti nō remanet humiditas, vt vides in exterioribus, potes tamen excogitare compositiones multas secundum canonem tibi prædictum, & sunt istæ:

Portulaca,	Species eius,
Semperuiuum,	Mucilago psylij,
Vermicularis,	Fungi,
Flos papaueris albi,	Aqua mandragoræ.
Virga pastoris, &	

De Medicinis frigidis in quarto, Cap. XIIII.



RIGIDAE in quarto paucę sunt propter inexperientiam, quia difficile est experiri, eo quòd extinguunt calorem non solùm naturalem, sed accidentalem stupefaciendo, & sunt istæ:

Semen hyoscyami,	Papauer nigrum,
Antimonium,	Semen papaueris nigri,
Tuthia,	Opium.

¶ Ad istas medicinas cognoscendas pone summum studium, quia cum istis ars medicinæ tota se exercet, cum istis oportet reducere lapsum vltimum, & cum ipsis Medicus facit omnem operationem: cum ipsis enim ferè permutat omnes complexiones, digerit materias, abstergit, mundificat, aperit, opilat, mollificat, indurat, attrahit, repercutit, & omnia, quæ sunt necessaria, quasi in corpore humano operatur. Nota igitur omnem modum componendi eas, & omnem modum approximādi, & nota diuersas operationes earum. Nota etiam diuidere subtile à suo grosso per artificium: inuenies in eis omne, quod voles de calido, frigido, subtili & grosso, aspero & leni, & semper incipe experiri cum primis gradibus, nisi necessitas vrgeat te subitò agere & multum & magnum effectum, & aduna gradus inferiores cum superioribus, & minue maiores cum minoribus, & reduc eas ad quamuis magnitudinem, & partiuitatem. Ex his igitur dictis debes scire, cui operationi quælibet tabula deseruiat. |Sed etiam quilibet ignorans comprehendat proprias medicinas cuilibet operationi ad quamlibet virtutem tertiam & quartam, & generaliter ad omne opus ponam.

Quòd omnes Operationes, & virtutes reducuntur ad Calidum & Frigidum, Cap. XV.



NTE OMNIA scire debes, quòd virtutes debentur calido & frigido, quatenus scias reducere omnes virtutes, & operationes secūdas in primas: Scis namque, quòd caliditas per se calefacit, digerit, mundificat, aperit, abstergit, dissoluit congelata, mollificat & attenuat, resoluit & inuentum eleuat, consumit omnia cum vltimatur, adurit & incendit: Scis etiam, quòd frigus facit omnia contraria, frigefacit, congelat humores, stringit, inspissat, indurat & immobilitat, & si vltimetur, sopit & mortificat: & postquā scis hæc omnia, quod in hoc est fortius, & quod debilius, adscribe, quod mai⁹ est maiori gradui, & quod min⁹ est minori. Attende igitur canones particulares cuiuslibet virtutis, & operationis tabulam.

De Medicinis generantibus saniem, Cap. XVI.



ONVERSIO humoris in saniem, siue maturatio, fit à calore naturali nō simpliciter, sicut digestio, in nocitiuo. Quæcunque igitur sunt prohibentia putredinem, non competunt huic operationi, cuiusmodi sunt calida, & frigida in excessu: omnia enim hęc ꝓhibēt putredinē simpliciter, quęcūq; debilitant calorem naturalē nō sunt maturatiua, sed quæ sunt in caliditate minores caliditate naturali: calidæ verò fortes, vt valdè superent eam, non competunt. Competunt igitur huic operi, quæ sunt facile corruptibilia, sed illa, in quibus est humiditas corruptibilis citò, & habent caliditatem temperatam, vel aliquantulum maiorem caliditate membri: sunt igitur medicinæ temperatæ in calido, aut tendentes ad primum gradum cum humiditate accidentali, & sunt istæ:

Aqua tepida,	dix eius & semen,
Oleum dulce,	Omnes pinguedines,
Styrax liquidus,	Farina tritici cum oleo & aqua cocta,
Frumentum cum oleo pauco,	Viola,
Sudor hominis,	Butyrum,
Semen lini,	Frumentum cum aqua,
Stœchados,	Hydromel tepida,
Succus sambuci,	Saliua hominis ieiuni,
Malua,	Pinguedo porci,
Fœnugræcum,	Cæpę vtraq;,
Laudanum,	Panis porcinus cum oleo & aqua totius liquoris.
Anetum,	
Farina lini & oleum,	
Maluauiscus, radix eius & semen,	

¶ Quamuis hîc sint narratæ multæ medicinę, quæ sunt valdè calidæ & siccæ, quia ministrātur in aqua aut oleo, perdunt illos excessus, & reducūtur ad ꝑcepta canonis & intellige, quòd ista est dispositio medicinarū facientiū illud per se, & si inuenias alias facientes hoc, scito, quòd per accedens illud faciunt s. coadunādo calorē, vt frigida, qui cōfortatus postea digerit et maturat humorē. Quando igitur indigemus hac operatione, q̄ est maturatio, veni ad hanc tabulam, & si vis plures

ex his, adiuua te cum canone ſupra adducto & reuertere ad ſcriptas in primo gradu calidi, & inuenies quod voles.

De Medicinis mundificatiuis & abſterſiuis, Cap. XVII.

MVNDIFICATIO & abſterſio eſt virtus ſecũda, & eſt remotio & ſeparatio ſaniei humiditatis, vel humoris ſupra membra. Sciendum eſt, quòd huic operationi non cõpetit medicina ſtyptica, põtica, quia iſtæ quando obuiãt membro, ſtringunt ſordiciem ſupra membrum. Medicina autem quæ abſtergit, & mundificat, aut facit hoc, quia remouet humiditatem illam, & humorem illum, & ſordiciem, aut mundificat eum, & cum ſua nitroſitate abradit eum: vis igitur ſua eſt calida, & ſicca, vt vi ſua calida diſſoluat, & mundificet, vi ſua nitroſa abradat:

Helleborus albus,
Lupini,
Amygdalę ama.
Æs vſtum,
Sigillum Salomonis.
Maſtix,
Myrrha,
Iris,
Farina hordei,
Farina fabarum,
Agaricus,
Vitreolum,
Thus.
Ceruſa,
Mummia,
Pix liquida,
Tamariſcus,
Caſsia fiſtularis,
Eupatorium,
Orobus,
Pineæ,
Fumus terræ,
Porrum,
Se. atriplicis,
Frumentum,
Diptamus,
Vinum dulce,
Anetum,
Calamentum,
Stercora,
Raphanus,
Stœchas,
Phu,
Aloe hepaticum,
Spuma maris,
Coctanum,
Ru. tinctorum,
Praſsium,
Genera fellium,
Cucumer,
Sapa,
Lac mulierum,
Liquiritia,
Scordeon,
Tapſia,
Staphiſagria,
Genera virnarum,
Aloe ſuccotri.
Se. melonis,
Mel,
Tamariſcus,
Gentiana,
Aſpaltum.

¶ Generaliter ergo ea, in quibus eſt nitroſitas, & vis reſolutiua & mollificariua, hanc operationem faciunt per ſe. Si vis igitur attribuere alicui qualitatum primarum, dicas quòd calidum & ſic cum à primo vſque ad tertium per ſe faciunt hãc operationem, aliæ autem non niſi inquantum pars hæc inueniatur nitroſa, calida & ſicca, aut fortè per accidẽs, & cum iſtis adiuua te, ideò etiã aſpera fricatio cum rebus aſperis abſter[illegible]it, vnde etiam ſecundum hoc res ponticæ v[illegible]iè aſperæ dicuntur abſterſiuæ, dum tamen non ſit de ratione pontici, vel ſtyptici, vel frigidi mundificare vel abſtergere, niſi adiuti à calido: quæ tamen ſu nt in primo gradu, & ſunt abſterſiua leuia, quæ verò tranſeunt ſecundum, ſunt abſterſiua magis conſumendo humidum, & incidendo. Cùm igitur indiges hac operatione, veni ad hanc tabulam, & cũ vis te reducere ad primos gradus, reduc te ad gradum calidi, aut ad medicinas, in quibus eſt nitroſitas, aut ſalſedo, vel aſperitas pauca, ut vis reſolutiua aut mollitiua.

De Medicinis mollificatiuis, Cap. XVIII.

MOLLIFICATIO eſt operatio ſecunda, & non eſt intentio Medicorum, quòd ipſa ſit mollificatiua per ſubſtantiam, quia tũc optimum mollificatiuum eſſet aqua, ſed dicitur mollificatiua per virtutem ſuam, non adiungendo ſubſtantiam mollem, ſed agendo in rem, quam attingit virtute ſua, eſt ſicut ſubtilians, & diſtillans. Manifeſtum eſt igitur, quòd huiuſmodi operatio non eſt à frigido, quoniam frigidum indurat & ſtringit, & condenſat, & mollificare eſt contrarium huius. Manifeſtum quoque eſt, quòd res excellentis caliditatis non mollificat, ſed ſuperficiem reſoluendo indurat: hæc igitur operatio eſt calidi à primo vſque ad ſecundũ, ſcilicet quando res eſt bene indurata, & ſiccitas plus iuuat ad hoc, quàm humiditas, ſcilicet quia humiditas hebetat operationem calidi, ſcilicet penetrationem. Sunt igitur caliditas & ſiccitas maximè de primo, & ſi humiditas ſit valdè congelata, tranſeunt ad ſecundum & tertium: & ſemper intellige, quòd facit manifeſtè illud, quod eſt, & ſunt iſtæ:

Chamomilla,
Eupatorium,
Melilotum,
Armoniacum
Radix alteæ,
Olea antiqua, & calida,
Oleum de lilio,
Abſynthium,
Maſtix,
Opoponacum,
Galbanum,
Adeps caprinus, & aſininus,
Styrax liquidus,
Adeps por.
Bdellium,
Ficus & omnia ſimilia in antedicto canone.

¶ Quando igitur indiges hac operatione ſecunda, ad hanc tabulam veni: & ſi vis reducere ad primas qualitates, duc ad tabulã, in qua eſt ſiccitas plus, quàm humiditas, quia frigiditas inimicatur huic propoſito, & ſuperflua caliditas conſumit, & humiditas non ſic adiuuat.

De Medicinis aperientibus, Cap. XIX.

APERIRE eſt operatio ſecunda à primis ſtatim dependens, & eſt manifeſtum, quòd non eſt à frigido, nec à viſcoſo pontico, glutinoſo, igitur de neceſsitate à calore ſubtiliante, & diſſoluente materias, ſimiliter conſumente & penetrante. Sunt medicinę in quibus eſt acuitas, & virtus penetratiua, igitur calida & ſicca ſunt, ſecundum communem curſum in ſecundo, & quę ſunt in primo participant illud, ſed debiliter: & quę ſunt in tertio, participãt illud, ſed minus, niſi in magnis exceſsibus: nam ora venarum aperiunt, & aliquando nimis reſoluendo opilant, & ſunt iſtæ:

Capparis,
Vrtica,
Iris,
Sambucus,
Apium,
Scolopen,
Hyſopus,
Ariſtolochia,

Scœ-

Scœnatum,
Aſphodelus,
Gentiana,
Coſtus,
Fœniculum,
Peucedanum,
Amygdal.amaræ
Acorus,
Raphanus,
Cuſcuta,
Aſparagus,
Cinnamomum,
Aſarum,
Lacca,
Petroſelinum,
Abrotanum,
Caſsia,
Rubus,
Bruſcus,
Capil.venæ.

¶ Infinitatem de iſtis ſcies componere,& inuenire ex te habito canone,prę oculis naturę,& gradum faciẽtium illud : poſtquam igitur ſcis,quòd ſunt calida de fine primi vſq; ad principiũ ſecundi,ad gradus calidarum,te conuerte, cùm hæc operatio in morbis tua fuerit intentio.

De Medicinis fortius aperientibus, & orificia venarum dilatantibus, Cap.XX.

APERIENTIA verò fortiora,& dilatantia orificia venarum ſunt calida, & ſicca magis, & accedunt ad tertium gradum,nõ tamen ſunt aduſtiuę nec cauſticæ,& non eſt vtilitas earum,niſi in prouocãdo hęmorrhoides,& ſunt iſtæ :

Ciclamen,
Botrys,
Allium,
Cæpæ acutæ,
Oleum de auellanis,
Omne fel groſſum,
Oleum de lilio,
Fel tauri,
Aloe,
Fęx luti,
Fæx oleorum,
Oleum petroleum.

¶ Et generaliter calidæ & ſiccæ cum mordicatione cogũt ora venarum aperire. Nota igitur generaliter,quòd medicina calida eſt aperitiua, ſed ſi ſit in primo gradu eſt debilis, & non aperit,niſi poros extrinſecos, & cutem rarificat, ſicut camomillæ,& melilotũ : ſi autẽ perueniat ad ſecũdum gradum aperit interius,& cõſumit humores opilantes, & ſi perueniat vltra, ora venarum aperit: cõuerte igitur te ad gradus calidarũ medicinarũ.

De Medicinis corroſiuis & cauſticis, Cap. XXI.

CORROSIVAE,vlceratiuę,vſtiuæ,ſeu cauſticæ medicinæ omnes ſunt calidæ multum,ſed differunt ſecundum maius & minus in ſubtilitate ſubſtantiæ atq; groſsitie. Nam corroſiuæ ſunt ſubtilioris ſubſtantiæ,& minoris caliditatis, quæ debet agere in carnem putridam,quæ eſt facilis incendij: ſed vlceratiua eſt calidior, & ſiccior, quia debet rumpere cutem, q̃ eſt durior carne. Vltima verò eſt in fine caliditatis & ſiccitatis cũ groſſa ſubſtantia,nam caliditas magna vrit,& ſiccat, & cũ groſsitie ſubſtantię facit morã,vnde vrit,vt carbo:corroſiuæ ſunt iſtæ:

Æs vſtum,
Salgemmæ,
Pyrethrum,
Os ſepiæ,
Flos æris,
Ceruſa,
Auripigmentum,
Tuthia,
Tartarus,
Alumen,
Vitreolum.

¶ Si autem vis plures ex iſtis, vade ad tabulã caliditatis & ſiccitatis tertij,& quarti grad⁹,quoniam illi gradus conueniunt huic operationi, & iſtas medicinas inuenies in eis, & ſi qua ſit hîc, q̃ non ſit illic,intelligatur,& econuerſo: & iſtæ ſunt fortiores operationes ſecũdæ,quæ fiunt à calido, & vſus iſtarum eſt in chirurgia, plus quàm alibi.

De Medicinis extrahentibus,ſiue attrahentibus, Cap.XXII.



EXTRACTIO etiam eſt operatio ſecunda,& immediatè veniens à primis: & manifeſtum eſt quòd à frigido non fit,igitur de neceſsitate à calido,ipſa enim debet eſſe contraria repercuſsiuis,iſtę de neceſsitate ſunt calidæ acutæ,& ſunt iſtæ :

Serapinum,
Aſſa fœtida,
Magnes,
Maiorana,
Diptamus,
Apium,
Stercus columbi & aliorum animalium,
Pyrethrum,
Sulphur,
Petroleum,
Tapſia,
Armoniacum,
Lolium,
Ariſtolochia,
Radix cannæ,
Ciclamen.

¶ Vt te expediã,quæ ſunt calida in primo gradu,vel ſecundo,vel alio, illa ſunt fortioris vel debilioris attractionis, niſi aliqua illarum attrahat propter vacuum,ſicut ſpongia & ventoſa,aut ꝑpter formam ſpecificam : nam Magnes plus extrahit ferrum de humano corpore quàm piper, & tamẽ eſt minoris caliditatis quàm piper. Cùm iſtis fiunt multa iuuamenta ad extrahendum humores,venena,ſpinas, ferrum infixum, & ad impinguandum membrum, & colorãdum, & rubificandum, & ad diuertendum, & ſi vis plures ex iſtis,vade ad canonem,& ad gradus primos,quia nos nõ nominamus omnes,ſed conſuetas ab autoribus : quàre adiuua te cũ canone & induſtria naturali ,& vbi in gradu inuenis vnam iſtarum, potes multas circunſtantias colligere.

De Medicinis generantibus carnem, Cap.XXIII.



ADIVVANTIA ad generationem carnis in vulnere ſunt medicinæ cõfortantes calorem naturalem, & adiuuãtes,quoniã ipſe eſt qui generat, & iam prohibentes ſuperfluitates, & abſtergentes,& mundificantes. Sunt igitur calidæ temperatæ,vel ad primum gradum inclinãtes,& ſiccæ. Calida abſterſiua caliditate adiuuant calorem naturalẽ,ſicca cõſumunt,& prohibent ſuperfluitates, & abſtergũt, & ſi carẽt mordicatione, melius eſt,quia mordicatio trahit humorem ad locũ, & huiuſmodi contrariũ noſtra intentio debet eſſe : calida igitur debet eſſe cum virtute abſterſiua ſine mordicatione : & ſunt iſtæ :

Thus,
Iris,
Lethargyrum,
Semen atriplicis,
Aloe,
Orobus,
Ceruſa,
Plumbum,
Mel,
Arnogloſſa,
Aſpaltum,
Oryza,
Simphitum,
Cinis tamariſci.

¶ Generaliter probibẽtia putredinem,ſiccantia ſuperfluitates,non mordicantia, ſunt generatiua carnis: & ſi aliquæ ex his medicinis inueniãtur frigidę contra canonem,non mireris,quoniã facit hoc,niſi quia ſicca aut prohibẽs putredinẽ,

canon autem intelligit completè iuuantia.

De Medicinis attenuatiuis, Cap. XXIIII.

ATTENVATIO est etiá de secundis operationibus calidi, qua indigemus multipliciter in intentionibus morborum, imò plerunq; est intentio nostra: attenuant igitur, quæ sua caliditate & subtilitate substantiæ separant partes rei, in quas agunt, & suo calore ad naturam vaporum couertunt, præcipuè in humano corpore. Sunt igitur calida, & sicca, in quib. est subtilitas de secũdo, & sunt ista:

Asphodelus, Grana citri,
Cuscuta, Nitrum,
Abrotanum, Semen vrticæ,
Aristolochia, Sambucus,
Fæx aceti, Scolopendria,
Narciscus, Stercus muris,
Pineæ, Tapsia,
Cicuta, Cinnamomum,
Caricæ, Pæonia,
Fæx vini, Pix liquida,
Mastix, Hysopus,
Ruta, Armoniacum,
Sauina, Oleum balsami,
Stœchas, Cypressus,
Semen lini, Chamædrys,
Terebinthina, Mentastrum,
Vua passa, Plumbum,
Calamentum, Chamępitys,
Petroleum, Capparis,
Iris, Truca & semen eius,
Euphorbium, Sulphur,
Ameos, Gentiana,
Assa fœtida, Pinguedo leonis,
Agnuscastus, Xilobalsamus,
Amomum, Serapinum,
Galbanum, Siesamum,
Opoponacum, Stercus bouis,
Pix naualis, Vitreolum,
Camomilla, Coriandrum,
Eupatorium, Pulicaria,
Fœnugręcum, Zingiber.

¶ Quando in morbis se indicauerit hęc intentio, conuerte te ad tabulam hác, & secundum discretioné tuam elige, quod volueris leue aut forte, & quando vis cognoscere illud, reuertere ad illos gradus, & videbis si est in magno gradu, aut paruo: modos autẽ appropinquandi medicinas ad corpus scire debes, quia sunt multi.

De Medicinis incidentibus, Cap. XXV.

INCISIO est etiam operatio virtutis secundæ, à prima veniens, quæ est calida, & frequẽter est eius intentio in morbis, & finis à nobis plurimum intentus. Facit autem incisionem medicina calida, sed non omnis, sed quæ subtilitatem habet multam, & penetrationem igneam: ipsa enim, quãdo obuiat rebus, incidit & penetrat per ipsas, & caliditas vadit dissoluendo, & disgregando rem cum ista substãtia subtili penetrante, & sunt istæ:

Squilla, Scordeon,
A Eupatorium, Cæpe,
Cyperus, Species salis,
Chamedrys, Ius cicerum,
Chamæpitys, Ius lentium,
Piper nigrum, Ius hordei,
Ruta, Acetum, & alia subtilia
Nitrum, acetosa.
Mel,

¶ Si aduertis ad canonem, & ad dispositioné, quá exigit ista operatio, inuenies in prima tabula B de primis mirabilem copiam harum medicinarum, quoniam sunt habẽtes partem igneam subtilem & acutam, quæ statim penetrant intra res, & perforant continuitatem earum, & non mireris, si aliqua frigida numerátur hîc, quod videtur dictum contra canonem, quia in illis frigidis est pars ista acuta ignea, sicut in aceto & similibus.

De Medicinis rarificantibus & diaphoreticis, Cap. XXVI.

C RARIFICATIO & diaphoresis sunt operationes etiam virtutis secundæ à prima veniẽtes, quę est caliditas. Rarificãtes sunt medicinę calidę primi gradus, cum subtilitate & apertione cutis, & pororum: sed diaphoreticæ sunt, quæ virtute suæ caliditatis per poros apertos humores in fumũ extenuatos euaporare faciunt: vnde diaphoreticæ sunt aliquantulum rarificantibus fortiores in caliditate, & perueniunt ad secundum gradum calidi cum siccitate. Rarificantes sunt istæ:

D Oleum vetus, Abrotanum,
Assafœtida, Vitreolum,
Melilotus, Rosmarinus,
Camomilla, Costus,
Absynthium, Anisum,
Radix sambuci, Fœnugræcum,
Ruta agrestis, Farina hordei.
Althea,

E *Medicinæ diaphoreticæ sunt istæ:*

Ruta, Mentastrum,
Pyrethrum, Mel,
Pix vtraq;, Cæpe,
Galbanum, Raphanus,
Brionia, Furfur,
Sal, Balaustia,
Ficus siccæ, Stercus,
Prasium, Petroselinum,
Armoniacum, Abrotanum,
F Semen vrticæ, Agaricus,
Sauina, Radix marathri.

¶ Quando vocat te indicatio morbi ad hanc intentioné, veni ad hanc tabulam, & quando nõ sufficit tibi, quod hîc est, attende secũdum quam naturam istæ medicinę operantur, & qua de causa, & reuertere in primas virtutes & gradus calidarum, & inde assume, quod vis: quia multę medicinę deseruiũt huic operationi, imò vna deseruit plerunq; ambob⁹, quia sũt operi satis affinia.

G *De Medicinis mitigantibus dolorem, Cap. XXVII.*

MEDICINA mitigatiua dolorum secũdum virtutem nõ vult esse styptica, nec frigida, quoniam quando ista obuiant mem-

membro stringunt & claudunt ventositatem, & portant intra locum, & dolor augetur: igitur vult esse calida, rarificatiua, diaphoretica, sed nô vult habere mordicationem, ne trahat materias ad locum, nisi fortè euacuato corpore, & sunt istæ:

Hermodactyli, Pinguedines cal.
Ruta, Nasturtium,
Thus, Stercus columbi,
Carui, Oleum de nucibus,
Pyrethrum, Opopanacum,
Sinapi, Ceræ folium,
Assa fœtida, Leuisticum,
Serapinum, Maiorana,
Olea, Petroselinum,
Nigella, Euphorbium,
Carpobalsam. Furfur,
Xilobalsam. Castoreum,
Petroleum, Galbanum, & alia similia.
Sambucus,
Althea,

De Medicinis mordicatiuis, Cap. XXVIII.

MEDICINA mordicatiua est operatio secunda à caliditate proueniens, & non omnis quidem mordicatio, sed illa, quę salsedinem, vel acutam partem, & igneam penetrâtem, & vrentem intra substantiam membri immittit. Medicinæ hoc facientes, sunt istæ:

Porrum, Pyrethrum,
Sal, Cucumer agrestis,
Arsenicum, Cantharides,
Cæpe, Piper,
Omnes species salis, Helleborus.

Et infinita quæ inuenies in tertio gradu, & in quarto gradu caliditatis. Isthæc sunt virtutes & operationes secundæ, quæ eueniunt à caliditate non absolutè, sed vt est maior gradus, aut minor, aut est cum grossa substantia, aut subtili, aut generaliter, vt est habens aliquam differentiam in caliditate ab aliis, vnde semper ad operationem secundam vna est melior, quàm altera, & ego dixi tibi regulam illarum, quæ sunt verè congruæ illi operationi.

MODO verò volo dicere operationes secundas, & virtutes, quæ sunt in medicinis à frigido. Iam autê dixi, quòd frigidum generaliter inspissat, & constringit, & repercutit, immobilitat, & mortificat.

De Medicinis indurantibus, Cap. XXIX.

INDVRATIVA ergo medicina contraria est mollificatiuæ: cùm igitur illa calida esset sicut rarefactiua pororum, ista est frigida & constrictiua pororũ: quâdo enim obuiat corpori, stringit poros paruos, & claudit, vnde corpꝰ indurat. Est ergo frigida & humida, & quę est maximè induratiua, est frigida & sicca sine omni mordicatione, & prouocatione: ipsa enim stringit poros magnos, vnde valdè est induratiua, & sunt ista:

Psyllium, Mandragora,
Solatrum, Lenticula aquæ,
Semperuiuum, Tribulus,
Hyosciamus, Papauer.
Portulaca,

A ¶ Et generaliter frigida, & sicca sine mordicatione, & frigida & humida, si vis fortiora, sume frigida & sicca.

De Medicinis repercussiuis, Cap. XXX.

REPERCVSSIVA est contraria attractiuæ: Si igitur attractiuam oportet esse calidam & subtilem, & penetrantê, & prouocantem: repercussiuã oportet esse frigidam & stypticam, corrugâtem membra B sine omni mordicatione, & medicinæ, quæ faciũt hoc, sunt istæ:

Thymelea, Solatrum,
Rosa, Papauer,
Barba Iouis, Memithæ,
Gallæ, Semperuiuum,
Lilium, Hypocistis,
Glandes, Acatia,
Hyosciamus, Balaustia, & generaliter frigida & sicca sine mordicatione.
Myrtus,
C Plumbum,

De Medicinis opilatiuis, Cap. XXXI.

OPILATIVA est côtraria aperitiuę: si igitur illa erat calida, subtilis, penetrans & incidês, mordicans & dissoluens: ista erit frigida, grossa, viscosa, nec penetrans, sicut sunt istæ:

Panis azymus, grossi,
Amidum, Pinguedo,
D Dactyli, & omnes cibi Caseus, & similia.

¶ Quædam opilant constringendo, vt frigida.
¶ Quædã implendo foramina, vt grossa viscosa.
¶ Quædam resoluendo, vt summè calida. Dicitur autê opilatiua medicina, habens dispositionem dictã, & conditiones in complexione frigida, in substantia viscosa, adhærens, non habens mordicationem.

De Medicinis constrictiuis, Cap. XXXII.

E CONSTRICTIVA medicina est in gradu secundo, aut vltrà, si recês, frigida est & sicca, pontica vel styptica, quia humiditas non adiuuat ad hæc: illa vero, quę est frigida cum humiditate est vera induratiua: frigida verò cum stypticitate & siccitate est veriùs restrictiua. Valêt autem ad restringêdum sanguinem, & fluxum ventris, menstrua & hęmorrhoides, cuiusmodi sunt istæ:

F Balaustia, Gallæ,
Ferrugo, Sanguis columbę,
Corallus albus, Cinis cornu vaccini,
Terra sigillata, Plantago,
Carabę, Gummi arabicum,
Tuthia, Argilla,
Hiacinthus, Attramentum vstum,
Pentaphilon, Hypocistis,
Stercus asini, Alumen,
Lapis hematites, Virga pastoris,
Dragagantum, Acatia,
G Gypsum, Sumach,
Antimonium, Sanguis vaccę,
Poma cypressi, Pili leporis vsti,
Cinis aromatum, Succus salicis,
Mummia, Faba,
Myrtus, Vitrum vstum,

Thus etiam constringit consolidando carnem & reparando.

Constringentia ventrem sunt ista:

Cydonia, Corna, Sorba, Gallæ, Hypocistis, Mastix, Mora celsi immatura, Myrtilli, Menta cum aceto, Acatia, Rosa, Alumen, Sanguis draconis, Balaustia, Coagulum leporis, Folia cypresi, Lythargirum, Milium, Sumach, Spodium, Berberis, Caules, Pira immatura, Mala pontica, Bolus armena, Testa dactylorum, Lac asinæ, Amidum, Corallus, Plantago, Locusta marina, Lac caprinum, Dragagantum, Caseus, Hepata animalium cocta in aceto, Terra sigillata, Faba, Semẽ papaueris nigri.

¶ Istæ sunt Medicinæ per se stringentes fluxũ vētris, ad quas tu debes venire, cùm intentio tua venerit in morbis istis. Quędam autem constringunt secundum aliam viam, & diuersam, scilicet confortando digestionem, vt cubebę, garyophylli, & alia aromatica. Quædam diuertendo, vt vomitus, balneum, fricatio, & secundum alias vias, sed tamen scire debes, nos scribere eas, quę per se faciunt opus, alij autem modi remanent in cognitione nostra. Si vis igitur plures de istis, ad frigida styptica, & pontica te conuerte, quia ista tabula multiplicatur ex istis, & si tu vis facere ingenia dicta, multa sunt sine numero.

De Medicinis cicatrisantibus, Cap. XXXIII.

CICATRISATIO est consolidatio & induratio cutis: fit igitur hęc operatio magis à frigido, quàm à calido, & à sicco magis, quàm ab humido. Veritas est ergo, quòd medicina cicatrisatiua est valde sicca cum frigiditate, sine mordicatione, & est sicca de secundo ad tertium cum frigiditate, ipsa enim debet carnem indurare, postquam æquata & generata est in cute, quæ est solidior carne, & sunt istæ medicinæ:

Aloes lota, Gummi frigidum & siccum, Alumen, Gallæ, Balaustia, Æs vstum, Lythargirum, Spodium, Condisium, Plumbum vstum, Cadmia.

De Medicinis coagulatiuis, Cap. XXXIIII.

COAGVLATIO est magis operatio à frigido proueniens, quàm à calido: nam medicinę conglutinatiuę sua viscositate, & tenacitate, vel stypticitate sua, vel ponticitate conglutinant, & hęc sunt per frigidum & siccum, vel per frigidum & humidum grossum. Sunt istæ medicinæ:

Gypsum, Albumen oui, Cortex thu. Myrtus,

A Bdellium, Lythargirum, Balaustia, Serpentaria, Sanguis draconis, Folia cypresi, Sarcocolla, Aspaltum, Amidum, Lolium, B Grana quercus, Tegula vsta, Simphi. distemperatũ, Pili leporis vsti, Fabæ, Bolus armena, Aloes, Filtrum vstum, Mucilago. Alcogeneitas, manans à rebus quæ vruntur.

De Medicinis stupefactiuis, Cap. XXXV.

STVPEFACTIO est operatio proueniens à frigiditate, & ipsa est ablatio sensus, & mortificatio, & non fit, nisi à medicinis, quæ etiam sunt in excessu frigidæ. Non debes vti eis, nisi coactus valde, & maius iuuamentum ipsarum est in sedando dolores, & inflammationes, & secũda vtilitas est in C constringendo fluxum, & prouocãdo somnum, & sunt istæ:

Lentigo aquæ, Papauer nigrum, Piscis viuus qui dicitur Torpedo, Hyosciamus, Aqua solatri, Retentio diuturna in aqua frigida, Semperuiuum, Portulaca, Lactuca, Psyllium.

¶ Generaliter frigida in vltimo, de tertio ad quartum gradum. Nunquam vtaris eis solis, sed D semper cum emendantibus malitiam illarum, & magis competit vsus ipsarum in calidis passionibus & calidis ætatibus & naturis: in frigidis verò nunquam, senibus & debilibus, & in mulieribus maximè sunt periculosę.

De Medicinis prouocantibus somnum, Cap. XXXVI.

QVAE prouocãt somnum maximè secundum veritatem sunt frigida, cum E suauitate blandientia cerebrũ, facientia sanguinem & humorem declinare ad frigiditatem, & humiditatem, sunt tales:

Nenuphar. Rosa, Salices, Solatrum, Viola, Semperuiuum, Mandragora, Semen papaueris albi, Cucurbita, Opium, Lactuca, Hyosciamus.

F ¶ Generaliter frigida & humida mitigãtia dolorem vel stupefaciendo, vel verè mitigando: vt camomilla, anetum, & omnia alterãtia complexionem, alia autem remedia non sunt. Istæ sunt virtutes & operationes secundæ, quæ proueniũt ex prima, quæ est frigiditas, & nullam operationem secundam, aut virtutem, quam cogitare potes, inuenies, cui, si aduertis ad id quod dictũ est, non potes facere tabulam & regulam, & numerũ infinitum medicinarum, & experimentorum, & G omnis medicina, quæ est hîc posita in tabula aliqua, est certificata à Serapione, & ab Auicenna & ab aliis auctoribus. Habes igitur medicinas omnes certas & experimentatas, & vides causam & rationabilitatem omnium operationum secũdarum, & scis quare dicuntur secundæ, quia immediatè certificantur per primas.

De

De Medicinis lenitiuis, Cap. XXXVII.

LENITIVAE verò medicinæ dicuntur rectè appropriatæ, nec calidæ, nec frigidæ, sed aut temperatæ sunt in calido & frigido, aut declinantes sunt ad primum gradum caliditatis, aut frigiditatis: à prima inest illis humiditas, cum viscositate: nam magnus calor exasperat resoluendo, & magnum frigus exasperat congelando, & induratio cum siccitate est radix asperitatis. Medicina igitur lenitiua est humida & temperata in calore & frigore, & non est in ea acuitas sensibilis, sed viscositas & suauitas, & sunt istæ:

Cassia fistula,
Violæ,
Malua,
Lapathum acutum,
Pineæ,
Iuiubæ,
Aqua hordei,
Oleum dulce,
Pinguedines,
Amidum,
Dragagantum.
Penidiæ,
Semen cydoniorum,
Liquiritia,
Borrago,
Psyllium,
Mercurialis,
Bleta,
Saccharum,
Gummi arabicum,
Vinum dulce: & similia.

De tertiis virtutibus Medicinarum, quæ ad secundas, & ad primas reducuntur. Cap. XXXVIII.

POSTQVAM audiuisti virtutes primas, vidisti naturam illarum medicinarum, & intellexisti canonem, docentem te reducere secundas ad primas, & sciuisti, quòd istæ multiplicantur ex illis: modò volo dicere virtutes tertias, & describere regulam tibi, per quam tu scies, ipsas reducere ad secundas, & tàdem ad primas, & scribo tibi tabulam de eis, ad quas venies, cùm iudicabitur tibi illa operatio. Scito igitur, quòd istæ virtutes ideò dicuntur tertiæ, quia ad primas immediatè non reducuntur, sed ad secundas, & illis mediantibus ad primas. Istę igitur tabulę harum virtutum trahentur de tabulis secundarum, & multiplicãtur ex eis.

De Medicinis lapidem frangentibus, Cap. XXXIX.

FRANGERE lapidem est operatio virtutis tertiæ, & nõ reducitur immediatè ad calidũ, aut ad frigidum, sed ad secundam virtutem, quę est attenuatio, incisio, & dissolutio. Est igitur à medicinis penetratiuis, incisiuis, & dissolutiuis. Frigida medicina non competit in hoc loco, quia indurat, stringit, & custodit lapidẽ: calida medicina valde competit, quia superfluè & inæqualiter resoluẽdo indurat lapidem. Competit igitur de secundis virtutibus, quæ sunt penetratiuę, incisiuę, & ex primis, quæ sunt calidæ & siccæ sine stypticitate, vsque ad secundum. Ista igitur trahũtur, & multiplicantur ex dictis suprà, & medicinæ, quæ hoc faciunt, sunt istæ:

Succus tamen limonũ & eorum aqua destillata multũ valet in hoc.

Saxifragia,
Sisymbrium,
Bdellium,
Lignum ebuli,
Nitrum,
Squilla,
A Balsamus,
Polium,
Sanguis hirci,
Puluis cicutæ,
Petroselinum,
Asparagus,
Squinantum,
Hysopus,
Cyperus,
Ameos,
B Fistici,
Nigella,
Abrotanum,
Lupinus,
Puluis vitri,
Nitrum vstum,
Marathrum,
Iris,
Amygdalæ amaræ,
Tribulus,
Scolopendria,
Ius cicerum,
Radix pœoniæ,
Milium solis,
Baccæ lauri,
Acetum squillę,
Radix lupini,
Iuniperus,
Scordeon.

De Medicinis prouocantibus vrinam, Cap. XL.

C PROVOCARE vrinam est operatio tertiæ virtutis, & secundum virtutem non dicitur prouocatiua vrinæ, quę auget aquositatem, & addit substantiæ aquositatis, quia ista non agit per virtutem, sed per quantitatem, sed dicitur verè prouocatiua vrinę, quæ dissoluit humores grossos, & aperit meatus, & ad loca renũ materias subtiliatas & dissolutas trahit. Competunt igitur operi de secundis virtutibus dissoluentia, attenuantia, aperientia, penetrãtia, & attrahentia, & de primis calida & sicca in secundo, D & hæc tabula multiplicatur ex illis, & sunt istæ:

Petroselinum,
Apium,
Fœniculum,
Squinantum,
Iuniperus,
Capillus veneris,
Leuisticum,
Anisum,
Pulicaria,
E Cerefolium,
Cæpe, Spica,
Fumus terræ,
Ceterach,
Amygd. amaræ,
Carui,
Asparagus,
Bruscus,
Asarum,
Crethamus,
F Tapsia,
Cicadæ,
Acorus,
Calamintha,
Amomum,
Allium,
Nasturtium,
Cubebæ,
Cyperus,
Polium,
Asphodelus,
Meu,
Eupatorium,
Ameos,
Daucus,
Anetum,
Betonica,
Adiantum,
Nigella,
Hypericon,
Porrum,
Cicera rubea,
Aristolochia,
Cantharides,
Folium,
Costus,
Thymus,
Sauina,
Xilocassia,
Lapis lyncis,
Vespæ,
Marathrum,
Seseli
Cuscutæ,
Apes vstæ,
Politrichum,
Abrotanum,
Peucedanum,
Pentaphyllum.

G ¶ Et generaliter omnes medicinæ, narratæ in tabulis iam dictis, cõstituunt, & augent hanc tabulam: recurre igitur ad eas: quædam autẽ frigida habent partem diureticorum, vt scariola, cucumer: & similia.

Et si. communia frigida maiora & minora dicuntur diuretica.

De Medicinis prouocantibus menstrua, Cap. XLI.

PROVOCARE menstrua est opus tertiæ virtutis, & manifestũ est, quòd huic operi competit de secundis operationibus seu virtutibus medicina dissolutiua, & subtiliatiua, & similiter aperitiua, & attractiua materierum ad loca illa, & similiter aperitiua orificiorum venarum, & de primis virtutibus competũt calida & sicca vsq; ad tertium gradum. Prouocantes vrinam, frangentes lapidem, prouocantes menstrua, & prouocantes hęmorrhoides sunt ferè eędem, & etiam eisdem virtutibus secundis, & primis, & sunt istæ:

Laudanum,	Trifolium,
Styrax calamita,	Pulegium,
Absynthium,	Viticella,
Agaricus,	Nigella,
Fæx olei,	Iris,
Cinnamomum,	Leuisticum,
Petroleum,	Baucia,
Xilobalsamum,	Abrotanum,
Serapinum,	Petroselinum,
Chamæpitys,	Phu,
Agnuscastus,	Rubea,
Apium,	Acorus,
Allium,	Calamus aromaticus,
Serpillum,	Pœonia,
Eupatorium,	Nasturtium,
Prassium,	Squinantum,
Amomum,	Marrubium,
Calamintha,	Seseli,
Daucus,	Amygdalæ amaræ,
Chamedris,	Gentiana,
Ameos,	Xilocassia,
Helleborus vterq;,	Hypericon,
Camomilla,	Opoponacum,
Spina solis,	Origanum,
Fœnugræcum,	Spica vtraq;,
Costus,	Farina lupinorum,
Diptamus,	Aristolochia,
Centaureum,	Polium,
Marathrum,	Mentastrum,
Asphodelus,	Armoniacum,
Sauina,	Asarum,
Thymus,	Maiorana,
Ruta,	Castoreum,
Carpobalsamus,	Condisi.
Assa fœtida,	Arthemisia,
Anisum,	Ciclamen,
Iuniperus,	Cicuta.

De Medicinis prouocantibus hæmorrhoides, Cap. XLII.

MEDICINAE quę prouocant hęmorrhoides, sunt in secundis qualitatib⁹ appropriatè fortes: vt aperientes ora venarum, attractiuæ, dissolutiuæ, & subtiliatiuę humorum, & in primis virtutibus sunt calida, & sicca in magno gradu, & vniuntur in tertiis virtutibus cũ prouocantibus menstrua. Hæc ergo tabula colligitur notabiliter ex dictis tabulis, & sunt istæ:

Alleluia,	Radix iuæ,
Rubea maior,	Nigella,
Squilla,	Cortex rad. fraxini,
Os sepiæ,	Arsenicum,
Menta,	Euphorbium,
Vitreolum,	Millefolium,
Oleum radicis celsi.	Gentiana,
Gith,	Buglossa,
Cyperus,	Fel tauri,
Spergula,	Centaureum,
Cępa persica,	Ciclamen,
Pyrethrum,	Oleum pulicariæ.

De Medicinis retinentibus hæmorrhoides, Cap. XLIII.

MEDICINAE retinentes hęmorrhoides his contrarię sunt de secundis virtutibus indurantes, & ingrossantes humores, & repercutientes, oppilantes, & nihil mordicantes, & in primis virtutibus sunt stypticæ, frigidę & siccæ, aut debiles in caliditate, & sunt siccæ in secundo, sunt etiã viscosæ sine mordicatione, sicut illę, quę sequũtur:

Verbena,	Glans,
Myrtus,	Hedera,
Thus,	Sorba,
Mastix,	Sigillum sanctę Marię,
Bolus,	Acatia,
Corallus,	Gummi,
Sanguinaria,	Plantago,
Rosa,	Balaustia,
Poma cypressi,	Gypsum,
Aranaxia,	Chameleon,
Psidia,	Mespila,
Galla,	Sigillum Salomonis,
Sanguis draconis,	Poma syluestria.

De Medicinis generantibus lac, & coitum iuuantibus, Cap. XLIIII.

GENERANTIA lac mulierũ, & coitum iuuantia sunt digestionem adiuuantia, sanguinem multiplicantia: nõ igitur sunt frigida, quia sanguinẽ congelant, & indurant, & minorant, similiter digestiuam debilitãt, nec similiter sunt calida multum, quia talia sanguinem corrumpunt, destruunt, & adurunt: sunt igitur declinantia ad caliditatem, cum humiditate, & sunt cibi omnes bene & multum nutrientes, & bene digestibiles. De medicinis adiuuantibus lac sunt istæ:

Semen aneti,	Ficus,
Anisum,	Dactyli,
Marathrum,	Castaneæ,
Eruca,	Cerebella,
Fabæ,	Ryzum,
Cicer,	Lingua auis,
Vitella ouorum,	Galanga,
Ius carnium,	Cœpæ,
Genera lactis,	Costum dulce,
Vinum dulce,	Zingiber conditum,
Grana vlmi,	Vbera ouis, & caput.
Vuæ,	Semen papaueris.

Adiuuantia coitum:

Oua auium,	Asparagus,
Auellana,	Secacul,
Baucia,	Phaseoli,
Piper longum,	Piper,

Testiculi vituli & porci,
Lactuca nouella,
Cicer,
Pineæ,
Grana vlmi,
Satyrion,
Porrum,
Nux indica.

Piscis nominatus multorum pedum, & generaliter augentia sanguinem, adiuuantia digestionem, non habētia excessum frigiditatis, nec caliditatis, sed declinātia ad caliditatē & humiditatē.

De Medicinis minuentibus lac, & coitum, Cap. XLV.


AVFERENTIA verò mulierum lac & coitū, sunt contraria supradictis: sic in excessu calida aut frigida: omnia enim ista amputant libidinem, impregnationem prohibent, lac minuunt, & menstrua, & sunt ista:

Agnuscastus,
Ruta,
Saluia,
Calamintha,
Allium,
Cicuta,
Semperuiuum,
Cucurbita,
Lactuca,
Camphora,
Portulaca, & generaliter soluentia, salsa.

Prouocantia menstrua, & si vis multiplicare ea, ex illis facies.

De Medicinis mundificantibus pectus, Cap. XLVI.


MVNDIFICANTIA verò pectus sunt in secundis virtutibus aperitiua, incisiua, siue attenuātia humorem. In primis sunt calida cum substantia subtili, & accedūt ad secundū gradū caliditatis & siccitatis vel cū pauca humiditate, & sunt istæ:

Pineæ,
Butyrum,
Saccharum,
Mel,
Iris,
Daucus,
Hysopus,
Porrum,
Prassium,
Castoreum,
Calamintha,
Sulphur,
Squilla,
Chamomilla,
Liquiritia,
Vrtica,
Ficus,
Seseli,
Enula,
Amygd.
Origanum,
Nasturtium,
Aristolochia,

¶ Si vis multiplicare hāc tabulā, reuertere ad tabulā virtutū secundarum aperitiuarum, abstergentiū, incidentiū, aut vide tabulam primarum, in quibus est caliditas & siccit. s in primo, si res leuis, aut in secundo, si res fortior est, imò ad tertium, & sic medicamina valde abundant ex illis tabulis, & multiplicantur sine numero.

De Medicinis vermes necantibus, Cap. XLVII.


NECANTIA lumbricos sunt priuata dulcedine, viscositate & suauitate: sunt igitur de secundis qualitatib. abstergētes, acutę, incidentes, & de primis sunt cal. & siccę, aut generaliter sunt, in quib. est salsedo, aut amaritudo, aut acuitas, aut acetositas fortis: ista .n. omninò interficiūt vermes, sicut sunt

Farina lupinorum,
Polium, Ruta,
Nigella, Species salis
Aristolochiæ radix,
Mentha, Carui,
Petroleum,

A Myrtus,
Cortex granati cessi,
Fraxinus,
Sambucus,
Thymus,
Absynthium.
Centaureum,
Gramen,
Folia persici,
Mentastrum,
Ameos,
Origanum,
Abrotanum,

¶ Et si vis multiplicare, respice rubricam datam.

De Medicinis pediculos prohibentibus, Cap. XLVIII.

B


QVAE prohibent à pediculis sunt multorum modorum: quædam enim directè, quædam indirectè iuuant. Indirectè quæcunque procurant bonam digestionē in toto corpore & subtiliant sanguinē, aperiunt corpus, & transpirabile faciunt: pediculi enim non generantur, nisi ex indigestione, & vapore grosso & sordido corpori adhærente. Directè verò iuuant, quæ necant eos, & sunt medi- C cinæ abstersiuæ & mundificatiuæ cutis, & similia, & sunt istæ:

Balnea salsa,
Argentum viuum,
Absynthium,
Staphisagria,
Arsenicum,
Pix liquida,
Oleum amarum, & similia,

¶ Decoctiones, & balneationes aquarum ex rebus amaris, acetosis, salsis, & acutis: omnia enim habentia saporem in excessu exterminant eos D propter horrorem, & dicitur quòd oleum omnibus inimicatur ad mortem, & eos interficit.

De Medicinis veneno succurrentibus, Cap. XLIX.


MEDICINAE quæ succurrunt veneno sunt attractiuæ ipsius ad extra, propter vim attractiuam vacui, vel caloris, vel formæ specificæ: aut sunt contrariæ veneno in qualitate, & ideò dant corpori qualitatem, per quam resistit veneno: aut sunt confor- E tantes membra principalia aut corpus in tātum, quòd natura vincit venenum: & secundum hæc tabula potest multum multiplicari, & sunt istæ quæ sequuntur:

Calamintha,
Succus caulium,
Orobus,
Fistici,
Carduus benedictus,
Balsamus,
F Nasturtium,
Ruta,
Diptamus,
Herba paralyseos,
Scordeon,
Enula,
Pix liquida,
Sal,
Hypericon,
Ciclamen,
G Euphorbium,
Doronicum, Acetum,
Sang. leporis,
Allium,
Porrum, Nuces,
Oculus Christi,
Testiculi vrsi,
Mentha,
Gentiana,
Pœonia,
Aristologiæ radix,
Asparagi radix,
Semen eius,
Lac asinæ,
Vrina puerorum,
Testiculi asini siccati & bulliti, Theriaca,
Tyrus,
Tapsus barbatus,
Saluia,
Castoreum, & omnia cordialia.

Hæc tabula crescit ex omnibus cordialibus, & attractiuis, & ex primis gradibus, secundū quod venenum est calidum, aut frigidum.

De Medicinis cor confortantibus, Cap. L.



CORDIALES medicinæ & quæ cor confortant, sunt multorum modorum: confortãtia digestionem in toto, & augentia sanguinem, & clarificantia ipsum, & ab aliis humorib⁹ superfluis liberantia: sed quæ approbata sunt generaliter, sunt aromatica, preciosa, primis virtutibus temperata, aut calida & sicca pro parte cũ aromatica, & sunt sicut hæc:

Aurum,	Basilicon,
Ambra,	Gariofilata,
Moscus,	Citrulli,
Caryophyllum,	Been vterque,
Crocus,	Carpobalsa.
Saturegia,	Cinnamomum,
Buglossum,	Gallia muscata,
Agnuscastus,	Spica,
Cardamomum,	Ros marinus,
Nux muscata,	Maiorana,
Folium,	Acrimonia,
Macis,	Melissa,
Cubebæ,	Betonica,
Herba muscata,	Sauina.

Frigidæ Medicinæ sunt istæ:

Margaritæ,	Melones,
Smaragdus,	Poma marina,
Lactuca,	Sandalum,
Rosæ,	Nenuphar,
Citria mala,	Camphora,
Hyacinthus,	Blatta bizantia,
Psyllium,	Acetum vini optimi.

¶ Istæ medicinæ faciunt cor gaudere, repellunt melancholiam, totũ corp⁹ serenant, quocunque modo approximẽtur, siue per odorẽ, siue per potũ, siue per confectionem, siue per epithima, siue alio modo ex te excogitabili. Et nõ potes aliquid melius agere in ęgritudinibus, quàm cor confortare, & ei cum istis medicaminibus succurrere, maximè in melancholicis, & pestilẽtialibus, atq; venenatis, & cardiacis, & qui fastidiosi sunt: cor enim est corporis principiũ, animæ sedes, omniũ virtutum arca, & spiritus generator.

De Medicinis totum corpus confortantibus, Cap. LI.



CONFORTANT generaliter totum corp⁹, quę bonum sanguinem generãt, & quæ ipsum à superfluitatib. mundãt, & quæ clarificant, & quæ adiuuant spiritus & mẽbra: de his, quæ confortant generando bonũ sanguinem, dicetur, quod sunt cibi laudabiles: sed quæ confortant alleuiando sanguinem ab humoribus, sunt istæ:

Sena,	Omnes Myrobalan.
Stœchas,	Borrago,
Cassiafistularis,	Buglossum,
Cuscuta,	Aurum,
Folium,	Serum caprinum,
Bruscus,	Vinum aromaticum,
Peucedanum,	Apium,
Anisum,	Fumus terræ.

Omnia enim hæc mundificãt sanguinẽ, clari- A ficant, & totum corpus confortant: Cum istis ergo medicinis cordialibus nunquam desinas operari. ¶ Virtus enim vitalis gaudet cordialib⁹: virtus verò animalis gaudet delectãtib⁹ sensus omnes, vt odoribus bonis, pulcris coloribus, sonis iucũdis, saporibus suauissimis, & generaliter cõuenientibus, & delectantibus ipsos sensus: omnia enim illa reducunt cerebrum, & confortant animales virtutes: virtus verò naturalis gaudet calidis & siccis.

Quibus gaudeant & confortentur virtutes.

B *De Virtute quarta Medicinarum, & quare, & quo modo sic dicatur. Cap. LII.*



AVDIVISTI igitur virtutes tertias, quare tres sint, quomodo reducantur ad quatuor: vidisti tabulas, & modos operis, & quomodo multiplicẽtur ex secundis & primis. Audiuisti præterea secundas operationes & virtutes, quare secundę dicantur, & quomodo reducantur ad primas, & vidisti tabulas C suas, & quomodo multiplicẽtur ex primis. Audiuisti etiã primas virtutes, & quare sint primæ, & istarum omnium originem: & vidisti suorum graduum distinctionem, tabulas vniuscuiusque gradus, quomodo abundare possit ad vnamquamq; operationem. Habes igitur simplices medicinas omnium operationũ primarum, secundarum & tertiarum, tabulas item omnium experimentorum verificatas ad vnumquodque opus quodvis ex valde expertis autoribus: ni- D hil igitur excidat ab oculo mentis tuæ. ¶ Modò debeo tibi scribere virtutes quartas, & facere regulam, quæ nos regat in eis, & tabulam, quæ exponat vobis ea & doceat vsum. Non debes autem intelligere, quòd istæ virtutes dicantur quartæ vel ideò, quòd ordinem aliquem habeant ad tertias, ad secundas, sed quemadmodum secundæ ex primis pendent, & per eas probantur, & similiter inueniuntur, & quemadmodum tertiæ ad secundas reducuntur, & per ipsas declarantur, i- E ta quarta nec per tertias, nec per secundas, nec per primas declarantur: verùm ideo dicuntur quartæ per priuationem solùm, id est, nullam istarum secũdum veritatem. Imò sunt fortè priores omnibus, vnde dicuntur à tota substantia, pcedentes, quæ tota substantia secundum veritatem prior est omni alia virtute. Sed hîc difficilis inquisitio non habet locum, cõcedimus vsum nominis, vt quartæ dicantur, interim intellige eo modo, quo dictum est. Omnis verò virtus, quæ F non est aliqua istarum trium, nec ad primas conuenienter reducibilis, vocetur quarta, siue sit secũda, siue sit prior generaliter, dicitur à tota substantia, siue forma specifica, & istæ sunt virtutes, cum quibus euacuamus talem humorem, tantum in tali loco, tali dosi, & in tali proportione. ¶ Et debes scire, quòd istæ medicinæ præter istas virtutes quartas, benè habent alias, scilicet primas & secundas, aliquando tertias, quia nihil naturalium priuatum est eis, sed inquan- G tum tales non scribuntur hîc, imò similiter scriptæ sunt multoties in diuersis capitulis: solùm scribũtur hîc inquãtum has virtutes quartas habent generaliter. Medicinę istę sunt appropriatę humorib. determinatis in determinata dosi, & pparatione, & non expectes super hanc rationem, imò

imò experientiæ antiquorum, qui certificauerũt illud, acquiescere oportet, quamuis de multis facilè ratio reddi potest.

De Medicinis purgantibus, siue mundificantibus sanguinem, Cap. LIII.

PVRGANTIA sanguinem non intelliguntur educere sanguinem, sed corrumpentia, quæ sunt in ipso, & tribulátia auferũt, & sunt ista secundũ autores:

Casſia fiſtularis,	Serum caprinum,
Manna,	Viola,
Tamarindi,	Adianthum,
Fumuſterræ,	Mercurialis.
Vmbilicus veneris,	Malua agreſtis,
Rhabarbarum,	Lupulus,
Sena,	Aſparagus,
Aloe hepatica,	Iuiubę,
Bugloſſum,	Sebeſten,
Pruna,	Berberis,
Capillus veneris,	Cuſcuta.
Politrichum,	

¶ Iſtæ ſunt medicinæ expertæ ad mundificandũ ſanguinem, & ſunt ſecuræ nocumento, debilis ſolutionis, quæ poſſunt dari in omni tempore, in omni ætate, in omni ſexu, ſanis & infirmis, & non indigent longa cuſtodia, nec magna cautela in pręparatione, aut doſi, niſi fortè aliqua earum, vt aloe. Iſtæ medicinæ commiſcentur cum omnibus aliis ad ſolutionem & remiſsionem, & ſemper debes perſeuerare in iſtis: nam præſeruant ſanos, & rectificant in ægris, ſi fueris vſus eis, nũquam decipieris, quando vis fortificare eas, acue parũm cum aliis, quæ dicentur, vt cum caſsiafi. miſceas Rhabarbarum, aut agaricum in modica tamen quantitate, aut turbith, vel ſcammoneam vel ſenam, &c. Pręparatio autem iſtarum ſatis eſt nota, quoniam plurimum exhibentur in potu per modum ſyrupi.

De Medicinis euacuantibus choleram, Cap. LIIII.

QVAE ſoluũt cholerá ſecũdũ experientiam autorũ ſunt, ſecundũ hũc modũ. Scammoneæ doſis eſt 4. grana, coquátur in pomo cum ſyrupo cucur. & roſ. vel viola. vel aqua aloes hepatici, vſq; ad ʒ.3. rectificatur cũ gũmi arabico, aut dragagãto, aut pſyllio. ¶ Myrobalanorũ citrinorum doſis eſt vſq; ad ʒ.5. in infuſione verò vſque ad ʒ.10 iuuatur autẽ à ſero caprino, & fumoterræ. ¶ Abſynthij doſis in decoct. eſt vſque ad ʒ.8. impul vſque ad ʒ 2. ¶ Hellebori alb. doſis eſt in decoct. vſque ad ʒ.2. Centaureæ mino. doſis eſt vſq; ad ʒ. 2. in decoct. verò vſq; ad 4. rectificatur cũ ſalegemma & maſtiche, iuuatur cum oxymelle, aut aqua mellita. ¶ Caſsiæ fiſt. doſis eſt ℥. 3. rectificatur cum myrobalanis, & maſtiche, iuuatur cum aqua caſei & amygd. dul. in lenitate. ¶ Tamarindorum doſis eſt ad ʒ.5. & rectificatur cum ſpica, maſtiche, vel abſynthio. ¶ Serum lactis datum vſque ad ℥. 8. augetur ſolũmodo cũ ſucco roſ. melle, fumoterræ, myrobal. & tapſia. ¶ Fumiterrę, ſcil. ſucci ipſius doſis eſt vſq; ad ℥.6. decoctionis verò ad 15 iuuatur cum myrobalanis, aut ſena, aut aqua caſei.

De Medicinis euacuantibus phlegma, Cap. LV.



VAE purgant, & proprietatem habent purgandi phlegma, ſunt ſecundum hunc modum. ¶ Turbith à ʒ.1. vſque ad 2. in decoct. verò vſque ad 4. rectificatur à maſtiche, gummi & gallis, & confortantibus cor, ſtomachum & hepar. ¶ Agarici doſis eſt à ʒ.1. vſque ad 2. in decoct. verò 5. roboratur cum ſale gemmę, meliloto, vel polypodio vel zingibere. ¶ Carthami doſis eſt à ʒ.4. vſque ad aureos 5. & minor doſis eius eſt à ʒ. 2. vſque ad aureos 2. cum zingibere, vel galanga, vel pipere. ¶ Sarcocollæ doſis eſt à ʒ.1. vſque ad 2. confortatur autẽ à zingibere, coriandro, & ſtaphiſagria. ¶ Hermodactyli doſis vſque ad ʒ.2. cõfortatur cũ zingib. myrobal. aut maſtiche, aut cinnamomo, detur cum oximellite ſquillitico, vel melle roſa. ſtaphiſagria. ¶ Myrobalanorum chebulorum doſis tritorum à ʒ.2. vſque ad 4. infuſorum verò vſq; ad 8. ¶ Anacardi, tithymali, eſulæ, epithymi, doſis in decoct. vſque ad ʒ.4. in pul. vſque ad 6. confortantur ex amygd. ſale, & pyrethro. ¶ Euphorbij doſis à gr. 4. vſque ad 12 rectificatur cum oleo de amygd. cum gummi, maſtiche & ſpica. ¶ Radicis cucurbitæ agreſtis doſis ſucci eius eſt vſque ad ʒ.1 pulueris vſque ad 2. ¶ Acori doſis vſque ad aureos. 2. decoct. verò vſque ad ʒ. 4. cum aqua caſei vel ſpicæ vel melle. ¶ Sambuci, vrticæ, tapſiæ, laureolæ, ciclaminis, centaureæ, ariſtolochiæ doſis à ʒ.1. vſque ad aureos 2.

De Medicinis euacuantibus humorem melancholicum, Cap. LVI.



VAE habent proprietatẽ educendi humores melancholicos ſunt myrobalani indi. chebuli, quorum tritorũ doſis eſt vſque ad ʒ.4. infuſorum vſq; ad 10. pręparentur cum amyg aut paſſulis. dantur cum aqua lactis, vel caſsiafi. vel fumoterræ. ¶ Hellebori nigri doſis vſque ad ʒ. 3. rectificatur in vino, vel melle, vel iure gallorum, confortatur cum aniſo, dauco, pipere. ¶ Senæ doſis infuſi vſque ad ℥.1. ¶ Fumiterræ, thymi, epithymi ſimiliter. ¶ Lapis lazuli doſis à ʒ.1. ad ʒ.4. rectificatur lauando, datur cum diaborraginato, vel vino odorifero. ¶ Squillę doſis aceti eius à ʒ 5. vſque ad 12. Oximellis vſq; ad ℥.4. Trochiſco. à ʒ.2. vſque ad 4. Lapidis armenici loti doſis vſque ad ʒ. 2. non loti vſque ad ʒ.1. ¶ Polypodij doſis eſt à ʒ. 2. vſque ad aureos 4. rectificatur cum aqua mellis, vel paſſ. vel hordeo, zingibere, dauco. ¶ Serpẽtariæ lapid. Magnetis lapid. lincis ſtœchados, ſucci caulium, chamędros, chamæpitheos, ſquinant. centaureæ maioris, capill. ve. doſis infuſi: ℔.1. roborantur cum caſsiafiſtula, manna, viol. aqua caſei.

De Medicinis euacuantibus humores aquosos, Cap. LVII.



VRGANTIA, & consumentia à ꝓprietate humores aquosos, & corruptos, sunt euphorbiũ, sal armonia cũ, cotũ indũ, radix cucur. agrestis, radix ebuli, vel sambuci, salgemmã, scordeon, galbanũ, opoponacum: dosis est ab 1.3. vsque ad 2. rectificantur mastichę, spica, iuuantur ab enula.

De Medicinis communibus phlegmati, & melancholiæ, Cap. LVIII.



OMMVNES phlegmati, & cholerae nigræ sunt myrobal. succus cauliũ, nitrũ, fumusterræ, esula, senã, ellebor⁹ niger: communes phlegmati, & choleræ rubrę sunt polipodium, vterque elleborus, cataputia, tithymallus, centaurea minor, & agaricus.

De Medicinis prouocantibus vomitum, Cap. LIX.



EDICINAE sursum soluentes & vomitũ ꝓuocantes, aut sunt valde fortes, aut statim in stomacho receptæ trahũt multos humores illũc & subuertũt, & irritãt stomachũ, aut sunt valde supernatãtes propter leuitatẽ, & caliditatẽ: aut sunt valde contristantes appetitum sustinentes bene prouocant nauseam, sicut sunt istæ:

Raphanus,	Aqua phaseoli,
Squilla,	Cucumer agrestis,
Capparis,	Cataputia,
Acorus,	Lac ficuum,
Centaurea vtraque,	Tapsia,
Helleborus albus,	Assara baccara,
Semen atriplicis,	Nux vomica.

Leuiora sunt aqua tepida cũ aceto, aut oleo, succ⁹ corticis hellebori, succ⁹ corticis sambuci à parte interiori, vel inferiori excorticati versus superiora, se. atriplicis, aqua feniculi, fumusterræ & omnia insipida sine sale. Ista omnia interius sumta stomachũ subuertũt, & vomitũ ꝓuocant. Quæ verò ꝓuocant exterius posita, sunt fel porcinũ, fel caninũ, fel taurinũ, pecorinũ, quodcunq; istorum cum amurca olei bulliãt, & ab vmbilico versus superiora vngatur, vomitum potenter educit, si autẽ ab vmbilico vers⁹ inferiora vngatur, secessum prouocat, & interficit vermes.

De modo corrigendi Medicinas solutiuas, Cap. LX.

Medicina qualibet solutiua lædit, ideo semper cõfortandum.



MNIS solutiua medicina ferè habet aliquod nocumentum notabile, quia medicinæ sunt contrariæ & inimicantur regitiuæ virtuti, generalis autẽ regula in correctione harũ est ista, quòd in eis admisceas aliquid de confortantib⁹ cor, hepar, & stomachũ, quia si offendit aliquid istorũ, vix lædit corp⁹, & si est aliquod vnũ, respiciens ista mẽbra, est sufficiens, sicut mastix, cinnamomũ, galanga, croc⁹, zingiber, habẽt communem ingressum in corrigẽdo quia saluãt ista membra à nocumẽtis. ¶ Specialis canõ in corrigendo est, quòd omnis

A medicina, quæ offendit, lædit ꝓpter aliquã qualitatum primarum, vel secundarũ, vel tertiarum: quædam enim nimia lubricitate destruit stomachum, & intestina: quædam nimia stypticitate, quædam nimia raritate: correctiò omniũ istorũ est cũ opposito suo in ista virtute. Dragagantum ergo, gummi, psylliũ, amygd. & generaliter humida, leuia, sunt corrigẽtia medicinas nimis stypticas, acutas, & asperas. Mastix, cydonia, absynthiũ sunt corrigentia medicinas nimis lubricantes: B zingiber, & species salis, & omnia acuta sunt corrigentia medicinas tardè soluentes, & irritantes, & medicinæ minores, minuunt à maioribus, & maiores addunt minoribus. Cõiecturato igitur humore, quẽ vis educere ad tabulam de eo scriptam veni, ad quantitatẽ humoris accede ad dãdum maiorem, vel minorẽ, & secũdũ delectationem hominis fac præparationẽ, & secũdum nocumentum primæ virtutis vel secundæ, ipsi admisce corrigens, & semper primò exhibe debiles C vigoratas cum fortibus, quàm fortes debilitatas cum debilibus. ¶ Si vis euacuare multos humores, aut difficilis motionis, aut longinquos, aut subitò, intende dosi, aut acue, & fortifica medicinam: si vis paucos humores, & facilis obedientię aut à ꝓpinquis locis educere, aut minue dosim, aut dulcora, aut minue medicinam. Quãdo medicina est in substantia liquida, & quando est acuta irritans, adde insterilitatem: quando est in substantia grossa, aut non acuta, tarda, & fac vt D plus moretur. Excogita igitur in ægris, quod vis, & statim inuenies in tabula, quod expedit. Examina igitur intra te istas omnes simplices, & cõmisce eas, & inuenies quicquid voles: magna virtus, magna dosis, parua virtus, parua dosis, magna dosis vbi substãtia grossa, parua, vbi subtilis: magna dosis si materia peccãs in longinquis partib. latet, parua si in ꝓpinquis. His ministrationibus dispones medicinas, secundum quòd voles.

E *Quomodo debeamus vti dosibus Medicinarum, Cap. LXI.*



OSES simplicis medicinæ ratione difficillimè inueniuntur, sed secundũ experientiã autorũ sunt ꝓbatę & prę scriptę nobis, ꝓpterea est in eis diuersitas, & diuersa medicaminũ virtus, vnde dosis scripta in vno climate, interficeret in alio, & ideo autores bene nobis cõsuluerũt, cùm pcipiunt audita dosi ab autorib. nos declinare ad minorem: F quia vix potest esse tanta climatũ differentia, qn minor in vno possit in alio tolerari: Scito etiam, quòd omnis medicina, q̃ gradus habet excessum in primis qualitatib. in secũdis vult minorare dosim, q̃ verò excessum non habet, maiorare potest.

De modo inueniendi dosis in Medicinis compositis, Cap. LXII.



OMPOSITAE quidẽ medicinæ dosis ratiocinari potest, & etiam inueniri, G postquam dosis innotescit simplicium. Dicendo ergò, quòd intentio nostra in exhibendo medicinã compositã, imò omnẽ est, quòd nunq̃ exhibeam⁹ dosim, q̃ excedat quantitatẽ aut virtutẽ dosis maioris vnius simpliciũ: iã enim audiuisti, quòd q̃libet medicina simplex habet

habet dosim maiorem, quam vltra non tolerat corpus, quæcunque igitur medicina componeretur ex centum simplicibus, non est exhibenda dosis maior, cuiuslibet simplicium, quia tunc ꝓculdubio dosis est maior, quàm debet. Hîc igitur sta, & aduerte sermonem regulantem te, & perfectè ostendentem, compositarum medicinarum inuenire dosim, & vide vt nunquam des de composita medicina, quod excedit dosim cuiuslibet medicinæ simplicis, & generaliter dico, quòd nūquàm des illud, quod transeat dosim simplicium medicinarum in virtute, præcipuè maiori. Accidit, vt addamus dosi non vt augeatur virtus, sed propter alium aliquem finem. Intende igitur dare de medicina composita solum illud, quod æquiualeat vnius simplicis dosi: non habeas tamen aspectum ad diuersas medicinas, in quo differt ista dosis à dosi maiori cuiuslibet simpliciū. Nunquàm igitur des maiorem dosim compositæ, quàm sit dosis minor simplicis, & nunquam des dosim minorem, quàm sit maior fortiorum simplicis: maiorem verò potes dare, quàm sit minor mediocris' medicinæ, si videris fortia medicamina pauciora in compositione, quâm debiliora. Si verò medicamina fortia fuerint in compositione plura & maiora, dosis compositi sit, quātum est dosis maioris vnius simplicium maiorū: & si medicamina mediocria sint plura, maiora & fortiora in compositione, minor dosis vnius eorum potest dari: quia tunc totum æquiualebit tantum vni simplicium. Et cùm posit illa dari, & ista, & si aspexeris ad hæc, quod nunꝗ̄ detur maior dosis totius compositi, quam sit vna dosis simplicium, videbis postea, quòd medicinarum simplicium dosis oportet magis imitari, quia illa est basis, & maior in maiori quantitate: hoc pacto non errabis in dando compositū medicamen.

De Modo componendi Medicinas, Cap. LXIII.

SCITO quòd recta compositio medicaminis est, vt statuatur prima medicina simplex, sicut basis, & est illa, cuius opus principaliter volumus, à qua compositum denominetur: Aliæ autē Medicinæ huic adduntur, sicut adiutrices, & condimētum ad adiuuandum ipsam. Recta compositio sic debet fieri, vt tātùm subsistat infra dosim eius, quæ est basis, quòd cum aliis secum mistis ęquiualeat dosi suæ completæ. De aliis autem medicaminibus tanta pars debet accipi ex sua dosi, quota est illa, quæ deficit à dosi completa eius, quæ est basis. Ex quo scire debes, quòd in nullo composito debet esse tota dosis alicuius simpliciū, imò semꝑ, debet totū distare à sua tota dosi, quota est ibi pars alterius de sua dosi, vt si in aliqua composita medicina sit tertia pars de scammonea, de turbith debet ibi poni non sua tota dosis, sed tertia parte demta, si fiat compositio istarum tantùm, quòd si essent tres, tunc debes plus diminuere de turbith, nisi esset medicina minor vel maior, & generaliter tantum debet distare à dosi cōpleta eius, quæ est basis, quota est pars suæ dosis, sicut illæ, quæ miscentur: & si fiat contrarium, est error in compositione medicinæ & in dosi eius.

Sicut insipientes qui ponunt eas à casu, non aduertunt, quot ponunt in eis medicinas, nec quare, nec ordinant eas secūdum proportionem numeri addentis, vel diminuentis, & omnes compositiones eorum sunt prauo modo factæ & nō certificantur eorum doses, quia sunt sine arte, & quas ars inuenire non potest, sed quæ sunt in rectificatione compositionis, eius operatio est recta, secūdum quod volumus: quia bonitas actionis omnium rerum non est, nisi in sua proportione recta & harmonia. ¶Et tu debes scire, quòd medicina composita debet fieri ad imaginationē proportionis, quæ est in corpore: & eris ignorās cùm non coniecturas, quòd humores, qui sunt in corpore, sunt deficientes & superantes seinuicem secundum aliquem numerum, vt quod est ibi duplum sanguinis ad sextuplum, de melancholia pars aliqua, de phlegmate tres partes. Prius igitur coniectures humorum dominantiū proportionem, quàm componas medicinam, q̄a nescis, quantam proportionem debes accipere componentium medicinarum. Qui autem rectè componit, coniecturat in animo suo humorum in corpore existentium proportionem, & secundum illam proportionem componit medicamē rectissimum: vt si videt phlegma solum dominari, componit secundum simplicitatem phlegmatis, & sic medicinam propinat, quia iudicat imaginatio Medici. Et si videt duo, scilicet phlegma & melancholiam, componit duo, & secundum proportionem, quam coniecturat phlegma dominari supra melancholiam, secundum illam auget quantitatem pharmaci purgantis phlegma super illam, quæ purgat melancholiam: vt si humores sic se habere præsumat, quòd sint tres partes phlegmatis, & vna melancholiæ, tunc de dosi pharmaci purgantis phlegma tres partes tātùm sumit, aliam omittit, & vnam pharmaci purgantis melancholiam addit. Vides quòd totum non est plus, quâm vna sola dosis vnius illarum, quia quantum subsisto, id est, remoueo de dosi vnius, tātum accipio de dosi alterius. Ita si coniecturat Medicus tres humores esse dominātes, scit se indigere tribus componentibus. Coniecturat igitur ꝓportionem, quę est inter eas, & secundū illā ponit primā partē proportionalē in dosi cuiuslibet, & in tanto numero se habēte ad suā totā dosim, quantū hu.illi ad maiores, & tu ita sup hæc.

De Modo iterum inueniendi dosim in Medicinis compositis, Cap. LXIIII.

SI vis dosim alicuius compositi pharmaci inuenire, cōputa numerū solutiuorū cōponentiū, & recordare simplicis dosis cuiuslibet cōponentium maioris, & minoris, & habeas hanc tabulā in mēte, quòd nunquā des de cōposito medicamine illud, quod æquiualet pluri, quòd sit dosis maior cuiuslibet illarū, sed semper dādū est illud, quod æquiualet ex omnib. mistis vni dosi simplicium completè. Vide igitur illius medicaminis simplicis, & compositi dosim maiorem, & vide si daretur sua tota dosis, & vtrum in composita medicina sit plus, quàm illud, quod deficit à sua dosi completa, quoniam si omnes medicinæ in composita non afferunt plus, quam esset sua do-

ſis completa, de iſto compoſito dari poteſt doſis illa, & ſi leuent aliquid plus, quàm eſſet tota doſis illius, dandũ eſt tanto minus de doſi illa, quãtum omnes illæ leuant plus. Sic igitur finge medicamẽ compoſitum, quod vis; & ex quibus vis, & ſcito proportionẽ numeri cuiuſlibet cõponẽtiũ, vel in quota ꝓportione ſe habeat ad totum, & tũc finge dari doſin, q̃ vis, & tu ſcis quota proportio eſt ibi cuiuſlibet ſimplicis, quia eadẽ, quæ erat in tota: nã bene ꝑmiſti pharmaci eadẽ eſt ꝓportio in toto & in parte: in magno toto & paruo: & poſtq̃ tu ſcis, quota ꝓportio in illa doſi eſt cuiuſlibet, & vides quãtũ eſt ibi cuiuſlibet de ſua doſi completa, & ſi vides, quòd multorũ medicaminum in illa doſi compoſiti ponitur multum de ſua doſi, aut minus aut plus, ita doſis compoſiti ſit magna: quia ratiocinatis componentibus nõ daremus plus, quàm eſſet vna magna cuiuſlibet ſimplicis. Et hoc eſt contrariũ illi regulę, q̃ tibi dixi, in qua ſemper debes conſiderare, quòd ipſa eſt illa, quæ oſtendit tibi totum negocium.

¶ Verbi gratia: ſit aliquod medicamen compoſitum ex ʒ. 4. turbith, & 6. agarici, & 5. rheubarbari, & 2. ſcãmoneæ, reductum eſt totum in vnam formam. Volo examinare, ſi poteſt dari de ipſo ʒ. 1. vel plus, vel minus: tunc aggrega ſuam operationẽ, quàm habet vnũquodq;, & ſunt 17. & eſt igitur de ſcãmonea 8. pars: quoniã 2. de 17. ſunt ferè 8. pars, & eſt de agarico ferè 3. pars: quia 6. ad 17. ſunt ferè tertia pars de rheubarbaro aliquantulũ minꝰ, quàm tertia pars: & eſt ibi de turbith quarta pars ferè. Quãdo igitur accipis de hoc toto partem vnam in ipſo eſt 8. pars ſcãmoneæ, & tertia pars agarici, & quarta pars turbith, & ferè tertia pars rheubarbari: tunc vide, quanta ſit 8. pars ʒ. quia inuenies quòd ibi eſt ferè vna doſis ſcãmoneæ: eſt igitur doſis nimis magna, quia ibi eſt ferè vna doſis completa vnius illorum, quæ ſine illis ſufficiens eſſet: ſed demta ſcãmonea nõ eſſet doſis nimis magna, quia nulli illorum tũc datur dimidium ſuæ doſis, imò parua, quia cuiuſlibet illorum per ſe poſſunt dari ʒ. 2. Eſt igitur tantùm auferendum de ʒ. 1. quod ſcãmonea æquetur in illo, & ſic ſe habet in omnibus pharmaciis compoſitis. Iſte ergo canon eſt ſuper tribus, ſcilicet quod tu ſcias benè doſim cuiuſlibet componentium maiorem, & minorem, & quod ſcias numerum ipſarum: & quãtitatem, ſiue proportionem, quam habet vnumquodque ad illud totum: & quòd tu recorderis, quòd de compoſito, quod ſuperet doſim maiorem vnius componentium in virtute, dico. Cogita ergo diligenter, & videbis hoc vberius, quàm ſcribi poſsit.

Recapitulat dicta, & applicat ad opus, Cap. LXV.

IAM audiuiſti ſufficienter, quòd expedit agere de ſimplicib. medicinis ad omne opus medici: vt vidiſti, medicinas omnes virtutis primæ, ſecundæ, tertiæ & quartæ, & quomodo reducuntur adinuicem tabulæ & multiplicantur ex tabulis, & modum habendi vnumquodque. Nõ eſt igitur impoſsibile, quin ad omne, quod voles, inuenias tabulam & regula medicaminũ notorum, & omnis tabula, quæ fieri poteſt, multiplicatur ex primis, & quartis, & fortè quartæ multiplicantur ex primis. Vt vt ſit aut ex primis, aut ex quartis virtutibus trahitur omne: quod iuuat in determinatis morbis, & determinatis locis: & quando hæc habueris, eris experimentator rationabilis, & factor omnium, quæ voles in corpore: quia ſcire debes, quod experimẽta nõ ſunt, niſi operationes exiſtentes à rebus appropriatis. Hîc igitur adhibe induſtriam, & adiunge quodlibet, quod inuenies verificatũ ab aliquo primo. Nunc incipiam dicere quoddam generale omnibus, quæ dicentur infrà.

De Generalibus quibuſdam ad infrà dicenda, Cap. LXVI.

TV ſcis, quòd ſanitas nõ eſt, niſi æquatio humorum in quanto, & in quali, & ad omnem permanentiam: & quòd infirmitas non eſt niſi inæqualitas, vel diſproportio, vel inæqualitas eorum in quanto, & in quali: & ſcias, quòd nõ medicina eſt, niſi ingenium diſponendi, & regendi humores ipſos, & ferè non occupatur circa aliud, quàm circa bonam protractionem eorum: & ſcis, quòd ipſi ſimplices ſunt 4. ſanguis, phlegma, cholera, melancholia: & ſcis iudicium ſuper ipſos, & generationem ipſorum ex cauſis generantibus ipſos: nec ex occurſu non naturalium rerum in ſymbolum multum, & concordiam eius, quod naturale eſt, & quòd compoſitiones ipſorum infinitæ ſunt. Et totum iudicandum eſt ex obuiatione cauſarum generantium ipſos ſecundum permiſtionẽ occurrentium, & tu ſcis, quòd omnes morbi materiales, imò ferè omnes morbi ſunt ab iſtis quatuor humoribus, exeuntibus extra naturalitatem: ideò induſtria ipſorum quatuor, eſt tota intẽtio medicinæ & rectificatio omnis morbi, imò operatio mirabilitatis omnis ex experimentis in corpore hominis: & facilè eſt tibi mutare hominem ad omnem diſpoſitionem his alteratis humoribus. Nam homo talis eſt in omni opere ſuo, in ſenſu, & in intellectu, in paſsionibus animę & corporis, quales ſunt humores calidi, aut frigidi, ſubtiles, aut groſsi, clari aut turbidi: & poſtquam hîc iacet tale ſecretũ operis medicinæ, imò pulcrius & maius omni, oportet dicere ex omnibus ſupradictis illud, quod eſt neceſſarium in pertractando humore, diſponendo, & permutãdo. Et, quamuis ſint quatuor: ſanguis tamen nõ pertractatur in pharmaciis, nec medicinis: vnde non ſunt digeſtiua ſanguinis, nec euacuatiua, aut nõ ſunt nomina in vſu artis, ſed phlebotomia, aut ſimili ingenio medicina tractat ſanguinẽ, quæ dicam inferiùs. Tres verò humores alios medicina regit, præparat & emendat cum pharmaciis, & medicinis digerentibus, & ſoluentibus eos, quæ volo nunc dicere.

De Medicinis digerentibus choleram, Cap. LXVII.

SCITO quòd digeſtio humorũ nõ eſt, niſi ꝑparatio eiꝰ ad expulſionẽ & emẽdationẽ qualitatis malignę, ꝓpter quod reſiſtit naturę, ne expellatur, vt in frigido calefactio, in calido infrigidatio, & humectatio ſicci, & inciſio viſcoſi, & ſubtiliatio groſsi, & generaliter diſpoſitio eiꝰ in contrariũ illius malignæ

lignę qualitatis, per quã aduersatur naturę. Cholera igitur cùm exit naturam, resistit naturæ nimia caliditate, vincit calorem naturalem, ne sit potens super ipsam eijciẽdam: digestiua igitur eius secundum primas virtutes sunt supra secundas: secundæ verò ingrossantia & indurantia, & sunt mobilitatem extinguentia: Omnia igitur frigida humida, aut frigida styptica, sunt conuenientia huic operi: huius igitur tabula trahitur ex supradictis, vnde potest fieri lata & magna.

Digestiua igitur cholerae sunt:

Endiuia, Lactuca, Cichorium, Scabiosa, Sebesten, Manna, Tamarindi, Sandali, Ceterach, Acetosa, Fumusterræ, Psyllium, Politrichum, Mala granata, Malua, Borrago, Mercurialis, Portulaca, Papauer, Virga pastoris, Berberis, Rosæ, Folia salicis, Acetositas citri, Violæ, Cerasa, Terra sigillata, Adiantum, Scolopendrium, Acetum, Absynthium, Pruna, Gummi Arabicum, Arnoglossum, Capilli veneris, Nenuphar, Mucilago psyllij, Myrobalani citrini, Bolus armenia, Epatica, Dragagantum, Sumach, Myrtus, Cucumer, Cucurbita, Citrangulus, Cassiafistula, Aqua lactis, Ptisana, Iuiubæ, Spodium, Sanguis draconis.

¶Si vis plures ex istis, intende canoni tibi dato ad tabulas supradictas, & omnem medicinam, quã inuenies, habentem omnes dictas conditiones aut plures, scitò, quòd attinet huic operi, & in hac tabula potest scribi: vtputa si est frigida, aut valde humida, aut valde styptica, aut solutiua cholerae: omnia enim ista remediantur huic humori. Cùm igitur præsumseris huiusmodi humores dominari, & superare corpus cum dispositione præsenti, & cursu rerum non naturalium in non bonum & multum concordium naturalium, siue in toto, siue in parte, ad hanc tabulam veni: quoniam hîc est totum, quo refrenatur, & quo refrenantur omnes morbi corporis, qui fiunt à calido, siue sit in toto, vt febris, siue sit in parte, vt apostemata, in quocumque loco sint. Accipe ergo ex medicinis illud, quòd expedit tibi, siue olea, siue succos expressos, siue substantias aut pulueres, siue decoctiones, ex quibus syrupos, siue decoctiones facias, & clysteria, aut aliquid aliud ad intentionem: & permutate de vno ad aliud, nunc interius, nunc exterius, nunc per superius, nunc per inferius, donec egeris totum, quod est per se impossibile, & directè, & si nihil horum inuenis, permuta te ad ea, quæ indirectè, aut per accidens curant, vt dispo-nas, & obuies choleræ excedenti, & molestanti corpus.

A

De Medicinis digerentibus phlegma, Cap. LXVIII.



PHLEGMA est etiam humor, quem ars medicinæ regit, & præparat cum medicinis & pharmacijs. Est autem phlegma humor frigidus, & humor grossus, cum fuerit excedens in corpore, soluit sanitatem, excitat diuersa genera morborum, resistit naturæ, ne expellatur propter frigiditatem, B quæ obtundit fortitudinem organi naturæ operantis caloris naturalis, aut propter viscositatem, aut grossitiem non patitur excludi, & solui à mẽbris. Igitur indiget in sua digestione virtutibus primis, hoc est, calido & sicco: & de secundis indiget dissolutis, attenuatiuis, incisiuis, aperitiuis, & de quartis indiget phlegmatis solutiuis: hæc igitur tabula multiplicatur ex primis.

Medicinæ phlegmatis digestiuæ.

C Fœniculum, Petroselinum, Apium, Asparagus, Bruscus, Rhaponticum, Capparis, Aloe, Ameos, Laurus, D Hermodactylus, Cartamus, Balsamita, Sinapi, Polium, Maiorana, Peucedanum, Turbith, Ebulus, Mentha, E Pimpinella, Rubea, Cassiafistula, Iris, Cinnamomum, Semen anisi, Semen petrosel. Cardamomum, Piper, Species sambuci, F Mentastrum, Cyperus, Calamentum, Ciclamen, Squinantum, Agaricus, Betonica, Brionia, Semen carui, Siler montanum, Colocynthis, Saluia, Asarum, Costus, Raphanus, Spodium, Arthemisia, Iuniperus, Origanum, Pulegium, Squilla, Pyrethrum, Asphodelus, Ruta, Semen dauci, Acorus, Aristolochia, Garyophylli, Been, Anetum, Eupatorium, Cyminum, Prassium, Carpobalsamum, Gentiana, Diptamus, Antifolium, Hysopus, Pæonia, Melissa.

¶Et generaliter dico tibi digestiua phlegmatis, & succurrentia omnibus morbis ex phlegmate, & omne incisiuum, aperitiuum, dissolutiuum calidum & siccum à primo vsque ad tertiũ, sicut res G magna. Cùm igitur perceperis dominium phlegmatis ex via cibi data, siue in toto corpore, siue in parte, ad hãc tabulam veni: quoniam hæc est materia omnis experientiæ, etiam omnis auxilij in passionibus phlegmatis per se, & à virtutibus primis, aut secundis, aut tertijs: de his autem, quæ

adiuuant per accidens, cum morbo dicetur. Appropria igitur istas medicinas omnibus modis, si expedit, secundum omnem præparationem, vt olea ex istis sumta, succos, substantias decoctas, forma inde syrupum, & permuta te de simplici ad compositum, & de vno simplici ad aliud, donec inueneris, quod medicatur, & videbis hanc tabulam comprehendere, quæ sunt mirabilia in opere morborum phlegmatis, & non vilipendas aliquam medicinam hîc positam, quia nihil est hîc, quod ad morbos phlegmatis non sit valde iuuans, & expertum frequenter.

De Medicinis digerentibus melancholiam, Cap. LXIX.

MELANCHOLIA est humor, quem ars medicinæ solicitat cum pharmacijs, & medicinis digestiuis, & solutiuis. Et ipsa generatur secundũ vias duas, scilicet via adustionis, & cõgelationis, eò quòd assimilari debet terræ: & ista est grossa, sicca & terrestris, & reliqua est calida & sicca propter illud, quod seruatur in ea de caliditate adurente: & ideò digestiua huius propriè loquendo humida volũt esse in primis qualitatibus, & propriè in adusta: in alia verò calida & sicca. In secundis verò mollitiẽ discongelatiuè lenientes, vt æquetur huiusmodi humor grossus, & fiat habilis expulsioni: quia iste humor maximè resistit propter grossitiem & grauitatem ipsius caloris naturalis ad intus, cũ diæta & medicinis habentibus illud, quod dictũ est, vincit & imperat calor naturalis & sanat, & superat, & sunt istæ medicinæ.

Digestiua melancholiæ:

Stœchas, — Scolopendria,
Fumusterræ, — Epithymus,
Melissa, — Tamariscus,
Aqua caulis, — Mentastrum,
Serapinum, — Elleborus niger,
Thymus, — Aristolochia,
Sena, — Passulæ,
Sericum, — Lapis armenus,
Origanum, — & similia,
Calamentum, — Borrago,
Hysopus, — Capillus veneris,
Been vtrumque, — Cuscuta,
Blatta, — Polypodium,
Semen bombacis, — Polium montanum,
Vinum aromaticum, — Lapis lazuli,
Ameos, — Os de corde cerui,
Capparis, — Mel,
Buglossum, — Zuccharum.

¶ Hæc tabula multiplicatur ex temperatis, & calidis humidis, & calidis & siccis: de secundis verò virtutibus multiplicatur, ex lenientibus, dulcorantibus & clarificantibus sanguinem, & cordialibus medicinis, & splenem & ventrem soluentibus. Quandò excreuerit hic humor & tentauerit soluere sanitatem, & diuersa ægritudinum genera facere, ad hãc tabulam veni, & cum his, quæ ibi scribuntur, incipe tuum opus, secundum omnes modos, quos scis: quia hæc est materia omnis instrumenti in melãcholicis, & totum illud, ex quo præparatur hic humor, enormis factus.

¶ Istæ igitur medicinæ sunt, cum quibus se exercet Medicus circa istos tres humores præparandos naturę, quandò viderit ipsos superabundare: Si inuenis ipsos compositos, compositis pręparantibus vtere. Postquam præparaueris eas præparatione conuenienti, tunc conuertas te ad tabulam solutiuorum ipsorum, & cum certa dosi, & certo modo præparationis educes eos, siue per superius, siue per inferius, vt inde remaneat sanguis purus, clarus, & natura alleuiata, potens. ¶ In istis igitur duabus operationibus, scilicet digerendo & soluendo humores, est secretum pulcritudinis medicinæ, & tota ingeniatio sua. Tres ergo humores sic tractantur medicinis conuenientibus digestioni, & expulsioni, secundum optimam coniecturationem à Medico memoratã. Quartum verò humorem, qui est magis intẽtus, & magis charus naturæ, ars non tractat medicinis, sed alio ingenio, vt phlebotomia, vel ventosa, vel similibus. vnde de hoc dicere tentare volo aliquod opus notabile.

De Modo, vel modis rectificandi sanguinem, Cap. LXX.

VISUM est peritis philosophis, quòd forte tota intentio medicinæ sit exercitatio circa sanguinem receptandum propter hoc, quia dignior est, & ideo euacuamus reliquos humores, vt hic remaneat clarus, & purus, & in competenti proportione naturæ: quoniam hoc est sanitas, scilicet protractio, & permanentia sanguinis in bonitate proportionis naturæ in quanto & quali. Hoc autem exercitium medicinæ circa sanguinem fit duobus modis: directè scilicet, & indirectè. Indirectè sanguis reparatur, quando alij tres humores digeruntur, eleuantur, aut corrigũtur. Sed directè circa sanguinem est phlebotomia, seu ventosa, aut sanguisuga, vel fricatio, aut tandem diæta: phlebotomia non omnis sequatur, ad aliquod enim istorum res deuenit: Dicamus igitur de istis, cum sint ingenia sanguini appropriata.

In quibus venis & in quo casu debet fieri Phlebotomia in diuersis membris corporis, Cap. LXXI.

TV scis, quòd phlebotomia est duplex, electa & coacta, & scis, quòd electa habet multas conditiones & canones obseruandos, antequam fiat. Et vna conditio est, quòd non fiat aliquo aliorum humorum dominante à sanguine, donec æquantur: & quòd fiat indicante sanguinis multitudine, & quòd non sit in excessu frigus aut calor, & quòd non sit antè digestionem stomachi, & euacuationem intestinorũ, & quòd non sit in extremis ætatibus, regionibus, & climatib⁹, & quòd sit in complexione sanguinea, ætate, diæta & similium concordia. Sed coacta est illa, vbi istæ solemnitates attendi non possunt, sed aliqua magna causa vrgente, scilicet casu, aut percussione, aut fluxu sanguinis, aut graui dolore viscerũ, aut forti calore, vel fortè putredinis timore, istæ solemnitates negliguntur: vnde propter hoc coacta vocatur. ¶ Scito igitur, quòd phlebotomia est euacuatio massæ sanguinariæ: & scito nihil ita citò eleuare corpus lapsum, & subitò conferre iuuamentum, sicut ipsa, si vtiliter fiat: ipsa enim extinguit

tinguit calorem,& prȩseruat à putredine,& ab a-
postemate,& mirabilia largitur iuuamenta, & su-
bitò:vnde in omni morbo discerne diligenter, &
habe introitum,& non obliuiscaris eam. ¶ Scito i-
gitur,quòd ipsa est triplex: quædã est diuersoria,
& debet fieri in mẽbro longinquo membri patiẽ-
tis:quædã est euacuatiua,& debet fieri in mẽbro
patiente,vel propinquo:quædam est, per quã v-
trunq; quærimus,& debet fieri in loco nõ propin
quo,nec lõginquo valde,sed intermedio:nã quã-
to in membro magis longinquo incidis,magis di
uertis,& minus euacuas:& quãtò appropinquas
magis euacuas,& minus diuertis:habet.n.quod-
libet membrum venam effundentẽ ibi sanguinẽ,
quȩ,si incidatur,citissimè euacuat ab eodẽ. ¶ Quȩ
autẽ venæ,quoties,& in quibus causis phleboto-
mãdũ,sic habeto. In brachio sunt duæ venæ prin-
cipales,quarum vna exit de profũdo ab axilla, &
venit per interiorem partẽ brachij. Secunda verò
ascẽdit ex superiori scapula,& distenditur super
partem superiorẽ brachij,& vocatur cephalica,al-
tera verò vocatur basilica. Ex istis duabus fit vna
tertia,quæ vocatur mediana, aliæ sunt rami ista-
rum. ¶ Cephalica igitur debet incidi in causis ca-
pitis,& in omnibus mẽbrorum existẽtium supra
diaphragma. ¶ Basilica verò debet incidi in causis
hepatis, & splenis,& generaliter in omnibus cau
sis mẽbrorũ interiorũ,& existẽtiũ subtus diaphra
gma:quia cũ omnibus venis sursum venientibus
ista magis ramificatur in profundo, vnde in pas-
sionibus inferiorum nulla tãtum succurrit. Om-
nes autem aliæ,quæ sunt in brachio,sunt rami,&
quando magnæ non inueniuntur, isti rami loco
illarum sunt phlebotomandi:quia vnusquisq; il-
lorũ reperitur in hoc,sed in eis est proprietas ma-
gnæ diuersitatis. Vnde multoties plus iuuat inci-
dere aliquam istarum in aliqua passionum,quàm
suam venam. ¶ Vena summitatis brachij in causis
oculorum,humerorũ,scapularum,& spõdilium.
¶ Saluatella sinistræ manus inciditur in causis sple
nis,hȩmorrhoid.matricis,& renum:ipsa.n.est di
uersiua,& euacuatiua ab illis. Saluatella verò dex
trȩ inciditur in causis hepatis, & hypochõdriorũ.
¶ Vena,quȩ est in medio frõtis,inciditur propter
cephaleam,& hemicraniã inueteratã: & quando
maior dolor est in occipitio,trahitur per istam ad
anteriora,& diuertẽdo curat. Quãdo autẽ est do-
lor in anterioribus,tunc est incidenda illa,quȩ est
in occipitio,& quãdo nõ potest inueniri illa, loco
phlebotomiæ fiat scarificatio. ¶ Venæ temporum
debẽt incidi in causis capitis,& maximè oculorũ.
¶ Et venæ colli,quæ vocantur guidegi,incidi de-
bent in principio lepræ,& in causis spiritualium,
& pectoris. ¶ Venæ,quæ sunt in angulis oculorũ,
incidi debẽt in causis oculorum.s.ardore,& pun-
ctura. Venæ sũmitatis nasi,& quȩ in labijs,& quȩ
sub mento,incidi debent in morphea,& lentigini
bus. ¶ Venæ autẽ sub lingua incidi debent in an-
gina & passionibus occipitij,& spiritualiũ, & no-
cumentis vocis,& debes scire,quòd antequã inci
das aliquã venã capitis,incide cephalicã. ¶ Venȩ,
quæ sunt in genubus,cum scarificatione,cũ phle-
botomo incisæ,valent cõtra aggrauationem cru-
rum,& renum, & membrorum generatiuorum,
¶ Poplitis debet incidi in dolore chiadico,affecti-
bus crurũ,mẽbrorũ generatiuorũ, & nutritiuorũ,

Phlebotomia triplex.

Cephalica.

Basilica.

Vena summitatis brachij.

Saluatella.

Vena frontis.

Vena occipitij.

Vena tẽporũ.

Vena guidegi.

Vena angulorum oculorũ.

Vena nasi.

Vena sub lingua.

Vena genuũ.

Vena poplitis.

A & retentione mẽstruorũ,aut cõtra passiones ma
tricis,splenis,& hȩmorrhoidum. ¶ Saphena autẽ
iuuat ad hæc omnia, præcipuè in prouocandis
menstruis:hæ venæ communiter inciduntur, &
propter has causas vbicumq; non inuenires illã,
quam vis,incide aliquam ex suis ramis. ¶ Compe
tit autem maximè phlebotomia in repletionibus
sanguinis,magnis doloribus viscerum: quia pro-
hibet apostemationes, & extinguit dolorem, &
cõpetit in magnis æstuationibus,quia infrigidat,
B & custodit à putredine & in febri continua & ca-
lida,antequam putredo magna sit, & in casibus,
& percussionibus, & suffocationibus sine causa
manifesta,& in fluxu sanguinis, & ruptura vena-
rum interiorum.

Saphena.

De Ventosis, *Cap. LXXII.*

SCITO quòd vẽtosa est vicaria phleboto
miȩ:nõ potẽtes venire ad phlebotomiã,
aliquo obstante,ad ventosã deuenimus,
C ipsa enim euacuat per venas paruas ner
uorum,& non tantum debilitat,quantum phle-
botomia. Ars igitur medicinæ operatur cum eo
pulcerrimo instrumẽto. vẽtosa auxiliatur, mate-
rias trahit,diuertit,calefacit & prouocat, & mul-
ta auxilia operatur. ¶ Fit autẽ cũ scarificatione, &
sine scarificatione:scarificata magis euacuat,& fit
cum igne & sine,& quædam est magna, multum
euacuans,& magis à profundo: quædam est par-
ua, & magis euacuat à superficie. ¶ Vbi autem
D ponatur,& propter quas causas,sic accipe. Poni-
tur ventosa in vnoquoque cornu capitis con-
tra passionem oculorum,contra ardorem, verti-
ginem,& capitis grauitatem,cõtra dolorem tem-
porum,punctiones & pustulas. Nota tamẽ,quòd
si dolor fuerit in parte sinistra,ventosa debet po-
ni in opposita,& valet etiam contra dolorem den
tium, & saniem auris. ¶ Item ponitur ventosa
sub mento,& valet contra dolorem dentium,pu-
stulas gingiuarum,oris,& oculorum. ¶ Item po-
E nitur in occipitio contra vertiginem,& obscurita
tem visus,contra furfures capitis, cephaleam &
dolorem scapularum. ¶ Item ponitur ventosa in
capite in summitate nasi plena palma, contra
rheuma,dolorem oculorum,humiditatem faciei,
narium fœtorem, pustulas capitis, furfures &
scabiem. ¶ Item ponitur ventosa in disgregatio-
ne capitis contra easdem passiones,& etiam con-
tra passiones ani dolores eius,scabiem, & dolorẽ
factum ex ventositate,& contra passiones auriũ.
F ¶ Item ponitur quandoque supra primum spon-
dylorum,contra difficultatem respirandi,quæ fit
ex ventoso & superfluo humore,existente circa
spiritualia:vt in muliere,quæ cadit in suffocatio-
nem matricis, propter transmissionem materiæ
ad cor,valet etiam contra tremorem cordis. ¶ I-
tem ventosa posita supra regionem hepatis, va-
let contra ardorem, dolorem, & opilationem e-
ius,& posita supra regionem splenis,valet contra
passiones splenis. ¶ Item ponitur ventosa supra
G vltimã spondylorũ eorũ locorũ intra lũbos,con-
tra scabiem lumborum,& fœtorem vuluæ, cõtra
hȩmorrhoidas,dolorem renum,& partium adia-
cẽtium,& valet cõtra opus venereum debilitãdo
renes,& attrahendo humiditatem ventosam, sci-
licet pinguedinem,vnde illi,qui assuescũt huius-

Vẽtosa in cornibus capitis.

modi ventoſas apponere, amittunt vſum venereum. ¶Item ponitur ventoſa ſupra radicem mã millarum, contra immoderatum fluxũ mẽſtruorum. Item ponitur plena palma ſupra talum, contra diuerſas paſſiones, ſcilicet contra ſcrophulas, vertiginem, & obſcuritatem viſus: talis enim ventoſa attrahit groſſum ſanguinem, ſed in ventoſando pedes, oportet tenere in aqua calida, propter ſanguinis groſſitiem. ¶ Item ponitur parũ ſupra genu, contra apoſtema eius, & contra ardorem, dolorem, ſcabiem, puſtulas, & fluxum humorum ad genu. ¶Item ponitur inter duas cauillas à parte ſuperiori, & hoc in diſgregatione valet contra apoſtema pedis. ¶Item ponitur ſupra lumbos, cõtra apoſtema cordis, & dolorem, & ardorem, & inteſtinorum puſtulas, & retentionem hęmorrhoidum & valet contra dolorem renum, lumborum, & alias paſſiones. ¶Item ponitur ventoſa ſupra ſiniſtrum humerum, contra paſſiones ſplenis, & contra melancholicam paſſionẽ, & ponitur ventoſa ſupra manum contra ſcabiem, vlcerationem & apoſtema eius, chiragrã, & fluxum humorum ad digitos. ¶Prudentes Medici ponunt primò vẽtoſam ſine ſcarificatione, & ſi non ſufficit iterant cum ſcarificatione prædictę vẽtoſæ, ſi volunt adducere prædicta iuuamenta, ponunt cum ſcarificatione, & ſemper debet Medicus intentus, ſeu cautus circa virtutem patientis attendere, quia in valde debili non ſcarificandum.

VENTOSA vacua ponatur ſupra renes inferiùs, contra paſſiones lapidis, vt trahatur lapis ad locum ventoſæ & paulatim deſcendendo debet poni magis inferiùs, vt lapis magis deſcendat. ¶Itẽ ſi fiat fluxus humorum ad aliquem locum, ſeu ad aliquod membrum, valet talis ventoſæ appoſitio ſupra locum dolentem. ¶Item poſita ſupra vmbiculum valet contra colicam, quia diſſoluit, & attrahit cauſam morbi. ¶Item poſita ſupra regionem ſtomachi, valet contra frigiditatem eius, attrahit ſanguinem, & calefacit ſtomachum, & confortat. Item ventoſa poſita ſupra regionem hepatis, valet contra fluxum ſanguinis, maximè naris dextræ: ſimiliter ſupra ſplenem, ſi fluat à ſiniſtra: factis enim omnibus experimentis hîc inuenies efficaciam. ¶Item ponuntur ſupra aurem, contra ſaniem auris & fiſtulam, & debet ventoſa includere totam aurem, ſed prius purgari debet totum corpus. ¶ Scito quòd ventoſa debet eſſe magna, ſi materia eſt melãcholica, & in profundo exiſtens, vult magnam vẽtoſam & multum ignis, & talis vocatur plena: & iuuat in morbis materialibus, & profundis: talis ventoſa ponitur ſub vmbilico cõtra torſionem cholericam, quia extrahit vaporem ſuperfluum, qui eſt cauſa doloris, & valet in eodem loco contra deſcenſum matricis, & ſuffocationem: quia diſſoluit ſuperfluum humorem & trahit: vnde confert viduis, & continentibus, in quibus multiplicatur humiditas ſpermatica, quæ corrumpitur, quam iſta ventoſa aufert. ¶Ex prędictis patet, quòd quilibet intelligens in arte medicinę poteſt ſubuenire vnicuiq; infirmitati, & ſecundum infirmitatem facere tabulam, & canonem conuenientem. Et ego incipiã tibi narrare in cęteris tabulis medicinas appropriatas cuilibet membro, quæ habẽt ſpeciale iuuamẽtum, & proprietatem occultam, & tu diligenter nota totum iſtud, quia ex iſtis fiunt experimẽta efficaciſſima. Quotieſcunq; inuenis aliquod expertum, & notum, quæ narrabo, digneris adiungere, quia proculdubio ars medicinæ nõ agit efficacius, nec nobilius, quàm cum iſtis, & maior difficultas eſt in iſtis, quia quantò particularior à tanto à cognitioni longinquior a: ſed primò ſcribam tibi tabulã medicinarum, quæ ſunt vehiculum ad omne membrum indifferenter.

De Medicinis reſpicientibus omne membrum indifferenter, Cap. LXXIII.

TALES medicinæ ſunt potentes ſubire poros corporis, quæ habent ſubtilitatem ſubſtantiæ & acuitatem, vnde ſunt naturæ aereæ multùm, aut igneæ, quæ quando obuiant corpori, citò penetrant, & ſtatim ducunt in profundũ res, quæ miſcentur cum eis. Vnde nominantur vehiculum aliarum medicinarum, & ſunt plures calidæ, quã frigidæ ſecundum illam partẽ, quòd frigidum ſemper impedit penetrationem, & ſunt iſtę:

Vrtica,	Butyrum,
Vinum ſubtile, Albũ,	Balſamus,
Opoponacum,	Camomilla,
Ros,	Serapinum,
Aqua pluuialis,	Res diſtillatæ.

SI VIS FACERE medicinas mirabiliter penetrantes ad omne profundum corporis, accipe quamuis rem, quæ diſtillari poſſit, & maximè accipe res, quæ dictæ ſunt habentes ſubtiles ſubſtãtias, & diſtilla eas ſemel, aut bis, aut ter, ſecundum quod vis facere magis penetrantes: & tu videbis effectum. Nam ſi tu diſtillares acetum ſemel aut bis, aut vinum, quod ſubtile, inuenies, quàm ſubitò penetret dura oſſa, immò penetraret lapides, & metalla, propter hæc ros eſt penetratiuus, & aqua pluuialis, ambo enim ſunt veluti diſtillata.

De Medicinis reſpicientibus caput, Cap. LXXIIII.

CVM membris credatur eſſe virtus appropriata principaliter membris principalibus omnibus, ideò ducentia medicinas ad ipſa erunt confortantia ipſa generaliter, & aromatica: Ita ſpecialiter appropriata capiti, quę ſolũ caput reſpiciunt, ſunt hæc.

Medicinæ calidæ capiti appropriatæ:

Nux muſcata,	liter vaporoſa.
Lignum aloes,	Squilla,
Pœonia,	Rhabarbarum,
Folium,	Stœchas,
Vinum aromaticum,	Maiorana,
Lapis lazuli,	Anacardus,
Sal indicum,	Cerebella,
Balſamus,	Colocynthis,
Thus,	Agaricus,
Laudanum,	Epithymus,
Caſtoreum,	Myrobalani.
Omnia genera-	

Compoſitæ ſunt:

Hierapicra,	Anacardi.
Hieralogodion,	Theodoricon.
Blatta,	

Infrigidant caput:

Papauer album,
Camphora,
Viola,
Acetum,
Lactuca,
Nenuphar,
Rosa,
Folia salicis,
Hyosciamus,
Mandragora,
Folia Myrti,
Diapapauer,
Saccharum rosaceũ,
Saccharum violaceũ.

¶ Istæ medicinæ maximè habent proprietatẽ agendi,& perueniendi ad caput.

MEDICINAE euacuantes à capite tã simplices,quàm cõpositæ sunt istæ: pillulæ cochiæ, pillulæ aureę,de hierapicra. Cũ igitur vis specialiter agere circa caput,siue digerere,siue euacuare,debes eligere istas medicinas plus,quã alias, & operari cũ istis,si sufficiant:& si nõ,saltem debes permiscere cum his,quæ habent virtutem operandi quantũ expedit. Illa enim operabitur, & ista ducet ad locum,& sic ex hoc habebis digestiuum,& euacuatiuũ à capite,quando admiscetur aliquod istorum,sic appropriatum capiti. Similiter intelligas in alijs:illę enim medicinæ,quæ sigillatim nominantur,appropriant quamlibet earum ad mẽbra,quæ respiciunt.

MEDICINAE alterantes caput tã ad frigiditatẽ,q̃ ad caliditatẽ,tã simplices,q̃ cõpositę sũt istę:

Calidæ quidem sunt hæ:

Saluia,
Maiorana,
Ruta,
Chamomilla,
Folium,
Saturegia,
Origanum,
Calamentum,
Thus,
Laudanum,
Moscus,
Nux muscata,
Betonica,
Pœonia,
Serpillum,
Siler montanum,
Lignum aloes,
Cubebæ,
Fumus mastiches,
Pulegium,
Fœniculum,
Nigella.

Compositæ sunt:

Diarrhodon Iulij,
Aurea Alexandrina,
Diacastoreon,
Dianthos cum mosco.

¶ Istæ sunt medicinæ appropriatę capiti,& iuuantes caput ad illud, quod vis facere directè & per se. ¶ Modi autem proprij administrationis capiti,sunt embrocatio,gargarismus, caputpurgiũ, & iniectiones per aures.

Quæ autem adiuuant caput indirectè, & non per se,constituunt multas tabulas,vt reprimentia vapores stomachi, confortantia digestionem eius,& mundificantia stomachum, & intestina à superfluitatibus. Sed de his non est intentio facere tabulam, quia docebo te illud, quòd iuuat per accidens,& indirectè,quando fecero illud, quod facit per se,& directè.

De Medicinis respicientibus pectus, Cap. LXXV.

MEDICINAE appropriatę pectori,& quę sunt vehiculũ aliarũ ad ipsũ,tã digestiuarum,quàm solutiuarum hic narrantur:

Hysopus,
Vrtica,
Iris,
Liquiritia,
Passulæ,
Vinum dulce,
Dragagantum,
Fœnugræcum,
Ficus,
Prassium,
Mel,
Lilium,
A Aristolochia,
Squilla,
Capillus veneris,
Saccharum melissatũ,
Hordeum.

¶ Medicinæ euacuantes à pectore sunt hæ,quæ sequuntur,& generaliter omne cordiale calidum substantiale:

Semen papaueris,
Colocynthis,
Dragagantum,
Agaricus,
B Aqua casei,
Volubilis,
Sarcocolla,
Iris,
Diasena,
Cassiafistula,
Paulinum.

¶ Compositæ sunt pillulæ de agarico, quæ notat Mesue, & generaliter soluentia phlegma, & humores grossos.

Medicinæ infrigidantes pectus sunt hæ, quæ sequuntur:

Pruna, Gummi arabicum.
Diapenidium sine speciebus dragagantum.

C *Calefacientes sunt:*

Sulphur,
Chamomilla,
Ficus,
Bdellium,
Iris,
Enula campana,
Vinum dulce,
Hysopus,
Passulæ,
Serapinum,
Marrubium,
Mel,
Opoponacum.

Compositæ sunt:

D Diacalamentum, Diaprassium, Diairis.

¶ Istæ sũt medicinæ appropriatę pectori ad omne,quod vis in ipso agere,& admiscẽdæ alię, quãdo non sufficiunt istæ, quia iuuant alias ad penetrãdũ,& sunt iuuantes directè. ¶ Modi aũt approximãdi exterius sunt vngẽdo,vel balneãdo. ¶ Indirectè aũt iuuãt prohibẽtia rheuma, & descen ũ eius,& iuuantia stomachi digestionem, & superfluitates intestinorum mundificantia. ¶ Hoc est ergo, quod appropriatur pectori de medicinis E simplicibus,& compositis, & de modis proprijs & iuuãtes statim,& sunt de medicinis aperitiuis. ¶ Modi verò euacuationis proprij ipsi sunt phlebotomia,incisiones,& ventosę inter scapulas,aut quæ circa mamillam, aut alia,euacuationes:vt, screatus & tussis.

De Medicinis respicientibus stomachum, Cap. LXXVI.

F MEDICINAE verò quæ appropriantur stomacho,sic variantur ab autoribus. dicit Gal. 7. de ingenio, stomacho conueniunt ea quæ moderatè purgant,& non procedat virtus vlterius,q̃ ad regiones, quæ sunt secũdũ vẽtrẽ,& intestina, sicut aloe quod nõ est lotũ,magis purgat,lotũ verò min9,cõfortat autẽ magis. Itẽ Gal. 2. & Isaac dicũt, qđ vsus stypticorũ & aromaticorũ est cõueniẽs stomacho & inducit in eo fortitudinẽ naturaliũ virtutũ,& sũt istæ:

Mastix,
G Coctana,
Zingiber,
Absynthium,
Galanga,
Omnia aromatica.

Medicinæ euacuantes à stomacho sunt istæ:

Absynthium,
Hierapicra,
Aloe lotum,
Pillulæ stomachales,
Myrobalani.

Medicinæ calefacientes stomachum, sunt hæ:

Saluia, Absynthium, Anisum, Fœniculum, Cinnamomum, Zingiber, Myrtus, Theriaca, Myrobalani, Mentha, Balsamita, Cyminum, Calamentum, Marrubium, Piper, Mel rosatum, Gariophilli, Diamargariton, Rosata nouella.

Composita calefacientia sunt:

Diatrionpipereon.

Infrigidantes sunt:

Rosæ, Violæ, Portulaca, Cydonia, Cicoreum, Plantago, Cucurbitæ, Malagranata, Agresta.

Compositæ sunt hæ:

Diacitoneon, Saccharum rosatum, Saccharũ violaceum, Syrupus rosa. Diapapauer, Tria sandali, Syrupus violatus, Catarticum imperale, Diacyminum.

Euacuantes ab eo:

Stomachicon Alexan. Et omne quod leuiter resoluit, sicut Macis, Mastix, Galanga.

¶ Hæc sunt quæ appropriantur stomacho de simplicibus, & compositis digestiuis, alteratiuis, & euacuatiuis, & habent proprietatem agendi in ipso, & immorandi, & faciendi alias quasuis operationes. Ad hanc tabulam debes venire, cùm vis circa stomachum operari & directè, & si quid ibi deficit, recurre ad superiora, vbi inuenies ea omnia sufficienter, quibus indiges. ¶ Modi aũt cõuenientes euacuationi sufficiẽtes & ꝓprij stomachi sũt: vomitus, egestio, phlebotomia inferioris venę brachij, & vẽtosa scapulis, & stomacho apposita. ¶ Modi verò approximationis sibi sunt, qui cõueniunt tam interius, quã exterius, etiam vnctio, cataplasma, epithema, confectio, potio. ¶ Hæc sunt quibus iuuatur stomachus de medicinis, & ingenijs alijs. ¶ Quod autem iuuat indirectè, est confortatio cerebri, ne mittat ad stomachum rheuma & confortatio cordis, vt adiuuet eum in digestione, similiter hepatis & splenis. ¶ Medicari super spinam dorsi in languoribus stomachi est res magni iuuamẽti, imò in omnibus ægritudinibus est secretum magnum. Dicit, igitur Gal. in lib. de simplici medicina: nescio rem magis in iuuando stomachum in digestione cibi, quã corpus hominis quod occurrat ei, & tangat eũ de foris. Vnde homines applicãt se ad pueros de nocte, & inueniũt iuuamentum maximum, quoniã ista caliditas est similis, & propria calori naturali, & plus conueniens, quàm caliditas ex vaporatione. Quidam adhibent catulos, additur enim caliditati quantitas maior, non qualitas.

De Medicinis respicientibus hepar, Cap. LXXVII.



EDICINAE, quę appropriantur hepati, sunt cõfortãtes ipsum & vehiculũ aliarũ ad ipsum, & ipsæ appropriãtes alias, secũdũ quod narrãtur, sunt istæ: & scito quòd sũt plures ab experiẽtia notæ, q̃ ratione, q̃a sũt valde particularia, & appropriata, in q̃bus iudicat ratio:

Eupatorium, Hepatica, Lacca, Cichoreum, Squinãtum, Endiuia, Meu, Phu, Passulæ, Fistici, Fumusterræ, Cuscutæ, Absynthium, Spodiũ, Sandali, Spica, Hepata animalium.

Euacuantes ab eo:

Lupinus, Rhabarbarũ, Tamarindi, Agaricus, Aqua casei, Succus rosͣ. Absynthium, Myrobalani, Aloes, Volubilis maior, Eupatorium,

Calefacientes hepar sunt:

Spica, Squinantum, Eupatorium, Absynthium, Fumusterræ, Radices fœniculi, Radix petrosel. Anisum, Gentiana, Aristolochia, Mel, Cinnamomum, Vinum odoriferum, Carui, Ameos, Costus.

Compositæ sunt hæ, quæ sequuntur:

Diaprunis, Triphera saracenica, Pillulæ de rhabarbaro à Mesue factæ, & generaliter aperiẽtia, & mũdificantia sanguinem.

Infrigidantia quidẽ sanguinẽ & hepar sunt:

Endiuia. Portulaca, Hepatica, Solatrum, Sandali, Camphora, Aqua rosͣ. & endiuiæ, Lactuca, Violæ & semen eius, Aqua hordei, Solatrum, Spodium, Semi. frigida, Nenuphar, Acetum.

Compositæ sunt hæ:

Saccharum rosͣ. Saccharum viol.

¶ Istæ sunt quæ appropriantur hepati ex medicinis simplicibus, & compositis. digestiuis & euacuatiuis: phlebotomia etiam basilicæ dextrę conuenit ei, & euacuatio per vrinam, & per secessum, similiter per vomitum: ad omnes enim optimè se habet hepar, & ex phlebotomia saluatellæ, & saphenæ recipit auxilia mirabilia. Dicit Galenus & Isaac, grossitiei splenis, & hepatis valde iuuatiuũ est oximel, quod cum est fortius, vt squilliticum, fit spleni iuuantius & conuenientius.

De Medicinis respicientibus splenem, Cap. LXXVIII.



EDICINAE appropriatæ spleni, & aliarum vehiculum approprìantes sibi sic variantur:

Squilla, Asarum, Scordeon, Splenes animalium, Capparis, Tamariscus, Scolopendria, Rubea tinctorum, Acetum, Buglossum: & generaliter digestiua melancholię, lętificãtia cor, & clarificantia sanguinem.

Euacuantes splenes sunt:

Sena, Fumusterræ, Helleborus, Lapis lazuli: & generaliter solutiua humoris melancholici, Spodium, Diasena, Pillulæ Indæ, Pillulæ lazuli, Pillulæ de stœchados,

Cale-

Calefacientes splenem sunt:

Se. fœniculi,
Capparis,
Tamariscus,
Squilla, & eius acetum,
Carui aristolo.
Cortex & radix genistę
Nasturtium,
Ameos,
Scolopendria,
Calamentum,
Aqua ferrea,
Amygdalæ amaræ,
Semen anisi,
Diacyminum,
Radix cymini.

Infrigidantes, sunt infrigidantia hepar:

Lactuca, Hepatica,
Endiuia,
Salix,
Acetum.

Compositæ sunt:

Diaborraginatum,
Diacalamatum,
Ceras.
Diacyminum,
Diapapauer.

¶Ista sunt, quæ appropriãtur spleni de medicinis digestiuis, euacuatiuis & alteratiuis: & etiã de virtutibus primis, secundis, tertijs & quartis. Cõuenit ei euacuatio, & incisio basilicæ sinistræ & prouocatio hęmorrhoidum, & menstruorum. ¶Modi autem approximationis eis sunt proprij, sicut hepatis interius, & exterius, maturationibꝰ, potionibus & cataplasmatibus. Quod autem maximè iuuat splenem indirectè est clarificatio sanguinis & subtiliatio, hepatisque cura, & stomachi, & vsus frequens aperientium, & regimen sanguinis, & abscisio rerum generantium sanguinem grossum: dicit Isaac in diætis vniuersalibus, cùm splen trahat fæces sanguinis, ideò maximè laborat opilationibus. Constat igitur ei esse iuuamentum terminatiuum seu carminatiuũ oximel squilliticum. Itẽ Galenus & Isaac, spleni & hepati conuenientissima sunt, quæ aperiunt, & materias spirabiles faciunt.

De Medicinis respicientibus renes,
Cap. LXXIX.



EDICINAE appropriatæ renibus, & vesicæ & aliarum vehiculum, sunt de genere diureticorum, frangentium lapidem, & penetrantium, & sic narrantur ab autoribus:

Saxifragia,
Milium solis,
Senetio,
Radi. fœni. apij,
Semina frigida,
Hipericon,
Lactuca,
Papauer al.
Plantago,
Syrupus acetosus, omnia electuaria in frigidantia hepar & splenem,
Petro. macedonicum,
Squinantum,
Daucus,
Diacalamentum,
Eruca,
Paritaria,
Philantropos.

Infrigidantia sunt:

Nenuphar,
Bruscus,
Asparagus citrullus,
Aqua citri,
Se. portulacæ,
Se. endiuiæ,
Virga pasto.
Stomachicum frigidũ,
Electuarium ducis,
Spica nardi,
Iuniperus,
Dianisum,
Spica celtica,
Cubebæ.

Composita sunt ista:

Benedicta,
Catarticum imperale,
Pillulæ de benedicta.

¶Et generaliter diuretica omnia purgant inde

A materias, & dissoluunt, & ad hunc locum debes venire, quando circa illum locũ operari vis. Sufficiunt autem tibi hæ medicinæ, quia ipsæ sunt meliores alijs, & maioris efficaciæ: iuuant enim per plures virtutes, & tu scis, quòd medicina illa est eligenda, quæ per plures virtutes iuuat, etiam istarum medicinarum virtus est appropriare omnes alias renibus. Iuuantur autẽ indirectè cum alleuiatione splenis, stomachi & hepatis, vinum decoctionis chamo, est in hoc mirabile.

B

De Medicinis respicientibus matricem,
Cap. LXXX.



EDICINAE matrici appropriatæ secundum virtutem, sunt de genere prouocantium vrinam, frangẽtium lapidem, & educentium menstrua: & quæ habent ad hoc proprietatem specialem, secundum experientiam sunt hæ:

C

Matricaria,
Pulegium,
Calamentum,
Aristolochia,
Prassium,
Rubea tinctorum,
Origanum,
Sauina,
Iuniperus,
Diptamus,
Calamita,
Draguntea.

¶Euacuatiua à matrice sunt, quæ euacuant ab his locis, quando cum eis ponuntur istæ appropriatæ, & generaliter euacuantia renes, & omnia diuretica, & prouocantia menstrua, adimplẽt hoc

D opus. Ad hoc conuenit maximè benedicta, vtraq; colocynthis, solutiua phlegmatis. Calefacientia matricem sunt ista:

Serapinum,
Opoponacum,
Rubea tinctorum,
Assa, Mentastrum.

¶Infrigidantia autem sunt generaliter infrigidantia renes, & vesicam. Hęc sunt illa, quæ appropriãtur matrici de medicinis omnium virtutum, & quæ habent propriam efficaciam in operationibus eius, & tu nota illud. ¶Modi verò euacua-

E tionum, & administrationum sunt tibi noti: non enim melius euacuãtur, quàm per inferius. Phlebotomia saphenæ & ventosatio illarum partium, & prouocatio vrinæ, & similiter secessus inanit & alleuiat eã ab humoribus, vel ab humiditatibus: approximatio autem fit per omnem modum, sed per inferius cautiùs immò securiùs iuuat: quod autem per superius, periculosiùs, & tardat propter lõgitudinem loci. ¶Quod autem iuuat eam indirectè, est ingeniatio Medici super locis colli-

F gatis, sicut diximus, quòd ventosa super mamillas posita stringit fluxum menstruorum, & sanat multas passiones indirectè: quia quandam habẽt colligantiam secum, & similiter intelligo in omni membro. Nam omne membrum fit colligatum alteri membro, & fortè nocumento facto, aut iuuamento in aliquo colligatorũ membrorum, statim aliud confunditur aut mutatur. Cùm igitur vis indirectè iuuare, super membra colligata cõpatientia, vel influentia, exhibe medicinam, siue

G medicamen: & ideò in omni passione membrorũ principalium iuuat rectificatio, quia ipsa immittunt toti corpori robur, & vitam. Et scire debes, quòd cor, cerebrum, hepar, & testiculi, & stomachus quendam confluxum, & concatenationem habent adinuicem, & scriptum est omnium

membrorum esse vnam compaginem, condolent igitur inuicem & gaudent.

De Medicinis respicientibus iuncturas, Cap. LXXXI.



EDICINAE quæ appropriantur iūcturis, & generaliter membris remotis, sunt fortes, vt virtus non pereat antequam ad illa loca perueniat, & sunt cum subtilitate & penetratione, & attinent magis caliditati, & siccitati, quàm alij, & secundum experientiá illæ sunt narratæ & verificatæ. Isaac in diætis vniuersalibus dicit de mēte Gal. quòd melancholici sunt sanati à doloribus perfectè, & præseruati arthetici cùm aceto squillitico, & oximelle suo. In grossis igitur humoribꝰ in corpore coadunatis vtilissima sunt generaliter fortia in virtute, & partem subtilem habentia, vt

Acetum squilliticum,	Bdellium,
Zingiber,	Amomum,
Serapinum,	Opoponacum,
Acorus,	Sal armoniacum,
Squilla,	Acetum,
Pix,	Vinum subtile.
Assa,	

Et generaliter fortia in virtute, & partem subtilem habentia, vt,

Arthemisia,	Styrax liquidus,
Hypericon,	Nasturtium,
Hermodactyli,	Stercus columbinum,
Asarum,	Stercus vaccarum,
Castoreum,	Ruta,
Euphorbium,	Origanum & generaliter omnia rubificantia.
Acetum,	
Serapinum,	
Sinapi,	

Compositæ sunt:

Oximel squilliticum,	Oximel Iulij.

Istæ euacuant à iuncturis, & sunt medicinæ neruosæ:

Sarcocolla,	Euphorbium,
Colocynthis,	Centaureum,
Turbith, Opoponacū,	Cucumer asininus,
Serapinum,	Helleborus niger,
Sal gemma,	Polipodium,
Sal indicum,	Scammonea.

Compositæ sunt:

Benedicta,	co rosato,
Hermodacty.	Pillulæ archeticæ,
Electuarium de suc-	Pillulæ de benedicta,

Infrigidantia iuncturas sunt:

Solatrum,	Bolus armena,
Aqua rosa.	Acetum,
Lactuca,	Psyllium,
Semperuiuum,	Opium.

Composita, sunt omnia infrigidantia renes dicta supra: Medicinæ etiam euacuantes à iuncturis, sunt etiam fortes & acutæ, & sunt hæ:

Hermodactyli,	Opoponacum,
Turbith,	Euphorbium,
Sal indicum,	Colocynthis,
Sarcocolla,	Serapinum.

¶ Medicinæ in omni ægritudine neruorum, & iuncturarum, medicamina caput respicientia, & spinam dorsi: ex secretis mirabilibus petūtur Mesue. Hæc igitur sunt, quę appropriantur iuncturis

A de medicinis membrorum longinquorum. Cùm igitur expedit aliquid operari in illis partibꝰ, sicut in sciatica, arthetica, podagra, chyragra, ad hunc locum te conuerte, & cum istis medicinis solicita te operari, quod necesse fuerit de digestiuis euacuatiuis, calefactiuis, infrigidatiuis: quoniam his medicinis singulis est proprietas ad illa membra, per quæ illæ plus iuuant, quàm aliæ, quæ sunt in eodē gradu caliditatis aut frigiditatis: Vnde aut hæc proprietas quibusdam medicinis ad quædā B membra, aut quæ virtus sit prima, aut secunda, vel quæ alia, istud scire debes ex parte speculatiuæ medicinæ aut philosophia. Vigila igitur super virtutibus rerum dictis, quia audiuisti in scientia secretorum, quòd nihil pulcrum, nihil mirabile & excellēs exit à rebus naturalibꝰ, nisi per has virtutes, & tu audiuisti Hermetē dicere, quòd cognitio proprietatum rerum est maius donum. Fiunt ergò quędam experimenta per calidū, aut frigidū aut generaliter per primas virtutes, quia dicit A-C lexāder, quòd quando cōueniunt & concurrunt qualitates primę operantur mirabilia: & quędam fiunt per secundas virtutes rerum & sunt magis secreta, & quædam per tertias & adhuc sunt magis secreta, & quędā per quartas, & ad hoc nō perueniunt, nisi homines experti, iusti pōderis. & valdè eleuati super alios, vt dicit Hermes. Et si velis aliquid operari, solicitè aggrega illud totū, quod adiuuat te de omni virtute, iuxta illud Galeni in arte parua: Pharmacum.n.in se habens duas, aut D plures virtutes, fortiꝰ operatur, &c. Et ego ꝓpter hoc tibi dixi tabulā omnis virtutis, & omnis operationis, vt resoluēdo eá inuenias, quod vis, & opꝰ tuum erit valde mirabile, & occulta totum illud.

De modis diuersis, quibus Medicinæ operantur, Cap. LXXXII.



ODÒ volo tibi aperire portā secretorū omniū medicinarū, & est res quæ est radix omnium experimētorum, E omnis solertiæ & omnis operis abūdantiæ. Scito quòd quędā Medicinę iuuāt primò & immediatè, & quædam ex consequenti, quędā directè, quædā indirectè, quædā per se, quædā ꝑ accidēs, quędam omnibus his modis simul: verbi gratia, si dolueris circa hepar calefactū, dico quòd aliqua iuuant per primas virtutes, vt lactuca, quędā per aliquas & non sunt frigida, vt absynthium, & eupatoriū, quæ iuuāt & confortāt hepar à tota proprietate, & quædā iuuant vtroq; modo, vt en-F diuia quæ iuuat hepar calidū ꝑ primas virtutes, & per alias. Ad hepar aūt frigidum vnicum habet iuuamentū, quia non iuuat illud ꝑ primas virtutes, sed per alias. Quædam ipsum iuuant ex consequenti, vt scāmonea, ipsa.n. secūdū veritatem est calida, vnde nō debet iuuare, nec habet amicitiā in aliqua virtute cum hepate, imò est inimica membrorum principalium, & ideò directè primo modo non iuuat, sed ex cōsequenti, quia purgat choleram, & humores calidos. Ita in alijs, vt dum dici-G mus, phlebotomia infrigidat & extinguit febrem & euulsio testiculorū effęminat. Quādoq; adiuuamus hepar sic calefactū directè s. faciēdo medicamina super ipsum, & aliquādo nihil super ipsum, sed super mēbra colligata ei: nam si aliquis infrigidauerit stomachum, testiculos, aut splenē, aut cere-

cerebrum, aut ſpinam dorſi, vbi tenditur vena magna, aut alia ex venis magnis multis, infrigidabit hepar. Similiter res ſe habet in vnoquoque membro, quæ enim colligata ſunt adinuicem ſe contemperant, & in hoc multa ſecreta cadunt experta à Medicis, & maximè in paſſionibus ex complexione aliquorum. Aliquando non operatur res nec curatur, niſi per accidens, vt cum debemus ſuper locum frigidum ponere calida, ponimus frigida, & ſecundũ hũc modũ dicit Hippo. aquam frigidam ſanare ſpaſmũ. Aliquando multi iſtorum modorum iunguntur ſimul in vnum, vt aliquid iuuent ex conſequẽti indirectè, & per accidens, & in hunc modum cadunt multa experimenta Medicorum valde pulcra. Si igitur vis eſſe mirabilis vir, & ſecretorum inuentorum experimentator, intende ſecundum hos modos, & ſic eris abundans valde ad omne, quod vis operari. Nonne vides quòd ad hepar infrigidãdum habes tot modos iuuaminis pulcros, & artificioſos, con ſimiliter ad omne membrum, quibus potes addere multas medicinas omnis virtutis, dictas in tabulis, & ita progredi in infinitum, faciendo ex eis diuerſas pręparationes. Cui igitur deficit, niſi illi, qui caret ingenio, quod eſt artis fermẽtum: auge ergò tibi ipſum, & dominaberis.

Ingenium eſt fermẽtũ artis.

De modo aggregandi tabulas ſupradictas, & earum virtutes, ad vnamquamque ægritudinem, & de inueſtigandis ſecretis Medicinæ,

Cap. LXXXIII.



His itaque auditis potes multiplicare vnam tabulam quam vis. Nam ſi aggregaueris ad vnumquodque membrum, & ad vnamquanque paſſionẽ illud, quod iuuat per ſe de primis virtutibus, poſtea de ſecundis, & tertijs, & quartis, poſtea collegeris ea, quę iuuant per accidẽs & indirectè, aut ex conſequenti, aut à lõginquo, tu habebis totum illud, quod conuenit illi paſſioni, & tabula cuiuſlibet rei fiet valde magna. Non debemus autem aperire rationem omnẽ, quia facit audaciam ignorantibus, tẽtando opera omnia, quæ audiunt, ſed ſi tu es prudens, & intelligens, tu ſcies ex dictis tibi facere tabulam ad omnem paſſionem, quæ conſtabit ex iuuantibus iuuamẽtis per ſe, & per accidens directè, & indirectè, mediatè & ex conſequenti. ¶ Quandò igitur tu vis facere magnum opus, finge quamlibet paſſionem in homine, & examina in quo membro, quæ qualitas, quis humor ſit eam faciens: & habe in memoria omnes modos approximationis, & colligantiam membrorum ad illud à longinquo, & propinquo: & tunc conuerte mentem tuam ſuper tabulas primarum virtutũ, & eliges ex eis, quæ magis approximãtur illi paſſioni: deinde veni ad virtutes ſecundas, poſtmodum ad tertias, deinceps ad quartas, & ſemper ex illis tabulis extrahe, & in vnam tabulam redige, quod noueris conuenire. Præterea veni ad mẽbra colligata, ad modos approximationis, & totum collige in vnam tabulã, & illa erit tabula illius paſſionis continẽs totum, quod expedit in opere illius. Verbi gratia quod de vna affectione dicitur, idem intelligendum in

A omnib⁹ alijs: Epilepſia eſt apoſtema cerebri, & eſt ægritudo chronica, & periodica, & de malis qualitatibus appropriat ſibi frigiditatẽ, & de materiebus phlegma vt plurimum, aut melãcholiam, deſeruit tibi ad hoc regimen antecedẽs, cõplexionatum, & appropriatum capiti, & cerebro. Volo igitur facere tabulam conuenientẽ huic affectui habentem totum, quod expedit de medicinis, & ingenijs: vado ad tabulam primarum virtutum & approprio illi calida, & ſicca: venio ad tabulã hu-

B morum, & approprio illi digeſtiua phlegmatis, & melancholiæ: & venio ad ſecundas virtutes, & approprio illi medicinas reſolutiuas tertias, inciſiuas: & venio ad quartas, & approprio illi ſolutiuã phlegmatis: & venio ad tabulam appropriantem rẽ ad caput, & ibi colligo quod volo, & video modos conuenientes approximationis ad caput, vẽtoſationes, & euacuationes appropriatas capiti, & colligo totum in vnam tabulam, & eſt tabulã iuuantium epilepſiam per ſe. Poſtea conſidero cũ

C quo maximè colligentiam habeat cerebrum, & quia ſtomochus eſt, ideò confortantia ſtomachũ & repercutientia vapores, & mundificantia ipſũ, & inteſtina adiungo ſupradictis, quæ iuuant indirectè, & illi video conferre per accidens, aggrego in vnam tabulam & facio ſimplicia, & compoſita, & tunc res eſt completa ad curãdam epilepſiam; ſimiliter procede in infirmitate qualibet, nam ex prædictis extrahes quamcunq; vis tabulam. ¶ Et ſi tu vis etiam facere tabulam eorum, quæ operã-

D tur per accidens aut aliquo tali modo occulto, ex dictis potes habere: verbi gratia, ſi vis ſcire, quæ faciunt bonam memoriam, bonum intellectum, bonum viſum, & quę faciunt amorem ſecundum viam naturalem, aut via occulta, ad omnia enim ars medicinæ habet ingenium, nam bonitas intellectus ad bonitatem ſenſitiuæ virtutis ſequitur. Bonum intellectum facientia ſunt adiuuantia digeſtionem, confortantia cerebrum, & mẽbra principalia, expurgantia ſuperfluitates, prohibentia

Medicina ars ad omnia habet ingeniũ.

E vapores aſcendere, ſanguinem clarificãtia, & quę reſpiciunt caput & cerebrũ, & habẽt proprietatẽ ad bonitatẽ intellectus. Hæc autẽ oĩa, intellectis ſupradictis, inuenies, vnde facies tibi tabulam ad omnẽ operationẽ ſi vis. ¶ Et ſecũdũ hoc, inuenies multos autores dicere de ſuis receptionib⁹, quòd faciãt bonũ intellectũ: quia illę prohibẽt multiplicari ſuperfluitates, aut reprimunt vapores, aut cõfortant cerebrũ, generaliter rectificant ſanguinẽ & ſpiritum, & alleuiant ſenſitiuam, ex qua proue-

F nit omnis bonitas intellectus. ¶ Audiuiſti etiam, quòd quædã medicina vocatur lætificatiua, quia aggregat omnia confortantia membra principalia, & ſanguinem clarificantia, & generantia bonũ ſanguinem & ſpiritum. Secundum hoc etiam potes dicere, quòd quędam medicina ducit ad paradiſum, quia eſt compoſita ex diſponentibus ſanguinẽ ad miſericordiã, pietatẽ, manſuetudinẽ, & benignitatẽ, quibus mediãtibus ſequitur bonus appetitus ad bona opera: & quædam incitat amo-

Medicina aliqua poteſt dici quod ducat ad paradiſum.

G rem, quia auget ſanguinem laudabilem clarũ in quanto, & in quali, & priuat ipſum à melancholia & phlegmate, quæ ſunt cauſæ ſolicitudinis, quæ prohibet conuerſationem & amorem. Sanguis verò multus clarus facit omnia contraria, incitat venereũ appetitũ, vnde de neceſſitate diligunt, &

faciunt ciuiles cõuersationes, gaudia, liberalitatẽ, ex quo sequitur ipsum diligere, & diligi, & desiderari ab omnibus. Quædam facit castum, religiosum, quia inclinat sanguinem ad frigiditatem, & paucitatem, quo facto non appetit coitum, nec mulieres, nec ludum, nec cantus, nec similia, & vt generaliter dicatur, potes cum medicinis disponere sanguinem ad quamcumque qualitatem, tota enim differentia morum hominis fit ex sanguine calido, frigido, humido, & sicco, & cum medicinis prædictis scis etiam facere circa hominem omne quod vis. ¶ Tu audiuisti etiam ab autoribus, quòd quædam medicina facit fatuum, quædam dæmoniacum, & si tu vis facere de istis secretis & firmari, respice in nobis familiaribus, pauci homines sunt recti sensus aut boni ingenij, si potauerunt multum vini, quod non ast medicina extranea, efficiuntur stolidi, aut furiosi, aut habentes mores diuersos valde à seipsis, dum non sunt ebrij, & omnia mutantia sanguinẽm ad excessum calidi, aut frigidi, permutãt mores & intellectũ à ratione. Vidisti, quòd multoties comedit homo vnũ cibum, & post comestionem redditur alacer, iocosus, cãtãs, & valde diuersus à seipso, antequã comederet: & aliquando cõtrarium est, quia sanguis, spiritus, & complexio ex primo rectificatur, & bonificatur, ex alio verò corrumpebatur. Facit igitur Medicus de auaro prodigũ, de casto luxuriosum, de timido audacẽ, & generaliter, sicut mutat complexionẽ sanguinis, necesse est mutare sequentes inclinationes, & complexiones ipsius: & hæc sunt secreta ipsius vltima artis medicinæ. Quandoq; verò ipsa nõ facit ea, nisi ex cõsequẽti valde. ¶ Insipientes cùm legunt in libris prudentium Medicorum, & senum, qui sciuerunt iã esse secretum medicinæ, & vident eos facere bonum intellectum, prudentem, fidelem, fortunatũ valde derident eos, & deridentes valde elongati sunt à secretis medicinæ, & non volũt audire, nec credunt, quòd ad medicinam spectet aliud, quàm curare dolorem capitis, aut apostema, aut febrẽ. Hi deberent prius curare intellectus eorum grossitiẽ, donec possent intelligere ea, quæ nostri senes in medicina nobis scripserunt. Propter tales, qui vituperant secretorum inuentores, tu audiuisti, quod Hippo. præcepit physicis, quos docebat, quòd secreta non pandant, quia redundat in vituperium sapientum, & in infamiam, homo sapiens, & inuestigans bene veniet ad ipsa, & participabit nobiscum donum philosophiæ: si ipse nõ est dignus eo, nec inuestigans, nec intelligens, quicquid dicatur ei, perditur, immò dedecus est talibus secreta pandere. ¶ Radix ergo agendi secreta medicinalia circa corpus est, vt attendas circa sanguinem minuendum, aut augendum, & operaberis omne quod voles: & tu extrahas ab eo choleram, phlegma, & melancholiam, cùm quibus medicinis hoc faciendũ tibi est notũ: hoc sciunt multi, sed illud, quod ex hoc consequitur, nesciunt, nec percipiunt, Secunda radix secretorum est imaginatio, confidentia, & generaliter animę passiones, quas debes imprimere in mentes hominum: vnde Damascenus, oportet infirmo salutem promittere, nec velis vnquã à spe decedere, etiã si ipse desperet, quia dicit Galenus primo prognosticorũ, quòd bona cõfidẽtia, & spes plus valent, quã medicina. Ille. n. plures sanat, de quo plures confidunt: Et Hippo. in omni ægritudine confortari mente, &c. Vnde ex eis exit magnũ secretũ, imò maximum, & si tu cogitaueris profunda mente, quãta possit imaginatio, & ratio animę, dices actu nihil esse pulcrius, neq; verius, neque secretius, neque securius, quàm illud. Vidisti in libro experimẽtorum philosophorum, quòd circa animæ passiones posuerunt pulcerrima, & mirabilia. Quæ. n. medicina est plus calefaciens, quàm ira? & magis priuans amorem, & generans discordiam? & quæ magis infrigidat, quã timor? & quæ magis confortat, quã gaudiũ? & quæ magis cibat & nutrit, quã bona spes? & quæ magis interficit, quã desperatio? Cũ istis. n. philosophi fecerũt res valde pulcras, & dicerẽ tibi, quòd super his fundatur vna sciẽtia secretorum, quã philosophi necromantiam, diuinationẽ, & auguriũ vocant, & si recoleres potentiam, quã ascripsit Anaxagoras imaginationi, & æstimationi, & illud, quod Auicẽ. dedit ei de posse, tu nõ dubitares, quin his sit maximũ secretũ, & qui nõ credit, fleat super se. In his igitur rebus, & supradictis est omne secretũ medicinæ, & tu excita te super hoc, & vigila, quia tu audiuisti Pithagorã ad philosophos dicere, tantò magis dictis attollere mentẽ, quãtò magis doctor abbreuiat sermonem. Nã de secretis multa decet intelligere, sed semper pauca dicere, vel scribere.

Radix in secretis medicinalibus.

Super p[...] nibus [...] fundatur [...] diuinati[...]

Quòd Medicus non debet vti medicinis fortibus, naturam dissoluentibus, sed leuibus, & diæta, Cap. LXXXIIII.

SVCCESSVS philosophorum ad opus fuit via leuiori, & secretiori, & fuit eorum intentio alleuiare naturam, quæ alleuiata, & vigorata perficit omnia, vt expedit: ipsa enim scit, vsquequo est agendum plus, quàm Medicus. Imponebant igitur sibi finem omnem in actionibus, vt nunquam plus calefacerẽt, quàm ipsa, si foret potens: quia ipsi benè sciuerunt, quòd nihil est agẽdum, quod natura non faceret. Hęc igitur sola intentio eorum erat alleuiare naturam, & nunquam subuertebant hominem, quia opus, quod subuertit, est opus pariens naturæ molestiam & nunquam subuertit, in quo natura non regulat medicinam ad actionem, sed occurrit medicinæ & regulat naturam, imò vincit naturã: vnde Damascenus. Nõ est purgandum, nisi cum medicina, quæ fit à temperamento remota. Galenus etiam in secundo de ingenio: antiqui philosophi hunc ordinem curationis seruãt semel, aut bis, totum corpus cum leui laxatiuo purgant, deinde bonum nutrimentũ offerunt, & motum imperant, aut ambulationẽ & exercitium & vomitum. Fuit igitur eorum intentio semper appropinquare res paruas, quas natura posset regulare, & quibus posset se iuuare, & omiserunt facere res magnas, in quibus exponitur homo grandi periculo. Hoc regimine præcedente, & occursu exteriorum cum complexione nati ægri, quæ ægritudinis dispositio causa fuit, postea venerunt ad ægrum cum leuioribus purgantibus superfluitates, scilicet vomitu conueniente tempore anni, & cum clysteri, & cum fricatione, & cum diæta conuenienti tempori, & complexioni secundum intẽtionem, quam habebant,

bant, ſcilicet præſeruandum, vel curandum, vel etiam cum exercitio, & balneo. Si conueniret, & ſi neceſſitas vrgebat pharmacare, vel minorare, faciebant hoc cum valde paruis medicinis, ſcilicet cum caſſia fiſtula, manna, tamarin. myrobalanis, reubarbaro, & veniebant vſque ad agaricum, & vtebantur plus confortatiuis medicinis cõfectionibus, quàm medicinis ſolutiuis, & diſponebant virum ad gaudia, lætitiam, bonam ſpem, bonam imaginationem: vnde Damaſcenus quo ad vſum medicinarum dicit: medicina ſtyptica, odorifera, & tẽperato vicina, naturalem virtutem cuſtodit, & confortat membra principalia: hac igitur ſemper vtendum eſt. Ne igitur temerarius ſis in forti medicina, quæ naturam diſſoluit, & quo ad boná ſpem, ſemper illuminando nutrire ne deſinas, & ſi videris iuuamenta cum phlebotomia ipſa perfice omne opus tuum: maior igitur ſpes tui operis erit in diæta: vnde Damaſcenus, ſi curare potes cum diæta, proſpera tibi inuenies. & ita in exercitijs, & animæ p. ſſionibus. Non eris igitur indigẽs multis, nam paucis medicinis ſolutiuis, & confortatiuis, & cibis conuenientibus cum rectitudine expletur opus tuum, & non eſt poſſibile exinde conſequi vituperium, & tota ratio erit in ratione mediocritatis, ne nimis multa aut magna ſit. ¶ Et poſtquam diæta eſt illud, cũ quo maximè ſe adiuuat, & ipſa ſit cibus & potus, dicamus de cibis cõuenientibus, & diſconuenientibus ad omnem intentionem neceſſarijs.

De Cibis & Potu, Cap. LXXXV.

TV ſcis ex Galeno, 5. ſimplicis medicinæ, quòd cibus eſt illud quod eſt aptum conuerti in ſubſtantiam noſtri corporis, & [illegible] in locum eius, quod continuè deperditur, eſt id, quo augemur, & tenemur in vita, & eſt aptum pati à colore, & vinci magis, quàm agere, & vincere, & non agit in corpus vt quale, ſed vt quãtum. Ariſt. in Problematibus: vt res, quæ eſt propinqua complexioni hominis bonę miſtionis quatuor elementorum, & accedens ad temperatum, eſt conueniens cibus hominis, & citò potẽs venire ad humanam complexionem, & conuerti à calore, quia parum diſtat, & habet magnũ ſymbolum cũ corpore noſtro. Vnde Gal. 5. ſimplicis medicinæ: res, quæ nutriunt, ſunt in tota ſubſtantia conuenientes. Et Iſaac in diætis, quòd nec dulcedo, nec pulcritudo, nec aliqua qualitatum taliũ facit rem eſſe cibũ, ſed amicabilitas quædá totius ſubſtantiæ, quæ eſt rei ad rem, ſicut etiá venenum & medicina non eſt tale, niſi per inimicitiam innatam ſubſtantiæ ad ſubſtantiam, & propterea ciborum, & medicinarum, & venenorum facta eſt ſcientia quaſi incõprehenſibilis, niſi experimẽto: cibus igitur eaſdem ſibi ſeruans qualitates, & dulcedinẽ optimus. Cibi, qui generant bonos humores, & faciũt corpus gaudere, & benè reſtaurare, ſunt cibi accedentes ad temperamentum, in quibus eſt æqualitas quatuor elementorum, & digeſtio æqualis, in quibus non eſt exceſſus alicuius ſaporis, ſcilicet ſalſedinis, amaritudinis, acuitatis, ſed magis attinet dulcedini, vt

Panis bene mũdus & fermentatus,
Vinum odoriferum,
Caro porci medię ętatis,
Vitulina,
Agnus annualis,
A Pulli, Perdices, Phaſiani,
Alæ pullorum,
Granum mundum,
Legumina munda,
Nuces,
Meſpila,
Mulſa,
Mel in frigidis corporibus,
Lactuca,
Scariola,
B Oua ſorbilia,
Piſces pelagi ſquamoſi & petroſi,
Lac caprarum,
Semela,
Ptiſana,
Riſum,
Auellanæ, Iuiubę, Perſica, Dactyli, Cydonia,
Vua, Malagranata, Fiſtici, Pineæ, Borago,
Bleta.

¶ Cibi, malos generantes humores ſunt, q̃ ſunt in aliquo exceſſu calidi, frigidi, aut humidi, & ſicci, & quęcũq; facile corrũpũtur, inæqualiter digeſti, & permiſti, saporẽ habentes ſalſum, amarum vel acutũ: omnes enim tales corrũpũt ſãguinẽ: ſicut

Cibi mali.

Allia,
Cæpæ,
Porri,
Fungi,
C Cucumer,
Poma immatura,
Omnis caro antiqua,
Ceruina,
Leporina,
Baucia,
Caulis,
Capparis,
Caro ſilueſtris capreoli,
Caro porcelli,
Caro vaccina,
Caprina,
Agnina,
Vrſina,
Caro pinguis,
Rapa,
Cucu.
Sinapi, &c.
Cerebrum,
Medulla.

¶ Cibi, qui multũ nutriunt, ſunt conſtantes ex 4. elementis, bene miſtis, accedentes ad tempera- D mentum, multũ exhibentes de chymo, & diu immorãtes, & eorũ ſuperfluitates ſunt paucę: ſicut

Cibi multùm nutrientes.

Panis bene artificiatus,
Vinũ dulce & groſſũ,
Caro porcina, Bouina.
Pauones, Colũbi parui, Anſeres, Cerebra,
Teſticuli, Oua,
Lac, Caſeus recens,
Cancer, Cępę, Riſum,
E Cicera,
Mulſa, Dacty Ficus,
Vuæ, Inteſtina,
Piſces lacuum,
Carnes digeſtæ, omnes medullæ, Caſtanea, Faba,
Pinguedo,
Caſeus vetus,
Anates, Turtures,
Paſſeres, Pupilli.

¶ Parum autẽ nutriunt cibi, qui ſunt facilis reſolutionis à membris, quorũ chymus eſt paucus, rarus, citò exhalabilis, & qui acutas, & violentas habent qualitates: ſicut mora celſi immatura, pruna, malagranata, meſpila, hordeum iuiubę, oliua, milium, panicum, panis furfureus, triticum albũ, bleta, atriplex, ſpinchia, pulmo, venter, lac cameli, omnia ſalſa, cucur. capparis, nares, aures, extre- F ma gallinarum.

Cibi parum nutrientes.

¶ Cibi, qui facilè digeruntur, habẽt ſubſtãtiã teneráa, facilè diſſolui, ſine viſcoſitate, & magna adhęrẽtia partiũ adinuicẽ, & ſine ſoliditate: ſicut ſunt

Cibi qui facilè digeruntur.

Vua, Ficus,
Amygda. dulces,
Caro pulli,
Caro hœdi,
Perdices,
Lactuca, Scariola,
Caro vituli.

¶ Cibi qui difficilè digeruntur, vel diuiduntur à calore, ſunt habentes viſcoſitatem grandem, & G tenacitatem partium, aut ſoliditatem magná, aut fortem exceſſum, obtundentem calorẽ noſtri corporis, vnde ſuperare non poteſt, ſed in ſui natura diu permanent, vnde indiuiſibiles vocãtur: ſicut

Cibi qui difficilè digeruntur.

Panis azymus,
Amidum,
Faba,
Pruna alba,

Cydonia,
Squilla viridis,
Castaneæ,
Oliuæ,
Iuiubæ,
Fœniculum,
Caulis,
Rapa,
Coriandrum,
Melones,
Fungi,
Columbi,
Grues,
Turtures,
Nares,
Intestina,
Caseus vetus,
Oculi,
Lingua,
Labia,
Extremitates,
Vinum antiquum,
Pineæ,
Caro anatina,
Caro anserina, Bouina, Ceruina, Vrsina,
Cicera,
Glandes,
Auellanæ,
Baucia,
Caro porcina,
Cor, Hepar, Splen,
Leonina,
Pauones,
Stomachus,
Renes,
Oua,
Volatiliũ, Pulmo, Pedes,
Poma, Citri,
Milium,
Panicum.

Cibi impinguantes.

¶ Cibi multum impinguantes sunt, qui generãt sanguinem multum grossum, viscosum, adhęrentem membris, & difficilè resolubilem: aut sunt habentes ventositatem grossam, quæ faciunt eminere cutem, & replent, sicut

Panis tritici bene fact⁹,
Risium. Caro vrsina,
Caro agnina,
Cerebella,
Oua sorbilia,
Vinum dulce,
Spissum mustum,
Mala Punica,
Lac coctum,
Vuæ, Ficus,
Porcina caro,
Persica.

Cibi attenuãtes.

¶ Cibi, qui maturant, & attenuant, sunt generantes parum sanguinẽ & subtilem, acutum, calidum & resolubilem, sicut

Salsa omnia &
Acuta similiter,
Acetum,
Vinum vetus,
Petros. Carui.
Ciminum,
Apium,
Anetum,
Ruta,
Omnia indigestibilia,
Piper & quæcumque sanguinem subtilẽ exhibent.

¶ Vnde de naturis, & complexionibus ciborũ dicit Isaac in diætis vniuersalib⁹, quòd omniũ sattestantium cõplexioni, & naturæ rei fortius est sapor: quia inseparabiliter complexionem concomitatur. Nos generaliter de saporibus dicentes, pauca quędam de ijs proferemus. Sunt autẽ octo scilicet dulcis, vnctuosus, amar⁹, acutus, acetosus, ponticus, stypticus, & abusiuè, insipidus. ¶ Dulcis namque sapor sine omni sapore acuto, vel styptico temperatus, & mediocris existit, similisque complexioni humanæ, & cum humana complexio temperatè sit calida & humida, similiter dulces cibi, puri sunt, atq; delectabiles naturæ: ideoque eos trahit & vltra debitum: inde læsiones opilationes, & repletiones sæpissimè proueniunt, & prostratio appetitus. ¶ Amaritudo autem denuntiat cibum esse calidum in tertio, siccum in secundo, in eo terrestreitas, & grossities dominantur & habet quandam ponticitatem, secundum fortitudinem sui caloris est incisiuus & aperiẽs magis, quàm opilatiuus: vnde amaritudo est diuretica, menstrua prouocat, & corporis exteriora à scabie mundificat, & morpheã, & parum aut nihil est corporis nutritiua, quia à delectabilitate, & A dulcedine ost remota: appetitum autem incitat, quia virtus sua incisiua venarũ aperit ora, & chymos subtiliat, & plerunque desiccat.

Sapores ciborum octo.

Dulcis.

Amarus.

¶ Stypticitas autem substantiam ciborum in stomacho coadunat, & supernatare prohibet, nauseam stomachi fortiter expellit, vel compellit, & ex stomacho expellit superfluitates, proinde prouocat appetitũ. ¶ Acutus sapor calid⁹ & siccus in quarto gradu: quare sua incisio, & penetratio est ignea, vnde est corrosiu⁹, penetratiu⁹, subtiliatiu⁹ magis cęteris. B Est igitur solubilis extractiuus appetit⁹, quia sua incisione, & subtiliatione venarum ora aperit, mũdificat, & desiccat superfluitates: nutrit autẽ parùm valde, vnde Medicinæ plus quàm cibo attinet. ¶ Salsus calidus & siccus designat in tertio: quia suæ humiditates sunt grossæ & subtiles, sunt mediocres terrestribus vicinantes, vnde virtutẽ habet pungitiuam, lauantem corporis asperitatẽ, & dissoluentem, & mundificantem corpus ab humiditate: vnde molles carnes desiccat, & indurat, C parũ nutrit, & à natura minimè tractus, irritat, & euigilat expulsiuam sua mordicatione, & cum ex eis sua horribilitate trahat natura quantitatẽ paruam, multam relinquit in intestinis superfluitatem: vnde inquit Galenus, dulcia paruas habent superfluitates, superfluas nõ multas. ¶ Acetosus frigidus, & siccus in tertio gradu perforat, & incidit grossum humorem, proinde plus cæteris incitat appetitum, cùm in eo sit frigiditas, penetratio & incisio. ¶ Stypticus aliquam superfluitatem deponit ab ore stomachi, stomachũmque corrugando confortat: differt tamen in corporibus, in quibus operatur, si in intestinis humorem grossum inueniat, stomachum superiùs confortando, incidit, & deponit eos. vnde in talibus ventrem laxat, & humorem, depauperatum si inueniat, stringit ipsum. ¶ Pontici cibi cùm eorũ humidũ sit valde & purè terrestre, frigidi sunt, & sicci, & prope quartum gradum: vnde eorum nutrimenta sunt paruissima, grossum humorem facientia: subtili diętæ illaudabilissima: sed tamen virtutem appetitiuam incitãtes propter coadunationem nimiam, vnde quia ponticitas vim habet desiccatiuam, stomachum exinanitum constringit, & confortat foramina sua: vnde nimiæ cõstipationis fit causa. Si autem inueniãt stomachum plenum cibis, his supernatant, & grossitie sua superiorem partem stomachi adiuuant, exprimentes sicut torcular: vnde sua foramina inferiora dilatãtur, & emittũt intus habita: sicque fiunt causa solutionis accidentalis, & maximè si virtutem stomachi debilem inuenerint, & mollem in retinendis cibarijs, & cibaria in natura sua sunt mollissima. Vnde Galeno ponticitas desiderium cibi excitat, quia ex natura sua in primis superiora stomachi constringit ejiciens contenta: parat in eiiciendo sibi ad alia ciberia appetitum, & natura stypticitatis perueniens vsque ad venas, succos ciborum coadiuuat, & loca membrorum euacuat, cogens alia membra appetere: hinc Hippocrati amara acuta, acetosa, pontica omnia sæpè appetitum excitantia, amara & acuta, quia ora venarum aperiũt, & grossa subtiliant, plærunque desiccantia, & ina nientia, ponticaque substantiá ciborum coadiuuant, & stomachum euacuant, & venas: acetosa verò propter vtrunque. Stypticorum actio eadem est

Stypticus.

Acutus.

Salsus.

Acetosus.

Stypticus.

Ponticus.

eſt cum actione ponticorum, ſed tamē ſubtilior: quia humidum ſuum inter ſubtile & groſſum eſt mediocre, vnde in poros penetratiua ſunt. Pontici verò, quia terreſtres ſunt, amplius deriuata penetrant intima corporis extrinſecus. Sunt ergò operantes tantum ſine ſapore cibi, qui frigidi ſunt, & humidi, non ſunt ſtyptici, nec ſunt ſolutiui: non enim ſunt mordicantes, irritantes, nec ſtringentes, nec coadunantes: ſed ſi ventrem paratum ſolutioni inueniant, ſua aquoſitate ſoluunt. Si verò ventrem ineptum ſolutioni inueniant, minorant, & torſiones, atque rugitus peragunt, ad humectandū autem, & ſitim extinguēdum competit eorum vſus. ¶ Dicit Gal. 5. ſimpl. medicinę: vltimo capite, ſtypticum eſt frigidum terreum, acetum eſt frigidum ſubtile, & amarum eſt ſubtile terreum, acutum autem eſt igneum, & ſalſum eſt terreum, terreſtre & calidum & dulce eſt calidum, ſed non comburens. Omnis res vnctuoſa pinguis eſt aerea, & operationes earum ſequuntur earum complexiones: de proprietate ſimiliter ſtyptici eſt, vt aggreget, ſolidum faciat, im C

A pellat, & ingroſſet. De proprietate acetoſi eſt, vt incidat, ſeparet, ſubtiliet, aperiat, & mundificet poſtquam calefaciat: Et acutum acre calefacit, & iterum acetoſum impellit, & acutum acre attrahit, & reſoluit: & amarum aperit, mūdificat meatus, abſtergit, ſubtiliat, & incidit humores groſſos, propter caliditatem manifeſtam. Rei autem aqueæ frigidæ & inſipidæ ſapori proprium eſt, vt infrigidet, ingroſſet, aggreget, ſolidet, mortificet, & ſtupefaciat. Acutū acre ſubtiliat, mundifi- B cat, reſoluit, attrahit & indurat. Et ſalſum aggregat, opilat, exſiccat humiditatem propter caliditatem manifeſtam: Et dulce mollificat, maturat, & lenit. Et vnctuoſum pingue humectat, lenit, mollificat. Cùm res ita ſe habeat, ſecūdum quod narrauimus, facilè eſt tibi, vt ponderes ſapores cum iſtis operibus, quas diximus, & ponderes alias cum illis. Scias igitur, quòd contrarij in operationibus ſunt contrarij in complexionibus, &

in hoc finitur tabula multum Medico neceſſaria volenti proficere.

Deo gratias.

ARNALDI DE VILLA NOVA ANTIDOTARIVM.

PROOEMIVM.



LAMENTABATVR Hippocrates eò quòd medicina ſcientiarum nobiliſsima propter indiſciplinam vtentium & vanè iudicantium in effectu eſt prę cūctis ſcientiis ſterilis facta, quæ ab altiſsimo creata neceſsitate ſanationis corporis, & animæ mortalium vtiliſsima, ac ipſa precioſior ſcientiis cunctis exiſtens, exaltans capita ſugentium vbera eius in cōſpectu regum & porrigens fructum frondium ſuarum in conſpectu magnatum, quæ etiam neceſſaria ægris ſanandis amplexanda, & E honoranda à ſapientibus videtur, prout ſpiritus edocet hagiographorum: quam quidam indiſciplinati miniſtri infœcundant, & ſterilizant prodi toriè. Quapropter animaduerti in gazophilatiū ipſius laudem ex arcanis ſapientum paupercula coaceruare, modum præparandi medicinas effectuſque earum, quibus plerunque vtuntur filij incarnatę veritatis amota nebula nominum medicinarum, morborum & ponderum, & modum miniſtrandi eaſdem propalare. Tu igitur æterna F ſapientia propala ſcriptos aditus theſauri tui vberrimi, qui ſemitas meas irradiet, quatenus innato, quædam aggregare valeam, quo ſanātes orthodoxè lucidati commodè medeantur ſeruos tuos, brauium hîc & in patria percepturi.

De Compoſitione Medicinarum, Cap. I.



SCIENTIA vtiliſsima componendi medicinas, & præcipuè in compoſitis morbis, cùm rariſsimè reperiatur medicina ſimplex amplectens omnes virtutes, quibus indiget Medicus in curatione morbi, & conſeruatione ſanitatis, quæ tamen ſi inueniatur, non eſt præferenda compoſitæ, quamuis plerunque indigeat præparatione aliqua: tum e- D tiam quia effectus expertarū medicinarum notiores ſunt nō expertis via rationis & experimēti: & cùm intellectus operantis concludere nequeat ſyllogiſando effectus omnes elementales, & cœleſtes complexionatorum, ex quibus conficitur medicamen. Experimento enim innotuit Deus largifluus ſeruis ſuis effectus aliquos compoſiti, quod patet in theriaca, quæ effectus inducit, qui ex miſcibilibus concludi nequeunt Bene tradunt edocti, quòd ex actione, & paſsione miſcibilium compoſitorum prouenit interdum infirmo, propter eorū occultas potentias, ad quas humana ratio non pertingit, quòd compoſita eiuſdem virtutis magis iuuantiora ſunt corpori ſanabili, quàm ſimplicia: quòd creber vſus ſanantium competit, & ex 4. capitulis de compoſitis modis ſuprapoſitis, patet, in quibus artificium primitùs conficiendi, vel componendi medicinā patefeci. ¶ Secundò conſeruabo effectus, ſeu virtutes compoſitorum, ac modum exhibendi ea communiora, quibus plerunq; vtuntur moderni, quæ omnia ſapientes ſparſim voluminibus ediderunt, ac vt potentiùs elucefcant effectus cuiuſlibet compoſiti, ſcribam primo cuilibet receptæ, quæ ſunt baſes in ea. Veruntamen ſciendū eſt, quod pluralitas morborum cogit interdū imponi plures baſes in compoſito, velut imponitur aniſum pro diſſolutione ventoſitatū, ac viſcoſitatum, ſaxifragia pro lapide frangendo in electuario ducis: Immittuntur quādoq; plura in combaſim propter vehementiam morbi, vt compoſitū G potētiùs operetur, vt gummi. Imponuntur in adriano in combaſim cum pyrethro cōtra fortes & frigidas paſsiones capitis, & ariſtolochia ponitur in combaſim cum hyſopo cōtra exuberantiā

phlegmatis in spiritualib. Verùm ingeniati sunt sapientes, variis modis porrigere instruméta naturæ, prout inuitat necessitas, vt quibus sunt ciborum varietas, electuaria, condita, syrupi rob. & medicinæ eductiuæ, velut sunt pillulæ hieræ, triphere, vomitoria, decoct. iniectiones, suppositoria, nasalia, masticationes, gargarismata, dentifricia, allohoc, suffuf. & theriacę opiatę, trochisci, balnea, embrocationes, & fomentationes, sinaspismata, suffumigationes, odoramenta, sacellationes, emplastra, vnguenta, olea, linimenta, & alia manualis operatio, quorum vsus diuersus & varius est. ¶ Sciendum quòd quædam sunt, sine quorum impositione non subsequitur effectus formaliter ex composito, vt in hieralogadij ex hellebori, aut in hiera ex aloes obmissione: sunt quędam ex quorum commistione medicina vim suam amittit, vt puta anacardij commisti theriacæ potentiam interimunt trochiscis de vipera, quorum effectu theriaca formaliùs operatur. Igitur interdum cóponitur medicamen, vt ex miscibilibus resultet vna virtus, & hic est melior modus. ¶ Etiam medicamẽ componitur interdũ quatenus eius potentia perfectius faciat suam operationẽ, propter quod sapientes cócorditer docuerunt, associari zingiber cum turbith in attractione phlegmatis subtilis, quatenus incitet & vigoret operationem eius, vt trahat plurimum phlegma viscosum à remotis. In benedicta ponitur diagridium, vt incitet eius attractionem nó subita virtute phlegmatis eductiua, & in epithimo ponitur piper, & cætera subtiliatiua, vt incitét eius operationem interdum dissoluẽdo, & similiter Rhabarbaro bolus armena associatur, & mumia, vt constringat manationẽ sanguinis vndecunq;. ¶ Etiam medicamen componitur aliquando indeterminatũ vnũ, aut plura respiciens mẽbra, vt diligenter eius virtus ad membrũ indigens eius operatione deportetur: vt cùm volumus purgare caput cum agarico, felicitamus eius operationem permiscendo cum eo nucem muscatam, betonicam, vel stœchas, & cum quærimus cũ eo euacuare matricem, aut ductus vrinales, commiscetur ei optimè arthemisia, vel diu retica nota. Et cùm cogimur educere cum eo ex iuncturis eius operatio viuificatur permiscendo ei squillam, zingiber & assam fœtidam, & auxiliamur quandoq; hepati permiscendo ei spicam endiuiam. Similiter indigemus quandoq; pliris arcotico, quod respicit caput, stomachum & cor præcipuè si sit recens: in læsione enim capitis admiscetur ei cõdecenter medicina directiua ad caput, vt sunt nux muscata, betonica vel stœchas, & cũ quærimus cum eo cõfortare stomachũ, cõgruè admiscetur ei galanga, vel mastix: & cũ volumus cor confortare cũ eo admiscetur ei croc⁹, vel datur cũ decoctionibus eorundẽ. ¶ Etiã medicinę cóponuntur interdũ, vt iniquitas alterius reprimatur, vt associatur dragaganthũ & bdelliũ aloę, ne venarũ apertione & intestinorum excoriatione faciat effluere sanguinem, ac ne dissipet substantiã hepatis. ¶ Etiã felicitamus effectũ medicinarum in permiscendo eis, nota, quæ potentiã habeant delatiuam, velut admiscetur crocus auro, & argento, vt ea deferat ad cor, quæ sua grauedine prauè elabũtur per secessum. Item imponũtur medicinis interdũ, quę habent virtutẽ delatiuam, maximè ad membra remota, ita ponitur in electuario ducis, & in diacucurma tragacantũ, vt sua conglutinositate vehatur ad mẽbra ꝓpagationis, ne pereat in viis. ¶ Etiam medicamen componitur interdum in eũ finem vt remittat excessum miscibilium, propter quod imponitur camphora in electuario pliris arcotico, vel sandalus rubeus commodius, vt aliorũ mitiget excessum caliditatis. ¶ Etiam cogimur quandoq; commiscere medicamina effectuum contrariorum, vt in mictu sanguinis retinendo, cogimur admiscere meatuum aperitiua, ne sanguis diruptus in ducat perniciem, & in hemitritæis cogimur admiscere digestiua choleram & phlegma, ac in opilatione hepatis commiscentur condignè styptica subtiliatiuis, ac aperitiuis, ne liquefaciant substantiam teneram hepatis, vt rosas, costum & apium. ¶ Etiam componitur medicamen interdum propter virtutes occultas, quibus medicina specificat sibi morbum, vt cẽtunodia & ceterach, specificantes sibi mẽbrum cauterizatum, quandoque commiscetur condignè medicinis digestiuis tumores vlcerosos. Etiam sicut agrimonia fistulosis, & pœonia Romana curãtibus epilepsiã. ¶ Etiam medicinæ cóponuntur, vt diutius conseruẽtur, aut vt sub dulcedine natura amplectatur amarũ, & occultũ iuuatiuũ: ita hiera vt plurimùm fermentatur cũ melle, vel saccha. Pestilẽtes autem fermentãt electuaria, & syrupos frigidos, vel temperatos, vt diarrhodõ abbatis, & syrupũ, vel saccharũ violaceum, vel cum saccharo rosaceo, quod calidius cum melle, ex quo sumentes læduntur, vel pereunt fortè. Propalabo tamen cum piis acuminibus mellis amotionem, infrigidationem ac humectationem ei aliquandò, ꝓut sapientes aperuerunt: & est accipere 10. partes aquæ dulcis fontis, & vnam mellis recentis dulcis absque acuitate, quod ignis non tetigit, & coquatur lento igne absque fumo in olla terrea, continuè agitando, & despumãdo, quousq; perueniat ad spissitudinem syrupi, quo loco sacchari species, vel syrupos potes conficere, quæ propinare poteris, vbi volueris: & hoc etiã est melius, cùm medicina hac ęgri pauperes releuentur, cum saccharum habere nequeunt. ¶ Etiam cogitur Medicus aliter & aliter conficere medicamẽ, & componere pro varietate regionum & temporũ. Nã eosdem effectus ꝓducit diarrhodon Constantini in Anglia, quos diarrhodon abbatis in Valentia, cùm experientia magistra informauerit inquirentes veritatem quòd ʒ.1. elementatæ medicinę alterantis in quarto gradu exhibita corpori temperato, mutat ipsum sensibiliter, & ʒ.1. & s. cóplexionatę in tertio gradu & ʒ.2 mistę in secundo & ʒ.3 compositæ in primo, consimiliter immutant ipsum sensibiliter. Similiter apparet in complexionatis habẽtibus naturam manifestam nutriẽtis, quòd facit in ipsis ℥. quod in aliis ʒ. vel idem faciunt ℥.2. mellis ca. & sic in secundo in corpore tẽperato, quod ʒ.2. laccæ calidæ & sic. in eodem: & idem ℥.2 lactucæ fri. & hu. in secundo, quod ʒ.2. lenticulæ aquæ fri. & hu. in eodem. Sciat prudenter medicans aliter & aliter componere medicamina, & doses eorum simpliciũ ac compositorũ augere, vel diminuere penes dispositiones tempo-

temporum, regionum, morborum, & complexio num, velut si in regione ca. sit dosis medicinę ʒ.1. in regione minus ca. augetur primo de ℈.1. deinde gradatim ascendendo, vsque ad duplum, & consimiliter in aliis: nisi ea, quæ medicantur, vel operantur virtute styptica, vt quantitas croci, & fellis viperæ interficit, & quantitas seminis lenticulæ ex lapide bezoar griseo, seu valdè viridi sumta, pulverizata, liberat hominem potentissimè ab omni veneno, quod idem operátur 6. grana hordei sumta ex smarag. vehemētis viroris ac suspēsus supra stomachū cōfert dolori ipsius.

De immutatione Medicinarum, Cap. II.

Oleum. IMMVTANTVR nascentia virib⁹ suis solùm penes regionem: vt oleū sabinum Italiæ, cùm sit dulce, lenitiuum, ac diaphoreticum, differt ab Hispanico, quia Hispanense est stypticum, exasperatiuum, obturatiuū meatus, ac ingrossatiuū *Persica.* medicinarum. Vel solum denegat eis fortè vitá, vt citro & elephanti Gallia, & poma persica dicta à Persia, vbi prius fuerūt reperta, sunt ibi necātia: *Vinum.* quæ autem apud nos crescunt, sunt & iucunda, & vinum cùm sit calidæ naturæ, natura loci infert ei, vt sit frigidius corpore temperato, vt vinū Persicum, vel Bononiense, cùm sit meatuum aperitiuum, vel subtiliatiuum, solum infert ei, vt sit eorum opilatiuum, vt dulce, quále reperitur *Caulis.* in Aragonia. ¶Item differt penes solum, vt caulis crescens in locis aridis, & siccis est valde terrestris, & stypticus: crescens autem in loco calido & humido maximè argilloso, est humidæ naturę ac solutiuus, quæ cita coctione, digestione, ac vē- *Triticum.* tris solutione comprobantur in Valentinis maximè albis. Solum reperitur triticum mutare in *Persica.* siliginē, sicut ariditas aeris trāssubstantiat ipsum in lolium perniciosum, ac Persica crescentia in loco irriguoso, comperta sunt inimicari dentib⁹, & pulmoni, quæ verò crescunt in locis aridis, p̄cisè sabulosis, conferunt cordi & pulmoni, nec dentibus obsunt. Item differunt nascentia aliter: nam crescentia solo culto maximè dimisso sunt humidiora, ac etiam plantæ crescentes in monti- *Vitis.* bus, sunt virtutis potentioris, quam crescentes in locis planis & demissis. ¶Rursus differunt cōplexionata penes artificium culturæ: vt stercorizare vitem producit vinum putrefactibile, quod est causa febris putridę ac apostematum, spiritus hebetat & ingrossat, neque vires confortat, nec mirum, cum in castello repererim vinum, in quo percipiebatur sensibiliter odor stercoris, & post residentiam inueniebatur residentia, & hypostasis nigra fœtida in eo. Ac immiscere calcem musto, vel gypsum efficit vt sanguis & illi⁹ humores adurantur. Stercorizare malum granatum ster- *Malum granatum.* core porcino, ac irrigare cum frigida aqua, meliorem efficit fructum eius. Item ficus agrestis inserta in ficulnea domestica fœcundat eam citò fru- *Ficus.* ctu, vt Ambrosi⁹ dicit in Hexamerō. & quòd mirabile est, frondes ficulneæ agrestis suspensæ in ficulnea domestica præseruat eius fructū, ne ta- *Palma.* bescat. Et mirabilius refert eodem lib. 6. dierum: palma fœmina inclinat ramos suos, & se subiicit amplexus speciem prætendens palmæ maridactilogi, quo munere post dies velut modo p̄fruitionis donata rursum erigitur, ac in naturalem statum ramos, & comam attollit: quare cultores vt vapor masculi flatu ventorum tēpore vernali dirigatur ad palmā fœminā suspendunt frondes masculi, stipibus fœminæ, vt sperma prolificum suscipiat ab eisdem. ¶Item dispositio locorum regulata vel elementata influentia orbis superio- *Sapphirus.* ris, alterat etiam etiam elementata qualitatibus cœlestibus, ita compertū est Sapphirum alicubi generatum, prima sui applicatione rumpere oculum, cùm tamē optimus Sapphirus infra positus saliat in oculum, ac hospitetur in eius sinu absq; offensione, de quo egreditur cùm sordibus ipsius fuerit oneratus. ¶Ex supradictis contradictionibus oritur diuersitas inter sapientes super naturas complexionatorum: nam vnus secundum experientiam regionis, quam inhabitat, iudicat elementatum vnius effectus, aut gradus, & alter alterius, propter quæ Galenus Medicum admonet præexercitari, & scire, quantum eleuetur dulcedo, amaritudo, aut aliæ potentiæ vniuscuiusque indiuidui, atque immutationes offerēdorum innumerabiles, ac fortè à sapientibus imperceptibiles. Medicus enim discernerre nequit, in quo solo colocynthis, vel squilla, quæ valdè est odiosa naturæ orta fuerit, nisi ex assertione colligentis, ac etiam cognoscentis iniquas sophisticationes vendentium, quæ plurimùm ipsum felicitant in sanando, ac fidelitas pharmacopolæ boni & pij. Compertum est etiam, quòd collyrium suauiter dolorem mitigatiuum oculorum tritum à pharmacopola induto veste, quam die præcedente indutus triuerat, viride æris immissum oculo patientem cruciabat, & aqua decoctionis capil. ve. collectæ in cisterna, in qua bufo submersus putruerat, potanti terribiliter syncopim inducebat, & palam, quòd componūt in monte pessulano succum liquiritię ex amydo, & medulla casśięfi, quem vendunt occidentalibus cunctis, ad quam fraudem euitandam salubriter ponitur pro ea liquiritia recens, &c.

De Tempore colligendi Medicinas, Cap. II.

MINISTRI prudentes considerant attentè tempus opportunum colligēdi medicinas, cùm penes tempora maximam acquirant immutationem, vt patet in in capil. ve. qui cùm sint recentes, mun- *Capillus ve.* dificant valdè spiritualia ac ductus vrinales aperiendo, & fortificando, ventremq́ue subducūt & deopilant: qui autem ex eis sunt sicci, obturāt & constringunt, & prohibent emissionem: Et la- *Lactuca.* ctucæ cùm sint frigidæ & humidę naturæ feruorem sanguinis & choleræ extinguunt, quando frondescit conuenit in humorem calidum, & amarum, qui obest cholericis, & supercalefactis. ¶Et similiter endiuia frondescens, aut æstiua na- *Endiuia.* tura calefacti hepatis, aut infrigidati confortatiua sanguinem malum generat: quare quasdam medicinas collige ex plantis, & quasdam ex animalibus, & quasdam ex mineris. ¶Ex plantis col- *Medicina ex plantis.* lige radices, frondes, fructus, folia, succos, semina & gummi: radices colliguntur vt plurimùm: quādo folia cadunt, tempus colligendi cortices

radicum esulæ est principium veris, & serpentariæ est principium æstatis, & hellebori est ver & æstas. Frondes sunt colligendæ quando peruenerint ad perfectionem sui augmenti, antequam amiserint proprium colorem, & folia similiter, & flores consimiliter, plerunque sunt colligendi post semiplenam expansionem, maximè cũ eos exsiccare volueris, & eadem die soli expande, & cùm marcescunt, seu fuerint prope exsiccationem, extrahantur folia de cauernulis suis, vt perficiatur eorum exsiccatio in vmbra, in loco ventoso, qui exsiccati satis strictè in saccis in cassis reseruentur: & nota, quòd rosæ crescentes in montibus, sunt magis odoriferæ, quàm crescentes in locis cultis, & planis, & stypticiores, vt Toletanę. Fructus verò sunt colligendi, quando sunt perfectè maturati, scilicet ante dispositionem ad casum, qui etiam non sunt edendi ante perfectam maturitatem in arbore, aut in diuturna reseruatione, moris exceptis, quæ matura sunt cibus aranearum ex quorum copioso vsu, maximè in regionibus calidis & humidis febres putridæ, anthraces, & carbunculi procreantur, nisi fortitudine naturæ venenositas expellatur. Semina etiam sunt colligẽda, cùm venerint ad perfectam maturitatem. Quædam sunt, quorum frondes, folia & flores simul reseruantur, vt origanum, hysopus, & pulegium, quæ sunt colligenda cum flores produxerint. Succi sunt generaliter colligẽdi, cùm fructus, à quibus extrahuntur, peruenerint ad complementum sui augmenti, gummi verò colligendum, dum adhuc est humidum ne arescat, & ne reuertatur in puluerem. ¶ Quæ verò sumuntur ex animalibus, debent sumi vtplurimùm ex animalibus, iuuenibus, sanis, præcipuè tempore veris, lapis enim electorius sitim sedans, gustatus, ac retentus in ore, victoriam p̃stans, extrahitur à ventre galli anno octauo ætatis ipsi⁹, postquam spado vixerit 4. annis. Sumitur ex animalibus quandoque tota substantia, velut columbi masculi, syluestres oblati compe riuntur conferre tremori membrorum, paralysi, ac amissioni loquelæ, & talpæ comestæ epilepsiæ conferunt: quorundam verò sumũtur membra, vt testiculi castoris conferentes membris læsis humiditate innaturali, & hepar lupi masculi comestum confert epileptico, & lupæ fœminæ epilepticæ confert: caput leporis assum, præcipuè cerebrum ipsius, confert tremori membrorum ac deperditioni sensus, & motus eorum, cerebrũ gallinarum comestum acuit intellectum: & caput asseritur cassare cæcitatẽ. Sumitur verò pars quorundam, vt caro thyri superposita morsurę, expellit venenum ipsius, & pelles agnorum confortant corpora puerorum, pellesque leporum confortant corpora iuuenum, & senum. Quorũdam verò sumuntur superfluitates, vt stercus siccum canis corrodentis ossa, aut infantis comedentis panem furni cannor, & lupinos, & gallinas elixatas mistas cum melle, liniendo guttur cũ eo, aut gargarisando, & trãsglutiendo aliquid ex eo, confert anginæ ex phlegmate mirabiliter, & vrina propria data splenetico ex frigida causa confert mirabiliter, sicut vrina pueri septẽnis bibita cum suo calore hydropico confert. ¶ Ex mineralibus sumuntur gemmæ mundatę, quas natura mirabilis, aut artifex eruditus edotat interdum potentiis efficacibus sculpendo in eis effigies constellationibus congruis, vt alibi fusiùs dictum, velut lapis, in quo homo tenens serpentẽ extinctum manu dextra, & caudam ipsius manu sinistra, inuenitur insculptus natura vel arte, liberat hominem à veneno sumto. Sũt etiam metalla, velut ferrũ limatũ, quod propinatũ prudenter deponit limositates à superficie stomachi, & intestinorum, applicatur interdum earũ superfluitas, velut scoria æris cum arsenico melle, & aceto, aut rubigo ferri, siue scoria ipsius subtiliter, aut frixa frequenter cum aceto, quousq; perueniat ad spissitudinem mellis, instillata calida in aurem, saniem ipsius antiquam curat. Sumũtur etiam ex eis media inter lapides & metalla, velut sulphur incorporatum cum terebinthina, vel cũ melle, curat scabiem ex phlegmate salso, aut excoriationem cutis ferendo materiam extrà: felicitat etiam elementata viribus suis prudens minister, cõficiẽdo ea constellationib. cõueniẽtib⁹.

Medicina ex animalibus.

Medicinæ ex mineralibus.

De Loco repositionis Medicinarum, Cap. IIII.

LOCVS repositionis siue conseruationis medicinarum est diligenter attendendus, vt sit temperatus qualitatibus suis. Compertum est, quòd ptisana, quæ prius iuuabat sumentẽ, postea vexabat perceptibiliter, quia confecta fuit ex hordeo reseruato in loco subterraneo, rheumatico, vel cõcluso. Item nec sit locus calidus, aut siccus, aut humid⁹ excessiuè, ne aeris intemperies resoluat virtutem medicinarum, vel inficiat medicinas, quales sunt domus flatibus meridionalibus oppositæ, fumosæ, puluerulentæ, aut locis paludosis, siue lutosis vicinæ: vnde vasa corio, vel pelle cõmodè & strictè obturẽtur. Itẽ caueatur ne res qualitatũ contrariarum proximè reponãtur. Medicinæ. n. frigidæ efficiuntur calidæ per impressionem, quam acquirunt vicinitate calidarum excessiuè, velut rosæ & spodium calefiunt vicinitate diurna assæ fœtidę, castorei, euphorbij, rutæ aut hieralogo. & plures efficiuntur frigidæ diuturna vicinitate frigidarum, vt ambra vicinitate opij, camphoræ, hyosciami &c. aut alterantur qualitatibus dependentibus à primis, vt moscus efficitur horribilis odoris vicinitate assæ fœtidæ, vel castorei. ¶ Radices reseruandæ bene abluantur, & quarum cortex solum reseruatur, vt buglossæ, petroselini, & fœniculi, contusæ separentur à corpore, & inter diem expandantur ad solem pluries commouendo in die, per noctẽ stent in loco ventoso, quæ siccatæ ligatæ manipulis reseruentur suspensæ: & frondes similiter exsiccentur, & reseruentur: quarum verò substãtia tota conseruatur, vt radix aristo. serpentariæ, gentianæ, & maluauisci, bene ablutæ scindantur frustatim, & filis suspendantur aere sicco separatim: verùm Rhabarbarũ reseruatur inuolutũ, cũ cera malaxata cum terebinthina. ¶ Flores eadẽ die qua colliguntur, soli expandantur multoties obuoluendo, & cum marcesserint perficiatur eorum exsiccatio in vmbra, loco ventoso, & satis strictè in capsis reseruentur. ¶ Semina sole exsiccata eisdem saccis reseruentur: fructus artificiis suis

suis primitus præparati, vuæ passæ, pruna etiam locis congruis reseruentur, vt casſiafiſtula. & tamarindi ſolo arenoſo, & mala granata ſuſpenſa vento ſeptentrionali: ſyrupi, ſucci, electuaria cõdita, gummi & conſimilia debent vaſis terreis, vel vitreis, vel terreis vitreatis obturatis reſeruari. Verum camphora in pixidę obturato reſeruatur. ¶ Et collyria humida, ac vnguenta, quibus intrat acetum, pix, vel kytram debent vaſis ęneis reſeruari. Vnguenta verò, & pinguia omnia debent vaſis ſtanneis reſeruari: olea autem in vaſis vitreis ſtrictè obturatis, ne fœteant, reſeruẽtur: & ſpecies omnes aromaticæ, vt gallia moſch. in vaſe deaurato, vel ſaltem vitreo, ſtrictè obturato, reſeruentur: rob omnia in vaſe terreo nouo reponantur, & omne acetoſum reſeruetur vaſe cera & pice oblinito.

De immutatione Medicinarum temporis varietate, Cap. V.



ELEMENTATA mutãtur viribus ſuis varietate temporis ſuæ procreationis, vt apparet in nuce, & in meſpilis, quæ cùm ſint pectoris exaſperatiua, dum molleſcunt, leniunt ipſius aſperitatem, & vniuerſaliter fructus omnes in prima productione ſunt ſtyptici, qui poſtmodũ ex coctione caloris ſolis, & aeris alterantur, ſcilicet temporis diuturnitate vires ipſorum remittuntur, vel immutantur extra locum ſuæ generationis ſimplicia, & compoſita: quod patet in ſeminibus, & fructibus, primò ſunt amicabilia naturæ, dum putreſiunt, vel tabeſcunt, ſunt ei valde odioſa & iniqua. ¶ Quædam ex eis inualeſcunt temporis diuturnitate viribus, vt oleum, & vnctuoſa calida temperata efficiũtur acutę caliditatis, rancida, & theriaca inualeſcit viribus temporis diuturnitate ac caliditate. ¶ Et ſunt etiam quorum vis immutatur in contrarium, vt agaricus recẽs, repellens venenum, inueteratus, eſt venenũ pernicioſum, & myrobalani ſoluentes ventrem recentes, inueterati ſtringunt fortiſsimè: quod idem turbith operatur, & ſaccharum al. cùm ſit humidum eſt boni chymi generatiuũ ac caloris eductiuum, cùm inueteratur, ſanguinem producit groſſum fæculentum, ſitim inducit, & phlegma abſtergit. ¶ Item ſunt quorum iniquitas reprimitur temporis diuturnitate: vt euphorbium vnius anni eſt corpori humano venenum ſua igneitate quarti gradus: quod ſeneſcendo remiſſum ad tertium gradum confert ei, educendo chymum viſcoſum à profundis: & iniquitas eſulæ reprimitur ſeruãdo menſibus ſex: & theodoricon menſibus 4. maximè in hordeo ſepultum, efficitur incolume. ¶ Item ſciendum quòd diuturna reſeruatio medicaminis compoſiti, maximè cuius miſcibilia ſunt diuerſa, cooperatur vt agat per formam cõcreatam: vt Philonium in al. xilobalſamum, diarrhodon iulij, &c.

De modo ablutionis Medicinarum, Cap. VI.



SVNT medicinæ, quarum virtus formalior adeò poſita eſt in ſuperficie, quòd ſeparatur ablutione ſola, velut endiuia, ſcariola, roſtrum porcinum, cichorium, coſtus & viola, quę lotę tantum, vt abſtergantur, depereunt de opilatione, & abſterſione. ¶ Et ſunt quæ acquirunt nociua per ablutionem: nam lactuca abluta conturbat ventrem, ac vſneæ debilitant viſum, quamuis nouellæ aqua frigida madefactæ conferant optimè febribus calefactis. ¶ Sunt autem quędam quæ lotione incolumitãtur, vt ſemen vrticæ, ſal napticus, abluuntur cũ mucilagi. pſilij, ne ſua adustione adurãt meatus, per quos tranſeunt. ¶ Abluuntur interdum quędam acumen habentia, vt æs vſtum, ſpuma argenti, calx & ſimilia cum aqua dulci, ne mordicent membra, quibus applicantur. ¶ Abluitur interdum medicina, vt vis nociua tollatur ſupermanente incolumiore: quare abluitur lapis lazuli, ac armenus tricesies aqua dulci, & poſt decies abluatur cum aqua roſ. vt virtus agitatiua ad ſuperiora laborioſa tollatur, remanente virtute ſubductiua melancholiæ abſque anguſtia. Lauatur aloes pluries imbibẽdo aquam decoct. caſsięfiſtula. aſari, ſchœnanthi, carpobal. xilobal. cinnamomi, ligni aloes, croci, maſticis, & lactis an. ʒ. ʒ. trita coquantur in ℔. 6. aquæ dulcis vſque ad conſumtione medietatis, colentur groſſo modo in vaſe vitreo, ex quo rores ℔. 1. aloes triti ſuper marmor exſiccando toties, quouſque imbiberit decoctionem totam: quod reſeruatum in vaſe vitreo immittatur incolumiter hieris, & aliis laxatiuis. Abluuntur medicamina vt ſordicies auferatur. ¶ Lauantur etiam interdum medicamina, vt partes groſſæ à ſubtilibus tollantur, propter quod abluitur tuthia ignita pluries immergendo aquæ roſ. vt lachrymas ſtringat oculorum, in aqua eufragiæ aut fœniculi, vt ſubſtantiam, aut ſpiritus oculi corroborando viuificet viſum.

De modo infuſionis Medicinarum, Cap. VII.



INFVNDITVR medicina interdum, vt ei⁹ iniquitas reprimatur, vnde miniſtratur feliciter hydropico ex frigida per vrgentem neceſsitatem, laureola vel eſula infuſa in aceto remollitionis draganti, & myrobalanorum chebulo. ne lædant membra mineras virtutum, ac ne ſanguinem effundant, & ne æſtuationem febrilem inducant. ¶ Infunduntur interdum medicinæ, vt virtus, quæ quæritur, extrahatur: velut myrobalani recentes conquaſſati infunduntur in aquam calidam, aut in decoctionem conuenientem, ſtando ſub dio per noctem, quæ in aurora calefacta, vehementer fricando colatura acquiſita virtute ventris ſubductiua, calida, propinatur. ¶ Infunditur etiam in aquam calidam, vt eius mucilago colata per pannum, valde confricando extrahatur aut ſemen pſilij conſimiliter. Nam eius mucilago commiſta vehementer cum oleo violaceo, ſi pectus vngatur pluries, ac inter ſcapulas febribus adurentibus, aut conſumtis cum eo confert valde.

¶ Infunditur etiam, vt eius vis magnificetur, ita infunditur turbith ſucco cucumeri agreſtis, vt eius vis attractiua à remotis magnificetur: agaricus infuſus in tereniabin efficitur vigoro-

Ablutio aloes.

sior. ¶ Infunditur etiam, vt corpulentia rei separetur, vnde infunditur cassiafistularis aut tamarindi, quorum colatura solum propinatur. ¶ Infunditur etiam, vt virtutem acquirat, vnde infunduntur pruna, & melones aqua frigida, aut abluuntur pluries in eadem aqua frigida, vt mitigationem acquirant æstuationis, ac siccitatem stomachi, & hepatis ac etiam corporis totius mitigent.

De modo triturandi Medicinas, Cap. VIII.



INISTER Medicus regulatè elaborarat terere medicinas: trituratio enim vltimata affert interdum perniciem in medicina, & fortè aliquando immutat effectum, vt puluerisatio vehemens affert agarico venenositatē, & Rhabarbarum rarum aut fluxum subtiliter puluerisatum, non retinet quasi aliquid de virtute, quamuis quod ex eo electum est, quantò plus teritur, tantò electius operatur: vnde refert Galenus, quòd cum medicina ventris subductiua fuisset vltimatè puluerisata, effecta est vrinæ prouocatiua vel productiua, ventre non subducto: quod idem comperi in hiera picra fortè puluerisata, quæ fortiter commouet membra propagationis, ventrem non subducens.

¶ Teritur etiam medicina, vt ex miscibilibus resultet virtus vna contrita in composito. ¶ Teruntur etiam aliquando medicinæ, vt virtus acquiratur medicinæ: vnde in materiis frigidis, ventosis, lubrificantibus ventrem, teritur cyminum vltimatè, vt sublata virtute ventris subductiua, viuificando ventositatem carminatiuam, acquiratur prouocatio vrinæ: elaboratè terere & nimiùm asarum, efficit ipsum potentius vrinæ prouocatiuum, quàm ventris solutiuum. ¶ Teritur interdum, vt eius iniquitas reprimatur, vnde infunditur pulpa colocynthidis minutissimè incisa, ac inuoluta infusione dragaganthi, vel bdellij, & post teritur vltimatè, & trochiscatur cum pauco mastice, oleo ros. his resoluta, ne adhærens vlceret viscera, aut apostemet ea, ac ne sanguinem effluere faciat venarum apertione, sed incolumiter phlegma educit. ¶ Cur parùm terantur, aut multum etiam regulatur ex parte medicinæ, aut ratione sui, aut ratione obiecti, cui debetur eius operatio: nam medicinæ, quæ sunt subtilis substantiæ, aut acutæ, vt diagridium & euphorbium, ne meatus offendant, aut virtutem, quam quærit Medicus, positam habent in superficie, vt endiuia parum debet teri, & quæ sunt grossæ substantiæ, vt gemmæ, debent teri vltimatè.

¶ Ex parte obiecti regulantur trituratione, vt si operatio debetur membro propinquo, vt stomacho, & intestinis, debet parum teri: si membrum remotum, debet vltimatè puluerisari: Puluerisatio enim vltimata facit puenire ad venas etiam hepatis & capillares, propter quod medicinam menstrua prouocatiuam, vt pulegium, calamentum, sauinam & diptamum trita, ac subtiliter puluerisata, præcepit Galenus rursus in mortario teri, & teratur subtiliter, vt iuuamentum acquiratur, quemadmodum in sanguinem ac vulnus constrictiuis, vt bolus armena & olibanum, aut ne sua asperitate cruciat membrum, vtputa collyrium oculorum, quod tritum in sindone infra ventosam debet teri, quo artificio errant periculosè & pestilenter terentes pulueres electuariorum, ex quibus post dies conficiunt electuaria, vel consimilia, immemores, quòd aer dissipauerit, taliter vires earum interimi, vel corrumpi. Fortè qui si in diebus cogantur reseruari, vt sufferret valde commoda ad membrorum, & stomachi humiditates superfluas fortiter exsugendas & exsiccandas, vt in lienteria, vel hydropisi vel in superfluo fluore vrinæ ex passionibus cæteris, quibus egentibus exsiccatione & constrictione forti, aut in salsamentis expedit, vt ea reponat in corio spisso, comprimendo valdè strictè, vel in vase vitreo stricti orificij cera obturato, vt puluis picræ.

¶ Sciendum quòd gummi mundum plurimum tempore frigido possunt teri cum speciebus aliis: tempore verò calido oportet, vt dissoluantur in vino, post colentur per setaceum, si indiguerint, & opus fortè fuerit, vt armoniacum, & bulliant vsque ad vini infusi consumtionem, postea cum melle incorporentur, & vltimo pulueres aliorum.

De modo coctionis Medicinarum, Cap. IX.



RTIFICIVM coctionis auxiliatur ministris naturæ multipliciter, vnde præsciendum, quòd dosis medicinarum à sapientibus docta, quarum decoctio tantum propinatur debet duplicari. ¶ Item sciendum, quòd sunt quæ non sustinent decoctionem, vt moscus, qui aqua ro. prius dissolutus, debet Medicinis, post depositionem, vltimò commisceri. ¶ Cùm igitur quærit minister coquere medicinas, quærat prunas, vel ligna odorifera, vt frondes rosarum, rorismarini, salicis, myrti, & consimilium: Comperit enim GALENVS, quòd balneum lignis venenosis calefactum syncopim inducebat. Sit igitur ignis sine fumo & flamma impetuosa, quæ virtutem resoluit medicinæ: vas sit terreum vitreatum, aut bene stannatum, vel ferreum in duritie, & tumore splenis, vt in hydropisi, aut in fluxu humorum ad viscera: & effugiat summè vasa ænea, nisi fortè pro emplastris aliquibus conficiendis, vt calefiant: nam parata in eis præcipuè acetosa, dulcia, salsa, vel aquosa, vt olera & carnes causant elephantiam, cancrum, dolorem hepatis, ac splenis, malitiam digestionis, & caliditatem intensam.

COLATORIA sint mundissima: compertum est enim, quòd syrupus confectus ex theriacalibus vexabat vehementer sumentem, quia colatus fuerat colatorio, quo decoctio hellebori fuerat colata: Medicinarum igitur ac ciborum plurimorum reprimimus contrarietatem, ac incolumitam⁹ per decoctionē: Separatur enim per decoctionē virtus rei à re, aut intenditur, aut remittitur: vnde coquitur scāmonea, polipodium, aut asenæ decoctionib⁹, aut syrup. vt vis solutiua remissa

remissa mandetur liquori, assatur squilla, vt eius operationes remittãtur: ignitur lapis, vt calcinatꝰ potentius operetur. ¶ Coquendorũ quędã sunt, quæ forti indigent decoctione, & quædam sunt, quæ indigent mediocri decoctione, & quædam sunt, quæ indigẽt debili decoctione. Illa quę sunt grossæ substantiæ indigent forti decoctione, nisi fortè sint heterogenea, & quæratur virtus altera tantùm, vt virtus superficialis cicerum & cauliũ: quæ verò sunt mediocris substantiæ, vt semina, indigent mediocri decoctione, omnia quæ sunt debilis substantiæ & subtilis, vt capillus Ve. quatuor semina frigida, epithymus, & vniuersaliter omnes flores indigent debili decoctione, & omnia aromata, vt sandali, rosæ, spica, crocus, spodium, mastix, & consimilia trita grosso modo, debent bullire in syrupo, ligata in panno raro, post clarificationem confricando vt lateribus vasis, vt virtus liquori mandetur. Item omnes syrupi restrictiui debent diutius coqui, quàm laxatiui: & cum volumus corpus inungere vnguento, in quod oleum vel cera imponitur, si corpus aridum fuerit, aut acutum, abundans fumositatibus, qualia sunt corpora hecticorum, & sub dominio choleræ constituta, tunc non sufficit ad separationem acuminis, & ad dealbationem abluere oleum, vel ceram: sed etiam oportet cum aqua dulci coquere, propter fortitudinem mistionis, præcipuè oleum, si non sit recens, aut si sit Hispanicum, vt humectationem acquirat, & acumen amittat, aut vt cera non mordicet, sed vt mitiget.

De Assatione Medicinarum, Cap. X.

ASSATIO felicitat medicinam: assatur enim res interdum, vt eius humiditas grossa resoluatur, vnde assatur scamonea, vt eius humiditas superfiua, faciens venenositatem, mordicatiuam causam ad subuersionem, & nauseam, ac ad motus laboriosos consumatur. Cydonia assantur cum myrobalanis, citrinis recenter contritis, vt etiam eius acuitas calida, q̃ causa exsistit fortis inflammationis, & excoriationis viscerum, auferatur, sublata vehementia choleræ eductiua. ¶ Assatur igitur interdum medicina acuta, vt eius acuitas reprimatur: vnde aduruntur species, scilicet rubeum, seu realgar & viride, seu cappares, vt eorum acuitas seu stypticitas minuatur, quo minus cauterisent, aut carnem exulcerẽt & corrodent. ¶ Et assatur, seu torrefit gummi arabicum, aut draganthum, vt tussiculosis cum lenitate interiori subueniãt: nam mucilaginositas resistit eorum puluerisationi, & aduersatur lenitate stomachi, & intestinis. ¶ Assatur etiam medicina, vt qualitatem necessariam acquirat, ita assantur auellanæ in passione pectoralium, vt vnctuositatem ac leuitatem acquirant, & frumentum supra incudem comprimendo cum lamina calida ferrea, vt oleum extrahatur pro lentiginibus, & pannis delendis. ¶ Assantur interdum vt subtilitatem acquirant: vnde assantur quatuor semina in ardore vrinæ cum opilatione hepatis, aut cornu ceruinum in icteritia. ¶ Aduruntur res spissę substantię, vt caliditatem acquirãt, propter quod aduritur lapis, vt calcinetur ꝓ ruptoriis faciendis, ac antiquis articulis, vel pontica in vlceribus sordidis, aut deambulatiuis, aut superuenientem fluxum humorum recipiẽtibus, qua de re adurũtur myrobalani, præcipuè in cancris, & fistulis. ¶ Aduruntur etiam quandoque, vt earum iniquitas reprimatur, vnde aduruntur scorpiones viui in olla noua lutata, in furno calefacto lignis vitis, quo furno insit die ac nocte, ex quorum puluere, grana 6. oblata in syrupo de radicibus post balneum ac oleum, in quo putruerint ad solem iniectum cum syringa, frangunt celeriter, ac expellunt lapidem renum, & vesicę. ¶ Aduritur etiam vt facilius & commodius teratur, vnde aduritur ex necessitate sericum in cordialibus passionibus, vt in confectione, quam vocant pleres Archonticon, quamuis sit commodius in eo graciliter inciso elaborare terendo, cùm assatione in ea multùm pereat de virtute eius confortatiua memoriam spiritus, hepar, ac de virtute lætificandi cor. Veruntamen assantur cùm quæritur per ipsam resolutio magis quàm confortatio, vt in diascœna, scilicet folliculi eius mũdi ponantur in fundo ollæ obturando cum lapide super ignem lentum, & assentur, assatur squilla vt subtilior, & mitior efficiatur. ¶ Assatur medicina interdum, vt tollatur altera virtus, vnde assatur psyllium in dysentericis, vt eius humiditas lubrica tollatur, viuificata constrictiua.

De Destillatione Medicinarum, Cap. XI.

DESTILLANTVR quædam ex medicinis, vnde ex vino rubicundo antiquo destillatur aqua ardens, pellens potenter paralysim, membra diminuta, & vulnera recentia celeriter sanãt in cuius alembicum immittuntur aliquãdo medicinæ variæ, prout inuitat necessitas morbi curandi.

De Sublimatione, Cap. XII.

SVBLIMATVR arsenicum, sal armoniacum, sulphur, & argentum viuum: Arsenicum enim sublimatum est mirabile loco cauterij in fistula, cancro, scrophulis, glandulis, & in omni vulnere fraudulento. Eius modus sublimandi securior est, vt duo vasa terrea vitreata bene vnita, vt vniuntur alembici, in quibus destillatur aqua rosarum, maiora scutellis sumantur: & in inferiori per totum extẽdatur stratum ex cineribus, digitis comprimendo: post consimiliter stratum aliud ex sale trito, postea stratum aliud ex sequentibus puluerisatis. Recipe arsenici citrini, drachmam vnam, salis gemmæ, limaturæ æris, argenti viui an. partem semis, terantur subtiliter, & extendantur supra marmor, & incorporentur cum aceto fortissimo, permittantur exsiccari, post fiat stratum super alia in vase, vas aliud superponatur, & obturetur diligenter vndique cum pasta siliginis, ac capillis humanis, quod postquam ligatum fuerit, lutetur diligenter & fortiter cum argilla, vel luto: dimittatur tamen foramen,

ac siccetur,& fornello siccatū, coquatur quousq; cesset fumus egredi per foramen, quod postmodum diligenter obturetur,vt non queat exspirare,& tunc quasi per diem ignis fortis cōtinuetur, & per noctem finito frigescat:mane desuper furnellum amotum aperiatur,& quod album adhęret vasi superiori, recolligatur ac reseruetur vase oris rubei. Cùm volueris cū eo cauterisare, aperi primitus locum mediunculum cum nouacula, de quo sublimato immitte quātitatem lentis strictè tenendo cū bombace,quousq; nigrefiat,quod combustum fuerit,putrefacias inungendo cum butyro recenti, vsquequo cadat, protege tamen partes sanas,ne comburantur inungendo quandoq; cum populeon circumquaq;.

De Electuariis in vniuersali, Cap. XIII.



ELECTVARIA, quę offerūtur propter membra remota,debent dari stomacho vacuo à cibo,differēdo alimentū quousq; vis medicaminis pertrāsierit ad membrum indigēs eius effectu. ¶ Quę autem ad confortationem dantur, seu rectificationem lapsus alicuius stomachi, debēt offerri ante cibum. Si autem offeruntur in rectificationem alimenti,tunc offerūtur optimè post cibum : vt in his,qui superfluè cibū,aut vnctuosa supernatantia sumserūt, offertur cōgruè post cibū. Diacitonium est compressiuum stypticitate moderata cum calore remisso: nam calefacientia vehementer, vt diatrionpipereon, diaciminū, sumta post cibum distribuūt cibum,antequam sit digestus, & alia plura incommoda pariunt:non tamen incongruè sumuntur, quādo copiosus est vsus frigidarum, vnde diagalanga interdum digestione semiplena celebrata datur, quando voluptuosè vtantur confectionibus indifferenter ad potū incarcerandum. ¶ Item cùm curans offert simul electuarium,& syrupū digestiuum propter membra remota, tunc primitus offerat syrupum penetrabilitate sui meatus aperientem. ¶ Si autem propter stomachum offerātur,tunc electuarium præmittatur, & diutiori mora syrupū retinebit. ¶ Quia autem electuaria & cætera medicamenta vtplurimum cum melle,aut saccharo fermentantur : sciendum est,quòd istud mel est præeligendum,quod est rubeum,aureum, lucidum, clarū, odoris boni,delectabilissimum gustu,parum acutum,quod digito vel cocleari eleuatū defluit continuum,& album est commodius in materiis calidis, & rubeum in frigidis, & quod fuerit collectum vere,vel æstate:hyemale enim est malum.

Electio mellis.

De modo conficiendi Electuaria.



MEL despumatum,addito parum aquæ dulcis,coquatur lentè, pòst depositum ab igne agitetur, deinde permittatur residere,postea bene despumetur cum cochleari stanneo perforato suauiter : postea frigescenti species apponantur,fortiter commiscendo. Signum decoctionis est, cùm gutta posita super marmor non diffunditur, & sunt, qui interdum plus mellis imponunt,vt siccitas medicinæ remittatur,&vt aliquid sapidiꝰ efficiatur,vt in diacimino,diacalamento,& dianthos. Verùm quando oportet dosim eorum augere & eductiua in breui debent exhiberi, conficiantur cum eo crudo,in cuius ℔.1. ponatur puluis electuariorum, quasi ℥. 3. & opiatarum , quasi ℥. 4. ex quo,si vis magdaliones formare,pone in ℔.1. pulueris,℔.1. mellis. Quòd si medicina fuerit conficienda cum melle confecto diamargariton, cum melle rosato dissoluatur primitus,post coletur cum cochleari in cuius ℔. 1. ponantur pulueris quasi ℥. 2. & in ℔. media ℔.1. sacchari incorporetur ℥.1. pulueris. Quòd si tamen sint medicinæ humidę, vt semina & gummi,vt in tragacātho, & diapraſsio,tūc debent medicinæ in plus imponi : intendentes autem ad delectationem delicatorum, imponunt tantùm ad ℔. sacchari ʒ.2.vel in pul. vt in diazingib. vel rosata nouella, quorum dosis tunc adaugeatur.

Electuarium pleres archonticon.



ELECTVARIVM pleres archonticon dictum à πλῆρες quasi ἔμπλεον,hoc est, implens,& ἀρχοντικόν, hoc est, principale seu eximium, ab excellentia sui effectus : dicitur etiā completa medicina. Virtutem respicit animalem præ cæteris electuariis,vitalem, ac naturalem lęsas,propriè melancholię resistit secundario phlegmati. Vnde datum cum diastœchados, vel cum syrupo borragi, confert contra maniam, melancholiam , alienationem, epilepsiam, analepsiam, catalepsiam,& spiritus reparat : ac addito mosco confert dolori capitis ex debilitate,in discretis sapientiam præstat, meatus spiritus animalis aperiendo,ad propriam reducit memoriam, ac depurando ventriculos proræ inducit hilaritatem, ac aufert tristitiam addito mosco. Datum cum vino decoctionis nucis muscatæ,& salis gemmæ, confert spasmo ex repletione , tremori , ac appetitui canino in frigidis. Datum cum infusione croci, confert contra cardiacam,tremorē cordis, & syncopim. Datum cum vino aromatico, debilitates omnes corporis reformat ad pristinam virtutem, ac procurat digestionem : quoniam prohibet ascensum fumositatum ad caput,& oculos,ac confert nauseæ & fastidio : confert etiam materię febris,vt ephemeræ, & quartanæ in quibus fel datur cum decoctione prædictorum in aqua ciceris,cum decoctione in vino. ¶ Recipe cinnamomi electi,zingib. galangæ,caryophyll. ligni aloes, spicæ nardi, nucis muscatæ,spodij, florum schœnanthi,cyperi,rosviolarū an. ʒ.1. & gran. 15. folij seu macis,liquiritiæ rasę styracis calamitæ,masticis, fol. maioranæ balsamitæ, seminis basiliconis, caryophyllatę,cardamomi,piperis longi,myrtill. corticis citri an. ℈.2.& gran. 5. margaritarū, been albi,& rubri coralli,serici, ana ℈.1. & grana 2. & s. mosci grana 7.& s. camphoræ,vel vtilius, sandali rubri grana 5. syrupi ros. quod sufficit. Conficitur sic : lignum aloes pulueri setur per se, ambra & moscus per se,cætera verò simul : fiat syrupus ex aqua, decoctione rosarum vncias duas, & sacchari libras duas, quo cocto ad perfectionem,ac deposito, addantur simul puluerisata , post lignum aloes,postea margaritæ: postmodum muscus & ambra distemperata cum aqua rosarum.

¶ Do-

¶Doſis eius eſt quaſi ℥.s.vt cętera alia electuaria aromatica,ſi ponantur in vaſis vitreatis irroratis, aqua roſata,in qua fuerit moſcus diſſolutus, vel fumigata ligno aloes, erunt efficaciora.

DIANTHOS dictum ab anthos,quod eſt flos roris marini, reſpicit ꝓpriè virtutem apprehenſiuam,ſpiritus deperditos reparat,& cor debile confortat : vnde datum cum vino aromatico releuat debilitatem totius corporis abſq; humiditatibus, confertq; conualeſcentibus,addito moſco:confert dolori capitis ex debilitate & maximè aſcenſu fumoſitatum à corde, & à ſtomacho, & incubo, ſcotomiæ, & epilepſiæ frigidis. Datum de tertio in tertiũ diem cum pliris arcotico , & vino decoct. ſaluiæ confert paralyſi, & ſpaſmo, & tremori frigidis, ac cardiacæ frigidæ,vel debilitati cordis, ac ſpirituũ paupertati & incubo. Datum cũ vino decoc. nucis muſcatæ,& caryophyll.confortat ſtomachum,& cerebrum : exhibitum mane ſine potu confert humiditatibus ſtomachi,ac excitat appetitum:exhibitum cum frigida aqua dicitur febricitantibus cõferre: appoſito moſco confert plus mulierib⁹, quàm viris,per annum ſeruatur. Doſis eius eſt à ʒ.4.vſq; ad ℥.s. ¶ Recipe florum roris marini ℥.1. roſ.rub.violarum, liquiritiæ raſæ, ana ʒ.5. caryophyl.nucis muſc.galangæ,ſpicæ nardi,cinnamo. zingib.albi,zedoariæ,macis,ligni aloes,cardamo. aniſi,ſem.aneti, an.℈.4. mellis deſpumati ℔.1. & ℥.8. Moderni conficiunt ipſum plurimum cùm ℔.3 & ℥.4.ſacchari.

DIACASTOREVM dicitur à caſtoreo, quod reſpicit ꝓpriè virtutem animalem, valet contra grauiſsimas paſsiones corporis inueteratas : nam datum cum decoctione ſaluiæ confert cephalargicis,epilepticis,hemicranicis,& dolori anterioris, vel poſterioris partis capitis,vertiginoſis,ac emendat mirabiliter paralyſim membrorum omnium,maximè capitis. Verũ cõtra paralyſim linguæ fiant pillulæ ex diacaſtoreo,ſaluia,& caſtoreo, de quibus teneantur 10.11. vel 13.ſub lingua,quouſq; fuerint diſſolutę,tranſgluttiẽdo. Iniectum per nares cum ſucco rutæ iuuat apoplecticos,liberat à paroxiſmo. Datum cũ decoct.ſaluiæ,vel oxymellite de 15 in 15. diebus, confert ſpaſmo ex repletione. Datum cũ decoct. abſynthij,vel eupatorij, confert obſtructioni hepatis.Datum cum vino decoct.milij ſolis, vel petroſelini macis,ſoluit dolorem renum, & ſtrãguriam. ¶ Doſis eſt quaſi ʒ.1.Qui tranſglutit ipſum in mane,abſtineat vſq; ad ſextam,vel nonam. Seruatur biẽnio vel triennio loco cõuenienti. ¶Rec. caſtorei,corticis myrobal. citri an.ʒ.3. minus gra. 1.& s.minus gran.1. aſphari, myrrhæ, euphorbij, an.ʒ.1.& grana 17. folij, ſeu macis,antimonij, hoc eſt,pyrethri,liquiritiæ raſæ, tragacanthæ, calami aromatici,nitri, galbani, ſcœnanthi, ſpicæ nardi, opopanacis,radicis myrti fructiferi,caſsię ligneę, piperis lõgi,albi & nigri,xilobal. carpobal.pulpę, colocynthidos,ſagapeni, rheupontici,ſtyracis calamitæ,zingib.cinnamomi electi,an. ʒ.1. & gra.2. ſtaphyſa.dauci,marathri,ſem.petroſ.& apij, ſeſeleos,baccarum lauri,macis,petrolei,ſtyracis rub. ſang. drac. thuris maſculi, & minuti, agarici,maſticis,ſalis armoniaci, zedoariæ , aniſi ana ℈.1. & gran.9.ſaturegię,hyſopi,chamedryos, pulegij,origani, balſamitæ, ſemin.baſiliconis, caryophyll. br[illegible].vrſinæ,diptami,ſeminis rutæ, ariſtol.lon.& rotundæ,ſucci caulis agreſtis, aſari, ſaluiæ recen. bdellij an.gran.17.epithymi, polypodij, balſami, an. gran. 13. ſem. laureolæ, corticis capparis, ana gran.11.anacardi,gentianæ, ſauinæ, corticis radicis mandragorę an.gran.11.peucedani,abſynthij, an.gra.7.ireos gran.3.& tertiam partẽ vnius,mellis deſpumati ℔.2.& ℥.2.& s. confice ſic: gummi, quæ pulueriſari nõ poſſunt, liqueſiant cum vino ad ignem, & colentur, & cum melle deſpumato conficiantur, & pòſt commiſceantur pulueres aliarum ſpecierum.

DIASPERMATON dicitur à ſeminibus: reſpicit propriè virtutem naturalem læſam frigiditate, vel vẽtoſitate. Datum cum decoctione aniſi,confert ad grauedinem,vel ventoſitatem capitis,vertiginem, ac cardiacam ex ventoſitate,& emendat tumorem ex humoribus frigidis,vel ventoſitate cum eadem,& confert apoſtematib⁹ ſpleneticis, & ructuationi ac ſingultui frigidis Datum cum decoctione hyſopi, emẽdat ſuſpirium pectoris cauſa habita, & vocem perditam à frigiditate reſtaurat. Datum cum vino veteri,confert bulimo ſuperfluo frigido,& cacchię: cõfert frigidis,ne lædantur à ſuperfluis matricis. Datum cum decoctione aniſi,& maſticis mitigat dolores fortes omnium interiorum, aut ex vẽtoſitate. Datum cum decoctione capparorum, aufert dolorem ſplenis.Datum cum decoctione ſatyrionis,auget libidinem, impeditam frigiditate. Datum cum decoctione milij ſolis emendat dolores frigidos renum, & veſicæ, ac prouocat vrinam,vnde confert ſtrangurię & dyſſurię.Datum cum decoctione calamenti mitigat dolorem matricis frigidum,ac prouocat menſtrua.Datum cũ decoctione ariſtolochiæ longę,mundificat puerperas, confert ventoſitati matricis. ¶ Doſis eius vſq; ad ℥ s. ¶ Recipe piperis al.ʒ.11. carui, leuiſtici,an.ʒ.6.ſemin. petroſelini macedonici, amomi, fœnugræci, ana ʒ.2. mellis deſpumati ℔.1. & ℥.1. conficiatur vt alia electuaria cum frigida, phreneticis ac febricitantibus confert ad requiem.

DIACODION dicitur à capitibus papauerum,quæ Græcis κωδεια dicuntur, hæc enim intrant compoſitionem. Virtutem reſpicit retentiuam : datum cum decoctione roſ. ac fronti emplaſtratum, retinet rheuma acutum, vnde cõfert ad debilitatem retentiuæ, ob calorẽ, aut exuberantiam humorum poſt purgationem materiæ teneantur pillulæ ex eo in ore, ſi proueniat ex humoris lubricitate , detur cum vino decoctionis maſticis. Datũ cũ aqua pluuiali decoc. ſpodij, vel cum aqua roſ. confert omni ſolutioni ventris calidæ,& maximè dyſenteriæ: & cum vino cocto,confert lienteriæ. Clyſteriſatum cũ decoctione balauſtiæ in aqua pluuiali confert fluxui ventris chronico, & cum diacitonitę confert mictui ſanguinis : cum ſaccharo roſ. confert gonorrhœæ , ac debilitati contentiuæ. ¶ Doſis an. ʒ.1 & s.vſq; ad ʒ.& ſeruatur per annum. ¶Recipe capitũ papaueris nigri non nimiũ viridiũ, nec nimiũ ſiccorũ numero 13.roſ.ʒ.2 croci,liquiritię raſę an.ʒ.1.boli armeni,℥. s. cinnamomi, conſolidæ maioris, hypociſtidis balauſtiarum ana ʒ.1. myrobalanorum ℥.1. coralli albi, & rubei, ſumach,

ſanguinis draconis, laccæ, foliorum ozimi ana
℈. 2. & s. ſeminis portulacæ ʒ. s. Conficitur ſic:
Capita papaueris in tantum aquæ pluuialis po-
nantur, vt bene cooperiantur, & triduo dimittã-
tur ibi, in qua aqua bulliant vſq; ad tertiam par-
tem, poſtea colẽtur, & colaturę addatur ℔.1. & s.
mellis myrtini, & cũ tali melle ſupradicta miſceã-
tur. Confectio mellis myrtini ſic fit: in duobus
℔. mellis deſpumati ponatur ℔.1 ſucci myrtillo-
rum, & coquatur ad ſucci conſumtionem, & po-
ſtea coletur.

DIAMORON dicitur, quod fit ex moris cel-
ſi, & rub. paſsiones reſpicit gutturis, pala-
ti, vuulæ ac omnia genera pręfocationum
earundem: vnde diu ac multoties gargariſatum
in principio cum decoctione balauſtię, liquiritię,
& roſ prohibet ac intercipit fluxum humorũ ad
ea, quod poſtea gargariſatum, & diu retentum in
ore cũ decoctione corticis nucis frequenter, con-
fert mirabiliter repercutiendo materiam fluentẽ
ad guttur, & ad vuulam, ac fluxam materiam cõ-
ſumit ꝓfundatione ſucci Quare eſt peculiare ad
infirmitates omniũ eorundem, vuulam cadentẽ
ſubleuat, ac humoroſam deſiccat, anginam pro-
hibet inungendo palatum, ac guttur cum eo. Gar
gariſatum cum ſucco plantaginis confert puſtu-
lis, ac vlceribus oris, in quo augeatur mel, vel mi-
nuatur ſecundum quod quæritur maior, vel mi-
nor ſtypticitas, vel abſterſio. Verùm anginam ex
vſu fungorũ curat gargariſmus oxymellis ſquil-
litici. ¶ Recipe mororum mori celſi, & propriè
agreſtis ℔.s. mororum rub. ſeu dumetis ℔.1. mel-
lis lib.s. ſapæ vini ℥.3. confice ſic: Succi cum ſapa
& melle in vaſe ſtanneo ad leues prunas ad per-
fectionem fac bullire: cùm autem ſcire volueris,
num ſatis coctũ ſit, pone ex eo guttam ſuper mar
mor, & inclinato marmore, ſi ſe, vt mel, retinue-
rit, coctum eſt: & tunc cola in ſtanneum vaſe, &
vſui reſeruetur per annum.

DIAMARGARITON dicitur à marga-
ritis perforatis, & non perforatis, reſpicit
propriè cor & ſtomachum læſos à frigidi-
tate: vnde cõfert omnibus infirmitatibus eorun-
dem, appoſito enim ℈.1. de oſſe cordis cerui pul-
ueriſati in ℥.1. ipſius, ſi offeratur mane cum vino
aromatico, vel cum vino decoctionis bugloſſæ,
vel boraginis confortat cor, ac confert cardiacis,
melãcholicis, tremori cordis, triſtibus, maniacis,
aſcenſui fumoſitatũ à corde, & exhilarat animã:
tenendo ipſum in ore, confert aſthmaticis. Datũ
cum ptiſana hordei, in qua diſſoluta ſint quatuor
ſemina, confert phthiſicis, & conſumtis. Datum
cum vino decoctionis mentæ ante cibum, aufert
faſtidium defectu ſpirituum, lienteriam & dolo-
rem ſtomachi à frigiditate. Datum poſt cibum
conſimiliter tollit faſtidium cauſatum ab humo-
ribus frigidis. Datum cum vino remollitionis li-
gni aloes emẽdat intemperiem frigidi ſtomachi,
ac digeſtionem eius confortat Datum in chroni-
cis cum vino odorifero lymphato cum aqua roſ.
vt in quartana, & quotidiana, in quibus calorẽ na
turalem cõfortat, ac reſtaurat ſpiritus. Datum cũ
vino lymphato, confert impedimento cõceptio-
nis, ex ſiccitate cum caliditate. Suppoſitum cum
bombace ante paroxiſmum, confert ſuffocationi
matricis: ſimiliter confert ei peſſarium ex eo fa-
ctum & inditum poſt paroxiſmum. ¶ Doſis eius
eſt ℥.s. ſeruatur biennio, vel triennio. ¶ Rec. cin-
namo. aliptę moſcatę, garyophyll ſpicę nardi, ga-
langæ, ligni aloes, liquiritiæ mundæ, chiſcorum
diarrhodon, trochiſcorum diairis, an. ʒ.1. & s. mar
garitarum perforatarũ, & non perforatarũ, nucis
muſcatæ, macis, gallæ moſchatæ, zedoariæ, rheu-
barbari, ſtyracis calamitæ, an. ʒ.1. zingib. al. oſsis
de corde cerui, limaturæ eboris, blattæ bizantiæ
an. ʒ. s moſchi, ambræ, cardamomi minoris, ſem.
leuiſtici, ſem. baſilico. caryophyll. an. ℈.1. minus
gran 2. camphoræ, gran. 3. mellis roſ. colati ℔.1. &
℥.4. cõficitur ſic: Species terantur, & vltimo cõ-
teratur cum eis ambra, & camphora: deinde in-
corporentur cum dicto melle colato, vltimo ad-
datur muſcus diſtemperatus cum modico aquæ
roſaceæ bene incorporando.

DIACAMERON, id eſt, reducens hominem
de morte ad vitam, eſt precioſius, quã dia-
margariton: virtutem propriè reſpicit vi-
talem, & animalem, complet omne illud, in quo
diarrhodon Iulij commẽdatur. Datum cũ pluris
cum muſco, confert manię, aſcenſu fumoſitatum
à corde. Datum cum vino infuſionis croci, cõfert
cardiacæ calidæ, retẽtum in ore ac tranſglutien-
do mane, & ſero, confert pectori. Datum cum de-
coctione hyſopi, & ficuum, confert aſthmaticis,
artheticis, tuſsiẽtibus, & phthiſicis cum ptiſana.
Datum cum vino decocto galangæ confortat ſto
machum frigidum, ac eius imbecillitates, & in-
dignationẽ emendat. Datum cũ vino aromatico,
cõfert dolori ſtomachi, & melãcholię. Datum cũ
vino remollitionis zingib. confert libidini, & con
fortat lumbos imbecilles à frigiditate, & ipſum
muſchatum confert impedimẽto cõceptionis, ex
humiditate matricis. ¶ Doſis an. ʒ. 3. vſque ad ℥.s.
mane & ſero. ¶ Recipe primule veris, caryophyl.
zingib. alb. an. ʒ.5. & ℈.1. & grana. 16. carnium da-
ctylorũ ʒ.4. & ℈.1. & gran. 16. cinnamomi, aliptæ
moſchatæ, galangæ, ſpicæ nardi, zedoariæ, coſti,
pyrethri, coralli rub. tragacanthi, rheupontici,
ſpicæ celticæ, anacardij, oſsium dactylorum, car-
pobalſami, aniſi, baccarũ iuniperi, piperis albi &
nigri, an. ʒ.1. & ℈.2. & gra. 8. limaturę ſubtiliſsimæ
auri electi, & argẽti meri, oſsis de corde cerui, an.
℈.2. & s. moſchi raſurę ebo. an ℈.1. & gra. 7. ambrę
℈.1. mel. deſpum. ℔.1. & ℥.4. & s. incorporentur.

DIACALAMINTHON dicitur à cala-
mintho, quod ꝓpriè datur in materiis fri-
gidis, exuberantibus in capite, & pectore:
vnde datum cum decoctione enulæ, campanę &
hyſopi confert potẽter ad omne vitium pectoris,
& pulmonis ex frigiditate: vt aſthmaticis, maxi-
mè in ſenili ætate, aut in phlegmatica cõplexio-
ne: Valet etiam tuſsientibus ex frigidis humori-
bus deſcendentibus, diſſoluẽdo materiam, ac cõ-
ſumendo, capite primitus ſacellato cum baccis
lauri tritis, ac calefactis in ſacculo: verùm ſi vitiũ
ſit in pectore, ſacelletur pectus eiſdẽ. Datũ cũ vi-
no decoc. aniſi, fœniculi, cõfert dolori ſtomachi.
Datum cũ vino decoct. maſticis ante cibũ, & poſt
ꝓcurat digeſtionẽ. Datum cum decoct. macis, &
mẽtę cõfert inflationi ſtomachi, ac curat ſingultũ
frigidum. Datũ cũ decoct. aniſi, excludit ventoſi-
tatẽ. Datum cũ vino veteri, confert deſtructioni,
ac debilitationi appetitus, ac cõfert valde contra
cani-

caninum appetitum, & bulimum ex frigida causa, & ipsum aperit propriè opilationes hepatis, sedatq; dolorem fortem vlcerum renum. Datum cum vino decoct. ameos, excludit vētositates intestinorum. Datum cum decoctione asari, cōfert hydropicis frigidè sumtum, cum vino decocto myrrhę, menstruis retentis à ventositate, ac frigiditate humorum. Datum cum vino permistum, imperat hæmorrhoidibus. Datum cum decoct. rutæ, 6. vel 4. horarum ante accessionem, curat quartanam veram, ipsum etiam longo vsu curat eam. ¶ Dosis eius à ʒ.2. vsq; ad 4. seruatur vsque ad annos duos. ¶ Recipe calaminthi fluuialis recen. pulegij, piperis nigri, sesele, semin. petro an. ʒ.3. & ℈.2. sem. leuistici ʒ.1. & ℈.1. sem. apij ℈.1. ameos, summitatum thymi, anisi, sem. aneti, cinnamomi electi, zingib. an. ℈.2. mellis despumati ℔.1.

DIAIREOS dicitur à radice lilij purpurei, quam recipit: virtutem respicit spirituale læsam à frigiditate: maturat, consumit, ac mundificat humiditates contentas in pectoralibus, & pulmone: vnde transglutiendo ex eo modicum, confert difficulter respirantibus asthmaticis, tussientibus, vocem perditam restaurat, & commistum cum sacch. ros. confert suppuratis, etiam datum cum decoctione ficuum, & hysopi. ¶ Dosis eius est vsque ad ℥. seruatur per annum. ¶ Recipe radicis lilij cœlestis mundi ℥.1. pulegij montani, hysopi, liquiritiæ rasæ an. ʒ.6. tragagan. amygdal. pinearum mundatarum, cinnamomi, alipte moscli, zingib. al. piperis an. ʒ.3. ficuum pinguium, carnium dactylorum, vuarum passarum, mundatarum ab arillis, an. ʒ.2. & s. styracis rub. ʒ.2. & ℈.1. mellis despumati ℔.2. & ℥.1. & s.

DIAPRASSIVM dicitur à prasio, quod ingreditur maximè compositionem, membra spiritualia, & caput læsum à frigiditate maximè rheumatica, incidit subtiliter, & mundificat grossos humores & viscosos, existentes in pectore: & etiam alterat intemperiem frigidam absq; materia. Datum cum decoctione hysopi sanat propriè vertiginem capitis frigidam ex vitio stomachi. Datum cum decoctione anisi, & nucis muscatæ sanat caliginem oculorum ex ascēsu fumositatum. Datum cum vino calido purgat palatum, & arteriam eius, & alia rheumata frigida. Datum post gargarismum ex stypticis, stringit destillationem vuluę. Datum cum vino styptico, post gargarismum stypticum, & exteriùs super dētem iunctum, sanat dolorem eius ex phlegmate. Datum cum puluere liquiritię & gētianæ opitulat peculiariter asthmaticis suppuratis, phthisicis ex phlegmate, & suspiriosis. Datum cum vino decoctionis gūmi arabici, & tragacanthi post diminutionem materiæ, confert pleuriticis. Datum cum vino decoct. anisi, & marathri, cōfortat stomachum & hepar. Datum cum vino decocto diureticorū, cōfert spleneticis. Datum cum vino decoctionis spicæ & nucis muscatę, restaurat calorem læsum in digestione, vel ventositate. Datū cum vino decocto diureticorū, & saxifragię confert nephriticis, calculosis, stranguriosis & colicis à frigido humore, vel ventositate. Dissolutum in muscellino, ac suppositum cum bombace, prouocat mēstrua retenta à frigiditate vel ventositate. ¶ Dosis eius est à ʒ.2. vsq; ad quatuor, vel dosis eius est quasi ℥.s. sero & mane. Seruatur cùm inest balsamus quinq; annis, vel sex, & quod est cū terebinthina seruatur per biennium. ¶ Rec. prasij viridis ʒ.5. & s. tragacanthi, pinearū, amygd. dul. pistaciorum, carnium dactylorum, pinguium ficuum, pinguiū vuarum passarum mundatarum ab arillis an. ʒ.3. & s. cinnamomi electi, nucis muscatæ, macis, ligni aloes, galangę, spicæ nardi, zingib. al. zedoariæ, liquiritiæ rasæ, rhapontici anacardij, styracis, calamitæ, masticis, myrrhę, galbani, terebinthinæ, ireos, aristoloch. rotun. radicis capparis, gentianæ, piperis, aneti, marathri, anisi, sem. apij, sem. petro. mace. radicis saxifragiæ, an. ʒ.2. hermodactylorum, origani, radicis peucedani, scœnanthi, cardamomi, piperis albi, carui, leuistici, tormentillæ, an. ʒ.1. & s. & grani. ʒ.2. & s. balsamitæ, pulegij, dictamni, costi, pyrethri, saturegię, basiliconis, caryophyl. pœonię, piperis longi, amomi, sem. petro. agrestis, orobi, an ʒ.1. & gran. 2. & tertiam partem alterius, xylobalsami, cassiæ ligneæ, coralli rubei, rasurę eboris, carpobalsami, dauci cretici an. ʒ.s. moschi, ambræ, ossis de corde cerui, an. grana 13. mellis despumati ℔.5. Conficiatur sic: in quatuor ℔. mellis despumati, pone prassij viridis aliquantulum contusi ʒ. 6. & s. pineæ recentis cum resina sua quartam partem, & bulliant simul lento igne cum tribus ℥. optimi vini vetustissimi, vsque ad consumtionem vini, & caricæ bene purgatæ introrsum & extrorsum, & dactyli eodem modo mundati, & passulæ & pineę & amygdalę, & pistacij, omnia bene mūdata, vnumquodque pistetur bene per se, & post misceantur omnia simul in mortario, & superadditur terebinthina, & pistētur simul, & cū melle pdicto calido in eodē mortario paulatim distemperētur, pòst addatur puluis aliarum specierum.

DIACYMINVM dictum à cymino, quod ingreditur maximè in positionem, respicit propriè virtutem spiritualem, & primam digestiuam, læsas à frigiditate. Datum cum decoctione ficuum, & passularum eunti dormitū, bene cooperto vt sudet, confert tussientibus ex frigido humore rheumatico, maximè in senio constitutis. Datum ante cibū vel post cum decoctione masticis, procurat mirabiliter primá digestionem læsam à frigiditate, & humiditate, & confert dolori ileo ex indigestione, & vsitatum viuificat calorem. Datum cum vino decoctionis anisi, consumit ventositatem, & curat eructuationem frigidam, & singultum ex calido, & colicam & ventositatem inuoluntariā, & confert impedimento conceptionis ex vētositate vel humiditate, & dolori capitis & scotomiæ ex eodem. Datum cū vino forti valet ad esum fungorū, & quartanę phlegmaticæ post vomitum cōfert. Datum cum vino aromatico confert his, q receperunt cibaria grossa. Datum cum vino decoctionis tamarisci & diureticorum, confert opilationi splenis, & hepatis. Datum cum cooperātibus valde tritum, & etiam emplastratum, confert valde emissioni vrinæ inuoluntariæ à frigiditate. ¶ Dosis eius est à ʒ.1. vsque ad 4. seruatur per triennium, seu biennium. ¶ Recipe cymini, Galen. præcipit ipsum assari in vase fictili, pridie in aceto infusi & exsiccati ʒ.8. & ℈.1. cinnamomi electi, caryophyll. an. ʒ.2. & s. zinziber. alb. piperis, an. ʒ.2. & grana 5. saturegię, ca-

laméti,an.ʒ.1.& ℈.2.ameos leuiſtici,an.ʒ.1.& grana 18.piperis longi,ʒ.1.ſpicæ nardi,cardamo. maſticis,an.℈.2. & s.mellis deſpumati ℔.1.& ℥.2.incorporentur.

QVADRIMERON, id eſt, de quatuor medicinis, reſpicit ꝓpriè ſpiritualia. Datum cum decoctione hyſopi,confert aſthmaticis,& tuſsientibus & catharro frigido.Datum cũ decoctione maſticis, confert dolori ſtomachi à frigiditate.Datum cum decoctione nucis muſc. & caryophyl. confortat digeſtiuam,lęſam à frigiditate.Datum cum vino rubeo in decoctione zingiberis & galangæ, confortat renes læſos à frigiditate. ¶ Eius doſis eſt à ʒ.2.vſq; ad ʒ. mane & ſero,ſeruatur per triennium. ¶ Recipe enulæ campanæ ℥.1. & ʒ.ʒ. cymini ʒ. ʒ. piperis ʒ. 4. marathri ℥.1.mellis diſpumati ℔.1. & ℥.1. incorporentur.

DIAPENIDION dicitur à penidiis, quæ ingrediuntur compoſitionem,reſpicit pectus læſum propriè à ſiccitate: vis eius eſt potentior contra ſiccitatem pectoris, quàm contra frigiditatẽ.Datum cum decoctione dragagãti & gummi arabici,& liquiritię raſę & ficuũ,cõfert valde tuſsi à ſiccitate,ſecundario frigiditati eiuſdem,& loquẽtibus cum magna difficultate,à ſiccitate arterias conſtringente,& phlegmatis groſſi opilatione tenendo diu in ore. Conſimiliter confert aſthmaticis, antequam fiant phthiſici ex calore, vel ex phlegmate, niſi ſecunda aut tertia laborent ſpecie hecticæ. Datum cum tertia parte diaireos,confert tuſsi ſanguineæ,& confert ſuppurationi calidæ, Datum competẽter peripneumonicis cũ aqua decoctionis hordei, dragagãti, gummi arabici, ſucci liquiritiæ, ſacchari, & quatuor ſe. frigidorum poſt eruptionem collectionis,& eiſdem differentia cõſolidari. ¶ Datur mane & ſerò quaſi ℥. s. vel vtilius modicum tenendo in ore,& iacẽdo ſupinè. Seruatur per annum. ¶ Recipe penidiorum ʒ.16.& s.pinearum,amyg. dulcium mundatarum,ſe. papaueris albi,an.ʒ. ʒ. & ℈.1.cinnamomi, caryophylli,zingiberi albi,ſucci liquiritiæ,dragaganti,gummi arabici,amyli,ſeminis melonum, citrulli,cucum.& cucur.mũdatarum, an.ʒ.1 & s.camphoræ tertiam partem vnius ℈. Conficiatur ſic: in vna ℔. aquæ dulcis bulliant ℥.ʒ.violarum, donec inficiatur aqua aliquantulum,poſtea coletur, & addatur colaturæ ℔.1.ſacchari,& bulliant, donec incipiãt inſpiſſari,& tunc addantur pineæ remollitæ in aqua calida,& amygdalæ, & quatuor ſemina, vnaquæq; per ſe bene concuſſa continuè mouendo cũ ſpatula,deinde addantur penidia ſimiliter pulueriſata: & cùm fuerint liquefacta,illud groſſum,qđ ſupernatat,colligẽdo in mortario cum cochleari teratur bene cum ſyrupo ſupradicto, & miſceatur camphora bene agitando, & ad vltimum ponatur puluis ſpecierum ſupradictarum cum ſupradicto ſyrupo, ſemper agitando miſceatur in mortario, donec incorporentur.

DIATRAGACANTHVM frigidum, dicitur à tragacantho quod maximè compoſitionem ingreditur: dicitur frigidum,quia fit ex frigidis & cõfert affectibus pectoris,& pulmonis ex caliditate & ſiccitate: & ad vocem clarificandam,eum tenendo in ore & tranſglutiendo paulatinè omni hora, maximè mane & ſero ſtomacho vacuo,vel detur cum ptiſana:confert prępuè phthiſicis,& hecticis ex calore, & pleuriticis,ſeu ſpleneticis,& peripneumonicis,& ſuppuratis calidis cum decoctione capillorum ve. confert ephemeræ ab ira,& ad omnem tuſsim ex calore,vel ſiccitate,& ad omnem aſperitatem,& ſiccitatem linguæ,gutturis,& meri,tenendo in ore. Superaddendo ei myrrham, & ſanguis draconis confert pleuritidi conſolidari differenti. ¶ Doſis eius eſt, vt diapenidij, & ſeruatur per annum. ¶ Recipe tragacanthi albi ℥.2. gummi arabici al. ℥.1.& ʒ.ʒ.amyli ℥.s. liquiritiæ raſæ ʒ.ʒ. penidiorũ ℥.ʒ. quatuor ſe.frigidorum mundatorum,an.ʒ.2. camphoræ ℈.s.ſacchari al.℔.1. Conficitur ſic:tragacanthum & gummi arabicum terantur prius, poſt pulueriſentur cætera fortiter, & in ſyrupo ſimplici clarificato cum ſpuma ouorum,vt albeſcat,incorporentur, ſcilicet primò puluis tragacanthi & gummi arabici,poſtea penidia bene diſtemperata cum parte decoctionis, terendo fortiter in mortario, poſtea alia trita ſuper liquiritiá, & vltimo camphora trita cum modico puluere aliorũ,& agitetur diu in mortario,donec albeſcat.

DIATRAGACANTHVM calidum reſpicit ſpiritualia læſa à frigiditate. Datum cum decoctione ficuum,& hyſopi, confert tuſſi ex phlegmate, & non valentib.expellere,aſthmaticis, ſuſpirioſis, & ad omnem coarctationem pectoris ex cauſa frigida.Datum cum ptiſana cõfert pleuriticis,& peripneumonicis.Datum cum decoctione cinnamomi, & maſticis confortat ſtomachum, & procurat digeſtionem. ¶ Datur vt diapenidion, & ſeruatur per annum. ¶ Recipe tragacanthi al.℔.1.hyſopi, amygd.pinearũ mundatarum remollitarum in vino albo,ſeminis lini aſsi an.℥.ʒ. fœnugræci, cinnamomi electi, an.℥.ʒ. zingib.al.liquiritię raſę, ſucci endiuię,an.℥.1.Cõficitur ſic: tragacanthum infuſum in aqua traiicies per linteum,& cum mellis diſpumati ℔.1.vſque ad ſpiſsitudinẽ,agitando continuè cum ſpatula coques lento igne, & depoſito ab igne puluerem ſpecierum ſuperaddes.

DIATRAGACANTHVM infuſum extinguens inflammationem, & ariditatem ſpiritualium, tenendo in ore confert raucedini,ſiccitati,phthiſi,& hecticę,& datur,vt diapenidion, & ſeruatur per annum. Recipe tragacanthi al.biduo in aqua infuſi, ℥.ʒ. gummi arabici,ſe.papaueris al.an.℥.1.& s.amyli, penidiorum, quatuor ſe.frigidorum mundatorũ,an.℥.1. liquiritiæ mũdę,ſucci eiuſdem,an.℥.s. camphoræ ℈.1. ſacchari ℔.1.& s.quo fiat ſyrupus, in quo coquatur lentè,agitando continuè tragacanthum, & cum fuerit decoctum deponatur, & imponatur puluis aliorum.

DIAPAPAVER dicitur à papauere, quod ingreditur: reſpicit propriè membra ſpiritualia læſa à caliditate & ſiccitate: eſt n. optimum dolori pectoris ex calore retentum in ore Datum cum ptiſana prodeſt mirabiliter hecticis cõſumtis,& ſuppurationi calidę,& vigiliis. Datum cum ſyrupo roſ. confert vigiliis propter fluxum ventris, & ſtupori mentis à diſſolutione virtutis, rheumati calido, quòd ſi rheuma ſit ex debili-

debilitate retentiuæ datur cum vino lymphato: vsus eius cũ ſyrupo nenupharis confert vigilijs phreneticorum,& febricitantiũ acutè. Datũ cum æquali miſtura ſacchari roſ. operatur mirabiliter in continuis,& tertianis veris: dolorem capitis,& calorem eius reprimit,& inducit ſomnum, & digerit materiam ſubtilẽ. Datum cum aqua decoctionis roſ. mane & ſero & meridie intercipit fluxum ventris cholericum. ¶ Datur vt diapenidion,& ſeruatur per annum. ¶ Recipe ſe. papaueris albi, penidiorum, ana ʒ.20. liquiritiæ raſæ, tragacanthi, gummi ara. amyg. dul. mundatarũ, ſe. cydoniorum munda. ſe. portula. ana ʒ. 5. quatuor ſe. frigidorum mundatorum, ſe. lactucæ & maluę ana ʒ. 4. fiat puluis, & confice cum ſyrupo viol. vel cum ſapa.

DIACYDONIVM dicitur à cydonijs, quæ ingrediuntur compoſitionem: reſpicit ꝓpriè digeſtiuã,& appetitiuam. Datum cũ vino decoctionis liquiritiæ dicitur vtiliſsmũ eſſe aſthmaticis,& phthiſicis cum ptiſana. Datum cũ vino decoctiõis garyophyll. & roſarum, retinet vomitum, faſtidium, nauſeam,& lienteriam, à cauſa frigida. Datũ poſt prandiũ confortat digeſtionẽ: Datũ cũ diacymino,& vino decoctionis aniſi cõſumit ventoſitatem, inflationem,& rugitum. Datum cũ vino decoctionis garyophyll. & croci, colorem optimum facit. Datum cum vino decoctionis nuciſmuſca. odoratum bonum efficit. Datũ cum decoctione mentæ ante prandium, excitat appetitum. Datum cum vino aromatico reparat mirabiliter debiles, confortando virtutem, & reparando ſpiritus. Datũ cũ vino, confert delicatis & nobilibus. Datũ cum vino decoctionis aniſi,& carui cõfert ilioſis. Datũ cũ vino decoctionis maſticis, confert nimiæ ſolutioni ventris defectu digeſtiuæ: laxatiuum datum curat faſtidiũ diuturnum. ¶ Doſis eius eſt vſq; ad ℥ 1. ſeruatur per annũ. ¶ Conficitur ſic: mundentur à cortice cydonia plana, & rotunda, & interiorib. granulis ſeu feminib. mundata pr oijciantur in aquã, in qua debent decoqui: & pòſt coquentur ſine fumo, de coctis accipiantur ℔.3. mellis deſpumati ℔. 4. & s. & terantur cydonia ſupradicta, vt diximus, bene mundata in mortario fortiter, & ponantur in caldario cum prædicto melle ſuper ignẽ, & bulliant ſemper agitando cum ſpatula, donec incipiát inſpiſſari: & ſi vis ſcire, quando fuerit coctum, ponatur aliquantulum in paropſide infuſa aqua: Si enim inuiſcatur, vt valeat colligi, coctũ eſt, & tũc deponatur ab igne,& puluis harum ſpecierũ ſemper agitando ſuperaſpergatur. Recipe cinamomi electi. ℥.1.& s. zingib. alb. ℥.1. piperis, galangæ, ana ʒ. s. garyophyll. nuciſmuſc. ana ʒ. ʒ. ſpicænardi, ligni aloes, macis, cardamomi, ana ʒ.2. zedoariȩ, ʒ.1. ſupra marmor infuſum aqua roſ. in qua aliquantulũ muſci fuerit diſtemperatum effundatur, & cùm infrigidatum fuerit, incidatur fruſtatim cum cultello,& reponatur. ¶ Alij capiunt cydonia, coquunt, & condiunt cum ſaccharo ſine ſpeciebus. ¶ Alij conficiunt ipſum laxatiuum, per miſcendo in vnaquaq; ℔. ipſius diagridij ℥. 1. & s. & eſt efficacius cæteris electuarijs, quibus admiſcetur ſcamonea. ¶ Antiqui cõficiebant ipſum ex ℔.2. ſucci cydoniorũ,& ℔.1. aceti fortis,& mellis ℔.3. coquendo vſq; ad ſpiſsitudinem mellis, ſuper quod aſperſerunt pul. zingib. ℥.1. aut plus, cũ hoc Gal. curabat ęgritudines ſtomachi calidas,& valde ſiccas. ¶ Moderni incidunt cydonia fruſtatim, coquũt in aqua,& pòſt mundant ea à ſemine & interiorib. & lauant: & pòſt mundant exteriora à ſordicie, ſi qua eſt: & pòſt comprimunt fortiter & tranſigunt per ſetaceum, quo pulpa exprimitur, in cuius ſuccoſitate mellis ℔. ʒ. coquũt ad pefectionem, deinde ſpecies imponunt. ¶ Alij ꝓijciunt ſupra marmor, aut ſupra tabulam marmoream. ¶ Conferens eiſdem cauſis, cum ſignificationibus caliditatis. Recipe maſſę cydoniorũ ℔.1. & s. roſarum rub. ſanda. rub. ana ʒ. ʒ. quatuor ſe. frigidorum mundatorum, ana ʒ.2. reubar. liquiritiæ raſæ. ſe. portulacæ & lactucæ, ana ʒ. 1. & s. zingib. albi,& aniſi, ana ʒ.1 garyophyll. cinamomi electi, ana ʒ. s. ſyrupi roſ. quod ſufficit, ad vltimum ſacchari ℔. s. conficitur modo priori. Scias, quòd eodem modo poteſt fieri electuariũ de pomis,& de piris aromaticis,& ſimilibus.

DIAZINGIBER ſiue zingiber conditũ, dictũ à zingibere, quod recipit: reſpicit propriè primã & ſecundã digeſtiuam, & etiã generatiuã. Datũ cum vino decoctionis zingiberis, & galangæ ante prandiũ, confortat digeſtiuam à frigiditate impeditã: in vino ſumtum ante cibũ, ꝓuocat appetitum,& ſumtũ poſt cibum, confortat digeſtionẽ. Datũ cum vino decoctionis zingiber. confortat renes,& excitat coitũ. Datũ cũ vino infuſionis zingiberis,& ligni aloes, conſumit humiditates capitis,& ſtomachi, & cõfert epilepſiæ & incubo. Datũ cum decoctione fœniculi, emendat potenter ſitim, & ardorẽ ſtomachi ex mala digeſtione. Datũ cũ vino infuſionis garyophyl. cõfert ſingultui frigido. Datũ cũ vino puro, eſt ex melioribus medicinis contra appetitũ caninũ, ex frigida cauſa,& contra fluxum ventris ex phlegmate viſcoſo, retentũ diu in ore eſt optimũ cõtra raucedinẽ,& contra aſthma ex phlegmate viſcoſo aut cõgelato: detur cũ decoctione liquiritiæ, & tragacãthi,& hordei, quãdo tuſsis eſt ex frigiditate, & ſiccitate in cauſa rheumatica detur cum vino. Datũ pro apoſtematib. in pectoralib. poſt rupturam, cum decoctione hordei & liquiritiæ purgat ea. Datũ cum calida, cõfert podagræ phlegmaticę,& morpheæ, ex phlegmate puro, & cõfert diſcraſiæ frigidæ hepatis,& fluxui ventris à fortitudine virtutis expulſiuæ ¶ Doſis eiꝰ eſt quaſi ℥. s. & ſeruatur per annũ,& fit ſic cõmuniter. ¶ Re. radices eryngij habentis folia ad modũ cretæ marinæ, vel mori ſpinoſi, quam Saraceni appellãt ſecacul, ſeu ſecalſehenna, radantur bene cum cultello, & coquantur in aqua, donec dimittant ſe ſtringi manibus,& tunc extrahantur de aqua,& mundentur à lignis, quę ſunt interius,& incidantur fruſtatim cũ cultello,& piſtentur fortiter in mortario marmoreo,& exprimantur cum manib. vt aqua inde exeat,& ponderentur de his ℔. ʒ. & ponantur in 10. ℔. mellis albiſsimi deſpumati, coque, donec incipiat rubeſcere,& addatur ℔. s. zing. fruſtatim inciſi, & dimittatur bullire tàm diu, donec digito adhæreat in marmore ſuppoſitum: & poſt deponatur ab igne, deinde impone pulueres harũ ſpecierũ: Recipe zingib. al. ʒ. ʒ. galãgę, garyophyl. cinamo. nuciſmuſ cardamo. ana ℥. s. pinearum remollitarũ mundarum, in vino alb. ʒ. ʒ. carnium

dactylorum ℥.4.pistaciarum zedoariæ ℥.1.& s.&
cum omnibus istis condiatur, & reseruetur: & sci
as, quòd cõsimiliter potest fieri ex garyophyll. &
nuce musc. galanga, & pipe. & cum seminibus.

DIANISVM dicitur ab aniso, quod recipit
maximè, optimum est: respicit propriè vir
tutem naturalem, lęsam à frigiditate. Datũ
cum deco. eiusdem, consumit, & carminat vento-
sitatem, amouet phlegma, inflationem, torsiones,
colicam, iliacam, cardiacã ex ventositate, vel phle
gmate. Datum cum decoc. polij, calamenti, men-
thæ, confert singultui frigido, vel ex ventositate.
Datũ cum vino decoct. galangæ celerat digestio-
nem, & rectificat stomachum frigidum. Datum
cum decoc. liquiritiæ, & hyssopi, mitigat sitim ex
phlegmate salso. Datum cum decoc. hyssopi, & li-
quiritię mundificat & liberat pectus, & pulmonẽ
ab humoribus viscosis, confert tussi, clarificat vo-
cem, & confert phthisi phlegmaticæ. Datum cũ
deco. costi, aperit opilationes. Datũ cum vino in
fusionis zingiberis, incitat coitum. ¶ Dosis eius
est à ʒ.2. vsque ad 4. & seruatur per bienniũ. ¶ R.
anisi ʒ. 20. liquiritiæ rasæ, masticis ana ʒ.10. zing.
galangæ, cinamomi electi, marathri, carui, ana ʒ.5.
calamenti, casiæ lig. pyrethri, piperis longi, & ni-
gri ana ʒ.3. cubeba. cardamomi minoris, spicęnar-
di ana ʒ.1. & s. mellis despumati ℔.1. & ℥.4. & s. &
fiat electuarium, cui Arabes imponunt penidia-
rum ʒ.40. De hoc Constantinus ipsemet accepit.

DIATRION piperion dicitur à tribus gene-
ribus piperum: respicit propriè virtutẽ na-
turalem. Verificatum est à sapientibus es-
se magni iuuamenti læsis à frigiditate. Datum cũ
vino infusionis zingiberis confert memorię, &
delet obliuionem, causatam à chymis phlegmati
cis, & calefacit renes. Datum cum hydromelle cõ
fert apoplexię. Datum cum vino decoc. pœoniæ,
confert epilepsię. Datum cum vino infusionis fœ
niculi, vel euphrasiæ acuit visum à frigiditate lę-
sum. Datum cum decoctione hyssopi, compescit
tussim siccam, & asthma ab exuberantia humorũ
viscosorũ, & clarificat vocem. Datum cum vino
decoctionis galangæ, & nicismuscatæ, præparat
& fortificat stomachum, digerit cibum, et resoluit
quod ingrossatur in eo, & in alijs mẽbris, ex phle
gmate: appetitum excitat & rectificat omnem e-
ius imbecillitatem, eructuationem acetosam ex
frigido. Datum cum vino incorporato lignialoes
diuertit humores crudos, & etiam rectificat dige
stiuam, & pręseruat caput & totum corpus, à pra
uis infirmitatibus phlegmaticis eleuatis. Datum
cum vino decoctionis anisi, fugat ventositatem,
& rugitum, & confert colicæ frigidæ. Datum cũ
vino confert contra defectionem sitis, ex causa fri
gida: & est commodius cęteris electuarijs contra
humiditatem in cunctis rupturis stomachi inui-
scatis. Datum cum vino veteri, est ex meliorib. me
dicinis contra appetitum caninum frigidum, &
contra esum fungorum: vsus eius est cum vino de
coctionis anisi, confert contra inflationem stoma
chi frigidam. Datum cum vino remollitionis nu-
cismuscatæ & cum diamenta, confert fluxui ven-
tris, leuitate stomachi ex phlegmate viscoso. Da-
tum cum vino aromatico, confert his, qui grossa
acceperunt cibaria. Datum cum vino decoctio-
nis, scœnãthi confert dyscrasiæ frigidę, & debili-
tati hepatis. Datum cum decoctione diureticorũ
curat passiones renum & vesicæ frigidas, & suf-
focationes matricis ab exuberantia humiditatũ,
& paralysim ipsius, prouocatq; vrinam, & men-
strua, suppositum corrumpit fœtum, & quicun-
que senũ vtitur non indiget alio in conseruatio-
ne sanitatis suę & cõsumit superfluitates aggrega
tas in eis. Datum cum decoctio. costi. consumit
materiam phlegmaticam causantem artheticam,
& præseruat ab ea, & corroborat neruos. Datum
cum vino decoctionis aristolochiæ rotundæ con
fert rigori febrium. Datum quolibet mane, con-
fert quartanæ phlegmaticæ, nisi calor, aut macies
dominentur, & confert febri phlegmaticæ post di
gestionem. Datum cum vino rubeo, confert itine
rantibus in aere frigido. ¶ Dosis eius est quasi ʒ.
2. seruatur per triennium. ¶ Accipe piperis nigri,
non parui, nec grossi, nec rugosi, corticis piperis
albi, & longi, non calefacti, galangę, casiæ ligneæ,
calami aromatici, croci, cyperi, spicænardi, garyo-
phyll. cardamomi minoris, costi, marathri, cina-
momi electi, carpobalsami, asari, zingiberis, myr-
tillorum, ana ʒ.2. masticis ʒ 10 alij duplicant pon-
dus piperis albi & calami aromatici, mellis rubei
dulcis, & clari despumati ℔ 1. & s. & ℥.11. incorpo
rẽtur: Aliter & aliter componit ipsum Gal. & tũc
producit alios effectus.

DIAGALANGA dicitur à galanga, quę inest
composito: respicit propriè primam dige-
stiuam à frigiditate læsam. Datũ cum vino
decoctionis eiusdem, & nucismuscatæ rectificat
stomachum frigidum, & celerat perfectè dige-
stionem, & aromatisat os, & cõfert incubo ex ple-
nitudine ciborum. Datum cum vino decoctionis
masticis, consumit phlegma stomachi. Datum cũ
vino infusionis garyophyll. aufert singultum fri-
gidum, & eructuationem acidã. Datum cum vi-
no decoctionis anisi, consumit ventositatẽ, & cõ-
fert colicæ, & inflationi stomachi. Datum cum vi
no infusionis zingiberis, calefacit renes, & cõmo
uet coitum. ¶ Eius dosis est à ʒ.2. vsque ad quatu
or, & seruatur per triennium ¶ R. galangæ ʒ.3. spi
cænardi, masticis, rasuræ eboris lotæ pluries in a-
qua ros. ana ʒ. 2. spicæ celticæ, cinamomi, zingib.
alb. zedoarię, liquiritiæ rasæ, styracis calamitę, ro-
sarum rub. viol. garyophyll. blattę bizantiæ ana ʒ.
1. & s. se. melissæ, & basiliconis ana ʒ.1. ossis de cor-
de cerui ʒ.1. saccha. ℔. 2. fiat electuarium, vel com
modius cum melle rosaceo. ℥.14.

DIACITRIVM seu citria condita, dictũ à cor
ticibus citri, ex quib. fit, frigidum est, respi-
cit propriè virtutem naturalem, & vitalẽ:
simplex comestum, valet contra, passiones stoma
chi ex calore, & confortat ipsum debilitatum à la
xatione: etiam valet contra fluxum cholericum.
Etiam valet contra cardiacam passionem ex calo
re, & optimum reddit odoratũ. Modus eius ope-
rationis: est, vt frusta magna exteriorum citrorũ
eadem die, qua colliguntur cum cortice, munda-
ta ab interioribus, remolliantur in aqua salsa per
aliquot dies in aliquo vase terreo, ne putrescant,
aquam quotidie mutando, donec amiserint ama
ritudinem, & post remolliantur biduo in hydro-
mellite: tunc elixentur in aqua dulci plurima, do
nec tenerescant, dehinc comprimantur fortiter,
& remolliãtur, postea triduo in triplo iulep sim-
plicis

plici, & tunc coquantur in iulepo simplici, vsq; quo iulep incipiat inspissari, & tunc felicitatur in fusione ℔. s. aquę rosa. et cùm inspissatur ab igne, deponatur, & extendantur frusta super cannulas separatim, quousque fuerint congelata: cui deposito ab igne si superaspergatur puluis harum specierum, confert eisdem causis cum significantibus frigiditatem. Recipe nucismuscatæ, zingib. alb. galangæ, zedoariæ, cubebarum, cinamomi, cardamomi, calami aromatici, lignialoes, ana ʒ. 1. croci ʒ. s. moschi grana 4. reseruatur per bienniũ.

DIARHODON abbatis, dicuntur à rosis, quę intrant compositionem, dicitur abbatis, quia abbas de curia ipsum composuit: respicit propriè secundam digestiuam, & confortat retentiuam membrorum vt humectationem recipiant: confert propriè ictericis suppuratis, cũ decoctione scariolę. Datũ cum ptisana cõfert phthisicis, hecticis, & suppuratis. Datum cum aqua rosacea, vel frigida, mane, meridie & vesperi, confert cardiacis ex calore, & conualescentibus ex acutis & longis infirmitatibus calidis. ¶ Dosis eius est à ʒ. 2. vsque ad quatuor, seruatur per annum. ¶ Re. ros. rub. sacchari candi, ana ℥. 1. & ʒ. 3. sandali albi, & rub. ana ʒ. 2. et s. tragacanthi, spodij, gummi arabici, ana ℈. 2. asari, masticis, spicænardi, cardamomi, succi liquiritiæ, croci, ligni aloes, garyophyll. galliæ muscatæ, anisi, marathri, cinamomi electi, rhabarbari, sem. basiliconis, berberis, sem. scariolę sem. portulacæ, & quatuor seminum frigidorum mũdatorum, ana ℈. 1. camphorę grana 7. moschi, grana ʒ. & s. margaritarum, ossis de corde cerui, ana ℈. 1. & s. syrupi de aqua rosacea facti, quantũ sufficit: incorporentur pulueres primitus, postea imponantur saccharum, & camphora puluerisata sigillatim, & vltimò moschus distemperatus cum aqua ros. syrupo facto ex ℔. 2. & ℥. 2. sac. ros. fiat ℔. 1. & s. bulliendo lente super prunas.

DIARHODON magnum, dicitur magnum propter magnam efficaciam, quam habet, respicit propriè virtutem naturalem & vitalem. Datum cum decoctione rosarum, valet cõtra dolorem stomachi calidum absque humore. Datum cum vino decoctionis macis, vel garyophyll. confert cardiacæ mane, & cum frigida in meridie. Datum cum vino mediocriter lymphato, confert debilitatis & infirmis. Datum cum vino diuretico confert opilationi splenis, & hepatis. Datum cum decoctione saxifragiæ, & milij solis, confert calculosis. Datum cum decoctione diuretic. cõfert hemitritęis. ¶ Dosis eius est à ʒ. 2. vsque ad quatuor, & seruatur per annum. ¶ Re. rosarũ rub. ʒ 30. sandali albi, & rubei, spodij, rheubarbari croci, suc. liquiritiæ, tragacãthi, masticis, lignialoes, cinamomi, garyophyll spicænardi, gallię muscatę, xylobalsami, carpobalsami, scœnãthi, marathri, seminis citrulli, melonum, cucurbitæ, cucum. mund. ana ʒ. 4. camphoræ, ℈. 4. sacchari ℔. 12. & ℥. 9. fiat electuarium.

DIALACCA dicitur à lacca, quam recipit: respicit propriè virtutem naturalem, læsam ab opilatione, vel frigiditate. Datum cum decoctione fœniculi, & asari, amouet peculiariter opilationes hepatis, ex frigiditate, & viscositate, confert hydropicis. Datum cum decoctione capparum, & tamarisci, curat opilationem, & dolorem splenis à frigiditate. Datum cum vino decoctionis asari, cõfert cachexiæ & hyposarcæ icteritiæ chronicæ cum opilatione, & corruptioni formæ in quotidiana. Datum cum decoctione caricarum, & meliloti, cõfert duriciei apostematis frigidi in stomacho, vel in hepate. Item datum cum decoctione anisi, carui, confert ventositati hypochondriorum. Datum cum vino decoctionis saxifragiæ milij solis, & diureticorum, confert valde stranguriosis, & nephriticis. ¶ Dosis eius est à ʒ. 2. vsque ad ʒ. & seruatur per biennium. ¶ Re. laccæ mundę ʒ. 8. costi, spicænardi, carpobalsami, xylobalsami, cassięligneæ, tamarisci, croci, scœnanthi, rheubarbari, masticis, aristo. lon. vel vtriusq; ana ℥. s. myrrhæ, radicis gentianę, marathri, anisi, sem. apij, garyophyll. eupatorij, absynthij recentis, cymini, nucismus cubebarum ana ʒ. 3. mellis despumati, ℔. 3. & ℥. 7. incorporentur.

DIALACCA Isaac, quam custos sibi appropriauit: respicit propriè virtutem naturalem, secundariò humiditates, facientes opilationes hepatis ex frigida causa: tamen melius isto, quam cum alio aliquo antidoto curãtur scyrrhi, apostemata hepatis, stomachi, & splenis: & stomacho confert infrigidato, & omni suspectioni hydropisis subuenit, de quo inquit Albucasis: multoties fui expertus, & inueni magnam efficaciam: quòd citius consequitur suum effectum, quàm alia medicina. ¶ Recipe laccæ mundę, ʒ. 20. costi dulcis, spicænardi, xylobalsami, casiæligneæ, asari, cinamomi, florum scœnãthi, rheubarbari masticis, aristo. longæ & rotundæ, ana ʒ. 1. & s. myrrhæ, rubeæ tinctorum, gentianæ, marathri, apij, montani, garyophyll. cymini, absynthij recẽtis, eupatorij, nucismus. cardamo. cubebarum, an. aureos 2. mellis despumati, ℔. 3. seruatur per biennium in pixide ex ligno tamarisci. ¶ Dosis eius est ʒ. 2. vel ʒ. cum apozemate radicum.

DIACOSTVM dicitur à radice costi, quæ ipsum intrat: vel quia eius laudes ʒ. 1. & s. ipsius ei attribuuntur: respicit propriè immutatiuam hepatis confortandam. Datum cum vino decoctionis nucismus. confert dolori stomachi ex frigiditate & ventositate, & dicto puluere absynthij, & cera resoluta in muscellino superemplastretur stomachus. Datum cum vino decoctionis spicæ, confert hepati infrigidato. Datum cum vino decoctionis scolopendriæ, confert opilationi hepatis. Datum cum vino decoctionis tamarisci, confert spleneticis. Datũ cũ vino deco. saxifragiæ, milij solis, & diureticis, cõfert valde nephriticis, & stranguriosis à frigiditate. datum cum vino infusionis asari, confert hydropisi frigidæ. ¶ Dosis eius à ʒ. 2. vsq; ad ʒ. mane & sero: & seruatur per duos annos, vel plus. Recipe costi amari ʒ. 1. & s. asari, seminis apij, anisi, ana ʒ. 2. & ℈. 2. scœnanthi, myrrhæ, piperis, ana ʒ. 1. & s. rheubarbari, croci, aristo. longæ & ro. ana ʒ. 1. & ℈. 2. cinamomi electi, casiæligneæ ana ʒ. 1. & ℈. 1. mellis despumati, ʒ. 9. & s. & fiat electuarium.

DIACAPPARIS dicitur à radice capparis, cuius cortices reperit: valet ad omne vitiũ splenis, & hepatis ex frigiditate, & est peculiaris spleneticis, & facit interdum mingere sple-

nem cum ſanguine. Datum cum decoctione ſcolopendriæ,& tamariſci, remollit, digerit & ſanat paſsiones ſplenis,& hepatis,maximè antiquas & opilationes ex melancholia,vel ex phlegmate.Datum cum miſtione pliris,valet ad conſumendum phlegma capitis,immiſſum in aurem cum aceto, necat vermes in eis : diſtemperatum cum vino, aut retentũ in ore,aufert dolorẽ dẽtiũ.Datum cũ vino,necat vermes & lumbricos.Datum aut peſſariſatum cum decoctione arthemiſiæ prouocat menſtrua.¶ Doſis eius eſt à ʒ.2.vſq; ad ʒ.mane & ſero, ſeruatur per biennium, & plus in paropſide tamariſci,vel fraxini. ¶R.corticis capparis ℥.4 ſquillę aſſæ,aſari,pyrethri,centaureæ minoris,piperis,thym.ſe.apij,ſe.nigellæ, radicis agrimoniæ ana ℥.1.mellis deſpumati ℔.4 & ℥.4.terantur, & incorporentur.

DIACARYOPHYLLATVM dicitur à caryophyllis reſpicit propriè ſpiritualia,& virtutes naturales,læſas frigiditate. Datum cũ decoctione hyſſopi emendat potenter opilationes frigidas pectoris,& pulmonis. Datum cum ptiſana,reparat phthiſicos debilitatos ab infirmitate. Datum cum vino remollitionis croci confert valde cardiacis à frigiditate. Datum cum decoctione garyophyll.compeſcit mirabiliter vomitum,& ſubuerſionem ſtomachi,& acidos ructus & reddit os odoriferum,exhibitum cum vino decoctionis nucis muſc. celebrat digeſtionem à frigiditate læſam. Datum cum vino aromatico, aufert faſtidium, inductum à frigiditate. ¶ Doſis eius eſt ʒ. 2. vel ʒ. ¶Recipe garyophyll.cinamomi electi,zingib.alb.liquiritiæ raſæ,roſarum rub ana ʒ.2 & grana.15.lignialoes,galangæ, nucis muſcatę,ſpicænardi,zedoariæ,viol.ana ʒ. 1. & gra.7.& s. rheubar. macis, croci, aliptæ muſcatæ,coſti dulcis, cardamomi, ſem. baſiliconis,aniſi, ſem. leuiſtici,raſurę eboris,ana ℈.1.& s.& gra.ʒ.s.mellis deſpumati,quaſi ℥.9.vel mellis roſacei, artificialius colati,℥.13.& s.

DIAPRVNIS dicitur à prunis dulcib. quæ ingrediuntur cõpoſitionẽ: reſpicit humores cholericos, propriè in membris naturalibus. Datur abſque diagridio cholericis conſtipatis competentẽr in æſtate, & in calida regione cum decoctione viol. Confectum autem cum melle datur phlegmaticis conſtipatis. Datum febricitantibus cum frigida, mitigat ſitim,& æſtuationem eorum.Simplex datum cum calida confert febricitantibus acutè, & peracutè,in principio,& in augmento,& in ſtatu maximè cauſonis, & ſynochi.Etiam datur in omni morbo ex cholera.& omni hora diei, vt contra tertianam veram: & contra calefactionem ſtomachi, & hepatis, & defectu appetitus ex cholera Item laxatiuum factum poteſt dari acutis,& peracutis poſt digeſtionem , & maximè in hemitritęo, & poſt tres vel quatuor acceſsiones. ¶ Doſis eius eſt ab ℥. s. vſque ad ℥.1. & acuati ʒ. ʒ. cum calida in media nocte,ſeruatur per annum.Igitur cum volueris facere laxatiuum,appone in ℔.1.ʒ.7.diagridij , poſtq̃ ab igne depoſueris. ¶ Recipe prunorum dulciũ mundatorum à nucleis centum, aſſerit Galenus Hiſpanica ſalubriora Damaſcenis, ponantur in vaſe ſtãneo cũ tanta quãtitate aquæ dulcis vt cooperiátur bene,& bulliant,donec diſſolui videantur,& tunc deponantur ab igne, ſumantur ex aqua,& in cribro maximè de corio vrſi, poſito ſuper catinum tàm diu pruna fricentur manibus, vt nihil præter cortices in cribro remaneat, & in illa aqua,in qua pruna fuerint cocta,ponatur ℥. s. viol.bulliant, colentur, & ex illa aqua colata fiat ſyrupus,cum 2.℔.ſacchari, in quo ponatur ℔. 1. pulpæ prunorum,& coquatur ad ſpiſsitudinem continuè agitando cum ſpatula : & cùm incipiet inſpiſſari,addatur ℥.1.medullæ caſsiæfi.diſſolutę, & colatæ cum parte dictæ decoctionis prunorũ, & alia tamarindorum mundatorum à nucleis, & cum eadem aqua ſimiliter diſſolutorum, & colatorum per cochleare cum peruenerit ad perfectionem coctionis,ab igne deponatur,& mouendo continuè cum ſpatula ſuperaſperge puluerẽ harum ſpecierum. Reci.ſandali albi & ru.ſpodij, rheubarbari,ana ʒ.ʒ.roſ. viol. ſeminis portulacæ, ſcariolæ,berberis,ſucci liquiritiæ,tragacanthi, ana ʒ.2. quatuor ſe.frigidorum ana ʒ.1.

ELECTVARIVM Ducis, dicitur à Duce Roberto, cui cõpoſitũ fuit ab abbate de curia, propriè reſpicit virtutem naturalem à frigiditate læſam. Datum poſt prandium , & poſt cænam cum decoctione aniſi,maſticis, valer contra digeſtionem læſam à phlegmate, vel ventoſitate ſtomachi, & inteſtinorũ mirabiliter. Datũ cũ decoc.diureticor.& aniſi cõfert iliacæ paſsioni ex frigida cauſa. Datũ cũ vino decoctionis aniſi,& petro.valet contra ventoſitatem, vel iniectum per clyſtere cum vino decoctionis ſaxifragiæ,milij ſolis,& ſero caprino,valet contra vitium lapidis, & iniectum per ſyringam cum modico balſami confert ad frangendum lapidem in veſica, cataplaſmatum ſupra renes & pectinẽ cum ſucco ciperi, & naſturtij,vel ſenetionis, confert ad frangendũ lapidem,& eijciendum per vrinam, confert vtiliter ad prædicta ſtomacho ieiunio. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.2.vſque ad 4.ſeruatur per triennium. ¶R. aniſi ℥. 2. & grana.15.ſaxifragiæ grana 15. liquiritię raſæ,maſticis,ana ʒ.2.& grana 5 chamædryos, zingib. alb. galangæ, cinamomi,marathri, carui, ana ℈.1.& gra.15 calamẽti,caſsiæli.piperis al.& lõgi,pyrethri,ciperi,ſcœnan.dauci,rad. ireos, amomi,folij,aſari ana ℈.1. ſpicænar.croci,gũmi ara. tragacanthi,ſem.aneti,calami aromatici, cubebarũ, garyophyllorum,carpobalſami, ſem. leuiſtici, & petro.macedonici, iuniperi,ſeſelos,radicis pentaphilonis,ſe.aſparagi,citri,radi.acori, rad.aſparagi, rheubar.corticis myrobal.indorum,ſe.vrticę,reupontici,nucis muſca.ligni alo.ſe.baſiliconis, milij ſolis,quatuor ſe frigidorum,ſe.ſcariolæ, & petro. & been alb.& rub. ſtyracis calamitæ, cardamomi mino.ana grana. 15.penidiorum ℥. s. & ℈. 2. & s. mellis deſpumati ℥. 9.incorporentur.

ELECTVARIVM Petri,propriè reſpicit virtutem naturalem,quo plurimos curaui à febribus phlegmaticis, tertianis nothis chronicis,propriè quibus forma corrumpitur opilationes aperit,& prouocat vrinam,ſtomachum cõfortat,& hepar. ¶ Doſis eius à ʒ.2 vſque ad ʒ.cum decoctione vel ſucco dictorum,ſeruatur per biennium ¶ Recipe roſ.rub.ʒ 2.& s.aniſi,maratri,maſticis,ſcœnanthi,caſsiælig.ana ʒ.2.liquiritiæ mũdæ,

dæ,reu.ſpicænard.aſari,ana ʒ.1.& ſem.apij,ſcariolæ,nenupharis,melonum mundatorum, cinamomi, trochiſcorum diarhodon,cuſcutæ, polij, ana ʒ.1.croci ℈.1.camphoræ ℈ s.ſacchari ℔. 3. fiat electuarium cum aqua decoctionis iſtorum.Recipe radicis ſaccha.℥. 4. bedagar.℥.3. rad.fœnicu. ℥. 2. roſ.rub.℥.1.

ELECTVARIVM ad humiditatẽ reſtaurãdã, dictũ quia vires corporis debilitati, infrigidati & exſic.ex lõga infirmitate,& conualeſcẽtibꝰ ſpiritus, & humiditatẽ reſtaurat: propriè reſpicit peccatum ſecundæ digeſtionis. Datum cum decoctione violarum & ſandal.confortat hepar,& ſtomachum à ſiccitate læſos, & à caliditate. Datum cum decoctione hordei,& liquiri.confert valde attẽuatis,ſuppuratis, & cõſumtis, & curat ſiccitatem pectoralium & tuſsim.Datum cum infuſione croci reſumit vires cordis, & humiditatẽ. Datum cum vino valde lymphato,confert impedimento cõceptionis ex ſiccitate. Doſis eius eſt à ʒ.2.vſque ad 4.ſeruatur per annum. ¶ Recipe liquiri.raſæ,roſarum rubearum,aniſi,ſaccha.alb.ana ʒ.2.& grana 6.gummi arab.tragacanthi, ana ʒ.3.& ℈.2.ſand.alb.& rub.ana ℈.4.ſeminis papaueris alb.ſucci liquiritiæ,amyli,ſem.portulacæ, ſcariolæ,lactucæ,quatuor ſem frigidorum mundatorum,ana drachmas 4. ſe. cydoniorum mund. ℈.2.amygd.mundatarum,pinearum,ſebeſten,cinamomi, ſtyracis calamitæ, ſem. bombacis, ſem. maluę,viol.nenupharis,berberis,an.drachmas 2. confice cum ſyrupo,quando quæritur confortatio interiorum,vel cum ſyrupo deco. gummi ara. tragacanthi,& roſ.quando quæritur humectatio ſpiritualium.

ELECTVARIVM diacatholicon dictum, id eſt,vniuerſale, eò quòd omnes humores educit leniendo abſque nocumento,vel quia euacuat omnes humores indifferenter, incolumi ter febrientes & nõ febrientes.Poteſt omnia, quę poſſunt cæteræ medicinæ ſimplices, & eſt medicina familiæ: educit enim melancholiam, choleram,& phlegma,& mundificat ſanguinem:quòd ſi volueris euacuare choleram ſolùm, aut ſanguinem mundificarę, commiſce cum eo epithymũ: Si autem phlegma,cõmiſce cum eo turbith:ſi vẽtoſitates,miſce cum eo aniſum, & carui. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.s.vſque ad ℥.1.& cum vino lymphato calido.¶ Recipe foliorum ſenæ,medullæ caſsięfi. tamarindorum mundatorum à nucleis ana ℥.8. rhabarba.polipodij.viol.aniſi,ana ℥.4.liquiri.mũdatæ,penidiorũ candi.ana drachmas 4. quatuor ſem.frigidorum mundatorum,ana ℥.1. & tunc accipe polipodij quercini ℔.1. tere & coque diutiſsimè in aqua,& fac ſyrupum de colatura addendo 8 ℔.ſacchari,in parte autem colaturæ diſtempera caſsiamfiſtularem,& tamarindos, impone: & cum ſyrupus appropinquat decoctioni,impone ea, & coquatur vſque ad ſpiſsitudinem, tunc deponatur ab igne, & addantur pulueres aliorũ, ad incorporandum.

ELECTVARIVM caphonis eſt frigidum, dicitur caphonis,quia Capho addit in eo mẽbra principalia:purgat choleram, & alterat ea,ſecundariò phlegma & melancholiam.Datum poſt digeſtionem cum calida,quibus humores ſuperflui multiplicantur,conſeruat eos in ſanitate. Datum cum decoc.viol. & prunorum non valde attenuatis, confert ſimplici, & duplici tertianæ. Datũ cum calida,confert hemitritęis,& quotidianæ ex phlegmare ſalſo. Datum cum decoctione ſenæ,confert morbis ex melancholia, & confert tertianis,& continuis. ¶ Doſis eius eſt à ʒ. 3. vſq; ad 6. ſeruatur per annum:conficitur ſic. ¶ Recipe libram 1.pſyllij.ponatur veſperi in aquam calidã,mane fiat deco.accipe capill.ven.ceterach,pruna dul. & parum ſebeſten, coquantur fortiter in aqua pſyllij,compreſſa, & apponantur 5. ℔. & s. ſacchari.tamarindorum mundatorum à nucleis, ſcãmoneæ ana grana 5.vel minus emblicorum ℥.1. foliculorum ſenæ,berberis, gummi arab. ſãnd. alb.& rub.tragacanthi,ſem.portulacæ,ſem.fumiterrę,ſem.marathri,amyli,ſem.papaueris alb. ſpodij,rheubarbari,ſuc. liquiritiæ, myrobalanorum indorum,roſarum ana ℥.1. pulueriſentur, & imponantur poſt depoſitionem ab igne, poſt fortè agitationem in mortario,ſed terantur myrobalani ad partem.

ELECTVARIVM de ſucco roſ.dictum à ſucco roſ.quem recipit : inuentum ab Alexandro peritiſsimo philoſopho: Ducit enim ſine moleſtia, & eſt regulatius cæteris electuarijs, trahit chymos. Confert propriè guttæ artheticæ calidæ,maximè dũ eſt in fluxu:confert enim efficaciter choleram educendo,& membra recipientia corroborando ſtypticitate ſua, cohibet fluxũ humorum rheumatiſantium: confert valde chiragricis, & podagricis, & artheticis ex cholera: membris læſis prius inunctis oleo viol. etiam datur cholericis in conſeruatione ſanitatis, ne elabantur vlterius. Item confert conualeſcentibus ex tertiana,quotidiana,calefactioni hepatis,& ſtomachi,& ictericiæ diuturnæ, & hydropiſi calidę: & confert dolori renum & veſicę, & colicæ calidis.¶ Doſis eius eſt cum calida ab ℥.3.vſq; ad quatuor poſt 15. dies ſuæ confectionis ſeruatur per biennium,& vltrà: & conficitur ſic communiter. ¶ Recipe ſucci roſ.rub.expanſarum,ſacchari ana ℔.1.& ℥.4.ſandali alb.& rubei,& citri, ana drachmas 5.ſpodij,drachmas 3.diagridi,℥.1. & s.cãphoræ ℈.1. tempera ad modum electuarij cum ſyrupo facto de prædictis, & cum ſucco & ſaccharo, incorporentur primitus ſcamonea, poſtea addãtur pulueres aliorum.

ELECTVARIVM de ſucco roſarum, inuentione mea propria,ducens abſque nocumẽto choleram,præcipuè à ſtomacho,& hepate,& à venis mundificat ſuauiter, & ſine læſione, & violentia, & extinguit eorum inflammationẽ. Vnde confert in declinatione febrium cholericarum, & in reliquijs malorum humorum qui remanſerunt,& in reliquis morbis,ex cholera : curat ictericiam, & præſeruat corpora cholerica,ne labantur vlterius : & vtinam vterentur præſumtuoſi eo, prout offerunt electuarium Alexandri. Doſis eius eſt à ʒ.3. vſque ad 6.cum calida, ſeruatur per biennium. ¶ Recipe viol.neupharis ana ℥.1. corticis myrobal. citri. recen. conquaſſatorũ ℥.s.ponantur in vas vitreatum habens orificium ſtrictum, ſuperfundatur ſac. roſ. calefacti ſuper prunas ℔.1.& ℥.8.& obturentur bene, & dimitta

tur à mane vsque ad sero, & tunc coletur fortiter comprimendo, & fricando, & cum ℥.10. sacchari, & ℔.s. syrupetur mane, coquendo ad perfectionē lentè super prunas, & deposito ab igne, fiat electuarium cum his. Reci. diagridij ʒ. 6. rheubarb. electi ℥.s. sandalorum alb. & rub. & citri, ana ʒ.2. & s. spodij ʒ.1. & s. tragacāthi, camphoræ, ana ℈.1.

OXYLATIVVM, seu oxyllaxatiuū, dicitur ab ὀξὺ, quod est acutum: educit choleram rub infrigidando eam, secundum aliquos etiam educit choleram nigram, & humores adustos. Datur cholericis omni hora diei cum frigida ad mitigationem sitis, & caloris. Datur propriè contra synochum, causonem, & contra omnes acutas, & peracutas ægritudines, & confert hepaticis, & dyscrasiæ calidæ stomachi: confert tertianæ cōtinuæ, & interpolatæ, & hemitritęis, & quotidianę ex phlegmate salso, & defectui appetitus ex cholera, & hecticis cū calida. Datum cū deco. scariolæ, confert ictericiæ, & opilationi hepatis. ¶ Dosis eius est ab ℥.s vsque ad ℥.1. & acuati quasi ʒ.ȝ. datur mane. ¶ Recipe succi malorum granatorum acetosorum, & dulcium ana ℥. 8. prunorū siccorum ℔.2. coquantur in decem ℔. aquæ, vsq; ad medietatem, & extrahantur pòst de aqua, & ponantur in cribrum, catino supposito, tamdiu fricentur manibus, donec tota pulpa exeat, & in aqua, in qua pruna fuerint cocta, bulliat ℥.s. viol. post fiat syrupus in hac decoctione, non decoct⁹ ad plenum cum duabus ℔. & s. sacchari, & prædicto succo, seu pulpa prunorum addito bulliat ad spissitudinem, & addantur post quatuor ℥. tamarindorum mundatorum à nucleis, & ℥.2 cassięfi. mund. & dissolutæ cum aqua ros. vel cum prædicta decoctione, & per manicam Hipp. colatæ, ponatur ista colatura in syrupo, & cùm incœperit inspissari, ponantur ibi succi vtrorumque granatorum, & agitetur continuè, donec perueniat ad pfectionem cum spatula de oliua, & deposito ab igne, adde pulueres harum specierum. Recipe sandal. alb. & rub. spodij, ana ʒ.4. se. portulacæ ʒ.6. rosarum, tragacanthi, berberis, ana ʒ.2. & si volueris facere laxatiuum, pone in vnaquaque ℔. diagridij puluerisati ℥.1 cùm deponitur ab igne.

CATHARTICVM imperiale, id est, laxatiuū imperiale: quia fuit factum pro imperatoribus, & pro alijs delicatis, vel quia pręcellit. Ducit enim sine læsione choleram innaturalem, nigram, & phlegma propriè à membris medijs, vt à stomacho, ab intestinis, à corde, & à toto corpore. Vnde pillulæ confectæ ex eo cum succo absynthij purgant optimè stomachum, parum superdormiendo: vnde conferunt ægritudinib. stomachi, & capitis ex cholera. Datū cū succo fœniculi in pillulis, confert debilitati visus, & obscuritati eius ex fumo melancholico. Datū cum deco. hyssopi, & liquiritiæ mundificat pectus ab humoribus viscosis. Datū cum decoctione nucis mus. & garyophyll. confert fœtori oris vitio stomachi, & pectoris. Datum cum decoctione anisi, & petro. confert iliosis, habentibus ventositatem in stomacho & in intestinis. Datum cum tertia parte hieræ, confert impetigini, & serpigini ex col. & confert cancro: vnde cū volumus euacuare choleram cum eo addimus diagridium, & cùm melancholiam, superaddimus folicula senę, & cùm phlegma, commiscemus turbith. ¶ Dosis eius nō acuati, est à ʒ.ȝ. vsq; ad 6. & acuati est à ʒ 2. vsq; ad ȝ. seruatur per biennium. ¶ Re. diagridij, sacchari ana ʒ.4. & s. esulæ repressæ ʒ.1. & s. polipodij quercini ʒ.ȝ. cinamo. electi, spicænardi, saxifragiæ, garyophyll. zing. alb. spicæ celticæ, piperis longi, & nigri cardamomi, ana ʒ. 1. & s. mellis despumati ℔.1. & ℥.5. & s. & quia ipsum calidum est excellēter; & propinatur interdum in feb. nothis, Gilbertus incolumitat ipsum in hunc modum. R. rheu. sacchari ana ʒ.ȝ. & s. esulæ repressæ ʒ. ȝ. & s. polipodij quercini ℥.ȝ. cinamo. electi, spicænardi, saxifragiæ, zingib. alb. garyophyll. spicæ celticæ, piperis longi, amomi, medullæ casiæfi. corticis myrobal. citri ana ʒ.1. & s. quatuor se. frigidorum, mundatorum, liquiritiæ rasæ ana ʒ.ȝ mellis despumati ℔. 2. in quo distemperentur prius casiafi. & pòst pul. aliorum, cuius dosis sit è ʒ.1. vsque ad ℥. s. cum calida. Confert cholericis calidis, vt in tertianis nothis, & seruatur per annum.

POTIO moscata: potio dicitur à potando, moscata à mosco, eò quòd moscus est preciosior cæteris medicinis: respicit propriè virtutem naturalem primæ digestionis, confortat cor, & subtiliat materiam grossam. Data cum vino remollitionis citri confert cardiacis, & cōfert cardiacæ calidæ cum saccharo rosa. Datum cum decoctione prassi, confert passioni pectoris frigidæ & pulmonis. Data bis in die cum decoctione nucis musca. & garyophyll. confert valde stomachicis, & ad omnem debilitatem stomachi ex causa frigida, & digerit materiam frigidam fœtoris oris, confert appetitui canino, ex frigido. ¶ Dos. eius est à ʒ 2 vsq; ad 4. & seruatur duobus annis. ¶ Recipe mosci, camphoræ, ambræ ana ℈.1 spicæ nard. folij, piperis lon. zingib. alb. zedoariæ, styracis rubei, aliptæ, musc. garyophyll. lignialoes, rosarum rub. viol. anacardi, radicis acori, coralli ru. costi, se. leuistici, nucis musc. rasuræ eboris lotæ cum aqua rosacea, margaritarum perforatarum, & non perforatarum, peucedani, rheuba. amomi, ossis de corde cerui, croci, piperis albi, ossium dactylorum, lapidis berillorum, spodij, sandali alb. & rubei, macis, liquiritiæ rasæ, cinamomi, anisi, tragacanthi, blattæ bizantiæ, cardamomi, se. basiliconis, limaturæ auri, & argenti omnium ℈.2. sacchari candi ʒ.2. syrupi rosacei, quantum sufficit.

ELECTVARIVM psylliticum, dictum à psyllio, datum cum calida, est probatum contra choleram rub. & contra tertianam veram, febribus acutis, calefactioni hepatis, & ictericię citò subuenit. ¶ Dosis eius est à ʒ.ȝ. vsq; ad 6. semper cum calida seruatur per annum. ¶ Recipe se. psyllij. ℔.ȝ. remolliatur triduo in aqua feruēti, coletur, post comprimendo fiat colatura, cui imponantur diagridij triti ʒ.ȝ. sacchari ℔. ȝ. stet biduo, & pòst coquatur, & cū inspissabitur ab igne deponatur, & imponatur puluis harum specierū terendo in mortario. R. sandali alb. & rubei, rosarum, spodij, rheubarbari, tragacanthi, gummi arabici, vio. berberis ana ℥.s. scariolæ, sem. portulacæ ana drachmas 4. & s.

ROSATA nouella: rosata dicta à rosis, nouella dicitur respectu veteris, quæ recipiebat

bat ſulphur viuum, etiam eſt temperata: reſpicit propriè virtutem naturalem. Data cum decoctione roſ. eſt optima, & neceſſaria in fluxu ventris, cauſato ex debilitate retentiuæ, & in colica paſſione ex cholera, & aufert faſtidium, ſubuerſionem, & debilitatem ſtomachi. Data cum aqua roſacea, in qua bullierit os de corde cerui pulueriſatũ confert debilitati cordis, & cardiacæ diaphoreticæ. Data cum decoct. roſ. confert nimis ad caliditatem pulmonis, ſtomachi, hepatis, & cordis abſq; ſiccitate. Data mane & ſero cum frigida, cõpeſcit ſitim abſq; feb. Data cũ vino aromatico cõfert, & ſubuenit mirè defectis ex longa infirmitate. Data cum aqua decoct. myrti, compeſcit ſudores diaphoreticos. ¶ Doſis eius eſt quaſi ℥.s. & ſeruatur per biennium. ¶ R. roſ. rubearum, liquiritiæ raſæ, ſacchari al. an ℥.1. & ʒ.3. & ℈.2 & s. cinamomi electi ʒ.2. & ℈.2 & gra 2 garyophyll. ſpicænardi, zing. al. galangæ, nucis muſcatæ, zedoariæ, ſtyracis calamitæ, ſe apij, ana ℈.2. & gran. 8. mellis deſpumati ℔.1. & ℥.2. & s. Moderni conficiunt eã cum duabus ℔. & 4 ʒ. s. ſacchari.

STOMACHICVM calidum, dictũ à ſtomacho calido, q̃a fit ex calidis: reſpicit virtutem naturalem à frigiditate læſam. Datum cum vino decoc. galangæ vel nucis muſca. confortat ſtomachum & hepar, & corroborat digeſtionem. Datum cum vino infuſionis cinamomi prohibet putrefactionem & conſumit putrefactum. Datum cũ vino aromatico confert incubo ex indigeſtione ciborum. Datum cum deco. abſynthij educit materiam cauſantem fœtorem oris. Datum cum decoctione aniſi, iuuat iliosos à frigiditate læſos. ¶ Recipe cinamomi, zing al. ana ʒ 2 garyophyll. galangæ, ana ʒ.1. & s nucis muſca ſpicænardi, ligni aloes, cardamomi macis, ana ʒ s & conficitur vt ſtomachicum frigidum cum ſaccharo & aqua ana ℔.1. dũ adhuc eſt calidum, infunditur in cannam ſambuci, quæ frangitur poſt, & ſi tuellus extractus ſupponatur prouocat menſtrua mirabiliter, quod ſi volueris laxare cum eo delicatos, aut eos, qui accepta medicina, non fuerint exquiſitè ſoluti, adde in eo ʒ 1. diagridij, de quo detur vſq; ad ℥.s. cum decoctione prunorũ, vel viol. ¶ Doſis eius à ʒ.2. vel 3. & ſeruatur per biẽnium.

STOMACHICVM frigidũ: dictũ frigidũ, quia fit ex frigidis: reſpicit propriè virtutem naturalem à caliditate læſam. Datum cum decoctione liquiritiæ, remittit, ſeu reprimit ſitim. Datum cum decoctione roſarum, ſubuenit poẽter debilitatis & infirmis à calore nimio, confortat ſtomachum, hepar, & digeſtiuam, & reprimit omnem calorem. Datum cum decoc. ſcariolæ, cõfert hepaticis, & ictericiæ ex calore, vel opilatione. Datum cum frigidis, prodeſt mirificè in acutis, & peracutis. Doſis ei⁹ eſt ʒ.2. vel 3. & ſeruatur per annum. R. ſandali albi & rub. ana ʒ.1. s ſpodij, berberis, ſe. ſcariolæ, portulacę, ſe. melonum paleſtinorum, ſeu habentium collum oblongum, vt cucurbitę, ſucci liquiritiæ, roſ. viol nenupharis, ana ʒ.1. ſacchari al ℔.1. & conficitur ſic: ſaccharum ſupradictum ponatur in vas ſtãneum cum 1. ℔. aquæ roſatę, & bulliat lentè tandiu ſuper prunas agitãdo ſemper cum ſpatula, donec deueniat ad conſumtionem aquæ, deinde ſuperaſpergatur puluis ſupradictarum ſpecierum, bene cribellat9 & miſceatur bene cum ſpatula. Et cum volueris probare, vtrum ſit coctum, aut non, proijciatur gutta in modum fili ſuper marmor oleo viol vel roſaceo aut communi abluto, & prius inuncto, & ſi bene infrigidatum ſe tenuerit eleuando, coctum eſt, ſin minus, non ſatis coctum erit: & tunc ponatur marmor, & cum cultello prius inuncto eodem oleo incidatur, dùm eſt calidum.

DIASATYRION, dicitur à radicibus ſatyrionis, quas recipit, σατυριασις ſiue σατυρισμὸς gręcè interpretatur erectio virgæ: propriè reſpicit mẽbra ꝓpagationis læſa à frigiditate. Datum cum vino tepido non extenuatis, patientib. debilitatem renum à frigiditate confortat eos potenter. Datum cum vino rubeo decoc. zingib. vel galangę generat ſanguinem copioſum, cum ouis aſsis, & brodio gallinarum, & dactylis, excitat libidinem abſq; mora. Datum ad eandem debilitatem ventoſitate humorum, cum decoc fœnicu. & petro. Doſis eius eſt ʒ.1. vel 2. ad plus triduo hora ſomni, ſeruatur, per annum. Recipe teſticulorum, ſeu radicis ſatyrionis recentis, radicis paſtinacæ recentis, medullæ nucis indicę, radicis eryngij, piſtaciorum, pinearum mundatarum, ana ʒ. 12. garyophyl. zingib. albi, aniſi, linguæ auis, ſeminis erucæ ana ʒ.5 cinamomi electi caudarum, & renũ ſcincorum recentium, bene bullitorum ana ʒ 2 & s. moſci gra. 7 mellis deſpumati ℔.3 conficiatur ſic: ſatyrionis radices & paſtinacæ & eryngium ponantur vnumquodq; per ſe, bene tritũ prius, & conſimiliter reliquorum vnumquodq; in mel deſpumatum, & commiſce bene cum ſpatula, & bulliant aliquantulum: deinde addantur pineæ & piſtacea bene trita, cùm bullierint aliquantulum deponantur ab igne, & adiungantur pulueres prędictarum ſpecierum commiſcendo, & vltimò apponatur moſcus diſtemperatus cum aqua roſacea, & ſic vſui reſeruetur.

TRIASANDALVM dicitur à tribus generibus ſandalorum, quæ ingrediuntur compoſitionem, reſpicit propriè virtutem naturalem ſecundæ digeſtionis læſam à caliditate. Datum cum decoctione roſ. confert calori ſtomachi, & hepatis. Datum cum decocti. ſcariolæ, & raſuræ eboris medetur ictericis. Datum cum decoctione quatuor ſemin. frigidorum, confert dolori hepatis calido. Datum cum ſyrupo violaceo, vel nenuphar confert his, qui videntur eſſe hectici calore hepatis. Datum cum ptiſana confert phthiſicis & hecticis, addito coriandro præparato prohibet aſcẽſum fumoſitatum calidarũ. Datũ cum aqua roſ. confert cardiacæ diaphoreticæ & calidæ, & cũ frigida confert ephemeræ propter cibos calidos. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.2. vſque ad 3 mane & ſero, & ſeruatur per annũ ¶ R. ſandali albi, rubei, & citrini, roſarũ rub. ſacchari albi ana ʒ.3. reubarbari, ſpodij, ſucci liquiritię, ſeminis portulacæ ana ʒ 2. & grana 15. & s. amyli, gummi arabici, tragacanthi, quatuor ſemin. frigidorum, mund. ſe. ſcariolæ ana ʒ. 1. s. camphoræ ℈ 1 & ſemis. alij duplicant pondus roſ. cum quæritur rectificatio maior ſtomachi, & fiat electuarium cũ ſyrupo facto ex ℔.3. & 3 ℥. & ſemis ſacchari. & ℔. 1. & s. aquæ roſaceæ electæ.

De Electuarijs contra lapidem.

ELECTVARIA quæ offeruntur in curatione lapidis, offeruntur commodius in media nocte post mundificationem corporis & balneum, cũ decoctione saxifragię, & plerunq; milij solis.

ELECTVARIVM Iustinum dicitur à Iustino imperatore, à quo primo inuentũ fuit. Datum cũ vino calido, est optimum cõtra dolorem renum frigidum. Datum cum decoctio ne saxifragiæ &. milij solis, & lapidis lyncis, frangit calculum & expellit arenulas: dissolutum cũ oleo muscelino, vel cum oleo dulci communi, & emplastratum pectini, & virgæ, vel colatum, & in iectum per syringam, confert dolori renum, stranguriæ, dyssurię, & mucositatẽ mingentibus. ¶ Dosis eius est à ʒ.2. vsque ad 4. seruatur per bienniũ. ¶ Recipe cinamomi optimi, folij, costi, spicænardi, casiæ lig. aristo. longæ & ro. enulæ campanę, hyssopi, pulegij montani, artheticæ, radicis penta phylonis, piperis albi, seminis petro. se. iuniperi, seminis leuistici, orobi, petro. macæ, sem. seseleos, radi. saxifra. se. iuniperi, sem. asparagi, & aneti, apij, & rutę agrestis, seminis citri, anisi, maratri, baccarum lauri, ana ʒ.1. s. mellis rubei despumati ℔. 1. & ℥.10. & s.

ELECTVARIVM Lithon tribon. id est, pertũ dens lapidem. Datum cum decoctione ani si, & masti. facit ad indigestionem stomachi. Datum cum decoctione foliorum lauri, confert ad frigiditatem membrorum. Datum cum deco. diureticorum, compescit dolorem lumborum, & soluit dissuriam, & stranguriam ex humoribus frigidis absq; mora. Datum cum decoct. saxifra. frangit potenter lapidem renum, & vesicæ, & expellit ipsum mirabiliter, & vtentes eo præseruantur à lapide, & ab iliaca frigida. ¶ Dosis eius est à ʒ.2. vsque ad ʒ. ¶ Recipe spicænardi, zingib. alb. xylobalsami, radi. acori, cinamomi electi, peucedani, meu, piperis alb. longi, & nigri, saxifragiæ, ana ʒ. 2. & s. balsami, garyophyll. costi, reupontici, liquiritiæ, cyperi, sem. petro. macę, ameos, chamędrios, asparagi, apij, sem. basiliconis, garyophyllatæ, sem. vrticæ, &, citri, ana ʒ 1. & grana 15. folij, croci, scœnãthi, casię ligneę, bdellij, & masticis, ireos, amomi, leuistici, milij solis, sem. petro. seseleos, cardamo. minoris, se. aneti, lapidis lyncis, euphor. olei nardini, & muscellini ana ℈. 1. quatuor granis minus. mellis despumati, ℔.2. & 8. ℥. incorporentur.

PHILANTROPOS interpretatur amicus hominis. Datum cum decoctione saxifragię, & milij solis, frangit lapidem mirabiliter, & fractum expellit potenter absque periculo à renibus, & à vesica. Datum cum decoct. diureticorũ, confert stranguriosis, & nephreticis frigidis. Datum cum decoct. scolopendriæ & tamarisci confert opilationibus splenis, & hepatis ex humoribus frigidis, & viscosis. Datum cum decoctio. diagridij, & euphorbij ana ℈.1. masticis tragacanthi, ana ℈ 2. in media nocte cum calida est optima medicina iliosis non constipatis. ¶ Dosis eius est vsque ad ʒ.2. seruatur per biennium. ¶ Recipe folij scœnanthi, cyperi, asari, aneti, euphorbij, seminis petro. macæ, summitatum thymi, sem. aneti, milij

A solis, lapidis lincis ana ℈.2. & s. cinamomi electi, calami aromatici, polipodij, philipendulæ, macis, seminis leuistici, piperis albi, seminis vrticæ, seminis citri, saxifragiæ, radicis bardanæ, baccarum hederæ ana ℈.2. galangæ, spicænardi, zedoarię, & radicis valerianæ, mẽthæ, betonicæ, seminis asparagi, cardamo. minoris, seminis apij, marathri, seminis erucæ, sinapis, orobi albi, & rubei, ana ʒ. s. garyophyll. zingib. alb. casiæ lig. costi, pyrethri, spicæ celticæ, corticis myrobalanorum citrinorũ B olibani, piperis lon. carpobalsami, carui, cimini, baccarum lauri, seseleos, ana ℈.1 olei nardini, pulegini, sambucini, muscelini ana grana 15. mellis despumati quasi ℔. 2. incorporentur.

NEPHROCATHARTICVM, id est, purgãs renes ʒ.1. ex eo data cum decoctio. milij solis, est expertum iliosis, difficultati vrinæ. Datum cum decoct. saxifra. expellit potenter lapidem de renibus, & de vesica. Datum cum deco. arthemisiæ imperat menstruis: propinatum cum C decoct. costi, sedat tumorem colli. ¶ Eius dosis est à ʒ.1. vsque ad ʒ. ¶ Recipe lapidis lincis ʒ.2. & grana 15. croci drachmã vnã & grana 15 zingib. albi, euphorbij, myrrhæ, olibani, vesicæ apri siccæ, vel reseruatæ cum vrina, lapidis in hepate, vel vesica porci inuenti, cum tribus seminibus, scilicet hyoscyami albi, petro. macæ, seminis citri. ana drachmã vnã & grana 6. spicænardi, costi, scœnanthi, pyrethri, casiæ lig. reupontici, prassij, enulæ campanæ, maioranæ, calamenti regalis, florum rorisD marini, gẽtianæ, saxifragiæ, gummi, hederę, cupularum cypressi, baccarum lauri piperis nigri & albi, seminis rutæ domesticæ, semi. iuniperi ana ʒ. s. & quatuor grana balsami, styracis calamitæ, sanguinis hirci, nasturcij, asari, radi. acori, & valerianæ, meu, aristolochiæ longæ, & rotundæ, betonicæ, seminis saxifragiæ, seminis dauci, seminis petro. suc. asparagi & brusci ana grana 5. semi. vrticæ ℈. s. & gra. 3. & s. mellis despumati ℔. 1. incorE porentur.

De Gallijs conficiendis. Cap. XIIII.



TEMPVS opportunũ in conficiendis gallijs est vernũ, mane aere sereno. Hyeme aũt tempore humido, corrũpuntur ante sui exsiccationem, & cõficiendo tẽpore calido exhalat multum de virtute, quæ si conficiantur in mortario, aut pistello aureo, vel saltem vitreis, melius est. F Vas enim cupreum, vel ferreum, aut spatula ex eisdem corrumpunt moschum & galliam, vt docet Albucasis, & aurũ addit eis aliquid de virtute illius, moschus & ambra remolliantur cum aqua ros. in vase aureo vel argenteo deaurato, aut de lapide marmoreo, quæ in vase aureo, vel vitreo strictè obturato reseruentur. Galliæ conferunt passionibus phlegmaticis & melancholicis, quæ in corde, in stomacho, & in cerebro procreantur, & confortant membra maximè principalia, opiG tulantur senibus, & epilepticis, & mulierib. frigidis, & humidis conferunt: aliquib. plerunq; fiunt suffumigia. Fumigatio. n. maximè in hyeme & autumno corroborat cor, cerebrum, & cętera membra corporis, habilitat ad motum, aromatizant digestiuã, viuificant appetitum, & cõsumunt humidita-

miditates defluentes à capite,& sistunt eas. Proinde præseruant à passionibus rheumaticis,ab in cursu morborum euenientium ab alteratione, & corruptione aeris, vt sunt carbunculi,& cætera apostemata perniciosa,corruptio formæ,variolę, morbilli, febres compositæ,epidimiales & consimiles.

De Confectionibus, Cap. XV.

CONFECTIO galliæ moschatæ, cōfectio dicitur à cōficiēdo, galliæ moschatę dicitur eò quòd recipit moschū,q intrat preciosas medicinas. Calida est,sicca & styptica: con fortat membra,carnem stringit, retētio vnius pillulæ ex ea in ore inter dentes molares corrigit optime fœtorem oris: & data cū bdellio,sanguine draconis,& Carabe,confert sputo sanguinis: posita in electuarijs,vel in alijs medicinis cordialib. vel odorata confert syncopi,& cardiacæ. Data cū aqua rosacea infusionis garyophyllorum recuperat spiritus. Data cum decoctione garyophyllorum,& nucis muscatæ cōfert stomacho læso,materiam frigidam consumando,infusa in vino aromatico, & odorata, confert bulimo non calido. Data cum decoctione garyophyll. retinet vomitum,materiam consumando aromatisando. Datum cum vino decoctio. masticis confert fluxui vētris lubricitate. Bibita cum succo rutæ confert suffocationi matricis. Eius confectio communior est. ¶ Recipe masti. ℥.2 gummi ara.℥.1.camphoræ ℈.1. terantur bene in mortario cum pistillo aureo,vel saltem vitreo, & cribellentur, inde fiant trochisci cum aqua ros.quod sufficit,qui exiccentur in vmbra,& cum fuerint exiccati,terātur subtilissimè & incorporentur cum 4. ℥. olei sambuci,colati & bulliti vsq; ad medietatem cū istis speciebus bene tritis. Recipe cinamomi electi, garyophyll.nucis musc.ana.℥.1.s.& omnibus istis tritis, & bene commistis,manibus malaxatis, fiant trochisci concaui in medio ad pondus vnius ʒ.& s. qui sigillentur hoc sigillo G. post iungantur aqua rosa. in qua moschus fuerit dissolutus, & reseruentur.

CONFECTIO aliptæ, id est, misturæ dictæ moschatę,quia moschus intrat. Suffumigatio eius accelerat partum,pillula ei⁹ super prunas posita & odorando fumū confert ad branchos,& ad corizam,& ad catarrhos ex frigida causa:etiam valet asthmaticis,& constrictioni pectoris,ex frigida causa in eo contenta:cum eadem etiam fit suffumigatio, qua iuuantur apoplectici, nobiles aromatisant capillos suos suffumigando cum ea quolibet mane, transglutiendo ʒ. pillulas integras ex ea,confert prostrationi appetitus à debilitate sensus stomachi, & confortat stomachū. Oblata cum lacte confert paruulis nequeuntib. lac retinere. ¶ Recipe laudani purissimi ℥.ʒ.styracis calamitæ optimæ ℥.1 & s. styracis rub. ℥.1. ligni aloes optimi ʒ.2.ambræ ʒ.1.moschi,camphoræ ana ℈ s.aquę ros.quantum sufficit, conficiantur sic:in regione calida pone styracem calamitā, & ru.& laudanum in vas aureum, vel saltem vitreum, vt mollescant, quæ cùm mollificata fuerint, pistentur fortiter cum pistillo similiter calido,donec denigrentur:& post impone puluerē ligni aloes,& tere fortiter simul,& camphoram cōsimiliter,& post tere moschum in ʒ.℥. aquę ros. electæ, & tunc accipe marmoream tabulam planissimam prius bene ablutam,& humectatā cum aqua aliquantulum calefacta,exiccatam rursus ablue cum aqua rosacea,in qua moschus fuerit dissolutus,& superpone dictam confectionem,& agita tamdiu, donec veniat ad similitudinem vnguenti madefaciendo semper marmoream tabulam cum aqua supradicta,ne adhæreant & permittantur parum exiccari,& tunc fiant trochisci, qui hoc sigillo sigillentur A.& reponantur in vas aureum,vel vitreum bene obturatum,seruantur per triennium efficaciter.

CONFECTIO Neræ, dicta ab inuentore, est incensum preciosius, quod inter cætera reperitur,vt quando ponitur super carbones ante oculos,eius suffumigatio,cōfert principaliter syncopi:eius suffumigatio &traiectio cōfert valde in dolore matricis frigido,menstrua ꝓuocat,matricem confortat,& iuuat eam ad concipiendum. ¶ Recipe ambræ orientalis vel occidentalis ʒ.1.ligni aloes optimi ʒ.ʒ moschi ℈. s. cāphoræ grana 5.sic conficitur:Liquefiat ambra in vase aureo,vel argenteo lentè super prunas, & liquefacta ab igne deponatur,& tunc commisceatur lignum aloes subtilissimè puluerisatum, & postea addatur moschus,& ad vltimum camphora, vnū quodq; per se pulverizatum , postea extrahatur malaxando diligenter cum manibus,extendatur & insculpetur cum stylo ex auro, vel vitro sculpetur hoc sigillum N. & cum fuerit infrigidatū, extrahatur inde,& in vase aureo,vel argenteo bene obturato reseruetur per annum.

DIANENVPHAR simplex,confert potenti us eisdem,quib.& sac. violaceum, & fit ex florib.eius albis amoto, quod est citrinum interius, vt saccharum rosaceum: & dosis eius est, vt sacchari rosacei , &seruatur eodem tempore.

DIANTHOS simplex eodē modo fit,vt mel rosaceum.scil. ex florib. rorismarini,quod datum cum vino, confortat stomachum, cor & cerebrum lęsis à frigiditate,& spiritū pau pertate:vnde confert morbis eorū ex frigidis, maximè melancholicis,vt cōtra cardiacā,melancholiam, confert ventositati, cui interdū aromatica imponunt.

DIABVGLOSSATVM simplex fit, vt sacca. ros.quod datum cum vino infusionis croci,confert manię,melancholię,syncopi,tremori cordis,& cardiacæ melancholicis : eius dosis est ab ℥.s.vsq; ad ʒ.6.

DIABORRAGINATVM simplex conficitur similiter,quod datum cum limatura auri, dispositis ad lepram, & ipsum est optimū in omnibus causis melancholiæ.Datum cum vino remollitionis senæ mundificat sang. à melancholia & ab humoribus adustis:vnde confert cordi,& lætificat ipsum,& confert maniæ & infectionibus cutis,præcipuè cum suc.fumiterræ , vt est scabies,& pruritus,& confert quartanæ. Datum cum vino aromatico lymphato confert conualescentibus:eius dosis est vsq; ad ℥.1.

DIACICHORIATVM conficitur eodē modo, quod propriè respicit hepar, læsum à caliditate. Datum cum succ. endiuiæ, confert valde ictericiæ & opilationi hepatis. Datum cum frigida confert tertianæ veræ super omnia: etiam confert continuæ & causoni. eius dosis est ab ℥.s. vsque ad 1.

DIASTOECHADOS conficitur vt mel violaceum, quod confert valde morbis melancholicis, vt maniæ, melancholiæ, alienationi. Datum cum aceto squillitico cōfert epilepsiæ, & ægritudinibus timoris, cui si iungatur diabuglossatum, & detur cum vino aromatico confert valde passionibus cordis melancholicis. Datum cum aqua ros. confert dolori matricis, & confortat membra. Dosis eius est à ʒ.2. vsq; ad ℥.s.

MEL VIOLACEVM conficitur eodem modo, quod datum cū tepida humectat corpus, & relaxat, confert siccitati pectoris, & tussi calidæ, & febricitantibus. Eius dosis est drachma vna.

MEL ROSACEVM respicit propriè virtutē naturalem. Datum cum aqua passularum & ficuum, confert tussi frigidæ: & sumere de eo quodlibet mane, confert catarrho calido. Datum cum frigida, confortat stomachum & cōstipat. Datum ieiuno stomacho bene masticādo, confert stomacho malis humoribus repleto, si aqua calida superbibatur. Datum cum aqua calida, est optimum post operationem pharmaci. Datum tempore epidemiali, prohibet putrefactionem: quòd si æstuatus cogatur comedere ex eo, bibat desuper syrupum acetosum. Dosis eius est ab ℥.s vsque ad ℥.1. & post sex menses à sua confectione seruatur per biennium. Et fit sic: in 10. ℔. mellis alb. purissimi, & despumati ponatur 1. ℔. sac. ros. rub. recen. in vase ex stanno ad ignem, & cum incœperit bullire, deponatur ab igne, & tūc addantur 4. ℔. ros. ru. recen. incisarum cum forfice, & bulliat tamdiu donec perueniat ad consumtionē suc. continuè agitando, & reponantur in vase fictili, quod quanto magis reseruabitur, tantò commodius asseritur fore, & alia electuaria conficiuntur cum eo.

SACCHARVM rosaceum dicitur, quia fit ex sacchar o, & ex rosis: respicit propriè virtutē naturalem, præcipuè stomachum, quod datum cum aqua ros. aut cum iulepo confortat cor, stomachū, hepar & omnia viscera, & confert mollificationi eorum, & cardiacæ, tremori cordis, & humoribus acutis stomachi, nauseę & fastidio debilitati stomachi, & colicę passioni: oblatum cum quarta parte diacodion retinet fluxum hepaticū, causatum ex debilitate contentiuæ, & continuatum plurimo esu comperitur curare phthisim. Datum cum frigida confortat stomachum, & mitigat dolorem ipsius factū ex calore, vel ex acumine choleræ, confortat appetitū læsum à cholera, & ꝓhibet ascēsum fumositatū, & cōfert tertianæ veræ, continuę, causoni synocho & hecticę, & est conuenientior medicina quotidianæ vsque ad 7. diem, & datum in principio accessionis eiusdem cum aniso, & cum calida resistit frigori, rigori, & extinguit sitim æstuosam. ¶ Eius dosis est quasi ℥.1. sero, mane & meridie, & seruatur per biennium. ¶ Communior modus cōficiendi ipsum est, vt in 2 ℔. cuc. alb. triti ponatur 1. ℔. ros. ru. viridium, nō expansatarum, amoto, quod est citrinum, terantur in mortario lapideo fortiter, sine intermissione: postea ponatur in vas vitreum cum orificio stricto bene obturando, & bene commouendo mane & sero, quibus transactis ponatur in catinum, in quo incorporentur. 1. ℔. sacch. alb. parū triti manibus bene conficiendo, reponaturq; in vas stricti orificij, bene obturando, quod post annum asseritur fore commodius confectum ex rosis siccis, puluerisatis, confortat retentiuam.

SACCHARVM violaceum propriè respicit virtutem naturalem, & spiritualem, appetitum deiectum excitat. Datum cum aqua liquiri. confert tussi siccæ, & cholericæ: Datum cum calida laxat ventrem: Datum cum frigida humectat pectus, gulam, & mitigat sitim, & æstuationem viscerum febricitantium acutè, & confert ephemeræ propter iram, & cardiacæ ex humoribus calidis in stomacho. Datū cū ptisana cōfert pleuriticis, peripneumonicis, ex materia calida, & cōfert valde asthmati sicco. Datum cum infusione sandalorum, cōfert hepaticis. Eius dosis est quasi ℥.1. mane & meridie, seruatur per biennium, & fit ex viol. purpureis bene depuratis à viriditatibus, & sacch. alb. vt sacch. rosaceum.

De Suffumigijs, Cap. XVI.

SVFFVMIGIVM perfectum, quod conficitur ad effugiendam mortem, & tollendam aeris corruptionem. Recipe ros. ru. spicænardi, lignialoes, costi, rorismarini, masticis, sanda. rube. bdellij, laudani, olibani, croci, corticis colocynth. styra. liquidæ ana ʒ.1. & s. bardanæ, piperis, citrini ana ʒ.3. cardamo. cubebarum, camphoræ, ana ʒ.s. gra. 15. moschi. 6. grana hordei, terantur & cribellentur, & cōficiantur cum aqua ros. ex quo fiant trochisci parui, qui desiccentur in vmbra, ex quib. sufficit vnus ad suffumigandum.

SVFFVMIGIVM, quod fit in hyeme in frigida regione, confert catarrho, corizę, tussi, & corruptioni aeris, & mortalitati hominum. R. costi dulcis, fructus nabathi, seu cornulæ, sanda. citrini, croci, ana ʒ. 3. masticis, styracis liqui. spicænar. blattæ bizantiæ, olibani, laudani, sacch. albi ana ʒ.1.s. ligni aloes boni ad pondus omnium, terantur, & cribellentur: deinde vna fumatur xylocaracta, quæ teratur cum cortice pomi citrini, & malaxetur cum vino veteri, & coletur, & conficiantur pulueres prædicti cū colatura, ex quo fiant trochisci qui desiccentur in vmbra, & fiat suffumigatio, seu suffumigentur cum vino.

De Pillulis, Cap. XVII.

NVNC de pillulis quæ sphæricæ, seu rotundæ sunt, vt circumquaq; à stomacho amplexæ moueantur vniformiter à natura, & diutiori mora in stomacho completionem imprimant, & effectum, vt earum horribilitas occultetur. Ex omnib. electuarijs cōfici possunt, præterq̃ ex illis, quib. hellebor⁹ p̄ dn̄io immiscetur, ne inducāt suffocationē: & cū q̄rim⁹ pēr eas euacuare mēbra remota, vt caput, formamus

inus eas maiores: & quando propinqua, vt stoma
chũ formam⁹ eas minores, & qñ media, vt hepar
& splenem, formamus eas mediocres. Cùm volu
mus cum illis purgare intestina, tunc incedendũ
est super eas, ita in alijs medicinis, quibus veneno
sa, vt hellebori, esula, euphorbium aut diagri. in-
sunt, faciendum. Vel modicum superdormiendũ
maximè si membra mineræ virtutum fuerint de-
bilia. Horribilitas earum occultatur obuoluẽdo
eas folijs auri, vel argenti, aut submergendo eas
in ceram liquefactam,, & rursum illicò extrahen-
do, vel inuoluatur communibus nebulis vino im
butis, quæ postquã steterint per diem ad vmbrã,
à fornace, offerantur impares, sero in introitu le-
cti cum vino calido lymphato, vel, cum alio habẽ
te respectum ad illud, ad quod inuitat necessitas
membri læsi, vel morbi. ¶ Vnde sciendum, quòd
debiles hepate, ne incurrant in hydropisim & vl-
cera pulmonum, & intestinorum, vel deijcientes
sanguinem, per fluxum ventris, conquassati casu,
vel percussione apostemata in interiorib. haben-
tes, & quibus inest aliquid virtutis animalis, seu
neruorum, aut vitalis debilitas, vt senum & pue-
rorum: aut qui nimis, vel mente vel corpore fue-
rint exercitati, ne in phthisim, hecticã, vel passio-
nes calidas incurrant, non præsumant assumere
pillulas, aut confectiones, quib. insunt fortes me-
dicinæ, vt colocynthis, scamonea, laureola, esula,
cataputia, turbith, euphorbium, tithymalli, helle-
borus vel consimilia, nisi maxima vrgeat necessi-
tas, vere vel autumnò.

PILLVLAE aureæ dicuntur eò, quòd præcel-
lunt cæteras bonitate, vt aurum præcellit cæ
tera metalla: purgant enim absq; molestia ꝓ-
priè caput & stomachum, & maximè à phlegma-
te. Datæ cum deco. masti. & nucis musca. confe-
runt dolori capitis ex phlegmate hemicraneę, epi
lepsiæ, analepsiæ, à stomacho, conferunt surditati
& impedimento auditus. Datæ pluries cũ decoc.
absynthij recentis, confortant digestiuam, ab hu-
moribus superfluis læsam, & curant scotomiam
& imaginationem ante oculos, & fœtorem oris à
stomacho: ipsæ educunt humorem causantem ca
sum vuulæ. Datæ cum deco. anisi, & euphragiæ,
conferunt lacrymis, debilitati, & impedimento vi
sus, amouendo fumum ascendentem: Datæ cum
deco. anisi & carthami, expellunt ventositatẽ sto
machi, & intestinorum, paroxismus colicæ iuua-
tur sumtione earum: & cum volumus cum eis e-
uacuare phlegma, acuuntur cum pulpa colocyn-
thidos, & cùm choleram, cum diagridio. ¶ Earũ
dosis est à ʒ.2. vsque ad ʒ. seruantur per annum.
℞. aloes, diagrid. ana ʒ.5. ros. rub. se. apij, assæfœti-
dę ana ʒ.2.s. anisi, fœni. masti. ana ʒ.1.& s. citri, pul
pæ colocythidos ana ʒ.1. terantur, & incorporen-
tur cum infusione tragacanthi, quantum sufficit,
& reseruentur: & cum opus fuerit remolliantur
cum eadem infusione, & fiant pillulæ 11. vel 13.
vel quindecim.

PILLVLAE arthetice expertissimæ ad artheti
cam phlegmaticam, de quibus dentur 11. vsq; ad
15. cum deco. iuæ, vel cum vino ca. corpore prius
fluxile reddito, quæ etiam datæ cum deco. anisi
conferunt colicæ phlegmaticæ vel ventosæ. ¶ Ea
rum dosis est à ʒ.2. vsq; ad ʒ. ℞. hermoda. turbith
albi, & bene gummosi, & rasi, agarici, ana ℥.3. cas-
siælligneæ, spicęnar. garyophyll. xilobal. carpobal.
zingi. al. macis, galangæ, assęfœtidæ, anisi, iuæ, ma
rathri, saxifr. sem. brusci, & asparagi, ro. milij solis,
salisgem. ana ʒ.2. diagri. ℥.1. aloes quantum de om
nibus, mellis quasi ℔.1. incorporentur, & reser-
uentur per annum.

PILLVLAE artheticæ quatuor magistrorum,
salutis expertissimæ præualẽtes artheticas ante
dictas, podagricis & sciaticis conferentes, cómo-
diores benedicta, & hieralogodion in arthetica
frigida: dentur cũ deco. iuæ vel vino calido. ¶ Do
sis earum est à ʒ.1.s. vsque ad ʒ. semel in qualibet
septimana. ℞. hermodactylorum, gummi hederæ
ana ʒ.6. turbith al. bene gũmosi, myrobal. chebu-
lorum, pulpæ coloc. agaric. ana ʒ.2. euphorbij, dia
gridij, sarcoco. opopo. serapini, bdellij, amomi,
ana ʒ.1. salisgem. sem. apij, & petro. rutæ domesti
cæ, radicis acori, se. cicutæ, ana ʒ.s. aloes ʒ.ʒ. diagri
dij ʒ.1. cõfice cum succo iuæ, vel fœniculi, vel suc.
iuæ non inuento, imponatur puluis iuæ, cum
quo etiam remolliantur, cùm debent fieri, seu in-
formari pillulæ.

PILLVLAE cocciæ, Rhasis pillulæ, dictæ coc-
ciæ à κόκκιον, eò quòd fiunt ad modum granorũ,
Rhasi vsitatiuæ, respiciũt ꝓpriè virtutẽ animalẽ,
& naturalẽ læsas ab humorib. phlegmaticis: edu-
cunt enim ipsos à ventriculis cerebri, & à stoma-
chi optimè: vnde datæ cum deco. masti. conferũt
valdè cephaleæ, hemicraniæ, vertigini, lethargo,
epilepsię & spasmo ex humore frig. & bothor oris
ex frigiditate, cũ deco. nucis mus. conferunt fœto
ri oris ab humorib. frigidis stomachi, & corrup-
tioni gustus, & datæ cum vino deco. fœni confe-
runt doloribus oculorum, lacrymis, & debilitati
visus, ex hu. frigidis: sumere ʒ.1.& s ex eis, confert
dilatationi pupillæ ab humiditatib. ipsæ enim e-
ducunt materiam phlegmaticam, apostemati lin-
guæ vuulæ, anginę, & asmati, & conferunt dolori
aurium frigido, oblatę pluries, & tinnitui earum,
sumere omnibus 10 dieb. semel ʒ.2.& s. ex eis con
fert tremori capitis. ¶ Dosis earum est à ʒ.2. vsque
ad s. & cum vino ca. limphato Recipe colocynth.
ʒ.2.& s turbith alb. rasi. stœchados arab. ana ʒ.6.
mellis ℔.1. incorporentur, & reseruentur.

PILLVLAE aliæ coccię. ℞. pulpæ colocynt. a-
loes hepatici, masticis, se. absynthij, suc. fœniculi,
diagridij ana ʒ.1. macis, spicænardi, carpobal. cas-
siæl. croci ana ʒ.s. conficiantur cum succo absyn-
thij, quod sufficit: vel hæ & priores conficiuntur
commodius cum infusione tragacanthi in aqua
rosacea, & reseruentur per annum. ¶ Dosis earũ
est ab 11. vsq; ad 15. valent, vt supradictæ.

PILLVLAE diacastorę dicũtur à castoreo, quæ
propriè aspiciũt passiones inueteratas neruorũ,
de quib⁹ 2. vel 3. distemperatæ cũ vino, vel suc. ru
tæ, & naribus iniectæ semel, aut bis in mense,
iacente aliquantulum resupino, iuxta magnum
ignem, vel in aere calido, conferunt valde paralysi
inueteratę phlegma educendo, & mundificant ce
rebrum, & neruos oculorum opticos depurant.
Item curant dolorem frigidum dentium educen
do humores rheumatisantes à cerebro, & à stoma
cho, & firmant gingiuas, & dentes, & soluunt do-
lorem ex rheumate frigido, & sunt speciales in
graui dolore capitis, & in scotomia, & confe-
runt lacrymis, surditati, polypo, cancro in

naribus, paralysi linguæ, purgant partem anteriorem cerebri, & conferunt lethargo. ¶ Dantur 9. vel 11. cũ vino quia veretur excoriatio ani: seruã tur ꝑ bieniũ. ¶ ℞. castorei, opij triti, zing. pyrethri, euphor. suc. cucu. agrestis, suc. caulis agrestis, piperis alb. nigellæ, staphisagriæ, epithymi, spicænar. ana ʒ. 1. conficiantur cũ suc. bletę, quod sufficit, & reseruentur, & cũ fuerit opus, fiant pillulæ.

PILLVLAE ante cibum, & post, respiciũt stomachum, quę dantur constipatis & ijs q̃ sunt aluo dura, & cõquerentib. de dolore stomachi propter ventositatẽ, vel exuberantia phlegmatis, pręterquã tempore calido absq; obseruatione diętę 9. vel 11. cum vino calido cõseruant sanitatẽ, & procurant digestionẽ, & seruantur quasi ꝑ annum. ¶ ℞. aloes ʒ. 44. reubar. ʒ. 12. ligni aloes, garyophyll. folij, masticis, xilobal. carpobalsa. croci, spicęnardi, cassiælig. cinamomi, cubebarum ana ʒ. 2. conficiantur cum optimo vino, vel cum oleo laurino, vel ros. ex quib. detur secũdũ necessitatẽ.

PILLVLAE fętidę dñr ab odore assęfœtidę, purgant propriè caput à phlegmate salso grosso: vnde datę cum vino deco. saluiæ sunt optimæ cõtra paralysim, & contra lethargum, & cotra pulsationem lacertorũ, oculorũ, & faciei, datę cum decoc. anisi & carui, expellunt ventositatẽ, & curant frigiditatem articulorũ, & confortãt membra dissoluta à frigiditate: vnde offeruntur cõmodè artheticis, sciaticis, & podagricis cum decoc. iuæ. Datæ cum decoc. diureticorũ conferũt molæ matricis. Datæ cũ deco. anisi, & ameos cõferunt dolori spinę & gibbositati ex vẽtositate, ex humore crudo, oblatio earum cum vino est sanatio contra paruũ rigorem laboriosum, propriè in fine febriũ, & cõferũt catalepsiæ frigidæ. ¶ Dosis earũ est à ʒ. 1. vsq; ad 2 & s. & dantur cum vino calido. ¶ ℞. turbith alb. rasi, colocynt. aloes succotrini, ana ʒ. 4. serapini, opopon. galba. bdellij, assęfœ. sarcoco. castorei, stœchados ara. ana ʒ. 2. croci, pyrethri, se. apij, fructus cucu. agrestis, se. sinapis, nasturcij agrestis, ana ʒ. 1. terenda terantur, & conficiantur cum succo porri, quantum sufficit.

PILLVLAE aliæ fœtidæ. ℞. pul. picræ ʒ. 5. pul. colocynth. ʒ. 5. euphor. ʒ. 2. & s. castorei, piperis, assæfœtidæ, serapini ana ℥. 1. cẽtaureæ minoris, suc. cucume. agrestis, ana ʒ. 5. resoluantur gũmi in succo rutæ, cum quo alia conficiantur, vt prædicta.

PILLVLAE octo rebus. i. ex octo medicinis, in usitatę, respiciunt propriè phlegma existẽs in stomacho, & capite & humores grossos emittunt, visum clarificant, & cataractas prohibent. Datæ cũ vino deco. costi vel saluiæ conferunt valde tetano. ¶ Dosis earum est 9. vel 11. Re. diagridij, aloes ana ʒ. 2. pul. colocynth. epithymi, dauci, cretici, agarici, masti. myroba. chebulorũ, absynthij recẽ. ana ʒ. 1. fiant pillulę cum suc. solatri, quod sufficit, & remolliantur cum eodem, vel cum infusione tragacanthi.

PILLVLAE de mastice, & aloe dñr eò, quòd illa ingrediuntur: virtutem respiciunt naturalem propriè purgant incolumiter & valde stomachũ à phlegmate & à cholera contentis in eo. Datę cũ decoc. masti. & nucis mus. conferunt valde dolori capitis ab ascensu humorum frigidorum. Datæ cum deco. fœni. acuunt visum læsum ab ascensu fumositatum phlegmaticarum à stomacho. Datæ cum decoc. nucis mus. conferunt fœtori oris causati ex humoribus frigidis stomachi. Datæ pluries cum deco. absynth. conferunt contra malum appetitum, vomitum, singultum, & nauseã diuturnam ex humoribus phlegmaticis, contentis in tunicis stomachi. ¶ Earum dosis est à ʒ. 2. vsque ad ʒ. absque obseruatione diætæ. ¶ Recipe aloes succotri ℥. s. masticis, ℥. 2. garyophyll. ros. ru. ana ʒ. 1 croci, diagridi. ana ℈. 1. conficiantur cũ suc. fœni. vel absynthij, & reseruentur per annũ.

PILLVLAE de 5. generib. myrobalanorũ respiciunt virtutem naturalem humoribus diuersis impeditam: optimè enim educũt omnes humores, maximè phlegma, & melanch. à stomacho, & ab hepate, & à visceribus absque molestia. Datæ cum decoc. absynthij placant dolorem stomachi, & intestinorum. Datæ cum deco. fœniculi & euphragiæ conferunt dolori oculorum ex cholera, & maculis eorum ex humoribus diuersis, quòd si cum eis educere volueris alterum humorum specificando, commisce cum eis euacuatiuum humoris peccantis, prout narratur in pillulis, sine quibus esse nolo. ¶ Earum dosis est à ʒ. 2. vsq; ad ℥. s. Recipe omnium myrobalanorum bene gumosorum, diagridi. pulpę colocynthi. senæ ana. ʒ. 1. epithymi, turbith, anisi, marathri, masticis, lapidis lazuli ana ʒ. 2. & s. & grana 5. aloes ℥. 1. conficiantur cum succo fœniculi, & absynthij quantum sufficit, & reseruentur per annum.

PILLVLAE sine quib. essę nolo, dicuntur propter summã efficaciam, quam habent: educũt. n. phlegma, choleram, & melancholiam, & prauos humores absque læsione, præcipuè à capite: conferunt propriè ad cataractas, & ad maculas oculorum ab humoribus diuersis, ad obscuritatem, si dentur cum decoc. fœni. & euphra. Datæ cum deco. stœchados sanant dolorem aurium. Datæ cum deco. anisi & milij solis, asseruntur conferre mirabiliter iliosis: dentur 11 vel 13. vel 15. seruãtur per annum, quòd si eas exhibere volueris contra fumum choleræ, duplica myrobalanos citrinos: & si contra phlegma, duplica chebulos, & agaricum: & si contra melancholiam duplica indos & senam, quæ acuuntur cum diagridio. ¶ Recipe optimi aloes abluti cum aqua aromaticorum, 14. ʒ. reubarbari, corticis myrobalano. citrinorum, chebul. belliricorum, emblicorum & indorũ gumosorum, masticis, absynthij recen. viol. rosarum, folliculorum senæ, agarici, cuscu. ana ʒ. 1. distemperentur cum suc. fœni. in quo fuerint commistæ 6. ʒ & s. diagri. bene triti, fricãdo inter digitos, quo usque deueniat ad similitudinem lactis, & post exprimatur per pãnum pul. diagridij cũ ipso suc. & sit quantitas succi tanta, quanta sufficiat ad cõficiendum pillulas, quæ primitùs inunctæ cum oleo violaceo, vel cõmuni absolutæ informentur.

PILLVLAE stypticæ respiciũt virtutẽ retentiuã. Datæ cũ deco. balau. in aqua pluuiali cõferũt omni fluxui ventris, maximè lientericis & dysentericis. Datæ cum vino deco. masti. & garyophyl. conferunt fluxui ex indigestione. ¶ Earũ dosis est 9. vel 11. in forma orobi. ℞. sumach, myrtillorum, psidiæ, balaustiæ, consolidæ maio. san. dra. boli ar acatiæ, hipocistidos, ros. ru. thama. croci, galliæ mus. cinamomi, spodij, macis, gummi arabici torrefacti, commouendo in sartagine terrea,

ana

an.ʒ.1.opij thebaici,ʒ.s. informentur pillulę cum succo cimarũ myrthi, vel leuistici, vel plãtaginis.

De Picra Galeni, Cap. XVIII.



ICRA Galeni, hoc est, amara, seu salsa, seu domina sancta, eò quòd sapienter curat nociua: dicitur Galeni ad differẽtiam earum, quas alij composuerunt: respicit propriè virtutem animalem, & primam & secundam naturã, & intestina humoribus phlegmaticis grauata. Hæc vocatur interdum à Galeno & ab Auicen. picra, & aliquando hiera picra, quæ incolumis existens, expellit sine molestia humores nociuos absq; eo, quòd diminuat de colore naturali, nec non de humoribus naturalibus purgat phlegma inuiscatum, & rete mirabile, quod est in capite. Data cũ vino subuenit omnibus passionib. capitis, vt est hemicrania, capitis dolor, vertigo ex phlegmate, vel ex ventositate, dolor oculorũ & aurium, casus capillorũ, alopitia, & pustulæ capitis: præseruat à canicie, putredine, corruptione dentium, confert stupori, & iuuat mirabiliter in imaginationib. quæ apparent ante oculos ex humiditatibus, corruptioni gustus, & apostemati linguæ calido propriè & molliciei, & grauitati ipsius, fœtori oris, & humiditatibus stomachi. Data cum decoct. fœn. & euphragiæ clarificat visum, inest ei proprietas deponendi humiditates ab orificio stomachi, meri, & gutturis, vnde confert anginæ & dolori dentium communitate stomachi, & est ex conuenientib⁹ curis tremoris cordis ex phlegmate in corde, vel stomacho: & est iuuantior cæteris medicinis, vt stomach⁹ perficiat operationes naturales, & melius educit humores imbibitos in eo, ꝓpriè quæ est absq; melle, quæ datur cum decoct. absyntis. Data cum decoct. oximelli educit phlegma acetosum à stomacho: quare confert appetitui, & fami ex cholera: ô quantũ confert vlceribus stomachi, confert cacochimiæ, diuersitatem humorum lauat, & mundificat optimè os stomachi à superfluitatibus omnium humorum corruptorum, & phlegma inuiscatũ in villis stomachi exsiccat, & consumit. Data cum decoct. aneti est optima colicæ cholericæ, & confert colicæ & iliacæ ex fæce, cum oleo ex palma Christi, interficit vermes. Data cum vino decoct. mast. aufert indigestionem, vomitum, frigiditatẽ stomachi, & singultum. Data cum decoct. diureticorum, confert opilationibus hepatis, & splenis. Data cũ decoct. absynthij confert icteritiæ inueteratę absq; febri, & ipsa comperitur vltimum in educendo choleram à stomacho. Data cum vino decoct. fœni. & cymini tollit distemperãtiam frigidam humorũ, & ventositatem viscerum, causatam ad colicam hypochondriorum, & renum. Bibita & superposita cum suc. arthemisiæ imperat menstruis. Data præseruat fœtum à nocumento superfluitatũ matricis, & euacuat humiditates superfluas, causantes suffocationem matricis: distemperata cũ muscellino, & supposita deponit causas matricis ex humoribus frigidis, & iuuat eam ad cõcipiendum, hæmorrhoides aperit & confert artheticæ compositæ, & febribus sextanis. ¶ Eius dosis est quasi ℥.s. post balneũ vel eunti dormitũ, & acuate cum diagridio est à ʒ.1. vsque ad ʒ. seruatur per biennium. ¶ Recip. aloes optimi ʒ.14. & s. cinnamomi electi, costi, spiçæ nardi, scœnanthi, croci, xilobalsam. cassiæli. asari, masti. ros. rub. amomi, absyn. an. ʒ.1. & 7. grana & s. mellis ℔. 1. & ℥.2. tñ confecta cum suc. absynthij operatur potẽtiùs, & incolumiùs, ex qua pillulæ formantur aliquãdo, & interdum reseruatur puluerisata grosso modo in vase vitreo, strictè obturato.

De Pulueribus laxatiuis, Cap. XIX.



TIMVR curialitate, aut necessitate cibis immiscendo, vt in abhorrentibus sumere pharmacias cogimur occultando b. ouijs aut cibis aliis, aut pane in furiosis immiscere eductiuũ, quib. assumtis cogantur à mẽsa surgere, ne sarcina cibi superuenientis suffocẽtur vi laxatiui assumti, & vt natura non crucietur motibus contrariis.

PVLVIS laxatiuus qui potest offerri omnib⁹ de causa frigida laborantibus, vt delicatis, constipatis, & cholericis ante prandium, in medio, & in fine absq; abominatione. Recipe esulę repressę in aceto infusionis tragacãthi ʒ.7. caryophyl. macis, nucis musc. zingib. al galãgæ, anisi, cimini, an. ʒ.1. sacch. ad placitũ puluerisent, & det̃ vnũ coclear.

SAL sacerdotale, quo vtebãtur sacerdotes in diebus Heliæ prophetæ ad dolorem capitis, & caliginem oculorum, & dolorem dẽtium, phlegma capitis, & tussim, & anhelitum emẽdat: os reddit odoriferum, & corpus humanum incolume conseruat. Rec. salis communis ℥.15. cinnamomi electi ℥.4. zingib. amomi, pyrethri, cymini, ameos, piperis, sileris montani, summitatum saturegię, hysopij, origan. pule. an. ℥.1. redigãtur in pul. de quo detur cum vino calido, vel cum cibis loco salis.

SAL Marcelli expertũ ad omnes humores capitis frigidos, phlegma de cerebro educit hydropicis, sciaticis, & artheticis mirè subuenit. R. salis armon. ℥.4. costi ℥.3. piperis nigri ℥.1. & ʒ.2. cymini, zingib. piperis al. marathri, cinamo. electi ana ℥.1. caryophyll. galangæ, cubebarum, cardamom. an. ʒ.1. & 5. gran. hysopi, thymi, origani, carui, anisi, sem. apij, petros & leuistici, an. ʒ.3. omnia puluerisentur, & de isto puluere vtatur in prãdio loco salis, & si volueris facere laxatiuũ, adde dosi ipsi⁹ 2.℈. diagri. & da mane cum mulsa vel cũ vino ℥.1.

SAL catharticum, purgans caput, & caliginẽ oculorum, tollit dolorem aurium, paralyticos curat. Recipe salis armon. ℥.1. & s. diagridij, euphorbij an. ʒ.2. piperis, cymini, zingib. marathri, anisi, sem. apij, ameos, leuistici, cardamomi, & petros. ana ʒ.2. fiat puluis, de quo detur manę cum vino calido quasi ℥.3.

De Syrupis, & eorum compositione, Cap. XX.

SYRVPORVM quos communiter sanantes administrant, quidam sunt simplices, vt syrupus rosaceus propriè citramarinus, aut violaceus, vltramarinus, vel vina pomorum dulcium, recenter confecta, qui exhibiti cum multa aqua dulci fontis, cõferunt valde in febribus adurentibus, & in feruoribus æstatis ad æstuationẽ viscerum, & ad sitim compescendam: quamuis iulep continuatũ habentibus in visceribus multam choleram succen-

ſam adurat,& augeat dyſcraſiam in eis calidá:aut adminiſtrant ſyrupos compoſitos, prout neceſſitas inuitat. Veruntamen prę́ſciendum eſt,quòd cura, quæ fit cũ ſyrupis, eſt incolumis & ſecura, & conuenit temporibus, & ætatibus, & horis omnibus: quorum decem ſunt communes,quos eorum miniſtri debent habere in promtu, ſcilicet ſyrupus roſaceus, violaceꝰ, nenupharinus, oxiſaccharum, ſyrupus acetoſus, oximel,ſyrupꝰ de abſynthio,ſyrupus de fumo terræ,& myrtinꝰ, oxiſaccharũ compoſitum. ¶ Sciendum eſt quòd ſyrupus quãto plus coquitur, tãto minus laxat, & conſeruatur diutius. Et confectus cum ſacch. debet plus coqui,quàm confectus cum melle, & plus in æſtate,quàm in hyeme, & cõſtrictiuus, q̃ laxatiuus,cõfectus ex calidis, & cõfectus ad perfectionem,habet meliorem effectum:& aromatica,quæ ponuntur in ſyrupis, vt ſanda. ſpodium, maſtix,crocus,camphora,debent teri groſſo modo in panno ſubtili, ligata in clarificatione ſyrupi,confricando interdum lateribus vaſis. ¶ Syrupus digeſtiuus eſt offerẽdus mane & ſero ſtomacho vacuo à cibo, quantitate ℥.1. cum ʒ. cochlearibus vel 4.aquæ calidæ,vel minus penes intenſionem,aut remiſsionem amaritudinis, & neceſſitatẽ penetrandi,& in æſtate plus, quàm in hyeme: & prout plus,vel minus fuerit decoctꝰ,plurimiſq; cõſiderationibus habitis, plerunq; offertur cũ duplo ipſius ex aqua,cumq; feruor morbi, vel tẽporis inualuerit,offertur cõgruè cũ frigida.

SYRVPVS roſaceus reſpicit propriè virtutẽ naturalem. Datus cum decoct. quatuor ſeminum frigi.& liquirit.raſæ confert calori,& ariditati febrium præcordialium.Datus cum frigida confert febribus acutis ex ſanguine,& ad earum inflammationes,&ad omnes morbos à cauſa calida: confortat ſtomachum calidum,& confert appetitui canino. Datus cum decoct. myrti cõfert ſudori ſuperfluo ex calore.Datus cum decoct.balauſtiarum retinet fluxum cholericũ.Datus cum decoct.hypociſtidos curat dyſenteriam recentem. Datus cum decoct. violarum, confert apoſtematibus ſtomachi,hepatis,& diaphragmatis. Datus cum calida digerit cholerá in propinquis,vt in ſtomacho,& in hepate: & confert tertianæ continuę,& cauſoni.Datus cũ decoct.borraginis confert quartanæ cholericæ. Datus quacunq; hora cum frigida compeſcit ſitim,eius confectio communior eſt. ¶ Rec.roſarum rub.recen. & exangula eas, & pone ipſas in vas per ſe, & fac bullire aquam dulcem bene in vaſe ſtanneo, quá bullientem funde ſuper roſas prædictas,& obtura vas,ne exeat vapor,& cùm aqua fuerit infrigidata,eiice roſas exprimẽdo: deinde pone iterum eandem aquam ſuper ignẽ,& cùm incipiet bullire,ſuper alias roſas conſimiles in eodem vaſe infunde,& poſtea obtura vas immutádo,& hoc fac donec aqua rubeat omnino: deinde impone quatuor ℔.ſacchari albi in ℔.4.illius aquæ,& bulliát lentè ſuper prunas.

CLARIFICATIO ſyruporum eſt, vt in ſaccharo diſtemperentur tria vel plura albumina ouorum agitando fortiter & poſtea mittatur ſuper ignem lentum, & bulliat cum decoct.ſyrupi abſq; agitatione, donec albumina ſupernatent bulliẽdo cum ſorde, & ſyrupus videatur clarificatus: tunc deponatur, & coletur per pannum ſpiſſum parum comprimendo,qui colatus coquatur lentè ad perfectionem.

CLARIFICETVR diligentiùs ſic: concutiantur albumina ouorũ cum aqua frigida,donec ſpument,quam ſpumam ſuperinfundimus in ſyrupum bulliẽtem,quæ ſpuma cum nigreſcit,amoueatur cum cochleari perforato ſuauiter, & alia aqua conſimiliter imponatur,donec fuerit defæcatus. Signũ coctionis perfectę eſt,cùm vna gutta poſita ſuper vnguem, non ſe diffundit, qui reponatur in ampulla vitrea ſeruatur per annum. Doſis eius eſt ab ℥.1. vſq; ad 2.

SYRVPVS violaceus reſpicit propriè virtutem naturalem, & ſpiritualem, læſas à caliditate vel ſiccitate, qui datus cum calida, maximè conſtipatis, digerit materiam cholericam, & lenit ventrem. Datus cum frigida infrigidat & humectat,proinde confert febricitantibus acutè & peracutè,maximè tertianis & cõtinuis è cholera, vel ſan. Datus cum ptiſana cõfert tuſsi ſiccæ,he cticis,phthiſicis,& ariditati pectoris,& gutturis. Datus cum decoct.liquiritię raſæ & hordei confert ſpleneticis,& peripneumonicis. Datus cum frigida quacunq; hora mitigat ęſtuationẽ ſtomachi,hepatis,& viſcerum, & reprimit choleram citrinam. Datus cum aqua cucurbitarum, confert raucedini ex ſiccitate, & aſthmati calido. Datus cũ frigida cõfert debilitati appetitus ex cholera, & ſingultui ex inanitione,& ardore vrinæ.Datus cum decoct.ſcariolæ confert calefactioni,apoſtemati hepatis,& ꝓpriè ſiccitati ipſius & icteritiæ, & fit vt ſaccharum roſa. ¶ Rec.viol ℥.2.ſem.citon. ſem.maluę an.ʒ.6.iuiubarum,ſebeſten.an.24.cucu.℔.6.ſacch.℔.1. ¶ Doſis eius eſt eadẽ,aliquádo neceſsitate vrgẽte fit ex violis ſiccis, & ſaccharo.

SYRVPVS nenupharinus reſpicit propriè virtutem naturalem lęſam à caliditate.Digerit enim & alterat malam materiam calidam, confert valde febrib putridis,acutis,& peracutis ex cholera & ſan.maximè qui fit ex flore albo. Datus cũ frigida eſt vehementis exſiccationis, inflãmationis,ſitis,& caloris, vnde reprimit dolorẽ capitis, & aſcenſum fumoſitatum, & prouocat ſomnum ſuauem, & confert plus cõtra ſiccitatem cerebri, & interiorum ęſtuationem,quàm violaceus.Datus cum ſucco endiuię reprimit potenter dyſcraſiam calidam hepatis,& eſt potẽtior in omnibus, quam violaceus, & eſt laxatiuus non parũ factus ex floribus citrinis fortiter compreſsis.Datus cũ decoct. radicis filicis confert quartanæ veræ & quotidianæ, & fit eodẽ modo,vt violaceus,tñ nõ maturẽtur flores,ne amareſcat ſyrupus. ¶ Doſis eius eſt ℥.1.vel 2.& vt breuiꝰ dicã omnes illi,q̃ fiũt de floribꝰ,vt borragineus,fiũt vt ſyrupus roſarũ.

SYRVPVS acetoſus ſimplex eſt compertus poſſe excellenter in omnibus materiis,ſcil. cal.& frig.ſ.eas calidas & adurentes infrigidat, ſubtiles cholericas abſtergit & ſtringit,viſcoſas phlegmaticas incidit & ſubtiliat,groſſas cholericas incidit & diuidit,penetrat & ſecat difficiles ad eradicandum: quare exhibetur congruè febribus,& morbis cæteris ex eiſdem materiis ſimplicibus, & cõpoſitis,vt hemitritæis. Vnde datus cum decoct. diureticorum,confert valde quotidianæ & cæteris morbis phlegmaticis. Datus cum calida confert

fert synocho, & plethoræ chymorũ, & est magnæ
vtilitatis in principio febris phlegmaticæ, & con-
fert epialæ & lipyriæ. Datus post accessionẽ ter-
tianę purę cum emulsione quatur sem. frigidorũ,
demittit cholerã cruciantẽ ab orificio stomachi,
maximè si post eius exhibitionẽ exhibeatur aqua
hordei nõ excorticati. Datus cum calida ante pa-
roxismum tertianæ & quotidianæ & quartanæ,
confert valde prouocãdo vomitum. Datus cum
subtiliatiuis, cõfert syncopi ex repletione stoma-
chi. Datus cum decoctione diureticorũ, & endi-
uiæ confert valde ad cholerã grossam difficilis e-
radicationis, & ad phlegma viscosum: vt est cho-
lera citrina, & phlegma salsum: & aperit opilatio-
nes hepatis, renum, & splenis, & qui est paruæ a-
cetositatis. Datus cum frigida mitigat optimè si-
tim: & qui est multę acetositatis exsiccat fortiter,
& incidit citò, quare inuiscat aliquãdo. Qui soli-
tus est pati in stomacho, vel in hepate grauedinẽ,
& puncturã esu grossiorũ ciborum, bibat assiduè
ipsum cum radicibus & seminibus multum diu-
reticis: bibitus cum ʒ.1. armoniaci soluit duriciẽ
membrorũ, & scrophulas. Si quis comederit su-
perfluè fructus humidos, vt ficus & persica, bibat
syrupum acetosum: quantitas multa ex eo bibi-
ta sæpè tempore pestilentiali præseruat à corru-
ptione. ¶ Dosis eius est ab ℥.s. vsq; ad ℥.1. & s. &
dosis syrupi fortis acetositatis est vsq; ad ℥.1. & fit
sic. ¶ Rec. boni sacchari albi partes 5. & funde su-
per illud in vas stãneum tres partes aquæ fontis,
coquatur absq; fumo & absq; flamma lentè, abii-
ciẽdo cõtinuè spumã, donec clarificetur, & quòd
medietas aquę consumatur: deinde superfundã-
tur aceti albi electi ℥.2. in leui, & in forti partes
4. in mediocri partes 3. & coquatur ad perfectio-
nem, & reponatur in ampulla. Quia si necessitas
inuitat, potentius incidit cholerã grossam diffici-
lẽ, & aperit & abstergit meatus, & deopilat ipsos,
& sic fit: Rec. aquę fontis claræ ℔.10. & proiice in
eis corticum contusarũ rad. fœni. petros. raphani,
apij, & endiu. & sem. ipsius an. ℥.1. vel plus. coqua-
tur lentè, vsq; ad consumtionẽ aquæ, & tunc ꝓii-
ce super ipsum colatum ℔.1. sacch. & clarificetur,
post superinfunde aceti, vt supra, & coque lentè
ad perfectionẽ: alia & alia, vt laxatiua vel inflam-
mationum extinctiua pro necessitate ei addatur.
Ipse enim est fermentũ medicinarũ quampluri-
marum, tñ vsus ipsius nocet senibus, pectori, &
membris neruosis, apostematis in interioribus,
rheumaticis, viscera excoriat, & etiam nocet post
phlebotomiam, nisi humores exuberent.

QVONIAM syrupus violaceus, nenupharinꝰ,
oxisaccharũ & syrupus acetosus offeruntur gene-
raliter in materiis cholericis, sciendum est quod
natura & ars dotauit eos virtutibus differentibꝰ,
vnde oxisacch. est offerendũ in materiis choleri-
cis, & grossioribus, maximè cum opilatione, pręci-
puè cõtentis in remotis. Syrupus rosaceus, vio-
laceus, & nenupharinus offeruntur in materiis
propinquis, vt in spiritualibus, vel naturalibus:
veruntamen syrupus violaceus, & rosaceus offe-
rũtur in materia subtili, & syrupus nenupharinꝰ
offertur in materia cholerica grossa: & si materia
peccat plus humiditate, tunc rosaceus plus com-
petit, quã violaceus, & econuerso: & si materia
cholerica peccet magis humiditate, aut caliditate

A in remotis, vel si corpus sit plethoricum, vel si ma-
teria exuberet, tunc syrupus acetosus, & oxisac-
charum competunt magis: nam syrupus aceto-
sus, & oxisaccharum infrigidant choleram, & in-
cidunt, penetrant & aperiunt meatus, & poros,
quos euacuant effumando: econtra rosaceus &
violaceus inuiscant, & obturant meatus prohi-
bentes respirationem.

SYRVPVS de absynthio respicit ꝓpriè vir-
tutem naturalẽ ab humoribus læsam, & confert
B prostrationi appetitus, debilitati stomachi, mol-
liciei viscerũ, vomitui, dolori, debilitati hepatis,
& febribus longis, & amouet opilationes venarũ
stomachi, & hepatis, confert potui mandragoræ.
Modus eius operationis est. ¶ Rec. absynthij re-
cen. ℔.s. rosarũ rub. ℥.2. spicę nardi ʒ.3. vini antiq.
odoriferi, succi cydoniorũ an. ℔.2. & s. stent in va-
se lapideo ꝑ diem naturalẽ, deinde coquãtur lẽtè
vsq; ad mediũ, & fiat syrupus cũ duab. ℔. mellis
ex parte efficacię. ¶ Alius est simplex expertus.
C Rec. ℔.s. summitatũ absynthij recen. & coquatur
in 3. ℔. aquæ fontis vsq; ad tertiam partẽ, deinde
fricetur manibus, & coletur, & cum ℔.1. mellis &
alia libra vini fiat syrupus.

SYRVPVS cydoniorum datus cũ vino de-
coctionis nucis muscatæ, & galangę cõfortat sto-
machum, & digestionẽ eius. Datus cum decoct.
rosarum, retinet ventrem, & vomitum cholericũ.
Datus cum succo plantaginis, vel bursę pastoris,
confert ad fluxum sanguinis. Datus cum decoct.
D liquiritię mitigat sitim. Datus cum aqua rosacea,
confert cardiacæ calidę, & extinguit acumẽ cho-
leræ. Datus cum decoctione menthæ prouocat
appetitum. ¶ Modus communior eius composi-
tionis est. Recipe suc. cydo. recen. rotundorum &
maturorum quantitatem, quam volueris, & ap-
pone sacch. quantum sufficit, & fiat syrupus.

SYRVPVS de fumo terræ respicit humores
adustos. Datus cum decoc. borragin. mane & se-
E ro confert scabiei, pruritui, infectioni cutis, mor-
pheæ, impetigini, serpigini, lepræ, & baras, & cla-
rificat sanguinẽ. Datus cum decoct. radicis fœni-
culi, & endiuiæ, confert febribus nothis. ¶ Et fit
sic: bulliat quarta pars succi fumiterræ lentè su-
per prunas, vsq; ad cõsumtionẽ medietatis, & cla-
rificetur cum saccharo, vel cũ melle & fiat syrupꝰ,
& reponatur in ampulla. Dosis eius est ℥.1. vel 2.

COMPOSITVS confortat stomachum &
hepar, aperit opilationes, & curat morbos cutis,
F pluries datus potentiùs, quam simplex, & ꝓpriè
quorũ materia sũt humores adusti, aut salsi, sicut
est impetigo, serpigo, scabies, lepra, morphea, ba-
ras, & consimilia. Recipe corticũ myrobalanorũ,
citrinorũ recentiũ, chebulorũ gumosorũ an. ℥.2.
& s. florum borragi. & violarũ, summitatum ab-
synthij recen. cuscutæ. an. ℥.1. liquiritiæ rasæ, ros.
rubearũ an. ℥.1. s. epithymi, polypodij an. ʒ.6. pru-
norũ, & passularũ enucleatarũ ana ℔.s. tamarin.
& cassiæ fi. mund. an. ℥.2. omnia bulliant lentè in
G 10. ℔. aquæ, vsquequo redeat ad ℔.3. colet', & fiat
syrupus cum succo fumiterrę cocto, & depurato
& sacc. an. ℔.4. ¶ Dosis eius est ab ℥.1. vsq; ad 3.
cum decoctione eiusdem & borraginis.

SYRVPVS myrtinus respicit virtutem re-
tentiuam: valet enim cõtra omnem solutionem
vẽtris. Datus cum decoct. balaustiarum in aqua

pluuiali. Rec. myrtillorũ, rosar. rub. sumach, acatiæ, balaustiæ, psidiæ, hypocistidos, spodij an. ℥. s. sorbarũ immaturarũ, cornularũ, an. numero 10. mespilarum viridium numero 5. liquiritiæ tragacanthi, gummi arabici, an. ʒ. s. terenda terãtur, & bulliant in aqua pluuiali, vel in aqua ros. quantũ sufficit, donec redeat ad ℔. 1. & depositũ ab igne coletur, & addita ℔. 1. sacchari cum albumine ouorum clarificetur, & syrupetur.

SYRVPVS iulep respicit propriè virtutem naturalem & vitalem læsas à caliditate, qui datus cum frigida quacunq; hora, cõfert febribus acutis, chronicis, & sanguineis, mitigat sitim, confortat stomachum, & confert valde contra ęstuationem viscerum, maximè habẽtibus complexionẽ calidam insignem in hepate, & in corde, confert ephemeræ ex labore, quartanæ cholericæ: infrigidatus valde in niue confert phrenesi. Datus cũ ptisana confert spasmo, singultui ex inanitione, & arefactioni totius corporis: exhibitus cum syrupo violaceo, & ptisana confert tussi siccæ: exhibitus cum trochiscis vel succis conferentibus curat dyscrasiam calidam hepatis, & qui fuerit calefact⁹ superfluè ex medicina solutiua vel vomica potu ipsius compescitur. ¶ Et fit sic: Rec. sacchari albi puluerisati ad libitum, & appone aquę rosarũ tertiam partem, coquatur lentè super prunas in vase stanneo continuè despumãdo, vsq; ad consumtionẽ duarum partium: Quod si vis cum eo confortare cor & colorare, impone modicum de croco ligato in panno cõfricando cum spatula ferrea lateribus vasis: Veruntamen si æstuatio & sitis fuerint vehemẽtes, vel epidimia, vel cacochymia & putredo apponatur parum de camphora consimiliter fricando. Quod si etiam volueris facere ipsum magis extinctiuum & naturæ solutiuum, conficiatur cum succo melonũ propriè oblongorum. Etiam si vis ipsum magis naturæ confortatiuum, impone de aqua rosacea. Et si magis mitigatiuũ sitis, & ariditatis, impone aquam dulcem fontis. ¶ Quod artificiosè ductum ad decoctionem vlteriorẽ dicitur à latinis Cãdi, quod retentum in ore transglutiendo prout dissoluitur, mitigat sitim, & ariditatem gutturis humectat, & ipsum puluerisatũ intromissum oculis, & ipsis clausis superemplastrãdo pulpam pomorum assatorum sub cineribus mitigat dolorem, eorũ expellit ruborem, confortat aromaticæ vitæ, & stypticitate substantiã oculi, spiritũ visibilẽ, stringit lacrymas, mollit panum recẽtem oculorum, corrodit ipsum sua asperitate, & abstersione abstergit potenter, antequam liquefiat, & mundificat.

SYRVPVS de olibano Rhasis, quo etiam ministter obuiat cõmodè ipsum offerendo promtè: nam oblatus ante originem variolarum, & morbillorũ abscindit eorum emersionẽ, quòd si fortè apparuerint 20. non perficientur decem refrigerando calorem, & putrefactionẽ prohibendo, nisi quòd videatur vehemens materiæ expulsio, quę tunc iuuetur. Item datus cum calida confert omnibus ægritudinibus sang. choleræ, bubonib. anthraci, anginę & consimilibus. ¶ Et fit sic: Rec. aceti veteris ℔. ʒ. succi malorũ granatorũ acetosorũ, acetositatis citri, succi agrestę, succi acedulę, succi mororũ, in quo sumach fuerit infusum, berberis an. ℔. 1 succi lactucæ, succi endiuiæ agrestis an. ℥. ʒ decoctionis iuiubę, infusionis lentium an. ℔. 1. & s. sacchari ℔. ʒ. fiat syrup⁹: deinde sumatur spodij ℔. s. camphoræ ℥. 1. terantur in mortario, & incorporẽtur cum syrupo, donec fiat vnũ corpus, & conspergatur ter cum frusto cucumeris.

OXYSACCHARA simplex dicitur ab ὀξύ quod est acetũ, & saccharo, ex quibus fit, infrigidat, digerit, diuidit, incidit, aperit vias, abluit, & mundificat grossos humores, & viscosos: subtiliat cholerã, phlegma, & melancholiam ex cholera adusta: etiam valet contra abundãtiam sanguinis, & ad febres paratas inflãmari. Data cum calida cõfert quotidianæ ex phlegmate salso, cõfert tertianæ, educit choleram à stomacho, & prouocat vomitũ choleræ. Data cum decoct. fœnic. & absynthij cõfert febri quotidianæ, & febribus longis, cõfortat stomachum & hepar, & aperit opilationes. Data pluries cum decoct. aneti post septimam acceptionẽ, confert valde euomẽti phlegma salsum. Data cum decoct. quatuor sem. frigidorum confert acutis & peracutis. Data cũ decoct. fœniculi, & buglossi cõfert quartanę nõ verę, & incidit grossos humores & viscosos, aperit vias, abluit & mũdificat humores, qui sunt in poris, & in vesica: resistit putrefactioni humorũ & sanguinis: aperit opilationes, & confert defectioni appetitus ex calida, & ephemeræ propter cibos & potus calidos, bibita cũ cuscutæ est optima febribus longis, & hemitritæis, maximè pueris & viris: bibita cum suc. endiuię despumato & fœniculi excludit humores putridos, curat febrem diuturnã, colorem ictericorũ, & splenetìcorum ex opilatione. Data cum cæpis excoriat intestina, generat tussim, lædit membra neruosa, obest rheumaticis causis & apostematibus calidis in interioribus. ¶ Dosis eius est à ʒ. 6. vsq; ad ℥. 1. & s. ¶ Et fit sic: Rec. sacch. ℔. 1. succi malorum granatorũ acetosorũ ℥. 8. aceti ℥. 4. ponãtur in vas stanneum super ignem lentum, & bulliant tandiu agitando semper cũ spatula, & despumãdo, donec veniat ad spissitudinem, quòd possit in pixide deportari ad modum electuarij.

OXYSACCHARA composita data cũ calida confert febribus phlegmaticis, tertianis nothis, & febrib⁹ longi temporis, aperit opilationes hepatis, splenis, & venarum digerit materiã grossam, & viscosam, cholericam, & phlegmaticam, & prouocat vrinam. ¶ Rec. capil. vene. re. scolopendriæ, ceterach, polytrichi, hepaticæ, violarię, radicis fœniculi, brusci, asparagi, endiuiæ, scariolæ, lactucæ graminis an. M 1. & s quatuor semin. frigidorum, sem. scariolæ, lactucæ, portulacæ, brusci, asparagi an. ʒ. 1. & s. violarum ℥. ʒ. confice sic: infunde radices contusas in succo malorum granatorum acetosorum, sic quòd cooperiãtur triduo, quarta die adde tantundẽ de aqua, & cætera permitte modicum bullire, & tũc cola cum fortissima depressione, & adde sacchari ℔. 2. & coque ad coctionem perfectam, detur vt simplex.

OXYMEL simplex dicitur ab ὀξύ quod est acetum, & melle, ex quibus fit: respicit humores phlegmaticos, & est duplex, scil. simplex & compositum, diureticum & squillíticum. Oxymel autem simplex attenuat propriè pingues & carnosos: est enim incisiuum & abstersiuum humorum viscosorum, cõfert materiis, quę sunt

ſunt in remotis.ſ. in iuncturis reſoluendo eas, & quæ ſunt in toto corpore diuidit, ſubtiliat, & digerit humorem groſſum, qui eſt in ſtomacho, & in hepate, & eſt ſecurum in materiis febris longi temporis, opilationes hepatis & ſplenis aperit, vrinam prouocat: ipſum cum ſaccharo roſaceo eſt medicina paralyſeos cum febre: & gargariſatum cum calida eſt maximi iuuamẽti in principio anginæ calidæ, & ſubleuat vuulam, niſi inſit calor. Datum cum decoctione hyſopi, confert opilationi ſpiritualium. Datum cum calida expellit humores frigidos à ſtomacho. Datum cũ aqua hordei & ſale expellit vomitum, & humorem cholericum à ſtomacho, & eſt compertum, quòd aſsiduus eius vſus omni mane ſtomacho ieiuno, cũ aqua decoctionis eryngi, ſecurat ab apoſtematibus interiorib. ſpiritualia exaſperat, obeſt habẽti ſtomachum, & hepar frigida, acidè ructuãtibus, excoriationi interiorum, neruis debilibus, cauſis rheumaticis & conſtipatis. ¶ Et fit ſic: Rec. mellis clari 2. partes, boni aceti vnã partem, augetur quandoq; vel minuitur, vt in ſyrupo acetoſo dictum eſt: bulliant lentè mel & aqua, abiiciendo ſpumam continuè. Deinde fundatur ſuper illud acetum & decoquatur & nõ permittatur ſpuma eleuari, immò auferatur continuè, & cum fuerit coctum, reconde: doſis eius ab ℥.1. vſq; ad ʒ.

Oxymel compoſitum de radicibus diureticis, humores reſpicit groſſos quos ſubtiliat, & cõfert febribus phlegmaticis prolongatis, tertianę nothę, & quartanę, diuidit & abſtergit & choleram & phlegma: & propriè aperit omnes opilationes ſtomachi, hepatis, ſplenis, venarũ, & renum: & prouocat vrinam, cuius permiſtio communior eſt. ¶ Recipe corticis radicis apij, fœniculi an. ℥.1. vel raphani ℥.1. & s. cõterantur, & piiciantur ſuper eas 10. ℔. boni aceti albi antiq, aquę fontis dulcis ℔.20. & dimittatur ꝑ diem naturalem, deinde coquatur, donec tertia pars cõſumatur, & coletur poſtea, & ſuper ipſum proiiciatur medietas eius ex melle, & coquatur cum facilitate vt prius. Quandoq; cogimur cum ea educere phlegma, quare quãdo coquitur, ſuſpenditur in eo medulla cartami cõtuſa, aut turbith cum modico zingib. ſubtili panno ligata fricando, quandoq; lateribus vaſis. Et cũ melãcholia, tunc imponimus cõſimiliter epithymũ, vel polipodiũ, & reſeruatur in ampulla. Doſis ei⁹ eſt ab ℥.1. vſq; ad ʒ.

Oxymel ſquilliticum reſpicit humores viſcoſos, & eſt verificatum à ſapientibus conferre morbis, quorũ natura phlegmatica eſt mater: aut melancholica ſpiſſa, viſcoſa, difficilis eradicationis, vbicunq; fuerit in corpore, & maximè in mẽbris remotis, vt eſt epilepſia & arthetica cronica, & malum mortuum. Incidit enim & diuidit humorum groſsitiem, & viſcoſitatẽ, habilitat ad expulſionem, expellit interdum humorẽ viſcoſum, vnde datum cum decoctione pœoniæ romanæ, confert magnificè epilepſiæ frigidæ. Datum cum decoct. betonicę iuuat cephaleam hemicraniam, ſcotomiam: gargariſatum & colatum in ore cum decoct. maſticis, & origani cõfert gingiuæ laxę & putridæ: confirmat dentes, & confert valdè mollificationi & impedimento linguæ, niſi ſit valde vehemens. Datum cum decoctione praſsij mundificat organa anhelitus, cõfert cannę pulmonis, & aſthmati valde, corroborat lacertum vocis & clarificat vocem peditã ab humoribus. Datum cum vino decoctionis abſynthij confert ad membra nutritionis, quia abſtergit putrefactionẽ ſtomachi, & efficit digeſtionem bonam, viuificat appetitum peccãtem ex phlegmate, colorem lęſum ex indigeſtione reddit bonũ. Datum cum calida prouocat vomitum, quo confert plurimis ægritudinibus phlegmaticis, & melãcholicis. Datum cum decoctione coſti confert dolori ſtomachi & hepatis frigido. Datum cum decoctione capparũ eſt vltimum paſsionibus ſplenis frigidis, & opilationibus eius. Datum cum decoct. diureticorum cõfert valde difficultati & paucitati vrinę ex opilatione ſaniei, vel frigore. Datum cum decoct. calamenti vel arthemiſiæ confert præfocationi matricis. Datum cum ſucco fumiterrę confert malo mortuo, & continuatũ cõfert morpheę phlegmaticę. Datum cum decoct. iuæ iuuat magnificè dolorẽ iuncturarũ. Datum cum decoct. polypodij, & epithymi educit cholerã nigram, & eſt ex reb⁹ præſeruãtibus corpus à putrefactione, & pręſeruantibus ipſum cachymicum incolumẽ, conſeruat ipſum in iuuẽtute, & corroborat corpus, cui accidit laxitas, & mollificatio. Datum cũ calida, cõfert febri quotidianæ ex phlegmate vitreo, vel acetoſo. ¶ Modus operationis eius eſt: Rec. ex laminis ſquillæ proprię, quæ ſunt mediæ inter cor & corticem ipſius, quãtum volueris, & ſue eas ſeparatim cum ſtilo ligneo, & dimitte ſiccari in vmbra diebus 40. poſtea cõminue eas in fruſta incisorio ligneo, & ad ℔ 1. boni aceti al. pone 4. ℔. & mitte in vas vitreatum habẽs orificium ſtrictũ, & ſtringe caput ipſius, & dimitte aliis 40. dieb⁹: & poſtea cola & fiat oxymel cum duabus libris mellis, coquendo lentè, & adminiſtra vti oportet, quòd ſi neceſsitas cogat feſtinari, ſepeliat̃ vas cũ ſquilla & aceto in cineribus calidis, vel in arena calida ſucceſsiuè & non repentè, ſed propriè inter horam & horam.

De Opiatis, Cap XXI.



VONIAM natura peregit cuncta cõmoda temporibus cõgruis, idcircò miniſtri ſoliti ſunt tempore cõgruo opiatas ſalubres exhibere excellenter, præcipuè in morbis diuturnis membra confortãdo, reliquias humorũ cõſumendo, & fluxum humorum prohibendo, quatenus affectãt ſanationem, non læſionem, miniſtrata in quãtitate debita natura & tempore congruo exhibeant. Theriacæ enim ſex grana hordei exhibita à quatuor Medicis Regis Marochi adoleſcenti & conualeſcenti ipſum interfęcit eadem hora, & ipſa ſalubris quartanario eum interfecit hora paroxiſmi, quia exhibita fuit ei ante ſeptimam acceſsionẽ dominante cacochymia. Ideò miniſter cautus offert eas cacochymia natura vel arte pri⁹ diminuta, niſi neceſsitas interdũ vrgeat, vt quando humores ſubtiles, vel mali exuberant, aliquando rheumatiſando inducẽtes ſuffocationẽ, vel paralyſim, & tunc à primordio eſt offerenda fortis opiata, vt aurea, vel mithridatum. Si autẽ humores fuerint leues & pauci, tũc poteſt offerri opiata leuis à primordio, vt eſt rubea trochiſcata, vel muſa ænea, præcipuè in initio noctis: tamen quando quęritur ꝑ

opiatas conſumtio materiæ & prohibitio, omni hora diei offeruntur, prout neceſsitas requirit, vt aurea ante paroxiſmum quotidianę cacochymia diminuta. Medicinæ enim viribus opiatæ propinatę cacochymia dominante multiplicāt febres, duplicando vel triplicando quartanā. Etiam datur interdum ad mitigandum cruciatus, immenſos dolores, vt philonium in colica. Cogimur etiā eas interdum miniſtrare ante paroxiſmū, vt malignitatē eius exacerbationis mitigent, quas oblatio felicitat cum aliquo cohibente appetitū ad membrū læſum, vel morbū: q̄ quidē quanto antiquiores non tabefactæ, tantò incolumiores, vt poſt 6. menſes, niſi fortè quæratur virtus partialis, prout ꝓpinatur requies in declinatione febr. cerebrū exſiccantiū cum ſyrupo nenuph. quatenus ſomnum inducat: quæ etiā dandæ ſunt ſtomacho vacuo, & ſuper eas eſt ieiunandū quaſi 7. horis, niſi neceſsitas vrgeat, & ſunt offerēdæ maximè fortes, vt philoniū vrgēte forti neceſsitate, propriè cum omnia non contulerint. Doſis earum eſt plerumq; à ʒ.1. vſq; ad 2.

ADRIANVM dicitur ab Adriano imperatore magno à quo, vel pro quo fuit inuentū: reſpicit propriè groſſos humores, & cōfert paſsionibus frigidis, quę fiunt ex melācholia, vel phlegmate, & propriè in capite: eſt enim optimū ægritudinib quibus cōmendatur. Datum cū decoctione coſti, & ſuperemplaſtratū addito puluere caryophyl. nucis muſc. olibani, & oleo muſcellino confert ſcotomaticis & vertiginoſis vitio cerebri. Datū cū decoct. caſtorei, & ſenę, & inungēdo cū eo admixto petroleo, & ſcarabeo cōfert cōtra exuberantiā humorū frigidorū, vt in ſpaſmo. Datū cū decoct. coſti cōfert apoplexiæ, lethargo, monopagiæ, & cephaleæ frigidis: fricādo palatū, & nares inungendo cū eo diſtemperato cū ſucco menthæ cōfert apoplexiæ. Datū cū decoct. pœoniæ confert epilepſiæ. Datum cū decoct. olibani confert obſcuritati, & grauedini oculorū. Iniectū cum decoct. rutæ, confert tinnitui auriū. Datum cum decoct. diureticorū confert hepaticis, & nephreticis læſis à frigiditate. Datū cū decoct. capparū, confert ſpleneticis poſt mollē mollificationem. Datum cum decoct. milij ſolis poſt purgationē confert ſtranguriosis. Datum in pillulis cū puluere lapidis lyncis, ſaxifragię, milij ſolis, & ſanguinis hirci vetuſtiſsimi, & cū vino cōfert potenter calculoſis. Iniectū cum aqua ſalſa, & datū eis cum decoct. cymini, & caſtorei confert colicis ex phlegmate viſcoſo. Datū cum decoc. ſem. rutæ agreſtis confert febribus periodicis ex phlegmate naturali vel vitreo. Datū cū calida poſt ſudorem tertianarij ex cholera innaturali cōfert eis. Datū in principio paroxiſmi quartanæ cū decoct gentianę mitigat ipſum. Datū cū decoct. diptami cōfert contra venenū interius aſſumtū. Superlinitū cū ſucco menthæ cōfert morſurę animalis venenoſi, vel rabidi. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.1. vſq; ad 2. ſeruatur ꝑ trienniū vel ꝑ quatuor annos. ¶ R. opij thebaici ʒ.3. caſsię ligneę ſem. hyoſcyami al. an. ʒ.2. & gra. 6. & tertiā partē vnius grani, ſeſeleos ʒ.1. & 8. gran. folij, origani, tragacan. an. ʒ.1. xilobal. carpobal. ciperi, petro. macę, macis an. ʒ.1. minꝰ gran. 6. marathri ʒ.2. & grana 8. calami aromatici ʒ.2 & grana 2. cinamomi, ſpicæ nardi, coſti, rheuponti-ci, pyrethri, radicis acori, dauci cretici an. ʒ.s. & 6. gran. caſtorei ʒ.s. ſerapini, roſarum rubearū, cardamomi, amomi, ſeminis rutę agreſtis, ameos an. ℈.1. & grana 4. alij addunt ſaluiæ ʒ.1. & mellis deſpumati ℔.1. & ℥.1. caſsię fi. incorporētur. ſ. primo pulueres, & poſtea caſsia fiſt. & balſa. diſtēperata cum modico mellis: etiā valet habenti lapidem.

ACHARISTVM ſine munere interpretatur: reſpicit ꝓpriè humores frigidos rheumatiſando pectus & ſpiritualia ꝓpriè grauantes. Datum cum decoctione olibani, aut myrrhę confert artheticis, aſthmaticis, tuſsientibus à frigiditate rheumatica. Datur interdum cum decoct. liquiritię, ficuum, paſſularū, hyſſopi & conſimiliū vel tranſglutiendo. Item propellit vel conſumit phlegma à ſpiritualibus. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.1. vſq; ad 2. ſeruatur per bienniū. ¶ Rec. hyſſopi, galbani, coſti, opij, ſem. hyoſcyami al. tamarindi, ſeminis lini an. ʒ.1. croci, ſpicæ nardi, coralli rubr. xilobalſami, medullæ caſsiæfiſtulæ, calami aromatici, rheupon. myrrhæ, ſtyracis calamitæ, opopon. bdellij, amomi, olibani, gallæ, ſpicæ celticæ, acori, abrotani, aſari, ſauinæ, florum orni glandiferæ ſquillę, baccarū lauri, pyrethri, amomi, aniſi, ſem. baſilic. caryophyl. dauci, leuiſtici, marathri, papaueris albi, piperis albi, longi, & nigri, florum maluæ, an. ʒ.2. enulæ campanæ ℈. 1. & s. hellebori nigri, zingib. an. ℈.1. mellis deſpumati ℥.11. incorporentur cum vino calido.

ANTIDOTVM hęmagogum, antidotum id eſt contra datum: hæmagogū dicitur ab αἷμα, quod eſt ſanguis, & ἀγωγή, quod eſt duco, quaſi ducens ſanguinem menſtrualem: reſpicit propriè membra naturalia, & propagationes propriè mulierum. Vnde datum cum decoctione calamenti, & arthemiſiæ, educit mirabiliter menſtrua, & fætum mortuum. Datum cum decoctione ariſtolochiæ longæ mundificat puerperas, & interficit fętum, & expellit ſecundinam. Datum cum decoctione ſaxifragiæ & acori, frangit lapidem, & expellit ipſum. Datum cum decoctione diureticorum confert hepaticis, opilatis, prouocat vrinam, & ſanat ſtrāguriam, & nephritim. Datum cū decoctione tamariſci confert ſpleneticis induratis. Datum cum decoctione nucis muſcatę, & galangæ confert indignationi ſtomachi à frigiditate. Datum cum vino decoct. mēthæ retinet vomitum à frigiditate vel indignatione. Datum cū decoctione aſari educit phlegma fortiter. Datum cum decoctione rutæ, & aniſi confert colicę à ventoſitate vel phlegmate. Vſus eius mane cum vino conſeruat ſanitatem in complexione frigida, tamē obeſt patiētibus hæmorrhoides, vel menſtrua. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.1. & s. vſq; ad 3. poſt balneū, ſeruatur per biēnium vel triennium. ¶ Recipe ſauinæ, ſeminis apij an. ℈.1. radicis acori, aſari, amomi, ſemin. atriplicis, marathri an. ℈.1. & 6. gran. aniſi ℈ 2. ariſtol. arthemiſiæ, caſſiæligneę an. ℈.2. & 14. gra. cētaureæ minoris ℈.1. & 7 gran cētaureæ maioris ℈.2. dauci cretici ℈.2. hellebori nigr ℈.1. folior. lauri ℈.2 & s. & tria gra. liquiritię raſæ ʒ.1. & ℈.1. lupinorū ʒ.2. nigellę ℈.2. myrrhæ ℈.2. & 14 grana. orobi ℈.1. aluminis ſaccharini ℈.2. petroſel. macę ℈.1. pyrethri ℈.2. & 14 gran. radicis pœoniæ ℈ 1. & 7. gran. ciperi ℈ 1. ſemin. rutæ ℈.2. & 14. grana. ſpicæ nardi ℈.2. & 14. grana

grana.cymini ℈.2.& 14. grana.ſchœnanthi, ſcru-
pulũ 1.& 14. grana. garyophyll. ſcrupulos duos.
radicis capparum ℈. 1. mellis deſpumati, quod
ſufficit, terantur, incorporentur, & reſeruetur.

ATHANASIA, id eſt immortalis, eò quòd
euadere facit à morbis mortiferis, propriè
reſpicit ſtomachum grauatum diuerſis hu
moribus lienteriam inducentibus. Etiam valet
contra omnem fluxum humorum ad exteriora.
Datum cum vino decoctionis olibani, facit ad ca
pitis dolorem frigidum ex rheumate. Pillulæ ex
ea cum puluere olibani retentæ ſub lingua, con-
ferunt dolori rheumatiſanti ad oculos Item em-
plaſtrum factum ex ea cum maſtice, olibano, &
albumine oui, & appoſitum temporibus confert
dolori dentium rheumatiſanti. Vnde detur atha
naſia cum puluere olibani in dolore dentium à
vitio ſtomachi, & tepida immiſſa cum bombace
naribus cum ſucco plantaginis fricata donec ru-
beat, ſiſtit fluxum ſanguinis. Retenta in ore in
pillulis cum puluere penidij ſiſtit manationem
ſanguinis à ſpiritualibus, præcedentibus & ſub-
ſequẽtibus lenitiuis: ne ſua aſperitate tuſsim cõ-
mouendo ſaniem vehementius effluere faciat,
vt infuſionem tragacanthi, & liquiritiæ raſæ: &
confert phthiſi phlegmaticæ & differenti conſo-
lidari, contra vomitum ſanguinis ex membris
nutritionis. Detur cum ſucco plantaginis cõtra
fluxum eiuſdem, iniiciatur per inferiora cum ſuc
co plantaginis regione cõueniente: & etiam em-
plaſtrentur renes, & vmbilicus cum ea maſtice,
olibano, & ſanguine drac. additis & diſtempera-
tis cum albumine ouorum & modico aceti. Ita
cõuenit valde mihi Petro Celater clarificanti cõ-
tra mictũ ſanguinis cum perſequerer, vt Vrias ab
Amonitis Berſabeę: fumus eius horribilis odora
tus compeſcit paroxiſmum ſuffocationis matri-
cis. Data cum decoctione maſticis, & olibani for-
tificat ſtomachum potenter, & retentiuam. Em-
plaſtrum ex ea ſandalo albo & ro. & ſucco craſ-
ſulæ additis, poſitũ ſupra renes & lamina plum-
bi non perforata ſuppoſita confert contra diabe-
tem, & paralyſim veſicæ. Data cũ vino decoctio-
nis bdellij, mẽthę & caſtorei & etiam agreſta ad-
dita, vel aceto, & ſucco quinqueneruię emplaſtra
ta ſuper pectinem, confert contra gonorrhœam.
Data cum puluere cinamomi, confert vitiis veſi-
cæ. Pillulæ ex ea & maſtice, bolo armenico, & cõ-
ſolida maiore datæ cũ decoctione conſolidæ, vel
cum ſucco plantaginis rubificato & fricatione la-
pidis hematitis conferũt mirabiliter dyſenteriæ.
Data cũ infuſione tragacanthi cõfert colicæ cho-
lericæ rheumatiſanti. Data cum decoctione ba-
lauſtiarũ, vel cum ſucco menthæ, confert liente-
riæ. Data cum infuſione tragacanthi repercutit
apoſtemata interiora, & emplaſtrata cum ſucco
craſſulæ repercutit potẽter exteriora. Data poſt
vomitum cũ ſucco ariſtol. rotundæ, & dictamni,
vel gentianę confert cõtra venenũ. Vnde ſi fuerit
morſus quis ab animali venenato vel rabido, ſu-
peremplaſtretur etiam cum eiſdem. ¶ Doſis ma-
ior eſt vſque ad ʒ.3. ſeruatur per triennium. ¶ R.
auripigmenti ʒ.s. cinamomi electi, medullæ caſ-
ſiæ fiſtu. an. ʒ.3. & 8. grana. croci, ſcœnanthi, ſtyra-
cis calamitæ, radicis valerianæ, ſileris mõtani, be-
tonicæ, carabe, ſe. hyoſcyami albi, apij, dauci, ani-
ſi, opij, an. ʒ.1. & s. & tria gra. ſpicænardi, folij, ca-
ſtorei, myrrhæ, lapidis hęmatitis, ſang. dra. coral-
li rub. mũmiæ, coſti, boli ar. conſolidæ maioris, a-
ſari, radicis acori, corticis radicis mandrag. polij
mõtani, baccarũ lauri, piperis albi, & longi, ſemi-
nis petro. ana ʒ.s. mellis deſpumati ℔.1. & ℥.2. in-
corporentur ſic: fricenter fortiter tamarindi, &
medulla caſsiæ fiſtu. in melle calido, & colentur
pòſt cum caſsia, & tunc imponatur puluis alio-
rum in eo calido incorporando.

AVREA Alexandrina, dicta ab auro, quod
recipit, vel quia comperitur eſſe cæteris o-
piatis precioſior & excellentior, vt aurum
inter cætera metalla: alexandrina dicitur ab A-
lexandro peritiſsimo Philoſopho, ipſius inuen-
tore, & eſt conſumtiua ſuper cęteras opiatas. Re-
ſpicit propriè virtutem animalem læſam à groſ-
ſis humoribus, & valet præcipuè contra morbos
phlegmaticos & melancholicos. Vnde cõfert ꝓ-
priè ad omne vitium capitis, & pectoris rheuma-
tiſatum à frigiditate: propter quod pillulæ ex ea
confectæ & puluere olibani, & maſticis retentæ
in ore ſub lingua prohibẽt fluxum rheumatis ad
oculos, ad aures & ad gingiuas: quia abſcindunt
fluxum lacrymarum, ſurditatem auriũ, & dolo-
rem dentium vitio ſtomachi vel vomitus. Detur
cum ſucco menthæ calido, vel inungantur den-
tes vel gingiuæ cum ea: & emplaſtrentur tempo
ra cum ea & ſucco menthæ. Data cum vino de-
coctionis olibani confert dolori capitis, & ſcoto-
miæ frigidis fricando os, & guttur lethargici cũ
ea phlegma emittendo: fricando os & linguam
cũ ea & ſaluia confert exuberantiæ ſaliuæ, & ab-
lationi odoratus à frigiditate, paroxiſmo immi-
nenti apoplexiæ fricetur os, & palatum cum ea,
intromittatur naribus educendo plurimũ phle-
gmatis plures liberantur: qui vero ex ea accepe-
rit ſemel in ſeptimana non vexabitur apoplexia,
nec colli dolore. Data cum ſucco eupatorij, con-
fert paralyticis: vnde ſi paralyſis ſit linguę, fiant
pillulæ ex ea & puluere ſeminis caulis agreſtis,
& naſturcij, quæ teneantur in ore. Data cum de-
coctione pœoniæ confert epilepſiæ vitio cerebri.
Data cum vino decoctionis bugloſsi confert ma-
niacis ex melancholia naturali: pillulas factas ex
ea & gummi arabico, tenendo in ore, confert tuſ-
ſi ex rheumate frigido & ex humorum vberan-
tia, & phthiſicis ex rheumate. Data cum vino de-
coctionis gentianæ ad tertiam partem cõfert an-
heloſis. Data cũ vino odorifero decoctionis nu-
cis muſcatæ & garyophyl. & oſsis de corde cerui,
aut cum aqua roſ. confert cardiacis ex frigiditate:
diſtemperata cum moſcellino & inuncta confert
dolori lateris à frigiditate vel ventoſitate, retenta
in ore cum puluere cocti in aqua & exſiccati cu-
rat potenter vomitum ſanguinis à putrefactione
venæ, apertione, vel reſudatione ipſi⁹: qui ſi fluat
à frigiditate, detur cum vino ſtyptico calido &
curat mirabiliter. Data cum vino decoctionis o-
libani, confert colicæ phlegmaticæ rheumatiſan-
ti, & dolori renum. Diſtemperata cũ vino & mel-
le & iniecta, confert colicę phlegmaticę prius re-
mollitę. Data cum decoctione diureticorũ cõfert
nephriticis, ſtrãguriosis, & dyſſurioſis. Data ſine
opio cũ decoctione ſaxifragię frãgit lapidẽ renũ,
& ſi lapis eſt in veſica, iniiciatur ꝑ ſyringã. Suppo

ſitorium ex ea intromiſſum, confert tenaſmoni
frigidæ. Peſſariſata cum ſucco rutæ agreſtis ace-
toſæ, valet contra humiditatem matricis. ℈. 1.
ex ea cum alio mithridato, cõferũt ſterilitati à fri-
giditate & humiditate: vſa poſt balneum cum
decoctione diureticorum, confert molæ matri-
cis. Data in æſtate cum calida, & in hieme cum
vino ante horam acceſsionis, amputat quotidia-
nam ex phlegmate naturali. Data cum tantundẽ
rubeæ trochiſcatæ confert lipyriæ. Doſis eius eſt
à drachma vna, vſque ad duas. maximè poſt
balneum, ſeruatur per triennium. ¶ Recipe ſul-
phuris viui vnciam vnam & ſemis. aſari, carpo-
balſami, ſeminis hyoſcyami albi, ana drachmas
duas & s. garyophyll. opij, myrrhę, ciperi, an. dra-
chmas duas. balſami, cinamomi electi, folij ze-
doariæ, zingi. coſti, coralli rub. caſsiælig. euphor-
bij, tragacanthi, olibani, ſtyracis calamitæ, ſpicæ
celticę, meu, cardamomi, ſeſeleos, ſemin. ſynapis,
radicis ſaxifragię, aneti, aniſi, ana drachmam vná.
lignialoes, rheubarb. rheupontici, aliptę, moſ. ca-
ſtorei, ſpicę nardi, galangę, balſami, anacardi, ma-
ſticis, radicis pœoniæ, eryngij, roſarum, thymi,
acori, pulegij, ariſt. longæ & rotundæ, gentianæ,
corticis, radicis mandragoræ, chamædrios, radi-
cis valerianę, baccarum lauri, ameos, dauci, pipe-
ris albi, & longi, xylobalſami, carui, amomi, ſem.
petro. & leuiſtici, & rutæ, ana drachmam vnam,
& ſemis. auri & argenti ſubtiliter puluериſatorũ,
limatorũ, margaritarum perforatarum, & non
perforatarum, blattæ bizantiæ, oſsis de corde
cerui ana partes duas, & ℈. 1. & 14. grana. limatu-
ræ eboris albi, calami aromatici, pyrethri, an. gra-
na nouem. mellis deſpumati libras tres. Incorpo-
rentur ſic: ſcilicet limatura auri & argenti, & mar
garitæ cõmiſceantur fortiter manu cum ℥. 1. pul-
ueris, pòſt cum omnibus pulueribus, poſtea in-
corporentur cum melle, & ad vltimũ incorpore-
tur balſamus diſſolutus cum modico melle.

DIA OLIBANVM dicitur ab olibano,
quod recipit: reſpicit propriè humores fri-
gidos fluentes maximè ad oculos eos reti-
nendo vehementer. Vnde pillulæ ex eo datæ ab
11. vſque ad 15. cum olibano, maſtice, & bolo ar-
men. ſiſtunt potenter fluxum lacrymarum ex fri
giditate conſtringente, aut humiditate lubrican-
te, ſiue debilitante retẽtiuam, & dolorẽ faucium:
& confert vigiliis ex rheumate. Etiam fiat epithe
ma ex eiſdem diſtemperatis cum albumine ouo-
rum, quod fronti, & temporibus ſupponatur:
Pillulæ ex eo & penidio, & amido retentæ in ore
tranſglutiendo paulatim quod diſſoluitur ab eis,
confert aſperitati aſperæ arteriæ ſuperfluitates
conſumendo viſcoſas. Datum cum vino deco-
ctionis caricarum, & paſſularum confert tuſsien
tibus à defluxione frigida. Datum cum olibano
confert peripneumonicis, antequam febricitent.
Datum cum eiſdem & puluere myrrhæ poſt e-
ruptionem mundificant ſaniem eorum. Datum
cum vino decoctionis macis & ſuperemplaſtra-
tum, maſtice, olibano, & coſto in duplo additis, &
confectis cum oleo roſato, & moſcellino, ſtoma-
cho, retinet vomitum à frigiditate & debilitate
retentiuæ. Datum cum vino decoctionis maſti-
cis, & nuciſmuſc. aufert dolorem ſtomachi à fri-
giditate aut rheumate. Datum cum vino calido,
confert nauſeæ. Datum cũ decoctione aquę roſa-
ceæ & roſis coctis in aceto addito caſtoreo, & em
plaſtratũ ſuper lũbos, pectẽ, & teſticulos confert
gonorrhœę. Datũ cũ ſucco plãtaginis & etiã ſup-
poſitũ cum eodẽ in bombace, retinet menſtrua.
¶ Doſis eius eſt à ʒ. 1. vſq; ad 2. ſeruatur ſex annis.
¶ R. olibani ʒ. 2. caſtorei, opij, ſem. hyoſcyami al-
bi, ana ʒ. 4. caſsiæ ligneæ ʒ. 2. & ℈. 2. folij, citri, ana
ʒ. 2. & fiat opiata, & reſeruetur.

ESDRA inuſitata varietate miſcibilium, di-
cta eſt ab Eſdra Propheta, qui eam compo-
ſuit: reſpicit propriè humores exuberantes
in ſtomacho obtundentes appetitum. Confert
omnibus infirmitatib. corporis à frigiditate abſ-
que apoſtemate, & febre, effectus eius plerunque
vicinantur laudibus aureæ: quare eiſdem adiu-
toriis plerunque adminiſtranda, quibus ibidem
docetur. Data cum vino decoctionis nuciſmuſca
tæ, & garyophyl. & conſimiliũ cerebrũ purgat, &
cõfortat ipſum. Cõfert paſsionibus ex melãcho-
lia naturali capitis. Data cum vino, confert melã-
cholicis timidis, & appetentibus carbones & te-
ſtas. Diſtemperata cum vino & oleo moſcellino,
& iniecta, confert dolori & tinnitui aurium. Pil-
lulæ ex ea cum ſe. ro. & cinamomo retentæ in ore
conferunt vuulæ, cadenti ex materia rheumati-
ca, & ſubleuat eam: gargariſmus ex ea factus, ſapa
& aceto, confert anginę, antequam confirmetur,
& etiam caſui vuulæ: confectio pulueris radicis
portulacæ cum ea, confert mirabiliter fiſſuris la-
biorum, manuum & pedum, factis ex melancho-
lia, inungendo cum ea. Data cum decoctione ba-
lauſtiarum poſt euacuationẽ, confert fluxui ven-
tris, præcipuè lienteriæ: exhibita cum decoctio-
ne linguæ ceruinæ, capil. ve. hepaticæ, & cetrach,
confert icteritiæ abſq; febre, & abſque calore in-
tenſo hepatis, facto ex humore viſcoſo opilante.
Data ſpleneticis ex melancholia cum decoctio-
ne capparum, poſt euacuationem curat eos. Da-
ta cum diagridio prodeſt mirificè duriciei ſple-
nis. Data cum puluere olibani & vino, confert
dolori poſt partum, cauſato ex ampliatione, &
magnitudine fœtus. Data cum decoctione ariſto
lochię mundificat puerperas. Data cum vino de-
coctionis rutæ, & arthemiſiæ confert difficultati
partus, præcipuè ſi ſupponatur cum ſucco eo-
rundem. Data cum vino eunti dormitum, con-
fert artheticis, & podagricis excitatis à deſtillatio
ne frigida. Data q̃ ſit trium, vel quatuor annorũ,
cum vino decoctionis mẽthæ, aut ſuperinuncta,
confert morſui venenatorum, & intoxicatis. Da-
ta cum vino, confert alopiciæ. Doſis eſt à ʒ. 1. vſ-
que ad 2. ſeruata quinq; annis, eſt potentioris vir
tutis. ¶ Recipe epithymi ℈. 1. & tertiam partem
alterius, aliptæ, muſca. myrrhæ, ſacchari, foliorũ
rutæ, ſeminis apij, fœnugræci ana ʒ. 1. & ℈. 1. &
granum, id eſt, raſuræ eboris, ſeminis rutæ agre-
ſtis, ſaluiæ, ſanguinariæ, origani, balauſtiarum, a-
na drachmam vnam. & grana ſeptem. cinamomi
electi, garyophyll. lignialoes, ſpicæ nardi, zedoa-
riæ, laccæ mundæ, roſarum, capparum, pulegij,
abrotani, piperis nigri, ſeminis petroſelini, oſsiũ
dactylorum, ana ℈. 2. & ſemis. & grana quatuor.
galangæ, zingiberis, ſeminis cartami excorti-
cati, anacardi, lapidis gagatis, corticis mandra-
goræ, radicis acori, & pœoniæ, thymi, hyſ-
ſopi,

ſopi, florum orni glandiferæ, baſiliconis, dauci, marathri, ſeminis altheæ, oliuarum, vini veteris optimi, ana ʒ.s. & ℈.s. & 4.gra. balſami, croci oriẽtalis, folij, galliç moſc. coſti, calami aromatici, medullæ caſsiæfiſt. corticis myrobalanorum citrinorum, ſpicæ nardi, ſpicæ celticæ, xilobalſami, tragacanthi, coralli albi, & rubei, ſtyracis rubeæ, & caſtorei, bdellij, galbani, opoponacis, aſpalti, terebinthinæ, maſticis, theriacæ magnæ, confectionis adriani, ventriculi mergi, Reupontici, ariſtolochię longæ, aſari, meu, ireos, pyrethri, hermodactylorum, peucedani, gentianæ, violarum, artemiſiæ, cimoliæ terræ, citri & laureolæ, menthæ, folij rubi, radicis pentaphylonis, carpobalſami, aniſi, amomi, cymini, ſeminis papaueris albi, ſeminis baſiliconis, garyophyllatæ, ſileris montani, ſeminis rutæ, arthemiſię, baccarum lauri, ſanguinis draconis, lapidis magnetis, lapidis gagatis, oſsis de corde cerui, olei moſcellini, & petrolei, ana ſcrupulum vnũ, & tertiam partem alterius, camphoræ, ambræ, magaritarum integrarum, & perforatarum, blattæ bizantiæ, olei ſambuci, ſtyracis calamitæ, ſerapini, ſulphuris viui, antimonij, acacię, betonicę, piſciculorum, qui dicũtur caballum marinum, hypociſtidos, macis, lycij, ſcœnanthi, ſeminis maluæ, florum oleandri, radicis valerianæ, marrubij, menthæ, abſynthij, petroſe. macæ, euphorbij, cardamomi, ſeminis aneti, ameos, nigellæ, leuiſtici, ſeminis citri, piperis alb. & longi, cymini æthiopici, vermilionis, corticis arboris veræ, ſucci caulis agreſtis, aquæ vitis, ana ſcrupulum ſemis, & grana duo. lythargiri & amyli, radicis myrthi, opij thebaici, hyoſcyami alb. an. grana ſeptẽ. mellis deſpumati libras duas, & vncias duas. conficitur ſic: caſsiafiſtula diſſoluatur cũ melle calido, & coletur per cochlear, & pòſt imponatur terebinthina, theriaca, & adrianum, & pòſt aqua vitis: & tunc immittantur lapides vltimatè puluerisati cum modico puluere, & camphora & ambra: & pòſt ſaccharum ſubtiliſsimè puluerisatum, & poſtea balſamus diſtemperatus cum modico melle calido, poſtea olea, & puluis aliorum vltimò.

PHILONIVM amicus nouus interpretatur, quod Philon primitùs inuênit: reſpicit virtutem naturalem & ſpiritualem. Datum cum mulſa emendat tuſsim phlegmaticam, & difficultatem anhelitus, & confert pleuriticis ex phlegmate, & nephriticis, & dolori veſicę, cauſantis ex frigiditate vel ventoſitate. Datũ cũ hydromellite confert peripneumoniæ & dolori hepatis. Datum cum ſucco ſanguinariæ confert ſputo ſanguinis. Datum cum vino cocto, confert indigeſtioni & ſingultui valde. Datum cum oxymellite ſubuenit ſpleneticis, æruginoſis, ſuperbibendo aquam frigidam, confert excoriationi inteſtinorum. Datum colico, facit euadere præ cæteris opiatis. Eſt etiam ex melioribus medicinis in ſedatione fortis doloris apoſtematis renum. ¶Recipe piperis albi, ſeminis hyoſcyami albi. ana drachmas quinq;, opij drachmas duas & ſemis. ſeminis apij drachmã vnã, medullæ caſsiæfiſtul. drachmã vnã & ſemis. ſeminis petroſelini, marathri, dauci, croci, an. ſcrupulos duos, grana quinque. euphorbij, coſti, an. drachmã vnã. pyrethri, ſpicæ nardi, zedoariæ, ana grana 15. mellis deſpumati, vncias ſeptem & ſemis. terantur & incorporentur: alij addunt alia & alia.

PHILONIVM verum eſt illud, quod Philon compoſuit, & eſt: Recipe ſeminis hyoſcyami albi, piperis nigri, an. drachmas viginti. opij, drachmas quindecim. croci, drachmas ſeptem & ſemis. ſpicæ nardi, pyrethri, euphorbij ana drachmã vnã. cum duplo mellis deſpumati: & quidam ſunt, qui ponunt caſtoreum loco euphorbij, & eſt expertum auxilium in dolorum ſedatione, & propriè cum vino decoctionis maſticis, nuciſmuſcatę, & aniſi, dolorem ſedat ſtomachi frigidum ex humore crudo, vel ventoſitate groſſa: ſedat dolorem colicæ cum decoctione aniſi, & ameos, & viſcerum, & renum, & matricis: & cum decoctione hyſſopi, & praſsij, confert ad præfocationem anhelitus, & ad dolorem laterum, & ad difficultatem vrinæ: & cum ſucco menthæ, confert ſingultui vehementi. ¶ Doſis eius eſt à drachmis duabus, vſque ad quatuor, ſeruatur triennio.

MITRIDATVM, id eſt, mater omnium antidotorum dicitur, vel à Mithridate rege ponti, à quo, vel pro quo fuit inuentũ ab Andromachò: facit ad omnes paſsiones ex frigida cauſa, & potẽtius eſt q̃ theriaca: tamẽ theriaca eſt potẽtior in materiis venenoſis. Reſpicit ꝓpriè virtutẽ naturalẽ læſam à veneno, vel humore venenoſo. Datum pluries cum vino decoctionis nuciſmuſcatæ confert lethargicis, cephalicis, hemicranicis ex cauſa frigida, medicatur ſubeth ab exteriori frigore fricando palatum, & inungẽdo ab extrà cum eo & camphora & roſis confert apoplexię. Datũ cũ vino decoctionis ſaluię & caſtorei, confert valde ſpaſmo ex repletione, & ex animali venenoſo, & paralyſi. Diſtemperatum cum ſucco ſaluiæ & gargariſatum confert valde ei, qui amiſit loquelam à ſubita frigiditate. Veſperi cum vino, confert epilepticis, ſi palatum epileptici fricetur hora paroxiſmi, & ſi dentes lethargici fricentur cum eo confert valde, phlegma plurimum educendo. Longus vſus ipſius cum decoctione pœoniæ curat omnem epilepſiam. Datum cum vino confert maniacis, & melancholicis ex melancholia, vel ex cholera aduſta. Pillulæ ex eo & olibano retentæ in ore ſiſtunt rheuma & lacrymas, & curant dolorem rheumaticum ſupercilij, oculorum, dentium, maxillarum, faucium, & oris frigidum. Ablutio oris cum eo, & cum ſucco menthæ, confert fœtori oris ex gingiuis. Gargariſatum cum ſucco menthæ prohibet anginam. Gargariſatum cum decoctione balauſtiarum confert caſui vuulæ ab humiditatibus. Datum cum decoctione olibani, cõfert tuſsi, & aſthmati à defluxione, ſputo ſanguinis deſcendenti à capite, & etiam curat lienteriam ex phlegmate. Datum peripneumonicis cum puluere mirrhæ poſt ſanationem præſeruat ab empyemate mundificando, & confert difficultati anhelitus. Datum cum diamargariton & cum vino aromatico immutat complexionem cordis frigidam. Datum cum vino rubeo confert ſtomacho humido, & cachexiæ. Datum cum decoctione abſynthij confert ad ructus fœtentes, & cõtra multitudinẽ ſputi phlegmatici, & icteritiæ ex animali venenoſo. Datũ cum decoctione balauſtiarum, curat optimè lienteriam ex debilita-

te retentiuæ vel ex phlegmate. Datum cum vino calido, confert passionibus frigidis hypochondiorum, diaphragmatis, renibus, & vesicæ opitulatur, si superemplastretur. Datum cum decoct. ciperi confert duriciei splenis frigidæ. Datũ cum decoctione saluiæ in vino, confert præcipitationi matricis ex paralysi, vel ex humore frigido, & debilitati appetitus ex debilitate sensus stomachi, & singultui. Datum cum decoctione diureticorum, confert manifestè difficultati vrinæ ab humore, sanie, apostemate, debilitate sensus, vel frigore. Datum cũ decoct. milij solis & saxifragiæ frangit, & expellit potenter calculum renũ, & cõfert lapidi vesicæ. Bõbax intinctus in eo superpositus, confert thenasmoni phlegmatico. Pessariũ ex eo cũ oleo moscellino vel cũ succo arthemisiæ ꝓuocat mẽstrua, & ipsum est supremũ ad debilitatẽ coitus à frigiditate quorumcunq; membrorũ. Quãdo datur cũ vino decoctionis zingiberis, & cũ eadẽ est præcipuũ inter compositа ad coitũ & ad læsionẽ ipsius. Datũ cum decoctione saluiæ & rutę cõfert colicę à debilitate expulsiuę & sensus. Datũ cũ vino decoctionis cymini, & piperis cõfert suffocationi matricis à frigiditate. Datũ viro & mulieri cũ vino rubeo, cõfert calefaciẽdo ad generationẽ masculi. Bibitũ cum vino confert prægnationi impeditæ à frigiditate. Datũ & suppositũ valet artheticis, sciaticis, & podagricis ex frigida causa: incorperato cum puluere diptami, gentianæ, & aristolochiæ rotundę, cũ vino decoctionis menthæ & suppositum morsuræ, expellit omnia venena. Datum cũ vino calido amputat quotidianã, nisi sit ex phlegmate salso. Datum in hyeme cũ vino & in æstate cum aqua calida, liberat à quartana ex melancholia naturali. Accipere ex eo pestis tẽpore facit euadere ab ea. Emplastratũ, & quocunq; modo sumtũ est singulare remediũ ad carbunculũ, & anthracẽ absq; febre. Datũ cũ tertia parte theriacę cõfert morpheæ albæ, & cũ eo, & succũ fumiterrę, confert morpheę nigrę, quod asseritur valere in morbis ignotis, est valde venerandũ. ¶ Dosis eius est à ʒ.1. vsq; ad 2. & seruatur per decenniũ, & fit sic. ¶ R. styracis calamitę ʒ.1. & ℈.1. garyophyl. spicænardi, xilobalsami, orobi, baccarum lauri, tragacanthi, masticis, galbani, gummi, cedri, aspalti, castorei, gũmi hederę, euphorbij, bdellij, terræ sigillatæ, meliloti, laudani, ros. rub. chamędreos, summitatũ hypericonis, opoponacis, sem. amomi, opij, sulphuris viui, abrotani, liquiritiæ mundæ, nitri, hypocistidos, acatiæ, hysopi, pœoniæ, radicis enulæ cãpanę, origani, ramorũ cedri, cimarũ lauri, aristo. epithymi, peucedani, roris marini, centaureæ minoris, radicis eryngij, balaustiarũ, cimarũ myrti, corticis maligranati, radicis raphani, squillæ, carpobalsami, anisi, nigellę, seminis hyoscyami albi, cymini, fœniculi, cardamomi, seminis sinapis, aloe, seseleos, ameos, seminis petro. agrestis, seminis leuistici, rutæ domesticæ, seminis papaueris al. sem. apij, dauci, sem. rapæ, piperis lõgi, garyophyll. amomi an. ʒ.1. radicis acori, sem lapæ inuersæ, radicis ciclaminis, florum agnicasti, cornu cerui cathartici an. ℈.2. balsami, cinamomi electi, citri, costi, florũ scœnãthi, zingi. alb. citri, folij, terebinthinæ, mirrhæ, olibani, cassiæligneæ, agarici, spicæ celticæ, reupõtici, radicis ireos, asari, & diptami, teneritatũ prassij, pulpę colocynth. stœch. arabici, artemisiæ, calamenti albi, agrestæ, plantæ, assæ fœtidæ, chamepitheos, piperis albi, & nigri, sem. basiliconis & petro. sumach folij, cardamomi, radicis pentaphylonis, ana ℈.1. baccarum lauri, tertiam partem vnius ℈. & 32. grana, vini fortis vetustissimi, ℥.1. mellis despumati ℔.2. incorporẽtur primitus gummi dissoluta cum vino ad ignem, postea cætera puluerisata.

MICLETA & est experta: respicit ꝓpriè virtutẽ naturalẽ læsam defectu cõtentiuæ: restringit. n. plurimũ. Data in aqua pluuiali & supposita cũ bõbace, & etiã exhibita post cũ ferrugine, & san. draco cõfert valde cõtra fluxũ hæmorrhoidũ. Data cũ decoctione masticis, curat dysenteriã superiorũ. Iniecta cũ succo plãtaginis, quo fuerit fricatꝰ lapis hæmatites, donec fuerit rubicundus: & etiã emplastrata rosis, bolo armenico, & modico aceti additis curat dysenteriã inferiorũ. Data cũ decoct. balaustiarũ sistit fluxũ ventris. Data cum requie sistit lienteriã cholericam. ¶ Dosis eius est quasi ℥.1. & seruatur per triennium. ¶ R. corticum myrobalanorũ indorum, citrinorum, chebulorum, bellircorũ nõ recentium an. ʒ.2. & s. cymini, anisi, fœniculi, carui, an. ʒ.2. nasturcij, ʒ.1. & s & cõficitur sic: infundã tur myrobalani per diem naturalem in succũ cydoniorum, vel in modicũ aceti in ollam terreã & humectentur, & cõsimiliter semina separatim, & exsiccentur mane in testa terrea, tunc calefacias patellam ferream, vel terream, & depone ab igne, immitte myrobalanos, mouendo continuè ne adurantur, qui nisi fuerint assi sufficienter, calefacias patellam, & imponas eos toties, donec fuerint assi sufficienter, & consimiliter assentur semina: deinde terantur, tunc superadde spodij, balaustiarum, masticis, sumach, gummi arabici torrefacti in testa, ana ʒ 1. & 15. grana, terantur omnia fortiter simul, & confricẽtur cum modico aquæ ro. vel oleo ro. & postea incorporentur omnia cum ℔. 1. vel circa syrupi myrtini & reseruetur in vase terreo.

MVSA ęnea, dicte ast à Muso pitissimo Philosopho, à quo fuit inuenta: ænea dicta est eõ quòd habet calorem æris: respicit propè virtutem naturalem læsam ab humoribus melancholicis, aut phlegmaticis, febrẽ inducentibus. Vnde datur propè in quartanariis cum vino calido, vel cum vino decoct. germandreæ, & quotidianariis cũ vino calido: quæ si sit ex phlegmate salso, detur addita tertia parte rubeæ trochiscatæ: aliqui præsumunt inungere pulsus & tẽpora patiẽtium acutas cũ ea in die critico, quæ si prouocauerit sudorem, nũtiat salutem, sin minos perditionẽ. Data cũ vino decoctionis olibani post remollitionem cum dialthea, cõfert suspiriosis ex humore frigido. Pillulæ ex ea addita myrrha & retẽtæ in ore, mundificant sanguinẽ phthisicorum, epaticorum, & empyricorum. Data cũ decoctione ros mundificat, & cõsolidat vlcera eorundem. Data cum vino post vsum oxymellitis emendat inflationem stomachi ex humore frigido, vel ventositate. Data cũ vino decoctionis masticis, & nucis muscatæ, & iniecta p clysterem cum decoctione mercurialis, & senetionis

tionis confert colicæ ex ventositate vel frigidita-
te. Data cum decoctione apij, fœniculi, & petro.
& etiam emplastrata pectini cũ eisdẽ ꝓuocat val-
de vrinam. Data cum decoctione saxifragiæ &
milij solis frangit lapidem. Data cum decoctio-
ne rutæ & absynthij confert cholericis ex vento-
sitate. Data cum decoctione cõsolidæ dicitur cõ-
solidare vulnera. ¶ Dosis eius est à ʒ.1. vsque ad ʒ.
seruatur biennio. ¶ R. seminis hyoscyami albi,
myrrhæ, olibani, gentianæ an. ʒ.6. piperis al. gra-
na 10. euphorbij, corticis mandrag. aristo. lon. an.
ʒ.1. & ℈.1. mellis despumati ℔.1. & ℥.2. & s.

OPOPYRA, quam sanctissimi viri Cosmus & Damianus composuerunt. Dicitur ab ὀπὸς, qđ est succus, & πῦρ, quod est ignis, quasi succus ignitus: respicit propriè humores frigidos infixos in remotis. Data cum decoctione primulę veris, & castorei in modum auellanæ, aut membro inuncto cũ ea, confert valde paralysi, & sanat paralysim oculorum, oris, gutturis, manuum, & pedum. Confert etiam tremulosis, & nequeuntibus proferre verba, tenendo eam in ore, & inungendo membra contracta ex repletione in balneo cum ea & sulphure viuo, & scarabeis, qui inueniuntur in balneis, & inter libros, curat ea febrem inducendo. Data cum decoctione pœonię cõfert epilepsiæ. Data cum vino, confert maniacis, & melancholicis ex melancholia naturali. Data cum vino decoctionis olibani, confert tussi ex humore frigido fluxibili, & post triduum detur ei cum decoctione amyli, penidij, caricarum, passularum, liquiritiæ & hysopi. Data cũ aqua hordei post eruptionem confert pleuriticis mundificando. Data cum vino decoctionis pulegij, & calamenti, confert omnibus doloribus pectoris, & stomachi à frigiditate. Data cum decoctione diureticorum, confert hepatis à frigiditate vel opilatione. Data cum decoctione capparum post vsum diureticorum, confert spleneticis induratis. Data post euacuationẽ cum decoctione iuæ, & petros. macæ, confert iliosis ex frigiditate & curat eos. Data cum decoctione polypodij, & mercurialis confert cholicis ex frigiditate. Data cum decoctione saxifragiæ confert valde calculosis. Data cum decoctione caulis agrestis, & seminis rutæ agrestis, loco bene cooperto, confert quotidianæ ex phlegmate naturali, vel vitreo, & quartanæ ex melancholia naturali, & pluribus aliis, sudorem prouocando. ¶ Dosis eius est à ʒ.1. vsq; ad 2. seruatur per quinquennium, & vltrà. ¶ Recipe herbæ paralyseos, saluiæ, rasurę eboris ana drachmam vnam, & grana 13. opij thebaici ʒ. 2. & grana 4. & ℈. 2. cinamomi electi, spicęnardi, galangæ, croci, costi, zingiberis, zedoarię, xilobalsami, rheupontici, pyrethri, coralli rubei, garyophyllorum, tragacanthi, myrrhæ, castorei, opoponaci, piperis longi, & nigri, ana ʒ.2. & sex grana. balsami, mosci, ligni aloes, scœnanthi, medullæ casiæfist. styracis calamitæ, styracis rubeæ, masticis, galbani, serapini, assæ fœtidæ, meliloti, aristolochiæ longæ, & rotundæ, dragonteæ, asari, hellebori nigri, meu, radicis pœonię, radicis raphani domestici, radicis acori, corticis peucedani, & mandragoræ, betonicæ, gentianæ, chamædreos, pulegij, centaureæ maioris & minoris, spicæ celticæ, capill. veneris recentis, absynthij re. sponsæ solis, hyperici, tormentillæ, prasij viridis, millefolij, seminis rutæ agrestis, calamenti, fœniculi, seminis hyoscyami albi, cardamomi, carpobalsami, leuistici, farinæ subtilissimæ orobi, seminis petro. baccarum lauri, sileris mõtani, lupinorũ, maratri an. ℥.s. & grana 18. mellis despumati ℔.2. & ℥.2. in cuius parte soluatur casiafi. & post pulueres cæterarum specierum, & vltimo imponatur balsamus in modico melle, vel vino dissolutus, incorporentur, & reseruentur vt decet.

PANCHRISTVM. πᾶν, id est totum, christum, quia recipit chrisma: respicit propriè virtutẽ naturalem diuersis humoribus grauatam, & humoribus extra vasa vagantes inducentes febrem interpolatam. Vnde datum cum decoctione cinamomi electi, vel cum decoctione quatuor seminum frigidorum, & vtriusq; spicæ ante accessionem confert mirabiliter quotidianæ. Datum cum decoctione thymi, & epithymi confert quartanæ: distemperatum absq; opio cum hydromellite prouocat menstrua absq; mora. ¶ Dosis eius est à ʒ. 1. vsq; ad 2. & seruatur per triennium. ¶ R opij thebaici ʒ. 5. croci ʒ.2. & ℈.1. & s. seseleos ʒ. 2. calami aromatici, castorei, carpobalsami, cardamomi, seminis petro. ana ʒ 1. & ℈.1. & s. zingiberis, casiæ ligneæ, serapini, piperis albi, papaueris al. sem. hyoscyami albi, semin. laureolæ, sem. rutę agrestis, marathri, ana ʒ. 2. spicænardi, meu, pyrethri, euphorbij, anisi, trifolij acuti, dauci cretici ana ʒ.1. & s. mel. despumati, ℔.1. & ℥. 8. terantur & incorporentur.

PICRA interpretatur saluatrix græca: quia à Gręcis fuit inuenta, propriè sistit rheuma frigidum. Data cum decoctione olibani sistit fluxum capitis ad gingiuas, & dentes: vnde si dentes fricentur cum ea, & etiam si superemplastretur cõfert dolori ipsorum, oculorum, fauciũ, & superciliorum: dissoluta in aqua eufrasiæ, & iniecta post fomentationem cum mollitiuis abstergit nebulas sordidas ab oculis: retenta in ore, & gargarisata cum decoctione balaustiarum cõfert anginæ à defluxione. Data cum olibano, & tragacãtho, opitulatur asthmaticis tussientibus, & phthisicis ex rheumate. Data cum decoctione ficuum, passularum, & liquiritię mundificat pleuriticos. Data cum decoctione menthæ & masticis curat dolorem stomachi & vomitum, & fastidium ex frigiditate. Data cum vino decoctionis capparum, auxiliatur spleneticis. Data cum decoctione asari & scœnãthi confert hydropicis. Data cum decoctione diureticorũ, medetur nephriticis. Data cũ decoctione asari & costi cõsumit humores frigidos, & viscosos causantes nephritim & colicã. Bibita cũ vino, cõpescit cruciatus podagricorum, confestim prouocãdo sudorem. Data cum vino, præseruat à nocumento aquę corruptæ. ¶ Dosis eius est à drachma vna vsque ad duas, seruatur per biennium. ¶ Recipe seminis hyoscyami albi opij, ana ʒ.2. & ℈. 2. costi amari ʒ.1. & grana quindecim. myrrhæ, allij agrestis, origani, ana ʒ.2. & grana decem. styracis calamitæ, galbani, agarici, gentianæ, seminis rutæ agrestis, stœchados arabici, prasij, cardamomi ana ℈. duos, & semis. balsami, spicænardi, croci, scęnãthi, ammoniaci thymiamatis, terebinthinę,

cassiæligneæ, corticis mandragorę, radicis eryngij, rosﾠeupatorij, euphorbij, carpobalsami, piperis nigri, leuistici, dauci, marathri, semi. trifolij, ana ℈. 2. mellis despumati, quasi ℥. 10. terantur & incorporentur, & reseruentur.

HYDROCOPION, id est, potus contra rigores, vel prouocationes sudoris: dicitur olympiatum ab Olympiato inuentore: virtutem respicit propriè naturalem læsam ab humiditatibus frigidis. Vnde data cũ calida ante horam accessionis, amputat quartanam ex melancholia naturali, & quotidianã, nisi sit ex phlegmate salso. Distemperatum cum aqua calida, temporibus, & extremitatibus iunctis in die critico alleuiat valde febricitantes, sudorem prouocando. Datum cum vino lymphato amputat angustias, sudorem prouocando. Datum cum succo plantaginis sistit mictũ sanguinis. Datum cum decoct. castorei, medetur ægritudinb. frigidis renum & vesicæ. Dosis eius est quasi ʒ. 1. seruatur tribus annis. ¶ Recipe cinnamomi electi ʒ. ʒ. & ℈. 1. & grana sedecim, croci ʒ. 2. spicænardi, myrrhæ, olibani, opij, corticis mandragoræ, piperis longi, anisi, ameos, seminis lini, sileris montani, seminis hyosciami ana ℈. 2. & 8. grana, mel. despumati, quasi vncias sex & semis, terantur, & incorporentur.

REQVIES dicitur, quia p̃stat somnũ, quæ data cũ syrupo violaceo, in quo remollita fuerint sem. papaueris albi, & lactucæ trita prouocant somnum, & compescunt æstuationẽ febrium intensiuarum, continuarum, & interpolatarum, præcipuè in declinatione: & distemperata cum syrupo papaueris, & lacte muliebri epithimetur temporibus. Data cum calida ante horam accessionis interpolatarum insigniter tertianæ intercipit paroxismũ. Data cum melle, cõfert quotidianæ. Data cũ vino, opitulatur quartanæ cholericę. ¶ Dosis eius in interpolatis est ℥. 1. & in continuis ℥. s. seruatur per biennium. ¶ R. opij, seminis hyosciami albi, corticis mandragorę, seminis lactucæ, scariolæ, & portulacæ, psyllij, nucis muscatæ, cinamomi electi, sacchari ana ʒ. 1. & s. rosarum rubearum, violarum, ana ʒ. ʒ. sandali albi, & rubei, citri, spodij, tragacanthi ana ℈. 2. & grana 5. conficitur cum syrupo viola. pro acutis, & cum 8. mellis in interpolatis.

RVBEA trochiscata, rubea dicitur à colore rubeo, trochiscata, quia recipit plures trochiscos: reficit propriè virtutem naturalem grauatam humore cholerico. Data cum decoctione violarum, aut cum syrupo violaceo, intercipit tertianam simplicem interpolatam. Item data quasi ℥. 1. cum aqua rosa. ante horam accessionis tertianę, & quotidianæ, pulsus & nares inungendo cum eadem, affert sanitatem. Pillulę factæ ex ea, semine papaueris albi, & lactucæ datæ, & distemperatæ cum succo papaueris, & lactucę epithimata tẽporibus, conferunt contra vigilias, vt in declinatione phrenesis. Data à ℈. 2. vsq; ad 5. cum modico aureæ vel musæ æneæ ante horã accessionis tertianæ nothæ, aut cum æquali mistura ipsius aureæ, confert quotidianæ ex phlegmate dulci, & cum quarta parte theriacæ, & vino lymphato, confert quartanæ sanguineæ, & cum eadem confert quartanæ ex cholera adusta ex phlegmate salso, & noli me tangere. Oblata cũ æquali mistura aureæ, & theriacæ mithridati, cõfert febri erraticæ. Data vesperi cum decoctione violarum, confert dolori capitis ex fumis eleuatis à cholera, & à matrice, & dolori aurium, & surditati ex causa calida. Data cum decoctione rosarum, confert rheumati frigido, liniendo palatum cum ea confert excoriationi ipsius propter vomitum cholerę. Data cum tertia parte theriacæ, cõfert guttæ rosaceę, morpheæ sanguineæ, impetigini, & serpigini cholericis. Data cum decoctione balaustiarum confert casui vuulæ ab humoribus cholericis. Scrupulis ʒ. myrrhæ additis, confert empyemati, phthisi rheumaticis, differẽti cõsolidari. Data cum succo plantaginis, & retẽta in ore pillulæ ex ea, sistit sputum sanguinis. Data cũ decoctione olibani, sistit tussim ex phlegmate acri rheumatisante. Data cum succo menthę, stringit vomitum, nauseam, & laxationem vẽtris. Data cũ decoctione sandali rubei, cõfert icteritię. Data cum decoctione scolopendriæ, confert duriciei splenis, & dolori renum calidis. Data cũ decoctione scolopendriæ & olibani, confert diabeti calidæ. Data cum decoctione artemisiæ, confert retentioni menstruorum ex cholera, suffocationi matricis, & præcipitationi eiusdem, & impedimento conceptionis ex calidis causis, cum tertia parte theriacæ, & calida confert scabiei calidæ. ¶ Dosis eius est à ʒ. 1. vsque ad 2. seruatur p biennium. ¶ Rec. cinnamomi electi, liquiritiæ rasæ, papaueris albi, ana ʒ. ʒ. & ℈. 1. & grana 5. croci, rosarum, seminis hyosciami albi, seminis apij, an. ʒ. 2. & grana quindecim, spicænardi, violarũ, ana ʒ. 11. & grana 7. & s. garyophyllorum, styracis calamitæ, opij thebaici ana ʒ. s. trochiscorum de croco. trochiscorum, hedychroi, myrrhæ, anisi, ana grana quindecim, mellis despumati octo, ℥. & s. terantur & incorperentur.

TRIPHERA magna, dicta magna propter magnum fructum, quem affert mulierib⁹: respicit principaliter, & propriè membra virilia, & propagationis. Data cũ vino decoctionis olibani, resistit fluxibus rheumaticis. Data cũ semine papaueris albi, & lactucę inducit somnum suauem. Data peripneumonicis post decimum quartum diem cum vino, & myrrha mundificat, & abstergit saniem ab eis. Data cum vino decoctionis cimini, anisi, & costi consumit ventositatem stomachi, & intestinorum. Data cum vino decoctionis garyophyllorũ, anisi, nucis muscatæ, cimini, costi, compescit dolorem stomachi, & intestinorum. Data cum nucleis persicorum, & vino tepido occidit lũbricos, & ascarides. Data cum succo plantaginis, asseritur esse vtilissima contra vomitum, & egerentibus sanguinem, vt in dysentericis. Data cum succo arthemisiæ & supposita cũ oleo moscelino in bombace, p̃cipuè si ne opio p hebdomadã continuãdo, & innouãdo educit mucosos humores, & post mẽstrua abundãter, pessariũ ex ea immissum triduo cũ bõbace cõfert mirabiliter mulieri nõ cõcipiẽti ex humiditate. Data mulieri cũ vino decoctionis rad. mandrag. vel maioranę cõfert valde, vt mulier concipiat. Data cũ micleta, sanguine draco. cum aqua pluuiæ

pluuiæ,retinet menſtrua,& matrix emplaſtretur
cũ ea diſtemperata cũ ſucco plantagin. ante & re-
tro acuata cum nigella ſine opio, aperit hæmor-
rhoides:diſtemperata cum lacte mulieris, & ex-
hibita pueris,qui clamant nimis noctu,cõfert eis.
¶ Doſis eius eſt à ʒ.1.vſque ad 2.ſeruatur per bien
nium. ¶ Recipe opij,ʒ.2.cinamomi, caryophyllo-
rum,galangæ,ſpicænardi, zedoariæ, zingiberis,
coſti amari,ſtyracis,calamitæ, calami aromatici,
ciperi,ireos,peucedani,acori,corticis mandrago-
ræ,ſpicæ celticæ,roſarum,piperis longi,aniſi, fœ- B
niculi,apij,petroſelini, macæ.ſe. hyoſcyami albi,
dauci,baſiliconis,caryophyllatę an.ʒ.1.mellis de-
ſpumati,℥.10.incorporentur.

THERIACA magna, interpretatur domina
medicinarum:dicitur magna, propter mul
ta commoda,quia multis modis cõfert cor
pori humano:dicitur etiam Galeni,quia Galenus
eã inuentã ab Andromacho perfecit:reſpicit pro-
priè venena,& humores phlegmaticos, & melan
cholicos ꝓpriè venenoſos, & fortaſſe cholericos C
valde groſſos à natura, vomitum choleræ erugi-
noſæ vel praſſinæ penitus abſque febre ſiſtit: ipſa
enim præſeruat,& liberat potentius, & pręſtan-
tius cunctis cæteris medicinis à cunctis venenis,
totúmque corpus humanum pronum labi in du
ras infirmitates cõſeruat incolume, pręcipuè de-
crepitorum,ſecundariò ſenum cacochymorum,
calorem naturalem cõfortat,&viuificat,digeſtio-
némque læſã à frigiditate confortat, cacochymiã
& humores ſuperfluos conſumit,& prohibet flu D
xum eorum:Ipſa enim confortat membra princi
palia,ſcilicet cor,cerebrum,hepar,ſtomachũ.Nul
la medicina ei æquipollet in contemperanda cõ-
plexione humana,&conferẽdo ei in lętificatione,
& cõfortatione cordis,& ablatione triſtitię ab eo.
Cõſeruat ſanitatẽ ipſius, & vſa tuetur ab incurſu
morborũ peſtilẽtialiũ,roborat vires corporis,pręſtat vitæ longitudinẽ. Corpora ex generatione læ
ſa in frigido,& humido,præcipuè quibus mẽbra
neruoſa ſunt debilia,& humores procreantur ve-
nenoſi,vtantur ea congruè,ne incurrãt in vlterio E
res lapſus,vt paralyſim,tremorem, apoplexiam,
epilepſiam,ſyncopim,& artheticã. ¶ Cuius doſis
augetur,vel diminuitur,aut iteratur pondere v-
nius lupini vſque ad.ʒ.1. &. s. penes malignitatẽ,
vel amicitiam,vel quantitatẽ veneni, vel morbi,
penes diſtantiam membri læſi,& penes tempus,
complexionẽ,regionem,& etiam accipientis cõ-
fectionem ipſius. Nam confecta citra quatuor
menſes agit per virtutem miſcibilium partialiter F
operantium,& pòſt pubeſcens virtute reſultante
efficit virtutem fortium medicinarum vſque ad
decimumtertium annum in regione calida,& vſ-
que ad 15. in frigida. Confecta & reſeruata in re-
gione temperata aſſeritur à Modernis vigere eſſe
ctibus anno decimoquarto. Dehinc ex virilitate
in regione frigida viginti annis, & decem in cali-
da,ſcilicet vſque ad 30.vel 60. annum poſt tabe-
ſcendo viribus exſpirat circa 60. annum virilitas
eius. Compertum ſi medicina ſolutiua, vt ſca- G
monea, vel vomica, vt helleborus albus,exhibi-
ta cœperit educere,ipſa theriaca offeratur ponde
re duorum lupinorum,ſiſtet operationem phar-
maci ſtatim: vel ſi fuerit oblata,liberat canem,
vel quodcunqne aliud animal.ʒ.1.opij, vel aliam

A medicinam mortiferam optima eſt. ¶ Qui biberit
ʒ.s.ex ea qualibet quarta die, & tempore hyema-
li,cum aqua tepida,antequam comedat, ſecurus
erit à febribus putridis, & ab epilepſia, colica,
& membra eius erunt ſana ſemper: tardátque ſe-
nectutem accidentalem,& caniciem, & qui bibit
per annum tranſglutiendo quolibet die pondus
ſedecim granorum hordei ex ea,ſeu ſumat ex ea
diſtemperata cum frigida,comperitur non poſſe
lædi à veneno alicuius animalis,vel reptilis, nec
B medicina lætifera ei nocebit. ¶ Acceptio eius an
te epidimiam facit euadere ſumentem,& valet cõ
tra venenum interius aſſumtum, vt eſt opium,
cantharides,hyoſcyamus, mandragoræ, cicuta,
nux methel,fumus fungi pernicioſus, ſeu napel-
lus,ſanguis menſtruus,fumus rerum alchimiſti-
carum, caput veſpertilionis, corear animal par-
uum,cameſyr,ſeu grana pinguia nigellæ, ſimilia,
argentum viuum,auripigmentum,realgar,& cõ-
ſimilia. Offeratur triduò, ʒ.1. ex ea cum vino de-
C coctionis diptami,menthæ,gentianę,diminuẽdo
doſim qualibet die poſt reiectionem vomitu ſim-
plici,vel lenitiuo,ne ſuffocent,vel ſaltem per cly-
ſteriorũ ſubductionem,maximè cum accidentia
deſcendunt ad inferiora,aut vtroq; modo, maxi-
mè ſi cibis fuerit admiſta contra morſus ictũ, ſeu
fixuram venenoſorum,vt ſpecierum viperarum,
quamuis vt plurimum interficiat triduo venenũ
ſerpentum,draconum,magnorum tyrorum,ſcor
pionũ,apũ,veſparũ,aranearum, almugali ſimilis
D muſtellæ,centipedum,ſalamãdræ,veſpertilionis,
& ſimilium. Exhibita pluries cõſimiliter & ſuper
emplaſtrata poſt venenoſitatem curat eos, vnde
contra morſus canis,& hominis rabidorum offe-
ratur per annũ de quindecim in quindecim die-
bus,ne forte anno reuoluto venenum latẽs inua-
leſcat,& inductione phreneſis interficiat morſũ.
Cõtra potũ aquę fontis,in qua ſalamandra fuit ri
matrix ſerpens,ne interficiat hominem,detur:ſi-
militer cõtra potum aquæ, in qua fuerit regulus,
E ne hydropicum,aut lunaticũ efficiat. Cõſimiliter
detur contra calcationem ſaliuæ ſalamandræ, ne
inficiat totũ hominẽ. Cõſimiliter etiã cõtra eſum
fructus arboris,in cuius ſtipite fricuit ſe ſalaman-
dra,ne interficiat,detur. Cõſimiliter detur cõtra
morſum dypſæ ſerpentis exiguitatis tantæ, quòd
dũ calcatur,non videtur quod necat,antequã ſen
tiatur,& cõſimiliter offeratur & emplaſtretur, vt
antè dictis,contra morſum,ſeu viſum reguli albi
ſemipedalis,& maculis lineati, longitudine duo-
F decim digitorũ,& diademate inſignitur corona-
to,cuius tanta eſt iniquitas,quòd nedũ tangentẽ
eũ, etiam mortuus haſta longiſſima ſtatim inter-
ficit manu tenentẽ,imò olfactu,aut auditu ſibilo
necat ſerpentes,& aues etiã volantes longè, aut
viuens etiam plãtas,ſuper quas ſerpit quãuis mu
ſtella ruta ante comeſta interficiat eũ illæſa. Etiã
contra morſum ſerpentis coloris hyrundinei in-
terficientis duabus horis,& aſpidis dicti ab aſpe-
ritate cutis,coloris cinericij,& lõgitudinis à trib9
G cubitis vſque ad quinq; cubitos, habentis oculos
valde luminoſos, interficientis à duabus horis,
vſq; ad 3. & ſerpentis producentis dentes ſuper
dentes interficientis tactu,vel odore ſputi, ante-
quã fuerit reuerſus ad camerã, contra quorũ, &
ſimiliter necantium,vt effundẽtium ſanguinẽ, &

aut facicentium ſitire illationẽ, offeratur ilicò the
riaca conſimiliter. Si fortè poſſet conferre, contra
quorum ſerpẽtum ſurdorum illationem fortè nõ
confert, niſi feſtina ablatio membri, aut cõbuſtio
vltima penetrans. Sumta ante cibum & poſt, cõ-
fert cõtra cibum intoxicatũ. Data & etiam ſuper-
poſita confert vulneri ex ſagitta intoxicata. Data
in quantitate magnæ fabæ cum quatuor ℥. & 6.
aquæ calidæ præſeruat à nocumento aquę cor-
ruptæ &. ℈.1. ex ea datus liberat à nocumento a-
quæ corruptæ. ¶ Data cũ oximellite ſquillitico,
vel ſimplici, cõfert apoſtematibꝰ duris, & opilatis
abſq; febre Data pluries cum vino, confert cãcro,
& lupo antiquis. Data cũ decoctione agrimoniæ
cõfert fiſtul calidę & frigidę. ¶ Theriaca probata
offeratur nõ febricitanti & ſuperponatur anthra
cibus, & carbũculis ter in die, quouſq; rumpatur
apoſtema, & etiam confert eis vlceratis: bibita &
etiam ſuperemplaſtrata curat puſtulas malignas,
quæ quandoq; veniunt, & quandoq; recedunt,
quarum cauſa ignoratur. ¶ Quantitas magnæ fa-
bæ data ex ea cũ quatuor ℥.&.s. aquæ calidæ præ
ſeruat, ne morbi prolongati inducant corruptio-
nem formę, & ne antiqui dolores procreent apo-
ſtemationem in aliquo membrorũ nobiliũ. ¶ Põ-
dus vnius lupini ex ea datus cum tribus vel qua-
tuor ℥. vini & aquæ cõpeſcit rigores, frigus, & vo-
mitum euenictes in principio acceſſionis febriũ,
ʒ.1. ex ea data cum vino tepido, cacochymia dimi-
nuta, ante horam acceſſionis, curat quotidianas
ex phlegmate naturali. Data cum decoctione ani
ſi, aneti, & menthę medicatur quotidianã ex phle
gmate vitreo, vel acetoſo. ¶ Scrupulus 1. ex ea da-
tus cũ decoctione germandræ in vino, curat quar
tanã ex melancholia naturali, & confert febribus
ſextanis. Æqualis miſtura ex ea, & aurea alexãdri
na cum vino confert febri epialę. ¶ Data cum de-
coctione ſeminis rutę agreſtis confert artheticis,
ſciaticis, & podagricis à frigiditate. ¶ Data de
15. in 15. diebus cum decoctione coſti confert val-
de ſpaſmo ex repletione, & ex venenis anima-
lium, & venenis corroſiuis. ¶ Data cum decoctio
ne fumiterrę, confert valde ægritudinibus inficiẽ
tibus cutẽ, vt eſt ſcabies, impetigo, ſerpigo, mor-
phea, tinea, barras, & pruritꝰ. ¶ Scrupulus 1. ex ea
cũ alio ℈. aureæ, cõfert malo mortuo. Sumta plu-
ries cum vino decoctionis menthę emẽdat valde
varias lepras, & cõfert valde in principio eorũdẽ,
dando ex ea ℈.1. de quindecim in quindecim die-
bus cum ſucco fumiterræ eſt ex melioribus medi
cinis elephantiæ, & tyriæ. Oblata cũ duabus par-
tibus rubeæ trochiſcatæ, & ſucco eiuſdem eſt ex
melioribus medicinis leoninæ alopiciæ. Data cũ
decoctione ſtœchados cõfert melãcholiæ ¶ Data
cũ decoctione hypociſtidos, ſiſtit omnẽ fluxũ ſan
guinis, nariũ & menſtruorũ. Acuata cũ opio, & ſã
guine draco. ſiſtit fluxũ ſanguinis ab hęmorrhoi-
dibꝰ, ſi detur cũ ſucco plãtaginis, & millefolij. Da
ta recẽs citra quatuor mẽſes cũ modico vini lym-
phati, cũ calida prouocat ſomnũ fortiter, & cõfert
ſputo ſanguinis vndecũq;, ſiſtitq; decurſum hu-
morũ & catharrũ, & tuſſim, quod ſputũ ſi fuerit
prolõgatũ, detur cũ decoctione ſebeſten, veſperi
vel mane. Data cũ decoctione myrrhæ retinet ſu
dorẽ diaphoreticũ. Data pluries cũ aqua raphani
vel ſaluiæ curat paralyſim, torturam oris nouiter
inductã, tremorem & iectigationẽ. ¶ Data pluries
cũ vino, cõfert maniæ, alienationi, & alkicubuch,
& ipſa eſt cura ſubeth ex frigore exteriori, ſi dẽtes
lethargyci abſq; febre cõſtringantur, fricentur cũ
ea, poſt maturationẽ offeratur, & cõfert. ¶ ʒ.1. ex
ea data cũ tepida, liberat apoplecticum à paroxi-
ſmo, p̃cipuè ſi palatũ fricetur ex ea ʒ.1. &.s. vel.2.
℈.&.s. diſſoluta in vino. Data pluries cum deco-
ctione pœoniæ romanæ poſt gargariſmum, cum
aceto ſquillitico, curat epilepſiã præter cathale-
pſiam: fricando dẽtes cum ea liberat à paroxiſmo
epilepſiæ. Scrupulꝰ 1. ex ea & alius rubeæ trochi-
ſcatæ conferunt epilepſiæ ſanguineæ, & cũ aurea
alexãdrina, confert epilepſiæ melancholicæ. ¶ Da
ta nutrici & infanti confert epilepſiæ infantium.
¶ Scrupulus 1. ex ea & alius aureæ cõferũt lęſioni
memoriæ: vnus aureus ex ea datus cum decoctio
ne maſticis, curat ſcotomiã. Data cũ decoctione
betonicæ curat cephaleã, hemicraniã, & vertigi-
nẽ frigidas ex narcoticis: ipſa comperitur præci-
pua in omni fluxu à capite. Vſus eius cũ vino de-
coctionis eufragiæ confert viſui. Potus eius, & in-
iectio per nares, & per aures, confert ophthalmiæ
frigidę. Diſtemparata cum modico vino dulci, &
aliquantulo ſenæ, & infundẽdo lanã in eo, & in-
tromiſſa auribus, curat fortes dolores, & tinnitus
auriũ. ¶ Bibita & etiã emplaſtrata temporibus, cõ
fert valde doloribus dẽtiũ ex frigido à capite, vel
à ſtomacho, & confert anginæ rheumaticæ cum
diaolibano, ipſaq; cõfert cãcro narium. Linitio cũ
ea confert groſſitiei labiorũ, ex frigido: ablutio cũ
ea in ſucco mẽthæ cõfert fœtori oris, ex gingiuis.
Fricatio linguæ cũ ea, & aurea, & caſtoreo cõfert
molliciei, & humiditati linguę. Data confert ca-
ſui vuulæ ab humiditatibus. Data cum decoctio-
ne armoniaci, pulegij, ſtyptici, quale creſcit in Sẽ-
thonia cũ tãtũdẽ aureæ alexãdrinæ ſiſtit rheuma
ſtillans, & confert ſpuenti ſaniẽ, & habenti vlcus
in ſtomacho. Data cum vino aromatico, vel cum
cordialibus confert cardiacæ & tremori cordis, &
ſyncopi frigidis fricãdo os cum ea, & potione mu
ſti confert paroxiſmo ſyncopis frigidę. Data cum
decoctione olibani confert arteriacis, & hepaticis
vitio putredinis. cum decoctione ſtypticorum, &
hæmottoicis vitio pectoris vel pulmonis cum vi-
no cocto. Data peripneumonicis cũ oxymelli, &
poſt cũ vino decoctionis marrhubij, vel in pillulis
cum puluere myrrhæ, confert poſt eruptionẽ pu
ris contra raucedinẽ vocis ex opilatione, vel rheu
mate à cerebro, & aſthma. Teneantur pillulæ ex
ea in ore ſucco liquiritiæ addito, poſtea detur vnꝰ
lupinus ex ea cum melle, & dragãto. Data cũ mel
le quantitate fabæ cum rob vuæ vel hydromelli-
te, aut retenta in ore confert cõtra abſciſionẽ vo-
cis, & contra cõſtrictionem pectoris, quibus time
tur mors ſubitanea, quãdo prouenit ex cibis. Da-
ta cum decoctione aſari, confert dolori pectoris,
& laterum abſq; febre. Dando lupinum vnum ex
ea cum vino veteri, vel cũ ſucco mẽthæ cõfert bu-
limo, ſingultui, & vomitui frigidis, & nequeũti ci
bum digerere cum defectu appetitus, & illi, in cu
ius ſtomocho cibus areſcit citò à ſtomacho humi
do, aut debilitati virtutis. Data cũ vino curat con
feſtim torſiones, & dolores ventris ex frigiditate,
& confert multitudini ſputi frigidi: & vnus lupi-
nus ex ea datus cum hydromellite, curat vento-
ſita-

ſitatem groſſam viſcerũ. Data cũ 6. ℥. vini cõfert contra appetitum caninum. Data cum decoctione balauſti. cõfert valde omni fluxui ventris abſq; apate, & abſque febre, & ipſa eſt res magis iuuans in fluxu vẽtris ex opilatione, ipſa balſamita ſtringit mirabiliter fluxum dyſentericum. Data cũ ſucco menthæ confert lienteriæ ex vtraq; cauſa. Data cum ponticis, vt eſt decoctio nucis cypreſſi, in pluuiali, confert fluxui ventris hepatico ex debilitate contentiuæ & expulſiuæ. Data pondere duorum lupinorum ſiſtit fluxum ſuperfluum plantarum ſolutiuarum. Et ipſa data cũ vino decoctionis aniſi, confert puncturæ ex vẽtoſitate, & emiſſione ipſius inuolũtariè. ¶ Data cum decoctione aſari cõfert icteritiæ chronicæ cũ vrina alba ex opilatione, vel venenis, & curat icteritiã nigram à frigiditate hepatis propriè. Vnus lupinꝰ ex ea datus cũ decoctione diureticorum confert hydropiſi, & confert valde in declinatione ipſius. Data cũ decoctione apij, poſt clyſtere mollitiuum, ſubuenit ilioſis ex humoribus viſcoſis, aut ex venenis. Suppoſita in moſcellino cum bõbace profundè, vel cum clyſteri, confert colicæ, tenaſmomi. Data cum vino decoctionis rutæ & ſaluiæ, confert colicæ ventoſæ, vel debilitati expulſiuæ. Data cum decoctione abrotani interficit aſcarides, pluries ipſa retinens adhuc vim opij. ¶ Data cum decoctione ſaxifragiæ, & milij ſolis nephreticis & calculoſis, curat eos, & mitigat dolorẽ lapidis renũ ex frigida cauſa, comminuit ipſum, & prouocat, & cõfert valde difficultati vrinæ ex humiditate, apoſtemate, debilitate ſenſus, vel frigore, & diſtillationi ipſius Detur infantibus cũ lactæ matris, vel matri ʒ.1. ex ea cũ ʒ.1. mithridati exhibita cũ ſucco plãtaginis, cõfert mictui ſanguinis. Data cũ athanaſia, & cũ ſucco mẽthę confert diabeti, & diſpnię frigidis. Data cũ vino decoctionis zingiberis, confert impotẽtiæ ex maleficijs. Data cum oxymellite, vel cum vino decoctionis caſtorei ſoluit vrinã & diſtillationẽ ipſius retẽtã ab humore groſſo, ſãguine cõgelato, ſanie, mortificatione, expulſione aut ſumtione narcoticorum. ¶ Data cũ vino decoctionis ſaluiæ cõfert pręcipitationi matricis ex paralyſi, vel humore frigido. Data cũ decoctione calamẽti, cõfert cõtra humiditates frigidas matricis, & etiã ſuppoſita cũ lana ꝑ noctẽ educit à matrice plurimas humiditates, vel ſuperfluitates. Data cum decoctione diureticorum, cõpeſcit dolorẽ prouenientẽ ante emiſſionẽ menſtruorum. Data cum decoctione arthemiſiæ vel calamẽti, prouocat fœtum mortuum, & menſtrua. ¶ ʒ.s. ex ea data cum vna ʒ. raſuræ eboris diſtẽperati cũ modico aquę calidę, mulieri pingui, vel frigidæ, fœcundat eã prole, & ipſa bibita ſterilisat perpetuò macilẽtã. Peſſariſata cõfert impedimẽto cõceptionis ex pinguedine matricis. ¶ ʒ.s. ex ea data cum ſucco porri, vel cũ oxymellite ſquillitico accelerat partum, & ſecundinã: tamẽ interficit fœtum, ſuperinuncta cõfert extremitatibus ſuperinfrigidatis, ne corrumpãtur, & fit ſic. ¶ Recipe trochiſcorum de vipera, & diacoralli a. ʒ.1. & ℈.1. trochiſcorum ſcilliticorum ʒ.2. & ℈ 2. piperis longi ʒ. 2. minꝰ 7. granis, opij, agarici, roſarum, iridis, allii agreſtis, ſeminis rapæ, ſyluaticæ, cinamomi, balſami, rhabarbari, croci, ſpicænardi, coſti, ſcœnãthi, zingiberis, caſſiæligneæ, ſtyracis calamitæ, mirrhæ rubeæ, terebinthinæ, olibani, diptami, calamẽti, ſtœchados arabici, polij mõtani, radicis pentaphylonis, ſeminis petro. piperis albi an. ℈.1. & grana 7. folij, gummi arabici, radicis acori, vitreoli vſti in teſta, vſquequo immutet colorẽ, ſerapini, terræ ſigillatæ, ſeu boli, armeni, ſucci hypociſti. ſpicæ celticę, chamædreos, chamæpitheos, in alijs cãphoræ, gẽtianæ, meu, carpobalſami, amomi, ſe. apij, marathri, carui agreſtis, ſeſeleos, ſe. naſturcij, aniſi, hypericonis, mumiæ, caſtorei, opoponacis, aſpalti, galbani, centaureæ minoris, ariſtolochię longæ, dauci ſyluatici an. ℈.1. mellis deſpumati quaſi ℥.15. terenda & trochiſci ſemoti terãtur, & gummi in vino liquefacta cõmiſce cũ melle, poſtea pulueres, & vltimò muſcus diſtemperatus, parum vini incorporãdo, & reſerua in vaſe vitreo, ſtanneo, vel plumbeo nõ pleno, bene obturato cũ corio, tamẽ tenẽdo ipſũ apertum qualibet die, quaſi per horã, ſex mẽſibꝰ.

THERIACA diateſſeron. i. de quatuor medicinis, quibus antiquitus conficiebatur, quã ſerpentes effugiunt: propriè confert hominibus intoxicatis à morſu omniũ animaliũ venenoſorum, maximè ſcorpionis, & aranei: nã bibita cum ſucco menthæ, & iniecta ſuper morſurã confert valde, ſuperiniecta ſanat apoſtemata venenoſa, vt malũ mortuũ, & anthracẽ mirè deſtruit. Data cum decoctione gentianæ, vel ſeminis rutæ agreſtis, ſubuenit quotidianæ, & quartanæ veris. Vſa quadraginta diebus confert quartanæ veræ. Data cum decoctione hyſſopi, & ficuum, confert peripneumonicis, poſt eruptionẽ puris, hæmopthoicis, & empyricis Data cũ vino decoctionis garyophyl. & rutæ confert ſyncopi ex phlegmate groſſo, vt ex colica, vel ex ſuffocatione matricis. Data cũ decoctione nucis muſcatę & garyophyllo, cõfert ſtomacho frigido. Data cũ vino decoctionis ariſtolochię cõfert ſuffocationi ab eſu fũgorũ: Et etiã cuilibet veneno intus vel extra. Data cum decoctione ſumach confert dyſenteriæ. Data cũ decoctione rutæ & ſaluiæ, confert virtuti expulſiuæ debilitate, paſſioni colicę. Data cũ decoctione tamariſci, comperitur fore optima in opilatione ſplenis abſq; febre. Data cum decoctione milij ſolis confert ſtranguerioſis: emplaſtratio cum ea cõperitur conferre dolori ſpinæ ex frigiditate vel ventoſitate. Data cum decoctione diureticorum & arthemiſiæ, cõfert molæ matricis. Data cum vino decoctionis myrrhæ prouocat fortiter aborſũ .i. fœtum mortuum: ſuppoſita cum nigella, prouocat menſtrua, & ex magis præſeruantibus ab arthetica frigida, & oblata curat & eradicat eã perfectè. ¶ Doſis eiꝰ eſt à ʒ.1. vſq; ad 2. Rabi Moſes iubet dari ex ea cõtra venena à ʒ.2. vſq; ad 4. ſeruatur ꝑ biẽniũ, & fit ſic: ¶ Recipe gẽtianę, ariſtolochiæ rotundæ, baccarum lauri excorticatarum, myrrhæ rubeæ an. ℥.1. & ℈.2. & 8. grana diptami, chamædreos, ſeminis rutę agreſtis an. ʒ.1. & ℈.2. & gra. 8. gummi hederę, vitreoli vſti in teſta, vſquequo immutet colorẽ, an ʒ.1. hederæ magnæ, oſſis de corde cerui vſti an. ʒ.3. mellis deſpumati quaſi ℔.1. incorporentur & reſeruentur.

THERIACA ex lilio Pauli, ab Armeno compoſita, ab antiquis comperta, cæteris theriacis præſtantior ad morſus viperarum, & potiones venenoſas & mortiferas. Data cũ vino vel melle decoctionis gẽtianæ, & etiam data cum

frigida,cõfert iliosis,hepatis dolori, & pleuriticis
cum hydromellite,& cum oxymellite cõfert sple-
neticis,stomachicis cum aceto:& aqua calida cõ-
fert nephriticis calculosis,guttatim mingentib⁹,
ictericis & hydropicis. Consimiliter data cũ ace-
to,& aqua calida proficit tremulosis,&spuẽtibus
sanguinem.Data post partũ cũ decoctione fœnu-
græci expellit secundinã,& prodest omnibus do
loribus matricis,imposita dẽti corroso,& ad plu-
ra alia cõfert.¶Recipe piperis albi, seminis hyos-
cyami al.an.ʒ.20.opij ʒ.10.croci ʒ.5.euphorbij,a-
momi,pyrethri,castorei,foliorum dauci, seminis
rutæ agrestis,rosarũ rubearũ siccarũ,serapini,rha
barbari,costi,styracis calamitæ, myrrhæ rubeæ,
anisi,carui,cassiæligneæ,menthastri,cardamomi,
baccarũ lauri,an.ʒ.1.spicænardi,seminis apij hor-
tulani,& montani balsami,olei rosacei,cyperi,an.
ʒ.2.mellis despumati quasi ℔.2.incorporẽtur, &
reseruentur.Et hæc de opiatis sufficiant.

De Tripheris, Cap. XXII.

DE TRIPHERIS ingeniati sunt antiqui
adinuenire tripheras cũ myrobalanis,
quatenus principaliter cum eis subdu-
cantur humiditates,contentæ in cõca-
uo stomachi,nequeuntes metu rupturæ alicuius
venæ vel consimilium,vt per vomitũ,aut per me-
dicinam acuatam educi:illę enim confortant ori-
ficiũ stomachi,& deducũt superflua ad inferiora,
quæ quidem humiditates,si adhęrent villi stoma
chi incolumitãtur cõmistione hierępicrę cũ eis,
cętera numerãtur in tripheris:& cũ ponũtur,sũt
ꝑpter diuersitatẽ ægritudinũ,& locorũ,& offerũ
tur stomacho ieiuno, differendo alimentũ donec
suã perfecerint actionem,vt prosint,& nõ obsint.

DE TRIPHERA saracenica : triphera inter-
pretatur iuuenalis :saracenica, quia à Saracenis
inuenta fuit:facit enim reuerti calorẽ connatura-
lem,quo quis videbatur senex effect⁹:respicit vir
tutẽ naturalẽ,& animalẽ. Data cum decoctione
senæ est peculiaris melancholicis, & confert ma-
niacis,vertiginosis,&cardiacis ex cholera adusta.
Data cum infusione myrobalanorum citrinorũ
restaurat visum amissum fumo cholerico,& cum
decoctione senę restaurat visum amissum fumo
melancholico.Nota, triphera minor confert per-
ditioni visus magis q̃ omnis alia medicina. Data
cũ decoctione liquiritię,& fœniculi mundat spiri
tualia.Data cum decoctione prunorum, & viola-
rũ purgat stomachum,& hypochõdria à cholera.
Datur propriè epilepticis,& patiẽtibus dolorẽ ca
pitis ex fumositatibus cholericis cũ ℥.1.rhabarba-
ri,& cũ succo scariolæ confert mirabiliter calefa-
ctioni hepatis & icteritiæ,& præseruat ab hydro-
pisi calida in principio ipsius. Data cũ infusione
myrobalanorum citrinorum,confert excessui ca-
loris manuum,& pedum. Data cum decoctione
diureticorum purgat hepar, & ductus vrinales.
Data cum decoctione passularum,& florum bor-
raginis purgat choleram adustam,& infirmitates
ex ea generatas, & cum eisdem,& succo fumiter-
rę,& est medicina scabiei,pruritus,impetiginis,&
serpiginis ex cholera adusta:vel cum decoctione
violarũ cum fuerit ex cholera. ¶Dosis eius est ab
℥.s.vsq; ad ℥.1.& senescit post annũ. ¶Recipe cor-
ticis myrobalanorum citrinorum gumosorũ,me-
dullæ cassiæfistu.tamarindorum mundatorum à
nucleis an.℥.1.&.s. sacchari albi ℥.3. chebulorum
mundatorũ,mannæ an.ʒ.6.&.℈.2.& grana 5. my
robalanorum indorũ,violarũ an.℥.s.anisi, mara-
thri ʒ.2. & grana 15.masticis,macis an.ʒ.1. & gra-
na 15.&.s.belliricorũ,& emblicorũ an.ʒ.s. & gra-
na 4.conficitur sic:Vnciæ 3.violarũ recẽtiũ,si pos
sint haberi,vel aliarũ ℥.4.bulliãt in 2.℔.aquæ dul
cis,donec aqua acquirat purpureũ colorẽ,& vio-
læ amiserint colorẽ propriũ,colẽtur,in cui⁹ parte
colaturæ medulla cassiæfistul. & tamarindi addã
tur,& dissoluantur:& in alia parte appone 1.℔.&
8.℥.sacchari, & fiat syrupus coquendo, donec fa-
ciat filum, & tunc imponũtur colaturæ cassiæfi.
& tamarindi continuè agitando cum spatula, &
tunc coquatur perfectè,lentè ad spissitudinem,&
deponatur ab igne, & eo modicum infrigidato
puluis specierum incorporando apponatur.

ALCANTALVM .i. bonũ initiũ:respicit pro-
priè membra naturalia lęsa à cholera.Datũ
patienti febres acutas cum syrupo violaceo
vel cũ calida,purgat eũ.Datũ cũ duabus vel trib⁹
ʒ.rhabarbari electi,& cum tepida distemperetur,
medetur mirabiliter.Datũ cũ calida, cõfert valde
contra calorẽ oculorũ ex ascensu fumositatũ cho
leræ rubeę,vel ex febre acuta. Datum hepaticis,
& ictericis cũ decoctione scariolæ,vel fœniculi,&
capil.vene. confert valde, seruatur per annum &
plus.¶Recipe corticis myrobalanorũ citrinorũ,
emblicorũ,chebulorũ an.ʒ.7.indorũ mũdatorũ ʒ.
6.se.portulacæ violarũ,se.scariolæ an ʒ.1.bellirico
rum,an.ʒ.1 & 6.grana.marathri ʒ.2.& 8.grana,ca-
lami aroma.ʒ.2.& grana duo.cinamo.spicænardi,
croci,costi,masticis an.ʒ.2.&.℈.1.tamarindorum
mundatorum à nucleis ℥.2.nenupharis,been,ru.
an.ʒ.1.& grana 4.medullæ cassięfi.4.℥.syrupi vio
lacei,quãtum sufficit. Conficitur sic: in duab⁹ ℔.
aquæ dulcis bulliant ℥.1.violarũ, donec aqua co-
loretur aliquantulum,pòst deponatur& coletur,
de qua accipiatur quart.s.cum aqua distemperes
tamarindos,& cassiãfistu.& colẽtur per cochlear
&in alia colatura distẽperetur ℔.1.& s.sacchari,&
bulliat vsque ad perfectionem:postea addatur co
laturæ cassiafi.& tamarindi,& iterum bulliat vsq;
ad spissitudinem.s. vsquequo gutta posita super
marmor adhæret,vt mel,& tunc deponatur ab i-
gne, & modicũ infrigidato incorporetur puluis
supradictarũ specierũ,agitãdo semper cũ spatula.

De Electuariis solutiuis,
Cap. XXIII.

BENEDICTA dicitur:quia ab omnibus
à quib⁹ accipitur,benedicitur propter
suum effectum incolumen : virtutẽ re-
spicit naturalẽ propriè inferiorum læsã
humores phlegmaticos expellendo. Data cũ de-
coctione garyophyl.& nucismuscatę post inũctio
nem cũ oleo calido,confert cephaleæ ex humori-
bus frigidis,in meningis capitis. Data cum deco-
ctione hordei,tragacanthi,gummi arabici, liqui-
ritiæ & succi eiusdẽ in aqua dissoluãtur quatuor
semina frigida,valet pleuriticis, & peripneumoni
cis ex phlegmate.Data cum vino decoc. masticis
confert stomachicis ex frigida causa. Data cũ de-
coctione asari,& scœnãthi,confert epilepticis, &
leucophlegmaticis.i.hydropicis. Data cũ deco-
ctio-

ctione milij solis & saxifragiæ & scolopẽdriæ pur
gat renes, & vesicam, & confert lapidi ex frigido
diabeti, impotentiæ frigidæ, præcipitationi matri
cis, & paralysi vel humoribus frigidis cum deco-
ctio. garyophyll. Data cum triplo sui hermodacty
lorum curat podagram, & arteticam frigidã, præ-
cipuè dum est in fluxu: iniecta cum decoctione
maluæ, mercurialis, senetionis, oleo & melle post
fomentationem viscerum in aqua salsa, comperi-
tur conferre valde colicæ & iliacæ: quòd si per al-
uum deijciat, detur benedicta per os, & si non, nul
lo modo offeratur. ¶ Dosis eius est à ʒ. ʒ. vsq; ad 5.
saluatur per bienniũ, quã aliqui acuũt cũ esula re-
pressa, vel hermodactylis. ¶ Recipe turbith gumo
si abrasi, sacchari abrasi al. hermodactylorum, dia-
gridij, rosarũ rub. ʒ. 5. garyophyllorũ, spicæ nardi,
zingib citri, saxifragiæ, seminis petro. piperis lon-
gi, amomi, seminis lini, salis gẽmæ, galãgæ, macis,
carui, agarici, marathri, seminis asparagi, & brusci,
milij solis an. ʒ. 1. mellis despumati ℔. 1 & ℥. 7. in-
corporẽtur & puluerisentur oĩa, & diagridiũ mol
liatur per se non terẽdo, & imponatur post impo
sitionẽ puluerũ, & vltimò ponatur saccharũ pul-
uerisatum: alij addunt olibani, myrobalanorum
indorũ, masticis, lapidis lyncis, polypodij, ros. se
minis petro. macæ an. ʒ. 1. &. s. esulæ ℥. s.

BLANCA dicta est, qa purgat humores albos
.i. phlegmaticos principaliter, secũdariò me-
lancholiã, ꝓpriè respicit virtutẽ naturalem,
& animalẽ, educendo propriè phlegma à partibꝰ
superioribus, & ab eis vicinis, quæ non detur sõ-
la Data cũ oxymellite scillitico, cõfert cephaleæ
frigidæ & apoplexię, fricando dentes constrictos
lethargicorũ absq; febre, est optimũ phlegma edu
cendo. Data cum puluere castorei, & saluiæ, con-
fert paralyticis, & tremulosis: tamẽ si paralysis sit
in lingua, teneatur sub ea. Data cum decoctione
pœonię cõfert epilepsiæ. Emplastrata cum succo
rutę super caput, cõfert eidẽ. Occipitio emplastra
to cũ ea & cum melle anacardino, frequẽter con-
fert cellulæ memoriali læsæ à frigiditate. Data cũ
vino odorifero, vel cũ decoctione nucismuscatæ,
cassięligneæ & ligni aloes, cõfert doloribus oculo
rum ex ascensu fumositatum, & tumoribus phle-
gmaticis, & coloratis aliqualiter sang. Data in pil
lulis cum nuce muscata, castoreo, & olibano, facit
optimè lippis ex frigiditate, & cõtra omnia, quæ
perturbant cellulã phantasticã, rationalem, & me
morialẽ. Data cũ decoctione anisi purgat humo-
res viscosos, & vẽtositatẽ à stomacho, & ab inte-
stinis: vnde cõfert dolori stomachi, & colicæ. Da-
ta cum decoctione fœni. filipẽdulæ, & thamarisci
cõfert spleneticis. Data cũ decoctione diuretico-
rum, cõfert hydropisi. Data cum puluere hermo-
dactylorum, cõfert podagricis frigidis. ¶ Dosis e-
ius est à ʒ. 1. vsq; ad 2. cum vino calido, & in forma
electuariorũ, vel in pillulis seruatur per bienniũ.
¶ Recipe agarici, terebinthinæ, opoponacis, galba
ni, assæ fœtidæ, serapini, castorei, antimonij, sul-
phuris viui, bdellij, aspalti, armoniaci, styracis li-
quidæ, carnis leonis, diagridij, euphorbij, pulpæ,
colocynthidos, hellebori nigri, polypodij, tapsiæ,
pyrethri, scœnãthi, peucedani, asari, cyperi, radi-
cis pœonię, chamædreos, betonicę, polij mõtani,
amomi, seminis leuistici, & rutæ domesticæ, sati.
dra. an. ʒ. 1. cinamomi, garyophyll. macis, cardamõ
mi, anisi, marathri, balsami, an. ℈. s. ambrę grana 5.

A mellis despumati ℔. 1. & ℥. 5. incorporẽtur. s. tera-
tur ambra cum aliquãtulo puluerum aliorum, &
imponantur gummi, & alia, vt dictum est in ca-
pitulo triturationis.

DIASENA dicitur, quòd plus recipit de sena,
quàm de alijs speciebus, cõfert propriè me
lãcholicis tristibus, & his qui sunt sine me-
moria ex melancholia: educit enim melancholiã,
& cholerã adustã sine molestia. Datũ cũ vino sto-
macho ieiuno cõfert obliuiosis, & omnibus habẽ
B tibus debile cerebrum. Datum cum decoctione
borraginis, confert syncopi, cardiacæ, & melãcho
licis. Datum cum decoctione capparũ, cõfert sple
neticis læsis à melancholia, quamuis datum cum
calida educit materiã quartanæ. Tamẽ si detur an
te statum, duplicat vel triplicat eã, aut fortè efficit
eã cõtinuã mortalẽ. ¶ Dosis est ab ℥. s. vsq; ad ʒ. 6.
& cũ vino calido infusionis ꝑ noctẽ sub dio in me
dia nocte, seruatur per bieniũ ¶ Recipe foliculo-
rum senæ purgatorum ℥. 3. auellanarum tostarũ
C serici recẽtis tosti in olla terrea sic ne cõburatur ʒ.
2. lapidis arme. ʒ. 1. saccha. ℥. 5. addatur turbith, thy
mi, epithymi, diagri. masti. an. ʒ. s. cõficitur sic, assẽ
tur auellanæ in vase terreo continuè commouẽ-
do, post excorticentur, deinde terantur subtilissi-
mè, & conficiantur cum 1 ℔. & 2. ℥. mel. despuma
ti, quibus superaddatur puluis cæterarum spe-
cierum, incorporetur, & reseruetur.

Si detur quartanariis ante statum nocet valde.

ELECTVARIVM optimè purgans phlegma,
conferens senibus, & debilibus delicatis, &
D morbis ex phlegmate: quòd oblatum pluries
confert scrophulis. Dosis eius est à ʒ. 2. vsq; ad 4.
cum vino calido. Recipe turbith albi ℥. s. zingib.
al. ʒ. 1. &. s. puluerisentur cum saccharo.

ALIVD ad idẽ inusitatũ, qđ datũ de mane cũ
vino remollitionis galangæ & zingib. cõfor
tat stomachũ, & digestiuã. Dosis eiꝰ est à ʒ.
2. vsq; ad 4. seruatur ꝑ annũ. Rec. rosarũ ru. nucis
muscatæ, liquiritiæ rasæ, se. cucu. an. ʒ. 1. &. s. florũ
viola. garyoph. spodij, amyli, se. melissę an. ʒ. 1. spi-
E cænardi, sandali al. & rubei, tragacãthi, se. citrulli
an. ʒ. 2. & s. & grana 4. margaritarum, ambrę, lima
turæ auri, & argenti, an. ʒ. 1. sacchari ℔. 3. & exce-
dit: fiat electuarium.

OXYMEL Iuliani, dictum, quia ipsum inue-
nit: respicit propriè iuncturas, læsas ab hu-
moribꝰ frigidis, imbibitis in articulis, & no
dis, & in alijs mẽbris post mollificationẽ cum epi
thematibꝰ ex malua, & brãca vrsina, cõfert eis mi
rabiliter educendo humores pingues, & tenues
F mistos, omnia mẽbra debilitata aliquo humore
purgãdo cõfert, ita, vt operationes naturales resti
tuat cõfirmata. ¶ Dosis eius est ab ℥. s vsq; ad ℥. 1.
mane & meridie sero cũ calida: quod si ipsum for
tius facere volueris, pone in eo ℥. 2. diagridij gros-
so modo puluerisati: seruatur per annum. ¶ Reci-
pe foliorum rutæ domesticæ, origani, cataputiæ,
excorticatæ, se. laureolæ, squillæ, pulpæ colocyn-
thidos, cimarum ebuli, se. canabis, corticis, media
ni, sambuci an. ʒ. 4. thymi, cimarum sambuci, cor-
G ticis mandragoræ, agarici, polypodij, spicęnardi,
epithymi, ellebori albi, acori, anisi, anethi an. ʒ. 2. i-
reos, foliorum costi, reupontici, asari, hysopi, amo
mi, hypericonis, cymini an. ℥. 1. lini, pini gumosi,
℔. 1. aceti fortis ℔. 2. &. s. cõficitur sic: Cataputia,
costus, agaricus, anysum, cyminum, se. laureolæ,
spica, terantur, cætera infundantur in aceto per

triduum,& coquantur pôst vſque ad conſumtionē medietatis,& colentur,in cuius colatura mittatur mel,&ſyrupetur ad ſpiſſitudinem mellis,& tunc depoſito ab igne imponatur puluis cæterarum incorporando.

POTIO SANCTI Pauli:potio dicitur à potãdo,ſancti Pauli,quia Paulus apoſtolus eá cõpoſuit:reſpicit propriè virtutem animalē humoribus frigidis grauatam, quæ parum laxatiua exiſtens offertur caliditate, & ſiccitate ſua loco opiatæ. Vnde data cum decoctione betonicæ confert propriè dolori capitis,hemicraniẹ,& vertigini frigidis. Data cum decoctione pœoniẹ,cõfert epilepſiæ,cathalepſiæ,& analepſiẹ,data pondere 5.denariorum apoplectico,cum vino decoctionis caſtorei,hora acceſſionis,vel iniecta p nares confert. Data cum decoctione caſtorei, & ſaluiæ,& ſuperiniecta cõfert paralyſi & tremori. Data cum decoctione olibani cõfert peculiariter maniacis,& melãcholicis. Data cũ vino decoctionis aſari,confert hydropicis. Data cũ vino decoctionis thamariſci,confert ſpleneticis. Data cũ decoctione petro.macæ,& aſari, confert nephriticis à frigiditate renum. Suppoſita cum moſcellino in bombace, prouocat mirabiliter mẽſtrua. Data cũ vino decoctionis calamẽti tempore hyemali, vel vernali ante horá acceſſionis,cõfert quartanæ melãcholicæ. ¶ Recipe pulpæ colocynth ℈. 1. & grana 7.nitri ʒ.& ℈.1.caſtorei & antimonij petro.macæ,folij,baccarum lauri,ſeſeleos,ſe.apij,marathri, dauci,ſtaphiſagriæ,an ʒ.1 &.s.ſalis armoniaci,calami aromatici,epithymi an.ʒ.s myrobalanorum citrinorum,liquiritiæ,tragacanthi,pœoniẹ,pyretri an.℈.2.coſti,agarici,maſticis,ariſtolochiæ longæ,& rotundẹ,ſucci caulium agreſtium,aſari,ſaluiẹ,radicis ſerpentariæ minoris,diptami, ſeminis baſiliconis,foliorũ brancæ vrſinæ, ſeminis balſamitẹ,pulegij,chamẹdreos,origani,ſaturegiæ,triũ piperum,ſe.rutæ an.℈.1.& 4.grana,balſami,ſpicæ nardi,croci,ſcœnãthi,caſſiæli.myrrhæ,opoponacis,ſulphuris viui,corticis mandragoræ,gẽtianæ, ſauinæ,amomi,euphorbij, ſãguinis merguli auis an.℈.1. cinamomi electi,garyoph. zingib. anacardi,xilobalſami,reupontici,peucedani, ſtyra. calamitæ, ſerapini,aſſæfœtidæ,ſanguinis dra.coaguli leporis,agni,vituli,capreoli, fellis vrſi. ſanguinis anatis re.petrolei an.15.grana, herbæ paralyſeos ʒ.7.&.4.grana,mellis deſpumati ℔. 2. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.ʒ.vſque ad 6. & pro opiatis, vſque ad 2. & ſeruatur per annum.

THEODORICON.i. à Deo datũ: dicitur anacardinum ab anacardis,qui imponũtur, cõfert mirabiliter in vltimata malicia ,ſeu corruptione memoriæ ex frigido,& humido, omne humidum ſuperfluum educendo, &cõſumẽdo, maximè partis poſterioris,& eſt fortius in conſeruatione ſenſus,& cõſeruat valde ipſum, cõfert etiá corruptioni imaginationis,& eſt vltimum ad vertiginẽ,& ad obliuionem,& cõfert lethargo, epilepſiæ,tremori,apoplexiẹ,& paralyſi linguẹ. Datum cũ decoctione turbith,ſi fuerit ex phlegmate,vel ſenæ,ſi fuerit ex melancholia, reducit alienatos ad conſenſus proprios. Datum cum decoctione olibani exſiccat rheuma capitis,maſticatione facta cũ eo,educit multũ phlegmatis in lethargicis. Datum cum decoctione myrobalanorũ cõditorum confortat viſum. Reſolutũ in moſcellino & auribus immiſſum, confert ſurditati & tinnitui. Datum cum vino infuſionis ſenæ auffert cordis anguſtiam,& defectũ eius,&pulſum,& timorem ſine cauſa malicia. Datum cum vino infuſionis garyophyl.cõfert ſyncopi ab humiditatib⁹ ſtomachi, tenendo in ore pillulas ex eo factas, cum amylo tranſglutiendo clarificat vocem impeditã. Datum cum vino decoctionis gẽtianæ, confert anheloſis & aſthmaticis. Datum cum decoctione alcofol confert fœtori axillarum,plus quàm omnis alia medicina. Datum cũ vino decoctionis nucis muſcatẹ ſiſtit ſitim cauſatã ex indigeſtione & confert ſtomachicis ex frigiditate. Datum cũ decoctione diureticorum confert hepaticis, ſpleneticis,nephriticis,hydropicis,& ictericis ex opilatione venarum hepatis,ſtrãguriæ & dyſuriæ ex groſſis humoribus. Dãdo.ſ.ab argẽteo vſq; ad aureũ,in pluries ex eo quinquiennali ſiſtit fluxũ vẽtris ex repletione corporis confortãdo mẽbra, & remouendo opilationes. Sũtum per os, & clyſteriſatum cum decoctione mercurialis,& mellis,cõfert omnibus paſſionibus cholericis frigidis. Peſſariſatum cum ſucco arthemiſiæ,rutæ,&cum decoctione maluarũ ſubuenit mulieribus, & valet multũ cõtra molã matricis. Reſolutũ cũ moſcellino,vel meli⁹ cũ ſucco arthemiſiæ,& ſuppoſitũ cũ bõbace ꝓuocat mẽſtrua à frigiditate retẽta,vel opilatione potentius cæteris medicinis, & iuuat cõceptũ ab humiditatibus impeditũ. Suppoſitũ vel peſſariſatũ cũ trib⁹ ℈.tartari extenuat pinguedinẽ,&cõſumit mucilagines viſcoſas ſterilitatem cauſantes. Mulier ſuffumigata cũ eo.& cortice caprifici cõperitur liberari à partu. Datum cum decoctione raphani cõfert paraliticis,& hecticis peculiariter,& podagricis. Datum cum decoctione ſenẹ & fumiterrẹ cõfert leproſis.& alopiciæ melãcholicæ. Doſis eius eſt à ʒ.ʒ.vſq; ad 6.ſeruatur per bienniũ efficaciter. ¶ Rec. anacardi ʒ.ʒ. & s.radi.ireos,caſſiæligneæ an.ʒ.6.15.granis minus,zingib. al.carpobalſami an.ʒ.4.&.s.folij,ſpicænardi, corticis myrobalanorũ citrinorũ,menthæ, epithymi an.ʒ.2.&.℈.1.garyoph.ſcœnãthi,reupõtici, maſticis an ʒ.1.& grana ʒ.&.s. Coficitur ſic: accipe corticũ radicis fœniculi,collectorũ in Maio,vel in Iunio bene ablutorũ,& cõtritorũ ℔.1.& pone in trib⁹ ℔.aceti,in quo ſtent ſeptẽ dieb⁹,& pôſt coque eos in eodẽ aceto vſq; ad conſumtionẽ tertiẹ partis aceti,& cola cũ diligẽtia per pãnũ,& bulliat in duabus ℔.mellis deſpumati,vſque ad cõſumtionem aceti,& cum tali melle in mortario confice.

THEODORICON empyricon,dictum empyricon.i.bene expertũ,reſpicit propriè aſcenſum fumoſitatum ad caput à ſtomacho Datum cũ decoctione maſticis eſt optimũ ad omne vitium capitis,cerebri,& oculorũ cauſatũ à fumoſitatibus aſcẽdẽtibus,vt eſt dolor capitis,ſcotomia,analepſia & cataractæ oculorũ:& etiá ſuppoſitũ cũ hiera, cõfert hemicraniæ. Datũ cũ decoctiõe ſtœchados arabici,cõfert melancholicis, & lethargicis. Datũ cũ decoctione olibani cõſtringit rheuma capitis. Datũ cũ decoctione olibani & maſticis cõfert cõtra fluxũ phlegmatis decurrẽtis ex faucib⁹,& gutture,vnde homo efficitur aliquãdo ſine voce. Datũ cũ decoctione praſſij,purgat arterias ſpiritualium,&clarificat vocẽ. Datum cũ decoctione hyſſopi,& ficuum confert anheloſis, & peripneumonicis. Datum cum ptiſana, confert phthiſicis ex phlegma.

phlegmate. Datum cũ decoctione nucis muſcatę confert ſtomacho frigido, colorem efficit bonũ, & ſedat ſitim cauſatã ex indigeſtione. Datum cum decoctione tamariſci, confert ſpleneticis. Datũ cũ decoctione diureticorũ, cõfert nephriticis. Datũ cum decoctione arthemiſiæ, & diureticorum cõfert & auxiliatur omnibus paſſionib⁹ frigidis mulierum, vt ſuffocationi, & præcipitationi matricis & etiã ſuppoſitum cum moſcellino prouocat mẽſtrua. Datum cũ decoctione raphani, ſubuenit peculiariter paralyticis, artheticis, ſciaticis, & podagricis. ¶ Doſis eius eſt à ʒ.3. vſq; ad 5 ſeruatur per biẽnium. ¶ Recipe aloe hepatici ʒ.3. & tria grana, citri, caſſiæ ligneæ, reupõtici an. ʒ.2. &. 16. grana, agarici ʒ.2.&.s. ſpicę nardi, maſticis, coſti, aſari, aſſę fœtidæ, ſquillę, armoniaci, bdellij, hellebori nigri, hypericonis, epithymi, polypodij, piperis al. & lõgi, ſucci caulis agreſtis, an. ʒ.1.&.s. ſcœnãthi, zing. corticis myrobalanorum, pulpæ colocynthidos, ſerapini, opoponacis, caſtorei, abſynthij, ariſtolochiæ longę, ſe. petro. gentianæ, amomi an. ʒ.2. ſcamoneę, piperis nig. an. ʒ.1. mellis deſpu. ℔ 2. & ℥.8.

De Trochiſcis. Cap. XXIIII.

TROCHISCORVM exhibitionem felicitat aſſociatio alicuius habẽtis reſpectum ad id, qui minus ſeruantur, quã electuaria, & plerũq; efficiũtur in parua quãtitate, in quibus etiã plerunq; imponitur gummi, vt eorum conſeruet virtutem, qui extendantur ſupra tabulam planiſſimam, in qua nomina eorum ſunt inſculpta, & exiccentur in vmbra, & reponantur: trochiſcus dicitur quaſi rotunda confectio, & in alijs medicinis additur.

TROCHISCI diarhodõ: dicũtur à roſis, quę cõfortãt, & mundificãt. Dati cũ decoc. roſ. cõfortant ſtomachum, & alia mẽbra, & prohibent fluxũ humorum calidorum ad eum. Dati cum aqua pluuiali, conferunt fluxui vẽtris. Dati cum ſucco plãtaginis, cõferunt dyſenteriæ. ¶ Recipe roſarũ rubearũ viridiũ nõ expãſarum, & enucleatarũ ʒ.4. ſpodij ʒ.2. & grana 12. croci ʒ.1. & grana 7. cãphorę grana 12. Cõficiantur ſic: terãtur roſæ in pila marmorea ſine intermiſſione, pòſt ſupponatur puluis ſubtiliſſim⁹ aliarũ ſpecierũ: cõficiatur cũ aqua roſ. quãtum ſufficit, poſtremò ponatur cãphora, deinde informẽtur trochiſci, & ſigillẽtur hoc R.

TROCHISCI Diaion, dicuntur à violis: ſunt lenitiui & infrigidatiui: vnus aut duo ex eis dati cũ decoctione iuiubarũ & ſebeſten, vel prunorum compeſcunt ſitim & feruorem, & leniunt pectus, & intrãt alias medicinas. Recipe florum violarũ viridiũ benè mũdarũ à viriditate ʒ.6. amyli ʒ.3. ſeminis papaueris al. ʒ.2. & ℈.1. rhabarbari ʒ.2. &. ℈. 2. ſeminis plãtaginis ʒ.1. balſami ℈.1. aquę roſacęę quantum ſufficit, conficiantur vt præcedentes.

TROCHISCI diacoralli dicuntur à corallis, dati cum decoctione galangæ, vel nucis muſcatæ cõfortant ſtomachum, & alia membra nutritionis, & intrant alias medicinas. Recipe coralli ru. cinamomi electi, myrrhæ, amomi, ſe. papaueris albi an. ʒ.4. croci, ſcœnanthi an. ʒ.2. calami aromatici, xilobalſami, caſſiæ li. maſticis, folij, radicis valerianæ, aſari, pedum columbini, an. ʒ.1. pulueriſentur omnia, & fiant trochiſci ponderantes ʒ.1.&.s. cũ vino quantum ſufficit.

TROCHISCI de croco, qui dati veſperi cũ vino, vel alio appropriato conferunt ad conſumendum reſiduum humorum poſt morbos, & ad cõfortandum interiora, quare ponuntur cõgruè in rubea. Recipe croci ʒ.3. roſarum, ameos, myrrhæ an. ʒ.1. &. s. ligni aloes ℈.2. formentur trochiſci cũ aqua ro. calida.

TROCHISCI hedychroi dati cum vino vel cũ ſuis opiatis conſumunt reliquias malorũ humorum magis, quàm trochiſci de croco, licet cõfortent minus. Recipe amomi ʒ.1. cinamo. electi, croci, foliorum myrtę, caſſiæ ligne. an. ʒ.1. ſpicæ nardi, opoponacis, coſti, ſcœnanthi, calami aroma. xilobalſami, radicis valerianæ, aſari an. grana 15. maſticis, marathri an. 10. terantur omnia, & formentur trochiſci cum vino rubeo electo.

TROCHISCI de ſcilla cũ decoctione polypodij, aniſi, & marathri incidunt & diuidunt groſſos humores, & educunt eos aliquando per ſuperius, & aliquando per inferius intrant alias medicinas, quæ fiũt ſic: Recipe ſcillã integrã nõ nimis paruã nec nimis magnã tẽpore triticę mẽſurę diuide, & coque in paſta fermẽtata inuolutã in furno ſuper tegulam, quouſq; fuerit bene cocta, & poſtea extrahe de paſta, & corticib⁹ ſuperioribus abiectis, tere in mortario laminas interiores, corde abiecto: & adde tantundem farinę orobi ſubtiliſſimę, & forma trochiſcos cum melle, vel vino manibus iunctis oleo roſaceo, qui deſiccetur in vmbra: & ſi careas orobo, pone tantundem ciclaminis ſubtiliſſimè triti.

TROCHISCI de vipera, qui intrant theriacam magnam, fiunt ſic: tempore veris inuenies viperã pinguẽ fœminã, nõ ꝓpe aquas ſalſas, plures quã duos dẽtes habẽtẽ, oculos & linguã mobiles, vergẽtes, inquã, dentes ad colorẽ ruffũ, lõgitudine vni⁹ palmę, & habet cornua in capite plano ad modum grani frumenti, & habet anũ ꝓpe caudã: verberetur fortiter, & pòſt abſcindatur caput, & cauda mẽſura triũ digitorum, & permittatur ſanguis benè effluere, pòſt mediũ quod remanet excoria, & inteſtinis abiectis laua benè in aqua dulci, tandiu donec aqua remaneat clara: deinde coque cũ forti igne in aqua, donec ſpinæ ſeparentur à carnibus, quibus abiectis, teratur caro bene in mortario marmoreo, & cõmiſceatur tantundem de farina orobi, vel ciclaminis, vel tẽpera in iure ſuo, & inũctis manib⁹ cũ balſamo forma trochiſcos põderãtes ʒ.1.&.s. q exiccẽtur in vmbra pluries cõmouẽdo: ſiccãdo. n. ad ſolẽ amittitur tota vis, & recõdãtur in vaſe vitreo, ſeruãtur ꝑ annũ vel min⁹.

De Vomitiuis, Cap. XXV.

QVAMVIS euacuatio per vomitum ſit periculoſior, & laborioſior, quã euacuatio per ſeceſſum, idq; ob multitudinem nocumentorum, & motũ contra naturam, nihilominus miniſter naturæ vomitorium in conſeruationem ſanitatis, & in præſeruationẽ ab infirmitatibus, & in curationem ipſarum cogitur exhibere interdum, vt in materijs contentis in ſtomacho, vel in febribus interpolatis exhibitũ vomitorium ante horam acceſſioois eradicat, vel alleuiat valde paroxiſmũ, vomitus conducit ante comeſtionẽ, & poſt. Pręſtãtior eſt in curatione arthericę phlegmaticę, & ĩ pſeruatione ab ea, & à calculo, & vlcere renũ & veſicę, cęteris cũctis medicinis. ¶ Exhibetur etiã interdũ vt diuertat materiã

fluentẽ,vt in arthetica poſt digeſtionem materiæ
cholericæ cum oxyſacchara, vel ſyrupo acetoſo:
phlegmaticæ cum oxymellite ſquillitico,& in cõ-
ſeruatione ſanitatis exhibetur interdũ, præcipuè
quibus humores nociui,vel crapula multiplican
tur:purgat ſtomachum,digeſtiuam efficit melio-
rem,renouat corpus,& mundificat, caput quoq;
& ſenſum alleuiat, viſumq; acuit læſum ex aſcẽſu
fumoſitatum:& quãdoq; eſt cura ſuiipſius,& plũ
rimum in omni veneno interi⁹ aſſumto à cibo ſu-
perfluo,cõfert valde.Tamẽ euitetur fortis vomit⁹
in habẽtibus ſpiritualia debilia,& in diſpoſitis ad
ſputũ ſanguinis & ad anginam,& in valde pingui
bus,& in debilitate ſtomachi,capitis,&difficulter
vomẽtibus,in his abſtinẽdum à vomitu. ¶Acce-
pturus vomitorium forte,& vomẽs difficile cibe-
tur primitus faſtidioſis,vt blytis cum multa pin-
guedine porcina,inuiſcante,vel raphano, meloni
bus,& cępis ad ſatietatẽ,& ſardinis ſalſis,ſũt piſci
culi marini in principio,vel brodio pulli cum pau
co ſale,& cũ ſaccharo,bibat copioſè.Tota ſubſtã-
tia eſt offerẽda robuſtis,debilibus & delicatis eſt
offerenda tantùm colatura ipſius poſt horam, an
tequã incipiat cõcoctio,accipiat vomitorium , &
ſuperbibatur in æſtate ſyrup⁹ acetoſus cũ calida,
&in hyeme bibatur oxymel cũ eadẽ,oculos cõpri
mendo cum bõbace:& poſt incedat maximè cir-
culãdo aere calido donec euomat:& expleta eua
cuatione,ore cũ oxymellite & aqua tepida ablu-
to,prouocet ſibi ſomnum,& cibetur poſtea cum
aromaticis paucis.

VOMITORIVM NICOLAI: Vomitorium di-
citur à vomẽdo, eò quòd purgat humores ſupe-
riores:Nicolai, quia à Nicolao fuit cõpoſitũ:pur-
gat propriè choleram & phlegma,datur homini-
bus delicatis cum ſyrupo acetoſo. Diſtẽperatum
ſtet per noctẽ ſub dio, mane cum calida coletur
per pannum,vt tota ſubſtantia remaneat,&propi
netur colatura ¶Datum à ℨ.2. vſq; ad ℥. cũ aqua
calida,cõfert quotidianæ veræ & tertianæ nothę:
ſedat nauſeã,cauſatam à ſuperfluis, & acutis hu-
moribus. Datum cum oxyſacchara mane fugat
quartanã ex cholera aduſta. ¶Recipe corticis ra-
phani,ra.thapſiæ collectæ menſe Iunio vel Maio
an.℥.3.medullæ cartami ℥.1.&.s. interioris nucis
vomicæ ℥.s.ſucci radicis aſari ℥.1. Mel aſari nunc
cõficitur ſic:Adde 4.℥.ſucci aſari duabus ℔ mel-
lis deſpumati,&bulliat vſq; ad cõſumtionẽ ſucci,
& ſi nõ poteris habere ſuccum pone thapſię,aſari
an.℥.1.&.s.medullæ granorum cataputiæ ℥. s. &
cõtunde, & pone in aquã marinã in qua bulliat
vſque ad conſumtionem medietatis, & ponatur
illa aqua in 2.℔. mellis deſpumati & coque vſq;
ad cõſumtionẽ aquæ:cũ tali melle cõfice cætera.

VOMITORIVM Patriarchæ,quod datum cum
tepida ante horã acceſſionis quotidianæ vel ter-
tianæ nothæ,amputat eam.Recipe corticis radi-
cis thapſiæ ℔.1.ſe.cartami excorticati ℔. s. canel-
lę,aſari,granorum cataputiæ excorticatorum an.
℥.2.mellis quantum ſufficit: doſis eius eſt vſque
ad ℥.3.ſeruatur per annum.

ALIVD Patriarchæ. Recipe thapſiæ ℔.3. aſari
℔.2.caſtaneolæ vomicæ ℔.1. canellæ ℥. 8. ſe. atri-
plicis ℔.1.granorum cataputiæ excorticatorum
℥.3.gummi arabici ℥. 4. mellis quantum ſufficit:
doſis eius eſt vſq; ad ℨ.2.ſeruatur per annum.

A VOMITORIVM SCARPELLAE ꝓbatiſſimũ,
conferens febribus interpolatis poſt ſeptem ac-
ceſſiones.Recipe corticis radicis thapſiæ ℔.1. ſe.
cartami excorticati ℥.4.auellanarum,aſari ana ℥.
2.granorum cataputię excorticatorum ℥.1.mellis
quantum ſufficit.Cõficitur ſic:tolle ℔.s. corticis
thapſiæ & ℥.2.tere aliquãtulũ, & coque cũ aqua
marina vſq; ad conſumtionem medietatis aquæ:
deinde cõmiſce aquã colatã cũ duab⁹ partib⁹ mel
lis cocti,& deſpumati,& coque iterum vſq; ad cõ
B ſũtionẽ aquæ , quo facto cataputiã cũ aliquãtulo
melle adijce:deinde adde puluerẽ ſpecierũ,& cõ-
miſce totũ diligẽter,& recõde & ſi vis adde gũmi
arabici , & vtere ſic ad omnes quotidianarios &
tertianarios ad ſuperius cũ calida,& ad inferi⁹ cũ
frigida : doſis eius eſt ad ℨ.3.ſeruatur per annum.

VOMITORIVM ANDREAE,leue,ſuaue,quod
purgat omnes humores ſine labore,principaliter
datum cum calida per ſuperiorẽ regionẽ & cum
frigida per inferiorem doſis eius eſt quaſi ℥.s. Re-
C cipe corticis radicis thapſiæ ℥. 6. cartami excorti-
cati ℥.3.canellæ,gummi ara.an. ℥.1.ſucci cucume-
ris agreſtis ℨ.2.mellis aſari,quantum ſufficit ad in-
corporandum:conficitur ſic:Recipe duas partes
mellis,& vnam ſucci aſari,& fac bullire ſimul, do-
nec poſſit benè deſpumari , quo deſpumato &
colato,incorpora puluerẽ ſpecierum,deniq; reſer
uetur in optimo vaſe ad vſum per annum.

De Hieris, Cap. XXVI.

D DE HIERIS ingeniati ſunt Ruffus, & i-
pſius ſucceſſores,inuenire hieras.i. ſa-
cras,ſeu diuinas,quæ partes ſacras.i.a-
nimales incolumiter purgarent, præci
puè ab humoribus noxijs:& vt pręſeruarent mẽ
bra à putrefactione,& vt cõſumerẽt humiditates
viſcoſas,quæ modico melle vel nullo ſint cõficiẽ-
dę:ipſæ enim ſunt incolumiores pillulis & deco-
ctionibus.Doctrina peritorum & Arabum om-
nium docet,eas eſſe faciendas cum aloe,ſucco tri
E no,non hepatico , quæ confectæ debent per ſex
menſes ſub hordeo fermentari.

PAVLINVM antidotum.i. magnum , propter
magnã efficaciam quã habet:reſpicit propriè
virtutẽ naturalẽ.Datum ſine opio cum vino
calido veſperi,valet cõtra rheuma frigidum deſtil
lans à capite ad ſpiritualia educẽdo ipſum per ſe-
ceſſum,vnde confert tuſſi,& eſt ex ſoluẽtibus de-
biliter& incolumiter,propter quod cõmmodè of
feruntur 2.ℨ.illius veſperi in forma potionis ad tẽ
tandum,vtrum leuiter fuerit laxandus. Educit
F phlegma,& melancholiã à ſtomacho , & à capite:
vnde datum cum decoctione fœniculi confert
mirabiliter ad grauedinem oculorum : & ex eiſ-
dem inductum ſuper alutam,& poſitum ſuper o-
culum ſoluit apoſtema ipſius. Datum cum oxy-
mellite confert maniacis,melancholicis, & epile-
pticis ex cauſa frigida:ſuppoſitum corrodit car-
nem mortuã à dẽtibus,diſtemperatum cum de-
coctione myrrhæ & impoſitum denti dolenti , &
G inunctum ab extrà aufert dolorem dẽtis ex rheu
mate,& ex frigiditate ſuperemplaſtretur.Item o-
piatum retentum in ore cũ puluere olibani , ſiſtit
rheuma.Datum cum vino nucis muſca.& garyo-
phyll. efficit colorem bonum ablatum frigiditate
vel indigeſtione.Datũ pluries cũ puluere mẽthæ
tollit fœtorem oris vitio ſtomachi. Datum cũ vi-
no de-

no decoctionis lignialoes, confert cardiacæ frigidæ. Datum cũ vino decoctionis piperis, & caſtorei cõfert contra vomitum & contra diſtemperãtiam frigidam ſtomachi. Datum cum decoctione diureticorum cõfert hepaticis, & nephriticis ex frigiditate: diſtemperatum cum decoctione arthemiſiæ, & peſſariſatum poſitum in matrice, prouocat menſtrua, mundificat matricem, præparat ad conceptum, interficit fœtum, & educit ſecundinam. ¶ Cùm quæritur per ipſum ventris laxatio, non imponatur opium: & ſi vis acuetur cum diagridio: doſis eius non acuti eſt à ʒ. ʒ. vſque ad 6. & acuati eſt à ʒ. 2. vſque ad ℥. s. veſperi. Opiatum datum cum decoctione gentianæ ante horam acceſsionis confert febribus, interpolatis ex phlegmate naturali, vel ex melancholia naturali: ſeruatur per triennium. ¶ Recipe aloe ſuccotrini ʒ. 11. & grana 15. croci, coſti, anacardi, agarici, coralli al. & ru. myrrhæ, armoniaci, terebinthinæ, ſerapini, galbani, opoponacis, ſtyracis calamitæ, ſtyracis rub. ireos ana ʒ. 4. &. s. opij, olibani, maſticis, bdellij, cymi. anethi ana ʒ. 2. & grana 15. folij, balſami ana ℈. 1. &. s. meliſſæ ʒ. 2. Conficitur ſic: galbanum, ſerapinum, armoniacum, opoponacum, gummi, terantur aliquantulum, & ponãtur per noctem in vini albi odoriferi quantitate ſufficiẽti: Mane verò mittantur ſuper ignẽ, donec liquefiant, poſtea colentur, & mittantur iterum ſuper ignem, & bulliant: poſtea cum incipiũt inſpiſſari, ſtyrax calamita, & ru. trita optimè cum piſtello calido ponantur in caldario, ſemper agitando cum ſpatula, donec liquefiat, poſt addatur terebinthina. Et ſi probare volueris, vtrum ſit coctum, pone aliquantulum ſuper marmor & ſi coagulauerit ſtatim ad modũ mellis, deponatur caldariũ ab igne in terrã, & tũc addatur myrrha cum bdellio, deinde maſtix, & olibanum: poſtea coſtus, anacardus, agaricus, corallus, iris, opiũ, foliũ, & meliſſa, omnia ſimul piſtata, aut pulueriſata mittantur in caldarium, & hoc totum ſuper marmor prius inunctũ oleo laurino ponatur, & malaxetur cum puluere aloes. Quidam terunt crocum, & aloe ſimul cum ſpeciebus, & ad vltimum cum croco orientali formãt magdaliones.

HIERAPICRA abbatis dicitur: quia abbas de curia ipſam compoſuit: reſpicit propriè iũcturas, & neruos imbibitos humoribꝰ frigidis, purgat phlegma & melãcholiam, & cõfert ad podagrã ex humore frigido & ſicco: vnde mẽbra cõtracta eſſe videntur. Etiam confert paralyticis cũ frigida, vel cũ vino tepido. ¶ Recipe agarici, pulpæ, colocynth. turbith al. raſi, epithymi, cuſcutæ an. ʒ. 2. & grana 5. ſcœnanthi, carpobalſami, lignialoes, caſſiæ ligneæ, citri, aſari, cinamomi, maſticis, roſarum, viol. abſynthij recen. reupontici, folij, lapidis lazuli an. ʒ. 1. diagridij ℥. 1. &. s. aloes hepaticę ʒ. ʒ. &. s. mellis quaſi ℔. 1. incorporentur. Si verò pillulas inde formare volueris diſtempera cũ ſucco abſynthij, & da 11. vel 13. vel à. ʒ. ʒ. vſque ad 6. & dentur cum vino: ſeruatur per annum.

HIERAPICRA Conſtantini, qui eam compoſuit, educit propriè choleram nigram, & reſpicit propriè organa viſus impedita à fumoſitatibꝰ aſcendentibus ad ea, vnde data cum decoctione fœniculi confert mirabiliter ad clarificãdum viſum hebetatum ex defectu ſpirituum. Datur in pillulis cum vino contra hemicraniam, cephaleam, & contra paralyſim ex humoribus frigidis. Datur contra opilationem ſplenis, & hepatis cum decoctione diureticorum, iniјciatur per clyſterem cõtra colicã, & iliacam, ¶ Doſis eius eſt ab ℥ s. vſq; ad 1. ¶ Recipe myrabo. chebulorum indorum, & citrinorum gumoſorũ, viol. abſynthij an. ℥. s. belliricorum, emblicorum, pulpæ caſſięfi. epithymi, foliculorum ſenę, agarici, cuſcutę, ſcœnãthi, rheu barbari an. ʒ. 1. caſſiæligneæ, ſpicænardi, aniſi, maſticis, lignialoes, ſaliſgemmæ, xilobalſami, ſalis nitri an. ʒ. 1. mellis ℔. 1. incorporentur, & reſeruẽtur per biennium & detur cum vino.

HIERAPICRA Gal. dicitur, quia Gal. eam compoſuit: eſt valdè incolumis, reſpicit propriè virtutem primę, & ſecundæ digeſtionis, & animalẽ; educit phlegma magis, & choleram minus, principaliter à ſtomacho, & à capite, ab alijs mẽbris ſecundariò: vnde acuata cum 6. ʒ. aloes purgant optimè ſtomachũ, meri, & guttur. Data cum vino veſperi facit ad diuerſas paſſiones capitis frigidas, vt ad dolorem capitis, hemicraniam, epilepſiam, ſcotomiã, vertiginẽ, lethargum, paralyſim, tineã, alopiciam, & caniciẽ frigidis: eius puluis gargariſatus cum oxymellite purgat gulam, & cerebrũ. Data cum vino myrrhæ conſtrictæ, vel cum decoctione fœniculi, eufragię, vel cum myrobalanis conditis emẽdat intemperiem frigidã oculorum, vt pruritum, maculas, ophthalmiam, lacrymas oculorũ, debilitatem viſus vitio humorum. Reſoluta cum oleo moſcellino vel cum oleo communi, & auribus intromiſſa emendat auditum ſanie obtuſum, & confert dolori aurium frigido, ſurditati, & ipſius fœtori intromiſſa. Data & gargariſata confert gingiuis putridis, & fœtori oris. Data cum decoctione maioranæ confert contra debilitatem loquendi ex phlegmate cerebri, & contra ſpaſmũ ex frigiditate exhibita, & gargariſata. Data miſta cum triphera minore educit humorem inuiſcatum in ſtomacho, & in capite cauſantem fœtorem oris. Data bis aut ter cum hydromellite mundificat ſaniem apoſtematis calidi, & vlcerũ ſtomachi. Data cum decoctione diureticorum amouet opilationes venarum ſtomachi abſque apoſtemate, & purgat phlegma, deſtruens appetitum, & confert ſingultui, & vomitui, & dolori ſtomachi frigidis, & paſſionibus renum, & matricis. Data cum decoctione abſynthij curat vomitum, & ructus fœtidos ex humoribus frigidis, & inuiſcatis in tunicis ſtomachi: confertq; vomitui ex phlegmate vitreo pondus quindecim lupinorum pulueris eius. Data cum ℔. s. decoctionis aneti, purgat ſtomachum à corruptione ciborum vomitu, intromiſſione pennæ vel digiti. Data cum decoctione aſari, confert dyſcraſiæ frigidæ hepatis, & aperit opilationes ipſius, & hydropiſi frigidæ, & confert febri ex phlegmate vitreo. Data cum decoctione menthæ confert lienteriæ ex phlegmate, cum decoctione abrotani expellit lumbricos. Reſoluta cum ſucco arthemiſiæ vel moſcellino & ſuppoſita prouocat menſtrua. Data cum decoctione fumiterræ confert morpheæ phlegmaticę. ¶ Doſis eius eſt non acuatę à ʒ. ʒ. vſque ad 6. poſt digeſtionem, & interdum offeruntur ʒ. 2. ex ea abſq; digeſtione de octo in octo diebus his, quibꝰ humores cacochymici multipli

cantur, ne incurrant in vlteriores lapsus, & aliquá do acuitur cum pulpa colocynth. & quandoq; cũ diagridio, & datur interdum in pillulis. Et edocti denegant dari eam in febribus, & tempore calido & eius communior compositio est: Recipe aloes electi ʒ. 32. cinamomi electi, croci, spicænardi, scœnanthi, asari, xilobalsami, & carpobalsami, cassiæli. viol. epithimi, absynthij, agarici, ros. ru. turbith. gumosi rasi, pulpę colocynth. masticis, ana ʒ.2. mellis ℔.1. incorporentur, & reseruentur per biennium.

HIERA Ruffi, hiera. i. sacra, Ruffi à Ruffo inuentore: respicit propriè humores adustos. Data cũ decoctione fumiterræ est peculiaris scabiosis inueteratis ex phlegmate salso. Data cũ decoctione polypodij, vel cum hieralogodion opitulatur elephanticis, & cum duabus hierępicræ cõfert thyriæ, & cum duabus partibus cathartici imperialis confert leoninæ: & cum duabus partibus oxylatiui confert alopiciæ. Data cum decoctione senæ curat vtramque morpheam, & malum mortuum: fricando locum serpiginatum cũ ea, confert ei Pillulæ ex ea datæ cum vino calido curant propriè incubum ex humoribus melancholicis viscosis. Data cũ decoctione pœoniæ cõfert epilepsiæ phlegmaticę. Data cũ decoctione anisi, marathri, & cymini cõfert tinnitui auriũ, & cõsimiliter intromissa, & etiam cõfert caniciei. Data cum vino aromatico est ex cõuenientioribꝰ curis tremoris cordis melãcholici. Data cum decoctione tamarisci, vel diureticorum confert viris frigidis, & spleneticis. Data cum decoctione iuę iuuat magnificè sciaticos, & podagricos, distemperata cum moscellino vel cum oleo communi, & superposita, prouocat menstrua. ¶ Eius dosis est vsque ad ʒ.2. super eam non est dormiendum, nec detur tẽpore calido, vel frigido, acuitur interdum cum vno ℈. scamoneæ. ¶ Recipe aloes succotrini ℥. vnam. hellebori albi, & nigri, an. ℥.s. diagridij, pulpę colocynth. ana ʒ. ʒ. & grana 15. piperis, chamædreos croci, agarici, epithimi, masticis an. ʒ.1. & s. cassiæli. xilobalsami, oppobalsami, opoponacis, nigellæ an. ℈.2. & s. myrrhæ grana 15. mellis ℔.1. incorporentur, & reseruentur.

HIERALOGODION memphitum: hiera, id est, sacra: logos, id est, sermo: memphitum, id est, impedimentum: curat enim locutionem impeditam quacunque causa frigidorũ humorum, & respicit virtutem animalem, & cellulas cerebri, & eis adiacẽtia læsa ab humoribus frigidis. Datum cum vino decoctionis betonicæ curat cephaleam, maniam, melancholiam, scotomiam, epilepsiam mordentibus sibi linguam, & spumantibus, & apopleticis: etiam datur semel in mense his, qui capitis motionibus videntur habere dæmonium ex melancholia naturali: tamen si fiat ex phlegmate, detur cum decoctione polypodij, vel scœnãthi. Datum cũ decoctione castorei, & saluiæ de quindecim in quindecim diebus, curat paralysim, & tremorem omnium membrorũ, cum quo etiam fricetur palatum, & ipsum cõfert alopicię, tineæ melancholicæ, & incubo. Datũ cũ remollitione senæ in succo fumiterræ cõfert elephantiæ: cum decoctione fumiterræ & polypodij confert morpheæ ex puro phlegmate. Datum cũ tertia parte hieræ Ruffi, cõfert malo mortuo melancholico, & morpheæ nigræ: puluere iuæ incorporato cum eo datum cum decoctione eiusdem herbæ, opitulatur artheticis, & podagricis. Datũ cum decoctione ceterach, confert cancro melancholico. Datum cũ vino decoctionis aristolochię rotundæ, gentianæ, diptami, confert contra passiones venenatas, educẽdo humores corruptos, & sic præseruat à lepra. Resolutum cum moscellino, vel cum succo arthemisiæ, & suppositum est peculiare ad prouocanda menstrua. ¶ Dosis eius est à ʒ.1. & s. vsque ad 2. & s. etiam datur cum vino, & seruatur per biennium. ¶ Compositio eius cõmunior est: Recipe pulpæ colocynth. polypodij an. ʒ.2. euphorbij. polij mõtani, seminis laureolæ an. ʒ.1. & s. & grana 6. absynthij recen. myrrhę an. ʒ.1. & grana 12. agarici, cẽtaureæ minoris, armoniaci, macis, spicænardi, scillæ, diagridij an. ʒ. 1. aloes, cimarum thymi, cassiæligneæ, chamædreos, bdellij, prassij, an. ℈.1. & grana 14. cinamomi, opoponacis, castorei, aristolochiæ longæ, piperis nigri, albi & longi, croci, serapini, seminis petro. an. ʒ.s hellebori albi, & nigri an. grana 6. mellis despumati quasi ℥. 9. incorporentur: Et hæc de Hieris sufficiant.

De Emplastris, Cap. XXVII.



MPLASTRA diutiùs membro adhærent, quàm olea & vnguenta, operátur etiam potentiùs, si membra, quibus superponuntur prius oleo vel vnguento calido inunguantur vel fomententur: hæc enim penetrationẽ emplastri adiuuant: vt si inungatur membrum sanguine anatis aut oleo ex rosis expansis calido, aut fomentetur locus apostemosus decenter diu cum decoctione herbarum calidarum, postea emplastrum maturatiuum superponatur. Quibus oleis vel vnguẽtis imponitur ℥.1. cera in hyeme, in æstate imponitur ℥.1. & s.

EMPLASTRVM apostolicon: emplastrum dicitur dura confectio, quæ fit ex duris & conglutinosis rebus, quæ manibus possunt malaxari. Apostolicon. i. principale, vel suprapositum: respicit ꝓpriè mẽbrum susceptiuũ ægritudinem vitio phlegmatis causatá. Subtiliat enim, incidit & attrahit adeò, quòd diptamo adiuncto attrahat sagittas, & lanceas ossibus nõ infixas. Itẽ valet cõtra venenũ: vnde si quis morsus fuerit ab animali venenoso superponat vẽtosá cũ scarificatione, & post inungat cũ theriaca, postea superponat apostolicon confert valde, Etiá cõfert valde ad dolorem neruorum contusorum, vt si in contusione ceruicis sal & cyminũ torrefacta in tegula calida sacellatur, & post superinducatur apostolicõ: est optimũ remedium, puluere radicis lilij cõmistocũ eo, & etiam superpositum scrophulis, præcipuè recentibus: post vsum diureticorum diebus octo & post inunctionem cum oleo de lilio confert valde scrophulis: Etiá est magnæ sanationis in scrophulis mortalibus ruptis, squammosis. Superpositum vulneribus sanat ea mundificando, si carne replendo, & inducit cicatricem bonam si balsamus ei admisceatur, superpositũ vulneri cũ puluere boli arme. ꝓhibet fluxũ humorũ ad vulnꝰ. Medetur neruis pręcisis, musculis, & pũcturis tenẽdo foramẽ apertũ, sanat collectiones, siue corruptiones resoluẽdo, dolores rheumaticos tumefactos

factos in genu vel in talo ſiccat, & curat, ſuperemplaſtratũ ſanat dolorem renum. ¶Modus operationis eius communior eſt. Recipe lithargyri mũdati ℥ 6. ceræ rubeæ, colophoniæ an. ℥.2. cerę dealbatæ, viſci quercini an. ℥.1. armoniaci, lapidis calaminaris an. ℥. 6. maſticis, thuris minuti an. ℥. s. terebinthinæ, æris vſti, bdellij, galbani, myrrhæ, ſarcocollæ, ſquamæ æris, diptami, ariſtolochiæ rotundæ, praſſij viridis, opoponacis. an. ʒ.3. Conficitur ſic: armoniacum, galbanum, & opoponacum, aliquantulum trita, ponantur in vinum ſic vt bene cooperiátur per noctem, & mane bulliát, donec liqueſiant, & colentur, & bulliant iterum vſque ad conſumtionem: deinde coquatur lithargyrum ſubtiliſſimè in oleo in caldario, ſcilicet quòd in libra vna lithargyri ponatur libra vna & media olei, & bulliat tam diu continuè agitãdo cum ſpatula, donec ſuper lapidem poſitum inſpiſſetur in modum ceræ, vel olei, & ilicò apponatur: qua liquefacta apponatur colophonia, & poſtea maſtix, & olibanũ, deinde imponatur myrrha, & facto interuallo imponatur bdellium, deinde viſcus quercinus, quo liquefacto imponatur terebinthina, qua liquefacta ponatur caldarium in terra, & tunc imponantur gummi paulatim in caldarium tamẽ nõ cum impetu, & mittantur iterũ ſuper ignẽ, & cũ ſpatula agitãdo permittantur bullire aliquantulum: poſt addatur ſarcocolla, & ſubſequatur lapis calaminaris, & facto interuallo ponatur æs vſtum, & ſquama æris agitando continuè, donec incipiat rubeſcere. Ad vltimum ponantur dictamnus, & ariſtolochia rotũda. Signũ perfectæ decoctionis eſt, vt pars infuſa in aqua frigida efficiatur dura moderatè, & digitis malaxata non inuiſcetur, ſeu non adhæreat. Demum infundatur in aquá frigidã, poſt extractum ex aqua manibus exprimatur, & malaxetur, & ita tractetur, vt exeat inde tota aqua, & manibus inunctis oleo laurino formentur magdaliones, & vſui reſeruẽtur. Chirurgi componunt ipſum aliter, & alios producit effectus.

EMPLASTRVM ceroneum, dictũ à cera: humectat membra ſiccata à frigiditate inuncta primitus humectantibus: etiam oportet ceram albam ſuperaddere, & ecõuerſo. Superinductum confert mirè contra dolorem ſcapularum, pectoris, & pulmonis ex humore frigido, vel ex ventoſitate: etiam ſi ipſi humores fluant ad locũ, loco prius inuncto ex laurino, & petroleo calido. Item confert dolori frigido chronico hepatis, & ſplenis, poſt remollitionem cum dialthea, & vſu diureticorum amouendo duritiem, & cõſimiliter curat anaſarcam, tympanitem, aſcitem, & hydropem: etiam cõfert inflationi ex phlegmate, vel ex melancholia naturali, ſuperpoſitũ poſt inunctionem cũ vnguẽto aureo, vel laurino calido, placat dolorem ilij, & tormina inteſtinorũ à ventoſitate cum ſuperducatur veſica ænea oleo laurino, vel cõmuni plena. Superemplaſtratũ emẽdat intemperiẽ renum, veſicæ, lumborũ, & pudendorũ à frigiditate, & vitio lapidis poſt vſum decoctionis ſaxifragiæ. Superductum poſt fomentationem pulegii ſubuenit dolori, & inflationi matricis ex frigiditate. Item emplaſtrum poſt inunctionem factã cum vnguento calido, medetur artheticis, podagricis, & ſciaticis ex frigiditate. Superpoſitum membro, in quo continetur phlegma vitreum, aut acetoſum materia febris interpolatæ, vt in ſtõmacho aut ſplene, confert. Abluta morſura canis rabidi, aut ſerpentis cum ſucco menthæ, & ceroneum diſtemperatum intromiſſum cum eodem, & poſt ſuperemplaſtratum confert: Conſeruatur quinque annis. ¶Modus communior eius compoſitionis eſt. Recipe ceræ, picis naualis bene colatæ an. ℥.2. & ʒ.3. ſagapini ℥.2. aloes, olibani, myrrhæ ana ℥.1. opoponaci galbani, ſtyracis calamitæ, fœnugræci, aluminis ana ʒ. 6. croci, armoniaci, terebinthinæ, colophoniæ, ana ℥.1. & ʒ.3. ſtyracis rubeæ, bdellij ana ʒ. 3. lithargyri ʒ.1. &. s. Cõficitur ſic: galbanum, armoniacum, opoponacum ſagapen. præparentur cum vino, vt dictum eſt, in apoſtolicon, & bulliant vſque ad conſumtionẽ mediatis in vaſe ſtãneo ſuper ignem poſito, & cũ bullire incœperit, addatur pix naualis bene colata & agitetur cum ſpatula, donec liqueſiat, & cum liquefacta fuerit, addatur cera, & ea liquefacta ponatur colophonia: deinde ſtyrax cum piſtillo calido, fruſtatim cera ponatur in vas ſtanneum, poſtea maſtix, & olibanum: deinde myrrha cum bdellio, & facto interuallo imponatur terebinthina, & ſubſequatur alumen, & lithargyrum, ad vltimum fœnugræcum bene pulueriſatum continuè agitando. Signum decoctionis: ſi modicum poſitum ſuper brachium nudum adhæreat pilis, quod cum fuerit decoctum, fundatur ſuper aquam frigidam, & extractum ab aqua imponatur aloes pulueriſata uper marmor inũctum oleo laurino: conſequenter malaxetur cum croco pulueriſato, & manibus inunctis cum oleo laurino formentur magdaliones, & reſeruentur vſui.

EMPLASTRVM oxycroceum, dicitur ab aceto, & croco, quæ intrant emplaſtrum, facit ad omnes fracturas oſſium, & conquaſſationes, & ad tumores, & dolores furioſos omnium membrorum ex frigiditate, ſcrophulas, & glandulas reſoluendo, diſpergit plagas, & morſus ſerpentum, & alterius animalis, purgat deſiccando, replet, & cicatriſat, & mitigat dolores furioſos omnium rabidorum: apoſtemata interius, & exterius nata ſuperinductum maturat, rumpit, purgat, & cicatriſat, duritiem ſtomachi, hepatis, & ſplenis emollit, & ſubuenit renibus. ¶Recipe croci, ceræ, picis naualis, colophoniæ ana ℥. quatuor. terebinthinę, galbani, ammoniaci, myrrhæ, olibani, maſticis, ana. ℥.1. &. ʒ.3. & fiat ſic: galbanum, & ammoniacum aliquantulum contuſa ponantur in ſufficienti aceto per noctem: Manè autem ponatur ſupra ignem in ſtanneo vaſe vſque ad liquefactionem, & liquefacta coletur per pannũ vas ſuppoſitum, in quo coquatur aliquãtulum, vſquequo acetum conſumatur: Tunc addatur pix naualis bene colata, & liquefacta: deinde adiungatur colophonia, deinde terebinthina, facto interuallo, imponatur maſtix, olibanum, & myrrha, ſemper à principio agitando cum ſpatula. Ad vltimum cùm fuerit coctum, infundatur in aquam frigidam, & extractum ab aqua manibus comprimatur, vt tota aqua exeat, & malaxetur in marmore ſuperinuncto oleo laurino & puluere croci ſuperaſperſo, fiant magdalones, quæ reſeruentur vſui.

EMPLASTRVM attractiuum, & maturatiuũ
apostemata. Recipe lithargyri auri ℔.1.&.s.
galbani ʒ. 1. ammoniaci ʒ.2. ceræ nouæ ʒ.
8. olibani, myrrhæ, thuris, viridis æris. ana ʒ. 1.
bdellij ʒ. 2. opoponaci, aristolochiæ longæ ana
ʒ.1.olei veteris oliuarum ℔.1.&.s.masticis ʒ.1. ada
mantis ʒ.s.fiat emplastrum. & ponantur gummi
in optimum acetum per diẽ naturalem, ita quod
galbanum, ammoniacum, & opoponacum pos-
sint balneare in aceto: deinde pone super ignẽ in
patella, donec acetum sit totum consumtum mo-
uendo sæpè cum spatula: postea cola per pannũ
lineum, & dimitte sic stare: deinde infundatur
oleum supradictum, & cera simul: & postea pone
lithargyrum semper mouendo, ne fundum pe-
tat, & coquantur donec mutetur color: & addan-
tur alia genera gummi, & fac quòd sint bene disso
luta, deinde pone gummi genera dissoluta cum
oleo, & cera super ignem, & proba, si sint bene co-
cta hoc modo: Pone vnam guttam in aquam fri-
gidam, & si durescit, cocta sunt, si non, pone iterũ
super ignem, donec fiat signum prędictũ: postea
pone paulatinè cætera primò viride æris mouen
do semper, deinde myrrham, & aristolochiam, vl
timò thus, olibanum, & bdellium semper agitãdo
cum spatula: & tunc decoque donec vertatur in
nigredinem, vel rubedinem: & quando videbis i-
sta signa, pone vnam guttam in aquam frigidam,
& si sit intus nigrum vel rubeum, coctum est: &
tunc deponatur ab igne semper mouendo, donec
sit durum, ita quòd possit poni inter manus: po-
stea ducas fortiter per manus, donec sit bene du-
ctibile, tandem pelle inclusum custodi diligenter.

De Vnguentis, Cap. XXVIII.



NGVENTVM citrinum: vnguentum
dicitur, quia vngimur cum eo: dicitur
citrinum, quia coquitur in pomo citri
no: respicit propriè membra sordida
& labem totius corporis. Si facies vel
alia pars corporis inungatur fricando cum eo, ite
rùm postea cum sapone, & aqua calida, & exsicca
ta consimiliter: & pòst fricetur optimè cũ pulpa
colocynthidis, & tandem inungatur eodem vn-
guento & vesperi & mane, abluatur cum calida,
reddit partem puram, leuem & albam, mirabili-
ter amouendo lentigines, nigredinem, & pustu-
las phlegmatis salsi, ortas in tibijs, vel alibi: etiam
subtiliat cicatrices inungendo lithargyro adiun-
cto, & inunctam faciem leprosi emendat & etiam
distemperatum subtiliter cum albumine oui, &
cum aqua rosacea & illinitum oculum oleo extra
hit miro modo sanguinem mitigãdo dolorem ex
cholera, vel sanguine. ¶ Recipe boracis ʒ.2. cãpho
ræ ʒ.1. coralli albi ʒ.s. amẽti dulcis (id est gypsi ca
pillatas venas habentis) ʒ.s. lapidis armeni facti
ex nitro ʒ.1. vmbilici marini, tragacantę albissimę,
amyli, crystalli, antali dentali, olibani albissimi,
nitri ana ʒ.2. radicis serpentariæ ʒ. 1. marmoris
albissimi ʒ.1 cerussæ communis ʒ.6. axungię no-
uellæ albissimę porcinæ ℔.1.&.s. seui arietini, vel
caprini, axungiæ gallinæ ana ℥.1.& s. Conficia-
tur sic: tere tragacanthum, & vmbilicum marinũ
simul in mortario cum pistillo ferreo, & cętera
terãtur sigillatim in eodem mortario: deinde cal-
darium aqua plenum bulliat, in quo pendeat ca-

A cabus cum axungijs in ipsa aqua, vt calore ipsius
liquefiant, quę liquefactę per pannum albũ subti
lem colentur, & mox imponatur in capsiã totus
puluis, præter camphoram & boracem continuè
agitando cum spatula, vt omnium fiat bona in-
corporatio, quo facto imponantur pomo citrino,
vel duobus excauatis, & ponantur super carbo-
nes, donec liquefiat: & bullire cęperint, ponãtur
iterum in catinam, & agitando cum spatula, im-
ponatur puluis boracis, & camphoræ, & agitetur
B donec incipiat frigescere, & reseruetur in vase
marmoreo per annum.

VNGVENTVM aureũ: aureũ dicitur propter
excellẽtiã: ꝓpriè respicit lęsionẽ lapidis, qđ inun-
ctũ valet cõtra oẽs dolores articulorũ acutos fri-
gidos, & contra omnem morbum ex causa frigi-
da, contra hydropisim, stranguriam, & paraly-
sim, inunctum super renes ad solem, vel ad i-
gnem maximê post balneum, & exhibitionem sa-
xifragię cum vino albo, confert potenter ad lapi-
C dem renum, & inunctum circa vesicam, & perito
neum, confert specialiter diabeti frigidę. ¶ Reci-
pe saxifragiæ, aristolochiæ longæ & rotundæ, hy-
sopi, radicis enulæ campanæ, pulegij, arthemisię,
radicis pentaphylonis, rutæ domesticę, foliorum
lauri, herbæ venti, roris marini, matrissiluæ, cha-
medreos, cyperi, radicis asparagi, brusci, & fœnicu
li, anisi an. ℔.1. radicis altheæ rasæ, valerianę, meu,
an. ℔.2. seminis apij, radicis ireos, leuistici, milij,
solis, se. petro. sileris montani, petro. macedonici,
D cardamomi, aneti, baccarum lauri, & iuniperi, la-
pidis lyncis animalis, an. ℔.s. se. basiliconis, semi-
nis vrticę, seminis citri, sinapis, euphorbij an. ℥.4.
adipis vrsi, & vulpis, olei laurini, & petrolei an. ʒ.3.
costi, scœnanthi, pirethri, masticis, olibani, myr-
rhæ an. ℥.2. balsami, moscellini an. ℥.1. olei & cerę,
quod sufficit. Herbæ colligantur mense Maio, &
contritæ mittantur in oleum, vel vinum albũ, in
quo sint viginti diebus: postea addatur olei quan
tum sufficit, & bulliant donec herbæ incipiant di
E mitti: & colentur per saccum, ponantur ibidem
ceræ ℔. 12. bulliant vsquequo cera sit bene com-
mista, deinde supponantur pinguedines dissolu-
tę, & bene colatæ, & permittantur parum bullire,
pòst superfundatur oleum laurinum, & deposito
ab igne superinducãtur alia olea, tertiò puluis co-
sti, pyrethri, scœnanthi, quartò olibani, quintò
myrrhæ per interualla, deposito ab igne, ponatur
euphorbium, vltimò ponatur petroleon incorpo
rando, seruatur quinque annis.

F VNGVENTVM dialthea dicitur à radice al-
theæ, quæ ingreditur maximè compositionem,
& est mollificatiuum, propter quod calefacit &
humectat omnia loca infrigidata, & desiccata inũ
gendo ea ad Solem, vel ad ignem, propriè facit ad
dolorem pectoris ex frigiditate, confert pleuresi
pluries inungendo: fricando fortiter splenem cũ
eo calido quolibet mane mollificat ipsũ, inũctio
cum eo gummi hederæ addito, confert multum
artheticæ ex vtraque causa, & fit sic communius.
G ¶ Recipe radicis maluauisci recen. rasæ ℔.2. semi
nis lini, & fœnugræci an. ℔.1. scillæ, colophonię, re
sinæ an ℔.s olei ℔.3. ceræ ℔. 1. aliqui addunt bu-
tyrum, & conficitur sic: abluantur bene omnes ra
dices, & terantur simul semen lini, & fœnugræci,
& scilla, ponãtur in. 12. ℔. aquę per triduũ: Quar-
tò ve-

to verò die ponãtur ſuper ignem, & bulliant, doneç incipiãt inſpiſſari: deinde ponãtur paulatim in ſaccũ, & cùm volueris exprimere addatur aliquantulum aquæ feruentis: vt ſuccoſitas ſucci illius extrahatur, de quo ſucco ponantur tres libræ in quatuor libris olei, & bulliant vſque ad conſumtionem ſucci, poſtea addatur cera, & butyrum ad libitum, & cùm fuerint liquefacta, adde terebinthinam, galbanum, & gummi hederæ, & ad vltimum ponatur puluis colophoniæ, reſinæ, & coctum ab igne deponatur: & cum fuerit infrigidatum, & coagulatum, recolligatur, & ſeruatur per annum.

VNGVENTVM marciaton dictum à Marciano peritiſsimo Philoſopho inuentore ipſius: reſpicit membra indurata materia frigida: confert omnibus doloribus frigidis, confert maniæ, melancholiæ, lethargo, & hemicraniæ poſt purgationem, & colicæ frigidis. Inunctio ſtomachi cum eo calido & mentha, confert valde faſtidio, & nauſeæ frigidis: inunctum ad ſolem, vel ad ignem valet ad frigiditatem, & dolorem ſtomachi, & pectoris, ad ſcyrrhum ſplenis, & hepatis: ad dolorem ilij, caſtoreo addito ſubuenit ſtatim paralyticis, tremuloſis, ſpaſmaticis, artheticis, ſciaticis, podagricis, & nephriticis prodeſt potenter, & reprimit tumores. ¶ Recipe ceræ albæ libras duas. olei libras octo. roris marini, foliorum lauri ana vncias octo. rutæ vncias ſeptem. tamariſci vnciam ſemis. hellebori albi, ſauinæ, balſamitæ, thymi, baſiliconis, ſaluiæ, pulegij, ſeminis polij montani, calamenti, arthemiſiæ, ænulæ campanæ, betonicæ, foliorum vrticæ re. brancæ vrſinæ, rubeæ minoris, lacteæ nigræ, pimpinellæ, agrimoniæ, abſynthij, herbæ paralyſeos, herbæ ſanctæ Mariæ, cymarum ſambuci, craſſulæ, millefolij, ſemperuiuę, chamędreos, quinqueneruiæ, centaureæ minoris, radicis pentaphilonis, herbæ iudaicæ ana vncias quatuor & ſemis. radicis maluauiſci, cymini, myrrhæ ana vncias duas. fœnugræ. ℥.1. & s. butyri ℥.1. & drach. duas. ſeminis vrticæ, violarum, papaueris rubeæ, cymarum rubi, menthæ ſaracenicæ, & alterius menthæ, radicis lapacioli, politrichi, cardui benedicti, matriſsiluæ, abrotani, ſtyracis calamitæ, linguæ ceruinæ, alleluia, criſpulæ camphoratæ, medullæ cerui ana vnciam ſemis. adipis vrſi, & gallinæ, maſticis ana vnciam vnam. olibani, olei nardini ana vncias duas. colligantur herbæ omnes menſe maio die vno, aut duobus, ſi fieri poſſit, ab hora tertia vſque ad meridiem. Conficitur ſic: infunde herbas tritas optimo vino odorifero, in quo ſtent ſeptem diebus: die octauo coquantur lento igne, & cùm vinum incœperit conſumi aliquantulum, addatur oleum dictum, & bulliat, donec herbæ demitti incipiant: deinde colentur ſtudioſè, & corticibus proiectis mittantur iterum ſuper ignem, & cùm bullire cœperint, imponatur ſtyrax: & cùm bullierit imponatur modicum butyrum, & axũgia aliquantulum contuſa, oleum nardinum, maſtix, & olibanum, poſtea cera: & cùm fuerit bene liquefactum continuè agitando cùm ſpatula, deponatur ab igne, & cùm fuerit coagulatum, recondatur in vaſe, & reſeruetur vſui per annum.

VNGVENTVM argeon, id eſt, adiutorium: reſpicit propriè materiam frigidam imbibitam iuncturis & articulis: vnde liquefactum ad ignem in teſta oui & pòſt ſuperinunctum ad ſolem vel ad ignem, facit contra omnes dolores articulorum frigidos, & contra paſsiones neruorum ex cauſa frigida, & ad humores propriè cauſantes morbos iuncturarum: vnde confert ſpaſmo, & tetano ex repletione, artheticis, ſciaticis, tremori membrorum: prodeſt valde ileo: ſpina inuncta quartanariorum cum eo ante horam acceſsionis, confert valde: etiam confert contra teneſmum, & colicam inuncta ſpina vſque ad anum: poteſt ſeruari per vnum annum. ¶ Conficitur ſic: Recipe radicis cucumeris agreſtis, roris marini, maioranæ, radicis pedis vituli, ſerpilli, rutæ domeſticæ ana vncias quatuor & ſemis. pulicariæ maioris & minoris ana vncias octo. brioniæ vncias tres. laureolæ vncias octo. nepethæ, foliorum cucumer. agreſtis ana libram ſemis. maſticis olibani ana drachmas ſeptem. pyrethri, zingiberis, euphorbij, piperis, ſeminis petroſelini ana vnciam vnam. olei moſcellini vnciam ſemis. adipis vrſi, olei laurini ana vncias tres. olei communis libras quinque. ceræ libram vnam & vncias quatuor. & herbæ, & radices biduum collectæ menſe Maio vt dictum eſt in marciaton, contuſæ fortiter in mortario, ponantur in oleum per ſeptem dies, & die octauo ponantur ſupra ignem, donec bene coquantur: poſtea colentur bene per ſaccum, & tunc mittantur ſuper ignem iterum, & cùm cœperint bullire, addatur oleum laurinum, & butyrum, adeps vrſi, & cera liquefacta, & petroleon, id eſt, moſcellinum, & poſtea maſtix. zingiber, piper & pyrethrum, & tunc deponatur, & recondatur.

VNGVENTVM Agrippæ: Agrippæ dicitur eò, quòd Herodes Agrippa Rex Iudæorũ vtebatur eo, vel eò quod ipſe inuenit ipſum: reſpicit propriè neruos imbecilles à frigiditate. Inunctum ſupra ventrem confert hydropicis: & etiam omnibus tumoribus, & doloribus frigidis in quacunque parte corporis fuerit inunctum: poſt fomentationem factam cum decoctione ſenetionis, & mercurialis ſoluit ſtranguriam: fricando ſplenem cũ eo quolibet mane, ſoluit duriciem eius remolliti cum dialthea, & diureticis. Inũctum ſupra ſtomachum prouocat vomitum & laxat ventrem inunctum cum eo, ſuperinunctum renibus placat eorum dolores à frigiditate. R. ſcillæ ℔. s. brioniæ ℔. 2. cuc. aſini ℔. 1. radicis ireos ℥. 3. radicis filicis, radicis ebuli, & tribuli marini an. ℥. 2. fiat ſic: bulliant omnes radices ter vel quater, & terantur in mortario marmoreo, & in 4. ℔. olei communis vel lentiſcini imponãtur ꝑ biduũ. Tertio verò die mittantur ſuper ignem, & bulliant tam diu, quod radices incipiant demitti, & poſtea ponantur in ſaccum, & colentur comprimendo, & cùm fuerit colatum mittantur iterum ſuper ignem, & cùm bullire cœperint, ponantur ℥. 15. cerę albiſsimę, liquefacta deponãtur ab igne, & cùm infrigidatum fuerit, collige & reſerua per biennium.

VNGVENTVM fuſcum, id eſt, nigrum, confert omnibus vulneribus: nam generat carnem laudabilem, mundat exortam ſaniem,

& putrefactionem inungendo circa labia vulneris, post mundificationem ipsius cum capparib⁹ seruatur per biennium. Recipe masticis, olibani, ammoniaci, sagapeni, therebinthinę ana vnciã vnam. olei communis libram vnam. picis naualis librã semis. colophoniæ ℥. 4. ceræ in æstate vncias tres. in hyeme ℥. 2. Conficitur sic: liquefaciẽda cum oleo liquefiant, puluerisanda puluerisentur: & cum liquefacta fuerint addatur cera, & post colophonia, deinde pix naualis, postea serapinum, & terebinthina, & ad vltimum mastix, & olibanum agitando semper cum spatula, donec alia liquefiant, & cùm infrigidatum fuerit reseruetur vsui.

VNGVENTVM pro serpiginosis: vnguentum quod post purgationem confert serpiginosis, & elephanticis, corpus inungendo post balneum aquæ dulcis, seruatur per annum. Recipe sulphuris, aloes, lithargyri, & auripigmenti, argenti viui, masticis, olibani, cymini, picis, fuliginis, axungiæ porcinæ veteris: terenda terantur, & temperentur cum succo lapacij, & oleo communi, & succo fumiterræ, donec fiat, quod non sit liquidum, nec spissum.

VNGVENTVM album: quo inungenda mẽbra scabiosa ex phlegmate salso, post balneũ, curat ea. Recipe cerussæ vncias duas. lithargyri vnciam. olibani ℥. ʒ. masticis drachmas 2. teratur vnaquæque species per se, & distemperetur puluis cerussæ cũ modico oleo, pòst addatur lithargyrium deinde mastix, & olibanum cum pistillo agitando semper, & superponas paulatim acetum, vel aquam ro. & cum cœperit inspissari, imponatur oleum, & imponatur de aceto, & de aqua ros. & ducatur tam diu, donec sit incorporatum, & non sit multum spissum, nec multum liquidum: & reseruetur in vase plumbeo.

VNGVENTVM laxatiuum: dictum laxatiuum eò quòd inungendo ventrem & ilia cum eo calido laxat summè ventrem, humores phlegmaticos educendo: vnde confert hydropisi, & colicæ, frigidis, & calculosis. Tamen sciẽdum est quòd pharmacare emplastris, vel vnguentis tractiuis chymos est periculosum valde, quàm diu exhibitis interius morbus quieuerit purgari, aut vbi inest euidens plethora, quæ etiam corporib. calefactis nunquam applicentur, & nisi membra interiora, & exteriora fuerint fortia. Seruatur per annum. ¶ R. succi radicis cucumeris agrestis, succi pomorum eiusdem, violarum, succi mercurialis, succi radicis polypodij, succi laureolæ, succi capill. ve. granorum cataputiæ excorticatorum ana vnciam vnam semis. succi cucumeris domestici, pulpæ colocynthidos, succi calamenti, succi radicis ebuli, succi corticis mediani, sambuci, lactis tithymalli, camomillę, ana drachmas duas. nucis vomicæ, castaneæ indicæ, euphorbij, ana vnciam vnam. colligantur omnes herbæ mense Maio. Confice sic: commisce succos, & cataputiã cum tribus libris olei dulcis septem diebus. Octauo die bulliat, donec quantitas succorum fuerit consumta: tunc addatur ceræ ablutæ cum felle tauri, agitando semper cum spatula, donec cera fuerit liquefacta, & postea imponatur puluis cæterorum, & reseruatur per annum.

VNGVENTVM populeon: dictum populeon eò quòd fit de oculis arboris populi, à dominio compescit furorem caloris nimij, vnde inunctis temporibus, & pulsibus, & volis manuum, & plantis pedum cum eo, & modico aceti cõfert optimè calori febrium acutarum & ephemeræ: & prouocat somnum, & mitigat dolorem arthéticæ calidæ. Si hepar inungatur cum eo & oleo violaceo, vel rosaceo, mitigat calorem ipsius. Superinunctum compescit apostemata calida, & prohibet ea: & inunctio ventri cum eo, & oleo violaceo, prouocat sudorem, inunctum ab extra, confert dolori auris calido: seruatur per annum. ¶ Recipe oculorum populi libram vnam & semis. foliorum papaueris, foliorum mandragoræ, cimarum rubi, cimarum foliculorum hyoscyami, solatri, crasulæ maioris, & minoris lactucæ, bardanæ, violariæ, vmbilici veneris recentis ana drachmas tres. axungiæ porcinę recentis, sine sale, libras tres. & fit hoc modo: pistentur oculi populi p se, & formẽtur inde magdaliones, & dimittantur per duos dies. Tertia verò die colligantur herbæ supradictæ, & terantur bene per se, & rursus magdalionibus formatis, reseruentur per octo dies: & tunc pistentur iterum cum axungia, & mittantur magdaliones incisi frustatim in caldarium cum vna libra vini odoriferi & optimi, ponantur & bulliant vsque ad consumtionem vini semper agitando cum spatula, deinde cola per saccum exprimendo, & dimitte frigescere: & reconde in vase, & seruatur per annum.

De Oleis, Cap. XXIX.



OLEA facta per extractionem habent virtutem eorum, ex quibus fiunt, & sunt media inter ea, quibus imbibũtur, vt camomillinum: quæ autem fiunt per expreßionem, vt oleum amygdalarum, & oleum se. papaueris, sunt calidiora eis, ex quibus exprimuntur: quæ autem fiunt ex oleis, sunt frigida styptica, vt myrtinum: debent fieri ex oleo rudi, vel Hispano: quæ autem fiunt ad humectandum, vt violaceum, & nenupharinum, fiant ex oleo dulci perfectè maturo recenti. Quòd si morbus indiget ampliori calore, vt anetino, & oleo benedicto pro resolutione phlegmatis, vel ventositatis in colicis, fiat ex oleo dulci antiquo, quod est calidius oleo de lilio, & de raphano, & efficit operationes eorum. Reseruentur in vasis vitreis obturando strictè ne putrescant.

OLEVM rosaceum comperitur esse præstantißimum in morbis calidis, & in vehementer frigidis. Fit ex oleo rudi & rosis non expansis, quãdo per ipsum quæritur infrigidatio, retentio, cõfortatio, prohibitio, & repercusio. Quod verò fit ex eisdem suspensis in puteum aquæ dulcis, non attingẽdo aquã, retinet plus de odore rosarum, est crasßius, frigidius, magis constringens, tardius, penetrans, potentius in mitigando apostemata calida, & confortando membra, sudores & fluxus retinet vehementius, & inunctum efficacius, quam excoctum ad solem: quod verò fit ex oleo dulci maturo & rosis expansis est magis tẽperatũ, & magis mitigat dolores calidos, & est penetrabilius, & resolubilius. ¶ Modus vsitatior, seu

ſeu communior eius eſt, vt accipias tres libras olei oliuarum, foliorũ roſarum ru.re. contuſarum libram vnam. & ſuſpendatur ad ſolem per quadraginta dies, vel in puteum per duos menſes, coletur poſt, & vſui reſeruetur: quòd ſi ipſum efficacius facere volueris, adde ei colato aliam libram roſarum, & expone ad ſolem vel in puteũ conſimiliter. quòd ſi adhuc efficacius, & potentius vis ipſum felicitare, ſuperadde ei colato conſimiliter aliam libram roſarum, cum quo & modico aceti bene incorporatis tempora, & frontẽ inungendo in die non critico mitigat dolorem capitis, & calorem ipſius, prohibetque aſcenſum fumoſitatum ad caput cauſatum ad perniciem. Etiam inunctum ſupra caput compeſcit dolorẽ capitis ex febre, phreneſi, calore ſolis, percuſſione ſine vulnere, ebrietate & ex coitu: & nihil eſt eo infrigidato præſtãtius in curatione doloris capitis abſq; materia, vel cum materia calida ex conſenſu mẽbrorum, cui interdũ cogimur commiſcere ſuccum plantarum frigidarum: tamen lacte addito obeſt dolori capitis ex humorũ multitudine. Vermibus terreſtribus impoſitis, tritis in aceto, confert valde dolori capitis commiſſuras cerebri cum eo inungendo, commiſcẽdo plurimum aceti cum eo prohibet ſubeth & profunditatem ſomni in paroxiſmo. Inunctio capitis cũ eo, confert ephemeræ ex frigore, & ex balneo ſtyptico: inunctum factum cum oleo rudi, confert rigori febrium acutarum, & febri phlegmaticæ: naribus immiſſum, confert dolori calido capitis, & ipſum eſt elegantius oleo nenupharino, & violaceo in curatione malitiæ calidæ capitis: commiſcendo oleum camomillinum cum eo, confert dolori capitis poſt febrem: addita ruta confert dolori capitis à cauſa frigidæ, & ipſum, moderatè calidę ſuperinfuſum curat perforationem cranei, in qua apparet meninx cerebri, & mitigat ipſius dolorem immiſſio ſanguinis calidi columbi, vel turturis: ipſum inunctum confortat cerebrum, & verticem eius, & intellectum inungendo cum eo infrigidato: & vitello oui omni hora eſt medicina eryſipelati cerebri: ceroneum ex eo, & aceto infrigidatum ſuppoſitum ſincipiti, confert lęſioni ſenſus: inunctio cum eo, confert ſpaſmo ex inanitione, bulliendo folia myrti in eo, & inungendo corpus cum eo, ſtringit ſudorem: emplaſtratum cum conuenientibus facit creſcere carnem in antiquis vulneribus. Ceroneum confectum ex eo, & vitello oui, & ſuperpoſitum confert forti calori, & ardori membrorum: inunctio cum eo, & oleo violaceo, confert ſpaſmo ex colica paſſione. Inſtillatum in aurem calidum ſedat dolorem ipſius, & confert apoſtemati eius calido & etiam ex ventoſitate calida tertia parte aceti cocta in eo lentè, vſquequo oleum remaneat, & tepidum iniectum, confert valde pulſationi aurium ſuperpoſitum cum vitello oui in oculo percuſſo, vel inciſo, mitigat dolorem ipſius. Lethargyrium incorporatum cum eo, & inunctum extirpat puſtulas naſi, & labiorum, & ceroneum factum ex eo & cera valet ad fiſſuras ſeu ſciſſuras labiorum manuum, pedum, & vulneribus naſi, retentum in ore cum ſucco plantaginis valet ad vulnera: collutio oris cum eo & aceto, confert valde dolori dentium ex materia viſcoſa educendo eam. Inſtillatum confert perforationi dentis, impoſitum cum bombace ſuper locum dentis eradicati, ſedat ipſius dolorem. Bibitum cum ſorbitione hordei, valet in principio phthiſeos, & ad vlcera pulmonis, & phthiſin ex ſolutione mẽbrorum principalium. Inunctum aceto addito ſuper locum, confert ſynochę, totum corpus inungendo cum eo, confert apetitui canino ex calore ſtomachi, ſiccitati, laſſitudini, & conſolidationi mẽbrorum. Datum cum lacte caprino mitigat ardorem, & æſtuationem viſcerum, & dolorem ſtomachi: bibitum cum 1 ℥. ſacchari al. poſt vomitũ, compeſcit dolorem, & punctionem ſtomachi ex materia acuta. Inſtillatum ſuper ſyrupum conferentem hepati, ſtomacho, & inteſtinis, cõfert eis: bibitum cũ pſyllio, & coſto valet ad fluxum ventris ex materia calida, & ad excoriationem inteſtinorum. Datum cum lacte, & vino, & iniectum per ſyringam cum albumine oui, & ceruſſa: aut cum ſief. ſtyptico, confert ardori vrinæ, & vlceribus veſicæ, & mitigat dolorem eorum, & valet ad dolorem renum, calorem, & incenſionem eorũdem, & ad diabetem. Iniectum per clyſtere cũ æquali pondere ſucci plantaginis, & ceruſæ, cicatrizat potenter dyſenteriam, & mitigat dolorem ipſius: eius quantitas magna bibita ſoluit ventrẽ: quantitas eius mediocris bibita maximè conſtipatis ſtringit ventrem. Vitellis ouorum diſtemperatis cum eo, & emplaſtratum ſuper apoſtema ignitum hepatis, mitigat dolorem eius, & calorẽ vna appoſitione vel duabus, & minuit acumen morbi, & furioſitatem: & facit detumeſcere locũ, & amouet ruborem ipſius cum emplaſtro, ſi ſupaddideris 1.ʒ. opij, & modicum croci & ſuperẽplaſtraueris, amouet artheticam calidam prę cæteris cunctis ſuppoſitionibus, & compeſcit dolorem ipſius, & alterat in parte dyſcraſiam ipſi9: incorporato vitello oui aſſi cum oleo roſa. inungendo compeſcit ilicò dolorem cauſatum à fiſſuris ani: addita cera alba valet ad omnia vulnera ex ſanguine aduſto, & ex cholera citrina, vt ſunt formica, & aduſtio ignis. Inunctio iuncturarum in æſtate cum eo, & oleo violaceo cõfert ſpaſmo ex colica paſſione, & ipſum additur in pluribus medicinis abſcindentibus ſanguinem: medicinę acutę & venenoſę incolumitãtur eius admiſtioni, etiam ipſum eſt fermentum aliorum plurimorum vnguentorum, & emplaſtrorum aromaticorum, confortatiuorum, & aliorum.

OLEVM violaceũ dictũ à violis, frigidum & humidũ eſt: reſpicit propriè mẽbra deſiccata, cõfert ardori, & ſiccitati corporis, diſtendit mẽbra rugata, lenit aſperitates: & cõfert cõplexioni ſiccæ, ſedat inflãmationes ſtomachi, mollit vẽtrem, propter quod ſumtum cũ cibis, & inunctum cõfert hecticis cõſtipatis, & conſumtis, & inunctis temporibus, & fronte cũ eo & lactę recenti mulieris, & naribus iniectum confert mirabiliter cephaleæ calidę, perturbationi ſenſus & vigiliis, & inducit ſomnũ, & ꝑſeruat à phreneſi. Pannis ſubtilib. inũctis cũ eo, & roſ. & aceto, & applicãdo tẽporib. cõfert dolori capitis ex tertiana, & ex cauſone inũgẽdo nares cũ eo, & nenupharino, & oleo roſa. confert dolori capitis ex quartana cholerica. Inunctũ cõfert ephemerę ab ira, triſtitia, & exercitio & ꝓpter cibos calidos: epithema ex eo

oleo roſaceo, & ſandalis confert ſtupori mentis debilitate virtutis: inunctum cum cera alba valet ad fiſſuras labiorum, & vulnera naſi. Inſtillatum in ſorbitione hordei confert tuſſi ſiccæ aſperitati pectoris, & canali pulmonis: & difficultati anhelitus ex ſiccitate: Impoſitum ſuper apoſtemata lateris, & diaphragmatis compeſcit eorum dolores, iniectum cum clyſteri mollit ventrem. Iniectum cum ſyringa confert ardori vrinæ: ceroneum ex eo factum, & cera alba inunctum ſuper combuſtionem ſedat apoſtemata, & amouet dolores, & fit vt oleum roſaceum ex oleo dulci recenti & violis purpureis purgatis à viriditate.

OLEVM nenupharinum fit, vt oleum violaceũ & vires eius, ſeu potentiæ ſunt, vt olei violacei, tamen ſunt efficaciores, ſeu potentiores in omnibus, in quibus oleum violaceum communiter commendatur.

OLEVM mandragoræ dicitur à ſucco mandragoræ, qui ingreditur, confert valde ſeu vehementer contra morbos valde calidos: eius tamẽ vis narcotica eſt reprimenda cum lacte mulieris vel oleo roſaceo: in eo enim eſt frigiditas, & humiditas intenſa, fronte, temporibus, plantis pedum, & volis, manuum patientium acutas, inunctis cum eo vigilias ex humoribus calidis ortas obtundendo calorem eorum amouet & prouocat ſomnum. Item calidè inunctum mitigat artheticam calidam, ſeruatur per annum, & fit ſic: ¶ Recipe ſucci pomorum mandragoræ vncias quatuor. olei communis libras duas. ſucci hyoſcyami albi vncias duas. ſucci capitum papaueris nigri hortenſis, vncias tres. violarum, teneritatũ cicutæ ana vnciam vnam. opij, ſtyracis calamitæ an. vnciam ſemis. ſic cõficitur: mittantur omnes ſucci in oleum, commiſceantur omnes per nouem dies ad ſolem. Decimo verò die coquantur ad ignem vſque ad conſumtionem ſuccorum: & quando coctum fuerit, deponatur ab igne, & cũ fuerit infrigidatum, coletur, & in parte ipſius olei ſupermittantur opium, & ſtyrax ſoluta, & bene commiſta reſeruentur vſui per annum.

¶ Conficitur aliter ſimplex ſic: diuidantur poma mandragoræ per partes, & impoſita oleo rudi coquantur in duplici vaſe.

OLEVM viride dicitur oleum frigidiſsimum, & dicitur tale ab effectu & colore: vnde temporibus & fronte inunctis cum oleo, valet in febribus acutis & ad calorem & dolorem hypochondriorum ex cauſa calida à nucha, vſque ad anum inunctum: ſimiliter volis manuum, & plantis pedum inunctum mirabiliter & potenter valet ad omnem calorem immoderatum. Et fit ſic: ¶ Recipe foliorum hyoſcyami albi, & mandragoræ, cymarum rubi tenerrimarum, foliorum violariæ, & vermicularis, vmbilici veneris, ſemperuiuæ, ſolatri, foliorum papaueris, craſſulæ maioris, portulacæ, lactucæ, bardanę, ana vncias tres. terantur omnia, & infundantur duabus libris olei communis albi, & abluti, agitati cum duabus libris aquæ dulcis. Poſtea mittantur ſuper ignem, & bulliant vſq; ad conſumtionem ſucci, & tunc deponantur ab igne, & permittatur reſidere, & colligatur oleum, quod ſupernatat, & reſeruetur per annum.

OLEVM chamœmelinum dictum chamœmelinum à flore chamœmelini, ex quo fit: calidum eſt temperatè, & eſt oleum benedictum, & expertum: eſt enim confortatiuum membrorum, & reſolutiuum humorum ſuperfluorum, & mitigatiuum dolorum frigidorum, & ſubtiliatiuum humorum ſpiſſorum, & confert ei, quem læſit frigus: vnde valet ad dolorem capitis frigidum & calidum, & ad vertiginem confirmatam: inunctio extremitatum cum eo, confert catarrho frigido: gargariſmus cum eo, confert ſpaſmo linguæ, ſtomachi, & pectoris ex ventoſitate, vel ex materia frigida pauca: & eſt prohibitiuum defluxionum materierum, & inunctio ex eo, & ſucco apij, confert febribus longis, & confert ephemeræ ex opilatione, & laſsitudine valde: diſſoluit membra contracta, poros aperit, bombicinum intinctum in eo & plagis neruorum, & muſculorum impoſitum, confert apoſtematibus phlegmaticis, & ſuperinunctum confert apoſtemati duro renum. Modus operationis eius eſt, vt olei roſacei ad ſolem ex oleo dulci vel veteri.

OLEVM myrtinum frigidum eſt & ſtypticum, diureticum, & conſtrictiuum: confert omni morbo indigente induratione, & confortatione, fiſſuræ oris pudendorum, hæmorrhoidum: & emendat humores putridos, efficit omnes effectus in rerum natura potentiùs: confert potentius puſtulis capitis, & furfuribus, inunctio totiùs corporis cum eo retinet ſingulariter ſudorem diaphoreticum, vel fœtidum: & inungendo confortat membra debilia, & fluxibilitates iũcturarum, ſtomachi, & hepatis inungendo, & ſuperaſpergendo roſas tritas confert: etiam valet ad omnia vulnera, ex quibus emanat humiditas, ſuperillinitum inducit carnem, ceroneum factum ex eo, & cera alba, confert combuſtioni. commiſtum cum laudano, & ſuppoſitum capiti, facit ad ortum capillorum: confortat etiam radices ipſorum, & prohibet caſum ipſorum, & magnificat ipſos: etiam illinitio cum eo ſolo pluries cuſtodit eos abſque nocumento, illiniendo ventrem ſuperſynapiſando ſtyptica, retinet ventrẽ. Iniectum auribus ſanioſis exſiccat ſaniem: iniectum cõfert veſicæ excoriationibus, fiſſuris, hæmorrhoidibus, & fluxui ventris: etiam confert ragadiis ani, fiſtulis, procidentiæ ani, & matricis, & fit ſic: ¶ Recipe florum ſiccorum myrti vncias tres. & pone in vnam libram olei viridis loti, vel commodius roſacei, ſtet ad ſolem quaſi 30. diebus, & coletur pòſt, & ſi flores terantur, vt in oleo roſa. etiam efficacius eſt ex foliis ipſi⁹, & fit ſic: tere folia myrti fortiter, & exprime ſuccum, & immitte in tantundem olei, & coque vſque ad conſumtionem ſucci: & vtere.

OLEVM amygdalarum dulcium, quod eſt humidum in primo gradu, applicatum interiùs vel exteriùs, impinguat corpus, & confert hecticæ duriciei, & ſiccitati membrorum, pulmoni, renibus, & veſicæ tamen infert faſtidium. Inunctio corporis cum eo confert ſpaſmo ex inanitione: & diſſoluit apoſtema durum & extendit rugas. Oblatum in cibis quartanariorum, confert eis valde: naribus iniectum aperit opilationem odoratus: auribus iniectum confert tinnitui aurium ex inanitione: miniſtratio ipſius tepidi, & inſtil-

instillatio ipsius confert difficultati anheli tus: est efficacius in apostemate, illinire pluries cum eo labiorum fissuras, curat eas. Etiam confert pectori, & pulmoni, & lenit asperitatem eorum, & cæterorum membrorum. Inunctio stomachi cũ eo, & cum quarta parte lenticini, & cum quinta parte aquæ confert maciei ipsius, illinitum confert singultui ex inanitione: oblatum cõfert omnibus speciebus hydropisis, & aperit opilationẽ hepatis, & est bonum dolori maxillarum, renum, vesicæ, vrinę lapidis, ardori vuluæ, & præfocationi matricis: & augmentat sperma, & quantò recentius, tantò melius.

Oleum amygdalarum amararum calidum est, & siccum, opilationes carnium aperit, resoluit ventositatem, lenit asperitatem, confert dolori neruorum, & lenit duritiem eorum: commistum cum vino confert cephaleæ, & suppositum confert vulneribus capitis, & furfuribus, abstergit caligines oculorum. Immistio radicum lilij, & ceroneo facto cum oleo rosarum extendit rugas & colligit mamillas pendentes. Oleum amygdalarũ propriè amararum cum melle, radice lilij, & cera illinitum, confert rugis, panis, vestigiis, maculis, lentiginibus, & consimilibus: magni est iuuamenti in opilationibus, tinnitui, surditati & dolori aurium, & sibilo earum, confert asthmati, intromissum in aures est maximi iuuamenti in cura apostematis sub aure: confert opilationi narium, ceroneum ex eo suppositum, confert pectori, & apostemati ipsius, & splenis: etiam bibitum, confert dolori matricis, & pessarisatum suffocationi eiusdem: est diureticum, & confert calculosis, & sic fit: abundantius extendantur amygdalę amaræ, vel dulces super pannum, & ingeniosè supra vaporem aquæ dulcis feruentis, vsquequo calefiant bene, cum eodem panno calido ligatæ bene, imponantur torculari, vel inter duos grossos fustes applanatos, fortissimè constringendo, & oleum inde emanans recolligatur: vel terantur amygdalę, & calefiant in pelui supra cineres calidos, & irrorando modicum aquæ fortiter confricando: & exprimendo, oleũ inde emanans inter digitos colligatur. ¶ Oleum balsaminum fit eodem modo, dictum Arabicè oleum de been, & ab aliquibus dicitur moscellinum, quod fit sic ex granis balsami, & est calidũ & humidum solutiuum, & incisiuum, & abstersiuum, mundificatiuum, aperitiuum, & deopilatiuum communitur intrat medicinas aromaticas. Auribus iniectum, confert surditati, sibilo, tinnitui, & cum sanguine anseris confert dolori earum: bibitum vel retentum in ore subuertit stomachum, & resoluit scrophulas, superilliniẽdo apostemata dura, super splenem & hepar cõfert grossiciei eorum: confert etiam spasmo, & ęgritudinibus neruorum, & iuncturarum frigidis: confert morpheæ, & fœtidati cutis, aufert lẽtiginem faciei, mundat maculas nigras, & vestigia vlcerum, clysterisatum soluit phlegma crudum, pessarisatum confert apostematibus matricis, & fit sicut oleum amygdalarum dulcium.

Oleum liliaceum fit ex lilio cœlesti, vel ex lilio albo: oleum, quod fit ex lilio cœlesti, est fortius omni re, ipsum est abstersiuum, resolutiuũ, mitigatiuum doloris frigidi: & subtiliatiuum, maturatiuum materierum grossarum pulmonis: lenit, & resoluit duritiem antiquam, apostemata dura, & scrophulas. Confert mirabiliter dolori, & molliciei neruorum, iuncturatum, & podagrę frigidis, & grauitati audit⁹. Cõfert optimè dolori capitis frigido: & est medicina optima ad spasmum ex repletione, & tremorem: maximè post rubificationẽ commistum cum aliquo ceroneo, confert apostematibus occultis, perniciosis etiã purgat vulnera saniosa, commistum cum lithargyrio, & cerusa consolidat, replet, & cicatrizat vulnera: tempora inuncta eo prouocat somnum, & maturat catarrhum: confert valde doloribus spinæ & capitis antiquis, inungendo pluries supercilia cum eo, conseruat pilos. Etiam coctum cum felle & illinitum confert debilitati visus, aufert fœtorem naris, illinitum gutturi lenit asperitatẽ cannæ pulmonis: instillatum ori confert dolori ipsius: ipsum curat asthma viscosum: intromissio ipsius in nares, confert tetano, & inclinationi ceruicis, odorando mundificat cerebrum ab humoribus grossis, & viscosis sternutando, illinitũ iuuat valde expulsionem saniei, in pleuresi confortat neruos & iuncturas: confert pectori, & peripneumoniæ bibendo vnciam vnam & semis. ex eo mundificat vehementer euomendo, confert dolori pectoris, splenis, & renum: & bibitum, & superpositum confert valde: superpositum calefacit renes, & vesicam, & confert constrictioni matricis, frigiditati, spasmo, & apostematib⁹ eiusdem, & felicitat partum, & fit sic: Recipe radicis lilij, quantum vis, florum eiusdem amoto quod citrinum est duplum eorum, aquæ, quantum sufficit, olei oliuarum bene maturarum libras duas. coque lentè in duplici vase flores innouando, donec oleum remaneat, coletur, & reseruetur, vel fit, vt oleum camomillinũ, ad solem.

Oleum de lilio albo sedat dolores frigidos, confert dolori pectoris, & doloribus frigidis, capitis, & colicæ: curat dolores dorsi antiquos, calefacit renes, & vesicam: & est supremum dissolutiuum humorum matricis, & duriciei, & præfocationi ipsius: & fit cõmuniter, vt oleum camomillinum ex oleo dulci, bene maturo, vis ipsius magnificatur, flores innouando bis, vel ter de viginti in viginti diebus: & postea cola, & reserua per annum. Fit etiam sic, & tunc est magis calefactiuum, resolutiuum, penetratiuum, sedatiuum, & maturatiuũ & confert valde ad calefaciendũ renes, & matricem, & est valde expertum: Recipe florum lilij albi, amoto quod est citrinum vncias duas. masticis, calami aromatici, costi ana vnciã semis. croci vncias tres. infundantur omnia præter lilia in aquam, quod sufficit, in qua stent per diem naturalem: deinde bulliant vnica ebullitione, & superimpone duas libras olei oliuarum bene maturarum, & omnia ponantur cum floribus lilij in vitrum, in quo stent ad solem 40. diebus, & postea cola & reserua.

Oleum absynthij fit de absynthio, & est mirabile sumtum interius, & exterius. Instillatũ in aures necat vermes, sumtum ante potum prohibet ebrietatem: superpositum confert oculo dolenti, ceroneum ex eo confortat stomachum debilem, & iuuat digestiuam. Bibitum confert esui fungorum: quantitas magna ex eo bibita

necat vermes,& alia animalia: etiam confert opilationibus hepatis, & icteritiæ. Sumtum cum melle, confert opilationibus hepatis, & splenis, & prouocat menstrua, & fit sic: mittatur vna libra florum, vel foliorum absynthij, non maritimi recentis in vas vitreatum,& superimpone olei loti, vel alterius, libras quatuor, & stet ad solem obturando bene quadraginta diebus, postea cola,& ministra: & si vis conficere cum oleo sesamino, tunc lenit duriciem, & si vis, fac citiùs in duplici vase.

Olevm nardinum benedictum ob multas illi⁹ vtilitates. Vtimur eo, propriè in omnibus ægritudinibus frigidis & flatulentis, maximè neruorum, stomachi, ventris, splenis, renum, vesicę, & matricis: ipsum enim est ex melioribus oleis, pro doloribus frigidis antiquis: & quocunque modo exhibitum, vt caputpurgium dolori capitis & hemicraniæ confert, & curat eas perfectè, colorem & odorem corporis efficit bonum: & confert paralysi, & debilitati neruorum: auribus instillatum cum sanguine anatis, confert dolori earum frigido,& tinnitui: ceroneum factum ex eo cum mastice & aloe, est mirabile ad debilitatem stomachi,& confert valde colicæ & torsionibus ventris,& est ex melioribus oleis dolori ex phlegmate, & ventositate, & hepati, & calefacit matricem: iniectum per syringam, confert vesicæ frigidæ, & molliciei eius, & renibus. ¶ Et fit sic communius: Recipe spicænardi vncias sex. vini odoriferi, aquæ, ana vncias septem, & vnciam semis. olei sesamini, vel communis, bene maturi libram vnam: obturando bene coquatur lentè in duplici vase, quasi spatio quatuor horarum coletur,& reseruetur. ¶ Aliter fit: Recipe spicænardi, summitatũ maioranæ, ana vncias duas. ligni aloes, radicis millefolij viridis, calami aromatici, florum scœnanthi, seminis carui agrestis, ana vnciam vnam, & semis. terantur, & superiniiciãtur vini clari bene recẽtis libræ sex. coquatur, vt prius, quasi sex horis, coletur,& reseruetur.

Olevm laurinum est calidum, calefactiuũ & sedatiuum dolorum antiquorum, & ventositatum resolutiuum, confert scabiei, pruritui, & morpheæ ex phlegmate salso: inunctum necat vermes vbicunque sint, pediculos, & sirones, & aufert furfures: confert alopitiæ, tyriæ, inungendo hora prima diei & abluatur post quinque dies, sed antea inungatur caput cum farina fœnugræci, & melle à quo caueat calidè. Specialiter confert contra insensibilitatem membrorum ex paralysi, mortificatione virtutis, aut opilatione: etiam confert mirabiliter doloribus neruorum ex phlegmate, confert etiam doloribus, & rigoribus frigidis neruorum,& iuncturarum, & neruis læsis à frigiditate, cephaleæ antiquæ & catarrho, mitigat dolores dentium & dolores hepatis,& stomachi: aperit opilationes hepatis, renum, viscerum, splenis, & matricis: etiam compescit dolores aurium. Ipsum quibuscunq; modis est expertum confert valde stricturæ & difficultati anhelitus ex phlegmate, bibitum prouocat vomitum & nauseam. Inunctum calidè sedat hæmorrhoides & sistit sanguinem, odorãdo mũdificat cerebrum ab humoribus grossis,& viscosis sternutando: instillatum auri confert dolori eius ventoso,' & surditati: & est ex melioribus rebus dolori auris frigido. Melius oleum laurinum quod possit esse, fit ex succo lauri, confert stomacho & lassitudini itinerantium: & fit sic: Recipe baccarum lauri bene maturarum, quantum sufficit, & excorticatæ conquassentur fortiter in pila,& bulliant postea diu in caldario aquę pleno, deinde infunde in vas planũ vitreatũ, & cum fuerit infrigidatum, recollige suauiter oleũ, quod supernatat, & reserua ipsum: aliqui vendunt folia lauri recentia, fortiter trita incorporata cum sanguine porci recentis.

Olevm mastichinum est calidum & stypticum temperatè: confert debilitati stomachi, & hepatis, & confortat stomachum frigidum. Inũctum ad ignem confert omni dolori stomachi & apostematibus ipsius, confortat virtutem assimilatiuam membrorum debilem: confert hecticis, & senibus consumtis: confortat iuncturas & neruos, & efficit bonum colorem: lenit apostemata dura, mundat panum sub tela oculi, propter superfluitatem corporis. Inunctum ad ignem tepidum cum lana succida, sanat dolorem hepatis, & splenis: confert furfuris, seu fissuris manuum, pedum, labiorum, ani,& hæmorrhoidum, & cõfert fluxui vẽtris antiquo, vel indigestioni & dysenteriæ. Inunctum super regionem matricis reprimit eius frigiditatem & humiditatem, & facit ad cõceptum,& fit sic commodius. ¶ Recipe vncias tres masticis albi, cùm quęritur mollificatio, vel nigri, cum quæritur resolutio: conquassatis immittantur in vas vitreatũ, in quo sit vna libra olei rosacei,& octo vnciæ vini rubei electi,& coquatur lentè super prunas in duplici vase, vsque ad consumtionem vini, agitando continuè, donec mastix dissoluatur, vel fiat consimiliter cum oleo sesamino: & tunc mollificat magis durities & apostemata. Si vis facere meli⁹ & magis aromaticum infunde florum scœnanthi, calami aromã. ana vnciam vnam. & stet ad solem per aliquot dies in vase vitreato, & coletur,& reseruetur.

Olevm ouorum sanum, & expertum in multis, curat impetiginem, & alios morbos: immiscendo modicum sanguinis galline, curat scabiem cholericam. Iniectum tepidum, sedat statim vehementiam dolorum apostematum aurium, accelerat maturationem, aperit ipsum, & facit nasci capillos: & confert fistulæ & vlceribus melancholiæ, mitigat dolorem combustionis & arsuræ, efficit cicatricem subtilem: confert dolori dentis, & ani illinitum cum pinguedine anseris: curat in die multum molestatum à dolore hepatis ex ventositate: etiam facit nasci capillos, & est bonum colori corrupto, propriè in albedine oculorum: & fit sic: Recipe oua recentia,& elixa, & pone vitella in vas ferreum super prunas incensas, commouendo continuè cum ferro, vsquequo assentur bene, & tunc imponantur calida panno forti & inuoluta comprimantur, vt dictum, in conficiendo oleo amygdalarum & reserua oleum, quod emanabit.

Olevm expertissimũ auferens scabiem humidam,& pruritum inungendo semel post purgationem,& balneetur post triduum,& inungatur: & nisi curetur, inungatur post triduũ, scabies excoriabitur ei, & pruritus aufertur ei: & fit sic:

Rec.

Rec. 1. ℔. ſucci oleandri & immiſceatur cum ℔. s. olei roſ. & bulliant lentè, donec oleum remaneat, & coletur, & reſeruetur: & ſi 1. ℨ. ſulphuris pulueriſati ponatur, efficitur fortius.

OLEVM moſcellinum dictum à moſco, quod recipit, calefacit membra infrigidata, & roborat debilia: eſt optimum omni corpori maximè frigiditati ſtomachi, & dolori lateris. Inunctum ab extra, cum zingib. galangę, & diagredij an. drachma vna, in aliis drachmam ſemis propinatum, ſubuenit ſummè ſtranguriosis, & cholericis. Inunctum ad ignem ſubuenit optimè indignationi neruorum. Etiam immiſcetur medicinis, vt epithematibus, emplaſtris, confert ſtomacho, & renibus cum gallia muſcata illinitum confert torturæ oris, & ſic fit: Recipe olei africani, libras octo. foliorum ſpicę, coſti, maſticis ana vncias tres. ſtyracis calamitæ, muſci, myrrhæ rub. caſsię, croci ana vnciam vnam & ſemis. caryophyll. xilocaſsiæ, carpobalſam. bdellij ana vncias ſex nucis indicæ vncias quatuor. & confice ſic: crocus, caſsia, myrrha, xilocaſsia, carpobalſamum, bdellium, coterantur & immittatur ꝑ biduum in aquam, & poſt coquantur cum oleo, vſque ad conſumtionem aquæ: & poſt infrigidationē vnius diei cola ſtudioſiſsimè, & pone caryophyllos, ſpicā, nuces, & coſtum ſubtiliſsimè puluerisata, & contunde ſtyracem in parte olei, maſticem, & muſcum, impone ſubtiliter, & totum bulliat modicum ſuper prunas lentè, & reconde diligenter.

OLEVM coſtinum, dictum à coſto: reſpicit propriè virtutem naturalem, neruos, lacertos, & omnia membra neruoſa calefacit, aperit opilationes lacertorum, confortat eos: propriè cum ſtyrace eſt optimum remedium in dolore frigido iuncturarum, illiniendo cum eo originem neruorum: confert paralyſi & tremori ſenum ex potu vini, confert torturæ & ſpaſmo humido, & tetano, illiniendo ſcabiem cum eo, curat eam citò: & pruritum ſalſum, confert frigori lacertorum, & propriè hepatis & ſtomachi, confirmat capillos: & confert valde inungendo ſpinam ante acceſsionem horripilationis febrium: confert valde ſurditati auditus ex frigido, vel ventoſitate: prohibet caniciē, bonificat colorem & odorem: & confert contra peſtilentiā, & fit ſic: Recipe coſti albi odoriferi vncias duas. ſummitatum maioranæ ℨ. 8. caſsiæfiſt. ℨ. 1. commiſceantur in vino aromatico per diem naturalem, & tunc pone olei ſeſamini vel communis ℔ 2. & coquatur lentè in duplici vaſe, quaſi duabus horis vſq; ad conſumtionem vini, & cola & reſerua vſui.

OLEVM caſtorei eſt calidum, & reſpicit ſpecialiter cauſam frigidam: vnde eſt ſpecialius & ſingularius vngendo cum eo caput, ſoluere epilepſiam de cauſa priuata: illiniendo etiam partes poſteriores capitis: eſt enim proprium in reparando memoriam, valet contra lethargum, paralyſim, cephaleam, colicam. Inungendo renes, & vrinalia, etiam iniectum in matrice confert impedimento conceptionis, & debilitati coitus ex frigiditate, & fit ſic: Recipe ℨ. 1. pulpæ colocynth. & caſtorei non rancidi, nec nigri, & bulliant bene trita lētè in ℔. 1. olei maturi & antiqui ſupra prunas, vſq; ad conſumtionem tertiæ partis: & reſeruetur non colatum. ¶ Et ſic eſt finis antidotarij Magiſtri Arnal. de Villa noua.

ARNALDVS DE VILLA NOVA DE PHLEBOTOMIA.



OMNI tempore, ſi neceſsitas vrget, phlebotomia eſt adhibenda, verùm ab 8 Calend. Aprilis, vſq; ad 8. Calend. Iunij, vtiliſsimum eſt ſanguinē detrahere, quia tunc creſcit in homine ſanguis, & augmentum habet. Poſtea ſunt obſeruationes temporis, & curſus lunæ 5. 15. 20. 25. 35. in his venam ſecare prohibent à 15. Calend. Auguſti, vſque ad nonas Septembris, tunc ſunt dies caniculares titubantes, in quibus neque phlebotomiam præcipiunt, neq; potionem dant. Potio verò ab 8. Calend. Octobris, vſq; ad 8. Calend. Decembris vtilis eſt, vt nociuos humores, quos æſtiuum tempus cumulauit, deponat autumnus, & à ſicca cholera vſq; ad aliud tempus autumni ſecuriùs eſſe poterit, in cibo & potu obſeruet, vt iis vtatur, quę conueniunt, & à quibus lædi poterit, abſtineat. ¶ Sed quia phlebotomiæ mentionem fecimus, quid ſit ventilemus. Phlebotomia eſt veneranda venæ inciſio cum effuſione ſanguinis: phlebotomia nō indiſcriminatim & inconſideratè eſt vſurpanda. ¶ Sunt principales venæ tres, ſcilicet cephalica, mediana, baſilica ſiue hepatica. Cephalica eſt propter cauſas capitis, incidi oportet nonis Aprilis, hæc ſupra brachium currit. Mediana in medio brachij currit, quę nonis Septembris propter cauſas pulmonis inciditur Hepatica eſt ſubtus brachium currens, ob hepatis & ſtomachi dolorem inciditur nonis Maij: hæ tres ſunt in flexione brachij.

¶ Sunt & aliæ venæ, vna eſt ſupra pollicem quæ inciditur nonis Februarij ob fellis effuſionem. Alia eſt ſupra digitum minorem, quæ inciditur ob indignationem ſplenis nonis Nouembris: alias duas incidimus propter capitis dolorem, & maximè paſsionem in occipitio in ambobus temporibus. Alias duas propter claritatem oculorum: Sub lingua duæ ſunt, quæ inciduntur propter rheuma, & vitium dētium. In fronte incidimus ob alienationem mentis, & capitis dolorem: In naribus, ob capitis grauitatem: Subtus talos podagricis & mulieribus, quę non purgantur à menſtruis, neque concipiunt. Supra pollicem pedis, ob indignationem teſticulorum.

¶ Phlebotomia quoq; eſt initium ſanitatis, mentem ſynceram facit, memoriam præbet, veſicam

purgat, cerebrum siccat, medullas calefacit, auditum aperit, lacrymas stringit, fastidium tollit, stomachum proficit, proprium nutrit, extraneũ eiicit, lõgiorem vitam creditur ministrare, & aduersas valetudines deuastare. ¶ Phlebotomia est venę recta incisio & sanguinis moderata euacuatio. Phlebotomia cum cautela debet fieri, si perfect⁹ vis esse Medicus semper time mensuram, semper A ad pondus fac secũdum vires, ætates, tempus, calores, immutationes temporũ. Si sanguis à principio niger extiterit, fac extrahi donec deueniat rufus. Si spissus quousq; veniat tenuis. Si hyems fuerit plantas & faciem calidis fomentabis: Si æstas sit frigidum odorem naribus impones, vt pulegij, menthæ, balsamitæ & aliarum herbarum quarum nomina sunt infinita.

ARNALDVS DE VILLA NOVA DE DOSIBVS THERIACALIBVS.



TESTATVR Galen. quinto de simplicib⁹ medicinis, quòd medicina, quæ tota sui substãtia seu proprietate liberat à veneno, media est inter membrum siue corpus lęsum à veneno & ipsum venenũ. Cùm autem istarum medicinarum duplex sit natura, quædam enim liberant attrahendo venenum, sicut scorpio frixus, aut oleũ putrefactionis ipsius superpositum puncturæ scorpionis: quædã verò pellendo, sicut theriaca & herba tunici, quę sumta interius pellunt ad oppositam partem. Rationabiliter poteris dubitare, vtrum ambobus conueniat vniuoce & æqualiter nomen medij: hæc enim consideratio in vsu administrationis medicinarum theriacalium non modicam relaxationem, præbent artifici, sicut ex subsequentibus patefiet. *a* ¶ Est igitur aduertendum, quòd cum Medicus non comparet sanabile corpus & medicinam adinuicem, nisi quo ad potentias actiuas & passiuas, quòd in proposito medium non accipitur quo ad situm, sed quo ad formam. Illa autẽ forma non est nisi virtus aut potentia naturalis, per quam extremum comparatur sub ratione similis & dissimilis, seu contrarij agẽtis vel non agentis in ipsa. Ex quo etiam patet, quòd cùm per formam & rationem similitudinis & dissimilitudinis dicatur medium, *b* dicetur sic per abnegationem. Extrema enim, scilicet corpus sanabile *c* & venenum sunt omnino dissimilia, quia absolutè sibi inuicem contraria sunt, sicut corruptibile, & corrumpens, theriacalis verò medicina non est omninò dissimilis ab alterutro: *d* hæc enim similitudo accipitur quo ad potentiam naturalẽ, nõ quo ad actum, nihil enim actu potest absolutè simile esse alteri, nisi sub eadem specie fuerit, sicut homo homini, & napellus napello. *e* Potentialiter ergo theriacalis medicina non est omnino similis, nec omnino dissimilis sanabili corpori. Similiter autem in veneno, quod patet ex eo, quoniam potentialiter nihil omninò est simile corpori nisi cibus, proinde inquãtum cibus est absolutè conseruat, sicut tertio de complexionibus est ostensum. *f* Similiter autem nihil est absolutè, vel omnino dissimile, vt patet ibidem, nisi venenum, *g* quod absolutè est corrumpẽs, quorum neutrũ est medicina theriacalis. Comparatur etiã ad venenum, nam si omninò similis esset ei absolutè corrumperet vt venenum: si verò absolutè dissimilis absolutè cõseruaret vt cibus, quorum neutrum venenum est. Sic igitur patet ex prędictis, B quòd quantum ad sumtionem medij per formã & per abnegationem rationis extremorũ vniuocè dicũtur medium inter corpus & venenũ prædictæ duæ differentiæ theriacalium medicinarũ. ¶ Sed quòd nõ æqualiter eis cõueniat ratio medij videtur: nam de liberantibus attrahendo expressè loquens, quæ opponuntur prędictæ parti insinuat, quòd per ęquè distantiã dicãtur, & medium exquisitè dictarũ extremitarũ: inquit enim *h* quod si medicina, quæ attrahit venenum habet C similitudinem cũ veneno, hahebit dissimilitudinem cum corpore venenati: omne enim quod simile est veneno, inquantum tale, dissimile est & contrarium membro venenato: quia verò membrum venenatũ sic liberat, vt non lædat, oportet quòd similitudo eius ad membrum illud non sit maior sensibiliter similitudine, quam habet ad venenum, nam si maior esset, non liberaret absque sensibili læsione. De liberantibus autem à veneno, scilicet pellendo, de quibus ibidem subtiliter D loquitur. Galen. constat quòd dissimiles sunt & contrariæ veneno: sicut enim attrahens attrahit per similitudinem & conuenientiam, sic & quod pellit, pellit per contrarium: tamen nõ est necessarium, vt quantum est dissimilis veneno, quòd tantùm sit corpori similis. *i* Contingeret enim tunc, quòd illa medicina pellens, quæ pellit omnino venenum, conseruaret omnino naturã corporis, & sic esset illi absolutè cibus, cuius contrarium claris effectibus exprimitur: nam herba tunicij E omninò pellit venenũ scorpionis, & ipsum etiam scorpionem celeriter pernecat, nec tamen est cibus homini. Similiter autem & dragontea omninò pernecat serpentem, nec magnam habet similitudinem cum corpore hominis, immò substantialiter nullã, illud idem patet in multis aliis. Nec vrget hoc, quòd oppositorum oppositi sint respectus, quoniam hæc cõsideratio solùm habet locum in absolutè oppositis, q̃ secundũ purã formã oppositionis accipiũtur, sicut in ipsis qualita- F tibus. *k* Hîc autem accipitur oppositio in substantiis. s. mistorũ corporum secundũ actiuas & passiuas potentias, nihil autem prohibebit vnum mistum per potentiam corruptiuam alteri contrariari, & tertium respectu vtriusq; esse dissimile, & disconueniens, licet secundum plus & minus, sicut dragontea respectu serpentis, & hominis. Aut potest esse tertium respectu amborum simile in potẽtia & conueniens, sicut caro pullorum. G Similiter autem possibile est aliquid mistũ alteri esse

Medicinarũ liberantium à veneno duplex natura.

Quomodo accipiatur medium, & similitudo & dissimilitudo inter corpus sanabile & venenum, et medicinam theriacalem.

esse simile in potentia & tertium respectu vnius substantiæ, & respectu alterius valde dissimile: illo modo coturnix est cibus homini, & helleborus coturnici: *l* Helleborus tamen homini est nimis violenta, & contraria medicina: similiter autem phasianus est valde similis potẽtialiter humano corpori, phasiano verò laudabilissimus cibus est stercus bouis, quod tñ nullo modo côuenit homini pro alimento. *m* ¶ Omnium autem istorũ effectuum naturaliũ causa est diuersus respectus mistorum adinuicem, quę diuersitas causatur in eis ex diuersitate mistionis: hæc autẽ diuersitas oritur ex diuersa quãtitate miscibilium, & diuersa forma colligantiæ seu complexionis ipsorum, quam collam vocauit Empedocles: Sic igitur in primis potentiis contingit, quòd vnum mistum, quod est calidum respectu illius, sit frigidum respectu alterius: sic in secundis & in tertiis diuersitas mistionis causabit respectu diuerso, diuersas potentias. Vnde si medicina theriacalis p formam mistionis adeptam, per quam expellit venenum, haberet similitudinem cum corpore, necesse esset, quòd peræquè distantia esset media inter corpus, & venenum, & quòd in contrariis respectibus esset ęquè distantia: sed quia contingit vnum ad opposita per diuersa operari, nihil prohibet aliter esse. ¶ Quod verò dictum est à quibusdam, quòd medicina theriacalis, seu liberans, non dicitur similis corpori formaliter secũdum prædictas potẽtias naturales, sed effectiuè: quoniam effectus liberationis & saluationis per consequens introducit in corpus, iccircò similis ei dicitur: *n* hoc est imprudẽter dictum, quoniã nullus sapiẽtum dicit absolutè aliquid simile vel conueniens alicui, si tantùm per accidens ei conueniat. Sic in ꝓposito casu, si medicina prædicta non alia ratione conuenit corpori, nisi quia liberat ipsum, ex eo sequeretur, quòd omnis medicina curatiua tam alterans, quàm euacuans, posset dici corpori similis & conueniens: Et similiter etiam omne opus curationis, sicut phlebotomia, & cauteriũ, & incisio, de quibus ridiculosum est dicere, quòd similia sint corpori, vel absolutè côuenientia, cũ non, nisi per accidẽs, illi conueniãt. ¶ Fuerunt etiam nonnulli formam prædictæ similitudinis ignorantes, qui volentes fugere inconueniens, dixerunt, quòd medicina liberans à veneno media sit inter venenum, & corp⁹. Et hîc fuit Auer. qui tractatu suo de theriaca, refert illud autoritate Galen. addit etiam 5. suorum vniuersalium, capitulo de theriacalib. medicinis, quòd cùm medium sit in eodem genere cum extremis, nec venenum, & theriacalis medicina sint in eodem genere, insinuat ex hoc, quòd non per participationem, sed per abnegationẽ dicetur mediũ prædictorum. *o* Hic autem, quia calumniator existit eorum, quæ à patribus fideliter dicta sunt, minori reuerentia dignus est, & cùm non sit honestũ, & in pręsentatione veritatis minimè iustũ, aliena à veritate proferre, dicimus, multipliciter illum peccare in prædicto sermone, imò falsum allegare, quia Galen. 5. de simplici medicina non inter venenum & medicinã, sed inter venenum & corpus dicit esse medium medicinã prædictã. Secundò, quia ipsum dictum, quod supponit, est irrationabile, & impertinens: irrationale enim

Quæ sit causa conuenientiæ & disconuenientiæ mistorũ adinuicẽ.

Contra Auerroim.

A est, ponere pro extremis oppositis genus, & speciem. Constat autem, quòd omne venenum est medicina, secundũ vniuersalem rationẽ medicinæ, quæ est trãsmutare corpus sensibiliter, & nõ transmutari ab eo, inquantum tale ad sui similitudinẽ & secundũ hunc modũ ratio sua concludit, s. quòd omnis medicina sit venenum. Amplius, si medicina strictè sumatur pro curatiua morbi, adhuc habet veritatem, quòd venenum est medicina, & non econuerso: nam substantia scorpio-

B nis venenum est humano corpori, & ipsa eadem superposita puncturæ eiusdẽ est medicina curatiua, causam morbi. s. venenum educens. Oleander similiter venenũ est corpori, & medicinã efficaciter curãs ipsum à maligna scabie. Et hyoscyamus, hellebor⁹, cãtharides, realgar, & multa similia, interdum venenum, interdum efficaces medicinæ sunt curatiuę ipsum venenum. *p* ¶ Rursus dictũ illud est impertinẽs, quod patet, quia prorsus inutile ad finem, ad quem cõsideratio de me-

C dicinis theriacalib. ordinatur, scilicet ad rectam earum applicationem, præcipuè in quantitate. Constat autem quòd ad mensurandam quantitatem causæ salubris, sicut doctrina probat ingenij sanitatis, solùm regulat consideratio expellibilis, scilicet rei cõtra naturam in quantitate sua: & cõsideratio tolerãtię subiecti sanabilis. *q* Quia si aliquis dicat, quòd comparatio prędictę medicinæ ad medicinam fit, nõ ad regulandam in applicando, sed ad regulandam in cognoscendo, di-

D cem⁹ quòd iste dupliciter delinquit. Primò quòd quando comparatio prædictæ medicinæ ad medicinã fit, supponitur iam quòd cognita sit, quòd enim incognitum est, alteri non comparatur. Secundò quoniam medicina theriacalis operans à tota substantia solo experimento, & non ratione cognoscitur, vt idem Auer. in prædicto 5. bene ostendit. ¶ Ex prædictis autẽ iam patet bene considerãti, quòd medicina liberans à veneno, scilicet attrahẽdo, nullis sanis corporibus debet ad-

E ministrari, neq; ægris, aut aliquo modo lapsis, nisi lapsus tantus fuerit ab eius opposito, scilicet à veneno, quod habet attrahere sua proprietate. Patet nõ minus, cùm per se corpori nullo modo conueniat, quod eius quantitas debet esse quanto minor poterit: dum tamẽ intentam operationem perfectè valeat exercere, scilicet venenũ attrahere. Hanc autem veritatem mẽsurabit naturæ minister æstimatione relata per consideratio-

F nem quantitatis veneni, & distantiæ loci eius, in quo venenum noscitur cõtineri, & iterum tertio per cõsiderationẽ fortitudinis & debilitatis, quã habet in attrahendo: nam quę fortius attrahit in minori sufficit quantitate, qualis est substantia scorpionis frixi, respectu olei frixionis ipsius. *r* Si aũt medicina theriacalis fuerit pellens, aut quomodolibet aliter venenũ corrũpẽs, cõstat quòd cõparatione prędicta tàm sanis, quã ęgris corporibus securiùs applicatur. Sed perfectè quidẽ sa-

G na corpora medicina non indigent, & ideò eis applicare non conuenit. Si verò à perfecta sanitate fuerint lapsa, contemplandum erit vtrum illi lapsui possit medicina theriacalis per aliquam sui potẽtiam obuiare, quæcunq; sit illa. Et hoc dictũ est quoniam omni misto pręter proprietates plures aliæ virtutes & per consequens operationes

Causa salubris quãtitas quomodo mensuretur.

Medicina theriacalis quibus corporibus & in qua quantitate debeat applicari.

Misto cuilibet præter proprietates aliæ vir-

tutes & operationes conueniunt quæ ad tres reducuntur.

conueniunt, quæ omnes ad tres in genere reducuntur, scil. primas, vt calefacere infrigidare, &c. & secundas & sunt illæ quæ à primis procedunt qualitatibus, seu virtutibus, non secundum absolutam naturam vniuscuiusq; illarum, sed secundum informationem, quá ex mistione ac mutuo temperaméto accipiunt, non determinando sibi partem aliquam in sanabili corpore, sicut est digerere, maturare, subtiliare, aperire, incidere, & similia. Tertiæ verò eodem modo procedũt à primis, sicut & secundæ, sed in hoc differunt ab eis, quia determinãt sibi partem in sanabili corpore, sicut vrinã aut menstrua prouocare, lac vel sperma generare, & cætera talia. Cùm ergo medicina theriacalis, quæ sua proprietate obuiat veneno, possit lapso corpori prodesse per aliquam trium prædictarum potentiarum, vel operationum, s cùm ex parte, qua veneno opponitur, nullo modo contrarietur sanabili, manifestè relinquitur quòd eidem lapso corpori securè poterit applicari, dato etiam, quòd lapsus eius non causetur à veneno, cui & ipsa medicina opponitur, hoc autem congruè declarat in moscho, smaragdo, & theriaca.

Moschus.

¶ Copertũ est enim quòd moschus singulariter obuiat veneno, quod dicitur cornu spicę, quod lethale venenum est, præter hoc etiam habet potẽtias multum conferendi cordi, & cerebro in cunctis lapsibus, in quib. lapsibus securè poterit corporibus applicari absente veneno bufonis: præter hoc etiam debilitati cordis, & tristitiæ potẽter obuiat, nec inconueniens est absente veneno bufonis dare tristibus, & debilitatem cordis patientibus.

Theriaca.

¶ Similiter autem & de theriaca conuenit iudicare: ipsa namq; pręter proprietatem, quam habet obuiandi veneno, constat quòd habet potentiam cõsumendi frigidas superfluitates, & rectificandi malitiam frigidæ complexionis, & humidæ, propter quod cunctis neruosis membris, quæ sæpius hac mala complexione læduntur, peculiaris existit, putrefactionem etiam humorum prohibet, claudicantem etiam digestionem confortat: igitur vsus ipsius debitus non erit incongruus corporibus lapsis etiam aliquo prædictorum, absente veneno. ¶ Et simile iudicium penitus erit de similibus medicinis, quòd si vltra theriacalem vim supradictam haberent aliquam potentiam nocendi sanabili corpori, nullatenus applicari debet absente veneno, sicut moschus & theriaca fermentata, illis qui sunt valde calidæ & siccæ cõplexionis in hoc contrariantur, vnde nisi venenũ vrgeat, nullo modo talibus expedit corporibus applicari. ¶ Ex quibus iam manifestum est quòd corpora, quæ ex genere lapsa sunt in frigiditate & humiditate cõuenienter vtuntur moscho & theriaca, non solùm ad conseruationem sanitatis iuxta tolerantiam lapsæ complexionis: sed ad præcauendum etiam lapsus interiores vlteriores, & multò fortius corpora, in quibus mẽbra lapsa humores generãt venenosos, qualis est humor causans epilepsiã, aut suffocationem, aut syncopim.

Perfectè sanis non conuenit medicina, sed in conseruatione sanitatis.

¶ Perfectè sanis nullo modo conuenit medicina, in cõseruatione sanitatis competit, vbi fuerit medicina, proprietatẽ habens cõseruandi spiritum, & temperamentũ humanæ complexionis, ita scil. vt nullius virtutis habeat excellentiã, qua corpus valeat in aliquod latus inæqualitatis

A deducere. Sed de auro dicitur, aut hiacintho, aut melius de carnibus phasiani, quæ cũ sint in temperamento, nihilominus comestæ proprietatem habẽt pellendi nocumentũ, causatum ex esu medullæ arietis non castrati: hæc enim tãta contrarietate contrariatur humanæ naturæ, vt materiá amputet, cui carnes specialiter obuiant phasiani: vnde licet in hoc medicinæ theriacalis habeat rationẽ, nihilominus tamen ex temperaméto suo, tum quia cibus, perfectè sanis cõgruit eius vsus.

Medulla arietis contrariatur humanæ naturæ.

B ¶ Ex prædictis autẽ iam aliqualiter patet via, qua mensurari debet quantitas applicandę vel administrandæ medicinæ: constat enim, quod virtus expellentis proportionãda est virtuti expellibilis, ita scil. vt eam sufficienter vincere possit. Vnde si per viam rationis esset mensuranda quãtitas applicãdæ medicinæ, oporteret necessariò vt regularetur indeterminata mensura secundũ æstimationem propinquam veritati per considerationẽ medicinæ comparatæ ad venenũ, & ad sanabile.

C Ad venenum enim comparatur secundum fortitudinem & debilitatem illius potẽtiæ, per quam expellit vel corrumpit ipsum: per hanc enim cõsiderationem patet ratio, quòd si medicina valde acutam virtutem, & summè fortem habuerit in obuiando veneno, quòd in minori quãtitate sufficit, vt ministretur, quàm contraria: ad sanabile verò comparatur per aliquas potentias, vt suprà dictũ est, quibus eisdẽ potest prodesse vel obesse. Ex qua cõsideratione patet ratio, quòd in maiori

D quantitate potest & debet ministrari, quę cũ aliis potentiis etiam confert, quàm contraria, & illi etiam corpori cui magis conferre potest, quá contrario. ¶ Et quãuis hęc vera sint & solida ratione fundata, tamen per hoc adhuc nondum t terminari potest quantitas theriacalis medicinæ, scilicet vtrum secundum prędictam æstimationẽ debeat administrari lupinus vnus, aut plus, aut minus, cuius rei causa est quia sicut nec ipsa potẽtia theriacalis medicinæ, qua obuiat veneno, agno-

E scitur ratione, sic nec eius fortitudo & debilitas: si enim hoc esset notum rationi vtiq; posset determinare quantitatẽ: quia verò illud experimento cognoscitur, idcircò oportet determinare quantitatem, & mensuram accipere ab his, qui experti sunt, aut nouerũt experiri: & habita determinata quantitate in illo, tunc facilè est rationi, vt in aliis reguletur ad augẽdum, vel minuendũ ipsam prædictis considerationibus. ¶ Inter cæteras aũt doses vel quantitates maximè necessariũ est scire

F minorem, cùm virtutes vel potẽtiæ naturales nõ in qualibet quãtitate sufficiant suos effectus manifestare in subiecto, quamuis species saluetur in eis: oportet ad minus illam minimam cognoscere, per quam potest quis venire in cognitionẽ sui effectus: quoniam illa cognita rationabiliter per prædictas cõsiderationes poterit Medicus augere, quantitatem secundum exigentiã concurrentium partium. Si tamen alia extremitas, scil. maxima dosis esset iam experiméto cognita, leuior es-

G set labor inueniendi medias quantitates, & idcircò duas extremas doses quisq; sapiens in doctrina sua determinat, sicut expertus est in sua regione, vel saltem minimam, tùm quia ipsa sufficit ad signum, tùm quia securius inchoatur ab ea experiẽtia, quàm à maxima: nam minus in illo quoq; corpo-

corpore causabit, si forsitan ex sufficienti cautela nocere deberet. Vnde sufficit scire, quòd minor dosis eius est vnus lupinus in põdere, & licet vtile sit etiã scire, quòd maior dosis in tertio & quarto & quinto climate est aureus vnus, nihilomin⁹ per minimam dosim poterunt mensuratæ æstimationes inueniri experiẽdo, dummodo prædicta cõsideratione reguletur experientia, scil. consideratione particularium concurrentiũ ex parte medicinæ, obiecti, & subiecti: Similiter autem & de Smaragdo sufficit scire, quòd minima dosis est pondus sex granorum. Vnus autem sapientũ respuit credere, quòd in modica quantitate, maxima sit virtus actiua quæ consideratur. Et recolit Galen. in de interio. quòd modicæ quantitatis humiditas venenosa quædam in summitate caudæ scorpionis sic potenter, terribiliter atque citò alteret corpus percussum à scorpione. Scimus etiam quòd lapis ille theriacalis, quem Arabes vocant bezoar, nõ viridis, sed gypseus, qui de corpore repentis animalis extrahitur in quantitate semilenticulæ, sumtus in puluere, potentissimè liberat à veneno cuiuslibet nociui animalis: nec mirum hoc, cùm viderimus magnam medicinã, quem lapidem rubeum notauerunt, in quãtitate vnius grani milij, qualibet die sumtam collectionem duram 15 annorum exterius eminentem in latere infra 3. hebdomadas resoluisse. Mira valde sunt opera naturæ, sine quorum notitia cęcutit superbus & indomitus iuuenum intellectus, qui contemtis veris imaginaria quadam delusione, defraudatur præcipuè, cũ elata præsumtio faciat eos suis imaginationibus pertinaciter inhærere.

COMMENTARIVS.

QVæstionem in hoc libello proponit Arnaldus, quæ multis equide verbis, sed barbaris & obscuris ita discutit, vt nec quid docere velit intelligatur facilè, nec quænam sit eius quæstionis vtilitas. Propositiones autem quasdam vniuersales assumit, quæ nobis paulò diligentius, quàm ipsa verba ferant, expendendæ sunt, vt Arnaldi sententiam exploremus.

a *Est igitur aduertendum.*] Hæc prima est propositio: *Medicamentorum corporisq; sanandi similitudo potentiis definitur actiuis & passiuis.* Omnis similitudo specie definienda est, eaq; vel substantiali vel accidentali. Potentia namq; similitudinem non facit, nisi quatenus actum ipsa præsupponit, quę species est ad agendum vel patiendum idonea. Quicquid agit aut patitur naturaliter, id ita constitutũ est, vt agere patiq; possit. Medium ergo dicit Arnaldus ab extremis non situ, locóue distare sed secundum formam.

b *Dicetur sic per abnegationem.*] Medium ait Arnaldus inter similia & dissimilia per negationem esse definiendum. Hoc neutrum est. Sed medium extremis constituitur: vt quodãmodo simile sit: & quodãmodo dissimile.

c *Venenum & corpus omninò dissimilia, quia absolutè cõtraria.*] Non videtur hic Arnaldus similitudinis extrema probè descripsisse. Licet enim quæ cõtraria sunt, etiam dissimilia sint, nõ ob id tamen quicquid est dissimile, subitò cõtrarium est. Cum ergo absoluta similitudo alterum esse statuatur extremorum: alterum erit vtiq; non absoluta contrarietas, sed dissimilitudo, quæ nullius particeps sit similitudinis. Proinde si quis inter similitudinem & contrarietatem medium quoddam statuat, id non simplex, sed compositum erit ex duplici oppositione.

d *Hæc enim similitudo accipitur quoad potentiam naturalem, nõ quoad actũ.*] Antea diximus omnem similitudinem actui vel formæ tribuendam esse, non potentiæ, quatenus potentia est. Hic aliud asserit Arnaldus: *Theriacalis medicina* (inquit) *non est omnino dissimilis ab alterutro:* Hæc enim similitudo, cõsequentiæ ratio nulla est. Fatemur enim (vt ait paulò post Arnaldus) nihil actu & absolutè dici simile, nisi quod sub eadem specie cõtinetur. Hoc autem verius idem quàm simile nuncupabitur. Non ob id tamen consequitur, similitudinem esse potentia non actu definiendam. Siquidem actus aut forma rebus etiã competit specie differentibus. Sic hominem Leoni similem esse dicimus ob sentiendi vim, quæ simul homini competit, atq; Leoni. Potentia verò dicitur infans esse loquenti similis. Quæ similitudo nondum est, sed erit. Et hanc ob causam quicquid tempore pręsenti simile est, id actu non potentia meritò perhibetur esse simile. Præterea siue potentia, siue actu similitudo hæc definiatur, nihil hoc tamen ad rem facit, vt cõfirmetur, quod ait Arnaldus. Theriacalem scilicet medicinam non absolutè sanando corpori vel veneno similem esse. Siquidem hoc verum esse cõcedimus: Et similitudinem (si quæ est) actu, non sola potentia, statuimus esse describendam.

e *Potentialiter ergo theriacalis medicina.*] Definiendum ante fuerat Arnaldo, quídnam ista sit potentialis similitudo, priusquam assereret theriacam esse corpori sanando potentia similẽ. Id nimirum potentia simile est, quod potentiam habet, vt simile fieri possit. Quamobrem si theriacam corpori nostro potentia similem esse iudices, ea certè potentiam obtinebit, vt in aliud quidpiam cõuertatur, quod actu corpori nostro sit simile. Quídnam hoc autem sit, mihi nõ constat, & ob id nec satis etiam intelligo, quî possit theriaca nobis esse potentia similis.

f *Similiter autem nihil est absolutè dissimile nisi venenum.*] Vt potentia simile est, quod cum nõdum sit, fieri tamen potest simile: sic & potentia dissimile est, quod dissimile quidem actu nõ est, potest autem fieri dissimile. Quibus vtiq; positis, venena liquet non esse potentia nobis dissimilia. Dicẽdum ergo est cibum actu nobis quadantenus, sed absolutè potentia similem esse: venenum vero neq; actu neq; potentia.

g *Venenum quod absolutè corrumpens.*] Quod venenum sit non quodammodo sed absolutè corpori dissimile, id ex eo probat Arnaldus, cũ absolutè corpus corrumpat. Hæc tamen nõ est simplex dissimilitudo, sed cõtrarietas. Nam quod ita est alicui dissimile, vt eius naturam immutet, id verè contrarium est: & huic id etiam opponitur contrariè, quod eandem naturam tuetur atq; conseruat. Non enim satis est, vt sub eadem specie contenta plurimum à se inuicem distent, quæ dicuntur esse contraria, sed vires etiam oportet obtinere tales, quibus in se inuicem agãt. Verumtamen imperfecta quædam est contrarietas, cùm agit quidem aliquid in aliud, sed ab eodem nihil vicissim patitur. Proinde perfecta cõtrarietas actione mutua meritò definitur, mutuaq; passione.

h *Quod si medicina quæ attrahit venenum.*] Si theriaca veneno similis est, (inquit Arnaldus) erit vtiq; corpori nostro contraria. Consequentiam hac ratione probat, quæ propositio est vniuersalis ex multis vna: *Quicquid est veneno simile, id ei corpori contrarium est aut dissimile, cui venenum aduersatur:* quasi dicas inimicũ esse tibi, quisquis amicus est inimico. Dubium id tamen est maximè, quod ceu ratum assumitur, attractionem scil. fieri similitudine attrahentis cum eo, quod attrahit. Quiduis enim est sibiipsi simillimum, adeoq; pharmacum suas ipsius particulas citius, quàm humores corporis excrementitios attraxerit. Sed quænam est quæso trahentis pharmaci similitudo cum attractis humoribus? Num substantiæ, an verò accidentis? Species certè nõ est eadem, vt satis ex nominum diuersitate liquet. Aliud enim bilis, aliud etiam est rhabarbarum. Et si spes substantiáue sit eadem, idem & ipsa quoq; operabuntur, nec attrahet alterum, & alterum attrahetur. Accidentis autem similitudo non potest attractionis esse causa, cùm multis hæc etiam competat similitudo, quę tamen attrahendi vim non obtinent. Affinitatem dixisse præstiterit, quàm similitudinem. Corporis humani particulę sanguinem attrahunt, non similitudine quadam sed affinitate totius substantiæ, vtpote qui nondum sit, sed postmodum similis euadat. Hęc affinitas substantiæ constitutio quædam est, qua patiens aptum est, vt agetis actionem suscipiat. Magnes attrahendi vim habet. Hæc tamen patientis subiecti ratione limitata est,

vt fertur, non quoduis aliud corpus magnes attrahere possit. Attrahentium autem differentia multiplex: Attrahunt enim quædam solùm, quædam id etiam immutãt quod attraxerint: Ex quibus alia quoq; id ipsum in suam ipsorum substantiam conuertunt. Ergo quod ait Arnaldus theriacalem medicinam, quę corpori extrinsecus applicata venenum ad se trahit, veneno similem esse, nequaquam veritati consentaneum est: Sed enim cõtraria pari ratione videbitur, quod attractum cõsumat & annihilet.

i Tunc quod illa medicina pellens quæ venenum.] Dictum antea fuit, medicinã quæ veneno similis est, nostro corpori contrariam esse, & vicissim quæ veneno cõtraria est, eandem quoq; nostro corpori similem meritò cēseri. Quod vero simpliciter verum esse dixit, hoc secũdum quid falsum esse docet, vt scilicet minimè consequatur, quãta est contrarietas pharmaci cum veneno, tãtam eius esse cum corpore nostro similitudinem. Hoc certè consequi videtur, quantitas namq; speciem non immutat: Et si parua quantitas aliquid faciat, maior in eadem specie plus efficiet. Absurdum hoc tamen inde cõuinceretur, inquit Arnaldus, vt medicina quæ veneno penitus est contraria, corpori nostro pariter esset similis, quod tamen fieri non posse docetur hisce verbis: *Et sic esset illi absolutè cibus.* Falsa est consequentia. Cibus enim nõ est absolutè nostro corpori similis, cùm nõ iam sit, sed fieri possit similis. Potentialiter ante dixerat esse similem: quod hoc etiam loco fuit obseruandum. Nam alio modo cibus corpori similis est, alio verò medicamẽtum. Et similitudo cibi cum corpore non secundum magis & minus, sed specie differt ab ea similitudine, quæ medicamentis intercedit cum nostro corpore.

k Hic autem accipitur oppositio in substantiis.] Quod tanta sit similitudo theriacali medicinę cum corpore, quãta eiusdem est dissimilitudo cũ veneno, videbatur hoc vniuersali quodam axiomate comprobari posse, quo dicuntur oppositorum oppositi esse respectus. Ad quam obiectionem nõ ineptè respondet Arnaldus, inquiens oppositos oppositorum esse respectus, in pura tamen oppositionis forma, siquidem id in substantiis necessarium non est, cũ ob compositionem oppositionis ratio variè immutetur, vt nimirum quod aliqua sui parte opponitur, alia possit esse simile. Res itaque vulgo dicuntur in abstracto vel in concreto sibiinuicem opponi. Si tamen res hęc de qua agitur diligentius expendatur, nihil hęc distinctio ad propositũ facit. Eadem enim est oppositio, qua veneno theriaca opponitur mediocriter, & qua in maiori gradu. Prętera non alia ratione theriaca veneno aduersatur, & alia corpori nostro conducit, vt simplex sit hæc oppositio, nõ ob subiectum immutata. Theriacalis autem cibus in concreto dicitur esse similis nostro corpori, & veneno contrarius: Nam non ea ratione solùm, qua venenis aduersatur, nobis est similis, sed ea etiam, qua nobis alimentũ suppeditat. Si quis ergo sic argumentetur, vt cibum theriacalem simpliciter veneno contrarium esse constet, ob id, quod corpori nostro simpliciter sit similis, falsa erit consequentia: cum similitudo cibi cum corpore alia sit, & alia sit eiusdem cibi dissimilitudo cum veneno. Cibus enim theriacalis agendi virtute veneno contrarius est, patiendi verò nobis in alimentum facescit.

l Coturnix est cibus homini: coturnici verò cibus est helleborus.] Si contrariorum ratio contraria est, & similium similis erit. Nobis coturnix est similis: Ergo quicquid coturnici est simile, id nobis etiam simile est. Vtiq; valeret consequentia, si quæ nobis est cũ coturnice similitudo, ea simplex esset: Cùm tamen coturnix aliquid proprium obtineat, quo nobis est dissimilis, hinc fit vt ei possit aliquid esse simile, quod nobis dissimile sit. Hoc quidem exemplum vt & alia quæ profert Arnaldus, commemorata distinctione nõ incommodè discutiuntur. Sed prioris alia fuit ratio.

m Omnium autem istorum effectuum causa est.] Hæc obscurissima est barbaries, qua lectoris animum distinet Arnaldus. Et ipse cum sæpius legerim, eius tamen sententiam nondum satis assequi potui, nisi hæc fortè sit. Theriaca compositum quiddam est ex multis viribus & specie differentibus, quo fit vt diuerso respectu venenis aduersetur, & nobis cõueniat. Non hoc quidem abs te est, ad discutiendam quæstionem, de qua multis ante actum est. Sed hoc interim maximè dubium est, an in theriaca tot sint formæ, quot mixtilia sunt specie differentia. Videtur enim vna quædam ex omnibus esse conflata. Verùm de his aliâs: Hæc enim quæstio latius patet, quàm vt hoc in loco possit aut debeat exsolui.

n Hoc autem est imprudenter dictum, quoniam nullus.] Fuerunt (inquit Arnaldus) qui theriacæ similitudinem cum corpore nostro virtute actiua definierunt, vt cum nos à veneno theriaca tuetur, hoc ipso corpori nostro sit similis. Nec certè hoc absurdum est, quicquid hic ab Arnaldo dicatur. Sed age rationem eius expendamus: *quoniam nullus sapientum dicit absolutè aliquid simile, vel conueniens alicui, si tantum per accidens ei conueniat.* Probè quidem si theriaca nobis absolutè sit similis. Dictum autem fuit ante nihil absolutè alteri esse simile, nisi quod sub eadem cũ ipso specie continetur: quamuis etiam absolutè simile dici possit, quod suaipsius substantia, non accidentis alicuius respectu alteri est simile, quemadmodum homo similitudinem habet cum lapide; corpus enim est perinde vt lapis ex quatuor elementis compositum. Præterea cum ait Arnaldus secundum accidens hanc esse similitudinem, quando effectiuè aliquid est alteri simile, meritò censuerim hoc esse dictum imprudenter. Licet enim accidens sit actio: causa tamen actionis non accidens est sed substantia. Sic multis actionibus similis est bos homini: & si causas harum actionum intuearis, idem genus est bouis & hominis, dum & bos & homo animal est. Similitudo hæc substantiæ est non accidentis. Similiter theriaca, dum venena propellit, actionem habet cum ipsa natura similem. Si causam huius actionis existimes esse calorem, tum & effectus & causæ respectu theriaca naturæ similis erit. Si vero theriaca non qualitate manifesta, sed tota sui substãtia venenis aduersetur, (quæ sententia magis est veritati consentanea) tum etiam per se non secundum accidens solùm nostro corpori similis erit.

o Hic autẽ quia calumniator existit.] Ego verò cur hîc Auerroem reprehendat Arnaldus nõ satis intelligo: nisi forte iudicauerit Auerroes theriacalem medicinam inter venenum & corpus humanum non posse medium obtinere: quod ipse quidem Galenus libro quinto de simplicium medicamentorum facultatibus asseruit. At certe non iniuriâ dubitauerit hac de re quispiam, cùm, vt ex Auerroe recenset Arnaldus, theriaca non possit extremi vtriusque particeps esse: nimirum ea ratione, quod venenum & corpus humanum sub eodem genere non contineantur. Ex frigidissimo & calidissimo medium quoddam fit, quod tepidum appellatur: Ex veneno tamen & humano corpore non fit quoddam medium. Quod autem aduersus Auerroem ait Arnaldus, venenum pariter atque theriacam esse medicamentum, vt vtrumque sub eodem genere contineatur, facilè confutari potest. Licet enim hoc admiserim: non tamen ob id theriacam inter venenum & corpus consequetur esse mediam: cùm sub eodẽ genere species multę contineri possint, quæ nec contrariæ sunt, nec inter se commiscentur, vt suo concursu medium quiddam efficiant. Medicamentis hoc proprium est, vt immutent corpus: Horum aliqua manifestis hoc agunt qualitatibus, aliqua verò tota specie. Quæ manifestis agunt qualitatibus, ea sibi inuicem sunt contraria, & cum mutuis infringuntur actionibus, medium quiddam efficiunt: Sic opium & euphorbium commixta vires obtinent ad agendum imbecilliores. De venenis tota specie nocentibus idem asseri nõ potest: Non enim hac contrarietatis lege tenentur: & si venenum aliquod alteri contrarium sit: non tamen hoc medium quiddam ex se cõficiunt. Age vero sit venenum veneno contrariũ. Quid de theriaca dicetur? Num hæc medium quid est inter venena? Fortassis hoc veritati videbitur esse consentaneum, quod theriaca ex multis & diuersi generis venenis conficiatur, vt aduersus quodlibet venenum ceu vniuersale quoddam alexipharmacum adhibenda sit. Sed hac ratione tamen, quod asserit Galen. nondum confirmabitur. Siquidem nõ inter venena, sed inter venenum & corpus humanum mediam is dixit esse theriacam. Verum

rum enimuero si Galeni sentẽtiam rectè percipiamus, ea non est à veritate penitus aliena. Dicit enim alexipharmaca facultate quatenus inter venena & corpus humanum esse media: quod scilicet pariter atq; venena corpus immutare nequeant: Hæc enim etiã exigua quantitate necant, cùm illa longe maiorem ad hoc ipsum exigant.

p *Rursus dictum illud est impertinens*] Auerrhois subtilitas inquit Arnaldus vana est, & nihil ad vsum medicũ facit: Hac autem niti ratione videtur, quæ verbis obscuris traditur obscurissimè. Ad corpus humanum medicamenta diriguntur, quibus vti par est: Ergo medicamentorum non ad se inuicem, sed ad corpus decet fieri comparationem. Nihil hoc tamen conducit ad impugnandam Auerrhois sententiam: Licet enim medicamenta inter se conferantur, non idcirco tamen consequitur, hanc inutilem esse comparationem: cùm medicamentis inter se collatis, hæc eadem eò facilius cum humano corpore conferri possint. Si thlaspi nouerim summam ad calefaciendum obtinere facultatem, eo quod quartum id gradum impleat: Et iam cum thlaspi maiorana cõferatur, vt hæc vno gradu censeatur imbecillioris esse caloris, nequaquam certè comparationem hanc ad vsum medicũ inutilem esse iudicauerim.

q *Quod si quis dicat quod comparatio prædictæ.*] Iocóne ludit Arnaldus, an serio? Si venena cum theriaca conferantur, negat hoc ad cognitionem conducere: duplici quidem ratione, tùm quod hæc comparatio cognitionem præsuponat, tùm quod venena & theriacalis medicina non ratione, sed sola experientia cognoscantur, vt pote quæ non manifestis, sed occultis agant viribus. In his equidem aliqua veritatis species elucet: contrariũ mihi tamen fit verisimilius, vt existimen eius comparationis ad cognitionem vsum esse non omnino contemnendum. Primam enim rationem quod attinet, ea quæ comparãtur conuenit esse nota: sed nouimus interim ea quæ nota sunt adhibita comparatione fieri notiora. Deinde quod experientia nõ ratione disquirenda sint ea quę tota specie, non manifestis operantur qualitatibus: id equidem non inficiamur: Sed ob id nullam eorum, quæ sic agunt admitti posse comparationem, minime crediderim, cùm aliud sit cognosci, aliud quæ cognita fuerint inter se conferri. Non hæc quidem ratione cognoscuntur, sed experientia: ratione tamen inter se conferuntur.

r *Si autem medicina theriacalis fuerit pellens.*] Vtique partim obscura partim absurda sunt, aut inutilia quæ toto ferè libello proponit Arnaldus, eam quæ venenum attrahit medicinam neque sanis neque ęgris corporibus administrandam esse vult, *nisi lapsus tantus fuerit ab eius opposito.* Quid hoc sit ex sequenti ratione coniectandũ est: *Patet enim non minus, quod cum per se corpori nullo modo conueniat quod eius quantitas debet esse quanto minor poterit* Attrahens inquit venenum medicina nullo modo per se corpori cõpetit, ergo vitanda est, nisi magna fuerit eius vtendæ necessitas. Sed cur ait hanc nullo modo corpori per se competere? Num ob id quod tota sui substantia naturæ corporis aduersetur? Hoc enim ex ijs elici posse videtur, quæ prius ab eo dicta fuerant: attractionem scilicet fieri similitudine totius substantiæ: quam ob causam attrahens hæc venenum medicina toto genere prę ter naturam esse statuitur perinde atque venenum id quod attrahitur, vt minime sit adhibenda, nisi venenũ id sit in corpore cui suam vim conferat: ne scilicet hoc non existente suum ipsa virus in corpus effundat. Hoc si concesserim, eadem ratio tamen est etiam pellẽtis venenum medicinæ: quod in sequentib. negat Arnaldus. Exemplis hoc pluribus comprobari posset, quib. prædicta quoq; ratio competit.

s *Cum ex parte qua veneno opponitur nullo modo contrarietur sanabili.*] Probè monet Arnaldus vnius rei non vnam esse vim atque proprietatem necessariò, cum muscus & alia huiuscemodi non modò vim obtineant venenis cõtrariam, sed & alia quoque cordis roborandi facultate polleant. Hoc ipsum ergo maximè omnium obseruasse decuit in alexipharmacis, an & ipsa etiam venena sint vel manifestis solùm primisque qualitatibus naturæ corporis aduersentur: Nam si venena sint, nunquam eis vtemur, nisi venenum cui contraria sunt hoc ipsum exigat: quod non de attrahentibus modo sed de pellentibus etiam dictum esse volumus. Quæ vero manifestis qualitatibus solùm præter humani corporis temperiẽ existunt, minus hæc suspecta esse debent, præcipuè verò si quam habeant naturæ gratam, non aduersam qualitatem: vt crocus & theriaca.

t *Determinari potest quantitas theriacalis medicinæ.*] Theriacæ dosis non modo ex veneni, & corporis affecti ratione constituenda est: sed potissimum ex fine, gratia cuius ea sumitur. Si namque sanis ea exhibeatur ad præcautionem minori quantitate competit, quam si veneno affectis exhibenda fuerit. Quin & in curatione discrimen hoc obseruandum est, an ad veneni vim eneruandam ea præbeatur an verò vt venenum sudoribus extrudi posit. Ad sudores enim maior quantitas requiritur: ad cætera longè minus exhibendum est: cuius vtique ratio est manifestissima: siquidem sudorib. non modò venenum expellitur, sed ipsius etiam theriacæ calor imminuitur, qui si sudoribus non erumpentibus retineatur, noxam inferre posit.

ARNALDI DE VILLA NOVA LIBER APHORISMORVM, DE GRADVATIONIBUS Medicinarum per artem compositarum.

PROOEMIVM.

IN MEDICINIS per artem compositis consideratur artificiali processu situm complexionis resultantis ex simplicibus inuenire. Hoc quidem secundum exquisitam veritatẽ impossibile est: nam componentium virtutes & mutuos respectus, quibus adinuicem possunt pati, & agere, impossibile est nos exquisitè cognoscere, proinde veræ virtutis alicuius in composito resultantis non potest à nobis per certitudinem haberi notitia: Occultè namque insunt complexionatis, quæ diuersimodè alterationes adinuicem suscipiunt, non solum quantum ad qualitates, sed quantum ad metam terminationis. Artifex igitur, qui per extrinsecũ principiũ, scilicet artem innititur de intrinsecis naturæ effectibus iudicare, non potest de talibus habere notitiam, nisi probabilem, quæ procedit per æstimationem appropinquantem veritati, quantum possibile est rationi humanę. Id autem quod æstimationem Artificis regulat in approximando veritati, est artis regula: propter quod etiam extra æstimatio regulatur per artem in tabulis artificialibus. Ars autem procedit ex his semper, quæ circa naturam suam certiora sunt.

Artificis æstimatio per regulam artis regulatur.

Nam incerta nō possunt probari, nisi ex his, quæ aliquo modo certitudinem habent: vnde non est ars, quæ non inchoat ex certis principijs. ¶ Igitur intendimus in pręsenti capitulo ad honorem agni cœlestis, cuius amatores solùm attingunt in quolibet vtili plenitudinem veritatis, & intuitu charitatis nostræ pro communi vtilitate cupientium proficere in medicinalib. considerationib. compilare atq; tractare artem mensurandi compositionem in compositis medicinis. Erit autem bipartita forma nostri processus: in prima enim parte regulę artis tradentur: in secunda verò tabulæ subiungētur, ex quibus, velut exemplis sufficientibus, cuiuscunq; medicinæ secundum artē compositio promtiùs patebit. In prima verò scribemus omnia principia huius cōsiderationis per modum textus, & theorematum demonstrabilium, ex quibus intellectus in arte profectiorū poterit facilè consequi posibilem veritatem, maximè cùm posteriores aphorismi ex prioribus, vel eorum principijs demonstrētur. Consequenter propter tyrones subiungetur expositio, vel applicatio vniuscuiusq; theorematis ad propositum, plurimum faciens quantum imbecillitas rationis permiserit, tandem addemus quid circa naturam theorematis maiores nostri, specialiter Gal. Alkind. & Auerrhoes, sensisse videntur. Omnia verò theoremata, vel aphorismi tribus partibus distinguentur, sicut per rubricas titulus demostrabit.

Ars qualibet inchoat ex certis principijs.

Situs complexionis, temperamentum est, vel excessus. I.



AVTOR volens inuestigare naturam, & conditionem gradus, prout complexionibus attribuitur: incipit à diuisione generalissimi, quod est situs. Acceptus hîc metaphoricè: nam propriè situs debetur occupātibus locum, secundū aliquem ordinem ad differentias loci, ita quòd locata dicuntur situari, quando locus eorum attenditur secundum dextrum, & sinistrum, ante & retro, sursum & deorsum, in quo velut in termino quodam modo resident, vel quiescūt. Quicquid igitur in aliquo termino quiescit, vel sistit, & habet operationem & ordinem ad aliud, tanquam superius & inferius, similitudinem habet in his, per quæ propriè situantur. Omnis aūt complexio cuiuslibet corporis complexionem habentis, residet in aliquo termino, qui comparatur ad alium, vel in eo, per participationem superiorem, aut inferiorem. Rationabiliter igitur sapiētes vocauerunt generaliter situm, quēcunq; terminū, in quo rei persistit complexio, ita vt nullum nomen magis proprium inueniri posit ad comprehendendum primos terminos complexionis, scilicet temperatum, & à temperamento recessum, qui vocatur excessus. Ad venandam igitur naturam, & rationem gradus per diuisionem generalissimā, primas eius differentias exprimit in hoc aphorismo, cuius veritas per se patet.

In omni temperamento qualitates oppositæ aliquo modo æquantur, & in excessu est inæqualitas earundem. II.

PRæmisis differentijs situs complexionalis iā in hac propositione explicat, vt clarius & certius venari posit intentum. Hîc autem intēdit, quòd situs temperati est, in quo æquantur aliquo modo qualitates oppositæ, ex quibus complexio ꝓuenit. Dicit autem aliquo modo notabiliter .s. ad insinuandum, quòd in temperamento complexionis non est omnimodo æqualitas prędictarū, sed tantùm æqualitas proportionis, vel iustitiæ, quę debetur complexionato secundū suę speciei exigentiam. Consequenter intendo, quòd situs, in quo dicitur cōplexio in excessu, est ille in quo est inæqualitas complexionalium qualitatum.

Excessus qualitatis complexionalis augmētum est ipsius supra eius oppositā, respectu æqualitatis. III.

QVia gradus non continetur sub primo membro prædictę diuisionis, sed sub secūdo: idcircò relicto primo prosequitur secundum. At verò quia prædixit immediatè, quòd in ea consistit in ęqualitas qualitatum, & in omni inæqualitate sit aliquid maius, & aliquid minus: ideò consequenter in hac propositione ostendit, à quo istorum extremorum denominetur excessus, vel recessus à temperamento, & qualiter sit in eo inęqualitas. Et dicit, quòd excessus qualitatis alicuius, vel recessus eius à temperamento est augmentum, &c. Subiungit autem respectu ęqualitatis, ad insinuandum modum inæqualitatis prædictę: nam vna qualitatum complexionalium non dicitur excedere aliam absolutè, siue quocunq; excesit, hoc enim inueniretur etiam vnam excedere aliā in temperamento, sed dicitur augeri supra oppositam plus, quàm requirat temperamentum vel æqualitas supradicta.

COMMENTARIVS.

EXCESSVS *qualitatis complexionalis, &c.*] Cùm de mixtilium qualitatum gradibus agatur: meritò quærendū fuerit, vnde sit faciendum huiusce gradationis initium. Hîc asserit Arnaldus, ab opposita qualitate: cū tamen theoremate decimotertio gradum eleuationē esse dicat qualitatis alicuius supra temperamentum, quod vtiq; temperamentum æqualitate secundo theoremate prius definierat. Equidem si qualitates simplices inter se conferantur, id tū admittetur meritò, quod quinto theoremate ait interpres: *quia igitur vna respectu alterius dicitur fortis aut debilis scilicet secundum quod in alteram potest agere.* Sed cùm hîc de compositis non simplicibus medicamentis quæstio sit, non videntur etiam qualitates inter se conferri debere, atq; si simplices essent. Potest hîc tamen opposita qualitas expendi, non ea qua simplex erat ante coniunctionem ratione, sed qua iam contemperata est: vt cum debilior existens gradum nullum hæc obtineat, meritò sub temperamenti nomine posit intelligi.

Augmentum qualitatis, fortificatiō est virtutis. IIII.

CVm augmentum propriè soli conueniat quātitati, propterea solùm ostendit in hoc aphorismo, qualiter virtus in qualitatibus propositis accipiat augmentum: et dicit, quòd in qualitatib. ratione virtutis augmentum qualitatis dicitur esse fortificatio eius in operando: quantitas enim dimensiua, non conuenit qualitatibus, nisi per accidens .s. ratione subiecti: sed operatiuis bene cōuenit quantitas virtutis. Qualitatès autem complexionis virtutes quædam existunt, & à sapientibus

tibus dicuntur propriè virtutes mistorum: sunt enim operationis principiũ, & inquantũ cõplexiones constituunt, hoc maximè patet: vna enim in aliam operatur frangendo excellentiam eius per oppositum. Et oportet intelligere hîc, quòd diminutio qualitatis non est, nisi quædam debilitas respectu suæ oppositæ, quæ hîc dicitur augmentum.

Fortificatæ virtutis potentia est tãta in misto, quantum liberè potest suum effectum manifestare sensui, cum resistentia suæ contrariæ. *V.*

CVm gradus complexionis consistat in termino, ad quem deuenire potest operatio mutua prædictarum virtutum: ideò aggreditur declarare in generali, quanta sit in virtutib. istis potẽtia, cùm secundum potentiam fortificari, & debilitari dicantur respectu sui, quia igitur vna respectu alterius dicitur fortis, aut debilis .s. secũdũ quod in alteram potest agere, propter hãc relationem, quam inuicem habet, notificat mensuram potẽtiæ vnius per effectum, quem in altetam imprimit, consideratum secundum mensuram quæ patet humanæ cognitioni. Licet aũt prædictę virtutes sint quædam qualitares sensibiles, tamen impressio, quam vna facit in alteram, non potest immediatè comprehendi per sensum, quoniam actio, qua mutuò se frangunt, non subijcitur sensibus nostris, sed solùm actio, qua immutant sensum. Oportet igitur, vt mensura illius potentiæ, quam vna habet respectu alterius, ratione cõprehendatur, sed cũ certa ratio semper inchoet à certis, & manifestis in suo genere, est necesse, vt in mensurando potentiam virtutum insensibilium incipatur ab aliqua virtute sensibili, quę manu ducat intellectum in eam, quę sensui se nõ offert. Notificare igitur mensuram potentiæ, quam fortem habeat qualitas, siue debilem, non potest aliquis, nisi per considerationem potentiæ, quá habet in immutando sensum. Cuius ratio est, quia cũ illa qualitas sit sensibilis. vnde sensus, ad quẽ refertur de mensura, & suæ potentiæ, cuius mensura non est diuersa: quia ipsa potentia non est semper in eisdem terminis, sed quandoq; est absoluta, vt in simplicibus: quandoq; verò ligata per suam oppositam, vt in mistis. Et iterum etiá secũdum diuersitatem mistorum ligatur in eis, plus minúsue à sua opposita: tamen tota latitudo, per quam decurrit illud plus & minus suę ligationis continetur infra duos terminos, quorum vnus est terminus, in quo nullo modo ligatur, & est tẽperamentũ in quo, quantũ est de ratione proportionis, non est minus ligata, q̃ sua opposita: & ꝓpterea ibi dicitur nihil libertatis habere, quia nõ est manifestior sensui effectus illius, q̃ eius oppositæ. Quia igitur quantò liberius operatur in sensum, tantò minus ligatur à sua contraria, & per consequens eius potentia tantò melior est vel fortior, perpenditur ratione, vel respectu, ideò mensura potentiæ qualitatis vincentis, hic notificatur in generali, & iudicari docetur per libertatem effectus, quem manifestat in sensu. ¶ Redeũtes ergo ad propositum dicamus, quod intendit autor in hoc theoremate dicere, quòd mensura potentiæ vel fortitudinis qualitatis vicentis tanta est in misto respectu oppositæ, quãtum ipsa cognoscitur ab ipso vinculo, vel ab ei⁹ resistẽtia liberari: hoc aũt est tantũ, quantum liberè vel distinctè potest suum effectum in sensu manifestare. Subiungitur aũt cum resistentia suæ contrariæ ad rememoradũ, quòd nunquá in mistis habet libertatem absolutam qualitas vincens, quasi dicat tanta est potentia illius, quantum liberè operatur, non obstante resistentia suæ oppositæ.

Debilis virtutis potentia tanta est in misto quantum potest fortiori resistere. *VI.*

SIcut in mistis vincentis virtutis, aut qualitatis est suam manifestare potentiam per distinctá, & aliquo modo liberam immutationem sensus: ita conuenit qualitati oppositæ, quæ debilis est, & aliquo modo victa respectu alterius, tantũ manifestare potentiá suam in præsentia sui oppositi, quia tũc necessariò agit: & hoc est, quod dixit: Experiri verò sensu hanc resistentiam nõ est nobis posibile in mistis, quia vt suprà dictum est actio ipsorum mutua non subijcitur sensibus nostris: sed congruum exemplũ proponitur à Gal. per quod ratio iudicare potest conuenienter de ipsa. Dicit enim, quòd si aquæ feruentissimæ aliqua minor quantitas misceatur frigidissimæ, cõstat, quòd resistet intantum caliditati, vt in excellentia feruoris non possit suum effectum manifestare in sensu: quòd si amplius misceatur, adhuc amplius resistit manifestationi feruoris, frangendo eius excellentiam. Quantum ergò resistat plus in hac secũda commistione, quàm in prima, perpendi nõ potest per apprehensionem mutuę actionis qualitatis, sed bene apprehenditur per effectum sensibilem, quẽ actio frigiditatis relinquit in caliditate istius, qui effectus est demtio, vel diminutio caliditatis: hoc.n. mensurari potest per effectum, quem facit absoluta caliditas feruẽtis aquæ: priuationes.n. per habitus mensurátur. Quantum.n. aqua frangat vinum, & demat ei de virtute, bene ratio iudicat, & cognoscit temperatis impressionibus, quas in gustu faciunt vina mista, & ipsum merum, ita quòd impressio meri erit signũ, contra cuius respectũ mensurabitur demtio fortitudinis vini .s. per cõsiderantiam distátiæ impressionis misti, ab impressione meri, vel puri. Cùm igitur, quantum ad mutuam fractionẽ, omninò similiter agant qualitates coplexionales in alijs mistis, sicut in proposita mistione aquarũ ex conuenienti simili potest inferri, quòd tantũ victa qualitas resistit vincenti, quantum demit ei de potentia immutandi se sensui.

Omnis eleuatio virtutis supra aliam fit secundum rationẽ augmentatæ quãtitatis. *VII.*

EX presso generalissimo cum differentijs suis immediatis, & insinuato etiam, sub qua illarum contineatur gradus complexionalis: Iam incipit hîc elucidare naturá generis proximi, vt in sequentibus certiùs ostendatur intentum. Licet enim gradus sit quidam situs complexionis, nõ tamen hic est realiter, & propriè situs dextri, & sinistri, vel ante & retro, sed secundum rationem superioris & inferioris: omne.n. superi⁹ habet rationem eleuati, & inferius rationem depressi. Et

quia situs eorum cõsideratur hîc secundũ quod habent rationem accessus, & recessus ad aliquem terminum .s. ad temperamentum, ideò attribuuntur eis nomina verbalia, quæ important motionem .s. eleuatio & depressio. Intendit ergo hîc, & in propositione sequẽti, quòd eleuatio & depressio virtutum adinuicem semper fit secundum rationem quãtitatis vel auctæ, vt in eleuatione, vel diminutæ, vt in depressione. Cuius sententiæ veritas patet ex præcedẽtibus aphorismis .s. tertio, quarto, & quinto: nam excessus qualitatis nõ est, nisi augmentum illius, & augmentum, & fortificatio est habere plus de potentia manifestandi suum effectum in sensu, & nõ dicitur habere plus, nisi secundum rationem quantitatis auctæ, aut habere minus, nisi secundum rationem quãtitatis diminutæ. Habetur ergo propositum.

Omnis depressio vnius virtutis sub alijs, fit secundum rationem diminutæ quantitatis. VIII.

Expositus est in antecedenti Aphorismus iste.

Omne quod eleuatur, adipiscitur situm altum. IX.

AVtor volens ostendere, quòd gradus continetur sub eleuatione, tanquam sub genere proximo, introduxit hîc latenter definitionem eleuationis, vt per eius partes subsequenter cõcludat intentum. Vnde, quia eleuatio quendam motum habet, nec motus cognoscatur, nisi per mobile, ideò dicit: Omne quod eleuatur, &c. Quasi dicat eleuatio est motus, quo eleuatum, vel eleuabile adipiscitur, vel acquirit sitũ altum: & hoc est per se notum. Eleuatio autem in his, quæ situm habent, siue propriè siue metaphoricè, nunquam dicetur de eo, quòd acquirit situm secundum latitudinem, vel spissitudinem, sed secundum diametrum altitudinis.

In omni eleuato, terminus eleuationis est situs eius. X.

QVia dixit immediatè, quòd id, quod eleuatur acquirit situm altum, crederet aliquis fortè, cùm dixerit verbaliter (eleuatur) quòd situs, de quo hîc loquitur, cõueniat eleuabili, secundum quod est in fieri, vel in via eleuationis. Et ideò hic subiungit hunc aphorismũ in quo intendit, quòd situs, de quo hîc loquitur, conuenit eleuabili in termino, cùm per se consideratur: sed quando cõparatur ad alios situs, tunc respectu cõparati potest habere rationem accedentis, & recedentis. Et ideò dicit hîc notabiliter (eleuato) & non eleuatur: In omni ergo eleuato, & complexionato, quasi dicat: eleuatum non dicitur, situari in via eleuationis, sed in termino. Cuius veritas patet ex dictis super primam propositionem: nam situs dicitur locus, in quo situatum aliquo modo residet, vel quiescit saltem, quantum ad distinctam approximationem illius ad ipsum, respectu alterius habentis ordinem ad illud.

Omnis situs altus perfectè in se distinguibilis à vicino depresso, gradus rationem habere dignoscitur. XI.

QVia gradus non contingit cõplexionibus, nisi metaphoricè solùm, & ratio metaphoricè sumti alicuius non cognoscitur perfectè sine notitia eius, quod propriè dicitur, cùm aliquo modo similia sint, & vnum extremum similitudinis nequeat sine alio cognosci perfectè: ideo hic ostendit, quę sit ratio gradus propriè sumti, & insinuat etiam similitudinem, propter quã hoc nomen extenditur ad terminos complexionum. Intendit ergo, quòd gradus propriè nihil aliud est, quàm situs altus perfectè in se distinguibilis à vicino depresso. Situs quidem est genus, sed altus ponitur ad differentiam eius, qui designatur secundum latum aut spissum. Distinguibilis autẽ in se, ponitur ad differentiã situs alti, qui designatur in superficie plana, & decliui, in qua situs altus de se non distinguitur à vicino, sed per illud cui adiecit .s. per latitudinem corporis. Perfectè verò adiungitur ad differentiam eorum, quæ solùm imaginatione, vel intellectu distinguuntur, sicut partes minutę ipsius gradus: etenim situs altus in gradu distinguitur sensu. Quòd verò dicitur à vicino, positum est ad notandũ ordinem, sine quo nunquam est situs. Sed cum dicitur depresso, specificatur diametrum, secundum quòd talis ordo accipitur, quia scilicet tantùm secundum diametrum altitudinis. De tali verò situ alto, qui propriè acceptus est gradus, non dicit explicitè, quòd sit grad⁹, sed dicit notabiliter, quòd habet rationem gradus, ad insinuandũ, quòd in prædicta definitione implicatur similitudo, ratione cuius extendi potest etiam ad ea, quibus conuenit gradus metaphoricè acceptus: ita quòd illis conuenit nomen, & ratio gradus, quia inuenitur in eis similitudo situs alti distinguibilis ex se, & econuerso.

Quid sig- dus.

Terminus eleuationis, aut gradus est aut aliqua meta eius. XII.

QVia ex prædictis insinuatum est, quòd gradus est termin⁹ eleuationis, cũ dixit, quòd sit situs altus, quem anteà dixit esse terminum eleuationis, ideò ne credat aliquis, quòd omnis terminus eleuationis sit gradus in complexionibus, distinguit hîc de terminis eleuationis complexionalis qualitatis, intendens quòd terminus ad quem eleuatur, vel est gradus, vel aliqua meta eius. Subsequenter autem notificat, quid sit vtrunque, & primò quid sit gradus in complexionibus, sicut cõtinet 13. propositio sequens hîc immediatè, in 16. verò quid sit meta.

Gradus in complexionibus, est eleuatio qualitatis alicuius complexionalis supra temperamentum, secundum distãtiam integram. XIII.

Quid dus in complexionibus.

EX iam dictis, & statim pòst dicendis, veritas huius definitionis patet. Item etiam ex suprà dictis patet, quod gradus potest dici excessus, vel recessus, vel augmentum, vel fortificatio qualitatis alicuius. Sed quia eleuatio, vt ostensum est, magis propriè conuenit his, quibus nomen, & ratio grad⁹ attribuitur, ideo posita est hîc pro genere proximo: sed qualitatis adiungitur ad differentiam gradus in corporibus, complexionalis verò ad differentiam aliarum qualitatum sensibilium misti vel complexionati, vt coloris, odoris, & saporis. De quarum graduatione sapien-

sapientibus Medicis non est cura pro tanto, quia remisſio & inteſio talium qualitatum de se nota biliter non immutat sanabile corpus in his, quæ conueniunt ei, vt est sanabile, aut si sit illud, rarū est, nec arte indigens. Certū est enim, quòd omnes prædictæ qualitates immutant aliter, & aliter, secundum sui intensionem, & remiſsionē, organum proprij sensus, & conseruare atque corrumpere possunt sanitatem in eo, sed hoc rarò cōtingit, & non cadit tanta varietas in his, vt sit difficilis cognitionis, ita vt non facile contingat errare circa vsum earum, quoniam de talibus est ars necessaria. Hæ. n. qualitates, prout agendi virtutem habent ex se non respiciunt, nisi determinatè vnum organum. s. proprij sensus: sed qualitates complexionales vim habent immutandi omnia organa corporis, quò ad dispositionem sanitatis, & morbi, quæ membra, cùm sint valde varia & diuersa, non in eisdē gradibus intensionis, & remiſsionis exigunt prædictas qualitates. Vnde cùm illa operatio maximè indigeat regula artis, in qua maxima est promtitudo errandi, talis autem sit illa, ad quam occurrit multa diuersitas particularium considerabilium, quia non facilè scitur, quod multipliciter variatur, ideò solicitauerunt istud rationabiliter sapientes ad hoc, vt de intensione & remiſsione qualitatum cōplexionalium in mistis, specialis & diligens esset eorum consideratio in medicina, ita vt arte posset inuestigari, quantum poſsibile est, quicquid vtile foret operi circa talem materiam. Si verò aliqua aliarum qualitatum immutent aliquas alias partes corporis, præter organa propria, sicut de quibusdam odoribus dicitur, quòd generant dolores capitis, illud non conuenit ei per se, sed per accidens, sicut alibi est ostensum. Si quid enim sanitatis, aut ægritudinis alijs membris imprimat, hoc principaliter fit à complexione, quarum sequelę sunt secūdum propinquius, vel remotius: Sapor enim propinquius sequitur complexionē quam odor & color, color autem remotius, quā odor. ¶ Ex prædictis verò patet ratio, propter q̄ sapientes non tractauerunt de graduatione secūdarum virtutum, cùm tamen varientur per intēsionem & remiſsionem: nam secundæ non sunt, vt bene testatur Auicen. 2. canon. nisi primæ limitatę, vel sequentes earū colligantiam, ita quod intensio, vel remiſsio in eis semper causatur immediatè ab intensione & remiſsione illarum. Et ideò nihil aliud oportet ad graduationem considerare in his, quam in illis, nisi diuersitatem substantiæ per varietatem mistionis, ex qua pendent pro maiori parte virtutes secundæ. ¶ Quod autem vltimò ponitur in præmissa definitione, scilicet secundum distantiam integram, positum est ad differentiam metæ. Hæc est igitur definitio gradus in complexionibus, cuius partes ex diuisionibus præmiſsis inuestigauit autor.

Qualitates complexionales habēt vim immutandi omnia organa in sanitate.

Propter quid sapientes non tractauerūt de graduatione secundarū virtutum.

COMMENTARIVS.

QVARVM *sequela sunt secūdū propinquius vel remotius.*] Et hæc de qualitatum secundarū origine quæstio est iucūdiſsima. Primarū has dicit Arnaldus seqi las esse, quasi dicere voluisset asseclas. At verò dignum hoc philosopho fuerat, vt modū patefaceret, quo qualitates hæ primas consequātur: Sunt. n. posteriora quædā, quæ sic prima sequuntur vt ex ijs originē ducant, tamq; nanciscantur essentiā quō mollicies ex sicco & liquido fieri perhibetur. Alia verò licet tempore posteriora sint, non tamē ex priorib. generantur: Anima rationalis sentientē generatione consequitur, ex qua tamen fieri minimè potest. Veteres autem philosophi de qualitatibus ita ferè senserunt, atq; si secundæ & tertiæ primas consequantur, ex iisq; generentur: quod & hoc loco innuisse videtur Arnaldus. Nos tamen aliàs manifestiſsimis hoc ipsum argumentis confutauimus: cùm scilicet in hisce sensilibus qualitatib. aliquid sit, quod toto genere aliud est ab elementorū natura. Quare meritò recentiorū sententiā veteribus philosophorū institutis anteferimus, & hoc seriò profitemur hasce qualitates ex cuiuslibet rei specie, non ex temperamento primarū qualitatū educi. Fatemur id equidē ex elementis fieri quęcunq; generantur naturaliter: Cùm tamē non quiduis fiat ex quolibet, sed certū ex certo: vtiq; certitudinis huiusce causa non materiæ sed formæ tribuenda est. Et si qualitates hæ sensiles igne sæpenumero variè cōmutentur: Hęc tamen cōmutatio materiæ subiectę naturā sequitur. Natura verò hęc nihil aliud est quā ipsum eius esse, actus & forma secundum quā ab alijs omnib. specie differentib. internoscitur. Quod ex ouo pullus generetur, non hoc est oui materiæ, sed eius formę tribuendū. Si posito simplici quopiam elemento sapor aut odor ignis virtute generari poſsit, salua erit veterū opinio: vel etiā si fiat id ex omnib. elementis inter se mixtis citra vllius alterius formæ adminiculū. Sed hoc & ratione firmiſsima & ipsa etiam experientia manifestiſsimè confutabitur: ratione quidē quod primarum qualitatū cōtemperatio terminos & naturam extremorū nō transgrediatur. Ex calore & frigore mixtis nihil aliud pręter teporem fieri poteſt. Verū vt ex ijs quæ proponit Arnaldus, rem hanc expediamus. Constat hanc esse primarum qualitatum rationem, vt non aliquem duntaxat sensum, aut sensus organum, sed omnes totius corporis partes afficiant: cùm aliæ tamē sensiles qualitates sui cuiusque sensus instrumentum afficere soleant. His & hoc etiam adiecit Arnaldus, si quādo contingat vt harum qualitatum aliqua partes alias lædat, quemadmodum si capitis dolor inducatur odore, non hoc per se fieri sed ex accidenti. Quare meritò quoq; statuemus, quicquid illud est in saporib. odoribus, & cęteris qualitatibus sensilibus quod primarum qualitatum videatur esse soboles: id eis ex accidenti competere.

Secunda qualitates non sunt, vt benè testatur Auicenna, nisi prima limitata.] Quod limitatur non aboletur: Et si secundæ qualitates primæ sint limitatæ, vt hic cōprobat Arnaldus, merito poſsit mirari quispiam, cur antea qualitatibus secundis primarū qualitatū vires ex accidenti modo competere dixerit. Iam verò nobis id expendendum fuerit, quomodo qualitates primæ limitentur, vt secundę nuncupari poſsint. Hic nempe modus est vt existimat Arnaldus, quod primæ qualitates latè patentes obtineant vires, vtpote quibus omnes totius corporis partes afficiantur: cū secundæ tamē ad certa quædā sensuum organa referantur. Non hoc equidem inficiamur: sed si nulla sit alia limitatio, primis secundisque qualitatibus eadem species erit, eademq; substantiæ quod nec Auicenna tamen nec Arnaldus vnquam asseruerint. Quenam hęc ergo est limitatio? Equidem cūm hæc limitatio speciē mutet, non accidentis est sed substantiæ. Genus ex logicis nouimus suis limitari differētijs: Homo. n. animal est, nō quoduis sed tale quodpiā quod ratione præditū sit. Verumq; hominis substantiam cōstituit. De qualitatib. secūdis idē forte statui poſsit, vt ex cōmuni quadā propriaq; essentia cōstent, prima nimirū atq; secunda. Nulla namq; secunda qualitas est, quin aliquā ex primis adiunctā habeat perpetuò. Verum si rē exquiras accuratius, simul equidem eas cōsistere comperies: Num eę tamen vnius qualitatis speciem constituant, dubiū hoc erit nihilominus: quæ difficultas paucis discuti nequit, vt in aliud tempus id negotij merito differendum sit.

Distantiæ cuiuslibet gradus integritas tanta est, quanta est latitudo ipsius. XIIII.

QVia dixit immediatè, quòd distantia integra qualitatis à temperamento cõstituit gradũ: idcircò declarat hic, quę sit integra distantia cuiuslibet gradus, intendens quòd illa est, in qua cõtinetur, vel comprehenditur tota latitudo ipsius.

Latitudo cuiuslibet gradus tantum extenditur, quanta est differentia manifestæ impressionis. XV.

QVia dixit, quòd tota latitudo gradus facit eius distãtiam esse integram, propterea manifestat, quanta sit latitudo eius, dicens: quòd tãta est, quantum se extendit differentia manifestæ impressionis vnius ab alio, ita quòd licet aliqua complexionata faciant in corpore temperato diuersas impressiones, dum tamen sint sub ratione vnius gradus, omnes pertinent ad latitudinem eius. Nam medicina frigida, quæ dormitationem causat in membro, quæ causat stuporem, & quæ mortificat, omnes hæ impressiones cotinentur sub latitudine quarti grad⁹. Similiter medicina calida, quę rubificat cutem, quę vesicat, & quę vlcerat, hæ impressiones oẽs membrum corrumpunt, & sic de alijs. Ita si dentur tres medicinæ, quæ nõ manifestent effectum vnius qualitatis in corpore nisi per frequẽtem applicationẽ, omnes reponuntur in primo gradu, cùm oẽs habeant eius rationem. Sed si numerus applicationum, in quibus manifestant suum effectum, sit differens, necessarium est, vt in diuersis partib. eius gradus locentur: nam quæ manifestat in 9. vicibus, erit in principio primi gradus respectu eius, quæ in trib. & illa, quæ in sex in medio, & illa, quæ in tribus in fine. Et simili ratione distinguuntur tres partes in secundo & tertio, & quarto gradu, si triplex diuersitas impressionis reperiatur in medicinis, quæ habent eorum rationem.

Omnis latitudo tribus necessariò discernitur metis. XVI.

QVia dixit quemlibet gradũ habere latitudinem, ideò subsequenter ostendit, quot terminis ad minus distingui possit, & quod nomen cõmuniter attribuatur eis: dicit quod trib. necessariò distinguatur, quæ vocantur metæ. Ratio autem hui⁹ necessitatis est, quia quicquid est latum, habet rationem superficiei, & sic per consequens habet duas extremitates, & medium: & hæc ratio quidem sumta est ab vno extremo similitudinis, sed ex parte alterius, scilicet ipsarum qualitatũ est alia ratio, scilicet quia omne quod intenditur & remittitur, vadit à diminuto ad augmentum, & ecõuerso: eò quòd omne quod mouetur, transit de extremo ad extremum per medium: Habet ergo latitudo gradus principiũ, medium & finem, qui termini dicũtur metæ, & sunt mensuram importantes. Ex quibus iam patet, quòd meta in proposito est pars gradus notabilis in mensura, per impressionem factam sub ratione totius, sicut in præmisso aphorismo exposuimus. Medicus aũt ideò cogitur prædictas tres metas in gradu quolibet assignare, quia diuersitas impressionis midicinarum in vnoquoq; gra-

A du sensibili effectu dijudicatur per illas tres metas decurrere, nec plus assignat, quia differentię vltra illos terminos sunt imperceptibiles sensu.

Omnis eleuatio & depressio virtutis, vel qualitatis vnius, respectu alterius, fit secundum aliquod genus proportionis. XVII.

INuestigato quid sit in proposito grad⁹, & quę & quas habeat partes notabiles, iam incipit venari distinctiones graduũ in generali: quamuis enim omnes gradus conueniant, in hoc scilicet, quòd sunt quidam recessus qualitatis à temperamento, tamen termini recessus non sunt idem, sicut nec distantiæ, immò vnus ab alio differt penes maiorẽ, & minorem recessum secundũ q̃ qualitas magis aut minus augetur supra tẽperamẽtum. Cùm igitur inuicem differant per intensionem qualitatis, & illa intensio vel remissio fiat secundum rationem quantitatis auctę vel diminutæ, sicut ostensum fuit 7. vel 8. propositione, ideò specialiter inuestigat hic, vtrùm illud augmentũ, & illa diminutio debeant in gradibus considerari, secundum rationem quantitatis cõtinuæ vel discretæ. Et introducit primò hanc propositionem ad concludendum subsequenter intentum ex ea: Dicit ergo, quòd omnis eleuatio & depressio, &c. & hæc sunt vocabula adaptata rationi graduum, vt ex superioribus patet, per quæ intelligitur intensio, vel remissio, vel augmentum, vel diminutio, vel fortificatio, & debilitatio: Omnibus enim his vocabulis in hac materia licet vti diuersis rationibus, sicut supra expositum est: Dicit igitur, quòd prædicta fiunt secundum aliquod genus proportionis, necessitas autem huius proportionis patet ex 7. & 8. propositione, in quibus dicitur, quòd eleuatio & depressio in gradibus sint secundum rationem augmenti, & diminutionis. Sed omne, quod recipit augmentũ, vel diminutionem, recipit hoc secũdum aliquod genus proportionis, cùm proportio sit habitudo vel comparatio duarum quantitatum inæqualium adinuicem, penes augmentum, & diminutionem, sicut ostensum est 2. arithmeticæ.

Omnis proportio fit secundum numeri rationem: graduum diuersitas necessariò distinguitur in æqualibus numeris. XVIII.

ISta propositio patet ex secundo arithmeticæ, & est hic assumta cum prædicta ad concludendum intẽtũ in tertia, quæ sequitur. Supposito. n. quòd augmentum qualitatis, & diminutio fiant in gradib. secundũ aliquod genus proportionis, & omnis proportio fiat secundum numeri rationem, necessariò sequitur, quòd diuersitas augmẽti, & diminutionis, quib. gradus differunt, distinguantur in æqualib. numeris. s. proportionũ augmenti, & diminutionis, cùm proportio semper sit inter numeros inæquales. Et hoc est, quod sequens propositio continet, in qua ambæ sectæ, & rationabiliter loquentes de graduũ quãtitate conueniunt. s. tàm illa, quæ ponit, quòd vnus gradus distat ab alio per augmentum vnius portionis, qualis est positio Auerrhois, quã illa, quæ ponit,

nit, quòd distant abinuicẽ per augmentũ dupli, qualis est positio Alkindi. Quæ aũt sanior sit, certificabitur in sequentibꝰ: sed sufficit hîc ostendere, quomodo oẽs conueniunt in sententia huius propositionis, quæ duo cõtinet: Primũ est, quòd gradus inuicem secundũ rationẽ distinguuntur numeris. s. proportionũ, qualitatis auctæ vel diminutæ. Secundũ verò est, quòd illi numeri sunt inæquales. ¶ Quia igitur humana ratio consideret augmentũ, & diminutionẽ, quib. differũt gradus per numeros, testatur hic Gal. in techni, qui quãtitatẽ recessus alicuius qualitatis à tẽperamẽto denotat exẽplo numerorũ, cùm dicit: vt si decem quidẽ numerus secundũ calidius recedat ab eo, quod secundũ naturã, septẽ verò secundũ sicius. Similiter aũt Alkind. & Auerr. per numeros assignant differentias eorũ, & etiã per inęquales, quia aliter nõ differrent Alkindus. n. dicit, quòd primus gradus cõtinet in duplo plus alicuiꝰ qualitatis, quàm temperamẽtũ, & secundus plus in duplo, q̃ primus, & similiter tertiꝰ duplus est ad secũdũ, & quartus ad tertiũ. Cõstat aũt, quòd duplũ & sub duplum sunt inæquales numeri. Auer. aũt lib. suorũ vniuersaliũ dicit, gradus inuicem differre per additionẽ vnitatis, ita quòd primus continet vnã portionẽ, plus quã tẽperamentũ de aliqua qualitate: secundus aũt plus vnã q̃ primꝰ, & sic duas plus, quã temperatũ: tertius aũt vnam plus, q̃ secundus, & sic tres plus, quã teperatum: quartus aũt vnã plus, q̃ tertius, & sic quatuor plꝰ q̃ temperatum: & ita temperatũ, & gradus quatuor non differunt secundum ipsum, nisi numeris, qui ordine naturali reperiuntur ab vnitate, vsq; ad 5. s. quia temperatũ cõtinet vnam portionem qualitatis, & primus gradus duas, & secũdꝰ tres, & tertius quatuor, & quartus 5. De quib. numeris patet, quòd inæquales sunt. Et in his duab. opinionib. p̃dictis accipitur gradus prout superiùs est definitus. s. prout est excessus in virtute: & hęc est vera gradus acceptio: sicut patet ex supradictis. Nam gradus proprie sumtus, eleuatio quędã est, & ideò oportet, quòd quicquid metaphoricè dicitur gradus, participet in aliquo manifestè rationem eleuationis. ¶ Fuit de gradib. quorundam opinio debilis, quò ad radicẽ, & defectiua, quò ad numerũ: Dicebant. n. quatuor esse gradus complexionũ, ita quòd primus sit temperatus, & alij tres intemperati. Isti aũt per gradũ intelligebant quemlibet terminum dissimilitudinis, & ideò cùm temperatus esset primus terminus, cui cæteri dissimilantur, dicebant, ipsum cõstituere primum gradum, & hoc quidẽ verũ est . s. quòd primus terminꝰ est dissimilitudinis. Sed talis cõsideratio in proposito inutilis est, & insufficiens, cũ nihilominus apud istos verificatur p̃positus aphorismus, quia ipsi distinguunt gradꝰ inæqualibus numeris, dicentes, quòd primus cõtinet vnam portionẽ, secundus duas, tertius tres, & quartus quatuor. Insufficientia verò istorum patet ex hoc, quòd in recessu à temperamento nõ ponunt, nisi tres gradus, cùm tamen sensus probet, esse plures. Sicut. n. alibi est ostensum, numerus graduum in distemperatis nõ potest cognosci, nisi per differentes impressiones, quas distemperata faciunt sensibiliter in corpore temperato. Quoniã hæc est differentia, qua cognoscitur tẽ-

Differentiæ graduum per numeros assignantur.

Gale. Alkindus, Auerr.

Opinio quorũdam defectiua.

Numerus graduũ in distemperatis quò cognoscatur.

A peratũ distinqui ab intemperato: quia temperatum si approximetur temperato corpori, non immutat ipsum sensibiliter. Intemperatũ verò sensibiliter immutat secundum aliquem gradum, vnde recta ratio indicat, quòd gradus inęqualitatis tot erunt numero secundũ genus, quot possunt esse differentiæ manifestę impressionis, quam inæqualiter cõplexionata faciunt in prædicto corpore. Cõstat autẽ, quòd hæ sunt quatuor, quarũ vna est alterare corpus sensibiliter sine lęsione o-

B perationis post frequentẽ applicationẽ: secunda verò est alterare ipsum in prima obuiatiõe absq; manifesto nocumẽto suarũ operationũ: tertia verò est alterare ipsum prima obuiatione, cum manifesta læsione operationis eius absq; corruptione substantiæ. Quarta est alterare ipsum cũ manifesta læsione operationis, & substantię corruptione. Errauerunt igitur prædicti, quo ad modũ inuestigandi graduũ numerũ, & etiã quia nesciuerunt distinguere inter sitũ & gradũ per differen-

C tiam eorũ, superiùs assignatã. Hîc. n. supponitur in hac consideratione, quòd quatuor sunt gradꝰ inæqualitatis cõplexionatorũ. ¶ Iã ex prædictis aũt potest intelligẽs auditor aduertere, quòd in duob. attenditur differẽtia graduũ cõplexionalium. s. in effectib. vel impressionib. & in numeris. Huius aũt cõsiderationis duplex est ratio, quarũ vna sumitur ex parte cõsiderabilis: secunda verò ex parte cõsiderantis: ex parte quidẽ cõsiderabilis, quia gradus duobus modis potest cõsiderari.

Differentia graduũ cõplexionalium in duobus attenditur.

D Vno modo, secundũ quod importat quãdã potẽtiã, vel terminũ potẽtię virtutis operatiuę, & hoc modo cũ potentiæ non distinguãtur, nisi per operationes, ideò secundũ hoc gradus distinguuntur per diuersitatẽ impressionũ: Alio verò modo considerantur gradus, secundũ quod important rationẽ augmenti, vel intensionis in qualitatibꝰ, & hoc modo cũ differentia augmenti ad diminutum nunquã cognoscatur ab intellectu, nisi per rationẽ numerorũ: ideò secundum hoc assigna-

E tur graduum differẽtia per numerorũ diuersitatem. Ex parte verò considerantis. s. Medici, consideratur differentia graduũ prædictis duob. modis, ideò quia ipse Medicus indiget vtraq; consideratione: quandoq; enim necesse habet inuestigare notitiam gradꝰ, in aliquo cõplexionato, per viã experimenti, quod frequentius accidit in simplicibus medicinis, & quantũ ad hanc viã, est ei necessaria cõsideratio impressionum: Quandoq; verò necessarium est ei inuestigare notitiam eius

F per viam rationis, quod euenit quotiescunq; cogitur ex simplicib. præparare composita, secũdũ indigentiã corporis taliter dispositi, cùm spectare non possit experimentales probationes medicinarum componendarũ, quapropter ex fine suo compellitur Medicus. s. vt necessitati corporis q̃ celerrimè rectè subueniat. Hoc via rationis diligẽter inuestigabit, ad quẽ situm, vel gradum in medicina, quam proponit componere, deduci possit complexio, ne ignorata virtute instrumenti

G casualis omninò incerta sit operatio. Licet autem non possit hoc exquisitè cognoscere, tenetur saltem æstimatione regulata per artem id mensurare, quia ratiõ recta, vel artificialis non habet viã aliam cognoscendi virtutem, quæ resultat ex cõponentibus in composito, nisi per consideratio-

nem diuersitatis, cadentis in virtutes componen tium ideo necesse habet viam illam considerare artificialiter. Sed constat, quòd virtus complexionalis quorumcunque componentium nunquam variatur in composito, nisi secundum quod augmentabilis, & diminuibilis, siue intensibilis, & remissibilis. Ostensum est suprà, quòd augmentabile, & diminuibile non cognoscitur ab intellectu, quãtum ad diuersitatem suę mensuræ, nisi per rationem numerorum, igitur necesse est Medico differentiam graduum considerare, quantum ad numeros. Et hoc est fundamentum necessarium ad sequentia, quod iste vltimus aphorismus primæ partis insinuat paucis verbis.

COMMENTARIVS.

SIMILITER *autem Alkindus & Auerrhoes.*] Quæstionem hic proponit Arnaldus, quæ multis vtrinque propositis rationibus est intricatissima, nec scio tamẽ quid vel ex ipsa quæstione, vel ex ipsis eius argumẽtis percipi possit vtilitatis. Quęstio est, *an mixtilium qualitatũ gradus in compositis medicamentis à se inuicem differant vnius solũ vnitatis adiectione*, quòd asseruit Auerrhoes, *an verò duarũ:* quæ sententia fuit Alkindi. Multis Auerrhoem refutat Arnaldus: quæ tamen argumenta partim dubia sunt, partim obscura, partim verò etiam leuia. Et si præter interpretis officium non sit ipsam profiteri veritatem: Auerrhois sententiam magis quam Alkindi iudicamus esse veritati consentaneam. Si namq; secundum duplũ gradus tertius à secundo differat: non simplex hæc, sed duplex erit differentia: quo posito non duplicem modo, sed etiam triplicem, aut quadruplicẽ inuehere differentiam. Præterea quarti gradus eandem constat esse distantiam à tertio, quæ primi gradus est à temperato, Hæc autem distantia est vnitatis. Quare gradus etiam quartus vnitatis distantiam à primo obtinebit. Deniq; cùm vel ipsius etiam Galeni testimonio medicamentorum, quæ temperiem excedunt, gradus quatuor: duodecim verò sint portiones: vt scilicet cuiusque gradus portiones sint tres, quas terminos metasq; vocat Arnaldus, principium, finis & medium: ex his certè manifestum euadit secundum Alkindi sententiam medicamẽtorum excedentium portiones esse 90. non 12. vel saltẽ 45. Nam si medietas vna primi gradus portiones habet tres: quot aliorum graduum erunt medietates, totiens etiam ternarius portionum numerus admittendus fuerit: Sed paucis rationes expendamus, quibus Auerrhoem confutat Arnaldus.

Cum igitur comparatur impreßio tertij gradus.] Hæc nimirum sententia est, eumdem esse tertij gradus excessum à secundo, qui primi est à temperato Duplum autem facit Auerrho excessum primi, cæterisque gradibus vnitatẽ modi tribuit. Sed his facile responderi potest: excessus enim primus vna duntaxat medietate, non duabus à temperato distat: Altera namque medietas subiecti rationem habet, non qualitatis informantis: vtpote quæ temperati quoque sit, quod omni tamen excessu destituitur. Hic eximia Doctoris cuiusdam sententia non incommodè discutietur. Positis duabus ciuitatibus magnitudine differentibus, idem existimat esse, si quis hanc illa dicat esse duabus partibus illa maiorem vel ęquè magnam. Ego vero minimè stupidus discrimẽ animaduertens, subitò contrarium asserere non dubitaui: Nam maiorẽ dici denotat excessum citra id inquo conuenitur: vt ciuitas in ambitu miliaria duo complectens non est duobus miliaribus illa maior, quæ vnum modò miliare complectitur: licet bis ęquè magna sit. Quæ vero ciuitas tribus comprehenditur miliaribus, hæc vna solùm parte æqualis esse dicitur: duabusque cæteris hanc ambarum æqualitatem excedere. Ad rem hoc referatur. Primus gradus duas habet necessario medietates: Si enim vnam haberet solùm, à temperato quod vnam habet nequaquam differret. Non tamen ob id duabus medietatibus à temperato distat, sed vna dũtaxat: Temperatum enim & primus excessus vna medietate conueniunt: altera verò medietate primus excessus temperatum superat. Idẽ ergo de cæteris etiam gradibus asserendum fuerit, contra quàm Alkindo videatur.

Absurdum enim est dicere quod eadem proport.] Quomodo quod hic colligit Arnaldus, ex Auerrhois sententia consequatur, non intelligo: Licet enim omnium graduum idem esse debeat excessus non ob id tamen hoc asseri decet absque discrimine. Res illustrari potest exemplo. Stirpes vna differunt animæ facultate à corporibus anima destitutis: Zoophyta duabus: Leones tribus: homo quatuor: Vna tamen est omnibus differentia, secundum quam à proximo genere distinguuntur, quæ ob id etiam specifica nuncupatur, quod apposita generi speciem ipsa constituat. Homo quatuor obtinet animæ facultates, & naturam quæ corporis est: Eo discrimine tamen vt vltima ratio scilicet formæ rationem obtineat, generis verò cæteræ omnes differentiæ substantiam constituant. Sic & quartus medicamentorum gradus medietates habet quinque, cum & quinta (quæ temperatorum est) ob causam antea commemoratam adijcienda sit. Quatuor medietatibus temperatum excedit: excessum primum tribus: secundum duabus: & tertium vna.

SECVNDA PARS DE NVMERO, ET RATIONE PROportionum cuiuslibet qualitatis, in omni gradu.

NVmerus proportionum qualitatis, in quolibet gradu, cognoscitur ex integra distantia cuiusq; gradus. XIX.



SICVT IN procemio tractatus istius expressum fuit, præsentis intentionis est, ostendere qua arte vel regula per viam rationis inueniatur, saltem æstimatione propinqua veritati, quis gradus complexionis resultet ex componentibus medicinam, quam secundum artis regulas Medicus intendit componere, vel componit. Sed quoniam nulla ars, & vniuersaliter nulla ratio potest incerta & occulta cognoscere, nisi ex aliquibus certis, & manifestis, à quibus illa dependent, propterea cogitur artifex rationis, qui hoc nititur inuenire, vt ea consideret, quæ in composito manifesta sunt ei. Constat autem, quòd de his, quæ pertinent ad compositum, nihil est ei certius, quàm componentia. Oportet igitur, vt ea consideret secundum illam rationem, qua quæsitum dependet ab eis, quæ sunt, scilicet complexio componibilis, vel compositi, quia per hanc consideratione solùm dirigitur ad intentum. Complexio autem resultans in composito, non dependet à componentibus, nisi ratione complexionis eorum. Si ergo in compositis nunquam resultaret, nisi vna complexio, non oporteret medicum solicitum esse propter hoc circa complexionem componentiũ: Sed quia varia, & in diuersis terminis resultat in composito, necesse est, vt istud

iſtud procedat à varietate ipſius in componentibus. Et ſic neceſſe eſt, vt Medicus ad habendum intentum conſideret totam varietatem complexionum ſimplicium, quæ poteſt eſſe cauſa diuerſæ complexionis in cõpoſito. Sed, vt antè dictum eſt, immediatè complexio ſimplicium nõ poteſt diuerſificare complexionem in compoſito, niſi ſecundũ quod intenſibilis & remiſsibilis eſt per diuerſos grad9. Igitur oportet Medicũ cognoſcere, quantũ in vnoquoq; gradu cõponentiũ intẽditur & remittitur qualitas, cuius intenſio vel remiſsio in compoſito quæritur. Oſtenſum eſt etiam ſuperius, quòd via rationis non poteſt mẽſurari augmentum, & diminutio qualitatis in aliquo gradu, niſi per numeros proportionũ, qualitatis excedentis, & exceſſæ, quos oportet eſſe in diuerſis gradibus inæquales, & per conſequens diuerſos, vt ſuprà dictum eſt. Neceſſarium eſt igitur, cùm ratio Medici menſurantis qualitatem compoſiti, procedat ex præcognitis menſuris, vt ſciat ſpecialiter quibus numeris diſtinguantur portiones augmenti, & diminutionis in quolibet gradu: ſicut enim menſura qualitatis in compoſito non reſultat, niſi ex menſuris qualitatum componentium, ſic nec ratio cognoſcit menſuram illius niſi ex menſuris iſtarum, nam eadẽ ſunt principia eſſendi, & cognoſcendi. ¶ Poſtquam igitur declarauit autor, quòd gradus differt in æqualibus numeris, iam incipit hîc venari, quibus numeris ſpecialiter diſtingui debeant ſecundum rationem vtilem propoſito: Numeri enim poſſunt eſſe inæquales dupliciter, ſci. quantitate, vel proportione, vnde oportet ſcire, quę iſtarum inęqualitatum propoſito cõueniat: & ſecundum alterã iſtarũ, qui numeri ſint conuenientes proportionib. qualitatis, in quolibet gradu. Quia verò omnes partes alicuius totius, neceſſariò cõtinentur ſub eius integritate, ideò per cõſiderationem integritatis gradus, docet inueſtigare numerũ portionũ eius: & hac de cauſa introducit hîc primò hanc ꝓportionẽ, in qua dicit, quòd numerus ꝓportionum in gradibus cognoſcitur per integrã diſtantiam cuiuſlibet ipſorum. Et dicit notabiliter (diſtantiam integram) quia integritas gradus vt ex ſuperioribus patet, conſiſtit in diſtantia integra, vel à temperamento, vel à vicino gradu. Ideò autẽ dicit, quòd prædictus numerus cognoſcitur per diſtãtiã integram, quia illud, per quod principaliter cognoſcitur augmẽtum cuiuſlibet gradus, non eſt, niſi diſtantia, quæ inter gradus notatur eſſe per effect9 eorum, quaſi dicat, quòd principium, quod oportet conſiderare ad cognoſcenda prædicta, eſt conſiderare diſtantiam ipſorum adinuicem: nam per hoc introducetur intellectus ad inueniendum, ſub qua inæqualitate ſit numerus prædictarum portionum, ſicut ex ſequentibus patebit.

Numeri poſſunt eſſe inæquales dupliciter.

Quanta eſt diſtantia primi ad temperamentum, tanta eſt cuiuſlibet ſequentium ad immediatè præcedentem. XX.

QVia dixit immediatè, quòd per diſtantiam graduum adinuicem deuenitur in notitiam portionum qualitatis cuiuſlibet ipſorũ, ideò conſequenter proſequitur documentum iſtud, manifeſtando qualiter per hanc diſtantiam inueniatur quæſitum, circa quod prius explicat quantitatem diſtantiæ vnius gradus ad alium in generali, ad hoc, vt conſequenter in ſpeciali cõcludat intentum. Et dicit, quòd tanta eſt diſtantia cuiuſlibet ad immediatè ꝓcedentẽ, quantũ diſtat primus à tẽperamẽto. ¶ In hac aũt ſententia conueniunt Alkind. & Auerr. in generali: quia. ſ. ambo ponũt, quòd æqualiter ſit diſtãtia vniuſcuiuſq; à ſibi vicino immediatè. Sed tñ, quo ad genus ęqualitatis differunt, quia, vt ſupra patuit, Alkind ponit, quòd oẽs diſtant æqualiter æqualitate ꝓportionis, & nõ quantitatis: ita, quòd ſicut dupla eſt proportio primi ad tẽperamentum, ita cuiuſlibet alterius ad immediatè præcedentẽ. ¶ Auerr. aũt aſſerit contrariũ. ſ. quod diſtant æqualiter æqualitate quantitatis omnes, ita, quòd ſicut gradus primus diſtat à temperamento per vnam portionem qualitatis, ꝗ continet plus, ꝗ temperamentum, ſic ſecundus à primo per vnam, ꝗ continet plus, ꝗ primus, & ita de ſequentibus. Sed quantum ad proportionem partim cõſentit cũ Alkindo, & partim diſſentit. Aſſerit enim, quòd prim9 gradus duplum eſt ad temperatum, & de ſecundo dicit, quod proculdubio duplus eſt ad primũ. Tertius verò triplus, quartus autẽ quadruplus. Iſta enim ſunt verba eius, vnde vult, quòd diſtantia primi & ſecundi cõueniunt nõ ſolum in quãtitate, ſed etiam in proportione. Diſtantia verò tertij & quarti ſolummodo in quantitate. ¶ Sed poſitionem Alkindi reprobat ducendo ad inconuenientia: quorum primum eſt, quòd ipſa poſitio eſt irrationabilis, qa, vt ipſe dicit, nõ poteſt aſſignari ratio, ꝓpter ꝗ ſit neceſſariũ hîc ponere. ſ. quòd tertius à ſecundo, & quartus à tertio diſtẽt per augmentum dupli. Secundum inconueniẽs eſt, quia quartus gradus excluderetur à conſideratione Medicorum, eò quòd non eſſet, cùm tertius faceret impreſsionem eius, aut ſi cũ hoc poneretur eſſe, tunc ſequerentur tria inconuenientia, quorum duo eſſent abſolute contra ſententiam omnium Medicorum: tertium verò contra intentionem Alkindi tantùm. Et primum quidẽ eſt hoc, ſcilicet quòd quartus gradus non eſſet diſtinguibilis à tertio, cùm tertius faceret eius impreſsionem: Secundum verò eſt, quòd nullo modo ſaluaretur in vita corpus, quod ſubijceretur medicationi quarti gradus, cùm etiam tertius corrumperet. Tertium, quòd quartus gradus nõ diſtaret à temperato, quantum tertius à temperamento: cùm non eſſet ab eo diſtinguibilis per effectum, cuius oppoſitum ponit Alkindus. Tertium inconueniens, quod dicitur immediatè ſequi ad poſitionem Alkindi eſt, quia incognita, & incerta eſſet latitudo, quæ eſt inter gradus, & ſpecialiter, quę eſt inter tertium & quartũ, inter tertium & ſecundum, cùm ſint inæquales, & valde magnæ, nec ſicut ab eo, vel ab aliquo alio graduatæ. Quartum autem inconueniens ſequitur ad omnia prædicta inconuenientia, quod eſt ſcilicet perturbatio, & etiam confuſio materialis operis, quantum ad conſiderationem graduum, cùm regulari non poſſet per certa principia.

Opinio Alkindi.

Opinio Auerr. eſt cõtra Alkindum.

¶ Fuit etiam tertia ſecta in hac conſideratione, cuius ratio repugnat ambabus prædictis: Aſſerit enim, quod diſtantiæ graduum adinuicem, neq; conueniunt quantitate, neq; proportione,

Tertia opinio.

de qua non curamus: tùm quia falſa eſt tàm in ſe, quàm in eius radice: tùm etiam quia ſufficienter oſtendit defectum eius Alkind. cap. 10.

Contra Auerrhoem.

¶ Sed redeundum eſt ad poſitionem Auer. de qua ſcire oportet, quòd eſt falſa, ſiue erronea, tàm in poſitione, quàm in reprobatione, qua profanare intendit, ſeu etiam innititur poſitionem Alkindi. Ipſe etiam Alkindus reprobat poſitionem, cui innititur Auerr. ratione .ſ. & auctoritate: ratione quidẽ pro tanto, quia ſecundũ quod ipſe dicit, ordo graduũ eſſet abſq; proportione .ſ. vniformi: quantũ B aũt inconueniens ſit iſtud, manifeſtabitur pòſteriùs. Iterum etiã reprobat eam auctoritate Gal. qui in 8. particula ſui antidotarij .ſ. in cap. de vna medicinarum Andromach. deſtruit poſitionem illorũ qui dixerunt, quòd vnus gradus addit ſupra aliũ vnã portionẽ, ita quòd portiones eorum adinuicẽ ſunt diuerſæ.

Primus defectus Auerr.

¶ Propter hæc igitur omnia ſciẽdũ eſt, quòd prædicta poſitio triplicẽ patitur defectionem: primò .ſ. quia eſt irrationalis, quod ex hoc patet, quia, vt ſuprà tactum eſt, illud per qđ C diſtinguitur potentia, quam habet qualitas in vno gradu à potentia, quam habet in alio, non eſt, niſi diuerſitas impreſſionis manifeſtæ in corpore. Cùm igitur comparatur impreſſio tertij gradus ad impreſſionem ſecundi, & impreſſio quarti ad impreſſionem tertij, clarè perpenditur, qđ ſecundum proportionẽ neutra iſtarũ eſt minor, q̃ impreſſio, quam facit primus, reſpectu tẽperati, aut ſecund⁹, reſpectu primi: imò ſecundum veritatem aut maior eſt in proportione, aut ſaltem D æqualis. Cuius oppoſitũ aſſerit prædicta poſitio, cũ dicat, quòd illa portio augmenti, per q̃ prim⁹ diſtat à tẽperamento, cõſtituit duplũ, & ſimiliter illa, ꝑ q̃ ſecundus à primo, & dicat hoc eſſe horrẽdũ, & incredibile in alijs duob. ſequẽtib⁹. Etenim ſecundũ diuerſitatẽ augmẽti, quod fit in qualitate, diuerſificatur ꝓportionaliter eius impreſſio, cũ omnis opatio ſuæ virtuti ꝓportionetur.

Secundus defectus Auerr.

¶ Secundò aũt deficit ſpecialiter poſitio antedicta Auer. quia falſum implicat in eo qđ dicit, 2. gradũ E eſſe duplũ primi, nã cũ ponit, qđ oẽs grad⁹ inuicẽ cõparati recdũt à tẽperamẽto ꝑ additamentũ vni⁹ portionis, ſemꝑ in ſe ęqualis, impoſſibile eſt qđ in illis gradib. ſit æqua ꝓportio, immò erit ferè in omnib. omninò diuerſa: nã ſi prim⁹ gradus addit vnã portionẽ ſupra tẽperatũ, cũ in tẽperato ſupponatur vna tãtũ eſſe portio illi⁹ qualitatis q̃ augetur, tũc neceſſariò qualitas illa, q̃ erit in primo gradu, erit dupla reſpectu ſui in tẽperato, cũ duo ſint duplũ vni⁹. Et iterũ ſi in 2. augetur ꝑ ali- F am portionẽ, tũc neceſſariò erit tripla reſpectu tẽperati, cũ tria ſint triplũ ad vnũ, & reſpectu primi erit ſeſquialtera: quia tria cõtinẽt duo, & alteram eorũ partẽ, ſiue medietatẽ: & ſimiliter cũ in 3. augeatur ꝑ aliã, habebit tertius quatuor portiones augmentatę qualitatis, & erit reſpectu temperati quadrupla, & reſpectu primi dupla. Nã poſitũ ẽ, qđ primus nõ habeat, niſi duas, & quatuor ſunt duplũ ad duo, & reſpectu ſecundi erit ſeſquitertia: nam quatuor cõtinẽt tria, & tertiam partẽ eo- G rũ. Iterũ aũt cũ in 4. gradu augeatur ꝑ aliã portionẽ, erit reſpectu tẽperati ꝗntupla, & reſpectu primi dupla, ſeſquialtera: ꝗa ꝗnari⁹ cõtinet binariũ bis, & eius medietatẽ: & reſpectu ſecũdi ſuperbipartiẽs, ꝗa quinari⁹ cõtinet ternariũ ſemel, & ei⁹ A duas partes, & reſpectu tertij ſeſquiquarta: ꝗa ꝗnarius cõtinet quaternariũ ſemel, & ei⁹ quartam partẽ. Ex his ergo patet qđ iuxta hanc poſitionẽ nõ eſt eadẽ ꝓportio in augmẽto primi & ſecũdi, vt omninò aſſerit Auer. immo in omnib. ſicut immediatè ſibi ſuccedunt, ſunt omninò diuerſa, ita qđ nulla cõuenit cũ ꝓportione gradus immediati, & hoc dictũ eſt: ꝗa licet ꝓportio tertij ad primũ ſit dupla ſecundũ hãc cõſiderationẽ, ſicut primi ad tẽperatũ, tñ primus & terti⁹ nõ ſunt imme- B diati, ꝑ quod magis manifeſtatur error huius poſitionis: Abſurdũ .n. eſt dicere quòd eadem ꝓportione, qua prim⁹ diſtat à tẽperato, diſtet tertius à primo: quod implicat p̃dicta poſitio, ſicut patet. ¶ Si verò aliquis Auerrhoiſta velit dicere, qđ qñ Auerr. dicit, qđ ſecũdus gradus eſt duplex ad primũ, intellexit hoc ſolũ, quãtũ ad augmentũ, q. d. quod cũ qualitas in primo gradu augetur ꝑ vnã portionẽ, augetur in ſecũdo ꝑ duas, & ſic ſecũd⁹, quantum ad portiones augmenti, duplus eſt ad C primũ: Dicemus quòd ſecundũ ſuam poſitionẽ hoc quidẽ verũ eſt, ſed tamẽ hæc cõſideratio impertinẽs eſt ꝓpoſito, & omninò inutilis, ꝓpterea ꝗa in complexionato pars augmenti nõ agit ſine parte æqualitatis, quoniã vna qualitas eſt, & indiuiſa. Vnde cũ proportio conſideretur in numero portionũ qualitatis, ſecũdũ qđ eſt operatiua, neceſſe eſt, vt cũ cõſideratur ꝓportio eius reſpectu diminutæ, vel auctę, qđ in tota accipiatur.

Tertius defectus Auerr.

¶ Tertiò verò deficit p̃dicta poſitio vniuerſaliter, quia D ipſa eſt inutilis ꝓpoſito, nec ſolũ in dirigendo ad intentũ, ſed etiã abducendo ab eo, ſicut infrà patebit.

Defendit Alkindũ et Gal. cõtra Auerr.

¶ Sed cõuenit primò oſtendere, qualiter deficit Auerr. in reprobãda poſitione Alkindi, quæ eſt etiam poſitio Gal. Nam per ignorantiam, ex falſis procedit in omnibus, quibus deſtruere nititur illam poſitionẽ. Quod ex hoc patet quia inconuenientia, quib. obuiat prędictę poſitioni, nõ oſtendit ratione, quòd ſequatur eam, ſed ſimplici verbo. Dicit ita eſſe, quare manifeſtè inſinuat, qđ E cùm non ſit manifeſtum de ſe, quòd illa inconuenientia, quæ ipſe ponit, ſequantur ad poſitionẽ Alkind. nec ipſe manifeſtet rationem. Quod aũt ipſe fingit malitioſè, quòd non eſt credibile, aut quòd ignoratis fundamentis poſitionis & vigore fuerit motus fallaci opinione ꝓpter aliquod motiuũ, quod omnib. vel plurib. credit eſſe notum. Cũ ergò dicit, quòd poſitio eſt irrationabilis eo, quia nõ poteſt aſſignare rationẽ neceſſitatis ei⁹, hoc quidem dicit, ſed nõ probat. Vnde cum non F ſit eius dictum propheticum, vel diuinũ, non eſt accipiendũ, niſi ratione cõfirmetur.

Fundamentũ opinionis Alkindi.

¶ Quòd aũt falſum ſit, patebit explicato fundamẽto poſitionis, à quo ſumit originẽ tota pręſens cõſideratio, & eſt fundamẽtũ quod cõuenit, & ſupponitur ab Alkindo. Habet autem hoc fundamentum duplicem radicẽ, quarũ vna accipitur ex conſideratione impreſſionum gradualiũ: Alia verò ex cõſideratione determinatæ latitudinis ipſorum. Ex conſideratione autẽ prima nõ cogitur neceſſariò G ponere, quòd inter gradus ſit æqua proportio, & inęqualis quantitas augmenti: conſtat .n. quòd impreſſio vnius gradus nõ eſt æqualis impreſſioni alterius, quantum ad effectus introductos in corpore. Sed ſi impreſſiones graduum vnius vicinitatis comparentur inuicem, ſemper in eis reperie-

reperietur æqua proportio, vt si comparētur impressiones primi, & secundi, & impressiones tertij & quarti, vel primi & tertij, & secundi & quarti. Istis enim modis tantùm semper remanet idē ordo inter gradus: Nam sicut secundus, est secundus respectu primi, sic & quartus, est secundus respectu tertij: & sicut tertius, est tertius respectu primi, sic & quartus est tertius respectu secundi: Patet aūt, quòd sicut se habet impressio secundi ad impressionem primi, & econuerso, sic se habet impressio quarti ad impressionē tertij, & ecōuerso: impressio. n. secundi, est manifesta alteratio in prima obuiatiōe: impressio aūt primi est oculta alteratio in prima obuiatione: impressio verò quarti est manifesta corruptio mēbri, impressio aūt tertij, est occulta corruptio mēbri: nā manifesta læsio operatiōis est occulta mēbri corruptio. Similiter sicut impressio tertij, distinguitur ab impressione primi, sicut aliquid à nullo, ita & impressio quarti, ab impressione secundi. Impressio enim tertij, est aliqua etiam manifesta læsio operationis, sed ab impressione primi nulla prouenit eius læsio. Similiter & impressio quarti, est aliqua & manifesta corruptio membri. Secūdus autem nullam imprimit ei corruptionem, ergò manifestum est, quòd illæ impressiones omniū graduum, seruantium eundem ordinem sunt æquales proportione. Sed quæ est proportio inter effectus & impressiones, eadem est inter causas. Igitur cùm causæ diuersarum impressionum gradualium non sint, nisi augmenta diuersarū qualitatum in eis, necesse est, vt illa augmenta sint vnius proportionis, & diuersarum quantitatum: & non solùm in primo, secundo, tertio, & quarto comparatis, vt supradictum est, sed in omnib. cōparatis inuicem secundum immediatam successionem, quoniam hoc modo reperietur in omnibus idem ordo, quia succedunt sibiinuicem secūdum ordinem naturalem numeri. ¶ Ex secunda verò consideratione cogimur necessariò ponere, quòd inter gradus, vel augmentum ipsorū sit æqualitas proportionis, & inęqualitas quantitatis. Nam cùm non sint, nisi quatuor gradus complexionum, necesse est, vt omne augmentum, seu diminutio, seu intensio, & remissio qualitatis complexionalis terminetur infra spatium, vel latitudinem quatuor graduum. Si igitur omnes intensiones, & remissiones componentium in composito necessariò reducantur ad terminos, qui sunt in hoc communi spatio, quod est à temperato vsque ad quartum gradum, necessarium est vt hoc fiat per aliquam naturam communem gradibus, in qua omnes conueniunt. Hoc autem non conuenit eis ratione qualitatis, inquātum est qualitas, quoniam ipsa est de se augmentabilis vsq; ad situm, quem habet in simplici elemento: Oportet igitur, vt hoc eis conueniat ratione alicuius mensuræ limitantis intensionem, & remissionem illius infra prædictam latitudinem. Talis aūt mensura vna & communis in omnibus non potest esse quantitas: nam tantū in quantitate additi cresceret, vel augeretur in vno gradu, quantum in alio: tamen integra quantitas intensionis, vel augmenti semper est inęqualis in omnib. gradibus, vt suprà patuit, & ita oēs sunt dissimiles in quantitate: cùm omnes gradus componentium semper in composito reducantur ad terminos vnius latitudinis, vel spatij supradicti, necesse est, quòd hoc fiat per naturam vnius mensurę communis, & æqualis in omnibus: & cùm nulla alia mensura possit esse vna, & communis, nisi vel quātitas, vel proportio: & quantitas non sit talis, quia cū non sit æqualis in omnibus, non est per consequens vna in eis. Relinquitur ergo, quod illa mēsura vna erit æqualis proportio, hoc autem clarius patebit viso, qualiter inæqualitas proportionis ducit secundum rationē extra terminos quatuor graduum complexionum compositi, quod declarabitur inferius, vbi ostendetur qualiter p̄dicta positio Auerr. est omninò inutilis, & nociua proposito. ¶ Sed ex prædictis habetur iā id quod est necessarium ad expositionem, & verificationē pręsentis aphorismi: Nam quando dicit, quòd quanta est distantia primi ad temperatum, tanta est cuiuslibet alterius ad immediatum. Intelligit hic de æqualitate proportionis, & non quantitatis: ita vt exponatur, tanta est sua proportione, & non quantitate. Hoc igitur est fundamentū; per quod ostenditur in sequenti apho. necessitas positionis, cui repugnat Auer. cum ille aphorismus concludat illam positionem.

Verificatio aphorismi.

¶ Dosis est certa quantitas, qua corpus sanabile immutatur prima applicatione, vel multis: huiusmodi quantitas dosis est triplex in genere. s. maior, minor & media: vnde ignorata prima dosi, in aliqua regione, sic erit inuenienda, supponendo ʒ. regulas generales, quarū prima est, vt consideretur distēperata regio respectū regionis temperatæ, & corporum habitantiū in eadem, de qua datę fuerūt 2. regulę, vna de potētia nutriendi, & altera de potentia alterandi, vt patuit in prædicto notabili. Prima ergò regula ad inueniendam dosim in distemperata regione est talis: comparetur regio distemperata cum temperata, & consideretur, vel æqualitas, vel excessus: Nam si æqualis fuerit, vel propinqua, seruabit doses prædictas: si verò inæqualis, augebitur secundum recessum à temperato, & primū augmentū erit tertia pars dosis, vt si dosis sit in temperata regione ʒ.1. in ea, quæ parum recedit ab ea, erit ʒ.1. & ℈.1. & ʒ augmentū ℈.2. erunt 1. & secundum augmentū ʒ. ℈. & sic erunt ʒ.2. & sic de alijs. Et ratio, quare incipimus à minori dosi, est certitudo operationis nostræ. Secunda regula est, quod inuenta dosi in aliqua distemperata regione, per primam regulam, sic respectu istius distemperatę, reperietur in aliqua distemperata per hunc modum: vide an regio ista distemperata excedat ab alia, vel recedat: & si excedit, diminue secundum prædictam regulam, & si recedit ecōuerso sic intelligo, quòd in regione distemperata in calida debemꝰ minuere dosim rei calidæ, & augere dosim rei frigidæ, sed in distēperata in frigida econtrà.

Quid sit dos. & quomodo inueniatur.

Omnium graduum adinuicem differentia necessariò consistit in terminis cōtinuæ duplationis, qui fuerint abinuicē, vsq; ad sexdecim inclusiuè. *XXI.*

Viso, quod necessarium est omnes gradus abinuicem differre per quantitatem augmenti, hoc est, quantū ad numerū proportionum acutę qualitatis: & quòd necessarium est, eos conueni-

re, quantum ad augmentationem proportionū.
Iam in hoc aphorismo intendit vtrunq; determi
nare: nā cùm omnis proportio fiat inter inæqua-
lia, & quinq; sint genera inæqualitatis, vt primo
arithmeticæ docetur, & sub vnoquoq; genere cō
tineantur plures species, necesse est ad certitudi-
nem propositionis determinatæ scire, in qua spe-
cie proportionis conueniunt augmenta graduū.
Hanc igitur ꝓportionis speciē autor determinat
hîc expressè: & quia per speciē proportionis ma-
nifestatur inæqualis numerus proportionū, q̄b.
differunt proportionata, ideò etiam implicat hîc
differentiá graduū cū proportione, in qua conue
niunt, dicens: quòd omnis eorū differentia conti
netur in terminis continuę duplationis, quę
fit ab vnitate vsque ad 16. inclusiuè, vbi quatuor
sunt termini duplationis continuæ. Dicitur aūt
cōtinua, qn̄ ibi incipit, vbi terminatur: sicut si di-
cam⁹, vnū & vnū, duo: duo & duo, quatuor: qua
tuor & quatuor, octo: octo & octo, 16. Primus er-
go termin⁹ duplationis hîc sunt 2. & secūdus 4.
& tertius, 8. & quartus 16. Intēdit ergo, quòd pri
mus gradus contineat duas portiones qualita-
tis auctæ, secundus quatuor, tertius octo, quart⁹
16. vnde, quia 16. sunt terminus alicuius gradus,
ideò notabiliter dixit: vsq; ad 16 inclusiuè, vt no-
taret, quòd per hoc, quod dixit (vsq;) non exclu-
duntur sexdecim, immò includūtur in terminis
graduū, & hoc est, quòd alijs nobis cōsueuit ex-
primere cū dicitur gradus est sedecupla ꝓportio
vel aliqua submultipliciū partiū eius, continua
duplatione prolata, per hanc descriptionē non
notificatur grad⁹ quantū ad supposita. Vnde sen
sus est, quòd gradus est ille terminus, cui conue-
nit sedecupla ꝓportio, respectu tēperati, vel ali-
qua de contentis sub illa, quæ per cōtinuá dupla
tionem generatur, & istæ sunt octodupla, & qua
drupla, atq; dupla: ita quod gradus hic notifican
tur ordine conuerso, quia primò quartus, deinde
tertius, secundus, &c. ¶ Patet aūt ex his qualiter
illi termini differant numeris, & in quib. & quali-
ter conueniant in ꝓportione dupli. Sed quia di-
xit, quòd in his terminis dupli necessariò consi-
stit differentia graduū, oportet hui⁹ necessitatis
rationē ostendere. Hoc. n. Auer. dicit, esse impos-
sibile, tn̄ supposita prima radice, nō erit difficile
ostēdere ei etiá ex sua positione: nā cū ipse ponat
quod ꝓportio primi ad temperatū sit dupla, cū
necesse sit, vt probatum est, quòd omnis recessus
graduū adinuicē secundū immediatá successio-
nem fiat æqualiter proportione: tunc necesse est
vt eadē, qua primus proportione gradus per re-
cessum à temperato constituitur, & constituatur
secundus per recessum à primo, & tertius per re
cessum à secundo, & quartus per recessum à ter-
tio, & sic aut ipse negabit primi ad temperatū es-
se proportionē dupli, aut non: si sic, necessariò cō
cedet in cæteris per ordinē esse, & in hoc insidia-
bitur, quòd quanta est distantia primi ad tempe-
ratū, tanta, &c. Nam ex illa cōcludatur proposi-
tū necessariò in ista præsenti stante fundamēto
prædicto, quod nemo potest subuertere. ¶ Si q̄s

Dubitatio.

aūt propter hoc moueretur ad dicēdū, quod nō
est necessariū, quòd primi augmētū gradus qua-
litatis supra temperatū fuerit, secundum ratio-
nem dupli: tunc proculdubio, si ostenderit nobis
hoc, cōsideremus, quòd nec alij gradus inuicem
differūt terminis duplæ proportionis. ¶ Sed nul

Solutio.

lus tamē in his adhuc negauit, licet oēs repudiēt
traditionē. Alkind. propter rationes q̄b. ad pro-
bandū intentū videtur vti, & intantū, vt Auer. di
cat, eum delirare ac fabulas texere, cùm per ne-
cessitatē numerorū voluerit ostendere necessita
tē in effectib. naturaliū trāsmutationū, & oēs mo
uentur propter duas propositiones, quibus Al-
kindus innititur, & alteram etiam earū demon-
strat. Et vna est hęc scilicet qd᷑ in ordine natura-
lis numeri primū augmentū est dupli: & hæc est
nota per se. Altera verò, q̄ probat, est ista. s. quòd
omnis inæqualitas cuiusvis augmēti reducitur
ad ęqualitatē, mediante proportione dupli. Et ex
hac elicit tertiá. s. quòd in sola ꝓportione dupli
naturaliter reperitur æqualitas. Quæ omnia licet
vera sint, nihil ad ꝓpositū conferre videntur, q̄a
natura qualitatis complexionalis non est obliga
ta ad seruandum in suis intensionib. & remissio-
nibus naturá numeri, nec etiá generans natura-
le obligatur ad illud. Vnde quamuis in naturali
ordine numeri primū augmentū, sit augmentū
dupli, tamē non est necessariū in intensione natu
rali alicuius qualitatis. nec valet, si dicatur, quod
Alkind⁹ affert hoc ad demonstrandū propositū
per simile, quia nō est cōueniēs simile, quoniá al-
terius naturæ est id, ꝑ quod fit additamētū in nu
meris & alteri⁹ in qualitatib. & omnino habet op
positas naturas, & rationes, ita quòd sunt opposi
torū generū: nā in numeris fit additio vel augmē
tū ꝑ vnitatē, q̄ semper habet rationē indiuisibilis.
Vn̄ nō pōt addi secundū pl⁹ & minus, & ideò in
ordine naturali numerorū euenit necessariò, qd᷑
primū augmētū est dupli, q̄a fit ꝑ additionē vni-
tatis, ad vnitatē. Sed in qualitatib. cōplexionalib.
secus est, q̄a ipsę sunt diuisibiles, cū recipiat plus
& min⁹, & ideò possibile est ipsis addi supra tem
peramētū min⁹ vno duplo, sicut & pl⁹: Vn̄ nullo
mō videtur esse necessariū ex p̄dictis, qd᷑ primū
augmētū qualitatis cōplexionalis debeat esse du
plū, cū tamen necessarium esse videatur ex hoc,
quòd oēs ponunt, & nulli sapientū inuenti sunt
adhuc in hoc discordare. ¶ Propter hæc igitur, &
similia subtiliter aduertēdū est, qd᷑ nec Alkind.

Quò intelligitur augmentum dupli.

nec alicuius alterius sapientis intentio fuit dice-
re, quòd qualitas cōplexionalis nō possit augeri
supra temperatum, nisi per additionē dupli, q̄a
hoc absolute falsum est, & ꝑ se notū. Et quòd nō
habuerint hác intentionē, patet ꝑ hoc quod oēs
concorditer ponūt. s. quōd omnis grad⁹ habet la
titudinē, q̄ trib. metis cōcluditur. s. principio, me-
dio, & fine, sicut habitum est in 16. propositione
superiùs. Constat ergo quòd cū dicant in augmē
to primi gradus esse duplū, quòd illud intelligūt
de fine eius, cū gradus recipiat nomē & rationē
à sua integritate, sicut patet ex 13. propositione su
prà. Cùm igitur qualitas, quę recedit à tēperato,
possit esse in principio & in medio primi anteq̄
sit in fine, patet qd᷑ oēs supponūt qd᷑ primū au-
gmētū qualitatis pōt esse min⁹ duplo, sed inten-
dūt oēs dicere, qd᷑ prim⁹ grad⁹ integratur ꝑ au-
gmentū dupli, ita quòd qualitas, q̄ recedit à tem
perato dupla est respectu sui in eodē cū ꝑuenerit
ad primū gradum integrè. Ad hoc aūt ponendū
necessariò inducunt omnes rationes cognitæ, &
congru-

congruo experimēto firmante rationē accipiunt Medici ex his, quæ in obiectis aliorum sensuum experiuntur. Est autem in obiectis aliorum sensuum euidens, quòd si aliquid illorum sensuum obiectum alicuius mouere non posit, vt aliqualiter percipiatur, & in aliqua distantia, necesse est vt potentia, quæ habet mouere sensum illum, ad minus dupletur in eo, vt patet in quibuscunq; visibilibus, siue sit lucidum, vt ignis, siue quantitas aliqua, &c. Si enim aliquis ignis in aliquo loco positus ab aliquo oculo non videatur, omninò ineptitudine medij circūscripta, necesse est ad hoc, vt ab illo videri posit ex eadē distantia, vt ad minus duplicetur, & idem est in aliis visibilibus. Similiter autē in audibilib. veritatē habet: si enim aliquis sonus ab aliquo nullatenus auditur ex aliqua distātia medio & organo bene dispositis, necesse est, vt ad minus in duplo altior sit ad hoc, vt ab eodem audiatur exinde, & illud etiā contingit in odorabili, & gustabili. Cùm igitur eadem proportione se habeāt quæcunq; sensibilia ad sensus suos, ita contingit in tangibili qualitate complexionali, quod in situ temperati nullatenus alteret tactū, vt in primo gradu alteret manifestè necesse est, vt in primo gradu respectu temperati saltem dupletur, & hanc rationē supponit Medicus: sed quia suū est experiri, ideo ad cōfirmationem eius adiungit experimētum rationabile. Galen. istud experiri docet in recta commistione aquarū. Si enim subitò misceātur in temperato aere, atq; vase portiones ęquales aquę frigidissimæ atq; calidissimæ, certū est quòd à calida aqua nō alterabitur sensus: si verò portio alterius aquæ augeatur, nō alterabit manifestè nisi dupletur ad minus, & tūc erit etiā alteratio valde leuis. Confirmat ergò experimētum quòd in primo gradu est dupla, quo ad virtutē qualitas complexionalis respectu sui in temperamento. ¶ Alkindus tamē, vt arbitramur, non fundauit positionē suā super has considerationes, nec est necessariū. Accepit enim multum subtiliter & sapienter viā sufficiētiæ ad propositum, & non realis necessitatis, sicut in multis aliis considerationibus sæpè facit Medicus: posito enim quòd in re nō ita esset, quod qualitas aucta in primo gradu esset respectu temperati, nihilominus ponere hoc in primo & in aliis sequentibus, vt dictū est, est vtilius quò ad propositū, q̃ aliquod aliud, & in nullo nociuū. Est n. probatū 17. ꝓpositione suprâ, quòd omnis intēsio & remissio qualitatis fit secundū aliquod genus proportionis: Item etiam ab omnib. supponitur necessariò, quòd tota illa variatio refertur ad certum numerū graduum. s. quatuor prædictorū, ita quòd non potest ad quemcunq; gradū contingentē ꝓcedere, sed tātùm ad terminos istorū quatuor, vel temperati, ex qua necessitate probatū est suprà, quòd necesse est gradus omnes cōuenire in proportione. Cuius necessitatis ratio est euidentior per hoc, quia in his, quę sunt diuersarū quantitatum vel mensurarū, nihil reducit ea infallibiliter ad cæteros terminos, nisi identitas proportionis. In numeris enim & in omnibus quātitatibus ꝓportiones & naturę mensurarū immobiles, & inuariabiles sunt, nec recipiunt magis & minus, sicut qualitates, sicut in doctrinalib. est ostensum: & ideo per numeros & mensuras cōsideratas sub

Alkindus fundauit positionem suam.

A certis ꝓportionibus infallibiliter calculando deuenitur ad certos terminos & semper ad eosdem eisdem manētibus proportionibus. Vnde in quibuscunq; mensuris, decurrētibus ꝑ certos terminos, intentio est per calculationē comprehendere totam veritatē mensurarum, infra illos sufficit adaptare illis terminis tales rationes, & proportiones mēsurarum, quibus semper calculatio deducatur ad certum terminum mensurę, licet forte res, quę mensurantur non se habeant, sic, quēB admodum illud cui attribuitur. Verbi gratia sicut accidit astrologis, quamuis enim planetæ secundum veritatem non moueantur è centricis, & epiciclis, tamen supposito quòd necessariò mouerentur secundum spatia, & terminos, quibus imaginabiliter describuntur tales circuli, nō obest eis, si per rationē eorum inuestigant calculando veritatem motus planetarum: imò secundum hanc viam comprehendunt eos motus & certitudinē, sicut patet in eclipsibus Solis, & LuC næ. Similiter in proposito congruit intentio per viam rationis calculando inuenire terminum, ad quem deducitur intensio & remissio qualitatis complexionalis, & sic, quia semper decurrit infra prædictos terminos, Medico sufficit ad habendū intentum, vt in talibus numeris collocet portiones illorum terminorum, quibus calculatio deducat quantū possibile est ad certitudinē, quamuis in illis non sint secundum veritatem, nec obest ei, quia non accipit numeros, secundum quod D sunt in re, sed secūdum quod sunt ratio quædam rei consideratæ: quamuis enim primus gradus non haberet 20. portiones, nec secundus 40. nec tertius 80. nec quartus centum sexaginta, tamen si poneretur sic esse, nihilominus cōputando augmentum & diminutionem istorum numerorū adinuicem, ad eosdem terminos graduum deducent computando, ad quos deueniretur per computationem duorum, & quatuor & 8. & 16. quoniam eadem est proportio hîc & ibi. ¶ *Alkindus* E igitur considerans ex præmissa radice, quòd necesse est gradus successiuè ordinari sub vna proportione, siue proportio qualitatis auctæ sit vna vel plures. In hoc. n. non est vis, cū sit certū, quòd semper mensuræ graduum sint inæquales quantitate, quia aliter nō esset gradus. Ideo studuit adaptare gradibus illam speciem proportionis, per quam breuius & certius habetur intentum: Hæc autem est proportio dupli propter duo, quorum vnū est, quia in ordine naturali prima inuenitur, F quia scilicet statim in termino primi augmenti: & hoc cōfert ad breuitatem, quia in nulla alia ꝓportione possent inueniri quatuor termini eiusdem proportionis, qui essent minoris numeri, q̃ in ista. Cōstat autem quod breuius fit calculatio cum minoribus numeris, quàm cum maioribus. ¶ Secundum verò est, quod, sicut probat Alkindus, in sola proportione dupli reperitur æqualitas immediatè, ita scil. quòd proportio dupli absque alia resoluitur in æqualē: hoc autem confert G ad certitudinē, quia est vnus de terminis, ad quos augmēta qualitatum possunt reduci, sicut æqualitas seu temperamētum certior est calculatio, & sufficientior, & quæ fit per illam proportionem, quæ per se continet æqualitatē, quàm quę per aliam. Et hæc fuit cōsideratio Alkindi valde ratio-

nabilis,& subtilis,quá quia nõ vidit Auer. in sua
radice profanauit traditiones. Exercitatus tñ in
quadruuialibus leuiter,speculatur veritatem hu
ius considerationis. ¶ Iam igitur ex prædictis ha
betur propositum.s.ratio,propter quam dicitur
in aphorismis, quòd numeri,quibus differũt gra
dus, necessariò cõtinentur in prædictis terminis
dupli.Item etiá patet ex dictis qualiter inuentio-
nes Auer.contra Alkindũ procedũt ex falsis : pa-
tuit enim quòd positio nõ est irrationabilis,sicut
Auer.opinatus est,patet etiá quòd cætera incon-
uenientia,quæ subiungit, non sequuntur ad Al-
kindi positionem,cùm positio nõ sit fundata su-
pra rem,sed supra modũ vel rationẽ rei sufficien-
tem proposito. ¶ Et posito quòd ipse diceret ita,
quòd qualitas realiter augeretur in gradibus su-
per illos terminos dupli,adhuc obuiaret ex falsis
Auer.cùm enim dicit, quòd per talem positionẽ
excluderetur quartus gradus, nõ est verum,nec
probatio eius sufficiẽs est. Nam cùm dicit, quòd
tertius gradus faceret impressionem quarti, fal-
sum imaginatur. Si verò conetur probare istud,
sicut sequaces eius,dicens, quòd duarum virtu-
tum æqualiter sibiinuicem resistentium,si altera
dupletur,non tamẽ frenabit resistentẽ,sed vincet
omninò,sicut apparet in actione ignis supra resi-
stentia ligna,vel in duobus põderibus æqualiter
sibiinuicem resistẽtibus in statera, vel in duobus
pugnãtibus vniformis virtutis : tunc si dupletur
virtus alicuius qualitatis in primo gradu, secun-
dum hoc omninò vincet oppositam, & sic, vt di-
cũt,manifestè alterabit : & si iterum dupletur in
secundo eadem ratione manifestè lędet : & si ite-
rum dupletur in tertio manifestè corrumpet : &
sic tertius faceret impressionem,quæ attribuitur
quarto.Dicemus quòd in his accidit,sicut melã-
cholicis,qui pertinaciter ratiocinãtur supra fun-
damentũ,quod corrupta imaginatio vel æstima-
tio dedit : sic & isti insufficientibus,& ex fallacib.
signis sibiipsis patrocinantur, non attendentes
signa vera, & propria. Cùm enim dicunt, quòd
duplata virtus vincit omninò resistentẽ,hoc fal-
sum est,sicut patet in mistione aquarum,quá do-
cet facere Gal. Sic enim caliditas omninò vince-
ret,quod falsum est,& ad sensum patens:sed solũ
vincet eam,quo ad aliquem gradũ manifestatio-
nis suæ,quæ manifestatio in primo gradu non fit
in prima obuiatione,sicut in secundo,vnde quá-
do arguunt,quòd si dupla virtus in primo mani-
festè alterat,ergo dupla in secundo manifestè læ-
det : non valet huiusmodi consequentia,nisi cæ-
teræ conditiones sint pares hincinde. Non tamẽ
est sic in proposito : nam in primo nõ alterat ma-
nifestè prima obuiatione : ad hoc igitur,vt prima
obuiatione alteret,indiget alia duplicatione quę
constituit gradũ secundũ: & sic remanent adhuc
duæ differẽtiæ impressionũ constituentium ter-
tium & quartũ gradum. Patet igitur quòd ex in-
sufficientibus procedunt,quãdo probare conan-
tur,quòd terti⁹ grad⁹ faceret impressionẽ quarti,
si ꝓcederet qualitas ꝑ augmentũ dupli. ¶ Quod
autem signa,quibus vtuntur, sint falsa, patet per
hoc,quia impropria sunt & incerta:impropria q-
dem,quia non sunt de virtutib.mistis,siue misto-
rum : incerta verò,quia nemo potest mensurare
quanta sit potẽtia ignis respectu talium lignorũ,

Recapitulat contra Auerroem pro Alkindo.

Cõtra sequaces Auer.

A aut quanta sit potẽtia in eis resistẽdi,aut quando
duplatur in igne respectu ipsorũ, nec similiter in
pugilibus,qui pugnant non naturali virtute, sed
partim industria rationis, & partim robore cor-
porali,quod pertinet ad motiuá virtutem : vnde
qui talibus exemplis vtitur, supponit esse notũ,
quod ipse ignorat, tantummodo sequens leuita-
tem suæ imaginationis : nam ad pauca respiciẽs,
de facili pronunciat. ¶ Exemplum verò quod est
de grauibus appensis stateræ,patet quòd est de
B virtutibus separatorum adinuicem,quorum mo
tus non solùm à grauitate naturali dependet,sed
à dispositione ferentis. Nam supra punctum pen-
diculi habet fieri. Discant ergo sciẽtiam de pon-
deribus & cognoscent,exemplum ad hoc propo
situm esse fallax. ¶ Patet igitur quòd per hanc
positionem non excluditur quartus gradus,& si
positio acciperetur realiter, nec solum sequere-
tur tertium inconueniens,quod adducunt, scili-
cet quòd incognita & incerta esset latitudo ter-
C tij,& quarti gradus,& indigens graduatione. Ná
quantumcunq; numerus augmenti sit magnus,
tamen impressio semper decurrit per tres metas
sensu debiles,& ita cùm tota latitudo reducatur
ad istas tres metas, & ad inuentionem earum se
extèndat regula supra positionem fundata, non
est verum id,quod obiicitur,nec per consequens
est verũ,quòd ad hác positionẽ sequatur pertur-
batio, & confusio medicinalis operis,imò potius
directio & distinctio ei⁹,sicut inferius ostẽdetur.

D

COMMENTARIVS.

QVAE *omnia licet vera sint, nihil ad propositum faciunt.*]
Disputandi gratia sententiã Alkindi duabus con-
firmat Arnaldus rationibus : quarum prima est manife-
sta, nec à proposito aliena, quicquid hac in parte more-
tur Arnaldus. Inquit enim Alkindus *in ordine naturalis nu-
meri primum augmẽtum est dupli.* Fatetur hoc quidem Arnal-
dus,sed ait tamen,naturam effectricem numeris alliga-
tam non esse,quod probè notandum est aduersus Pyta-
goręos,qui mutationum naturalium causas numeris at-
tribuerunt.Nihil vtique numerus operatur,vt nec etiam
E tempus quicquam efficit,sed res quæ numeris descriptæ
suo tempore comprehenduntur. Attamen cum de gra-
duum differentiis agitur,numerorum habenda est ratio:
cumq; res multis modis augeantur,non immeritò quæ-
ritur,quónam modo graduũ augmenta definiri debeãt:
quod equidem numeris exprimitur, licet operationis ra
tio nequaquam à numerorum supputatione dependeat.
Quis autem augmenti modus est hisce gradibus attri-
buendus? Simplex nimirum aut compositus. Simplex
augmentum vnitatis est adiectio: compositus autem nu
merorum est,qui ex multis vnitatibus constituuntur. Si
F compositum asseras,duplici ratione reprehenderis, tum
quod primum non sit,quod simplex non est,tum quod
cùm infiniti sint propemodum augmentationis compo
sitæ modi,dubium maximè fuerit, quísnam ex illis assu-
mi debeat. Cùm autem inquit Alkindus in ordine natu-
ralis numeri primum augmentum esse dupli, nequaquá
id admiserim,nisi per duplum simplex nostrum augmẽ-
tum intelligatur,quod vnitatis adiectione definiuimus,
vt duplum sit nõ quod adiicitur solùm, sed simul etiam
cum eo,cui vnitas adiicitur : vnitas enim adiecta non est
duplum,sed duplũ facit. Quare ad temperatum vnitatẽ
adiici statuimus non duplum : alias enim tres in primo
G gradu essent medietates, in secundo nouem,in tertio 27.
& in quarto 81.
Altera verò quam probat est ista, quod omnis inæqualitas, &c.]
Per duplum est describenda graduum augmentatio, in-
quit Alkindus, propterea quod omnis inæqualitas per
duplũ ad æqualitatem reducatur. Sed nihil hoc ad rem,
vt consequentia quoque nulla sit : Non enim gradus de
quibus

quibus agitur, ad ęqualitatem reduci necesse est, cum aliqui numeris etiam contineantur imparibus: & omnes inter se collati sint inęquales. Nec etiam absq; discrimine concedendum est antecedens, tum quod falsum sit, inæqualitatem per duplũ ad æqualitatem redigi, tum quod si verum id esse concesserim, nõ duplo tamen hoc solùm, sed multis aliis numeris adscribi possit. Illud manifestũ est hac ratione: Nam si ternario numero duplũ adiicias, nouem numeros habebis, qui perinde sunt inęquales, atque ternarius numerus ante fuit inæqualis: Duplum enim perpetuò est æquale: nec numerum inæqualem numerus æqualis æqualem facit. At vero si duplum esse dicatur, siquidem coniungatur cum eo cui adiicitur, vt nõ per se, sed cum altero sit duplum: aliud inde cõsequetur, quod modò protulimus: non hoc scilicet esse dupli proprium, sed omni numero inæquali competere: Numerus enim inæqualis inæquali adiectus æqualitatem inducit. Proinde si duplum ob id gradibus adscribatur quod æqualitatẽ efficiat: Et quouis etiã impari numero graduũ differentiæ describi poterunt, eadem nimirum de causa.

Sed in qualitatibus complexionalibus secus est, quia ipsa sunt diuisibiles, cum recipiant plus & minus.] Miranda hæc est argumentatio. Concedit equidem Arnaldus primam & simplicissimam augmentationem in numeris per vnitates fieri posse, Nimirum quod vnitas minus nõ recipiat. Sed idem in qualitatib. fieri posse negat: quia nulla est qualitas ad augmentum apta, quæ non recipiat magis & minus. Hoc Philosophorum veterum est axioma, quod mihi sensus omnes facit insensatos: *Nullam scilicet esse qualitatem quæ non intendi remittiq́; possit.* Vt & huic aliud est correspondens, *nihil esse quantum quod non perpetuo diuidi possit, vt ad minimum nũquam deueniatur.* Falsum hoc esse multis aliâs & quidem firmissimis rationibus euicimus. Illud autem quàm verum sit, ex eo facilè conspicitur, quod ignis caliditas nequaquam intendi possit: & quòd rei temperatæ calor remitti nequeat. Nam hisce duobus extremis calor omnis comprehenditur. Præterea siquidem hęc infinitas remissionis & intensionis in natura sit, in mente tamen nullum ea locum habet: scientia namq; nulla est infiniti. Sed age quæso, si qualitas omnis infinita est & diuisibilis, quomodo qualitas tertij gradus à qualitate primi differet? Infinitum certè nec magis nec minus suscipit. Proinde mirari subit, si qualitas primi grad⁹ infinita est, adeoq́; partes obtinet infinitas, qui possit tertij gradus suscipere magis vt partes illa plures habeat. Verũ inquies diuisibilem illam esse quidem, sed non infinitam. Animũ aduertite. Si diuisibilis est illa qualitas, ex partibus quibusdam necessariò constituitur. Hæ partes aut perinde diuisibiles sunt etiam, aut diuidi nequeunt amplius. Arnaldus autem ait, nullam esse in natura qualitatem, quæ diuisibilis non sit, vt cum propositæ qualitatis partes omnes etiam sint qualitates, ex eis nulla quoq; sit, quæ diuidi nequeat. In infinitum ergo constat esse diuiduas. Infinitum autem diuiduum non est, nisi quod & infinitum ipsum est, & partibus etiam constituitur infinitis: siquidem in partes fit omnis diuisio: nec plures possunt esse diuisiones, quàm partes sint: Imò verò cùm omnis diuisio duas habeat partes, ab vtroq; latere scilicet, hinc plures oportebit esse partes quàm diuisiones. Sunt autẽ (vt ex Arnaldi sententia liquet) cuiuslibet qualitatis infinitæ diuisiones. Ergo cõstat etiam aliquid esse infinito magis infinitum, quod omnes absurdissimum esse nouerunt: Eaque de causa finitum esse profitemur necessariò quicquid diuiditur: nec in infinitum diuidi posse, quicquid partes obtinet extra partes positas. Hac ipsa ratione, quam nobis obtrudit Arnaldus, detegitur absurditas, dũ asserit omnem qualitatem, quæ infinita est, magis tamen minusq́; suscipere.

Patet quod omnes supponunt quod primum augmentum qualitatis potest esse minus duplo.] Quilibet gradus principium habet, finem & medium: quę certè latitudo totidem quoque partibus necessariò describitur. Quamobrem si qualitas aliqua sit in fine primi grad⁹ calida, tribus certè partibus temperatum calorem excedet: cur ergo nos vnitate gradum hunc & Arnaldus duplo definimus, si nec vnitas nec duplum tribus constituatur partibus. Ecce Arnaldi effugium: *Sed intendunt omnes dicere quod primus gradus integratur per augmentum dupli: Ita quod qualitas quæ recedit à temperato dupla est respectu sui in eodem cum peruenerit ad primum gradum integrè.* Quid hisce verbis docere velit Arnaldus non intelligo. Qualitatem ait esse duplam respectu sui. Iudicauerã esse nihil respectu sui posse dici duplum: siquidem duplum non dupli sed vnius duplum est. Dein quid & illud est in eodem. Quid deniq; *cum peruenerit ad primum gradum integrè.* Plus laboris insumimus in exploranda huius autoris sententia: quàm si res tota nobis sit absq; ipsius ope discutienda. Coniectandum aut coniectura potius nobis eruendum est, quod hac verborũ obscuritate obruitur. Hæc Arnaldi nisi fallor sententia est: Primi gradus qualitas cùm ad postremam huiusce gradus metam peruenerit, dupla est eius respectu, quę principium eius gradus occupauerat. Dicitur autem respectu sui esse dupla, cùm in hoc gradu sit vna eademq;, formam scilicet ipso gradu contribuente. Sed nequaquam hęc responsio consistit, cum tripla sit qualitas in fine respectu eius, quæ in principio est. Dein non est tum modo dupla cùm ad integritatem gradus deuenerit, sed in principio etiã perinde ac in fine. Quid nobis ergo respõdendum erit? Vnum partibus est indiuisum: Gradus autem omnis in certas quasdam partes diuiduus est. Quare nec vnitate sed iisdẽ partibus definiendus fuerat, in quas ipse diuidi posset. Fatemur id quidem, nec vnitatem ita intelligi volumus, atque si simplicissima sit, vt omninò diuidi nequeat. Vnũ enim hoc est specie, non quantitate: sic & temperatis vnitas attribuitur, quæ tamẽ suam admittit latitudinem; cùm non ęquè temperata sint omnia, quę temperiei nomine comprehenduntur. Imò verò cuiuslibet gradus nõ tres modò sed plurimas credimus esse partes, quæ tribus tamen doctrinæ gratia definiuntur. Et cùm omne continuum Philosophis dicatur infinitas obtinere partes, vt de his etiam gradibus idem asserẽdum esse videatur: nos tamen nec continuum esse dicimus vllum, nec qualitatẽ vllam quæ partibus constituatur infinitis. Tot equidem partes sunt, quas nec sensu nec imaginatione complecti possimus, vt licet reuera non sint, nobis tamen videantur esse infinitæ. Certis itaq; gradibus, terminisq́; nobis definiuntur, vt intelligi possint. Quod autem reuera infinitum est, id nec terminis nec gradib. vllis describi potest.

In numeris enim & in omnibus quantitatibus.] Hic ait interpres, cuiuslibet quãtitatis proportiones fixas esse, nec magis minusque suscipere quemadmodum qualitates. Hoc duplici ratione culpari potest: tum quod secundum veterum philosophorum sententiam nullum sit in quantitate minimũ, adeoq́; posita quantitate quantillacunq́; sit, alia tamen hac ipsa minor poni poterit. Sunt mensuræ quidem immobiles: & qualitatum etiam gradus immobiles sunt: tum quod antea dixerit Arnaldus theoremate septimo & octauo virtutis incrementum vel decrementum fieri secundum rationem auctæ vel diminutæ quantitatis. Quare si firma sit & inuariabilis quælibet quantitas, etiam hæc in qualitatibus erit.

Temperamentum necessariò habet rationem vnius & integri. XXII.

EXpressis numeris auctæ qualitatis quib. gradus adinuicẽ distinguũtur, iam intẽdit venari numerum diminutę qualitatis, & rationem proportionis, quam habet ad auctam, in diuersis gradibus. Cùm enim ex ambabus constituatur complexio, quam quęrimus, necesse est ambarũ mensuras cognoscere, ac mutuos ipsarum respectus adinuicẽ: & quia temperatũ signum est, ad quod refertur mensura crescentis, & decrescentis qualitatis in cæteris, ideo rationẽ temperati præmittit, vt per eam clarius inferat rationẽ distemperati. Dicit ergo quòd temperatũ necessariò rationem habet vnius, & integri, & ratio necessitatis patet ex præcedẽtibus: Nam cum dictum sit quòd gradus primus habet necessariò in præsenti cõside-

ratione rationem dupli constituti in binario numero, necesse est vt temperatum, respectu cuius dicitur duplum, habeat rationem vnius, vel vnitatis: nam binarius non est duplus, nisi ad vnitatem. Iterum autem cùm dictum sit, quòd in temperato æquantur virtutes oppositæ, necessarium est, cùm ex ipsis proueniat tota complexio, vt se habeat vtraq; ad totã complexionẽ, sicut medietas: erit ergo complexio temperati constituta ex duabus medietatibus sui. Sed omne totũ, quod cõtinet duas medietates proprias est integrum: ergo habetur propositum.

COMMENTARIVS.

QVOD *gradus primus rationem habet dupli.*] Temperatũ vnius rationem obtinere docet interpres hoc augmento. Primus gradus dupli ratione definitur: Necessarium est ergo temperatum vnius habere rationem. Egregiè verò ratiocinatum est. Constat etiam quartum gradum hac eadem dupli ratione definiri respectu gradus præcedentis. Tertius ergo gradus perinde ac temperatum vnius rationem obtinebit. Sed quid hoc est, quasi vero non omnis numerus duplum admittat. Nominis id quidem ratio designare videtur, vt duo duplum contineat, quasi dicas *duo plus* vno. Sed nouimus tamen recepta vocis significatione vicesimum esse denarij duplum: nisi fortè res ita intelligi possit, vt numerus vicesimus in duos denarios diuidatur, quorũ vterq; rationem vnius obtineat. Nos autem hac ratione propositum theorema verius confirmari posse iudicamus. Temperatum nullius excessus est particeps. Vnius ergo rationem obtinet. Cõsequentia verò sic facilè cõprobatur: Nam quicquid ꝑter vnitatem est, id vnitatem excedit. Sua temperatis equidẽ est differentia, cùm non omnia sint eadem penitus lance contemperata. Sed vnitas hæc secundum gradus rationẽ intelligenda est, quæ necessariò latitudinem admittit: Aliâs enim tot oporteret gradus constitui, quot momenta qualitatum existunt.

Iterum autem cùm dictum sit, quod in temperato æquantur virtutes opposito, &c.] Si præcedens interpretis ratio leuis fuit, hæc est certè leuissima. Quod (inquit) ex duabus, propriisq; medietatibus constituitur, id integrum est. Temperatum autem ex duabus constituitur: Integrum ergo est. Subtilitatem expende. Quasi verò quicquid diuiduũ est, id non ex duabus medietatibus constituatur: Omnis namq; diuisio simplex in duo fit, quæ totius diuisi medietates existunt. Totum id quidem est & integrum, non simpliciter, sed earum partium respectu dũtaxat. Totum autem & integrum simpliciter est & absolutè, quod non ex duabus tribus aut quatuor partibus, sed ex omnibus constituitur. Iam verò quis adeò demens extiterit, vt nõ videat excessibus plures inesse partes quam temperatis? Nisi fortè probetur eorum sententia, qui volunt in composito substantias & vires elementorum integras persistere. Sed hac ratione tamen omnibus compositis eadem erit integritas, quod præter Arnaldi doctrinam est, qui solis temperatis totius & integri rationem adscribit. Pręterea si rem expendas accuratè, quod alio in loco præstitimus, elementa mutuis sese inuicem infringunt & mutilant qualitatibus pariter & substantiis, vt nulla sit in composito portiuncula, quæ syncera permaneat & integra. Quamobrem hinc & hoc euidens fit, in solis simplicibus integras inesse vires & qualitates: in compositis autem nequaquam: in quibus hoc animaduertitur discrimen, vt quod compositum ad simplicis naturam magis accedit, potiorem quoq; totius & integri rationem obtineat: Et vicissim quod ab eadem recedit magis, id & minus & imperfectius esse meritò perhibeatur. Proinde quartus excessuum gradus in compositis perfectissimus est & integerrim⁹: Imperfectissima verò sunt temperata.

In comment. in Hippocrat. lib. de natura hominis.

Distemperatum necessariò habet rationẽ multiplicis, & diminuti. XXIII.

EX ratione temperati pręmissa infertur hîc per oppositũ ratio distemperati: necesse est enim cùm in eo sit vna pars aucta, & alia diminuta, vel depressa, respectu illius, quòd ex parte auctæ habeat rationem multiplicis, quod patet: quia per hoc quod positum est, quòd multiplicatur ꝑ augmentum dupli, & omnis ille numerus est multiplex, qui continet alium plus, quam semel. Iterum etiam necesse est vt ex parte qualitatis excessæ habeat rationem diminuti, respectu temperati cùm minus resistat opposito, quàm in temperato. Ex quibus patet, quòd excessæ qualitatis mensura consideratur, & respectu qualitatis auctæ, & respectu temperati.

COMMENTARIVS.

QVOD *ex parte auctæ habeat rationem multiplicis.*] Hoc theorema, vt & sequẽs, partim est insufficiẽs, partim etiam notius, quàm vt ad instituendum lectorem faciat. Quis enim est qui dubitet id quod excedit adaugeri, & imminui quod deficit? Insufficiens autem est, quod diminuti mentio quidem fiat, & non etiam adaucti: constat enim ex sequentibus theorematis, in quouis distemperato tantum augeri qualitatem vnam, quantum imminuitur opposita. Siq; sit hoc in confesso, (quod equidem negari non potest) imperfecti rationem meritò temperatum obtinere dicetur, præterquam in præcedenti theoremate docuerit Arnaldus. Perfectius enim est quod auctius exsistit. Quod autem ait interpres ea ratione multiplex esse distemperatum, siquidem augetur altera qualitas, dum *multiplex est ille numerus* (ait) *qui continet alium plus quam semel*, nequaquam hoc admittendum est: Nam qui superat vnitatem numerus est multus, non multiplex. Sed qui numerus ex multis specie differentibus constituitur, is verè multiplex est: Quam ob causam non minus temperatum multiplex est ac distemperatum: Ex variis enim qualitatibus vtrumq; constituitur.

Quantũ crescit virtus eleuatæ qualitatis in aliquo gradu temperato, tantum minuitur in eodem virtus qualitatis depressæ. XXIIII.

CVm mẽsura qualitatis excessæ immediatè respiciat mensuram qualitatis excedẽtis, cui resistit & cum qua pugnat: ideo per respectum ad illam notificat primò mensurã illius, dicẽs: quòd quãtum illa crescit, tantũ illa minuitur, per quod intendit, quòd in quolibet gradu denominatur tota vel quota à numero portionum qualitatis auctæ, ita quòd in primo, vbi qualitas aucta habet duas portiones, ostendit ista media respectu illarum duarum: in secundo verò quarta, in tertio octaua, in quarto 16. Vnde in calidis in primo gradu frigiditas dicitur esse media pars caliditatis, quia est tanta, quanta medietas caliditatis. In secundo autẽ dicitur quarta respectu caliditatis, quia est tanta, quanta est pars eius, & sic de aliis.

Virtus depressæ qualitatis tantum in quolibet gradu minuitur, respectu suiipsius in temperato, quantum superatur ab eleuato. XXV.

OStenso quantam mensuram habeat qualitas victa, respectu vincentis, ostendit hîc consequẽter, quantũ habeat respectu suiipsius in temperato, & quia ipsa respectu illius non minuitur, nisi quo ad virtutem, scil. quantum ad potẽtiam resistendi oppositæ, ideò & virtutem eius retorquet mẽsuram, dicens, quòd virtus eius tantùm minui-

minuitur respectu sui in temperato, quantum superatur ab excedente. Cuius ratio est, quia cùm in temperato sit ęqualis virtuti oppositę, necessarium est, vt tãtum posit minus, quàm in temperato, quantum plus superatur ab illa: vnde frigiditas, quæ est in primo gradu, est medietas respectu caliditatis: similiter quo ad virtutem, est medietas respectu frigiditatis temperati, & in secundo est quarta pars respectu frigiditatis tẽperatæ, & in tertio est 8. pars, & in quarto 16. ¶ Ex prædictis autem animaduertere potest diligens auditor, quòd integritas & diminutio vel fractio hîc in duobus considerantur: quia interdum in tota complexione, & secundum hanc considerationem dicitur esse integritas in temperato, & diminutio vel fractio in distemperatis, vt paulò ante monstratum est: interdum verò consideratur integritas, & oppositũ in simplici qualitate, & hoc modo qualitas, q̃ augetur, ponitur esse integra in quarto gradu, & minima eius pars in tẽperamento: ratio enim dictat, quòd habeat integritatẽ vel rationẽ eius, vbi habet totum posse, quod habere potest in cõplexionatis, & ibi minimá, vbi minimũ. Et hãc consideratione bene habuit Alkind⁹, sicut patet ex verbis eius cap. 9. cũ dicit: Ponam⁹ quòd æquale sit pars minima partiũ, &c. Sed q͞a aliã consideratione expresè insinuauit, ideo putauit Auer. vt Alkindus poneret, quòd grad⁹ generatur ꝑ multiplicationẽ integri, & non ꝑ multiplicationẽ partium eius: ꝓpter quod abhorruit positionẽ, & dicit, ad eã sequi p̃dictũ incõueniẽs, de amissione quarti grad⁹. ¶ Ex his autem patet, quòd potẽtia, q̃ depressa qualitas habet resistẽdi oppositę, vel deprimẽdi eã in quolibet gradu, cognoscitur ꝑ comparationẽ vel ꝓportionẽ eius ad depressam p̃cedẽtis situs: nã sicut frigiditas, q̃ respectu frigiditatis tẽperati dicit᷑ medietas, situat caliditatẽ in primo gradu: sic illa q̃ dicit᷑ 4. in secũdo, & q̃ dicitur 8. in tertio, & q̃ 16. in quarto: & similiter cognoscit᷑ dicta potẽtia, si cõparetur ad ꝓximũ situ: nã frigiditas calidi in primo est medietas respectu frigiditatis primi: Nã duę quartæ faciunt medietatẽ, & frigiditas tertij est medietas respectu frigiditatis secũdi. Nã duę octauę faciũt vnã quartã, & frigiditas quarti medietas est respectu frigiditatis tertij: nã duę 16. faciunt vnã octauã: & sic patet quòd quemadmodũ qualitas excedẽs in ordine naturali graduũ, crescit ꝑ ꝓportionem dupli, sic excessa decrescit ꝑ ꝓportionẽ subdupli, vel medietatis, qđ idẽ est, & ordine retrogrado crescit secundũ rationẽ dupli. Nã in tertio est dupla ad quartũ, & in secũdo ad tertium, & in primo ad secũdũ, & in tẽperato ad primũ: & ideo cũ omnes situs seruẽt ꝓportionẽ in qualitate depressa, & in posteriori sit pars ꝓportionalis respectu prioris, conueniẽter cognoscitur potẽtia deprimẽdi, q̃ habet in posteriori ꝑ cõparationẽ ei⁹, ad eã, q̃ habet in anteriori, vtpote ꝑ denominationẽ ab illa, sicut in vlt. can. huius operis ostẽdetur.

Pro Alkindo.

COMMENTARIVS.

E*x prædictis autem animaduertere potest.*] Nõ inepta distinctione sententiã Arnaldi confirmat interpres: dũ ait perfectũ & imperfectũ duobus intelligi modis, vt aliud sit totius aut omniũ qualitatũ, aliud vnius dũtaxat qualitatis respectu perfectũ aut imperfectũ. Si calorem solũ intucaris, dubiũ nõ est, quin temperatũ excedentibus sit imperfectius. At si calorem cũ frigore cõiungas, in omni excessu qualitatis alterutrius maiorem habebis imperfectionem quã in temperatis: Quantũ enim augetur qualitas aliqua, tantundem etiã imminuitur opposita: quæ diminutio terminum obtinet in quarto gradu. Summè namq; calidũ frigiditatis minimũ habet. Veruntamen si quilibet excessus perfectionem vnius & alterius imperfectionem habet: non ob id consequitur quod temperatum est, secundũ omnes sui partes esse perfectum. Dixerim potius in eo æqualem esse partium omnium imperfectionem: vt in excessibus perfectio est & imperfectio qualitatum oppositarum inæqualis.

Vt Alkindus poneret quod gradus generatur per multiplicationẽ totius, &c.] Si totum temperatum dupletur in quouis excessuum gradu secundum omnes in temperato qualitates: vt temperatũ est vnum, sic & vnus erit omnium excedentium ordo, gradusq; quartus summas in se qualitates omnes comprehendẽs perfectissimus erit: Infimus autem & imperfectissimus erit qualitatum situs in temperatis. Sed fieri non potest, (vt ex iis liquet quæ paulò ante scripsimus) vt contrariæ qualitates in eodem subiecto summæ persistant: viribus enim contrariis in se inuicem non agunt modò, sed etiam à se inuicem patiuntur, & immutantur vt & debiliores euadant & imperfectiores. Quocirca probè Alkindi sententiam tuetur Arnaldus, gradũ scilicet in excedentibus primum fieri per duplum non totius aut qualitatum in temperatis omnium, sed vnius duntaxat qualitatis.

In complexionatis resolutis per intellectum necesse est portiones qualitatum accipere, velut æquales inuicem in virtute. *XXVI.*

OStenso numero vel mensura qualitatum oppositarum, secundum quod in cõplexionatis mutuò ipsæ pugnãt: iam ex præmissis hîc infert principale intentũ: principaliter. n. non consideratur hic numerus portionũ qualitatũ oppositarum in quibuscunq; cõponẽtibus, nisi ad hoc vt per rationabilẽ calculationẽ eliciatur qualitas, q̃ resultat in composita medicina, vel cõponenda. Ideo ostẽso quibus numeris, & ꝑ cõsequens qua mensura inuicẽ se recipiant, ostendit hîc ex prædictis qua mensura & ratione debeãt in calculando, vel cõputando recolligi. Et quia in actu computationis nõ considerãtur ꝓportiones qualitatum secundũ quod mistæ sunt, sed tanquã si deberẽt à calculante misceri, ideo secundũ rationẽ calculationis cõsiderãtur vt separatæ, & quia illa separatio fit ꝑ intellectũ calculationis: ideo complexionata, quorũ ꝓportiones in qualitatib. cõplexionalibus cõsiderantur, hîc vocat resoluta ꝑ intellectũ. In quib. dicit, quòd necesse est accipere, supple in calculãdo, portiones qualitatũ, supple oppositarũ, sicut ęquales inuicẽ, non tñ ęqualitate numeri, sed virtutis. Ratio aũt huius necessitatis patet: nam in tẽperato portio vnius qualitatis æqualis est portioni alterius, vt dictũ est supra. In distẽperatis verò similiter dictũ est, quòd portio qualitatis victæ æqualis est vnicuiq; portioni qualitatis vincentis: vnde quãdo recolligit portiones qualitatũ medicinę calidæ in secundo gradu, supponere debet, quòd sint quatuor portiones caliditatis, & vna frigiditatis, & sic in aliis, sicut in prima tabula patet infrà: quãuis. n. qualitas victa minuatur quo ad virtutẽ pl⁹ in tertio, quã in secundo, tñ hoc non conuenit in se, sed respectu qualitatis excedentis acceptæ secundũ sui totalitatẽ. Habet enim se, sicut vna mensura aquę

frigidæ, cui adiunguntur quatuor ęquales illi, de aqua calida in secūdo gradu, & octo in tertio, &c. vnde licet ibi respectu totius aquę calidæ sit quarta pars, & in tertio octaua, tamen in se remanet semper ęqualis vnicuiq; portioni calidę aquæ, similiter accipiēdum est in portionibus qualitatū.

COMMENTARIVS.

IN *distemperatis verò similiter habitū est.*] Subtilis est ad persuadendū Arnaldus, nisi quis fortè rem ipso subtilius exequatur. Ait in hoc theoremate qualitatum oppositarum portiones secundum virtutem æquales esse ponendas in compositorum resolutione: quod non de temperatis modo, sed etiam de distemperatis intelligendū esse vult interpres. Miror ego tamen quænam ista sit portionum in oppositis qualitatibus æqualitas: Si constat in omnibus intemperatis aliam imminui qualitatem, & aliam adaugeri. Fortè portiones victæ qualitatis quæ supersunt seorsim cōsideratæ tātæ sunt quantitate nō numero, quantę sunt qualitatis excedentis. Aut tot tantęq; sunt victæ qualitatis portiones abolitæ, quot quantæq; sunt eius, quæ superat portiones adauctæ. Certissimum esse reor vtrumq;. Sed hoc tamen contra sententiam Arnaldi statuitur; vt ex huius theorematis commentario constat, tabulisq; sequentibus. In omnibus enim gradibus quomodocunq; calor adaugeatur, ad 16. scilicet vsq; medietates, vnam tamen eandemq; vult in omnibus esse frigiditatis medietatem: quod exemplo quoq; comprobat apertissimo. Mensuram aquæ frigidissimæ si feruentissimæ vni mensuræ coniunxeris, temperatum quiddā efficies. Huic ipsi temperato si frigidissimæ quatuor aut etiam sedecim mensuras adieceris: imbecillior ipsa quidem caliditas euadet ob excedentis frigiditatis dominiū: Sed ipsa per se caliditas eadem omnino persistet, seu paucas seu plures mensuras adieceris. Hæc Arnaldi sententia est, quæ facilè conuelletur, si pręcedentia theoremata diligēter expendas in quibus asserit tātum imminui qualitatem alteram, quātum adaucta fuerit opposita. Quod verò idem permanet, id nequaquam imminuitur. Præterea notum hoc est ex antedictis, non otiosas esse qualitates contrarias, sed mutuis in seinuicem agere viribus: quo fit vt si quatuor caliditatis portiones vni frigiditatis adiiciantur, eadem frigiditas hæc persistere nequeat. Absurdissimum ergo iudicamus tantam esse frigiditatem in quarto calefacientium ordine, quanta fuit in præcedentibus. Age quæso, si temperati qualitas aut medietas altera nequicquam imminuatur, vt Arnaldus asserit, & altera tamen adaugeatur, quid causæ est quod antea temperatum perfectius & integrius esse dixerit omnibus intemperatis: quæ temperato detrahunt nihil, adiiciunt autem aliquid? Dicam ingenuè quod sentio. Siquidem vt propositione vigesimaquarta docuit Arnaldus, tātùm imminuitur virtus depressæ qualitatis in distemperatis, quantum excrescit opposita: in quarto gradu cum ex vna caliditatis medietate sedecim prodiisse dicantur: itidem ex vna & integra frigiditatis medietate decimā sextam solummodo portionem eius medietatis superesse profitemur. De viribus, inquies, illud expressit Arnaldus non de portionibus qualitatum. At nos vires absq; actu non admittimus: Et iam sæpe hoc ipsum inculcauimus, in physica elementorum mixtione non vires modò, sed qualitates, ipsasq; substantias immutari.

In resolutis omnes portiones qualitatū retinent rationē medietatis. XXVII.

QVia prædicta calculatione vtitur non solùm operans, sed etiá docens, & in omni actu doctrinæ clariùs procedit ratio exprimendo res cōsideratas propriis nominibus, vel competenter translatis: ideò portiones iam dictas docet hîc nominare conuenienter iuxta præmissa. Dicit ergo, quòd omnes retinent rationē medietatis, ex quo insinuat, quòd omnes conuenienter possunt vocari medietates, ita quod quælibet sit vna medietas. Ratio autem huius cōuenientiæ colligitur ex prędictis: Ostensum est enim, quòd in calculando accipiuntur omnes tanquam ęquales inuicé: ergo secundum hoc non conuenit eis ratio, vel nomen, nisi quod habēt in æqualitate: sed ostensum est 24. propositione suprâ, quòd portiones qualitatum in æqualitate, vel temperato habent rationem medietatis, & per consequens nomen, & sic patet propositū. Cùm igitur calculator considerat portiones qualitatum in his, quæ sunt calida in secundo gradu, quamuis portio frigiditatis sit quarta, respectu calidarum, tamen in recolligendo nō debet eam nominare quartam, sed vnam medietatem, & quatuor calidas, quatuor medietates, & sic de aliis, sicut in tabulis patet.

COMMENTARIVS.

SED *ostēsum est 24. propositione suprà, quod, &c.*] Quod qualitatum oppositarum portiones æquales esse debeāt quantitate non numero, dictum est antea: nimirum ob eam causam vt augmenti, defectusq; ratio possit intelligi: Facilis.n. est æqualiū diuisio. Prętęrea cū primę & minimæ omniū qualitatū portiones amplius diuidi nō possint: aliàs.n. res in infinitū vsq; deduceretur: quod nos fatuis & insanientib. acceptandū dimittimus: meritò certe qualitatū oppositarū portiones minimæ sunt æquales: cùm enim ex omnib. nulla sit, quę diuidi queat amplius, nulla certè est aliis maior: & cū hoc omnib. cōpetat vt minimæ sint, nulla certè cæteris est minor. De reliquis autē portionib. q primę, simplicesq; nō sunt, multiplex admittenda est inęqualitas. Et quod ait interpres portiones qualitatū in æqualitate vel temperamēto rōem habere medietatis, nō video q possit hoc ex 24. ꝑpositione cōfirmari, cū in ea scriptū sit in quouis excessu medietate alterā adaugeri, alterā verò imminui: Mutatur illa, & hāc etiam mutari necesse est. Dein etiā in secundo caliditatis gradu frigiditas quarta pars esse dicitur: Licet si cæteris quatuor calidis partibus hāc etiam adieceris, nō quarta sit hæc sed quinta. Nec id etiā ratū est, ꝙ in sequentib. cōminiscit interpres, in hoc gradu plures equidē partes esse duabus, sed eas tamen medietates nūcupari. Causam eius omisit nihilominus, quā paucis exponemus. Frigiditas & caliditas cū in temperato cōsisterent, duas dūtaxat partes cōstituebant, quas ob id etiā meritò medietates appellari posse iudicauit. Quandoquidē ergo in gradibus suā ipsius naturā vtraq; retinet, nomē quoq; nō iniuria retinebūt hāc ipsā naturā designans. Veritatis ista quidē species est aliqua, minimè tamē facit satis rē diligēter expēdentibus. Primū.n. si qualitatis imminutæ natura sit eadē in omnib. gradibus: nō ob id tamē medietatis nomen hāc eius naturā exprimit. Medietas.n. relatiua vox est, aliā medietatē, eamq; vnā ꝑsupponens. Si quid ergo plures duab. partes habeat, medietates illę nequaq̃ nominādę sunt. Ad hec antea quoq; demōstrauimus deficientē qualitatē in excessuū gradib. non eandē persistere q fuerat in cōtemperatione, vt neq; hoc interpr. effugiū valeat: dū inquit in ꝑcedenti theoremate: *Quāuis enim qualitas victa minuatur quo ad virtutē plus in tertio quā in secūdo: tamē hoc nō cōuenit in se, sed respectu qualitatū excedētiū* Nā & qualitatū excedentiū respectu (ꝙ fit ex accidenti) qualitas in gradib. imminuta naturā medietatis amittit, vt & in seipsa, cū bona pars ei detrahatur. Quare si videatur hæc inutilis esse logomachia, de nomine nō ero sollicitus, quocunq; modo qualitatē hāc imminutā appellare libeat: Sed vt hæc in omnib excessuū gradib. medietatis, & (ꝙ in sequenti theoremate dicitur) vnius integrę portionis ratione obtineat, minimè concesserim. Deniq; distinctius hoc quoq; proferendū fuerat, vt notum fieret quásnā qualitatū portiones dixerit Arnal. medietatis obtinere rōem cū vniuscuiusq; medietatis momēta multa sint, q̄ portiones etiā sūt qualitatū, nec medietatis tamē rationē obtinent. Vt cætera pretereā, tria fatetur Arnaldus cuiusq, gradus esse fragmēta, quorū aliud in principio sit, aliud in medio & aliud in fine. Vnius ergo medietatis tres sunt portiones, q̄ medietates tamē nō sunt. Nec obstat ꝙ dista

dici poſſit,in gradibus.ſ.plures eſſe medietates,vt non ſit neceſſe principiũ,mediũ & finem vni medietati attribui. Nam vt primus,ſic &alij quoq; gradꝰ vnica medietate cõſtituũtur,cũ ipſemet Arnal.ꝓpoſitione 20.*quanta eſt diſtantia primi gradꝰ ad tẽperamentũ,tãtã eſſe cuiuſlibet ſequentiũ ad immediatè præcedentẽ.* Atqui verò primꝰ gradus vnã ſolùm habet medietatẽ: Altera namq; temperamẽti, nõ ipſius eſt exceſſus: vtpote qui temperamentũ vna modò medietate nõ duab.excedat. Cùm itaq; primus gradꝰ à temperamento diſtantiã vnius medietatis habeat: Si cæteri quoque gradꝰ eandem obtineãt diſtantiã, non quatuor,non octo,nõ ſedecim medietates,ſed vnã ſolùm nanciſcũtur.

Quæ medietates rationem habent vnius integræ portionis. *XXVIII.*

QVia propter prædicta crederet fortè aliquis, quòd in dictis portionibus nemo poſſet vti conuenienter illo nomine, q̃ dictũ ſit, ideò inſinuat hîc,quòd etiã poteſt vti calculator nomine integri: Cuius rationẽ ex præcedenti aphoriſmo infert in iſto, nã ſi quęlibet portionum habet rationẽ medietatis,q̃libet duę portiones habebunt rationem integri, & ſic de calidis in primo gradu conuenienter poteſt dici,quòd habent duas medietates caliditatis,& vnã frigiditatis: vel vnã integrã caliditatis,& mediã frigiditatis:& de ſecundo quod habet duas integras caliditatis,& de tertio quod 4. & de quarto octo,& vnã mediam frigiditatis: hæc autẽ diuerſitas hic tangitur ad intelligendum clariùs dicta ſapientum, qui quandoq; diuerſimodè ſic loquuntur in calculando, ſicut patebit in vltimo canone.

COMMENTARIVS.

NAM *ſi qualibet portionum habet rationem medietatis,&c.*] Quicquid medietatis habet rationẽ, id integri quoque rationem habet.Credamꝰ aut inficiemus? Quaſiuero idem mediũ ſit & integrũ.Partem quis dixerit eſſe totũ?An nõ pars eſt integri medietas?Partes totius rationẽ cõſtituunt, totius non habent,vt mediũ aliud eſt ab integro, ſic & aliam habet rationem ab integri ratione: alias certè cùm primi gradus duæ ſint medietates, duas etiam eſſe conſequeretur integritates.

Vel vnam integram caliditatis: & mediam frigiditatis] Digna rebus verba ſunt,& doctrina locutio. Medietatem aliam integram eſſe dicit,aliam verò mediam. Medietatem tu quoque dicas non mediam:&integritatem non integrã, non ſapientem deniq; ſapientiam. Sed partem fortè dixit integrã aut mediam, non medietatem: effugium audio non agnoſco: Nam ait in quarto gradu octo integras eſſe. Medietates duplæ ſunt octo: pars integra non niſi vna eſt,vt vna eſt integritas.Pręterea dum autoris ſententiam hac ratione ſtabilire nititur interpres, contrarium tamen arguit. Nam ſi media ſit alia medietas, alia verò integra: certè hac ipſa diſtinctione liquet non omnes medietates vnius & integræ portionis obtinere rationem.

TERTIA PARS DE SITV COMPLEXIONIS IN MEDICINIS COMPOSITIS.

IN eo ſitu eſt cõplexio medicinæ cõpoſitæ, in quo qualitates oppoſitæ mutuò colligantur. *XXIX.*

¶Cõſiderata ratione menſurarũ cõplexionis in cõponentibus,iam in hac tertia huius operis parte docet inuenire menſurã cõplexionis in cõponendis ſiue cõpoſitis. Antequã explicet regulas inueniẽdi ꝓpoſitũ, reducit ad memoriã q̃dã generaliſsima p̃ſentis cõſiderationis, q̃ tanquã cõmunes animi cõceptiones debẽt ab omnib. p̃haberi. Et primũ eſt, quod dicit in hoc Aphor.ſcil. quòd cõplexio medic. cõpoſitæ ſemꝑ eſt in eo ſitu in quo mutuò colligãtur ſimplices qualitates: & hoc accipitur ex definitione cõplexionis, & eſt cõplexio tã tẽperatis,q̃ diſtẽperatis.

Omnis eleuatio qualitatis cõplexionalis diſtinguitur ſuo termino. *XXX.*

HÆc eſt ſecũda animi cõmunis conceptio, quæ habetur circa diſtẽperata,ſcil. quòd quæcũq; qualitas cõplexionalis eleuatur,vel exceditur, in eis ſemper cognoſcitur eleuatio;vel diſtinguitur per terminum,quẽ attingit, & hoc frequẽter declaratũ eſt ſuperius: Tantum enim eleuatur qualitas quantũ diſtat terminꝰ eius à temperamẽto.

Si temperatum tẽperato cõiungatur, temperatum ſolummodò reſultabit ex parte ipſorum. *XXXI.*

HIc verò docet inuenire ſitum cõplexionis in cõpoſitis, tot in genere p̃cipit cõſiderationes habere, quot modis poſſunt in genere cõponentia quãtũ ad cõplexionem adinuicẽ cõbinari: & quia omne cõplexionatum in genere,vel eſt temperatũ,vel intẽperatũ, nõ poſſunt cõponẽtia niſi ſex modis cõbinari, quos in ſex canonib. ꝑ ordinẽ repræſentat. Patet igitur textꝰ ꝑ ſe. Sed quod adiũgitur in fine apho. (*ex parte ipſorum*) notabiliter dictũ eſt ad excitandũ in iudicãte cautelã, vt diligẽter animaduertat modos componendi & commiſcendi, ex quib. poſſet compoſitũ aliã cõplexionẽ acquirere,q̃ ex cõponentibus. Aliter.n. immutat cõponẽtia decoctio q̃ ſimplex incorporatio, & ſimiliter eſt in cũctis modis p̃parationis.

Si temperatum diſtemperato commiſceatur in compoſito, remittetur exceſſus diſtemperati. *XXXII.*

RAtio autẽ,ꝓpter quã tẽperatũ remittit exceſſum diſtẽperati,eſt q̃a plus cõfortat virtutem qualitatis exceſſæ, q̃ excedẽtis, quantũ ad ꝓportionẽ,licet nõ quantũ ad quãtitatẽ, quod ſtatim patebit collectis ſeorſum portionib.qualitatũ poſitarũ,ſicut in tabulis continetur. Verbi gratia, ſi calidũ in primo gradu adiũgatur tẽperato, conſtat,quòd calidę partes erũt 3.ſ.duę de calido & 1. de tẽperato, partes verò frig. erũt duę,vna de tẽperato, & alia de diſtẽperato. Patet.n. quòd cum omnes iſtę partes ſint æquales, vt ſupra demonſtratũ eſt, quòd tẽperatũ nõ plꝰ in quantitate ſeu virtute addit calid.primi gradꝰ, q̃ frig.ſed ſecũdũ ꝓportionẽ addit plus frig.nã cũ non addat reſpectu partiũ calidarũ,niſi vnã medietatẽ ſiue partẽ, & illę partes calidę reſpectu primi gradꝰ ſint duę, cõſtat,quòd nõ addit reſpectu earũ, niſi medietatẽ,vel ſubduplũ:ſed cũ addit frig. tãtum quantũ ipſa eſt,conſtat quòd ꝓportionaliter plus addit, q̃a calidis non addit niſi vnũ ſubduplũ, ſed frigidis addit duo ſubdupla. Nam id quod æquale eſt alicui,duo ſubdupla habet reſpectu illiꝰ:&ſic patet, quòd æquale ꝓportionaliter plꝰ cõfortat exceſſam,q̃ excedentẽ,& hoc fuit intẽtũ ꝓbare, ſed quantũ remittat nõ huiꝰ loci eſt,ad vlt.cã.ꝑtinet.

Si diſtemperata æqualiter in oppoſitis qualitatibus coniungantur quantitatib. & ſubſtantiis non diſtemperantibus, reſultabit compoſitum tẽperatum. *XXXIII.*

QVia ex hac combinatione temperatũ sequitur, ideo hîc subiũgit eã immediatè post cõbinationes dictas de temperato. Veritas huius can. patet ex hoc, quia virtutes oppositæ si æquales fuerint, seipsas æqualiter frenant, & ideo neutra manifestat effectũ suum, quapropter cõpositũ dicitur tẽperatũ, cùm eidem cõueniat ratio tẽperati: sed tamẽ ad verificationẽ huius can. docet obseruare cõuenientiã in quãtitatib. & substãtiis cõponentiũ, quod nõ fecit superius in combinatione tẽperati notabiliter, ideo scil. vt insinuaret, quòd isti can. de tẽperato p̃missi, semper veritatẽ habẽt, quocunq; modo variẽtur quãtitates, atq; substãtiæ cõponentiũ. Sed istæ nõ, nisi obseruata fuerit illa cõditio, scil. quòd quãtitates & substantiæ cõueniãt. ¶ Sed circa cõuenientiã quantitatũ discordare vidẽtur sapiẽtes. Aliq. n. volũt, quòd debẽt quãtitates cõponentiũ cõuenire quãtũ ad pondꝰ, ex quorũ numero fuisse videtur Alkindꝰ, ꝓut patet ex tabulis eiꝰ: supponũt enim hi, quòd omnia cõponẽtia alicuiꝰ medicinę, inquãtũ reponũtur sub aliqua determinata complexione, sunt homogenea: & ideò in quacunq; parte ipsorũ saluatur species, in eadẽ etiã similiter saluatur complexio, sine qua species nõ est, vnde tam bene est cali. in quarto gradu 1. gra. piperis, sicut ʒ. 1. cæteris omnib. pariter obseruatis, scil. quòd mẽbra essent vniformia, & mora applicationis, & modus, &c. Et ideo ad habẽdũ ꝓbabilẽ cognitionẽ de cõplexione cõpositi ꝑ rectã calculationẽ huiꝰ, sapiẽtes docẽt in calculãdo omnia reducere cõponentia, secundũ intellectũ ad ęqualia põdera, vt si aliqua medicina cõponatur ex 1. ℥. vniꝰ & ex 1. ʒ. alteriꝰ, quòd ℥. resoluatur in ʒ. & sic omnib. cõgregatis recolligãtur partes qualitatũ oppositarum secundũ gradũ, in quo fuerit cõplexio cuiuslibet medicinæ. vnde secundũ hãc positionẽ, cùm minora põdera nõ possint reduci ad maiora, sed potiꝰ ecõuerso, docet omnia põdera adęquare reducẽdo ad minimũ põdus cõponẽtium, & postmodum cõparare numerũ ad numerũ, sicut infrà dicetur. ¶ Auer. aũt docet obseruare in mẽsurando cõplexionẽ cõpositi ꝓportiones quantitatum in cõponẽtibus ꝑ respectũ ad primas quãtitates, in quib. earum impressio manifestatur in corpore: ponit autẽ de hoc exẽplum in melle, & sandalo: mel. n. cali. est, & sandalũ frig. in eodẽ gradu. Hæc igitur duo nõ in eodẽ põdere manifestant effectũ suũ secũdi gradꝰ, prima obuiatione, qua reperiũtur infra corpꝰ. Sed mel facit hoc in pondere 2. ℥. & sandalũ in põdere 2. ʒ. ad plus. Quæcunq; igitur medicina cõponitur ex his duobꝰ, necesse est cõsiderare ꝓportiones quantitatum taliter, scil. quòd si stẽt in suis primis quãtitatib. erit talis medicina tẽperata respectu corporis humani, q̃a, vt dictum est, æqualiter se frenãt: si verò quãtitates earũ recedãt à primis quãtitatib. siue per augmẽtum siue ꝑ diminutionẽ cõsiderandum est, quantum ꝓportionaliter augeãtur, vel minuantur respectu illarum, q̃a tantùm ꝓportionaliter augebitur vel minuetur virtꝰ illarum in cõposito, nisi forma specifica totiꝰ compositi vel aliquid aliud impediret: vnde dicit, quòd si prima quantitas mellis dupletur, ita scil. quòd sint ℥. 4. & sandalũ remaneat in quãtitate sua. s. in põdere ʒ. 2. dupla reddetur calid. mellis, & sic sanda. nõ frenabit, nisi medietatẽ eius: & ita reducetur cõpositũ ad calidũ in principio, econuerso autem erit si multiplicetur quãtitas sandali. Patet igitur ex p̃dictis, quòd secũdum positionẽ p̃dictorum oportet ad verificationẽ p̃sentis can. vt quãtitates cõponentium sint eiusdẽ põderis, sed secundum positionẽ Auer. oportet, quòd sint vel primarum quãtitatum, vel saltẽ ꝓportionalium illis. Videtur tñ neutra istarum positionũ esse recta, licet verum sit, quòd illi supponũt, scil. cõplexionata, secundũ quòd sumuntur sub actu vniꝰ cõplexionis esse homogenea, & in se habere vniformẽ cõplexionẽ in partibꝰ, in quib. saluatur species, cùm nõ in qualibet parua quãtitate manifestãt effectum sui gradꝰ intra corpꝰ ad minus, ꝓpter rationes quas in cap. de cõplexionibꝰ Gal. docet: quarũ aliquæ sunt necessarię, vel cõtingẽtes vtplurimum, sicut est opus digestionis, & expulsionis. Vnde licet in se sit eiusdem gradus cum quacunq; maiori parte, tamẽ cum Medicus non consideret virtutem cõplexionati nisi ꝑ effectum, quẽ imprimit corpori, nõ debet iudicare de virtute, nisi per quantitatem, qua manifestatur effectus eius vel extrà si sit applicabilis exterius: vel intrà, si sit receptibilis intus. Et licet sit verum, quòd quælibet parua quantitas imprimeret in correspõdenti sibi quãtitate corporis tantũ, quantũ maior in correspõdenti sibi, si mora & modus applicationis, &c. essent paria, tamẽ quia impossibile est, quòd in his saltem, quę sumũtur interius, cõditiones sint pares, ideo Medicꝰ in regulatione sui operis nõ debet illud cõsiderare: sola. n. cõsideratio possibiliũ regulat ipsũ: & ideo inquãtũ operatiuꝰ est, nõ debet ponere impossibilia, nec illorũ positione ꝑsuaderi, quoniã ex impossibili seq̃tur quodlibet. Præterea videtur valde irrationabile considerare in mistis minimã quãtitatẽ miscibiliũ in his, in quib. aliquod componentiũ multũ excedit aliud in quãtitate, nã in talib. cõpositionib. nõ saluatur in aliquo virtꝰ minimi cõponentis, sed omninò corrũpitur: Inter ea. n. quorũ alterũ multum excedit in quãtitate, nõ fit mistio, ℥. n. vini, posita in c. aquę ℔. corrũpitur: similiter enim videtur corrũpi ʒ. 1. viol. in 1. ℔. mellis. cũ magnus sit excessus mellis ad viol. quare si corrumpitur, nullum effectum relinquit in composito sua complexio: & sic irrationabile est proportiones eius computare. ¶ Positio autem Auer. videtur esse magis erronea, licet enim verum sit, quòd aliquæ sint primæ quantitates medicinarum, quæ manifestant in corpore suos effectus, tamen non est verum, quod virtus augeatur, & diminuatur secundum proportionem, qua crescit vel diminuitur quãtitas medicinę. Accipiatur enim exemplum, quo ipse vtitur, & ponamus, quòd primæ quantitates mellis & sandali coniungantur, erit hæc medicina respectu corporis, vt dicit tẽperata: q̃d si mel dupletur scilicet vt sint 4. ℥. dicit, quòd duplatur caliditas mellis: & sic, cùm sandalum non temperet nisi medietatem eius, remanebit cõpositum calidum in primo gradu, propterea quia alia medietas remanet infrenata. ¶ Ad hãc aũt positionẽ sequuntur inconueniẽtia multa, & valde absurda: & vnũ est, quòd vna & eadem medicina esset in diuersis gradibus, imò in omnibꝰ secũdũ diuersas quantitates. Nam si in prædicta medicina,

Quomodo intelligatur cõueniẽtia quãtitatũ in componentibus.

Prima opinio Alkindi.

Secunda opinio Auerrho.

Cõtra illas opiniones.

Medicina in pauca quantitate corrũpitur ab ea quæ est in maiori quantitate.

Contra Auerrhoem.

na, quam dicit temperatam, acquiritur vnus gradus caliditatis, quãdo duplatur prima quantitas mellis, tunc eadem ratione si triplicetur, secundũ gradum acquiret, & si quadrupletur tertium, & si quintupletur quartum: ita quod medicina composita est ex 10. ℥. mellis, & 2. ʒ. sanda. erit calida in quarto gradu. Aliud iterum inconueniens est, qa gradus multiplicaretur, quoties multiplicarẽtur secundum illam proportionem quantitates medicinarum. Amplius, secundum hoc in eodẽ gradu esset complexio medicinæ, quãdo simpliciter accipitur, & quando esset adiuncta oppositæ in æquali gradu. Nam si semel duplatur in quãtitate dat prædictæ medicinæ caliditatem in primo gradu, tunc triplatum dabit caliditatem in secundo: & sic mel non minus esset calidum per admistionem sandali, quàm antê: Ad quod sequitur aliud inconueniens, scil. quòd contraria approximata non agerent. Similia quoq; incõuenientia sequẽtur, si manente prima quãtitate mellis multiplicetur quantitas sandali, q̃ inconuenientia nemo asseret, nisi alienatus: ergo incõueniens est nimis illorum opinio. ¶ Similes quoq; sequẽtur errores ad prædictam aliorum positionem: nam si ad inueniendum artificiali computatione complexionem medicinæ compositę, sit necesse reducere quantitates componentium ad æqualia põdera, tunc quando medicina componetur ex cõplexionatis in oppositis qualitatibus, siue in eodem gradu, siue in diuersis, nunquam secũdum veritatẽ haberetur complexio medicinę compositæ, nisi fortè contingeret, quòd primæ quantitates suorũ componentiũ essent æquales in pondere: quod sic declaratur in exemplo iam proposito suprà per Auer. Ponamus enim quòd medicina componatur ex 2. ʒ. sanda. & 2. ℥. mellis, constat, quòd hæc duo componentia sunt cõplexionata oppositis qualitatibus in eodem gradu: iterum etiam concurrũt ad compositionem in primis ipsorum dosibus seu quãtitatibus, quæ sunt diuersorum ponderum. Si ergo secundum prædictos ad rectè calculandum oportet maius pondus ad minus reducere, dicemus quòd sunt 16. ʒ. mellis & 2. sanda. quòd si ex his colligantur proportiones caliditatis & frigiditatis, acciperemus ex qualibet ʒ. mellis 4. partes caliditatis, & vnam frigiditatis, & sic erũt 64. calidę, & 16. frigidę. Iterum ex qualibet ʒ. sanda. accipiamus econuerso 4. partes frigiditatis & 1. caliditatis, & si erunt 8. frigidæ, & 2. calidę: iungantur ergo calidę calidis, & frigidæ frigidis, & erũt in vniuerso calidæ 66. & frigidæ 24. Erunt igitur secundum hoc partes calidę duplum & amplius, quàm partes frigidæ, imò ferè triplum. Sed in quocunq; complexionato caliditas est ad frigiditatem dupla illud est calidum in primo gradu, sicut patet ex determinatis in 22. propositione suprà: hoc autem est absolutè falsum, quia, vt dictum est, æqualiter mutuo se frenant, quod si prędictorum componentium quantitates alternatim augeantur, vel pondera multiplicentur, sicut prætactum est in positione Auer. patebit manifestiùs error positionis istorũ calculando per illum modum: Eadem enim cõplexio semper resultaret quantumcunq; componens alterum augeretur: & similiter patet euidentiùs error vtriusq; positionis, quãdo componentia compositarum qualitatum sunt in diuersis gradibus, quoniam in illis cùm dispares sint virtutes, necesse est vt per inæquales quantitates ad temperamentum reducantur: Nam 1. ʒ. piperis reducet ad temperamentum ad minus ℥ 5. cucurbitarũ, sicut patebit ex his, quæ in vltimo can. traduntur. Item 1. ʒ. euphor. mediam ℔. scilicet olei papaueris, & econtra. Igitur si voluerimus accipere complexionem medicinæ compositæ ex prædictis medicinis & in dictis ponderibus secundum traditionem positionis cuiusq;, nequaquam perueniemus ad veritatem, imò reducendo pondera ad ʒ. resultaret compositũ extra temperamẽtum in eodem situ eiusdem complexionis: sed iuxta secũdam cõtingeret interdũ, quòd esset compositum multò frigidius, quâm esset cucurbita vel oleum papaueris ante admistionem piperis, aut euphorbij: quòd si quantitas alterius componentium augeatur, tunc nec per traditionem primæ positionis, nec secũdæ comprehenditur vera complexio medicinæ compositæ, sicut statim patebit volenti circa talia se exercitare, secundum prædictas traditiones. ¶ Quomodo igitur sine consideratione quantitatis cõponentium non habetur notitia complexionis compositi: propterea sciendum est, quòd cùm Medicus non consideret quantitatem complexionati, nisi secundum quod ipsa est aliquo modo principium sensibile immutationis sanabilis corporis, necesse est, vt illam quãtitatẽ primò cõsideret in quolibet componẽte, per quam sua cõplexio potest primo sensibiliter immutare, propter quod etiã vocatur prima quãtitas, vel dosis, aut primum pondus. Etenim primũ in vnoquoque genere est mensura omniũ aliorum. Vnde in cæteris quantitatibus à prima non poterit augmentum & diminutionem impressionis mensurare rationabiliter, nisi p operationem aliarum quantitatũ ad primam. Est igitur summè necessariũ ad inueniendũ complexionem & sitũ eius, in cõpositis cognoscere prima põdera componentiũ in vnaquaq; regione, vel respectu latitudinis indiuiduorũ regionis, vel respectu illius singulariter, cui præparatur medicina composita: quoniã hoc est fundamẽtũ, à quo depẽdet rectitudo calculationis, & bonitas mẽsurandi complexionẽ cõpositi. Et vt promtior sit calculator, debet omniũ componentiũ quantitates primas, & cõplexiones in tabula recto ordine collocare, post hoc verò scire oportet, quis sit rectus modus inueniendi complexionẽ cõpositi per cõsiderationẽ quãtitatũ, vel ponderũ medicinarũ cõponentiũ. Cùm autẽ tot modis possit variari calculatio, quot modis possunt adinuicẽ variari põdera cõponentiũ, necesse est totã illam varietatẽ diligenter attẽdere, licet autẽ secundũ speciẽ incomprehensibiles sint illę varietates, sicut & species numerorũ, tamẽ omnes reducũtur ad tres differentias primas, per quas collocentur sub aliquo genere proportionis. Omnia namq; pondera componentium alicuius medicinæ, aut erunt prima vel maiora illis, aut quandoq; minora. Ratio aũt hui⁹ diuersitatis pendet ex trib. scilicet ex intentione componẽtis, ex multitudine & paucitate componentium, & tertio ex forma compositionis, sicut ars medicinæ docet in ea parte, quæ de

Illud nihil est quia per augmentũ mellis nõ potest veniri ad maiorẽ gradũ caliditatis, quàm sit mel: si corrumpatur virtus sandali, vt dixit, si non ad minorem gradum.

Et eodem modo soluitur secundum, quoniã agũt cõtraria, dũ vnum nõ corrumpit aliud.

Opinio authoris.

cōpositione medicinarum existit. ¶ Ad euidentiam tamen eorum, quæ hîc dicuntur, & in gratiam tyronū nō pigebit hîc breuiter illa repetere. Sciendū est igitur, quòd medic⁹ quandoq; intēdit tantā quantitatē medicinę cōponere vel cōficere in tali cōplexione, quòd ad habendū intentū ex vtraq; parte sufficiūt ei prima pondera cōponentiū, secundum quod æstimat debere sufficere corporibus indigentibus secundum exigentiam particularium occurrentiū operi: quandoq; verò prima pondera non conformantur intentæ quantitati, vel intentæ complexioni, & tunc necesse est, vt augeat illa vel minuat, secundū quod indicant illa duo, scilicet intentio quantitatis, & cōplexionis, secundo multitudo vel paucitas cōponentiū. Nam si componentia pauca fuerint & magnam velint habere quantitatem compositi, ad quam non sufficiant primæ doses componētium, augebit ea secundum eam proportionem, ex qua resultare posSit intenta quantitas, & complexio. Si verò componentia plura fuerint, & ex eorum primis pōderibus debet in cōposito multò maior surgere quātitas, quam expediat secundum dictam proportionem, minuet illa pōdera. Iterum vel auget ea vel minuit, secundum quod requirit forma compositionis, ad q̃ pertinet colligantia, & cohærentia componentiū, & hæc est vna de intentionibus, propter quas Medicus imponit ceram emplastris, oleū vnguentis, & liquorem mellis, aut sacchari electuariis. Quando igitur cōponentia talis substantiæ sunt, vt sibiinuicem ac corpori posSint cohęrere, & colligari sine aliquo adiuncto, qualia sunt liquida, nō oportet liquorem alium miscere, sicut contingit in medicinis, quę componūtur ex puris succis, aut oleis & similib⁹: sed in aliis vt in electuariis iuxta quātitatē pulueris illorum componentium, oportebit augere quantitatem mellis, aut sacch. multò plus, quá requirat prima dosis ipsorum, tali semper proportione, vt in cōposito manifestè resultet intēta virtus, & etiam quātitas. Interdum autem propter coniunctū ad colligantiā, vel ad cohærētiam oportet primas doses aliorū augere ad hoc, vt virtus intenta, non obstāte illo adiecto, in composito posSit manifestari: quandoq; verò econtra minuere, ne cum adiūcto nimis augeatur massa compositi. Hoc autē contingit quando cōponentia sunt valde pura, & parū intenditur haberi de toto cōfecto: nec est inconueniēs, quia licet nulla medicina per se sumta vel applicata faciat impresSionē sensibilem, nisi in dosi prima, tamen si multis aliis comparibus sibi iungatur, & quantum ad virtutē inuicē se confortant, & etiá à corruptione inuicē se tuētur. Etenim media dosis mellis cū media dosi masticis calefacit in gradu secūdo, sic media dosis spicæ cum media dosi reubar. manifestá facit impresSionē in opilatione hepatis, plus quàm faceret perfecta dosis alteri⁹, vnde in medicinis compositis à sapientibus conuenit, omnia pondera componentium mensurata esse per relationē ad primū pōdus, secundum exigentiam intenti finis. ¶ Redeuntes igitur ad ꝓpositum dicimus, quòd cum aliqua medicina componitur ex componentib. oppositarum cōplexionum, in eodem gradu resultabit compositum temperatum respectu corporis humani: dū tamen ad compositionē veniant simplicia in primis ponderibus vel in aliis seruantibus inuicem eādem proportionem. Verbi gratia de sandalo & melle: nam sicut temperamentū exurgit ex 2. ʒ. sanda. & 2. ʒ. mellis: sic ex 4. & 4. & 5. & 5. &c. hæc est illa conuenientia quantitatū, quam memorat Aphoris. cùm dicit: quantitatibus non discrepantib⁹, id est, nō discōuenientibus: & dicūtur discōuenire quantū ad effectum constituendi temperamentum, quando nō concurrunt in prædictis ponderibus. Quibus verbis insinuat, quòd quādo pondera componentium sunt maiora, vel minora primis nō secundum illorū proportionem, tunc in composito non resultat temperamētum, sed dominabitur in éo qualitas illius compositi, cuius pondus erit maius pondere alterius respectu primi: vt si manente primo pondere sandali, dupletur primum pond⁹ mellis, compositum erit calidū. Si verò dupletur sandalum, & nó mel, compositum erit frigidū. Sed mensurare quantū hoc, aut quantum illud, nesciuit Auer. deceptus ęquiuocatione augmenti. Verum enim est, quòd multiplicata quantitate complexionati augetur complexio, nō tamen secundū extensionem eius in gradu, sed secūndum extensionē eius in subiecto ꝓprio, secundū quem etiam modum correspōdet ei⁹ effectui augmentū in corpore sanabili. Nā 2. ʒ. mellis applicatæ corpori, extra vel intus manifestāt effectū secundi gradus, in tanta parte corporis, quantá occupant: quod si dupletur ei⁹ quātitas, quia tunc poterit occupare plus in duplo de corpore, quam ante, ꝓculdubio calefaciet extensiuè duplū: vt si prius medietatē stomachi, vel brachij, nunc totū occupet non in gradu, sed secundū extensionē augebitur, nisi per accidens, sicut à nothis humoribus vel aliquo modo propter hoc motis ad putrefactionē: quod ex hoc patet, quia multi & pueri & adulti sæpe vidētur tātum de melle comedisse, quòd tumefacto nimiū ventre per vmbilicum egredi vellet, nec tamē incurrerunt in dyscrasiá, qua læderentur sensibiliter membra eorū: vnde constat, quòd in quibus notabilis quantitas mellis excitat febrē non facit hoc per se, sed per accidens. Sed primum pōdus piperis exterius manifestat effectum adustionis mēbri, si fortè dupletur adustio, duplabitur quo ad spatium occupabile per adurens, sed non quo ad quantitatem adustionis. ¶ Supponendum est igitur cum ratione & experimento, quod medicina, cuius primū pondus augetur, non transcēdit gradum suæ complexionis propter eius augmentum: sed bene verum est, quòd ab opposita minus deprimitur, quàm antè, quem modum calculādi docebit specialiter in vlt. can. vel Aphoris. præsentis operis. In generali tantum sufficit hoc modo pręmittere, scil. quòd secundū eá proportionē, qua crescit pōdus vni⁹, minuitur virt⁹ oppositi, & tantū min⁹ deprimit. Cùm igitur anteà primū pōdus sandali reduceret primū pōdus mellis ad temperamentum, si mel dupletur, sandalum non poterit ipsum deprimere vsq; ad temperamētum, sed cum habeat respectu mellis medium virtutis, quam habebat prius, deprimet ipsum vsq; ad certum mediū inter temperamentum & finem secundi gradus, qui erat situs complexionalis mellis, & reducet ipsum ad primum gradum.

Multiplicata quantitate complexionati augetur complexio nō in gradu sed secundū extensionē.

Medicina per augmentū ponderis non transcendit gradū suæ complexionis.

gradũ. Quòd si iterũ mel dupletur, vt sint 8. ℥. iá 2.3. sandali vincentur omninò à melle, nec quantũ ad impressionẽ notabilem in sanabili erit iam mistio inter ea, sed corrũpetur sandalum, & stabit mel in sua complexione: quãuis enim remitteretur, tamen non curat Medicus, nisi sensibile fuerit, tunc enim euadit sensum, quãdo nõ est in aliqua medicina gradus alicuius. Est. n. possibile, quòd augeatur quãtitas mellis solùm per tertiã partem sui põderis primi, & tunc tãtum per tertiã partem gradus reprimetur à sandalo, & reducetur eius caliditas ad modũ secundi: quod si per duas, ad principiũ secundi, & sic deinceps. Hęc igitur omnia introducuntur hîc gratia exempli: nã ad quẽ terminum specialiter deducatur complexio, inuenietur per rectum modum calculãdi, qui tradetur inferius. ¶ Sed ad verificationẽ propositi canonis docet autor considerare nõ solùm quantitates cõponentiũ, sed etiam substãtias, dicẽs, quòd ad hoc, vt ex cõponẽtibus oppositis in eodẽ gradu resultet temperamẽtum, necesse est, nõ solum quantitates conuenire, vt dictũ est, sed etiã substantias, ita scil. vt cõponẽtia sint vniformis substantiæ. In tãtum. n. possent esse diuersæ substantæ, quòd oppositũ ex eis & in primis põderib. nullatenꝰ faceret impressionẽ distẽperati, maximè in primo tẽpore med. cõpositæ. Ad cuiꝰ euidentiã est sciendum, quòd licet omne generabile, & corruptibile 4. habeat tempora suæ durationis, tamen Medicꝰ in medicinis cõpositis per artẽ cõprehendit illa sub tribꝰ differentiis, dicẽs, quòd primũ tempus medicinæ cõpositæ est fermẽtatio, & est totũ illud tẽpus, in quo mutuis alterationibꝰ cõponentia se disponũt ad suscipiendũ formã suæ cõpositionis, per quam reponitur in specie tali vel tali: vt theriacæ vel mithridati, vel diamoschi, &c. Et in toto illo tẽpore dicitur medicina cõposita recens, & à quibusdã iuuenis appellatur. Terminꝰ autẽ p̃dictę alterationis est, in quo recipit suã perfectionẽ, & Medici vocãt eũ sigillationẽ, & à ꝗbusdã vocatur colla, & hinc vocauerũt quidam totũ tẽpus secundũ medicinam tẽpus sigillationis, id est, tempus in quo sigillata cõsistit per suã perfectionẽ. Ab aliis autẽ vocatur clariꝰ, & ꝓpriùs tempus perfectionis. Tertiũ autẽ tempus est in quo debilitatur atq; senescit vel ꝓpriè antiquatur, & dicitur tẽpus resolutionis: quandiu igitur medicina est in tempore fermẽtationis, & maximè circa principiũ, operatur potiꝰ per cõplexionẽ componentiũ, q̃ totiꝰ cõpositi. Si ergo valde dispares fuerint substãtię cõponẽtiũ, & circa cõpositũ ex eis corpori applicetur, manifestè operabitur secundũ excellentiã vnius componentiũ: vt si ex petroleo & cortice mãdragorę, quę sunt oppositarũ cõplexionũ in quarto gradu, cõponatur medicina, & in primis põderibus, nihilominus si applicetur in principio cõpositionis alicui mẽbro, manifestè calefacit medicina. Nã substantia petrolei, quę liquida est, leuiter subingreditur, & citiùs manifestat effectũ suum, quàm cortex mandragoræ, qui solidior est: vnde si alterũ componentiũ habuerit substantiam terream, & alterum aqueã, de facili adinuicẽ separãtur, & sic manifestatur in corpore differẽs, & opposita impressio, quæ nõ pertinet ad temperatũ. Ponamus enim, quòd medicina cõposita ex primis ponderib. vini malorũ granatorũ & gẽtianæ ꝓpinetur alicui, maximè statim cùm fuerint aggregata, proculdubio medicina talis cõposita nõ immutabit interiora mẽbra, vt tẽperata, sed segregato, ꝑ maxima parte, liquore à puluere, vel resoluto in vaporẽ, vel vna vel duab. distẽperantiis immutabuntur interiora. Simile quoq; potest in tẽpore ꝑfectionis & resolutionis accidere, diminuto altero cõponẽte, quod in humiditate & siccitate fit manifestiùs. Si enim in primis ponderibus cõponatur medicina ex succo cucur. ac spodio, constat, quòd cùm medicina peruenerit ad tempus perfectionis vel sigillationis, magna pars succi iã resoluta erit, manẽte spodio: & ideò tunc nõ habebit effectũ temperati in siccitate, & hum. & ex hac consideratione iudicat Gal. theriacã recentẽ humidam esse, hoc est, minus siccã iam fermentata, si multò fortius, antiquata. ¶ Iam igitur patet qualiter ad certitudinẽ cõplexionis medicinę. Medico necesse est considerare substantiam componentium, & tempus compositæ medicinæ. Et ex his licet colligere omnia, quib. alterari possunt cõponentia, postquã veniunt ad compositionẽ. Ante enim iudicantur esse cõplexionata secundum illum statũ, in quo sunt in termino p̃parationis, scilicet cùm iã non restat nisi ea coniungere, vt saccharum, vel mel iudicatur secundũ dispositionẽ q̃ habet in fine decoctionis, aut syrupi, cum quo fit electuarium, & carnes prunorum, secundum dispositionẽ, quam habent in fine desiccationis si imponatur composito siccę, & nõ recentes: Sic quoq; de zing. remollito in zingiberato, & sic de aliis. Hęc enim omnia sensu & ratione comprehẽduntur, & ideo cadunt sub regulatione Medici. Sed ꝓprietas quia latet Medicũ, ideò non fit mẽtio de ipsa in considerationib. regulantib. iudicium complexionis, licet sit vnum de mutãtibus componẽtia, & Medicꝰ qui potest earum habere notitiã inter cæteros est mirabilis.

Considerãda est etiam substantia componentium.

Tempora tria medicina composita.

In composito consideranda est substantia componentiũ & tempus cõpositi.

¶ Ex prædictis autẽ ortum habet cautela, quam omnes sapiẽtes vniformiter dãt in vsu compositarũ medicinarũ: Cùm enim nimis difficile sit tẽpus fermẽtationis atq; sigillationis cognoscere, vel mutuos respectus ꝓprietatum, cauere debet ne studeat operari nouiter cõpositis medicinis, sed antiquis & expertis, vel tãtum simplicibꝰ: aut si cõponere cogat necessitas, quãto paucioribus poterit sub determinatis ponderib. eligat facere, ne prę cõfusione componentiũ intercipiatur via eadẽ cognoscendi per rationẽ virtutem, sicut accidit vulgaribus Medicis, qui syrupos velut clysteres conficiunt ex manipulis ferè omniũ medicinarum, quarum nomina didicerunt, paruipendentes errorẽ præsentẽ, & grauiorẽ in posterum non timẽtes, quos ars componere nõ docuit, sed cæcus naturæ ductus, & vsus quotidianus. Hominis autem est ordinatæ mentis apud Deum & proximũ nullo appetitu à via rectæ rationis discedere, sed ad eã potius feruido animo properare corporis vsibus derelictis, qui quãtò antiquiores, tantò vilius, & sordidius est iacere in eis.

Cautela.

COMMENTARIVS.

D*E quorum numero fuisse videtur Alkindus*] Quæstionem hic proponit Arnaldus iucundissimam & vtilissimam, simulq; difficillimam. Vtrum scilicet diuersi generis medicamenta differentibus etiam mensuris, aut

eadem quantitate miſceri debeant. Alkindus enim hoc ipſum ſtatuiſſe videtur, vt contraria medicamenta ſub eadem quantitate inter ſe cõferri poſſint, & quidem hãc ob cauſam, quod vniuſcuiuſq; medicamenti ſpecies quãtitate non definiatur, vtpote quæ rerũ accidentibus adnumeretur. Auerrhoes autem medicamenta non ſecundum ſpecies ſed vires inter ſe ad rectam eorum compoſitionem conferenda eſſe ducit: quæ quidem vires vt in actum exerantur certam & definitam, non autem quamlibet abſque diſcrimine quantitatem exigunt.

Et ideo ad habendum probabilem cognitionem] Vult Alkind⁹ in hac medicamentorum ſupputatione, menſuras omnibus ęquales eſſe conſtituendas, & ob id etiam monet, vt eorum doſes ad minimum pondus menſuramq; reducantur. Sed quonam quæſo fine? *Secundum intellectum reducenda ſunt*, inquit: Nimirum vt ex æquali menſura medicamentorum vires internoſcantur; non vt ad opus iſta diuiſio referatur. Perinde tamen virium diſcrimen ex magnis atque ex minimis medicamentorum menſuris elicitur, vt ſi librã ponas mellis & vnciam ſandali, facilius ex hiſce ponderibus vtriuſque diſtantia intelligetur, quàm ſi lib. & vnc. ad ſcrupulos reduxeris. Si quæratur æqualitas, ſatis eſt ſi libr. in vnc. reſolueris, vt intelligas vnam eſſe ſandali partem, duodecim verò mellis. An ergo iudicat Alkindus mellis calorem totidem gradibus ſandali ſuperare frigiditatẽ, quot mellis quantitas ſandali quantitatem partibus excedit. Equidem hoc facilè colligitur, cùm ad minimum, non ad certum quoddam cuiuſque medicamenti pondus hanc reſolutionẽ inſtituat: tum etiam quod antea dictum ſit medicamentorũ ſpeciem immutata quantitate non immutari.

Auerrhoes autem docet obſeruare immen.] Conſtat id quidem non quoduis medicamentum quauis quantitate ſuos effectus producere: Nam ſi quis ingens ſaxum pellere cõtendat, facit aliquid, ſed nihil efficit. Et ſi iuuerit alter, nihil etiam proficiũt: Si verò ſex adfuerint, ſaxum id facilè mouebitur. Hæc forte videbitur eſſe ratio proportionis, vt ſi ſex totum moueãt, vnus ſextam eius partem mouere poſſit: quod inficiari nõ licet. Cùm tamen omnes totius partes cohæreãt: hinc fit vt ſexta pars aliis impedientibus ſola moueri nequeat. Proinde ſi quis quærat an quantitas agat aliquid: & an non agendi vis omnibus agentis partibus adſcribenda ſit, paucis reſponderi poteſt, aliud actionem eſſe, aliud effectum. Agere quidem quod minimum eſt, ſed vt agens aliquod effectum producat (quod manifeſtari vocant) proportione quadam opus eſt agẽtis & eius quod patitur: Cùm enim ad alterationem cõtractus vtriuſq; requiratur: Cumque patiens quadamtenus reſiſtẽdo agentis actionem ſuſcipiat: vtiq; neceſſum eſt, vt agens iunctis viribus obiectũ ſuum adoriatur. Quantitas ergo per ſe quidẽ nihil facit: Nã magnũ poteſt eſſe quidpiã, quod alio quopiã paruo minus operetur: Sed ex accidenti tamẽ multũ ipſa facit: rei ſcilicet quantæ viribus. Ignis enim modicus ſuo contactu paruam ligni partem comburit: maximus omnes breui temporis momento conſumit. Verùm etſi medicamenta quantitatem ad ſuos effectus producẽdos exigunt: Si tamen ipſi per ſe primi actus, & agendi vires expendantur, quantitatis hic nulla eſt ratio: cũ quib. ſpecies & natura partib. eadem ineſt, agendi quoq; vis ineſſe videatur. Et ſi mellis & ſandali temperamentũ, temperamentiq; gradus exquiratur, ſimpliciter nõ quantitatis reſpectu res hæc definiẽda fuerit: nimirum vt mel omnibus ſuis partibus iunctis aut ſeparatis in ſecundo gradu calidum eſſe perhibeatur, & ſandalum in eodem gradu eadem ratione frigidum.

Præterea videtur valde irrationabile.] Duabus rationibus Alkindi ſententiam confutat Arnald. quarum prima eſt fruſtrà, minimam in medicamentis exquiri quãtitatem, cùm ipſa tamen ad effectus exerendos certa quadam egeant quantitate: quod ex Auerrhois ſententia fuit ante prolatum. Altera confutationis pars hęc eſt, quod minima quantitas in compoſitis exquirenda non ſit, cũ à magna portione contrariorũ abſumatur: Nam ſi vini vnc. 1. centũ aquę libris admiſceatur, ſubito perit. Miror tamen an vel Alkindus vel Arnal. ita vnquã medicamẽta cõpoſuerint, vt tam abſurda ſeruarętur cõtrariorũ proportio.

Tamen non eſt verum quod virtus augeatur & diminuatur] Auerthois ſentẽtiam reiicit Arnaldus, quam ipſe tamen approbat: Cùm enim quęratur, an proportionalis & differens medicamentorum diuerſi generis cõſtituenda ſit, ad effectus producendos; hoc ipſum fatetur Arnaldus, & Auerrhois dicit erroneam eſſe ſententiam: eo ſcilicet nomine, quòd aucta quantitate non ſit neceſſe vires adaugeri. Nec certè cõſequitur hoc ex priori: ſed Auerrhois ſententia cõſiſtit nihilominus. Præterea merito mirabitur quoq; quiſpiam quomodo virtus medicamẽtorum aucta quãtitate non adaugeatur: Nouimus enim ſi pars vna ſit efficax, plures etiam eiuſdem naturæ partes maiore agendi vim obtinere. Quia verò paulo poſt aliquot hoc ipſum rationib. comprobat Arnaldus, eas prius expendemus, quam efferamus quid hac de re ſentiendum eſſe videatur.

Quod vna & eadem medicina eſſet in multis] Hæc prima eſt ratio, qua docet Arnaldus medicamentorum virtutem pro varia quantitate nec imminui nec adaugeri. Conſequeretur enim quoduis medicamentũ minima ſui quãtitate primo contineri gradu, media verò mediis, & maxima poſtremum aſſequi gradum: quod tamen omnes abſurdiſſimum eſſe fatentur.

Aliud iterum inconueniens eſt] Altera hæc eſt ratio, quæ ferè tamen eadem eſt cũ priore. Conſequeretur (inquit) gradus multiplicari: quoties multiplicaretur ſecundum illam proportionem medicamentorũ quantitates: quo poſito nõ modo quatuor eſſent medicamentorũ grad⁹, ſed infiniti. Nã ſi vnc. 2. mellis primũ efficiãt gradũ, quatuor verò ſecundum, & alius ſubinde gradus dupla quãtitate adiecta ſtatuatur: certè qui multas mellis libras habuerit, centeſimum etiam caloris gradũ aſſequetur.

Amplius ſecundum hoc in eodem gradu] Hoc tertium eſt argumentũ ex prioribus emergens: Eadem (inquit) medicina in eodem eſſet caloris gradu, ſeu frigidæ coniungeretur, ſeu ſola conſiſteret: quod tamen inde liquet abſurdum eſſe, quũ contrariorũ vires viribus debilitẽtur contrariis. Cõſequentiã hoc modo probat: vnc. 2. mellis primũ caloris gradum conſtituunt, primumq; frigiditatis vnc. 2. Hæc coniuncta viribus cõtrariis contemperatum quiddam efficiunt, cui ſi mellis iterũ vnc. 2. adieceris duplus erit mellis calor, adeoq; compoſitũ illud perinde in ſecundo erit gradu caloris, atq; ſi ſandali nihil adiectum fuiſſet. Hæc dicta quidem ſunt non incõmodè: Sed quid ad ea dicendum ergo fuerit, quæ theoremate ſeptimo ſcripta leguntur? *Omnis eleuatio virtutis* (inquit Arnaldus) *fit ſecundum rationem augmentatæ quantitatis*. Galenus libr. 1. Aphoriſmorũ aphoriſmo 14. iuuenum calorem cũ puerorum calore conferens, exemplis aliquot aliud eſſe docet, ſi quid multum calorem, & multum caloris obtinere dicatur: Multus eſt etiam in parua quantitate, vehemens & acris iuuenum calor: Pueri verò mitis ſuauiſque caloris habent plurimum. Duplex ergo quantitas eſt, & duplex augmentum: Nã vel in ſe vel in partibus augetur aliquid. Illud ſpeciei eſt incrementum; Hoc propriè quãtitati competit; licet aliquam & illud incrementũ quantitatis habeat rationem. Quare ſi duæ mellis vnciæ duabus adiiciantur, abſq; dubio calor, caloriſque virtus augetur. Et augetur etiam ſi mellis loco piperis drachmam admiſcueris, aut euphorbij ſcrupulum vnum. Horum adiectione caloris ſpecies intenditur: etiamſi minor quàm mellis fuerit quantitas. Et ſi caloris hæc intenſio ſecundum rationem fiat auctæ quantitatis, vt ante docuit Arnaldus: hoc tamen quantitatis incremẽtum ſubſtantiæ motus eſt, & ſpeciei mutatio vel qualitatis, non propriè nuncupatæ quantitatis: Adeoque mellis libra ſi longè maiorem quàm vnciæ duæ caloris vim habeat: idem tamen per ſe calor eſt in parua magnaúe quantitate: nec virtus ſecundum menſuram aut pondus aucta, ſed ſecundum ſpeciem gradus immutat: vt nihil nos Arnaldi rationes morentur, quominus Auerrhois ſententiam ſequamur, qui medicamentorum virtutem augeri ſtatuit aucta quantitate: Nõ enim gradus quarumuis partium adiectione conſtituitur, ſed earum modò quæ ſpecie differunt.

Sed in quocunque complexionato caliditas est dupla.) Serióne A
loquitur an ludit Arnaldus. Auerrhois sententiã nescio
quibus ante confutauit argumentis: Iam & Alkindũ ra-
tione magis friuola carpit. Si maius pondus (inquit) ad
minus supputatione reducatur, tum cõsequetur medi-
camentũ, quod ex duabus sandali drachmis, & duabus
mellis vncijs compositum fuerit, nõ esse temperatum,
sed etiam tertium assequi gradum caliditatis: Duplum
enim caloris gradum auget. Sunt autem in duabus mel
lis vncijs sedecim minimæ caloris partes, & duæ modo
frigiditatis in duabus sandali drachmis. Duplum equi
dem gradum auget, si partes specie differentes duplum
hoc constituant: Sed si quantitas hæc in partibus vnius B
& eiusdem naturæ consistat, in eodẽ gradu persistit; seu
minuatur ipsa seu augeatur: vt etiam & id in dubium re
uocari possit: *an ad mellis gradum constituendũ non drachmæ duæ
sed vnciæ requirantur.* Nam si vnciæ duæ secundum calidi-
tatis gradum obtineant, nec quatuor aut etiam plures
hunc ipsum gradum excedãt: certè nec gradus hic etiã
immutabitur, si vel vnciam vnam vel drachmas duas po
sueris. Sed non manifestatur (inquies) effectus tantilla
quantitate. Nihil obstat, si modò res ita per se sit: Hoc e-
nim ex accidenti est. Imo verò si veritatem fateri liceat,
hoc mihi suspectissimũ est, quod asserit Auerrhoes, mel-
lis effectũ non drachmis, sed vncijs duabus manifesta- C
ri: Notum enim est etiam in drachma mellis vna calorẽ
percipi. Causam age nos edoce, cur ad effectum manife
standum drachmæ duæ sandalo sufficiãt: mel autem ad
hoc ipsum duabus indigeat vncijs. Fortè quod multæ
partes sint in melle quæ sua dulcedine calorem eius cõ
temperent: quibus etiam per adustionem discussis mel
calidius & amarius euadit. Probè quidem hoc, sed si tẽ-
peratus est hac ratione calor, qui fit vt is ad secundũ gra
dum referatur, certè si dulces aut aqueas ab omni calo-
re partes auferas, omnis ferè gradũ in quo consistit ex-
cedet. Cúmq; mel in secundo gradu calidum esse dici- D
tur, totus hic mellis calor, non aliqua eius pars intelli-
genda venit.

Quod si dupletur eius quantitas, quia tunc poterit occupare plus]
Mellis aucta quantitate calorem etiam augeri concedit
Arnaldus, sed adhibita distinctione non incommoda:
Proculdubio calefaciet (inqnit) *extensiuè duplum:* Non enim ca
lor intenditur, vt acrior in seipso fiat vel vehementior,
sed in maiorem corporis partem extẽditur. Cùm tamẽ
aliquando contingat, vt ex mellis vsu febricitẽt aliqui:
non hoc per se melli tribuendum esse respondet Arnal
dus sed ex accidenti, si nimirum assumentis corpus pu-
tridis humoribus refertum fuerit. De biliosis idẽ quo- E
que sentiendum est, qui mel in bilem facilè cõuertunt.

Sed ad verificationem, nõ solũ quantitates sed etiam substantias]
Probè monet Arnaldus: Non enim quiduis subitò pa-
res in omnibus producit effectus. Sed si tamen de gra-
dibus medicamẽtorum extra compositionem agẽdum
sit: nec substantia nec quantitas obseruanda venit. Non
hic effectus, sed agendi vires exquiruntur: quæ quidem
uires eædem perpetuò sunt, & in omnibus etiam agen-
tis partibus. Itaque licet ad variam medicamentorum
compositionem, varia quoque mixtiliũ proportio de-
beat, obseruari: Dum tamen vires inter se conferuntur, F
eadem omnium debet esse quantitas: Nam si quid ma-
gna quantitate vix tantum efficiat, aut efficiẽdi vim ha-
beat: quantam aliud obtinet, id quoque parem faculta-
tis gradum non assequitur. Et cum mel multum sępéq;
sumtum, exiguam tamen caloris vim exerat, & ipso etiã
gustu dulcedinem, non acrimoniã linguæ conferat, vt
si quis calor sensu percipiatur, is suauis sit & corpore
temperato gratus: vix mel existimauerim seriem exce-
dere temperatorum, vel primum calefacientium ordi-
nem. Si verò fiat, vt assumtum ventriculo vel alijs parti-
bus molestum quemdam calorem conciliet, hunc ad- G
scititium dicimus esse calorem. Mel enim licet tẽpera
tè calidum sit, eiusmodi tamen substantiam habet, vt
facilè posit fieri calidissimũ Sit ergo mel actu mode-
ratè calidũ, vt quoad dulce est moderatè calefaciat: po-
testate verò secundum, vel etiam tertium calefacientiũ
gradum contingat. In gradibus autẽ constituẽdis nul-
lus est potestati locus. Nã quid quidque sit exquiritur,
non quid fieri possit. Cæterùm vt medicamenta dexte-
rè componantur, multa sunt præter primarum quali-
tatum ordines accuratè perpendenda: tum vt exacta cõ
cilietur consistentia medicamento, tũ vt efficax gratũ-
que reddatur medicamentum. Mel ferè non ad calefa-
ciendum adhibetur, sed vel ad gratiam, vel formam me
dicamentis inducẽda, quo fit vt quoduis aliud ex mix-
tilibus quantitate superet.

Si distemperata æqualiter in eisdem qualitatibus commisceatur, compositum resultabit distemperatum in terminis componentium. XXXIIII.

QVoniam ex ista obuiatione aliquo modo cõ-
surget æqualitas, quia. s. compositum suis cõ
ponentibus resultat æquale, ideò subiungit eam
post obuiationes æqualitatis, & veritas est eius
manifesta tàm per præcedentia, quàm per se & in
exemplis: nam si duæ medicinæ calidæ in secun-
do gradu commisceãtur, compositum in eodem
gradu calidum resultabit, non obstãte diuersitate
substantiarum & quantitatum, propter quod nõ
fit de ipsis in canone præcedenti mentio.

Si distemperata in eadem qualitate, ac diuersis gradibus coniungantur, compositum resultabit distemperatum inter vltimos terminos componentium. XXXV.

RAtio verificãs canonem est, quia omne inten-
sum de se intendit remissum, cui coniungitur,
& omne remissum remittit intensum, cui associa-
tur per maiorẽ participationẽ oppositæ qualita-
tis: vnde si calidum in fine primi cõmisceatur ca-
lido in fine secũdi, constat quòd caliditas minus
calidi eleuabitur per caliditatem magis calidi, &
postquam eleuatur, necesse est vt transcẽdat finẽ
primi, qui erat vltim⁹ terminus eius. Similiter ca-
lidum in fine secundi, qui fuit terminus vltimus
eius reprimetur, eritq; caliditas in composito vl-
tra finem primi, & citra finem secundi. Nã cõstat
quòd caliditas magis calidi deprimitur per min⁹
calidum ratione frigiditatis, quã in plus partici-
pat quã magis calidum: ergò necesse est in propo
sito exemplo, vt caliditas magis calidi descendat
infra finem secundi, & sic inter vltimos terminos
componentium, vt proposuit canon iste: hoc. n.
infallibiliter est verum de se, sicut patet in alijs.
Nam si calidum in fine primi cõiungatur calido
in fine tertij, compositum resultabit ex vi cõponẽ
tium calidum inter finẽ primi, & finẽ tertij: & si-
militer si cõponatur ex calido in fine quarti. Sed
ad quem situm determinatè cõplexio perueniat,
docetur in vltimo canone.

Si distemperata in oppositis qualitatibus, diuersis tamẽ gradibus, commisceãtur, eleuata qualitas deprimitur in compositio citra finem alicuius gradus inferioris, quantitatibus tamen atq; substantijs non repugnantibus. XXXVI.

CVm dictum sit supra quòd omnia componen
tia cuiuscunq; medicinæ tantũ sex modis pos
sunt in genere cõbinari, præmissis 5. subiũgit hic
sextũ, in quo nihil est solicitudinis, nec aliquid re
sultat æqualitatis. Quorum tamen aliquod erat

A

in præsentibus.& ideò istum modum,velut nullam in his habens conuenientiam cũ alijs, ponit extremum,in quo talem dat regulam.s.quòd si cõponentia medicinæ fuerint oppositarum qualitatũ,& in diuersis gradib.sẽper in tali cõposito deprimetur qualitas eleuata .i. qualitas,q̃ est in gradu superiori. Quantum autem deprimatur,exprimit hoc statim in generali,dicens, quòd citra finẽ alicuius inferioris .i. alicuius eorũ graduum, qui sunt sub gradu qualitatis eleuatę, vel altioris. In quibus verbis implicat duo, quorum vnum est, quòd medicina superioris gradus reducitur per suam oppositam ad aliquem gradum inferiorem. Secũdum est quòd qualitas in illo gradu, ad quẽ reducitur,non attingit finem,ita quòd in illo gradu integrè reponatur,sed potius in aliqua parte illius. Verbi gratia: si componentia sint frigidum in primo & calidũ in secundo vel tertio,vel quarto, calidum reprimetur à frigido nõ solũ per vnũ gradum,sed etiã amplius per partẽ inferioris gradus,ita quòd calidũ in secundo reducetur per frigidũ in primo ad calidum citra finem primi,& calidum in tertio,ad calidũ citra finẽ secundi,& calidũ in quarto ad calidũ infra finẽ tertij. Veritas autem & necessitas huius dicti clariùs patebit,si tribuli & spinæ prius exstirpẽtur à consideratione pręsenti. Auer .n. huic sententiæ contrariatur in parte,& in hac cõbinatione specialiter gloriatur, se inuenisse regulam infallibiliter graduandi medicinam compositam, inquiens absolutè, quòd quandocunq; cõponentia sunt oppositarũ qualitatum,& diuersorum graduũ,semper inferior reprimit superiorem præcisè tantum, quãtum ipse inferior distat à temperato,& hanc dicit breuem esse,& expeditam,ac infallibilem regulam. ¶ Sed quoniam in his quæ tantùm rationis sunt, & nõ fidei,vel fortè solius experimẽti,nemo sine rationis euidentia tenetur alicui credere: Considerandum est diligenter,vtrùm eius regula contineat veritatem: nã si vera esset,omninò refelleret propositũ aphorismũ. Si tamẽ subtiliter ei9 doctrina discutiatur,inuenietur irrationabilis ac erronea. Dicit.n. absolutè, quòd primus gradus reprimit superiorem per vnum gradum tantum, & secundus per duos,& tertius per tres,ita quòd frigidũ in primo reducit calidum in secũdo, ad calidũ in primo reducit calidum in secundo ad calidum in primo integrè,& calidum in tertio ad calidum in secundo,& calidum in quarto,ad calidum in tertio: & quoniam de hoc facit artem,quia dat per regulam formaliter artem constituentem, constat, quòd reddit se certum,quoniã ars,quæ ducit infallibiliter ad certa,sẽper de certis est,vt suprà dIximus. ¶ Certitudo verò artis non requiritur humano labore nisi duobus modis.s. ratione, & experimento,ita quòd quandoque tantùm experimento,sicut illa regula naturarũ.s.quòd acus magnete contacta vel informata si super aquam natauerit,axem indicat polorũ firmamenti, subtractò Magnete. Quandoq; aũt sola ratione,sicut certitudo,quæ habetur de circumferentia, vel diametro terræ,vel supra cœlestium corporum: quãdoque verò vtroq; modo acquiritur,sicut certitudo quę habetur de qualitatibus cõplexionalibus mistorum: Cum igitur hanc regulam dicat esse certam,oportet,vt aliquo prædictorum modorũ ac-

Regula Auer. quam credit infallibilem.

Contra illam.

Certitudo artis ratione & experimento acquiritur.

A quæsiuerit eius certitudinẽ: sed constat quòd non primo modo,quoniã ea quorum certitudo habetur solo experimento nõ sunt nisi ea, quorum est causa solùm proprietas. Hìc autem agitur de mensura complexionis,quæ non est effectus proprietatis,& ideo non potest ex parte ista solum experimentum esse infallibile: cùm ergo dicat,hoc esse infallibile,oportet vt ad hoc dicẽdum moueatur ab aliqua ratione,qua suum experimentũ confirmet: posito quod fuisset expertus sic, cùm tamen B ipse fateatur,se caruisse medicinalibus experimẽtis,& pro eis remittat discipulos suos ad traditiones Auenzoar. Quæramus igitur quę ratio mouerit eum ad dãdũ regulam supradictam. Si.n.ratio recta fuit, oportet vt trahat originẽ à fundamẽto, quod ab omnibus ponitur in gradibus cõplexionatorum,& est,quia gradus distinguũtur numeris secundum aliquod genus proportionis, sicut patuit 17.& 18.apho.superiùs. Si ergo per rationẽ comprehendatur mensura intensionis & remis- C sionis componẽtium in cõposito,necesse est hoc fieri per rationes numerorum,quia,vt suprà probatum est virtus excedens,excessa,& deprimens,& depressa non comparantur inuicem,nisi sub rationibus numerorum: constat.n.quòd in tali cõposito vna est deprimens, & alia est depressa, & ambæ sunt inuicẽ resistentes: sed quantum plus, vel minus resistit vna,quàm alia, vel quantũ vna deprimit aliam,non potest ratione cognosci, nisi cognoscatur proportio virtutis vnius ad virtutẽ D alterius: Nam excessus duorum comparatorum adinuicem non potest cognosci,nisi quantitates extremorum,vel mensuræ cognoscantur. Cùm igitur comparantur oppositæ virtutes diuersorũ graduum penes potentiam resistendi & deprimẽdi in cõposito,necessariò conuenit mẽsurare illã potẽtiam in illo composito penes accessum,& recessum virtutis eius,ad virtutes extremorũ .s. cõponentium: sed virtutes extremorum quantum ad potentiam deprimendi & resistẽdi, formaliter E consistunt in diuersis proportionibus. Cùm igitur ratio deprimendi & resistendi non sit alia in composito,quàm in componẽtibus, & sit in ipsis componentibus sub aliqua specie proportionis, oportet vt similiter sit in cõposito. Ad cognoscendum igitur determinatè,quantum vna deprimit alteram,& quantũ altera ei resistit,necesse est cõparare proportiones,quas habent in composito ad proportiones ipsarum in componẽtibus. Sed proportiones in aliquibus rebus accipi non pos- F sunt,nisi secundum rationem maioris & minoris numeri. Numeremus igitur portiones qualitatũ oppositarum,quæ sunt in componentibus secũdum fundamentum,vel potentiam eius, & dicamus,quòd frigidum in primo habet duas partes frigiditatis,& vnã caliditatis,quia, vt suprà diximus,ipse ponit,quòd primus gradus semper est duplus ad temperamentum, & in hoc conuenit cũ Alkindo: calidum autẽ in quarto habet quinq; portiones caliditatis,& vnã frigiditatis. Secundũ G hanc igitur rationem in medicina cõposita ex frigido in primo,& calido in quarto,tunc erũt in sũma sex portiones caliditatis,& tres frigiditatis: & sic frigiditas erit medietas caliditatis, & caliditas erit dupla ad frigiditatem. Sed secũdum eum ista proportio constituit gradum primũ; Ergo talis medi-

medicina cōposita esset calida in primo gradu, & sic frigidum in primo reduceret calidū in quarto ad calidum in primo. Si verò coniungatur calido in tertio tūc secūdū rationē eius calidū in 3. habebit quatuor portiones caliditatis, & vnā frigiditatis: frigidum verò in primo habet vnam caliditatis & duas frigiditatis, & sic in vniuerso erūt quinque portiones caliditatis, & tres frigiditatis. Patet autem quod tres sunt plus quàm medietas respectu quinq;, si ergò prius, quando erat medietas caliditatis, reducebat quartum ad primū: Modo cū sint plus quàm medietas reduceret tertiū ad minus, quàm primū. Et secundū eandē rationem ad multò minus reduceret secundū, & ita frigidū in primo sēper reduceret calidū in quocunq; gradu superiori ad primum gradū præcisè, vel ad multò minus eo: & hæc omnia sunt abusiones & deliramenta. Nec potest dicere, quòd modus accipiēdi portiones sit alius, quoniā impossibile est, vt alius sit stante fundamēto, quod ipse posuit. s. quòd gradus distinguantur illis numeris supradictis, vnde cū eiusdē rationis sit gradus in cōposito & in cōponētibus, oportet quòd eisdē numeris cōstituātur gradus in cōpositis, qbus & in cōponētibus, & p cōsequēs idē erit modus accipiendi proportiones. s. p numerum vnius qualitatis, relatum ad numerum alterius.

Fundamentum Auer. Et contra illud.

¶ Cū igitur p rationē sumtā ex fundamento suæ positionis non verificetur regula supra data p eū, adhuc restat quærere, qua ratione dixit absolutè, quòd omnis gradus inferior deprimit superiorē oppositæ qualitatis tātū præcisè, quātū inferior distat à temperato. Nam si dixerit se habere aliā rationē, iā euitare non poterit, quin sua doctrina sit irrationabilis, quoniam ex principijs acceptis nō infert cōclusiones, imò, vt patuit, cōclusiones eius repugnāt suis principijs, qa ex principijs aliud sequitur, q̃ sua regula cōtineat. Sed esto quòd habeat aliā rationē illi⁹ dicti, tūc quæramus q̄ sit illa, nec insinuatur ex verbis ei⁹ qđ alia sit, nisi qa omnis qualitas, quātū eleuatur supra tēperatā, tātū fortificatur supra oppositā, & p cōsequēs tantū pōt eā deprimere: & licet hoc verū sit, tamē in proposito nōdū sufficit hæc ratio, qa quāuis frigiditas in primo fortificetur p vnū gradū supra caliditatē tēperati, non tamē in eadē pportione se habet ad caliditatē quarti, tertij, & secundi. Sed inter quascunq; virtutes diuersa est proportio, necesse est, vt diuersus sit effect⁹ mutuæ alterationis vel actionis. Vnde penit⁹ est irrationabile, qđ æqualiter deprimat quēlibet illorū graduū. Nec potest dici, quòd aliud sit principiū huius inuestigationis, quia in cōsideratione mutuæ actionis duarum virtutum oppositarum in aliquo cōposito, nullum est aliud principium à quo possit inchoari ratio inuestigandi mensurā depressionis vnius, & resistentiæ alterius, nisi operatio proportionis virtutum in misto ad proportiones earum in cōponētibus. Et qui per hác viā nō procedit, nō est in processu suo philosoph⁹ nec vulgaris, nam in fractionibus & integris numeris quarumlibet quantitatum, & virtutum, tā philosophus, q̃ vulgaris cōsiderāt proportiones: Sed causa deceptionis in talibus est arrogātia ingenij: cùm. n. sunt ingeniosi & perspicaces, præsumunt de se plus q̃ sint, & supponunt, quòd eorū cognitio sit indeceptibilis, & ideò negligūt discutere quod præsentat eis sua phantasia, & sic deluduntur ab ea, & talis fuit autor iste specialiter in medicinalibus cōsiderationibus. Nam in omnib⁹ errauit, in quibus inuectus est cōtra Gal. ideo cōtra eū specialiter scripsimus tractatū de intentione medicorum, & tractatum de considerationib⁹ operis medicinæ, de dosi theriacalium medicinarum, ne laberentur in errorem debiles occasione dictorum suorum. Vnde in proposito sola phātastica persuasione delusus est, vidēs. n. quòd ex æqualibus æquale resultat, iudicauit sub diffusa phantasia, vel cogitatione, quòd si vtrumq; cōponentiū residet p oppositā qualitatē, secundum diuersos gradus, vnū remitteret alterū secūdū elōgationē eius à tēperamento. Et quod magis mouet eum ad hoc credendū fuit, quòd omnis excessus mēsuratur p cōparationē ad quale. Quod quidē licet verū sit, tamē in hoc latet deceptio, quia quæcunq; cōparātur ad æquale, nō cōparātur ei secūdū eandē pportionē, nec etiā adinuicē omninò, vt patuit suprà, & paulòpost applicabitur pposito. ¶ Sed ex dictis patet, quòd doctrina huius Arabis irrationabilis est, & erronea, & per consequens inartificialis. Quod etiā nō minus clarè patet ex regula, quā dedimus in graduando medicinā cōpositā ex cōplexionatis in eadē qualitate, ac diuerso gradu: quoniā in tali medicina nec directè, nec certè docuit inuenire gradum, vel sitū complexionis. Dixit enim quòd si talis compositio fiat, verbi gratia, vt calidi in primo cum calido in secundo, vel tertio, vel quarto, quod in primo calidum, quia plus participat de frigiditate quàm calidū in aliquo gradu altiori, ideò deprimit quēlibet illorum. Sed quātum deprimat nesciuit determinatè mensurare, nec docuit illud facere directè, imò indirectè, quia per viā remotionis, vel negationis dicens, quòd illud non est tantū quantū potest deprimere medicina oppositæ qualitatis in eodē gradu, nec tantū quātū pōt tēperatū, quia frigiditas, qđ est calidū in primo, nec est in eis tāta, quāta est frigiditas tēperati: & ideo dixit, quòd calidū in primo reprimit calidū in aliquo gradu superiori minus, q̃ frigidū in primo, & minus, q̃ tēperatū: licet respectu frigidi in primo reprimat multò minus, q̃ respectu tēperati. Sed illud minus indeterminatū relinquit, & ideo incertè docuit, quantū sit. Nihil. n. certè cognoscitur nisi in suis pprijs terminis cognoscatur & ideò cognitio p definitionē facta dicitur cognitio termini, quoniā definitio cōtinet pprios limites definiti. Vnde qa nō docet istę prędictæ remissionis terminū vel limitē inuenire, sed tantū docet cōsiderare mēsurā depressionis remouēdo terminos aliorū, patet quòd ei⁹ doctrina indeterminata est, & incerta vel cōfusa, & per cōsequēs inartificialis, quia in incerto termino relinquit intellectum, maximè cùm calidum in primo non in eadem proportione respiciat calidū in secundo, in tertio, & in quarto, vnde nec æqualiter reprimet, quorū nihil per artem suam determinatè docet. Causa huius defectus fuit, quia non considerauit augmētum & diminutionem in virtutibus cōplexionatorum secundum differentias proportionum, sine quibus nunquam inter inæquales quantitates possunt augmentum & diminutio determinatè accipi, sicut patet in Arithmetica, Geometria, & scientia

Alius error Auerroh.

Cognitio per definitionem est certa cognitio.

de ponderibus. Nec est credendum, quòd ipse omiserit hîc considerare propter ignorantiã, quoniã cùm nouerit quadruuialia, credibile est, quòd nõ ignorauerit saltem omninò naturas numerorum, & rationes proportionũ, nec verisimile est, quòd omiserit propter contemtũ, quia tunc fuisset amens & flagellis egẽs. Nam cùm in definitione graduum vtatur numeris, & proportionibus, vt suprà patuit, amentia fuisset eorum considerationem negligere, sicut ille, qui aliquid distribuit cũ mẽsura, negligere differẽtias illi⁹ mẽsuræ. Sed credibile est quòd huius occasio fuerit erroneũ fundamentum: videns .n. quòd per portiones & numeros, in quibus gradus distinxit, nõ poterat graduare medicinas cõpositas, absq; magno errore, vt suprà patuit, incidit in Scyllã cupiẽs vitare Charybdim. Vnde, q̃a errauit in principijs, nõ potuit rectè procedere, nec errores in conclusionibus euitare, sed apparentiam secutus leui cõsideratione seipsum & intellectum discipulorum suorum trahit ad imperfectam cognitionem vel ad falsum, & inconueniens in compositis medicinis ex differentibus gradibus.

Declaratio aphori. cum virtute regula.

¶ Redeuntes ergo dicamus, quemadmodũ aphorismus proposuit. s. quòd medicina inferioris gradus deprimit oppositam superioris gradus plus, quàm per vnũ gradum, & quantò superior est, tantò plus ab ea deprimitur secundũ rationẽ ꝓportionis, cui⁹ ratio est, quia proportionaliter plus confortat depressam superioris gradus, quã inferioris. Ponamus autẽ in terminis propter tyrones, & sit primum exemplum nobis cõpositio frigidi in primo cum calido in secundo gradu: cùm igitur ostẽsum sit, quòd recta ratio mensurandi depressionẽ procedat per cõparationẽ proportionis qualitatum oppositarũ in cõposito ad proportiones earũ in cõponentibus, & proportio solis numeris cognoscatur, cũ sit habitudo inæqualium numerorũ, colligamus numeros qualitatũ cõponentiũ, & ex hoc apparebit nobis, qualis proportio resultabit inter eas in cõposito. Constat igitur, secundũ fundamẽtum suprapositum, quòd frigidũ in primo habet duas partes frigiditatis, & vnã caliditatis, & calidum in secundo habet quatuor caliditatis, & vnã frigiditatis: si ergo iungantur calidæ calidis, & frigidæ frigidis, erunt in summa calidæ quinq;, & frigidæ tres in tali cõposito. Numeratis igitur proportionibus oppositarum qualitatũ cuiusq;, iam nõ restat nisi videre qualẽ habeant adinuicẽ proportionem: nã si habeãt proportionẽ, quã habent in altero componẽtium, erit compositum eiusdẽ cõplexionis cum illo cõponente: si verò neutrius habeat proportionem, nõ habebit cõpositum cõplexionẽ alicuius cõponentis, sicut est in proposito exemplo: nã cùm partes frigidæ sint tres, & calidæ quinq;, iam patet, quòd inter partes frigidas & calidas cõpositi non est eadem proportio, quę est inter eas in cõponentibus. Nam in frigido in primo gradu caliditas erat media pars frigiditatis, in calido verò in secũdo frigiditas erat quarta pars caliditatis, sicut fuit suprà determinatũ, licet tres nec sunt medietas respectu 5. nec quarta pars: & sic cõpositum nõ erit complexionatũ in primo gradu integrè, nec in secundo. Sed cùm frigiditas sit magis, q̃ quarta pars, constat, quòd deprimet caliditatem infra secundũ. Traditũ .n. fuit suprà, quòd quando vna qualitas est quarta pars respectu oppositæ, tunc complexio seruatur integrè in secundo. Cùm igitur hîc sit plus, quã quarta, descendere faciet infra secundum, & iterum cũ sit plus, quàm medietas, simili ratione deprimet adhuc caliditatẽ infra primum seu finẽ eius. Sed quantum sit illud in vltimo canone dicetur, hîc autem sufficit demonstrare propositum. Et iam patet ex his, quòd frigidum in primo deprimit calidum in secundo plus, quã per vnum gradum ordinis infra finẽ primi, & hoc fuit propositum. Et simili calculatione patebit, quòd frigidum in primo deprimit calidum in tertio infra finem secundi: nam calidum in tertio habet octo partes caliditatis, & vnam frigiditatis, & frigidum in primo duas frigiditatis & vnã caliditatis, & sic in summa erunt in cõposito 9. partes caliditatis, & tres frigiditatis. Iã autẽ patet quòd 3. respectu 9. sunt tertia pars tantùm, ex quo patet, quòd sunt plus, quàm 8. pars: & sic nõ conuenit ei proportio tertij gradus, in quo caliditas excessa est 8. pars respectu excedentis. Cũ igitur hîc sit plus quam 8. descendere faciet caliditatem infra tertium, & simili ratione cùm tertia pars sit maior quarta, quæ pertinet ad secundum adhuc facient ipsam descendere infra vltimum terminum secũdi, & hoc fuit propositum. Et certè secundum eundem modum patebit, quòd frigidum in primo reprimit calidum in quarto infra finem tertij Rationes enim numerorũ & proportionũ ita sunt stabiles & fixæ, quòd nunquam rectè calculantem decipient, nec in numero defraudabitur. Similiter si frigidum in secũdo cõiungatur calido in quarto, deprimet ipsum plus, quàm per duos gradus. s. quia infra finem secundi: & si frigidum in tertio coniungatur ei deprimit ipsum plus, quã per tres gradus, quia infra finem primi. Sic. n. infallibiliter inueniet rectè calculans, sicut tabulæ repræsentãt. ¶ Ex prædictis ergo patet propositum. s. quòd cõplexionatũ gradus inferioris deprimit oppositum gradus altioris, non solùm tantum, quantum ipse inferior gradus distat à temperato, sicut dixit Auer. sed etiam plus. Et huius ratio est, quia qualitas, quæ est in gradu inferiori, non inuenit qualitatem superioris gradus liberam vel solutã, imò ligatam cum aliqua portione, quæ est de natura inferioris. Nam sicut dicebatur, frigiditas primi grad⁹ inuenit cũ caliditate secundi, vel aliorum sequẽtium aliquã portionem frigiditatis, quæ portio cùm adiungitur frigiditati primi gradus, iam facit ipsam elongari à temperato plus quàm ante, per quod additamẽtum acquirit, vt deprimat plus, quàm distat à temperato. ¶ Melius etiam patet, si consideretur ratio, propter quam plus deprimit superiorem, sicut in sequenti canone & in tabulis clarefiet: frigidum enim in primo plus deprimit proportionaliter calidum in quarto, quàm calidum in tertio, & plus calidum in tertio, quàm calidum in secundo, cuius oppositum prima fronte videretur.

Hic cecidit Auer.

¶ Propterea quia quãtò fortior est virtus, tãtò minus frenari potest à sua opposita, & ideò, quia in hoc passu cecidit Auer. & alij multi magni sequẽtes eum, expedit vt subtiliter, atq; attẽtè consideretur hæc veritas: loquendo. n. absolutè nõ est necessarium quòd frigidum in primo plus reprimat calidum superioris gradus, quã inferioris. Quod

ex hoc patet, quia magis facit appropinquare tẽperato calidum inferioris gradus, quàm superioris: sed tamen si depressio vnius & alterius consideretur secundum proportionem, maior erit depressio superioris quàm inferioris: & propter hoc fuit dictum antè, quòd magis deprimit superiorẽ quàm inferiorem proportionaliter, & qui recolit ea, quæ dicta sunt in compositione temperati, cũ distemperato suprà in apho. 25. facile videbit hîc veritatem. Si. n. coniungatur frigidũ in primo calido in secundo, cõstat quòd frigiditas primi, quę est dupla ad caliditatẽ, coniungitur frigiditati secundi, quæ est quarta respectu caliditatis eius. Si autem frigidum in primo coniungatur calido in tertio, iã illæ duæ portiones primi grad⁹ addẽtur frigiditati tertij, quæ est octaua in eo: & simili ratione in quarto addẽtur portiones frigiditatis primi grad⁹ ad frigiditatẽ eius, quæ est in eo 16. pars respectu caliditatis. Quãtò autem 16. pars minor est, quàm octaua, & octaua minor est, quã sit quarta, tantò proportionaliter illæ duæ partes frigiditatis primi gradus fortificãt plus frigiditatẽ quarti, quàm tertij, & tertij, quàm secundi: sed in se cõsideratę semper sunt ęquales. Cũ igitur aduenĩũt frigiditati, quæ ligat 16. partes caliditatis, magis proportionaliter fortificabunt eam, quã ligãtẽ 8. & istã magis, quã ligantẽ 4. quantũ verò plus deprimat illi oppositã, vt fortificet cõplexionalẽ, in sequẽtibus patebit. Nec in talibus exercitari paruipẽdere debet fideliũ studentiũ cætus, ne gloriã suam alteris relinquere videatur: quia nõ est credibile, vt populus discedens à veritate, sicut ille reprobus Iudæorum, aut tenebrosus paganorum, intueri possit, ad plenum eam in omni genere cognoscibili, sed solùm hoc debetur sequẽti populo veritatis. ¶ Quod autẽ additur in fine aphorismi de quãtitate & substãtia, intelligi debet sicut expositum est in ante habito aphorismo. Etenim si frigidum in primo, quod iũgitur calido in secũdo, vel superioris gradus, esset valde minoris ponderis quàm primũ, vinceretur omninò secũdum sensuum ab opposito, & non deprimeret ipsũ sensibiliter: at si valde maioris põderis esset respectu oppositi, quàm exigat primum pondus, non solũ deprimeret, sed omninò tolleret eius impressionẽ sẽsibilẽ, sicut si miscetur ʒ. 1. cinamomi cũ 1. ℔. sacch. penitus, quantũ ad sensum, vinceretur siccitas, quæ est in secundo gradu, in cinamomo ab humiditate primi gradus sacchari. Et similiter fieret, si contingeret e conuerso. s. quòd complexionatũ in altiori gradu non esset cõueniẽtioris quãtitatis. Oportet igitur ad verificationem huius canonis, vt concurrant in cõuenientibus ponderibus. s. primis, vel habentibus illorum proportionem: qualiter autem prosit ad rectitudinem iudicij substantiarum conformitas, dictum est suprà.

COMMENTARIVS.

Sed secũdum eum ista proportio constituit gradum primum] Cũ dixisset Arnaldus, Auerrhois hanc esse senrentiam, vt mixtis oppositarum qualitatum, graduúmq; diuersorum medicamẽtis, quod imbecillius fuerit, fortius id tot reprimat gradibus, quod ipsum reprimens à temperatorum ordine recesserit: nescio quàm aptè ad propositũ hæc in Auerrhoem ratio proposita sit. Fatetur (inquit Arnaldus) Auerrhoes vbi dupla est ad frigiditatẽ caliditas, primum hũc esse gradum caliditatis: At si medicamentum primo gradu frigidũ ei coniungas quod quarto gradu calefaciat, calidæ partes quantitate dupla frigidas superabũt. Primus ergo gradus ex hac cõpositione constituetur: quod tamẽ est absurdissimum. Prior certè Auerrhois sẽtentia nequaquam hac ratione conuellitur: Sed si propositum exemplũ ad Auerrhois regulam referas, ex quarto calefacientis medicamenti gradu tertius exsurget: Frigidum namq; medicamen à temperatis vno distat: Vnus ergo gradus calido medicamẽto detrahitur. Aliud hac in re subolfacio: Cùm suprà multis Auerrhoem argumẽtis confutauerit Arnaldus, hoc etiam adijci poterit: nimirum vt demõstretur proportione dupla quemlibet gradum ab immediatè præcedenti distare, nõ vnitatis adiectione: Nam si quot sunt gradus, tot adijciãtur vnitates, in quarto gradu calidorũ quinq; modo caliditatis partes inuenientur & vna frigiditatis. In primo autem frigidorum gradu partes duæ frigidę sunt, & vna calida: quas vtiq; partes si cõiunxeris, calidæ frigidas duplo superabunt. Atq; ita secundum Auerrhois sententiam consequi docet Arnaldus, vt medicamẽtum constituatur in primo gradu calidum. Age verò quid ex Arnaldi sententia cõsequetur? Hoc ipsum medicamentum in nullo gradu consistere: quod perinde vt illud absurdũ est. Vult enim Arnaldus quartum calidorum gradum sedecim habere caliditatis partes, vnám vero frigiditatis: Ergo si medicamentũ primo gradu frigidum adijciatur, partes erunt calidæ septẽdecim, & frigidæ tres. Summus autem gradus est medietatum sedecim, non plurium. Si verò proportionem in hisce duplam exquiras, nulla est quæ gradum aliquem referat. Sed si quis syncerè tamen Auerrhois sententiam interpretetur, nequaquam explodenda fuerit. Nam in excessiuum supputatione, temperatorum partes adnumerari non decet, cùm nihil ad excessum faciat, quod temperatum est. Quamobrem quarti gradus quatuor duntaxat sunt caliditatis partes, frigida verò nulla: Quódq; frigidum est primo gradu medicamentum, id nullam caliditatis partem habet excedentem, & vnicam frigiditatis, vt in hac cõpositione quatuor sint caliditatis portiones, & vna frigiditatis, quæ si conferantur inter se, frigiditatis vnica pars vnam caliditatis partem assumet, vt inde constituatur æqualitas: adeóq; tres calidæ supererunt partes, quæ cùm superare dicantur, tertium quoq; caliditatis gradum constituent. Sed omnibus hisce posthabitis, longè aliter de medicamentorũ compositione sentiendũ est: Non enim quæ conferuntur simplicium partes omnes in compositione manent: Sed cum hæc physica, nõ simplex sit mixtio, viribus medicamẽta contrarijs in seinuicem agunt, vt inde partes aliquot aboleantur & dispereãt, quarum in supputatione nulla debet haberi ratio.

Vnde penitus est irrationabile quod æqualiter deprimat quemlibet illorum graduum] Hoc est quod ad confutandum Auerrhoem proferendum fuit: Nam si qualitas inferior agit in superiorem, ipsius tamẽ patientis habenda est ratio: dum quicquid patitur quibus potest viribus agentis iniuriam auertat. Non ergo quod validè calidum est tantum à frigido patitur, quantum quod caloris vires habet imbecilliores: Inquit autem Auerrhoes, quod frigidum est in primo gradu, secundi, tertij vel etiam quarti gradus calorem tãtum reprimere, quanta fuerit eius à temperatis distantia, nec discrimen calidorum adiecit. Dixerim ego, si primi gradus frigiditas secundi gradus caliditatem vno gradu reprimat, non idem esse tamẽ de calidis in quarto gradu proferẽdũ: Ita nãq; leuiter afficiũtur, vt in eodẽ caliditatis gradu nihilominus persistant, non exiguam scilicet obtinẽte latitudinem.

Constat igitur secundum fundamentum suprapositum, quod frigidum in primo] Auerrhois sententiam quodammodo non iniuria confutauit Arnaldus: Iam verò suam ipse confirmat exemplis aliquot, quæ si probè disquirantur, non magis ad Arnaldi, quam Auerrhois propositum faciẽt. Primum est exemplum, si primo gradu frigidũ calido medicamento secundum assecuto gradũ iungatur, frigidum illud medicamentum calorem huius reprimet

(inquit Arnaldus) plus quam per vnum gradum, vt ita medicamentum id ex vtroque compositum in medio vel infra finem primi gradus calidum existat: quod nos manifestissima ratione falsum esse conuincemus. Si calidum medicamentum eiusdem gradus frigido coniungatur, temperatum euadet medicamentum, vt ex theoremate 33. liquet: ea nimirum de causa, quod pariter agat & patiatur vtrumque, nec vincat aut excedat alterutrum. At verò si primo gradu frigidum calido secundi gradus admisceatur, huius calor illius frigiditatē vincet, adeóque totum calidum erit medicamētum, licet id quidem paulo minus, quàm fuerat ante commixtionem. Rationi tamen nequaquam consentaneum est, quod ait Arnaldus plus quam per vnum gradum, calorem hunc à frigido medicamēto reprimi. Cum enim gradus secundus quatuor medietatibus definiatur: equidem si quod secūdo gradu calidum erat, iam in primi gradus medio consistat quinque caloris medietatibus destitutum esse perhibebitur. Qui potuit autē medicamentum, quod tres modo frigoris medietates obtinebat, opposito medicamento quinque calidas detrahere medietates? Nihil alteri plus quàm habeat contribuere potest. Et nouimus etiam in hac physica contrariorum mixtione, quod agit, vicissim etiam pati, ne frigidum suo contrario tantum caloris detrahere possit, quantū frigoris ipsum obtinet. Pręterea si medicamentum hoc duas solum caloris obtineret, vt illud duas frigoris habet medietates, non posset tamen frigidū plus vna medietate calido detrahere: minus ergo validiori detraxerit.

Cum igitur hic sit plus quam quarta descendere faciet] Nihil hoc est, dum inquit Arnaldus, *Cum sit plus quam quarta pars*: Quanta sit exprimendum fuerat, vt proportio caloris & frigoris intelligeretur. Sunt autem tres frigoris medietates & quinque caloris. Nondum ergo dupla proportio est, quo fit vt medicamentum id ex vtroque compositum, ne primum quidem caloris gradum assequatur.

Iam autem patet quod tria respectu nouem sunt tertia pars] In hoc exemplo triplus est calor respectu frigoris. Nullus autem gradus hac proportione definitur, vt ex propositis ab Arnaldo regulis constat. Hic tamen asserit medicamentum de quo agitur infra secundi finem consistere. Quo posito secundum gradum non quadrupla modo, sed etiam tripla proportione describendum esse consequetur, præterquam supra docuerit Arnaldus. Et hæc erit graduum ratio, duæ medietates vni contrariæ si coniungantur, primum caloris aut frigoris gradum constituent: Si vero triplus aut quadruplus fuerit calor, secundum. At si quinque, sex, septem, aut octo caloris partes fuerint, medicamentum in tertio gradu calidum esse statuetur.

Et huius ratio est, quia qualitas quæ est in gradu inferiori] Pulcrè verò quasi tāta sit huic qualitati vis, vt tātū calorē adeo reprimere possit. Primo gradu frigidū duas frigoris habet medietates, vnā caliditatis & quarti gradus caliditas sedecim cōstituitur partibus vnaq; frigiditatis. Iūctis ergo medicamētis tres erūt frigoris partes, caloris vero septēdecim. Agunt autē hæ partes in se inuicē, cū sint contrariæ: cúmq; calidæ longo interuallo frigidas superēt, tanto quoque minùs à frigidis patientur. At si tamen paterentur æqualiter, demtis duabus frigiditatis partibus, & vna remanente, caloris etiam duabus sublatis partibus, quindecim nihilominus superessent. Præterea si tres frigidę partes tribus calidis iungantur, temperatum quid efficiunt: quo quidem constituto, calidæ tamen remanebunt quatuordecim. His itaque rationibus constat medicamentum quarto gradu calidū, licet alteri coniungatur quod secundo frigidum sit, in eodem tamen caliditatis gradu persistere.

Ratio propter quam plus deprimit superiorem] Hęc supputatoria est ratio, quę sesui cōmuni repugnat manifestissimè: Nam quanto quid validius extiterit, tanto quoq; minùs à cōtrario patietur, vt modò dictum fuit. *Inferior qualitas* (inquit Arnaldus) *magis deprimit superiorē quam inferiorē proportionaliter*. Sua vicit Arnaldus proportionalitate. Quasi uero nos contrarium asserentes, proportionem iudicemus esse negligendam. Nouimus enim quę graduum est, eamdem quoque virium esse proportionem: vt si quartus gradus octo medietates obtineat plures quam tertius, octo quoque partibus à contraria qualitate patiatur minus quàm tertius: cum ea ratio sit contrariorum in seinuicem agentiū, vt quod agit magis, id ipsum minus quoque patiatur.

Qualiter autem prosit substantiarum conformitas] Graduum viriúmq; proportio minimè constitui potest, nisi contrariæ qualitates eadem quantitate ponantur. Et cū hæ qualitates abstractæ non sint, sed in suis consistant subiectis, quæ subiecta plurimum quoque conferūt ad variam qualitatibus alterationem inducendam: prudenter certè monuit Arnaldus, vt non modo qualitatum, & quantitatis, sed etiā substātiarū habeatur ratio. Cōpositionis modū adijcere liceat, vt in cōmentario pręcedētis regulæ dictum est. Sunt enim medicamenta quædā substātiæ rarioris, partiúmq; tenuiū, quibus calor leui coctura, vel solo etiam tempore discutitur. Alia vero dēsiora sunt, & quæ cocturam vel fermentationem facilè perferant. Hæc & alia eiusmodi medicamēta composituris diligenter obseruanda sunt.

Ad illum terminum deprimitur complexio medicinæ compositæ, cuius proportionem seruant adinuicē portiones qualitatum oppositarum. XXXVII.

QVoniam inter prædictas sex combinationes secundum genera complexionis tres sunt, in quibus per prædicta non habetur certus terminus complexionis in composito, ideò subiūgitur hîc iste vltimus aphorismus, in quo datur canon rectè inueniendi terminum ad quem præcisè ducitur eius complexio. Et quia in omnibus tribus illis combinationibus notabiliter ducitur cōplexio ad terminum suum per depressionem alicuius qualitatis, ideò specialiter terminum refert ad motum depressionis. Est ergo regula, quā intendit hîc, scilicet quòd complexio ducitur in composito ad illum terminum, cuius est proportio, quæ resultat inter oppositas qualitates componentium: & dicit terminum notabiliter, ad denotandum, quòd per hanc considerationem non solùm inuenitur gradus complexionis, sed etiam meta gradus. Et circa modum inueniendi nobis insinuat duos actus quibus inuenitur quartum quæsitum, & gradus vel meta. Quorum primus est manifestare seu colligere numerum portionum qualitatum oppositarum ex gradibus componentium secundum formam expressam in ante habito aphorismo. Nam cum necesse sit accipere proportionem earum adinuicem, & proportio non cognoscatur sine numeris, oportet prius numeros earum habere præ oculis intellectus. Secundus verò actus est indicare de proportione, quæ fit. Forma verò indicandi, sicut patet ex prædictis, est ista, scilicet vt accipiatur denominatio qualitatis excessę ab excedente, id est, vt consideretur quota est, vel quota denominetur respectu excedentis. Nam, sicut ostensum fuit superiùs in aphorismo 25. semper in omni gradu qualitas excessa denominatur ab excedente.

¶ Ponamus ergò breuiter exemplum in omni situ complexionis, vt plenior sit doctrina, & dicamus, quòd si portiones qualitatum oppositarum comparatæ adinuicem sint æquales numero, ita, scilicet vt tot sint frigidæ quot calidæ, aut tot siccæ, quot humidæ, iudicabimus comple-

Ad inueniendum gradum

plexionem illius medicinæ compositæ deduci ad temperamentum in illis qualitatibus, & sic esse temperatum in talibus, vel talibus qualitatibus. Si verò inuenimus quòd qualitas excessa sit medietas, respectu excedentis, ita quòd excedens sit dupla ad illam, præcisè dicemus talem medicinam esse complexionatã in primo gradu per qualitatem excedentem, quoniam qualitates oppositæ seruant adinuicem proportionem primi gradus. Si verò qualitas excessa fuerit quarta pars respectu excedentis erit in gradu secundo. Si verò fuerit, vel denominetur 8. respectu excedentis erit in tertio. Si verò fuerit tantum 16. respectu illius erit integrè complexionata per eandem qualitatem in quarto gradu. Et sic patet qualiter per cognitionem proportionis qualitatum oppositarum habetur notitia gradus, in quo integrè situatur complexio. Si verò complexio medicinæ compositæ gradum aliquem integrè non attingat, similiter inuenietur, in qua meta illius gradus præcisè locatur per considerationem proportionis, ita quòd illius, si rectè quis numerauerit, non fraudabitur, nec in aliqua proportione deficiat quantumcunque sit minima. Nam quicquid producitur aut generatur ex numeris, necessarium est, & infallibile, vnde si quid prouenit ex eis & non conuenit proposito, proculdubio se non rectè numerasse cognoscat. ¶ Ad inueniendum autem metam, in qua inuenitur complexio scire oportet duo, scilicet in quibus combinationibus hîc cõtingit, & qualiter hîc inueniatur per notitiam proportionis. Et de primo sciẽdum est, quòd nunquam contingit, complexionem compositi situari in metis alicuius gradus, & nõ in toto, nisi in illis combinationibus quæ fiunt ex diuersis terminis, & istæ combinationes in genere non sunt nisi tres, vt in principio huius aphorismi tangebatur: quarum vna est temperati cum distemperato: alia verò est duorum distemperatorum in simili qualitate, & diuerso gradu: tertia verò est in oppositis qualitatibus: & diuerso gradu, quæ tres combinationes 16. modis secundum speciem variantur, sicut patet in tabulis. ¶ Circa secundum verò, sciendum est, quandocumque complexio non situatur in aliquo gradu integrè, tunc qualitas excessa non reperitur in proportione alicuius gradus determinatè, sed inter duas proportiones diuersorum graduum, vel situum. Est igitur forma rectè inueniendi quæsitum ista, scilicet vt per modum prædictæ calculationis primò quæratur proportio qualitatis excessæ ad excedentem, & si non inueniatur esse proportio alicuius gradus integri, tunc necessariò cadit inter duas proportiones diuersorum graduũ, vel situum proximitatis. Est ergò notandum diligenter, quorum terminorum sunt illæ duę proportiones extremæ, inter illos duos locatur complexio medicinæ. ¶ Sed ad inueniendum vlterius in cuius illorum duorum metis reponatur, talis est processus, scilicet vt de portionibus qualitatis excessæ dematur tot, & tantum, quantum est id, quo inferior terminus, aut situs excedit superiorem, quantum ad qualitatem excessam, deinde residuum comparetur ad totum, & consideretur quota est, vel quanta pars eius denominetur:

Ad inueniendum metam gradus.

nam quanta erit respectu illius tantum deprimetur complexio compositi in situ, vel gradu superiori propter rationem, quæ paulò inferius explicabitur in exemplis. Et sic sciet Medicus quantũ humana ratio assequi potest, non solùm in quã meta reponatur, sed etiam in qua parte metæ, licet ipse non curet de terminis complexionis vltra integritatem metę, quoniam illi omninò sunt insensibiles, & patebit diligẽter cõsideranti quiddam pulcrum, & delectabile intellectui, scilicet qualiter gradus componentium seruant in augmento, & decremento qualitatum in compositione proportionem, quam habent adinuicem comparatim, prout superius in 20. propositione fuit tractatum, & in tabulis poterit hîc lector studiosus quasi insensibiliter contemplari. ¶ Ad bonitatem autem doctrinæ ponemus hîc exemplum vnum in qualibet trium combinationum. Ponamus igitur, quòd in primis ponderibus, & proportionibus componatur medicina ex temperato & calido in primo, constat, quòd in summa sunt tres partes caliditatis, & duæ frigiditatis. Cùm autem duo, qui est numerus qualitatis excessæ, comparantur ad tria, qui est numerus qualitatis excedentis, iam patet, quòd respectu illorum sunt minus, quàm æquale, & plus quàm medietas: ex quo patet etiã quòd talis medicina non erit temperata, nec integra in primo gradu, imò erit calida infra finem primi gradus, & supra temperamentum, & sic locabitur eius complexio per caliditatem inter illos duos situs vel terminos, quod patet per proportionem duorum ad tria. Nam cum semper maior numerus habeat rationem totius, & minor rationem partis, sequitur, quòd si duo denominetur à tribus, dicentur esse duæ tertiæ ipsorum, per quam denominationem patet proportio frigiditatis ad caliditatem in tali composito, quia se habet ad caliditatem, sicut duę tertiæ ipsius. Nam caliditas cõsideratur hîc, sicut quoddam totum constitutum ex tribus tertijs, vnde frigiditas non est æqualis caliditati, imò minor ea per vnam tertiam: & similiter est maior medietate, quia medietas trium tertiarum est vna tertia, & media. & hîc sunt duæ tertiæ. Iam igitur his bene intellectis, meta poterit leuiter inueniri secundum regulam dictam, scilicet vt dematur à frigiditate tantum, quantum est id, quo frigiditas temperati superat frigiditatem primi gradus, & est id, per quod illi duo situs adinuicẽ differunt: quia si non esset illud, non differrent in aliquo, & ideò etiam communiter dicitur differẽtia eorum. Ista verò demtio debet fieri semper respectu tertij, à quo denominatur qualitas excessa .i. vt tantum dematur ex frigiditate, vt respectu illius, cuius frigiditas dicitur esse duæ tertię, sic denominetur, sicut denominatur frigiditas primi gradus respectu frigiditatis temperati, vel sicut denominatur illa portio frigiditatis, qua temperamentum superat frigiditatem primi gradus: hæc. n. duo realiter idem sunt, sed leuius & breuius intelligitur primo modo. Constat autem sicut fuit traditum superius in 26. apho. quòd frigiditas primi gradus est medietas respectu frigiditatis temperati, & frigiditas temperati dupla respectu ipsius, vnde per vnam medietatem supe

rat eam: de duabus ergò tertijs si auferatur medietas totius integri, scilicet tertia & media, remanebit media tertia, quæ est sexta pars totius integri. Nam si quælibet tertia diuidatur in duas medietates erũt sex, & sic quælibet erit sexta totius. Si verò cõsequenter istam sextam comparauerimus ad illud demtum, secundũ rationẽ demti, scilicet ad medietatem totius, inueniemus proportionẽ eius ad illam, per denominationem ipsius ab illa, sicut de alijs dicebatur. Constat autem quòd sexta cuiuslibet totius est tota pars medietatis eius, nam sextæ sunt medietas eius. Ista igitur proportio frigiditatis, quæ vltra frigiditatem primi gradus additur, quæ habet respectu illius rationem tertiæ partis, aufert primo gradui tertiam partem caliditatis, & sic remanebit compositum calidum in secunda meta, vel secunda tota respectu integræ primi gradus. Similiter autem si in primis ponderibus, vel eorum proportionem habentibus, componatur medicina ex calido in primo, & calido in secundo, constat, quòd erunt in composito sex partes caliditatis, & duæ frigiditatis, & cùm bina eius sit tota pars senarij, erit frigiditas pars tota respectu caliditatis, & cùm tertia sit minor medietate, non deprimet caliditatem vsque ad primum gradum, & cùm sit plus quàm quarta, deprimet eam infra secundum, vel finem eius. Sic erit cõpositum illud calidum inter primum, & finem secundi, & tantum frigiditas primi superabit frigiditatem secundi per vnam quartam: quia secundus non habet nisi vnam quartam frigiditatis, & primus habet duplũ, vt patuit 26. propositione, quia habet duas quartas, & ita quo ad frigiditatem superat eũ in vna quarta, quæ est medietas frigiditatis primi. Si igitur à frigiditate auferatur quarta pars respectu totius, scilicet senarij, residuum eius erit illud quod additur toti caliditati proportionatæ supra frigiditatem secundi gradus & cum potentia, quam habet deprimendi qualitas excessa, cognoscatur in quolibet gradu, vel situ per comparationem eius ad præcedentem situm, quemadmodum 26. canone superiùs traditum fuit, si illud residuum cõparetur ad demtum, quod inquam repræsentabit potentiam frigiditatis in secundo gradu, ita scilicet vt si per denunciationem eius ab illo consideretur quantum sit respectu illius, patebit ilicò quantum plus, quam illud, potest deprimere totam caliditatem compositi, cui illud suprà additur. Si igitur à duabus partibus frigiditatis, quæ sunt tertia pars, respectu sex vel senarij, dematur tantum, quantum respectu senarij, esset quarta pars eius, iam demtum esset ab ea totum, quod sufficiebat per se ad reponendum totam caliditatem in secundo gradu integro, & remanebit adhuc vltra hoc de frigiditate vna duodecima, respectu totius caliditatis, quod sic patet, nam quarta pars senarij est vna pars & dimidia, quia quater vnum & dimidium faciunt sex integræ. Si verò de duabus partibus frigiditatis dematur vna pars & media, quæ sunt quarta pars, de 6. remanebit media pars vnius sextæ: media verò pars vnius sextæ cuiusque totius est 12. eius: nam si quælibet sexta diuidatur in duas medietates, 12. erunt in toto. Patet igitur, quòd de frigiditate prædicti compositi, si dematur illud, quod pertinet ad secundum gradum præcisè restat adhuc vna portio, quę respectu totius caliditatis est 12. Iá ergo nõ restat aliud videre, nisi quantũ ipsa potest deprimere totam caliditatem plus, quàm posset frigiditas secundi gradus, quod statim patebit, si accipiatur proportio eius ad demtam, per denominationem: ná tantum poterit plus, quantum erit respectu illius, sed constat, quòd 12. est tertia pars, respectu frigiditatis demtæ, igitur deprimet totam qualitatem infra gradum, per tertiam partem eius, & locabit caliditatem compositi in secunda meta secundi gradus integrè, & sic patet propositum. Quod autem prædicta 12. sit tertia pars respectu frigiditatis demtæ, patet per hoc quod dictum est, quòd frigiditas demta est quarta pars respectu caliditatis totius, sed quælibet quarta senarij habet tres 12. ergo 12. senarij, est tota pars quartæ ipsius, & sic patet propositum. Tota verò ratio prædictæ calculationis est, quia quando complexio situatur infra finem alicuius secundi gradus, tunc si de portionibus qualitatis excessæ dematur tantum, quantum sufficeret ad reprimendum qualitatem excedentem in gradu illo integro, residuum declarabit, quantum ei deest de integritate gradus illius, quia tantum admittitur, inquátum residuum illud, quod superadditur portioni gradus integri aufert ei: tantum verò aufert, quantum plus potest reprimere portio integri gradus, respectu illius potest tantum plus, quantum ab ea denominatur. Nam si fuerit medietas medietatẽ aufert, si verò tertia pars tertiam, si vero quarta 4. & sic de alijs. ¶ Si verò proposuerimus, quòd in prædictis ponderibus componatur medicina ex frigido in primo gradu, & calido in secundo, habebit cõpositum 5. partes caliditatis, & tres frigiditatis, & cũ ternarius sit plus quàm quarta pars, respectu quinarij, patet quòd frigiditas deprimet caliditatem infra secundum gradum, & simili ratione, cùm sit plus, quàm medietas, respectu eius deprimet, & ipsam infra primum: quare frigiditas, quæ respectu caliditatis est tres quintæ, facit appropinquare caliditatem immediatè ad situm inferiorem, qui est situs temperati. Non igitur potest cognosci quantum frigiditas deprimit caliditatem in primo, nisi per cõparationem frigiditatis primi ad frigiditatem tẽperati iuxta regulam supradictam. s. vt demamus de tribus quintis frigiditatis, quantum est illud quo frigiditas temperati superat frigiditatẽ primi gradus. Traditũ autẽ fuit 26. propositione, quòd qualitas depressa in primo gradu est medietas respectu suiipsius in temperato, & sic patet quòd frigiditas in tẽperato est maior vna medietate, quá in primo gradu caliditatis: si ergo de tribus quintis tollatur id quod est medietas respectu totius caliditatis, remanebit vna portio, quæ 10. respectu totius, nam cũ medietas quinarij sint duæ quintæ, & media, tunc si à tribus quintis auferantur duæ & media, remanebit media quinta: omnis autem media quinta cuiusq; totius est eius 10. si verò vlterius illa decima cõparetur ad frigiditatẽ dẽtá inuenietur esse quinta pars illius, & sic emergit quòd deprimit caliditatẽ totius cõpositi infra ipsũ gradum, per vná quintá partẽ primi gradus, de

Exemplum.

de qua depreſſione,licet non curetMedicus,pro-
pterea,quia inſenſibilis eſt in hac cõpoſitione pri
mi cum ſecundo,ſupradictã tamẽ artẽ inueniẽdi
abhorrere nõ debet,ſicut fecit Auer.quia in ſupe-
rioribus gradibus ſenſibilis eſt,vt patet ex prædi-
ctis in antè habito aphoriſmo,& clariùs in combi
nationibus tabularũ infrà,quia ſenſibile eſt,quòd
pondus medicinę complexionatę in inferioribus
gradibus notabiliter augetur ſupra pondus pri-
mum.Nam,vt ſuprà fuit traditum,licet nulla me-
dicina per augmentum ſuæ quantitatis tranſcen
dat gradũ ſuæ complexionis, tamẽ per hoc tantũ
deprimit amplius oppoſitum ſuum, & intantum
etiam poteſt augeri ſupra quantitatẽ primã, re-
ſpectu ſui oppoſiti,vt omninò ſvincat ipſum tali-
ter,vt nullam faciat impreſſionem in corpus , vel
quia corrumpitur totaliter,vel quia reducitur ad
temperamentum,& ideò datur hæc regula gene-
ralis,ſcilicet quòd omne complexionatum in gra
du inferiori poteſt reducere oppoſitum gradus
ſuperioris ad temperamentum,ſi primũ pondus
inferioris multiplicetur,& primũ ſuperioris ma-
neat.Sed ſi quæratur,quantũ oportet ipſum au-
geri ad hoc faciendum,infrà dicetur. ¶Ex prædi-
ctis ergo regulis iam patet forma rectè inuenien-
di terminum complexionis in medicina compo-
ſita,quando componentia concurrunt in primis
ponderibus vel ſeruantibus eorum proportionẽ,
vt quando in ponderibus illis,quibus ſe poſſunt
mutuò contemperare.Sed nondũ poteſt per prę
dictam determinari,nec rectè cognoſci terminus
prædictæ complexionis, vbi componentia nõ cõ
currunt in prædictis ponderibus,quod ſępius ac
cidit tã in compoſitis dictatis ab antiquo , quã e-
tiã in his quæ quotidiè nouiter cõponuntur pro-
pter aliquam illarum cauſarum trium,quæ ſupe-
riùs tactæ fuerunt in 33.canone.Ratio autem prę-
dictæ diuerſitatis patet ex hoc,quia componẽtia
veniunt ad cõpoſitionem in ponderibus, quibus
poſſunt ſe contemperare. Iam ex prædictis pon-
deribꝰ notus eſt terminus,ad quem cõplexio du-
citur in compoſito,nec etiã opus eſt calculare.Nã
ex cõſideratione põderum ſupponitur quod tem
peratum reſultabit in cõpoſito, quãdo verò hæc
nõ cõueniunt in ponderibus primis,tunc calcula
tio ſupradicto modo facta certificabitur:ideo, q̃a
numerus,qui conuenit cõplexioni componẽtiũ,
nunquam propter diuerſitatem põderũ variatur,
licet pondus vnius componẽtis eſſet maioris nu-
meri,quã alterius,tamẽ ſemper accipitur ſub ra-
tione vnius põderis,vel doſis. Hinc multiplicatio
numeri,quo ad pondus nõ multiplicat numerũ,
qui debetur cõplexioni:verbi gratia ſi ʒ.1.opij co-
iungatur ℥.2.mellis,quãuis põdus mellis ſit dua-
rũ ℥.tamẽ ex ambabus nõ accipitur niſi vnus nu-
merus cõplexionis.ſ.ille qui debetur ſecũdo gra-
dui.ſ.4.portiones caliditatis & vna frigiditatis:&
iſte numerus nõ duplabitur,licet ℥.ſint duæ,quo
niã nõ habẽt rationẽ niſi vnius põderis,ſicut & ʒ.
1.opij. ¶Sed ſi quantitas alterius augeatur & non
proportio eſt primorũ ponderum, tũc eſt dubiũ
qualiter debeat eſſe forma calculandi : maximè
quia hoc indiſcuſſum reliquerũt omnes autores
rectę rationis, quorũ traditiones ad nos peruene
runt.Per ſe iterum patet,quòd in tali cõpoſitione
nõ debẽt colligi portiones qualitatum in eodem

Medicina per augmentum quãtitatis nõ tranſcendit gradus complexionis.

Regula, ſi augeatur quantitas alterius componentis.

A numero,quo prius,cũ in alio termino reſultet cõ
plexio,& ꝑ eundẽ numerũ ſẽper idẽ terminus ha
beatur, vt quãdo duæ ʒ.ſanda.cõiungũtur tribus
℥.mellis,ſi dixerimus qđ mel nõ habet niſi 4.por-
tiones caliditatis & vnam frigiditatis,ſicut quan-
do põdus mellis erat duarum ℥.tunc in eodẽ ter-
mino eſſet omninò cõplexionatũ hîc cõpoſitum;
ſicut prius,& ſimiliter quantumcunq; augeretur
quãtitas mellis,maneret prima quantitas ſanda.
quod eſt omnino contra rationem & cõtra ſupra
B dictã,& etiã contra ſenſum.Similiter patet quòd
numerus portionũ qualitatis nõ debet multipli-
cari,ſecundum quod multiplicatur põdus cõpo-
nentis:nam tunc incideremus in illum errorem,
in quẽ deducit traditio Auer.vt in 34.canone ſu-
prà fuit oſtenſum:nam ſi triplicato pondere mel-
lis triplicetur numerus portionũ caliditatis eius;
tunc cõpoſitum ex ſandalo & melle calidius erit
q̃ mel per ſe,quod eſt abſurdũ.Nec minꝰ euitatur
illud inconueniens ſi dicitur,quòd multiplicatio
C debet fieri per minuta, & non per integra:verbi
gratia vt dicamus, quòd ſi mel addit ſupra pri-
mũ põdus ſui tertiã partem.ſ.ʒ. 5. & ℈. 1. ſimiliter
addit tertiã partẽ numeri, q̃ debetur cõplexioni
eius.ſ.vnã portionẽ & tertiã vnius de caliditate,
& tertiam partẽ frigiditatis,& ſecundũ hoc opor
teret vt quando duplaretur pondus, adderentur
duæ partes totius cõplexionis.ſ.medietas:& quã-
do triplicetur totum,& ita ſemper in compoſito
ex primo pondere ſanda.& triplo pondere mellis
D eſſet multo maior caliditas,q̃ in ſimplici melle,q̃a
duplaretur complexio mellis. Quod ſic patet, nã
ſi quando creſcit pondus eius de 3. parte , creſcit
ſimiliter numerus portionum cuiuſlibet qualita-
tis de 3.parte:ſi ergo dupletur,creſcit cõplexio de
duabus partibus,hoc eſt,de medietate,quoniã to
ta eſt cõplexio mellis 4.partes caliditatis, vna fri-
giditatis:vnde ſi creſcit caliditas de duabus parti
bus,cõſtat,quòd creſcit de medietate,& ſimiliter
frigiditas. Si verò tripletur pondus mellis,iã creſ-
E cet cõplexio eius,quãtum ad caliditatẽ de 4. par-
tibus:& ſic de toto,quia caliditas eius nõ habebit
plures partes,q̃ 4.quãdo aũt totũ additur toti ſi-
mul,tunc duplatur,& ſimiliter intelligẽdũ eſt de
frigiditate:quare patet,quod ſecundũ hoc tripla-
to primo pondere mellis,duplabitur eius cõple-
xio,q̃ eſt calida & ſicca in 2.gradu,& ſic 6.℥. mel-
lis cõiunctæ duabus ʒ.ſandali, haberẽt cõplexio-
nẽ in duplo calidiorẽ in virtute , quã haberet mel
ꝑ ſe acceptũ,qđ eſt impoſſibile . Quapropter me-
F lius eſt tenere quod ſupra fuit notum.ſ.quòd per
augmentũ põderis cuiuſlibet componentis non
augetur eius cõplexio,quãtum ad virtutem,ita.ſ.
vt tranſcendat gradum in quo eſt,ſed minus de-
primetur ab oppoſita qualitate alterius põnẽtis,
& ita reſpectu illius poteſt dici , quod augetur,&
minuitur illa cõplexio, ſeu virtus eius infra gra-
dum,qui debetur eidem in ſimplici.Et hoc funda
mento poſito tunc quęrẽdum eſt,quo modo per
artem poterit huius augmentũ vel diminutio mẽ
G ſurari taliter,vt eius terminus cõprehẽdatur, per
calculationẽ verò factã non eſt difficile inuenire;
Cũ.n.hoc ſit vniuerſaliter verũ,ſecũdũ quod vir-
tus vnius cõponentis augetur,vel minuitur infra
gradũ ſuũ reſpectu oppoſitę virtutis alicuiꝰ cõpo
nẽtis per augmentũ vel diminutionẽ ſuæ quan-

Si augeatur quantitas mõdicum altioris gradus.

titates primæ, patet cùm illud augmentum vel di- A
minutio virtutis sequatur augmentum vel dimi-
nutionē quātitatis, quod necessariū est vt mēsura
diminutionis, vel augmenti virtutis proportio-
netur mensuræ diminutionis, vel augmēti in quá
titate. Et sicut mensura varietatis in quātitate co-
gnoscitur per elongationem, vel propinquationē
eius à prima quantitate, sic etiam diuersa mensu-
ra virtutis per comparationem eius ad virtutem
primi pōderis. Et secūdum hoc vniuersaliter dici
potest, quòd quantū augetur prima quantitas v- B
nius componētis supra primā, respectu alterius,
tantò minus deprimitur ab opposita qualitate il-
lius, & tantò, quātò plus recuperat de gradu vel
altitudine suæ cōplexionis, & econuerso, aliud tá
tò plus amittit: & isto modo rectè procedit supra
tacta calculatio, quæ partim fiebat p̄ minuta, par-
tim per integra. ¶ Sed vt tyronibus clarius res pa-
teat, ponatur exemplum in qualibet trium præ-
dictarum combinationum in eisdem terminis, in
quibus fuit exemplificatum suprà de cōponenti
bus primi ponderis. Ostēsum verò fuit ibi, quòd
si primum pondus calidi in primo cōiungatur tē
perato eiusdem ponderis, vel modicum maioris,
& hoc dicitur ideo quia vt expressum fuit tempe
ratum, inquantum tale, non habet determinatam
dosim, tunc inquantum cōpositum resultat inte-
grè calidum in secūda meta primi gradus. Igitur
si pondus calidi in primo quod est determinatū
crescit per tertiā partem sui, recuperabit tertiam
partem illius metę quam amiserat: si verò duple-
tur, recuperabit medietatē, si verò crescat per du-
plum & quartam partem sui, recuperabit medie-
tatem & quartam partem .i. tres quartas, si verò
tripletur, recuperabit totum, & sic tunc faciet im-
pressionem manifestá, quam primus gradus inte
grè facere potest. ¶ Et simili modo per omnia co-
gnoscetur mensura diminutionis vel augmēti vir
tutis in secūda combinatione, in qua dictum fuit,
quòd si calidum in primo & calidum in secundo
concurrant in primis ponderibus, resultat cōpo-
situm calidum citra finem secundi, per vná tertiá
partem gradus. Si ergo dupletur pōdus secundi
gradus recuperabit medietatem ablatæ tertiæ &
erit compositum calidum citra finem secūdi per
mediam tertiam .i per sextá partem gradus. Si ve-
rò tertio gradui addatur totum primum pondus
eius, sicut antea semel additum ad restaurandam
medietatem dimissi, vel ablati, sic modo restau-
rabit aliam medietatem, & ita cōponens illud re-
cuperabit integritatem suæ complexionis: vnde
regula generalis est apud Medicos, quòd omnis
medicina, cuius complexio deprimitur per adiū-
ctam, recuperat quātū amiserit, si tripletur in pō-
dere. ¶ Simili quoq; modo in illa cōbinatione cū
dicebatur, quòd ex concursu frigidi in primo cū
calido in secundo in primis pōderibus resultat cō
positum calidum citra finem primi, per vná quin
tam partē gradus, & sic calidum in secundo ami-
sit vnum gradum vná quintá: quod si dupletur,
recuperabit medietatem perditi qui fuerant 6. 5.
de vno gradu, & vnam de alio: & sic recuperabit
tres quintas, & deerunt aliæ 2. quare compositum
resultabit inter finem secundi per 3. quintas vni⁹
gradus: si autē tripletur, recuperabit totum, vt di-
ctum est: Patet igitur propositum .s. qualiter recta

Exempla.

calculatione poterit determinatè cognosci situs
complexionis in composito, quando pondera cō
ponentium non sunt vndiq; prima vel habentia
illorum proportionem, quod non expedit medi-
cis ignorare, sicut ignorauit Auer. nam etiam in-
tellectum perficit, ingenium acuit, & in opere val
de iuuat. ¶ Nos autē in prædictis docuimus gros-
so & vulgari modo computare condescendentes
ignorantibus physicas disciplinas, ne ab hoc exer
citio desperati retrahantur. Et ideo etiam in colli
gendo portiones qualitatum oppositarum, non
seruamus modū Alkindi: ipse enim recolligit eas
vt inæquales .s. per integras, & medias. Vnde dici
mus, quòd calidum in primo habet vná partē in-
tegram de caliditate, & de frigiditate mediá, ná cū
habeat duas partes caliditatis, & vnam frigidita-
tis, & quęlibet illarum possit nominari medietas,
conuenienter potest dici, quòd habet vnam par-
tem caliditatis .s. integram, quia duæ medietates
faciunt integram, & mediam frigiditatis. Et simi- C
liter de calido in secundo potest dici, quòd habet
duas partes caliditatis .s. integras, & mediam fri-
giditatis, ná illa eadem, quæ erat quarta respectu
quatuor quartarum, medietas est vnius integrè:
vnde quando quatuor quartæ caliditatis reducū
tur ad duas integras, cōuenieter potest dici, quòd
illa quarta est medietas duorū .i. medietas cuiusli-
bet duarum partium integrarum, & sic rectè dici
tur, quod calidum in secundo habet 2. partes cali
ditatis, & mediam frigiditatis. Et simili ratione de
calido in tertio, quòd habet caliditatis quatuor, D
& mediá frigiditatis, & de calido in quarto, quòd
habet 8. illius, & mediam huius, etiam hic modus
cōputādi realiter idē est cum alio, sicut patet per
28. & 29. canonem. Sed quia primus est clarior &
minus intricatus, iccircò secundum illū processi-
mus ante. ¶ Sed circa prędicta oportet adhuc ad-
uertere, quòd sicut medicina, quæ est altioris gra
dus per multiplicationē suæ quantitatis, crescit
in virtute, donec recuperare possit integritatem
suæ qualitatis: sic & illa, quæ est inferioris gradus E
per multiplicationem sui pōderis augetur in vir-
tute respectu alterius. Sed in hoc differt ab alia,
ná illa quæ est altioris gradus non habet nisi vnū
terminum sui augmenti. s. vnū, in quo recuperat
integritatem sui gradus, sed augmentum medici
næ gradus inferioris peruenire potest ad duos
terminos, vel situs principales complexionum,
scilicet vel ad temperamentum, vel ad integrum
gradum propriæ complexionis, tali ordine, quòd
per sui multiplicationem prius ducit ad tempera- F
mentum medicinam superioris gradus, & per cō
sequens totum compositum: & cū amplius mul-
tiplicatur vltrà, quàm requirat temperamentum,
restauratur ei sua cōplexio, id est, manifestatur in
composito virtus eius, ita quòd si vltra illum ter-
minum replicetur, vt dictum est, integrè manife-
stabitur effectus suæ cōplexionis in gradu suo,
& non de virtute alterius componentis. ¶ Ad sciē
dum ergo quibus augmentis sui ponderis potest
medicina inferioris gradus ad hoc peruenire, vt G
omninò meta quò ad sensum medicina gradus al
tioris manifestet effectum suæ complexionis in-
tegræ, necesse est prius scire augmenta illa, qui-
bus ipsam reducit ad temperamentum, nam vl-
tra ista sunt alia, sicut patuit antè. Illud verò
scitur

Si augeatur quantitas [illegible]

ſcitur duobus modis: Primo, ſcilicet in generali &
quantum ad modum hunc, ſciendũ eſt, quòd quá
tò magis inferior eſt gradus, qui coniungitur ſu-
periori, tantò plus oportet, vt eius quantitas au-
geatur quia debilior eſt virtus inferioris gradus
quàm ſuperioris: vnde frigidum in primo maiori
quantitate, vel augmẽto indiget quá frigidum in
ſecundo ad tẽperamentũ, & calidum in ſecundo,
quá calidum in tertio, vel quarto & ſic de alijs. Se
cundo verò modo ſcitur illud in ſpeciali. ſ. cũ de-
terminatè cognoſcitur, quantum oportet augere
quantitatem inferioris cuiuſlibet reſpectu ſupe-
rioris. Hoc autem conuenienter ſcitur per differẽ
tiá vnius gradus ad alium in oppoſitis qualitati-
bus, quæ differentia mox patebit, ſi auferatur ab
eis id, quod coſtituit æqualitatẽ: ná reſiduũ oppo
ſitarum qualitatum erit inæquale, quoniá ſi ab
inæqualibus æqualia demantur, inæqualia rema
nebunt. Quo facto patebit quantũ depreſſa qua-
litas. ſ. inferioris grad9 ſuperatur ab oppoſita gra-
dus altioris, & ſic cũ multiplicationem quantita-
tis poſſit virtus medicinæ inferioris gradus nó ſo
lùm adæquare, ſed etiam ſuperare virtutẽ & me-
dicinę gradus altioris, conſtat quòd ſi pondus pri
mum inferioris toties multiplicetur, quoties ſu-
perior virtus ſuperat inferiorem, habebitur au-
gmentum, per quod inferior gradus poterit tem-
perare ſuperiorem. Vnde quia medicina frigi-
da in primo gradu habet vnam partẽ frigiditatis
plus quá calida in quarto, & calida in quarto ha-
bet 16. portiones caliditatis plus, quá frigidum in
primo. Si igitur duæ differentiæ demátur per in-
tellectũ ab vtroq; gradu, quod remanebit, vtrũq;
erit æquale: vt ſi à frigido in primo remoueatur
vna portio frigiditatis, remanebit alia frigiditatis
& vna caliditatis, quæ conſtituunt æqualitatẽ. Si
militer ſi à calido in quarto demantur 15. portio-
nes caliditatis, remanebit vna frigiditatis & alia ca
liditatis, quæ adinuicem ſe contemperant. Ergo ſi
à frigido in primo & calido in quarto dematur il-
lud: quod conſtituit æqualitatem, remanet inæ-
qualitas inter vnam portionem frigiditatis & 15.
caliditatis: & ſic toties oportet multiplicare quá-
titatem frigidi in primo ad reparãdum calidum
in quarto, quoties vna portio frigiditatis ſupera-
tur à 15. caliditatis. Sicut ergo oportet, vt vna por
tio frigiditatis quindecies multiplicerur ad hoc,
vt æquetur 15. portionibus caliditatis, ſic oportet
toties primum pondus frigidi in primo multi-
plicari. Et ideò datur regula generalis, quòd ſi fri-
gidum in primo multiplicetur 15. in pondere ſuo
temperat calidum in quarto: verbi gratia, ſit in
hac regione primum pondus piperis interius re-
cepti ℨ. 1. & violæ ℨ. ℨ. tunc ſecundũ hoc quinde-
cies ℨ. ℨ. hoc eſt 45. ℨ. violar. quæ ſunt frigidæ &
humidæ in primo reducent ℨ. 1. piperis, quod eſt
calidum & ſiccum in quarto, ad temperamẽtum
in vtraque qualitate. Alkindus tamẽ ponit, quòd
talis multiplicatio debet fieri non eius ponderis,
quod eſt primum reſpectu corporis ſanabilis,
ſed eius ponderis quod eſt æquale ponderi op-
poſitæ medicinæ, ſcilicet vt ad 1 ℨ. piperis, quod
eſt calidum & ſiccum in quarto gradu, ſufficiant
15. ℨ. viol. & ad ℨ. 1. 15. ℨ. & ſimiliter de alijs. Tamẽ
non debet ei conſentire Medicus propter ratio-
nes ſupradictas in 34. canone, contra eos, qui

A poſuerunt, quòd pondera medicinarum debent
ad æqualia reduci, maximè quia ſenſus teſtatur
contrarium: Nam ſi 1. ℨ. piperis miſceatur cum 15.
ℨ. carnium prunorum, quæ ſunt frigidæ in pri-
mo, vel viol. quantumcunque diu fermẽtari per-
mittantur, tamen ſemper erit tale compoſitum
notabiliter acuti ſaporis: nullum autem manife-
ſtè acuti ſaporis eſt temperatum, ſimiliter rece-
ptum in corpore prima obuiatione calefaciet ma
nifeſtè. Similiter verò ſi vna ℨ. opij miſceatur cũ
B 15. ℨ. ſacchari, quod eſt calidum in primo compo-
ſitum faciet prima ſui obuiatione effectum frigi-
ditatis intra corpus, vnde conſtat quòd ſaccha-
rum non temperauit opium, quod eſt frigidum
in quarto. Quapropter Medicus tenere debet
quòd primus gradus vnius qualitatis temperat
quartum oppoſitæ qualitatis, ſi primum eius põ-
dus quindecupletur. Eadem quoque ratione pa-
tebit, quo augmento primus poteſt temperare
tertium: primus enim quo ad qualitatem ſuam
C excedit tertium in vna portione: tertius verò per
qualitatem ſuam excedit primum in 7. portioni-
bus: ergo ſi primus ſeptupletur, adæquatur virt9
eius virtuti tertij, & ſic inuicem ſe temperabunt.
Et ideò regula generalis eſt in medicina, quòd ſi
primum pondus complexionati in primo gra-
du alicuius qualitatis ſepties augeatur, temperat
complexionatũ oppoſitæ qualitatis in tertio gra-
du, ſicut ſi primum pondus galangæ, quæ eſt ca-
lida & ſicca in tertio, ſit in hac regione ℨ. 1. tempe-
D rabitur per 21. ℨ. viol. Pari quoque ratione quia
primus gradus non habet de qualitate reprimen
te vel æquiparante niſi vnam portionem, ſecun-
dus gradus habet & de reprimenda, vel de tem-
perãda tres. Ideò regula generalis eſt, quòd ſi pri-
mum pondus primi gradus triplicetur, tempera-
bit oppoſitam qualitatem ſecundi gradus. Sem-
per tamen intelligendum eſt quòd medicina tẽ-
peratæ qualitatis maneat in ſuo primo pondere
vel proportionali, vnde ℨ. ℨ. belliricorum, qui ſunt
E frigidi in primo, temperabit ℨ. 1. ambræ, quæ eſt ca
lida in ſecundo: ſecundus verò gradus quia de
virtute deprimente tres habet portiones, quibus
ſuperat quartum, & quartus habet de reprimẽda
15 quibus ſuperat ſecundum, ideo patet quod ad
hoc vt ℨ poſſint adęquari ad 15 neceſſe eſt, vt quin
cupletur. Et ideò regula datur, quòd ſi pondus ſe
cundi gradus quincupletur, temperabit quartũ
oppoſitæ qualitatis: vnde ſi ℨ. 2. ro. interius ſum-
tarum, quæ ſunt frigidæ in ſecundo, ſit prima do-
F ſis in hac regione, tunc quinquies duæ, ſcilicet 10.
ℨ ipſarum temperabunt vnam ℨ. piperis. Tertius
autem gradus, quia de qualitate reprimenda non
continet, niſi 7. portiones, patet quòd illæ tres
deprimentes, quæ ſunt in ſecundo, ſi duplentur
æquabuntur 6. partibus illarum 7. & remanebit
7. ad quam deprimendam vel temperandam eſ-
ſet neceſſarium, vt adderet ei de illis tribus tem-
perantibus æqualiter, ſcilicet vna de illis tribus,
quæ eſt tertia illarum trium. Et ideò eſt regula
G generalis, quòd ſi dupletur pondus ſecundi gra-
dus, & illi duplo adiungatur, tertia pars vnius põ
deris eius temperabit primum põdus oppoſitæ
qualitatis in tertio gradu, vnde ſi ponamus, quòd
primum pondus berberis, quod eſt frigidum in
ſecũdo, ſit ℨ. 2. tũc ſecũdũ hoc quatuor drachmæ

& ℈.1.ipsius temperabunt ʒ.1.galágæ. Simili modo, si tertius gradus cõparetur quarto, mox patebit, quòd tertius contineat de vna qualitate plus quarto.7.portiones, & quartus de opposita plus tertio 15. necesse est ad hoc, vt illæ virtutes æquentur, quòd septenarius dupletur & duplo addatur 7.eius pars, & sic erunt 15. & 15. vnde regula generalis est, quòd si primum pondus tertij gradus dupletur, & illi duplo addatur: 7. pars illius ponderis temperabit quartum gradum oppositę qualitatis. Vnde si ponamus, quòd primũ põdus hypocisthidis, quod est frigidum in tertio, sit ℈.7. tunc secundum hoc 15.℈.eius temperabunt primum pondus piperis. ¶ Ex prædictis igitur omnibus documentis aut regulis, rectè aut firmiter medici commendantis elicere potest, opifex medicinæ formam rectè inueniendi, quantum possibile est humanæ rationi, complexionem & sitũ complexionis in vnaquaque medicina composita, cognitis in vnaquaque regione primis medicinarum simplicium dosibus, siue ponderibus, quæ pondera, si sciuerit in vno climate, facilè cognoscet in altero, considerata differentia climatis ad clima, vel regionis ad regionem. Cùm enim in sicca regione maior sit dosis prunorum, quàm in humida, constat, quòd erit in temperata media inter illas, & in magis sicca maior, & in magis humida minor: & econuerso de siccis. & similiter de calidis & frigidis: constat enim quòd vna ʒ. zingib. crudi, sumta etiam ieiuno stomacho à septẽtrionalibus non lædet eos: si verò meridionales acciperent inde similiter ʒ.s. manifestissimè læderentur. Sic igitur consideratis dosibus vnius regionis, poterit sapiens artificiali æstimatione cognoscere doses alterius, de quibus in particulari loqui conuenit in antidotarijs. Hîc autem sufficit breuiter & sub specie epilogi commemorare, quòd cum omnia componentia veniant ad compositionẽ in aliquo prædictorum ponderum per prædictas regulas, inueniatur complexio medicinæ compositę: nam si concurrant in ponderibus, quibus possunt seinuicem contemperare in oppositis qualitatibus, sicut ostensum est, erit compositum temperatum: si verò in primis aut eorũ proportionem seruantibus, vel in alijs alterius proportionis habebit complexionem, quam indicabit calculatio, facta prædictis modis, quòd si omnia componentia contineantur tantùm sub duobus terminis complexionum, vt sub temperato, & calido, vel frigido in aliquo gradu, vel sub calido, vel frigido in vno, & calido aut frigido in

Quomodo inueniunt doses in regionibus.

Epilogus suprædictorum.

A alio, celeriter poterit operarius calculare: si autẽ contineantur sub pluribus terminis, prolixiùs calculabit, sed tamen labor abbreuiabitur, si omnes homogeneas in vnum cõgreget, vt omnes tẽperatas in vnum, & omnes caliditates in primo: ad vnum, similiter & eodem modo in cæteris. Nõ enim potest variari, nisi 6. modis, scilicet vt aliquæ sint temperatæ, aliquæ verò complexionatæ in primo gradu vnius qualitatis, aliquæ in secundo eiusdem, aliquæ verò in tertio eiusdem, aliquę B verò in quarto sexto modo, scilicet vt sint aliquæ oppositæ qualitatis in aliquo gradu, & tunc illæ coniunguntur cum oppositis omnibus in simili gradu, & tunc reponentur in vnum cum temperatis: quo facto reliquorum omnium pondera considerabit, quòd si sint prima vel seruantia eorum proportionem collectis proportionibus qualitatum oppositarum secũdum primum modum, inuenietur quæsita complexio. Si verò fuerit alijs proportionibus, securior processus est C vt gradatim examinetur, ita scilicet vt pondus cõplexionatorum in primo comparetur ad temperata & extrahetur communis eorum complexio per secundum modum calculandi. & sic reponátur sub vno complexionato: deinde verò comparato pondere illorum omnium ad complexionatum in secundo procedatur similiter, & ita de sequentibus. Ita tamen vt ea, quæ sunt minoris põderis, prius adinuicem comparentur & examinetur complexio, quę potest ex eis prouenire, deinde D totum complexionatum comparetur ad compositiones maioris ponderis, & consideretur, quę sit proportio vel comparatio põderis istorum ad illud, & per hoc elicere citius complexionem. Vnde extracta complexione omnium puluerisabilium, & habito, quòd puluis ex omnibus cõpositus est in tali situ complexionatus, tunc comparabitur pondus pulueris ad pondus mellis secundum exigentiam primæ dosis complexionatorum in tali termino, in quo inuenitur complexio E pulueris, & sic elicietur rectiori modo quo possibile est complexio totius confecti prædictis calculationibus. Si verò mel resoluetur in æqualia pondera cum alijs, vt in centum ʒ. & ab eis colligerentur 400. partes caliditatis, vt docet Alkindus, nequaquam posset error euitari, sicut per superiora iam patet. Vnde in hac consideratione super omnes linguas habet incarnatæ veritatis auxilio latina prærogatiua: illi ergo gratias agere conuenit tota mente, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum.

SECVNDA PARS SENSIBILIS SEV EXEMPLARIS dictorum omnium præcedentium pro Tyronib. continens quinque tabulas vt sequitur.

Tabula prima de portionibus qualitatum in quolibet situ principali.

Situs cõplexionis.			Partes *eleuatæ qualitates scilicet caliditatis.*	Partes *depressæ qualitatis scilicet frigiditatis.*
	Temperamentum		V na *medietas*	V na *medietas.*
	Calidum *in*	*I.*	Duæ *medietates*	V na *medietas.*
		II.	Quatuor *medietates*	V na *medietas.*
		III.	Octo *medietates.*	V na *medietas.*
		IIII.	Sedecim *medietates.*	V na *medietas.*

Secun-

Secunda Tabula de portionibus qualitatum oppositarum in mistione temperati cum quolibet gradu.

Situs complexionis in componentibus:	Portiões caliditatis	Portiões frigiditatis
Temperatum Calidum *in primo,*	Tres *medietates,*	Duæ *medietates.*
Temperatum Calidũ *in secundo,*	Quinque *medietates,*	Duæ *medietates.*
Temperatum Calidum *in tertio,*	Nouem *medietates,*	Duæ *medietates.*
Temperatum Calidum *in quarto*	Decẽ *et septem medietates*	Duæ *medietates.*

Tabula tertia de portionibus qualitatum oppositarum in mistione distemperatorum in eadem qualitate & diuersis gradibus.

Situs complexionis in componentibus: Calidum in	Portiones caliditatis	Portiones frigiditatis
I. *II.*	Sex *medietates,*	Duæ *medietates.*
I. *III.*	Decem *medietates,*	Duæ *medietates.*
I. *IIII.*	Decẽ *et octo medie.*	Duæ *medietates.*
II. *III.*	Duodecim *mediet.*	Duæ *medietates.*
II. *IIII.*	Viginti *medietates,*	Duæ *medietates.*
III. *IIII.*	Viginti 4. *medieta.*	Duæ *medietates.*

Tabula quarta, de portionibus qualitatum in mistione distemperatorum in oppositis qualitatibus & diuerso gradu.

Situs complexionis in componentibus.	Portiões caliditatis	Portiões frigiditatis
Frigidum *in primo* Calidum *in secũdo,*	Quinq; *medietates,*	Tres *medietates.*
Frigidum *in primo* Calidum *in tertio,*	Nouem *medietates,*	Tres *medietates.*
Frigidum *in primo* Calidũ *in quarto,*	Decem *& septẽ medietates,*	Tres *medietates.*
Frigidum *in secũdo* Calidum *in tertio,*	Nouem *medietates,*	Quinque *medietates.*
Frigidũ *in secundo* Calidũ *in quarto,*	Decem *& septẽ medietates.*	Quinque *medietates.*
Frigidum *in tertio* Calidũ *in quarto,*	Decem *& septẽ medietates,*	Nouem *medietates.*

Tabula quinta, de situ complexionis resultantis in composito ex componentibus gradualitatis vel complexionatis secundum formam propositam in antè habitis tabulis & primis ponderibus.

Componentia	Situs complexionis resultantis
Temperatum Calidum *in primo*	Calidum *citra finem primi gradus, per tertiam partem gradus integram.*
Temperatum Calidum *in secundo*	Calidum *circa medium secundi gradus, per decimam partem gradus integram.*
Temperatum Calidum *in tertio*	Calidum *in prima meta tertij non integra; sed habente minus tertiã partem sui, quod est nona totius gradus.*
Temperatum Calidum *in quarto*	Intra *principium quarti, per duas decimas septimas partes gradus.*
Calidum *in primo* Calidum *in secundo*	Calidum *citra finem secundi per tertiam partem gradus.*
Calidum *in primo* Calidum *in tertio*	Calidum *citra medium tertij, per decimam partem gradus.*
Calidum *in primo* Calidum *in quarto*	Calidum *infra principium quarti, per duas nonas partes gradus tantùm.*
Calidum *in secundo* Calidum *in tertio*	Calidum *citra finem tertij, per tertiam partem gradus.*
Calidum *in secundo* Calidum *in quarto*	Calidum *citra medium quarti, per decimam partem gradus.*
Calidum *in tertio* Calidum *in quarto*	Calidum *citra finem quarti, per tertiam partem gradus.*
Frigidum *in primo* Calidum *in secundo*	Calidum *citra finem primi, per vnam quintam partem ipsius.*
Frigidum *in primo* Calidum *in tertio*	Calidum *citra finem secundi, per vnam tertiam partem gradus.*
Frigidum *in primo* Calidum *in quarto*	Calidum *vltra medium tertij, per trigesimam quartam eius.*
Frigidum *in secundo* Calidum *in tertio*	Calidum *citra finem primi, per vnam nonam partem gradus.*
Frigidum *in secundo* Calidum *in quarto*	Calidum *citra finem secundi, per sextam partem gradus, habentem minus vnã decimã partem gradus.*
Frigidum *in tertio* Calidum *in quarto*	Calidum *citra finem primi, per decimam septimam partem gradus.*

Tabula de primis & maioribus dosibus distemperatorum, in vnaquaque regione, & cuiuscunque gradus, & cuiuscunque metæ: De maiori tamen securitate est operari cum minoribus dosibus, in vnaquaque regione.

In regione	corpore	& tempore	tēperatis
Prima	meta	II. meta	in fine
i. ℥ ʒ.	v.	ʒ. iiij.	ʒ. iij.
ij. ℥. ʒ.	iiij.	ʒ. ij. ℈. ij.	ʒ. ij,
iij. ℥. ʒ.	ij.& s.	ʒ. j. ℈. ij.	ʒ. i.& s.
iiij. ℥. ʒ.	j. & ℈. ij.	ʒ. i. ℈. s.	ʒ. i.

In regione	corpore	& tempore	distēperatiorib.
Prima	meta	II. meta	in fine
i. ℥. ʒ.	vij.	ʒ. vj.	ʒ. v.
ij. ℥. ʒ.	v.	ʒ. iiij.	ʒ. iij. & ℈. j.
iij. ℥. ʒ.	iij. ℈. ij.	ʒ. iij.	ʒ. ij. & s.
iiij. ℥, ʒ.	ij. & s.	ʒ. ij.	ʒ. j. ℈. ij.

In regione	corpore	& tempore	distemparatis	parum.	
Prima	meta	II. meta	in	fine	
ʒ.	vj.	ʒ. v.	ʒ.	iiij.	
ʒ.	iiij.	ʒ. iij. & ℈. j.	ʒ.	ij.	℈. ij.
ʒ.	iij.	ʒ. ij, & s.	ʒ.	j.	℈. ij.
ʒ.	ij.	ʒ. j. ℈. ij,	ʒ.	j.	℈. j.

In regione	corpore	& tempore	distemperatissimis.	
Prima	meta	II. meta	in	fine
ʒ.	viij.	ʒ. vij.	ʒ.	vj.
ʒ.	vj.	ʒ. v.	ʒ.	iiij.
ʒ.	iiij.	ʒ. iij. & ℈. ij..	ʒ.	iij.
ʒ.	ij. & ℈. ij.	ʒ. ij. & s.	ʒ.	ij.
ʒ.				

Per variationem ponderum quantitatis componentiū eiusdē qualitatis, sed diuersorū graduū à gradu
- Tertio
- Secundo
- Primo
- Temperato
- Secundo
- Primo
- Temperato
- Primo
- Temperato
- Temperato

Gradus
- IIII.
- IIII.
- IIII.
- IIII.
- III.
- III.
- III.
- II.
- II.
- I.

Reducitur ad
- Tertium *solum*
- Tertium *& secundum*
- Tertium, *secundum & primum*
- Tertiū, *secūdū, primū, et tēperatū*
- Secundum *solum*
- Secundum *& primum*
- Secundum, *primū & temperatū*
- Primum *solum*
- Primum *& temperatum*
- Temperatum

Gradum.

Frigidum *in gradu*
- Primo *inducit calidum in*
  - Quarto *ad calidum in III. & II. ad temperatum & ad frigidum in primo.*
  - Tertio *ad calidum in II. ad temperatum & ad frigidum in primo.*
  - Secundo *ad calidum in I. ad temperatum & ad frigidum in primo.*
  - Primo *ad temperatum & ad frigidum in primo.*
- Secūdo *inducit calidum in*
  - Quarto *ad calidum in III & II. ad temperatum & ad frigidum in primo & secundo.*
  - Tertio *ad calidū in II. ad temperatū & ad frigidum in primo & secundo.*
  - Secundo *ad calidum in I. ad temperatum & frigidum in primo & secundo.*
  - Primo *ad temperatum & ad frigidum in primo & secundo.*
- Tertio *inducit calidum in*
  - Quarto *ad calidum in III. & II. ad temperatum & ad frigidum in primo, secundo & tertio.*
  - Tertio *ad calidum in II. ad temperatum & ad frigidum in primo, secuudo & tertio.*
  - Secundo *ad calidum in I. ad temperatum & ad frigidum in primo, secundo & tertio.*
  - Primo *ad temperatum & ad frigidum in primo, secundo & tertio.*
- Quarto *reducit calidum in*
  - Quarto *ad calidum in III. & II. ad temperatum & ad frigidum in primo, secundo, tertio & quarto.*
  - Tertio *ad calidum in II. ad temperatum & ad frigidum in primo, secundo, tertio, & quarto.*
  - Secundo *ad calidum in I. & ad temperatum & ad frigidum in primo, secundo, tertio & quarto.*
  - Primo *ad temperatum & ad frigidum in primo, secundo, tertio & quarto.*

¶ Nota, quòd dosis est prima quantitas, qua A corpus sanabile immutatur prima applicatione vel multis. ¶ Nota quòd medicinæ quæ sunt cibales, id est, cib. & medicina nūquā extendūtur vltra secundū gradū, & in istis cibalibus facit ℥. 1. quòd in purè medicinis ʒ. 1. & ideò si cibus sit in primo gradu eius prima dosis est ʒ. ℥. si sit in secundo gradu eius prima dosis est 2. ℥. tēperatum vt tēperatum nō habet dosim. ¶ Nota quod pro qualibet ℥. pulueris in cōfectionibus cū saccharo debet poni. 1. ℔. sacchari. ¶ Itē nota, quòd in B cōpositone cuiuslibet medicinæ cōmuniter ponuntur quinq;, scilicet radix, iuuans radicē, præparans operationē radicis, remouēs nocumentū radicis, & remouēs nocumentū totius medicinæ compositæ. Radix dicit͠ in cōpositione illud cui potissimè attribuit͠ laus vel operatio, quā facit talis medicina cōposita, vt est caro tyri in theriaca: & ista radix quādoq; est vna in medicina cōposita, qñ. s. est sufficiētis virtutis ad illū effectū quē quærimus, qñq; sunt duæ radices, qñq; tres, scilicet quando vna vel duæ nō essent sufficientis virtutis: rarò tamen accidit quòd plures ponantur. Et sic possumus dicere, quòd benedicta radix est turbith. esula, diagri. iuuās radicem dicitur illud quòd habet cōsimilē operationē cū radice in theriaca, ideò ponitur gentiana, & terra sigillata, q̃ vim habent expellēdi venenum, & debet semper poni in eadē dosi, qua radix: præparans radicem non habet consimilē operationē semper cū radice, sed habilitat, & reddit operationem eius facilē, sicut zing. cum turbith, & debet esse dosis eius semper in subdupla ꝓportione ad dosim radicis. Remouens nocumentū radicis semper debet esse eiusdē dosis cū radice in virtute, quia in ponderē nō oportet, & verū est quòd aliqui dicūt, quòd ꝑparanti radicē nō debetur dosis. ¶ Nota, q̃d primę doses, q̃ dictæ sunt in cibātib. & in alterātib. datæ & assignatæ sunt respectu tēperati climatis, & hominis tēperati: ad habendū ergo doses in alijs regionib. climatib. & alijs corporib. à tēperato, oportet scire, quòd istarū dosium triplex est augmentū: primū. s. secundū & tertiū: Primū augmentū est tertia pars dosis primę: secundum augmentū est duæ partes primæ dosis: tertium augmentū est duplare primā dosim: verbi gra. prima dosis piperis, quia calidū est in quarto est 1. ʒ. C augmentabitur primo augmento, & erit ʒ. 1. ℈. 1. secundo augmento ʒ. 1. ℈. 2. tertio augmento erit ʒ. 2. Similiter in alijs: nam prima dosis rei calidæ in primo est ʒ. ʒ. si additur ei primū augmentum, erunt 4. ʒ. si secundū erunt 5. si tertiū, erunt 6. ʒ. Et

Et ſimiliter in ſecūda, & tertia doſi. ¶ Hoc igitur viſo conſidera regionem diſtemperatam, vtrum ſit calida, calidior, calidiſsima, vel frigida, frigidior, vel frigidiſsima, vel vt vniuerſalius dicā, diſtemperata, diſtemperatior, vel diſtēperatiſsima: & ſic in complexione corporis lapſa vtrum ſit lapſus paruus, magnus, vel maxim9, iſta diſtinguēs in tres latitudines: ſi ergo talis intemperies ſit modica, vt illa, quæ ſignatur ꝑ poſitiuum, & alterantia oppoſita illi qualitati addantur in prima doſi, & vltra hoc in primo augmēto, ſi intemperies ſit maior, ſecundū augmentū, ſi maxima, augmentū tertium: tñ ad maiorē ſecuritatē debemus primò tentare, num cum primis doſibus vel primis augmentis poſsimus conſequi effectum. ¶ Nota vlterius, quòd radix medicinę debet poni ſecundū exigētiam paſsionis, vt ſi ægritudo eſt eleuata in 10. numeris, aut ſecundò gradu, medicina debet eſſe in ſecundo gradu. Pondus confortantis radicem debet eſſe in ſubduplo ad radicē, vt ſi de radice ſit ʒ.1. & de cōfortante vel iuuāte radicis ʒ.s. & hoc verū eſt in his, q̄ mediocris ſunt ponderis: nam ſi radix eſſet leuis & confortans graue, non obſeruatur, nec ſi è cōuerſo, & tunc fiat ꝓportio ſecundū virtutē, ꝓparans radicē, non habet certā doſim, remouēs nocumentū radicis eiuſdē eſt pōderis cū radice, vnde tātum ponimus de bdellio, vel maſtice, quantū de ſcāmonea: & hoc verū eſt, ſi radix non habeat præparationē, ſecundū q̄ mitigaretur malitia, & ideo minus de reprimēte ponimus cum diagrid. q̄ eſt ſcāmonea cocta, q̄ cum ſcammonea, quæ non eſt cocta. Sed remouēs, vel alterans malitiam totius medicinæ debet eſſe æqualis ponderis cum radice & omnib. aliis, vt patet, ſi fiat puluis de turbith ſic: Rec. turbith ʒ.20. radic. zingib ʒ.10. remouens nocumentum radicis, ſacch. ʒ.30. remouēs acredinem totius medicinæ compoſitæ. ¶ Nota proportionē ponderū, rerum medicinaliū ſolùm, vel rerum cibaliū purè. Pondus primi gradus ſic proportionatur ponderi ſecundi, tertij, & quarti gradus: nam ſi diuiditur in tres partes, pōdus primi gradus duæ partes illarum triū debentur ſecundo gradui: ſi autē diuiditur in duas æquales partes, vna medietas debetur tertio gradui: ſi aūt diuiditur in tres partes vna illarū debetur quarto gradui. Pondus ſecundi gradus ſic proportionatur pōderi tertij & quarti: nam ſi diuiditur pondus huius ſecundi in quatuor partes æquales, pondus tertij tres illorū continet. Si autem duas partes æquales, pondus quarti medietatem iſtius continet. Pondus tertij gradus ſic ꝓportionatur ponderi quarti gradus: nam ſi diuiditur in tres partes æquales quartus gradus duas illarū continet. In purè cibantibus prima pondera maiora ſunt, quâm in medicinalibus: veruntamen eadem proportio ſeruatur in cibantibus, quę in medicinalibus, quantum ad primum & ſecundum gradum, quia hunc ſecundū gradū non excedunt. Ad habēdum ergo pondus proportionale in cibantibus, vide quale pondus eſt proportionale in medicinalibus, & pro quolibet ℈.ʒ. vel ℥.℔. vel alio pondere proportionabili medicina, accipe octuplum rei cibalis, & habebis proportionē: verbi gratia, ſi pōdus primū rei medicinalis cal. in 2. eſt 2.ʒ. ſint mell. quòd eſt cibalis, bis 8.ʒ. vel. 2.℥. quod idem eſt: ſed ſi pondus proportionale primi ponderi rei medicinalis ſit media ℔. in ſecundo gradu. mel. pondus proportionale erit 4.℔. ſiue octies media libra.

Secundum hunc actor. ſuper comment. 23.

	Calidorum *in ſecundo*	Frigidorum *in ſecundo*		
a	ʒ. 2.	ʒ 2.	Faciūt	Temperamētum
e	ʒ. 2.	ʒ. 4.		Calidum *in primo gradu.*
i	ʒ. 2.	ʒ. 8.		Cal. *in fine* [illegible] *cundi gradus.*
g	ʒ. 2.	ʒ. 6.		Cal. *in medio ſecundi gradus.*
f	ʒ. 2.	ʒ. 5. ℈.1.		Cal. *in prima media ſecūdi gradus.*
h	ʒ. 2.	ʒ. 6. ℈.2.		Cal. *in ſecunda media primi gradus.*
b	ʒ. 2.	ʒ. 2. ℈.2		Cal. *in prima media primi gradus.*
d	ʒ. 2.	ʒ. 3. ℈.1.		Cal *in ſecunda media primi gradus.*
c	ʒ. 2.	ʒ. 3.		Cal. *in medio primi gradus.*

Hoc in principio tertiæ partis locum babet.

Medicinæ	Doſes	Partes *calidę.*	Partes *frigidæ*	Humidæ *ſiccæ.*
Rec. Scariolæ,		1.	2.	2.
Acetoſæ,	an. ℥.3.	1.	2.	
Menthæ,		4.	1.	
Sambuci.	an. ʒ. 2.	4.	1.	
Mellis.	℥.2.	4.	1.	
Rec. Flor. cam.	ʒ.3.	2.	1.	
Lactucæ,	ʒ.2.	1.	4.	2.
Scariolæ,	ʒ.3.	1.	2.	
Portulacæ,	ʒ.2.	1.	4.	
Vini maligran.	℥.2.	1.	4.	
Sem. melonum,		1.	2.	
Sem. cucurbitæ,	an. ʒ. 3.	1.	2.	
Saccharum,	quart. 1.	2.	1.	
Aquæ	*q. ſ. de actione aquæ non curat Medicus; quia ſimplex non agit in compoſitum.*			
Additio, camph.	ʒ.1.	2. p. 1.	8.	8.

ARNALDVS DE VILLA NOVA
DE VINIS.

SACRAE ac ſemper victorioſæ regiæ maieſtati veſtræ humilis ſeruulus terræ oſculum ante pedes deſideraui iam dudum deſiderio cordis mei, & ſæpe ab omni datore gratiarū poſtulaui, vt aliquid de medicina tenuitatis ſcientiæ meæ laude dignū, ad benignas aures regias perueniret. Exaudita eſt oratio mea, ſed indiſcretus fortunæ impetus, q̄ nunquam ſatiatur miſeria miſerorum, id intuēs, metuenſq; ne efficerer apud regiam maieſtatem, maior miſerabilium numero, quorum à meorū primordiis nataliū cęteris me cōgeſsit, fieret minor, confeſtim lætitiæ meæ feſtis infeſtans commouit ſuper me Aquilonē, & ducit me in Affricā ad miſeriam ipſam. Ecce fortunæ inſenſata cognitio, illud enim pręiudicari non ſentiens, facta eſt men-

tiens sibi: nam dum cuiq; statutum statuit stabile, cùm sit natura instabilis, desinit esse ergo quod est. Verùm spero in Deum, qui est omniũ bonorũ largitor, de cuius prouidentiæ munere venit, vt diligentibus eum omnia cooperẽtur in bonum, is diligit iustos, elisos erigit, custodit aduenas, sanat contritos corde, ac in omni facit contaminatione prouentũ. Quem inuidæ fortunæ varietas nixa est à regalibus sedibus remotiorem efficere, de sua solita miseratione, fęcundiori cõsolatione, regiis conspectib. ꝓpinquiorẽ, & de grato efficiet gratiorẽ. Igitur quia instat tempus, in quo medicinalia confici solent vina: ecce quorundã vinorũ vsuales cõfectiones, quas prę mẽte habeo, hic describo cum ꝓprietatibus, seu laudibus eorundẽ.

Sequitur iam propositum, scil. de Vinis.

Vinum palmeum.

LAVDAMVS, inquit, vinum de bona vite, ad conficiendum vina medicinalia, & maximè palmeũ, siue albũ, cùm sit in substantia subtilius & magis recipiat impressiones & colores. Est & amplius vinum palmeum, siue album ex parte debilis operationis, q̃ sufficit ad deferendũ virtutes rerũ incorporatarum in eo ꝑ singula membra cum delectatione & apprehensione naturę, nec sui quadã exuperanti fortitudine remittit, aut furere facit qualitates actiuas eorum, quæ in eo exqualificantur: sicut est græcum aut simile, q̃ longè sunt à cõsideratione periti Medici in hac arte. De hoc quoq; intellexit Gal. cum dixit: Vinũ quoq; palmeũ est melioris saporis, & odoris, q̃ cætera vina alia. Et vina quidem fortia per semetipsa, vbi expedit, sunt medicina, & vbi nõ, efficiuntur venena. ¶ Volentes igitur ad huius confectionẽ vinum, quod in huius artificio laudẽ meretur, eligere, accipiamus mustum de vinis albis, de bono loco, & cum eo certis proportionib. res secundum medicinæ semitam exuirtuandas imponamus, & claudamus in vase boni ligni, more aliorũ vinorũ, cõficietur & perficietur ibi quasi à natura, quod arte est comprehensum. Res aũt, q̃ imponendæ sunt musto, dum per naturalem ebullitionẽ ipsius musti adinuicẽ interius colluctantur, expoliãtur à virtutibus earum, & incorporatur virtus ipsarũ vino musto: depuratur vinum ipsum induens operationẽ illarum rerum, tantò melius, quantò delectabilius suscipitur, & penetrabilius per singula membra virtus huius vini delatoris actione destinatur: vnde natura vigoratur, fortior redditur, & citius resistit nocumentis, quando administratur, sicut & vbi oportet. Et istud est præcipuum, quod in huius ebullitione nõ resoluitur virtus rerũ, neq; alteratur, neq; debilitatur, quàm si fiat cum igne, licet sit ignis lẽtissimus, & cõtinuatus sine fumo. Et istud est securi⁹, quãdo fit in lebete cooperto foramine lebetis cum scutella parua, vt fiat exhalatio ventositatis, cum modica eleuatione à latere vno, vt reprimatur, quod ascendit, ad interiora. Et quando fit cum igne vas cooperiatur: tunc enim nõ euentatur, nec admittitur de virtute ipsarum rerũ. Oportet etiã metiri cũ fit cum igne, qđ & quantũ de decoctione res sustinent, & regere ignem: illud non est paruæ considerationis. Sed quando fit cum lebete excusatur ab hoc, & relin-

Differt ebullitio in lebete ab ea quæ fit cum igne.

quitur operationi naturæ. ¶ Et vino quidẽ inest ex se proprietas magna in natura humana. Inquit enim Ruffus absolutè de eo, dicens: vinum non solùm cõfortat naturalem calorem, verumetiam turbidum clarificat sanguinem, aditus totius corporis, maximè venarum aperit, hepatis opilationem aufert, tenebrosam fumositatẽ quæ generat tristitiam à corde expellit, totiusq; corporis membra corroborat. Vt non solùm sua bonitas in corpore, sed etiam in anima ostendatur: facit enim illam gaudere, & obliuisci tristitiæ, confortat eam ad inuestigandum subtilia, & difficilia contemplandum, eiq; tribuit solicitudinem, audaciam, & largitatem, de eius labore & dolore diminuit, & præparat pręparationẽ bonam instrumẽtis spiritus, vt anima operetur cum eis. Ipsum quidem sumtum, secundum quod expedit, omnibus est conueniens ætatibus, temporibus, regionibus: ipsum namq; est conferens senibus, eò quòd eorum siccitati obuiat, vnde eorum medicina: iuuenibus verò cibus eò quòd natura vini naturæ iuuenis est similis. Pueris verò cibus eo, quòd auget ipsorum calorẽ, & nutrimentũ: medicina verò quia eorum, quam de vtero cõtraxerunt, humiditatem exsiccat. Nullus autem physicorum in sanis eius vsum vituperat, nisi secundum quantitatem, vel commistionem aquæ cum eo. Sapiẽtes autem assimilauerunt ipsum theriacæ magnæ, quoniam est rerum contrariarum operatiuũ, quia calefacit corpora frigida per se naturaliter, & infrigidat calida per accidens, videlicet cùm sua subtilitate perueniat ad loca longinqua, deferens secum aquam ad loca longinqua, quæ indigẽt refrigeratione, sic similiter & humectat: inde est, quòd ipsi perscrutatores scientiæ medicinæ elegerunt vinũ, & descripserunt de eo capitula multa, & in eo decreuerunt rerum fieri excorporationẽ ad vsum humanũ vtiliorẽ, quoniã est naturę amicissimũ, & receptiuũ omnis infusionis bonorũ, in rectificatione ciborũ malorũ. Testificatus est aũt Auenzoar in dictis suis, quòd neq; cibus, neq; medicina ab eo expolientur vnquã. Et filius Mesuę de consolatione medicinarũ iuxta rheubarbarũ ad meliorẽ præparationẽ, iussit remolliri in vino, illudq; laxatiuis potibus immisceri. Et idem aphoristicè docuit, vt sit ingeniũ Medici cõuertere saporẽ medicinæ in gustũ cibi, quantũ possibile est, vt natura delectabiliter amplectatur eam, ne ex ea terreatur, aut nausea afficiatur, ad hoc est aptum vinum. Et ex hoc sermone ingeniati sunt nonnulli modernorum diuersarum præparationum modos inuenire, ita quòd alij cum pulueribus, alij cum cibis & potibus, alij per vnctiones, alij aliter, & aliter multifariè, multisq; modis, nedum alia, sed & laxatiua medicamina conati sunt humanis corporib. applicare. Quod Gal. & Auicen. aliisq; peritioribus non placet eò, quòd natura duobus intenta esse debet, potissimũ verò quia motus fit contrarius, nam mẽbra ad se trahũt ex cibo alimentũ versus circumferentiã, humor verò trahitur virtute medicinæ ad cẽtrum. Et qui ad hæc obiecta respondent, asserunt semper istã obuiationẽ fieri in corpore, qđ nutritur, eò quòd mẽbra, vt dictũ est, ad circũferentiã alimentũ trahũt, & semꝑ remaneat aliquid in conuersione sua, quoniã cũ quodlibet mem-

Vini proprietates in natura humana.

Vinũ in nulla ætate, in nullo tempore, & in nulla regione prohibetur.

Neq; cib⁹ neq; medicina expolientur à vino.

Galen. & Auicen.

[illegible] ad contrariũ.

Medicina leues sumi debent cũ cibo.

membrum habeat expulsiuá, ad vasa euacuationum transmittit; & dux fortè istius sectæ est Macrobius qui autoritate Plinij iussit pillulas de aloe vesperi immediatè post cœnam offerri: ego tentaui & reperi iuuamentum, non nocumentum. Quidam in medio cibi granum aloes accipiunt, & etiam cassiamfistularem, & statim his sumtis superassumunt cibũ, & operatio bona & laudabilis sequitur. Et nota quòd medicinæ, quę non sunt violentæ, & sunt tardæ operationis, & modicæ effusionis, vigorantur & meliorantur, si sumantur cum cibo. ¶ Redeamus ergo ad propositum & dicamus, quòd modus conficiẽdi vina, & vsus eorum secundum rationẽ est de excellentiorib⁹ medicinis, quibus Medicus potest iuuare ꝓpter delitias, quas inuenit nostris temporibus natura humana. Et nos cũ benedictione Dei de cõfectionib. ipsius incipiamus. ¶ Adiiciamus aũt

Canõ in exhibendo medicinas.

super hoc canonem generalem quẽ expedit omnem medicinæ Artificem præ oculis semper habere in omnium medicinaliũ applicatione, vt videlicet de nominibus, causis ægritudinũ, potestatibusq; rerum singularium sit instructus, sciat diiudicare rationabiliter, & suum iudicium operib. applicare cũ diuisionibus generalib. quæ ad hoc requiruntur: vt videlicet noscat discernere inter naturas, complexiones, regiones, tẽpora, cõsuetudines, ætates, inter effectus qualitatum elemẽtalium actiuarũ, & passiuarum, & huiusmodi, sine quorũ cognitione etiá panem aut carnem prębere sine scientia Medici haud debet. Quare consulitur vnicuiq; ne præsumat aliquid medicinale afferre alicui, nisi sit Medicus, vel de periti Medici consilio. Quoniam secundum Gal. error in medicina, eò quòd fit in subiecto nobiliori, vtplurimum non facilè recipit correctionem. ¶ Vlterius

De vase & vino.

autem habeatur præuisio, vt vas sit ligneũ de bono ligno, & mundũ ab omni sorde & tetro odore, in quo vinum introducitur conficiendum: & sit mustum expressum de vuis bene maturis, & mũdificatis à corruptione, ne propter immaturitatẽ transeat in acetum. ¶ Et modus confectionis, seu

Modus confectionis vini artificiati triplex.

excorporationis rerum, quæ in vino admiscẽtur, est triplex. Et melior modorum est, vt res ipsę decoquantur cum aliqua quantitate musti, & spuma remoueatur, & hoc donec de musto sit tertia pars consumta, quiescat per noctem & mane per solatorium, hoc est, per lineum album coletur: deinde cum quantitate conuenienti ad saporem alterius musti permisceatur, ponatur in vas, cooperiatur os vasis cum emboto, seu scutella, ab vno latere aliquantulum eleuata, & obstruatur sic donec deferbuerit, deinde bene cooperiatur, & accipiatur de eo, cùm fuerit opportunum. ¶ Ali⁹ modus est, vt accipiátur res siue virides, siue siccæ, si virides aut recentes non inueniantur, conquassatæ sacculo lineo indãtur qui sacculus cum musto albo vasi imponatur, & tantundem musti bulliat, dispumetur, prædicto vino misceatur, & cùm clarificatum fuerit ex eo accipiatur, cùm opus est. ¶ Tertius modus est & fit in momento in omni tempore, scilicet cum igne: & talia vina recipiuntur aut per se, aut cum mistura alterius vini, vel aquæ, prout opus fuerit. ¶ Et quia naturaliter, vt diximus, vinum de facili recipit omnẽ impressionem coloris, saporis atque odoris, elaborandum est, cùm perpendi poterit, quid res imponendæ facere possunt, ne in his, vel eorum aliquibus faciant immutationem fortem: & tũc addatur musto mel, vel saccharum in debita quãtitate, qua excessus ille rerum occultetur secũdum meliorem ęstimationem. Vel si ex incuria aliquid horum virium contraxerit, nec possit aliter corrigi, temperetur istud cum eo, quod remouet errorem hunc: vt si adsit in vino amaritudo, vel acetositas temperetur cum dulci, & sic de similibus: & si nimis fuerit calefactum cum frigido, reprimatur, & econuerso, & sic contraria contrariis rectificentur. ¶ Memorandum verò, quòd interdum quędam vinorum confectiones oportet ad ignẽ fieri, vt dixim⁹, aut quia fieri aliter nequeũt, aut quia facta non inueniuntur, & necessitas nõ patitur inducias: inde est, quòd quidam Hermetis filij appellauerunt ignem solem: & quidam caloris naturalis rerum vicarium. Et dixerũt eorum aliqui in secretorum libris, quòd istud, quod operatur calor solis in visceribus terræ, & mineris in centum annis, possibile est fieri posse per ignem de vno. Ignis autem facit detegi aut acquiri rebus, quibus applicatur, alias & alias proprietates, & totum naturæ opus nõ est occultum de eo: dixit enim alias, quòd de scibilibus scitur ab hominibus minimum. Est ergo animaduertendum, quantum & quandò expediat cum igne aliquid fieri, vt fiat cautè: quoniá in administrando illum reb. quæ coqui debẽt nõ est parua pars solicitudinis, & inde ęst quòd pistores & coqui commendantur frequenter, & sæpè vituperantur: & quidam non aduertunt hæc, quæ in multis magisteriis per ignem fiunt, & ideò in plurib. deficiunt ac decipiuntur eorum æstimationib⁹.

Bene mensurãdus est ignis in his, quæ cũ eo fiunt.

Pro melancholicis.

VINVM mirabile pro melãcholicis, cardiacis, & adusta cholera laborantibus, præsertim in viis hepatis, vrinarũ & venarum, & ꝓdest naturaliter cholericis: tollit enim tristitiá, inducit lætitiam, facit hominem cõpositæ rationis, totum corpus melancholici hominis in melius disponit, & cinerationes humorũ rectificat. Valet præcipuè contra omnes quartanarios ex adustione patientes, & facit vtẽtem eo bonũ sanguinem habere, laudabilemq; animum secũdum animæ rationalis dispositionẽ acquirere: & facit reiuuenescere nutu Dei, cuius hæc est confectio. R. radicis buglossæ mundatę ab interiori medulla, folliculorum senæ ana ℔. I. rosarũ rubearum, florum borraginis, florum buglossæ an. ℔. I. conquassentur & sacculo indãtur, q̃ imponãtur vasi, quod capit tres sarcinas asinorũ, & habeatur recens mustũ expressum album, & medietas eiusdẽ musti cum dictis rebus misceatur, alia medietas immediatè bulliat & despumetur, quo facto vasi prædicto imponatur & tali vino repleatur, cùm clarificatũ fuerit, vtatur per totum annum maximè vere, hieme, & autumno. Sed quando est ꝓ custodia & regimine sanitatis, non ponatur sena, sed been albi, & rubei ana ʒ. I.

De borragine & melissa.

VINVM cordiale, & est propriè vinum borraginatũ, & vinum de melissa, & vinum de speciebus. Vinum autem borraginatũ, seu melissatum valet propriè contra cardiacam, maniam, melãcholiam & tremorem cordis: mundificat sanguinem, malas aufert suspiciones, vtileq; est in om-

ni ſpecie corruptionis, ſcabiei, & lepra: inducit lætitiam & ventrem facit lubricum. Quod fit taliter: in ℔. ipſius ponantur muſti ℔. 7. aut 14. & bulliant donec reſideant, & clareſcant. Confortat igitur regitiuam virtutem, & quando ſuccus eius clarificatus bibitur cum vino, purificat ſanguinem, & non indiget dulcoratione, quia ſuccus ei dulcis eſt.

De bugloſſa.

VINVM bugloſſatum ſecundum Macrobiū, fit hoc modo, radix bugloſſæ bene mundæ maceretur in vino, donec vinum ſaporem & virtutem eius ſumat, & aſsiduè bibat: quoniam humores melancholicos aduſtos educit per vrinam, rectificat cerebrum infectum fumoſitate melancholiæ. Et ego addo, quòd dementes & fatuos, quos ligari oportet, ſanat, vt ad ſenſum & diſcretionem reducantur. Et teſtis ſit conſcientia mihi, quòd vidi liberari quádam dominam de vrbe, quæ frequenter ex quacunq; ira vel melancholia efficiebatur fatua, loquens & clamans verba vituperoſa: ita vt oporteret ligatá eá tenere in domo ſua, donec furia illa ceſſaret. Et fuit communicatum huiuſmodi remedium, à quodam peregrino, qui veniebat ad domum illius eleмoſynam petens.

De paſſulis.

VINVM paſſulatum conficitur hoc modo: ℞ qualibet ſarcina vini ponantur paſſularum pinguium ſine arillis piſtatarum ℔. 2. cinamomi excoriati, bene cōquaſſati ℥. 1. vel ℥. 2. bulliát in muſti aliqua quantitate, q̄ poſtea ſupponatur alteri muſto, & in dolio ꝑmaneat, in diebus 12. erit clarificatum, eſt bonum & odoriferum Oportet frequenter miſceri, cùm eſt in lebete, cùm clarificatum fuerit, bibatur de eo, maximè in hieme, eſt vinum ſenum, & decrepitorum, melancholicorū, phlegmaticorum: & præcipuè mulieres impinguat, lenit pectus, confortat ſtomachum, addit ſubſtantię hepatis, confortat ipſum propriè, calę facit ſanguinem, reſiſtit putrefactioni, remouet nauſeam & mollificationem ſtomachi, quæ accidit ex acceptione ipſius: & eſt multum vtile in tuſsi, aſthmate, maximè vētrem lubricat, & ſtringit lubricitatem ſiue lienteriam, & ſimilia: confortat digeſtiuam, retentiuam & expulſiuam: valet contra ſyncopim, cardiacam, timpanitem: & quod potiſsimum eſt in eo, conſumit phlegma: & humiditatem, ſeu aquoſitatem: vſus eius prohibet naſci in corpore apoſtemata, ſi Deus voluerit: & qui continuè eo vtitur, non poterit videre in corpore ſuo ægritudinem phlegmaticam.

Vinum ſolutiuum.

VINVM naturaliter laxatiuum cautè ſic fit: Scinditur vitis per longum & extrahitur medulla ſecundum aliquam quantitatem, & imponitur ſcammonea, vel de helleboro nigro, vel eſula, vel alio forti laxatiuo: ſtringitur vitis, & ligatur, ſicut in inſertione fieri ſolet, tranſibit vis laxatiua vnà cū liquore ꝑ vitē, inficietur illa, fiat vua laxatiua, & vinū laxatiuū: ſic quoq; fiet de prunis, ficub⁹, & huiuſmodi. Palladi⁹ in libro ſuo de agricultura docet illa laxatiua facere cum frequēti adaquatione de ſero caprarū, & ſimiliter docet facere roſas albas naſci virides, vel azurinas, per eundem modū ponendo colores in medio ſtypticis plantę roſę. Et modus iſte eſt de excellentioribus medicinæ ſecundum genus laxatiuorum, de quib⁹ fieri poteſt: quoniam malitia rerum illarum alteratur tantùm per receſſum virtutū earum à ſubſtantia, vt faciant operationem ſine nocumento, licet magis tardè. Et hęc eſt melior excorporatio medicinarū, q̄ fieri poteſt, & pauci ſciūt hoc: nam inuēta eſt vua, cuius quodlibet granū ſemel mouebat aluū, ſimiliter pruna: & habebitur pro miraculo, ſed nihil eſt fortè, neq; admirabile ſcienti illud. Et qui ſcit naturas & potentias rerum ſimplicium, & habet imaginatiuam fortem in opere naturæ facit apparere mirabilia. Ita vinum vel aqua acquirit virtutem laxatiuá fortem, ſi his imponátur pruna ſicca, ficus ſiccę, vuę paſſæ, & huiuſmodi, morētur donec turgeſcant, lauentur in vino, & recipiantur, mirabiliter ſine preſſura laxant, & qui neſciunt magiſterium, mirantur. Beatus igitur ille Medicus, cui Deus dat ſcientiam, & intelligentiam, quia eſt naturæ ſocius. Et nó abſque cauſa dictum eſt in ſcientia Salomonis: Honora Medicum, &c. etenim illum Deus creauit. Sed heu multi ſunt vocati, pauci verò electi: quoniam ſciētia medicinæ redacta eſt iam ad opinionem eorū, qui ſola vniuerſalia contēplantur: Qui enim plura ſingularia ad vniuerſale reduxerit, melior habetur: Ideò bene definit quidá dicens: Medicina ſcientia eſt, quę neſcitur: Deus autem benedictus faciat nos ſcire & intelligere, & ſecūdum ſuum beneplacitum operari.

Vua & Pruna ſolutiua.

De cydoniis.

VINVM de cydoniis. Dioſcorid. inquit, fit ex cydoniis vinū, quod hydromel græci appellát ex multis cōpoſitionibus, hoc vtile eſt poſt caniculares æſtus. Ex nouis imbrib⁹ aqua cœleſtis mūdo vaſe ſuſcipiatur, & in vmbra poſita, ſæpi⁹ colletur quieta: cydonia verò iuxta maturitatē ſeminibus & ligno interius purgata, & in parua fruſta diuiſa, aquæ immergantur, tádiu in ea relinquátur, donec ſuccus eorum videatur in colore vini: poſtea lento igne ſine fumo bulliát, exprimátur, & reponátur in vaſe bene clauſo, & poſt ſeptimū menſem pro vino vti licebit ad omnia corporis vitia, quæ ſtyptica virtute indigēt adiuuari: ſicut in diſſolutionibus membrorum, defectib⁹, & ſudoribus diaphoreticis. Omnia principalia membra, & ſtomachum confortat, eius neuſeam & faſtidium remouet. Valet in omnibus fluxibus, in calefactione hepatis, rectificat ipſum: ſubuenit mirabiliter reiicientibus ſanguinem: contra vomitum multum valet, & poſt cibum adiuuat digeſtionem, reprimit fumum petentem caput: ante verò cibum retentiuam ſeu contentiuam iuuat, confortat ſubſtantiam inteſtinorum, & morſionem eorum ſedat: vſus eius lætitiam inducit, conuenit omnibus ætatibus, complexionibus, & regionibus ſua proprietate: & ſecundū Auic. ſedat ſitim, inducit bonū colorem: valet in debilitatione renū: confert ebrietati, & cōmeſſationi nimiæ: ꝓdeſt cōualeſcentibus, verùm nimius eius vſus inducit opilationē: valet in corruptione, & mollificatione ſtomachi, & eſt optimū hecticis, & phthiſicis. Inquit autem Albubarus, quádo multiplicantur pluuiæ in vere & hieme, parátur mortí homines, & eorum via euaſionis eſt vti rob cydoniorum, & ſimilium. Poteſt etiam fieri vinum cydoniatum cum muſto, ſicut & alia vina. Et vinum quoque, cui cydonia aſſata & excorticata imponuntur, & permittuntur aliquantulū, deinde bibitum, dicitur ſupplere in neceſsitate vicem vini prædicti.

VINVM

De rore marino.

VINVM de rore marino: inquit Anazares: Cùm essem in Babylonia accepi cum multa solicitudine & precum instantia à quodam antiquissimo Medico Sarraceno virtutes rorismarini, quas inter secreta, quæ nemini communicare solebat, sibi reseruabat: Et dixit quod vtiliores eius operationes sunt, si ex eo fiat vinum, deinde balneũ, tertiò oleum, quod est in effectu instar balsami: quartò electuariũ ex floribus eius, & aqua ardẽs seu vitæ.

Vinum. ¶ Vinum quidem, quod de hoc fit more aliorum cõficitur secundum modos supradictos, & habet mirabiles proprietates: nam ipsum est vtile in omnib. ægritudinibus frigidis, rectificat appetitum, & cõfortat sua aromaticitate, qua anima dilatatur, & sua stypticitate, qua substãtia eius cõgregatur: fortificat omnia mẽbra, neruos rectificat, & si lauetur ex eo facies, reddit ipsam pulcram, & si lauetur ex eo caput non cadent capilli, imò multiplicantur: vsus eius conseruat ꝓpriè ab anthrace, & huiusmodi malis pustulis, consumit phlegma & melancholiã, confortat ꝓpriè substantiã cordis, & facit acquirere aut consequi iuuentutem, qui in eius vsu perseuerauerit, huic non putrefiet corpus, & si sæpius os lauetur ex eo continuè odoriferũ reddit. Confortat dentes & gingiuas, cancrum eo sæpe lotum sanat, fistulæ item & huiusmodi vlcera ex eo sæpe lota, sæpius desiccãtur, & rectificãtur: & quando quis ex longa infirmitate infirmus siue debilitatus panem assum in eo vino remollitum comederit, rectificat appetitum, & confortat eius membrũ debilitatum. Et ipsum quidẽ vinũ temperatũ cum aqua pluuiali, & ꝓpriè decoctionis florum eius herbæ, & continuò bibitum, rectificat phthisicos, & hecticos, est probatum & secretum. Valet etiã dictũ vinũ in quotidiana lethargo, & quartana: Valet in cardiacis, ægritudinibus cordis, nausea, dysenteriis & fluxibus. Itẽ, quod de excellentioribus operibus eius est, est vicarius theriacæ cõtra venenũ, & venenosos cibos, est cautela magna tam in potu, quàm in cibo. Confortat etiam virtutẽ debilẽ regitiuã, & est potus propriè paralyticis, tremulosis, & quibus sunt relaxati nerui: confert podagrę perambulatiuæ, in summa confert omnibus mulieribus propriè humidæ complexionis, rectificat earũ matrices, & prodest ad cõceptum.

Electuarium. ¶ Et fit electuariũ ex floribus eius & melle despumato, vti fieri solet rosatum, est mirabilis vsus eius ad omnia prædicta, fiant frusta ex illa herba & floribus eius, & fiat balneũ vaporosum, & est balneum vitę & mors senectutis: quoniam continuus vsus eius facit renouari, sicut aquilam iuuẽtutem, & est secretissimum.

Oleum. ¶ Fit ex floribus eius oleum quod gerit vicem balsami, est res arcana, cuius magisterium hoc est: Impletur amphora vitri floribus eius, clauditur cum pãno duplicato cerato, aut cũ cera & coopertorio ita, quod non respiret, sepelitur in arena vsq; ad medium, maneat sic per mẽsem vnum, vel plus, flores dissoluuntur in aquã, separetur aqua illa pura & ponatur ad Solem per 40. dies, inspissabitur aqua illa ad modum olei, siue balsami. Confortat cor, cerebrum, & ad totum corpus valet: confortat debilitatem neruorũ, remouet panos, & maculas faciei: seruat iuuentutẽ, & habet virtutem balsami, quoniam gutta eius super aquam posita, petit fundũ & stabit. Et si ponatur gutta eius in sero in oculũ ieiuno stomacho, nõ tantũ maculã, telam, sed omne malũ sanat, si tribus vicib. iteretur.

Expertum. ¶ Amplius res experta est, & à me visa, quòd aqua vitę siue ardens facta de vino, in quo remollita fuerit dicta herba, curat phlegma salsum, scabiem, cancrum & fistulam, quæ aliter sanari non possunt, & si resederit dicta herba & flores, & ex ea inungantur manus, vel membrum paralyticũ frequenter ad calorem rectificabitur, & quandoque sanatur. Sunt & aliæ innumerabiles operationes singulares eius, quæ hîc propter operis breuitatem omittuntur, & sufficiant quæ dicta sunt de ea.

Ad opilationes. VINVM cõtra opilationem splenis, hepatis, & icterũ: imponãtur vino folia, & radices cichorij, scolopẽdriæ, endiuiæ, & modicum absynthij, & facta modica bullitione, vel bona calefactione, ponantur in sacculum, & reiteretur ad modum clareti super herbas: & si opus fuerit aliquid passularum, vel dulcedinis propter amaritudinẽ ponatur, & est mirabile in hoc casu. Iuuamentũ quidem vinorum iuuatur, siue augetur, & minuitur secundum bonitatem ligni vasis, & malitiam: inde est, quòd vinum conseruatum in vase tamarisci, siue de tamariscis, confert valde spleni.

Ad plagas. VINVM barbaricum ad sanandũ plagas solo potu. Recipe de caulibus rubeis, de meticis barbaricis, de cardonibus, cannabe, & athanasia, de radicibus rubeæ maioris ad pondus omnium aliorum, siccentur ad vmbram, & puluerisentur, indãtur sacculo, & sacculus vino bullienti imponatur, & dimittatur sic, sæpe sacculum ducendo per vas, & bibatur de illo mane & sero ad pondus ℥. ʒ. vel plus, & super plagam ponatur linteus subtilis, & folium caulis desuper, curatur, & sanatur, & hoc pro delicatis. *Aliis verò* datur de puluere quantum tribus digitis capi potest in vino, vel ouo & facit operationem eãdem. Et cùm hoc vulnera intrinseca, & extrinseca sanantur quasi diuina operatione: oportet tamẽ Medicum metiri complexionem vulnerati, & eius constitutionem, vtrum valde calefactus, vel febrem habeat, tunc non est ita secura ista potio. Alij indifferenter vtuntur, qui sciunt eam bene proportionari.

Laxatiua. VINA laxatiua fiunt vuis & aliis fructibus, addendo laxatiua, fiant vuæ vinatæ & pruna laxatiua & huiusmodi fructus sicci, qui remollitione pelle eorum corrugata humiditate imbibita turgescunt, & imbuuntur vino illo, & fiunt vuæ quasi nouæ. Ita imponuntur vuæ passæ vino græco, vel vernacio, vel alii bono vino, turgescunt & implẽtur vino illo, commiscetur medulla vuarum cum vino illo, & fiunt vuæ quasi nouæ, in sapore erũt illius saporis, cuius est vinum. Si imponantur ipsæ vuæ aut pruna, vel ficus, & huiusmodi vino vel aqua, in qua remollitum fuerit aliquod laxatiuum, implebuntur humore illo laxatiuo, & acquirent vim laxandi, secundum genus laxatiui remolliti in liquore prædicto.

Cum auro. VINVM extinctionis auri: hoc vinum habet proprietatem magnam in multis conditionibus, quod sic fit, extinguatur lamina auri in bono vino, quater aut quinquies, dimittatur clarescere, diligẽter coletur, & seruetur: habet enim virtutẽ confortandi cor, desiccat superfluitates om-

nium aliarum fæcum à ſanguine, ſubſtantiã cordis & ſpiritus ſua claritate illuminat, ſua ſoliditate confortat, & ſuo temperamento temperat & preſeruat ſanguinẽ à commiſcibilium corruptione, mundificat, & ſua grauitate ſuperfluitates ad expulſionem inclinat, iuuentutem conſeruat, & virtus mineralis perſeuerare facit eum in ſuis operationibus, temperie ſoluit vrinam denegatã, ſanat epilepticos & inſenſatos, confert leproſis. Multi modernorum de nobilioribus, & maximè de prælatis faciunt bullire petias auri cum cibis, alij accipiunt cum cibis, vel cum electuariis, alij in limatura ſicut in confectione, quæ dicitur diacameron, quam ingreditur vtraq;, auri ſcilicet & argenti limatura. Quidam ſolent tenere fruſtum auri in ore, & poſtea ſaliuã deglutire. Alij conuertunt in aquã potabilẽ, cuius ſufficit modica quantitas vna vice in anno, eſt conſeruatiuum ſanitatis, & prolongatiuum vitę, vt difficilè ſit credere, & ſine dubio ille eſt melior modus. Quidam alio & alio modo vti ſolẽt eo, pro diuerſitate complexionũ & cõditionũ hominũ. Qui aſsiduè illud in ore retinẽt, non pręter rationẽ hoc facere videntur: nam compertum eſt argentum in ore retentum extinguere ſitim: Ita corallus in ore retentus confortat ſtomachũ, & ipſe quidem corallus ſuſpenſus ad collũ, ita vt pendeat verſus ſtomachũ, prohibet ſtomachi cõturbationẽ. Expertus ſum quòd appoſitus iuuat, & depoſito eo deficit iuuamentum, & ſi reponitur, iuuamentũ redit. Et breuiter omne vinum ſuſcipit virtutem, & operationem rerũ, quę infundũtur & remolliuntur in eo, ſecundum modos iam dictos. Et ad iſta capitula multiplicanda ſufficit ingenium boni artificis, & ſcientia ſimplicium. ¶ Aurum eſt res arcana perfectiſsima temperamento æquali compoſitum, mirabili proportione elementarium virtutum, cui de compoſitis non eſt ſimile. Et præter virtutes quas habet ex proprietate, à natura inſunt ei ex influentia cœli ſpecificæ virtutes aliæ: quoniã ſciſſura facta cum eo nõ tumeſcit, & propter ſuam perẽnitatem eſt quaſi ſtella cœli, quonam ipſum eſt impaſsibile, neq; vmbratur, neq; diſſoluitur neq; corrumpitur, eſt quaſi miraculũ in via naturę, cùm ſit res compoſita elementaris, confortat viſum, ſincerat ſuper omnia ſubſtantiã cordis, & mineram vitæ: curat leprã & refrænat illam propriè, quarum operationum effectus nõ inuenitur niſi in vero auro puro de minera creato iuſſu Dei. Ideo falluntur in hoc alchimiſtæ: nã etſi ſubſtantiam & colorem auri faciunt, non tamen virtutes prædictas in illud infundunt. Aduertendum eſt igitur, vt accipiatur de auro Dei, non de eo, quod factum manu hominum: nam illud propter res acutas & extraneas à natura humana, quæ ſophiſticatione illud ingrediũtur, nocet cordi plurimũ & vitæ. Deus benedictus creauit illud ad ſalutem humanã, vt tempore neceſſitatis ei adminiſtretur & ſeruẽtur opera charitatis moderato illius vſu. Sed ipſum propter vſum immoderatum & priuatum, propter quẽ omnia molitur vanitas humana, & hominum, quæ theſauriſat, & ignorat cui congreget ea, heu factum eſt cauſa non ſalutis, imò damnationis multorũ. Sed ſperandum in miſericordia Dei, quòd non ſecundum peccata noſtra nobiſcum ſit acturus, ſed quomodo miſeretur pater filiorum, ita nobis faciet de ſua pietatis abundantia miſericordiam ſuam.

Corallus.

Ex compoſitis nihil ſimile auro.

Aurum alchimiſtarum non habet virtutes auri Dei.

Raſpatiuũ ſiue graſpia.

VINVM raſpatiuum, id eſt, linguam quadã acuta ſtypticitate mordẽs, eſt prouocatiuum appetitus, villos ſtomachi congregando ꝓpter eius ponticitatem: eſt enim medicina membris ex calore diſſolutis, potiſsimũ in æſtate cholericis, & ſanguineis. Sic fit: ponantur aliquæ vuæ acerbæ cũ maturis, quando vuæ piſtantur: vel quod melius eſt reſeruẽtur vuæ & piſtentur cum racemis ſuis in aliqua quantitate, & immittantur in lebetem cum muſto. Contrahet autem muſtum illud à ſucco raſpaciorum illorum, & granorum vuarum, quæ ſunt acetoſa, quãdam ponticitatem & ſtypticitatem, quia etiam ſtyptica ſunt.

Ad memoriã.

VINVM ad memoriam reparandam, & cõtra obliuionem. Rec. zingib. piperis longi, galangæ ana ℥.2. caryophyll. cubebæ ana ℥.s. nucis indicæ ℥.3. & s. fiat puluis, qui ligetur lentè in ſacculo, & imponatur in vini boni ℔.6. bulliant extra ignẽ, & cooperiatur, ne exſpiret, permittatur clarificari: & cùm opus eſt reiteretur, nec ſacculus de vino remoueatur: valet ad calefaciendum infrigidatos, & humidos deſiccandos, & cõtra omnem dyſcraſiam phlegmatis, & ventoſitatis.

De epithymo.

VINVM in quo bullitę ℨ.10. epithymi, vel infuſæ fuerint per noctem, colatum, & bibitũ, phlegmaticos, ſtomachicos, & melancholicos iuuat ad experientiam.

De eufragia ad viſum.

VINVM eufragiæ ad oculos imponatur de ipſa herba muſto, & fiat vinum eufragiatum, cuiꝰ vſu oculi ſenũ reiuueneſcunt, aufert impedimentum eorum, & defectũ viſus in quocunq; homine, & cuiuſcunq; ætatis, ſiue ſit phlegmaticus ſiue pinguis. Quidam permanſit nihil videns per longum tempus, & infra annum reſtitutus eſt ei viſus vſu eius. Ipſa enim herba calida eſt & ſicca, habet hoc à proprietate, & quando puluis eius comeditur cum vitello oui facit idem, vel de puluere accipiatur cum vino. Et ſuperſunt teſtes fidei digni, qui periculum fecerunt in ſeipſis, non poterant legere ſine ſpecillis, legerunt poſtmodũ abſq; illis, etiam literam ſubtiliorem. Et vſus vini eufragiati non habet ſibi ſimile in conferendo viſui. Si autem vinum eſſet nimis fortè, temperetur cũ aqua fœniculi, & ſi opus eſt, addatur ſaccharũ.

De enula.

VINVM in quo ſteterit enula campana per triduum, mirabiliter viſum clarificat.

De tutia.

VINVM cum tertia parte aquæ roſarum, in quo remollita fuerit tutia ter extincta per diẽ naturalem, aut aloes diſſoluta cum modico ſaccharo, collyriſatum, abſtergit maculas oculorũ, mundificat, confortat, & clarificat viſum, non permittit humores fluere ad oculum, fluxos diſpargit, & lacrymas ſtringit.

De ſaluia.

VINVM ſaluiatum diuerſi diuerſimodè faciunt, quoniam aliqui ſuſpendũt faſciculum ſaluię in vas, aliqui coquunt: quocunq; modorum fiat ita, vt nec corruptũ, nec alteratum, ſed in ſua permanẽs bonitate reperitur mirabilis vſus eius in omni remollitione gingiuarum, dolore dentium, & commotione eorum, præcipuè omnium membrorum neruoſorum, rectificat membra laxa, debilitata propter phlegma, vel humiditatem humoris aquoſi, ſicut in paralyſi, & huiuſmodi.

Et

Et tentaui in multis habētibus dolores, & cōtra-
ctiones spasmosas neruorū, inunctionē cum vi-
no decoctionis eius, & aliquoties liberati sunt. Et
est res certa & melior, quæ inuenitur in hoc casu.
Valet in epilepsia propriè, causata ex vitio stoma
chi, & matricis, quoniam sunt loca neruosa.

De tartaro & albumine oui.

VINVM abstergens faciem & manus: dissol-
uatur tartarum albificatum in igne, distillatum p
filtrum, & congelatum in bono vino Gręco, per-
mittatur, donec clarificetur, lauetur facies vel ma
nus & non tergatur, donec exsiccetur, exsiccatū
lauetur cum aqua. Idem facit vinum, in quo disso
lutum fuerit albumen oui, donec sit currens, sed
expedit renouari omni die secunda: vsus autem
huiusmodi ablutionis abstergit cutem, subtiliat
pellem, sanguinem ad superficiem producit, &
applanat corrugationem.

De hyssopo, liquiritia & hordeo.

VINVM hyssopi virtutem habet diureticam
dissoluendi, consumendi & attrahendi: additur
huic liquiritia, & est vinum senum, & potus pro
eis, valet in tussi humida & epilepsia: nā assiduus
vsus eius sanat illam maximè in pueris, loca hu-
morosa, si lauentur cum eo, desiccat & sanat, vt
est pulmo & matrix, aperit vias vocales, & facit
vocem claram: est enim herba calida, & sicca: Et
ad idem valet vinum decoctionis liquiritiæ &
hordei mūdi, confert asthmati. Item vinum lym-
phatum tepidum, in quo dissoluta sint penidia,
vesperi in introitu lecti receptum aperit pectus
strictum, habilitat ad exspirādum, confert tussi,
& maturat catarrhos. Item vsus ipsius vini de hys
sopo sanat hydropicos, caducos, & maximè
pueros.

Ad confortādum membra principalia & totum corpus.

VINVM confortans omnia membra princi-
palia, & sanitatem eorum conseruans, fiat de zin.
alb. ℥.1. cardamomi domestici ʒ. 2. cinnamomi ʒ.
1. macis ʒ.s. coriandri præparati ʒ.10. rosarum ru-
bea. ʒ. 1. coletur, & clarificatum in vase mundo
seruetur, & vtatur.

VINVM aliud ad confortandum totum cor
pus, fiat de cubebis, caryophyll. zingib. passul. an.
ʒ.1. bulliant in optimi vini ℔.3. ad medietatem, &
in eo ponatur ad bulliendum aquæ ros. ℥.3. dul-
coretur, & bibātur ex eo mane & sero ℥.2. vel mi-
nus: huius autem vsus confortat cerebrum, & vir
tutem naturalem: compescit rheuma frigidum
perambulatiuum, & confert omnibus senibus,
valet cōtra syncopim, lipothimiam, & defectum
cordis cum madefactione membrorum, stoma-
chi frigiditatem, & indigestionem, consumens
superfluam humiditatem derelictam ex fructib9,
seu praua victus ratione, rectificat calorem fa-
ciendo cibum digeri, & fieri bonum sanguinem,
contra ventositatem & vitium matricis ex frigi-
ditate vel nimia humiditate, quæ impedit conce-
ptū: valet etiā contra vomitū, contra lienteriam,
contra omnem indigestionem, omnia membra
spiritualia confortat, & est vtilissimus vsus eius
conualescentibus ex ægritudinibus chronicis &
frigidis, in quibus membra principalia sunt infri-
gidata, atque defecta, est theriaca vitę, mirabiliter
confert tussi, & pectori.

De fœniculo.

VINVM fœniculatum, seu fœniculi propriè
fit ex semine, & valet contra caliginem oculorū,
excitat Venerem, soluit hydropisim, & elephan-
tiam: & ego probaui in pueris, & inueni verum,
obuiat venenis, & cibis malarum qualitatum, va-
let ad tussim, & causas pulmonis, multiplicat lac
& sperma: quando fit cum radice ipsius, iuuat ne-
phriticos, & medetur ægritudinibus vesicæ, pur
gat materias, & resoluit menstrua, & vinum qui-
dem propriè de eius semine tollit nauseam, sedat
lateris dolorem, ventositatem expellit, digestio-
nem confortat, aperit opilationem splenis, & he-
patis, & viscerum dolores placat.

De aniso.

VINVM de aniso aperit opilationes mea-
tuum & viarum interiorum: pręseruat à colica, à
ventositate, rectificat digestionem, & ructuatio-
nem ventosam tollit, vsus eius propriè competit
mulieribus lactantibus: quoniam aperiendo po-
ros, & subtiliando sanguinem atque calefacien-
do multiplicat lac: tale vinum lac aquosum recti-
ficat, quandoque maceratur, & est melius: tol-
lit dolorem renum ex ventositate, & arenulis, nō
inueni magis præsentaneum remedium, quàm
vsus huius vini, & electuariorum, scilicet diani-
si & diatragacanthi: nā statim dolorem sedant, &
mundificando renes educunt arenulam, ipsum
quidem vinum potest fieri cum igne & sine igne.

Claretum ad senes & melācholicos, &c.

VINVM senescentium hyemali tempore va-
lens melancholicis, & phlegmaticis, renes & to-
tum corpus calefacit, tumorem hæmorrhoi-
dum tollit, cibum digerit, bonum colorem facit,
lumen acuit, canos retardat, mentem confortat,
in operatione valet vt hierapicra, præter quod
non amarescit, nec laxat: Recipe spicæ, cinnamo-
mi, carpobalsami, xylobalsami, zingib. galangæ,
calami aromat. macis, asari, myrtillorum ana dra-
mam vnam. masticis drachmas duas. liquiritiæ,
passularum ana vnciam semis. sacchari ad libi-
tum. Et potest fieri sine decoctione ad modum
clareti imponendo species sacculo largo, saccu-
lum colatorio, & reiterando vinum clarefactum
donec dissoluatur clarum, & virtutes specierum
exuirtuentur in ipso, quod scitur per gustum: &
hic est modus ex modis bonis.

Syrupus pro senibus & defectis.

VINVM propriè senum, infrigidatorum, de-
bilium, & in quibus humidum radicale, & calor
naturalis est diminutus: quoniam nutrit, sangui
nem generat, & replet membra mineralia spiriti-
bus. Et compositio ipsius manifestat operatio-
nem eius, quę talis est: Accipiātur boni & optimi
vini de Vernacia vel Græci vel similis libræ tres.
sacchari alb. libra vna. conficiantur ad lentum
ignem more syrupi, seruetur & accipiatur cum
duabus partibus aquæ, secundum quod necessi-
tas requirit, & est vinum, quod Rabi Moyses in
libro suo in tractat. de Regimine Sanitatis senib9
& conualescentibus elegit.

De rosis & aqua earum.

VINVM æstiuum est propriè vinum rosa-
tum: potest enim fieri cum musto, de rosis siccis,
sicut fit vinum borraginatum, & fit minori labo-
re citius, atque melius: sufficit talis modus, scili-
cet vt vino potissimum rubeo supermittatur in
amphora hora commistionis de aqua ros. quan-
tum placet in sapore, & odore, & bibatur: refri-
gerat enim cor, membra principalia confortat,
custodit membra, ne dissoluantur eorū virtutes
à calore, & dissoluta restaurat: valet cōtra putre-
factionem in febrib. pestilētialib. ipsum quidē in

trat tractatum de regimine sanitatis in cholericis tempore & loco calidis. Est etiã medicinale, quoniam valet contra lienteriam, dysenteriam, & defectum contentiuæ, temperatum cum aqua pluuiali confert vomitui, syncopi ex fumo cholerico, & cardiacæ, quæ fit ex calefactione spiritualiũ: valet etiam contra diaphoresim, & assidua lauatio dentium cum eo confortat gingiuas, & facit bonum anhelitum, lauatio faciei cum eo facit carnẽ solidã, & coloratam: si instillatur gutta eius oculis, acuit aciem oculorum, quoniam mundificat ratione vini, & confortat substantiam oculorum, ratione rosarum.

De ebulis.

VINVM ebulatũ, id est, de granis ebulorum, quod est propriè laxatiuum: decoquantur grana ebulorum, quando sunt matura, & propriè tempore vindemiarum cum musto, remoueatur spuma ebullitionis, donec de musto sit tertia pars cõsumta: noctu ponatur ad aerem, crastina luce per linteum coletur, vel per filtrum, quod melius est: demùm accipiatur quantitas istius colaturæ & imponatur alij musto albo, donec tibi placeat color, & sapor, sinatur in vase & expectetur, donec deferuescat: tunc clarificetur cum albumine oui, & sale secundum vsum illorum, qui præparãt vina: ita etiam potest fieri de vinis veteribus, si placet: & est simile in operationibus vino ex radicibus ebulorum, & magis amabile, sed non sic operosum: & quanto plus fit de virtute ipsorum dictorum granorum, & magis ad spissitudinem tẽdens, tantò erit magis laxatiuum, & semper gustus probationis sit iudicium in commiscibilibus huius confectionis: de virtute eius requiratur in proprietatibus ebulorum.

De alchekengi siue de aristol.

VINVM alchekendi, id est, vinum de aristol. longa, scilicet de pomis rubeis, quod secundum antiquos dicitur solatrum rubeum, & tẽpus collectionis eius est tempore vindemiarum, cũ poma illa sunt rubea, sicut cerasa plena granis, sicut grana ficuum: latent in folliculis, sunt boni saporis cum quadam amaritudine, colliguntur & seruantur in filo per totum annũ in folliculis suis, non putrescunt, neq; exsiccantur. Cùm vis ex iis vinum parare, accipe de pomis illis quinque aut septẽ aut plura, contere cum bono vino Græco, aut alio bono vino, cola & bibe: confestim soluit vrinam, & eius retentionem quantumcunq; difficilem, & diuturnam: educit mineram calculosam è renibus & vesica in maxima quantitate, ita vt visibiliter manu possit colligi, & interpolat⁹ eius vsus sanat ab huiusmodi passionibus Quod si diuturna fuerit ægritudo, & in senibus, saltem cum hoc adiutorio remediantur, & patientiores & leuiores sustinẽt passiones. Fuit tempore meo Cardinalis quidam, qui iam per quatriduum vrinæ difficultatem passus erat turgidus, & vt dicitur, desperatus, nullis aliis proficientibus medicinis: is de consilio Medici per potum vini huiusmodi liberatus est, & soluta est vrina in quantitate, vt impleretur quasi concha vna: ex quo solo experimento Medicus ille cum parua scientia, & pauper factus est magnus, & diues: ita multis Deus dat gratiam magnam, & affert vtilitates, & econtra. Et totum est, quia iudicia Dei abyssus multa.

De gramine.

VINVM gramineum fit de radicibus iuuenibus graminis bene lotis. Vsus autem eius occidit lumbricos à proprietate, purgat renes & vesicam ab arenulis, aperit opilationes interiores hepatis, & propriè, quæ fiunt in mesaraicis ex ariditate, seu adustione. Et quod est præcipuum in eo, bibitum statim mitigat dolores iuncturarum podagricorum, & artheticorum: conuertit etiam & deriuat materias morbi ad vias vrinæ: quoniam est diuretica temperata propter dulcedinẽ, quæ est in ipsa.

Contra quartanam, quotidianam & tertianam.

VINVM contra quartanam, quotidianam, tertianam notham, est digestiuum & laxatiuum, vt quantum digerit, educere bene possit: Recipe esulæ ℔.1. epithymi ʒ. 6. polypodij, cinnamomi, passularum an. ʒ. 4. masticis, zingib. zedoa. caryophyll. an. ℥. 1. sacchari q. s. ad dulcorem.

Contra febres.

VINVM quod dicitur fractum valet etiam febricitantibus, sine nocumento: fiat, vt in tribus vel quatuor partibus aquæ bullientis positæ in ampulla ponatur vini pars vna, & ampulla ponatur in vas plenum aqua frigida, refrigerata securè exhibeatur: hoc enim vinum aperit opilationes, ducit materiam morbi per vrinã, & naturam confortat. Quando non bibit vinum naturaliter fermentetur panis cum vino, loco aquæ, & vtatur eo loco aquæ, & veniet appetitus.

Ad filios procreãdos & fœtum retinendum.

VINVM diamoron, id est, ad filios procreandos, & fœtum retinẽdum in mulieribus propriè pinguibus, frigidis, & non iuuenculis: Recipe fœniculi; zingib. caryophyll. cinnamomi ana ʒ. 1. leuistici, spicæ, piperis albi ana ʒ. s. galangæ, anisi, dauci, carui ana ʒ. 2. cum saccharo fiat nectar, & vsus eius propriè sit in hyeme, & lymphetur cũ aqua passularum, vel liquiritiæ, vel cum aqua saccharata, donec commodè tolerari possit, quoniam est calidum valde.

Ad decipiendum infirmos.

VINVM aqueum ad decipiendum infirmos, orificium ampullæ plenæ aqua obturetur digito superposito, & ita tenendo intromittatur in vas plenum vino rubeo propriè, & odorifero: & cùm in fundo vasis locata fuerit, digit⁹ eleuetur, & diu teneatur ita sub vino. Et cum extrahi debet simili modo cum digito superposito extrahatur, & seruetur, & erit in colore vini cum modico sapore, cum quo decipitur infirmus.

Ad ornatum mulierum.

VINVM faciẽ colorãs & est ad ornatum Dominarum, breuiter conficitur hoc modo: bresilium rasum, & alumen zuccarinum propriè in vino rubeo tãtum bulliant, donec de sex partibus reuertatur ad vnam, & cum cotone liniatur vbi vult.

Ad stranguriam.

VINVM iriginum, & secretum est in eo, qđ vini decoctionis eius addito saccha. statim strãnguriam soluit. Item valet vsus eius ad generationem, & auget generatiuam materiam.

Mellitum vel passulatum.

VINVM mellitum fit tam naturaliter, quàm artificialiter: naturaliter fit sic, permittantur morari vuæ dulces albę in vite eleuatis foliis ad Solem, donec passentur, & tunc exprimatur mustum ex eis, reponatur, erit dulcissimum ad spissitudinem tendens, quam dulcedinem suscipit ex magna digestione à Sole facta, & est nutribile & generatiuũ, ob crassitiẽ delectabile, maximè tẽpore hyemis. Et quidã faciũt aliter: faciũt bul. passulas in vino bono in aliqua quãtitate, donec dulcescat, & reponũt in vas, vbi mustum poni debet, addunt

addunt passulas pistatas, virtus earum transit in
vinum,& ipsę resident cum fęce,& vnusquisque
modus est bonus.

De garyophyllis.

VINVM garyophyllatum fit tantum cum su
spensione garyophyllorū sacculo impositorū,&
pēdent in musto in lebete & est vinum multum
desiccatiuum,habet virtutem dissoluendi, cōsu-
mendi,desiccandi & attrahendi,valet cōtra asth-
ma antiquum,& tussim senum putredinalē: con
tra epilepsiam , & syncopim,confortat digestiuā
& retentiuam , facit anhelitum odoriferum;sac-
charum autem & liquiri. remittunt de siccitate
ipsius multum.

De aromatib.

VINVM aromatisatum fit per suspensiones
rerū aromaticaliū suspensarū in sacculo in vas cō
tinens vinum vel mustum:& erit odor & vtilitas
secundum genus rerum aromatisantium frigida
rum,siue calidarum,siue hoc,siue illud.

De granatis.

VINVM granatum fit duobus modis: aut in
colore granorum granatorum , & illud fit aut ex
permistione vuarum nigrarum cum albis,aut fit
per conuersionem musti super vuas iam ex-
pressas,sinendo cum eis per triduum, postea ex-
trahendo: sic fit communiter in prouincia,& est
modus bonus:sunt frigidiora vina,& magis con
fortatiua & meliora pro æstate:quoniam frigidi-
tatem & stipticitatem sapiunt, qua confortantur
mēbra ex reiteratione illa super racemos, grana
& cortices vuarum,quia frigida hęc sunt. Mora
verò operantur, vt contrahatur de virtute illa,&
misceatur vino. ¶ Fit etiam alio modo vinū gra-
natum de vino albo, quod est medicinale,& pro
priè vinū pro æstate ęstuantib. laborantib. ex ca-
lore,calefactis, stomachicis, ictericis & choleri-
cis datur:& oportet vt accipiatur moderato vsu,
& quamdiu necessitas requirit, ex consilio peri-
ti Medici : ita obseruanda est qualitas & quan-
titas in re medicinali,& specialiter in dictis & di-
cendis confectionibus vinorum,vt dixi : quoniā
res medicinalis est habens mensurationem se-
cundum morbi extensionem,& remissionē. Su-
mātur ergò grana granatorum propriè,& fiat de
eis sicut diximus de vino ex granis ebulorum:&
illum secundum me præ cæteris alijs modis me-
liorē teneo & laudo.¶Et sunt quidā qui seruant
poma granatorum , & cùm volunt ante cibū vel
cum cibo vti vino cū virtute granatorum, expri-
munt grana per linteum mundum in vas,& im-
ponunt vino bibendo,ad placitum.Et est melior
modus seruare poma quàm succum in ampullis,
quia de facili recipit corruptionem. Vt autem in
sua per totum annum integritate seruetur, est
quòd vino granatorum posito in ampullis super
infundatur tantum olei vt superemineat trib. di
gitis & sine corruptione seruabitur. Poma autē
cùm desiccata fuerint ad solem,aquæ feruenti su-
bitò immergantur, extrahātur & ponantur in lo
cum minimè humidū & isto modo à corruptio-
ne seruantur. ¶ Alij sunt,qui tota æstate singulis
diebus mane ieiuno stomacho comedunt medi-
um pomum granatū , vel bibunt de vino grana-
torum , & superbibunt mensuram optimi vini,
abstinent à cibo vsque ad conuersionem eius,
& dicunt præseruari hoc à febribus pestilentiali-
bus,æstuositatibus, epidemia & aeris corruptio-
ne, & non posse choleram in eis augmentari.

Modus seruandi poma granata.

Praeseruatio à feb. cholicis & pestilentialibus.

A Laudo hunc modum propter delectationē,quæ
est in actu vtroque: & iste modus intrat regimen
sanitatis in his,qui habent fortes stomachos, &
sunt parati ad infirmitates cholericas , & putre-
dinales desudationes & variolas , & timent cor-
ruptionem aeris pestilentialem. ¶ Et quidam
puluerem sacchari granis inspergunt, & recipi-
unt grana cum saccharo,est valde bonum , velut
oxysacchara , imò eius vinum sic factum est me-
lius: quoniam propter vinum est in numero eo-
B rum,quę sunt cibus & potus & pertinet propter
hoc ad sanitatis pręseruationem,sed vsus saccha-
ri homini sano esset nociuus , cùm acetum acci-
piatur per viam medicinæ,non cibi : & ego mul-
tos curaui leuiter & breuiter laborantes ex cale-
factione, ephemera propter occursum rerum ca-
lidarū, icteritia, syncopi, & opilatione ex calida,
ministrādo grana granatorum in cochleari cum
diarrhodon abbatis , vel tria sandalis , & rosata
nouella , simul mistis , sine potu. Et Deus scit
C quòd non inueni melius , breuius , nec citius re-
medium ad rectificandum hepar distemperatū
quocunque modo ex calida causa , vnde sæpius
pallor faciei,& discoloratio generantur:sicut da-
re circa finem propriè & principaliter ratione
digestionis cochleare vnum de mistura trium
electuariorum, sine potu. Nam palliditas & dis
coloratio non generantur nisi ex defectu dige-
stionis secūdæ,quæ est in hepate,in quo fit gene-
ratio sanguinis , & humorū sequestratio: sed hoc
D requirit differentiam , quia quādoq; accidit pro-
pter caliditatē,aut exuberantiam,aut frigiditatē,
& hoc in toto exsparsam corpore aut circa instru
mentum ipsius secundæ digestionis, quod est he
par, hoc discernitur ex signis vrinæ maximè &
perceptione patientis. Confectio prædicta in ca-
lida habet locum,in frigida verò diāthos, & rosa-
ta nouella,& in omnibus vijs est remediū secun-
dū ingeniū Medici,nā quicunq; scit magis,profi-
cit magis. ¶ Sed qui ægritudinum causas p signa
E & simplicium,& compositarum rerum naturam
melius nouit , cum hoc suæ ratiocinationis opi-
nionem propinquiorem veritati dirigit cum imā
ginatione facti,hic melius,citius & leuius curat:
Et natura quidem vniuersalis cum paucis prin-
cipijs operatur mirabilia , & Medico bene inge-
nioso pauca sunt necessaria.

Ad conseruandam sanitatē & emouendam caliditatē hepatis & opilationem.

Medico ingenioso pauca sunt necessaria.

VINVM contra ventositatem , raucedinem
tussim & asthma,est vinum in quod ingreditur
virtus anisi , fœniculi , & liquiritiæ : ita quòd li-
F quiritia in duplo aliorum sit,& assiduè bibatur,
quoniam est secretum.

Ad asthma & tussim.

VINVM quod dicitur nectar, sic per ordi-
nem ponderis fiat, pro vno sextario vini Recipe
zingi. electi, garyophyll. cinnamomi. ana ʒ.2. gra
norum paradisi ʒ.1. fiat cum optimo vino , vel
Græco , quod melius est : & loco mellis pona-
tur saccharum cum grano mosci , & est nobilis-
simum.

Vinū nectar.

VINVM senæ filius Mesuæ nominauit ip-
G sum & narrauit principales operationes eius,
non tamen modum docuit faciendi , nec quan-
titatem sumendi metitus est, nec discreuit qui-
bus conueniat & quib. non , nec quo tempore,
nec salua suæ scientiæ traditione rectificauit il-
lud,aut existimauit, rectificatione non indigere,

ideò eius breuitas induxit confusionem,& dubi- A
um. Quia sena calida est, & sicca,& vinum calidius & siccius, maximè Græcum,aut aliud forte vinũ, ideò cũ tali non licet huiusmodi fieri confectiones, vt dixi,quoniá quando iunguntur sic huiusmodi duæ res calidæ similis complexionis, vini.s.& rei calidę & siccę,quę in eo excorporať, augetur caliditas, & siccitas vltra temperamentum multum, imò non expedit fieri cum aliquo vino, nisi sit pars aquæ aliqua admista: aliàs ex vsu eius corpora cholerica, & adusta,licet ex par- B te sanentur per illud, ex parte tamen reciperẽt nocumentum. Istud igitur & quodlibet confectum, quod intrat viam custodiæ sanitatis,debet attingere versus temperamentum quantò plus est, dictum est autem in arte obbreuiata Galeni quòd superabundantia & defectus ad eandem ducunt differentiam. ¶ Afferamus autem, & cõponamus aliquid cum eo,quod nec eius impediat operationem,imò adiuuet,nec saporem immutet, imò meliorem reddat, sicut passulas aut C liquiritiam,aut radices buglossę,aut saccharum, & similia Modus confectionis eius fit cum musto vini albi communis,& est optimum,vbi factũ & clarificatũ fuerit,educet melancholiam,est medicamentum corrigẽs vitia hepatis, & splenis,valet aduersus syncopen, epilepsiam,& quia est pigræ operationis,accipiatur in bona quantitate, & exspectetur operatio post eius acceptionem. Est dissolutiuũ, attractiuum, & mundificatiuũ, mundificans spiritus, & acuens rationem, & est D tẽpus acceptionis eius autumnus,& hyems, est coueniens propriè melancholicis,quoniam subtiliat,dissoluit & abstrahit fæcẽ sanguinis multiplicatá ex incineratione ipsius, & aliorum vitiorum effumatorum ob tenebrosam obnubilationem spiritus mineraliũ, & claritatẽ quib. immiscetur. Inde est quòd cũ anima mediantibus spiritib.in corpore suas naturales agat actiones, dũ instrumẽta sibi ex aliqua causa impediuntur,tristatur & dolet, & est sicut Magister,quẽ oportet E aliquod opus facere, & habet instrumẽta sua malè parata,ex quo accidunt errores multi. Cùm ab illis natura exonerata fuerit, & expedita, & præparatione bona, qua oportet, gaudet & lætatur. Sed ea conditione conditionatum est per maiorem partem philosophorũ,quòd anima alligata corpori cõditiones corporis imitatur. Et Cõstátinus in lib. de melãcholia docuit nõ esse mirandũ, si melancholia facit accidere tristitiá,& dolorẽ,cũ homo causam illius secum ferat. His voluit F innuere, quòd sicut homo timet & tristatur in tenebris,& gaudet in luce:ita anima tristatur in illa cõplexione,quę sibi adhæret, ex quo nebulosi & obtenebrati spiritus generátur cũ tristitia. Et inde est,quòd plerunq; idola & somnia,quæ formantur in talib. sunt timorosa ad horridasq; figuras inclinátia. Rectè ergo vinũ est iunctum senę, quia per seipsum gaudium inducit melius omni alia re,vt experientia docet: & non est neque res naturalis neq; artificialis, quæ in hoc possit sibi G assimilari.Et ideò vitę prolongatiuũ est,quia tristitiæ amputatiuum est, & tristitia ossa desiccat, pellem corrugat,hominem ad senectutem deducit:quando mundificatur à melancholia,sanguis remanet clarus,multiplicátur spiritus clarificati,

Vino nihil assimilatur in inducendo gaudium.

A fortificantur virtutes,membra carne sua replentur,& pinguescit homo,vigoratur,coloratur, atque lætatur, & pellis præ lætitia extenditur quæ omnia iudicia sunt reiuuenescentię.Ideò dicitur quod vinũ est cõseruatiuũ,confortatiuũ iuuẽtutis, & sunt plura alia, quæ multiplicant melancholiæ speciem, sicut affectus animi,qui non facilè amputãtur per viá medicinæ, sed per modũ discretionis,& rationis, & ante omnia & vltimo per recognitionẽ potẽtiæ Dei & fragilitatẽ suiipsi⁹ exercitatione animi ad sciẽtiá & virtutes,q- B b⁹ ipsa perficiť .De accidentib.animę inter astrologum & naturalẽ Medicũ est contentio magna & altercatio & nos id altiorib. relinquimus. Vinũ igitur hoc est regale, laude dignũ, & verè res quæ ad longitudinẽ vitę, & læticiá principes adducit præ alijs, quæ læticiá & vitæ longitudinẽ principi adducũt,cũ scriptũ sit:Ira principis nuntius mortis, lętitia verò salus populi:Et ego quidẽ accepi à Magistro Medicorũ Mesues vinũ se- C cundũ simplicẽ cõpositionẽ debere fieri cũ media parte succi borraginis, vel buglossi depurati, & dixit quòd ꝓpterea nõ immutat saporẽ, quoniá ille succus est dulcis, & ita est, sublimis operationis est in depurando sanguine,quod multũ cõmendo,& suggeritur mihi ex hoc fiducia,quia inueni in quibusdá secretis simpliciũ, quòd succus borraginis, vel buglossi depuratus sumtus ex virtute specifica subitò expellit, & repellit,& repellit omnẽ humorẽ venenosum & putridum D à corde & liberat. Dedi frequenter scabiosis de succo eorũ, cum vino simplici & inueni operationem sublimem in rectificando cor,hepar, & sanguinem mundificando, amputando scabiem, & gaudium afferendo.

VINVM aromaticum ad ornatum mulierũ dealbans,subtilians, abstergens, & incolorans, imponatur de zingib.& cinnamo.vino & distilletur ad modum aquæ rosſ. valet etiam contra omnes frigidas complexiones & maximè cõtra pa- E ralysim.

VINVM aquaticum est vinum sanissimum, & cognoui Medicum magnæ auctoritatis, qui non vtebatur alio vino, & pro infirmis non est melius. Nam fit cordiale & virtuale ex vino & aqua,amittitur enim de fumo vini,& furore eius propter aquam,alteratur naturaliter aquę frigiditas & humiditas caliditate & siccitate vini, remittitur caliditas vini, & siccitas frigiditate & humiditate aquæ, ita vt fiat res temperata, & est F cautela:& bulliat vnum cum altero prius,vt melior fiat permistio,& sit aqua boni fontis. In vsu est apud nonnullos,vt vinum potandum temperent antequam ad mensam veniant,& error maximus est, maximè apud prælatos & Dominos in vsu est, vt aqua vino cùm bibere voluerint, imponatur, ex quo conturbatio, ventositas & indigestio stomachi accidit. Et ex auctoribus non inueni, nisi Alexandrum, qui cauit hoc vinon condens impedimentum digestionis ex illo con- G sequi, sicut ex diuersitate assumtorum, eò, quòd nequit vniuoca digestio celebrari. Cùm autem qualitates, quæ erant contrariæ vino & aquæ factæ sunt & permistæ adinuicem, quia iam passa est aqua à vino, facta est remissior in sua frigiditate & humiditate,vinum in caliditate & sic-

Vinum cum aqua bulliri debet.

& ficcitate facta est res temperata, magis apta di-
gestioni,& incorporationi. Ostendi hoc potest
ad oculum, quia cùm aqua vino miscetur in vi-
tro,manifestè videtur fieri motus inter ea,& ascẽ
sus vini, & descensus aquæ tanquam contrario-
rum repugnantium se adinuicem cõmisceri. Cũ
verò aliquantulum steterit, cessat permistio, &
quiescit,& tunc est tempus bibendi.

Cum aqua ardenti.

VINVM cui datur omnis sapor & odor in mo-
mẽto,& est res curiosa,maximè ꝓ curijs & cõui-
uijs Dominorũ & Regũ,qui volunt se ostendere
habere mirabilem diuersitatem vinorum. Et ni-
hilominus præter quod est ad honorem, est etiá
ad vtilitatem, quoniam per hunc modum potest
effici vinum vnum ad multas res medicinales, se
cundum virtutem rerum, quæ sibi applicantur.
Modus est breuis,& talis, imponantur aquæ vi-
tæ,quæ dicitur aqua ardẽs,herba,vel res,seu spe-
cies aromaticæ quæcunq; per diem naturalem,
& virtus illius rei incorporabitur in ipsa aqua, &
erit ibi sapor & odor illius, & de illa aqua impo-
natur vino,& erit vinum in sapore & odore illi9.

De laxatiuis & sanguinem mundificantibus.

VINA laxatiua, & mundificantia sanguinem
fiunt cum rebus videlicet proprietatem habenti
bus.Et vt sufficiat vnus modus probationis,bul-
liant in vino res purgantes choleram, vel phle-
gma,vel melancholiam,vel sanguinem mundifi-
cantes secundum boni Medici consideratioñe:
deinde addatur decoctioni colatæ & clarificatæ
aliquid mellis vel sacchari secũdum necessitatẽ,
& sicut condititio aut insipiditas rei requirit ad
delectationem recipientis:& posito aliquantulũ
de aromatisantib.in sacculũ,coletur, sicut clare-
tũ, seruetur & accipiatur tẽpore necessitatis. Est
enim medic9,qui imponit turbith vino sine igne
ad solem per tres dies, mouendo phialam intus,
in qua est mistio, & vinũ virtutem turbethi acci-
pit. Si fuerit ingratum addatur aliquid sacchari
puluerisati,& potest administrari de illo podagri
cis ex frigida,& multos iuuat, seu liberat poten-
ter. Sic cum rheubarbaro,esula, & helleboro, &
similibus alijs speciebus laxatiuis fieri potest: Et
certè modus iste est valde curiosus, & pulcer.

Prohibens abortum.

VINVM quod aufert ventositatem, & abor-
sum à prægnante,,& conseruat fœtum vsq; ad tẽ
pus partus,cũ adiutorio detur. R.se.apij,mẽthæ
siccæ,ameos,ana ʒ.I. masticis garyophyll. carda-
momi,ro.rubeæ,maio.an.ʒ.I. cinamomi interio-
ris,castorei,zedoariç,ireos,illiricę ana ℈.2.saccha
ri ℔.2.fiat ex eis claretum, addito melle, quantũ
placet,& vtatur de eo modicum ante cibum ma-
ne & sero:Potest etiam fieri electuarium de eis-
dem,& est vesperi dandũ ʒ.I. cum bono vino,&
hoc mihi plus placet: Vinũ illud cõfortat ligamẽ
ta,& virtutem retentiuam adiuuat ad ferendum
onus creaturæ,impedit sterilitatem à vẽtositate,
aut viscositate aut frigiditate, vel humiditate
vel matricis superflua humiditate,propter quam
specialiter & frequenter culpa sterilitatis accidit.

Contra fluxũ.

VINVM nobilissimum,quod restringit fluxũ,
& confortat stomachum, fit de succo cydoniorũ
depurato,& vino, aqua rosacea.

De absynthio.

VINVM absynthites licet sit grauis saporis,tã
mẽ est magni valoris in causis multis. Et melior
modus conficiendi est,contundatur absynthium
viride,vel siccum,& ponatur in colatorium, cole
tur vinum calidum,vel frigidum super ipsum,co
letur & iteretur,donec saporem recipiat, & virtu
tem ipsius,dulcoretur vt artis est. Iste est melior
modus,quoniam eius virtus est impẽsa in super-
ficie, vnde melius trahitur virtus eius per illum
modum. Valet ad lumbricos, mineras putredi-
nales,phlegmaticas,maximè latitantes in conca-
uitatibus corporis,& locis occultis,dissoluit, ape
rit,& consumit:habet ad hæc proprietatem con-
fortandi locum, ne recipiat superfluitates, & ex-
pulsiuam,vt exoneret se ab ea. Ideò quidam Me-
dicus in omni plaga ignoto vitio vtebatur tali di-
gestiuo in materia calida & frigida , abstergit vi-
scositatem,quæ adhęret per concauitatem flux9,
confortat locum,ne refundatur ad illum humor,
& faciebat ex succo absynthij, rosarũ,boraginis,
scariolæ,vel ex eorundem decoc.& dicebat quod
esset confectio mirabilis. Valet dictum vinum cõ
tra anathemasim,id est,fumum stomachi,contra
opilationem splenis,& hepatis,& ictericiá: valet
contra apoplexiam, & extrahit loquelá illius oc-
casione amissam, & contra suffocationem ꝓpter
fungos venenosos,& cõtra venenũ:vsus eius vi-
sum clarificat,stomacho & hepati subuenit : vri-
nam soluit,menstrua purgat, & educit humorẽ
crudum à ventre.Et est speciale remedium ad ci
cutam hyosciamũ,opium & alia narcotica assum
ta,omnibus venenis resistunt,fumigium de vino
ipso per embotum confert surditati, & si vulnus
ex eodem vino lauetur,non transit in fistulá,nec
crescit caro mala: & valet ad pruritum,ex phleg-
mate corrupto,cuius signum est exitura pustula
rum albarum,mollium,putredinalium:& quan-
do quis capit aliquoties, antequam intret mare,
non patitur nauseam,nec vomitum:& valet tem
pore epidemiæ,cùm quis loca mutat & infirmos
visitat:quoniam non permittit aerẽ inficiẽdo no
cere.Et quidam sunt,qui singulis temporibus ve
ris sumunt de succo crudo, cum bono vino sci-
phum vnum, & dicunt non timere ægritudi-
nes toto anno,præstat somnum, peruertit timo-
res, dolores tollit, membrum paralyticum ab-
lutũ cum vino decoc. huius maximum est reme
dium gargarisatum valet contra tumorem lin-
guæ,& ad multas alias causas valet. Mirandum
quoq;, quòd secundum Macrobij traditionem
tempus fuit, in quo tantũ præcrebuit ferè apud
omnes laus istius herbæ,quòd in signum præsa-
gij dabatur succus eius ad bibendum illi,qui erat
dux exercitus ad certandum, credentes deberę
propter hoc acquirere victoriá, & salutem,
quam semper concedat Deus in-
clyto regi,& nobis.

De Aquis, & ptisanis facilitantibus sputum, Cap. I.

SED QVIA aquarum in non nullis est vsus, de eis ideò aliqua sunt dicenda. Aquarum autem triplex est differentia: alia laxatiua, alia constrictiua, alia alteratiua: laxatiua per superiora, per sputū vel vomitum: alia per inferiora, vt per vrinam, & B diuersimodè dicuntur, vel per seductionem, quę quasi vsu frequentiori laxatiuæ dicuntur, hæc omnia indicat materiei positio, vt materia si sit cōtenta in aspera arteria, & spiritualibus per sputū est educenda, & sic de alijs. ¶ Vt ergo p sputū materiam educamus, ptisana simplici & composita vtimur: simplicē sic facimus, mundamus hordeū hoc modo: prius impone vasi & aquę parū supin funde, & bene tunde, & iterū aquā superinfunde cū pistillo iterū tūde, sicut fit de auena, donec cortex incipiat remoueri: tunc extrahatur, & supra linteum expādatur, & ibi diu fricetur, donec cortex ex toto separetur, & cribrelletur hordeum bene mundatum. Ponimus s. vnam partem hordei & 9. aquæ: & facim⁹ bullire vsq; ad cōsumtionē medietatis: vel bulliat vsq; ad tertiæ partis consumtionem, & postea coletur, & tepida detur: & hæc valet ad constrictionem pectoris ex frigiditate & siccitate, ad desiccationem arteriæ, ad tussim, ad asthma, & pleuresim, & peripneumoniā. D Si ventris constipatio adsit cum prædictis, quia non audemus dare multum ad comedendum, facimus compositam ptisanam sic: ponimus pruna secundum quantitatem hordei sicca vel humida cum illo hordeo, facimus bullire simul, & damus tepidè, pruna comedere præcipimus, si de illis post tantam ebullitionem aliquid remanserit. Item si prædicta adsint, scil. ventris constrictio, vel tussis, ponimus iuiubas, & eodem modo facim⁹, sicut cum prunis: quia calidæ sunt, & hu. Si verò maior sit constrictionis causa, tussis vehemens, & pleuresis & peripneumonia maior magis humidam facimus, ponendo tragacanthū. Vel si fuerit multum delicatus, non facimus cum hordeo bullire: tamen minus valet, sed ligata in petia bulliant, & in colatura bullimus hordeum, post colamus, & tepidè damus. Quidam testas limacis auferunt, & ipsas limaces faciunt bullire cum hordeo, & colatum tepidum dant, hoc multum subtiliat humores interiùs, & subtilitates per sputū educit. Ab extra effusum, cutem subtiliat & lucidam reddit. ¶ Item facimus aliud contra tussim, quando nihil exspuitur: & cōtra phlegma viscosum adhærens spiritualibus, & prodest asthmaticis, & artheticis. Rec. iros, hysopum, parum de capillo Veneris, pruna, iuiubas, sebesten & duplū de hordeo mundato, & fac bullire vsq; ad mediū & cola, colaturæ tali appone de oleo amygdal. quod melius erit si habueris, si nō, de lacte amyg. & tepidum detur. ¶ Item ad idem. R. vuas passas,

Cōtra tussim ptisana.

Ad facilitandum sputum in tussi.

A caricas, pineas, hysopum, iros & parum de melle despumato, & duplū de hordeo mundissimo, & bullita vsq; ad medietatem cola, & dabis tepidè, vel vinum cum ipsa ptisana temperatum. Si verò frigidum rheuma cum prædicto affuerit, loco aquę pone vinum: & hoc vinum rheuma frigidum, & phlegma viscosum in spiritualibus adhærens potenter dissoluit. ¶ Item ad idem cum prædicto, & potenter expellit rehumata. R. cinamomum, folia lauri, & hysopi, & duplum de hordeo & parum mellis despumati, fac prædicto modo, & da tepidum: quantum autem de prædictis potandum sit, relinquitur iudicio medici, qua hora, & quoties dandum sit, quia ieiuno & post cibum hæc potest dari, quia non est de diureticis aquis. Et hæc de ptisanis sufficiant.

CONTRA vitium pectoris materiam constipatam, & inuiscatam in specialibus, vbi tussis & modica screatio fuerit, alias aquas facimus, armoniacum purum, & bonum dissoluimus in aqua C bulliente, & colaturam tepidam ieiuno damus, vel oxymel detur in hyeme cū huiusmodi aqua, in æstate autem cum syrupo acetoso: Amplius autem valet supradictum ptisanum simplex, super armoniacū feruidum fusum, & in illo armoniacum dissolutum, & hęc colatura cum oxymel le, vel cum syrupo acetoso detur. ¶ Item tragacāthum gummi arabicum liquir. datur, sicut prædiximus, & eius succum, & hysopum facimus in aqua bullire, & colamus, & huic colaturæ addim⁹ (vt aqua suauior sit ad accipiendum) saccharum vel penidia, & damus tepidum. ¶ Item terimus semina citrulli, melonis, cucumeris, cucur. & ista semina nunquam debent bullire, quia vim perdunt suam. Illis tritis superfundimus aquam ferventissimam, vel quod melius est, ptisanam calidam & manibus diu malaxamus, & per pannū tritum colamus, colaturæ quoq; addimus saccharum, vel penidia, vt fiat suauis, & tepidum damus. Si verò cum materia in spiritualibus, adsit E sitis, & siccitas, addimus spodium, vel amidum, vel vtrunq;. Hęc autem aqua de seminibus materiam subtiliat, attenuat, & spodium sitim tollit: vnde Galenus præcipit primò materiam attenuare, & attenuatam leuius expellere, quare prius danda est aqua de seminibus prædicta causa, deinde alia. ¶ Item in affectibus thoracis, pectoris, & prægnantium alijs aquis vtimur, maximè in asthmate, & in vitijs hepatis, vt in peripneumonia, & pleuresi frigida. R. frumentum, dissolue il- F lud in aqua tepida, vt non sit multū spissum, post parum fac bullire, & tunc adde oleum, vel lac amygdal. si habes, & tepidum da: vel spissę ptisanę adde parum de oleo amygdal. vel lacte amygdal. & propina. His autem omnibus addimus ad gustum penidia, vel saccharum. ¶ Item si multum sit debilis, & infirmus, decoque pullum, vel gallinam iuuenem pinguē, cum hordeo puro, tamdiu donec liquefiat, tunc tere pullum cum carnibus, & ossibus, & de ptisano parum infunde: per pan- G num traiectum exhibe: melius confortabit, & minus erit

Ad facilitandum sputum.

In peripneumonia & pleuresi.

nus erit de calore timendum ſi aqua roſ. pullis infundatur, quaſi incorporata, & miſta ſuccoſitate ipſius pulli detur: hoc valet ad cõfortandũ omnes debilitates. ¶ Aliquando autem confortam⁹, & apoſtemata acuta in ſpiritualibus maturamus tali aqua. Recipe micam panis calidi, fermentati bene, liga in panno ſubtili lineo, & raro, infunde ptiſanam, vel lac amygdal. vel ſi hoc abominetur, aquam tepidam, manibus malaxa, & frica aquá deſuper proijciendo, donec tota ſubſtantia panis cum aqua exeat: & hanc aquam dabis, ſi lac amygd. poſueris vel ptiſanam, tepidum, & ſi recipere noluerit, tantum frigidum. ¶ Item alia vtimur aqua, quandò vehemẽs eſt exacerbatio aſthmatis, & tanta conſtrictio pectoris, vt vix poſſint ſpirare, in defectu caloris naturalis, pulſus, & in ſaltu cordis, diſſoluamus parũ moſchi in aqua calida decoctionis ſe. baſiliconis, & patiẽs recipiat ipſum fumum per embotum, poſtea aquá ipſam damus in potu. ¶ Si verò cum aſthmate fuerit ſiccitas, vt in macilentis, reſoluimus moſchum in ptiſana, vel in decoct. tragacanthi, gummi arabici, bulliat, & ſuffumigamus, poſt damus aquam in potu: valet etiam maximè contra aſthma pectoris. ¶ Solet etiam quædẽ ſpuma oriri in quercu, & ibidem quoddam eſſe foramen quaſi cauterium, & inde aqua guttatim currit, collige hanc aquam in aliquod vas ibi ſuſpẽſum, & cum aqua calida da in potu. ¶ Ad idem: ſolet ſuperuenire pullo equi prima die ſuæ natiuitatis, vel ſecunda ſternutatio, & tũc proijcit per nares quoddã fruſtũ carnis, hæc ſeruatur, & medicinas ingreditur, & dicitur ſplen pulli. De hoc accipe aliquátulũ, & pulueriſa, pone in aqua calid. & parũ fac bullire, vt aqua incipiat quaſi incorporãdo inſpiſſari, hãc aquã ſcias cõferre pueris aſthmaticis in potu datã. ¶ Nota, quòd omnes aquæ datæ cõtra thoracẽ non debent citò deglutiri, ſed in ore & in gutture quaſi gargariſando teneri.

In aſthmate difficili.

Splen pulli.

De Aquis diureticis, Cap. II.

DICTVM autem eſt de aquis, materiã per ſputum educentibus, nunc dicamus de aquis, quæ vrinam educunt & diureticę dicũtur: harum autem aliæ dantur contra exceſſum caliditatis, aliæ contra intemperiem frigidam. ¶ Contra caliditatis exceſſum ipſius hepatis vtimur quinq; aquis laxatiuis leuioribus, hoc modo: terimus ſe. citrulli, melonis, cucur. cucumer. & tritis ſuperinfundimus aquam calidam, manibus tàm diu fricamus, donec quaſi in lacteam ſubſtantiã vertatur, & colatura ieiuno mane & ſero ſimiliter datur. Vel ſi ſit delicatus, cum ſyrupo acetoſo, vel cum ſaccharo datur: aliquando bullire faciunt ſemina, & colaturã dant. Nos dicimus, quòd omnia hæc, quæ virtutes habent debiles, ſicut p̃dicta ſemina, bullita hæc vel aliquo modo à propria natura parum, vel nihil habent effectus, ideoq; in multa quantitate ponuntur, teri debent & non bulliri: hæc autem aqua ad plus duobus diebus debet ſeruari. Item ad idem radices ſcariolæ, & ſi eas non habes, tolle cichorij, apij radices, laua & abiectis interioribus tere bene, addito ſe. marathri, citò fac bullire ſimul, donec tertia pars aquæ cõſumatur, tũc colaturã expone ſereno, & da ieiunio meridie & ſero. Aqua etiã hac tẽperamus vinum quodlibet, vnde propter delicatos imponimus ollæ nouæ, & ponimus ſuper os pannum, & deſuper paſtã vel cretam bullire facimus in furno, pane mox extracto, vel in vaſe duplici, donec tertia pars aquę cõſumatur: poſtquã fuerit colatum ter vel quater, damus, ſi opus fuerit. ¶ Itẽ ad calefactionẽ, tumorẽ ſplenis, & opilationẽ fortiori aqua vtimur. R. vtriuſq; ſandali, capi. Ve. hepaticæ, politrichi, linguæ cerui, vel ſcolopẽdrę, q. v. hæc omnia trita bulliat, vt ſuprà, obturato vaſis ore, vel in duplici vaſe, vel in furno, & colatum detur vel ſimpliciter, vel admiſto ſaccharo, vel ſyrupo, vel etiam ex ipſa decoctiõe fac ſyrupum. Fortior ad idem erit aqua, ſi omnibus prædictis addamus rad. ſcariolæ, marathri, ſcolopendræ, rheubar. agreſtis interioribus abiectis, & cũ prædictis teramus, aqua bene cocta, & colata toties, vt clara fiat ſimpliciter, vel cum ſaccharo, vel ſyrupo, vel ipſa aqua in ſyrupum redacta, in potu detur, non tamen in cibis, quia diuretica in cibis accepta, potius indigeſtionem ſtomachi operantur. ¶ Contra frigiditatem hepatis, & tumorem ſplenis ex frigiditate. R. aſperagi, bruſci, borraginis, marathri, arnogloſſæ, vel loco borraginis cichorium pone, iſtę rad. ablutæ interiorib. abiectis terantur, & bulliant: hæc aqua benè colata, vt ſupradicta, detur ſimpliciter, vel cum ſyrupo, vel ſaccharo, vel vino. Vel ſi deeſt radix, Recipe ſem. aſparagi, bruſci vtriuſque, petroſel. macedoni. & communis, apij, marathri, tragacanthi, tere & fac bullire, vt ſuprà. Si autem fuerit delicat⁹ liga trita ſemina in pãno, & bulliãt, minorem autem habebit efficaciam, ſed non tantam moleſtiã saporis, & illi colaturæ addatur, vt ſuprà dictum eſt ſaccharum, quod ſi nõ habes, ſaltem duas cruſtas panis habeas, & vtere prædicto. ¶ Vtimur etiam alijs fortiorib. ad obſtructionem ſplenis, hepatis, & ſcirrhum eorundem, ad dolorem renũ ex frigida cauſa, mucilaginem, quæ in collo veſicæ colligitur, & lapidem, vnde vrina ſolet impediri, contra pectinis dolorem, & partium adiacentiũ. Re. rad. ſaxifragiæ ſi ſit recens in parua quantitate, ſi ſit ſicca in maiori radi. paritariæ cu. radi. pẽtaphylo. ſemin. ameos, ſem. granorum ſolis, radi. graminis, q. v. Hæc omnia præpara prædicto modo, vtere, vt prędictis. Aliter ad idem. R. cartami, ſeneſcionis, radi. atriplicis, petroſel. macedoni. dauci, ſem. leuiſtici, hæc omnia para, vt ſuprà diximus vel in vaſe duplici, vel in furno, ſi ſit delicatus multum, adde modicum aquę roſa. & da ſemper cum tepida, quia melius operabitur, vel ſanabitur, vel ex illa para ſyrupum, quia ſyrupus poterit ſeruari per plures dies, ſed quotieſcunque dederis, parum calefac. ¶ Contra intemperiem hepatis, ſplenis, ex materia frigida, vñ generaliter generatur ſpecies icteritiæ nigræ vel mutatio in plumbeum colorem, vel pallidum: R. ſpicęnardi, folij, cinamomi, ſileris montani, ameos, parum de ſemin. leuiſtici, hæc terantur, & in aqua bulliant, vt prædicta, & bis vel ter cola ſimiliter, cum vino vel ſyrupo ex ipſo facto, vel cum ſaccharo dato, valet multum. ¶ Item contra humorem in renibus, vel alibi in vijs vrinalibus frigidum & viſcoſum inhærentem, vnde vrina ſolet impediri, & contra lapidem in renibus, vel veſica cõtentum,

Ad caliditatem hepatis et ſplenis.

Ad frigiditatem hepatis et ſplenis.

Ad opilationes in vijs vrinalibus.

Recipe grana solis in multa quantitate, tere, tri-
tis superinfunde aquam calidam, & diu cōtractā
manibus hanc aquam colatam propina, prædi-
cta confert beneficia, & maximè pueris, qui vio-
lentiam medicaminis ferre non possunt. ¶ Itē ad
idem. Recipe seminis vrticæ maioris, & para, vt
de granis solis diximus, & similiter pueris condu
cit. ¶ Item vtimur alia aqua ad intemperiem he-
patis, & splenis ex frigida causa, & contra rugi-
tum, ventositatem intestinorum ex eadem causa,
ad confortandum debilitatem hepatis, & sto-
machi digestiuæ virtutis, propter frigiditatem.
Re. seminis basiliconis, amomi, masticis, aneti,
carui, ana hæc omnia trita, fac bullire in aqua, vt
de alijs prædiximus, & eodem modo damus: vel
ipsam bene tritā pone in sacculū & fac bullire, nō
aūt certū tēpus in talib. possumus dicere, sed Me
dici arbitrio & iudicio relinquimus: iste autem
discretus sit, & medicamina secundum materiam
peccantem & conditionem ægrotantis aptabit.
Delicatis medicinam abhorrētibus, quędam dul
cia miscebit ad austeritatem, & abominationem
mitigandam. Rusticis verò & fortibus ad quasli-
bet oblationes se bene habentibus absq; permi-
stione rei dulcis prædictam aquam da in potu.
Reliqua aqua melius operabitur, si postquā cola-
ta fuerit, ei modicum mellis despumati, & bulliti
fuerit additum, & hoc commistum iterum super
ignem positum vnam ebullitionem faciat. ¶ Ad
idem. Recipe rad. pentaphylonis, sem. marathri,
anisi, aneti, apij, masticis, & parum de se. corian-
dri, & fac similiter vt prædicta: Et hæc de aquis
diureticis dicta sufficiant.

Ad intemperiem hepatis, & splenis: & rugitū, &c.

De Aquis per secessum purgantibus, Cap. III.


DICAMVS de aqua, quæ per secessum
purgat, quam facies sic: Recipe senæ
℥. 2. bulliat in aqua, hæc aqua sit ter
vel quater colata, & quia colore suo
nigro nauseam & horrorem ægro in
duceret, adde parū sacchari vel mellis, vel aliquid
tale, & tepidum propina in loco obscuro, & in va
se non pellucido. Si verò sit delicatus, fiat cum a-
qua rosata, minoris tamen efficaciæ erit, sed sua-
uior: melius operabitur si decoctioni radix bo-
raginis trita addatur. Debet autem Medicus
prouidus esse, & hîc & vbiq;, quando fortis me-
dicina danda, & si secundum alteram sui qualita-
tem sit necesse, nociuam malitiam aliquo modo
sciat mitigare: hoc ideo dico, quia cùm sena obti-
neat excessum siccitatis si corpori consumto ex-
tenuato adhibeatur, ne magis attenuando, & ex-
siccando attenuet & debilitet: vnde aliquorū cō-
mistione est reprimenda illa qualitas: vt pruno-
rum, passularum, liquiritiæ, hoc idem faciendum
in alijs violentis componendo secūdum genus
suum, vt dictum est. Supradicta autem aqua va-
let quartanarijs ex naturali melancholia, & con-
tra phantasticos somnos, & nocturnos terrores
facit, prodest melancholicis frigidis. ¶ Item vti-
mur alia aqua non ad idem, sed eodē modo pur-
gante: purgat enim phlegma viscosum stomacho
& intestinis adhærēs. Recipe polipodij ℥. 2. & si
viride ℥. 1. & s. laua fortiter, tere, & diu bullia in
aqua, cola ter, colaturæ adde saccharum, vel mel,
da tepidum ieiuno corpori, sed melius est reple-
to corpore, cùm soleat purgare, quæ in stomacho
repleto cōtineantur, præcipuè quæ in intestinis:
postquā assumserit hāc aquā, da statim frigidam
vt melius ducat. Et quia polipodium solet gene-
rare tormina ex grossa ventositate, ideò adden-
dum aliquod corrigens, vt anisum, marathrum,
sem. cymini, quæ cum polipodio bulliant. ¶ Item
aliam aquam laxatiuam fac, quæ valet ad purgā-
dum durum, & viscosum phlegma quotidiana-
rijs, & hidropicis conducit Recipe radi. ebuli be-
ne tritas abiectis interioribus, bulliant in aqua,
hanc aquam colatam da ieiuno simpliciter, vel
admisto saccharo, vel melle: si delicatus fuerit fi-
at cum aqua ros. ¶ Idem fiat de helleboro albo,
quia niger parùm duci: aquam laxatiuam, sic fa-
cimus, si fuerit virid. ℥. ʒ imponimus aquę tepidę
& dimittimus nec facimus bullire, ne de substan
tia aliquid dissoluatur, & nimis violenter, & peri
culosè duceret, post duos vel post tres dies, hanc
aquam tepidam cum saccharo vel aliquo dulci
propinamus. Si verò siccus fuerit helleborus, fa-
cimus bullire, & parūper augemus dosim, hanc
aquam tepidam prædicto modo damus. Præci-
pio, vt radix raphani perforetur subula, intùs fru
stum hellebori ponatur quasi filū, & per aliquos
dies sic dimittatur: postea abiecto helleboro ra-
phanus ad commedendum detur. Nota, quòd
huiusmodi aquæ non sunt dandæ, nisi in magnis
pasionibus, vt in epilepsia, paralysi, & peripneu
monia. ¶ Item Rec. diagridij, quasi ℥. s. teras non
multum subtiliter, quia facere solet dysenterias
excoriando intestina si fuerit subtiliter puluerisa
tum, sed aliqualiter grosso modo tere, ad eius ma
litiam reprimendam adde masticis, & vt ad gu-
stum, adde parum sacchari ad corrigendam ven-
tositatem adde parum marathri, anisi vel cymini,
hæc omnia parata cū aqua in cucurb. in modum
aquę ros. huic aquæ iterum adde mellis vel sac-
chari, & tepidam ieiuno da, quia aliter torsionem
facere consueuit, & hanc per aliquos dies po-
teris conseruare. ¶ Item. Recipe medium corticē
sambuci, & tritum fac bullire in aqua, hanc cola
turam dabis, addito melle vel saccharo: hæc pur-
gat vehementer phlegma & aquas, & quia nimis
calida est in hyeme, & non in æstate danda: de
hoc dicunt quidam, quòd si cortex versus inferio
ra trahatur, ducit per inferiora, si versus superio-
ra, superiora: eodē modo facias de radice thapsię
sed quia potius per vomitum purgat, ideò in æ-
state magis est danda. ¶ Itē Recipe baccarum asa
ri, si viride fuerit ℔. 1. tere, & bulliant diu in aqua,
huic colaturæ adde aliqd dulcis ad gustum. Si ve
rò fuerit siccum, Rec. ℔. 1. & s. & fac eodem mo-
do, sed diutius bulliat: hęc aqua potius dāda est
æstiuo tempore, purgat choleram, & phlegma e-
xistens in ore stomachi per vomitum. ¶ Item il-
lis, qui virtutem habent debilem. Recipe semi.
rapæ in multa quantitate, sem. raphani, & atripli
cis: tere bene & superinfunde aquam ca. & diu
manibus malaxa, & cola: tunc aliquo dulci admi-
sto, vel syrupo acetoso, dabis. ¶ Item alia aqua la-
xatiua vtimur, quæ purgat choleram, vnde con-
fert tertianarijs, & ex cholera laborantibus. Reci
pe ℔. 2. baccarum myrti, tere, tritis superinfunde
aquam

De sena. *De polipodio.* *De radice ebuli.* *De helleboro albo.* *De diagridio.* *De cortice sambuci & thapsiæ.* *De asaro.* *De se. rapæ & raphani & atriplicis.* *De baccis myrti.*

aquá calidá, cũ pistillo calidò diu tere, donec bene dissoluatur, cola & adde aliquod dulce: iterũ cola, & adde parum aquæ cal. vel de benedicta, & da ieiuno. Si verò delicatus fuerit, sic fiat cum aqua rosſ. sed quia hoc & quodlibet vomitorium est medicina violenta, & periculosa, qua mouendo laborant spiritualia, ideò ipsius corporis dispositio non est negligenda: Si enim constrictio pectoris, vel asthma vel tussis adsit valida, non est tutum, ne fortè subsequatur suffocatio. ¶ Item alia quæ cholerá purgat, & phlegma superius, & inferius. Recipe rad. viridis esulæ quasi vnc. I. & quia solet facere vẽtositatẽ & tormina, adde masticẽ, se. marathri, & bulliát in aqua, hác colaturá addito aliquo dulci, da vt prędictam: vel de puluer. ad pondus trium vel quatuor aureorum, additis pulueribus aliarum specierum confortatiuarum, in brodio gallinæ, vel alio propina: & quia esula est quoddam genus tithymali, & minus violenter ducat quàm alia genera tithymali ideo Medici magis hac vti consueuerunt. ¶ Eadem etiam fieri potest cum rad. cuiuslibet tithymali, sed in minori quantitate de illa dabis, supradictis adiunctis.

De esula.

De Aquis constrictiuis, Cap. IIII.



DICTVM est de aquis laxatiuis, restat dicere de constrictiuis. His autẽ vtimur quandoq; simplicibus, cùm materia est pauca, & ibi pauca ponũtur: & quandoque composita & tũc multa ponuntur. Item eisdem vtimur tam cõtra fluxum ventris ex multitudine, quàm contra debilitatem membrorum, & contra diaphoresim. ¶ Contra fluxum ventris ex debilitate membrorum, quæ assumta in corpus retinere non valent, & etiam contra eandem debilitatem ex calore, vtimur aqua rosſ dando eam simplicem in potu, vel cum vino, quæ quandoq; in fornace cum ventosa, interdum aqua feruente superinfusa vase repleto rosis, fit: hæc autem maioris est efficaciæ & apparentiæ, & per consequens magis odorifera, quia plus de substãtia rosſ. dissoluitur, quàm ibi, quia ibi sola fumositas: quomodo autem hoc fiat & quomodo omnes possint saluari, alibi dictum est sufficienter. Huic aquæ solemus addere mel rosſ. ponendo duas partes aquæ rosſ. & vnam mellis: & si citò vis facere, pone vnam partem aquæ, & duas partes mellis, coque vsque ad consumtionem aquæ, quod sic cognoscitur: pone vnam guttam mellis bulliti supra lapidem, & si adhęreat, coctum est: si verò videas hic aliquid aquositatis, iterum exigit bulliri. Nota quòd vtraque prædictarum aquarum maioris est efficaciæ, si loco aquæ fontanæ ponas aquam pluuialem. Contra diarrhœam & lienteriam. Recipe fabas fractas, fac decoqui valde in aqua pluuiali, imponantur paropsidi, & sinapisentur pul. coralli al. & rubei, & comedat patiens, probatum est. Nota, quòd constringentia debent assari. ¶ Item contra fluxum, ex assumtione medicamenti fortis vel alia causa: Imple vas vitreum prædicta aqua, adde quinque vel septem garyophyllos vel semen basiliconis, obtura os vasis rore marino, & bullire facias super cineres calefactos, hanc dimitte infri-

De aqua ros. *De fabis.* *De garyophyllis.*

dari, & fumo accepto, aqua calefacta prius, propinetur, ad prædictum casum erit remedium vnicum. Item in hac eadem aqua bullire facimus carnem, & damus ei, qui cibum reijcit. ¶ Item cõstrictiuam sic facimus: pone masticis, gummi arabici torrefacti super testam calefactam, donec incipiat rubere: post fac bullire in aqua pluuiali, & hác aquam cola, & da prædictam colaturam. Nota, quòd omne, quod constringit, fortiùs operabitur, si aliquantulum assatum, & desiccatum fuerit. ¶ Item ad idem aliter: Recipe florum myrti, pone in cucurbitá: adde parũ aquę pluuialis, magis erit confortatiua, si aquam rosac. loco ipsius aquæ apposueris, & fac ad modum aquæ rosa. hæc aqua simplex, vel cum vino, vel cum syrupo valet contra fluxum, ex debilitate membrorum confert laborantibus cardiaca, & cordis defectu, qui vix possunt se sustinere, vt prædixim9, exhibita vel faciei superaspersa, & etiam contra diaphoresim, quæ fit ex pororum apertione, & raritate cutis, & propter humorum multitudinem intus habitantium, & etiam cute extrà superfusa. ¶ Itẽ accipe teneritates rubi, & spinæ al. prius tritas fac bullire in aqua pluuiali, & in hac aqua fac bullire frumentum, valet ad vomitum & ad sputum sanguinis, & hæc aqua similiter cum syrupo data contra fluxum prodest. Item alio modo facimus: Recipe rosſ. gummi arabici, masticis, ana q. v. hæc duo assata, parum supra tegulam calidam, vt prędiximus, ponantur in vas plenam aqua pluuiali, & bolum integrum adde, quia tritus reddit aquá quasi rubeam, & visui abominabilem, hæc obturato ore vasis pasta, vel creta, bulliant in furno, vel duplici vase, colaturam damus prædicto modo: hęc aqua optimè fluxum ventris constringit, sed medicus ibi debet esse intentus, & discretus. Si enim affuerit torsio cum fluxu, cum ista frigida constringendo torsionem augmentat, quia frigida sunt, ideò aliqua ponuntur contra ventositatem, vt anisum & sem. marathri. Item cum dicimus, hæc vel illa valent contra fluxum ventris, semper intelligitur fluxus ex debilitate, vel ante medicinam, vel post: Constringere fluxum qui ex multitudine humorũ fit, nunquam debemus, nisi fortè virtus patientis sit debilis, impotens euacuationem sustinere. ¶ Item aquam constrictiuam non ad potandum, sed ad fomentandum facimus: bullimus diu cortices quercus virides, vel siccas in aqua pluuiali, vel vitreolum & gallas, huiusmodi aquæ fumum recipiat per inferiora: deinde in ipsa aqua sedeat: talis fomentatio etiam ani exitum emendat, & fluxum constringit. ¶ Item cortices mespili, & cortices fructus castaneæ non arboris neque exterior in fructu, qui pungit & aculeos habet, sed interior qui semper adhęret nucleo, & ille lenis cortex, qui vulgariter dicitur suber, hæc omnia bulliant in aqua pluuiali, vel salsa, deinde abiectis corticibus, aqua hac fomentetur patiens, mirabiliter constringit inferiora. ¶ Item similiter bullire facimus rosas, fœnugræcum, summitates myrti, hordeum mundum: isti usmodi fomentatio aquę valet contra tenasmum ex cholera, quæ mordicando stimulat facultatẽ expultricem non ratione quantitatis sed qualitatis acris adhibemus pueris quandoque dysenteria laborantib. & illis, qui non possunt medicinã

De mastice. *De myrto.* *De rubo.* *De ros. gũmi ar. et mastice.* *De folijs quercus cũ alijs.* *De mespilo et cortice castanea.* *De ros. fœnugræc. et myrto.*

accipere per os. ¶ Item fomentum ad fluxum ab humore frigido causatum. Recipe folia iuniperi cum fructibus, quia sic melius operatur, & parũ de folijs lauri, parum pulegij, parum de folijs ros. alij ponunt cardum benedictum: hęc omnia bulliant in aqua pluuiali, vel marina: postea fumum accipiat, deinde in aqua sedeat diu. ¶ Ad idem aliud: Recipe corticis glandium, malorum granatorum, symphyti .i. consolidæ maioris, diutissime bullire facias in aqua prædicta, & modo prædicto fac fomentum, alij ponunt olibanum. Hoc constringit fluxum, & exitum ani emendat, morborum multitudinem sedat, si non contingat ex abundantia: plethoræ enim debetur euacuatio per phlebotomiam, vel alio modo, sed si eius liquiditate, vel subtilitate, vel meatuum dilatatione fiat, prodest.

De iunipero cum alijs.

De corticibus glandium.

De Aquis alteratiuis, Cap. V.



DIXI aquas in triplici esse differentia constrictiuas, laxatiuas, de quibus satis dictum est, & alteratiuas, quibus nunc insistimus. ¶ Istis quandoque vtimur contra intemperiem caliditatis, vt in acutis, & in peracutis, quando scilicet calor est impetuosus, & sitis immoderata, iuxta præceptũ Galeni habemus vas spatiosum & limpidum, aqua frigidissima plenum, & propinamus ægro, vt frigidior sit, niuem vel glaciem pręcipimus dissolui in ea, & damus. ¶ Aliter facimus: accipimus psyllium & imponimus aquæ, mouemus vas concutiendo, vt quod est in fundo, sursum adscẽdat, & econtra, psyllium, quod supernatat abijcimus, si aliqua medulla est, & aliam aquã ponimus priori effusa, hanc damus aquam cum tota substantia psyllij, quæ remanet in fundo, vel simpliciter, vel admisto syrupo viol. si ventres mouere vis, vel syrupo rosa. si vis magis confortare, loco aquæ simplicis pone aquam ros. cum psyllio, nec debes expectare, donec viscosa fiat aqua, sed statim cũ tota substantia psyllij, detur. Medicus autem cautela vtatur, si fortè adsit pectoris angustia, vel tussis vel asthma, non præsumat illam aquam dare, & si improuide dederit, prouideat statim vomitum prouocare. Si verò psylliũ desit, pone loco ipsius portulacam, vel se. cydoniorum, eiectis primò corticibus, si sub lingua tenuerit, non deglutiat, & prosunt. ¶ Item alia aqua contra siccitatem hepatis ex sola caliditate, sine humore. Re. se. portulacæ, berberis, vtriusq; sandali, herbæ hepaticæ, q. v. hæc prius contrita, bullita, colata, vel simpliciter, vel cum vino da: Si vinum concedit, tunc fac hanc aquam in duplici vase ad modum aquæ ros. ¶ Contra modicum excessum frigiditatis, vel phlegmatis. Re. seminis anisi, marathri, cymini, masticis, bulliant in aqua: vel si delicatus fuerit, imponimus sacculo, hanc aquam colatam damus calidissimam, quia debiles habent virtutes ingredientia, vt melius operẽtur, damus sic calidam simpliciter, vel cum vino. Talis aqua

De aqua niuis.

De psyllio.

Ad caliditatem & siccitatem hepatis.

Ad excessum frigiditatis.

A valet ad indigestionem stomachi, ex parua frigiditate, frequentem eructationem, ventositatem & rugitum intestinorum: hæc autem aqua oblata, feruentissima potest accipi. Confert surgentibus ab ægritudine, & laborantibus ex indigestione post accepta cibaria: frequenter exhibita, digestionem cõfortat. Si verò sit magnus frigiditatis excessus, cinamomum, masticem, macis, nucem muscatam, quinque vel sex garyophyllos simul facimus bullire, & hanc aquam damus ad confortationem B digestionis, dolorem stomachi, & matricis ex frigiditate: inde est, quòd medicina sequitur medicinam aposematis, quia triferam magnã solemus dare cum aposemate, contra dolorem stomachi, & matricis ex frigiditate. ¶ Aliam aquam facimus contra excessum humiditatis, pulegium, folia lauri, rosmarinum, ros. bullire facimus in aqua marina, & cum ista fomentamus caput rheumaticum, quod vuæ lapsum, & cruorẽ constringit. ¶ Item contra inflationem pedum C ex rheumate è superioribus ad inferiora, vel ex longo tumore, vel ex longo itinere laborantibus, bullire facimus cinerem in aqua marina, & cum tali fomentamus pedes. ¶ Item contra inflationem pedum ex hydrope, vel ex longa ægritudine præcedente, bullire facimus tribulos marinos in aqua marina, & cum tali fomentamus pedes, & in fomentando damus amylum de frumento, vel de hordeo, quia fit sic de hordeo, sicut de frumento conditum damus cum lacte amygdal. vel D cum aliquo tali, & rheuma constringit, & asperã arteriam lenit. ¶ Item contra rheuma & tussim ex rheumate, laudanum, olibanum, masticem, & ros. bullire facimus in aqua pluuiali, & huiusmodi fumũ recipiat prius, postea caput, & pedes fomentet. ¶ Contra malam complexionem siccam, vtimur diureticis, quarum quædam per os recipiuntur, vt ptisana, tàm simplex quàm composita. Quibusdã vtimur fumigando, & fomentando. Rec. ergò se. maluę, papaueris albi, portulacę, bul E liant in aqua simplici: primo per nares fumum recipiat, post caput & pedes lauet, deinde sibi à frigore caueat, & hoc generaliter præcipimus post quãlibet fomentationẽ, & suffumigationẽ. Si aũt à frigore tangerentur, essent nouissima peiora: hoc tale contra siccitatem cerebri valet, ad mentis alienationem, & vigiliarum instantias ex eadem causa. ¶ Ad idem: bulliant in aqua communi malua, & summitates papaueris, viol. & cum ista suffumiga, vt prius dictum est. ¶ Nota, quòd F quotiescunque volueris dare ptisanam simplicẽ, vel compositam, caue ne laborent fluxu ventris, nec stomachi frigiditate, possumus enim fluxum ex frigiditate augmentare: purgant enim ista senes, stomachum cum pectore, renes. ¶ Sufficiant hæc dixisse de aquis laxatiuis, constrictiuis, & alteratiuis.

Ad excessum humiditatis.

Ad tumorem pedum.

Ad tussim & rheuma.

Ad malã complexionem siccam.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE CONFERENTIBVS, ET NOCENTIBVS principalibus Membris nostri corporis.

De conferentibus Capiti,
Cap. I.

EST SCIENDVM breuiter, quòd conferunt capiti, seu cerebro fœtida, vt in graui oppressione cerebri, in epilepsia, mania, minori apoplexia, & suffocatione matricis, serenus aer, aloe, thymus, sticas vtraq;, absynthium, vterq; helleborus, agaricus, colocynthis, sena, omnes myrobalani, soni delectabiles, cubebæ, carpobalsamum, camomilla, anethum, polium montanum, cyminum, ozimū, temperatum vinum, ruta, saluia, castoreum, sinapi, moschus, pyrethrum, omnia aromatica, nux muscata, pectinatio, ablutio extremitatum, gaudium, moderatè bibere, inebriari semel in mense, somnus & vigiliæ moderatæ.

De nocentibus Capiti, Cap. II.

LAC ET CASEVS capiti sunt inimica, & omne coagulatum ex lacte, sicut est butyrum & serum lactis, omnes fructus oleaginosi, nuces, amygda. auellanæ & pineæ, cibum accipere priori non digesto, balneare post cibum, nimis vigilare, omnia narcotica, & somnifera: vt sunt lactucæ, papauer, & similia, zizania, & omnia inebriantia, nisi stomachus esset nimis frigidus, & omnes herbæ crudæ commestæ posteriori cellulæ capitis multum nocent, vbi virtus memoratiua viget: similiter & somnus immoderatus, vomitus laboriosus conturbat caput, eruca, nasturtium, & cæpæ crudæ comestæ, & videre & audire non placētia animo, & dormire pedibus calciatis.

De his, quæ conferunt Oculis,
Cap. III.

OMNIS tutia confert oculis, & collyria oculorum, antimonium ablutum diligenter, fœniculum, ruta, & aloe succotrina sumta in cibarijs, vel collyrijs adiuncta, vel verbena, quia est oculis vere bona, sinapi, acetum malorum grana. & cum vino odorifero optimo sæpe oculos apertos abluere & aqua frigida tempore æstiuo ipsos lauare, omne fel animalium, & auium de rapina viuentium, collyrijs appositum illis amicum. Videre prata virētia, fluuios lympidissimos decurrentes, somnus moderatus, ablutio manuum & pedum cum aqua calida temperatè, custodire stomachum ab omni indigestione, videre loca spatiosa, & montana, & obturationem naturalem in rebus nigris oculis prodest. Maiorana oculorū est medicina si cocta in cibarijs comedatur. Item litium cū felle humano, & lupino mistum oculorum est excellentissimum medicamen, quod expertus sum in multis.

De his, quæ nocent Oculis,
Cap. IIII.



FAMES, ieiunium, allia, puluis, fumus, fletus, lentes, nuces, ventus, vigilare nimis, omne legumē, caules, carnes salsæ, caseus salsus, lac, caseus nimis coctus, pruna, cæpæ crudæ, & omnia stupefacientia: vt opium, papauer, hyosciamus, mandragora, & immensus vsus lactucarū, inspicere radios solares, & omne quod nimis aspicere facit, obdormire statim post cibū, somnus immoderatus, præcipuè calciatis pedibus, intendere ad nimis subtilia, constrictio colli, frequens phlebotomia basilicæ venæ, & cephalicæ, vti frequenter basilicone cum aneto.

De conferentibus Auribus,
Cap. V.



CONFERT auribus vitare calorem nimium, & frigus, quia vtrunq; auditum generat immoderatum: item confert ipsas mundare à sordibus cum ligno aloe, vel cum instrumento aureo, vel argenteo prouidè, caute, & caue, ne aliqua res subingrediatur, & si fiat, statim subtrahatur cum chirurgico instrumento, vel cum suffumigijs calidis & siccis, vel cum oleo de amyg. amaris, vel rutaceo, vel cum ventosis: quia hoc multum confert, & acuit auditum, & expellit fæces, & ingenium valdè iuuat: somnus delectabilis, capitis euacuatio cum pillulis de aloe, & castoreo, & gargarisatio facta cum dianthos, multum confert auribus, & cerebro, & incedere capite discooperto tempore temperato.

De his, quæ nocent Auribus,
Cap. VI.



NOCET auribus frequens vsus balnei humidi, & maximè primo fortis acuminis, vti sæpe substantia leguminum, aurium constrictio, ventris cōstipatio, ligatura post aures, aer ventosus, oleum humidum, si intus infundatur, & submergatur caput in aqua, tortura fortis, & frequens crapula, nimia cibi repletio, & fumus, iacere supinus, dormire calciatus tempore pluuioso, discurrere tempore magni frigoris capite discooperto, & vti cibarijs multum grossis.

De conferentibus Dentibus,
Cap. VII.



CONFERT dentibus masticatio frequens masticis, mille folij elixatum, & decoctione eius dentes sæpe lauentur intus, & extra sine fricatione, fricatio dentium, & gingiuarum cum sale communi, & sale gemmæ & alumine rochæ, combusta hæc idem operatur: raphanus masticatus multùm confert, cortex citri, & eius folia si masticentur post cibum, vel post prandium,

pul. factus de ossibus dactylorum, spongia vna desiccata, & abluta; folia leuistici masticata, purgatio cerebri cum pillulis cochijs, minutio de vena cephalica, cauterium præcipuè cum gingiuæ patiuntur pruritum, & dolorem cum tumore, pul. rosa. & mororum cum mastice est mirabilis medicina, & masticatio cartilaginis, carnis & sanguinis, dentes confortat commotos, si eius puluere confricentur.

De nocentibus Dentibus, Cap. VIII.



FREQVENS vomitus nocet dentibus, pot⁹ vini frigidi valde, vel aquę, crapula nocturna, omnia acetosa nocent eis, mel, lac, & omnis cibus de lacte factus, ficus siccæ & dactyli, omnes fructus duri & immaturi, omnia cibaria nimis calida, vel nimis frigida statim data: omnia frixa, panis antiquus, aut calidus fortiter coctus, dimittētes limositates circa dētes. Et omnia cibaria multùm viscosa, omnis caseus dentium est venenum, crudum porrum, allia & cæpæ, & omnia nimis acerba.

De his, quæ conferunt Pectori, & Pulmoni, Cap. IX.



CONFERVNT pectori & pulmoni recēs butyrum, mel album, liquiritia, semen vrticæ cum penidijs ministratum, semina cicerorum, & melonis, si cum saccharo sumantur: vuæ pas. in syrupis, aut cibis positæ, ficus siccæ, aut recentes, aut amygd. dulces, tragacanthum, & calamintha, carnes mediocriter crassæ, medulla ossium, farina fabarum cum lacte amygd. fœniculum cū lacte ouino coctum, semen lini & capil. Veneris, farina cicerum cum lacte amygdalarum, pineæ commestæ, polytrichum cum ouis sorbilibus recentibus, carnes hœdi lactantis, vinum naturaliter dulce, hyssopus recens, pulegium, psylliū, origanum montanum, enula campana, saccharum cum melle conditum, & omnia diuretica ad dulcedinem declinantia, amyg. amar. allia elixata, eruca cum saccharo bene confecta, siler montanū, succus caulium cum melle, saluia parum cocta, nasturtium & pulmo vulpis combustus, serapinum, galbanum, opoponacum in antidota. positum, cerebrum caninum combustum, sulphur & auripigmentum, si in electuarijs, seu antido. ponantur, & moderatum exercitium vocis ante prādium, adscensus & descensus vocis moderatus, quia cantus moderatus, suauis & delectabilis est causa bonæ digestionis.

De nocentibus Pectori, Cap. X.



NOCENT pectori & spiritualibus membris omnia nimis frigida, aut nimis acuta, & fortia: vt sinapi, piper cum allio, omnis substantia leguminum, multus vsus acetosorum, pulueres, vomitus fortis, vigilare & dormire supinus, immoderatum ieiunium, cantus immoderatus, omnis comestio immoderata, potus omnésque fructus immaturi, & præcipuè acetosi, omnia pōtica & styptica nimis, omnia fortiter amara, omnes pisces, carnes sale nimis induratæ, quia inducunt raucedinem, calidum æstuās, immoderatum exercitium post prandium, vētris constipatio & omnis stomachi indigestio, omne apostema hepatis, aut splenis, & studium immoderatum, nimis loqui, omnis cibus phlegmaticus, oleum nucum, vsus auellanarum, & castanearum, caseus vetustissimus & non pinguis, aqua valde frigida, aer frigidus, sorba & mespila, mustum nouum, ceruisia nouella, thus & camphora.

De conferentibus Cordi, Cap. XI.



COR EST membrum intus concauum, amplum superius, & inferi⁹ oblongum, habens duas auriculas, dextram & sinistram, & testante Galen. est fons omnium operationum rationalis vitæ: quia operationes animæ in cerebro incipiunt, & in corde suscipiunt complementum. Illa, quæ cordi conferunt, est moderata lætitia, gaudium, comestio frequens carnium syluestrium, cantus delectabilis, amor, os de corde cerui, diambra, diāthos, & diarhodon, crystallus, & hyacinthus, sapphyrus, limatura argenti, been al. maximè mulieribus in corde patientibus, ex retentione menstruorum, & hoc in partibus Hispaniæ sum expertus, pomum crudum, spodium crudum & cōbustum, os sandali, moschus, garyophyll. galāga, calamus aro. cubebæ, spicanardi, scœnanthum, ciperus, & cassialignea & lignum aloe in antido. & pluribus coniunctis è balsamita, melissa, & maiorana, & propriè semen eius conducit tristibus & melancholicis, borago, & flores eius, quia mirabiliter sanguinem mundificat ipsius cordis, & radix eius, stœchas centaurea, thymus marinus, lauēdula, satureia, betonica, valeriana, assara baccara, ros. & viol. lactuca agrestis, quæ dicitur endiuia, cichoreum, scariola in syrupo, & antido posita, abrotanum, & pulegiū in balneis positum, origanum, menthastrum & cortex citri, in bono vino posit⁹, & omne quod corroborat stomachū, & purgat cerebrū, & melodiæ instrumentorum vsu & tempore moderato.

De nocentibus Cordi, Cap. XII.



NOCENT cordi omnes pisces sine squammis, odor fumi putrefacti, omnis substantia leguminum, substātia non confecta, vel cum corrigentibus eorum malitiam refrenatam, omnia acuta frequenter comesta, omne prouocans nauseam, omnis crapula, omnia frixa, timores, tristitia, solicitudo nimia, & quæcunque inducunt syncopim, specialiter omnis febris continua, verę tertiana, & secunda, & omnia apostemata spiritualium membrorum, nimium studium, nimia cogitatio: omnis dolor, & tristitia diu retēta, quæ rancor dicitur & inde cor rancidum appellatur, quicquid nocet spleni, nocet cordi. Ars marmorea, lapidea, vitrea, blandorū mundatoria, aqua valde frigida

frigida potata, anhelitus fœtidus alicuiꝰ personę, iacere supinus, nimis vigilare, nimis comedere, balneum post cibum intrare, bibere vinum in balneo, omnis displicentia, & omne quod animá tristatur, quia cor est vitæ principium, & terminus vitæ, scilicet mortis.

De conferentibus Stomacho,
Cap. XIII.

STOMACHVS est paterfamilias totius corporis: quia illo se male habēte, grauiter se habent membra corporis vniuersa, & econtra. Stomacho conuenit omne mediocriter compositum stypticum, amarum, mastix, thus, spicanardi, costus in antid. posita, specialiter cinamomum electum, zedoarium, zing. styrax, calamita, se. iuniperi cum melle condítum, mentha, oxysaccharum, si ante cibū sumatur, lignum aloes, myrtillorum vsus, cortices citri & specialiter confert siler montanus, spodium, armoniacum, serapinū in pillulis datum, castoreum, folia carpobalsami & xilobalsami, reubarbarum & rheuponticum in antidot. vel medicinis posita. Confert galanga stomacho, mel, cubebæ, berberis, myrobalani indi, ros. rub. pelliculæ stomachorum auium tritæ, arilli vuarum passa. & malorum granatorum acetosorū, thymus, fumusterræ, pulegium, calamintha, aristolochia long. & ro. in electuariis & theriacalibus cibis posita. Confert stomacho sinapi, betonica, lauendula, ammi. myrobalani, rosmarinus, ruta, & semen eius, basilicon, & se. eius, folia lauri, arthemisia, & marrhubium al. hyssopus in cibis posita & comesta: panis mediocriter fermētatus, & omnia, quæ sunt bonæ digestionis, & sine multa stomachi remollificatiōe: caules, & carnes hœdinę, leporinę ceruinę, cuniculorū, & oēs carnes lactantiū assatæ, panis aliquantulū assatus & in aceto submersus, masticare diu ossa medullas habentia. Confert oleum factum ex oliuis immaturis, oleū nardinum, muscellinum, laurinum, supra stomachū posita & intus non: oleum rutaceum, & masticis supra stomachum ponantur. Item multum confert stomacho non negare cibum dum famescit, aut multum appetit, & temperatè comedere, & non multum potare: post cibum parum sedere, post diu stare, vel suauiter incedere, donec cibus ad fundum stomachi descenderit. Et ego expertus sum, quòd post somnum & cibum tres iterunutationes, vel quatuor faciunt cibum descendere ad fundum stomachi, & fæces cibi præteriti inde salubriter expelluntur.

De nocentibus Stomacho,
Cap. XIIII.

NOCENT stomacho nuces auellanæ si comedantur in quantitate, rapæ grossę, pastinacę crudæ, cucum. melones, radix raphani, eruca, nasturtiū & vsus omnium acutorum, præcipuè cæparum crudarum, vigiliæ, herba aneti, apium, asparagus, bletæ & atriplices: sem. sisami. semen croci hortensis, helleborus, lapis lazuli, scamonea, aloe non lotum, squamma ferri, & longus vsus rerum diureticarum: omnia frigida durae digestionis, omnes fructus recentes, qui facilè corrumpuntur: vt persica, cerasa, mora, pruna dulcia, & oleum in cibo multum in quantitate, nasturtium, & quælibet cerebella, medullæ animalium frigidorum, carnes pingues salitæ, & pisces diu in sale indurati, cibum negare stomacho famelico, & inanito: omnis crapula cibi, & potus, caro rancida, lac acetosum, vsus butyri, pinguedo lactis, multa & diuersa fercula in eadem mensa sumere, nimis humida; post cibum sedere, & currere per loca inæqualia, post cibum statim balneare, omnes frictiones cum oleo, omnia generātia fumositates, & omnia legumina nō excorticata: omnes pisces sine squámis, frequens commestio pedum bouis, oculorum omnium animalium, omnia fœtida, & grauis odoris, omnes res corruptæ: omnia quæ sunt menti & capiti abominabilia, ablatio apperitus, tussis, omnis ira, timor, tristitia, nocēt stomacho, nimia solicitudo, vehemens animi affectio, masticatio fortis panis azymi, omnis distemperantia hepatis, tàm in frigiditate, quàm in caliditate, & omnia emplastra membrorum nutritiuorū, apostema intestinorum, omnis agresta non excorticata lápreda sine speciebus cocta, omnes pisces in conchis manentes, omnes pisces bestiales, omne vinum insipidum, omne vinum vltra modum lymphatum maximè nocet stomacho frigido, & humido, frequens vomitus ante cibum, diu sedere in mensa post cibum grossum, & malæ digestionis, & maximè, quandò habet peruersum stomachum & rebellem.

De conferentibus Spleni,
Cap. XV.

SPLEN est membrum rusticale collectorium humidorum, & superfluitatū hepatis & cordis, dicitur scops naturæ vel regio, permundat membra nobilia à fæcibus, & superfluitatibus ipsorum, quemadmodum scopę mundāt domum. Et inter alia, quæ conueniunt spleni, sunt omnes myrobalani, quæ sunt 5. species, vnde versus:

Citrinus, chebulus, belliricus, emblicus, indus, &c.

Cappares in fructu, & in herba, sena, epithymus & thymus, arist. longa, & ro. in pul. redacta & in antido. posita, helleborus niger, lapis lazuli, lapis armenicus, rheuponticum, agaricus, squilla assata, & in antido. posita, & in vnguentis, siler montanus, magnes, camo, pulegium, calamintha, hyssopus, crocus, herba basiliconis, origanum, lauendula, sisimbrium, fœnugræcum, dialthea, butyrū, fraxinus, tamariscus, aqua decoctionis salicis agrestis, cyminum, serapinum, capil. Veneris, centaurea, vtraq; hepatica, polytrichum, adianthos, lingua ceruina, valeriana, sanguis hirci desiccatus, & puluerisatus, phlebotomia facta in pollice in fine lunationis manꝰ sinistrę, vel brachij vena hepatica, vel pedis sinistri sub cauilla, in tempore autumnali, & vti aliquoties saluia parum cocta cum brodio ciceris & cum aliquantulo cinamomi.

De nocentibus Spleni, Cap. XVI.

NOCENT spleni omnia, quæ sunt fri-
xa, panis azymus, omnia cibaria de
pasta tritici in sartagine præparata,
mel, dactyli, ficus, vinum dulce, lac a-
cetosum, mustum, & breuiter omnia
obstruẽtia cerasa, catonea, poma cruda, caro por-
cellina, agnina & omnis caro auium in paludib⁹
degentiũ, caro agni, & pauonis, omne legumẽ in
substãtia sua, caulis in substãtia sua, rapę & omnis
splẽ cuislibet animalis, omnis fœ. putrida, speciali
ter quartana, omnis aqua frigida, omnis nimia
comestio, & potatio nocturna, frequẽs vsus carni
um assatarum, & dormire statim post cœnam. A-
lijs membris conferat balneum, nocet tamẽ sple
ni. Nocent spleni omnes carnes, & pisces in sale
nimis desiccati, & indurati, & quicquid ventosi-
tatem grossam generat.

De conferentibus Pedibus, & Manibus, Cap. XVII.

CONFERVNT pedibus, manibus, o-
culis & memoriæ, ablutio, facta cũ
decoctione camomillæ, betonicæ,
abrotani, aneti, & castorei cum ros.
rube. rosmarinus in balneo positus
omnibus membris confert, vsus spicænardi, fœ-
niculi, nucismus. garyophyll. cinamomi electi, &
se. fœ. anisi, rutæ in, balneis posita, & centumgra
na, siue branchana, folia iuniperi, atque lauri: fo-
lia in oleis & vnguentis posita, confert tempera-
ta fricatio, rasura volæ manuum & pedum post
bal. & semper quando luna est in signo humido,
sicut in geminis, aquario, piscibus, & cancro, &
luna est in sua exaltatione, & confert frequens
mundificatio digitorum.

De nocentibus Pedibus & Manibus, Cap. XVIII.

NOCET pedibus, manibus, & memo-
riæ dormire calciatus, tarda pedum
ablutio, tarda fricatio eorũdem, am-
bulare cum paruis calceis, & caligis
confractis, præcipuè tempore pluuio
so, & incedere per loca lutosa, & paludosa nudis
pedibus, & etiá ambulare discalciatus supra ster-
cora animalium, præcipuè gallinarum, anserum,
A & porcorum: dormire supra cœmiteriũ mortuo-
rum, pedes nudos ponere supra vrinam canis, &
omnium animalium vesicam habentium: pedes
ponere discalciatos supra pannum, aut locum cõ
taminatum sanguine. Vniuersis membris totius
corporis nocent, se multum appropinquare mu-
lieribus, & hominibus contaminatis, sicut sunt le
prosi, scabiosi, & incarcerati, maximè, *qui diu in*
carcere fœtido steterunt, stare iuxta illos, qui fe-
brem acutissimam patiũtur: *Vnde versus: Febris*
B acuta, phthisis, pedicon, scabies, sacer ignis: An-
thrax lippus lepra, phrenesis, contagia *præstant.*

De iuuantibus Hepati, Cap. XIX.

CONFERVNT hepati lignum *aloes*,
ambra, camphora, sed modica: scœná
thum, cassialignea, cassiafistularis, ta
marindi, cinamomum, spica, aloe lo-
tum, rheubarbarum, rheupõticũ, crocus sed par-
C uo vsu, phistici, sandali omnes, berberis, spodiũ,
gummi arabicum, bdellium, os myrobalanorũ,
blatta bizantia, mastix, garyophyll. asara baccara,
calamus aromaticus, carpobalsamũ, xylobal. car-
ui, cubebæ, zedoarium, amygda. amaræ, castaneę,
sed paucæ, glandes, eupatorium, absynthium, la-
ctuca agrestis, scáriola, tàm domestica, quá agre-
stis, costum, vuæ passæ, arilli vuarum, maximè a-
cerbarũ, arilli granatorũ accetosorũ; acetũ vini, &
vuarũ agrestium, acetũ pomi, citri, & maligrana-
D ti, & myrtili, auellanæ, rosæ, oleum rosatum, fari-
na hordei, semen scariolæ & lactucæ, succus sola-
tri, cichoreum, apium, fœniculum, lupini, coto-
nea, pira, mespila, sorba, rosæ recentes, cuscutæ,
serum caprinum, aristolochia longa, iris, capil. ve.
polytrichum, hepatica, scolopẽdrium, herba ace-
tosa, portulaca & semen eius, panis *milij, fœnu-*
græcum, betonica, saluia, maiorana, plantago, va-
leriana, nuclei Persicorum & cerasorum, *vinum*
stypticum, gaudium, delectatio, caro hœdina, ca-
E priolina, perdicum, gallinarum, & quælibet car-
nes nudæ, omnia cibaria, mundum & facilẽ san-
guninem, generantia.

De nocentibus Hepati, Cap. XX.

NOCENT HEPATI scamonea, a-
loe non lotum, alpis lazulí, *lapis arme*
nus non lotus, epithymus.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE
PHYSICIS LIGATVRIS, TRANSLATVS
de Græco in Latinum.



QVAESIVISTI, fili charissi-
me, de incantatione, de adiu-
ratione, & colli suspẽsione, si-
quidẽ possint prodesse, & si
inuenerim in libris Græcorũ
hoc, & qualiter in libris Indo
rum ista contineátur: cui quę
stioni compendiosè in hac epistola cogor respõ
F dere. Omnes, inquam, antiqui in hoc videntur es
se concordes, corporis, complexionem animi se-
qui virtutem, quæ virtus si sit æqualiter tempera
ta, actio quoq; correspondens erit perfecta: si au-
tem præcedens fuerit intemperata, & subsequẽs
erit imperfecta. Vnde quia virtutes actionis ani-
mæ in pueris, & senibus, & mulieribus imperfe-
ctæ esse videntur, complexio quoq; corporum
eorum

corum imperfecta esse cõprobatur: & hęc imper-
fectio habitatoribus intẽperatæ regionis, vtpote
caliditatis Æthiopiæ, & frigiditatis Scotiæ. ¶ In-
de Plato inquit: Si mens humana aliquam rem,
licet non iuuẽtem, sibi prodesse certificat ex sola
mẽtis intentione, corpori illa res iuuat. verbi gra-
tia: Si quis incantationem sibi prodesse confidat
qualiscunq; *fuerit, eũ tamen iuuat. Si, vt diximus*
cõplexio corporis virtutẽ animæ sequatur, neces-
se est taliter *rem se habere, quod certificatur,* quia
ex timore, tristitia, lætitia, & stupore non solum
corpus incolu*me mutatur, sed etiã in alijs reb⁹,*
vtpote ventris solutio, siue constipatio, vel nimia
defectio. Ego autem vidi istas sanitatis fuisse cau-
sas, & diuturnarum passionum, maximè illarũ,
quæ corruptiones sunt initia: In sanis autẽ fuere
infirmitatis causæ hæc eadem. ¶ Vnde Socrates:
Incantationes sunt verba decipientia rationa-
les animas, secundum interpretationes, aut secũ-
dum timoris impressiones, vel secundũ despera-
tiones. ¶ Indi aũt Medici putant incantationem,
siue adiurationem adiuuare. Græci vero Medici
antiqui intendunt hic animam erroneam imper-
fectionẽ sui reuocare, qua reuocata, necesse est vt
corpus reuocetur ab ipsa, cùm corporis cõplexio-
nem virtutem animę constet sequi. Vnde Galen.
supra lib. Hippocratis de humoribus: Si quis, in-
quit, dixerit humores corporis mutatos, inde
mutari actiones animæ, & actio animæ mutata
mutet eosdem, non mentitur, quod certificattur:
q̃a cum cholerica passio dominatur, fit iracund⁹,
& econuerso, in sæpe irascentibus, quia cũ chole-
ra augmentatur, necesse est complexionẽ animæ
& corporis animalem moueri. Item Galen. intelli-
git, & scientia in anima ex complexione choleri-
ca augmentari: cõtrariantia & studiositas ex me-
lancholia, de*ambulatio, & delectatio* ex comple-
xione sanguinea phlegma nil adiuuat animæ vir-
tutẽ, nisi in ipsa mutatiõe gustatorũ. Cõstat ergo
quòd si medicus animæ cõplexionem iuuauerit
quoquo modo, incantatione, adiuratione, siue
colli suspensione, corporis quoq; cõplexionẽ ad-
iuuare. Si autem his cõueniens adiungitur medi-
camen, velocior sequitur sanitas, cùm medicina
corpus, incãtatione anima adiuuetur, quibus cõ-
iunctis necesse est sanitatẽ vtriusq; citius sequi.
¶ Itẽ Galen. sunt homines læti naturaliter, & de-
litiosi, qui cùm infirmantur sanos eos subitò fu-
turos confirmat Medicus, & diætá eorũ cũ exer-
citijs ad memoriam reuocat, quorum spes sanita-
tis eorum causa est. Sunt autem aliquádo & con-
trarij natura tristes, vnde tristantur, & angusti-
antur eorum animi per cogitationes, quorũ cogi-
tationes oportet fallere Medicũ, & lætificare, in-
tentione mutare animos eorũ, sed nõ excedere lę-
tificandi modũ, ne magnitudine ꝑmissionũ ne-
gligant se medicádos. ¶ Memini quẽdá nostrę ter-
rę nobilissimũ murmurasse, se esse ligatũ ne cum
mulierib. coiret, quẽ adiui falsificando intẽtionẽ
ei⁹, & hoc magnis ingenijs, sed nunq̃ potui eũ re-
uocare, ꝓpter quod certificare & cõfirmare cępi,
quod ipse prius intendit, adducens sibi librum
Cleopatræ, quẽ fecerat de fœminarũ informáda
speciositate, legénsq; locũ vbi dixit: ligatusq; tali-
ter fel cum vino accipiat mistum cũ sizamelon,
inungens totum corpus adiuuatur: ipse audiens

Incantatiões.

confisus libri verbis, sic fecit, citoq́ue euasit, au-
gmentata est concupiscentia coeundi. ¶ Ego in
multis antiquorum libris legi suspensa in collo
suffragari cum proprietate, non cum sua natura,
quod non denego posse fieri propter confortatio-
nẽ mentis, vt dixi: de quibus cũ multa sint, pauca
tibi tangere disposui. ¶ Aristoteles in lib. de lapi-
dib. ait: smaragdus collo, aut digito portatus de-
fendit à causa *epilepsiæ suspecta: Vnde propter*
hoc mandamus nobilibus, vt collis filiorum suo-
rum suspendatur smaradus, *ne in hanc infirmita-*
tem incurrant. ¶ Item Arist. quodlibet Hyacin-
thorum genus suspensum collo, siue gestatum di-
gito, à peste præseruat, & is mentibus hominum
honoratur, & à maioribus petitiones eius com-
plentur. Viginti granorum hordei pondus porta-
tum *in collo, vel digito gestatum non videbit ti-*
morosa in somno. ¶ Cor milui collo appensum
seu digito gestatum mittigat iram contentionũ,
cuius color est sicut lotura carnis: sanguinis flu-
xum cuiuslibet membri stringit, maximè in fœ-
minis. ¶ Cyanus suspensus collo, *vel* digito por-
tatus, augmentat in somno terribilia, timoro-
sa, tristia, & inter homines contentiosa: in pueris
suspensus saliuam oris augmentat ¶ Gal. sterco-
ra luporum ossa cõmedentium, ventri admota
statim ileum & colicum dolorem mitigant: Ali-
quando etiam coxis adhibetur, & cum filo laneo
ligantur, vnius scilicet ouis, quæ à lupis comesta
fuerat: quod filum, si non inueniatur, cum corri-
gia ceruina ligentur. Item Galenus in vas argen-
teum posuit, cuius quantitas sicut faba fuit, & co-
xis adhibuit multumq́; profuit: hoc autẽ dicit in
lib. de simplici medicina: In lib. verò, qui dicitur
Medicorum medicina, si serpentem thyriæ suffo-
cati, collo cum *filo lineo suspenderis, absoluitur*
à suffocatione, & multum valet in apostematib⁹
faucium. ¶ *Dioscorides, se. cucumeris agrestis,*
ad scorpinis morsum valet, in manu tentum, aut
collo suspensum. Idem etiam facit radix lauri. Ra-
dices asparagi super dentes ligatæ trahunt sine
dolore. Itẽ pedes leporis dextri ano ligati, canes
nõ permittunt latrare: similiter facit iecur canis,
nisi canis gerens sit cuius iecur fuerit. ¶ Quidam
Medici dicunt, pedem testudinis dextrum in pe-
de podagrici dextro suspensum iuuare, sinistro
sinistrum: idem in manibus. Item radix pœoniæ
collo pueri epileptici suspensa iuuat: similiter
pyrethrum, *idem facit pullus* ex toto niger, idem
canis: Nos autem hæc ex libris antiquorum con-
scripsimus. ¶ Dioscorides ait: dentes canini in ca-
ne rabido, cũ hominem momorderit, armis quo-
quomodo inditi & admoti defendunt à morsib.
canis rabidi. Idẽ pulli hirundinis parui in augmẽ-
to lunæ accepti, & primogeniti si fuerint dissecti
duos lapides inuenies, vnum vnius coloris, & al-
terum diuersi, quos si ligaueris in corio vituli, an-
tequam terram tetigerit, & collo suspẽderis, epi-
lepsiá curabunt. Idem species est telæ araneæ spis-
sæ textæ & candidæ, quam si armo suspenderis,
defendit a quartanis. ¶ Quidam Medici suspen-
dunt collo radices herbę acetosæ, & valent. Alij
suspẽdũt radices arnoglossę propter scrophulas,
& dissoluũtur. Auricularis digit⁹ abortiui, si mu-
lieris collo suspendatur, non cócipit, dum in col-
lo habuerit. Hyosciamus cum lacte equino tem-

Smaragdus.
Hyacinthus.
Cor milui.
Cyanus.
Stercus lupi.
Filum thyri suffocati.
Se. cucumer. agrestis.
Radix lauri & asparagi.
Pedes leporis.
Iecur canis.
Pes testudinis.
Radix pœoniæ.
Pyrethrum.
Pullus niger & canis.
Dentes canis rabidi.
Pulli hirundinis.
Tela aranea.
Radix acetosa.
Arnaglossa.
Digitus abortiui.
Hyosciamus.

peratus, & corio ceruino impositus, suspensus collo, mulierem concipere non permittit, dum in collo habuerit. ¶ Quidam dicunt, mulierem ranam accipientem, os eius aperientem, terq; ibi exspuentem non concipere in illo anno. Alij oculum hircocerui, id est, sembut radicem sansuci ligant in horto, & irrigant cum vrina rufi tauri, vespere autem extracta radix ligatur cum eodē oculo in armo, & libidinem augmentat. ¶ Gal. lapis corallus multum valet ad pasionem stomachi, si super stomachum suspensus fuerit, vel patiens in collo tenuerit. ¶ Nos autem hæc ex libris antiquorum conscripsimus, vt mens tua incantationi, adiurationi, in collo suspensioni non refragetur. Amplius hoc tamen non tentaui, sed nec etiam neganda sunt mihi, quia si nō videremus Magnetem attrahentem ferrum, non certificaremus, nec crederemus. Similiter plumbum rumpit adamantem, quod ferrum facere nequit, lapis qui vocatur stella Arabicè, nitrum verò latinè, foco nō incenditur: Piscis aūt quidam marinus, se capientis sensum aufert: Quæ omnia, nisi à nobis videantur, non creduntur, sed tentata certificant, & forsitan itidem se habent dicta ab antiquis: quorum enim actio ex proprietate est, non rationib. vnde sic comprehendi potest, rationib. aūt tantū comprehenduntur, quæ sensibus subministrantur, aliquando ergo quædam substantiæ habent proprietatem ratione incomprehensibilem, propter sui subtilitatem, & sensibus non subministratam propter magnam sui altitudinem.

Oculus hircocerui.

Corallus.

ARNALDI DE VILLA NOVA EXPOSITIONES VISIONVM, QVAE FIVNT IN SOMNIS, ad vtilitatem Medicorum non modicam.

PROOEMIVM.

PHILOSOPHANTES antiquos, seu Indos, seu Persas, Ægyptiacos, seu Græcos in visionibus somnum sequentib. spirituali motiuo diligēter inuenimus studuisse. Per ea n. quæ in visionibus apparere videbant, essentiam animæ cognoscebant perfectius, & vberius perpendebatur præcognitio futurorum. Illud enim summè studuerunt philosophi, cuiuscunq; nationis fuit, quis & qualis esset animæ status post mortem. Hoc autem per viam naturæ videre non poterant, nisi solùm cōsiderando actum, seu operationem ipsius, & hoc seu in somno, seu in vigilia, magis tamen in somno, vt patet per Philosophū 3. de anima, & 16. de animalibus, necessariò concluserunt substantiā separatam ipsius. ¶ Et vlterius considerantes in visionibus obiectum, viderūt, quòd anima apprehendebat futura, secundū esse intellectuale, nullo sensu illius futuri precedēte: quare oporteret, quòd id haberet anima per id, per quod cōmunicat cum substantijs specialibus, secundum hoc enim lumen æternitatis attingit, & apparet ei, quod in vno tempore, & postea per multa tēpora explicatur. Vnde si in hoc anima intellectiua non habuisset vsum alicuius interioris sensus, totaliter apparuisset nobis modus intelligēdi post mortem. Verumtamen in hoc tanquam in propinquiori ad illum intelligendi modum ardentius studuerunt quadam instigatione naturæ, quę non cessat vnumquodq; ad sui perfectionem mouere. Ille enim, qui concedit animam humanam substantiam spiritualem existere, inconueniens nō iudicet, si nobis multa pateant de futuris, & maximè quo minus est anima nostra operationi bus corporalib. impedita. Operationes.n. corporales multum distrahunt, quia operationibus ipsis corporeis turbatur, & distrahitur intellectus. Hinc est, quòd impresiōes factæ in somno notā tur hîc, quò ad animæ notitiā, qdʳ ad p̄sens relinquim⁹ & ad futurorū cognitionē de quo est hui⁹ libelli tractatus. ¶ Et licet multi reperiantur libelli huius intentionis confecti, quia practicè, & sine ratione sunt traditi, placuit mihi hunc libellū ordinare, in quo rationes generales, & particulares ostendam, exempla proponendo visionum relatione dignarum, & gesta posterius visionib. designata. Sic enim huius scibilis perficietur sciētia, & illi qui imperitiæ suæ applaudunt, huiusce rei scientiam contemnentes, pulcræ philosophiæ particula se carere videbunt. In hoc autem hunc ordinem obseruabo, primò quod theoricū est præmittam: Deinde in hac rationali speculatione deducta modum prognosticationis ostendam generaliter, & vltimò particulariter hoc idē subiungam.

De Diuisione libri, & de Gradibus visionum, Cap. I.

LIBELLVS iste duas habet partes: Prima modum generalem prognosticationis continebit cum causis: Secunda verò particulares visiones describet. ¶ Oportet ergo intelligere pro continente, sicut dicit Philosophus 8. phy. multę fiunt immutationes in nobis. Continens verò est multiplex: Primum autem est sensibile continens, & est elementum, cuius qualitatibus multipliciter alteramur: secundum verò est cœlum, cuius virtutibus, & figuris patimur: tertium, & vltimum est prima causa, quæ absolutè omnia cōtinet, in cuius virtute alia continentia agunt, & continent, nullum enim est continens absolutū præter primā causam, quę aliam causam à se non habet: hinc est quòd actiones continentium & contentorū ad suam actionem absolutè referuntur, sicut ad principalem, quia sub ipsa, & in virtute ipsius dicuntur, & informantur. Sic per ordinem oportet, quòd vnū ad virtutem alterius ordinetur, vsq; ad vltimum, quod agat per virtutē propriam, & operationem explicat in virtute superiorum virtutum, ita quòd virtus loci continētis non ex 4 componitur virtutibus .s. elementi, cœli, motoris cœli, & ipsi⁹ Dei, sicut in arte habētur artifex, phantasia, manus & dolabrū. Sicut igitur

Continens triplex.

Virtus loci ... ex quatuor ...

igitur dolabrum scindit figuram, ad quam man9 dirigit, & manus dirigit ad imaginem phantasiæ, & phantasia ad formam artis, ita elementum, cœlum & motor cœli ad formã diuinæ virtutis mouentur. Vnde Philosophus 7. de animalibus, naturam appellauit artem diuinã, & autor de causis secundum illam virtutem motoris cœli appellauit, alios dixit esse rerum creatores, vel cãtores. Per virtutem igitur continentis nobis contingit in vigiliis, & in somnis moueri & inclinari: nunc ad hoc, nunc ad illud imaginandum, aut augendum, vel appetendum, vel cogitandum, aut obtinendum, nisi cautè per intellectum in aliud remittamur, vel motibus intrinsecis distrahamur. Sicut in ebrietatibus vel in aliis passionibus contingit, vbi motus intrinsecus est ita fortis, vt impressio exteriorum continentium non appareat: sed his remotis contingit in somno circa materiã prima digestione completa, & secunda cum conuenientia, vt temperiem in vere vel autumno, vel secundum puritatem hyeme, vel æstate, tempora enim tempestuosa disturbant, sic enim nõ haben tibus apparent nobis visiones de futuris certissimæ, & fiunt in nobis phantasmata significãtia futura multa. ¶ Virtus autem ad prędicta nos mouens multipliciter mouere reperitur, secundum quod diuersimodè disponuntur ad moueri: si tamen materias, quas experimur in nobis, volum9 aduertere, inueniemus virtutem prædictæ impressionis, vel impressionem prędictæ virtutis 7. modis plenissimè variari. Quorum primus existit, quæ in sola animi confidentia denotatur, ex quo quis ad aliquid agendum mouetur quodam impetu motiuarum virtutum, absq; signo in virtutibus cognitionis recepto : vnde tales sic moti respondent quærentibus causam motus, licet nobis cor dicat, non huius aliam rationẽ habemus : hunc gradum tangit Philosophus in libro de bona fortuna, & istum etiam gradum experimur in vigilia potius, quam in somno. ¶ Secundus gradus colligitur super istum in tãtum quòd ex hoc, quod impressum est motiuis virtutibus, aliquid in contiguis resultet, non tamen sub specie propria rei futuræ, nec sub continenti metaphora, sed magis per contrariam speciem præsentatur, sicut contingit his, qui se vident in festiuis solennitatibus nuptiarum, & postea se vident in planctib. & lamentationibus mortuorum. Iste gradus quamuis sit secundus respectu virtutis vniuersaliter mouentis, & etiam respectu dispositionis nostræ, est tamẽ primus respectu eorum, quæ accipiuntur in somnis ad significandum aliquid de futuris, sicut patebit inferiùs, in capitulo de causis distinguentibus istos gradus. ¶ Tertius gradus est exteriùs non distortè, nõ per contrariam speciem rei futurę apparet futurum, sed per conuenientem metaphoram designatur. In isto gradu frequenter visiones contingunt secundum diuersas proprietates rerum & hominum, quę metaphoræ rei futurę aptantur: Vnde Philosophus de isto gradu loquens in lib. de somno & vigilia, capitulo de diuinatione, dicit quòd iste gradus est artificiosissimus, scil. visionũ, quia conuenientiùs explicat rerum coniecturas. Exempla istius gradus scribentur inferiùs conuenienter, & diffusè. ¶ Quartus gradus est, quando iam sub propria specie rerũ res futura videtur sine tegimento metaphoræ cuiuscunq;, de isto etiam gradu exempla ponere nõ oportet, ponentur autem inferiùs suo loco. ¶ Quintus gradus est, quando quis per se rem futuram proponit, nõ tamen propriè, sed sub ęnigmate alicuius metaphoricę similitudinis. ¶ Sextus gradus addit super istum, quòd assistens rem futuram proponit propriè, non per metaphoram occultando : in istis duobus gradibus plurimi prophetarunt prophetæ, vt patebit expressiùs cõsequenter. ¶ Septimus gradus est, quando iam verè & intellectiuè apparent intellectui, & istud est altius quod in hac vita contingit hominib9, vt patebit in expressione causarũ.

Virtus mouẽs nos septem modis variatur.

De Causis magis particularibus horum graduum ex parte Corporis & Animæ, Cap. II.



LICET experientia significet gradus predictos, melius tamẽ patebũt, si cuiuslibet causas magis particulares tangamus. ¶ Est igitur aduertendũ, quòd preter causas vniuersales iam dictas sunt alię causæ magis particulares in nobis.s. à parte animæ, & à parte corporis : à parte corporis, quia cõtingit ipsum disponi multimodè nunc per se, nunc per accidens. Per se verò nunc disponitur aliter in vna complexione, aliter in alia. Calidæ autem complexiones, vt siccæ multorũ motuum sunt, & maximè in iuuentute: cõtrariæ verò contrariũ obtinent. Vnde cholerici in senectute rectiores, & perfectiores habent visiones : phlegmatici verò in iuuentute: & sic dicendum est de reliquis, q̃ discursus possunt diminuere naturales, vel augere. Per accidens etiam disponit corpus nostrum diuersimodè, & per quãtitatem cibi & potus diuersam, & laboris cuiuscunq;, vel exercitij, vel ægritudinis corporalis in omnibus, secundũ quod corpus se habet, aut superfluè, diminutè aut ẽperatè, secundũ quod hîc disponitur melius aut deterius, vt impressuras recipiat visionum. Vnde dispositio temperatę complexionis in sanitate cũ temperãtia cibi, potus, & exercitij tẽperati, temporibus debitis, & locis conueniẽtibus, est ad visiones, ex parte corporis, dispositio valde bona. ¶ A parte autem animæ est subtiliter aduertendum, quod Halycar. dicit in commen. 3. propositionis super centiloquium Ptolemæi, quòd sicut se habent elementa ad corpora, ita stellæ se habẽt ad animam. Non autem intelligit, quòd sicut elementa intrãt compositionem corporis, in stellas ingredi animæ compositionẽ, quia istud esset absurdum : sed intelligit, quòd sicut corpus virtutes elementorũ participat diuersimodè, secundũ quòd elementa diuersa dominantur in ipso, ita anima diuersas proprietates acquirit, secundũ dominium stellarũ dominantiũ in infusione ipsius: & hoc planè dicit textus Ptolemæi dicentis: Natura eius in aliquo inueniet stellam fortẽ, similis naturæ in sua natiuitate. Hoc etiam vlterius magis explanandum est secundum philosophos, ne quis impetu liuoris valeat nos mordere, nõ enim intelligendũ est, quòd philosophi intelligant virtutes planetarum influere in animam, sed intelligẽdum est, proportionaliter secundum modum loquendi, secundũ quem loquitur Alpharabius,

Quomodo intelligitur animam recipere impressiones stellarum.

D

& autor de causis in illa propositione: Luna nobilis tres habet operationes, &c. Volunt etiā Philosophi, quòd virtute causarum vniuersalium. s. Dei principaliter, & intelligentiarum omnia quę sunt, hîc producantur in esse: quia superiori ratione omnia esse habent, licet prius & posterius respectu eorum, quę fiunt. Hoc voluerunt quidā quòd motores cœlestes impresſionē faciant animabus, ita quòd si Mercurius fortis hora principij generationis alicuius, vel natiuitatis, quæ illi proportionatur, responderet motor orbis Mercurij, ita quòd sicut se habet motor ad motorem, ita se habet mobile ad mobile: & gratia huius virtutis quā corpus sequitur, dicit Philosoph. quòd omne animal diuiniore quodam corpore videtur mistis elementis, quamuis corpus materialiter ex quatuor elementis existat, non tamē per elemēta ad hoc deducitur, vt aptum fiat ad talem, vel talem animæ informationem, sed aptatur per virtutem cœlestis corporis. Vnde Philosophus ibidem dicit quod virtus, quę est corporis formatiua, proportionata est astrorum virtutibus: intelligunt igitur, quòd cum hoc, quod dico, est, causatur principalissimus sub suo regimine esse inferiores suos effectus, interpretātur & educūt.

Anima dupliciter ad visiones disponitur

¶ His exactis dico, quòd anima dupliciter ad visiones disponitur, scil. natura, vel doctrina: natura quando ex proprietatibus suæ causæ communis hęc anima minimè sit dedita his sensibilibus, & mundanis, sed tanquam super totam naturam corporeā eleuata rebus sensibilibus, parum aut nihil mouetur, sed tāquam ad superiora conuersa leuiter superiorum influentiis cōformatur directè, sicut aqua quiescens effigies stellarum perfectè repræsentat: mota verò distortè nullatenus naturaliter pręsentabit. Hinc est quòd plures qui melancholici reputantur in eremo, vel nemorib9 habitantes, vitam solitariam eligentes, plura pręuident de futuris, quàm viri in ciuitate politicis rebus intendentes. Doctrina verò disponitur anima, quando per mores acquisitos à passione acquiescit vel requiescit: tunc enim aptatur intelligibilibus, & eam nulla turpis phantasia disturbat, sed est promta moueri virtūte iam dicta.

Quomodo anima mouetur à motorib. cœli.

¶ Si autem quis quærat modum, secundū quem anima mouetur à motoribus cœli, oportet dicere, quòd sicut in generatione ipsa virtus informatiua coordinationi proportionatur astrorū, vel orbium, aut motorum, ita per totam periodum vitæ ipsa anima ad coordinationē ipsorū mouebitur, & mouebit, quod est valde considerantibus manifestū. Experimur enim, quòd cœlestib. turbātibus & ingrossantibus aerem, anima in corde spiritus ingrossat, & turbat, vnde graue redditur corpus solū, & econuerso, si corpus cōtrariè disponatur. Non enim ad esse totum mouent causæ communes primariæ, sicut dicit Auicen. in lib. de lumine luminū, sed ad conseruationem in esse, & ad finem perfectum. His determinatis facilè est reddere causas graduum prædictorū, quādo homo ita indispositus est secundū corpus, vel secundum animā, vel secundū vtrunq;, vt ipsa, propter alios motus, cœlestis impresſio soluatur, vt in ebriis vel vehementibus, vel iratis, vel huiusmodi non mouetur enim nec secundū motiuas, nec secūdum sensitiuas virtutes. Si autē corpus, quantum ad motū, proportionatur superiori virtuti, quantū autē ad sensitiuam, vel cogitatiuas virtutes anima ad aliud sit intenta, tunc mouetur anima secundū ordinē primi gradus. Si aūt vlterius anima incipiat disponi, quantū ad cognitionē, tñ debiliter & distortè, tunc mouebitur secundū ordinem vel formā secūdi gradus. Si autē debiliter non distortè, sed rectè, tunc secundū formā tertij gradus. Si autē fortiter & rectè sit anima disposita, mouebitur secundū ordinem quarti gradus, si autē fortius secundū ordinē quinti gradus: Si verò fortissimè secundū ordinē sexti gradus. Si aūt quærat aliquis quare isti 3. gradus sunt aliis fortiores, patet solutio: quia facilius est ad vnū, quā ad duo, & ad phantasmata, quā ad intelligentias ipsas, quod ad 7. gradū pertinet.

Dupliciter potest fieri distinctio prædictorum graduū.

¶ Ex his quę dicta sunt patet, quòd distinctio graduū prædictorum vno modo accipitur penes diuersitatē dispositionū in corpore vel anima, vt dictū est: potest etiā alio modo accipi penes gradus fortitudinis, vel debilitatis circa cœlestē virtutē, secūdū quod difficilius in astrorū iudiciis habet dici, verbi gratia: si Mercurius Soli corporaliter sit coniunctus in aliqua domorū Saturni, & Luna fuerit in domo Mercurij eiusdē triplicitatis. s. in Geminis, si fuerit in Aquario, aut Virgine, si fuerit in Capricorno: tūc virtus cœlestis mouet multum ad occultas, & ꝓfundas cogitationes rerū. Vnde Ptolomęus dicit, quod tota terra intellectu repletur, & nati huius cōstellationis profundę sunt inquisitionis in rebus arduis, & longinquis, & de facili sunt in qualibet parte philosophię ꝑfecti: & tunc nō solùm virtus humana ad aliquid agendū mouetur significandū, sed etiam in pluribus aliis rebus præsagit futura. Sicut in natiuitate Alexādri contingit, vt aquila extensis alis per totam diem in summitate palatij Philippi patris sui steterit, mouens alas suas versus quatuor partes vniuersi. Mouentur enim motores particulares in hoc mundo ad aliquid simile, aut proportionale illis, ad quod mouēt superiorę̄s motores, vniuersales motores. Et hæc sufficiant de acceptione causarum graduum prædictorum, non enim solum ad hoc, sed ad alia plura continet veritatem.

De Gradibus conuenientibus arti prognosticandi, Cap. III.



HABITO de causis visionum ordinatis, dicēdum est qui gradus de numero prædictorum sint cōuenientes arti prognosticandi de visionibus futurorum. Sciēdum est igitur quòd gradus primus nō est conueniens huic arti, quia in sola experientia consistit, & in sola contingit vigilia: Vnde secundū illū gradū teneat, vel fugiat vnusquisq;, quòd sibi expertus est proficere, vel nocere. Gradus etiam quartus & sextus. quia idem apparet sine tegimento metaphoræ, circa huiusmodi gradus nō est aliud artificium conueniendi. De 7. etiam gradu parum intendo dicere, & sic de his quæ rarò contingit Relinquantur igitur tres gradus, quorum quidē primus est quādo per speciem consideratur de cōtrario aliquid præuidetur euentu; secundus quādo per rectam metaphorā proportiones futurorū præuidemus, & iste est gradus, qui contingit vtplurimū: tertius est quando prę-

uido-

uidetur assistens sub metaphora ꝓportionis fu-
turæ. Circa istos gradus ordinatur maximè ars
ista, cùm enim ars sit de bono, & difficili rationa-
biliter, ordinatur in gradibus nunc prædictis, &
ideò est facilè proprietates rei cognoscere, & vi-
siones metaphoris adaptare.

De rerum Proprietatibus, Cap. IIII.



ONSEQVENS est tangere rerum
proprietates, secundum quas simili-
tudines somniorũ de futuris, & pro-
portionẽ accipimus sub forma, quarũ
videbitur prognosticatio visionum. Consideran-
tur autem principaliter proprietates rerũ natu-
ralium quæ inueniũtur in proportione acciden-
tium, seu proportionum naturæ. Vnde inimicus
secundum qualitatem inimicitiæ quá gerit, præ-
uidetur in somno sub specie diuersorũ animaliũ,
quorum operationes diuersis inimicitiæ gradibꝰ
correspondent: vt si inimicitia sit mortalis, præ-
uidetur sub specie absorbentis Draconis, vel ru-
gientis Leonis, mouentis terribiliter insultum. Si
autem inimicitia sit cauta, poteris sub specie Lu-
pi, vel Vulpis, aut Serpentis videre: hęc etiá con
tingit diuersitas secundũ quod est diuersa digni-
tas inimicitiæ, vt persona magnæ dignitatis sub
forma Leonis, vilis autem persona sub forma Ser
pentis vel Vulpis. ¶ Secũdò est subtiliter aduer-
tendum quòd res & proprietates rerum ad pro-
gnosticationem futurorũ materialiter accipiun-
tur apud interpretes huius artis, vnde eadem res
secundũ diuersas circunstantias præuisa in som-
no, simpliciter ad diuersa prognosticãdum est si-
gnum, vt aliquando significet scientiam, aliquan-
do vxorẽ. Est igitur attendenda qualitas somniá-
tis, & circumstantię, quibus æquè visio termina-
tur, vt si Clericus sciens præuidet aquam se diffi-
ciliter transire, & per sui equi vigorẽ se sine labo-
re transire, est per beneficium suæ sciẽtiæ à nego-
ciis difficilibus eripi iudicãdus. Si autem Laicus
præsentiá, ad præsentiam est torquendum. Si au-
tem equus proprius cameram somniantis habẽ-
tis vxorẽ petat, cum aliis circumstantiis pertinen
tibus ad vxorẽ: si autem equus quasi ignitis pedi
bus veniẽs, ore aperto, insultũ faciat in somnian-
tis personam, hominẽ significaret initiũ litis mo-
uentem somnianti. ¶ Ex quibus quidem peruti-
le est interpreti, rerum naturas, & proprietates a-
gnoscere ex coloribus rerũ, & aliis vniuersali ad
hærentibus in hac arte. Ars enim ista multum se-
quitur naturas: sicut enim natura nõ tantùm res
facit, sed locis, temporibus, qualitatibus. quanti-
tatib. & situ ordinat, sic ars ista procedit: est enim
quicquid cõsiderat naturale, excepta coniectura
applicationis visionum ad res futuras, quæ sicut
dictum est, à rerum proprietatibus est sumenda.
Vt igitur facilior sit doctrina, tãgamus exempla-
riter aliqua secundum Indorum doctrinam, quę
secundum ordinem membrorum in corpore ac-
cipiebatur ex eorum operationibus prognostica-
tio de futuris. ¶ Caput igitur, renes, & membrũ
virile ad personam somniãtis referebant propter
hoc, quòd officium istorum membrorum princi
paliter operationes alicuius notabilis habent in
persona. Caput igitur quantum ad cognitionem,
renes & collum quantum ad fortitudinẽ corpo-
ralem, virga quantũ ad generationẽ & speciei sa-
lutem. Scapulę & axillę ad mulieres exponũtur,
vt ad vxores & sorores, vel huiusmodi scapulæ:
axillę verò ad neptes, vel ad filias. Multa enim ꝓ-
pter vxores portamus, sicut super scapulas pon-
dera: neptes verò, vel filias sub quadam prote-
ctione tenemus, vnde per axillas notantur. Bra-
chia verò fratres, vel socios, vel familiares signifi-
cabãt, quia istos, vt brachia, coauxiliatores habe-
mus. Manus verò ad prudentes famulos adapta-
bant: quia per istos, vt ꝑ manus operationes no-
stras immediatius explicamus, femora ad con-
sanguineos, testiculos ad filios, suras, pedes, &
tibias ad totam consistentiam vitæ, vel ad famu-
los. In omnibus enim istis iacet aliqua proprietas
hoc designans. Propria verò intestina ad familia-
res secretos vel diuitias referuntur, eo quòd hæc
omnia occultè seruantur: Determinantur autem
hæc secundum circunstantias visionis. Hepar ra-
dix thesauri & sanguinis, sanguis enim thesaurũ
designat secundum Indos, quia propter aurũ fre-
quenter consumitur sanguis noster. Ægyptij ve-
rò ad intestina cuncta referebãt hepar, & sangui-
nem, vtraq; tamẽ sententia verificatur in casu: si-
cut enim dictum est circunstãtia visionum ad di-
uersa dirigit vnum & idem. Cor meritò refereba-
tur ad vitam, vlcera cũ sanguine, vel sanie ad sub-
stãtiam, vel aurum significabat: stercora propria
vel aliena pecuniam cum infamia designabant:
quia sicut ibi occultum cum fœtore venit ad ma-
nifestum, ita pecunia facit infamem. Pili secundũ
partes, in quibus sunt, diuersa ostendũt, in barba
verò ornatum, vel virilitatem significabant: mu-
lieris sub axillis proiectionem significabat, vt di-
xi: pubertatis verò ad inimicos, reliqui verò ad
diuitias, vel aurum, vel ornatũ. Ægyptij verò ge-
neraliter ad pœnitentiam, vel studium, vel orna-
tum referebant pilos: sed vtrobiq; est ad circun-
stantias recurrendum. Vrinam reddere ad diuer-
sa pertinet secundum diuersitatem circunstãtia-
rum: vt si quis se præuideret vrinare in vas au-
reum, vel argenteum, vel huiusmodi preciosum,
ipsum generaturum in nobili muliere esset dicen
dum: si autem in vile vase vrinam redderet mu-
lier vilis, vel rustica iudicatur: vt enim frequen-
ter dictum est circumstantię conformant iudiciũ
rerum visarum in somno. ¶ Arbores referuntur
ad multa secũdum diuersas stipites, ramos, folia,
vel fructus: vitis enim & palma mulieres osten-
dunt, fructiferæ cum diligenti cultura mulierem
nobilem ostendit. Malus ferens poma granata, &
dulcia bonum & diuitem prætendit hominem:
acetosa verò significat malum hominem & auste
rum. Nux dura & vmbræ malę idem societatis &
fraudulẽtiæ, refertur hîc ad vmbram arboris hu-
ius, & saporem. Quercus idem significat cum du
plicitate animi, sed refertur ad duplicitatem lin-
guæ, & ad duriciem quercus, corticem album &
nigrũ habens. Omnes enim arbores breuiter iu-
dicãtur secundum earum proprietatem natura-
lem aliquem saporem, vel fructus vel qualitatũ
aliarum, à qualitate actionum nostrarum ꝓpor-
tionatarum: folia & stipites tam ad effectum ho-
minum, quam ad homines torquentur, secundũ
circunstantias diuersas: fructus verò fidem, vel
diuitias, vel operationes denotãt. ¶ Arma gene-

Res & proprietates ad prognosticationem materialiter sumũtur.

Significationes membrorum in prognosticatione.

Significationes arborum in prognosticatione.

Significationes armorum.

raliter ad præsentiam dignitatis, vel scientiæ sunt aptanda: Vestes generaliter gloriam, vel honorem aut protectionem ostendunt. ¶ Ignis multa prætendere potest, sed generaliter ignis non ordinatur aliquid agens, sed destruens, vel comburens, malum adeò populo, vel tyranno designat, vt patebit in secunda parte huius libelli. Ordinatur verò vt lampade vel candela, & significat diuersa, secundum quod ordinatur. ¶ Et volatus significat loci mutationem, vel mutare statum secundum qualitatem eorum, quæ apparebunt. ¶ Sol regem, patrem, domum, vel donum, vel dignitatem ostendit. ¶ Regina, prępositus, vel mater ostenduntur per Lunam. ¶ Stellę fratres, vel socios, vel magistrum, vel populum ostendunt. ¶ Aquæ vitrum: Riui generaliter anxietatem ostendunt, & personas & negocia causantia. ¶ Nauis securitatem, dominium & cõcordiam ostendit. ¶ Aues ad multa, secundũ diuersas naturas, & species ipsarum aptabit, vt inferiùs apparebit. ¶ Pisces pecuniam cum labore. ¶ Vinum lucrũ ostendit secundum quantitatem potus ebrietatis peccantẽ, vix enim ebrius tenet mẽsam. ¶ Cũ his omnibus non est obliuioni tradendum quod Philosophus de somno & vigilia, ad gradum suũ, & Medicorum iuuamen notare debetis ea, quæ in somno apparent. Apparent enim multa sed ex distemperantia corporis, & humorum complexione causantur. ¶ Vt si phlegma abundauerit in corpore alicuius, & in somno destillare incipiat ꝑ scapulas, & per membra, talis se videt in somno per pluuiam madefactum, licet in corpore bene disposito pluuia significet doctrinam ab aliquo, vel impetrationem à Deo, vel aliquo Domino: Nubes etiam spiritum grauãs caput, sapientiam designabit. ¶ Si verò cholera multum abundet in corpore incendia, stellæ cadentes, & coruscationes apparebunt: & si cum hoc grossus intercipiatur ventus, cum tonitru apparebit. ¶ Si verò melancholia abundet, apparẽt terribilia magna, comestio acetosorum, incubus, & cõsimilia huic proportionata humori. ¶ Si verò sanguis abundet, res rubeæ cum aliquibus eorum, quæ pertinent ad choleram, apparebunt. ¶ Contingit etiã plethoricis ad ægritudines paratis, quòd se præuident in somnis lapidibus oneratos: hi etiam, qui actu ægrotant, aliquando præuident aliquid, quod ad accidentia pertinet passionis, sicut recolo me vidisse infirmum qui certificauit, quòd habebat apostema sub aure, & ante præuiderat hoc bis, quòd percutiebatur à quodã cũ lapide pungente in maxilla sub aure. Aliàs vidi physicũ cui frequẽter apparebat niger cattus, qui eum in pede dextro mordebat, huic citò post pustula nigra nata fuit in pede dextro, qui postea parum vixit. Et vidi etiam quẽdam qui quousq; purgatus fuit à multitudine humorum putridorum, qualibet nocte se in latrina, vel in aliquo loco simili se videbat, & ad fœtorem loci excitabatur, exiens. ¶ Ex quo apparet quòd non debet superfluum iudicari si visionum interpres sit Medicus, nec si Medicus studeat interpretationibus, requiritur enim in Medico iudicioso omnes dictas circumstantias prętractare, talia præuidere, & visionum interpreti dispositiones corpori prænotare.

Significationes vestium. Significationes ignis. Volatus. Sol. Regina. Stella. Aqua. Nauis. Aues. Pisces. Vinum. Significationes humorũ.

De Visionibus secundum tempora distinguendis, Cap. V.

DE tempore in quo contingunt ea, quæ præuidẽtur in somnis, est aliquid nũc dicendũ. Experimur enim quòd quædam citò contingunt, quædam tardè, quædam tardissimè veniunt ad effectum, vt planè patet cuilibet animaduertenti: quia præuisa in die Dominica, vel in die Lunæ, vel in die Martis, vel in die Mercurij citò contingunt: quędam eodẽ die, vel infra tertium patebunt. In die verò Iouis, vel Veneris nõ ita. In die verò sabbati præuisa tardè cõtingunt. ¶ Simachardus dicit quòd si initium horæ mensis esset dandum, ita quòd si visio fieret per tres horas ante diem, appareret præuisum in fine trium mensium: & ita docuit secundum plus & minus horarum numerum iudicare. Alij autem fuerunt, qui considerantes signorum naturam & Lunam, dixerunt, quòd Luna velox cursu, existens in signo mobili in hora, & die ipsius Lunæ, eadem die facit rem videre: si autem Luna sit cursu tardo & in signo fixo, maximè in Aquario, & hora & die Saturni, transibunt tot anni, quod gradibus Luna adhuc gressiua est per signum, licet aliquando regula Simachardi sit vera, quia tamen vtplurimum deficit, non est pro articulo tenenda. Alij verò qui Lunam & cætera cœlestia considerant, partem tangunt eorum, quæ considerari debent, & ideò patebit, quòd locuti sunt imperfectè: non enim ex virtute cœlesti tantùm, sed ex aptitudine rerum præuisarum, vnà cum cœlesti virtute artificialiter elicietur quantitas temporalis. Verbi gratia: est puer præuidens aliquod magnum in somno, quod nullo modo tali ætate debetur, secundum quam proportionẽ legimus Iosephũ somniasse, Solem & Lunam cum stellis se videre: dico quòd tale præuisum in breui tempore non potest contingere, propter ineptitudinem ætatis, vel personarum, quę temporis breuitati repugnat. Negotia igitur & res quæcunque leuiter, frequenter, & communiter contingentia breui tempore contingunt, contraria verò contrariè. ¶ Consideretur igitur natura vel qualitas rei visæ: secundò qualitas & proportio somniantis ad rem præuisam: tertiò consideretur locus, motus Lunæ & natura signi, in quo Luna percurrit, aut stabunt menses, aut dies, aut anni, & in hoc inuenies mirabilem concordiã eorum, quæ fiunt in hoc mundo ad motus cœlestes. Communiter enim inuenies cum negociis arduis, & magnis indigẽtibus tempus longum, Lunam in signis fixis, & tardam in facilibus: velocem verò in signis mobilibus: in negociis verò mediocribus, in signis, quibus reperitur. Sed quia pauci sunt qui cursum stellarum habeant præ manibus, saltem relictis stellis considerentur alia, quæ prædixi: Vt si die Dominica rem præuiderem de facili tangentẽ, nec qualitati personæ repugnãtem, dicerem dicta die, vel infra triduum aduenturam: & ita proportionaliter est dicendum in aliis de mense, vel anno, sicut patebit inferiùs, verbi gratia: Huius capituli tempora quarũdam visionum subscribam. Et de his quę ad primam partem pertinent, dicta sufficiant.

SECVNDA PARS.

De Visionibus pertinentibus ad vitam, Cap. I.



ECVNDA pars duodecim capitu-
la continet secundum numerum, or
dinem & naturã duodecim domo-
rum cœlestium. Primum capitulum
continebit visiones aliquas ad vitam pertinẽtes,
Prima domus. sicut in cœlo prima domus dicitur dom⁹ vitę. Se-
cundum verò capitulũ est de visionib. ad substã-
tiam pertinentibus. Tertium de his, quæ perti-
nent ad parentes. Quintũ de his, quę pertinẽt ad
filios. Sextũ de his, quę pertinẽt ad infirmitates,
vel seruos. Septimũ de his, quæ pertinent ad mo-
res, prælia & controuersias. Octauum de his, quę
pertinent ad mortem. Nonum de his, quæ perti-
nent ad religionem, & iter longum. Decimum
de his, quæ pertinent ad regnum vel dignitatem.
Vndecimum de his, quæ pertinent ad amicos, &
familiares. Duodecimum de his, quæ pertinent
ad inimicos, & bestias edocet visiones. ¶ His au-
tem sufficienter prospectis, sciẽdum quòd visio-
nes ad quodcunq; pertineant capitulum, appa-
rent sub aliquo modorum præuidẽdi dictorum,
diuisione facta, quas idem conscribam particulas
secundum tres dictos modos scribentur, quia ma
ximè articulares probantur. Eadem etiam visio
ad diuersa relata ad diuersa poterit capitula re-
ferri. Scribitur etiam de Platone, de pica philoso-
rum, & hystoriis Gręcorum, Socratem pręuidis-
se ipsa nocte, quæ immediatè præcessit diem, qua
Plato ad Socratẽ fuit ductus, quòd cygnus qui-
dam oblatus sibi requiescebat in gremio suo, &
postea volabat à gremio super portam Athenien-
sem, quæ dicitur Academica, & cum esset ibi, vi-
debatur Socrati, quòd cygnus ille haberet ita lon
gum collum, vt vertice tangeret cœlum, & etiam
penetraret. Aduenieti die cùm Socrates narraret
visionem discipulis, ecce pater Platonis offert fi-
lium suum Socrati, vt eum in suam vellet recipe-
re doctrinam: quo viso statim ait Socrates, ecce
cygnus, qui ad secreta cœlestia transcendet ma-
nifestans occulta. ¶ Sciendum est quòd cygnus
habet proprietates, quæ multum proportionan-
tur proprietatibus philosophantium in hac vita:
est enim mundus, albus, in profundis aquarum
degens, longæuus existens, vltimis suæ vitæ die-
bus dulces reddit voces. Et Philosophus etiam
honestissimam vitam gerens, absq; macula albus
viuit, & mundus, veritates rerum inquirens, pro-
fundas diuersitates scientiarum, & opinionum
inquirit, discernit quod verum est, in hoc eligit
vitam sibi solùm, quærens necessaria vitæ, fortui-
ta relinquens, quæ sine dierum longitudine non
cõtingunt, & vltimis suis diebus exanimatus sen
tentias, & actiones contemplatiuas posteris re-
linquit, hinc est quòd Philosophus conuenien-
ter pręuidetur per cygnũ: hac enim visione bona
vita & longæua notatur. ¶ Sciendum est etiam
quòd ab eisdem causis, à quibus visiones depen-
dent, causantur quidam effectus, qui etiam signi-
ficant futurorum aliquorum existentiũ pręsagia,
vti est, præsagium quod scribitur de Platone, de
Hieronymo, cum esset Philosophus in cunabilis

A anno primo natiuitatis ipsius tempore, quo apes
examinant, illo tempore examen apum venit, &
collocauit se super os, & faciem pueri, post aliquã
tulam moram euolans examẽ, nimis in altum se
dispersit in aere. Hoc præsagium est signum, si-
cut enim apes congregant materiam luminis ad
videndum, & dulcedinis ad nutriẽdum: ita Phi-
losophus totam vitam suam disponit, vt veras re-
rum sententias aperiat sibi ad pollendum, & aliis
ad docendum, & vt honestos mores nutriat ad a-
B gendum, quorum vnum in cera, & reliquum in
melle monstratur. ¶ Huic prædictæ visioni fuit
similis ad signandum malam, & inhonestam vi-
tam visio matris Neronis, quæ cum haberet eum
in vtero, præuidit quadam nocte se parere Dra-
conem crudelem & magnum, qui conuersus ad
matrem mordens eam euiscerabat. Illa prę terro-
re excitauit, & vocauit quendam, cui narrauit vi-
sionem, ille exponens visionem dixit, parturies
hominem nequam, qui existet autor tuę mortis,
C & ita accidit, vt testantur historiæ Romanorum.
Factus enim Imperator voluit locum suæ gene-
rationis videre, vnde interfecit matrem, vt vide-
ret matricem.

Secunda domus de visionibus, pertinentibus ad substantiam, Cap. II.



D VBSTANTIA dupliciter potest ac-
quiri, aut enim licitè, honestè & sine vi-
tio, aut illicitè, inhonestè, & cum vitupe
rio: ita multę & diuersę visiones possunt
ad hoc capitulum pertinere. Adhuc earum, quæ
licitè, quædam arte & labore, quædam casu, vel
deferentia alterius. Item earum, quæ illicitè, quæ
dam furtim, occultè, & sine infamia manifesta: q̃-
dam verò cum insania manifesta.

¶ Sic quidam somniũ habuit, se multoties cũ
retibus piscátium conuertere ad aquas diuersas,
E & capere paruos pisciculos, vltimò ad quendam
maiorem fluuium, & ibi diuersorum, & magno-
rum piscium multitudinem capere: hoc expressè
præsignauit istum laboribus & artibus propriis
ad diuitias peruenire: aquæ enim labores, & pi-
sces laborũ fructus sunt, à quibus consimilia con
tingent, vel per alium euenient, præuidens se A-
strologorum piscationes recipere, velut pluuiam
per fenestras intrare domum ipsorum. Quidam
somni auri, quòd vn⁹ de parentela suá minuebat
F sibi sanguinem in magna quantitate, & minutus
cùm proficisceretur in partes extraneas vltra ma
rinas, dedit sanguinem, somnians postea satis ci-
tò mortuus est, & alter ad posteriorem partẽ sub
stantiæ succedebat per ordinationem defuncti.
¶ Vlterius latro quidam se præuidisse narrauit,
quòd cum ipse intrasset domum cuiusdam vide-
batur, quòd veniret ad locum domini domus, &
quòd videret dominum dormientem inflatũ &
fœtentem, accedẽs ad posteriora dormientis p-
G pter indignationem fœtoris, subtrahebat illi in-
testina plena superfluitate naturæ, oneratus po-
stea recedebat: breui tempore succedente ad do-
mum accessit cuiusdam vsurarij manifestè de no
cte, & illo dormiente subtraxit furtim magnam
pecuniæ quantitatem. Si autem hæc præuiderẽ-

tur de aliquo sine fœtore, significaret furtum fieri sine infamia manifesta. Per ea, quæ nunc sunt dicta, poterit sagax interpres facilè visiones, quæ pertinent ad amissionem substătię, iudicare, puta fieri, vt de proximo viuario aliqua actione se præuiderit perdere pisces suos: & sic proportionaliter est tenendum.

Tertia domus de visionibus pertinentibus ad Fratres, & ad loci mutationem, Cap. III.

DE visionibus pertinentibus ad fratres & loci mutationem propinquam & remotam, oportet facere mentionem, ad quem locũ diuersæ pertinent visiones quibus multa & diuersa præuidere possumus, ita de Iosepho scribitur illum pręuidisse, quòd manipuli messis fratrum eius in agro paruo se inclinarent manipulo eius: contigit in Ægypto, vt fratres illum adorarint, propter Pharaonis Dominium, in quo erat. ¶ De quodam etiam scribitur præuidisse, quòd quidam gladio sibi brachia detruncabat, quem postea fratres eius gladio occiderunt. Hoc idem de sociis iudicandum est, & si non contingeret fratres habere plures, tamen pro sociis, consanguineis, vel amicis præuident casus dentium dormiendo. ¶ Ad loci verò mutationem præuidetur volatus frequens, de quo quondam visionem retulit mihi quidam fide dignus, se somnisse quod volarit cum delectatione, cùm ad terminum volatus venisset, visum fuit sibi, quòd esset in alta terra in quodam pulcro prato, eundo per pratum in extremitatibus videbat riuulos paruos, in quibus erant plures tortucę cum caudis serpentis, animaduertens locum, & circumspiciens aspexit seipsum, videbat ipsum mutatum in vulturem, & cum pede proiiciebat tortucas quæ sibi adhærebant. Hic infra septem dies vocatus est à quodam magno viro in proprium Medicum ad distantiam 7. diætarum, qui constitutus in domo ducentis baronis ire Medicus, & Magister plures habent obligantes iniustè, quo frequenter proiiciens inuidos reprobauit. ¶ Notandum qua proprietate vultur Medicum præostenderit: vultur enim læsa & vulnerata animalia sequitur valde libenter, & libentius si videretur sistere, vnde leuiter capiuntur, si quis conuerso corio se vestiret animalis excoriati recenter, sicut in Hispania capiuntur: sic Medici læsos sequuntur infirmos.

Quarta domus de visionibus pertinentibus ad Parentes, Cap. IIII.

SICVT de prædictis est dictum de parentibus pręuidere possunt diuersa loquendo, de persona generaliter securitatẽ significat, in somniis præuidere parentes, & specialiter matrem secundum sententiam Danielis, & magis visionis circumferentiæ sunt maternæ. Apparent autem aliquando parentes sub specie Solis, & Lunæ, sicut & Ioseph præuidit Solem & Lunam cum stellis 12. inclinari sibi, quod postea de parentibus contigit in Ægypto. Sed hic plures viderunt Ecclipsim Solis & Lunæ particularẽ vel vniuersalem, quorum parentes modico elapso tempore mortem, vel ægritudinem incurrerunt: & ita proportionaliter de proportionibus est dicendum, vt quidam, qui patrem videbat cadentem in puteum profundum, post modicum verò temporis mortuus est pater eius. Sub forma etiam pręsagij hoc aliqui pręuiderunt, veluti si equus patris sine sufficienti causa tam citò moriatur, vel actor aliquorum in domo, vel virgulto desiccetur.

Quinta domus de visionibus pertinentibus ad Filios, Cap. V.

DE filiis etiam plura præuidentur: veruntamen pręuidere multitudinem filiorum, multitudinem difficultatũ & negotiorum ostendit, & non immerito, multa enim ob filios patiuntur parentes. ¶ Præuidit enim quidam de filio suo, quòd socij filij sui duxerunt filium in aulam quãdam, & induerunt eum vestibus foliorum lauri. & de eisdem sibi coronam faciebant: quem postea vidit coronari in regem, propter probitatem ipsius. ¶ Multi etiam præuiderunt coruos super caput filiorum, qui postea viderunt eosdem suspensos. ¶ Retulit mihi quædam regina, quòd quadam nocte videbatur sibi, quòd ex parte regni occidẽtis apparebant plures bestiæ sub forma Leonis, quæ nitebantur versus palatium filij sui, quasi cum multitudine sagittarum ignitarum: videbatur etiam sibi, quòd capella Regis arderet, & ipsa laborabat ad soluendum reliquias sanctorum capellæ. Excitata retulit visionem cuidam, qui exposuit, quòd regnũ filij sui detrimentũ patietur, & filius ex parte bestiolarum visarũ elapso modico tempore in bello moto ex parte occidẽtis morietur & plures alij regni sui: & quæ dicta sunt proportionalia proportionaliter applicentur. ¶ Accidit autem præsagium quoddã quod mortem regis prædicti expressiùs, quàm visio prædixit: patibulum enim, vbi latrones communiter suspenduntur, quodam vento calido, antequàm bellum cõtingeret, omninò fuit deiectum, & per frusta diuisum cum suspensis ad diuersa loca venti violentia dissipatum, cùm tamen esset artificio vniuersali constructum.

Sexta domus de Infirmatibus, Seruis & Bestiis, Cap. VI.

HVIC sexto capitulo infirmitatum, seruorum, bestiarum, visiones debentur: de infirmitatum visionibus satis in primo capitulo fuit actum. ¶ De seruis nunc fuit dictum, quòd designantur per manus: est enim famulus vt organum separatum, & mouẽs, vt dicit Philosophus primo Politicorum: & manus etiam sunt organum organorum, vnde in istis sagax interpres facilè visiones adaptabit. ¶ De bestiis autem generaliter proprietates quas habẽt proportionales actibus nostris secundum hoc generaliter iudicandum, vt de boue ad culturam, de equis ad vecturam, de canibus rapacibus & communibus ad venationes

nes diuersas, vel aliter secundum visionum circumstantias est iudicandum. ¶ Sed nota, quod alias inter aliam hâc potestatem conuenit pro homine proportionabiliter in visionibus apparere, vt aquila pro regia persona, falco pro duce, leo etiam pro Imperatore vel rege, & sic de proportionalibus iudicandum.

Septima domus de visionibus pertinentibus ad Timores, Prælia & Controuersias, Cap. VII.

SEPTIMA domus in cœlo litigiis, & omnibus controuersiis aptatur: mulieribus etiam respectu virorũ: vir enim vt agens, mulier vt patiẽs, sicut in aliis controuersiis habetur ascendens, & septimum ꝑ cœlestia iudicando. ¶ Est igitur aduertendum, quod sub quacunque specie animal aliquod insultum faciens, secundum conditiones, & modos insultus & defensiones vtriusq; debet visio iudicari. Ita recolo in somno, me vidisse lupos quatuor quadam nocte, qui ore aperto insultum in me videbantur facere: Ego autem ense euaginato in ipsos irruebam, & maiorem eorum euiscerabam ad mortem: infra triduum in quadam caussa vidi me quatuor inimicorum meorum victoriam habuisse. ¶ De mulieribus autem generaliter est notandum, quòd mulier cõmunis in somno coniuncta aliqualiter prosperitatem ostendit, virgo autem negocium sine lucro: hæc enim sterilis de sua proprietate, illa verò fæcunda semper actum ostendit. Hoc idem multoties pro præsagione acceptum, vt in exitu villarum, in negociis, vel mercationibus perpetrandis, obuiatio meretricum lucrum ostendit, sterilium personarum notatur damnum: sunt enim talia pro experimentis frequenter accepta, licet sufficienter superiùs sint expressa.

Octaua domus de visionibus pertinentibus ad Mortem, Cap. VIII.

VISIONES quæ pertinent ad mortem hoc loco ponuntur, de quarum numero fuit visio vxoris Iulij Cæsaris Imperatoris in nocte, quæ immediatè prҫcessit diem mortis. Vidit enim, secũdum quod narratur in histor. Roman. quòd ipsa sedebat, vti solita erat, frequenter ad pedem fratris sui palatij, & quòd Iulius Cæsar tenebat caput in gremio suo, & quòd caderet lapis de summitate turris super caput Iulij, & ipsum interficeret: & sequenti die post hanc visionem vxor detinebat Iulium in palatio, nec permittebat domũ exire: & cùm narraret sibi visionem recolendo, ecce venit regulus, quem plures persequebantur aues, & interfecerunt eum. Iulius autem stupefactus visione, & præsagio manifesto non audebat exire domum, quamuis vocatus esset ad capitolium, vbi senatores eum expectabant: ad vltimũ accessit ad eos, & obuians Astrologo proprio, qui suam nouerat natiuitatem, dixit: Magister nunc venerunt Calendæ: respondens Astrologus, domine nondum transiuerunt; dixerat ei Astrologus, quòd stellæ illa die abscinderent vitam suam: Procedens autem venit ad capitolium, & ibi senatores eum interfecerunt. ¶ Socius etiam Ioseph prҫuidit coruos comedentes super caput eius, cui Ioseph visionem exponens, mortem suspendij indicauit. ¶ Accidit autem de quadam domina, quòd præuiderat nocte quadam, quòd habebat pallium nigri panni, & cõtingebat eam, secundum quod moris erat viduarum, ire ad funus, quòd statim moreretur maritus suus, & ita contigit.

Nona domus de visionibus pertinentibus ad Religionem & longum Iter, Cap. IX.

NONA domus dicitur religionis, & longi itineris, vt dictum est: sed de visionibus, quæ ad iter, vel loci mutationem pertinent, dictum est sufficienter in tertio capitulo. ¶ De religionum ingressu retulit mihi quidam, quòd antequam intraret ordinem frequenter se præuiderat mortuum, & ad admirationem, quam habebat de hoc, quòd credebat se mori, & se cum hoc mendicare videbat, excitabatur, cui contingit anno illo intrare religionem. ¶ Quædam etiam monialis retulit mihi se ante introitum prҫuidisse, quòd parentes eius ducebant eam ad ecclesiam, & accipiebant crucem & in manu presbyteri crucifixo nubebat eam, illo anno per procurationem parẽtum monialis est facta. Breuiter ad hoc capitulũ multæ pertinent visiones, siue de introitu, siue de exitu: per hoc sufficiunt exempla.

Decima domus de visionibus pertinentibus ad Honores, & Dignitates, Cap. X.

VISIONES honoris dominij, seu reghi, vel magnæ dignitatis pertinent ad hunc locum, de quorum numero fuit, quòd scio quendam præuidisse in somno, hoc circa meridiem fuisse, & post ægritudinẽ iam conualescentẽ, cui videbatur, quòd propriã faciem videret Solem, & in sinistra stellam pulcram, qui longo tempore post factus est in artib⁹ & medicina Magister. ¶ Retulit etiam mihi Rex quidam, quòd coronaret in somno vxorem suã, & ponens eam in cathedra regali, dabat ei sceptrum: qui postea eodem anno recuperauit regnum, quòd pater reginæ perdiderat, & eam ibi cathedrauit hҫredem de facto. ¶ De quodam etiam Rege scio, qui vidit de nocte in somno, se subitò corruere de regia cathedra, qui iterum ad accessum multum laborem præbebat, nullatenus tamen ad hoc poterat peruenire, qui eodem anno depositus est de communi consensu ab omnibus regni sui, & mortuus est sine regno. ¶ Scribitur etiam in historia Græcorum, quòd in natiuitate Alexandri aquila quædam sedit super palatium regis Philippi patris eius per totum diem frequenter volando, & alas extendendo ad quatuor angulos vniuersi, in quo prҫsagio narrabatur dominium eius venturum.

Vndecima domus de visionibus pertinentibus ad amicos, Cap. XI.

VNDECIMVM capitulum requirit visiones amicorum, consiliariorũ, magnatum: quia verò amicus alter idem est sibi: multæ sunt amicorũ visiones honestæ, vt seipsum multiplicare videre, vel brachia, vel ordinem molarium dẽtium, ac actum aliquẽ explicandi, detrimenta etiam in aliquo istorum detrimentum ostendunt, secundum circumstantias visionis. ¶ De his autem, quæ ad magnatum, & cõsiliarios spectãt, iudicandum est, proportionaliter secundum ea, quæ dicta sunt in capitulo præcedẽti, vt si videret aliquis de se, quod ad honorem vel dignitatem alicui ministrando, consiliando vel seruiendo, secundum circũstantias visionis iudicandum, vt de Ioseph, qui iudicauit de pincerna Pharaonis, qui prẹuiderat, quòd habebat racemum in manu, & exprimens mustum in ciphum aureum, & dabat Pharaoni ad bibendũ, quòd ad seruitium Pharaonis rediret, & ita est proportionaliter iudicandum.

Duodecima domus de visionibus pertinentibus ad inimicos, Cap. XII.

DVODECIMVM capitulum inimicis debetur, qui multifariè in visionibus apparere videntur, nunc sub forma draconis, lupi, vulpis, serpentis, leonis, & huiusmodi, secundum qualitates personæ, quæ gerit inimicitiam somniãdi, & quæ secundum omnes circũstantias terminatur, vt sufficienter in prima particula fuit dictum. ¶ Si aũt quæreret aliquis, quid est, quòd ita determinat phantasmata visionum, respondendum est, hoc modo, per sententiam Ptolomæi in centiloquio, dicentis, quòd imagines huius compositionis in hoc mundo cœlestibus obediunt imaginibus illa proportionaliter, sicut in prima generatione recipitur cœlestis virtus, frequenter recipitur ad ea, quæ contingunt in esse, siue ex parte figuræ, siue ex parte virtutis motoris velimus intelligere rem quæsitam, sicut in prioribus fuit dictum.

ARNALDVS DE VILLA NOVA
DE DIVERSIS INTENTIONIBVS Medicorum.

PROOEMIVM.

AETERNAE sapientiæ lumen defluat in cor tuum, & diuinæ potentię virtus labia tua corroboret, vt intelligenda firmiter claræ mentis oculo pcipias, vero sermone proferas, & tandem oris dictu op⁹ perfectius prosequaris. Sanè dilectissime, prudentia medicinalis artificis à modernis studentibus diuersa ex causa noscitur debiliter mensurari. Quibusdam enim complexionis malitia nouercatur, aliis verò, quòd frequentius inuenitur, effræna cupiditas, lasciuia iuuentutis inundans, constituendi conceptu cœcitatem properat ignorando. Hæc .n. ambitionis hiatu seruos suos in prẹambula cogit trãscurrere, nec non gradualis intelligentiæ prouentionem facit multipliciter corrumpi. Nonnulli verò potentia, tanquam prouolantes continuè pendulis detinẽtur ideis, vtpote solis theoricis innitentes. Hi namq; in vniuersalibus stantes, aut quia eorum intellectus, practica sollicitudo, ꝑpter vitium organorum & ineptitudinem harmonicæ compositionis, licet occultè, conformari non potest, aut forsitan, quoniam variis rerum experientiis denudantur, non valent intentionem materialium autorum pertingere. ¶ Vini igitur isti calefacti exterius, interius autẽ algentes frigore glaciali, realis medullæ sepeliunt essentiam, & postponunt, vocabulis aũt corticis apparentiam manifesto conamine detegunt & venerantur: quamobrem foretenus colorati, & ignotis onerati sermonibus, ea vniuersalia, quæ colligunt in primitiuis scientiis lima rationis, statera & iudicio carentes, cum rerum experientiis non abundent, nequeunt decenter periculis coarctare. Cùm ergo peruenit ad limam medicinæ tẽpus electũ ab orsu vitiosa truncãtis, hi quibus doctrina necessariò succurrit exterior, anterioribus obuiant, doctoribus detrahunt, documenta reprobant, & proprios effectus occulto antè peritis in arte errore lucidè manifestant patẽte. ¶ Vt ergo charissime, præcipitia desusoria valeas euitare, tibi nostri laboris aream ꝑparamus, in qua tuum poteris exercitare intellectum, libellum videlicet de medicorum intentione, à plurium autorum documentis exceptum, Gal. videlicet & quorundam Arabũ, inter quos Rasis, vir in speculatione clar⁹, in opere promt⁹, in iudicio prouidus, in experientia approbatus, specialiter nobis aperit introductionem in libello suo de concordia Philosophorum & medicorum. In hoc autẽ opusculo, & si dictorum materialium ad plenum intentio non pateat, via saltẽ intelligendi quæq; dicta sibi lucidius patefiet: ea namq; obscura, q̃ in lib. Gal. sæpius expauisti, huius operis lumine claro declarabitur, amplectentis quippe, quòd prima frõte Ga. valde ruditer & minus bene dixisse videtur cognoscẽs beneficio luminaris huius, eundem Gal. cæterosq; sequaces eius cum graui pondere, necnon recti iudicij perpendiculo, exquisita, inquam, perscrutatione, secundum quod artis quẹrit necessitas, præ cunctis medicinæ Doctoribus gloriosius expressisse. ¶ Accipe ergo sub plena fatuitatis præsumtione libellum duobus distinctum tractatibus, cui⁹ primi tractatus vnum est capitulum, scilicet de intentione vniuersali, vel principiis artificis medicinalis seu medicinæ artis. Tractatus verò secundus de intentionibus particularibus, cuius quatuor erunt capitula: Capitulum primum, de assignationis intentione membrorum principalium: Capitulum secundum, de intentione diuisionis cuiusque complexionati potentialiter, quod commune dicitur. Capitulum tertium, de di-

de diuisione corporis dispositionũ. Capitulum quartum, de intentione virtutis & animæ:

TRACTATVS PRIMVS.

De Intentione vniuersali artificis medicinalis, Cap. I.

SCIS tamen charissime, quod inæstimabilis vtilitas huius operis non patebit, nisi sæpius perlegas. Quamobrẽ tuam diligentiá hactenus incitamus, quatenus mentales oculi perscrutatione tenorẽ opusculi ꝑ terras sæpissimè portent cum synonymitate vocabulorũ, quoniam ꝓpter bonitatẽ doctrinæ, necnõ ad planiorẽ informationẽ minorũ illud perfecim⁹. ¶Ná nos alibi sæpè dixisse recolimus, quòd intentio artificis medicinæ ad vnicum finem principalem ordinatur tantummodò, videlicet ad custodiam dispositionis naturalis, quæ sanitas, vel temperamentũ naturale vocatur, in humano corpore p̃cipuè, & in partibus ei⁹, quod enim contrarium illius dispositionis, q̃ morb⁹ vocatur, in humano corpore præcipuè & in partib. eius nititur remouere à corpore humano, nõ est ꝓpter se, sed propter dictum finẽ, vnde intenditur principaliter, & per se, iste autẽ per id: eadẽ.n. est disciplina cõtrariorũ, sed in omni disciplina vnum intenditur ꝑ se, reliquũ per accidẽs: vnde considerato vno, cõsideratur reliquum, iuxta illud, q bene definiũt, cõtraria cõsignát. ¶Redit autẽ, quod dictum est, ad hoc, quòd custodia sanitatis, vel ei⁹ acquisitio duplici labore operãdi fit, videlicet cõuenienter applicãdo cõseruantia, quando sanitas inuenitur in corpore; & cõuenienter remouendo corrũpentia, qñ amittitur, & contraria dispositio introducitur, aliter non perfectè custodietur & acquiretur corporis sanitas. Vnde iuxta hos duos labores duplicem oportuit esse partẽ illius doctrinę vel partis medicinalis, q̃ operatiua dicitur, scilicet conseruatiua & curatiua. Indiget autem Medicus, propter hanc doctrinam operatiuam, doctrina etiam cognitiua, quæ tamen ad hanc intentionaliter ordinatur, cuius ratio est, quoniá rectè operari non potest aliquis ad formam aliquam, vel effectum attingendum, nisi formam illam, & causas eius perfectè cognosceret, quia sine hoc opus suum regulare nõ potest, vtpote instrumenta formá ꝓducentia in materia conuenienter applicare. Forma.n. artificialis, vel ab artificio intenta ea parte, qua ab eo intenditur, & hoc diximus propter sanitatem, quę non est artificialis, tamen intenditur ab eo introducta in solum corpus cõuenienter administrãdo vel famulando, verè principiũ accidentiũ habet extra medicinam, & in hoc differt à naturali, quoniam hæc habet inchoationem à materia per virtutem formatiuam intus existentem, illa autẽ in anima artificis per exẽplar eius in anima existens. Propter hoc iam pars fuit necessaria in arte medicinæ, in qua sanitas primo, & ꝑ consequens morbus cũ suis causis doceretur cõueniẽter cognosci, & illa pars primæ doctrinæ cognitiua, vel theorica nuncupatur. Et ex hoc patet necessitas illarum duarum partium in medicina. Et sistitur etiá plus, quod cognitiua nõ est nisi ꝓpter operatiuã, & ad illam ordinatur, & secundũ hãc verificatur: verbi gratia, quòd intentio Medicorũ sola operatio est, & ex hoc patet, quòd conclusio vel sermo, q̃ nõ facit iuuamẽtũ in opere vel in cognitione vtili ad op⁹, nõ est de medicina, quoniá nõ est artis, quod ad finẽ artis nõ ordinatur, omnia enim in arte sunt propter finẽ eius. Quoniá ergo Medicus cognitionẽ ad operationem ordinat, in omni doctrina cognitiua vel cognitionis his sermonib. vtitur, quib⁹ facilius, & paucioribus. impedimẽtis ad rectè operãdũ dirigitur. Ad hoc enim tendit ei⁹ desideriũ, & hoc rectum op⁹ pręparare conatur perficere festináter, ꝓpter necessitatem corporis, ideò sermonib. meis ab opere retrahentibus animum artificis & citiùs ostendentib. rectitudinem operandi informat animum auditorũ. Cùm namq; opus circa singulare existat, plus in opere perficitur notitia singularium, & ꝓpinqua speculatio vniuersalis & communis, & ideò doctrina sua ad propria descẽdit, quantũ potest, & omittit cõmunia, quantum potest similiter, illa namq; vero occurrunt operi, ista verò nõ. nisi valde à remotis. Cùm autẽ hæc singularia sensu capiantur in doctrina sua, sermones accipit ab his, quę magis ꝓpinqua sunt sensui, & quę magis ꝓpriam & singularem naturam rei faciunt cognoscere, hac ergo necessitate coact⁹, scil. volendi ꝑficere in operando, & desiderandi succurrere festinanter humani corporis indigentiæ, naturas seu virtutes rerum proximas considerat, & sensui manifestas, tales enim operationes congruũt, cum & ipsum opus sensuum, quoddam autem sensatorum organorum sit exercitium.

Intentio medici ad vnicũ finem principalem ordinatur.

Sanitatis custodia vel ei⁹ acquisitio duplici labore operandi fit.

TRACTATVS SECVNDVS.

De Assignationis intentione membrorum principalium, Cap. I.

HOC autem quod dictum est, nunc in considerationibus propositis mõstrare oportet, & primo in ea consideratione, quam habet Medicus de membrorum diuisione, quæ tangitur in cognitiua doctrina, ea parte, qua de membris agit. Docet.n Medicus ibidem principia, seu fundamenta mẽbrorum esse, nis⁹ in hoc, obuiare directè Philosopho naturali, inter omnia membra bene verũ esse ponenti principium seu fundamentum cæterorum membrorum. Nos autem oportet hic ostendere secundum ea, quæ dicta sunt, videlicet secũdum finem intentum in arte medicinæ, qualiter Medicus necessariò cogitur ad hanc consideratione habendam, & per consequens aduertendum in doctrina sua cognitiua sermonibus congruis huiusmodi considerationi, & quòd naturali Philosopho non repugnet. ¶Ad horum autem euidentiam est sciendum, quòd Medicus membrorum differentiam & diuisionem non inuestigat, nisi ꝑ ea, quæ sensui manifesta sunt, cùm artifex sit sensualis & operatiuus, vt superius expressum est: vnde ea vniuersalia, quę artem formaliter constituunt, & quæ in arte tradũtur, ad particularia & sensibilia ꝓpter opus nititur extrahere, quátum potest. Docet ergo artifex medicinæ, & informat discipulum artis cognitiua doctrina cognoscere mẽbra, & eorũ comprehẽdere demõstratiuá notitiá, tàm quò ad substantiá & dispositionẽ eorũ,

Quomodo Medicus inuestiget differentiá & diuisionẽ membrorum.

quam quò ad ſitum & figurá,& cū ſenſu: vtpote
in corporibus mortuorū in materiali diuiſione,
ꝓpter quæ ſenſibus exercetur, ꝓpter hoc vt for-
ma in mortuis apprehenſa ſit eidē,cū extiterit ꝑ-
fectꝰ artifex, introductio & via ad rectificandū o-
pꝰ in viuis:oportet.n.vt ſuperiꝰ dictū eſt,cauſam
diſpoſitionis,ad q̄ intendit, vtpote ſanitatis ꝑfe-
ctę cognoſcere.Eſt aūt de illis mēbris,quēadmo-
dū expoſuimꝰ in lib.de integritate medicinę, ꝓ-
pter qđ vtēs medicina, operás videlicet ꝑ omnē
modū laborat habere mēbrorū notitiá, & decen-
tis in hac eadē commouet optimè. Quia ergo ad
hác notitiá obtinendá ꝑfectè maximè iuuat ſub-
iicere mēbra ſenſibꝰ,& hoc de interiorib. mēbris
licitū nō ſit, vel ſecurè in viuorū corporib. ideó-
que hoc inſenſibiliter in mortuis ꝑſcrutatur. In
viuis aūt,quia de occultis mēbris nihil ſenſui ma
nifeſtū eſt, niſi ſola operatio largo modo ſumta,
tàm ꝓ actione, q̄ pro effectu actionis, ſiue in eſſe
corporis appareat, ſiue appareat in exeuntibus à
corpore,ideò docet Medicꝰ cognoſcere & atten-
dere operationes ꝓprias & immediatas mēbro-
rū,per has.n. in viuis mēbrorū occultorū diſpoſi
tio ſenſibiliter apprehēditur,tūc namq; Medicus
iudicat mēbrū fore diſpoſitū ſanitati, cū perfectè
exercet ſuá operationem,cū verò contrariū,con-
trariū iudicat. Quia operatio relatiuè dicitur ad
virtutē,&vnū relatiuorū non perfectè cognoſci-
tur ſine altero, ideò etiá Medicꝰ ad pleniorē noti
tiá cōſiderare docet operationes naturaliū virtu
tū, dictis operationibus reſpondentiū. His ergo
oſtēſis,relinquitur manifeſtū, quòd neceſſarium
eſt medico ſecundū finē,quem intendit,aſſerere,
quòd quatuor ſunt principalia mēbra. Membrū
nō dicitur principale,nec fundamētū,reſpectu a-
liorum,niſi quia virtutē influentē habent,& acti-
uá aliqualiter inter mēbra:hoc autē dicitur,quia
ſunt,vel erunt ad conſeruationē,ſeu conſtitutio-
nē eorū in ſeipſis,ſicut ſunt hepar,cor,cerebrum,
vel ad conſeruationē eorū in conſimili,ſicut ſunt
teſticuli,ideoq; dicitur principale,quia ad fundá
da mēbra,ſeu conſtituenda quodammodò prin-
cipatū obtinet, ꝑ virtutē ſibi conceſſam. Dicen-
dū eſt ergo, quòd cum Medicus in viuorū corpo
rib. doceat per operationē inueſtigare mēbrorū
diſtinctam notitiá, ea membra neceſſariò princi-
palia iudicabit,in quib. immediatè manifeſtatur
operatio virtutū cæteris diſponentiū membris,
iuxta immediatá dictá rationem. Quòd ſi doce-
ret,vel in arte ſua cōtrariū affirmaret, iá repugna
re liquidò videretur intēto fini, quē ſuprà tetigi-
mꝰ,videlicet operationi & rectę cognitioni ordi-
natè ad operationē debitá. Detur.n.quòd ponat
vnū mēbrū principale eſſe, tūc ſecundū poſita ſu
periꝰ,dabit, quòd omnes virtutes toti corpori di
ſponētes in illo mēbro fundētur, ſeu ab illo pro-
cedát. Cùm aūt,ſecundum ſuperius tacta nō iu-
dicet, nec cognoſcat hoc, niſi per operationes q̄
manifeſtè apparēt ſenſui per illud membrū, & ꝑ
has operationes veniat ad diſpoſitionis notitiam
membri, vt ſuperius memorauimus,cuius iudi-
cium,& cognitio errorū labe neceſſariò confun-
detur,ſi namq; vitiū cadat in opere ſentiēdi ſolū,
& Medicꝰ cor dicat eſſe ſentiendū principium,&
nō cerebrū,iudicat tūc in corde paſsionē,ſeu diſ-
poſitionē præter naturá exiſtere, nō in cerebro,
quòd tū falſum relinquatur euidenter, eò, quòd
impoſsibile eſt,quòd cor patiatur abſq; eo,quòd
aliqua virtꝰ p̄ter ſenſitiuá vitiū in corpore nō in-
currat,vtpote virtus anhelitū &pulſum exercēs,
q̄ vitalis à Medico nūcupatur & ſic ſi error in iu-
dicio, ſeu cognitione ceciderit neceſſariò, Medi-
cꝰ in operádo incidet in errorē: ná cauſam ſanita
tis,q̄ debet applicare cerebri regioni,cordi parti-
bus applicabit. Ex quo patet, quoniá intentione
fruſtrabitur,videlicet ſanitatis acquiſitione,doce
tur igitur aſſerere in medicina, quòd vnū ſit mē-
brū principale, manifeſtè cogit à via, tēdente ad
finem artis deuiare,ſeu repugnat intētioni artifi-
cis. ¶ Cōcedat autē forſitá aliquis ſcil. quòd om-
nes ſapiētes in hoc cōueniūt,quòd ſentētia &cō-
ſideratio Philoſophi vera ſit, affirmat aūt Philo-
ſophꝰ,quòd vnū ſit principale mēbrū tantū, op-
poſitū ergo erit falſum Gal. quòd nō tātùm vnū,
imo plura, ſecundū quòd Medicꝰ docet, & tunc
ars illiꝰ nō eſt ars,cùm omnis ars ſit cōprehēſiua,
& verū doceat, & ex hoc vlteriùs magis videbi-
tur, quomodo falſa & inductiua cognitio poſsit
rectæ operationis modū oſtēdere, cū ſecūdū do-
ctriná Ga.tātùm Medicꝰ rectè operetur,quantū
rectè cognoſcit. His autē facilè reſpōdere videbi
tur ſuperiora intelligēs, & oſtēdere etiá quodcū-
que iſtorū artificū doceat,& quòd eorū dicta ſibi
adhuc nō repugnāt,niſi &in quod repugnare di-
cātur:concordes.n.ſunt,quò ad iudiciū,& etiam
quò ad opꝰ. Quòd .n.Philoſophꝰ dicit, membrū
eſſe vnū principiū inter mēbra,loquitur de prin-
cipio primo & originali,& hoc Medicꝰ nō negat,
facere aūt mētionē de hoc nō curat in arte ſua,q̄a
nō iuuát eū ad finē obtinendū:imò potiùs impe-
dit &retardat,vt ſtatim reſpōdetur. Quòd autem
Medicus dicit quatuor eſſe principalia loquitur
de principiis ꝓximis manifeſtatiuis, & hoc non
negat Philoſophus, imò potius aſſerit,quia licet
omnes virtutes à corde oriantur,nō tamē in cor-
de omnes manifeſtátur ſuis actionibꝰ,ſed potius
in aliis mēbris, quæ cordi inſtrumētaliter famu-
látur,vtpote animalis in cerebro,nutritiua in he-
pate, generatiua in teſticulis. Vnde, licet à corde
primò oriátur, tamē in illis membris primo ſuas
actiones manifeſtát,nec hoc eſt incōueniēs: om-
nes.n. virtutes in principiis occultæ ſunt & con-
fuſę,in principiatis autē manifeſtę & diſtinctę,ſi-
cut etiam eſt videre in cerebro: licet enim mani-
feſtis indiciis ſciamus, omnē virtutē ſentiēdi ꝓ-
ximè & immediatè ad differentiam cordis à ce-
rebro fluere:veruntamē particulares, & propriè
ſenſuum actiones in eo non manifeſtátur, ſed in
principiatis potius à cerebro ſiue ramis, & etiam
in aliis multis locis, quemadmodum oſtendit
ſententia de motibus liquidis, & de ſomno & vi-
gilia,& in aliis multis locis. Cerebrum enim nec
videt,nec audit, nec guſtat, nec tágit,nec odorat
manifeſtè, ſed oculus potius, & aures,& lingua,
& cætera organa particularia cæteris actionibus
ſeruientia. Cùm ergo Medicus per opera mani-
feſta membrorum eorū diſpoſitiones laboret co-
gnoſcere,quia per hanc viá diſpoſitio mēbri ſaltē
occulti ad notitiá eiꝰ manifeſtius peruenit, ideò
eſt, quòd tātum manifeſta opera quorumcunq;
membrorum conſiderat,&illius virtutis tantùm
dicit illud membrum eſſe principium, cuiꝰ in eo
mani-

Membra principalia ſunt quatuor.

Utrum membra principalia ſint quatuor vel vnum tantum.

manifestè apparent actiones: cùm ergo in corde tantùm manifestius appareant actus virtutis vitalis, iudicat cor tãtũ esse principiũ virtutis vitalis manifestantissimũ, seu ꝓximum, & hoc verũ est, nec repugnat sẽtẽtiæ Philosophi, sicut eodẽ modo de aliis mẽbris iudicat. Quod autem Medicus nõ ꝓfundat nec eleuat ad tãtum considerationẽ suã, nec inquirat seu faciat mentionẽ de principio primo & originali virtutũ, sicut Philosoph⁹ naturalis, ratio est, quia Medicus suam cognitionẽ & theoriã, vt suprà tractatũ est, ordinat ad op⁹, & ideo plus in theorica sua cognoscere nõ curat, quàm qđ facit ei ad op⁹ regulandi seu certificandi. Cùm autem cognoscere principalitatẽ manifestatiuã sufficiat ei ad cognitionem dispositionis mẽbri, quod necessarium est ad opus, ideo vlterius aliam principalitatem vel potẽtiam mẽbri inquirere non laborat, inquantum Medicus est: finis enim his, quæ sunt ad finem, limitem & necessitatẽ imponit. Ille igitur, qui cõsiderat alia in arte, quàm ea, q̃ ad finem ordinabilia sunt, extra artem & terminos artis cadit, & ideo cũ omnis ars propriis limitibus & terminis includatur, medicinæ artifex, tanquam peritus, limites tantũ exequitur suæ artis: nã si ad alia se diuertat, recedit à proposito, & retardat optatũ vel consecutionẽ inuenti finis. Naturalis autem Philosoph⁹ suã considerationẽ & cognitionẽ ad op⁹ nõ ordinat, sed ad plenariã considerationẽ verè corporis mobilis: vna autẽ pro rei perfectæ scientia seu intellectiua cognitione nõ capitur, donec causæ & ꝓximę & primę omninò cõprehendantur: ratio est, quòd naturalis artifex nõ in eo, quod inquirendũ est de principalitate mẽbrorũ, inquirit tãtum principalitatẽ manifestatiuã & ꝓximam, sed originalẽ & primã, tàm à parte ipsi⁹ corporis inuentã, q̃ etiam animæ, vt intuenti patet satis in sciẽtia naturali. Remanet ergo manifestũ, quòd Medic⁹ secundum intentionẽ suam, & verũ docet, rectã habet cognitionẽ, qua potest cõuenienter rectitudinẽ operis cõsequi. Itẽ etiam euidens est, quòd cõsiderationes horũ duorũ artificũ nõ sunt oppositæ sibi adinuicẽ, nisi forsan in sermone videãtur, sed potiùs quò ad aliquid sunt concordes, quo ad aliquid econuerso: diuersè tamen loquendo de principalitate manifestatiua & ꝓxima vtriusq;, eadem est consideratio, & sentẽtia. Si verò de principalitate aliquis absolutè loquatur, prout extrahit & abstrahit ab hac, & ab illa, tunc considerationes diuersę non sunt oppositę: quia Medicus cõsiderat principalitatẽ, prout ad manifestissimam conceditur tantùm, naturalis autem prout comprehendit vtramq;. ¶Hîc etiam patet veritas sermonis dicentis, quòd Medicorum sermones accepti sunt à propositionibus sensibilib. id est, falsitatis veritatẽ habẽtibus ad obtinendũ finem in arte præintẽtum, & nõ necessariis, id est, non veris secundum omnẽ ambitum & acceptionem sermonis, sicut in antedictis immediatè expositum est satis. ¶Ex prædictis satis patere poterit, qualiter ex vtrisq; cõsiderationibus vna forma operandi eliciatur, ponatur enim, quòd vitiũ cadat in opere, tũc Medicus per hoc opus, quod totum viciatur, indicabit membra nutritiua tantum ægritudine disponi, & illis causam salubrem studebit conuenienter applicare, cùm secũdum suam considerationem illa membra tantùm patiantur, quorum manifestè vitium apparet: Philosophus similiter operans dirigit salubrem causam applicare illis eisdem & non aliis, quia secundum illam considerationem nititur & non potest cadere in opere nutriendi error, nisi ægro cõtingat, vel propter læsionem principalis membri agentis, seu primi vel secundarij, seu instrumentalis vel etiam vtriusque, sicut patet exterius, in artis operationibus, quoniam in opere fabricandi monetam vel aliquod aliud nõ cadet error, nisi quia propter vitium fabricãtis, vel alicuius instrumentorum suorum, vel forsitã vtriusq;. Hoc autem discernitur, quia cum vitio instrumẽti cætera opera, quæ sine instrumento illo exercentur à principali agente integrè perficiuntur, inquãtum autem principale agens læsum existit, quia videlicet omnes actiones principalis agentis vitium patiuntur, cùm agens per hanc viam cognitum fuerit, quia membrum patitur: tunc eidem applicabitur causa salubris, eò quòd illud membrum solùm est mouendum ad sanitatem, quod caret ea tantùm. Cùm autem secundũ hypothesim suprà tactam tantùm vitium cadat in opere nutriendi, relinquitur, quòd tãtùm membra nutritiua & quod est primum & principale agẽs instrumentaliter, secũdum entia patientur, ideò tantùm illis causa salubris applicatur, si namque vitium nutritionis causaretur à nutritione cordis, tunc nõ tantùm actio nutritiua peccaret, sed etiam cæterarum virtutum omnium actiones, cũ omnes à corde fluant, sicut patet in syncopi: verbi gratia, quia cor patitur, omnes actiones corporis patiuntur, quemadmodum verò superius tactum est, cùm prima consideratio fiat Medico, & promtius festinet opus rectum, quàm alia, Medicus ideo secundam considerationem postponit.

Ars nõ considerat nisi ea, quæ ordinabilia sunt ad finem artis.

COMMENTARIVS.

LOQVITVR *de principiis proximis manifestatiuis, &c.*] Conciliatorem agit noster Arnal. vt Aristot. & Gal. tueatur autoritatem. Vnum ait Aristot. esset membrum princeps, Gal. autem plura. Diuerso respectu verũ dixit vterq;: Nã si quatuor operationũ genera ꝓferãtur, quatuor itidẽ earũ principia sunt ꝓxima, partes scil. quibus hæ tribuũtur actiones, cerebrũ, cor, iecur, & testes. Nihilomin⁹ tamẽ fieri potest vt vniuersale quiddã primúmque nõ proximũ sit harum actionũ principiũ, à quo suas hæc principia quatuor vires obtineãt. Cor itaq; secundũ Arist. sententiã primũ viuens, & vltimum moriens, vitæ fons est, & omniũ actionũ ad vitam necessariarũ prima scaturigo. Probè quidẽ hæc ad rẽ: Sed dubiũ id tamẽ est, an cerebrũ vim animalẽ, iecur naturalẽ testesq; generatricẽ à corde obtineãt. Quin & id exponendũ fuerat quomodo cor principiũ possit esse primũ & ꝓximũ. Hoc facilè quidẽ intelligetur, si partes etiã principes quæ munus obtinent vniuersi corporis vsui destinatũ, vim tamẽ habere ꝓpriã & particularẽ animo cõcipiam⁹, qua sibiipsis nõ aliis partib. suũ parẽt alimentũ. Ad eundẽ modũ cor virib. pollet ꝓpriis & cõmunib. Propriis quidẽ vt à cerebro & iecore discernatur: cõmunib. aũt vt cerebro, iecori testibusq; vires impertiat. Nõ hoc absurdũ est quin fieri possit: absurdũ dictũ tamẽ est, cũ nõ fiat: Cor. n. vitalis facultatis principiũ est, adeoq; pars princeps, causaq; ꝓxima ei⁹ facultatis. Cẽsetur aũt principiũ esse primũ à quo cętera depẽdeãt: Qua verò de causa? Dexterè philosophãdũ est, vt veritatẽ inuestigem⁹: nec dixisse sat est. Quærimus igitur, *an cor aliã præter vitalẽ habeat facultatem, ob quam principium sit aliarum principum partium.* Si quæ sit, nomine caret. Immò verò nulla est. Licet enim cor suo calore

ſuisque ſpiritibus vniuerſi corporis vitam tueatur, vt meritò fulcrum dici poſſit omnium totius corporis partium: Nequaquam tamen ob id ſingularum partium actiones ab hac cordis actione procedunt: Sed vt hanc ipſam cor à nulla alia parte vim habet: ſic nec aliæ partes ſuas à corde ſortiuntur facultates. Mira eſt omnium partium inter ſe ſocietas, & cum ſubſtantia viribus propriis vnaquæque deſcribatur, abſq; mutuo tamen auxilio cōſiſtere nō poſſunt. Et ſi cor idcircò primum ſit principiū, quod vitalibus cordis ſpiritibus aliorum principiorum vires foueantur, vtique & cerebrum & iecur ſimili ratione prima principia cenſebuntur; vtpote quibus cordis vigor, totiusque corporis vita conſeruetur.

De intentione diuiſionis cuiuſque Complexionati potentialiter, quod Commune dicitur, Cap. II.

Quod per os recipitur ſub triplici differentia cadit.



NTENTIO iterum medicorum manifeſtabitur in eadem conſideratione, quam habent de eo, quod comeditur & bibitur: docet enim Medicus, quod illud, quod per os recipitur, ſub triplici differentia cadit: vna vt tantùm cibus ſit, aliud medicina, aliud verò vtrumque. Intendit autem per cibum Medicus illud, quod eſt conuertibile & non conuertens: per medicinam intendit illud, quod eſt conuertens & non conuertibile: per vtrumque autem, quod ad hoc habet potentiam etiam ad illud.

Dubitatio.

¶ Huic autem conſiderationi patenter repugnare videtur doctrina Philoſophi, probantis, quòd agentia naturalia generabilia & corruptibilia agunt & patiuntur adinuicē, quia ſunt informata virtutib. actiuis & paſsiuis, ſecundū quod nullꝰ videbitur ſermo dicētis, quòd aliquod generabile & corruptibile ſit ita agēs in corpus humanū, quòd nullo modo patiēs vel econuerſo.

Solutio.

¶ Tollitur autem hæc dubitatio per hunc modum, quòd videlicet Philoſophus in doctrina ſua conſiderat vniuerſaliter & abſolutè naturam rei, ita ſcilicet, quòd oſtēdat intrinſecam & occultam & etiam manifeſtam: Medicꝰ autem tantùm manifeſtam, vnde ſecundum veritatem omne agens informatum contrariis virtutibus, quod à Medico complexionatum vocatur, cùm in corpus humanum ingreditur, patitur ab eo vel ſenſibiliter, vel inſenſibiliter, & hæc naturalis Philoſophi conſideratio. Si autem de imprimentibus ſenſibiliter fiat ſermo, quemadmodum facit Medicus, tunc licet dicere, quòd corpꝰ humanum in aliqua, quæ recipiuntur interiùs, imprimit manifeſtè vel agit: ab aliis autem manifeſtè patitur, ſeu etiam alteratur. Si autem tacta in principio huius operis ad memoriam reuocentur, patebit ratio, propter quam Medicus in hoc cōſiderabili neceſſariò cogitur naturam ſenſui manifeſtam cognoſcere ſeu attendere, nō occultam: cùm enim ſuam cognitionem ſolùm ordinet ad neceſſarium huic indigentiæ, ea ſolum conſiderat, quæ prouehunt ad opus artificem, & non contrahunt, & eadem tantùm conſiderare docet. Cùm igitur Medicus ſciat corporis indigentiis aliter non poſſe ſuccurrere per ea, quę recipiuntur interiùs, quàm cum complexionatis, ideò circa ea talem habet conſiderationem, per quam poteſt elici, quod ad opus eſt vtile, quod verò ab opere humano corpori neceſſariò retrahit, derelinquit, cùm ad finem artis non ordinetur. Cùm ergo conſideratio occultæ naturæ cōplexionatorum pariat retentionem ab opere, nō curat eam habere. Conſiderare namque, quod omnis res complexionata applicabilis corpori alterat ipſum, & nō conſeruat in eo, quod eſt, cōcludit humano corpori nihil poſſe applicari ad conſeruandū habitam diſpoſitionem, ſed potiùs ad expellendum habitam, & recuperandum amiſſam: & ita per hanc conſideratione̅ & doctrinam cognitam, retrahitur animus artificis ab opere conſeruandi: eſſet igitur ars tunc defectiua & erronea, quia videlicet careret doctrina cōſeruandi ſanitatem, & ſic non ſufficienter humanæ neceſsitati ſuccurreret. Et etiam videretur ſupponere nullum corpus ſanitati diſponi, ſed potiꝰ omnia ægrotare, ſicut cōtrarium accideret, ſi poneret omnia corpori applicabilia pati à corpore, hoc enim operi curationis manifeſtè repugnat. Quocunq; autem modo fuerit, euidens eſt, quoniam intentum finem in arte ſua, quam ſuprà diximus, non perfectè attingeret: cùm ad eandem viam, hoc eſt cognitionem, ſeu conſiderationem ſuam directè non ordinaret: quemadmodum enim ſuperiùs fuit dictum, ſanitas, quę in medicina eſt finis, non perfectè acquiritur, niſi duplici labore, conſeruandi ſcilicet & curandi: omnibus manifeſtum relinquitur, quòd Medicus neceſſariò cogitur talem conſiderationem habere antè propoſitam, & per cōſequens in doctrina ſua ſermonibus vti conuenientibus ad explicandam dictam conſiderationem, ſeu conceptionem animi exprimendam.

Sanitas quæ eſt finis in medicina duplici labore acquiritur.

Dubitatio.

¶ Oritur autem dubium circa p̄dicta per hunc modum: cùm Medicus aſſerat, quemadmodum Galenus tertio de complexionibꝰ, quòd aliquod receptibile in corpore humano eſt conuertens, & non conuertibile, videtur ſibiipſi contradicere directè & manifeſtè, quoniam idem in eodem dicit, nullum agens per potentialem virtutem in corpus noſtrum, agit in illud, donec paſſum fuerit à calore noſtri corporis. Cùm ergo inter ea, quæ in corpus humanum recipiuntur, ſint aliqua conuertentia & non conuertibilia, ſecundum iudicium Medici, vtpote venena, & alia plura agentia per potentiam ſeu virtutem non actualem, id eſt, potentialiter manifeſtabilem, non actualiter, ſequitur, quod talia non conuertunt corpus humanum, donec patiantur à calore corporis humani, & ita non tantùm erūt conuertentia ea, quæ ipſe talia iudicat eſſe, ſed etiam cōuertibilia, ſicut exempli gratia, opium in ſufficienti quantitate acceptum non corrumpit ſua excellenti frigiditate corpus humanum, donec à calore humani corporis paſſum fuerit, & ſic de aliis venenis.

Solutio.

Quomodo intelligat Medicus conuertibile & conuertens.

¶ Soluitur autem dubium illud, ſi perfectè comprehendatur intentio Medici in his ſermonibus conuertibile, & conuertens. Galenꝰ enim cum dicit, aliquid eſſe conuertibile & conuertens, de ea conuerſione intendit, quæ manifeſtatur apertè in corpore meliorum formarum (temperato) per agentia proportionalia. Quod vt cùm huius intellectu placeat, ſic exponimus: Omnia quæcunque in medicina abſolutè dicuntur, tàm in cauſis, quàm in corporibus, quàm in ſignis, ad corpus optimæ compoſitionis referuntur: quod eſt regula cognoſcēdi omnem exceſſum, queādmodum ex doctrina Galeni in ſe-

in ſexto de complexionibus, & de ſimplici me-
dicina elicitur. Cùm enim aſſeritur ita abſolutè,
quod quicquid ſit ita conuertibile, quod non
ſit conuertens, & per hoc paſſibile, & non a-
gens, intendit Medicus, quod illud eſt tale, quod
miniſtratum humano corpori meliorum for-
marum temperato percipitur manifeſtè vltima
conuerſione conuerti ad corpus, & hoc eſt nu-
triens, quod cibus vocatur, & propter hoc cõple-
xio, quę ex tali miniſtrabili oritur, vtpote de ouo,
& alijs, manifeſtè occurrit Medico, iudicat res per
effectus ſeu operationes manifeſtas ſenſui. Nam
quicquid in corpus humanum optimæ compo-
ſitionis, in principio, cùm aſſumitur, ad vltimum,
tamen abſq; frequenti & repetita acceptione vin-
citur, & conuertitur à corpore, & nutrit ipſum:
Et ideò dicit tanquam conſiderãs illud, quod ma
gis manifeſtum eſt, quod ouum eſt cibus ſeu nu-
triens, & conuertibile, ſeu conuertens: ècontrà,
quia videt, quod opium in notabili quantitate
adminiſtratum humano corpori meliorum for-
marum, id eſt, temperato licet in principio pa-
tiatur à virtute corporis, tamen ad vltimum abſq;
repetita aſſumtione manifeſtè conuertit, & cor-
rumpit, ſeu excellenter alterat corpus noſtrum:
ideò iudicat, & docet ipſum eſſe conuertens, &
non cõuertibile, ſiue agẽs, & non paſſibile, quod
medicina vocatur. Ex quo patet, quòd illud, qđ
à Medico iudicatur, medicina tantũ corrumpens
eſt, ſeu excellenter alterans manifeſtè corpus hu-
manum optimæ compoſitionis, quod venenum
appellatur maximè, quantum ad communem v-
ſum ſit ſimplex ſiue non ſimplex. Quod autẽ ma-
nifeſtè alteratur, ſemper abſolutè cibus appella-
tur à Medico. Illud autem, quod in prædicto cor-
pore, vel ei propinquo, ꝑ vnicá aſſũtionẽ notabi-
lis quãtitatis manifeſtè alterat & manifeſtè nutrit
vtriuſque extremorum proprietates obſeruat, &
ideò naturã eius vtrãq; reſpicientes Medici no-
minant cibum, & medicinam: vt lactuca, quæ vni
ca aſſumtione & in notabili quantitate ſtoma-
chum corporis optimæ diſpoſitionis refrigerat
ſenſibiliter, & tãdem etiam in ſanguinem corpus
nutrientem cõuertitur manifeſtè: ideò autem in
corpore meliorum formarum (id eſt, temperato)
diximus, quid in lapſis corporibus, ſecundum di
uerſitatem lapſuum, ouum vnica vice aſſumtum,
poſſet eſſe medicina ſeu alterans, & opium cibus
& conſeruans ſicut intuenti 3. de cõplexionibus
manifeſtum eſt. Quia verò diximus in notabili &
proportionabili quantitate, ideo dictum eſt, quia
ouum in tãta quátitate prędicto corpori miniſtra
ri poſſet, quòd potius eſſet corrumpens, quá nu-
triens, vel ſaltem nõ nutriret. Opium verò ecõtra
in tã modica, quòd ſenſibiliter nec alteraret, nec
corrũperet: 2. ideò fieret vtrobiq;, quia eſſet inter
agens & patiens diſceptatio. Quòd autem vnica
aſſumtione ſuperius dictum eſt, ideò dicebatur,
quoniam illud, quod cibus vel medicina dicitur,
non ratione ſui recepti in proportionali quantita
te monſtraret effectum talem, vt videlicet cibus
effectum medicinæ, vel medicina effectũ cibi, ſed
potius ratione diuturnitatis temporis menſuran
tis, debile namq; agẽs poteſt in longo imprimere
tẽpore, quod non in paruo, quia verò illud, quod
in longo tempore manifeſtatur, minus & tardius
peruenit ad notitiam Medici, quàm quod in par-
uo: ideo per hanc rationem operatio iudicat, rem
eſſe talem, ſed per illam potius, quæ in paruo ap-
paret. ¶ Cauſa autẽ, propter quá Medicus, quòd
magis manifeſtum eſt, confirmat, patet ex præta
ctis frequẽter ſuperiùs, hoc eſt, vbi nõ deuiat à ta
li inquiſitione intenti finis. ſ. ſanitatis, ſeu conſer-
uãdi ſtudio, ſeu curãdi labore, ſi nãq; cõſideret oc
cultas rerũ actiones ſeu paſſiones nõ manifeſtas,
cadet in errorẽ & fine omni modo priuaretur, ſi-
cut ſuperiùs eſt oſtẽſũ, quòd vt lucidiùs clareat i-
terũ oſtendimus. Detur enim, quod Medicus cõ-
ſiderans occultam actionẽ oui proportionaliter
recepti in corpore meliorum formarũ, videlicet
in ſua doctrina cognitiua, ipſum eſſe conueniens
corpori, tunc via cibi non miniſtrabit ipſum cor-
pori indigenti conſeruatione, ſcilicet meliorum
formarum, prædicto videlicet, vel ei propinquo.
Si ergo aliam materiam promtam non habeat, &
cum hanc neget ſecundum hanc conſiderationẽ
eò, quòd quicquid conſiderat propter operatio-
nem conſiderat, & hanc medicinam, ſcilicet oui,
iudicet alterans & non conſeruans, tunc ordinan
do ad opus cõcludit in doctrina operatiua, quòd
in omni via nutrientis non ſit miniſtrandum, ex
quo ſequitur, quòd dimittit corpus conſumi in
ſanitate & deſtitui. Eodem modo, ſimiliter etiam
errabit & fine priuabitur, ſi conſiderans virtutem
ipſius opij, iudicabit ipſum alterabile, & conuerti
bile, non conuertens, quia ſecundum hoc iudiciũ
ſano corpori dabit ipſum, pro nutriente, cui tamẽ
dandum non eſt, & ægrotanti, qui eo indiget nũ-
quá dabitur, cum ſecundũ ſuá cognitionẽ ſeu cõ-
ſiderationem cibus iudicari debeat, & non medi
cina. ¶ Oſtendit autẽ nobis hoc dubiũ ex prædi-
ctis, cũ etenim dictũ ſit, quòd Medicus, quãdo di-
cit de his, quæ recipiũtur per os interius, quòd a-
liquid eſt agens & non patiens, & econuerſo intẽ
dit de manifeſta actione, & paſſione, tunc videtur
quòd de occulta nõ debeat eſſe cura ei, ſed potius
naturali Philoſopho, vt ſuperius videbatur: vide-
mus tamẽ, quod de ea tractat Gal. 2. de cõplexio-
nibus, circa principium: dicit enim, quòd nullũ
complexionatum receptum in corpore noſtro o-
peretur, donec à calore noſtri corporis paſſũ fue-
rit, ſed interponũtur cõplexionata aliqua, quæ ra
tione illiꝰ potẽtialis cõplexionis, reſpectu huma-
ni corporis ab eodẽ tantum medicina iudicãtur,
ſicut opiũ & iuſquiamꝰ: ergò aſſerit, quòd illa quę
tãtũ dicit eſſe agẽtia, tantũ ſint medicinę, & quòd
antequá agant per potentialẽ cõplexionẽ, in cor-
pus humanũ patiãtur à virtute, ſed hęc paſſio oc-
culta eſt reſpectu actionis ſuæ: ergo agit ita bene
de occulto, ſicut de manifeſto, cuius contrarium
videbatur dici ſuperiùs. ¶ Dicimus autem ad hoc
quòd Medicus non agit de dicta paſſione prout
occulta eſt, ſed prout manifeſta: eſt. n. occulta re-
ſpectu actionis manifeſtæ, quam facit in corpus,
& ideo hoc modo Medicus non curat eam conſi-
derare, quod patet, quia tale cõplexionatũ deno-
minatur ab actione, quam imprimit, nõ autẽ à paſ
ſione, quam recipit, cum dicit, quòd eſt tantũ me
dicina: vnde ſine dubio, prout ratio concludebat
ſuperiùs, de ea nõ fecit Medicus mentionẽ, prout
eſt occulta, quia non per ſe eſt manifeſta, & cogni
tio eius perficit ad opus, ideò cogitur Medicꝰ etiá

Quare medicus quod magis manifeſtũ eſt confirmat.

meritò conſiderare ad artis ſuæ perfectionē. ¶Si autē quærat aliquis, quomodo Medico manifeſtatur inchoata manifeſtatione à ſenſu, & quomodò eius conſideratio ſit ad debitè operādum neceſſaria. Dicendum ad primum, quòd Medicus venit ad notitiam dictæ paſſionis duplici inſtrumento, quo ars hæc conficitur, quemadmodum cæteræ artes, experimento, ſcilicet, facta conſideratione ſenſibili primò, deinde poſtmodum ratione moderante: Medicus verò primo ſenſu percipit, quòd in tali complexionato, quod eſt opium, antequam applicetur ad corpus humanum, non manifeſtatur frigiditatis virtus: deinde cùm applicatum fuerit corpori humano, percipit etiam ſenſibiliter, quod ipſum infrigidat manifeſtè: his collectis per experimentum, ſeu cognitionem ſenſibilem, neceſſariò cogitur ratione ſuperueniente iudicare, quòd tale complexionatum cum non fuiſſet actu frigidum, ſed erat potentia tale, experimento & ratione colligit dictam potentiam fuiſſe in humano corpore reductam ad actum, iudicat demum complexionatum fuiſſe paſſum in corpore humano, cui applicatum extitit, antequam egiſſet. Experimento, inquam, quia ſenſu percipiente alterationem corporis manifeſtam ad frigiditatem, poſt applicationem talis complexionati. Ratione autem dicente, propter quid, & aſſignante cauſam, prout informata fuit in ſcientijs primitiuis, quia cùm tantùm tale complexionatum non ageret frigiditate in ſenſu artificis tangentis eam, nunc autem agit in corpus, cui conuenienter eſt applicatum, neceſſariò ratione conuincitur artifex, quia tunc, cùm alterat corpus humanum, fit actu frigidum eò, quòd in præambulis ratio conuincit artificem, quòd omne agens eſt actu ens. Si autem ſit potentia & modo in actu, intellectui Medici ex præcedentibus ſcientijs relinquitur, quòd nullum in potentia redigatur ad actum, niſi aliquo motorum aliquando exiſtente, qui paſſionem inferat dicto mobili, ductu rationis & experimenti prouidus Medicus iudicat complexionatum cū applicatur ad corpus humanum ante pati in eo, quàm in ipſum agere. Medicū igitur decet ſcire, qualiter hæc conſideratio ordinetur ad opus, & quòd ſit de arte dicendi, & quòd conſideratio huius paſſionis operi famulatur: cùm enim intellectum medicantis, antequam inſtrumentum eius ſui operi applicet, neceſſariò habeat in ſpeculo mentis cognoſcere omnium ſuorum inſtrumentorum virtutem, neceſſarium eſt medico, vt complexionatorum eorum, quibus tanquam inſtrumentis vtitur, cognoſcat potentiam & habitum operandi. Quia ergo virtus complexionatorum potentialiter cognoſci non poteſt, niſi ductus eorum de potentia ad actum plenariè cognoſcatur, ideò eſt, quòd artifex medicinæ vt in operando non dubitet, nec applicandi ad corpus poſſibilia non dimittat prædictam conſiderationem, de potentialiter complexionatis laborat elicere. Si namque ea complexionata potentialiter quibus vtitur, ſemper in potentia ſupponeret exiſtere, cùm ſit rationabilis artifex, nunquá corpori applicaretur, eò, quòd non agit in aliud illud, quod ſolùm in potentia dicitur permanere. Si ergo hanc conſiderationem poſtponeret, iam manifeſtum eſt ex prædictis, quod eſſet diminutus in opere: quamobrē fruſtraretur intentione ſuſceptibilis, videlicet ſanitatis acquiſitione, ſecundum quod ſuperiùs diximus, &c.

COMMENTARIVS.

Hvic autem conſiderationi patenter repugn.) Eorum quę vel admouentur corpori, vel in ipſum corpus aſſumuntur, quædam à corpore (vt Galenus tertio de temperamentis ait) immutantur, quædam verò corpus immutant. Hæc medicamenta ſunt, illa nutrimenta. Quin & ex medicamentis nonnulla dicit eſſe Galenus, quæ cum corpus immutent, ab ipſo tamen nequaquam immutentur. Hoc duplici ratione conuelli poteſt, tum quod (vt ipſemet multis in locis Galenus edocet) ea quæ poteſtatem habent, vt in corpus agant, prius effectum ſuum producere nequeant, quin à noſtro calore in actum redigantur, tum quod Philoſophorum vnanimi conſenſu conſtet, eam agentium naturalium eſſe rationem, vt ab ijs, in quæ agunt, viciſſim patiantur. Multis ad hæc reſpondet Arnaldus, barbarè tamen & obſcure, quo fit vt eius ſententiam non facilè quis aſſequatur. Philoſophos autem exiſtimat ita cum Medicis poſſe conciliari, cùm Medici manifeſtas duntaxat rerum naturas obſeruent. Philoſophi verè etiam occultas. Quamuis ergo nonnulla Medici perhibeant eſſe, quæ cùm manifeſte corpus immutent, ab ipſo tamē nō immutentur manifeſtè. Fieri poteſt vtiq; nihilominus, vt occulta quædam ſit in ijs immutatio. Quod autem de Galeno dicitur, id mihi non ſatisfacit. Mihi verò quid hac in parte videatur, paucis exponam. Nihil exiſtimant eſſe Philoſophi, quod naturaliter agens à patiente viciſſim non patiatur. Et Medici tamen exiſtimāt eſſe multa, quæ corpus in ſuam naturam conuertunt, nec in eius naturam viciſſim conuertuntur. De paſſione Philoſophis, de conuerſione Medicis agitur, nec vnum & idem eſt cum paſſione conuerſio: Patiuntur enim plurima, quæ non ob id tamen in naturam agentis conuertuntur. Nec Medici negant à corpore pati, quicquid in corpus agit: Sed vt ea patiendo in corporis patientis naturam conuertantur, id Medici nequaquam admiſerint. Arſenicum enim aut aliud quodpiam venenum in corpus agit, & viciſſim patitur aliquid, vt ſi denuo ſumeretur, non ſit pariter vt prius futurum efficax. Vtut tamen patiatur, in corporis naturam nunquam cōuerti poterit. Huius rei hæc ratio eſt non iniucunda. Quæ contraria verè ſunt, ea patiuntur & agunt in ſe inuicem: Non tamen quicquid agit, aut patitur, ei quod agit aut patitur eſt contrarium, quo fit vt non patiatur viciſſim, quicquid agit, nec agat neceſſariò, quicquid patitur. Igni contraria eſt aqua: ligna verò non ſunt igni contraria: nam in aquam agit ignis & in ignem agit aqua viciſſim. Licet autem ligna conſumat ignis, non ob id tamen à lignis patitur ignis aliquid. Cum apta ſint ligna vt ignem foueant & adaugeant, quod ſimilibus fit, non contrarijs. Sic & alimenta patiuntur à noſtro corpore, dum in corporis noſtri ſubſtantiam conuertantur: Sed nihil ab eis tamen noſtrum patitur corpus. Nec hic occultam admittimus paſſionem philoſophorum, & Arnaldi philoſophantis, atque ſi non manifeſtè quidem ſed occultè corpus noſtrum ab alimentis pateretur: Nam licet ferè perpetuo corpus ab alimentis quodammodo contingat immutari: Non id tamen alimentis vt alimentis competit, ſed ob id agendi vim habent, quod temperamentum obtineant, hac aut illa qualitate corpori noſtro contrarium. Alimēta quædam calidiora ſunt, quædam frigidiora. Temperamentum ab ipſa rerum forma diſtinguendum eſſe, multis eſt aliàs à nobis demonſtratum. Hinc ergo fit, vt, cum quæcunque vel elementa ſint, vel ex elementis conflata, naturaliter agunt aut patiuntur, temperamenti ſui reſpectu contrarietatem admittant, atque adeo patiatur viciſſim quicquid agit, & agat quicquid patitur. Licet rerum quæ patiuntur, aut agunt, plurimarum eſſentiales for-

les formæ non ſint agentium, aut patientium formis contrariæ. Non ergo quod à Philoſophis dicitur ſimpliciter eſt & abſolute neceſſarium, vt quicquid agit naturaliter ab eo quod patitur aliquid viciſſim patiatur, aut viciſſim agat, quicquid patitur. Nã agentia κατ' ἐντελέχειαν per ſe nihil viciſſim patiũtur, ſed ex accidẽti patiũtur, ob id ſcilicet temperamẽtum in quo conſiſtit eorum eſſentialis facultas quam ἐντελέχειαν nominant. Itaque veritati conſentaneum eſt maximè, quod à Galeno dicitur: ea quæ *verè ſunt medicamenta duntaxat agere, non autem pati*: Nec abſurdum eſt interea quod his adijcitur, *hæc medicamenta non prius agere quicquam, quin à corpore noſtro patiantur*: Illud enim per ſe competit medicamentis, hoc verò per accidens. Non enim quatenus medicamenta ſunt à corpore noſtro patiuntur, ſed quatenus hæc eorum vis in temperamento quodam actu frigido, vel aliàs contumaci conſiſtit: quod vtique temperamentum noſtri corporis calore ſubigitur, vt imperpeſſa medicamentorum vis in actum emergere poſſit.

De diuiſione Diſpoſitionum corporis humani, Cap. III.



ONSTRABIMVS autẽ adhuc in illa doctrina, quam medicus dat de diſpoſitionibus corporis, quòd ei⁹ intẽtio ad opus recto tramite ordinatur, proinde etiã coactus hac neceſſitate, videlicet debitè operãdi, vtitur in doctrina ſua ſermonibus, quibus obuiare nititur documẽto Philoſophi. Dicit enim, quòd diſpoſitiones humani corporis tres exiſtunt, ſcilicet ſanitas, ægritudo & media diſpoſitio, quæ & neutralitas nominatur: ſententia tamen Philoſophi eſt, quòd inter ſanitatem & ægritudinem media diſpoſitio nunquã ſit. Nos autem intendimus hoc, quòd conſiderationes iſtorum ſapientum variæ ſunt, contrariæ tamen nequaquam, & iterum, quod neceſſitas Medicum in arte ſua cogit ad ponẽdum mediam diſpoſitionem, & quomodo hæc neceſſitas oritur à fine principali artis, vel intentione principali artificis, quod frequenter ſuperiùs memorauimus. Diximus autem, quòd Medicus diſpoſitiones corporis diſtinguit, & laborat cognoſcere, per diſpoſitiones operum, quæ in dicto corpore exercentur. Cùm autem Medicus tres diuerſitates manifeſtè percipiat, ſcilicet quòd quædam perfectè exercentur quantum ad indiuiduum ſenſitiuæ cognitionis, quædam autẽ manifeſtiſſimè à perfectione recedant: quædam verò inter extrema mediocriter videntur exerceri, ideò eſt, quòd ſanabilis corporis tres iudicat diſpoſitiones exiſtere. Quòd ſi hoc modo non inueſtigauerit notitiam diſpoſitionum, ſeu etiam differentiam, ſed quemadmodum inueſtigat Philoſophus, tunc ſua conſideratio cognitiua non eum ad finem intentum, videlicet rectè operandi ſeu ſanitatis acquiſitionem feſtinãter dirigeret, imò potius ab eodem fine deuiaret artificẽ, quod ſic patet. Si enim Medicus diceret, omne corpus ſanabile apud ſe tantum ægrum aut ſanum exiſtère, tunc corpus decidentis & conualeſcentis (quod Galenus neutrum in primo ſignificato conſtituit) ægrum iudicaret, cùm autem Medicus cauſas ſalubres applicabiles corpori, non multiplicet, nec inueniat niſi ſecundum diſpoſitionum numerum, quas attribuit corpori, ſequitur, quòd corpus decidentis & conualeſcentis reget cum applicatione congruentium ægro corpori, ſcilicet efficientium, quod tamen patet manifeſtè, quòd illa non congruunt. Decidens enim à febre, & à febre conualeſcens non infrigidantibus tantum reguntur, nec his, quæ tantùm medicina iudicantur, ſicut actu febricitantes, quantum ad reſpectum in adminiſtratione medicinarum, nec iterum eodem cibo & potu, quantum ad reſpectum in diæta, ſimiliter de motu & quiete, & ſic de alijs cauſis. Hoc iterum inconueniens accidet, ſi Medicus talium corpus iudicet eſſe ſanum, regeret etenim illud, ſicut & ſana corpora decet regere, cum ſcilicet conſeruantibus tantùm. Eſt autem manifeſtum cuilibet ex doctrinis, pluribus in locis, corpus decidentis & conualeſcentis non earumdem cauſarum applicatione debere regi, quibus in ſua diſpoſitione ſana corpora cuſtodimus, quemadmodum in regimine ſanitatis, & in arte parua exponit lucidè Galenus. Cùm ergò ſecundum medicinales autores cauſa tali corpori applicabilis ſanis conueniens abſolutè nec ægris ſimiliter valeat iudicari, eò, quòd cauſa talis, niſi per relationem, ad corpus conuenire videtur, cũ neutrum conueniens per comparationem ad extremas poterit appellare: ita videlicet, vt extremè ſint tantum conſeruans & efficiens tantum, hoc autem, quod conualeſcentibus debetur, & decidentibus partim efficiens, partimque conſeruãs. Ex hoc igitur iudicio Medici ſic procedentis ſequitur, quod corpus cui conuenit dicta cauſa, dicetur neutra diſpoſitione diſpoſitum abſolutè: quamobrem neutrum vocat ipſum ex hac recta operatione, & feſtina ſanitatis acquiſitione occultis ſermonibus nequeat impediri: quod impedimentum incurreret, ſi è contrario iudicaret, vt oſtenſum eſt. Planiùs autem dicta patebunt in ſecundo & in tertio ſignificato neutri, in his enim ſignificatis nulla neutralitas euidentior eſt, propter curſum notabilem vtrarumque diſpoſitionum extremarũ. Vnde clarius percipitur, quod nec hæc, nec illa abſolutè ſed neutra dicetur, quòd nullius extremorum partem capiat, ita vt per vtriuſque abnegationem ſic dicatur: ſed quia nulla illarum ſolum exiſtit, ita videlicet, vt nominis interpretatio ſit neutrum, id eſt, non tantum vltrà, hoc eſt, non tantum altera extremarum, nos exemplificamus in neutris primi ſignificati, quoniam ibi minus euidens neutralitas videbitur.

¶Philoſophus autem, cùm ſuam conſiderationem non ad plus ordinet, ſed tantummodo ad ſcientiam, & perfectam cognitionem, ſeu apprehenſionem cuiuſque ſcibilis: talis autem apprehenſio non acquiritur, donec cauſæ rei peruenerint ad ſcientis notitiam, hinc eſt, quod quorumcunque ſcibilium cauſas conſiderat potius, quàm effectus. Cùm ergò intentiones ſanitatis & *ægritudinis conſiderantur*, nullum medium inter eas poterit inueniri: ſanitas enim in ſanabili corpore nihil aliud eſt formaliter, quàm temperamentum ſeu verè medium: quod eidem ſanabili corpori proportionatur, ſeu à iuſtitia conueniunt: ægritudo verò eſt receſſus à dicto medio ad extrema: Eſt autem manifeſtum, quod cum dictum varè medium non ſit, niſi vnum inter ve-

Diſpoſitiones humani corporis ſũt tres, & quomodo ſit verum.

Quomodo ſecundum Philoſophum inter ſanitatem & ægritudinem non eſt medium.

rè medium & extrema non est aliquid verè medium: huiusmodi enim, quorum temperamentum non habet latitudinem, non recipit plus vel minus, sed recessus à medio potest fieri secundum plus & minus, ita quòd tam paruus poterit esse recessus, quòd vitium in opere cadens, sensui non patebit: Cùm ergo maior modicum fuerit, patebit vitium: non tamen additio ita manifestabitur, sicut amplior recessus extitit: Hæc igitur est veritas, quam Philosophus sua consideratione concludit. ¶ Sed nunc forsitan dubitabit aliquis, si doctrina Philosopi vera est, qualiter contraria dicta Medicorum veritatem habebunt: & iterum, si eius doctrina cognitiua vera non sit, quomodo perducet ad verum opus rectũ. ¶ Soluitur autem dubium per hunc modum, quoniam doctrina medicorum, quãtum ad rem, non obuiat considerationi Philosophi, immò nec est ei contraria, ideò realiter eadem est cum ipso, nisi forsan secundum quid ei dicatur contraria, vt scilicet in sermone. Medicus enim per operationes laborat cognoscere sanabilis corporis dispositiones, ad quas intendit, nam dispositionem, in qua mediocriter fit recessus à vero medio, neutrum appellat, non vt velit inter verè mediam dispositionem, & extremam esse verum medium extremorum, quoniam illam scit ex præambulis nõ esse, nisi vnam, sed eius intentio est, quòd inter verè mediam, & verè vel absolutè extremam est dispositio, in qua mediocris est recessus à verè media, & per oppositum distrahit. Quantum ergo ad considerationem mensuræ huius recessus, medicus verè mediam & absolutè extremam sibi cõstatuit, pro extremis, & ideò secundum hanc cõsiderationem, dispositionem, quam Philosophus vocat secundum suam considerationem mediocriter recedentem à verè media, Medicus vocat illam verè mediam inter illa extrema, quæ sibi statuit vt diximus, & exinde neutrum vocat eam propter causam superiùs memoratam. Ex quibus omnibus licet colligere, quòd vtrique artifices concordes, quantum ad rem, in suis considerationibus sunt, sed differunt sola voce, quæ conceptum mentis auditoribus explicat. ¶ Si quis autem quærat, quare diuersificantur sic sermones, erit ei ex prædictis facilè respondere. Philosophus enim, cùm ordinet considerationem suã ad perfectam rerum cognitionem sermonibus vtitur & inquisitione sua, quibus completæ causæ rerum comprehendi valeant ab intellectu. Medicus autem intentionem suam principaliter ad opus ordinans in doctrina sua, solum sermonibus his est contentus, quibus faciliùs artifex ad operandum dirigatur. Cùm ergo talis, de qua dictum est, media dispositio inueniatur secundum rem & veritatem philosophicæ considerationis vel inquisitionis inter sanitatem & ęgritudinem, & proportionalis etiam causa respondeat, absoluit Medicus in cõsideratione sua sermones suos, & dicit, quòd inter sanitatem & ęgritudinem media dispositio inueniatur, nec curat intelligere, vtrum eam dicat esse mediam inter sanitatem & ægritudinem, tanquam inter absoluta extrema, quantum ad causas, vel inter verè medium & absolutè extremum, eò, quòd consideratio hæc non est eius, qui operari intendit, sed eius inquirentis, qui tantùm scire desiderat. Cùm ergo sine hac consideratione seu inquisitione possit talem dispositionem sensibili apprehensione cognoscere, & solùm enumerat eam inter alias, & ostendit essentiam, quibus signis valeat comprehendi, relinquens naturali artifici inquisitionem, seu ostensionem huiusmodi, scilicet quæ sit causa, propter quam media dispositio iudicatur, aut quomodo. Ideò si Medicus de hoc interrogatus fuerit, non respondebit, quòd eius recessus à sanitate mediocris est, sed potius assignabit pro suo iudicio cum Philosopho viam quandam veniendi ad notitiã causæ, propter quam dispositio media dici debet: dicit enim, quòd illud, propter quod dispositionẽ huiusmodi corporis esse mediam iudicat, est, quia hoc corpus mediocriter exercet operationes corporum dispositorum dispositione absolutè sana, & dispositione absolutè ægra: Philosophus autem hanc oppositionem percipiens, non tantùm iudicat hanc dispositionem esse mediam, sed per hoc vlterius causam mediæ dispositionis inquirit, & dicit, quòd causa est mediocris recessus, &c. sicut superiùs est expressum. ¶ Ex his autem dictis patet solutio ad dudium, quod potest oriri superiùs iuxta principium huius capituli, vbi dicebat, quòd consideratio Philosophi deuiare facit medicinalem artificem ab intẽto fine. ¶ Dubitaret forsan aliquis, cùm Philosophus ostendat verum, quomodo à recto tramite faciat deuiare. Ad quod hîc, per superiùs dicta, respondetur, quòd videlicet sententia Philosophi secundum veritatem non deuiat à recta operatione, cũ eadem sit secundum rem cum scientia medicinalis artificis: sed cùm plura considerare doceat, quàm medicinalis scientia, deuiat à festino rectæ operationis aggressu, simpliciter ab opere nõ deuiat, sed secundum quid: inquisitio namque Philosophi tardiùs operandi modum ostendit, quàm inquisitio artificis medicinalis: ille enim plus, quàm operi congruat, inuestigat: ille verò, quantum operi sufficit, perscrutatur.

Dubitatio.

Solutio.

Solutio quæstionis cuiusdam.

COMMENTARIVS.

Sententia tamen est philosophi, &c.) Quæstio hæc multis est & obscuris Arnaldi verbis intricatissima. Logici contraria quædam esse volunt mediata, quædam immediata: Et immediatis quidem morbum & sanitatem adnumerant, cùm inter hæc tamen Medici mediam asserant esse corporis constitutionem, quæ neutra dicitur. Conciliat Medicos cum logicis Arnaldus diuersi finis respectu: Nam Aristoteles ad perfectam rerum cognitionem tendit: Medicus autem ad opus dirigitur. Breuibus aliud quidpiam proferre liceat. Contraria nulla sunt mediata, sed omnis contrarietas inter duo consistit. Sua morbo simplex est forma, & sua est sanitati: Nec inter has alia consistit. Quamobrem morbus & sanitas simpliciter aut in abstracto considerata medio destituuntur: At si morbum & sanitatem ad subiectum corpus referas, forma quædam admittetur ex vtriusq; concursu, quę media meritò nuncupabitur, eò quod particeps ea sit morbi pariter atque sanitatis. Motus nempe morbi quidam est,, & motus est sanitatis, dum à sanitate, vel morbo, corpus ad sanitatem vel morbum cõtendit. Constat autem ab extremis ad extrema progressum fieri per media necessariò, vt hac ratione mediata sint omnia contraria, & immediata, prouti simpliciter, aut in concreto considerantur.

De

De Intentione virtutis Animæ, Cap. IIII.



X PRAEDICTIS iterũ palere poteſt intẽtio Medicorum circa illud, quod de eſſe virtutis & animæ ſententiare videtur. Dicit enim Galenus in multis libris ſuis, & ſpecialiter in libro de demonſtrationibus, eſſentiam animæ fore complexionem aut magis propriè miſcibilium harmoniam. Ad idem ſcribens de virtute in rebus contra naturam. ¶ Philoſophus autem deuiare conatur dicendo, animam non exiſtere virtutem aliquam miſcibilium corporum, nec harmoniã miſtorum proportionali concurſu miſcibilium cauſari in eis. ¶ Dicimus autem, quod Medicorũ ſermones cognitionem ad opus vtile non tranſſcendunt, cum ergò corporis diſpoſitiones, quas conſiderat, diſtrahat operibus, cauſas conſiderat actionum, & ſolùm eas quibus immutatio fit in organo, quod ſufficit, dicta operatio exercetur, ideò videlicet, vt illis cauſis cognitis, valeat rectè mouere membrum. Cùm autem in animo & virtute conſiderantis ſecundum eſſentiam propriè variatio non contingat, & ea dicat operationum principium, & intelligat quantum opus exigit, ea fore variabilia, vel inter remota, vel prima operationum principia variabilia, ſolùm reperiatur cõplexio, vel magis propriè miſcibilium harmonia: hinc eſt etiam, tanquam principium operationis, in organo variabili, animam dicit eſſentiam virtutis, aut complexionem exiſtere, tanquam virtutẽ influentem, quæ principium operationis exiſtit proximum. Si enim per virtutem intelligeret Medicus potentiam animæ, ſicut facit naturalis, non deberent aliqua membra habere virtutem innatam, cùm omnia membra à corde accipiant virtutem innatam vitæ, ſed intelligit per virtutem harmoniam, quæ manat ab harmonia miſcibilium, & hoc ſufficit Medico, & non nocet hoc, niſi oſtendatur. Similiter dicere virtutem vitalem aliam ab alia eſſe, cùm ſecundum veritatem virtus vitalis, inquantum potentia animæ eſt, ab alijs non differat ſecundum rem, ideò eſt eadem cum eis. Secundum hanc ergò conſiderationem

De eſſentia animæ quid ſit.

A propriè loquendo docuit Galenus in libro de mirabilibus, Medicum dicere, animam miſcibilium eſſe harmoniam, complexionem verò ab ea reſultantem tanquam potentiam eius, vocare virtutẽ: poſtponit autem altiorem conſiderationem, ne ab opere retardetur. Si quis autem objiciat, quia Medicus dicit complexionem & virtutem eſſe res naturales adhuc differentes, & ex oppoſito condiuiſas. ¶ Dicendum, quod illud dicit quantum ad rationem, & non quantum ad rem, ſecundum B ſuam conſiderationem: vna enim & eadem res, inquantum eſt informans corpus, dicitur complexio: inquantum autem eſt principium operationis, eſt virtus. Quoniam aperuiſſe viam ſtudẽtibus curſum exorationis noſtræ cum laude Dei iubemus hìc feliciter terminari.

COMMENTARIVS.

SI *enim per virtutem intelligeret Medicus, &c.*) Quæſtio hìc oritur difficillima, quam tamen Arnaldus diſcuſſit obſcuriſſimè. Galenus animam ſtatuit eſſe temperamẽ- C tum, aut harmoniam rerum mixtilium, quę nuncupantur elementa. Cõtrarium aſſerunt Philoſophi. Medicus eſt Arnaldus & Philoſophorum partes interim etiam pro virili tuetur. Anima quidẽ (vt Philoſophis videtur) ſubſtantia quædam eſt incorporea, quæ nec temperamenti, nec harmoniæ rationem ſubit. Hoc ipſum etiam Medicis admittitur. Animam tamen dicit Galenus eſſe temperamentum, non vt ipſam animæ ſubſtantiam definiat, ſed vt proximam actionum cauſam, quæ ab anima prodeunt, hac ipſa voce denotet. Virtutem ergo Galenus influentem, non ipſam virtutis eſſentiam intellexit: Nam ſi per virtutem (inquit Arnaldus) eſſentialem D animæ potentiam intellexiſſet, tum ſequeretur aliqua membra innata vitæ virtute deſtitui, ſiquidem à corde virtutem hanc omnia membra recipiunt. Quænam hæc ratio eſt? Dicam paucis, quæ mihi videatur horum verborum eſſe ſententią. Cor vitę fontem ſtatuit Arnaldus, & animæ ſedem, vt in alijs corporis partibus ipſamet animæ ſubſtantia nequaquam conſiſtat. A corde autem non eſſentiales animæ potentiæ, ſed virtutes ceu radij ſolis in varias corporis partes variæ deriuantur. Hæ virtutes non ab anima duntaxat, ſed ab ipſius etiam corporis temperamento prodeunt. Itaque dum Philoſophos E & Medicos inter ſe conciliare nititur Arnaldus, propoſitum quoddam aſſumit, quod dubium eſt maximè, animam ſcilicet in corde ſolo conſiſtere, nõ in omnibus corporis partibus. Verùm quæſtiones hæ difficiles & amplę ſunt, vt paucis (quod huiuſce loci breuitas expoſtulat) diſcuti nequeant.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE REGIMINE SANITATIS LIBER, QVEM MAGNINVS MEDIOLANENSIS SIBI APPROPRIAVIT ADDENDO ET immutando nonnulla.



VOD REGIMEN ſanitatis ſit neceſſarium duplici via inueſtigare contingit: Prima quidẽ via ſumitur à variabilitate corporis humani. Secunda ex diuerſitate rerum nõ naturaliũ, quibus neceſſariò indiget corpus humanum. ¶ Prima itaque via ſumitur à variabilitate corporis humani, quod eſt variabile & tranſmutabile, non conſeruata conſiſtentia, quã G habuit à generationis principio: Materia enim noſtrorum corporum ſunt duo ſpermata, quæ ſunt liquida & humida multùm paſſibilia, humidum enim facilè eſt paſſibile. Ex his duobus ſpermatibus vna cum ſanguine menſtruo mulieris generãtur membra, ſpiritus & calor innatus: mẽbra ex groſſiori & corpulentiori parte generantur, ex ſubtiliori calor & ſpiritus; & hæc eſt opinio Auicennæ. Et propter hoc opinantur aliqui, quòd ſperma maſculi, quod eſt ſubtilius & ſpi-

Duo ſpermata ſunt materia corporum noſtrorum.

rituosius semine mulieris,vel sanguine mẽstruo, A
cõuertatur in spiritũ,qui cõparatur cordi,& alijs
membris,sicut radix ramo. Sicut enim ramus ori
tur à radice,sic cor & alia membra ab hoc spiritu
suaui propriã traxit originẽ. Cũ ergo materiæ no
strorũ corporũ sint valde passibiles propter eorũ
limositatẽ & humiditatẽ (sumus.n.generati in fi-
ne limositatis) nõ est mirũ si nostra corpora sint
quàplurimũ passibilia: nõ.n.sumꝰ sicut lapides &
metalla,à quibus parũ vel nihil resolui põt,nisi in
tẽpore valde lõgo. Et quia corpora nostra sũt plu
rimũ variabilia,vt ostẽsum est,& labi possunt faci
liter extra terminos propriæ sanitatis, ideò indi-
guerunt regimine conseruante,quod vocatur re-
gimen sanitatis. ¶ Nõ est autẽ istud sanitatis regi-
mẽ necessarium,vt tueatur nos à morte,sed est v-
tile ad duo incõmoda specialiter vitanda vel fu-
gienda: Quorum primum est nimia cõsumtio hu
midi radicalis: secũdum est humorũ putrefactio.
Si.n.erretur in regimine,anticipari poterit humi
di radicalis cõsumtio,sicut cõtingit in ieiunanti-
bus & laborantibus excessiuè,& poterit suffocari
calidũ innatum , sicut contingit comedẽtibus &
quiescentibus excessiuè. Poterit cõtingere in hu-
moribus putrefactio,sicut patet in vtentibus re-
bus caliditate extranea,& humiditate actuali va-
porosa prẹditis: talia.n. sunt apta nata putrefieri
& ebullitionẽ suscipere,de quibus in processu ple
niùs apparebit,sic igitur patet prima via ad inue-
stigandum regimen sanitatis esse necessariũ & v-
tile. ¶ Secunda via sumitur ex diuersitate rerũ nõ
naturaliũ,quibus necessariò nostrũ corpus indi-
get: cuiusmodi sunt cibus & potus,aer,inanitio &
repletio,somnus & vigilia,motus & quies,& acci
dẽtia animi. Hẹc.n. dicũtur res nõ naturales,quia
eis conuenit bene vti,& malè vti , vnde circa eas
res non naturales contingit errare & rectè agere,
& ideò circa vsum taliũ indigemus arte. Ars.n.est
de his,circa quæ cõuenit errare & rectè agere. Po
test.n.aliquis errare in vsu cibi & potus, & sic de
alijs Est ergo vtile habere artem euitandi malũ E
vsum,& prosequendi bonum,sicut in virtutibus
& alijs artibus est videre.

Regimen sanitatis non tuetur à morte.

Quid sit Sanitas, & quot modis dicatur, Cap. I.



ON est possibile sanitatem custodire,
si ipsius naturã omnifariã ignoremꝰ.
In hoc igitur capitulo dicemus, quid
sit sanitas: secundo quot modis dica-
tur sanitas. Nec intendimus loqui,nisi de homi- F
nis sanitate, vel aliorum ab homine,vt forsan ve-
niunt ad vsum hominis , vnusquisque autem
hominum dicit,se fore sanum , cum potest perfi-
cere solitas operationes sine læsione sensibili: ver
bi gratia,cùm oculus potest perficere actũ vidẽdi
consuetũ sine læsione sensibili,dicitur sanus,& si-
militer intelligatur in alijs mẽbris. ¶ Dicamus igi
tur,quòd sanitas est bona dispositio corporis hu-
mani,per quam agit,vel patitur actionem,vel pas
sionem eius debitã,secundum naturã absq; sensi- G
bili lẹsione. Hẹc autem dispositio est originaliter,
& primo in mẽbris homogeneis,seu cõsimilibus,
puta in carne,osse,&c. & vocatur cõmensuratio in
quatuor primis qualitatibus,puta in cali.frig.hu.
& sicco. Talis.n.cõmensuratio est sanitas cõsimi-

Sanitas quid est.

lium,& est cõplexio vel proprietas cõsequens vel
concomitans cõplexionẽ. Amplius illa bona dis-
positio,quæ est sanitas , est in mẽbris secundariò
heterogeneis,seu officialibus,puta in corde,cere-
bro,pede & manu: hæc.n.sanitas talis non erit so-
lum cõmensuratio cali.fri.hu.& sic.sed etiam quã
titatũ,numerorũ, figurarũ & situũ : vnde ad hoc,
vt manus & pes possint obire solitas operationes
sine læsione,non sufficit tẽperamentum comple-
xionis,quod consistit in cõmensuratione cali. fri.
B &c.imò oportet manum esse debitæ quantitatis,
debitæ figuræ & debiti situs,& habere digitos nu
meri determinati. Et quia membra organica con-
ponuntur ex similibus & ab eis dependet sanitas
organicorum,& totũ corpus est compositũ ex di-
uersis mẽbris cõsimilibus & organicis,ideo in to-
to corpore reperitur vltimo sanitas,vnde ex om-
ni mẽbrorũ coalteratione,tã principalium,quàm
nõ principalium, tã simpliciũ,quàm organicorũ,
sine dubio resultat sanitas totius corporis. Sic igi
C tur ad sanitatem totius requiritur etiam vnitas in
vtrisque,vnde solutio,quo ad similia, vel disconti
guatio,quo ad officialia impedit corporis sanita-
tem. Sic igitur patet,quid sit sanitas circa cuius re
gimen nos occupati sumus. ¶ Nunc restat osten-
dere,quot modis dicatur sanitas, quãtum spectat
ad propositũ nostrũ. Propter quod sciẽdũ , quòd
sanitas hominis in indiuisibili non cõsistit, quod
apparet primò ex diuersis mẽbris,quorum nõ est
eadem sanitas,cùm appareat ea manifestè habere
D diuersas cõplexiones,& per consequens diuersas
sanitates,quod est bene rationabile,cũ habeãt di-
uersas operationes,& operatio diuersa arguit di-
uersam sanitatem,siquidẽ sanitas est dispositio fir
ma actus. Hoc idẽ apparet considerantibus diuer
sitatem ætatum,puer non est eiusdẽ sanitatis pũ-
ctualis,cuius est senex,sed secũdum aliã & aliam
ætatem est alia & alia complexio,alia sanitas, & p
consequens indiget alio regimine, sicut posterius
apparebit. Vnde non est eadẽ sanitas mane & ve-
speri: sunt.n. nostra corpora in continua alteratio
ne,cõtinuè aliter se habẽt,& sic sanitas in indiuisi-
bili non consistit. Hoc idem patet ex diuersitate
sexuũ,alia.n.est sanitas masculi,alia mulieris. Hoc
idẽ patet ex diuersitate regionum: homines.n.di-
uersarum regionũ sunt diuersarũ sanitatum. Hoc
etiã patet ex diuersitate complexionum natura-
lium: nam homines diuersarum complexionum,
sunt diuersarum sanitatum: vnde sanitas choleri
ci alia est à sanitate phlegmatici,& sanitas tempe
rati est alia à sanitate leprosi. Sanitatis latitudo est
valde magna, datur tamen vna sanitas alijs per-
fectior,& est sanitas corporis temperati in specie
humana,quæ etiam sanitas in indiuisibili nõ con-
sistit,propter aliqua.

Quot modis dicatur sanitas.

COMMENTARIVS.

D*Icamus igitur quod sanitas est vna bona, &c.*) In hac sanita
tis definitione passionem quoque complexus est
Arnaldus,atq; si partis alicuius sanitas in eo consisteret,
vt dexterè patiatur aliquid. Cum autẽ morbũ actionis
duntaxat,non passionis læsione definiant,alterutra de-
finitio vel nimis arcta fuerit,vel nimis lata: Verumtamẽ
sub actionis voce forsan & ipsa quoq; passio cõprehẽdi
possit. Omnis equidem passio contra naturam esse vide
tur,vt pote qua res immutari contingat: Sed hic tamen
ea fuerit intelligenda passio, qua partes aliquæ citra
substantiæ detrimentum alterius actionem suscipiunt
ad ma-

ad munus aliquod ipſarum adminiculo exequendum, vt ſcilicet inſtrumenta ſint potius operis alicuius aut actionis, quàm materia tranſmutationis. Sic partes ſanæ nutriuntur, & influente calore fouentur: Sic & oſſa moueri dicimus.

De Regimine ſanitatis ſumto ex diuerſis complexionibus hominum,

Cap. II.



Non eſt poſſibile duos homines eſſe eiuſdem complexionis totalis.

QVONIAM diuerſorum hominum ſunt diuerſæ complexiones totales, imò nõ eſt poſſibile duos homines eſſe ſimul eiuſdem complexionis totalis ſecundũ gradum, & per conſequens diuerſi homines indigent diuerſo regimine ſanitatis. Cùm enim regimen ſanitatis ſit per ſimilia, & complexiones diuerſorum hominum naturales ſint differentes, oportet, vt per differẽtiam conſeruentur, & eidem omninò conuenit, ſi dicatur quòd ſanitatis regimen eſt per ſimilia, ſicut quidam dicunt de corporibus lapſis. Nam ſicut lapſus, qui regi deberent, non per ſimilia, ſed per contraria ſunt diuerſi, ſic etiam eorum regimen erit diuerſum: quòd enim diuerſa, vt diuerſa, conſeruentur per idem, non eſt bene rationabile. Quot igitur ſunt diuerſitates in complexione totali naturali hominis, tot ſunt diuerſitates regiminis ſanitatis.

Nouem diuerſitates in complexione totali.

Sunt autem nouem diuerſitates in complexione totali, quarum prima eſt nobiliſſima, & eſt cõplexio temperata ad iuſtitiam, ab hac complexione temperata octo modis labi contingit naturaliter, quatuor modis in ſimplicibus, & quatuor modis in compoſitis: Simplicibus quidem in calido, frigido humido & ſicco: compoſitis quidem in calido & ſicco, calido & humido, frigido & ſicco, frigido & humido. Vnde dato, quòd lapſus, qui eſt temperamenti ponderis, ſit ex neceſſitate in duabus qualitatibus, ſecundum ſententiam ſapientum, tamen lapſus à temperamento iuſtitiali poteſt eſſe in vna qualitate.

Temperamentum ponderis.

¶ Vocatur autem temperamentum ponderis, in quo elementa quatuor ſunt ſimpliciter adæquata, ſic vt vnum alterum non excedat, nec econtra, tale temperamentum eſt impoſſibile ſecundum naturam: nam ex hoc tolleretur actio & paſſio elementorum adinuicem, miſtio & miſtum, & per conſequens temperamentum, quod eſt proprietas miſti: & reſpectu huius temperamenti omnia, quæcunque ſint illa, ſunt lapſa in vna qualitate actiua, & alia paſſiua. Vnde omnis res attributa complexioni habet inde dominium vnius qualitatis actiuæ, quæ eſt in eo loco formæ, & alterius paſſiuæ, quæ eſt in eo loco materiæ: ita homo, qui habet naturaliter complexionem magis æqualem, labitur à temperamento ponderis in duabus qualitatibus, puta in calido & humido: & omnia complexionata labuntur ab hoc temperamento in duabus qualitatibus.

Temperamentum ad iuſtitiam.

¶ Temperamentum autem ad iuſtitiam eſt temperamentum debitum alicui ſecundum exigentiam ſpeciei vel indiuidui: verbi gratia, homo ſecũdum ſpeciem habet vnam complexionem, ſine qua forma humana eſſe non poteſt. Sic homo Sclauus & Indus habent vnam complexionem propriam, ſine qua talis homo eſſe non poteſt, & ſimiliter intelligitur in complexione partium ipſius hominis, cum iſto temperamento ad iuſtitiam ſtat lapſus à temperamẽto ponderis, qui eſt neceſſariò in duabus qualitatibus, vt ad præſens ſupponimus. Ab hoc temperamento iuſtitiali poteſt eſſe lapſus in ſimplici qualitate, & ſimiliter in duabus qualitatibus, & ſecundum diuerſitatem lapſus indigebunt alio & alio regimine vel cõſeruatiuo vel reductiuo. Corpus in ſpecie humana temperatum indiget regimine purè cõſeruatiuo, & indiget purè ſimilibus, quantũ eſt ex parte cõplexionis naturalis. Quód nam ſit iſtud corpus tẽperatũ, & quę ſint illa, quę ſunt purè ſimilia corpori temperato, ſcitur ex libris antiquorum Medicorum, & hoc ad præſens ſupponendum eſt: Nolumus enim de omnibus hoc loco ſpecialiter agere, ſed propoſitum noſtrũ eſt docere, quomodo ſani in ſanitate ſint conſeruãdi & ab ægritudine pręſeruandi.

Solum corpus temperatum conſeruatur per purè ſimilia in virtute.

¶ Oportet ergo ſcire, quòd corpus temperatum in ſpecie humana debet vti his, quæ purè ſimilia ſunt virtualiter corpori tali, eo modo, quo poſſibile eſt: benè ſcimus, nihil adeò ſimile corpori temperato, vt nõ aliqualiter natura eius ab eo tranſmutetur: Modus autẽ regiminis ſpecialis huius corporis inferiùs apparebit, vbi nos ponemus regulas ſpeciales regiminis ſanitatis, ſumtas à rebus naturalibus, non naturalibus, & à diuerſitate membrorum.

Conſeruatio corporum cholericorum.

¶ Ex dictis autem ſatis patet, quòd corpora, quæ labuntur notabiliter lapſu naturali ab hoc tẽperamento non indigent eodẽ regimine conſeruatiuo: calidiora .n. calidioribus indigẽt auxilijs: Vnde videtur rationabile, quòd corpora cholerica cõſeruentur in ſua caliditate per cholerica virtualiter, quæ ſunt calidiora virtualiter his, quibus conſeruatur complexio corporis temperati: nec imaginor, quòd illa, quibus dicimus corpus cholericũ conſeruari, in ſua complexione cholerica ſint cholerica ſimpliciter, nec cholerica reſpectu corporis temperati. Si enim cholerica, reſpectu corporis temperati adminiſtrarentur cholerico, non cõſeruarent ipſum in ſua cõplexione cholerica, ſed diſtantia à ſua naturali cõplexione facerent labi in ægritudinem: verbi gratia: Si cholericus vteretur vinis fortibus, allijs & pipere, non cõſeruaretur reſpectu corporis cholerici, ſicut per cõſeruatiua, quæ poſtquam paſſa ſunt à corpore cholerico, cõuertuntur ad gradus caliditatis, ſeu cholericæ cõplexionis ipſius propriæ: vnde dicimus, quòd corpora cholerica, quę ponũtur lapſa à tẽperamẽto iuſtitiali, cõſeruabũtur per aliqua, q̃ poſtquã paſſa ſunt à tali corpore, non augẽt nec diminuũt ſuã cõplexionẽ cholericã, & hæc ſũt frigida in principio, reſpectu tẽperati ad iuſtitiã: & ſic patet, quòd regimen cõſeruatiuũ taliũ corporũ nõ eſt idẽ, cũ regimine cõſeruatiuo corporis tẽperati, & ſimiliter in alijs.

Regimen præſeruatiuũ ſeu reductiuum.

¶ Si autẽ loquamur de regimine pręſeruatiuo, ſeu reductiuo prędictorũ corporũ, ſuprà dicta locum habebũt: quoniã corpus tẽperatum non indiget reductione, nec præſeruatione, ſed corpora multũ lapſa, puta cholerica & phlegmatica indigẽt. Si.n. cõſeruare vellemus talia corpora in ſuis lapſibus, potius caderẽt in ęgritudinẽ, qa ex ſua natura ꝓpria apta nata ſũt labi in ægritudinẽ, quapropter dicũtur ſimpliciter ægra, melius eſt igitur vt reducantur, quæ corpora cholerica lapſa in ſecundo gradu caliditatis cõſeruabãtur per frigida in primo, reducẽtur per frigida in 2. talis autẽ reductio non erit extra terminos

cõplexionis cholerici,sed infra terminos latitudinis eiusdem,& sicut dictum est de lapsu cholerico,similiter intelligatur in alijs lapsibus,tàm simplicibus,quã compositis. Quid enim sit gradus, & quot modi graduum,supponitur ad pręsens.

De Regimine sanitatis sumto ex diuersitate sexus,& regionum, Cap. III.

SICVT diuersæ complexiones naturales indigent diuerso regimine:sic etiã diuersi sexus, siquidem diuersus sexus arguit B diuersam cõplexionẽ.Masculi autẽ sunt calidiores & sicciores,in quantitate maiores & lõgiores fœminis in specie humana, & fortiores & cõmuniter prudẽtiores.Quicquid sit in alijs speciebus,in quibus potest contingere fœminas esse maiores,fortiores & calidiores,sicut patet in animalibus viuẽtibus de rapina,piscibus,auibꝰ & alijs de quibus ad pręsens non est sermo. Supponamus igitur in his, quæ apparent dictis sapientũ,masculos calidiores & sicciores fœminis in specie humana, & fœminas frigidiores,humidiores, &corpore minores masculis.Igitur homo tẽperatior, calidior & siccior est muliere tẽperatissima, ob quã causã indigent alio & alio regimine cõseruante:&puto,saluo meliori iudicio,quod mulier temperatissima in genere mulierũ nõ indiget regimine reductiuo,sed cõseruatiuo, sicut & masculus temperatissimus. Masculus.n.tẽperatissimus est tẽperatior in specie humana,quàm mulier tẽperatissima:Ambo tamen sunt intra tẽperamentum corporis sani simpliciter,& habet illud tẽperamentũ latitudinẽ, quæ se extendit ad masculũ &fœminã.Quia autẽ masculi cæteris paribus sint calidiores fœminis,supponimus ad præsẽs ex dictis sapientũ & signis manifestis. Sic igitur patet quòd habito respectu ad cõplexionũ diuersitatẽ diuersorũ sexuũ,diuersi sexus indigẽt alio & alio regimine pręseruatiuo vel cõseruatiuo. ¶ Hoc idẽ patet ex diuersitate cõpositionis & operationis: nã alia est cõpositio sexꝰ fœminini,alia masculini, vnde multa mẽbra sũt in fœminino sexu,quæ nõ sunt in masculino,aliter & aliter disposita. Nã in mulieribus est matrix & collũ eius,quæ nõ sũt in viris.In mulieribus etiã aliter situãtur testiculi,q̃ in viris,quia in viris sunt prominẽtes,in mulieribus verò intus abscõditi.Itẽ in mulieribus sunt mamillæ ad lactis generationẽ, in viris nõ sũt ꝓpter hunc finẽ,sed ad decorẽ,&ad caliditatis cordis cõseruationẽ,vnde mamillę mulierũ sũt maiores mamillis virorũ.Amplius in mulieribꝰ est imparregimen,parturitio,& mẽstruorũ fluxus,quę non reperiuntur in viris. Item in mulieribus est infantium lactatio,seu nutritio,& in regimine sexus fœminini indigemus regulis specialibus diuersis,quibꝰ nõ indigemꝰ in regimine virorũ: vt sũt matrix in fœmina,& virga in viro, & mẽstrua sunt in fœmineo sexu & nõ in masculino,& sic de alijs:sic in regimine sexus fœminini egemus regulis specialibꝰ diuersis,quibus nõ egemus in regimine masculi. Sic indigemus regimine cõseruãte matricẽ& collum matricis,& pręseruante à fluxu & retẽtione mẽstruorũ immoderatis,regimine p̃seruante & cõseruãte mamillas,& p̃seruãte ab immoderata lactis generatione,regimine pręgnãtis, parturientis & lactantis indigemus,quorũ nullo A indigemus in masculorũ regimine,de alijs omnibus,propter artis cõplemẽtũ bonũ esset facere capita singularia,sed istud forsã inferiùs apparebit, & erit capitulũ de regulis regiminis appropriati sexui fœminino,vt differt à masculino. Sic igitur patet diuersitas regiminis sanitatis ex diuersitate sexus. ¶ Et sicut oportet cõsiderare diuersitatẽ sexuũ in regimine sanitatis,sic etiã est vtile cõsiderare diuersitatẽ regionis. Homines.n. diuersarũ regionũ sũt diuersarũ cõplexionũ naturaliũ,formarũ,figurarũ & colorũ ,vt patet in regionibꝰ extraneis, vt est Scotia,&c.Et puto, saluo saniori iudicio, quòd lapsus diuersi,qui sunt secũdum diuersitatem regionum, nõ indigent regimine reductiuo,sed conseruatiuo:nam secundum istos lapsus, qui sunt ex parte regionis,corpora non dicuntur ægra,nec ægrotantia simpliciter,nec vt multùm, nec vt nunc. Vnde indiuidua diuersarum regionũ solũ indigent regimine reductiuo secundum lapsus appropriatos singulis indiuiduis,vt labuntur C à Medio latitudinis propriæ regionis:ita Sclauus tẽperatissimus nõ indiget regimine reductiuo ad cõplexionẽ climatis tẽperati:& Sclauus tẽperatissimus melius viuit & sanius in suo ꝓprio climate,q̃ viueret in climate tẽperato. Sed Sclaui qui sũt multũ lapsi à tẽperamẽto ꝓprij climatis, indigent regimine reductiuo,cũ sint infra terminos latitudinis complexionis proprię & naturalis indiuidui.Vnde puto quòd in climatibus sunt corpora sana vt multum , corpus tamen sanum D simpliciter vnius regionis est sanius & perfectius alio alterius regionis, & corpus humanum temperatum climatis temperati dicitur verè mediũ & æquale ad iustitiam in comparatione ad corpora temperata aliarum regionum, respectu huius dicuntur lapsa, sed talis lapsus non erit faciens,talia corpora esse ægra quouis pacto.

Diuersitas regionum.

COMMENTARIVS.

E*T puto quod lapsus diuersi,qui sunt, &c.)* Hæc Arnaldi sentẽtia est, diuersam esse corporum in diuersis regio- E nibus temperiem,vt alia calidiora sint, alia verò frigidiora, vel sicciora vel humidiora. Nequaquã tamẽ, etsi tẽperatæ cõstitutionis modum excedũt,immutãda hęc esse,vel ad iustã redigẽda tẽperiẽ, cũ hæ secundũ regiones differẽtiæ corporũ intra sanitatis limites cõsistant.

De Regimine sanitatis ex diuersitate Aetatum: & primò de regimine Infantium, Cap. IIII.

CONSEQVENS est dicere regulas ge- F nerales regiminis sanitatis, sumtas ex diuersitate ætatũ. Supponamus autẽ hãc diuersitatem ętatũ esse in homine temperato,libero ab occupationibus, qui sit potens obedire seu subijci regimini sanitatis. Quis autem sit de corporibus lapsis & occupatis,ex dictis poterit apparere: & quia prima ætas est infantis,primò dicemus regulas regiminis sanitatis infantis,q in fine ęqualitatis existit. ¶ Dicamus ergo,quòd talis infans post ipsius partum statim ponẽdꝰ est in aquã tepidã, seu tẽperatę ca- G liditatis,ne eius corpus alteretur ab aeris frigiditate,vel excessiua caliditate , vt etiã sordes, si quę à matre fuerint delatæ,per aquam calidam abluãtur. ¶ Sed prius vmbilicus eius est alligandus, nõ nimis longus,ne sit maior quàm deceat , ligatura debet esse ex filo lanæ non nimis duro, post abscisio-

Ablutio.

Incisio vmbilici.

scisionē vmbilici superaspergatur puluis sangui-
nis draconis vel aliquid simile, vtputa ciminum,
sarcocolla, &c. Quantitas incisionis est quatuor
digitorum, & longitudinis vnius digiti. Post ca-
sum vmbilici mulieres Gallicæ solùm saliuam po-
nere consueuerunt, aliæ autem docent ponere
cinerem cochlearum, aut plumbi, aut canabis a-
dusti, aut calcanei vituli. ¶ Consueuerunt autem
mulieres Gallicæ, infantem nouissimè natum an-
te omnia ponere supra nudas paleas, & eundem
fricare paleis temperata fricatione, ego laudarem
paleas non frigidas, sed calidas temperatè. Mos
aliarum est, infantem recipere in gremium cum
panno lineo vel laneo temperatæ caliditatis: nam
temperatè calidus pannus esse debet similis ma-
trici, quantum possibile est, quia omnis subita
mutatio nocet nocumento magno. Et ideò nul-
lo modo balneandi sunt in aqua frigida post
partum, sicut quidam barbari cōsueuerunt. ¶ Di-
cunt autem quidam antiquorum, quòd eorum
corpora post partum debent sinapisari sale minu-
tissimè triturato, & inde fasciari decenter. Non
debet esse ligatura nimis fortis, nec nimis debi-
lis, hæc autem sinapisatio vtilis est ad membra
eorum roboranda, ne sic lædantur ab extrinsecis
occurrentibus, puta calore, frigore, & similibus.
Ex hoc etiam cutis efficitur densior & impassibi-
lior, humiditates etiam & impuritates cutis su-
perfluæ consumuntur, quibus infantes constat
abundare non parum: sed quia sal sua natura mē-
bra infantium mordicat, loco salis ad prædictas
intentiones vtuntur aliqui sapientum oleo fru-
ctus glandium, ex quo membra roborantur & hu-
miditates aliqualiter exsiccantur, nec ex eo mem-
bra mordicantur, & hoc esset satis rationabile in-
fantibus valde calidis & valde raris, puta sangui-
neis vel cholericis, quorum membra sunt valde
rara & passibilia, sed in infantibus, qui sunt in fi-
ne æqualitatis, secus est, in his enim forsan est
sal magis vtile, & si essent phlegmatici infantes,
eorum sal debet esse calidius & acutius, & si es-
sent melancholici, calidius, sed non siccius. ¶ Am-
plius eorum vesicæ sunt comprimendæ, vt fa-
cilius vrinam emittant, etiam nares eorum pur-
gentur cum digito minimo, cuius vnguis nul-
lam habeat eminentiam, & oleo vncto. Mulieres
Gallicæ habent regulam specialem in regimine
infantium, quam nolumus prætermittere: dicunt
enim pueros nouiter natos debere sinapisari, fa-
sciari & specialiter eorum partes musculosæ, de-
inde fricari cute porcina temperatæ asperitatis.
Dicunt enim fricatione illa, ab eorum corpori-
bus resolui quasdam malas superfluitates, quæ
in cute porcina sensibiliter apparent post frica-
tionem. ¶ Est autem infans balneandus singulis
diebus bis, vt quidam dicunt, stomacho pleno la-
cte, & statim post lactationem, quod non probo,
sed ante lactationem. Sicut enim exercitium de-
bet anticipare cibum in potentibus exercitari, sic
balneum lactationem in nouiter natis, qui aliter
non possunt exercitari: vnde si stomachus sit ple-
nus lacte, digestio corrumpitur à balneo, & ei o-
pilationes in lateribus generantur: similiter etiā
eorum diaphragma comprimitur, tussis genera-
tur, & quandoque vomitus: Balneum sit aquæ

Receptio infantū.

Sinapisatio & fasciatio.

Compressio vesicæ.

Balneatio.

A puræ & mundæ, cuius motus sit ad oriens, mo-
rentur in balneo, quousque carnes eorum inci-
piant rubere post balneum decenter sunt fasci-
andi, & fascia non debet esse nimis stricta, ne eo-
rum membra indebitè figurentur, nec nimis la-
xa, nec debent panni, quibus fasciantur, esse fri-
gidi. Si forsan in eorum membris aliquod pecca-
tum complexionis, figuræ, vel situs, vel quanti-
tatis appareat, tunc post balneum reparari de-
bet: vt si vna tibia breuior sit alia, illa extendi ma-
B gis, & sæpius aliâ debet. Pòst autem infans lactā-
dus est, quousque dormiat, quòd si forsan lactan-
do dormire non velit, dulcibus cantilenis som-
nus conciliandus, & si omnia ista non iuuerint,
portandus est hinc & inde, & super omnia non
sint vestes eius immundæ, &c. ¶ Toties au-
tem sunt fasciandi die naturali, quoties eorum ve-
stes sunt sordidæ, semper enim post balneum la-
ctandi sunt, & post fasciationem seu vestium sor-
didarum mutationem. Secundum quod vnica la-
C ctatione plus aut minus de lacte recipiunt, sic tar-
dius aut sæpius lactandi sunt: nam maior pars
temporis nouiter natorum occupanda est in la-
ctatione, balneatione, dormitione & vestium sor-
dium mutatione, nec omninò nouiter natus alio
cibo indiget quàm lacte, quod sit ei loco cibi &
potus. ¶ Lac autem infantibus conuenientius est
lac matris propriæ. Nam natura sagax, sagaci-
tatis cuius non est finis, ex vna portione sangui-
nis materni fœtum generat & nutrit in vtero ma-
D tris, ex alia portione lac generat in mamillis,
quod quidem cùm sit generatū ex sanguine ma-
ximè illi sanguini, qui fuit materia generationis,
simili infantis erit optimum nutrimentum, dum
tamen mater sit sana & sit debiti regiminis, secun-
dum quod regit actu nutritionis seu nutricis.
¶ Quia si forsan mater proprium fœtum nutrire
non possit, tunc eligenda est nutrix sana, bonæ
complexionis, bonorum morum, ętatis perfectę,
cuius color declinat ad nigrum, venæ sint latæ,
E collum longum, pectus amplum, mamillæ non
carnosæ, magnæ, non laxæ, venarum multarum,
cuius lac non sit nimis subtile & serosum, nec ni-
mis grossum, nec caseosum, coloris albi, boni odo-
ris & saporis, cuius etiam lac non sit nimis partui
propinquū, nec nimis distans à partu, cuius par-
tus fuerit naturalis, masculus, vnius mensis cum
dimidio, vel duorum: & si possit inueniri nutrix
similis complexionis, & regiminis matris in-
fantis, etiam cuius partus fuerit naturalis & ma-
F sculus, non foret malum, imò valdè bonū. Quòd
nam sit bonum regimen nutricis, quo eiusdem
lac seruatur, corrigitur, augetur, inferiùs appare-
bit, vbi quædam regula regimini sanitatis appro-
priatæ sexui fœminino, vt differt à masculino, po-
netur. Laudarem vt in primis diebus, partus ab-
stineret à lacte matris, quia mater multum alte-
rata est à partu, & quia lac diu remansit in ma-
millis & forsan potest esse corruptum, sicut est
videre ex proprio colore, & substantia: vnde mu-
G lieres Gallicæ faciunt lac sugere per aliquam mu-
lierem vilem. ¶ Non est autem suum cunabulum
mouendum ad somni prouocationem motu vio-
lento, ne eius lac in stomacho cōcutiatur, & dige-
stio corrūpatur, sed motu suaui & si sine motu cū

Fasciādi sunt multotiens in die.

Lac matris melius.

Nutricis electio.

Motus cunabuli ad somnum.

mamilla melius erit. ¶Moderatus quoque fletus ante lactationem conuenit, specialiter ad partium spiritualium dilatationẽ, ad humiditatem capitis aliqualem euacuationem, & ad caloris innati reuocationẽ & confortationẽ. ¶Lactãdi autẽ in die naturali ter aut quater, quòd si forsitan in eorum stomachis corrumpatur ex multa & immoderata suggestione, ex qua contingit inflatio, extensio, ventositatum multitudo & vrinę albedo, loco & tempore famelici sunt permittendi, & dormiant longum somnum, securius est vt parũ sugant & sæpe: assimilantur enim corporibus cõualescentium, qui ita sunt cibandi, vt inferiùs apparebit.

Si corrumpatur lac in stomacho.

¶Bonum est etiam vt ante lactationem parùm mellis despumati cum aliquantulo vini lymphati albi eisdem propinetur, ad stomachi ablutionem, confortationem, ne etiam lac in stomachis eorum corrumpatur.

Prohibens corruptionem lactis.

Oportet etiam vt ante lactationem, & specialiter in principio aliquid lactis in ore mulgeatur, vt villus mery eorũ in attractione laboret, & ex conamine suggestionis gulę eorum cum mery & reliquis instrumentis læsionem non incurrant. Et istud regimen sit infãtis donec dẽtes anteriores emittat:

Mulgendum est lac in ore.

¶Postquã autem duales dentes anteriores inceperunt apperere, alius cibus præter lac nutricis interdum est propinandus, sint cibi similes substãtiæ lactis & in virtute parum lacte grossiores, pauca aut nulla indigeant masticatione, cuiusmodi sunt cibaria laudabilia matris ab eadem prius masticata, panis dissolutus in aqua mellis aut aqua carnium laudabilium, aut cibus ex farina frumenti & lacte animalis, sicut mulieres Gallicæ facere consueuerũt, aut panis dissolutus in vino lymphato. Interdum autem potest illis dari aqua pura aut brodium diuersis horis digestione præcedentis cibi facta, hoc etiam tempore possunt indui & portari hinc & inde, & minus, quã prius, balneari.

Regimen post dentium ortũ.

¶Cùm autẽ ceperint per seipsos ambulare, nutrix debet esse solicita, ne infans diuersis & inordinatis motibus moueatur, ne forsan ipsius membra torqueantur: nec est cogendus sedere vel ambulare, antequam sibi desiderium naturaliter adueniat. Locus in quo sedet nõ debet esse durus, asperus, neque pungitiuus, & caueatur ne ab alto cadat loco.

Cùm incipiũt ambulare.

¶Cùm autem dentes canini apparere inceperint ab omnis rei dura masticatione abstineat, ne materia dentium minuatur aut resoluatur: in hoc tẽpore bonum erit fricare gingiuas axungia gallinæ aut butyro recenti, aut cerebro leporis, vt facilior fiat exitus dentium. Et quia tempore dentitionis consueuerunt digitum masticare, & contingit illis collum rubere, laudo vt hoc tempore inungatur caput, & collum oleo rosato conquassato cum aqua calida, & frustum radicis ireos eorum manibus imponatur, quæ nondum sit sicca perfectè, vt eam masticent loco digiti, &c. nam ex talis radicis masticatione præseruantur infantium gingiuæ ab vlceribus & dolore. Item eius gingiuæ fricentur melle despumato, addito parũ salis, radix liquiritiæ quotidiè masticetur. ¶Vltimò cum prædicti dentes canini perfectè creuerunt, quãtò magis appropinquat tempus in quo à mamma disiungi debent, tantò magis assue fieri debent cibis grossis. ¶Tempus autem remotionis à lacte est, quando omnes dentes creuerunt, & omnes cibos masticare possunt, hoc tempus est secundo anno communiter: dicunt autem, quòd masculus tardius est remouendus à lacte quàm fœmina. Quia si forsan infans nimio fletu laboraret propter eius à mamilla remotionem, tũc mamillæ sunt vngendæ sinapi, aut succo absynthij, aut axungia quadam, vt inde infans abhorreat mamillarum suctionem.

Quando sint à mamma disiungendi.

¶Postquam igitur infãs totaliter est à matre remota, omnis cura debet esse vt bene educatur: hinc duplex cura: vna vt crescat in bonis moribus, & hoc non est medici sed moralis philosophi: altera cura pertinet ad corpus: nam ex malitia morum & passionum, potest in corpore generari complexionis malitia, & sicut mali mores sequuntur malitiam complexionis, sic ex malitia morum complexionis malitia generari potest: ita timor & pusillanimitas melancholicum perficiunt. Non igitur concedendum illis vt tristentur aut irascãtur aut nimis gaudeant, sed in his medium tenendum: & si per constellationem ad aliquod vitium inclinent, corrigantur suo contrario.

Regimen post remotionem à lacte.

¶Post somnum balneetur quousque carnes rubere incipiant, deinde illi vt ludat permittatur per vnam horam, à ludo cibandus est cibis laudabilibus, à cibo rursus ludat, postea denuo balneandus, & cibandus: verum est quòd postquam remoti sunt à lacte sunt contenti exercitio, parum aut nihil curantes balnea. ¶Sed quia eorum membra ante septimũ annum adhuc sunt debilia multum, & ad motũ inepta, rationabile est, vt interdum balneentur ad membrorum confortationem, ad superfluitatum tertiæ digestionis expulsionem, & vt membra præparentur ad augmentum. Non igitur debent esse balnea mista sulphure, sed simplicia. ¶Hoc ætatis tempore vinum purum eis non est concedendum, quia adderemus ignem igni, habent neruos debiles & cerebrum, quibus vinum est inimicũ. Vinum autẽ album, lymphatum valde, potest eis propinari loco potus, & quãtò sunt calidioris complexionis, tantò minus vtantur vino, & quantò frigidioris tantò plus: aqua autem, quæ est eorum potus, sit aqua pura. ¶Hoc igitur sit pueri regimen donec tradatur magistro, quod fieri debet sexto anno: in hoc enim tempore tradatur, qui eum doceat mores, & scientiã gradatim procedendo, nec est cogendus, vt assiduè in scholis moretur, & cum ad hanc peruenerit ætatem minus est solito balneandus, quia membra sunt fortiora, non sunt tamen apta fortibus exercitijs. Ante nonum annum & finem adolescentiæ, & secundam septimanariam annorum, non competit eis vinum, nisi lymphatum, sed minus quàm antè: hoc tempore aliquando non est malum dare parum boni vini, ad præseruationem à generatione vermium: hoc igitur sit pueri regimen vsque ad annum 14. Parùm refert regimen deinceps corpori debitum, scilicet temperato, libero à regimine prædicto, postquam possunt fortioribus exercitijs vti, grossioribus cibis, vinis minus lymphatis, paucioribus balneis & breuiore somno. Non tamen indigent exercitijs fortissimis, nec talia exercitia sustinere possunt sine notabili læsione, cuiusmodi sunt exercitia luctantium

ctantium athletarum, cursorum, &c. nam eorum membra non sunt sufficienter apta ad tales motus perpetiendos propter eorum imperfectionem, sunt enim adhuc in via ad augmentandum: quod dictum est de exercitijs, idem intelligatur de cibis, non enim possunt digerere conuenienter cibaria fortissima ad digerendum dura, quemadmodum illi, qui sunt in termino adolescentiæ. Similiter actus venerei non sunt eis ita conuenientes, sicut his qui terminum adolescentiæ iam sunt consecuti, immò ex coitu immoderato consequuntur maximam læsionem, ex hoc enim corpus impeditur ab augmento, nec semen est vtile generationi, antequam membra ad perfectionem deuenerint augmenti: sicut patet in terræ nascentibus, quorum semen est imperfectum, antequam planta ad perfectum deuenerit augmentum. Tempus conueniens est circa medium quartæ septimanæ annorum, & est annus 25. tunc est ætas perfectissima, & sanitas, & durat vsque ad 33. annum, vocatur ætas pulcritudinis & fortitudinis. In hac ætate indigemus fortioribus exercitijs, & similiter hæc ætas indiget minus balneis, quàm præcedens. Balneum autem aquæ frigidæ huic soli ætati est conueniens, vt membra reddantur fortiora, & robustiora ad motum fortẽ, nec calor innatus ex dicto balneo debilitatur, sed magis confortabitur, nec debet esse tale balneum intensæ frigiditatis, nec in tempore & hora frigidis, sed calidis cibus in hac ætate debet esse grossior, maioris quantitatis, & minoris numeri, quæ sint eis congrua cibaria inferiùs apparebit. Potus eorum est vinum album, subtile, minus lymphatum, quàm in priori ætate, propter vrinę prouocationẽ, cholerã mũdificãtẽ, & propter sudoris prouocationem, & membrorum humectationem. Nec debent eorum vina esse multum calida nec acuta, ne fortè ex eorum vsu incidât in febrem aut hepatis supercalefactionem, aut humorum adustionem: eadem ratione debent euitare omnia excessiuè calida & sicca, sicut piper, allia, & similia. Hæc ætas indiget breuissimo somno respectu aliarum ætatum propter digestionis fortitudinem, & robur membrorum, quæ sunt instrumenta virtutum animalium, sensitiuarum & motiuarum. Somnus enim ordinatus est ad conseruationem virtutum, confortationem naturalium & quietem animalium. Quod ad animæ accidentia, summè vitanda est ira & tristitia, quæ sanguinem supercalefaciunt aut adurunt: hæc enim ætas actibus venereis est aptior, & conueniẽtior propter membrorum perfectionẽ, caloris & spirituum fortitudinẽ, seminis multitudinem, & digestionem: Regulæ specialiores regiminis sanitatis, quæ magis ex diuersitate rerum non naturalium sumuntur, inferiùs apparebunt: hanc autem ætatem sequitur consistens, cuius regimen parum differt à prædicto: imminente, hanc sequitur senectus, cuius volumus ponere regimen speciale.

A.25. ad 33. Aetas pulcritudinis, & fortitudinis.

Consistens ætas.

De regimine Senum, Cap. V.

SCIENDVM est, totam intentionem in regimine senum esse, administrare calefacientia & humectantia nutrimenta, balnea, potus, longus somnus & quies. ¶ Et quia in stomachis senum consueuit phlegma multiplicari propter digestiuam debilem, illud euacuare procurabimus per viam intestinorum, primò digerendo cum decoctione hyssopi, & oxymelle diuretico. Euacuatio potest fieri cum hierapicra, vel cum decoctione volubilis vel polypodij & anisi, in qua infundatur semen cartami, turbith & zingib. Pillulæ etiam factæ ex sem. cartami, ficubus & terebinthina, sunt senibus cõuenientes: erit autem quantitas duarum auellanarum, vel circa ¶ Dicamus ergo, quòd nutrientia senum debent esse facilis digestionis, boni nutrimenti, & minoris quantitatis & rarioris materiæ, quàm in præcedentibus ætatibus: à corporibus enim senum non multa fit resolutio propter caloris debilitatem, & membrorum duritiem, sic non indigent multo cibo, nec sæpe, sed pauco, respectu aliarum ætatum, & raro propter digestiuæ debilitatem Debent igitur ministrari eis nutrientia in pauca quantitate, quæ possunt corpus senis sufficienter nutrire, & si tardè digerunt non indigẽt frequenti refectione, immò eis sufficit comedere semel in die naturali, senes enim facilè ferunt ieiunium. Non igitur frequenti neque multa indigent comestione, quod est intelligendum de senibus in prima senectute constitutis, & non senibus decrepitis, quia tales sunt velut lucerna extinctioni parata, indigent frequenti & paucissima refectione: à multo enim cibo semel sumto suffocaretur eorum calor, sicut paruus ignis à multis lignis. Et si sæpè nutrimentum non administretur eis deficiet calidum naturale simul cum humido radicali, sicut patet in lucerna extinctioni parata, propter humidi oleaginei consumtionem & paucitatem. Bonum igitur puto si tales cibentur ter in die naturali sic vt inter primam & secundam comestionem interueniat sex horarum spatium, & inter secundam & tertiam superueniat spatium octo horarum & inter vltimam refectiuam primæ diei, & vltimam sequentis diei, interueniant decem horæ vel 12. & sic tertia comestio erit minor secunda, & secunda erit aliquantulum maior, quàm prima. Prima igitur comestio erit circa secundam horam, & tertia circa decimam, &c. ¶ Debent autem vitare omnia cibaria quæ generant phlegma aut melancholiã, item quę faciunt venarum obstructionem, cuiusmodi sunt grossa, viscosa, salita, & digestioni inobedientia: verbi gratia, legumina, pisces saliti, & non saliti, & specialiter bestialium marinorum genera, carentium squamis, & spinis, aues aquaticæ, cibi ex pasta azyma, quibus maximè Itali vti consueuerunt, & genera fructuum crudorum frigidorum, puta pira, poma, totonea, mespila, & similia: conuenientiora sunt elixa, quàm frixa & assata quàm pasta. Salsæ ex vino magis conueniunt, quàm ex aceto & vino: acetum enim est senibus inconuenientissimum meo iudicio: ratione enim frigiditatis & siccitatis senectutem accelerat, & confirmat. ¶ Sint autem genera specierum. Zingib. & cinnamomum sunt conuenientia senibus, & generaliter omnes species calidæ, humidæ & parum siccæ. Mel senibus est multum conueniens, debet esse album, sed melius est quod declinat ad colorẽ aureũ: nisi in aliquibus

Nutrientia.

Quæ vitarè debeant.

Quæ conueniant.

casibus grandinosum & durum, vt in Montepesſulano: Carnes castratorum iuuenum, & gallorũ testiculi, oua recentia sunt cibaria senibus conuenientia, & similiter caro perdicum, alaudarum, phasianorum, & similium. Inter pisces marinos conuenientiores sunt rogetus, gornatus, plaicia, & similes, & melius est, vt decoquãtur cum vino, fœniculo, anetho, & sale. Lac senibus cõuenit quibusdam, eò quòd citò nutrit, corpus humectat, quibusdam non conuenit eò quòd obstructionẽ generat, vnde quibusdam ex lacte sub dextro hypochondrio dolor & extensio contingit propter venarum stricturam, & talibus lac non conuenit. Lac autem sit caprinum, aut asininum & forsan vaccinum cum pauco sale, aut melle aut sacharo. Caseus est senibus inutilis, nisi sit bene butyrosus, non salsus, nec nimis recens, butyrum competit senibus, quia eos humectat, calefacit, & pectoralia lenit. Olera senibus conueniẽtia sunt fœniculum, petrosilium, borrago, & buglossum, saluia, mẽtha, hyssopꝰ, & similes herbæ ad caliditatẽ declinantes & humiditatem. Polypodium etiam cum apio conuenit eis ad leniendum ipsorum naturas, si cum carnibus laudabilibus decoquãtur, idem intelligatur de volubili cuius flos est albus ad modum campanæ, & de mercuriali. Oleum eis conueniens est oliuarum, nucum, amygdalarum dulcium, & sesaminum. Fructus eorum sint ficus, specialiter siccæ, passulæ, amygdalarum, pineæ, & dactyli. Ficubus in principio comestionis, alijs in fine vtendum est. ¶ Circa condita est diacalamintha eis conueniens, specialiter ad aperiẽdas obstructiones laterum, quibus sæpè senes laborare solent. ¶ Clyster ex oleo simplici dulci eis quandoque conuenit, caueant ab acuto clysteri, ne intestina eorum desiccentur: debent autem senes soliciti esse de ventris lenitione, & non de phlebotomia, loquor de senibus decrepitis, quorum senium incipit 72. anno vel circa, quibusdam citius, quibusdam tardius.

Vinum. ¶ Vinum nouum, album, lymphatum, gallicum non est senibus conueniens, nisi forsãn post balneum, si ex eo maximè sitiant, vinum enim senum debet esse rubeum, subtile, odoriferum & antiquum, tale vinum sufficienter calefacit, nutrit, & melãcholiam compescit, vrinam prouocat, iuncturas humectat, spiritum & calorẽ innatum reparat, quibus omnibus senes indigẽt. ¶ Acribus vti possũt, si eisdem vti consueuerunt, putà allijs, cæpis specialiter ad obstructiones venarum aperiendas ad quod valet etiam diacalamintha, & diatrionpipereon, & theriaca senibus multum competit ad aperiendas ipsorum opilationes, & etiam Athanasiæ confectio.

Iuscula. ¶ Iuscula conueniẽtia senibus sunt, ius auenaceum & hordeaceum cum aqua carniũ laudabilium: similiter rapæ cum aqua carniũ laudabilium & fœniculo, sunt senibus cõuenientes similiter ex borragine, bleta, fœniculo, petroselino & nasturtio. Potus hydromellis conuenit eis ad opilationes aperiendas: & si opilationes sint in vijs vrinæ decoquatur cum hydromellite petrõselinum: & specialiter macedonicũ apium, fœniculum & similia. Et si opilatio sit in partibus spiritualibus addatur hydromelliti hyssopus, capill. vener. cassialig. & similia.

Fricatio. ¶ Fricatio conuenit senibus temperata quãtitate & qualitate, debilia mẽbra & dolentia senum fricatione non indigent: debet fieri cum manibus asperis & grossis pannis interpositis: non debet esse tanta senum fricatio, vt ad hanc membrorum sequatur desiccatio & caloris innati resolutio, sicut in exercitijs superfluis contingit, nec ita parua, vt nulla sequatur resolutio, cum fricatio ordinetur ad superfluitatum tertiæ digestionis membrorum resolutionem, membrorum confortationem, pororum apertionem, & caloris attractionem. Tempus cessandi à fricatione est, cùm membra senum, quæ sunt naturaliter debilia, rubere & calere incipiunt, & aliqualiter dolere: nec est malum circa finem fricationis manus iniungere oleo amygdalarum aut oliuarum, vt siccitas aliqualiter senum temperetur, & calidum naturale in eisdem membris melius conseruetur. Fricẽtur igitur qualibet die non solum fricatione præparante ad exercitium sed supplẽte vicem exercitij.

Balneum. ¶ Balneentur quater in mense in aqua dulci additis camomilla, vtraq; stœchade & bismalua: bismalua enim mẽbrorum siccitatẽ temperat, stœchas vtraq; & camo. valent ad mẽbrorum confortationem & lassitudinem remouẽdam: circa finem balnei fricẽtur, vt, si quæ sordes sint remoueantur: & vltimo fricentur manibus vnctis oleo communi aut amygdalarum dulciũ, aut sesamino, vt post balneum mẽbra remaneant humidiora, & maneant in balneo tandiu, quandiu ferre possunt & donec rugę in digitorum pulpis apparuerint. Senes autem, qui membra habẽt fortiora, ad exercitium bene apta, non balneo neque fricatione adeò sæpe vtantur. Balneum enim & fricatio pro magna parte vtilitatis ordinantur ad expulsionem superfluitatum tertiæ digestionis, & ad emundationem membrorum interiorum, ad quę omnia exercitium ordinatum debito modo plus valet.

Exercitium. ¶ Membra autem debilia in senibus exercitari non debent, ne magis adhuc debilitentur: secus est in adolescentibus, in quibus membra debilia naturaliter exercitantur amplius, vt fortiora & maiora fiant, & hoc prouenit ex eo, quòd adolescentium virtutes conualescũt, & senum corpora sunt decidẽtia, vnde nulla spes est de membrorum debiliũ fortitudine, per exercitium. Et per oppositum membra senum fortiora & exercitio apta, debent amplius exercitari, nõ quidem ad virtutis nec membrorum augmentũ, sed ad residuæ vitæ reseruationem: vnde si membra superiora sint debilia, & inferiora fortia exercitentur inferiora magis. Non enim viribus corporalibus, quibus prior indiget ætas, res magnæ geruntur, sed cõsilio, auctoritate, & sententia quę in senibus augeri consueuerunt.

COMMENTARIVS.

M*Embra autem in senibus exercitari non &c.)* Hoc manifesta ratione comprobari potest: Exercitiũ enim calorem in iuuenibus excitat, in senibus autẽ cum nullus aut saltem exiguus sit calor, hic suscitatus exercitio facilè disperditur. Interim tamen debilitatis causas obseruare decet: Non enim perpetuo debilibus senum membris nocet exercitatio, nec iuuenum etiam perpetuo conducit. Debilitas itaque nonnunquam ex oppresso calore natiuo contingit, nonnunquam ex eodem absumto. Nullus hic est exercitio locus, seu iuuenem intelligas seu senem. Sed cum ex hac causa rarò iuuenes, at senes vt plurimum debiliores euadant, hinc est vt generalem constituerit Arnaldus regulam, *senibus scilicet*

scilicet debilitatis non vt iuuenibus exercitia competere, quod tamen debuerit modo dicto discrimine limitari. Cæterùm si calore natiuo & viribus oppressis membra debiliora sint, oppressionis causas contrariis remouebimur, siq; humorum copia vires opprimantur, euacuatio competet: sin aduersa qualitate, commoda medebitur alteratio. Vtrumq; præstat exercitium. Nā & humores discutit, & corpus alterat. Nihilominus tamen & hîc etiam aliqua est habeda ratio discriminis. Euacuat ipsa quidem exercitatio, sed euacuationis certum tempus est, vt certæ sunt leges, de quibus aliàs, vt non exercere perpetuò iuuenes oporteat, vbi corpus refertum est humoribus. Nec etiam iuuenib. conuenit exercitatio, cū ex calore præter naturā debiliores euaserint: Sic enim membra magis incalescerēt.

De Regulis sanitatis regiminis malarum complexionum naturalium in hominibus, Cap. VI.



IN præcedenti capitulo posui regulas regiminis sanitatis corporis temperati seu sani à generatione, à quo non parum differunt corpora ęgra à generatione, quæ respectu corporis temperati sunt malarum complexionum. Nolumus in hoc capitulo ponere regulas regiminis sanitatis malarum complexionum accidentalium, hoc enim pertinet ad regimē curatiuum, sed malarum complexionum naturalium. Sunt enim quidam, qui à generationis principio sunt calidiores, quàm requirat corpus humanum complexionis temperatæ, alij qui sunt frigidiores, & ita in alijs qualitatibus, tam simplicibus, quàm compositis, quarum complexionum regimen non parum differt à regimine complexionis temperatę, siue earundem regimen sit conseruatiuum siue curatiuum. Nec est intentio nostra loqui de parū lapsis, quia talium corporum regimē sufficienter haberi potest ex his, quæ dicta sunt de regimine temperatę complexionis, & ex his, quæ dicentur in multum lapsis in isto præsenti capitulo. ¶ Intēdimus igitur hîc agere de corporibus multū lapsis in toto præsenti capitulo, cuiusmodi sunt sāguinei, cholerici, phlegmatici, & melācholici. Primò dicemus de complexionis sanguineæ regimine, quæ est minus mala & minus distans à temperata, imò quidam dixerunt, hanc complexionem esse temperatam. Temperatam etiam complexionem posuerunt calidam & humidam scilicet sanguineam, quod vtique verum est respectu temperamenti ponderis, vnde homo temperatissimus potest labi in calido & humido à ponderis temperamento, & sic intellexerunt quidam antiquorū temperatam in specie humana, & in tota natura entis esse calidam & humidam. Sed complexio calida & humida respectu temperamenti ad iustitiam, puta respectu hominis temperati, non est tēperata, sed lapsa, & huiusmodi complexio naturalis est sanguinea, immò habentes hanc cōplexionem sunt parati incidere in morbos cacochymicos & naturaliter in omnes ægritudines, quarum causa est putrefactio, humorū plenitudo, obstructio & specialiter sanguinis multitudo. In tali enim complexione cōsueuit multiplicari sanguis, propter quod sæpè indigere consueuerunt phlebotomia & ventosis ad sanguinis euacuationem, & specialiter regimen habentium hanc complexionem in reliquis non est æquale. Talis enim

De regimine complexionis sanguineæ.

phlebotomia fienda est ætate, virtute, tēpore, arte & cæteris partibus conuenientibus: & tempore veris in principio, vbi dubitamus de ægritudinibus ex sanguinis multitudine vtplurimum cōtingentibus: hoc enim tempus assimilatur morbo ex repletione. In fine quidem cum dubitamus de ægritudinibus ex sanguinis acuitate vt plurimū contingentibus, quare ex hoc cōcluditur, in principio veris phlebotomiam fieri maiorem & in fine minorem. De venis autem phlebotomādis, modo phlebotomandi, sanguinis qualitate, quantitate, & sufficienti cognitione circa alia, fiet in fine huius operis, Deo adiuuante, vnum capitulum. ¶ Non autem solùm indiget hic phlebotomia, sed etiam pharmacia, non quidem ad sanguinis euacuationem, sed eius mūdificationem, & ventris solutionem. Medicinæ autem ad hoc conuenientes leues & benedictæ sunt, vt agaricus, quæ est medicina facilis, etiam turbith & cartamus, sicut testatur mirabilis Auerrhoes. Ponunt autem Magistri Salernitani experti multas medicinas sanguinem mundificantes, puta cassiafi. pruna, tamarindos, viol. serum caprinū, borrag. myrobal. cerasa, hepaticam, dianthos, cetrach, & multa similia, sicuti in tabulis Salernitanis facilè est videre. Omnes autem medicinæ sanguinem purgantes aut sunt euacuantes melancholiam, generatam ex fæce sanguinis imperfectę digestionis, aut melancholiam generatam ex sanguine grossiori per viam ebullitionis, seu choleram ex eadem parte subtiliori per viam ebullitionis generatam: cùm enim sanguis ebullit, quod subtilius est, conuertitur in choleram, & est cholera innaturalis, quæ sine mora è corpore est expellenda, quod autem grossum est in sanguine, in melancholiam innaturalem conuertitur, & similiter cùm sanguis non potest perfectè digeri, generatur quoddam phlegma innaturale, quod non est aptum corpus nutrire, vnde medicinæ euacuantes humores prędictos, sanguinis mundificatiuę ab autoribus dicuntur. Non enim debemus vti medicina purgāte sanguinem in sua puritate: vnde si sanguis nō peccet in quali, sed solùm in quāto, nulla pharmacia est exhibenda, sed cùm sanguis ebullit, quod subtilius conuertitur in choleram, & est cholera innaturalis, quæ à corpore est expellēda: quod autem grossius est in sanguine, in melancholiam innaturalem conuertitur, & similiter cùm sanguis imperfectè digeritur, generat phlegma quoddam innaturale, quòd non est aptum corpus nutrire. Vnde omninò inartificiale est medicinam, quæ sanguinem purget exhibere, sed solùm mundificatiuam, vt sunt cassiafistularis, myrobal. &c. Non autem sic est de aliis humoribus à sanguine, quia ipsi manētes in sua puritate, quò ad substantiam & qualitatem peccantes, in qualitate debēt per pharmaciam euacuari eisdem appropriatam. ¶ Ex his ergo apparet, in quo differant medicinæ sanguinis mundificatiuæ à medicinis euacuantib. alios humores nam medicinæ euacuatiuæ alios hu. à sanguine respiciunt humores distinctos à sanguine in quantitate peccātes, qualitate vel substantia. Sed medicinæ mundificatiuę sang. respiciūt humores eosdem, vt deficiūt à sanguinis perfectione, vel propter diminutionem caloris, vt in phlegmate, vel

Ex sanguine melancholia innaturalis.

Cholera innaturalis.

Phlegma innaturale.

Medicinæ sanguinis mundificatiuæ differunt ab euacuantibus humores.

excessum eiusdem caloris, vt in cholera & melan- A
cholia. Non est etiam inconueniens, quod aliqua
melancholiæ species à sanguine generetur frigi-
do, cui⁹ melãcholiæ medicina euacuatiua vocabi-
tur sanguinis mundificatiua, vt myrobal. indi &
fumus terræ, & sunt medicinæ benedictæ: sed a-
liorũ hu. à sang. medicinæ euacuatiuæ sunt for-
tes & magis periculosę, quia tales hu. sunt à san.
magis distantes, & minus naturæ obedientes. I-
gitur redeuntes dicamus, quòd ista cõplexio ma-
gis indiget medicina sang. mũdificatiua, & ad ꝓ- B
positum, quia hæc cõplexio consueuit multipli-
care superfluitates, & specialiter tertiæ digestio-
nis. Indigẽt sanguinei exercitio veloci, & forti ad
prædictarũ superfluitatũ consumtionẽ, ex quib.
potest obstructio & per consequẽs putrefactio in
corpore generari, regulas aũt exercitij obseruan-
das infrà docebim⁹ capitulo ꝓprio. Propter ean-
dẽ rationẽ indigent fricatione multa & forti, bal-
neo, ieiuno stomacho bis vel ter in septimana, ad
minus semel, & oportet stomachũ talium intue- C
ri, nam si eius cõplexio ad malam conuerteretur
cõplexionem, cõuerteret hu. totius corporis etiá
ad malitiá, error. n. notabilis fact⁹ in prima dige-
stione nõ corrigitur in aliis: est igitur talis cõple-
xio intuenda, ne error notabilis factus in prima
digestione trãsiret per alias digestiones. ¶ Et q̃a
hęc cõplexio est parata putrefactioni hu. bonum
est vti his, q̃ putrefactioni resistũt, vt sunt frig. &
sic. nõ vtendo vnctuosis pinguib. dulcib⁹ nec pas-
sibilib. in substãtia, nec participantib. humiditate D
actuali extranea, nec vaporosa, cuiusmodi sunt
fruct⁹ vaporosi, specialiter virides & veteres, puta
ficus, vuæ, amygda. & similia vaporosa, similiter
lacticinia, maximè recẽtia, vina dulcia, carnes ca.
& hu. & vnctuosæ, vt carnes mutonis, porcinę, &
sic de aliis: talibus interdum cõpetit irasci, & mi-
nus gaudere, similiter cõuenit tristari plus quàm
aliis cõplexionibus sine læsione. ¶ Talis min⁹ lę-
ditur à ieiunio, vnde fortè sufficit concedere eis
cibum in trib. diebus quater, & hæc cõplexio mi- E
nus inter cæteras complexiones læditur à coitu,
& à vigilia, plus grauatur à somno immoderato,
hæc cõplexio consueuit tentari defluxionib. vn-
de satis bonũ est, materiá rheumatis interdũ per
sternutationẽ, & interdum per gargarismata ad
hoc cõuenientia euacuare, præcedentib. vniuer-
salib⁹ purgationibus: vnde mastix, staphisagria,
appropriata sunt in rheumatis capitis mundifi-
catione gargarisando, aut masticãdo, aut sternu-
tando. Hæc complexio disposita est ad obstru- F
ctiones, quare abstineat ab obstruẽtibus, vt sunt
viscosa & dulcia cibaria, balneare post cibum, for-
titer exercitari, coire, & multum bibere: hæc autẽ
sunt causa descensus cibi à stomacho ante perfe-
ctam digestionem, & sic talis cibus veniens ad
venas causat obstructiones. ¶ Nunc dicamus de
cõplexione cholerica, q̃ parata est ad febres cho-
lericas, igitur temporib⁹ ca. vtatur oxysaccharo
simplici, cũ syrupo viol. & nenup. Est autem cõ-
ueniens, vt tales syrupi accipiantur cũ decoctio- G
ne quorundam seminum de obstruentium, cu-
iusmodi sunt se. melo. cucur. citri, apij & scariolę,
&c. & quia talis complexio consueuit choleram
multiplicare, maximè calidis tẽporibus, indiget
purgatione solùm, ideo purgetur cũ scammonea

Exercitium.

Resistentia putrefactioni.

Ieiunium.

Regimen cõplexionis cholerica.

A præparata, & etiá rheubar. casiafi. tamarind. &
similib. Est autem hæc cõplexio senectuti parata
ratione siccitatis, quare indigent humectantib⁹,
ne cadant in hecticam & ægritudines cal. & sic.
vtantur igitur humectantibus, vt sunt cibi lauda-
biles, sicut pulli gallinarum & gallorum iuuenũ,
extremitates porcorum, carnes vitulinę, vinum
subtile, odoriferũ, non fumosum nec nimis acu-
tũ: omnium enim velociter, & citò nutrientium
est vinũ. Vtatur etiá balneo aquæ dulcis & som-
B no, & isti sunt cibandi bis in die naturali, nec de-
bent cibi eorum esse subtiles valde, passibiles &
dulces, tales enim cum patiũtur à calore forti in
choleram conuertuntur, igitur isti cholerici indi-
gẽt cibis fortis digestionis, seu fortioris. Hæc cõ-
plexio minus indiget coitu & phlebotomia saltẽ
ꝓpter purgationem, sed interdum vena inciden-
da ad sanguinis euentationem, & infrigidatio-
nẽ. ¶ De cõplexione phlegmatica dicam⁹, quòd
dięta debet declinare ad cal. & sic. vt est panis be-
C ne fermẽtatus triticeus, cũ modico salis, & potest
addi se. anisi, fœniculi, ameos, &c. & minus lædi-
tur à ieiunio, & vigilia tempore veris. In prin-
cipio veris bonum est vti pharmaco, quòd phle-
gma euacuet, specialiter in hieme, vt est diatur-
bith digestione facta cũ oxymellite simplici, aut
diuretico, aut squillitico Carnes sint calidę & sic-
cę, aut calidę & humidę cõplexionis, & pisces spe-
cialiter aquæ dulcis cõtrariãtur huic complexio-
ni: vnde pisces marini sunt ei minus nociui, lau-
D do, vt coquantur in vino cum seminibus calidis
diureticis, & inter alios pisces approbo ostreas, &
molecas in prędicta cõplexione. Hęc maximè in-
diget exercitio, & ab eo minus lęditur, sufficit eis
comedere semel in die naturali, nec debet cibus
eorum esse difficilis digestionis, nec sit eorum po-
tus aqua, nec ceruisia, sed vinũ forte, odoriferũ,
subtile in substantia & actione. Hæc complexio
parum indiget phlebotomia, sed multum phar-
macia phlegmagoga, consueuit autem hæc com-
E plexio phlegma multiplicare, & specialiter in hie-
me: vnde circa principium veris bonũ est in tali-
bus phlegma purgare. Hæc complexio minus læ-
ditur à coitu, & est in eo satis potens cõtinuè, nõ
multũ appetens, ꝓpter defectum calidi, vnde to-
talis coitus dimissio est eis multùm nociua. Stu-
pha est ei cõuenientior, q̃ balneum aquæ dulcis,
sed balneum sulphuris, &c. & vigilia interdũ cõ-
fert, somn⁹ maximè diurnus & longus est ei no-
ciuus. ¶ Cõplexio melancholica vtatur ca. & hu.
F coitus nociuus, purgentur cum myrobal. indis,
lupulo & lapide lazuli, digeratur prius cum sco-
lopen. ma. & minori, buglo. thymo, epithymo, lin-
gua auis, &c. Isti debent cibari ad min⁹ bis in die
naturali, & non indigent cibis fortis digestionis,
indigent fricatione temperata, exercitio tempera-
to, balneo aquæ dulcis, somno & quiete: caueant
à coitu & tristitia, phlebotomia est nociua, sed cõ-
petit pharmacia melãcholię eductiua. Hæc breui-
ter dixisse sufficiant de regimine totalis cõplexio-
G nis lapsę à vero temperamento iustitiali in specie
humana. De regimine lapsus in singulis mẽbris
inferiùs dicemus, alio enim regimine indiget ce-
rebrum lapsum, quàm temperatum. Panis com-
plexionis melancholicæ sit satis mollis, triticeus,
sine sale, cum pauco fermento, vinum sit odori-
ferum

Regimen … plexionis … gmatica.

Regimen … plexionis … lancholica.

ferum & subtile, quod est de his, quæ magis seruiunt huic complexioni.

De Regimine macilentorum & pinguium, Cap. VII.

NON eodem regimine indigēt pingues naturaliter plus, quàm requirit complexionis temperamentum, & naturaliter macilenti. Sunt enim quidam, qui ex eorum totali cõplexione sunt magis macilēti, quàm requirat habitudinis temperamentum in humana specie, quod contingit ex siccitate complexionis cum caliditate membrorum tertiæ digestionis & situ aliorum membrorũ, hoc etiã cõtingere potest ex debilitate membrorũ tertiæ digestionis, vndecumq; possit talis debilitas prouenire, siue ex parte cõplexionis sic. & cal. siue sic. siue ex parte compositionis, ratione cuius debilitatis membra non attrahunt nutrimentũ, aut nutrimentũ attractum digerere non possunt, & sic eorum membra extenuantur. Quibusdam tamē hominib9 contingit, quòd eorum membra sunt fortia attrahēdo & digerendo, & tamen non impinguantur, sed remanēt naturaliter macilenta, quod est ex caloris resoluentis fortitudine, ex virtutis conuersiuæ mēbrorũ debilitate, & ex eorũ mēbrorũ restauratione in humiditate, seu in habilitate. Humiditas autē membrorũ cum caliditate obtusa, & fortitudo conuersiuæ & digestiuæ membrorũ, & restaurationis eorundē habilitate ex parte mollicie & raritatis sunt causæ pinguedinis naturalis, seu multæ carnositatis. Sũt enim forsan membra inhabilia, vt à cibo restaurentur ꝓpter eorum duritiem, & siccitatem, sicut in melancholicis est videre, vel ꝓpter fortem consumtionē, vt in cholericis, in quib. calidum est acutũ & cõsumtiuũ. Differũt aũt carnositas & pinguedo ex eo, quòd pinguedo est à frig. & hu. nec arguit fortitudinē conuersiuæ, sed solùm digestiuę primæ & secundæ. Sed multitudo carnis arguit ca. & hu. sanguinis multitudinē, digestiuæ membrorũ interiorũ & exteriorum bonitatē, similiter cõuersiuæ, & restaurationis eorũdē habilitatē, & carnositas est minus vituperabilis, quàm pinguedo. ¶ Si igitur aliquis homo naturaliter sit extenuatus per carnis & pinguedinis priuationē, debet vti calefacientibus & humectantib. cibis multi nutrimenti, facilis digestionis, & conuersionis, debet confortare mēbra tertiæ digestionis, & ea p̄parare, vt alimentũ melius attrahant, digerant, retineant & conuertãt: debet etiam vti eis, q̃ resistunt siccitati, & resolutioni, quæ resolutio si fortis est, magna causa extenuationis existit. Conueniens igitur est, ꝗ vult pinguedinē prouocare, vt abstineat à salsis, acutis, acetosis & pungitiuis, nisi fortè his quandoq; vtatur ratione appetit9 suscitandi. Vnde triticũ coctũ, oua sorbilia, pultes sorbiles de farina frumēti, similiter triticũ nutritũ cũ lacte, risum, fabæ fractæ, lac, caseus recēs, amyg. fistici, pineæ, auellanę, recētes ficus, oua assata, caro arietina, gallinæ, pulli columbarũ pinguiũ, assati aut pastillati, vinũ bonũ, gaudiũ, priuatio purgationis, & euacuationis, balneũ post cibũ cõpleta prima digestione, parũ pati famem, multũ comedere, parũ bibere, maximè vina fortia, parum irasci & tristari, exercitiũ temperatũ, fricatio tēperata, & vinum similiter omne dulce & vnctuosa impinguãt corpora. Si q̃s ergo cupit membra tertiæ digestionis & virtutē attractiuam specialiter confortare, optimũ est ante introitum balnei mēbra moderatè fricare, picare, siccis linteaminib9 exsiccare, postea inũgere oleo chamomillę, oliuarũ, aut anetino, deinde cibari cibo cõuenienti & cal. & hu. Si ætas, complexio & cõsuetudo permittant, fundat supra membra sua aquã frigidam in exitu balnei. Amplius scias, quòd verberari & flagellari cũ virgulis de bondis quousque rubeat cutis ad attractionem, digestionem & nutrimenti contracti perfectiorem conuersionē, & laudamus, quòd virgulæ sint vnctæ oleo oliuarum. Antidotum bonũ ad impinguandum. R. amygd. excorticatarũ, auellanarũ, se. papaueris al. granorũ viri. ex quib. fit terebinthina, butyrum vaccinum, & saccharum, sumantur omnia simul ad quantitatem castaneę, sero, & mane, & vinum optimum superbibatur. Et contrariũ sit regimen pinguium excessiuè: emaciatur corpus etiã per euacuationes frequentes: amplius alteratio complexionis ad contrarium facientis pinguedinem plurimũ extenuat, verbi gratia: si est frigiditas, calefactio, & si caliditas infrigidatio ęqualis, aut superflua calefactio. Et est notandum, quòd emaciantia sunt diuretica secessiua, prouocantia sudorem, resoluentia, desiccantia, & omnia similiter impedientia motum alimenti ad membrum, & moram in eodem.

COMMENTARIUS.

Ex eo quod pinguedo est à frigido & hu.] Arnaldi sententia digestionis voce obscuratur: Nã propriè vocata digestio est, cum id, quod iam alteratum & concoctum est, in alias corporis partes distribuitur: Hac tamē voce concoctionē designat Arnal. Sed quod hoc in loco maioris est momenti, paucis expediamus. Inter carnis & pinguedinis copiã discrimen duplex statuit Arnaldus. Siquidem pinguedo est à frigido & humido, sed carnis copia (corpulentiam vocant) à calido & humido. Nec arguit pinguedo facultatis cõuersiuæ robur, vt carnis copia, sed saltem digestiuæ primæ & secundæ. Videtur ipsa quidē pinguedo cũ calore dissoluatur, à frigore generari: Sed si res tamen paulò diligentius examinetur, aliud statuendũ fuerit: Non enim idē est, si pinguedinē generari dicas, aut cõdensari, nec si frigore cõdensetur, ob id à frigore pinguedo generata est. Quin & eius cõdensatio duplex est, dũ scil. à calore naturali suã & substantiã ipsa nanciscitur & consistentiam: Hac de causa fit vt circa cor aliásq; partes calidas pinguedo cõdensetur. Si vero calore pręter naturã hanc liquefieri cõtingat, vtiq; sublata hac liquefactionis causa, pinguedo ad suã redit naturã. Porro quod ad alterũ quæstionis caput, in hoc etiã ab Arnaldo dissentim9: Pinguedinis.n. generatio nec primæ nec secundæ, sed tertiæ cõcoctioni adnumeratur: Prima chylũ, secunda sanguinē profert: post quicquid ex sanguine generatur, id à tertia partiũ cõcoctione procedit. Huiuscemodi quoq; pinguedo est, quæ sicut & caro ex sanguine, & cõuersiua seu alteratrice partiũ facultate nascitur, hoc tamē discrimine: Natura namque primùm carnem generat, vtpote cuius opus magis ad vitam necessarium existat: Vbi vero certum & definitum natura modum nacta fuerit, sanguinis alteratione non auget quidem, sed quod generatum est nutrit atque conseruat: Cum autem multum adhuc vtilis alimenti supersit, ex hoc natura non carnem generat (vt omnia facit optimè) sed pinguedinem his potissimum de causis, tum vt eorum animalium, quæ sunt esui destinata caro suauior, & nutritioni magis accommoda redderetur, tum vt aliâs leui & aerea (ne grauitas motui esset impedimento) pinguedinis substantia naturalis partium calor foueri posset.

De Regimine complexionum omnium membrorum in speciali, Cap. VIII.

TOTVM corpus humanum in quatuor partes diuisum est à sapientibus. Quarũ prima est regio virtutũ animalium, puta cerebrũ & membra adiacẽtia: secunda est regio virtutis spiritualis, seu vitalis: vt cor, & cætera membra adiacentia: Tertia est regio virtutis naturalis, puta stomachꝰ, hepar, & intestina. Quarta est regio virtutis generatiuæ, puta testiculi, virga, matrix & collum eius, & hæc membra sunt diuersarum complexionum & cõpositionum, ideo diuerso indigent regimine. Incipiẽtes igitur à capite primo dicemus, quomodo cutis capitis potest conseruari, & similiter pili ibi situati: deinde dicemus de cerebro, & membris ei adiacentibus, consequẽter de corde & pulmone, & sic de aliis suo modo, &c.

Regimen capitis & partium eius.

¶ Cutis capitis ab vlcere & scabie præseruatur, si prius melle vnxeris, deinde ipsum balneaueris, & maximè in hieme. ¶ Si pili capitis exiles fuerint, lauentur cum cineribus oliuarum, lixiuio facto ex illis: & si lixiuium fiat ex aqua decocta, capil. ve. hederæ arboreæ & terrestris, bonum erit. Amplius frica radices ipsorum cum oleo anetino, masticino, & oliuarum: nam multiplicant capillos, conseruant, & canitiẽ retardant. ¶ Item puluis lazuli mirabilem habet proprietatem in conseruando pilos palpebrarũ. ¶ Amplius capitis lotio minimè est negligẽda ad minus in mense bis, deinde infunde aquam mediocriter calidam super caput, & pluries, antequã à vapore balnei calido calefiat, & hoc quidam sapiens præcepit, cùm totum corpus balneare volueris prius effunde sæpè aquam calidam super caput tuum, & sic dolorem capitis non timebis. pectina etiam quolibet mane caput pectine eburneo. ¶ Item decoctio bletarum conseruat pilos barbæ, & specialiter lotio vini simplicis ad hoc valet. ¶ Item frequens ablutio cum aqua frigida retardat canitiem, & depilationem, & in hoc concordauerunt omnes antiqui, &c. Myrobal. chebuli conditi canitiem retardant, & nigrum colorem capillorum conseruãt propriè.

De cerebro.

¶ Sanitas cerebri cõseruatur suffumigationib. & odoribꝰ specierũ aromaticarũ, vt sunt lignũ aloes, ambra, herbæ odoriferæ, maiorana balsamita, & similia, & in æstate cũ rosis & aliis frigidis. Sternutationes factæ ieiunio alleuiant cerebrum, & hebetudinem sensuum remouent, dicit Philosophus magnus, quòd sternutationes duplant cerebrum, ingrossant collum, mundificant faciem, confortant sensus, canitiem retardant, & dissoluunt fumositates inclusas in cerebro: non est igitur sternutatio negligenda, siue cum rebus calidis in hieme: & frigidis in æstate temperatis: ita in hieme fit sternutatio cum radice bletæ, & in æstate cum tencha papyri, aut aspectu radiorum solis. ¶ Quod maximè nocet cerebro, est indigestio, & digestionis corruptio, hæc enim est radix omnium malorũ, quæ autem plus intellectum purificant est gaudium, cortis lætitia, & tranquillitas. Dicit autem quidã sapiens, quòd spatiari, & lætari deseruiunt intellectui. Ex rebus conferentibus cerebro, sunt acorus, spica, stœchas, maiorana, & myrobal. & cætera: quæ in aureolis ponuntur.

De oculis.

¶ De oculis: eufrasia, fœniculus, & chelidonia prosunt oculis. Sanitas oculorum conseruatur, si quis à cæna abstineat nocturna, & non statim dormiat post cibum stomacho pleno: amplius vti puluere cuius recepta sequitur, conseruat, & confortat visum. R. seminis fœniculi partem vnam, eufrasiæ minoris partem semis, maioranæ, sileris montani ana partem vnam, sacchari albi partem vnam, & fiat pul. iste pul. visum confortat & cõseruat. Amplius suffumigatio oculi supra fumum aquæ calidæ decoctionis fœniculi oculos à viscositate grossa mundificat, & potest addi vinum album cum aqua. Item potest addi eufrasia, ruta, verbena, & chelodonia prædictæ decoctioni: & hoc multum prodest, prout per me sæpius est expertum. Aspectus coloris viridis visum confortat, & quantò color magis distat à medio, tantò magis confortat. ¶ Item si oculus aperiatur in aqua frigida, vas coloris viridis intuendo, & continuè ter hoc fiat paruo temporis interuallo, organum oculorum confortat ipsis existentibus sub latitudine sanitatis: Vsus turturum, paruarum auiũ, perdicum visum confortat. ¶ Item vsus fœniculi crudi, aut cocti visum confortat: Napus seu rapæ habent mirabilem proprietatem in confortando visum. ¶ Item illinire palpebras oculi, licio distẽperato in aqua fœniculi visum confortat, oculos corroborat, & à grossa viscositate mundificat. De ventris lenitione patebit inferiùs. ¶ Nocentia oculis sunt omnia salsa, acuta, fumosa, seu euaporantia & fumus, coitus, &c.

De auribus.

¶ De auribus: dicunt quidam, quòd acetum forte tepidum guttatim ieiuno stomacho auribus instillatum plus cæteris medicaminibus confert auditui, quoniã auditus instrumentum confortat, prohibet fluxum rheumatis, ne à cerebro descendat. Aceti parum auribus iniectum, deinde demum tepidum instillatum, optimè meatum mundificat aurium à superfluitatibus grossis ipsum obstruentibus, quæ interdum auditum grauant & diuersas ægritudines in auribus generant. Amplius oleum amygdalarum amararum, vel nucleorum persicorum instillatum tepidum, aurium meatus aperit & confortat. Et dicunt quidam Medici, quod præ cæteris auditum conseruat, est fumigare aurem supra fumum aquæ calidæ: & si in ipsa bullierit absynthium vel pulegium, vtilius erit.

De olfactu.

De Olfactu: conseruatur cum odoriferis & remouendo immunditias nasi, &c.

De ore.

De Ore. Os conseruatur incolume cum ablutione aquæ calidæ ante pastum & post. Ablutio oris cum aqua calida ante comestionem, & post, os mundificat, & humiditates gingiuarum à capite descendentes consumit, & desiccat. Et dixerunt quidam sapientum, quòd dentifricium cũ puluere garyoph. miscemus & spicænardi die quolibet ieiuno stomacho fœtorem oris remouent. Si dissoluatur aliquantulum masticis in oleo rosarum & inungatur palatus, confortat ipsum & conseruat. Caput leporis combustum, valet contra cancrum gingiuarum & palati.

De lingua.

De Lingua. ablutio cum aqua in ieiuno, & cũ melle fricatio linguam attenuat, grauitatem eius remouet. Idem facit retentio cubebarum in ore ieiuno stomacho & garyophyllos: Nuces contrarian-

trariantur linguæ, cauendum est enim ab eis in regimine sanitatis. Caules conferunt grauedini linguæ comesti & masticati, vnde infantium accelerant locutionem & ambulationem, confortant enim musculos & articulos. Amplius tenere species in ore aromaticas, & specialiter in ieiuno, puta garyophyllos, & cubebas, linguam à grauedine liberant, facilitant loquelam, & eius sanitatem conseruant. Et hæc de totius capitis conseruatione, & membrorũ situatorũ in capite.

De mery & canna pul.

De Mery & canna pulmonis. Consequenter iam dicemus de conseruatione sanitatis mery & cannę pulmonis: canna, & mery conseruantur cum potu brodij pinguium gallinarum, aut carnium semiannualis agni, cum rebus dulcibus decoctarum, & specialiter cum liquiritia, & si cũ prædictis caulium summitates decoquantur, erit laudabile. Potus vini dulcis valet ad idem, ossa mollia castratorum iuuenum multum competũt in cõseruatione mery & cannæ leniendo, confortando, mollificando, & meatus pectoris elargando. Caueatur à potibus actualiter frigidis. Galenus enim vnum causonicũ morti tradit ex potu aquæ frigidæ, quia non præuidit eius mery debilitatem, & complexionis eius frigiditatem. Aqua enim frigida in habentibus membra pectoris debilia, conuellit mery.

De pulmone.

De Pulmone. Myrrha sub lingua retenta pulmonem confortat, sed id, quod ea liquefit, cum melle si trãsglutiatur, pulmonem conseruat, con fortat, & vocem clarificat, similiter pineę, amygd. specialiter amaræ & liquiritiæ. Vinum nouum dulce coctum, & per decoctionem grossa substãtia depuratum, plus cæteris prodest pulmoni, & eius cannæ ante cibum, & post. Vinũ dulce deobstruit pulmonem, & obstruit hepar, ratio est, quia vinum dulce non venit gradatim ad hepar eò, quòd hepar multùm diligit illud: ob dulcedinẽ, & propter eius facilem penetrationem, & quia est potus calidus, nõ moratur vt separetur fęx ab eo, immò peruenit ad hepar cum grossitie sua, in uenit enim mesaraicas aptas, q̃ sunt amplę, & venæ hepatis sunt strictæ valde: cùm igitur ꝑuenit ad hepar, nõ peruenit ad illud vt digeratur, imò expellitur subtile in venas strictas velocitate suæ penetrationis, & remanet sedimen propter venarum constrictionem. Sed in pulmone oppositum euenit, quia ad pulmonem venit, cùm iam colatum est per venas strictas, aut per viam mea tuum mery in bibendo per viam resudationis ex meatibus strictis, &c. Etiam valent mery & asperæ arteriæ, lac, & oua mollia, sed frigida actu, vt aqua frigida, nocent mery & cannæ. Pulmo vulpis mirabilem habet proprietatem in pulmonis conseruatione, & confortatione: ad idem valent cancri fluuiales, ranæ, & limaces.

De corde.

De Corde: nihil reperit, quòd adeò confortet ipsum cor, & calorem naturalem, sicut bonum vinũ, odoriferum, vetus, moderatè sumtum, & in æstate mediocriter lymphatum. Et nota quòd syrupus ex succo pomorum dulcium, & corticibus citri & succo buglossi, & borrag. cum myrobala. prodest cordi: oua confortant cor, quia sanguinẽ generant cordi proportionabilem. ¶ De corde dicit quidam sapiẽs, quòd habeat duos nociuos hostes, scilicet desperationem & tristitiam: ex desperatione namque prouenit torpor, pigritia siue inertia: & tristitia ad senectutem gradus naturalem calorem extinguit, spiritum profundat, compositionem cordis dissoluit, & tandem interficit. ¶ Cordialia calida sunt doronicum zedoarium, moschus, ambra, been, crocus, garyophylli sunt mirabiles, xiloaloes crud. melissa, & semen eius, cubebæ, smaragdus, & enula est mirabilis. Alia cordialia frigida sunt, camphora, carabæ, corallus, sandalus, rosę, spodium, lutum sigillatum, coriãdrum. Et cordialia temperata sunt hyacynthus, aurum, argentum, & buglossum. ¶ Item ex coadunatione vini, & soni delectabilis chordę instrumenti musicalis coadunantur omnia bona, in spiritu cordis. Sed dilectus socius supplet instrumentorum musicalium melodiam. ¶ Item cursus aquarum ab alto sine strepitu magno in viridariis cor confortat.

De stomacho.

De Stomacho. Stomachus se habet in homine, sicut radix in arboribus: quemadmodum alimẽtum venit ad arborem per radicem, sic in corpus per stomachum. Comedere vuas passas cum granis ieiuno stomacho malam complexionem reparat, & similiter electuarium factum ex mastice & ligno aloes, &c. Dicit Auicennas, quòd sumere ieiuno drachmas tres electuarij de ligno, & rheubarb. confortat calorem stomachi, iuuat digestionem, & eius orificium à phlegmate mundificat, appetitum procurat, ventositatem expellit: & similiter aqua rosarum cum mastice & carnibus citoniorum. Stomachi digestionis error notabilis non corrigitur per secundam digestionẽ, nec tertiam: alimentum enim remanet indigestũ & ineptum ad hoc, vt conuertatur in nutrimentum, & per consequens deficit vita, quia stomachus est, sicut radix in arboribus.

De hepate.

De Hepate: carnes laudabiles assatæ super aquam calidam, & non super carbones, confortãt hepar: assatura enim super carbones non euadit ab vstione, sed super aquam calidam assatur vniformiter, & æqualiter, & ab vstione securatur. Hepar lupi & limaces à ꝓprietate cõueniũt hepati.

De splene.

De Splene: vinum album & citrinum spleni conuenit. Splen est causa ridendi, & non instrumentum. Vnde habentes splenem fortem, & bene dispositum ad attrahendum sanguinem grossum & turbidum, ex quo corpus non potest bene nutriri, sunt læti naturaliter, & sine tristitia: econtra habẽtes splenem debilem, sanguis eorum grossus & turbidus remanet in venis & mouetur arteria & cætera membra corporis, & sic redditur homo tristis. Dicunt quidã Empirici, quòd mouere sinistrum pedem ante dextrum ascendendo & descendendo, splenem in sanitate conseruat. Vinum infusionis florum aut fructus tamarisci confortat splenem, & grossitiem eius attenuat, & similiter in vase fraxini aut tamarisci.

De intestinis.

De Intestinis dixerunt sapientes, quòd allium coctum cum carnibus pinguibus hœdi, mitigat intestina & impetuosam eorum remouet ventositatem: comedere allium crudum, intestinorum dolorem frigidum curat, vt Galli faciunt. Intestina conseruantur, cùm mundificantur à fæcibus contentis in eis, ab humoribus grossis viscosis, qui in eis multiplicari consueuerunt ex regiminis malitia, vel ex eorum debilitate: isti quidem

humores interdum impediũt exitum fæcum naturalem. Mundificétur igitur intestina ab humoribus & fęcibus cum potu aquę mellis in ieiuno, & cum comestione ficuum pinguium, siccarum, aut potu decoctionis earũ in ieiuno. Ad idẽ brodium galli cum polipodio & aniso, aut brodium carnium agni cum bletis. Et scias, quòd vuæ passæ non enucleatæ comestæ ieiuno stomacho intestina confortant, volens sanitatem intestinorũ conseruare, caueat ab acetosis, acutis, grossis & viscosis.

De renibus. ¶ De renibus: farina hordei cũ lacte renes impinguat, & eorum sanitatem conseruat: vnde lacti inest proprietas conferens renibus. Quod præ cæteris renes conseruat & confortat, quãdo sunt debiles in propria operatione, scilicet in attrahendo serum est canabis & spinachia cum carnibus mutonis, seu arietis decocta.

De vesica. ¶ De vesica: vuæ passæ vesicam confortant, & similiter comedere sæpè thus, vesicá cõfortat, vomitus ꝓseruat vesicam ab ægritudine: semen tritici præparatũ cum butyro & melle confert vesicæ. potus aquæ frigidæ ieiuno stomacho nocet vesicę, & retentio vrinæ. diagalanga, diatrióipipereon & similia cõferũt vesicæ. Amplius ʒ.s. ligni aloes quolibet die sumta in potu confert vesicæ.

De ano. ¶ De ano: extremitates vituli non permittũt hæmorrhoides nimis fluere.

De iuncturis. ¶ Aqua graminis valet ad iuncturas, & assidua balneatio extremorũ, in aqua salsa, cui addi possunt chamomilla, stœchas, & rosæ & si forsan iuncturæ sint frigidę, addatur helleborus prædictæ decoctioni.

De Coitu & regimine eius, Cap. IX.



ACTVS vsitatus coitus modo & hora conuenienti, est de his, quæ confortant generationis mẽbra, sicut mulierum mamillæ melius lactent, & lac generant. Vsus coriandri debilitat coitũ infrigidando & desiccando, & similiter vsus omnium frigidorum & siccorum, vt aceti, camphoræ, &c. Cibaria autem calida & humida confortãt coitũ, vt sunt oua sorbilia, pulli, butyrum, lac, & similia.

De conseruatione Cutis, Musculorum, & Vnguium, Cap. X.



CORPORVM aũt mundificatio fit, cũ suaui cutis fricatione, & leni vnctione cũ oleo oliuarũ antiquo odoris suauis, tẽpore hiemis, & æstatis tempore cũ oleo ros. & viol. Similiter balneare in aqua cal. suaui, & inunctio facta in balneo cũ melle despumato, mirabiliter mũdificat à sorditie, quod est subtile attrahit & per poros exire facit: hoc idem facit fãrina fabarum, & cicerum fricatione cum pãno aspero mundificat, & attenuat cutim.

De vnguibus. ¶ Dixerũt sapientes, quòd fricare vngues manuum, & pedum cum aqua & aceto conseruat eos, & præseruat à denigratione & infectione, etiam ne scindátur, & inũctio facta cũ oleo & aceto cõfortat eos.

De Regulis appropriatis sexui fæminino, Cap. XI.



SVNT autem quatuor aut quinque appropriata sexui fœminino: impręgnatio, parturitio, lactatio, mamillarũ conseruatio, menstruorũ euacuatio & per consequens matricis conseruatio. ¶ Nota quòd hypericon potatum aut emplastratũ renibus remouet malitiam, seu maleficium in muliere, & similiter Corallus, & lapis Magnetis. ¶ Conceptio quandoq; impeditur ꝓpter vsum quarundá rerũ conceptũ impedientium: ponemus igitur hîc primò aliqua quibus malitia præcaueri potest, si serapinũ, aut hypericon in camera ponátur, omnia dæmonia fugabuntur. ¶ Item lapis Magnetis portatus valet ad idem, & concordiam facit inter virum & vxorem: item Corallus tollit maleficia, ad idem radix brioniæ aut pœonię, aut eryngij portata. ¶ Nota, quòd phlebotomiá saphenæ iuuat multum ad impręgnandum: Primò, quia matricem mundificat. Secundò, quia facit matricẽ descendere, ex quo descensu semen viri eam perfectius attingit: verũ est, quòd phlebotomia magis conuenit in causa calida quam frigida: & fortè nõ conuenit in frigida, nisi propter causas dictas. Exercitiũ & stupha & cibi subtiliatio & clysteres calidi & exsiccatiui competunt mulieribus habentibus matrices humidas & pingues, & alia calida sumta per os, vt vinum forte, theriaca & similia. Aliquando ventositates impediunt conceptum, ideo diaciminum remediat. Fiat puluis ex coagulo, aut matrice leporis cũ limatura eboris & semine seseleos, vtatur mulier sero & mane cũ brodio cicerum rubeorum aut arthemisiæ decoctione. ¶ Aliud impedimentum cõceptionis est, quando matrix situatur nimis altè, ideo fiat descensus per phlebotomiam saphenæ & ventosarum applicationem pectini. ¶ Item vir mulierem palpet suauiter, donec semen suum & eius sit digestum, & si corruptum fuerit propter nimiam moram, tunc fiat copula, causa eius expulsionis tantùm: deinde post certum interuallum, quo aliud sperma aggregatum & digestum fuerit viro, copuletur modo & forma debitis. Non comedat coagulum leporis post partum, nec ferat saphyrũ, nec comedat os de corde cerui. Post menstrua lauet mulier pudenda sua cum vino puro rubeo & post suffumigetur cum vino decoctionis Nepetes & supponat basilicon, mentham, aut maioranam & concipiet, si Deus voluerit. ¶ Nota quòd linire mamillas cum cancro marino aut fluuiali, habet proprietatem in minorãdo mamillas post partum, & similiter epithematio cum decoctione rutæ lac minorat. ¶ Ad dolorem matricis post partum intret balneum decoctionis anethi & chamomillæ.

SECVNDA PARS.

De dispositione Terræ & Aquæ, Cap. I.



NOTA, quòd multæ sunt plantæ in quibusdam terris, quæ multum contrariantur corporibus nostris, sicut experientia docet de arbore nucis, de psico, populo, sambuco & ficu. Terræ igitur fœcũdatæ his arboribus non sunt bonæ habitationis, vt puto: & similiter intelligatur de herbis quibusdam: sunt enim quædam herbæ venenosæ, sicut est helleborus, esula, solatrum mortale, opium, & similes: & per oppositum terræ fœcundatæ bonis

nis herbis & odoriferis sunt bonæ habitationis. ¶ Aquę autem currentes versus orientē sunt meliores, dulciores, & leuiores: & si non sint tales de se subtiliantur per decoctionem, & sublimationem.

Aqua per decoctionem subtiliantur.

Sunt enim quidam Medici stolidi, qui dicūt aquam per decoctionem ingrossari eò, quòd subtile exhalat, resoluitur & euaporat, residuum, quod remanet post decoctionē, ingrossatur: vnde apparet, quòd aquę pluuiales sunt subtiliores non pluuialibus, & sic quod remanebit post decoctionem, erit grossius, quàm antè. Nos autem dicimus quòd vel ipsi supponunt aquæ puritatē in substantia & qualitate, & sic oportet, quòd homogeneū sit illud quod resoluitur ei, quod remanet: vnde subtilitas aquæ resolutæ, & euaporatæ eadem est cū ea quæ remanet, cùm tota aqua fuerit subiectæ homogeneæ ante decoctionē. Quod autē vna pars euaporata, alia resideat, cōtingit ex hoc, quòd vna pars aquæ magis passa est ab igne, vel à sole: & ratio, quare vna pars est magis passa quàm alia, est propinquitas ad agens, & sic patet quòd eorū argumētatio non habet locū in aqua pura, & homogenea.

Quomodo aqua pluuialis sit subtilior.

Vnde puto, quòd si aqua pluuialis eleuaretur ab aqua pura & homogenea, nō esset subtilior, quā alia aqua: verum est quòd tēpore euaporationis est subtilior, eò, quòd subtiliata est à calido, sed postquam infrigidata est, & inspissata aquę subtili est, fortè minus subtilis, eò quòd magis patiatur à frigido propter subtilitatem accidentalem, quàm acquisiuit à calido eleuante. Sed nota, quòd aquę pluuiales regulariter sunt subtiliores eò, quòd eleuantur ab aquis puris, sed ꝓpter eorum subtilitatē fiunt putrefactibiles magis, vnde si dubitatur de earum putrefactione, laudo vt decoquantur: nam decoctio obuiat putrefactioni. Si verò ipsi argumententur de aqua non pura in substantia per admistionem partium terrestrium, sic nō valet eorum argumētatio, eò quòd partes terrestres per decoctionem non remanēt, vtiq; esset substantia eius grossior, quàm antè, eò quòd minus esset de aqua, quàm antè, & cùm partes terrestres non essent diminutæ. Vnde si ex partibus terreis & aqueis fieret vnum mistum indissolubile per decoctionem, sicut in vino, & multis aliis liquoribus, qui per decoctionem spissantur, inspissaretur vtique aqua per decoctionē, sed non ita accidit aquæ, quia talium partium terrestriū admistio per decoctionē descendit ꝑ modum dictū: plus igitur facit aquę decoctio ad subtiliationem ꝑ descēsum partium terrestrium, quàm possit ad grossitiem ꝑ subtilis euaporationē. Et si eorum argumentatio sit de aqua inspissata à frigore, in qua non fit admistio partium terrestriū, patet quòd argumentatio nō ꝓcedit: nam sic quod resoluitur est ei homogeneū, quod remanet post euaporationē, nisi quòd subtiliatum est per frigoris amotionē.

Quomodo etiam rectificetur aqua.

¶ Amplius nota, quòd admistio aceti cū aqua rectificat eius grossitiem. ¶ Item aquæ cōmotio de vase in vas, & ꝓiectio postea lapillorū paruorū in aquā eandem ab alto, aquā grossam rarificāt & subtiliant. ¶ Scias quòd bibere aquā ieiuno stomacho, post exercitium & balneum propriè stomacho ieiuno & ebriis crapulæ deditis est causa sitis mendosę: Sitim verò habens mendosam nō bibat, sed paulatim sugendo, & superdormire, & sitim tolerare, ipsam sedat eò, quòd humor eam faciens digeritur, & corrigitur: sed cùm digestio impeditur ꝓpter potum, redibit sitis mendosa, nam humor sitim faciens non corrigitur, nec digeritur.

Aqua tepida.
Calida.

¶ Aqua tepida nauseam facit, sed calida stomachum debilitat: rarò sumta stomachum lauat, & ventrem laxat.

Frigida.

¶ Aqua frigida confortat omnes virtutes in suis operationibus, quando sunt cum ęqualitate; scil. digestiuam, attractiuam, retentiuam & expulsiuam, sed nocet neruis, & habētibus obstructiones & apostemata.

Aqua ferrea.

¶ Aquæ ferreæ confortant omnia viscera, & addunt in coitum: vnde confortant splenetico s epicos, & vniuersaliter habentes viscera debilia.

COMMENTARIVS.

EO quod magis patitur a frigido propter subtilitatem, &c.] Vulgo dicitur aqua calefacta citius congelari, quàm quę calefacta nō fuerit, quod equidem paradoxum multi variè interpretantur: Sic enim hoc aliqui volunt esse limitandum, vt aqua calefacta prius ad tantam reducatur frigiditatem, quanta fuerit alterius aquæ: Nihilominus tamen hoc etiam posito, cùm idem sit vtriusq; terminus ad congelationem, causa nondum perspecta est, cur hæc citiùs, quàm illa congeletur. Huius ergo rationem hanc adstruūt, vt Arnaldus hoc in loco mouet, quòd aqua quę calefacta est à calore subtilior euaterit, licet Medici quidā fuerint (stolidos appellat Arnald⁹) qui per decoctionem aquam non subtiliorem, sed crassiorem euadere censuerunt, siquidem pars eius subtilior relictis crassioribus decoctione discutitur. Hoc tamen per accidens fieri docet Arnaldus, si nimirum non vnius generis aqua sit, sed diuersarum partium, vt hæc crassities non quidem a calore generetur, sed manifestior euadat sublato per euaporationem eius contrario, quod subtilius existens eam crassitiem contemperabat. Si carnes in aquam immiseris ea concoctione magis incrassescet, quàm si non decoqueretur, dum nō modò quod subtilius est euaporat, sed quod crassum est ex carnibus in aquam elicitur. Enimuero cum calor sua vi minimas aquæ partes pertranseat, dubium non est, quin hac ipsa sectione, quod in aqua crassum est, subtilius euadat: Interim tamen & id etiam experientia testatur, concoctione res incrassari, dum sanguis in carnē & ossa conuertitur: Neq; verò per accidens hóc fit, vt ex Arnaldo dictum est, atq; si calor partes crassas à tenuibus dummodo segregaret: Non enim pars vlla est in sanguine, quæ carnis, ne dicam ossis crassitiem referat. Sed paucis dicam quod res est: Generatio hæc est non simplex calefactio. Caterùm & id mihi non satis firmum esse videtur, aquam calefactam eò quòd non calefacta sit subtilior, condensari facilius: Iis enim positis, quæ sunt ad opus aliquod necessaria, dubium non est, quin citiùs procedat effectus. Crassities autem ad congelationem requiritur: Crassius enim fit quod cōgelatur. Siccitatis alia est ratio quàm crassitiei, nec siccius crassius tamen fit quod frigore concrescit. Hanc ob causam fuerunt, qui commentitium hoc existimauerint: Si tamen id experimentum firmum, ratumq; sit, eius hæc fortè causa fuerit, quod vnumquodq; propria vi seipsum tueatur, qua quidem labefactata vel euicta extrinsecus, facilè fit vt naturam suscipiat alienam. Fracta est aquę vis à calore contrario, proinde frigoris externi violentiam difficilius auertit.

De Aere, & de Igne, Cap. II.

DE aere: Contemperatio caloris innati fit per aeris attractionem, & eiusdē depuratio per eius expulsionem: primum quidē fit per motum attractionis, q diastoles nominatur: & secundū per motū expulsionis, qui systoles à sapiētibus appellatur. Si igitur aer sit corruptus & fœtidus, corrūpitur calor & spiritus innatus; debet igitur Medicus

esse solicitus in electione aeris boni in sanitatis regimine. ¶ Aer calidus dissoluit virtutes corporis, & laxat, sed calidus temperatè trahit sanguinem ad circumferẽtiam, & colorẽ corporis rubificat: si aũt sit multũ calid⁹, citrinat, facitq; multũ sudare, diminuit vrinam, digestionem debilitat. Aer verò frigidus ventrem stringit, digestionem fortificat, vrinam multiplicat, sudorem diminuit & egestionem: aer humidus lenit & humectat corpus: siccus verò desiccat cutem, & denigrat. ¶ De igne: laudo ignem bonorum lignorum, siccorum, non fœtentium, clarè lucentium: vitupero verò ignem carbonũ, quia cùm eorum fumus exhalare debuisset, per violẽtiam remansit in eisdem inclusus, qui postea incenduntur sine flamma, ad actum deducitur, & corporibus nostris inferunt notabile nocumentum. Sit igitur ex siccis & laudabilibus lignis factus: caueas, ne ignis appropinquet immediatè corpori, sed ꝑ aliquod medium. Nam appropinquando immediatè, nimis corpora nostra desiccat. ¶ Item magis laudo ignem à parte posteriori, quã anteriori: nec multum laudo, vt pastus siue refectionat⁹ immediatè multũ calefiat, quia ex hoc debilitatur digestio: non laudo ignem stuffarum, quia calor est inclusus, non euentatus.

De Exercitio, Cap. III.

De exercitio testificati sunt sapientes, quòd exercitium temperatum & æquale ante cibum, sanitatem causat, & conseruat, licet immediatè post cibum impediat digestionem: ante cibum calorem cõfortat naturalem, & ex hoc appetitiua in stomacho vigoratur, & exinde membra copiosius recipiunt alimentum, pori aperiuntur, superfluitates tertiæ digestionis liberiùs expelluntur, & alimentum per membra perfectius diffunditur.

¶ Amplius per exercitium prouenit durities organorum, ex qua difficilius patiuntur, & reddun tur fortiora ad cæteras actiones. ¶ Item per exercitium motus spirituum vigorantur, ex quo superfluitates euacuantur, & per poros expurgantur liberiùs, quod est necessarium. Exercitium igitur moderatum nõ permittit humores, nec eorum superfluitates in corporibus cumulari, quibus multiplicatis, indigemus pharmacia & phlebotomia, quæ quamuis purgent corpus, ipsum tamen inueterant, & specialiter pharmaca, quæ vtplurimum habent naturam veneni: & sic non solùm euacuant nociuum, sed magnam partem caloris & spiritus, qui sunt fundamenta vitæ nostræ. Exercitium nõ meretur dici exercitium, nisi fiat cum anhelitu magno, & frequenti, hoc est enim signum fortitudinis caloris naturalis & innati. ¶ Est igitur exercitium motus voluntarius, ad quod requiritur anhelitus magnitudo, frequentia, & velocitas ad ipsum peragendum secundum modum suæ ęqualitatis. Bonum est igitur tempore vsus eius non adesse multitudinem crudorum, & indigestorum humorum, seu ciborum in ventre aut vasis: periculũ enim esset eos attrahi ad omnes animalis particulas, antequam benigni fierẽt. Si enim digestio fit in quiete, tunc motus fortis eam impediet. Et intelligitur de repletione humorum laudabilium aut illaudabilium, quòd non competit exercitium. Nam exercitium non est sufficiens ad euacuandam talem plenitudinem, sed solùm humores commouet, & ebullire facit, ex hoc periculum est, febres, apostemata, & obstructiones, quæ ad hoc sequũtur, causari. Talibus igitur corporibus, antequam exercitentur, & specialiter exercitio forti, cõpetit phlebotomia vel pharmacia secundum exigentiã humoris peccantis: vnde dico, quòd exercitium vespertinum, quod fit ante cœnam, non fit propter expulsionẽ superfluitatum cibi suscepti in prandio eiusdem diei, sed cibi suscepti in cœna præcedẽtis diei. ¶ Item temporis exercitij cognitio est vrinarum color, nam aquosus quidem significat indigestionem, & quòd adhuc nõ instat exercitij tempus. Rubeus verò & choleric⁹ ex multo tempore digestionẽ secundã fuisse factam, & tempus exercitandi pręteriisse. Sed color temperatus, puto rubeus temperatè nõ ignitus, significat secundam digestionem instare: & tunc est tempus inchoandi exercitiũ. ¶ Illi verò qui locuti sunt subtiliter de exercitio, docuerũt corpora per frictionem conuenientem ad exercitium præparari, & specialiter cùm quis tenderit ad exercitium fortius. Si enim quis ad fortiores venerit motus, antequã molliat totum corpus, superfluitates subtiliet, & poros dilatet, quæ fiunt frictionibus immoderatis, & demũ superinfusione olei dulcis, periculum est, ne eruptio fiat vasorum, & ne superfluitates impetu spirit⁹ moti poros obstruãt. Si verò paulatim per frictionẽ primò calefacientem molliantur solida, & subtilientur humida, & poris dilatẽtur, periculũ nullũ nec ruptionis alicuius particulę, nec pororũ obstructionis: tñ qui exercitatur, fricet syndone totũ corpus, quousq; moderatè calefiat. Sufficiũt autẽ vtplurimũ manuum circumductiones ad hoc, vt corpus calefiat absq; compressione: etenim his factis apparebit rubor bene floridus, supercurrens toti cuti: tunc est tempus superinfundere liquorem olei, fricareq; manibus nudis fricatione media inter mollem & duram, sic vt corpus non colligatur & stringatur, nec exoluatur vlterius, quã deceat, sed in sua natura custodiatur. ¶ Hæc autem frictio, quæ præparat ad exercitiũ, fieri debet manibus leuiter, inde paulatim augeri, & ad fortius duci, vt comprimatur cutis manifestè, caro autẽ non stringatur. Fortis frictio non multo tempore, sed semel aut bis in vnoquoq; membro fienda, si autem amplius fieret, corpus induraretur, & in his, quæ augentur, augmentum impediret. Fieri debet secũdum omnem differentiam positionis, scilicet secundum latum, obliquum, & transuersum, vt vniuersi musculorum nerui ex omni parte fricentur, & ad exercitium præparẽtur, poros scil. dilatãdo, solida & spissa rarefaciendo, rara inspissando, molliaq; indurando. ¶ Quantitas autem, qualitas, & modus circa exercitium in sanitatis regimine, dari nõ potest literis certis, seu designari, sicut nec quantitas cęterorũ offerendorũ nostro corpori: Nam secũdum diuersitatẽ cõplexionũ, & habitudinũ ętatũ & regionũ, aliter & aliter exercitiũ est mẽsurandũ. Sũt enim quidã indigentes exercitio fortiori, maiori, vehemẽtiori & velociori, & isti sunt, qui vtũtur cibo ampliori, & in quibus virtutes animales motiuæ sunt fortes, haben-

Pharmacia purgat & inueterat.

Quid sit exercitium.

Tempus exercitij.

Frictio præparat ad exercitium.

Quantitas, qualitas & modus exercitij scribi non potest.

habentes lacertos & neruos fortes, iuncturas aptas ad motũ, & cum hoc nõ habent calorem naturalem consumtiuum fortem, talibus, inquam, competit exercitiũ maius, fortius, velocius, & vehementius. Illis autem quibus deficit aliqua istarum conditionum, non competit exercitiũ adeo forte: verbi gratia: ponamus, quòd deficiat vltima conditio, & quòd sit homo habens calorẽ fortem, acutum, multùm consumtiuũ, & tamen habeat omnes alias priores conditiones, talis non indigebit exercitio adeò magno, nec forti, & similiter intelligatur in aliis conditionibus. Et si aliqs reperiatur, in quo omnes conditiones deficiant, & oppositę reperiantur, scil. qui parum comedat, cuius animales virtutes motiuæ sint debiles, organa ad motũ deputata, debilia, & calorẽ habeat cõsumtiuũ satis, talis vtiq; indigebit minimo exercitio, ita per extrema potes iudicare de mediis. Quantitatem igitur exercitij offerendi, similiter & qualitatem sola ratione cognoscere experientia prætermissa multum est difficile: in experientia igitur consideramus, quomodo se habeat exercitans in primo die, secũdo, & sic deinceps. ¶ Optima enim natura mensuram omniũ offerendorum manifestè adepta est, tantùm enim appetit exercitij, quãtum & quod eidem est opportunũ. Idem dicendum de cibo, somno, & cæteris, quæ corporibus nostris offeruntur propter regimen sanitatis, quod vtique verum est supposita bonitate morum. Nam propter malitiam consuetudinis & morum natura temperata potest appetere, quid, quale, & quantum, quod ei non est cõueniens, scil. lapsa in altum mensuras exercitiorũ & aliorum minimè naturaliter est adepta. Quidã enim plus appetunt exercitari, quàm oporteat, & quidam minus. Minus quidem, vt quidã phlegmatici, in quorum corporibus humores phlegmatici frigore retẽti sunt congelati, & ociosi effecti. Hi, qui appetunt minimè moueri, & exercitari, sunt somnolenti, ad lectum naturaliter inclinati, & tales exercitando non debent sequi naturalem appetitum. Calidiores & humidiores naturaliter vel accidentaliter, cùm apti ad motum ex membrorum leuitate, & organorum habilitate, plus appetũt exercitium, & in eodem plus delectantur, quàm oporteat eorum conditionibus, igitur isti, vt immediatè dixi, non debent propriũ appetitum imitari in mensura exercitij. Qui verò nec corpus calidius, nec frigidius habent, nec per accidẽs, nec secundum naturam, nec sunt irascibiles omninò, vel alterabiles, & philotomi, his cu stodiuntur cogitationes mensuræ exercitiorum, & secundum primum diem addatur magno tempore præcedẽte. Nam si aliquid latuit, primo die certificabitur, & experientia edoctus ita ad certitudinalem cõiecturationem deuenit non solùm exercitiorum, verùm etiam cibariorum eorum. Mensura igitur nullo modo secundum principia cognosci poterit, sed p experientiã, quę secũdum singulum diem sunt in memoria quãtitatis exercitiorum, cibariorũ & cęterorũ offerendorũ: verbi gratia, si quis à primo die exercitij plus vel minus exerciteтur, quã oportet, in secundo die corrigitur, & sic deinceps: & hoc est commune tàm complexionibus temperatis, quã distemperatis. ¶ Quãtitas autem exercitij, quã literis possumus

Optima natura tãtùm appetit, quãtum sibi conuenit.

Signa degge.

A describere, est, quousq; homo sudare incipiat, anhelitus augeri, color corporis rubificari, venæ ingrossari, membra incipiunt laxari, & tumor membrorum dominatur: his enim apparẽtibus debet ab exercitio cessare. ¶ Et nota, quòd exercitium fortius corpus nimis euacuat & debilitat, & hoc bene manifestatur in exercitantib. forti exercitio: exercitium aũt debile, quod est euacuandũ, non euacuat, nec per ipsum potest consumi quod dissoluendum est: sed exercitium proportionatũ ꝓportionaliter dissoluit, & consumit, quapropter substantiã membrorũ augmentat, & corpus impinguat. Priuatio aũt huius patet in incarceratis, quorũ facies cacochymica, eorum color est impurus, & omnes eorũ operationes sunt lęsæ: hoc nõ solum accidit hominib⁹, sed auibus in caueis detentis. ¶ Si quis verò exercitetur incedẽdo bonũ est exercitiũ, interdũ inclinari & lapidẽ in manib. eleuare versus posteriora, retrò respicere, interdũ membra extẽdere, anhelitũ continere, & musculos ventris aliquantulum extendere: nam anhelitum retinẽdo cõfortatur calor naturalis, & pori aperiuntur, per quos superfluitates expelluntur. Debet autẽ anhelitus esse cũ extensione musculorum pectoris, q̃ extensio debet esse parua: nam per hãc extensionẽ superfluitates pectoris & pulmonis ad membra nutritiua expelluntur, & per extensionẽ musculi ventris superfluitates vlteri⁹ inferius expellũtur: sed habẽtes debile diaphragma abstineãt à cõstrictione anhelitus, ne superfluitates ad cerebrum mittantur, sicut apparet in his, q̃ multũ laborãt in sufflãdo instrumẽto tubarum, quib. venæ faciei inflantur, & facies rubescit. ¶ Postquã aũt exercitat⁹ qs fuerit aliquo exercitiorũ, debet fieri frictio, & debet ad asperitatẽ declinare ꝓpter duas causas: vna est vt superfluitates subcutaneæ emundẽtur, q̃ ab exercitio eò sũt trãsmissę: alia est vt corp⁹ solidet, & vapores boni retineãtur, vt ab his, q̃ ab extrinseco accidunt, nõ alterẽtur, & debet hæc frictio simul aut velociter fieri, imò si totũ corpus simul & semel fricari posset manibus, vtilius esset, vt superfluitates simul & semel exhalarent: & est bonũ, vt hæc frictio fiat cũ oleo dulci. Frictio, quæ fit ante exercitiũ, debet esse lenis, mollis, & lęta, vt duritiẽ non operetur.

di ab exercitio.

Exercitium fortius debilius proportionatum.

De Frictione membrorum, Cap. IIII.

FRICTIO intẽtionem habet in superfluitatũ tertiæ digestionis euacuatione, sicut & exercitiũ, & similiter in caloris membrorum cõfortatione, & ad multa alia, vnde sermone de frictione in pcedenti capitulo inchoatũ complere volumus. Primò enim dicemus, vtilitatẽ frictionis, propter quam competit in sanitatis regimine: secũdò frictionis tempus, & mẽsuram, tertiò frictionis modum & species generales. ¶ Quod ad primum igitur, vtilitas frictionis est, superfluitatum tertię digestionis expulsio, vnde in his, qui exercitari non possunt, vel propter corporis debilitatem, vel propter infirmitatem alicuius membri specialis, vel ꝓpter incarceratione, nõ est frictio negligenda: nam p frictionẽ materia subtiliatur, pori aperiuntur, calor in mẽbris cõfortatur, & sic superfluitates liberiùs expelluntur, p consequẽs mẽbra perfectiùs nutriũtur & appetitiua vigoratur: siquidẽ

Vtilitas frictionis.

naturalis appetitus incipit à mēbris tertiæ dige- A
stionis. Nota quòd ꝑ frictionē mēbra rara inspis-
santur, spissa rarefiūt, dura mollificātur, & mollia
indurātur. Corporibꝰ igitur raris cōpetit frictio,
non solùm propter expulsionem superfluitatum
& reliqua, quæ dicta sunt, sed vt aliqualiter inspis
sentur, & minus passibilia efficiātur: idem intel-
ligatur de corporibꝰ spissis, grossis, duris & mol-
libus. ¶ Amplius est alia frictionis vtilitas, nam ꝑ
eam lassitudo membrorum remouetur: vnde fri-
ctio facit quiescere, & hæc frictio est necessaria B
post exercitium immoderatū, ex quo aliquis in-
currit in lassitudinem. ¶ Amplius frictio iuuat,
cùm tempus est dormiēdi, quoniam corpus alle-
uiat, & humiditates ad iuncturas fluere ꝓhibet.
Animaduertendum autē ne puerorū corpora fri
centur cum duritie, & asperitate, ne forte ab au-
gmento impediantur. ¶ Tempus verò frictionis
idem est cum tempore exercitij, & similiter men-
sura frictionis, quę fit propter superfluitatum ex-
pulsionē: non enim intelligo de frictione prępa- C
rante ad exercitium, nec consequēte exercitium:
sed de frictione supplente vicem exercitij. ¶ Spe-
cies exercitij sunt 6. simplices, & 9. cōpositæ: sunt
enim tres simplices secundum quantitatē, puta,
multa, pauca, & mediocris: & tres secundū qua-
litatē, puta, aspera, lenis & mediocris: vel potest
dici, si placet, fortis, debilis, & mediocris. Ex his
simplicibus proueniunt 9. compositiones: nam
frictio multa potest componi cum forti, debili &
mediocri: & sic de aliis suo modo.

Tempus frictionis.

Species exercitij sunt 15.

D

De Balneis, Cap. V.

POST consideratiōnē exercitij balneū
sequitur, eò quòd balneū mēbra exte-
riora lauat à sorde, q̃ in superficie mē-
brorū ꝑ exercitiū forsan est derelicta.
Amplius si aliquid sit derelictū sub cute, quod ꝑ
exercitium & frictionem non sit sufficienter reso
lutum de superfluitatibus tertiæ digestionis per
balneum resoluetur. Si quis ab exitu balnei cali- E
dum nimis potauerit in hecticam incurrere po-
test, & nimis frigidum in hydropem, balneū qui-
dem desiccat propter resolutionem, quam facit,
& humectat, quando non est fortis caliditatis, ca-
lefacit sua caliditate actuali, infrigidat frigiditate
actuali & potentiali, calorem & spiritū resoluen-
do: nam balneū resoluit ea, quæ propinqua sunt
cuti, sicut frictio, balneum supplet exercitij vices.
Amplius balneum membra exteriora calefacit,
& humectat temperatè, quę forte per exercitium F
& frictionem fuerunt aliqualiter desiccata & in-
frigidata. ¶ Item somnum prouocat, obstructio-
nes aperit, ventrem soluit & digestionem confor
tat, nutrimentum ad cutis superficiem attrahit,
vētrem interdum stringit, & fatigationem remo-
uet, humectat, desiccat, calefacit & infrigidat.
¶ Nota quòd columnę pedum ad conseruationē
sanitatis visus & auditus sæpe lauari debent atq;
fricari cū aqua moderatæ caliditatis. ¶ Amplius
capitis lotio nō tardetur vltra 20. dies, nec fiat in G
hebdomada plus, quam semel, & nunquam sto-
macho repleto, sed ante prandium, aut cœnam.

Lotio pedum.

Lotio capitis.

COMMENTARIVS.

AMplius capitis lotio, &c.] De capitis, pedum, & manuū
lotione quid sentiam hoc versiculo lubet exponere:

Sæpe manus, raroq; pedes, caput ablue nunquam. Sunt qui ca-
put & faciem subinde lauent, cum humectatio tamen ca
piti sit admodum noxia. Lotionis vice pectendum caput
est. Cerebrum ferè natura frigidius est, & humidius, siq;
calidum sit aliquibus & siccum, externa tamen humecta
tione nihil efficitur ad naturalem inferendam contem-
peratiōnē. Pedum lotio calida neruos emollit, eorumq;
robur labefactat: Frigida vero ventriculum & cerebrum
aliasq; partes neruosas plurimum offendit: ob sordes ta-
men opus est, vt quandoq; pedes abluantur. De manibus
nulla est controuersia, cum subinde sit abluendi necessi-
tas, nec tantum hæc vt aliarum partium ablutio nocere
possit.

De Coitu, Cap. VI.

COITVS habet necessitatem in expul-
sione superfluitatis tertię digestiuę: qua
re competit in sanitatis regimine, tamē
non competit macilentis & extenuatis.
Nam coitus immoderatus, & quibus non con-
uenit plurima infert nocumenta, inducit enim
plus debilitatem omni alia euacuatione, vt ap-
petitiuæ destructionem, oculorum cōcauitatem,
& cerebri ac sensuum debilitatem. Corpora au-
tem habentes sicca à coitu cauere debent, sicut
ab inimico mortali, quorum si quis vsus fuerit,
in hecticam incurret. ¶ In actu verò coitus nul-
lo modo retineatur sperma, quia hoc perducit ad
destructionem vnius testiculorum. Magna insu-
per delectatio in coitu est causa debilitatem in-
ducens, ideò qui minus delectatur, minus debi-
litatur.

Coitus macilentis inimic.

Retentio spermatis destruit testiculum.

COMMENTARIVS.

IN actu verò coitus nullo modo retineatur.] Duabus de causis
coitus admittitur, tum ob necessitatem, tum ob volu-
ptatem. Necessitas etiam videtur esse duplex, vt scilicet
species propagentur, & valetudini consulatur. Hanc ipsa
quidem experientia subinde satis attestatur: si tamen ve-
re philosophemur, aliud animaduertemus: Nam quæ
peccatum consequuntur, vt morbus & alia eius generis
ad accidentalia referimus. Hic modus est Christianę phi-
losophiæ quam excolimus, vt res omnes qua primum à
Deo factæ sunt, eadem ratione perscrutemur. Coitum
matrimonij limitatum vinculis instituit Dominus ad
euitādam scortationem inquiunt Theologi, ad morbos
euitandos, inquiunt Medici. Verum nec peccatum, nec
peccati pœna Deum mouerūt, vt res faceret aliter, quam
alias facturus fuisset. Hæc prima est institutionis ratio, vt
species propagetur, pòst tamen à peccatis alij quoq; fines
accesserunt. Cæterùm hac in re diuina benignitas vt in a-
liis rebus omnibus admiranda cōspicitur. Ad specierum
propagationem vno concubitu satis erat, dum fœmina
post partum, alteri conceptui redderetur idonea. Quo fit
vt ex brutis animalibus ferè dum vteros gerunt fœminę
marem nō admittant. Idem in humana specie fieri pote-
rat: Noluit tamen Deus, sed homini concessit, quod aliis
animalibus denegauerat, voluptatem scilicet ex frequēti
coitu. Felicitatis non postrema hæc est ratio vt amor ex
voluptate cōciliaretur. Voluptas vt maior esset, ij ductus
qui semen eiaculātur longiores facti sunt, & vtriq; sexui
mira coeundi cupiditas iniecta est. Cibos dedit Deus ad
necessitatem, varias ciborum delitias ad voluptatem. Ob
hanc ipsa Dei dona præstantiora sunt, & ob eamdem po-
tiori iure maiores Deo gratias agere conuenit. In coitu
contingit interdum, vt ab aliquibus maioris causa volu-
ptatis semen iam effundendum retineatur: Hoc ait Ar-
naldus ad destructionem alterius testiculorum perduce-
re, cuius vtiq; nulla mihi ratio perspecta est: Miror tamē
an experimētis comprobari possit. Dysuriam id quidem
ea ratione videtur inferre, dū reiterato seminis calidioris
& acrioris motu, quodammodo penis exulceratur: ma-
ximè vero si maligna qualitate semen infectum fuerit.

Rendel[...] dore[...]

Magna

Magna insuper delectatio in coitu, &c.] Duas Galenus libr. 1. de semine cap. 25. causas recenset, ob quas immoderatior coitus virium inferat imbecillitatem, humoris scilicet alimentarij, spirituumq; vitalium euacuationem, & eam quæ fit seminis euacuatione voluptatem, de qua hunc in modum scribit: *accedente insuper voluptate, quæ ipsa per se satis est, vt vitalem dissoluat firmitatem, adeo vt iam quosdam ex nimia voluptate ac iucunditate mortuos esse constet.* Præ gaudio (siquidem historiis fides adhibenda sit) mortui sunt aliqui. Verum id voluptati nequaquã adscribendum esse videtur, quemadmodum neq; voluptas eos interemisse dicitur, qui crapula sublati sunt aut ebrietate. Vim naturæ dolor non voluptas infert. Fieri tamẽ potest, vt id ipsum quod voluptatis est causa, post etiam enecet: Sed non ob id ipsa voluptas quemquam interemerit. *Qui minus delectatur,* (inquit Arnaldus) *minus debilitatur.* Nõ hoc inficiamur, sed quod ex hoc infertur, id nobis non fit verisimile, *voluptatem scilicet debilitatis esse causam.* Imbecillitas enim discussis spiritibus vitalibus exoritur. Voluptas autem passio quędam est, & iucunda perceptio rei secundum naturã existentis, quo fit vt nihil operetur ipsa voluptas. Præterea non spirituum discussio, sed seminis effusio voluptatem parit, vt toto genere differat ab imbecillitate.

De Comestis & bibitis, Cap. VII.

Quid sit & quomodo causetur fames.

POST exercitium, coitum & balneũ corpus remanet inanitum, cui debetur refectio, vnde videmus quòd post talem inanitionem sequitur appetitꝰ cibi, qui incipit ab inanitione membrorũ, & terminatur ad inanitionem factam versus orificium stomachi, ad quam sequitur causa talis inanitionis, quę fames nominatur & desideriũ cibi, & hoc est præco indubius ad ostendendum necessitatẽ cibationis: post igitur hoc desiderium nõ est tardãda cibatio, eò quòd famem tolerare stomachũ replet malis humoribus. Attrahit enim à stomacho & vicinis partibus, quę retinẽt, quod est melius & vtilius, & dimittũt abire, quod peius, & inutilius. Vnde videmus manifestè, quòd famẽ tolerãtes multam aquositatẽ emittunt ab ore, & sa malam & innaturalẽ in stomacho causatam: vnde appetitu deficiente, non est comedẽdum, sed recipiendum iulep, aut syrupum acetosum aut aqua calida, & tantùm est ieiunandum, donec vomuerit, vel deiecerit, vel appetitiua excitetur & redeat: quibus rectè peractis subsequi debet. Et est valde cauẽdum ne stomachus torqueatur, multũ grauetur, anhelitus angustetur, & pulsus velocitetur. Multum est euitãda nauseatiua refectio, nec ex toto debet desiderium sopiri, sed retineri debent aliquæ reliquię appetitus & hoc specialiter est obseruandum in habentibus calorem fortem. Sunt enim quidã quibus appetitus multum sopitus est, & isti fortè plus debẽt comedere, quàm appetant: & in hoc multum confidendum est in experientia, considerando subtiliter quantitatem cibi. ¶ Amplius cõsiderandum est, quòd appetitus non sit ebriosi vel fastidiosi, talis enim appetitus nõ est indicatio suscipiendi cibi, & ideò recurrendum est ad alia signa. s. quòd sentiat stomachũ vacuum, quòd expulsę sint egestiones cibi prioris, & quòd vrinæ sint digestæ: his enim apparẽtibus, tempus est accipiendi cibum: dato quòd non vigeat appetitus, & specialiter si aduenerit hora, in qua cõsueuit cibari, & nõ acciderit error in posteriori cibo in sua digestione. ¶ Nota quòd habẽtes calorẽ fortem, & membra dura, &

Quæ sit hora vera accipiẽdi cibos.

Qui indigeãt cibo grosso, & qui subtili.

A virtutes cibatiuas fortes, & multũ laborantes indigent cibis grossioribus: vt sunt carnes bouinæ, porcinæ, anatum & similiũ, & per oppositũ, quorum membra sunt mollia, humida, rara, & calor debilis, indigent cibo subtili: vt sunt oua sorbilia, aqua carnis, & mediocres indigẽt mediocri cibo. ¶ Item quidam indigẽt cibo multo, quidã pauco & quidã mediocri. Homines enim macilẽti, quorum calor est multũ resoluens, & multũ laborãs, indigent cibo multum nutriẽte, cuiusmodi sunt

Qui indigeãt cibo multo, & qui pauco.

B oua sorbilia, caro vaccina, oua dura, & aqua carnis: & per oppositũ pingues homines pleni phlegmate carnes humidas habentes, nõ multum laborãtes, habentes calorẽ obtusum & lentum, indigent cibis pauci nutrimenti, vt sunt olerum genera, fructuum genera, caseus, & mediocres indigẽt mediocri, sicut enim se habet extremũ ad extremũ, sic se habet mediũ ad medium. ¶ Amplius nota, quòd omnes homines indigent cibis boni nutrimenti, vnde si quis vtatur cibis mali nutri-

Omnes homines indigẽt cibis boni nutrimenti.

C menti, quamuis in pręsenti forsan ei non noceat, vel propter consuetudinẽ & digestiuæ bonitatẽ, in posterum tamen ad malas deueniet ægritudines. Quidã tamẽ sunt, qui propter consuetudinẽ, & quidã propter naturæ proportionẽ pręeligere debent cibũ parum deteriorẽ: vnde si quis consuetus sit vti aliquo cibo, nõ subitò debet mutare consuetudinẽ, sed paulatim: quòd si forsan consuetudinẽ mutare non possit propter aliquã causam specialẽ, bonum est, quod solicitus sit in pur-

D gando humore, q generatur à tali cibo: & sic pręseruabitur ab infirmitate. Si autẽ cibus cõsuetus & desideratus non existens notabilis malitiæ nõ mutetur ad malitiã prauam, natura corrigit bonitate digestionis & longitudine consuetudinis, si sit malitia notabilis & magna, non est corrigibilis à natura: vnde falsè opinãtur credentes malum cibum notabiliter temporis lõgitudine bonitate appetitiuæ posse corpus in sanitate debita cõseruare, sine operationum sensibili læsione. ¶ Dica-

Recapitulatiõ de cibis.

E mus igitur recapitulantes per viam compositionis quod in simplicibus dictum est: nam quidam indigent cibo multi nutrimẽti, facilis digestionis & boni chymi: cuiusmodi sunt oua sorbilia, aqua carnis, vinum subtile & odoriferum: & talia cibaria competunt habentibus digestionem debilem, & in quorum corporibus plurima fit resolutio, sicut sunt conualescentes, & indigentes augmẽto, vniuersaliter quorum corpora sunt multum resolubilia à calore intrinseco, & extrinseco.

F Alij sunt quibus competit cibus multi nutrimenti, difficilis digestionis, & boni chymi: cuiusmodi sunt caro agnina vnius anni, oua dura: & etiam hæc competunt eis corporibus, quorum calor est fortis valdè & multum exercẽtur, & habent digestiuam fortem, membra dura, & spissa. Cibꝰ autẽ multi nutrimẽti, difficilis digestionis, & mali chymi: puta, vt caro equina, anatis, vaccina, meo iudicio, nulli cõuenit. Est aliꝰ cibus difficilis digestionis, pauci nutrimenti, & mali chymi,

G qui in sanitatis regimine non conuenit, vt caro salita, & pisces saliti. Alius est cibꝰ facilis digestionis, pauci nutrimẽti & boni chymi, vt sunt lactucę, malagranata, & similia: & iste cibꝰ cõpetit corporib. repletis & humidis, habentib. debilẽ digestiuã, à quorũ corporib. non multa fit resolutio,

habentibus tamen bonum appetitum. Alia sunt cibaria, quæ sunt facilis nutrimenti, pauci, & mali chymi, quę non competunt in regimine sanitatis: vt sunt pulmo & caro animalium nouiter de vtero exeuntium.

De qualitatibus ciborũ.

¶ Amplius cōsideranda est cibariorũ qualitas, scil. virtualis & actualis. Actualis quidē est, vt in hyeme recipiantur cibaria actu calida, in ęstate actu frigida, in mediis temporib9 mediocria, & similiter intellige de qualitate virtuali: nam calida actualiter competũt in hyeme, & frigida in æstate, & temporibus tēperatis temperata. Amplius qui multum sunt lapsi in calido, indigent cibis frigidioribus, & econtra: similiter intelligatur in aliis qualitatibus.

De ordine cibationis.

¶ Vlterius nota, quòd euitari debēt ea, quę sunt causa corruptionis digestionis, vt voracitas comedendi, mala masticatio & mala cibariorum ordinatio: vt patet ex Auicenna de his, quæ bibuntur & comeduntur: vnde rationabile est primò recipere subtilia cibaria quàm grossa, si digerētur antequam grossa, descenderēt de stomacho & grossa remanerent in stomacho vsque ad perfectam digestionem: nam via, quę patet subtiliori cibo, non patet grossiori. Sed est hîc diligenter aduertendum, quòd si quis parum velit comedere de grossis, & multum repleri subtilibus, tunc puto quòd rationabilius esset præmittere cibarium grossum subtili: nam cibaria grossa in parua quantitate ęquè citò digeri possunt, sicut subtilia in magna quantitate. Si quis autem sciret proportionare passum ad agens vniformiter, ita quòd tanta esset diuersitas inter grossum & subtile, sicut est inter calorē fundi stomachi & oris ipsius, tunc melius esset ponere grossũ in fundo, & subtile in orificio. Sed quia hoc quasi est impossibile, & error qui potest contingere præmittendo subtilem, est minor, & magis corrigibilis, igitur subtilis præmittendus est grosso.

Primus cibus non debet esse lubricans.

¶ Aduerte vlterius quòd cibus primò sumtus non sit lubricans, nam postquam esset digestus, vel ante digestionem traheret secum cibũ indigestum, nō lubricatiuum. Similiter quòd in principio non sumatur cibus stypticus, vtputa cotonea, pirum, mespila & similia: nam ex hoc posset impediri descēsus cibi in stomachum. Verum est quòd habentibus fluxibilem ventrem, talia in principio competunt, & vniuersaliter sciendum, quòd sanitatis conseruator nec fructibus, nec oleribus vti debet, nisi in pauca quantitate: generant enim sanguinem aquosum, vaporosum & putrefactioni aptũ. Si tamen fructibus vti contingat, in sanitatis regimine fructus styptici postponantur, & laxatiui pręponantur in mensa: nec post tales fructus immediatè est comedendũ, sed parum immorādum, & superbibendum aliquid ventris subductiuum: puta mellicratum, vel vinum dulce, aut aliquod brodium subductiuum.

Diuersi sapores in eadem mensa nō competunt.

¶ Amplius scias quòd in sanitatis regimine non multum competunt saporum diuersorum delectamenta, ex quibus homo plus de cibo recipit, quàm deberet: vnde talia delectamēta saporum plus conueniunt ægris, quàm sanis. ¶ Amplius nota, quòd in sanitatis regimine non competit aliquod medicinale, nisi forsan ad pręseruandum, sed non ad conseruandum. Nam sicut de natura cibi est conseruare, ita medicinæ alterare.

De hora cibi.

¶ Amplius hora comestionis eligatur frigida, aut saltē

A locus frigidus, si non sit possibile reperire horam frigidam: & sint horę comestionis tales, vt postea contingat quiescere, & tandem dormire non immediatè post cibum.

De somno.

¶ Dormire autē supra dextrum latus iuuat, vt cibus descendat ad fundum stomachi, deinde longiori tempore super sinistrũ latus, plus cōfert digestioni omni alio decubitu. In hoc enim decubitu hepar amplexatur cibum sicut gallina pullos, & sic cibus perfectiùs in stomacho digeritur: sed in fine somni iterum iacen-
B dum est supra dextrum, vt facilius cibus transeat ex stomacho ad hepar, & superfluitates digestionis primæ facilius descendant ad intestina. ¶ Vlterius si quis receperit cibos nimis acetosos, aut salsos, rationabile erit statim ante eorum digestionem accipere cibos contrariæ qualitatis, & sic intellige in aliis. ¶ Nota quòd digestione inchoata non est multum superbibendum, ne ebullitio digestionis interrumpatur.

De potu post cibationem.

¶ Amplius scias quòd bibere vinum post cibum digestione inchoata fa-
C cit cibum descēdere de stomacho indigestum, & facit obstructiones, & eorum ęgritudines, & similiter putrefactionē.

Valde famelic9 præponat cibũ grossum.

¶ Amplius scias quòd famelicus vehementer debet prius recipere cibũ grossum, quàm subtilem, aliàs stomachus terrebitur, & cibus grossus corrũpetur. Causa huius est quia in stomacho vehementer famelico & vacuo est calor intensus, cibus subtilis nō est ei proportionatus: vnde tali recepto cibo subtili dispergitur cibus ad omnes partes stomachi propter stoma-
D chi forte desiderium, & cibi subtilis paucam resistentiam, sic causabitur quædam repletio phantastica, & os stomachi claudetur: sic terrebitur natura à cibo superueniente grosso, nisi interueniat spatium, quod prędicta repletio phantastica non causabitur: sed si prius suscipiatur grossus cibus non sic dispergetur ad singulas partes, propter eius inobedientiam.

De numero cibationum.

¶ Amplius solicitandum est in numero comestionũ. Quidam enim sunt, quibus vnica comestio in die naturali secundum ra-
E tionem videtur sufficere: verbi gratia, quorũ virtutes sunt satis fortes, membra non multum resolubilia, & parum exercitanda, & sufficientem cibum vnica vice sumere possunt, & abundāt humores phlegmatici, vniuersaliter quorũ corpora sunt humida & cibaria quibus vtũtur sint aliqualiter grossa, viscosa, multum nutrientia, non facilè resolubilia, talibus sufficit cibus semel in die naturali, nisi consuetudo sit ad cōtrarium. Sunt alij quibus non sufficit vnica comestio in die natura-
F li, sicut illi, quorum virtutes sunt debiliores, quorum calor est fortis ad digerendum & resoluendum, quorum corpora sunt resolubilia, macilenta, & ad siccitatem vel naturalem vel accidentalē declinantia & vtentia cibo subtili, resolubili & digestibili in quātitate minori, & cum hoc multum exercitātia, his competit bina comestio in die naturali, sed mediocris & temperatis sufficit comedere ter in duobus diebus, sic vt inter vnam comestionem & aliam interueniat spatium 16. ho-
G rarum. Sunt quidam quibus non sufficit bina comestio in die naturali, sed debēt cibari ter vel quater, sicut sunt senes conualescentes, pueri & vniuersaliter debiles. Senes enim sunt, sicut lucerna parata extinctioni, vnde si cibus eis non sæpe administretur, calor consumitur & extinguitur, & si vna

ſi vna vice multũ adminiſtretur, eorum calor ſuffocatur: vnde iſti indiſtent ſæpè comedere & parum. Conualeſcentes etiam ſunt huiuſmodi: indigent enim cibo, vt deueniant ad principiũ & proprium ſtatum, ſed quia eorum calor eſt debilitatus, non poſſunt digerere: bonũ eſt igitur, vt partiatur eorum cibus, vt corpus confortetur, calor naturalis eorum non laboret in digerendo, & eadem ratio eſt de pueris. Quod ad cõplexiones igitur phlegmatici melius poſſunt ieiunare, cholerici verò minimè, ſanguinei magis ſe tenent ex parte cholericorũ, & melancholici ex parte phlegmaticorum, & temperati mediocriter exiſtunt, & ſic de ætatibus proportionaliter. ¶ Amplius multum eſt conſiderandum, quando competant cibaria groſsiora, an mane vel veſperi: & ſaluo meliori iudicio puto, quòd ſi rheuma nõ impediat, veſperi groſsior cibus, & plus in quantitate competit, ſpecialiter ſuppoſita noctis longitudine ſufficienti, & quòd homo de nocte dormiat. Nam digeſtio fit in quiete & ſomno, in quo quieſcũt virtutes animales, & fortificantur naturales. In ſomno enim melior fit digeſtio in ſtomacho, hepate & toto corpore, ſed ſuſpecti de rheumate abſtineant à cœna & parum cœnent & longè à ſomno.

Cibaria groſſa quando competant in prãdio vel in cœna.

¶ Amplius diligenter conſiderandum, quòd aliquis volens ſanitatem conſeruare, non multum bibere debet, nec in principio menſę, nec in medio, ſed differre debet potum vſque ad finem comeſtionis, & tunc bibendum eſt, vt vera ſitis ſedetur. Eſt autem vera quædam ęſtuatio in ſtomacho, cauſata ex cibo retento, quæ quodam modo ſtomachũ calefacit & deſiccat. Eſt autem fames appetitus calidi & ſicci, & ſitis frigidi & humidi: & quia talis æſtuatio maximè cõtingit circa finẽ comeſtionis, ideò tunc bibendum eſt, & non antè, niſi parum.

Potus circa finem cibationi plus conuenit.

¶ Sciendum quòd potius eſt triplex, ſcilicet permiſtiuus, delatiuus, & ſedatiuus ſitim. Potus igitur permiſtiuꝰ, poteſt recipi ſimul cum cibo: vnde ſaluo meliori iudicio puto, quòd talis potus non debet differri vſque ad finem comeſtionis, ſed debet accipi in principio, medio & fine, & maximè iſte potus competit, quando ſumuntur cibaria ſicca actualiter & virtualiter, ſicut patet in laboratoribus comedentib. panẽ ſiccum, & legumina ſine brodio. Sed potus ſedatiuus ſitim regulariter, in hominibus bene diſpoſitis debet differri vſque ad finem comeſtionis, tũc enim eſt vera ſitis propter æſtuationem calidi & ſicci cibi, non enim multum rationabile eſſe videtur, vt ſimul vigeat ſitis & fames, quia ſunt appetitus contrarij. Potus enim delatiuus maximè cõpetit, completa prima digeſtione regulariter, nõ eſt malum bibere, vt facilius tranſeat de ſtomacho ad hepar, & præparetur ſtomachus ad recipiendum alium cibum: & ſi forſan contingat ſitire, non præcedente comeſtione & ſine fame, poteſt prędicere Medicus illam ſitim eſſe naturalẽ, & in tali caſu poteſt competere potus ante cibũ: ſed quia excedo limites regiminis ſanitatis, non plus loquor.

Potus triplex.

¶ Potus autẽ, qui competit in ſanitatis regimine, nõ eſt aqua, ſed vinum, aut ceruiſia, aut pomariũ, aut mellicratum, aut aliquid ſimile, quorum vinum eſt melius. Vinum autem, quo vti debemus in ſanitatis regimine, ſit album vel roſeum, & in hyeme rubeum vel ſubrubeum, & ſit clarum, ſubtile, ſaporis amicabilis & ſuauis.

Vinum eſt potus conueniẽs, & æquale debet eſſe.

¶ Eſt hic diligenter aduertendum, quòd quorũdam Magiſtrorum opinio eſt, quòd melius eſt eligere vinum debile ſine aquæ miſtura, quàm vinum fractum cum aqua, & ſpecialiter corporibꝰ temperatis, cholericis & ſanguineis. Sed iſtorum opinioni nullo modo acquieſco: Nam vina debilia, quemadmodum ſunt Galliæ vina, ſunt multùm corruptibilia, vnde facilè corrumpuntur, & huiuſmodi ſignum eſt, quia ſi vinũ debile & Gallicum dimittatur in aere per noctem, manè inuenietur corruptum, ſed vinum forte, fractum cum multa aqua, inuenietur ſanum. Vnde puto quòd vinum forte fractum cum multa aqua, eſt conuenientius in ſanitatis regimine, niſi in caſu, in quo vinum debilius nõ ſit adeò debile, vt ſi nimis corruptibile in natura ſua: cuiuſmodi ſunt vina Gallica. Ex his igitur patet, quòd nectar non competit in ſanitatis regimine in via potus, & vniuerſaliter vina habentia naturam alicuius pharmaci vel ratione vaſis, vel ratione admiſtionis: ex hoc enim patet, quòd vinum clarificatum magis competit in regimine ſanitatis, quàm vinum acutum.

Quod ſit eligibilius an vinum debile ſine aqua: an potens cum aqua.

¶ Nota quod aliquando quis patitur ſitim mẽdoſam, in qua non ęſtuat orificium ſtomachi, ſed guttur & pulmo areſcit, vel os aut palatũ ꝓpter fumos copioſos & ſiccos à ſtomacho eleuatos, aut propter puluerem, aut motum, aut aeris calorem, & ſiccitatem, in tali cauſa non expedit bibere, ſed ſufficit gargariſare vinum bene lymphatum, aut aquatum per partes prædictas, aut maſticare quoſdam fructus, aut attrahere aerem frigidum.

In ſiti mendoſa non eſt bibendum.

¶ Amplius multi indigent bonis vinis, tùm quia ſicci & vinum humectat nutriendo, tũ quia frigidi & vinum calefacit, tùm quia triſtes & vinum lætificat, tùm quia paucorum ſunt ſpirituum & vinum multiplicat ſpiritus.

Quibus cõueniat bonũ vinum.

¶ Quantitas autem mediocris potus, quam homo debet recipere in menſa ad ſitim ſedãdã, & ad cibi permiſtionem, eſt quatuor librarum minutarum, ſicut quidam ſapiens teſtatur, & experiẽtia docet. Sed quantitas potus offerendi certis literis ſcribi non poteſt, coniectura tantùm propinqua veritati illam aſſequimur, quidam ſunt, quibus ſufficit minor quantitas potus: nam ad aliam & aliam quantitatem & qualitatem cibi requiritur alia & alia quantitas potus. Etiam debet in hoc attendi quantitas & qualitas ſtomachi, habentes ſtomachum ſiccum, multùm ſitiunt, & magnam quantitatem potus ſuſtinere non poſſunt: & contrarium eſt de habentibus ſtomachum humidum: nam iſti parum ſitiunt, & magnam quantitatem ſuſtinere poſſunt: hæc igitur generaliter de cibo & potu dixiſſe ſufficiant.

De quantitate potus.

COMMENTARIVS.

DONEC *aſſellet.*] Donec ad ſellam eat, dum ſcilicet aluum exonerauerit: Sellã enim vocãt Barbari à ſedendo. Cellam dixeris à celando: Locum ſecretum appellant, in quo ſecretè ſedetur, ad naturæ munus obeundum.

Non enim multum rationabile eſſe videtur, quod ſimul vigeat ſitis & fames, quia ſunt appetitus contrarij.] Hoc præter omniũ eſt opinionem: Quis enim eſt qui non hoc ipſum in ſeipſo ſępe ſit expertus, vt ſitiret ſimul & eſuriret, equidem ferè perpetuò ſuperat alterutrũ, quo fit vt fames ob ſitim ſuperantem, vel ſitis ob famem non ita mani-

G

feste percipiatur: Nequaquam tamen ob id inficiandũ fuerit, quin simul sitis & fames cõsistere posint, & maximè quod vna & eadem venarum suctione stomachus cibo potuque destituatur. Non valet quod Arnaldus ad hanc rem asseuerat, sitim nimirũ & famẽ appetitus esse contrarios: Contraria namque nouimus quandoque simul posse consistere. Præterea sitis & fames appetitus sunt contrariorum, sed non contrarij tamen, quãuis sæpenumero sitis & fames ex causis excitentur contrarijs, vt si calor stomachum præter naturam obsederit, sitire contingit ægrum etiam cum cibi fastidio: quod scilicet vel cibi penuria non adsit, vel ea non percipiatur. Ad hunc etiam modum si fames nõ ex inopia cibi, sed ex intemperie frigida exoriatur, contrariam sitim ex caliditate non admittit. Si verò sitis naturaliter excitetur, ob cibi liquidioris potúsue defectũ, quãdoque sola consistit, quandoque vero famẽ naturalem habet adiunctã. Hic autẽ Arnaldus de siti fameq; naturalibus agit, vt eò magis id mirari subeat, quod asserit, famem scilicet cum siti consistere non posse. Verũ hoc etiam in loco, nisi seruanda breuitas obsisteret, duæ quæstiones iucundissimæ discuti possent: An scilicet duorum contrariorum priuationes contrariæ quoque sint, vt, quod de contrarijs dicitur, vno posito alterum abesse necessariò, de priuationibus idem asseri posse videatur. Dein, an vnius & eiusdem rei, non contrariarum appetitus oporteat esse contrarios, vt appetere cibos, & eosdem fastidire, contrarij sint appetitus: Aliud enim est fastidium & appetentia sublata, qua de re suo tempore agetur à nobis copiosius.

Fumos capinosos.] Quid sit hoc capinosum, nescio nisi fortè capnosos aut καπνώδεις dicere voluerit, fumidos fumos, idem latina & græca voce describens.

De Somno & Vigilia, Cap. VIII.



PER somnum calor naturalis, qui operatur circa materiã nutrimenti in interioribus, confortatur, quibus locis viget aliméti digestio, & sic melior fit digestio. Non est enim vera quies, nisi in somno: nam in vigilia organa sensuum sunt in actu secundo, & sic nõ potest corpus verè quiescere: vnde etiã membra motiua non verè quiescere possunt in vigilia propter colligantiam, similitudinem & propinquitatem ad organa sensuum, quæ sunt in actu secundo.

Quies vera non est nisi in somno.

¶ Si enim somnus fuerit moderatus, cib. digeritur, corpus impinguatur, dolor dissoluitur animus confortatur, calor naturalis augmentatur, humores tẽperantur, mens clarificatur. Amplius calefacit & humectat, digestio autem viget calido & humido, & sic iuuat somn⁹ digestionẽ, & quia senes sunt frigidi & sicci & male digerũt, indigent maximo somno: quapropter Galenus in ætate senectutis prouocabat somnum cum comestione lactucarum: & quia lactucæ sunt frigidæ ipsas cum aromatibus comedebat.

Somnus temperatus.

¶ Et sicut somnus debito modo exhibitus, habet multas vtilitates, sic etiam vigilia moderata, quæ desiderium auget & famem efficit, partes exteriores cõfortat & spiritus ad exteriora mouet, sine quo nõ possunt membra exercitari.

Vigilia temperata.

¶ Et per contrarium somnus immoderatus præparat corp⁹ ad apoplexiam, epilepsiam, paralysim, stuporẽ, rheumata, apostemata, & febres etiam.

Somnus immoderatus.

¶ Et vigilia corpus desiccat, virtutes animales debilitat, digestiuam diminuit, corpus præparat ad ægritudines consumtiuas.

Vigilia immoderata.

¶ Post cibum autem nõ est statim dormiendum, nec immoderatè laborandum, studendum aut disputandum, nec legendum & similia. Hoc autem impedit digestionem, sedendo, quiescendo & audiendo aliqua musicalia, quibus homo non multum sit intentus: & si tardetur cibi descensus, parùm & lentè est deambulandũ, quousq; sentiatur descendisse à stomachi orificio. Si autem quis præsumat dormire ante cibi descensum ab orificio generabitur rugitus, inflatio & dolor in ventre, erit somnus laboriosior & digestio corrumpitur. Igitur postquam cibus descenderit, & fumi mulcebres & suaues fuerint eleuati ad cerebrum inducentes somnum, tunc est naturæ satisfaciendum & dormiendum: In æstate verò loco frigido, non rheumatico.

¶ Quidam autem dicunt, quod decubitus supra dextrum lat⁹ iuuat digestionem, quia tunc hepar supponitur stomacho, sicut ignis lebeti. Hæc autem imaginatio calefaciendo ad modum ignis, seu amplectendo cibum in stomacho est falsa: nam hepar digerit cibum in stomacho, sicut gallina ouũ, & quia dormiendo supra sinistrum latus perfectius amplectitur, igitur est dormiendum prius supra dextrum, propter descensum cibi, & deinde supra sinistrum propter digestionem, & in fine digestionis aliquantulum supra dextrum, vt facilius descendat cibus de stomacho ad hepar, & superfluitates primæ digestionis liberius descendant.

Super quod latus sit dormiendum.

¶ Quantitas verò somni, sicut nec aliorum potest certis literis denotari: debet somnus esse tantus, donec completa sit prima digestio, & cibus ad hepar iam peruenerit, & non est forte malum prolongare somnum, donec secunda digestio sit completa. Hoc autem tempus diuersificatur secũdum diuersitatem complexionum, ætatum, temporum & similium: nam qui sunt calidæ complexionis, qui habent digestiuam bonam, comedũt cibaria facilia ad digerendũ, non comedunt multum in quantitate, tales citò digerunt, & sic talibus fortè sufficit somnus breuis, puta sex horarum, vel octo ad plus. Sed contrarijs naturis conuenit tempus 16. aut 13. horarum, nec tales possunt comedere, nisi semel in die, scilicet qui sunt frigidæ complexionis, habentes digestiuam debilem, multum comedentes, & multa cibaria non obedientia digestioni, tales vtique indigent somno longissimo: Alij autem, qui sunt medij inter prædictos in complexionibus prædictis, tales indigent somno mediocri, puta 12. horarum. Amplius debemus considerare fatigationem virtutum animalium: nam secundum quod fatigatio seu lassatio est maior & intensior, secundum hoc opus est longiori somno, & econtra.

Quantitas somni.

¶ Signum autem sufficientis somni est totius corporis leuitas, specialiter cerebri, palpebrarum, & oculorum, descensio ciborũ à stomacho, voluntas deijciendi, & mingendi: contraria autem signa somnum non sufficientem significant, & cum hoc totius corporis grauitas, & eructatio, quæ sapit naturam cibi. In quantitate autem somni experiatur quantitatem somni vna die, & sic consequenter, proculdubio perpendet, quantum dormitare debeat. Hæc autem experientia debet fieri supposito regimine eodem, & equali in prædictis diebus.

Signum sufficientis somni.

¶ Et notandum, quòd homines temperati tantum appetunt somnum necessarium eis: nam optima natura tantum appetit, quantũ est ei necessarium, & hoc est verum, nisi consuetudo obuiet:

obuiet: sed in corporibus lapsis non est respiciendum ad appetitum, quidam enim plus appetunt somnum, quàm oporteat, & quidam minꝰ, sicut in exercitio superiùs memini me dixisse in corporibus ægris. Temperatis verò vtentibus regimine temperato potest dici, quòd quantitas somni est æqualis quantitati vigiliarum. ¶ Amplius sciēdum, quòd de qualitate somni, quantò profundior, tantò melior, loquor de somno naturali, & nō de stupore, quia in tali melior fit digestio. ¶ Amplius sciendum, quòd corporibus temperatis nō competit dormire supra ventrem propter colli constrictionem, seu contorsionē, & stomachi cōpulsionem, licet in habentibus digestiuam debilē confortet digestionem. ¶ Amplius sciendum, quòd nullo toto dormiendum est supinè, hæc.n. figura dormiendi facit superfluitates declinare ad posteriora, vt non incedant per suos canales, qui sunt in anterioribus, sunt causa ægritudinum, puta incubi, & cęterorū affectuum. ¶ Amplius dormiendum est noctu, & nō in die: nam dies est luminosa cum strepitu apta exercitio & vigilijs, nox est apta somno, tū quia frigidior die, tùm quia obscurior, tùm quia trāquillior, quo ad animam, & quo ad corpus. ¶ Completo autem somno diligenter mundare oportet corpus à superfluitatibus multiplicatis, non solùm per secessum & vrinam, sed per tussim, screationem, emunctionem, & pectinationem, faciē ac manus cum aqua tepida lauando.

Neq; super vētrem neq; supinè dormiēdū.

COMMENTARIVS.

HÆC *autem imaginatio calefaciendo ad modum ignis, &c.*] Hic nobis fuerit coniectandum quęnam sit horū verborū sententia. Quidam decumbentibus in dextro latere cōcoctionē à iecore, quod stomacho subijcitur, ita iuuari volunt, quemadmodū aqua in lebete à subiecto igne incalescit. Hoc phantasma falsum esse dicit Arnaldus, eò quod hepar cibum in ventriculo cōcoquat, vt ouum gallina: Dubium scilicet est, an de positu iecoris & vētriculi quæstio sit, vel de cōcoquēdi modo. Gallina quidem non ouis, sed oua gallinæ supponuntur, & si ventriculi concoctio in hunc modū fiat, tum ad perfectiorem ciborum concoctionem melior erit sinistri lateris decubitus, vt ventriculus hepati subijciatur. Verùm & aliud in hoc exemplo animaduertere liceat, *an scilicet ciborum concoctio iecori sit adscribenda:* Non enim lebes qui per se frigidus est, sed ignis carnes in lebete concoquit. Ex Arnaldi verbis ita forte responderi poterit, aliam esse concoctionis ventriculi rationem, cū ventriculus suapte non aliena virtute concoquat, licet hepatis calor ad hoc ipsum nonnihil conferat, tantum videlicet, quantum gallina contribuit ouis, vt in pullos conuerti possint: Gallina suo calore fouet oua, sed hic eius calor primaria generationis pullorum causa non est. Hæc autem est ouorum forma & calor insitus. Sic etiam ventriculi forma, temperamentum, propriusque calor cibos primariè concoquunt.

Donec secunda digestio sit completa.] Sed quodnam huius erit indicium, vt eam absolutam esse nobis constet? Dicam quod fortè non animaduertit Arnaldus: Ventriculi concoctio certum habet tempus, quod ciborum ingestio sit voluntaria, certasque vices obtinens, vnde fit vt quandoque vacuus sit à cibis ventriculus: Hepar autem absq; voluntatis interruptione, in perpetuo attractionis & concoctionis motu consistit, nec vnquam materia destituitur, in quam suas exerat vires. Ecquid ait igitur Arnaldus, tam diu dormiendum esse, dum secunda concoctio compleatur.

De accidentibus Animæ, Cap. IX.

SICVT accidentium animæ correctio ad Philosophum moralem pertinet, vt anima bonis habitibus informetur, sic ad Medicum spectat correctio accidentiū, vt corpus hominis in sanitate debita conseruetur. Quot enim modis alteratur ex necessitate corpus, tot sunt procurationis genera, & quia animæ accidentia ex necessitate alterant corpus, correctio eorum ad Medicum spectat & eorundem moderatio. Sicut enim mali mores consequuntur malitiam complexionis, sic plærunque eos sequitur complexionis malitia: vnde iracundi ex frequenti ira vltra modum supercalefiunt, & ita de alijs. In ira quidem mouetur calor & spiritus subitò & impetuosè ad cor, non totaliter relinquens radicem, sed in radice primò accenditur, & postea mouetur ad extra & interdum totaliter radix, puta cor, relinquitur denudatum: vnde mulieres & debiles corde ex gaudio in syncopen incidunt, quod nō contingit ex ira, vnde cōtingit hominem mori ex gaudio, sed non ex ira. In timore calor & spiritꝰ citò mouentur à circūferētia ad cētrū, & in tristitia paulatim, sed in tædio & verecūdia spiritus & calor mouētur duob. motib. modò ad centrū modò ad circūferentiā: sicut patet in tædio, quod est tristitia, de eo, quod futurū est, & inducit vigiliam, dato .n. quòd calor moueatur ad centrum, ex eo quod tristatur, tamen mouetur ad circumferentiam ex eo, quod futurum est, vnde talis tristitia inducit vigiliā, sed tristitia de eo, quod iam pręterijt, inducit somnum. Et similiter in verecundia spiritus primò mouetur ad centrum, & deinde redit & dilatat illud, quod est constrictum, vt egrediatur exterius, rubificat colorem, & sic manifestum est, quòd accidentia animæ alterāt corpus nostrum. ¶ Vnde ira corpus calefacit, quia accenditur calor & spiritus in corde, & dispergitur ad singula membra, præcipuè in habentibus calorem fortem, & multos spiritus: in habentibus enim calorem debilē irascuntur & vindictam appetunt, calor nō potest cum feruore dispergi ad extrema corporis, & sic remanent exteriora membra trementia & frigida, non obstante, quòd calor sit ascensus in corde: vnde videmus multos iratos appetentes vindictam, in actu iræ liuescere, & in talibus non est ira perfecta, sed est quodam modo timor cū ira. ¶ Sed gaudium corpus infrigidat per viam resolutionis & distractionis caloris, timor infrigidat paulatim per modum desiccationis, vt phthisis. ¶ Non solùm autem ista accidentia animæ, quæ se tenent ex parte appetitus irascibilis, & cōcupiscibilis, alterant corpus nostrum, sed etiam imaginationis aliquæ, quæ se tenent ex parte virtutis cognoscitiuæ, sicut videmus manifestè in aspiciendo res rubeas, ipsas dùm imaginamur mouere sanguinem: & si quis imaginatur dolorem, quem patitur aliquod membrum, incurreret in dolorem, vnde imaginatio facit casum, imaginationes igitur imprimunt in res naturales. ¶ Dicimus igitur, quòd ira non competit in sanitatis regimine: ira enim super calefacit omnia membra & propter feruorem cordis omnes actus ratiōis cōfundit. Igitur cauendæ sunt eius actiones, nisi

Ira non cōpetit in regimine sanitatis.

tum ratio præcipit aduerſus illicita, iuxta illud,
Iraſcimini & nolite peccare: nam in licitis & ho-
neſtis conuenit iraſci, quamuis non cõferat in ſa-
nitatis regimine, & nota quòd quidã ſunt male-
ficiati & frigidi, quib. interdum iraſci prodeſt in
ſanitatis regimine. ¶ Amplius dico, quòd triſtitia
non competit in ſanitatis regimine, nam triſtitia
corrumpit naturam hominis, infrigidat, deſiccat,
præparat ad maciẽ & extenuat: quia corpus to-
tum conſtringit, ſpiritum obtenebrat, ingenium
hebetat, rationẽ impedit, iudicium obſcurat, me-
moriam obtũdit. Igitur vitãda ſunt eius obiecta,
niſi quantũ ratio ſuadet ad deteſtationẽ vitiorũ,
& mentis pulcritudinem reformãdam. ¶ Et eſt
intelligendum, quòd quidam ſunt quorum ſpiri-
tus ſunt ita mobiles, & calidi, & sũt adeò pingues
& carnoſi, vt eis bonum ſit interdum triſtari, vt
ſpiritus & calor hebetẽtur, & corpus aliqualiter
maceretur. ¶ De gaudio autem & mẽtis tranquil
litate ſciendum, quòd gaudium temperatũ com-
petit in regimine ſanitatis, eò, quòd eſt vnum de
confortantibus virtutem: virtus enim conforta-
tur tranquillitate & gaudio, ſed non debet eſſe ex
ceſſiuum, quia inducit ſyncopim & mortem, ma-
ximè gaudium competit his, qui multis curis &
ſolicitudinibus deſtruũtur, & in cerebro pungũ-
tur, ſimiliter his, qui ſunt in gaudio continuo &
immoderato, quoniam conuenit triſtari. Sed om
ninò horum accidentium ſuperfluitas eſt euitan
da. ¶ Et ſicut intelligendum eſt de accidentibus
animæ, ſe tenentibus ex parte appetitus, ita ſuo
modo de tenentibus ſe ex parte imaginationis:
non enim eſt conueniens in ſanitatis regimine a-
liquid imaginari nimis intenſè, nam ex tali ima-
ginatione mouetur ſpiritus motu inordinato, re
linquit locum, & impeditur ſomnus. Hęc breuia
ſufficiant dixiſſe de accidentibus animæ.

COMMENTARIVS.

ET *eſt intelligendum quod quidam ſunt, &c.*] Sic eſt de ani-
mi affectibus diſſerendũ, vt eos intelligamus ani-
mi non corporis eſſe ſymptomata, licet ijs corpus va-
riè contingat immutari. Quare ſententiã eorum non
probo, qui morborum, mortis, & aliorũ, quos animi af
fectus inferunt, effectuũ cauſas à ſolo ſpirituũ motu de
ſumũt. Itaque ſi de animi affectib. quæratur quínã pro
ſint & quínã obſint, paucis ita reſpõdebitur, magnã ad
ſanitatẽ eſſe vim animi, & eos affectus qui animo volu
ptatẽ inferũt, nõ animo dũtaxat, ſed etiã corpori cõdu
cere, licet nimia quandoq; voluptas plurimum noceat
non quidem ex ſuaipſius natura ſed quod in dolorem
conuertatur, vt omne quod nimiũ eſt naturæ modum
excedit. Contraria eſt eorum affectuũ ratio, qui dolorẽ
animo & moleſtiã inducunt: nam & animo graues ſunt
& ad corporis ſanitatẽ inutiles, quamuis ex accidenti
nonnihil aliquãdo iuuent, vt ſi quis animo nimium ef
feratur, nec Dei, nec hominum, nec ſuiipſius curã ge-
rens, hunc triſtitia cohiberi conuenit. Verum vt ſolius
corporis cauſa triſtitiam approbemus ad calorem he-
betandum, ſpirituſq; compeſcendos, & diſcutiendam
pinguedinem, id conſultum nequaquam fuerit: Poſſu-
mus enim hoc alijs conſequi remedijs, quę vim animo
nullam inferant.

De Diuerſitate temporum anni, Cap. X.



AD ſanitatis regimẽ perfectũ ſpectat cõ
ſiderare diuerſitatẽ temporis anni, vn
de in hoc eſt aliquid dãdum tempori,
ſicut ætati & complexioni. Non enim
idem regimen totaliter debet eſſe in diuerſis tem
poribus anni, ſiquidem corpora humana diuer-
ſimodè ſe habent in diuerſis temporib. & ſecũdũ
diuerſitatem complexionis corporum attẽditur
diuerſitas regiminis. Sunt autem quatuor tem-
pora anni, ver, æſtas, autumnus, & hyems. ¶ Me-
dicus autem in temporum diſtinctione nõ conſi-
derat motum Solis in zodiaco, ſeu circulo ſigno-
rum, vt aſtrologus, ſed conſiderat alterationem
in corporibus noſtris ex temporibus contingen-
tem, & quia per experientiam videmus aliquam
partem anni calidiorem, aliam frigidiorem, ideò
coactus eſt ponere Medicus diſtinctionẽ in tem-
poribus anni. Illud igitur tempus anni in quo eſt
maior temperies in actiuis & paſſiuis, vocat Me-
dicus ver, & quia illa temperies nõ durat per tres
menſes, ſed minus, ideo ver ſecundum Medicos
eſt minoris temporis, quam ſecũdum aſtrologos.
Hoc autem tempus ſecũdum diuerſitatem regio
num & annorum interdum incipit citius inter-
dum tardius, interdũ plus durat, interdum mi-
nus, interdum incipit, antequam ingrediatur Sol
primum minutũ Arietis: hoc tempus eſt tempus
florum & initium pomorum. ¶ Deinde ſequitur
æſtas, & eſt tempus calidum & ſiccum, quod qui
dem tempus eſt multò magis cõmune, quam ver
ſed in quibuſdã regionibus plus durat, & in qui-
buſdam minus, ſimiliter etiam in quibuſdam an
norum reuolutionibus citius aduenit, & in qui-
buſdã alijs regionibus tardiùs. ¶ Deinde ſequi-
tur autumnus, quod eſt temp⁹ rectè oppoſitum
veri in qualitatib. eſt tempus ſatis temperatũ in
actiuis, ſed multũ declinans ad ſiccitatẽ, ſicut æ-
ſtas præcedens, habet magnã diuerſitatem in ho
ris cum dies ſit multũ calida, & nox frigida pro-
pter eius ſubtilitatẽ & ſiccitatẽ facilem recipere
impreſsionẽ caloris in die, & frigiditatem in no-
cte: vnde diſtat multũ nox à die in calido & frigi-
do, quod tamen nõ cõtingit in vere, quia aer tũc
non eſt ita ſubtilis, nec fortis, nec ſiccus, & ideò
non eſt adeò paſsibilis, nec ita recipiens impreſ-
ſionem. Videmus enim quòd aqua calida ratiõe
ſubtilitatis & paſsibilitatis citius congelatur, q̃
frigida & temperata: ſimiliter intelligatur de au-
tumno reſpectu veris. In hoc aũt tempore eſt mu
tatio coloris foliorũ & principiũ caſus eorũ. ¶ In
de ſequitur hyems frigida & humida, cuius initi
um eſt autumni finis, puta cum folia ab arborib.
decidunt, & eius finis eſt principiũ veris, puta cũ
arbores incipiunt floreſcere, aues cantare, & bre-
uiter, cùm omnia incipiunt pullulare. Finis autẽ
veris eſt initium æſtatis, cum fructus, ſpecialiter
poma, incipiunt apparere, herbæ ſemen produ-
cere, tunc ſciendũ, quòd eſt tempus veris, cũ flo
res ſunt in principio, augmento, & ſtatu: ſed cũ
flores declinant, herbæ & fructus ſunt in princi-
pio, augmento & ſtatu, tunc eſt tempus æſtatis:
& cum herbæ declinãt ad ſemina, & ſunt in prin-
cipio, augmento & ſtatu, eſt tempus autumni: &
cum ſemina declinant, & radices ſunt in princi-
pio augmento & ſtatu bonitatis earum, tunc eſt
tempus hyemis. Et quia virt⁹ deficit citius in flo-
ribus & ſeminib. q̃ in herbis & radicibus, inde eſt
quòd ver & autumnus ſunt breuiora tempora, q̃
æſtas & hyems: vnde ſecundũ Medicos non mul
tũ approbo dictum illorum, qui dicunt, feſtum
Clemen-

Clementis eſt principium hyemis, & etiam po-
nentiũ horũ tempora certa & determinata prin-
cipia fixa. ¶ Sed circa dicta eſt dubiũ magnũ, qua
re ver ponatur tẽperatum in paſsiuis qualitatib.
puta in humido & ſicco: ſic etiã videtur, quòd au
tumnus debet eſſe temperatus in paſsiuis, ſicut
ponitur temperatus in actiuis: & ſpecialiter, quia
Solis aſpectus eſt idem in vere & autumno, & i-
dem aſpectus videtur eſſe cauſa eiuſdem comple
xionis in actiuis, debet eſſe eiuſdem cõplexionis
in paſsiuis: quia menſuræ qualitatũ actiuarũ vi-
dentur proportionari menſuris qualitatũ paſsi-
uarũ, vnde ver & autumnus ſunt eiuſdem cõple-
xionis, in qualitatib. paſsiuis. ¶ Reſpondetur ad
hoc breuiter, quòd nõ eſt par ratio veris cõſequẽ
tis hyemẽ, & autumni conſequentis æſtatẽ: nam
caliditas ſuperueniẽs hyemi, potẽtior eſt in deſic
cãdo & faciendo humiditatẽ, q̃ frigiditas ſuperue
niens æſtati in humectãdo: videmus. n. quòd pã
nus lineus humidus in aere calido citius deſicca
tur, q̃ pannus ſiccus humectatur in aere frigido.
Amplius ſiccitas autumni non eſt æqualis purè
poſitiua, ſed dicit priuationẽ humiditatis vapo-
roſæ & diſperſæ in aere: vnde modò cõſtat, quòd
faciliùs deuenitur ab habitu in priuationem, q̃ à
priuatione in habitũ, & ideò facilius obtempera-
tur humiditas hyemis, quàm ſiccitas æſtatis, ſed
quia iſta materia eſt extra regimen ſanitatis, ideò
de illa plura dicere omitto, ſufficit enim ad præ-
ſens ſcire, quot ſint tẽpora añi, & eorũ diſtinctio
nes, quantũ ſpectat ad Medicũ. ¶ Modò reſtat di
cere, quòd eſt propriũ ſingulis temporib. de regi
mine ſanitatis incipiens à vere. ¶ Dicamus igi-
tur, quod ver aſsimilatur morbo ex repletione,
vnde iſto tempore corpora maximè ſunt repleta,
& ex iſto concluditur, quòd iſtud tempus eſt ma
gis mutationi aptum & purgationi, quã aliquod
aliud tempus, hoc eſt ei propriũ, & ſpeciale, quia
tempus eſt temperatũ, & tales euacuationes de-
bent fieri in tempore temperato. Amplius, quia
hoc tempore maximè commouentur humores
ſuſpecti, igitur laborantes ægritudinib. ex reple-
tione phlobotomentur & purgentur in vere, &
propter eandẽ ratione eodẽ tẽpore debet vomi-
tus prouocari, quia hoc tempore corpora ſunt ca
lidiora & humidiora, q̃ oporteat, tempus etiã in
clinat ad calidum & humidum, ideò reſpectu a-
liorum temporum non eſt vtendum rebus mul-
tum calefacientibus & humectantib. & ſubtiliã-
dum eſt regimen. Corpora. n. plena nõ indigent
multo cibo nec multo potu, & ſicut hoc tempus
eſt temperatum, ita debet eſſe exercitium tempe
ratum, & maius exercitio æſtatis, minus exerci-
tio hyemis. Amplius, quia hoc tempore calor inci
pit inualeſcere, ſanguis & ſpiritus per corpus cõ
moueri, bonum eſt abſtinere à calidis, ſalſis, aut
acutis, & bonum eſt ſumere in potu ſyrupos ex-
tinguentes inflãmationem, puta ſyrupum nenu-
fa. acetoſum, & ſimiles. Et nota quòd ſuppoſito,
quòd corpus ſit ſanũ, & ex parte præcedente nõ
ſit in corpore repletio derelicta, tunc dico, quòd
iſto tẽpore poteſt dari multũ cibi & cibaria groſ-
ſiora, quàm in æſtate, & pluſquam in autumno,
& pluſquam in hyeme & minus groſſa. Nam iſto
tempore virtus & calor innatus, eſt fortis, & ad-
huc à corporibus multa fit reſolutio à calore in-
nato, & ex fortitudine caloris & obedientia cor-
poris, ratione humiditatis. Sed quia communiter
in hoc tempore corpora ſunt plena, & habẽt vir-
tutes fortes, bonũ eſt parum comedere, & longis
interuallis, vnde videtur mihi, quòd eccleſia be-
ne ordinauit ieiunium in iſto tempore: Non ta-
men eſt rationabile, quòd iſto tẽpore homo mul
tum repleat ſe vna vice, ſicut faciunt communi-
ter ieiunantes. Melius eſt enim hoc tempore ci-
bum partiri, quàm multũ ſemel vna vice recipe-
re. ¶ In æſtate autem non tantũ eſt exercitandũ,
nec tantum comedẽdum, nec groſſa cibaria, nec
calida, nec dulcia, nec nitroſa, nec ſalſa: amplius
vino miſcenda eſt multa aqua, & dimittatur ve-
tus vinum & forte, generaliter, totum æſtatis re-
gimen ſit ad frigiditatem & hu. declinans. Ampli
us ſæpè comedendum eſt, & parum vna vice, ci-
baria ſint facilis digeſtionis, ſint actualiter frigi-
da, & potentialiter, aqua frigida eſt bibenda & cũ
ablutione vtenda. ¶ In autumno autem multùm
ſolicitari debemus de bono regimine: nam hoc tẽ
pus propter ſuæ complexionis malignitatem, &
corporum noſtrorum debilitatem non ſuſtinet
errorẽ in regimine, nec permittit vti largis nutriẽ
tibus, nec diętam deſpicere: & quia hoc tempus
eſt valde ſiccum & corpora ſunt multùm debi-
lia, & extenuata, tota noſtra intẽtio debet eſſe in
corporis humectatione, & virtutum confortatio
ne. Eſt igitur cauendum à coitu, qui corpus debi
litat, & deſiccat, ſimiliter à ſolicitudinibus & cu-
rioſitatibus mentis, & ab omnibus deſiccantib.
à potu aquæ multæ frigidę, & ipſius balneatione
& ſupra caput effuſione, ex qua horripilatio con
tingat, hæc enim eadem cadere facit in febrem.
Amplius euitare debent famem & ſitim, non etiã
multùm repleatur cibo vna hora, vinum autem
mediocriter ſit lymphatũ. In plurib. aũt regimẽ
autumni eſt ſimile regimini æſtatis, quouſq; ad-
uenerint pluuiæ, quæ poſtquã euenerunt, à mul
to malo ſecuros reddunt. Plus autem ſolicitãdũ
eſt iſto tempore in humorum correctione, corpo
ris confortationi, quàm in humorum euacuatio
ne. Et quia hoc tempore autumni eſt copia fru-
ctuum, cauẽdum eſt ab eis, quia generant humo-
rem aptum corruptioni, & hoc tempus aſsimila
tur morbo ex corruptione: amplius cauẽdũ eſt à
nocturno frigore, & diei calore, & quia ægritudi
nes huius temporis malæ ſunt & peſsimæ, ſi quis
incidat in morbũ, ſtatim eſt ſuccurrendũ à prin-
cipio, antequã confirmetur: amplius vinũ debet
eſſe lymphatum, non tantũ ſicut in æſtate: ſi vide
amus aliquos humores peccare, bonũ eſt vt eua-
cuentur ante euentum hyemis, ne propter frigi-
ditatem hyemis cõſtringantur, & ſint cauſa ægri
tudinum. ¶ In hyeme autem plus poteſt comedi,
& cibara groſsiora, calidiora & maioribus inter-
uallis: vnde ſi aliquis ſit frigidæ complexionis,
poteſt hoc tempore vti allijs, cæpis, ſinapi, & eru
ca, ſed iuuenis & calidæ complexionis his vti nõ
debet: nam ſi in præſenti non ei noceant, tamen
aduenientе tẽpore æſtatis aut veris malæ ſequẽ
tur ægritudines, niſi ſuccurratur cum minutio-
ne & purgatione. Sunt autem quidam, qui in hye
me multum comedunt, & auidè, multum vini bi
bentes, & non multũ exercitantes, iſti ſunt minu
endi in principio veris, & ſi eorum nutriẽtia ſunt

Vtrũ autũnus ſit tẽperatus in paſsiuis, ſicut ver eſt tẽperatus.

De vere.

De æſtate.

De autumno.

De hyeme.

grossa & mala, tunc succurrendum est cũ ventris solutione. Amplius sciendum, quòd hoc tempore plus est exercitandum. ¶ Item hoc tempus est multum sanitatis conseruatiuũ: nam hoc tempore non ægrotat quis nisi forti causa, & nisi cõmiserit errorẽ regiminis, quia in isto tempore multiplicatur in corporibus phlegma, bonum est vt olera & fructus, quib. vtitur, non sint frigida & humida, vnde euitandæ sunt lactucæ, atriplices, & portulacæ, sed vti debemus fœniculo, petroselino, borragine, saluia, mẽtha, & sic intelligatur de fructib. vinum aũt quo est vtendum debet esse roseum, non album, cũ pauca aqua. In hoc aũt cauẽdum est à minutione: sed interdum possumus vti purgatione, nisi sit frigus nimis intensum. Amplius, in hyeme nullo modo vomendum est. Amplius, hoc tempore multũ solicitandũ est, vt partes pectorales tueãtur à frigore, similiter cerebrũ & extrema corporis & specialiter pedes. Sunt autem quidam maleficiati & frigidi, qui peius se habent in hyeme, quàm in æstate, habent enim calorem ita debilem, vt frigiditate hyemis calefaciẽte per antiperistasim, non confortentur, sed magis debilitentur, & frigus non solùm circunstat, sed vsq; ad interiora penetrat, & sic calorem hebetat, vt apparet in quibusdam serpentibus, qui hyeme degunt in cauernis tanquam mortui, propter frigiditatem continentem, adueniente æstate mouentur, comedunt, & melius habent.

COMMENTARIVS.

QVIA *aer non est ita subtilis, &c.*] Mira hæc est ratio, quæ cũ paulò sit obscurior, breuib. à nobis exponetur. Si veris & autũni temperamentũ exquiratur, duplici modo respõderi potest, vt probè docuit Arnaldus, secundũ astrologos, & secundũ Medicos: Astrologis ver tunc incipit, cũ sol arietem ingreditur: cũ verò librã, autũnus. Medicis aũt ver eo tẽpore describitur, quod inter hyemẽ & æstatem est maximè temperatum, & autumnus eo, quod ab æstate vergit ad hyemẽ. Iam si recessus & accessus solis ad nostrũ verticẽ anni partiũ temperamenta constituat, vt calidissimũ sit tẽpus, quo sol nostro vertici proximus est, tum æstas non à primo cancri gradu sumet initium, sed à medio tauri signo, & ad mediũ vsq; leonẽ producetur. Hoc posito cum sol autumni tẽpore pariter à nostro vertice distet ac ipso tempore veris, vtiq; tẽperamentũ idem esse oportebit vtriusq; temporis. At verò si ver ab arietis initio ad finẽ vsq; geminorũ describatur, autumnus id temporis cõplectetur, quo sol libram, scorpium, & sagittariũ percurrit. Hæc aũt signa hyemalia sunt, & æquinoctialem transgrediuntur, vt si recessus & accessus solis ratio valeat ad inquirendam temporum anni temperiẽ, nó minus frigidus esse debeat autumnus quàm hyems: nec minus calidũ ver quàm æstas. Verum aliud ferè perpetuo experimur: Tum.n. maximè vires assumit æstus, cũ sol à nostro vertice versus æquinoctialem recedit, quæcunque modo eius rei causa sit. Interim tamen seu hac, seu illa ratione describatur æstas, cùm ab hac ęquè ver & autumnus distent, mirũ videri posit cuipiam, quod vnum & idẽ non sit vtriusq; temperamentũ. Suam hac in re sententiam interposuit Arnaldus, inquiens autũnum non autem ver ob id esse inæquale, quod autumni tempore aer æstatis calore ita sit attẽuatus, vt noctis frigiditatem facile suscipiat, quem admodum aqua calefacta citius ob tenuitatẽ congelescit: cumq; veris tẽpore crasior sit aer ab hyeme præcedente, hinc fieri cẽset, vt nec à diei calore, nec à noctis frigore vehemẽter immutetur. Nescio phãtasma ne dixerim hoc an iocũ: exemplum propositum quod attinet, id quam leue sit nulliusq; ponderis, suprà dictum à nobis est. Quod autem aer autumno facile tum à calore, tũ à frigore plurimum alteretur, id tantisper concedemus, dum aliud adijciatur. Sed age prima nocte statuamus aerẽ autumni tẽpore vehemẽs concepisse frigus, an nõ hac ipsa frigiditate crassior etiam euasit aer? Equidem profectò, nec nisi prima vel altera die, quod profert Arnaldus valere poterit. Aer præterea nunquam ita crassus existit, quin facilè ab excedẽte calore vel frigore immutetur. Proinde causas exquirere decet alias, quod munus astrologorum est, qui planetarum, astrorumq; vires, à quibus hæ temporum mutationes dependent, melius exprimere possunt.

De Nutrimentis in speciali: & primò de Granis panificis & Pane, Cap. XI.

SERMONES vniuersales in operabilib. sunt inutiles, nisi applicentur particularib. Superiùs autem determinatũ est de nutrientibus in vniuersali, siue in generali, nuc aũt in speciali, & primò de cibis: secundò de potu tàm naturali, quàm artificiali. Quod ad cibos, erunt nouem capitula specialia: Primum de granis panificis & pane, secundum de leguminib. tertium de fructibus, quartum de oleribus & herbis, quintũ de radicibus, sextũ de animalibus, septimũ de animaliũ superfluitatib. octauum de piscibus, nonum de condimentis.

De panico.

¶ Sciendum igitur, quòd panis potest fieri ex frumento, hordeo, auena, siligine, milio, panico & riso: non solum aũt ex his granis fit panis, sed potest fieri panicũ. Fit autem panicum ex grano decocto in aqua vsq; ad consistentiá similem pani, vnde granum decoquitur in aqua perfectè vsq; ad spissitudinem, & tunc optimè permiscetur cũ aqua, imponitur scutellis, vel scissorijs, dimittitur infrigidari, & tunc habet quasi figurá panis, & potest incidi sicut panis: hoc aũt panicum melius & conuenientius potest fieri ex granis multis minutis, puta ex milio, panico, & riso, eò quòd perfectiùs possunt commisceri in aqua, in qua decoquuntur. Panicum non est multum in vsu, nec etiam multũ competit in regimine sanitatis propter defectum fermenti, & salis, vnde puto idem esse iudicium de panico, sicut de potagio ex eis facto.

De frumento cocto.

¶ Frumentum autem coctum in aqua, nõ cõpetit in conseruatione sanitatis: nam obstructiones & lumbricos multiplicat, ad calculum pręparat, & similiter intelligatur de plurib. & de omni cibo facto ex pasta azyma, sed amidum meli⁹ est cæteris propter maiorem desiccationẽ ipsius frumenti & humiditatis perfectiorẽ digestionẽ. Prędictus tamen cib. est multi nutrimenti, & difficilè resolubilis, vnde multum exercitantib. & fortibus minus nocet, sed temperato corpori nullo modo competit: & si interdum contingat vti ferculo de frumento, primitùs frumentũ decoquatur in aqua, deinde condiatur cum brodio carnium laudabilium, vel lacte amyg. & erit cib. conueniẽs aliquo modo vigiliarũ tempore, quia tardè resoluitur, digeritur & multum nutrit.

De hordeo, auena, riso, milio & panico.

Et similiter potest fieri ferculũ de hordeo, auena & riso, & sunt laudabiliora, quàm de frumẽto. Sed tale ferculum de milio & panico non approbo, quia milium & panicum sunt pauci nutrimenti, difficilis digestionis, generát humorem melancholicum & stringũt ventrem: verùm si post decoctionẽ in aqua ponatur vinum & bibatur, abstergit stomachũ, eius superfluas humiditates desiccat, & sudorem

De pane.

dorem prouocat. Sed quando ex milio & panico excorticatis fit talis cibus, tunc vocatur pistum in lingua nostra, coctum permiscent cum vino, & aliquátulũ salis addunt, vocatur pistũ in vino seu pistinũ: & iste cib. est in vsu in patria mea q̃, est ciuitas Mediolanũ. ¶ Laudabilior panis est, q fit ex frumento, deinde ex hordeo, tertio ex auena, panẽ ex alijs granis non approbo in regimine sanitatis. Cauendũ est. n. ne talia grana vetustate temporis corrupta sint: non debet esse frumentũ antiquũ, nec immaturũ, nec nimis nouũ, nec ex alia messe collectum, & debet esse granum frumenti grossum, ponderosum, & ad rubedinẽ declinans, & debet esse panis cũ quantitate aquæ temperata, sic vt non sit nimis mollis, nec nimis spissus, seu durus, sed debet esse bene fermẽtatus cũ aliquátulo salis, ne obstructiones generet, vermes, lapides in renib. & vesica, vt facilius digeratur, & nõ debet esse calidus, nec vetustate induratus. Sit igitur coct⁹ priori die, ignis coquẽs nõ sit nimis fortis, nec nimis debilis, & sit ex lignis conuenientib. non redolentib. naturã alicuius pharmaci, vel metalli. Si quæramus nutritionẽ maiorẽ & puriorem, mundificetur à furfure, & si volumus ventris subductionem aliqualẽ, dimittam⁹ aliquid furfuris, furfur. n. parum nutrit, ventrem subducit, & farina ecõtra. Amplius sciendũ quòd mica panis est melioris, maioris & velocioris nutrimenti quàm exterior crusta: hęc. n. generat humorem melancholicũ, & non multum competit sanis, nisi habentibus stomachum humidum, & volentibus tabescere, & in fine comestionis plus competit, iuuat enim cibi descensum, & confortat orificium stomachi. Hęc sufficiant de pane & granis panificis.

De Leguminibus in speciali, Cap. XII.

SVNT autem quinq; species leguminũ, quæ sunt in vsu. s. cicer, fabæ, pisa, phaseoli, lentigines, & si sint aliæ, possunt ad has reduci. Horum autem omnium leguminũ faba est flatulẽta, & difficilis digestionis, ei⁹ nutrimentũ est melancholicũ, vnde non multũ competit corporib. temperatis, quamdiu manẽt in sanitatis latitudine. ¶ Horũ aũt substantia est vitanda, sed brodia ventrem subducunt, vrinam prouocant, & venarum obstructiones deobstruunt: vnde satis conueniunt temporib. quib. homines vtuntur cibis grossis & obstruentibus, puta tempore vigiliarũ, in isto brodio conuenienter facto, vt dicetur, non sunt nocumenta, quæ sunt in substantia, non est ventositas, nec difficultas nutritionis, nec malitia nutrimẽti. Fit aũt brodiũ hoc modo: imponantur ciceres, vel pisæ aquæ feruenti, & in eadem longo tempore manib. confricentur, deinde in prædicta aqua tota die & nocte temperentur, in eadem sequenti mane bulliant duabus vel tribus ebullitionibus, postea colentur, colatura reseruetur, & appropinquáte hora refectionis præparetur cum cinamomo, spica & croco, addatur aliquantulum vini, deinde vnico feruore bulliatur, & propinetur in principio refectionis: Brodium autem cicerum, & pisorum alborum est conuenientius naturæ & amicabilius, & similiter eorum substantia. Fabarum substantia cæteris leguminibus est deterior, & specialiter cum cortice exteriori, est enim magis ventosa, difficilioris digestionis, & magis melancholica. ¶ Et nota, quod cortex exterior est peioris nutrimenti, quàm medulla, ventrem constringit, medulla laxat ventrem, & hoc est verũ in omnibus leguminibus: vnde nõ est artificiale comedere simul medullam cum cortice, nam vnum laxat, & aliud stringit, & sic sunt motus agitatiui, & hoc est vniuersaliter verum de leguminibus, habentibus multam corticem exteriorem, cuiusmodi sunt fabæ & ciceres nigri, sed vna est species pisorum alborum rotundorum habentium corticem exteriorem valde subtilem, quæ securius potest comedi cum medulla: melius tamen est, si depilentur. ¶ Sed legumina recentia sunt plurium superfluitatum corruptibilioris substantię, & minus competunt corporibus humanis hoc respectu: nã sicca legumina à cortice depilata sunt saniora recentibus, item in recentibus est humiditas vaporosa: recentia enim non depilantur, sed viridia sunt saniora siccis non depilatis: vnde bonum est, vt viridia decoquantur cum brodio carnium laudabilium, vel cum lacte amygdalarum, addito saccharo albo, & croco. Et si contingat legumina sicca comedere, & non decoquantur cum brodio carnium, bonum est vt condiantur cum oleo oliuarũ, & cæpis albis in eodem frixis, & minutim incisis. Item debẽt comedi in fine mẽsæ: nam si in principio sumerẽtur, tunc eleuarent alios cibos ad stomachi orificium. In regimine tamen sanitatis nõ competũt, nec in principio, nec in fine: in principio non, propter causam iam dictam, in fine non, quia ventositatem & eructationem causant, quæ ventositas appetit orificiũ stomachi, & sic calor exhalat, digestio impeditur. Si autem sumantur in medio, cum alijs cibis, poterunt cum alijs cibis faciliùs permisceri, cùm digestio fiat per viã ebullitionis, & sic corrigetur eorum malitia. Amplius scias, quòd si legumina in fine comedantur, inducunt somnia mala, & melãcholica, ideò non comedantur in principio, nec in fine, sed in medio. Hæc breuiter sufficiant de leguminibus.

Leguminum cortex stringit & medulla laxat.

De Fructibus, Cap. XIII.

DE fructibus sciendum, quòd quamuis in via nutrimenti non competant, in sanitatis regimine, quia nutrimẽtum fructuum communiter non est laudabile, generãt enim sanguinem putridum, parum nutriunt, & sunt multarum superfluitatũ, tamẽ multi homines, existentes in latitudine sanitatis, vtuntur interdũ fructib. propter vtilitatẽ, q̃ sperant consequi ex eorũ vsu, aliã à nutrimento, ex quo cõcluditur, quod nõ debẽt sumi in quantitate magna: illud. n. quod medicinaliter sumitur, & non via nutrimenti, nõ debet sumi in quantitate magna, nec debet multùm continuari vsus eius. ¶ Sunt aũt quędã vtilitates, propter quas fructus cõpetere possunt in sanitatis regimine præseruatiuo, quarum prima est choleræ mitigatio, feruoris sanguinis extinctio, & corporis humectatio, seu infrigidatio. Fructus autem ad hoc deputati sunt frigidi & humidi & specialiter recentes, huiusmodi sunt pruna, persica, ficus, & vua, specialiter melones, cucumeres, citrulli & cu-

Fructus possunt cõpetere in regimine sanitatis præseruatiuo propter quinque vtilitates.
Pruna.
Melones.
Citrulli.
Cucurbitæ.

curbitæ: & si volumus hunc sanguinis feruorem A
mitigare in pectoralibus partibus & spiritualib9,
vtemur prædictis, cucumere, melonibus, post ci-
bum specialiter, cum veremur æstuationē in pe-
ctoralilib. & cerebro ex aliquo cibo sumto, sicut
ex assaturis & frixuris contingere cōsueuit. Si au
tem volumus choleram, quæ est in venis, altera-
re, & feruorem sanguinis in hepate, splene & cæ-
teris membris mitigare, tunc prædicti fructus su-
mantur ante cibum, & superbibatur aqua frigi-
da, vt citiùs transeant ad venas & magis infrigi- B
dent, vel vinum bene lymphatum, quod magis
approbo: tales autem fructus competunt maxi-
mè æstiuo tempore, & tempore autumni, his .n.
temporib. corpora sunt sicca ab humore choleri-
co, & similiter magis conueniunt cholericis iuue
nib. & sanguineis. ¶ Et est diligēter notādū, quòd
melones, citrulli, & cucu. sunt multū difficilis di-
gestionis, & eorum humor est paratus ad putrefa
ctionem, generant febres chronicas, vnde verum
est, quòd sitim sedant, feruorē sanguinis mitigāt, C
stomachum cōfortant, & cucumeres plus valēt,
quàm melones, & citrulli. Aduertēdum tñ quòd
tales fructus non sunt conuenientes, quādo sunt
vetustate corrupti, quod obseruādum est in om-
nib. fructib. ¶ Sunt autē quidam fructus, qui pro
ueniunt ad perfectam maturationem supra arbo
rem, ex qua perfecta maturatione nigrescunt, &
efficiuntur cib. bombycum, vt mora & similia, &
horū vsus non est conueniens aliquo modo: præ
parant enim humorē ad putrefactionē & corru- D
ptionem, multiplicāt bubones, carbūculos & an
thraces in vtentib. corporib. & huiusmodi sunt
mora celsi: & etiā species quædam cerasorū, quę
vocantur galfioni in lingua nostra, vnde cùm
percipimus fructus prædictos, nullo modo est e-
is vtendū taliter. Et vniuersaliter non est vtendū
aliquo fructu, in cuius interiorib. inueniūtur ver
mes, & ille annus, vtplurimum est epidimialis,
in quo vermes in fructibus abundanter reperiū-
tur. ¶ Secunda vtilitas, propter quam homines E
interdum vtuntur fructibus, est ventris subdu-
ctio & laxatio, quare vtuntur ficubus, vuis, pru-
nis, moris celsi, maturis cerasis, & persicis molli-
bus, quibus est vtendum in principio mensę: nec
statim est comedendus alius cibus, sed aliquātu-
lum immorandum, & est superbibendū aliquod
brodium, vel vinum lymphatum, vel aqua frigi-
da, vt quidam dicunt, quod verum est in homini
bus valde cholericis, inhabitantib. regionem cali
dam, iuuenibus, & tempore calido. Sed commu- F
niter melius est, superbibere aliquod brodiū car-
niū laudabiliū, vel vinū dulce bene lymphatū.
¶ Est notandum, quòd triplex est vua, quædam
est immatura & fit agresta ex ea, matura, viridis
& recens, ex qua fit vinum, & sicca, quæ passula
dicitur: prima quidem ventrem non subducit,
sed magis constringit, appetitum ex cholera de-
fectum reducit, stomachi calorem refrigerat, &
multùm valet in fluxu ventris cholerico. Sed
vua matura, specialiter alba, & recens valde sine G
nucleis & cortice ventrem laxat, cæteris fructi-
bus melioris nutrimenti existit, sicut & ficus: vn
de verum est, quòd ventositates generant & infla
tionem & ventris dolorem. Et si remanserit per
duos dies aut tres suspensa, melius nutrit &, mi-

Secunda vtilitas.

Vua.

nus laxat, nec tantum inflat. Habentes stoma-
chum plenum cibo, vel immundum humoribus
malis, nullo modo comedant vuas & specialiter
recentes, siue virides, velociter enim in stoma-
cho immundo corrumpuntur. In stomacho ple-
no cibis, nimis citò digeruntur, non potentes exi
re de stomacho post earum digestionem, & alius
cibus nondum est digestus, in stomacho corrum
puntur corruptæ, alium cibum quoque corrum
punt, similiter intelligatur de alijs fructibus laxa
tiuis. Et si aliquis velit sumere vuam viridem, &
recentem, bonum est, vt primò imponatur a-
quæ feruenti per horam, deinde aquæ frigidæ.
Sed vua passa magis conducit caliditati, confor-
tat stomachū & hepar & obstructiones remouet.
Et dicitur quòd hepar impinguatur ex eis, ma-
ximè si mundentur à suis arillis. ¶ Quo ad ficus
nota, quòd humida & recens velociùs nutrit, ci-
tiùs transit de stomacho ad hepar, & magis hu-
mectat, sed sicca est minus flatulenta, magis ape-
riens obstructiones: vnde sciendum, quod pro-
pter suam dulcedinem, si ex eis multùm come-
datur, citi9 generat obstructiones. Et nota, quòd
ficus siccæ & passulæ pulmonem & pectus mun
dificant & leniunt. ¶ De moris celsi sciendū est,
quòd mora immatura non laxant ventrem, sed
magis constringunt & habent virtutem repercus
siuam, & stypticam, sed matura laxant ventrem,
declinant ad humiditatem & caliditatem, nullo
modo debent comedi post cibū propter passibi-
litatem suæ substantiæ: & timentes humorū pu-
trefactionem non vtantur moris, est enim cibus
febrilis, vnde non approbo eorum vsum in febri
citantibus, quicquid dicant alij, nec in dispositis
ad febrem. Quo ad pruna sciendum, quòd pru-
na matura sunt in vsu, & nō immatura: Pruna au
tem matura magis conuenientia sunt magnæ fi-
guræ, oblonga, habentia carnem paucam & du-
ram ad aliquam siccitatem declinantem, corticē
exteriorem tenuem, in sapore non verę dulcedi-
nis, sed debet esse eorum dulcedo particeps ali-
cuius acredinis: & huiusmodi sunt pruna dama
scena. Talia enim pruna humectant & infrigidāt,
ideò multùm conueniunt febricitantibus, &
ventrem laxant, vt dictum est. Sunt autem multę
aliæ species prunorum, quorum vsum non ap-
probo. Sunt etiam pruna syluestria parua remo-
uenda, ne crescant in sepibus, ex quorum succo
fit acatia, quæ ventrem stringit. Debent autem
pruna, quæ sumūtur propter ventris subductio-
nem, primò imponi aquæ frigidæ per horam, tūc
enim perfectiùs infrigidant & humectant, & cho
leram, quam inueniunt, lubricando soluunt, &
sic stomachum melius disponunt ad recipiendū
cibum. Notandum tamen, quòd pruna humida
recentia sunt magis alteratiua, & laxatiua, quam
uis sint peioris nutrimenti, & plurium superflui
tatū, sed pruna sicca magis confortant, & melius
nutrimentum dant corpori. ¶ Et sicut dictum
est de prunis, ita intelligēdū de cerasis, tamē cera
sorū humiditas est subtilior & minus viscosa, vn
de minus nutriunt, quā pruna. ¶ De persicis sciē
dum, quòd humores generant putridos, verum
appetitum confortant, & non debēt recipi post
cibū, sed ante, sicut pruna, vnde stomachū chole
ricū confortant, infrigidant & humectant. Et sci-
as, quòd

Ficus.

Mora.

Pruna.

Persica.

as;quòd eorum odor valet contra cardiacam passionem, & habent proprietatem mirabilem resistendi fœtori proueniẽti à stomacho. ¶ Nota vniuersaliter, quòd diuersi fructus non debẽt assumi in eadem mensa, sicut nec diuersi in sanitatis latitudine. ¶ Tertia vtilitas, quare homines in latitudine sanitatis vtuntur fructibus, est ventris cõstipatio, quare in principio mẽsæ vtuntur fructib⁹ stypticis, vt sunt cotonea, mespila, pira, &c. quia naturaliter vel accidentaliter habent ventrem lubricum, non debent sumi in magna quantitate, quia sunt difficilis digestionis, & mali nutrimenti, cibus post eos sumtus citius digeritur, quá prę dicti fructus, & permanent in stomacho vltra debitum tempus, sic corrumperetur digestio sicut patet in carnibus perfectè coctis, & vlterius in potu bulliant: si autem quęratur ventris subductio, recipiantur in fine mense. ¶ Inter hos autẽ fructus cotonea sunt laudabiliora, nam cum stypticitate, & põticitate sua sunt odorifera, ideo sunt stomacho & cordi magis conferentia, multũ conferunt in reducendo appetitum ex dominio cholere defœdatum: bonũ aũt est, vt inuoluantur stupis, decoquantur in prunis, siue carbonib. seu calidis cinerib⁹, & tunc frangantur per frusta, & in optimo vino odorifero dentur, & sic melius nutriunt, minus grauant stomachum, citius digerũtur, & sic debent exhiberi habentib. stomachũ debilẽ. Sed cruda cotonea sunt maioris stypticitatis, ponticitatis, & difficilioris digestionis, nullo modo conueniunt habentibus stomachũ debilem & frigidum. ¶ De piris aũt nota, quòd quanto pira magis sunt odorifera, & cotoneis in sapore, substãtia, & colore propinqua, tantò sunt stomacho conuenientiora, & pira quantò plus dulcedinis habent, tantò plus nutriunt, & tantò minus tunc ad laxandum, si pòst sumantur, apta. Et nota, quòd pira & cotonea stomacho ieiuno comesta sunt causa fortis colicæ passionis, & incurabilis, si cõtingat vt stomacho ieiuno sumantur superbibatur vinum vetus odoriferum, sicut dictum est de persicis. ¶ De pomis est sciendum, quòd poma dulcia possunt comedi ante cibum, & post, & magis conueniunt ad nutriendũ, quá pontica acetosa, & styptica, de quib. ponticis similis est ratio sicut de cotoneis, & piris, quantũ ad operationes & modum exhibendi: Poma aũt odorifera cõfortant cor, cerebrum, & principalia membra, si sint in caliditate distemperata, & hoc verũ est de pomis acetosis & ponticis. Sed poma dulcia non multum competunt cholericis corporibus, conuertuntur. n. in choleram. Et nota quòd poma habent malam proprietatem in generando ventositatem in secunda digestione, ꝑpter quam dictum est à sapientib. quòd possunt generare hecticam & phthisim: Nam flatus generatus ex eis habet malam proprietatem ad exsiccandum arterias pulmonis. ¶ De mespilis aũt & sorbis est sciendum, quòd minus competunt nutrimento inter cæteros fructus superiùs nominatos, quod satis ostendit austeritas sui saporis, & durities suę substantię, postquam sunt in arbore matura, ideò magis conueniunt via medicinæ quàm cibi: sorbæ autem sunt delectabiliores mespilis. ¶ Quarta vtilitas, propter quam in latitudine sanitatis vtimur fructibus, est compressio de orificio stomachi ad fundũ: sunt aũt quidam fructus comprimentes sua stypticitate, & ponticitate, de quibus sufficienter superiùs dictum est. Alij verò sunt comprimentes sua grauitate & grossitie suæ substantiæ: & huiusmodi sunt auellanę, castaneæ: nam isti duo fructus non habent ponticitatem nec stypticitatem, propter quam comprimant, nec aromaticitatem, ratione cuius confortent orificium stomachi, sed deponunt cibum ratione suæ grauitatis in grossitie substantiæ. ¶ Et ideò auellanæ virides & humidæ sunt maximè euitandæ, licet possint cibũ sumtũ comprimere grauitate sua, quia non habent dulcedinẽ, quæ grata sit orificio stomachi, nec aromaticitatem, qua confortent & foueant spiritus, nec stypticitatem aut ponticitatem, qua roborent stomachum aggregando partes, & ideò generaliter sunt nociuæ ori stomachi: quia sua frigiditate, & grauitate percutiunt nullum conferendo iuuamentum. ¶ De castaneis aũt sciendũ, quòd sunt difficilis digestionis, generãt humorẽ melancholicũ & obstruunt venas. Sed inter syluestres fructus castaneę nõ distinguuntur à glandibus: notabile autem nutrimentũ dant, & habent aliquá stypticitatem specialiter, si assentur, & ideò competunt post cibum: Similiter auellanę si assentur aut corrigantur, acquirunt quandam stypticitatem & dulcedinem, ratione quarum stomachus in eis delectatur, & confortãtur, sicut & castaneæ quando assantur. Et est notandum, quòd nuces siccæ peiores sunt auellanis: nam magis sunt vnctuosę, ratione cuius in choleram conuertuntur, & inducunt capitis dolorẽ, oculos turbãt, vertiginẽ causant, & generaliter sumtæ post cibũ linguæ paralysim inducunt, & vomitũ prouocant. Habentes cholericũ stomachũ, euitare debẽt nuces siccas, & quantò antiquiores, tantò peiores: Recentes aũt minus malę sunt, quia non sunt tátæ viscositatis, & ideò non generant dolorem capitis, nec vertiginẽ & similia, sicut siccæ: ratione humiditatis lubricant ventrẽ, & si aliqualiter corrigantur, & comedantur post cibũ, cõprimũt cibũ sumtũ. Et si siccę, sumãtur ante cibũ cũ ruta & ficu, valẽt cõtra venenũ. Sic igitur patet, quòd nuces recẽtes sunt magis cõueniẽtes corporib. sanis q̃ siccæ & cõtrariũ est de auellanis, quia siccę meliores sunt viridibus. ¶ Dulces aũt amyg. mediæ sunt inter auellanas & nuces, nisi quòd melioris sunt nutrimẽti, & stomacho magis cõueniũt. Et puto quòd virides sunt meliores ad esum, q̃ siccæ & antiquæ: ná siccæ habent quádá vnctuositatẽ, ratione cuius possunt inducere nocumenta, q̃ inducunt nuces. Amyg. tamẽ siccę nõ sunt adeò malę sicut nuces, quia nõ tantá habent vnctuositatẽ: vñ nota, quòd lac amygdalarũ antiquarũ siccarũ nõ multũ cõpetit febricitantib. propter vnctuositatẽ earũ, ratione cuius inducit capitis dolorẽ, & cholerę generationẽ: sed lac amyg. viridiũ est febricitantib. cõueniẽtius. Et si velimus ex antiquis lac febricitantibus facere, prius torrefiant modicum, vt lac careat vnctuositate: Deinde infundantur in aquam feruentem, & postea in aqua lauentur frigida: deinde pistentur, & distẽperentur cum aqua laudabili: lac commoueatur fortissimè, spuma post agitationem remoueatur, & lac remanebit sine vnctuositate. Et

quamuis amygdalæ habeant multas bonas proprietates, tamen contrariantur stomacho, similiter nuces auellanæ: & quidam dicunt, quòd pineæ quidem minus offendũt stomachum, si recẽtes, & similiter intelligatur de amygdalis & nucibus. Sed in pineis & auellanis contrarium accidit, nam cum modicũ desiccantur, minus nocent stomacho. Amygdalæ siccæ nullo modo competunt post cibum, nec antè, nisi ad prohibendum ascensum vaporum vini ad caput, vnde ebrietatẽ prohibent. ¶ Pineę plus nocẽt stomacho, & plus prosunt pectori. ¶ Pistacij autem minus nocent stomacho cæteris fructibus oleaginosis, vt dicũt quidam, & sic parum nocent, vel non nocent, sed prosunt, vt dicunt alij, prohibent enim nauseam, & stomachi subuersionem, cõfortant os eius, vel non habent iuuamentũ, nec nocumentũ, vt quidam dicunt.

Pineæ. *Pistacij.*

Quinta vtilitas.

¶ Quinta vtilitas vtendi in sanitatis regimine, & via cibi tempore necessitatis, quo deficiunt alij cibi. ¶ Inter fructus humidos vua est maioris nutrimenti, & melioris: reliqui aũt fructus humidi, puta pruna, mora, & similia, minus competunt nutrimẽto, similiter fructus succosi, puta poma, pira, & similes parum competunt via nutrimẽti, & specialiter in hyeme. Amygdalis autem & pineis, auellanis, phisticis, nucibus vti possumus tempore necessitatis, via cibi specialiter in hyeme.

Amygdal.

¶ Amygdalę & specialiter recẽtes impinguant & ęstuationẽ stomachi suo tẽpore possunt aliqualiter tẽperare, & cũ exteriori cortice sumtę stomachi humiditates consumunt, seu mundificãt, & ebrietatẽ prohibẽt: sumtæ post cibũ ascensum vaporũ vini ad caput prohibent, visum confortant, pectus mundificant, obstructiones laterum aperiũt, & specialiter amaræ, vniuersaliter superfluitates à visceribus abstergunt, substantiam cerebri augmentant, matrici multũ conueniunt, bene nutriunt, suauiter dormire faciunt, vias vrinæ aperiunt, gingiuas confortant, constringunt cum cortice exteriori, & quando siccæ aliqualiter torrefiunt, sunt cõuenientes stomacho, quia eorum vnctuositas remouetur. Et recentes amygdalæ magis competunt post cibos, quam siccæ: & econtra de siccis.

Nuces.

¶ Nuces autem habent vnam solam bonitatem, quòd à veneno piscium tuentur ante cibum comestæ, quia ante prosunt, & siccæ sunt meliores, quamuis nutrimenti via, & quo ad alia virides sint minus nociuæ.

Auellanæ.

¶ Auellanæ hepar confortant, sed nocent stomacho & capiti, secundum alios parum differunt à nucibus, nisi quòd non sunt vomicæ. Non est autem auellana tantæ caliditatis, sicut nux, & est maioris nutrimenti, minus vaporosa, ventrem stringit, & nuces magis laxant, quàm stringant.

Pistacij.

¶ Pistacij autem hepar confortant, quamuis oppositum dicatur superiùs, & possunt comedi ante cibum, & post, quia laxant ventrem, nec stringunt, quidam dicunt, quòd ventrem laxant.

Pineæ.

¶ Granũ pini est difficilis digestionis, multi nutrimenti, & plus cæteris fructib. oleaginosis, cuius nutrimentum est forte, renes mundificat, & similiter membra spiritualia, sed cæteris fructibus plus stomacho nocet.

Dactyli.

¶ Dactyli autem sunt indigestibiles, caput grauantes, generantes humores grossos & viscosos, venas aperiunt, pectus leniunt, screare faciunt, tussim mitigant, dentes putridos efficiunt, vt quidam asserit. Dactyli autem participantes quãdam stypticitatem stomacho sunt boni, & ventrem stringunt. Si autẽ prædicti fructus condiantur cum melle & saccharo, minus nocebunt: Sed tamen non competit corporib. temperatis eis vti, præcipuè cũ magis condiantur ad voluptatem, quàm vtilitatem: Hæc breuia de fructibus sufficiunt.

De Herbis & Oleribus, Cap. XIIII.

DE herbis seu oleribus, quæ sunt in vsu ponẽdę sunt primò regulæ generales.

Prima regula.

¶ Quarum prima est, quòd omnes herbæ simpliciter sunt malæ in vsu via cibi, vt nutrimentum dent corpori: declinant enim per suam naturam ad humores melancholicos, & hoc faciunt etiam à tota natura & substãtia, excepta lactuca & buglossum: hæ autem duæ via cibi sunt meliores, seu minus malæ aut nociuæ. Herbæ enim frigidę, puta atriplex, spinachia, & bleta generãt sanguinem aquosum phlegmaticum, & aptum putrefactioni, & ebullitioni, ratione humiditatis seu substantiæ, & paucitatis calidi naturalis, talia enim citò recipiunt calorem extraneum: Herbæ calidæ, puta saluia, mentha, petroselinum, allia, cæpæ, sinapi, & similia generãt sanguinem acutum, inflammatiuum, pungitiuũ calidum & siccum, & sic via cibi non multum cõpetunt corporibus temperatis, tamen frigidis cõpetunt via alteratiua, & hyeme maximè.

Secunda regula.

¶ Secũda regula est, quòd herbæ no debent comedi crudæ, nisi interdum lactuca & portulaca cum aceto ad compescendum sanguinis feruorem, æstuationem stomachi & hepatis, debent sumi in principio mensæ, & in pauca quantitate

Tertia regula.

¶ Tertia regula est, quòd herbis calidis vtendum est hyeme, & frigidis æstate, & herbis temperatis, puta borragine & buglosso, vere & autumno, & omni tempore, his addantur lactuca calido tempore, & saluia aut mentha frigido tempore, in vere borragini & buglosso, possunt addi asparagi, postquã fuerunt bulliti.

Quarta regula.

¶ Quarta regula est, quòd herbæ non debent comedi, cùm semẽ est perfectum, & etiam antequam ad aliquale peruenerint augmẽtum.

Quinta regula.

¶ Quinta regula est, quòd non debent præparari cum lacte animalium, sed cum lacte amyg. vel brodio carnium laudabilium, aut oleo oliuarum dulci.

Sexta regula.

¶ Sexta regula est, quòd fercula de olerib. cõmuniter debent sumi in principio mẽsæ, quia communiter laxant ventrem: cauliũ aũt brodium non debet sumi simul cũ substantia sua, sed substantia in fine mensæ cùm sit styptica, & brodium in principio, cùm sit laxatiuum. Nam inartificiale est simul sumere eorum brodium & substãtiã, quia causatur motus agitatiuus, nisi esset brodiũ prima aqua abiecta, & esset de secũda aut tertia aqua addita. De alijs aũt olerib. humidis ventrẽ laxantib. nõ expedit multũ vt abijciatur prima aqua, nisi forsan intẽdam⁹ magis ad nutrimẽtũ, & velim⁹ impedire laxationẽ, sumẽtes igitur tales herbas via cibi expedit, vt primã aquã ebullitionis abijciamus, sic enim magis nutrient, & minus laxabunt.

Septima regula.

¶ Septima regula est, quòd si herbæ frigidæ & humidæ sumantur via cibi, debent taliter præparari, vt earum humiditates temperentur: vnde bonum est primò vt coquantur

quantur in aqua, & deinde frixentur cũ oleo dul
ci: Aut si non coquantur totaliter in aqua, permis
ce aliqua habentia virtutẽ cõtrariá: verbi gratia,
cucurbitæ sunt frigidæ & humidæ, vnde bonũ
est, quòd primò coquantur in aqua, & deinde fri
xentur in oleo, aut cum eis cæpæ albæ aut fœni-
culum aut petro permisceatur: & similiter intelli
gatur de calidis & siccis per contrarium. ¶ Octa
ua regula est, quòd illa olera cõuenientiora sunt
ad nutrimentum, quæ minus prędite sunt phar-
maca qualitate: & hæ sunt herbæ, quarum sapor
est minus austerus, & dulcedini magis propin-
quus. Sciendum igitur, quòd herbæ seu fructus,
ex quibus consuetum est fieri ferculum, sunt hę,
lactuca, bleta, atriplex, portulaca, caules, cucurbi.
melones, borrago, buglossum, petroselinum, api-
um, cæpæ, porrum & allium: & ex allio tamẽ nõ
fit ferculum communiter. ¶ Dicunt quidam
quòd mala insana, non valent in ferculis: & audi
ui, quòd si quis ex eis comederit quotidiè per an
num incurrat in insania. Quidam tamen faciunt
ex eis cibaria delicata, aqua primæ decoctionis
abiecta, coquuntur post cum iure carnium lau-
dabilium, & cibus delectabilis multum, sicut cau
les, quæ ex se generant sanguinem melancholicũ
tamen beneficio talis præparationis austeritas re
mouetur. Multum.n. debet considerari modus
præparãdi, & illud, quod eis miscetur, ex quo ma
litia corrigitur, & etiã multũ debet considerari a-
micabilitas gustus: nã quando cib. est multũ de-
lectabilis, lęsio ꝓueniens no est multũ manifesta,
nã quod bene sapit, nutrit: datus est gust⁹ ꝓpter
alimentum: Ista mala insana parum curaui in
septentrione, & parte occidentis, quia nõ inueni-
untur apud eos. ¶ De lactuca nota: cruda come-
sta plus alterat & min⁹ nutrit, ecõtra si coquatur,
debet sumi ante cibum, & nõ debet ablui, quia ex
ablutione fit ventosa, & flatulenta, intenditur e-
ius frigiditas, & humiditas, ex quo redditur indi
gestibilis. Lactuca .n. natura sua citò digeritur,
sitim sedat, ardorem choleræ & sanguinis miti-
gat, in ebullitione humores temperat, lac in ma-
millis nutricum multiplicat, appetitũ cibi exci-
tat, defœdatum à cholera soluit, nec stringit ven-
trẽ, nec vrinã prouocat, & in modico vini come-
sta non sinit homines inebriari, somnum prouo-
cat, visum obfuscat: igitur calidum admisceatur,
vt faciebat Galen. quia senibus somnum prouo-
cat, coitus libidinẽ sedat. Et nota, quòd aliquan-
dò lactuca potest sumi post alios cibos, scilicet
quando sumti sunt cibi acuti calidi ad remouen-
dum eorũ malitiã. Lactuca est duplex, hortensis
& agrestis, seu syluestris: syluestris.n est frigidior
hortensi, & non competit via cibi, & est in virtu
te opij. ¶ Bleta declinat ad frigiditatem & humi-
ditatem, alba est melior ad esum, quá nigra, nullo
modo debet commedi cruda sed cocta, parum
nutrit, minus quàm lactuca, stomachum debili-
tat & intestina. Assiduus vsus eius inducit rugi-
tum & inflationem, nisi condiatur & commeda-
tur cum quibusdam speciebus, malitiam ipsius
reprimentibus, immò sic sumta curabit dolorem
ventris, ventrem laxando, & vias aperiendo: &
nota, quòd bleta est humidior lactuca, vnde lactu
ca est quasi media inter bletam & caulem. ¶ Atri
plices parum differunt à bletis in complexione,
& operatione, nisi quòd atriplices sunt humidio-
res, & ratione huius, ventrem subducunt & pa-
rum nutriunt, ardorem choleræ mitigant, vomi
tum prouocant, specialiter eorum semen, & para
ti sunt putrefactioni, ictericis prosunt, nullo mo-
do comedatur cruda: Sola enim lactuca, & por-
tulaca comedatur cruda, aut cocta. Debent au-
tem atriplices condiri cum oleo, sale, & aceto, nã
simpliciter sumti sunt mali stomacho. ¶ Spi-
nachia similis est atriplici, nisi quia melior est
pro stomacho: ventrem enim humectat, aquo-
sum & frigidum humorem generat, nisi malitia
corrigatur, sicut atriplicis. Et nota, quòd spina-
chia est valde bona gutturi, & pulmoni. ¶ Portu-
laca nutrimentum paucum dat, & laudabile, fri.
& hu. multum aufert sitim, constipat ventrem,
aufert dentium stuporem, est bona spleni, & præ
cipuè semen eius, sed visum obfuscat, appetitum
defœdat: nimius vsus ipsius visum debilitat, libi-
dinem aufert, & vomitum prohibet. ¶ Cucurbi-
ta generat humorem aquosum, non austerum,
nec vniuersaliter participantem pharmaca quali
tate, sicut ipsius sapor ostendit, & parum nutrit,
propter passibilitatem suæ substantię, est parata
suscipere corruptionem: vnde quando corrum-
pitur, generat humorem malum valde, vnde non
est accipienda stomacho immundo: Non debet
commedi, si sit inconuenienter præparata: nam
his duobus modis citò in stomacho recipit cor-
ruptionem, & ad malum humorem conuertitur.
Amplius ex sui natura generat humorem nõ par
ticipantem qualitatis excessum, si bene digeratur
quod ostenditur ex sui saporis insipiditate, sed e-
tiam ex sui passibilitate facilè conuertitur ad ex-
trema. Et quia cucurbita est multum aquosa, bo-
num est admiscere cum ea cæpas albas, vel fœni-
culum, calamẽtum, origanum, & primò elixetur,
deinde frigatur. ¶ Caules secũdũ aliquos frigidi
sunt, & sicci, & secũdũ alios calidi & sicci: nos au
tem dicimus, quòd via cibi, eorum substantiam
considerando, sunt frigidi & sicci: sed via medici-
næ, & quo ad eorum circumferentiam, sunt cali-
di & sicci: obsunt stomacho, parum nutriunt, ma
lum humorem generant, & peiorem quàm lactu
ca, visum obtenebrant, nisi oculi sint valde humi
di: tunc enim possunt conferre desiccando, som-
num inducunt, vrinam & menstrua prouocant.
Caules syluestres non competunt esui: summi-
tates caulium, & specialiter eorum oculi conue-
nientiores sunt stipite & folijs, debent coqui cũ
brodio laudabilium carnium, & efficiuntur sa-
tis boni & delectabiles gustui: vnde antiquitus
mulieres cibabant filios suos caulibus, vt citius
ambularẽt. ¶ Borrago domestica & syluestris cæ
teris olerib. est melior humanæ complexioni ad
esum: est enim calida & hum. tẽperatè, & cæteris
oleribus temperatis calidis meliorem generat
sanguinem. Et quia borrago habet quandam a-
speritatem, ex qua ad esum redditur minus dele-
ctabilis & vtilis, bonum est admiscere cum ea
remouentia illam malitiam, vt spinachiam & ble
tas teneras, confortant enim cor, vniuersaliter
omnia spiritualia, est lenitiua pectoris & pulmo
nis, & lætitiam inducit. Quidam dicit, quòd si co
medatur cruda generat laudabilem sanguinem,
coctam tamen magis approbo. ¶ Aliæ her-

Octaua regula. Mala insana. Lactuca. Bleta. Atriplices. Spinachia. Portulaca. Cucurbita. Caules. Borrago.

bæ calidæ, quibus homines communiter vtuntur, sunt trifolium, asparagus, fœniculum, petroselinum, apium, nasturtium hortulanum, & aquaticũ, saluia, mentha, & hyssopus. Ex his autem herbis per se non fiunt fercula, nam parum nutriunt, & generant sanguinem acutũ, adurunt sanguinem iam generatum: vnde tales herbæ singulares nullo modo sumendæ sunt via cibi, sed solũ via medicinæ, tamen aliquando his vtuntur homines ad corrigendum malitiam aliorum olerum frigidiorum, & in salsis propter aliquas virtutes speciales, quibus homo forsan ab ægritudine præseruatur.

Trifolium. ¶ Trifolium est herba calida prædita amaritudine cum stypticitate manifesta, & ideò via cibi non competit: valde autem est bonum stamacho siue crudum, siue bullitum, sed parum sustinet decoctionem: potest autem conuenienter exhiberi cum oleo, aceto & sale, stomachum cõfortat, fastidiosos curat, & appetitum reuocat. Ablutio decoctionis trifolij supra locum morsus scorpionis, vel viperæ sedat dolorẽ, & si locus nõ sit morsus, inducit dolorẽ similẽ dolori causato à morsu.

Asparagus. ¶ De asparagis nota, quòd parũ alimenti dant corpori, & non bonum, possunt autem dari cum oleo, aceto, & sale, sicut de trifolio dictum est, & sunt delectabiliores ad esum, stomachum magis confortantes, bulliti in aqua ventrẽ molliunt, vrinam prouocant, & dicit quidam, quòd nauseam inducunt.

Fœniculum. ¶ Fœniculum tardè digeritur & malè nutrit & parum, vnde non competit via cibi, sed confert ventositati stomachi: & si bibatur cum aqua frigida, nauseam inducit, si teratur cum aqua supra morsum canis rabidi, cõfert: plus igitur competit via medicinæ, quá cibi: non igitur vtendum est eo in regimine sanitatis, nisi ad correctionem malitiæ quorundam olerum, & aliorum ciborum, sicut interdum cũ lactuca aut rapis aut cucur.

Petroselinum. ¶ De petroselino sciẽdum, quòd generat sanguinem valdè acutum & incitat ad iram, est aperitiuum: Non competit via cibi, nisi ad correctionem malitiæ quorundam aliorum, vt fœniculum: In cibis enim positum digestionem confortat, ventositatẽ excludit, & est herba satis conueniens ad salsas, & vsus eius plus competit hyeme senectuti, & complexioni frigidæ. Emplastrũ ex eo cũ sale valet ad morsum canis rabidi.

Apium. ¶ Apium satis conuenit petroselino in complexione & proprietatibus, sed sapor eius est minus delectabilis, vnde via cibi minus vtuntur homines communiter, non est tamen tantæ siccitatis, sicut petro vnde non tantum adurit, aperit obstructiones splenis & hepatis, sed nocet capiti, incitat motum epilepticum, & masticatũ facit bonum oris odorem.

Nasturtium. ¶ De nasturtio sciendum, quòd tale calefacit stomachum, & hepar, & confert grossitiei splenis, sanguinem adurit, parum nutrit, & ipsius nutrimentum est laudabile, pulmonem mundificat, renes ad coitum incitat, & appetitũ: vnde parũ ex eo potest sumi in principio pastus cum croco, sale & oleo, ad reuocationem appetitus, & aliter est malum stomacho, quia ipsum nimis mordicat: Caput illinitum retinet capillos cadentes.

Saluia. ¶ Saluia multum calida est, & sicca, ideò per se nõ multum competit via cibi, & confortat multum neruos, in sanitate vtitur saluia dupliciter: primò faciendo ex saluia vinum, quo homines vtuntur in latitudine sanitatis, & specialiter in principio mensę: competit huiusmodi vinum paralyticis & epilepticis moderato vsu, præcedente purgatione materiæ peccantis. Amplius vtitur saluia in salsis, nam appetitum excitat, & specialiter cum stomachus repletus fuerit malis humoribus crudis, indigestis: Et ad eandem intentionem posset fieri herbolatum, & comedere stomacho ieiuno.

Mentha. ¶ Mentha multum est sicca, parum competit via cibi in regimine sanitatis: stomachum confortat, & calefacit, singultum sedat, & digerit, & prohibet vomitum phlegmaticum, & sanguineum, ad coitum incitat, prohibet sputum sanguinis, cõfert ad morsum canis rabiosi, & est propria ad illud.

De Radicibus, Cap. XV.


ADICES, quibus homines sani cõmuniter vtuntur, sunt porri, allia, cępæ, raphanus, radix pastinacæ, napi seu rapæ, & cornæ. ¶ De cępis, allijs, & porris sciendum, quòd via cibi nõ competunt temperatis corporibus nec calidis, & specialiter cruda: parum enim nutriunt & malè, quia generant sanguinem acutum, pungitiuum, grossum: tamẽ humores subtiliant, & viscosos incidunt. Et postquá cocta sunt, perdunt vim illá pungitiuam, & adhuc remanet in eis virtus incisiua, & subtiliatiua: vnde magis competunt cocta, quàm cruda.

Porri. ¶ Porri calidi sunt, & sicci, dant corpori alimentum illaudabile valde, oculis nocent, generant sanguinem nigrum, & melancholicum, & somnia terribilia, neruos lædũt ratione punctionis eorum, nocent dentibus, & gingiuis. nullus melancholicus, & cholericus eis vtatur, specialiter crudis

Cæpæ. ¶ Cæpæ calidæ sunt, & habẽt humiditatem superfluam, terrestreitatẽ cum humiditate subtili, aquosa, indigesta: si comedatur cruda generat in stomacho malos humores, putrescibiles, & corruptibiles, generant somnia mala, dolorem capitis, vnde nimius vsus disponit ad maniam, perturbat intellectum & memoriam, iuuat digestionem, & eius nocumenta minuuntur eis, cum quibus decoquuntur, sed melius est eo non vti.

Allium. ¶ Allia calida sunt, & declinant ad aliquã lem humiditatem, sed minus, quàm cæpæ, valent contra ventositates, valent in tussi, bene screare faciunt, sed nocent visui, & dolorem capitis inducunt. Allia sunt theriaca rusticorum, vnde prædicta acria solum competunt his, qui phlegmaticũ aut grossum, & viscosum humorũ collectũ habẽt à quibus acribus maximè debent abstinere cholerici.

Raphanus. ¶ De raphano autẽ, qui est propinquus in complexione, & proprietate supradictis, sciendũ, quòd non multum competit via cibi, & specialiter corporibus cholericis, generat enim sanguinem acutum, & pungitiuũ, est malus stomacho, faciens eructationem & generat humorẽ grossum, si digestiua sit debilis, generat humorẽ crudum, tamen habet virtutẽ subtiliatiuam, & incisiuam. Quidá aũt comedũt radicem, & raphanũ post alios cibos ad confortandá digestionẽ, quos admiratur Galenus, vnde verum est, quod experientia docet: dicunt enim sapientes, quòd si comedatur post alium cibum, iuuat ad descensum eius

eius, & ventrem laxat, & si comedat ante aliũ cibum, impellit ipsum ad superiora & vomitũ inducit. Bonum aũt est, vt comedatur cum aceto & sale post alios cibos, in pauca quantitate, verum est quòd oculis nocet, & capiti, valet tamen cõtra morsum scorpionis sumtus per os, & extrà applicatus, & ad coitum incitandum. ¶ De rapis autẽ nota, quod inter radices magis conuenit ad corporis nutritionem, quod satis ostenditur ex suauitate sui saporis. Hoc autem commune est omnibus eduliis, quod amara & pungitiua minus alimẽtum dant corporibus, quàm dulcia. Et quia rapæ & napi sunt radices dulces, & minus pungitiuæ: ideo magis conueniunt via cibi, sed generãt humorem crudum, si digestiua sit debilis, habent tamen proprietatem mirabilẽ ad confortandum visum, vnde bonum est, quòd depurentur à prima aqua, & nullo modo comedi debent cruda, & napones sunt rapis laudabiliores, incitãt ad coitum, & ventrem molliunt, & vias mundificant vrinales. ¶ De pastinacis sciẽdum, quòd si fuerint albę, poterunt coctæ quinque cum aliis cibis sumi, quoniam conferũt vt rapę, sed expedit vt primo sumantur, sed minus nutriunt, quàm rapæ & napi, & indigestibilitas inest eis, sicut aliis radicibus, humorem grossum & crudum generant, si digestiua sit debilis, & humor generatus ab eis est mediocriter malus. ¶ Cheretranæ autem meliores sunt pastinacis, sed multum nocent capiti humido, & pulmoni. Hæc de radicibus breuiter dicta sufficiant.

Rapa.

Pastinacæ.

Cheretranæ.

De Fungis & eorum vsu, Cap. XVI.

VOLO autem loqui de fungis, quia maiorem habent similitudinem cum radicibus, quàm cum herbis vel fructibus: est autem quædam species fungorum, qua Itali communiter vtuntur, postquam elixati sunt & conditi cũ speciebus, via cibi, credo, quod sint boleti, sunt sapore delectabiles, & vocantur à Gallis boleti, nascuntur in pratis, & in terra nõ corrupta, vbi etiam animalia non venenosa conuersantur. Nascuntur etiá iuxta cauernas animalium venenosorum, & in locis putridis, iuxta plátas seu arbores mortiferas, & isti sunt mortiferi. Sunt etiam quidam fungi, qui à tota specie sunt mortiferi. Fungi autem non mortiferi meliores sunt sicci, quàm virides, & est bonũ, vt prius bulliant in aqua cum pyris & pulegio, & deinde frixentur in oleo oliuarũ, & semper aspergatur puluis quarundam specierum, puta sacchari albi, cinnamomi, & sic corrigitur eorum malitia. Sunt enim multum frigidi & humidi, & talem humorẽ generant, substantia eorum est multum putrefactibilis, similiter humor generatus ab eis: male igitur nutriunt, sunt difficilis digestionis, egeruntur sicut comeduntur, & generant choleram. Ex eis interdum superuenit suffocatio, anxietas, syncopis, & sudor frigidus, & cura est per oxymel diureticum, cum decoctione hyssopi & pulegij, & nocent stomacho valde, bonum est post eos bibere bonum vinũ. Vsum igitur fungorum omninò vitupero salua reuerentia Italorũ, qui eis vtuntur ad voluptatem.

Modus condiendi.

De Truffis, Cap. XVII.



NON solùm homines vtuntur fungis, sed etiam truffis, sic enim ab antiquis nominantur, aliqui autem vocant cubeam, & sunt radices in terra sine cru re & foliis, figuræ rotundæ, coloris rubei, saporis insipidi, sed declinantis ad dulcedinẽ aliqualem, & puto quod alimentum debt frigidum & humidum, grossum generent humorem non multum malum: comeduntur crudæ & coctæ. Substantia earum est multum terrea, propter hoc si comedãtur post alium cibum, iuuant ad eius descensum ab orificio stomachi. Et dicit quidam, quòd generent humorem melancholicum, & nihil est eis par in hoc: bonum est, vt primò elixentur in aqua cum vitello oui, postquam fuerunt exercitatæ, & deinde condiãtur perfectè cum oleo dulci, & addatur puluis specierum: & post truffas debet bibi bonum vinum: Vsus earum continuus est periculosus, eò quòd inducit paralysim, obstructionem cholericam, stranguriam, sunt duræ digestionis grauantes stomachum, & multum accedunt ad naturam fungorum, & sunt minus malæ quàm fungi. Dicunt quidam, quòd siccæ deteriores sint humidis, maximè comedantur in vere, generantur autem in profunditate terræ per viam putrefactionis, vnde interdum videtur terra effumare in loco, in quo generantur, interdum quasi nix existens in eodem loco penitus liquefiat, & sic caliditatem quandam habent putredinalem, ex hoc opinantur quidam, quòd sint calidæ complexionis, & quòd generẽt humorem calidum & quòd incitent ad coitum, ista tamen non approbo: quia dicta sapientũ in hac materia non concordant Securius est eis nõ vti, salua reuerentia quorundam eis vtentium, plus propter voluptatem, quàm commoditatẽ.

De Carnibus, Cap. XVIII.

QVIA bonæ carnes bonum generant sanguinem inter alia cibaria, supposito quod bene digerantur, determinandũ est de carnibus quadrupedum domesticorum & syluestrium: Et deinde de volatilibus, tam domesticis, quàm syluestribus. ¶ Sciendum, quòd animalium quadrupedum quædam sunt boni & laudabilis nutrimenti, & quædam illaudabilis: quædam sunt facilis digestionis, & quædam difficilis: quędam generant humorem grossiorem & viscosiorem, & quædam subtiliorem: quædam carnes multum nutriunt, & quædam parum. ¶ Carnes enim laudabilis nutrimenti ex numero quadrupedum sunt carnes capreolorũ iuuenum syluestrium, & domesticorum: syluestres enim sunt domesticis debito licciores & minus bonæ: sed carnes caprarum antiquarum, & hircorũ sunt simpliciter illaudabiles siue sint syluestres, siue domesticæ. ¶ Amplius dico, quòd carnes porcorum non antiquorum, non nimis iuuenum, scil. ætate mediocres, puta vnius anni vel duorum, sunt multum laudabiles corporibus sanis & fortibus, in quib. viget fortis calor: & puto quod syluestres sunt domesticis meliores, eò quòd domesticæ sunt debito viscosiores & humidiores, & prædictæ carnes si aliquantulum salia-

Capreoli.

Capræ.

Hirci.

Porci.

tur:antequam comedantur, obtemperatur eorũ viſcoſitas. Quidá opinantur has carnes inter quadrupedes eſſe ſimpliciter conuenientiores corporibus noſtris, magis ꝓportionales, & magis nutritiuas. ¶ Amplius dico, quòd carnes vitulorũ ſunt valde laudabiles, nõ quidẽ boum veterũ, nec taurorum, nec vaccarũ domeſticarũ, aut ſylueſtriũ: nam ſunt difficilis digeſtionis, mali chymi, humorẽ generant melancholicũ: vnde eorũ vſus inducit lepram, quartanã, ſpleneticam paſsionẽ, & ſimiles ęgritudines melãcholicas. ¶ Amplius carnes arietum, vnius anni ſpecialiter caſtratorum, ſunt laudabiles, & plurimũ approbatæ, à quibuſdam ſapientũ. Sed carnes arietum antiquorũ, & omnium agnorũ paruorum, nõ ſunt laudabiles, nec in ſanitatis regimine conuenientes. ¶ Prædictæ autẽ carnes ſunt laudabiliores temporibus, quibus paſcuę ſunt meliores, tunc enim ſunt pinguiores, & eſui meliores: vnde carnes capreolorum ſunt meliores in æſtate, in qua plantæ, quib. paſcuntur, ſunt perfectæ, & ſimiliter, quia boues herba profunda indigent, pro eorũ paſtu, in æſtate ſunt groſsiores, pinguiores, & vſui meliores. Oues autẽ in principio & medio veris ſatis ſunt conuenientes, non.n. indigent paſtura magna & profunda, parua ſufficiẽter nutriuntur. Quidam autẽ opinantur, vitulinas meliores, alij porcinas magis approbant, etiá alij carnes annuales arietis caſtrati, & in hoc multũ conſideranda eſt conſuetudo & appetitus hominis. ¶ Amplius cõſueuerunt homines vti in latitudine ſanitatis carnibus leporinis, cuniculorũ & ceruorum, quę ſunt melancholicę, vnde cùm tales carnes ad vetuſtatem deueniũt, ſunt euitãdæ penitus: nam carnes ceruorũ proportionabiles ſunt carnibus boũ, & leporũ, & cuniculorũ carnib. capreolorũ. ¶ Quòd autẽ carnes vulpiũ, canum, aſinorũ, equorũ, luporum, & ſimiliũ diſtãt à complexione humana, nõ approbo eorum vſum, niſi tempore neceſsitatis. Carnes autẽ cuniculorũ poſt carnes apri, ſeu porci ſylueſtris, & capreoli ſunt ſaniores in ſanitatis regimine. Et eſt notandũ, quòd carnes declinantes ad ſiccitatẽ non debent aſſari, ſed elixari, & econtra humidæ carnes: ideo carnes cuniculorũ, leporũ, ceruorũ, vitulorũ & capreolorũ debẽt elixari, & carnes porcorũ & caſtratorũ arietũ aſſari: & ex hoc patet, quòd carnes humidiores conueniunt magis temporibus ſiccis, complexionibus, & regionibus ſiccis, ſecus dicendum de ſiccis carnibus. ¶ Inter carnes laudabiles prædictas, quædam ſunt facilioris digeſtionis, ſicut capreolorũ & cuniculorũ iuuenum, quędã difficilioris, puta porcorũ & caſtratorũ arietũ aliqualiter antiquorum, & taurorum iuuenũ: quędã ſunt mediocris digeſtionis, ſicut carnes vitulorũ lactantiũ, & annualis agni caſtrati, & iuuenum leporũ. ¶ Amplius carnium prædictarũ laudabiliũ, quędam generant humorem groſsiorem ſine viſcoſitate, vt carnes cuniculorũ, & capreolorũ, quędam ſubtiliorem cum aliquali viſcoſitate, vt carnes agnorũ iuuenum: carnium etiam prędictarum laudabilium, quędã plus nutriunt, quædã minus, quędã mediocriter: exemplũ primi, vt porcus: ſecundi, vt cuniculus: tertij, vt aries. ¶ Amplius conuenit prædictarũ laudabilium carnium diuerſitatem membrorum cõſiderare, & primò quidem membrorum exteriorum & interiorum, anteriorum & poſteriorum, dextrorũ & ſiniſtrorũ. Quod ad primum ſciendum eſt, quòd cõmuniter & regulariter membra exteriora ſunt magis laudabilia in ſanitatis regimine, quàm interiora: nam interiora, vt ſplen, cor, pulmo, &c. non ſunt laudabilis nutrimenti ſimpliciter vel reſpectu exteriorũ: ſunt enim difficilis digeſtionis, & craſſum humorem generant. ¶ Vnde de cerebro eſt ſciendum, quòd ſtomacho nocet, quia nauſeam facit & craſſum humorem gignit, ſi bene digeratur alimentum, conceditur, ſed nullo modo comedi debet poſt alios cibos: bonum autem eſt, vt origano vel cala. vel cum aliquibus contemperantibus eius viſcoſitatem & frigiditatem, in quibus ſit virtus inciſiua, & calefactiua, apparetur: & quod dictũ eſt de cerebro, idem intellige de cæteris medullis: primo aſſari debent, vt viſcoſitas temperetur. Et nota, quòd comeſtio cerebellorum, & ſpecialiter capreolorum, conueniens eſt cõtra venena, & cõtra morſus venenoſorum animalium. ¶ De corde ſciẽdum eſt, quòd eſt difficilis digeſtionis, & tardè pertranſiens: ſi verò bene digeratur, alimentũ non paucũ, nec mali chymi dat corpori, & ſpecialiter cor hœdi, & cerui, virtutẽ habent theriacalem. ¶ De pulmone ſciendũ eſt, quòd eſt difficilioris digeſtionis cęteris interioribꝰ, quod declarat eius raritas & mollities, ſed alimentum dat phlegmaticũ & paucũ, & puto, quòd non multũ malũ, ſpecialiter pulmo hœdi. ¶ Stomachus aũt, guttur, inteſtina, & matrix ſunt difficilis & tardę digeſtionis, non bonũ ſanguinẽ generãt. ¶ Splenis aũt caro ſpecialiter eſt peſsima, eius nutrimẽtum eſt cacochymicũ, melancholicum ſanguinẽ gignit, & eſt ſaporis indelectabilis. ¶ Hepar eſt durę digeſtionis, ſed multũ nutrit, & generat ſanguinem cõuenientem: ſuppoſito, quòd nutritũ ſit ex ficubus & paſſulis multis. ¶ Teſticuli ſunt indigeſtibiles & cacochymi, ſed ſi perfectè digerantur, bene nutriunt: meliores aũt ſunt porcorum teſticuli, inquantũ caro porcorũ eſt melior, intantum & teſticuli. Et eſt diligẽter notandum, quòd teſticuli animaliũ prouectorum, in quibus iam eſt fermentatũ & generatũ ſperma, non ſunt boni nutrimẽti, habẽt aliquid fœtens, inſinuans materiam vrinę in eis generatę, & conſeruatæ: & ꝓpter hanc cauſam teſticuli nõ generant ſanguinem ſimpliciter bonũ, ſed teſticuli animalium iuuenum nondum coeuntiũ, ſunt ſatis notabilis & laudabilis nutrimẽti, ſi bene digerentur. ¶ Quod ad membra exteriora, ſciendũ, quòd cęteris paribus anteriora ſunt meliora poſterioribꝰ, quia magis à ſuperfluitatibus depurata, forti calori propinquata, magis mobilia, & conſequenter minus pinguia. Similiter dextra pars eſt melior ſiniſtrâ, & ſimiliter partes carneæ ſunt meliores priuatis carnibus, partes enim priuatæ carnibus ſunt pedes, roſtrum & aures: & inter has partes pedes ſunt laudabiliores, deinde roſtrum, tandẽ aures, & omnes iſtæ ſunt difficilis digeſtionis, & pauci nutrimẽti. Laudabiliores autem ſunt pedes porcorũ iuuenũ decocti, & elixati in aqua, poſtea comedãtur cum aceto, & ſinapi. Interdũ decoquuntur cum oleribus, interdum cum hordeo, & efficiuntur digeſtibiliores, & ptiſana efficitur laudabilior, & magis ſubducit ventrem. Pedes autem

porci

Marginalia (left): Vituli. Boues. Vaccæ. Tauri. — Arietes caſtrati. Agni. — De paſcuis & temporibus. — Lepores. Cuniculi. Cerui. — Vulpes. Canis. Aſini. Equi. Lupi. — Quæ ſint facilioris digeſtionis. — Quæ generent humores laudabiliores. — De membris quæ ſint laudabiliora.

Marginalia (right): De cerebro. — De corde. — De pulmone. — De ſtomacho, gutture, inteſtinis et matrice. — De ſplene. — De hepate. — De teſticulis. — De membris exterioribus.

porci & extremitates hœdi lactâtis cholericis cōferunt, & specialiter tempore calido, maximè si condiantur salæ. ¶ De partibus autem carneis sciendum est, quòd caro est duplex, vna est caro glandulosa, sicut caro mammillarum, testiculorum, inguinum, axillarum, faucium, linguæ & similium. Omnibus autem carnibus laxis, & glandulosis cōmune est apparere delectabiles secundum esum, sed sunt difficilis digestionis, generât crudum, phlegmaticum & durum humorem. ¶ Alimentum autem vberum non habentium lac insinuat aliquid dulcedinis, & propter hoc desideratur à gulosis, generat tamen humorem phlegmaticum, & interdum crudum. ¶ Lingua medium est carnis firmæ, non spongiosæ & mollis, lingua vituli vel cerui est laudabilior, sicut testiculorum porcorum iuuenum, & adhuc sunt meliores gallorum saginatorum. Pulmo hœdi est aliis laudabilior, similiter hepar eius, stomachus gallinarum, cerebrum cuniculorum, & cor ceruorum. ¶ Carnium autem non spongiosarum, nec glandulosarum melior est, quę est cordi propinquior, quæ est iuxta ossa, quæ est in parte anteriori, in parte dextra, & quę est pinguis pinguedine moderata. Carnes autem macilentæ, maximè distantes à corde, in parte sinistra, sine ossibus sunt minus bonæ, sicut carnes natis sinistrę. ¶ Est hîc diligenter notandum, quòd cuniculus habet partes posteriores satis bonas, eo quòd illę partes eleuatę sunt super partes anteriores: & sic per accidens sunt magis depuratæ à superfluitatibus, quàm anteriores, vt quidam dicūt, & sunt pinguiorę s, & super hoc est considerandum. Hęc igitur sufficiant breuiter de carnibus quadrupedum specialiter dixisse.

De Volatilibus & vsu eorum, Cap. XIX.

Volatilia, quæ cōmuniter sunt in vsu, sunt gallus, gallina, capones, anseres, anates domesticæ, perdices, phasiani, pauones, grues, querquedulę, aues syluestres, degentes in aquis, turtures, columbæ, sturni, alaudæ, passeres, merulæ, & reliquæ aues minutæ. ¶ Volatilium autē prædictorum quædam sunt laudabilis nutrimenti, quædá illaudabilis, quædam facilis digestionis, quędam difficilis, quædā temperatæ complexionis, quædam distemperatę. ¶ Laudabilis verò nutrimenti sunt gallinę, & earum pulli, alaudę, & turtures, coturnices, & aues paruæ. Aliæ autē ab istis sunt illaudabilis nutrimenti, difficilis digestionis, & inęqualis complexionis: puta anseres, anates, pauones, querquedulæ, & aues habentes collū longum, & rostrum longum, degentes in aquis, quæ sunt illaudabilis nutrimēti, difficilis digestionis, & generant humorem melancholicum. Similiter sturni, merulæ, & turdi sunt difficilis digestionis, & grossæ naturæ. Passerum autem carnes sunt calidissimæ, à temperatis longinquę, multum incitant coitum, vnde nō multum conueniunt in sanitatis regimine. Quædam sunt temperatis propinquiores, vt gallinæ iuuenes, gallinarum pulli, iuuenes capones, quæ tamē ad aliqualem caliditatem declinât, & humiditatem: similiter & perdices iuuenes, & coturnices, perdices tamen declinât ad aliqualem frigiditatem, & siccitatē, sunt sicut gallinæ deserti, habent proprietatem stringendi ventrem assę & elixę: coturnices etiam satis sunt temperatę. Dicit quidam, quòd ex comestione coturnicis fiat spasmus, & retanus, sed aliquantulum declinant ad caliditatem, & generât bonos humores, multū competunt sanis, & conualescentibus. Reliqua autem volatilia laudabilia distant plus à temperatis, puta columbæ iuuenes, & turtures: nam earum antiquarum carnes sunt euitandæ propter caliditatem nimiam, siccitatem, & digestionis difficultatem. Antiquæ enim columbæ mirabilem habent proprietatem ad epilepsiam & paralysim & turtures acuendo ingenium iuuant: horum tamen pulli sunt conuentiores sanis, sed declinant ad caliditatem & siccitatem, & debent euitari in complexione, regione, & tempore calido. Aues autem minutæ, vt alaudæ, declinant etiam ad caliditatem & siccitatem, sed non tantùm vt turtures & columbę. Et nota, quòd genus volatilium omnium paucioris est nutrimenti respectu generis quadrupedū, & maximè porcorùm, quorum carnes multùm nutriunt: sed volatilium caro est digestibilior, & maximè perdicum, gallinarum, gallorum iuuenum, columbarum, alaudarum, & auium paruarum.

Quæ sint illaudabilis nutrimēti et quæ laudabilis.

¶ De interioribus volatiliū respectu membrorum exteriorū idem est iudiciū, sicut in quadrupedibus, suo modo. De intestinis volatilium sciendum, quòd simpliciter sunt incomestibilia, sed ventres quarundam sunt comestibiles, nutritiui, & valde delectabiles: sicut ventres anserum impinguatorum, gallorum & gallinarum, quorū alimentum fuit infusum in lac, eorum ventres & hepata non solùm ad esum laudabilia, sed etiam maximè nutritiua sunt. Testiculi etiam gallorum sunt boni nutrimenti, & faciunt digerere. Cerebella autē volatilium laudabiliora sunt cerebellis quadrupedum, quanto sunt his sicciora, ipsorum autem volatilium montana aquaticis meliora habēt cerebella. Proportionaliter aliis partibus cristas gallorū nō collaudabit aliquis, nec vituperabit. Nota quòd alę volatilium, specialiter crescentium, iuuenum, & pinguium idoneæ sunt ad digestionem & nutritionem.

De interioribus volatiliū.

¶ Et nota quòd volatilia, q̄ sunt duræ carnis, vt pauones, anseres, &c. indigent multa mora post earum occisionem, antequam decoquantur & comedantur: Oppositum contingit in mollis carnis volatilibus. Pauones maximè indigent mora longa inter omnia volatilia, & grues, deinde capones antiqui, postea gallinæ, vt carnes earum mollescant, & fiant magis aptæ concoctioni & digestioni, vt earum aromaticitas deducatur de potentia ad actum. Bonum est igitur, vt pauo cōseruetur p̄ tres dies vel duos, capo iuuenis, & gallus iuuenis ad minꝰ per 12. horas, grues per duos dies, aut diem cum medio.

De tempore coquendi ea post occisionē.

¶ Item assa volatilia dant corpori siccius alimentum, & difficiliùs digeruntur, cōtrarium accidit in elixis. Similiter domestica cæteris dant humidius nutrimentum, faciliùs digeruntur, & multæ superfluitatis, & habitâtia in locis montanis dant alimētum magis siccum, paucioris sunt superfluitatis, magis mundum, minus resolubile, & difficilius conuertibile, quàm habitantia in locis humidis & aquosis: & debet hæc comparatio fieri in eadem specie cæteris paribus ex parte

De alimento quod præbent.

ętatis,habitudinis & similium. ¶Et quia limaces A similitudinem videtur habere cum carnibus volatilium,sciendum quòd carnem habent duram, & propter hoc indigestibilem, si tamen digerantur,maximè nutriũt, & aqua decoctionis earum ventrem subducit: si autem vis carnem, proiice secundam,tertiam, & quartam aquam decoctionis,donec caro tenera fiat,sic enim multum competit ad impinguãdum, alimẽtum sufficiens dat, valet & hęmorrhoidibus.

De Piscibus & eorum vsu, Cap. XX.



ISCES respectu carniũ cæteris paribus sunt minoris nutrimenti, & facilioris digestionis, eorum nutrimentum est magis phlegmaticum, frigidum, & humidũ,minus consistens.Quidam sunt ad digerendum duri, longam faciunt moram in stomacho,& sitim generant,hoc fit ratione frigiditatis & viscositatis, quia in horum digestione quandoq; laborat stomachus, interdum corrumpuntur, caliditatem quandam suscipiunt putredinalem,& sitim causant. Et vt sit verum dicere, nutrimentum carnium laudabilium est melius piscium nutrimento. ¶Et nota,quòd pisces marini sunt meliores piscibus aquæ dulcis cæteris paribus, magis mundi à superfluitatibus, & nutrimentum eorum nutrimento carnium magis propinquum.Et quia cæteris paribus sunt carne duriores, ideo sunt difficilioris digestionis & resolutionis,pluris nutrimẽti & purioris: vnde iudicio meo sunt meliores in regimine sanitatis, q̃ pisces aquę dulcis. ¶Et nota,quòd pisces omnes tàm aquæ dulcis,quàm marini eligẽdi sunt,quorum caro non est viscosa sed frangibilis, non multùm grossa,sed subtilis,nõ grauis odoris,sed suauis,nec citæ putrefactionis,sed sufficientis durationis, non mali coloris,sed albi,& q degunt non in lacubus, nec stagnis, nec locis sordidis, nec aquis multas herbas habentibus, non sint macri, vel valde iuuenes,nec valde magni,&q sint velocis mot⁹,& paucę viscositatis.Et si sint pisces marini,qui capti fuerint in fluuiis multùm distantibus à mari,tales vtiq; pisces cum conditionibus pdictis præ cæteris erunt eligendi.Et si sint squamosiores cũ prædictis conditionibus,adhuc meliores,& similiter intelligatur de spinis,hęc enim significant puritatem substantię piscis.¶Item inter pisces marinos pisces capti & nutriti in mari profundiori,magis agitato,& ad quod est cõcursus plurium fluuiorum,& puriorum,sunt meliores.Ex hoc concluditur,quòd pisces capti in mari mediterraneo sunt ita laudabiles, sicut qui capti sunt in alio mari excepto septẽtrionali: septẽtrionales enim marini sunt meliores, quia mare septentrionale est magis agitatum, fluctuosum, & tempestuosum, velocioris fluxus, & refluxus. Et similiter intelligitur de piscibus aquæ dulcis, quia quantò aqua est profundior, & velocius mouetur,tantò meliores. ¶De piscibus autẽ,q sunt in vsu in istis partibus Gallię dicem⁹,&primò de marinis. Pisces igit bestiales,sicut porc⁹ marin⁹, canis marinus,delphinus, & similes, nõ multùm competunt in sanitatis regimine,sunt.n.difficilis digestionis, grossi humoris & multę superfluitatis,nec in talibus piscib.apparent cõditiones prę-

Pisces marini sunt meliores.

Qui pisces sint meliores.

Pisces in mari profundo nutriti sunt meliores.

Porcus marinus. Canis marin⁹. Delphinus.

dictæ,puta albedo,subtilitas,frangibilitas,quantitas mediocris,velocitas motus,& odoris suauitas. Et si hos pisces & similes comedere volum⁹, nõ sunt coquendi,nec comedẽdi cùm capti sunt, sed diu seruãdi sunt p aliquos dies, quousq; eorũ carnes mollescant,& teneræ fiãt,sine suę substantiæ corruptione. Item prędicti pisces sunt meliores semisalsi,quàm recentes:pisces autem prædicti salsi non competunt in sanitatis regimine,sicut nec carnes:nam malè nutriunt,& parũ & tardè digerũtur. B ¶Et de aliis piscibus marinis sciendum,quia consideratis conditionibus prędictis, mihi videtur,quòd rosetus, & gronatus inter pisces marinos sint laudabiliores:nam eorum caro est alba,valde subtilis,frangibilis,boni saporis,& delectabilis odoris,substantia eorum apparet purissima,post hos plaicia, & solea,sed eorum caro est magis viscosa, minus frangibilis, minus alba, magis grossa,minus subtilis,nec saporis & odoris ita delectabilis: & fortè piscis merlengus est laudabilior post rosetum, & similiter intelligitur de C halece, & morrua iuuene, ęqualis prędictis in bonitate, sunt tamen grossiores & viscosiores. Salmones autem & croach,id est, sturiones,macharelli,& congrui multùm deficiunt à bonitate rosetorum: sunt enim multò viscosiores & grossiores,ad digerendũ difficiliores,& magis phlegmatici: vnde non conueniunt, nisi exercitantibus, fortibus, iuuenibus, & robustis,cum aliquo sale ad eorum correctionem. Radraga autem est mul D tùm propinqua prædictis in malitia & bonitate: Sepia cęteris prędictis est deterior,sicut facilè est videre,consideratis cõditionibus superiùs dictis. Omnes autẽ pisces superiùs dicti meliores sunt frixi & assati, quàm elixati: si cocti sint in vino cum quibusdam seminibus,vel herbis repugnantibus viscositati, & frigiditati piscium, tunc sunt minus mali. Cutis autem piscium specialiter frixorum in multo oleo simpliciter est euitanda, & vniuersaliter eorũ interiora euitãda sunt, quamuis quorundam piscium hepata,& similiter capita sunt gustui delectabilia, sicut patet de hepate E morruæ,& capite eiusdem, & oculis aliquorum piscium,sicut melius me nouerunt gulosi. ¶Pręter hos pisces, sunt quidam alij de genere ostreorum,quibus soli Galli vti cõsueuerunt.Aqua decoctionis prædictorum quandam habet viscositatem,quæ laxat ventrem. Sed prædictorum caro perfectè cocta, & in pluribus aquis per decoctionem depurata, inter alios pisces sufficienter F nutrit,sicut de limacibus superiùs dictum est, & ventrem,inter alios pisces,& stomachum confortat, & minori frigiditate prædita est: humor tamen ab eis generatus, sicut cæterorum pisciũ,est crudus & phlegmaticus,minus tamen. ¶De piscibus autem aquæ dulcis,meliores sunt, qui capiuntur in aqua petrosa,currente versus septentrionẽ,profunda,multæ agitationis, ad quam nõ confluunt sordes ciuitatũ,in qua etiam non sunt herbæ malę:& mihi videtur, quòd perca,lucius, G & medionuuius obtinent primum gradum,supposito quòd sint pingues, deinde vendetia & lucia,quamuis carpo sit squamosior, tamẽ carnem minus habet albam,subtilem & frangibilem,quã lucius & persica, & sæpius reperitur in stagnis. Anguilla autem,dato quòd sit delectabilis gustui

Rosetus vel rogetus. Gronatus. Plaicia. Merlengus. Halec. Morrua. Salmones. Croach, id est Sturiones. Machareli. Radraga. Sepia. Ostrea. Perca. Lucius. Medionuuius. Vendetia. Lucia. Carpi. Anguilla.

ſtui, deficit tamen à prædictis piſcibus in bonita-
Lampreda. te multùm. Sed paruæ lampredæ ſunt laudabi-
liores anguillis, & minus periculoſæ, non enim
ſunt tantę viſcoſitatis, & groſsitiei, vt patet ad ſen
ſum: de magna autem lampreda idem eſt iudi-
cium, ſicut de anguilla, horum autem generatio
in aqua, eſt ſimilis generationi ſerpentum in ter-
ra: vnde eorum capita & cauda, in quibus vene-
num maximè conſueuit eſſe, ſimiliter etiam & in
terior ſpina ſunt nullo modo edenda. Bonum au
tem eſt propter eorum viſcoſitatem, quòd primò
immergantur vino optimo, & dimittãtur, donec
ſint mortuæ, deinde bulliant in alio vino duabus
ebullitionibus, cũ aqua miſto, & illis abiectis tũc
decoquantur in aliis ad perfectionem, & fit gela-
tina, vel paſtilenta, vel aſſatura, & cum ſalſamen-
to præparato comedantur: tamen ſecurius eſt,
Cancri. vſum piſcium talium dimittere, quia multi ex
eorum vſu periclitati ſunt. ¶ De cancris autem
tàm marinis, quàm fluuiatilibus eadem eſt ratio,
ſicut de oſtreis, & mollis, niſi quia difficilioris
ſunt digeſtionis, & pluris nutrimenti, non facilè
in ſtomacho corrumpuntur, ſicut multi aliorum
piſcium, & habent quandam viſcoſitatem ratio-
ne cuius ventrem laxant. Si tamen in pluribus a-
quis decoquantur, eorum ſubſtantia ventrem
Iuuamenta & nocumẽta. ſtringit, & eſt eius nutrimentum ſatis laudabile
inter piſces. ¶ Eſt autem notandum, quòd piſces
corpus humectant, lac & ſperma multiplicant,
multum competunt cholericis, loquor de recen-
tibus piſcibus: non autem ſunt comedendi poſt
forte exercitium aut laborem, quia tunc de facili
corrumpuntur. Amplius habentes ſtomachum
debilem, vel malis humoribus repletũ non mul-
tum comedant piſces. Amplius nota, quòd pi-
ſces groſsi & viſcoſi ſunt meliores ſemiſalſi, quá
recentes. ¶ Item piſces ſalſi multo tempore non
ſunt boni ¶ Item non ſunt comedendi ſimul pi-
ſces & caro, nec piſces & lacticinia, nec ſunt co-
medẽdi piſces poſt alios cibos. Piſces autem lau-
dabiles parum ſaliti in pauca quantitate ſumti
reuocant appetitum & ſtomachum roborant, &
maximè ſi appetantur.

De ſuperfluitatibus Animalium, Cap. XXI.

SCIENDVM, quòd omnis ſanguis eſt
De ſanguine. difficilis digeſtionis, & maximè, qui eſt
groſſus & melancholicus, cuiuſmodi
eſt ſanguis boum: ſanguis autem lepo
ris eſt aliis delectabilior, quidam enim decoquũt
cum hepate, & quibuſdam viſceribus. Sanguis
autem porcorum & agnorum non caſtratorum
eſt indelectabilis, & difficilis digeſtionis, ſed ca-
priolorum iuuenum quidam dicunt eſſe delecta-
bilem. Item quidam comedunt ſanguinem galli-
narum & columbarũ pinguiũ, multùm tñ à ſan-
guine leporis deficit: ſanguine tamẽ nõ eſt vten-
dum in ſanitatis regimine, quia eſt indigeſtibilis,
& ſuperfluitatis multæ. ¶ Lac autem eſt boni nu
trimenti, non difficilis digeſtionis, & ſatis nutrit:
eſt autem eligendum lac mediocre, nõ humidũ,
De lacte. nec pinguiſsimum, cuiuſmodi eſt lac vaccarum
& pecudum. Lac autem humidiſsimum vẽtrem
minus ſubducit in ſanitatis regimine, & lac craſ-
ſiſsimum & pinguiſsimũ obſtructiones venarum

A facit, ventoſitates generat & difficilioris digeſtio-
nis eſt, quàm ſit neceſſariũ in ſanitatis regimine.
Eligatur igitur lac capræ nõ nimis propinquum
partui, nec ab eo nimis diſtans, non pręgnantis,
nutritæ bonis paſcuis, & tempore quo reperiun-
tur paſcua meliora, & quo etiam animalia fiunt
pinguiora. Et quia lac eſt facilis digeſtionis, &
corruptionis, nõ eſt comedendũ cum aliis cibis,
ſpecialiter cũ cibis piſcium. Et eſt ſumendũ lac ſi- *Miſcendũ eſt mel aut ſaccharum.*
cut trahitur ab vbere, ſi autem remaneat per tem
B pus notabile, corrumpitur à continente, bonũ eſt
etiam, vt ei admiſceatur aliquantulum mellis, vel
ſacchari, vel vt impediatur in ſtomacho eius cor-
ruptio ventoſitatũ in laterib. generatio, dentium
& gingiuarum lęſio, & capitis grauedo: vnde bo-
num eſt poſt aſſumtionẽ lactis tranſglutire aquá
mellis, ſimiliter gargariſare, os & gingiuas laua-
re, & poſt aqua mellis vti: eodẽ modo vino pon-
tico, propter gingiuas & dentes, quos lac laxat. Et
ſi dubitamus capitis dolorem, nullo modo poſt
C lac vinũ bibatur, niſi ſit lymphatũ. Qui autẽ ma-
gis grauantur ex vſu lactis, ſunt habentes capita
debilia, venas hepatis ſtrictas, ſtomachũ debilem
& immundũ. Vſus autẽ cõtinuus lactis ſeroſi nõ
eſt periculoſus omnib. eo vtẽtibus, ſicut lactis nõ
ſeroſi, ſed caſeati plurimũ: nam lac plurimum ca-
ſeatum lædit illos, qui ſunt diſpoſiti ad lapidẽ, &
obſtructiones venarũ. Præterea pulmoni omne
lac bonũ, qui autẽ verentur fluxum ventris, abſti
neant à lacte ſeroſo. ¶ Si aũt lac caſeetur ſeu coa- *Lac coctum igni vel ferro vel lapide.*
D guletur cũ igne aut ſine eo, ſiue bulliatur & deco
quatur, ſcias quòd lac bullitum & decoctũ caret
ſubſtantia ſeroſa, & ideò efficitur difficilioris di-
geſtionis, magis obſtruens & flatulentum, gignẽs
craſſos humores, ideò non conuenit in ſanitatis
regimine, & ſimiliter intelligatur de lacte ignito,
cum ferro aut lapidibus. Tamen lac ignitũ acqui-
rit quandã ſtypticam qualitatẽ ratione cuius cõ-
fortat viſcera, & ſtomachũ, magis ꝙ aliter coctũ,
vel non coctum ſimpliciter, nõ citò corrumpitur
E in ſtomacho, conuenit illis, quorũ cibus citò de-
ſcendit à ſtomacho, antequã perfectè digeratur:
& quia lac laxat ventrẽ, ratione cuiuſdã viſcoſita-
tis in aquoſitate lactis, bonũ eſt vt cum lacte mi-
ſceatur alia aqua, ſic vt aqua permixta ſimul cum
lactis ſeroſitate per ignem & ebullitionem tota-
liter conſumatur, & ſic lac præparatũ erit ventrẽ
minimè ſubducens. ¶ Lac autẽ coagulatum vir- *Lac coagulatum cum coagulo.*
tute coaguli diſtinguentis ſerum à caſeo ſine ſe-
roſitate ſumtũ, eſt minus conueniens in ſanitatis
F regimine, quàm lac ſimplex, propter eius groſsi-
tiem, nec eſt ita ſtomacho & viſcerib. conueniẽs,
ſicut lac ignitum. Sed ſi comedatur ſerum ſimul
cum caſeo in lacte ſic coagulato, erit quaſi eadem
ratio lactis ſimplicis, & coagulati, niſi quòd ratio-
ne coaguli minus laxabit ventrẽ, diutius immo-
rabitur ſtomacho, maioris erit caliditatis, & ratio
ne diſtinctarum partium lactis natura magis la-
borat in digerendo: vnde omnibus conſideratis
minus competit in regimine ſanitatis, quàm lac
G non coagulatum. ¶ Alia eſt ſpecies lactis acetoſi, *Lac acetoſum*
quod eſt groſsioris ſubſtantiæ, difficilioris dige-
ſtionis, frigidioris complexionis, quam aliæ ſpe-
cies lactis, & minus cõuenit corporibus ſanis ad
frigiditatem declinantibus in hyeme, & regione
frigida: habẽtes renes calidos, & meatus ſtrictos

non debet hoc lacte vti, nam vsus eius est causa generationis lapidis, & obstructiones generat: si autem habeant meatus amplos specialiter secundum renes & vesicam, tunc periculum est sublatum totaliter. Hoc tamen lac non ita dolorē causat, nec gingiuas laxat. Et hæc de lacte.

De Caseo, Butyro & Ouis, Cap. XXII.

CASEVS recens est frigidus & humidus, grossæ substantiæ & difficilis digestionis, obstructiones & calculos gignit & non multum competit via cibi regimine sanitatis. De caseo. Caseus autem vetus est calidus & siccus, propter sal, tēdit ad adustionem & difficilè digeritur, parum nutrit & malè, minus competit, quàm recēs. Et si aliquis caseus est bonus, est medius inter nouū & veterē, viscosum & frangibilem, durum & mollem, nō lacrymosus, cùm inciditur, non cedens tactui comprimendo ad modum panis recentis, bene fermentati, non leuis, non ponderosus, saporis delectabilis, & boni odoris, cuius in stomacho mora nō est diuturna, ex bono lacte conuenienter factus, sufficienter butyrosus: talis post cibum sumtus nō multùm potest nocere in sanitatis regimine. Sed omnis caseus in quātitate notabili sumtus via cibi, vniuersaliter malum stomachum grauans, & inobediēs digestioni obstruens, lapidem in renibus, & humorē crassum generans. Caseus est bonus, quem dat auara manus. De butyro. ¶ De butyro nota, quòd ratione suæ humiditatis & viscositatis plurimæ non multum competit via cibi, imò si quis vtatur eo in quantitate notabili, abominationem inducit, laxat plus debito, vomitum causat, & specialiter nō comedatur post alios cibos, igitur via cibi nullo modo competit in quātitate notabili. Sed ad condimentū satis conuenit, sicut & oleū, quamuis butyrum sit calidius oleo, & multò humidius, nec debet multū decoqui, ne virtus eius exhalet, quia est maioris passibilitatis, q̃ oleum. Oleum autem est magis viscosum, & minus resolubile, ideò plus sustinet de ignis actiuitate, quapropter ex eo cibaria perfectius condiuntur, sed oleo carentes, butyro vtuntur. De ouis. ¶ De ouis nota, quòd oua gallinarum, phasianorum iuuenum & pinguium, sunt bona in sanitatis regimine, dum sunt recentia, & cæteris sunt meliora, oua paruula & longa. Amplius oua tremulosa sunt meliora duris, & talia sunt multi nutrimenti, boni & facilis digestionis, generant sanguinem cordi maximè proportionalē: nam cōualescentibus senibus, & debilibus maximè conueniunt, & specialiter vitellū. Albumen oui nō est malū, si nō sit induratū, tñ durū simpliciter est euitandum. Oua assata, aut frixa dura sunt pessimi alimenti, respectu tremulorū, difficilis digestionis, lædētia pulmonem & pectus. Cocta in aqua indurata sunt difficilioris digestionis, multi nutrimenti, & tardè pertranseunt. Oua venti, quæ sunt sine coitu masculi, minora sunt aliis, & credo quòd sint minus bona, quia non sunt completa, nec ita digesta sicut alia. Oua anserum, strutionum & anatis sunt euitanda, aut saltem non sunt ita conuenientia in sanitatis regimine: nec etiam oua aliorum volatilium. Hæc breuiter dicta de alimento sumto à superfluitatibus animalium sufficiant.

COMMENTARIVS.

OVA *autem venti, &c.*] Oua quæ gallorū gallinaceorum semen admixtum non habent, subuentanea nuncupata, tum minora dicit esse Arnaldus, tum minus etiam cæteris ad sanitatem conducere, quod scilicet minus completa, minusq; digesta sint. At verò si de quantitate quæratur, contrarium edocebit experientia sæpenumero, cui ratio facilè adstipulabitur: Nam minimum id est, quod à gallis adiicitur, nec tantam inducere potest magnitudinem, vt ob hoc ipsum maiora sint hæc oua cæteris. Potissima verò causa magnitudinis ab ipsis gallinis desumitur, quarum aliæ maiora pariunt, aliæ minora, seu masculo semine destituantur, seu semen id adiectū fuerit: Veruntamen in eadem ouorum specie, quod asserit Arnaldus, admitti facilè poterit, cùm adiectione quantitas adaugeatur. Quod autem hæc oua minus sint salubria, quàm si maris semine conspersa forent, id ea ratione docet Arnaldus, siquidem minus concocta sunt. Dubium hoc est maximè, quasi vero à masculo semine oua concoquerentur. Facultates attractrix, retentrix, alteratrix & expultrix nec sanguini, nec semini, nec humori cuiquam alij, sed solis competunt corporis partibus solidis, vt aliàs demonstratum est à nobis copiosiùs. *In libello de nat. Hom.* Calor equidem masculo semini maior inest, cui tamen concoquendi vim adscribere non liceat. Aliud calor hîc operatur, nimirum vt hæc oua sint ad pullorum generationē idonea. Si coctionem appellare lubet hanc ouorum perfectionem, non refragabor, dummodò nihil hanc ad salubriorem victus rationem conducere fateamur. Semini virosa quædam qualitas inest stomacho aduersa, cuius ratione fit vt animalia, quæ sunt esui destinata castrētur. Itaq; si castratorum animalium carnes & magis delicatæ sunt, & magis etiam salubres, quid obstiterit quominus de ouis idem asseratur, vt ea quæ maris semen conceperint ad generationem magis efficacia censeātur, minusq; cæteris ad nutritionem & sanitatem conueniant?

De Melle, & Saccharo, Cap. XXIII.

SCIENDVM, quòd mel & saccharū parum nutriunt, sed nutrimentum eorum satis est laudabile, nutrimentum mellis est calidius nutrimento sacchari. Ambo autem in choleram cōuertuntur in corporibus cholericis, mel quidem propter eius caliditatē, & saccharum propter eius passibilitatē: Mel coctum, vel cum aqua despumatum nutrit, & minus ventrem subducit, est minus vētosum, magis vrinā prouocat, si cum aqua decoquatur.

De Condimentis & Saporibus, Cap. XXIIII.

EA quibus cibaria condiuntur in sanitatis regimine, non sunt modicæ vtilitatis, propterea, quia gustui efficiūtur delectabiliora, & per consequens digestibiliora: Ea autem, quibus cibaria communiter condiuntur, sunt sal, oleum & butyrum. ¶ Experientia autem docet, quòd comestibilia comesta sine sale sunt ori insipida: *De sale.* sal igitur comestibilibus addit bonitatem saporis, & humiditatem quandam aquosam, indigestionem aufert, & sic perfectiùs cum sale digeruntur & decoquuntur, quàm sine sale. Salis proprietas est, humiditates extraneas, & superfluas desiccare, deinde quod remanet fortius constringere & adæquare. Iam ex dictis potest elici sufficienter, quæ cibaria indigeāt plus aut minus salis in eorū cōdimētis, tàm cibi piscium, quā carniū: nam viscosa, superfluè humida & grossa plurimo sale indigent, cibaria sicca, non superfluè humida, & subtilia indigent mini-

minimo ſale, mediocria mediocriter. ¶ Amplius in defectu carnium indigemus ad condimentum & olerum leguminum oleo, butyro vel axungia. Nam quia olera & legumina ſunt naturæ melancholicæ & terreſtris, bonum eſt ea condiri cum aliquo vnctuoſo aereo, eorum terreſtreitatem obtemperante, ex quo etiam ſapor eorum efficitur ſuauior, delectabilior, & per conſequens fiunt ad nutrimentum digerendum meliora. Oleum oliuarum inter cætera olea eſt dulcius, temperatiꝰ, & naturæ gratius. Oleum nucum eſt multum calidum & ſiccum, & ſimiliter oleum lini, nec eorũ ſapor eſt ita naturæ gratus. Oleũ papaueris, quo aliqui vtuntur, eſt boni ſaporis & odoris, declinans ad frigiditatem, nõn tamen ſic competit in ſanitatis regimine. Oleum autem amygdalarum dulcium, eſt ſatis laudabile & temperato propinquum: butyro autem defectu olei quandoq; condimus cibaria, & etiam axungia, ſicut eſt axungia porci. ¶ Saporum delectamenta ob voluptatem magis, quàm propter ſanitatem à luxurioſis fuerunt inuenta, vnde nõ ſunt multum neceſſaria in ſanitatis regimine: nam per tales ſapores homo plus comedit, quàm natura requirat, quare naturæ ſunt nociua: & ſi aliquis ſanus tales ſapores appetat, eſt ex conſuetudine, cùm damnoſum ſit ſubitò permutare, dandum eſt enim aliquid conſuetudini. Nam homini ſano tales ſapores non conueniunt, nec via cibi, nec via potus, vt bene patet cõſideranti. Igitur propter conſuetudinem aut alia obſeruantur iſta: Primò vt in ſanitate parum de ſalſamentis ſumatur, & quantò plus ſalſamentum diſtat à temperamento, tantò minus de eo ſumatur: & quantò plus appropinquat temperamento, & naturæ cibi aut potus ꝓpinquior, tantò plus de eo poteſt ſumi. Amplius nota, quòd tempore ca. ſapores declinent ad frigiditatem & tempore frigido ad caliditatẽ, & tẽpore medio ſint mediocres. Amplius ſapores diuerſificãtur ex diuerſitate ciborũ, vt ſciũt coqui dominorũ. ¶ Caſtratorũ igitur elixatorum, & ſimiliter vitulorum, & capriolorum ſapor conuenientior eſt ſalſa viridis. In æſtate quidem ex aceto & agreſta, cum pauciſsimis ſpeciebus, ſiue alliis cum petroſelino pauco, zing. albo, agreſta, aceto, & pauco pane aſſo, infuſo aceto, vel agreſta. Et in hieme fit eadem ſalſa cum pluribus ſpeciebus, pauco allio, optimo vino, & pauca agreſta: vel ſufficiunt eruca & ſinapi. ¶ Sapor autem carnis bouinæ elixæ, eſt ex pipere & pane aſſo, aqua carnium, & pauca agreſta: & iſte idem ſapor ſatis eſt conueniens carnibus porcinis, ſpecialiter in hieme: & poteſt ſufficere ſinapi, vel eruca. Sed quando comeditur eruca, debet piſtari cum amygdalis, & diſtemperari cum aceto in æſtate, & vino optimo in hieme: poſſunt etiam comedi carnes porci frigidæ cum aceto & petroſelino in principio refectionis: ſi autem prædictæ carnes paſtillentur apponãtur cæpæ albæ, aut ſpecies dulces, cum caſeo butyroſo. Aſſaturæ autem perdicum, phaſianorum & turturum nullo indigent ſapore, niſi ſale. ¶ Nota vniuerſaliter tàm pro carnibꝰ, quàm piſcibus, quòd quantò carnes ſunt aut piſces viſcoſiores, difficilioris digeſtionis, maioris ſuperfluitatis, & humidioris naturæ, tantò indigent ſaporibus calidioribus, & acutioribus, vt piperata, &c. Gallinarũ autem elixatarum eſt hyſſopus, petroſelinum, & crocus, aſſatarum eſt liquor deſcendens cum ſapore conuenienti, & hæc de ſaporibus breuiter ſufficiant.

De oleo.

Sapores propter voluptatẽ inuenti ſunt, non propter ſanitatem.

Qui ſapores quibus carnibus conueniãt.

De Potu, Cap. XX.



POTVS alius eſt merè medicina, ſicut ſyrupus digeſtiuus, vel laxatiuꝰ, vel nectar, ſeu claretum ex forti vino & ſpeciebus, quæ datur in fine cibi ad confortandum virtutem digeſtiuam in ſtomacho ſolùm. Potus eſt alius, qui eſt potus, & medicina, ſicut ſyrupus violatus, roſ. aut nenuphari. in æſtate ad ſitim compeſcendam, & malam intemperiem actualem remouẽdam. Potus autem purè potus eſt, qui datur ad cibi permiſtionem, vel delationem, vel æſtuationem, ſitis à cibo ſicco inductæ remotionem, ſicut eſt vinum, &c. Et iſte eſt duplex, naturalis & artificialis: naturalis eſt duplex, ſcilicet vinum & aqua, quamuis abuſiuè aliqui vtantur lacte pro potu, & aliqui oleo, & quidam ſyrupis. Artificialis autem potus eſt ſicut ceruiſia ex hordeo vel auena, facta ex pomis ceraſis, mellicratum. ¶ Sed quia ſuperiùs de aqua ſufficienter dictum eſt, ſciendum, quòd quamuis in ſitis extinctione aqua ſit conueniẽtior potus, quàm vinum: tamen omnibus conſideratis vinũ eſt potus conuenientior in ſanitatis regimine: nam dato quòd in ſiti, quæ eſt appetitus frigid. & humid. aqua ſit vniuerſaliter melior, quia frigida & humida, & vniuerſaliter in cibi commiſtione, & eiuſdem delatione ad partes corporis extremas, vinum tamen præualet aquæ. Nam vinum ratione ſuæ ſubtilitatis in ſubſtantia & actione facilius cibis commiſcetur, & ſpecialiter natura, quia magis delectatur eo, citiùs ipſum attrahit, aliis cibis permiſcetur, ſpecialiter quia hęc permiſtio fit per viam ebullitionis, quam aqua impedit ratione frigiditatis, & vinum eſt calidũ & ſic. patet, quod præualet in ciborũ permiſtione, & ſimiliter delatione: ná vinũ eſt optimus penetrator, quod ei debetur ratione ſuę ſubtilitatis ſubſtãtiæ & virtualis calid. Amplius motꝰ alimẽti ad mẽbra eſt à virtute attractiua membrorũ, & quia mẽbra magis diligũt vinũ, quàm aquá: igitur, &c. Vinũ præterea nutrit & aqua nõ. Vinum itẽ confortat calorẽ naturalẽ, ſpiritũ, & totũ corpus calefacit, q̃ multum faciunt ad nutritionẽ: & aqua ratione ſuæ frig. reſoluit & mortificat, omnes animæ operationes deſtruit, vnde nõ ponit pedẽ in operibꝰ naturæ, ꝑ ſe, aqua tamẽ in acutis morbis eſt ſatis bona. Amplius vinũ habet alias bonas ꝓprietates, quas nõ habet aqua: eſt. n. bonꝰ penetrator corpore toto, phlegma groſſum incidit, reſoluit ipſum, cholerá citriná & rubeá cũ vrina & ſudore expellit, cholerá nigrá ſubducit, flectit ſuũ nocumẽtũ, & materias congelatas diſſoluit. Itẽ ingeniũ clarificat, irá cõpeſcit, triſtitiá remouet, gaudiũ inducit, libidinẽ incitat, audaciá cauſat, auaritiá fugat, liberalitatẽ inducit. Et vt ſit verũ dicere, vinũ reddit hominẽ virilem, & ſecundum animá & ſecundum corpus, aqua fœmineũ, vnde compertũ eſt, quòd aliquis primò nõ bibens vinũ, & poſtea cõſuetus bibere vinũ, melior efficitur ſecũdũ animá & ſecũdũ corpus. Si autẽ vinũ indebitè ſumatur vſq; ad ebrietatẽ,

Vinum conuenientius eſt aqua in regimine ſanitatis.

Proprietates vini.

lumen animæ extinguit, & mala plura facit, & A oppositum omnium prædictorum aut plurium.

Vt igitur non committatur error in vini administratione, sunt ponendæ quædam regulæ.

Regulæ in administratione vini.

I. regula est, quòd vinum ieiuno stomacho & corpore famelico non est bibendum, facit enim cadere in spasmum & mentis alienationem. Et si aliquem contingat sitire ieiuno stomacho, scias sitim non esse veram & naturalem: nam sitis vera & naturalis est propter æstuationem factã à cibo sumto, quod in proposito esse non potest. In tali B igitur siti non est bibendum vinum, nisi aliquid simul comedatur, aut bibat syrupum violatum aut ros. cum aqua.

II. est, quòd inter duas comestiones cibo sumto adhuc in stomacho indigesto vinum non est bibẽdum, tùm quia digestionem corrumpit, tùm quia facit indigestum ex stomacho descendere.

III. est, quòd post forte exercitium & balneum, vinum non est superbibendum, quia hoc nimis lædit neruos & cerebrum. C

IIII. est, quòd vina sumta cum pauca aqua citius inebriant, cerebrum, & neruos penetrãt, specialiter si sint vina grossa.

Quomodo cũ fructib. sit bibendum.

V. est, quòd cum malis cibis, & cum fructibus, dum comeduntur, nec postquam comesta sunt, & indigesta in stomacho, non debet bibi vinum, maximè subtile, quia faceret malitiam ciborum ad membra citius penetrare, & hoc est verum in quantitate notabili. Sed si bibatur in quantitate pauca ad intentionem permistionis, corrigit ma- D litiam ciborum malorum, vnde cum malis piscibus & fructibus, & specialiter interioribus, non est bibendum vinum laudabile, subtile & forte in magna quantitate, qui sit potus delatiuus, sed in parua quãtitate, qui sit potus permistiuus, malitiæ correctiuus, & digestionis confortatiuus: & hoc superiùs memini dixisse in tractatu de fructibus, cap. de comestis & bibitis 7.

Vinum debile debet præcedere vinũ forte.

VI. est, quòd si in eadem mensa vtendum vino forti & debili, incipiendum est à debili: nam dige- E stio in orificio stomachi est debilior, quę vino forti in fine bibito confortabitur. Amplius, vinũ forte maiori delectatione bibitur, & sic stomachus totum cibum perfectiùs claudit. Item si vinũ forte antè reciperetur, verẽdum esset, ne ratione suæ subtilitatis & acuitatis ante perfectam digestionem à stomacho descenderet, & reliquum cibum indigestum secum traheret: quia cętera membra plus diligunt vinum forte, quàm debile, & sic citiùs traherent, quàm esset opportunum. F

Quibus horis debeat sumi vinum in tribus potibus.

VII. est, quòd vinũ, quod bibitur ad cibi permistionẽ, debet sumi simul cũ cibo, nec debet expectari sitis, sed vinum, quod bibitur ad sitis inductæ à cibo extinctionem, debet sumi in fine toti9 digestionis, plus & minus, secundũ quòd est maior & fortior sitis. Sed vinum, quod est potus delatiuus, debet sumi completa prima digestione, & sic parum ante horam suscipiendi alium cibũ: & talis potus specialiter cõpetit, quando cibaria præassumta fuerint grossa in substantia & actio- G ne, nec debet expectari sitis ad talem potũ suscipiendum: nam talis potus præparat stomachum ad suscipiendũ alium cibũ, & iuuat transitum cibi ad hepar. Nec debet esse talis potus magnæ quantitatis, vt citò possit digeri: nõ enim est imaginandum, quòd transeat ad hepar ante ipsius digestionem in stomacho, sed si talis potus delatiuus esset aqua non oporteret expectari extra digestionem, ante penetrationem ad hepar.

Fortius vinũ conuenit cum cibo grosso & debilius cum subtili.

VIII est, quòd quantò cibus est grossior, siccior & frigidior, tãtò potus permistiuus & delatiu9 debet esse maior & econtra: quãtò cibus est subtilior & humidior, pot9 debet esse minor delatiu9 & permistiuus: & similiter quãtò cibus est frigidior, grossior & digestioni inobedientior, tãtò vinũ pmistiuũ vel delatiuũ debet esse subtili9 & fortius: & quãto cibus est subtilior, calidior & digestibilior, tãtò debet esse pot9 debilior. Vnde fortius vinũ bibẽdum est cum carnibus bouinis & leporinis, quàm cum gallinis, & fortius cũ piscibus, quàm cum carnibus regulariter loquẽdo.

IX. est, quòd quando aliquis est valde sitibundus, tunc eius vinũ dbeet esse debilius, subtilius, & in colore remissius, & quãtò aliquis est minus sitibũdus, ei9 vinũ debet esse fortius & rubicũdi9.

Quod vinũ quãdo debet exhiberi pueris.

X. est, quòd pueri & nutrices nõ debẽt bibere vinũ forte, odoriferũ & saporosum: vnde pueris dare vinũ specialiter forte, est addere ignẽ igni, & est alia ratio, nam pueri habẽt neruos debiles, cerebrum valde passibile & debile, vnde citò lędũtur à vino. ¶Vinũ etiam non est proportionabile eorum cõplexioni ratione siccitatis vini, sunt enim pueri valde humidi, nec comedunt fortia cibaria ad digerendũ, habẽt cum hoc digestionẽ fortem, spirituum multitudinem, & sic pueris & specialiter nouiter natis nullo modo vinũ est exhibendũ, nisi valde parum, vt bibere vinũ paulatim assuescant, & quantò magis procedunt in tẽpore: tantò magis seuerè dari potest eis vinum, & specialiter cùm comedunt grossa cibaria, ad digerendum difficilia, & ad membra difficilius trãseũtia, in eis cholera multiplicatur, quàm vinum extrahitur per sudores & vrinam.

Quibus conueniat vinum forte & quibus debile.

XI. est, quòd habẽtes cerebrũ debile naturaliter aut accidentaliter nõ bibãt vinũ forte, & odoriferum in quantitate notabili: sed vinum debile & lymphatum, similiter habentes hepar calidũ & stomachum abstineant à vinis fortibus & calidis, & similiter habitantes in regione calida, vniuersaliter qui sunt calidæ complexionis minus indigent vinis calidis, fortibus & subtilibus, contrarium intelligendum est de his, qui sunt frigidæ complexionis, & habitant in frigida regione.

Quæ vina sint eligenda.

XII. est, quòd vina lymphata valde sunt euitanda via potus, magis enim sunt medicinalia, quam potabilia, & vina etiam noua, sunt enim adhuc indigesta, impura, ventosa, obstruentia, & dysenteriam inducentia. Sed vina mediocria, ætate defæcata, sunt magis eligenda cæteris.

Conueniens inebriari semel aut bis in mense.

XIII. quòd inebriari semel vino vel bis in mẽse competit in regimine sanitatis, vt quidam asserunt, tùm propter somnum frequentem, vnde virtutes animales quiescunt, & fortificantur naturales, tùm quia sequitur sudor, vel vrina, vel vomitus, ex quibus superfluitates à corpore expelluntur, & remanet corpus mundum. Hanc tamẽ regulam nõ approbo, nisi in his, qui vtuntur malo regimine, hæc regula est obseruãda: circa hanc regulã cõsiderandũ est, quòd inebriatio nõ fit fortis, cuius nocumentũ in cerebro sit notabile: nã talis inebriatio pl9 debilitaret virtutes animales, quàm

quam quies sequens confortaret ipsas: debet igitur inebriatio esse debilis, quæ somnũ inducat, & solicitudinem circa moderantiam penitus amoueat. Fortiùs enim inebriari, vitùperabile est in moribus & natura.

Quæ vina meliora sint ad restaurationẽ, & quæ ad extenuationem.

XIIII.est, quòd si bibatur vinum, non solùm in ratione potus, sed ad corporis nutritionem, & impinguationem, sicut in macilentis contingit naturaliter, vel accidentaliter, tunc vina dulcia, grossa & sufficienter colorata bibantur: Talia ẽnim vina sunt sufficienter nutritiua, & deperditi restauratiua & corporũ impinguatiua macrorũ. ¶Et per oppositum si intendamus non nutritionem, nec deperditi restaurationem, & impinguationem, sed magis consumtionem, maciem, & desiccationem, sicut contingit in his, qui sunt multum carnosi & pingues, tunc vina subtilia in substantia & actione nõ dulcia, sed sapore acuta sunt eligenda, & specialiter, si sint venarum subtilium & strictarum: vnde habẽtibus venas strictas multùm est nociuum exhibere vina grossa, & dulcia, quæ sunt obstruentia, vt si quis esset macilentus, & cum hoc haberet venas strictas, huic non esset securum exhibere vina dulcia, grossa & rubea.

XV.est, quòd si detur vinum ad cibi permistionem & delationem, tunc vina subtilia nõ dulcia, sed sapore grata, odorifera, non austera, nec pontica, colore mediocria, ad albedinem aliqualem declinantia, sufficienter fortia sunt eligenda: talia enim vina sunt aliis cibis permiscibilia, sufficienter penetratiua, digestionem non impedientia & stomachum ad sequentem cibũ melius præparãtia, & talis cibus debet esse permistiuus, & delatiuus. Si autem detur vinum ad sitis extinctionẽ, tunc vinum album, subtile, propinquum naturæ aquæ est conuenientius, tale enim vinum magis humectat, infrigidat, & per consequẽs magis extinguit sitim: quantò sitis est maior, tantò potus is est conuenientior: & in isto casu in fine commestionis eligibilius est vinum debile, albũ, aquosum, & subtile, quando scilicet vinum bibitur ad cibi permistionem, & aliud ad sitis extinctionem. Et si vtrumq; vinum bibatur ad vnã intentionem, tunc semper commodiùs quidem incipiendum est à debiliori.

Ad spirituũ confortationẽ & reparationem.

XVI.est, quòd si vinum detur ad spirituũ confortationem, reparationem, & virtutis fortitũdinem, tũc debet dari vinum subtile, odoriferum, in sapore delectabile, coloris mediocris, sufficientis fortitudinis: & tale vinum debet sumi cũ pauco cibo, & debet esse lymphatũ, optimê depuratum ab vtraque superfluitate, & debet in parua quantitate sumi.

Ad confortationẽ contentiuæ & digestiuæ stomachi.

XVII. est, quòd si exhibeamus ad stomachi, & viscerum contentiuæ fortitudinem, eligemus vina grossa, pontica, nigra vel rubea, sicut conuenit habentibus fluxum ventris propter debilitatem contentiuę stomachi. Sed si intendamus cõfortationem digestiuæ, competunt vina subtilia, vel mediocria in substantia, & in colore, boni odoris, & saporis cõuenientis, sufficientis vigoris, & aliqualis stypticitatis.

Quæ frigidiora sint & quæ calidiora.

XVIII.est, quòd vina alba sunt debiliora, magis aquosa & frigidiora ratione terrestreitatis, nõ humiditatis. Rubea & rufa sunt calidiora cæteris, & hoc est verum comparando vina territorij adinuicem, & non aliter: vnde vina multa Gallica alba & rufa non sunt ita fortia, sicut multa vina alba alia, quæ reperiuntur, vt ad sensum patet. Bene enim videmus, quòd vinum, quòd primitùs est valde album, temporis processu, cùm defęcatur, & purificatur, efficitur minus album: & vinum, quòd minus à principio est rubeum, temporis processu efficitur magis rubeum, & tunc signum est medium, quôd nigredo, & albedo attestantur minorem caliditatem vini, & rubedo maiorem caliditatem.

Vinum debile per admistionem aquæ eligibilius est quàm debile naturaliter.

VIX.est, quòd vinum factum debile per admistionem aquæ laudabilius est, & eligibiliꝰ, quam vinum debile naturaliter, supposito quòd sint in eodem gradu debilitatis, & specialiter, quando debilitas vini est magna, sicut est debilitas vinorum Gallicorum. Nam vina debilia naturaliter sunt multùm corruptibilia, & putrefactibilia, sed vina debilia per admistionem aquæ non sunt putrescibilia, sicut manifestè possumus experiri: nam si dimittatur vinum Gallicum in vitro per noctem, tunc mane sentietur sapor corruptus, & color mutatus, secus accidit in vino per aquam debilitato: quia natura magis laborat in digerẽdo, quod est minus homogeneum, vt vinum debilitatum per aquam respectu vini naturaliter debilis, & hanc regulam tetigi capite de comestis & bibitis in generali.

Quãtũ aquæ misceri debet vino.

XX. est, vinis fortibus, subtilibus, & fumosis bonum est, vt admisceatur aqua, quæ sufficit ad repressionem fumositatis vini, quæ tamen non faciat substantiam vini velociùs penetrare: vnde pauca quantitas aquæ sufficit ad repressionem fumositatis, quæ respectu vini non sufficeret subtiliare substantiam vini, vt citiùs penetraret, ratione cuius penetrationis contingit inebriatio, & nihil iuuat ad penetrationem substantiæ vini ad cerebrum & neruos, ratione cuius posset contingere inebriatio. Sed maior quantitas supradicta iuuabit ad vini penetrationem, & specialiter forte & grossum, non impediet vini fortitudinem, quin possit inebriare: & si plus de aqua apponatur, virtus vini totaliter destrueretur, sic quòd inebriatio non poterit lædi. Vnde etiam posset sustineri, quòd cuiuscunq; quantitatis aquæ appositio iuuat penetrationem substantiæ vini, hinc fumositas vini plus debetur vino ratione qualitatis, quæ est repressa per admistionem paucæ aquæ. Et inebriatio ei debetur ratione substantiæ imbibẽtis substantiam cerebri, & neruorum penetrationem iuuat admistio aquæ modicæ, & in hoc est materia subtilis in considerando.

Ad mundificandum pulmonem.

XXI.est, quòd si intendamus pectoris & pulmonis mundificationem, & ventris laxationem, tunc vina mediocris substantiæ in sapore dulcia sunt magis eligenda, specialiter, si nos veremur obstructionem venarum.

Quod vinum sit melius in regimine sanitatis.

XXII. est consideranda, quòd vinum eligibilius, & melius in sanitatis regimine est, vinum medium seu æquale inter vetustatem & nouitatem, & est clarum ad rubedinem tendens, bonum habent odorem, æqualis saporis, quòd nec acre, nec acutum, nec dulce, non fumosum, nec valde subtile, sed ad subtilitatem rectè declinans, obtinens mediocritatem inter fortitudi-

nem, & debilitatem, quod creuerit in locis saxosis & lapidosis montibus, nec in terra simpliciter plana, sed montuosa, sicca, soli discooperta vers⁹ meridiem, quod etiam non creuit in regione nimis calida, nec nimis frigida. Et ex his potest concludi: quòd vina Campaniæ nec Græca nec Vernacia conueniunt in sanitatis regimine, via pot⁹. Nec vina Gallica, & eis similia, sed vina Besua, Italica de Verciliaco, & de sancto Portiano. Hæc enim vina sunt conuenientia via potus in regimine sanitatis, consideratis eorum colorib⁹, substantiis, saporibus, locis, in quibus creuerint, & consideratis eorum effectibus, quos homines in seipsis iamdudum experti sunt.

Vtentes multo vino, pauco cibo debent vti.

XXIII. est consideranda, quòd homines, q vtuntur multo vino ex natura aut consuetudine, vel quacunque alia necessitate, non debent vti multo cibo: vinum enim est potus & cibus, vnde videmus potatores, tabernas quotidiè frequẽtantes, pauco victu esse cõtentos respectu aliorũ hominum. Nã malè posset natura digerere multum cibũ & multum vinũ, & bonum est, quòd ille, q vult repleri vino, in suis cibis vtatur quibusdam diureticis, vt vinum citius transeat de stomacho, & non fiat repletio nauseatiua, quæ si accidat, prouocetur vomitus, & bibat hydromel, euomat, deinde lauet os suum aceto & melle, ne gingiuæ & dentes propter vomitum remaneant infectæ, & faciem cum aqua ros. vel communi frigida, parum irroret. Amplius volens repleri vino non comedat rem dulcem, sed vnctuosam, puta micam panis vnctuosam, & carnem pinguem mistam: & post cùm vinum bibere voluerit amygdalæ, caules coctæ, oliuæ præparatæ, & conditæ cum sale conueniunt, vt vino repleri possit sine læsione: Et vniuersaliter omne, quod vaporem alleuiat, valet ad idem, puta semen caulium, ruta, calamentũ, ammi & similia. Amplius nota, quòd cibaria grossa, in quibus est viscositas, conglutinatio & dulcedo, ebrietatem impediunt, quia tardè penetrant, & sic impediunt transitum vini, & eius vaporem ingrossant, quamuis non sint cibaria, cum quib⁹ sine læsione, quæ est repletio nauseatiua, possint recipi ea, & non vinum. Cibaria igitur subtilia, & vnctuosa, non dulcia sunt, cum quibus repletione nauseatiua, & stomachi graue dine plus potest homo repleri vino. Sed cibaria dulcia, grossa & viscosa sunt, cum quibus potest recipi plus de vino sine ebrietatis nocumẽto, nõ sine grauamine stomachi, & repletione nauseatiua: si igitur homo velit bibere multum vini, & vereatur ebrietatem, vel propter cerebri debilitatem, vel propter vini fortitudinem, vel humorũ plenitudinem, vel cibi paucitatẽ, tunc talis cibus grossus, glutinosus, dulcis & viscosus est maximè necessarius, & non pinguis, subtilis, & vnctuosus. Sed si quis non vereatur ebrietatem, & velit multum bibere, respectu cibi, & vereatur repletionẽ

Quæ prohibẽat inebriationem.

A nauseatiuã, & stomachi grauedinem, tunc cibus pinguis, subtilis, & vnctuosus est maximè necessarius. Et est diligenter notandũ, quòd amygd. amaræ simpliciter, cyminũ, sal, semẽ caulis, ammi, stomacho ieiuno sumta, cum aqua frigida impediunt ebrietatem, & potus aquę frigidæ cum aceto, aut cum vino granatorum paulatim exhibita ebrietatem remouent, similiter odorare camphoram, & sand. sed quia nos sumus extra limites regiminis sanitatis, ad propositum redeamus.

De vinis artificialibus.

B XXIIII. est, de vinis artificialib. quæ apud aliquos homines sunt in vsu, puta saluiatũ vinũ, enulatum, & rosatum. De his igitur est sciẽdum, quòd cum sapiant naturam medicinalem, non cõpetunt in regimine sanitatis, nisi in pauca quãtitate. ¶ Vino igitur saluiato potest quis in hieme vti in quantitate pauca, sed in magna quantitate non est conueniens, nec ad sitis extinctionẽ, quia saluia ca. est & sic. in tertio, nec ad cibi delationẽ & permistionem, quia totũ cibum ad nimiam siccitatem & caliditatem faceret declinare. Item si bi- C batur saluiatum in magna quãtitate, quia vinum acquirit quãdam vim diureticam à saluia, & substantiæ subtilitatem, ita vt ipsius decoctio prouocet vrinam, & menstrua, sit causa descensus cibi à stomacho ante sui digestionem perfectam, & causa transitus vini ad cerebrum & neruos ante ei⁹ digestionem in stomacho & hepate. Sed habentes neruos debiles vtantur eo in pauca quantitate, q̃a in magna plus læderet neruos, quàm vinũ D simplex. Est autem hominum consuetudo, tale vinum bibere aliquando forte, quia incitat appetitum, & sic vinum saluiatum primò sumtum incitabit appetitum ad cibum sumendum, & hoc modo etiam melius confortabit neruos, quàm si reciperetur in fine. Sed vinum, quod postea assumi debet in processu refectionis, debet sumi ad sitis extinctionem, & cibi delectationem, quorũ nullum faceret saluiatum, quia quantitas, quę ex eo bibi debet, non sufficeret ad prædicta. Si tamẽ E post omnẽ sitim & omnẽ cibũ parũ sumeretur de eo, cũ nebula vel cũ pane tosto ad orificij stomachi confortationẽ, & digestionis cõfortationem, esset forte laudabili⁹, quàm sumere claretum, vel alia vina acuta valde, quæ sunt multùm acuta, fumosa, & capitis replẽtia. Saluia ponatur in hortum, vbi propè sit magna copia rutę, aliás serpentes eam inhabitarent, & macularent, quod facilè cognoscitur ex foliorum in acumine denigratione, & exsiccatione. ¶ Vinum autem rosaceum va-


Vinum saluiatum.

F let tempore calido complexione calida, habentibus viscera calida, & dispositis ad vomitum cholericum, sed in sanitatis regimine plus valet simplex. ¶ Vinum verò enulatum multùm confortat cor, membra adiacentia, vt stomachum, pectus, & sine dubio in multis est vinum enulatum conuenientius saluiato.

Vinum rosaceum.

Vinum enulatum.

COMMEN-



REGVLA I.

NAM *sitis vera & naturalis est propter æstuationem factam à cibo*] Sitis & fames à natura destinata sunt, vt animal ad edendum & bibendum excitarent. Bibitur autem & editur ad alimentum corpori subministrandum, quod ex cibo, potuque generatur: Ideoq; sitis ea naturalis est, quæ fit ob humidi penuriam, & quidem non omnis, sed eius, quod aptum est nutritioni. Quod igitur ait Arnaldus veram & naturalem esse sitim, quæ fit ab æstuante cibo, nō simpliciter hoc intelligendum fuerit. Calor enim

à cibis proueniens aduentitiis est, adeoque præter naturam: Ventriculus autem si calidior est, etiam temperamenti limites excedit: Non enim naturâ molestus est calor, quo cibi concoquuntur: Interim tamen ad ciborum concoctionem calor etiam elementaris ceu coadiutor cōcurrit, qui licet à proprio ipsius ventriculi calore differat, naturalis tamen dici potest ob causam modo cōmemoratam. Quamobrem ad sitim naturalem, quæ nutritiuū humidu postulat, vinū meracius magis cōpetere statuimus, quod cibis probè permisceatur & magis nutriat. In diabete perpetu⁹ est potionis transflux⁹, ꝙ scilicet ea potio nec probe cibis permisceatur, nec ab hepate in sanguinē cōuertatur. Hinc diuretica sunt vina, quæ vel propter tenuitatem aqueamue substātiā vel propter excedentem caliditatis vim à ventriculo & hepate superari non possunt ad generandum alimentum.

REGVLA II.

Inter duas comestiones ait Arnal. post epulas scilicet cibo nondū concocto vinum non esse bibendū, quòd digestionem corrūpat, cibumq; digerat nondū probè concoctū. Hoc nō de vino dūtaxat, sed de cæteris etiā potib⁹ statui poterit, vt Medici post epulas ab omni potu velint esse abstinendū, quod tamen perpetuo consultū non est. Nam si post cibu sitis admodu vrgeat, vtiq; bibendū fuerit, ne naturæ potū expetenti vis inferatur, atq; adeo minus probe suo munere fungi possit ad ciborū concoctionem. Neq; verò metuendū est, ne ciborum concoctio interturbetur, cum hæc potus egeat auxilio, cibis videlicet humiditate, vel frigiditate contemperandis. Hoc habito discrimine iudiciū facilè fieri poterit an vino vel aqua sit opus. Sed hic tamen id diligenter attendi decet, an aliis de causis, quàm ex ciborum qualitate vehementer sitiant ægri: Tūc enim non à vino solùm sed ab omni potu fuerit abstinendu, cibis scilicet potum non exigentibus. Nocturni temporis alia est ratio atq; diei, quo fit vt noctu siti vrgente non potionem, sed somnum commendet in Aphor. Hippoc. Dum enim dormitur, sitis tātam stomacho molestiam inferre nequit, sensu scilicet sopito. Præterea somnus humectat magis quàm vigiliæ: Quamobrem dum vigilatur, humectante potu sitienti stomacho succurritur: Noctu vero ex nimia potatione sitis excitatur, dum calidæ sursum exhalationes feruntur, quæ paulò post cerebri frigiditate resoluuntur, & humectando sitim extingunt.

REGVLA III.

Exercitium vehemens & balneum corpus calefaciunt, adeoq; validam sitim excitāt, quę sufferēda paulisper est, vel modico & conuenienti potu compescenda: Conueniens aūt potus est nec vinū meracius, nec aqua. Cum.n. rarum sit ab exercitio & balneo corpus, cumq; viscerum vires deiectæ sint ab vtroq; potu facilè plurimum offendūtur, vt etiā sępè visi sint æstuātes q̃ ex subito & multo aquæ potu in hydropē inciderūt: Simili quoq; modo vinū suas exerit vires hepati, cordi, cerebro aliisq; viscerib. nō leue dānū inferens, tū ob corporis raritate tū ob viscerū imbecillitate. Vinū ergo cōuenies est ꝙ vel leue sit vel aqua cōteperatū & quadāten⁹ adstringēdi vim obtineat.

REGVLA IIII.

Vinū ꝙ cū pauca aqua sumtū fuerit, citiùs inebriare docet Arnal. Paradoxon hoc est: *Nā quò dilutius vinū fuerit, tātò vis eius remißior esse videtur, vt & cerebrū petere minus poßit, & neruos offendere.* Verùm id ea fortassis ratione statuit Arnald. siquidē vinū ob crassitiē viscera non æquè facile ꝑtrāsit, atq; si paulò tenui⁹ esset. Interim tamē eiuscemodi vina validā cū crassitie vim obtinere nouim⁹, vt nihil ea crassities impediat, qn viscera calore suo facilè ꝑtrāseant, quem cū affusa aqua retundat, hinc certè fit vt vinū aqua dilutum nec citius penetret, nec facilius inebriare possit.

REGVLA V.

Potū cibis, maximè verò sicciorib. oportet ꝑmisceri, tū vt virib. tū vt humiditate cōtemperētur, ad chylū nutritioni conuenientē generandū. Inqt aūt Arnal. si fruct⁹ edātur, aliisue cibi frigidiores, à vino & ꝑsertim generoso abstinendū esse, cū huiuscemodi cibos antequā cōcoquātur, ad hepar trāsferat. Ego vero vel tū id cōpetere sentio, vel nunq̃ errorem patefaciemus. *Vinū* (ait Arnal.) *non debet bibi, & maximè subtile, quia faceret malitiā ciborū: ad membra citius penetrare.* Vis equidē vini si valida sit facile corpus vniuersum ꝑuadit: Ipsum etiā vinū si copiosi⁹ assumatur q̃ ciborū contēperatio postulet, ab hepate sugitur: Sed hoc cibos crudos in hepar ꝓpellere mihi nō fit verisimile: Cibi namq; nō ꝓtrudūtur in hepar ab assumto potu, sed ab hepate attrahūtur. Neq; vero si vinū ab hepate attrahitur, ꝓpterea cibos id secum capiet, qn ita cū cibis mixtū fuerit, vt ex absoluta mixtione chylus oriatur. Nā si vinū cibis admisceatur, vt ab iis separari possit, q̃ mixtio simplex est nō generatio, tūc ꝙ liquidū est, ipsum videlicet vinū à venis mesaraicis attrahitur, eo ꝙ crassum est remanēte. Vinū ergo generosi⁹ hisce frigidiorib. cibis cōpetit, vt fatetur Arnal. ꝑmixtionis ratione ꝓfuturū:, & in principio q̃dem, nō vbi cibi cōcocti fuerint: Tūc.n. calidiores forent, nec calore ad cōtemperationē indigerent, nec validiorē vini vim edomarent. Veruntamē si vinū copiosius quam ꝓ iusta ciborum cōtemperatione bibatur, id absq; dubio noxiū est, tum ꝙ humiditatis excessu cōcoctio ciborū interturbet̃: tū ꝙ vētricul⁹ nimia quātitate grauat⁹ vinū simul & cibos antequā ꝓbè cōfecti sint excludat.

REGVLA VI.

Diuersi generis vina simul exhibētur, & ob id exponendū est, quonā ordine bibi debeāt. Vult aūt Arnal. vinū generosius postremò bibendū esse, nisi vehemēter sitis vrgeat, ꝙ ipse quidem paulò pòst excepit in regula nimirū 15. Tunc.n. id quod ad aquæ naturā accedit, magis cōpeteret, vtpote ꝙ sit cōpescendæ siti magis idoneū. Sed rationib. vtitur q̃ facilè dilui possunt. In orificio stomachi cōcoctio debilior est, inquit, vt forti vino magis q̃ ventriculi fund⁹ indigeat: Quid tū postea? Quasi uero vinū post assumtū in hoc orificio cōsistat, & non cum cibis etiā infimis ꝓbè permisceatur. Deinde vinū ait generosius stomacho magis esse gratū, vt maiori cōplexu excipiatur: sit vtiq;: sed interim nō à solo stomacho, cibū potumq; cōplectendū esse nouim⁹. Deniq; veretur, ne cū huiuscemodi vinū viscerib. sit acceptius, si primùm exhibeatur ante ꝑfectam cōcoctionē attrahatur, cibumq; crudū simul ad iecur deuehat. Nihil hoc est: Dū .n. hoc vinū in vētriculo cōsistit, à iecore visceribusq; cæteris nō expetitur. Quin & id in dubiū reuocari meritò poterit, *an habito saporū discrimine iecur per venas mesaraicas chylū attrahat:* Si res ita se habet, q̃ fit vt vina crudiora citius in hepar q̃ dulcia & generosa deferātur? Notū hoc fit ex subita mixtione. Cæterū ꝙ vacu⁹ ventriculus ab ingestis facilius afficiatur, hāc ob causam tū cibus tū potus in principio mensæ cōpetit, q̃ ventriculū min⁹ offendat, cuiusmodi vinū est generosi⁹. In fine verò talia conueniūt quib. stomachus occludatur & vapores ex cibi cōcoctione generati ꝓhibeantur. Hinc adstringentia calidiorib. & laxantib. postponūtur, dū iuscula, carnesq; aromatis cōdita caseū præcedunt. Vinum ergo generosius primū ebibetur, vtpote ꝙ vacuo ventriculo sit acceptius, pòst verò vinū magis austerum, aut ad aquæ naturā accedens ea ratione cōpetet, ꝙ stomachum minus generoso & dulci laxet, sed occludat potius, & vapores caput petituros inhibeat. Quin & ferè cōtingit vt ex cibi cōcoctione sitis maior excitetur, ad q̃ vt ipse etiā fatet̃ Arnal. vinū hoc est accōmodatius: Cæterùm in cōuiuiis vbi strenuè bibitur, alia est ratio: Nam ad voluptatem pocula diriguntur, cumq; bibitū ferè satis est ad necessitatem, tunc siti non amplius vrgente vinum generosius exhibendum est, vt quantam sitis antea, tantam vini præstantia post delectationem conciliet.

REGVLA VII.

Triplicē potū facit Arnal. delatiuū, permistiuū, & sitis sedatiuū, hæcq; præcepta constituit ab hoc desumta discrimine, dū ait vinū ad permistionē cū cibis esse bibēdū, ad sitim sedandā, in fine totius digestionis, qua completa tū demū ad cibū in hepar deferendū bibere liceat. Verùm hac in re nobis aliter statuitur: Nam vna sitis nos ad bibendū impellere potest, q̃ modū etiā potui præscribit, nisi fortè vitio quopiam deprauata fuerit. Quamobrem absque siti bibendum non est, quicquid modo de permistione, & delatione dicatur? Permistiuus (inquit Arnald.)

in principio cõpetit, medio & fine: Sed sitim sedatiuus in fine duntaxat, quasiuero si quæ sit permistionis necessitas in principio vel medio ea se siti non prodat. Vbi quis cibos ingesserit aridos, subitò quicquid suppetit humiditatis ebibitur, vnde sitim excitari contingit, ob humidi penuriam. Permistio semper necessaria est, sed potus permistiuus non semper, cùm edatur sæpe citra potũ: attamẽ potus rationem obtinet saliua, quæ cibis manducatione permiscetur. Hinc ergo statuimus permistionis causa non semper esse bibendum, & maximè si quis humidiori sit vẽtriculo, vel cibos assumserit humidiores: Sitis nempe vel nulla vel remissa, vel intẽtior quid facto sit opus edocebit. Ridiculũ id porro est, absoluta prima digestione potum competere delatiuum ad cibos in iecur deuehendos. Hic non animaduertit Arnaldus eundem esse potum permistiuũ & delatiuũ: Permistio nãq; talis esse debet, vt cibus inde nec nimis liquidus, nec nimis etiam crassus generetur, ad sufficiẽtem. s. nutritionẽ, tum vt ab hepate facilius attrahatur, quæ vera est delatio. Præterea quis quæso est, qui dubitet quin potus pariter vt cibus in ventriculo concoqui debeat? Crudus ergo potus ad hepar deferetur, si post absolutam cibi concoctionẽ assumatur, nisi duplex hic inuehatur concoctio, cibúsq; iam concoctus in ventriculo tã diu persistat, dũ & ipse etiã potus cõcoquatur.

Sed vinum quod bibitur ad sitũ inductã à cibo extinctionẽ, &c.) Variæ sunt assumtorum species quibus sitis excitatur, & hinc multiplex est etiam eius sitis extinguendę ratio, dum aliud cibis, aliud potui, aliud medicamentis competit. Verùm his omnibus id quidem cùm cæteris est cõmune. *Vinum scilicet ad sitim quę a calore fuerit excitata sedandam minus quàm aquam conuenire:* Sed in hac siti tamẽ id statui potest minus nocere vinum, quã si vel stomachi vel adiacentium viscerum intemperies calida sitim excitauerit. Aliud autẽ est, quod hic nobis ab Arnaldo discutiendum proponitur: *Vinum* (ait) *quod bibitur ad sitũ inductã à cibo extinctionem sumi debet in fine totius digestionis & plus aut minus secundum quod est maior & fortior sitis.* Stomacho sitis & fames naturaliter inducuntur, vt voluntatem regant ad cibum potúmq; recta ratione contribuendum, ideóq; tum bibẽdum esse iudico cum sititur, & in hoc maximè casu, dum ex cibis calidioribus aut siccioribus sitis suscitatur: Nam ad perfectam cibi concoctionem iusta opus est contemperatione, vt ad exhibendum potum (si quidem sitis vrgeat) expectari non debeat absoluta cibi concoctio, tùm quod cibi iam non amplius contemperari possint tùm quòd sitis ferè tunc remiserit, euicto. s. ciborum calore, tùm etiam quod cibus vbi concoctus fuerit, subitò emittatur, vt si tum bibatur vacuum potus ventriculum offendat, & ob id nocere possit magis, quàm si ventriculus cibo plenus existeret. Huiusce rei fides ita fieri poterit: Si media nocte dum cibus ipse cõcoquitur, siti vehementer vrgearis, & haustum vini vel aquæ sumseris nequicquam nocebit, vel saltem multo minus, quàm si matutino tempore bibatur, vbi cibus iam concoctus fuerit, atque digestus.

REGVLA XIX.

Quæstionem hic mouet Arnaldus, quæ paulo diligẽtius expendenda est: Inquit enim vinum dilutum salubrius esse non diluto, quod quidem à natura non ob aquæ admixtionem diluto validius non fuerit, cum dilutum facilius conseruetur, nec ita citò corrumpatur. At verò licet hoc admiserimus, non ob id tamen & illud verum esse consequetur: Multa namq; facilius alijs corrumpuntur, & sunt salubriora tamen, vt carnes & oua, quæ sanitati magis competunt quam caseus, aliaq; plurima quæ diutissimè conseruantur incorrupta. Quod autem vinum dilutum oligophoro sit insalubrius (siquidem par vtriusque virtus fuerit) id tum experientia, tum ratione comprobari potest: Quibus enim vẽtriculus est imbecillior, hoc aqua vino iniecta magis offendit, quàm si vinum biberent natura debilius. Et hoc etiam est magis veritati consentaneum: Nam quod naturaliter infirmum est, id vinum quicquid aqueum obtinuerit, quodammodo concoctum est, & in vini substantiam transmutatum. Aqua verò quam vino quis iniecerit, cruda est penitus licet ob vini mixtionem validas acquisierit vires.

REGVLA XX.

Vinis fortibus aquam admisceri iubet Arnaldus non absque ratione: Aliud tamen consultius existimauerim vinum scilicet seorsim, & aquam seorsim esse bibendã, primóque vinum dein & aquam, duas equidem ob causas, tum quod vtrumq; syncerũ stomacho sit acceptius, tum quod ad ciborum permixtionem, & cõcoctionem vinum meracius competat; sique contingat id iusto calidius esse, sitim id excitabit, quàm aqua post facilè sedauerit.

De Ceruisia & alijs potibus artificialibus, Cap. XXVI.



SVNT enim quidam, qui propter penuriam vini vtũtur ceruisia, vino ex pomis & cerasis confecto, & similibus, non tamen sunt potus adeò conuenientes in sanitatis regimine, sicut vinum. ¶ Nota igitur quòd ceruisia potest fieri ex auena, hordeo, & frumẽto, & sic est alterius & alterius cõplexionis: omnis tamẽ ceruisia ex grano est grossior, quàm vinũ, & multũ difficilis ad digerẽdum: facit obstructiones in visceribus, maximè cum est noua, flatus, & ventositatem generat, capitis dolorem, interdum fluxum ventris causat, & appetitũ deijcit, sed multum nutrit & corpus impinguat, si bene digeratur: Si admiscetur loliũ est pessima, generans dolorem capitis, & neruos lædens, facta autem ex hordeo, plus habet frigiditatis, & facta ex frumẽto, caliditatis. ¶ Amplius quæ fit ex hordeo & auena minus obstruit, minus generat ventositates, & minus nutrit: quę ex frumento, magis nutrit, magis obstruit, & quantò ceruisia est grossior, tantò deterior, & quantò subtilior & clarior, tantò melior. ¶ Alij autem potus, qui sunt cum melle, sunt calidi & sicci, obstructiones faciũt venarũ, hepatis & splenis, genert multos flatus, maximè quando est in eis quantitas maxima mellis, & quando mel nõ est coctum sufficienter, & ventrem laxãt. In cholericis igitur nõ competit talis potus, specialiter, si hepar & splen fuerint obstructa. Sed est conueniens habẽtibus complexiones frigidas, maximè si habeant in intestinis & stomacho multũ phlegmatis, quia sua virtute incisiua & abstersiua incidit, mundat, ventrem euacuat, vnde in his soluit ventrẽ. ¶ Potus ex cerasis & pomis magis accedit ad naturã vini, quàm ceruisia, & puto quòd in regimine sanitatis sit conuenientior, sicut patet considerantibus colorem, substantiam, & odorem prædicti potus, & est maioris caliditatis, aromaticitatis, cõfortationis & nutritionis, quàm vinum, vnde minus conueniens in regimine sanitatis, & hos potus & similes ore possumus laudare, sed corde & opere nos, & nostros dilectos vino optimo copulare. Hæc igitur breuia de talibus sufficiant.

De Vestimentis, & indumentis, Cap. XXVII.



QVIA homines possunt vti vestibus, & indumentis debitè & indebitè, & talis indumentorũ vsus est necessarius in regimine sanitatis. Ideò nota, quòd vestes, & indumenta, vel sunt de lino, de bõbace serico, lana vel pellibus. Regulæ autẽ

obseruandæ in vestibus sunt hæ:

Prima regula est, quòd vestes & indumẽta sunt data ad defendenda membra exteriora à nocumento exteriori, puta à calore vel frigore. Tẽpore enim calido denudato corpore incedere membra denigrat, cutim adurit, totum corpus plus debito calefacit, & similiter lucente sole. Igitur tempore calido induatur veste magis tenui quã tempore frigido, taliter vt corpus non supercalefiat, nec infrigidetur. ¶ Nota quòd indumenta calefaciunt, seu arcent corpus à frigore extrinseco tripliciter. Vno modo obuiãdo frigido aeri, ne corpus tangat: secundo modo reuerberando fumos, & vapores calidos ab humoribus corporis, ad superficiem eleuatos: & sic etiam tales calefaciunt vestes, quibus calefactis etiã calefaciunt corpus. Tertio modo calefaciunt corpus suo calore actuali, aut virtuali, & essentiali: exẽplum primi, quando ad ignem prius calefiunt, antequam cor pori applicentur; sed talis calor actualis citò euanescit & remanet virtualis, & essentialis reducta ad actum. Exemplum secundi: sicut quando sunt calidi essentialiter, sicut experientia docet, & talis caliditas actualis in actum reducitur, per calorem nostri corporis.

Indumenta arcent corpus à frigore tripliciter.

II. est, quòd quantò tempus est frigidius, ventosum, & aer frigidior, corpus rarius, tantò pluribus indigemus vestibus: & econtra tempore calido: idem intellige de tempore nocturno respectu diei, & tẽpore pluuioso & nebuloso respectu sereni: & similiter de hominibus phlegmaticis, & melancholicis respectu cholericorum. ¶ Sed tu dices, quòd corpora cholerica sunt rariora, & per consequens passibiliora, & sic indigent pluribus vestibus, quàm melancholici, quia compositio membrorum in illis est durior, & dẽsior. ¶ Dicendum est, quòd non est inconueniens aliquem cholericum, quo ad mẽbra exteriora esse compositionis durioris, & minus passibilis aliquo melancholico, vnde dato quòd regulariter compositio sequatur complexionem, interdũ tamen contingit contrarium: sic igitur stant simul, quòd aliquis sit cholericus, & non densus, vnde complexio calida resistit frigori, ratione actiui resistentis, & compositio puta densitas ratione passiui opponentis.

III. est, quòd homines, qui plus exercitantur cæteris paribus, minus indigẽt vestibus, quia per exercitium calefiunt exteriora, superfluæ humiditates corporis consumuntur, & membra aliqualiter indurantur, & minus passibilia efficiuntur. In quiescentibus autẽ mẽbra sunt sopita, & calor in eis, ideò oportet, vt per indumenta cõfortentur, & de potentia ad actum quodã modo reducãtur.

IIII. est, quòd seruientes in stuphis, & qui in ædibus semper degunt, hi, quando contingit vt aeri libero exponantur, indigent pluribus indumentis, quia læduntur à frigore consueti esse in calore. Sicut.n. ab assueto non fit passio, sic ab eo quod est contrarium assueto corpora nostra maximẽ patiuntur. Alia ratio, quia eorum pori sunt aperti & rari, vnde frigiditas continentis aeris citius & perfectius membra potest intrare, & lædere. Propter hanc causam in primis frigoribus indiget homo cooperimentis pluribus, vel indumentis, quia subita mutatio nocet, & aperti in-

A ueniuntur pori.

V. est, quòd in somno quis indiget pluribus indumentis, seu cooperimentis, quam in vigilia: nam cùm in somno calor retrahatur ad interiora ad loca digestionis, exteriora tunc remanent calore & spiritu denudata, respectu vigiliarum, & sic apta sunt magis lædi à frigore aeris continentis, & membrum maximè frigidum indiget cooperimento, vt est cerebrũ. Vnde caput in somno maximè est cooperiendum, & specialiter quia in somno vapores eleuantur ad caput, ipsum infrigidantes, quia in cerebro conuertuntur in naturam aqueam. In somno igitur caput est magis cooperiendum, & in vigilijs minus, quia in vigilijs multus calor, & spiritus mittuntur ad cerebrum propter virtutes animales interiores, & exteriores, quarũ operationes vigent in eo, & sic in vigilia calidum est sufficienter, sed in somno contrarium accidit vt dictum est. Partes autem pectorales. s. spirituales maximè debent cooperiri non solùm in somno, sed etiam in vigiliis: nam partes tales difficile est tueri à frigore, quia aer frigidus continuè inspiratur, & expiratur, & rheuma continuè descẽdit à cerebro ad prædictas partes pectoris, & pulmonis, etiam ibi est magna quantitas ossiũ, quæ sunt frigida: non obstante igitur cordis caliditate partes pectorales à me sunt cooperiẽdæ propter causas dictas. Extrema aũt puta manus paucioribus indiget cooperimentis, quia sunt in cõtinuo motu: sunt enim membra deputata ad operationes transeuntes, & minus indigent, quàm pedes, quia eorum operatio impeditur à cooperimẽtis, & sunt propinquiores cordi. ¶ Item in ipsis sunt maiores arteriæ & pulsus, & quia operationes, ad quas deputantur à natura, sunt valde multę, quę multo calore exercentur, & spiritu, igitur natura regitiua ad easdem manus mittit multum calorem, & spiritum. Membra etiam faciei multis nõ indigent cooperimentis, nisi magna necessitate vrgente, quia natura multum calorem eô mittit propter operationes sensuum, quę maximè indigent partibus faciei, quæ etiam operationes conuenienter non possent exerceri cũ cooperimẽtis.

VI. sumitur ex parte habitudinis: nam habẽtes membra exteriora carnosa paucioribus indigent cooperimentis, quàm habentes ea carne denudata.

VII. sumitur ex parte indumentorum, & vestium, in quibus plurima diuersitas inuenitur: quædam enim indumẽta sunt magis calida, quædam minus, quædam mediocriter. Indumẽta pellicea communiter calefaciunt plus, deinde ea quæ ex pannis laneis eaque subtilibus, mollibus, densis, & similiter grossis, deinde ex bombace, posteaque ex serico, & vltimò indumenta linea, quæ cæteris sunt minus calida. Bombycina autem, & serica, quæ magis pilosa sunt, & minus lixata sunt calidiora, cùm autem sunt multum lixata, sunt frigida: similiter linea multum subtilia, & non pilosa, & rara, lixata non lenia, sed aliqualiter aspera, minus calida, & econtra. Similiter pellicea quantò sunt densiora in pilis tantò calidiora. ¶ Pelles diuersificãtur secundũ diuersitatem animalium, à quibus sumũtur: nam pellis caprina est minoris caliditatis: deinde pellis de grypho, pelles autẽ vulpinæ sunt multũ calidę, & sic &

ſic & ſic confortant neruos, proſunt paralyticis, artheticis, & etiã illis qui ſunt multum pingues, & volunt eorum corpora extenuare, & exſiccare: Pelles autẽ cuniculorum, & leporũ ſunt his proportionales, minus tamen exſiccant, vnde puto quòd in regimine ſanitatis magis cõueniunt, vel pellis de bieuria ſatis eſt calida cõſideratis conditionibus ſupradictis, quia talis pellis eſt ſatis groſſa, habet pilos multos, lenes & ſufficienter magnos, valde nitida, & pediculorum minimè generatiua, habet pilos fortiſſimæ adhæſionis, vnde tales apud me pelles ſunt ſatis cõmendandæ. Pelles autem ouis ſunt calidæ & humidæ conſequẽtes complexiones animalis, cuius ſunt: vnde multum cofortant corpus & calorem naturalem, corpus impinguant, ſed ſunt multorum pediculorũ generatiuæ. Et vt verũ dicã, pelles, quæ habent pilos duros, & aſperos, deſiccant, ſi humiles & lenes impinguant, & hoc eſt vniuerſaliter verũ in omnibus indumentis: volentes igitur pingueſcere habeant induſia lenia, mollia, & denſa: contrarium faciant volentes extenuari.

De Regimine caſtè viuentium, Cap. XXVIII.

QVONIAM ſunt quidã venerabiles viri, qui volunt viuere continenter, & tamen ſani eſſe volunt, ideo de talium regimine intendo breuiter pertractare. Scimus.n. & ſi actus venereus ſit vtilis in ſanitatis regimine, non eſt tamen neceſſarius, vnde aliqui ſapiẽtum etiã, qui fuerunt locuti de ſanitatis regimine, nullam penitus de coitu fecerunt mentionem, multi ſunt qui viuunt ſani ſine coitu, vt in pluribus virginibus præteritis & præſentibus patet.

Regula prima igitur ex parte cõſuetudinis ſumta ſit talis, vt à coitu conſueti nõ ſubitò abſtineãt totaliter, ſed tardiùs, & cum turpibus, & vetulis coeant paulatinè coitum dimittendo.

II. eſt, vt vtantur rebus ſemen minuentibus, vt phlebotomia, & vomitu, non pharmacia, ne fiat deſcenſus ſuperfluitatum ad membra coitus, vtãtur etiam ſe. portulacæ aut agnicaſti, & alijs ſimilibus, cibos pauci nutrimẽti accipiãt, & regimẽ ſuperfluitatum deſiccatiuum teneãt. Si propter penuriam coitus ſtomachus debilitetur, vt in pluribus contingit, recurre ad capitulum de ſtomachum confortantibus. Si cor debilitetur, ſimiliter ad capitulum de cordialibus, & fiat phlebotomia ex ſaphenis & interioribus pedum, quæ maximè conuenit his, qui ex coitus dimiſſione incurrere ſolet in ſtomachi & cordis debilitatem, portetur ſmaragdus, & ſapphyrus, fiãt vnguẽta frigida circa renes, & lamina plumbea ibidem portetur.

De Iter agentiũ regimine, Cap. XXIX.

PRIMA regula attendenda circa agentiũ iter regimen eſt, quòd intendens iter ingredi ex neceſſitate debet in modo viuẽdi conſuetudinem mutare, & hoc paulatim: oportet igitur vt in principio ſui itineris parum plus ſolito exercitetur: & ſic paulatim aſſueſcat, antequã incipiat, idẽ intelligitur de fame & ſiti, vnde in hoc caſu ſummè oportet ad non cõſueta tranſmutare, & debet aſſueſcere vti cibo, quo proponit vti in itinere. Maiꝰ autẽ periculũ eſt in his, qui non conſueuerunt iter facere, & in debilibus & ſenibus, quam conſuetis & fortibus, ideo circa tales maius ſtudium eſt impendendum.

II. eſt, quòd cibus itinerantium debet eſſe facilis digeſtionis, & melioris ſubſtãtiæ, ſi poſſint, vſque ad horã cœnę differant comedere, quod ſi forſan ſit neceſſariũ comedere, parũ comedant, ne neceſſitas bibẽdi interueniat, vnde itinerantes ſummè cauere debẽt à potu & ſpecialiter aquæ. ¶ Amplius faſtiditus non itineret, dormiat donec faſtidium remoueatur. Itẽ famelicus nõ iter faciat, nã vbi indigentia, non oportet laborare, igitur virtus prius eſt cõfortanda. Sed qa itineranti poteſt neceſſitas imminere tolerãdi famẽ tandiu vt deſideriũ totaliter deſtrueretur, vel multũ minueretur, bonũ eſt ſcire cibos, cũ qbus homo põt ſine cibo diutiꝰ permanere. Nota igitur qđ cibi facti ex hepatibus aſſatis & pilę factę ex amyg. oleo & amyg. adipe anatis, ſi vna ex his comedatur, fames longiori tẽpore tolerabitur. Nã ſumere oleũ violatũ in quo diſſolutus ſit adeps vaccinus, diu facit tolerare famẽ, ita vt ſi aliquis ſumeret ℔.1. talis condĩti ſine deſiderio notabili, quaſi p 10. dies permanere valeret: de ſiti verò vinum eſt facile & leue. Semen portulacæ piſtatũ cũ aceto, & ſint ſe. portu. ℨ.ʒ. piſtatæ cum aceto: & aqua diſtemperata, & euitentur ſitim cauſantia. Solum autem acetum cum aqua bibitum extinguit ſitim.

III. eſt, vt phlebotometur aut pharmacetur ſecundũ exigentiã: nã ſi aliquis propter plenitudinem indigeat aliqua iſtorum, & nõ fiat, verẽdum eſt de febribus, apoſtematibus & membrorũ interiorum infectionibus: ſi tempus eſt frigidum, humores corrupti, non multum calidi, & groſſi, mẽbra interiora fortia, humores aliqualiter aduſti, dubitandum eſt de lepra.

IIII. ſumitur ex parte caliditatis aeris, nã ſtudendũ eſt, ne cerebra à calore lædantur, & ex hoc in capitis dolorẽ incurrant vel febrẽ putridã aut alias ægritudines: cooperiantur igitur cerebra, & capita, vt à calore defendantur. Ne eorum pectora deſiccẽtur & caleſiant propter aerem attractũ, & ambiẽtẽ, vngatur regio cordis cũ mucilagine pſyllij, ſucco portu. & ſimilibus, comedat hordeatum, aut de fructu aut ius hordei, antequã viã ingrediãtur, nõ ingrediãtur priuſquã cibus ab orificio deſcenderit: & bonum eſt qđ ſecũ deferãtur vnguenta frigida & humida, quibus ſpina & pectꝰ vngatur, & ſi odores malos inueniãt obſtruãt os & nares, & antequã viam ingrediantur, comedant lac cum cępis minutim inciſis, & odorent etiam oleum roſ. aut nenupha. &c.

V. eſt, tẽpore frigido cooperiãtur indumẽtis dictis, ne in apoplexiã, aut congelationẽ aut paralyſim incurrãt: & dũ ad ignẽ venerint, caueãt ab appinquatione nimia, ne poſtea ad frigidũ aerẽ veniẽtes oculorũ morbos patiãtur, q ſi adueniãt, fomentẽtur oculi cũ aqua decoctionis chamomillę, ſtœchad. vel anethi, & ſi phlebotomia aut pharmacia cõpetat, fiat. ¶ Amplius antequam homo ſe exponat itineri, pedes ſpecialiter ſunt multũ fricandi, deinde cũ oleo oliuarũ fricãdi & inungẽdi, vt caliditas de potẽtia ad actum deducta melius cõſeruetur, & ſi vis oleum de ſtœchad. aut chamomilla aut alio calido, vt à frigore melius defendantur. Fiat hęc frictio poſt horã, ſecundũ quod expediet, qua frictione & inunctione facta immediatẽ

pedes pannis lineis mollibus inuoluantur, deinde lana ſuccida ſupponatur plãtę pedũ & poſtea calcietur ſocculis, vel ocreis largis, in quib⁹ pedes & pedum digiti moueri poſſint: & poſtea quãdo congelari incæperint, fiat iterum frictio & vnctio. Dicunt aliqui, quòd ſubmerſio extremitatum in aquã frigidã cõfert tali mẽbrorum ſtupefactioni, ſicut videmus in pomis congelatis: ſi. n. ponãtur in aquã frigidã, redeunt ad ſuã naturã, & ſi propè ignẽ, minimè: cauſa eſt fortificatio contrarij per antiperiſtaſin, quo confortato mẽbrum totum in circũferẽtia etiã pl⁹ calefit, & ſpecialiter q̃a mẽbrũ eſt magis aptũ recipere caliditatẽ, quia remollitũ ab humiditate aquę. ¶ Et ſi timeatur immobilitas oculorum, aut viſus deſtructio propter nimiã diſgregationem factã ab albedine niuis, bonum erit induere veſtimenta nigra, & oculos nigris rebus cooperire. ¶ Et ſi quis eſſet ſtupidus, & quaſi congelatus à frigore & niue, in ſuo tunc hoſpitio primo per totũ corpus fricãdus in loco calido, deinde inungẽdus cum oleis calidis aromaticis, vt eſt oleum de lilio, anethinum, chamomillinum & de ſtœchade, deinde ponẽdus in locum mollẽ & cooperiẽdus operimẽtis mollibus calidis actualiter & virtualiter, & permittendus dormire. Si neceſſitas vrgeat debet in lecto amplecti ab hominibus calid. fricari pectus, & membra: deinde oportet illi dare aſſam fœtidã, & piper cum vino forti, poſt cibetur cum mica panis infuſa in iure carnium, & in maxima quãtitate bibat de vino optimo, deinde in lectũ ponatur, cooperiatur & dormiat, poſt ſomnum ingrediatur balneũ, diu immoretur in eo, egreſſus balneum vngatur oleis calidis vt coſtino, cũ admiſtione caſtorei, euphorbij, &c. ¶ Si quis autem timeat frigus in itinere, comedat allia & nuces: vnde nuces habẽt ad hoc mirabilẽ proprietatẽ, ſi nuces & allia ſimul piſtentur, & cum aqua carnium laudabilium diſtẽperẽtur, multũ corpus calefaciunt, & à frigore tuẽtur. Ad idẽ valet diatrionpipereon, & ſimilia. Amplius lotio extremitatum in aqua ſalſa quotidie mane & ſero arcet extremitates à frigore, ratione. n. ſalis extremitates calefiunt, indurãtur, ſuperfluitates in eis conſumuntur, & ſic impaſſibiliores efficiuntur. ¶ Amplius iter facientes per loca frigida, non debẽt carere oleis calidis, ad vngẽdũ collũ & nuchã, nec cooperimẽtis ipſius, nec odoramẽtis calidis.

Defenſio oculorum.

Ad ſtuporem & congelationem à niue.

Allia & nuces multũ calefaciunt.

VI. eſt, quòd ſi fatigetur in itinere ex debilitate, & labore, cũ ad hoſpitiũ peruenerit per vnã horã quieſcat, deinde balneũ intret, in eo maneat donec caro lenis, & rubea fiat, poſtea totum corpus fricetur leuiter, & iuncturæ cum pollice quaſi cõprimẽdo palpentur, deinde totũ corpus inungatur & ſpecialiter iũcturæ: in hyeme quidẽ cũ oleis calidis & in æſtate cũ frigidis, vt oleo roſ. &c. inunctus quieſcat, dormiat & molliciẽ lecti procuret, cooperiatur multũ, cũ excitat⁹ fuerit à ſomno ad frictionem, deinde ad balneum & inunctionem redeat, & ſic ad ſuam reuertatur conſuetudinem.

VII. eſt, de aquis: nã ſi aquæ malæ inueniãtur, colentur cum portione terrę natiuitatis proprię, ſeu habitationis, aut per filtrum, aut deſtillatoriũ colentur, donec clarificentur. Amplius proiectio aluminis in aquã ipſam clarificat. Amplius ſcias, quòd comedere cæpas, allia, & lactucas cũ aceto remouet malitiam aquarum, ſimiliter permiſcere eam cum aceto. Si fuerit aqua ſalſa imittẽdæ ſunt ſorbæ aut cotonea & bibenda eſt cum aceto, vt verum dicam, aqua per ſuum contrarium eſt corrigenda, ſi ſint ſanguiſugæ, aut paruę beſtiolæ, aqua eſt bibenda mediante panno lineo ſubtiliſſimo.

De correctione aquarum.

Cap. 29.
De iter agenti regimine. Iter facturis obſeruãda veniũt

- Ipſius *exercitij ratio, quæ ſumitur.*
  - A motus *differentijs: Aliud enim eſt.*
    - Vehi,
      - Nauigio,
      - Curru.
    - Equitare,
    - Ambulare.
  - Ab *exercendi modo.* Num *celeriter an tardè progrediendum ſit.*
- Iter *faciendum. An ſit arduum vel leue, iucundum, ſecurum, vel periculi metum incutiens.*
- Varia *itineris accidentia, cuiuſmodi ſunt.*
  - Laſſitudo.
    - Quies.
    - Balneum.
    - Iniunctio *competunt, Regula 6.*
  - Sitis.
  - Fames. *Ad hanc diu & facile tolerandam compoſitiones quaſdam probatas refert Arnald. Regula 2.*
  - Viſus *læſio à niue. Aduerſus hanc competunt veſtimenta nigra, Regula 5.*
  - Corporis *ſtupor à nimio frigore. Frictio competit & iniunctio ex oleis calidis & aromaticis, Regula 5.*
- Cœli *ſtatus, qui ſi ſit*
  - Calidus, *capitis dolorem infert, febres, & pectoris ariditatem. Ad hæc euitanda vnguentis & aſſumtis vtendum, Regula 3.*
  - Frigidus, *apoplexiam inducit, catalepſim, & paralyſim. Veſtibus hæc auertentur, Regula 3.*
- Victus *ratio, in*
  - Cibo, *qui facilis eſto coctionis, & differatur, ſi fieri poßit, ad finem vſq; diuturni exercitij, quam vocat Arnaldus diætam.*
  - Potu. *Aqua ſi vitioſa fuerit, colatura & adijciendis corrigatur, Regula 7.*
- Corporis *iter facturi conſtitutio.*
  - Natura *& temperamentum. Calidúmne ſit an frigidum, rarum an compactũ ad ſuſtinendas itineris iniurias.*
  - Conſuetudo. *Non aſſueti motum ipſum & itineris accidentia ferunt difficilius: proinde non ſubitò, ſed pedetentim iter carpendum eſt, habita in itineris menſura & exercendi modo, potus item & cibi iuſta contemperatione, Reg. I.*
  - Partium *exereendarum robur aut imbecillitas. Ambulaturus pedes fricet, inungat, &c. Regula 5.*
  - Sanitas *aut morbus. Faſtidioſis & famelicis noxium eſt exercitium. Plethora ſanguinis mißionem, cachochymia purgationem exigit, Regula 3.*

De Regimine nauigantium per mare, *Cap. XXX.*



PORTET, qui mare vult intrare, per aliquos dies antè, cibum minuere, & minus comedere solito. Vtatur cibis roborantibus stomachũ, secum portet cotonea, cappares, mala granata, & alia contra vomitum valẽtia. Et prima die qua quis intrauerit, non aspiciat aquã, nec caput teneat eleuatum, nec comedat, nec bibat nisi forsan parum: & si à vomitu abstinere nõ possit, vomere non est malum, tamen effrænatum vomitum sedet cum cotoneis, malis granatis, &c. Semen autem apij bibitum nauseam sedat, specialiter si sit torrefactum, & aceto infusum, etiam absynthium bibitum, & emplastratum. Similiter micæ panis assati loti in aqua frigida comestæ cum vino, valent: ita panis assatus comestus cum vino odorifero, valet.

Sedantia vomitum.

De confectionibus, *Cap. XXXI.*



VIA homines sani communiter vtũtur confectionibus, ante cibũ & post, tempore frigido & calido, mihi videtur opere præcium facere capitulum de his. Saluo mediori iudicio puto, quod plus nocent in sanitatis regimine, quã prosint, & si competunt per aliquem modum corporibus sanis, competunt ad præseruandum ab aliquibus malis, quæ cõtingere possent. Sed isto modo homines non vtuntur, verùm magis ad voluptatem, & potus receptionem: vnde si aliquis vellit comedere confectiones in eum finem, vt vinũ sumtum, non noceat, melius esset, panem assumeret. ¶Sciendum igitur, quod meliores confectiones, quæ sunt in vsu, sunt hæ: Zingiber conditum cum saccharo, vel cum melle, pineatum vel phisticatum, auellanæ conditæ, anis. conditum, coriandum conditum, tragea grossa, & tragea tabulata, & huiusmodi. Conuenientes autem in hyeme magis in regione frigida & senectute sunt: Zingiber conditum virid. confec. cum melle, tragea grossa & in tabula, nuces conditæ & similes confectiones calidæ, & in æstate saccha. ros. pira condita, cucur. coriandrum conditum. ¶Itẽ confectionum quædam sunt, quæ magis conueniunt tempore ieiuniorum cum vino vesperi, & aliqua magis conueniunt post cibum immediatè vel ante. Cõfectiones minus calidę minúsque desiccatiuæ, & acutæ minus, in quibus magis reperitur de ratione nutrimenti sunt, pineatũ & phisticatum, saccharum ros. & confectio nominata marcepá, similiter auellanæ conditę cum optimo melle despumato, & paucis speciebus, dactyli cõditi. Si enim ieiuno stomacho bibatur vinum sine quacunque comestione in pauca quantitate incitabit stomachum ad appetitum sequentis cibi, quo non indigent ieiunare volentes, & si bibatur in magna quantitate, lædit stomachum cerebrum, & totum corpus, & si prædictæ species comedantur, vini nocumentum remouebitur. Et si comedantur aliæ confectiones acutiores, & plus distantes à ratione nutrimenti, non sic remouebitur vini nocumentum, & ad sequentem cibum stomachus plus incitabitur: vnde Zingiber conditum, & specialiter ex India, tragea grossa, carui

A conditum & anisum ieiunantibus non multum conueniunt. Sed si quis post cibum immediatè velit vti confectionibus ad digestionis confortationem & specialiter in orificio stomachi, quod est frigidius naturaliter, & ad digerendum debilius, tunc Zingib. conditum est conuenientius, & debet sumi valde in pauca quantitate, & superbibendum boni vini modicum. Et si aliquis post cibum sumtum consueuit sentire eructationes ventosas, vel comederit cibos ventosos, & B vniuersaliter habeat stomachum ventosum, tunc post cibum immediatè bonum est, vti aniso condito, carui condito, & tragea grossa. Si quis orificium stomachi habeat naturaliter debile, tũc post cibum vtatur coriandro condito, in hyeme quidem cum puluere quarumdam specierum, & in æstate sine speciebus: Hoc etiam coriandro cõdito potest quis vti tempore ieiuniorum in collationibus vespertinis ad obuiandũ nocumento vini, dato quòd non appropinquet nutrimento sicut C confectiones prædictæ. ¶Postquam autẽ stomachi orificium est clausum, nullo modo sunt comedendæ species, nec bibendæ, quamuis dominorum consuetudo sit in cõtrarium: nam ex isto duplex contingit nocumentum, primò quidem quia ex hoc orificium stomachi aperitur, si cum delectatione recipiantur, & hoc est causa corruptionis, aut diminutionis digestionis in stomacho. Amplius tales confectiones citissimè digerũtur, & citius reliquo cibo, & vltra debitum nõ ha- D bentes exitum, corrumpuntur, per consequens totam massam cibi corrumpunt. ¶Et si quis omnino velit infra duas comestiones confectiones comedere, & consuetudinem non mutare, meliores confectiones tunc sunt, quæ magis digestionem confortant, & quæ sunt subtilioris substantiæ: tales. n. confectiones cum tota massa ptisanaria in stomacho existente citius permiscentur, sic minus impediunt digestionem, & cum alijs simul digeruntur, vt est Zingib. conditum, cũ E saccharo, quod pasta regis nominatur. Vnde saluo meliori iudicio, puto hoc tempore marcepá & pineatum phisticatum, dactylos conditos, auellanas, & coriandrũ conditum non cõuenire, ita diaficuum & confectio de citonijs hoc tempore minimè competunt. ¶Amplius sunt quidam, quorum digestiua est debilis in toto stomacho, quorũ stomachus est frigidus & ventosus, talibus bonũ est per modicum tempus ante cibum confectiones calidas comedere ad ventositatum consum- F tionem, & cibi futuri meliorẽ digestionem: tempus autem suscipiendi tales cõfectiones est quasi vnius horæ cum media, quia tunc sunt reductæ de potentia ad actum, stomachum calefaciunt, & ad stomachi fundum descenderunt. Nam tales confectiones, quia sunt subtiles in substantia & actione, & recipiũtur in pauca quantitate, citissimè digeruntur, & stomachum citò præparant ad suscipiendum cibum: talibus cõfectionibus bonum est parum boni vini optimi superbibere; G confectiones sunt Zingiber conditum, & specialiter ex India, & tragea grossa, carui conditum, & anis. conditum & similes. Et hæc breuiter de confectionibus, & earum vsu sufficiant.

De Regimine corporum paratorum cadere in ægritudines, Cap. XXXII.



EINCEPS determinare volumus de regimine corporum, quæ sunt parata cadere in ægritudines, non quidẽ ratione lapsus naturalis in complexione, quia de regimine talium corporum sufficienter dictum est in prima parte huius operis, in capitulo de regimine malarum com plexionum naturalium, sed volumus hoc in capi tulo facere mentionem corporum paratorum cadere in ægritudinem de propinquo propter causam accidentalem in eis existentẽ, quam causam per accidentia quædam contra naturam inuentá percipimus: & vocantur talia corpora neutra decidentiæ, quæ tamen adhuc sunt in latitudine sanitatis. Sciendum autẽ quòd in omnibus talibus corporibus similis est custodia futurorum, & curatio præsentium, per easdem enim medicinas, per quas curantur ægritudines actuales, curantur etiam parati in eas cadere de propinquo, & sic istorum regimen sufficientius habetur, per regimen meatuum. Ne igitur transeamus limites nostri propositi, scilicet regiminis sanitatis, de regimine taliũ corporũ, & de modo latitudinis sanitatis breuiter pertractabo vniuersales & particulares ordinationes. ¶ Sciendũ præterea, quòd qui parati sunt in ægritudinem cadere, aut sunt parati propter repletionem sui, aut propter cruditatẽ seu malitiam humorum, qui in eis existũt. Quod ad primum temperanda est humorum quãtitas, quo ad secundum, eorum qualitas est corrigenda per contrarium, in eum finem, vt corpus possit nutriri ex his, aut quòd obediant expulsioni non reducti ad benignum, aut si reducantur, & sint in nimia quantitate, minuantur. Humorũ autẽ quãtitas temperabitur cum æqualitate quãtitatis nutrimenti, & augmento exercitij, fricatione, balneo & cibi partitione, vt scilicet vnica vice suam non compleant satietatem. Et si de facili sudent, fit vt sudor toleretur, quoniam & tardatur comestio post balneum spatio 4. horarum, nisi dubitemus motum choleræ rubeæ ad stomachũ: tales enim cibandi sunt ante balneum: & si fiant obstructiones in lateribus, vtantur obstruentibus notis, & suæ complexioni appropriatis. Posset autẽ esse tanta humorum plenitudo, vt prædicta non sufficerẽt, sed esset necessaria phlebotomia, aut pharmacia. Posset etiã esse tantũ peccatum in qualitate humorum, quòd alterantia contraria non sufficerent, sed esset necessaria euacuatio. ¶ Et quia parati cadere in ægritudinẽ habent quædam accidẽtia, & signa ægritudines prognosticantia, de his signis, accidentibus, & remedijs eorum volo hîc breuiter pertractare, nam hoc specialius tractare pertinet ad librũ de ingenio sanitatis. Incipiamus ergo ab vna mala aptitudine ęgritudinis prognosticata, quæ est alijs generalior, & ponamus eius remedium: est illa mala aptitudo labor spontaneus, quando quis sentit se aggrauatum seu fatigatum, ac si magnum fecisset exercitium, membra confracta, & dolorosa, ac si eius membra percussa fuissent, proculdubio significat ægritudinẽ futuram, nisi remedium adhibeatur. Nec remedium aptitudinis malæ coincidit cum cura alicu-

Correctio humorum peccantium in quantitate & qualitate.

De labore spõtaneo.

A ius ægritudinis particularis, & ideo de remedio huius accidẽtis est hic diffusius pertractãdũ, quã de remedijs aliarum malarum ęgritudinum, quarũ remediũ coincidit cũ remedijs aliquarũ aptitudinũ specialiũ, vnde etiã sapiẽtes loquentes de regimine sanitatis, & remedio huius accidentis lõgum faciunt sermonem. Est autem hæc aptitudo nõ ad ægritudinem vnam specialem, sed ad multas, nec etiam aptitudo ad ægritudinẽ vnius mẽbri determinati, sed potius corporis, & omnium

B partium eius, tam exteriorum, quàm interiorum, vnde expedit de hac aptitudine mala, & eius remedijs longiorẽ facere sermonẽ. ¶ Sciendum igitur quòd hic spontaneus labor est triplex, quantum ad propositum spectat. s. vlceratiuus, qui est ex humorũ mala qualitate, acuta & mordicatiua alius aggratiuus, qui est ex humorum quantitate immoderata: alius apostemosus, qui prouenit ex humoribus peccantibus qualitate & quãtitate. In omnibus autem his laboribus spontaneis indige

Spontaneus labor est triplex.

C mus alterantibus, & corrigentibus malitiam humorũ, vel euacuãtibus, aut vtroq;. Quod ad laborẽ vlceratiuũ, indigemus alterantibus & corrigẽtib⁹ malitiã humorũ. Quod ad aggrauatiuũ, indigemus euacuãtib⁹. Quod ad apostemosum, vtrisque indigemus. Alteratio autem & digestio fit à natura, medicinis conuenientibus, & cibis quæ habent vim corrigẽdi humorẽ, & aliquãdo somnus, quies & fames iuuant ad hoc. Euacuatio fit cũ medicinis, quę prouocãt vrinã, sudorẽ, ventrẽ,

D cũ phlebotomia, & exercitio: hic igitur est modus generalis remediãdi laboribus his spõtaneis. ¶ Et vt laboris vlceratiui curã speciali⁹ videamus, sciẽdũ est, quòd humor acutus mordicatiuus est causa huiusmodi laboris, & iste humor mordicatiuus non est solùm cholericus, sed melancholicus, & phlegmaticus. Cholera namq; mordicat propter suum acumen, melancholia propter eius acetositatẽ, phlegma, propter eius salsedinem & tenacitatẽ tẽpore separationis eius à mẽbro. Isti autẽ hu-

De cura laboris vlceratiui.

E mores, aut sunt sub cute, vel in porositatibus mẽbrorum, vel profundati in musculis, aut sunt in venis: amplius cũ istis humoribus sunt alij humores viscosi, grossi & mucilaginosi, aut non: & si sint humores mucilaginosi, sunt in venis cum sanguine, vel in membrorum spongiositatibus & musculorum, & cum prædictis humoribus in venis est multus sanguis, aut paucus. Paucus quidem cũ tales humores sunt multi, & multum elõgati à natura sanguinis, multus quidem,

F cum sunt propinqui naturæ sanguineæ, & sunt pauci. Si igitur humores, qui sunt causa vlcerosi laboris sint sub cute, sufficiat exercitium, frictio, balneũ, cibus subtilis, & syrupus acetosus. Si autẽ isti humores, q̃ sunt causa vlcerosi laboris, sint locati in carne & musculis, indigemus quiete & abstinẽtia à cibo: nã ista adducũt digestionẽ, nec tũc indigemus exercitio, & vesperi balneẽtur in aqua calida, cibẽtur cibis subtilibus, & vtantur syrupo acetoso: si accidẽs sedetur hoc regimine, bene qui

G dẽ tũc cognouimus causã, & locũ. Si autẽ humores sint in venis magnis, propinqui naturę sanguinis, cũ multo sanguine, & nõ sint humores mucilaginosi, fiat phlebotomia. Et si sint cũ pauco sanguine, nõ sint humores mucilaginosi, lõginqui à natura sanguinis, exhibeatur pharmacia humorũ appro-

appropriata : nā si in venis sint humores mucila-
nosi, & grossi nullo modo fiat phlebotomia: si aūt
sanguis sit multus & humores prædicti sunt pro-
pinqui naturæ sanguinis, fiat phlebotomia, si sit
paucus & humores sint distātes à natura sangui-
nis, tunc fiat humorū talium subtiliatio, & post e-
uacuatio cū pharmacia: nam subtiliatis humori-
bus mucilaginosis cum subtiliātibus, spargentur
tales humores ad membra. Si aūt tales humores
mucilaginosi non sint in venis, sed in mēbris, tūc
securiùs possunt exhiberi pharmaca subtiliātia, &
quę sint illa, scitur ex libris simpliciū medicinarū,
& compositarū: nolumus aūt hic omnia ppende-
re, signa signātia, humorē peccantē, & locum hu-
morū, scies ex libris signorū: nec est locus hic p
tractādus. Cōsideratis igitur vrinis, pulsib⁹ & cæ
teris signis in regimine pręcedēte, cōplexione, ęta
te, tēpore, cōsuetudine, arte, & similib⁹, leuiter de-
ueniemus ad cognitionem humoris peccātis, &
loci & quantitatis: sic igitur patet, qualiter obuiā
dum est labori spontaneo vlceratiuo. ¶ Sed labor
extēsiu⁹ & apostemos⁹ ex necessitate, venit ex sā
guine multo: ideo conueniens est, patiētes penit⁹
phlebotomari, si particularia cōcurrāt: Quātitas
autem phlebotomiæ accipiatur secundū tempus
anni, ætatem, cōplexionem, maiorem & minorē
plenitudinem, & sunt distinguēda membra in cu
ratione hui⁹ laboris. Si enim grauitas sētiatur in
capite, fiat phlebotomia cephalicæ, & si in mēbris
inferioribus, fiat basilicæ, & si in vtrisq; membris
sentiatur grauedo, fiat phlebotomia medianæ: sic
igitur est satis manifestū, quomodo labori spon-
taneo succurrendū, qui potest ꝓuocare diuersas
& multifarias ægritudines futuras. ¶ Sūt etiā alię
aptitudines malę & innaturales, ęgritudinē pro-
gnosticātes aliquā particularē, & in libro speciali
seu particulari, q̄ tamē remedijs earū valdè gene
ralib⁹ cōuenienter euitādæ sūt. ¶ Dicamus igitur
primò, quòd cū dolor capitis fortis, & permanēs,
fuerit vel hemicrania, timendū est, ne aqua descē
dat ad oculos, dilatetur pupilla, & causetur catara
cta. Si igitur talis dolor diu pseuerauerit, nec me-
dicinis alijs alleuietur infirmus, tūc subueniendū
est infirmāti extrahendo arterias, q̄ in temporib⁹
pulsāt, & sic p illas partes humor ad oculos non
descēdet. ¶ Ampli⁹ saltus faciei pseuerans, & for-
tis, torturā oris significat, q̄bus subueniendū est
cum medicinis ventrē soluētib⁹, & vomitiuis: est
dāda parua comestio, à vino abstineat, vtatur eua-
cuationibus, frictionib⁹, gargarismis, sternutatio-
nibus, & facies fricetur cū vino acetoso decoctio-
nis mēthastri. ¶ Fortis aūt saltus in toto corpore
ꝓgnosticat spasmū, talib⁹ expedit subtiliare regi-
men, fortiter euacuare, & fricare corpus cū medi-
cinis acutis. ¶ Amplius paralysis parua ꝓtendit
magnā paralysin, & expedit subtiliare regimē, &
corpus euacuare cum medicinis acutis & fortib⁹,
q̄ scribuntur in cura paralysis magnæ: similis est
aūt custodia futurorū, & cura præsentiū. ¶ Am-
plius faciei & oculorū rubedo, & venarū oculorū
manifestatio, mobilitas, liuiditas, & lacrymarum
descēsus, & nō posse pati claritatē: hęc omnia si cū
forti dolore capitis fuerint, significant phrenesim
futurā: Succurrendū igitur erit cū minutione, cly
steribus, pharmacia ventris solutiua, ligatione in-
feriorū, frictione eorūdē dolorosa: caput quoq; o-

De cura labo ru extensiui & apostemosi.

Enumerat multa accidē tia ægritudinem prognosticantia.

Dolor capitis.

Saltus faciei.

Saltus in toto corpore.

Paralysis parua.

Rubedo faciei & oculorum.

leo ros. & aceto infūdēdū erit, & totū caput infri-
gidandū. ¶ Incubus pseuerans epilepsiam pro-
tendit, cui succurrendum est cum medicinis epi-
lepsiæ ¶ Tristitia, timor & pusillanimitas diu per
seuerantes, melancholiam futurā significant, cui
succurrendum erit cum medicinis melancholiæ.
¶ Cū aliquis quasi muscas volare ante oculos vi-
det, vel aliquid simile, cataractas oculorum futu-
ras prognosticatur, quibus succurrēdū erit medi
cinis cataractarū. ¶ Rheumatismi & coryza, si fre
quenter euenerint, passiones pectoris & pulmo-
nis protendunt: vnde succurendum est cum mi-
nutione, & nutrimenti paucitate. ¶ Si sudor mali
fuerit odoris significatur, quòd ægritudo aut fe-
bris de cholera est iam propinqua, in qua danda
sunt, quæ choleram rubeam soluūt. ¶ Cordis tre-
mor frequens, & fortis sine causa manifesta, mor-
tem significat: ideò succurrendū est cū minutio-
ne, & soluentibus vētrē. ¶ Ventris repletio super-
flua, hæmorrhoides aut apoplexiam, aut venę ru-
pturā prognosticat, & mortē subitam: succurren-
dū est statim cū minutione. ¶ Si sensuum pertur-
batio, & motuum debilitatio cum repletione af-
fuerint, timendum erit de apoplexia futura, suc-
currendum est igitur cum minutione, & gargari-
smo. ¶ Si grauitas fuerit in dextro latere punctu-
ra, & tensio hepatis læsionem significat, cui subue
niendum, vt in capit. de ægritudinibus hepatis
est dictū. ¶ Egestio magis tincta solito, significat
quod cholera multiplicatur in corpore, & minus
tincta solito, significat obstructionem folliculi fel
lis, quibus subueniendum, vt in cap. proprio. ¶ Fa
cies & palpebræ inflatæ hydropisim futurā signi-
ficant, succurrendum est, vt in ca. de hydropisi di-
ctum est. ¶ Egestionis fœtor magnus, fastidiū aut
humorum corruptionem significat: sed vrinæ fœ
tor magnam putrefactionem sanguinis, & febrē
futurā significat. ¶ Fatigatio & destructio appeti-
tus febre significat. ¶ Appetitiuæ destructio & fa-
stidium, significāt cholicam passionem futuram,
cui subueniendum est cum longo somno, & cibi
abstinentia. ¶ Grauitas & tensio in inferioribus
ventris cū permutatione vrinæ à dispositione na
turali, nocumentum in renibus inchoatum de-
nūtiat: ideóque succurrendum erit. ¶ Vrinæ ar-
dor diu perseuerans vesicam, & virgam pustulis
hæreditabit, subueniendum igitur, sicut in ca.
proprio dictum est. ¶ Egestio mollis, ani adustio-
nem, & pūcturam faciens, dysenteriam significat
futuram: subueniendum igitur erit. ¶ Pruritus a-
ni significat hæmorrhoides, si non contingat cau
sa vermium paruorū ibidē existētiū. ¶ Apostema-
ta parua multa, prognosticant apostema magnū,
ex multis paruis glandulis, magnæ glandulæ su-
spitio oritur. ¶ Morphea parua, albarum magnā
protendit, quæ adeò intenditur, vt lepra pute-
tur. ¶ Multus faciei rubor cum quadam obfusca-
tione & difficultate anhelandi, & vocis raucedi-
ne, lepram prognosticat. ¶ Et vt verum dicam,
si aliqua dispositio corporis sani mutata fuerit, æ-
gritudinem futurā prognosticat: vt si appetitiua
fortior fuerit vel debilior. ¶ Exeuntia à corpore
plura, vel pauciora, sonus breuior vel lōgior, aut
vigiliæ adsint, aut si & à corpore pter solitū decur
rat, sicut ea, q̄ à corpore decurrere solebāt, retineā
tur, vt hęmorrhoides aut sāguis mēstru⁹, & vomi-

Incubus.

Tristitia & timor.

Muscas ante oculos.

Rheumatismi.

Sudor fœtēs.

Cordis tremor.

Repletio superflua.

Sensuum perturbatio.

Grauitas lateris.

Egestio tincta.

Faciei inflatio.

Egestionis fœtor & vrinæ.

Appetitus destructio.

Grauitas ventris.

Vrinæ ardor.

Egestio mollis.

Pruritus ani.

Apostemata parua.

Morphea parua.

Faciei rubor.

Mutatio consueti.

tus, qui ſtatutis horis venire ſolebat, aut ſanguis narium conſuetus retineatur, aut totius corporis diſſolutio aut ingenij hebetudo fiat, aut in ore ſentiatur ſapor extraneus, aut quæ non cõſueuerunt, delectationem afferant, vel ecõtra: aut coeũdi deſiderium ſentiat quis augmentari, vel diminui, ſiue in ſomno occurrat ſomnium non cõſuetum, aut calor corporis conuertatur & mutetur, aut tactus præter ſolitum: & ad vltimum cum aliquid inconſuetũ acciderit, & augmentari cæperit hæc omnia ægritudinem futuram prognoſticant: quamobrem cuilibet prædictarum eſt ſuccurrendum, ſubtiliter cauſam inueſtigãdo. ¶ Amplius hîc loquemur de regimine præſeruatiuo, addendo aliqua, quibus homo poteſt à multis ægritudinibus præſeruari, & per conſequens in ſanitate conſeruari. Sciendum igitur quòd comedere ſimul pira ſeu poma, & oua cholericas generat ventoſitates, iliorum dolores, & hæmorrhoides. Vinum & lac ſimul ſumta, podagram generant. Caſeus & piſces ſimul ſumti colicam generãt paſſionem. Oua frequenter ſumta, maculas generãt, & ventoſitatem, in quarum remotione ſtupor accidit. Balneari ſtomacho pleno generat colicam: veſperi comedere pomum citrinum, generat anguſtiam: Coire ante euacuationem vrinæ arenulas generat, coire cum duabus mulieribus immediatè, generat lepram. Vnctio cum oleo violato in introitu balnei, præſeruat à ſcabie: In comeſtione aquam non bibas; nam potus aquæ relaxationem ſeu mollificationẽ cauſat in ſtomacho. Tres hauſtus aquæ calidæ in introitu lecti ſumti, à tuſſi præſeruant. Cùm piſces comederis, non dormias, donec in ſtomacho ſint quaſi digeſti, quoniam torturam faciũt accidere, quòd ſi ſomnum non potes fugere, parum mellis ſume & optimi vini. Si comederis veſperi, parum comede, & mane te leuem inuenies. Et ſi quolibet mane vuas paſſas comederis, proiectis arillis bonum erit. Si etiam ſemel in ſeptimana myrobal. cõdi. ſumſeris, à cholericis, & ſanguineis ægritudinibus præſeruaberis. Et dicunt experimentatores, quòd ſi vngues die Iouis præſcindantur, à fiſſuris, & alijs ægritudinibus præſeruantur. Si ſemel in ſeptimana vnum hauſtum aceti ſumſeris, à dolore ſplenis præſeruaberis: item primo calciando pedem dextrum, & decalciando primò ſiniſtrum valet contra dolorem ſplenis. Si vis vt dentes tui non alterentur, munda eos ligno perſici: Ad vitãdam ſurditatem mitte in aures ſemel in ſeptimana aliquã tulũ de aceto, & oleo de lilio. Si vis viuere ſanus, ſit cibus tuus æqualis, & non plus recipias vna vice, quàm alia, & cum appetitu deſinas, cum ſitis, bibe ad medium ſatietatis, hoc enim corpus conſeruat, ſtomachum confortat, cibum ad digerendum iuuat, & cum exiſtens in lecto vigilaueris, decumbe in dextrum, & cum dormieris decũbe in ſiniſtrum. Vtere ſomno duabus partibus noctis, & cùm mane ſurrexeris frica dentes cum ligno aloes, ſale, nitro & roſ. aduſtis puluerisatis: & ſic dentes dealbentur, mundificentur, & gingiuæ à phlegmate liberantur, & oris fœtor remouetur.

***

Multa faciẽtia ad præſeruationem ab ægritudinibus

De Regimine corporum præſeruandorum ab ægritudinibus peſtilentialibus, Cap. XXXIII.



ADHVC in regimine præſeruatiuo, quod debetur corporibus decidentium hominum, reſtat determinare de regimine corporum præſeruandorum ab ægritudinibus peſtilentialibus, nobis contingere poſſibilibus ab aere præter naturã. Primò igitur ponemus ſigna, quibus peſtilentiam futuram cognoſcemus, ſeu præſentem. Secundò dicemus aeris rectificationem: Tertiò dicemus modum præparandi corpora, ne lædantur ab aere peſtilentiali, quantum poſſibile erit. ¶ De primo autem nota, quòd quando in æſtate multæ euenerint pluuiæ & nubes, & multitudo pluuiarum nocte ac die permanſerit, vel aer moueri quieuerit, & cum hoc aer meridionalis morbidus extiterit: hæc omnia prognoſticant peſtilentiam futuram in fine æſtatis. ¶ Amplius quando apparuerint aeris apparitiones coruſcationibus ſimiles, & color aeris ſit ſimilis ictericis, venti quoque flauerint, poſt quorum aduentum multa animalia & homines ægrotent, in nocte quoque videantur in aere radij, & ſplendor, atque ægrotantes citò moriantur. Aer etiam difficiliter attrahitur, & ægrotantium ora emittunt fœtidum odorem: ipſi quoque infirmi multum anguſtiantur, & ſitim habent magnã, & ipſorum infrigidantur extrema, vomunt & emittunt humores fœtidos, & corruptos: ex his omnibus peſtilentia denotatur. ¶ Amplius ſcias, quòd multiplicatio muſcarum, reptilium & ranarum, peſtem prognoſticant. & ſimiliter vbi videris mures, & animalia ſub terra degentia fugere ad ſuperficiem terræ, & exire manifeſtè, & vbi videris animalia multa fugere ex nidis proprijs, & relinquere oua ſua. ¶ Amplius cum videris aerẽ alterari vno die multoties, & clarificari de alio, & alio die turbari, & oriri nebulam, quæ eſt vt pluuis, tunc iudica peſtilentiam accidere: Item cùm videtur pluere & tamen per aliquot dies nõ pluit. Peſtilẽtiam autem malignam ſignificat paucitas pluuiæ in vere cum frigore, deinde multiplicatur auſter, & conturbatur aer, poſtea clarificatur alia die, & fit frigidus noctu, accidit cõturbatio, præfocatio, & caliditas, tunc iam peſtilentia venit, & expectantur febres, variolæ & ſimilia: hæc igitur ſũt ſigna peſtilentiæ præſentis aut futuræ. ¶ Peccat aer dupliciter, in qualitate & ſubſtantia: in qualitate quidem, quando aer excedit in caliditate, & frigiditate, vel ſiccitate aut humiditate: In ſubſtantia accidit putrefactio, aut corruptio, vndecumque hoc contigerit. Corrigitur igitur quo ad qualitatem per contrarium, ſed in ſubſtantia corrigitur per odorantia ſuffumigando & odorãdo calida aut frigida aromatica ſecundum temporis qualitatem. ¶ Item euentatio aeris à plaga ſeptemtrionali multùm rectificat aerem. ¶ Et volumus ponere ſuffumigium mirabile, & expertũ ad rectificãdum aerem corruptũ: Recipe bedeguar, ſand. ru. foliorum myrti. ana partẽ s. xyloal. olibani ana partem I. s. ſe. maiora. garyophyll. cyperi, ſacchari al. moſchi ana partem s. terantur, & bene diſſoluantur in aqua ſtyracis, ambræ cùm fuerint

Signa peſti[...] futura & p[...] ſentis.

De rectifica[...] tione aeris.

rint dissolutæ.

De preseruatione corporũ à peste.

Si quis autem voluerit corpora à pestilentia preseruare, oportet vt extrahantur humiditates superfluæ & inclinaretur eorũ regimẽ ad subtilia tionem, exiccationem, & minorem cibum, sed nõ exercitiũ fiat, nec balneum, sitis toleretur, & aer rectificetur, vt suprà: declinet cibus ad acetosa, caro decoquatur in acetosis: ad idem valent cappares conditi, cum aceto, & similiter oliuæ. ¶ Item sumere in die ʒ.1. ex pillulis de aloe, myrrha & croco, iuuat. ¶ Amplius nota, quòd quádo aer est corruptus in substãtia & putrefactus, habitandũ est in cauernis, & locis subterraneis: quando in aere est magna caliditas habitandum est in locis montanis flatulentis vento septentrionali expositis. ¶ Item terra sigillata, & bolus dant magnum iuuamen in aere pestilentiali. ¶ Item in aere pestilentiali propter corruptionem & putrefactionem aeris, euitandi sunt fructus humidi, olera, pisces, lac, & carnes, exceptis carnibus volucrum montanarum, vituli, hœdi, & perdicis, res ventrem lenientes vniuersaliter hoc tempore conueniunt, vt tamarind. cassiafist. pruna, manna, violæ, & similia. ¶ Quando autem æstas fuerit disposita, vt dictum est in principio huius capituli, infantes, iuuenes, habentes corpora grossa, & colorẽ rubeum maximè sunt custodienda ab aere pestilentiali, & quando æstas totaliter hoc modo disposita fuerit, tunc abstinendum erit à carne, vino & confec. ex melle & fructibus specialiter recẽtibus, dulcibus, à balneo, & lauacro aquæ cal. vtẽdum est aceto in omni comestione, agresta, succo limonum, & aliorum acetosorũ, si comedẽdæ carnes, sint superiùs nominatæ, & condiantur cũ acetosis: si in corpore sit sãguinis, plenitudo festina ad phlebotomiá, si ætas, complexio, consuetudo, & reliqua particularia concurrant. Mansiones quoque frigidæ eligendæ sunt & foramina à parte septentrionis fiát, est enim possibile cum hoc regimine, auxiliante Deo, pestiferam dispositionem euadere. ¶ Quando autem in fine æstatis multus fuerit calor, autũnus valde siccus, puluerulentus, frigidus, & pluuia tardè venerit: tunc eligendæ sunt frigidę mansiones, & vtendum infrigidantibus, rectificantibus aerem, à labore & coitu abstinendum pauimentum aqua frigida irrorandum, & appendantur panni linei aspersi aqua: hoc tempore corpus aqua calida erit lauandũ, aqua infrigidata in potu sumenda, vinum euitetur, nisi multum lymphetur cum aqua cucumeris & alijs frigidis. Summopere cauendum à secessione in Sole, nullo modo ieiunandum, nec comestio præsente appetitu tardanda, & nullo modo toleranda est sitis. Eligatur locus frigidus, maximè ad somnũ meridianum, si pisces comedantur, assentur, multùm conuenit bibere aquam hordei, specialiter habentibus corpora calida & sicca. ¶ Cùm autẽ in aere corruscationes, aut aliquid simile eis apparuerit, vt dictũ est in principio huius, tunc olera & fructus, quæ hoc tempore nascuntur euitentur, & aqua, quæ est in superficie terræ non est bibenda, hoc tẽpore frigidis & acetosis est vtendum, & suffumigiis proprijs. ¶ Accidit quoque multis annis in vere angina, oporet eos minuere & ventosare crura & pedes, ventrem soluere, gargarisare singulis diebus & noctibus cum aqua rosꝭ. in qua sumach madefactum fuerit, & cum rob mororum & nucum his præseruabitur homo ab angina, si Deus voluerit, & contingit etiam, vt apoplexia, paralysis & ægritudines his similes eueniant. Est igitur necesse, cùm talis fuerit annus, frequenter purgare corpus cum pillulis appropriatis, garga. sternutationibus, & vnctionibus quę in libris particularibus inuenies, eorum nutrimentum est subtiliandum & minuendum. Hæc bræuia sufficiant de præseruatione à pestilentia.

De Regimine contra assumtionem veneni, Cap. XXXIIII.



QVONIAM homines sani ex veneni assũtione possunt in nocumẽtum magnum incurrere, bonum erit hîc cautelá & studium adhibere, sic vt homines ab assumtione talis veneni valeãt melius pręseruari. ¶ Nota, quòd nõ est simile de coloribus inuentis in mistis, & eorumdem saporibus, respectu animalium & hominis. Nam sicut albedo cygni disgregat visum hominis, & nigredo corui congregat visum eius, sic etiam si habent easdẽ operationes isti colores in omnibus animalibus habentibus visum: sed sic non est de saporibus & odoribus: aliquis sapor est delectabilis alicui speciei, non alteri, & econuerso, vnde sapor colocynthidis nõ est homini gratus, nec sapor hellebori, & tamẽ sapor colocynthidis est gratus porco, & sapor hellebori perdici. ¶ Metuẽtes igitur intoxicationem, antequá accedant ad mensam, lauent os suũ aqua frigida, & pòst cibus diu masticetur in ore, priusquá deglutiatur, & sine dubio si sit quantitas veneni potens interficere, percipietur sapor alienus, horribilis, & malus: vnde dubitantes de veneni assumtione, plus vtantur cibis simplicibus compositis, aqua quàm vino, brodio simplici quàm condito & adhuc vino albo, quàm rubeo: sit vas vitreum, nam in talibus venenum citò apparet. ¶ Nota quòd quędam sunt, quæ venenum presens nõ sustinent, quin statim mutetur color, sicut communiter de cornu serpentino, vel lingua serpentina, quæ in præsentia veneni humida reddetur specialiter, si sal supponatur eidem, & sal etiam linguæ serpentinę suppositum in præsentia veneni, & idẽ dicitur de corallo, igitur talia sunt permiscenda, quádo dubitatur. ¶ Amplius theriaca aut confectio mithridatica sumta ante cibũ, & pòst, valet ad idẽ, & similiter nuces auellanæ, ficus, ruta, saluia, tormẽtilla, baccę lauri, herba tincta, quá Dioscorides vocat polomenõ: dicũt quidá, quòd si sãguis leporinus sumatur ante venenũ, expellit ipsum. Amplius puluis testiculorũ vrsi exiccatorũ, valet ante & post cibũ. ¶ Itẽ dubitantes de veneno euitare debẽt cibi speciẽ, in qua inueniuntur indiuidua, habẽtia venenũ, & huiusmodi sunt species fungorũ, trupharũ, lápredarũ, & similium. Amplius euitandũ & cauẽdũ est, ne animalia venenosa cadát in vasa & vinũ, quoniá quędá sunt, quæ multum diligũt odorẽ vini, & ad illud occurrentia ibi moriũtur, in eo vomũt, ideò teneátur clausa: cauendũ etiam ab herbis collectis circa habitationem animalium venenosorum, & etiam ab aquis stagnatis, vbi talia habitant. ¶ Vnde si quis in stomacho suo perceperit nocumentum, puta incensionem, mordicationem, inflammationẽ,

angustiam, sitim, & sudoris exuperantiá, aut somni profunditatem, stuporem, frigus, aut casum virtutis cũ sudore & animi deliquio: his, inquam, apparentibus, vel horum qubusdam & subito sine alia manifesta causa statim est succurrendum vomitu prouocato cum oleo sesamino aut amygdalarum dulcium aut butyro, lacte & cibo multo ad vomendum: dato, quòd non sequatur vomitus, tamen bonũ est vt per ista virtus veneni destruatur, & obtundatur. Et si forsan venenum iam ex stomacho descenderit, fiant clysteres. Amplius sumatur bolus ar. cum vino, & fricetur totum corpus, somnus inhibeatur, fiant omnia diuertentia venenum ad cor: vnde saluo meliori iudicio puto, quòd transacta secunda aut tertia die non est malum facere phlebotomiam, sed vtile. Et si per signa percipiatur venenum esse frigidum, quod scit ex somni superfluitate, stupore, & frigore, bonum est dare calida veneno resistentia, vt sunt allia, ruta, dyptamus, & similia superiùs numerata: si sit calidum venenum, sumatur coriandrum, cãphora, sumach, & similia. ¶ Si sit ex his quæ interficiunt à tota specie, vt napellus, sumatur theriaca, confectio Mithridatica, semen vrticæ, agaricus, colocynthis, semẽ iuniperi, serapinum, castoreũ: quia ducunt per secessum & vomitum, & valent à virtute specifica. Sed quia cura venenorũ & venenatorum in speciali magis pertinet ad regimẽ curatiuum, ideo hîc finem facio.

De Regimine conualescentium ab ægritudinibus. Cap. XXXV.



QVONIAM conualescentes ab ægritudinibus cõtinentur sub latitudine sanitatis, determinandũ est hîc de eorũ regimine in generali. ¶ Nota igitur quòd quidam sunt imperfectè conualescentes, & malè, & sunt imperfectè mũdificati: alij perfectè, quia sunt perfectè purgati. ¶ Signa autẽ primorum sunt defectus appetitus, sitis inordinata, dolor capitis, grauedo totius corporis & eorum corpora nõ redeunt ad virtutẽ, & fortitudinẽ, vigiliæ, labor in somno, & similiter intelligatur de vrina: in talibus. n. est metuẽda recidiua, nã quæ relinquuntur in morbis, recidiuã facere consueuerunt: talium regimen multum appropinquat ad regimen ægrorum: indigent enim mundificantibus & alterantibus residuum materiæ. ¶ Sed verè & perfectè conualescentes, in quibus nihil remansit de materia, quod scitur ex bonitate appetitus, & ex eo quòd corpus redit ad virtutem & carnem, & quòd ægritudines nõ sunt humorales, nihil ex priori morbo adsit, nisi solùm debilitas membrorum, tales, inquam, conualescẽtes non indigent aliqua specie euacuationis, solũ autẽ indigẽt virtutẽ confortãtibus & facientibus corpus redire ad virtutem, & solitas operationes. ¶ Commune autem est omnibus conualescentibus tam mundificatis, quàm non mundificatis, quòd post crisim immediatè debet eorũ regimen esse, quemadmodum fuit in ægritudine duobus diebus continuè, & parum debet appropinquare ad sanorum regimen, quãtò plus aliquis distabit à die critica, tantò plus eius regimen debet esse simile regimini sanorum. Conualescentes vt subitò perueniant ad sanorum regimen non est tutum, quia, vt dictum est, virtutes conualescentium sunt debiles, nihil graue est eis dandum nec ex cibis, nec potibus, nec motibus, nec ponderibus, & similiter intelligitur de alijs. ¶ Debẽt autẽ conualescentes paulatim deduci ad exercitium facile & æquale, ita vt eorum membra sine læsione & fatigatione illud sustinere valeant: tale enim exercitium est conualescentibus optimum. ¶ Et quia in conualescentibus sanguis est paucus, administranda sunt sanguinem augmentantia: Cibi igitur eorum debent esse optimi chymi, facilis digestionis, debent esse cibi fluidi, & potabiles: tales enim citius nutriunt & digeruntur: debent eorum cibi declinare ad caliditatem subtilem cum humiditate, sint tantæ quantitatis, vt digeri possint, ita vt non sentiant grauedinem, rugitum, nec inflationem, nec debent conualescentes tolerare sitim nec famẽ, sæpe debent comedere & parum in vice: hora autem cibandi conualescentes est hora diei magis temperata: nec debent comedere ad satietatem, nec tolerare sitim, nec famem. ¶ Potus eorum sit vinum subtile, clarum, bonum in odore, non fumosum, saporis delectabilis, vergentis ad dulcedinem, & non debet esse forte, nullo modo bibant aquam frigidam multam, nec abluantur in ea: hæc enim posset esse causa recidiuæ repentina. ¶ Amplius oportet vt quiescant, gaudeant, lætentur, ab euacuationibus abstineant, & propriè à coitu. ¶ Conualescẽtium crisis vbi fuerit occulta, penitus est expectanda recidiua, ideo interdicenda est eis satietas comestionis omninò, & plus quàm alijs conualescentibus. Et si videris eos indigere euacuatione, quod habetur per signa superiùs dicta, tũc prius virtus est confortanda cum bono cibo per aliquos dies, deinde euacuentur cum medicina appropriata, aut phlebotomia, quod eorum videris expedire: phlebotomia tamen est vitanda in conualescentibus, quantum fieri potest, quia communiter in eis est paucus sanguis: interdum tamen est necessaria propter aliquas causas speciales, scilicet propter malitiam sanguinis, & propter illud quod remansit in eo de reliquijs humorum, quare necessarium erit, vt extrahatur sanguis paulatim malus, & augeatur bonus, somnus diurnus non multum competit conualescentibus, qui mollificat eos, & si competat, hoc est, quia eos quiescere facit. ¶ Et de regimine conualescentium est, vt permutetur ad aerem contrarium aeri, in quo euenit infirmitas. ¶ Amplius scias, quòd conualescentes vti debent his quæ securitatem faciunt à reliquijs ægritudinis, quæ præcessit: verbi gratia, conualescentes â pleuresi bonum est, vt asperitas pectoris curetur. ¶ Amplius bonum est, vt conualescentes non sudent in balneo propter raritatem carnis, seu debilitatem, & si in conualescente multiplicetur sudor, signum est superfluitatis. ¶ Interdum contingit, conualescentes auidè appetere cibum, tamen corpus non redit ad virtutem, & venter solutus est, in hoc casu est dimittendus cibus, & aquę potus, confortandus est stomachus cum miua citoniorum aromatisata, cum cerotis, emplastris, & vnguẽtis calidis, vel stypticis frigidis, quod eorũ magis videris expedire. ¶ Et qui non sunt diuturni

Signa conualescẽtium imperfectè.

Signa conualescentium perfectè.

turni morbi, qui non inferunt passionem alicui membro principali, multum considerandum est in conualescẽtibus, si aliquod membrorum principalium patiatur & lædatur, vt totis viribus huic succurramus, & malo resistamus, & similiter intellige de virtutibus: nam ad illam virtutem magis est intendendum, quam viderimus magis debilitatam. Et hæc breuiter sufficiant.

De Regimine consuetudinis, Cap. XXXVI.



ONSVETVDO est res valde fortis, & transgressus à cõsuetudine nocet nocumento magno. Consuetudo.n. obtinet vim naturę, sicut igitur naturam custodiri oportet, sic & consuetudinẽ, & specialiter si consuetudo sit laudabilis, vel indifferẽs in bonitate, & malitia respectu eius, ad quod debet fieri permutatio. Vnde si quis fuerit consuetus multum laborare, velit hanc cõsuetudinem dimittere, & in ocio viuere, vel multò minus laborare, vel aliam speciem laboris assumere, & aliud tempus, & alium modum, proculdubiò multum grauabitur ex hoc, similiter intelligatur in cibis & potibus, somno & vigilijs & animæ accidentibus, in omnibus.n. multũ cõsideranda est consuetudo, si sit laudabilis, vel parum laudabilis vel indifferẽs respectu huius, ad quod debet fieri permutatio. ¶ Si verò consuetudo sit illaudabilis, ex qua sequuntur pessimæ ægritudines, sicut solita cõsuetudo comedere malos cibos, & syluestres inducit tãdẽ ex necessitate pessimas ęgritudines, similiter coitus immoderatus, &c. Tales consuetudines corrigere & permutare oportet, vel totaliter vel saltem infra terminos earum latitudinis, & hoc fieri debet paulatim, & secundũ ordinẽ, nã omnis subita mutatio nocet, & specialiter ad non consueta. ¶ Amplius quisq; sibi cauere debet, ne vnius rei quantũcunq; sit bona illa res, assuescat, quoniam necesse est vt ipsam religiosè tunc obseruet & ei sẽper sit astrictus: verbi gratia, si quis vno cibo cõsueto sẽper vtatur, vel aliquo potu, vel totaliter ab eis abstineat, aut dormire, aut moueri, aut coire totaliter assuescat, in maximũ nocumẽtum incurret, si interdũ ab eo oporteat abstinere. Sic igitur quilibet se disponere debet, vt caloris & frigoris patiẽs esse possit, ad motiones & nutriẽtia sibi necessaria aptꝰ reddatur, vt somni & vigiliarũ horas, mansiones, domos, lectos, & indumenta sine læsione permutare possit, quod quidem fieri poterit, si consuetudo non obseruetur ad vnguẽ, sed interdum ad inconsueta descẽdatur, oportet enim ad nõ cõsueta se trãsmutare. Hæc breuia de consuetudine sufficiant.

De Phlebotomia, quantum spectat ad regimen sanitatis, Cap. XXXVII.



VONIAM phlebotomia, ventosatio, pharmacia, sanguisugę & cauteriũ, vel sectiones, cõprehenduntur sub regimine sanitatis, vt hoc opus completum omnibus.s. numeris perfectũ sit, determinãdum est de his, quatenus spectant ad regimen sanitatis. ¶ Quod ad phlebotomiã igitur, sit prima cõsideratio, quòd corpus simpliciter sanũ, seu eucratũ, & à tẽpore nullò modo indiget phlebotomia: natura.n. nõ facit aliquam euacuationem sanguinis in talibus, sed corporibus quibusdã lapsis vel à generatione, vel à tẽpore, vel vtroq; modo phlebotomia est valde vtilis: & notãter dico quibusdã: Sunt.n. quædã corpora lapsa, quibus phlebotomia nõ solũ nõ cõpetit, imò est eis valde nociua; quapropter videmus quòd in quibusdã corporibus lapsis, natura sine artis adiumẽto facit sãguinis euacuationẽ, vel per nares aut hæmorrhoides aut per os, aut ꝑ secessum, aut ꝑ vrinã remanẽtibꝰ eisdẽ sub latitudine sanitatis: & quia ars imitatur naturã, inquantũ põt, nihil mirũ, si amoueat ars modũ euacuãdi sãguinẽ in naturę adiutorio. Modus aũt cõuenientior est per phlebotomiã, aut vẽtosas, aut sãguisugas: nõ.n. est medicina laxatiua, quæ sanguinẽ euacuet, aut saltẽ nõ est in vsu, igitur est inartificiale, sanguinẽ euacuare cum pharmacia. Modus verò euacuandi per phlebotomiã, est multum necessarius & rationabilis: nam hac euacuatur sanguis à toto corpore, & similiter omnis humor, & specialiter à partibus interioribus, & sistere possumus, cũ volumꝰ: vnde in phlebotomia nõ est tãtũ periculũ, sicut in pharmacia. Sic igitur patet, quòd corpora lapsa à generatione, vel à tẽpore, vel vtroq; modo, indigent phlebotomia.

De phlebotomia prima consideratio.

¶ Secunda consideratio est ad sciẽdũ, quæ sint illa corpora lapsa, quæ maximè indigent phlebotomia ex parte lapsus naturalis, & ex parte lapsus accidẽtalis. Dico igitur quòd corpora cõplexionis sanguineæ maximè phlebotomia indigent, ratione cõplexionis, & cõplexio melãcholica minimè. Phlegmatica verò, & cholerica mediocriter, sed cholerica plus, quàm phlegmatica. Ex parte cõpositionis habentes venas latas, habitũ carnosum, colorem mediũ inter rubeum & nigrum, pilos multos, musculos bonos & fortes, cæteris paribus, plus alijs indigent phlebotomia: nõ igitur est solum consideranda cõplexio, sed etiam cõpositio: Amplius consideranda est virtus, ætas, consuetudo, obtinens vim naturæ: nam cæteris paribus corpora lapsa à naturali complexione, quæ sunt virtutis fortioris, perfectioris ætatis, & consueti venæ sectioni, magis debent phlebotomari: virtus autem debilis nõ sustinet phlebotomiam, nec ætas infantilis, nec senilis, consuetudo etiam multum est consideranda non solùm in hoc, sed etiam in alijs. Et sicut dictum est de naturalibus lapsibus, sic suo modo dicendum est de accidentalibus: vnde sanguineus per accidens est maximè phlebotomandus, melancholicus accidentaliter minimè, phlegmaticus, & cholericus mediocriter. Similiter ille qui est accidentaliter musculosus, & carnosus maximè, extenuatus minimè: item vtentes victus ratione multiplicante sanguinem, sicut viuentes in ocio, & gaudio, habitantes in regione, vbi pauca fit resolutio, multas carnes comedentes assas, & dulcia, bibentes bona vina, balneo vtentes, carentes coitu, nec multum exercitantes: tales.n. plus sunt alijs phlebotomãdi: econtra ieiunantes, & comedentes cibaria melancholica, sunt minus phlebotomãdi. Ex hoc concluditur, quòd inhabitantium partes Francię sunt plus phlebotomandi, quã degentes in Italia, quia minor multò fit resolutio in corporibus inhabitantium Franciã, (est enim regio minus cali-

Secunda consideratio. Quæ corpora apta sint ad venæ sectionẽ.

da & viuunt magis delitiosè & inordinatè) quàm Italiam.

Tertia consideratio. Quæ prohibeant phlebotomiam.

Tertia consideratio est, quòd qui debet phlebotomari, non debet esse ebrius, nec crapulatus, nec ad nauseam vsque satiatus, nec plenus cibo, & in eius stomacho non sit cholera: vnde si quis habet in stomacho choleram, tunc ante phlebotomiam vomat cholerã, deinde comedat aliquid modicum acetosum, stypticum, stomachi confortatiuum, & postea phlebotometur. Amplius habentes humores crudos, viscosos, & indigestos cum sanguine permistos, non debent phlebotomari antequam sanguinis fiat subtiliatio, & de hoc superiùs dictum est in regimine decidentiũ. ¶ Itẽ post balneum, coitum, aut forte exercitium nullo modo vena secetur. ¶ Amplius post longam ægritudinem cauendum est à phlebotomia, donec corpus fuerit fortificatum, nisi specialis necessitas vrgeat, & de hoc superiùs dictum est in regimine conualescentium. ¶ Item qui tractant artes multum laboriosas, & resoluentes corpora, minus alijs debent phlebotomari cæteris paribus: vnde seruientes in balneis & stuphis minus sunt phlebotomandi, nisi vrgeat magna necessitas. ¶ Amplius tempore calidissimo & frigidissimo nullo modo vena secanda, nisi vrgeat causa valde magna. Ver autem est tempus valde aptũ phlebotomiæ propter eius temperiem, & quia assimilatur morbo ex repletione, & in principio æstatis seu in fine veris, quandò dubitamus de sanguinis acuitate, corruptione & putrefactione. Autumnus autem est tempus aptum ad phlebotomiam ratione suæ temperiei, & præcipuè quando dubitamus de sanguinis incineratione.

De aeris dispositione.

¶ Amplius multum consideranda est aeris dispositio, vnde aere existente pestilentiali, vel nebuloso aut turbido, & flante vento australi, quacumque mala qualitate infecta, non est aperiẽda vena, ne aer infectus subintrans venã, sanguinem reddat pestilentialem, & infectum, & fiat error peior priore. Eligatur igitur aer clarus, purus, luminosus, & magis depurans aerem ventus, cuiusmodi est boreas, & nòn sit ventus fortis, in hyeme tamen eligendus est australis ventus ad aeris temperiem. In æstate eligatur hora tertia, in hyeme meridies, & non fiat noctu, nisi vrgente necessitate. Non autem approbo illorum opinionem qui dicunt, quòd horis choleræ debet fieri phlebotomia sanguinis cholerici, & si sit phlegmaticus, horis à nona hora diei, vsque ad tertiam diei, & si melancholicus à tertia noctis, vsque ad nonam diei, quia phlebotomia debet fieri semper in die, nisi necessitas magna aliter indicet.

De ætate Lunæ & alijs cõsiderãdis circa ipsam.

¶ Amplius consideranda est ætas Lunæ, locus eius, coniunctio, & aspectus: nam in prima quadra lunæ phlebotomandę sunt iuuenculę, in qua etiam manifestè videmus eas pati fluxum menstruorũ, sed in vltima quadra phlebotomandę sũt seniores, & in tẽpore medio mediocres ętate, iuxta illud: *Luna vetus veteres, iuuenes noua Luna requirit.* Amplius quidam dicunt quòd in prima quadra Lunæ phlebotomãdi sunt complexionis sanguinei in secunda cholerici, in tertia phlegmatici, & in quarta melancholici, iuxta symbolũ: Cũ Lunę quadris. Et similiterr possum⁹ dicere, quòd si velimus euacuàre sanguinẽ purũ, fiat in prima quadra, si cholericũ in secũda, si phlegmaticũ in tertia, & si melancholicum in quarta. Considerandus est etiã locus Lunæ: nã si Luna sit in signo habente aspectum ad aliquod mẽbrum, nõ fiat phlebotomia in illo mẽbro: verbi gratia, si Luna sit in Geminis, nõ fiat phlebotomia in brachio. Ampli⁹ Luna existente in signo fixo, non est vena secãda nisi necessitas vrgeat, puta Luna existente in Tauro, Leone, Scorpione, & Aquario: eligãt igitur signa mobilia, vel mediocria, si sint cal. & hu. melius valet. Vnde omnibus cõsideratis Luna existente in prima facie Librę debet esse bona phlebotomia cęteris paribus, tum quia est signum mobile, tum quia est signum cal. & hu. notanter dico in prima facie, quia in secunda ingreditur viã cõbustã, quæ durat vsq; ad finem secũdæ faciei Scorpionis, vel circa. Aries etiã signum ca. & mobile, ideò conueniens, & Gemini conueniens, nisi in brachio, Sagittarius etiã, &c. Itẽ Luna existẽte retrograda nõ debet fieri phlebotomia, & similiter Luna cõiuncta maliuolo, & infortunato planetæ, puta Saturnò vel Marti, siue coniuncta sit corporaliter, siue per aspectũ. De diebus autẽ Ægyptiacis scriptis in antiquo Calẽdario dico, quòd nõ est causa naturalis, quare fuerunt maledicti, sed supernaturalis, nec fuerunt maledicti apud omnes gentes, sed apud illos de regno Pharaonis. Et si tempore illo fuisset aliqua mala cõstellatio, tamen per tẽporis processum illa cõstellatio iã mutata est, propter opinionẽ vulgi, qui credit nihil fiendum in talibus diebus, ad honorem feriæ Dei auralis. Aliquando à phlebotomia abstinui, quando nõ erat necessaria, & hoc propterea, ne infamiã vulgi incurrerẽ, tamen in me, & in meis, talia nihil obseruaui, nec obseruabo.

De iuuamentis, & nocumentis phlebotomiæ.

¶ Amplius cadit consideratio circa iuuamenta, & nocumenta phlebotomiæ: Si. n. phlebotomia fiat quando oportet, & vbi oportet, sic eius fiũt iuuamẽta plurima, & in sanitate cõseruantia. Ex negligẽtia autẽ eius cũ ipsa q̃s indiguerit, accidẽt apostemata int⁹ & extra, parua & magna, scabies & impetigo, serpigo, synochus, variolæ, paralysis, morbilli, sputum sãguinis, angina, pestilẽtia, mors subita, & lepra, vniuersaliter ex negligentia phlebotomiæ omnes ægritudines sanguineæ vel ad sanguinis corruptionẽ, vel ipsius multitudinẽ, vel intensionẽ cõtingere possunt: in corporibus igitur paratis ad tales ægritudines nõ negligãtur phlebotomia. Phlebotomiæ etiã sunt plurima nocumenta, quãdo indebitè exercetur, ex frequẽti n. sanguinis minutione accidit malignitas obstructionis, hydropisis, & festina senectus, destructio appetitus, stomachi, cordis, & hepatis debilitas, tremor, paralys. & postremo omniũ virtutum, tam naturalium, quã animalium, debilitas & imbecillitas, per phlobotomiæ frequentiam solet sæpius euenire.

De causis propter quas phlebotomia...

¶ Amplius oportet scire propter quas causas generaliter fiat phlebotomia, sciendũ est ergo, quòd phlebotomia fit quinque de causis in generali, nam fit ad euacuãdũ omnium humorũ aut sanguinis multitudinẽ: interdũ fit ad partẽ humorũ minuendã, vt natura sit potentior supra residuũ, interdum fit ad infrigidãdum, interdum ad attrahẽdũ sanguinẽ ad aliquẽ locũ, & interdũ ad diuertẽdũ sãguinẽ ab aliquo loco. ¶ Qđ ad primũ igitur, dicitur ideo à sapiẽtib⁹, qđ phlebotom. est euacuatio vniuersalis, euacuans humorũ multitu-

titudinem, quando igitur nobis apparuerint si-
gna repletionis venarũ magnarum, quam impos-
sibile est laxatiuo purgari, tũc fiat magna phlebo
tomia, si reliqua particularia conueniant superiꝰ
nominata, & fiat illa phlebotomia ex venis ma-
gnis respiciẽtibus totum corpus, aut partem cor
poris, in qua magis signa repletionis apparẽt. Et
ad hanc intentionem fit phlebotomia in paratis
cadere in synochum, & similes ęgritudines reple
tionis, & quamuis in omni phlebotomia fiat eua
cuatio, tamen in hoc casu fit maior euacuatio ex
maioribus venis, quia quasi intentio est euacua-
re radicitus totã superfluitatem materię. Ampliꝰ
quo ad secundum fit phlebotomia ad diminuen-
dum partẽ humoris peccãtis, vt natura sit poten
tior super residuum, & ista intentione potest fie-
ri phlebotomia ꝓpter hu. phlegmatici, aut chole
rici dominium, aut melancholici: & talis phlebo-
tomia debet esse multò minor & ex venis haben-
tibus repletionẽ. ¶ Amplius quod ad tertiũ, scil.
ad refrigeriũ sang. debet fieri parua phlebotomia
& isto modo potest fieri nõ existẽte peccato quã-
titatis, sed qualitatis. ¶ Amplius quod ad quartũ,
fit phlebotomia ad attrahendum sanguinem ad
locum, puta ad matricem: & sic fit ex saphenis pe
dum: ¶ Amplius quod ad quintum, fit ad diuer-
tendum, & hoc modo in patiente fluxũ sang. na-
rium, fit phlebotomia ex saphenis, & venis infe-
rioribus, de basilica & sciatica ad diuersionẽ san-
guinis. Et circa istud nota, quòd quantò locus, à
quo fit diuersio, est longinquior & directior loco,
propter quem fit diuersio, tantò est diuersio me-
lior, perfectior & artificialior: tamen est bonum
& artificiale, vt in casu proposito prius fiat phle-
botomia ex venis superioribus, & tandem ex ve-
nis inferioribus. ¶ Amplius circa phlebotomiam
De venis quæ phlebotomantur.
considerandæ sunt, quæ in nostro corpore phle-
botomari cõsueuerunt venæ, & nõ omnes, quæ
possent phlebotomari. ¶ Sciendum igitur, quòd
harum venarum quędam sunt particulares, & a-
liæ vniuersales siue communes, dicuntur cõmu-
nes eò, quòd à toto corpore euacuant, & à locis
principalibus totius corporis immediatè, & à ve
nis maioribus: & cõtrà dicuntur particulares, q̃a
immediatè euacuant à venis minoribus, & aspi-
ciunt membra particularia immediatè, & non e-
uacuãt à toto corpore, cùm phlebotomantur, si-
cut maiores. ¶ Venæ autem maiores & commu-
De venis brachiorũ & manuum.
niores sunt tres, quæ reperiuntur in brachio, qua
rum superior vocatur cephalica, inferior vena he
patis in brachio dextro, & splenis in sinistro, me-
dia inter illas vocatur mediana, quæ reperitur in
medio, aliter vocatur vena communis, & vena
cordis. Istæ tres venæ sunt aliis communiores,
tùm quia maiores, tùm quia membris principa-
libus interioribus propinquiores, & directiores,
tùm quia cum venis totius corporis sunt magis
colligatæ & manifestiùs, & ideò cum fit phlebo-
tomia ad euacuandum à toto corpore, rationabi
le est, vt fiat ex altera illarum. Verum tamen est,
quòd cephalica magis respicit partes superiores,
basilica inferiores, mediana medias partes & in-
differenter superiores & inferiores: vnde quæli-
bet istarum venarum est composita secundum ra
mos, qui phlebotomari possunt in defectu istarũ,
scilicet qui non apparent, & regula generalis in
phlebotomia est obseruanda, scilicet quôd cæte-
ris paribus vena grossior, & apparentior est phle
botomanda. Et nota, quod circa cephalicam mi-
nus inest periculum, quia sub ea non est neruus,
nec arteria notabilis, ex quorum tactu per phle-
botomiam posit imminere periculum, sed sub
basilica est arteria magna, de cuius apertura du-
bitandum est, ideò huius venæ apertura non de-
bet esse ꝓfunda, & sub vena cordis est neruus, de
cuius punctura multum dubitandũ est, quia ner
ui punctura nata est adducere spasmum, & quã-
tò hæ duæ vltimæ venæ sunt ꝓfundiores & mi-
nores, tãtò est maius periculum in phlebotomã-
do. Item istæ tres venæ reperiũtur in brachio de-
tro & sinistro, & earum rami, & interdum aperiẽ-
dæ sunt in parte dextra, quandoq; in sinistra, cir-
ca hoc cadunt considerationes plurimæ: Prima
consideratio est, quòd in parte frigidiori tempo-
ris, scil. in hieme, debet fieri phlebotomia in par-
te sinistra, & in parte opposita dextræ partis, vni-
uersaliter si ex regimine vel complexione natura
li, aut ætate nos percipiamꝰ sang. esse grossum, &
melancholicũ, est phlebotomandum ex sinistra
parte. E contra si percipiamus sanguinẽ esse sub-
tilem, calidum & cholericum, ex parte dextra est
phlebotomandũ. Amplius, si volumꝰ diuertere
à dextra, fiat phlebotomia in sinistra. verbi gratia,
si dubitamus de apostemate in parte dextra, fiat
in sinistra phlebotomia & econtra. Si aũt materia
iã sit fluxa, vel per viã congestionis in loco cõgre
gata aut generata, fiat in illa parte, in qua magis
apparebũt signa repletionis. Et nota circa diuer-
sionẽ, quòd nunquam est facienda diuersio, nisi
per vnũ diametrũ, puta à dextra in sinistrã, vel à
deorsum sursum, aut econtra: secundum. n. duos
diametros nõ est facienda phlebotomia, nisi vbi
esset maxima plenitudo. Amplius notãdũ, quòd
maior est adhibẽda cõsideratio in mediana, q̃ in
aliis, eò quòd huiꝰ venæ sectio plus debilitat cor:
vnde in habentib. cor debile, in paratis ad cordis
tremorẽ & syncopem non phlebotometur me-
diana, sed si necessitas vrgeat accipiatur vena ce-
phalica, vel basilica. Et similiter, si percipimꝰ he-
patis, aut splenis, aut stomachi frigiditatem, non
tutum est phlebotomare basilicam: si necessitas
vrgeat, accipiatur mediana, & sic suo modo intel
ligitur de cephalica. Ego autẽ super istarũ vena-
rum apertione habeo talem consideratione, & ra
tionẽ: quòd vena harum trium maior, apparen-
tior, & plenior securiùs est aperiẽda: Ratio, quia
ex hoc cognoscitur probabiliter mẽbrum, quod
vena respicit, fore calidius & fortius. & sanguine
plenius. Est autem notãdum, quòd phlebotomia
fit ex vena capitis, & oculorum, & si nõ exeat san
guis in prima percussione, securè potest iterari
percussio, quia nõ est dubitandum de tactu arte
riæ aut nerui, vt supra dictum est, sed sic nõ est de
aliis duabus venis. Phlebotomia venæ commu-
nis, quę aliàs vena cordis nominatur, valet ad in-
firmitates calidas totius corporis, & specialiter
partiũ cordis, & pulmonis. Vena autem basilica
valet ad infirmitates hepatis, stomachi & splenis:
in defectu autem cephalicæ brachij capiatur ve-
na, quæ est in radice pollicis, quæ ad idem valet.
Similiter loco basilicæ brachij aperiatur salue-
tella, quæ est in manu inter auricularem & me-

dicum, sed est aperienda cum timore: quia sub ea A est neruus, imponatur aquæ calidæ, vt vena magis appareat, sanguis subtilietur, liberiùs exeat & etiã manus phlebotomata minus lædatur à continente: & hæc sufficiunt de venis, quæ sunt in brachiis & manibus. ¶ De aliis autem venis, quæ sunt in collo, & capite, quæ non consueuerunt aperiri in regimine sanitatis, leuiter pertractabo.

De venis capitis & colli.

In collo autem sunt duæ venæ, quarum vna est in parte dextra, & alia in sinistra, in hominibus cantantibus, & anhelitum retinentibus mirabi- B liter ingrossantur, & vocantur guidegi Arabicè. Harum phlebotomia valet ad constrictionem anhelitus, ad incipientem lepram, impetiginem, serpiginem, & ad ægritudinem, quæ comedit carnes, quæ alio nomine dicitur Noli me tangere, aut cancer corrosiuus: debet stringi collum cum mantili, vt vena appareat melius, & debet parum scindi vena secundum longitudinẽ, & postea parũ laxetur ligamentũ, scil. mantile, ne suffocetur homo, & dimittat eum vsq; mane, sanatur vuln⁹. C ¶ Amplius duę venæ sunt post aures, quarũ phlebotomia valet ad hemicraniam & catarrhum antiquum, tineam, & capitis exituram: hæ autẽ venæ sunt in loco concauo post aures, & bene apparẽt, cùm gula stringitur, sunt in loco, vbi apposito digito sentitur pulsus: aperientur igitur parum secundum longitudinem, vt fluat sanguis. Amplius in temporibus sunt duæ venę, quarum phlebotomia valet ad capitis dolorem antiquũ, apostemata palpebrarum, oculorum, & ad om- D nes superfluitates currentes ad oculos. ¶ Ampli⁹ est vena in medio frõtis, inter duo supercilia, quę valet ad infirmitates antiquas faciei, turpia vlcera, & ad dolorem posteriorẽ capitis. ¶ Ampli⁹ est vena in naso, cuius phlebotomia valet ad phrenesim, febres acutas, dolorem capitis antiquum, & antiquã rubedinẽ faciei. Amplius venæ, q̃ sunt in angulis oculorũ valent ad ęgritudines oculorũ, eorũ scabiẽ, rubedinẽ: & debet fieri in angulo versus nasum, propter fistulã. ¶ Venę labij inferioris E valẽt ad corrosionem, & rupturam gingiuarum, fissuras earum, & vlcera mala, quæ fiunt in naso. ¶ Sub lingua duę sunt venę, quarũ phlebotomia valet ad apostemata gulæ, & oris, specialiter ad anginam. ¶ In quolibet pede sunt tres venæ, quæ communiter phebotomantur, scil. sciatica saphena, & quædam vena, quæ est inter pollicem pedis & digitum proximum. Phlebotomia verò sciaticæ valet ad passionem sciaticam, & saphenæ ad passiones matricis, testiculorum, antiquam sca- F biem, phlegma salsum coxarum, & tibiarum, & ad idem valet phlebotomia illius venæ, quæ est iuxta pollicem digiti pedum. Et est diligenter notãdum, quòd phlebotomia harum venarum magis debilitat, quàm magnarum, ratio potest esse, quia magis diuertit calorem, & spiritum à corde, ideò fit communiter post prãdium talis phlebotomia, qa tũc virt⁹ est fortior, etiã quia tũc magis apparent, hu. magis mouẽtur ad extrema cor G poris, & venas minores. Ieiuno stomacho debet fieri phlebotomia ex maiorib venis, qa tũc magis dominatur sanguis in eis, post cibũ sang. magis mouetur ad venas paruas & corporis extrema.

De venis pedum.

De considerãdis ante phlebotomiam.

¶ Ampli⁹ sunt cõsideranda ea, q̃ faciẽda sunt ante phlebotomiã, in actu phlebotomiæ, & post a-ctum phlebotomię. ¶ Ante phlebotomiã verò bonum est aliquantulum exercitari, moueri & euigilari, vt sanguis sit mobilior, & ad euacuationem habilior. ¶ Amplius membrum phlebotomandum est fricandum, & calefaciendum, cum aqua calida irrorandum & lauandum, vt vena sit magis cõspicua, & sanguis fluxibilior fiat ad locũ. Eligendus est autem phlebotomator iuuenis & expertus, boni visus, non tremulus, non ebriosus, nec crapulosus, de cuius bonitate & fidelitate habetur certa fiducia. Et si forte phlebotomandus esset pusillanimis, vel valde debilis, & eius stomachus debilis, ad quem etiam consueuit cholera fluere, comedere prius debet bucellam panis in vino styptico infusam & odorifero, aut succo granatorum, quod horum magis videbis expedire. Amplius quidam sunt, qui ante phlebotomiam per aliquos dies sunt balneãdi, & isti sunt, quorum sanguis est grossus, valde immobilis & venæ occultæ: nam per talem balneationem sanguis subtiliatur, & venæ ingrossantur. Etiam per balneum superfluitates propinquę cuti euacuãtur, & resoluuntur, ne cùm fit phlebotomia venæ magnæ, attrahantur illæ immunditiæ ad venas magnas, si balneum non præmittatur: verbi gratia, si immunditiæ essent in riuulis paruis, fieret euacuatio à fonte magno, immunditiæ riuulorum possunt redire ad fontem: nam phlebotomia euacuat ab omnibus venis per quãdam colligantiam, quæ est magnarum venarum cum paruis. Si tamen corpus esset valde plethoricũ, nullo modo pręmittatur balneum, nam magnũ periculum esset, ne balneum faceret ebullitionem in humoribus, & febrem cõtinuam, vel apostema in aliquo principali mẽbro, & similes morbos, qui consueuerunt euenire ex humorum ebullitione. Amplius ante phlebotomiã emittendæ sunt fæces, & vrina, ne istarũ superfluitatũ vapores attrahãtur ad venas, vt inficiant sanguinẽ: nã venæ exinanitæ per phlebotomiã attrahũt à stomacho & intestinis mediantibus mesaraicis, & aliis venis hepatis. ¶ Itẽ in actu phlebotomię multa sunt cõsideranda, nã non est aperienda vena cũ phlebotomo obtuso, quia esset error, non consequeretur finis intentus, & posset esse causa apostemationis loci. Phlebotomator autẽ non debet phlebotomum manu premendo impellere, ne extremitas phlebotomi ad interiorem partem venæ perueniat: bonum est igitur prius experiri, quomodo phlebotomus cutim man⁹ ingrediatur, antequã cum eo fiat apertio venæ. Debet aũt vena aperiri quãtò suauius est possibile, quantò vena est durior, tãtò aperiẽda est cũ minori suauitate, & quãtò mollior, cũ suauiori. Amplius apertio venarũ, quæ sunt in brachiis, debet fieri secundum longitudinẽ, & quę sunt in angulis oculorũ, & in medio frontis per trãsuersum. Et dato, quòd omnes venæ sint aperiendæ p transuersum aliquantulum, venæ tamen brachiorũ minus inter alias. Itẽ quãtò virt⁹ est fortior, vena maior & plenior, sang. eius grossior, tãtò apertio debet esse maior, & econtra: & idẽ quãtò vena est sub cute grossiori, callosiori, in loco profundiori, & sanguine plenior, & ecõtra. Ampli⁹, si virtus sit fortis, plenitudo magna, & cętera particularia cõcurrãt, puta ætas, cõplexio, cõsuetudo tẽporis, corporis habitus,

De considerandis in actu phlebotomiæ.

t⁹, & mēbrorũ corporis, & toti⁹ diſpoſitio, poteſt
multũ extrahi de ſang. ſimul: & ſi virt⁹ ſit debilis,
& cȩtera particularia nō cōcurrãt econtra: q̃a tũc
debet fieri phlebotomia parua & ſæpè. ¶ Itē ma-
gna neceſsitate cogente phlebotomia debet eſſe
cæteris paribus maior, & hæc neceſsitas nō ſem-
per eſt ratione plenitudinis, ſed interdum ratio-
ne doloris, & interdum ratione malitiei morbi,
vt patet in angina. Recollige igitur hîc, quot ſint,
& quæ ſint indicantia, phlebotomiam fieri debe-
re magnam, & quæ paruã. ¶ Item notandũ, quòd
in patientibus apoſtema debet extrahi tanta ſan-
guinis quantitas, vt color mutetur in ſanguine,
dato quòd virtus ſufficiat, & non deficiat, & cæte-
ra particularia non contrà indicent, ſed quando
eſt ſimplex plenitudo ſine apoſtemate, non opor
tet expectare ſanguinis mutationem, quia poſsi-
bile eſt totum ſanguinem eſſe bonũ, & vniformē.
¶ Item in actu phlebotomiȩ conſiderãda eſt pars
in qua fieri debet, & de hoc ſuperius dictum eſt.
¶ Item in æſtate, & vere debet fieri phlebotomia
in parte dextra, in autumno & hieme in ſiniſtra.
¶ Sed in ægris corpore exiſtēte plethorico ante
materiæ fluxũ fiat primò in parte oppoſita, dein-
de in eadem, ſed quocunq; modo vadat negociũ
in materia venenoſa, debet fieri ſemper phleboto
mia ex eadem parte. ¶ Amplius cadit conſidera-
tio circa phlebotomiæ reiterationē, quia fit eadē
die, antequam vulnus ſit clauſum perfectè, quan
do eſt magna neceſsitas extrahendi ſanguinē, &
forte debilitas virtutis aut Medici ignorãtia fuit,
aut quando cætera accidentia non concurrerũt,
aut nō fuit de ſanguine extractum tantum, ſicut
fuiſſet expediens, & tunc eadem die aperitur ve-
na, nō cum vngue, ſed cum phlebotomo: quia a-
liàs forſan exiret ſanguis ſubtilis & bonus, & ma
lus remaneret. Iſta reiteratio habet locum in apo
ſtematibus, quando videmus ſanguinē in ſecun-
do vaſe peiorem ſanguine primi vaſis, & ſimiliter
intelligatur de tertio, reſpectu ſecundi conſidera
ta circumſtantia virtutis, quia virtute debili exi-
ſtente non eſt reiteranda venæ ſectio: & ideò in
principio, ſi quis in animo habet reiterare phle-
botomiã, bonũ eſt inũgere phlebotomũ oleo, ne
vuln⁹ ita citò conſolidetur. ¶ Amplius circa phle
botomiã actualem conſiderandũ eſt, quòd inter-
dũ contingit ſanguinē non exire vena aperta, qđ
multis de cauſis poteſt contingere. Prima cauſa
ꝑpter ſanguinis multitudinem, quæ foramē ob-
ſtruit, vt ſanguis exire non poſsit aut guttatim
exit. Sed vulnere exiſtente largo citò exit, cùm
vulnus percutitur in circuitu cũ vngue, & in tali
caſu bonũ eſt tuſsire, ſcreare, & phlebotomatum
ſuper ſpatulas percutere. Secunda cauſa eſt groſ-
ſities ſanguinis, & tunc nullo modo poteſt bene
exire, niſi prius ſubtilietur cum cibis & medici-
nis notis. Tertia cauſa eſt paucitas ſanguinis, qđ
ſcitur, ſi macilentus & extenuatus ſit, tũc prius ta
lis indiget diȩta reſumtiua & nutriente. Quarta
cauſa eſt timor & puſillanimitas, aut quia nō con
ſueuit, tunc cōperit mica panis in vino, aſperſio
cum aqua roſarũ & vino odorifero, & verba con
ſolatoria. Quinta cauſa poteſt eſſe paruitas fora-
minis, & tũc elargãdum eſt, quia aliàs ſubtilis ſan
guis exiret, & groſſus maneret. ¶ Amplius ſan-
guine egrediente tãgendus eſt, qui ſi frigidus in-

De phlebotomiæ reiteratione.

Propter quid ſanguis non egreditur aperta vena.

Conſiderandæ circa ſanguinem exeuntē.

ueniatur, ſtatim eſt reſtringendus, & ſimiliter ſi
inueniatur calidus & ſubtilis valde: nam in vtro-
que caſu dubitandum eſt de ſyncopi. Si autē ſan
guis fuerit ſubſtantiæ mediocris & calidus, vrina
rubea & ſpiſſa, & pulſus validus tunc extrahen-
dus eſt in magna copia, ſi particularia cōcurrant.
Amplius ponatur vna gutta ſanguinis ſuper vn-
guem, ſi fluat, & nullo modo conſiſtat, tunc eſt
multum aquoſus, & ſtatim reſtringēdus, ſi nullo
modo fluat, eſt nimis groſſus, & parum eſt extra-
hēdum, donec fuerit ſubtiliatus: ſi autem medio
criter ſe habeat, ſecuriùs poteſt extrahi, ſi alia par
ticularia concurrant. Similiter proiiciatur vna
gutta ſanguinis in aquam, ſi fundum petat, in-
dicat craſſum ſanguinē, ſi totaliter diffundatur
& ſupernatet eſt nimis aquoſus, ſi medio modo
ſe habeat, bonũ eſt. ¶ Amplius cùm ſanguis actu
exit à vena, bonum eſt, vt digitus ſuperponatur
vulneri, & hoc propter duo. Primò vt virtus re-
uertatur in ſe, & non diſpergatur & debilitetur,
propter ſubitam euacuationem & ſpirituum re-
ſolutionem: ſecundò quia propter digiti poſitio-
nem reiicitur ſanguis ad tēpus aliquod, quouſq;
malus ſanguis diſtans à loco phlebotomato, ad
locum poſsit manare: quando igitur in corpore
eſt apoſtema, & phlebotomia ſit ad diuertēdum,
maximè cōpetit huiuſmodi digiti ſuperpoſitio.
¶ Amplius conſiderãda ſunt, quȩ fiunt poſt phle
botomiam, quia immediatè poſt phlebotomiam
nō eſt dormiendum, nec ambulandum, nec cum
hominibus colloquendum, nec in loco lumino-
ſo morandum: ſed ſtatim vulnere ligato decēter
ſi fuerit in brachio, teneat brachium eleuatum, &
alicui rei innitentem per aliquod tempus, tunc
ſine cibo quieſcat ſuper lectum in loco obſcuro,
nec aliquo modo iaceat ſuper latus, in quo fuit
facta venæ ſectio, & teneat oculos clauſos & ſolli-
citans maneat per tempus aliquod, ne ſpiritus
diſpergantur, & interdum paretur bucella panis
cocti in bono vino, & ſatis citò eam comedat. Si
ſtomachus ſit mundus, poſſunt dari oua duo re-
centia ſorbilia, & deinde comedat cibum ordina-
rium, illa die ſit cibus facilis digeſtionis, bon⁹, &
paucus: potus eius ſit bonum vinum, cum pau-
ca aqua, & ſecuriùs in die phlebotomiȩ poteſt ex-
cedere in potu vini boni, quàm cibi. In die phle-
botomiæ nullo modo exercitetur, ſed maneat in
domo cum ſociis in gaudio, etiam illa die nō bal-
neetur, nec coeat, nec dormiat, nam aliàs eſſet pe-
riculum motus ſuperfluitatum, ad aliquod mem
brum nobile, & de confractione membrorum: i-
tem poſſet fieri ebullitio in humoribus, & per cō-
ſequens febris & apertio venæ, ratione motus,
retractionis, caloris & ſpiritus ad centrum, & ſpe
cialiter, qui in ſomno mouent mēbra motu inor-
dinato, & inopinato reuoluendo & voluendo,
dormiēdo. Sic igitur poſt phlebotomiam ſtatim
non eſt dormiendum, & ſpecialiter ante cibum,
ſed poſt cibum per duas vel tres horas, quia tunc
humores poſſunt ſufficiēter eſſe quieti, ſecuriùs
tamen eſt non dormire, ſi cogatur, dormiat parũ,
& cum bona cuſtodia propter pericula dicta. Se-
xta autem die aut ſeptimana poteſt phlebotoma
ri, in quarta coire, & exercitari: ſic igitur phlebo-
tomatus debet eſſe tribus diebus ſine exercitio
notabili quietus, & in bono regimine cibi & po-

De cōſiderãdis & fiendis poſt phlebotomiã.

De syncopi post phlebotomiam.

tus. ¶Si syncope sequatur phlebotomiam, specialiter in habentibus stomachum cholericum, & spiritus subtiles, bonum est statim facta phlebotomia fricare membra, irrorare faciem aqua rosata, & vino odorifero, vocentur proprio nomine: aperiatur os cum ligno, detur brodium gallinæ cum vino, potest dari diamargariton, & pliris cū moscho vel cum saccharo ros. & hæc sufficiunt de prædictis tribus.

De Sanguine inspiciendo, postquam est congelatus post phlebotomiam, Cap. XVIII.



CONSEQVENS est de sanguinis inspectione, & corporis dispositione agere. Per horam igitur post phlebotomiā inspiciendus est sanguis, postquam fuerit congelatus, bonum est vt sanguis excipiatur pluribus vasculis, vt ipsius diuersitas melius à Medico posit cognosci.

Prima consideratio.

¶Prima consideratio est circa hoc, si primus sanguis sit peior secundo, secundus tertio, & sic consequenter, vltimus sit bonus, & naturalis, seu rationabilis, signum est sufficientis phlebotomię: econtra, si primus sanguis sit bonus, & secundus malus, non est adeò bonū, imò signum est, quod adhuc est necessitas phlebotomiæ aut pharmacię. In phlebotomia autem, quæ fit ad diuertendum, vbi locus phlebotomatus distat à loco infirmo, hoc sæpe contingit & rationabiliter, quòd secundus sanguis est peior primo, quod est signū prædictæ diuersionis. Sed quando phlebotomia fit ad euacuandum, & ex loco propinquo morbo, puta ex ea dicitur parte, tūc primus sanguis debet esse deterior secūdo, & secundus tertio: si contrariū contingat adhuc est phlebotomiæ aut pharmaciæ necessitas, sed in corporibus sanis, quæ minus indigent phlebotomia, sæpe contingit, quòd primus sit melior secūdo, & tunc est iteranda phlebotomia satis citò.

Secunda consideratio. Quintuplex substantia in sanguine.

¶Secūda consideratio est circa sanguinis substātiam, quæ est quintuplex, scilicet melancholica, phlegmatica, sanguinea, pura cholera, & aquositas vrinalis. Melancholica est fæx sanguinis, q̄ est coloris nigri, & est in fundo scutellæ, quando est nimia quantitas huius fæculentiæ, non est bonū signum, tunc enim possumus iudicare, talem hominem esse tristem, inuidum, curiosum, auarum, timidum & pusillanimem: talis debet vti mundificantibus sanguinem, & multiplicantibus bonū sanguinem. Phlegma quidem est album, mucillaginosum, insipidū, quod est quasi simile albumini oui, & debet esse in sanguine in loco post melancholiā: hui⁹ nō debet esse nimia quātitas, & si sit talis hu. multa quātitas, iudicare possumus talem phlegmaticū naturalit[illegible] vel accidentaliter, & esse somnolentū, rudē & [illegible]rum ad actiones, & multi sputi: istius tamen hu. plus debet esse, q̄ melancholia. Deinde sequitur sanguis purus, cuius color debet esse purpureus, vel subrufus aut rufus, & hui⁹ hu. debet esse maior quātitas, si sit magna quantitas, possumus iudicare talē esse hominē sanguineū, liberalē, amabilem, hilarē, ridentē, coloris rubei, satis audacē atq; benignū. Hunc sequitur cholera, quę est spuma sanguinis crocei, coloris tēdentis ad scintillantē rubedinē, & hui⁹ hu. debet esse minor quantitas, quàm sanguinis

A & phlegmatis, & maior quàm melancholiæ. Si igitur sit magna quantitas huius humoris, possumus iudicare talem esse cholericum, & per consequens versutū, fallacem, iracundum, audacē, prodigum, & ad actiones prōtum, vigilē & subtilem: vnde secundum quandā coniecturā ꝓpinquam veritati posset dici, quòd sanguis est in duplo respectu phlegmatis, & phlegma duplum respectu choleræ, & cholera duplum respectu melancholiæ: hęc verò scire punctualiter cū certitudine est

B valde difficile. ¶Amplius cōsideranda est substātia aquosa, quæ supernatat sanguine coagulato, sicut serum in lacte cùm coagulatū est, apparet aquositas similis vrinæ, si ponatur in vrinale, quādo talis aquositas est similis vrinæ sani hominis, cuius est sanguis, est bonū signum, aliàs verò nō. Et quantò illa aquositas à sanguine perfectiùs se paratur, tantò melius, meliorē digestionē & decoctionē in hepate denotat, & ecōtra. Hæc aquositas debet esse in sanguine ad subtiliandum sub-

C stantiā ipsius sanguinis, vt liberius & faciliùs per venas magnas & paruas ad mēbra valeat peruenire. Vnde non est bonum, sanguinem esse totaliter priuatum tali aquositate vrinali: nam ex hoc colligitur siccitas, grossities sanguinis, & paucus potus permistiuus, delatiuusq;, & talis aquositatis defectus solet esse in multum ieiunantibus, & vigilantibus, in his, qui vtuntur cibis siccis & calidis, in his, qui multum exercitantur & student, similiter in conualescentibus. Amplius nō est bo-

D num, vt nimia huius aquositatis quantitas sit in sanguine, nam ex hoc colligitur defect⁹ digestionis, vel ratione ciborum & potuum, vel ratione membrorum, cibum in sanguinē conuertere nō potentium, & significat etiam nimiā frigiditatē & humiditatem sanguinis, & corporis debilitatem: vnde habentes stomachum frigidum, hepar frigidum, similiter venas, & vtentes cibis frigidis, & humidis, multum comedentes & bibentes specialiter, parum exercitantes, non ieiunantes, nec cō-

Sexta substantia in sanguine.

E sueti vigilare, talem habēt sanguinem sæpissimè. Item in sanguine est quædam substantia carnosa declinans ad albedinem: nam sanguis incipit in venis dealbari, quia digestio vlterior, vt cōuertatur in membra dealbando procedit, & hæc digestio incipit in magnis venis, & per venas paruas terminatur, finaliter ad membra digestionis tertiæ, scilicet ad membra exteriora solida totius corporis. Huiusmodi substantia quasi carnea manifestè apparet in sanguine post eius ablutionē,

F & quantò sanguis est pinguior, vel humidior, aut aquosior, tantò minus est in eo huiusce substātię, quantò est grossior, nisi temperamentum excedat, minus pinguis, & aquosus, tantò plus percipitur de tali substantia. Ex multa igitur quantitate talis substantiæ albæ, bonitas digestionis venarum significatur, & sanguinis obedientis ad conuersionem in membrū, specialiter si talis substantia inueniatur tractabilis manibus, nec in ea appareant contenta magna, nec ad tactum dura,

Subtilitas Grossities.

G & quæ digitis fricata quasi puluerisentur: ex hoc enim colligitur dispositio propinqua ad lepram. ¶Amplius si de totius sanguinis substantiæ subtilitate certificari volueris, tunc post sanguinis coagulationem incide cum cultello aut subtili ligno sanguinem, si non resistat, sed facilè incisioni obe-

Viscositas in sanguine.

ni obediat, subtilitas sanguinis significatur: si autē difficulter diuidatur, & incidatur, tunc viscositas & grossities significatur sanguinis, quę viscositas non est sine dominio aliqualis humiditatis, sed grossities potest esse cum dominio siccitatis. Sanguis igitur grossus sine viscositate non erit glutinosus, nec habebit partes adinuicem adhærentes, sicut catena, sed sanguis viscosus est glutinosus, & partes adinuicem adhærent, sicut partes catenæ. Si autem sanguis nullò modo sustineat incisionem, quamuis facilè diuidatur, sicut apparet in aqua, & oleo, & cæteris liquoribus, qui faciliter diuiduntur, sed non inciduntur, talis sanguis nimis est subtilis, & talis subtilitas meo iudicio arguit indigestionem: quando sanguis defacili perforatur, satis conuenienter, sed non incíditur, tunc arguitur sanguinis viscositas, & talis sanguis vtplurimum est phlegmaticus: quando sanguis inciditur, sed cum quadam resistentia, tunc vtique sanguis est grossus, non viscosus.

De colore.

¶ Item considerandus est color sanguinis, si enim secundum alium & alium situm scutellæ sanguis appareat alterius & alterius coloris, sicut apparet in collo columbæ, colligitur ex hoc malorum humorum diuersitas, & cū quadam ventositate eleuante partes sanguinis, vt lumen faciliùs subintret. Et secundum alium & alium situm aliter & aliter subintrat, & alium & alium colorem causat, quia tales non sunt veri colores sanguinis, ideo demum debemus considerare verum colorem, & fixum sanguinis, qui color sit rubeus, purpureus, non obscurus, qui arguit bonum sanguinem, si sit color scintillantis rubedinis, arguit dominium choleræ, & si sit croceus. Si autem sit spumosus, arguit vētositatem, si sit albus vel liuidus, arguitur frigiditas & phlegmatis dominium, specialiter, si cum hoc sanguis sit viscosus, & cætera particularia arguentia dominium phlegmatis concurrunt: isti etiam colores possunt prouenire ex adustione, sicut patet in extenuatis, & dispositis ad lepram. Color viridis attestatur adustionem, & specialiter choleræ.

De sapore.

Color verò niger & valde liuidus melancholiam naturalē attestatur vel ex vitio adustionis. ¶ Item considerare debemus saporem, si placet: quia sanguis debet esse dulcis, si verò insipidus, arguit dominium phlegmatis, si amarus, choleræ, si pōticus aut acetosus, melancholiæ aut phlegmatis acetosi, & si salsus, phlegmatis salsi, & adustionem in hu. arguit.

De odore.

¶ Amplius considerandus est odor, quia si sit bon⁹, & delectabilis, arguit bonitatē sanguinis, si fœtid⁹, arguit magnā putredinē in hu. ¶ Amplius cōsiderandum est an sanguis p phlebotomiā extract⁹, coaguletur citò aut tardè: si citò coaguletur, nimia tūc grossities sanguinis significatur, & si tardè, nimia subtilitas & indigestio, si mediocriter, mediocritas substātię designatur. ¶ De considerationibus autem circa phlebotomiā, quæ sumuntur ex parte ægritudinum, nō est hîc locus: hæc ad regimen sanitatis sufficiant.

De Ventosis, quantum ad regimen sanitatis, Cap. XXXIX.



QVONIAM sani vtuntur ventosis minus, quàm phlebotomia, ideò de ventosis breuius est transeundū. Circa autē ventosarum applicationē multæ occurrunt considerationes: prima est de vtilitatibus ventosarū.

Modus ventosarum duplex

¶ Sciendum est, quòd duplex est modus ventosarum, quidam est sine scarificatione & carnis incisione, alius cum carnis incisione, & scarificatione.

Ventosa sine scarificatione

Ventosa sine scarificatione fit interdum ad diuertendum sanguinem ab aliquo loco, nę euacuetur immoderatè, vt in immoderato fluxu mēstruorum, aut hæmorrhoidum: quia in fluxu tali menstruorum apponitur ventosa sub mamillis ad sanguinem diuertendum, item fit interdum ad attrahendum, verbi gratia, si apostema sit profundum, apponitur ventosa supra locum apostematis, vt eius materia trahatur à centro ad circumferentiam, & medicinæ virtus melius possit ad materiam penetrare. Amplius interdum fit ventosatio, vt apostematis materia mutetur de nobili membro ad minus nobile. Amplius fit, vt membrum calefiat, sanguis ad ipsum trahatur, & eius ventositates remoueantur: aliquando, vt membrum reducatur ad suum proprium locum & naturalem, à quo fuit motum, vt in dislocatione & ruptura inguinis: aliquando fit ad sedandū dolorem, vt in dolore matricis, & colica ventosa.

Ventosa cum scarificatione.

¶ Ventosa autem cum scarificatione fit propter duo. Primò quidem ad euacuandum à venis magnis, quamuis non immediatè, vt in cruribus, & inter scapulas: sed sanguine existente grosso tales ventosæ parum valent, nisi præcedāt subtiliantia assumta p cibos & medicinas, & foris per fricationes & balnea. Amplius fiunt ad euacuandum sanguinē subtilem, qui est prope cutim, vnde quibus nō audemus venā secare propter ætatē aut debilitatem virtutis, aut incōsuetudinem, debemus facere ventosas: & potest fieri cum magna scarificatione aut parua, cum magna quidē, quando est euacuandum à toto corpore, & parua à venis capillaribus, & aliquo membro speciali, & quantò sanguis est profundior, & grossior, tātò debet fieri maior scarificatio, & ecōtra.

In qua ætate vētosandum.

¶ Et scias, quòd infans in primo anno, nullo modo debet ventosari: in secundo anno, tertio, & deinceps potest ventosari, & dicunt quidam, quòd post sexaginta annos non ventosetur.

In qua ætate Lunæ.

¶ Dicūt quidam, quòd ventosatio nō debet fieri in nouilunio, nec in fine Lunę, sed Luna existente in magno lumine, & debet fieri hora diei secunda, vel tertia, & post horam vnam vētosationis datur cibus.

Loca quæ ventosantur.

¶ Et quia ventosa & phlebotomia multū conueniūt, & specialiter ventosa, quæ fit ad euacuandum, reducendæ sunt ad memoriam multæ considerationes prędictę de phlebotomia, & vltra has sciēdum, quòd oportet scire loca, in quibus communiter ventosæ poni consueuerunt, scilicet supra caput, in fronte, sub mento, in parte colli posteriori, inter duo cornua, in principio nuchæ, inter scapulas recto loco, qui opponitur cordi & stomacho, supra renes, in cruribus, tam in parte posteriori, quam anteriori, domestica & syluestri, & in locis cauillarum.

Supra caput.

¶ Vnde quidam dicūt, quod ventosæ positæ supra caput conferant amentiæ, & scotomiæ, & tardent canos: hoc tamen non esse vniuersaliter recipiendum puto, immò quibusdam accelerant canos, & intellectum impediunt, sed conferunt ægritudinibus oculorum, puta scabiei & bothor, & ingressioni nuchæ: sed

intellectum impediunt & faciunt hæreditare stu
porem, & obliuionem, igitur in sanitatis regimi-
ne nullo modo vẽtosatur capitis summitas. Ven-
tosa autem in fronte posita, valere potest ad do-
lorem partis posterioris capitis, & ad alias ægritu-
dines, ad quas valet phlebotomia venæ frontis,
sed impedit rationem & intellectum: vnde non
est vtendum in sanitatis regimine.

Sub mento.

¶ Ventosæ
sub mento valent ad pustulas, quæ fiunt in ore &
ægritudines dentium, gingiuarum, & multum
debent iuuare in mundificatione faciei, & cutis
capitis.

Inter cornua occipitis.

¶ Ventosa posita inter cornua occipitis
confert grauedini, & vanitati, quæ est in capite,
caput & faciem alleuiat, doloribus, qui sunt in
radicibus dentium, auxiliatur, & est mirabilis in
tumore faciei, anginæ ad cibum, & potum trans-
glutiendum. Nota tamen, quòd in hoc loco non
est ventosa ponenda, nisi magna necessitate vr-
gente, quia memoriam debilitat.

Inter scapulas.

¶ Ventosæ, quæ
ponuntur inter spatulas ęgritudinibus pectoris,
puta sanguineis, asthmati, spasmo conferunt,
stomachum debilitant, & possunt esse causa tre-
moris cordis alterius, quàm sanguinei.

In renibus.

¶ Ven-
tosæ renibus positæ conferunt apostematibus
coxarum, & scabiei earum, hæmorrhoidibus, po-
dagræ, elephantiæ, pruritui dorsi, & ventositati-
bus matricis, & vesicæ.

In cruribus.

¶ Ventosæ in cruribus,
maximè competunt in sanitatis regimine loco
phlebotomiæ, quia maximè repletionem dimi-
nuunt, plus aliis ventosis, talis ventosa maximè
confert doloribus matricis antiquis, doloribus
renum, & vesicæ, menstrua prouocat: & positæ
in parte anteriori conferunt apostematibus testi-
culorum, & vulneribus coxarum & crurum: po-
sitæ in parte posteriori valent ad apostemata, &
exituras, quæ fiunt in manibus.

In cauillis pedum.

¶ Ventosæ, quę
ponuntur in cauillis pedum, conferunt ad ea, ad
quæ conferunt illarum venarum phlebotomia,
puta ad prouocationem menstruorum, ad pas-
sionem sciaticæ & podagræ: hæc sufficiant de
ventosis.

De Sanguisugis, & de electione earum, Cap. XL.



ONSEQVENS est dicere de san-
guisugis, circa quas cadunt quinque
cõsiderationes: quarum prima est de
illarum electione, secũda de ipsarum
vtilitate, tertia de ipsarum præparatione, ante-
quam applicẽtur, quarta de applicatione earum,
quinta de ipsarum remotione, & potest addi cõ-
sideratio sexta, scilicet de his, quæ fiẽda sunt post
earum remotionẽ.

Electio.

¶ Quo ad primum nota quòd
eligendæ sunt sanguisugæ ex aquis mundis cur-
rentibus, participantibus conditionibus lauda-
bilibus aquarum bonarum superiùs enumerata-
rum: & sunt aquæ, in quibus inueniuntur ranæ
mundæ, quamuis quidam asserant huius opposi
tum. Amplius sanguisuga debet esse debilis, sicut
cauda muris, & parui capitis, non coloris viridis,
aut nigri, nec alterius mali coloris, nec super illas
debent esse fila coloris lazuli: eligantur igitur ru-
fæ quasi coloris hepatis, vel habentes ventres ru-
beos, & dorsum coloris similis æri, & non simpli-
citer viridis. Si enim sint magnæ, magni capitis,
coloris nigri, aut diuersorum colorum, & sint ex
aquis fœtidis, in quibus reperiuntur animalia ve
nenosa, vt in stationariis paludibus, tales sunt ve
nenosæ, & ex eis contingere consueuit synco-
pe, & apostemata mala, sanguinis fluxus, febris,
mẽbrorum laxitas, & vlcera fraudulenta.

De vtilitate.

¶ Scien
dum, quòd sicut per phlebotomiam & ventosas
euacuatur sanguinis totius plenitudo, & mem-
bri particularis, sic etiam per sanguisugas: verum
est tamẽ, quòd phlebotomia magis euacuat à p-
fundo, quàm sanguisuga, & ventosa. Item attra-
ctio, quæ fit per ventosam, est à calido & à vacuo,
sed attractio, quæ fit à sanguisuga, est à virtute a-
nimæ, & à tota specie cum spiritu & calore: ideò
est attractio fortior, quàm per ventosam, etiam il-
lud, quod attrahitur, maiorem habet conuenien
tiam sanguinis, quàm quod attrahitur cum ven-
tosa, igitur sanguisuga est conuenientior ad eua-
cuandam plenitudinem sanguinis, & specialiter
à profundo, quàm ventosa. ¶ Et sciendum, quod
quidam dicunt, quòd sanguisuga extrahit sangui
nem bonum, & dimittit malum, & secundũ hanc
viam non competeret sanguisuga in sanguinis
plenitudine, & non in sanguinis corruptione:
sed istorum opinionem non approbo, quia sapiẽ
tum dictis non concordat. Nouerũt enim sapien
tes, quod sanguisuga valet in morphea, impetigi-
ne & serpigine, quòd nullo modo esset, si attrahe
ret bonum sanguinem & relinqueret malum,
sic enim plus noceret, quàm iuuaret: vnde puto,
saluo meliori iudicio, quòd sanguisuga plus eua-
cuat, & attrahit malum sanguinem, quàm bonũ,
proper duo: primò quia natura corporis retinet
bonum, & dimittit abire malum, quo non indi-
get: secundò quia fortè sanguis malus est propor
tionabilior sanguisugis, quàm bonus. Non enim
est rationabile, quòd sanguis humanus, qui ha-
bet similitudinem & proportionem à tota specie
cum membris corporis nostri, habeat proportio-
nem cum sanguisugis, quia sanguisuga est mul-
tum distans à corpore nostro, sed rationabilius
est, quòd sanguis malus & corruptus, qui nullam
habet proportionem cum corpore nostro, attra-
hatur à sanguisuga, etiam qui nullam habet pro-
portionẽ cum corpore nostro, sed magis cũ san-
guine malo. In omnibus igitur morbis subcuta-
neis, qui sunt ex sanguine corrupto, multũ valẽt
sanguisugæ & plus, q̃ ventosæ, nam ventosa in-
differenter attrahit bonum & malum, sanguisu-
ga verò non, sed sibi proportionale, scil. malum.

De præparatione earum.

¶ Tertiò sciendum est, quòd antequam applicẽ-
tur, debẽt seruari per vnũ diẽ & pcuretur, quòd
euomant cõstringendo, quod est in eorum vẽtre,
parum sanguinis agni aut anatis eis propinetur,
& inde nutriantur: postea à sordibus cum spon-
gia aut panno mũdentur.

De applicatione earum.

¶ Et antequam appli-
centur, fricetur locus, cui applicari debent, & fo-
mentetur, ita vt rubeat, pori aperiantur, sanguis
subtilietur, & demum proiiciatur sanguisuga in
aquá dulcẽ, mũdetur, & loco applicetur: si adhæ-
rere noluerint, vngatur locus cũ modico sangui-
ne agni, aut luti aquæ, in qua morari consueue-
runt, & permittantur attrahere sanguinem, do-
nec sint bene plenæ.

De remotione earum.

¶ Quartò sciendum, quòd
quando volumus eas remouere à membro, cùm
applicatæ sunt, hoc potest fieri cum seta caudæ
equi, aut aceto tepido, aut aqua salsa, aut aloe:
dein-

deinde abluatur locus cum vino puro, & melle,
& apponatur ventosa supra locum: si forte san-
guinis fluxus non cessaret, aspergatur puluis gal-
larum combustarũ, masticis, sanguinis dracon. &
similia: & hæc breuiter de sanguisugis sufficiát.

De Cauteriis in regimine sanitatis, Cap. XLI.



VIA homines sani vtuntur cauteriis
interdum, ideo ad operis complemẽ-
tum addemus capitulũ breue, de cau
teriis inquantum spectat ad regimen
sanitatis. Cùm quibus autem, & quo modo fiant
cauteria & sectiones, spectat ad chirurgum, nec
est hîc determinandum. Nolumus etiam hîc enu
merare omnes ægritudines, in quarum cura com
petunt cauteria, nec omnia loca quibus applica-
re possunt, seu consueuerunt: sed tantũ dicemus
generales vtilitates cauteriorum, & quædam ge-
neralia in cauteriis obseruanda. ¶ Sciendum igi-
tur, quòd cauterisatio est valde vtilis in exsiccan-
do humores, attrahendo eos à remotis & à pro-
fundo, ad prohibendum, ne corruptio spargatur
per membra, & ad membra etiá confortáda, quo-
rum complexionẽ volumus rectificare, ad resol-
uendum materias corruptas in membro retẽtas.
Amplius cauterisatio vtilis est ad retinendũ san-
guinem, & fluxum sanguinis: quádo cauterium
fit ad istam vltimam intentionem, tunc cauteri-
satio debet esse fortior & profundior, quia si esset
debilis faciens crustá, quæ postea satis citò cade-
ret, tunc esset error nouissimus peior priore, quia
sequeretur fluxꝰ sanguinis peior & incurabilior
priore. ¶ Homines igitur in latitudine sanitatis
existentes, qui sunt parati cadere in ęgritudinem
membrorum exteriorum cõtingentem ex humi-
ditatibus corruptis, debẽt vti cauteriis, verbi gra
tia, parati ad lepram, aut guttam rosaceam, & vni
uersaliter ad ægritudines deturpantes faciem
propter humiditates corruptas in cerebro, quæ
dum non habent spiraculum, descendunt ad fa-
ciem, & ad totum corpus, antequam materię de-
scendãt, cauterisatio quæ pertingit ad craneum,
est multum vtilis, vt scilicet humiditates corru-
ptæ euacuationem habeant & spiraculum, ad
cætera membra corporis non decurrant, specia-
liter ad faciem. Sed talis cauterisatio, in qua per-
uenitur vsque ad craneum, est subtiliter valde
facienda, ne cerebrum ebulliat, pia mater & dura
lædátur, & sit error nouissimus peior priore. Ista
cauteria facta in capite præseruant, & curant ab
omnibus ægritudinibus causatis, & causari pos-
sibilibus per viam rheumatis descendentis à ca-
pite, & sic præseruant ab vlcere pulmonis, tussi,
asthmate, angina, & vniuersaliter ab omnibus æ-
gritudinib. aliis, quarũ mater potest esse rheuma,
descendens à capite: si specialiter sint humores
valde corrupti, & in cerebro coarctati, sicut dictũ
est de humiditatibus capitis corruptis & coar-
ctatis, quæ per cauteria mundificantur & exsic-
cantur, sic suo modo intelligendum est de aliis
membris corporis. Nam in quocunque membro
corporis sint tales humiditates corruptæ, per ta-
lium membrorum cauterisationem mundifican-
tur, desiccantur, & membrum purificatur. Vnde
si tales humiditates corruptæ sint coarctatæ in
splene, hepate, stomacho, pectore aut alio mem-
bro, illud membrum cauterisetur, idem faciendũ
si sint coarctatæ in iuncturis, fiant cauteria in cir-
cuitu iuncturæ.

Vtilitas.

¶ Nunc restat ponere quasdam regulas obser-
uandas in cauteriis. ¶ Prima est, quòd nunquam
fiat cauteriũ, nisi prius corpore mundificato per
pharmaciam, & phlebotomiá, aut altero illorum,
secundum iudicium medici. ¶ Secunda regula
est, quádo cauterium fit ad euacuandum, tenea-
tur cauterium apertum, sed quando fit ad restrin
gẽdum sanguinem, non. ¶ Tertia regula est, cau-
terium, quod fit ad euacuandũ, ad minus tenea-
tur apertũ ꝑ quadraginta dies, & quolibet die lo-
cus mundificetur semel, aut bis, secundum quod
plus vel minus corrupta exibit humiditas, & in-
terdum lauetur locus cùm decoctione foliorum
hederę terrestris, & arboreę, vt locus cauterisatus
non fœteat. ¶ Quarta regula est, non fiant caute-
ria in infantibus, nec valde senibus: in infantibꝰ
non propter membrorũ nimiam molliciem, non
in senibus propter nimiam siccitatem membro-
rum: in his etiam ętatibus membra sunt debilia,
non potentia bene sustinere cauterium. ¶ Quin-
ta regula est, nõ fiant cauteria temporibus valde
calidis, nec valde frigidis, nec valde siccis. ¶ Sex-
ta regula est, non fiant cauteria supra musculos.
¶ Septima regula est, cauterisetur interdũ mem-
brum mandans, quandoq; membrum medium,
& quandoq; membrum ad quod mádatur: verbi
gratia: Si materia existens in cerebro fluat ad o-
culos & faciem per arterias & venas temporum,
antequam materia fluat, fiant cauteria in capite,
& cum actu fluit in temporibus, fiant cauteria, &
cum tota materia fuerit fluxa, fiant in angulis o-
culorum cauteria. Interdum etiam fiant cauteria
sub membro, ad quod fit fluxus, verbi gratia: si
materia fluat ad faciem, possunt fieri cauteria sub
mento ad mundificandum faciem. ¶ Octaua re-
gula est, cauteria, quæ fiunt sub genubus, sunt v-
tiliora ad totum corpus mundificandum humi-
ditates corruptas à toto corpore: vnde talia cau-
teria debent esse satis vtilia in cura lepræ. Hæc
breuia sufficiant de cauteriis.

Regula obseruanda.

De vsu Medicinarum laxatiuarum in regimine sanitatis, Cap. XLII.



TI interdum ventris solutione qui-
busdam hominibus multum compe
tit, in regimine sanitatis, scil. ad præ-
seruandum ab ægritudinibus mate-
rialibus, & humorum corruptione: est enim
possibile, vt catartici laxatiui causa corpus mun-
dificetur ab humore, qui generari consueuit ex
negligentia diætæ, & ex corporis dyscrasia natu-
rali, vel accidentali. Nam quantumcunq; aliquis
sit bonæ complexionis, tamen propter nutrien-
tia syluestria, multiplicabuntur mali humores, à
quibus si non mundificetur corpus, generabitur
morbus. ¶ Et similiter quantumcunque aliquis
boni fuerit regiminis, tamen propter malitiam
complexionis, & debilitatem membrorum, spi-
rituum & virtutum multiplicabuntur in corpo-
re multi humores, puta cholera, & phlegma, vel
melácholia, ex quorũ purgatione præseruabitur

Qui sint pharmacandi & qui non.

corpus ab ægritudine. ¶ Vtentes igitur malo re- A
gimine, qui sunt malæ cmoplexionis, & nō sunt
infantes, nec decrepiti, & habent stomachū, cor-
pora, & viscera fortia, habentq; corpus magnū &
pingue, sunt gulosi, multos fructus comedūt, pa-
rum mouētur, & exercitātur, nō multū deiiciūt,
nec sudant, nec coeunt, tales maximè sunt pur-
gandi, si nō purgētur, cadunt in pessimas ægritu-
dines. Carentes hisce conditionib. nunc enume-
ratis, minimè sunt purgandi, seu ad medicinā la-
xatiuā apti, specialiter si eorū venter sit solubilis, B
& sint apti ad diarrhœā & dysenteriā, item si cor-
pus eorū sit siccū. In talibus enim medicinę laxa-
tiuę sæpiùs sumtę corpus debilitant, hecticam &
phthisim adducūt.

De præparatione ante purgationem.

¶ Et notandū, quòd antequā
accipiatur medicina laxatiua, p̄parandū est cor-
pus ad eam, humores sunt digerendi, & p̄paran-
di, vt obediant euacuationi. Qui enim conatur
materiā indigestā euacuare, ipsam non euacuat,
sed sana membra & morbo resistentia debilitat.
Corpus igitur præparandū est, cum nutriētibus C
mollificatiuis, vnctuosis, & aperitiuis, partiēdus
est cibus, & vt sit vnū dicere, corpus est præmol-
liendum, & humectādum nutrimento plurimo,
balneo & requie. Si autē materia sit grossa, & vis-
cosa, tunc est incidenda & subtilianda: si sit nimis
subtilis, & calida, aliqualiter est ingrossanda, verū
est, quòd materia existente furiosa ratione mobi-
litatis suæ, siue ratione malitiei, siue ratione mem
bri & loci, siue ratione qualitatis & quātitatis, si-
ue ratione accidentis inducti, nō debet expectari D
digestio.

Quo tempore pharmacandum sit.

¶ Item non accipiatur medicina laxati-
ua, in temporibus nimis calidis, nec valde frigi-
dis, sed in tēporibus temperatis, puta in vere, vel
autumno, tempus enim humidū est conuenien-
tius ad laxatiuā medicinā.

In quibus signis debeat esse Luna.

¶ Et considerandum
est, quòd Luna non sit in Leone, & quòd non sit
ascendens, & vniuersaliter quòd Luna non sit in
signo fixo, sed mobili, humido & frigido: vnde in-
ter omnia signa mihi videtur, quòd Cancer est si-
gnum conueniētius ad medicinā laxatiuā, dein- E
de Piscis, quia sunt signa frigida & humida mobi
lia, & Scorpio, quia est frigidū & humid. sed fixū.

Non sit Luna cum Ioue nec Saturno.

¶ Item multum considerandū est, quòd Luna nō
sit coniuncta Ioui, nec corporaliter, nec aspectu,
nec quòd sit coniuncta Saturno: nam cōiunctio
cum Ioue debilitat virtutē medicinæ & fortificat
virtutē naturalē corporis humani, medicina autē
laxatiua nō euacuat humores, nisi superādo vir-
tutes naturales corporis. Amplius coniunctio
cum Saturno ad motum tardos reddit humores, F
& impedit operationē medicinę laxatiuę.

Quibus pharmacis sit superdormiendū & quibus nō.

¶ Item
nota, quòd quædam sunt medicinæ, super quas
multū est dormiendū, sicut sunt fortes medicinę,
quę sumuntur in forma electuarij, & quędā sunt
super quibus nihil aut parū est dormiendū, sicut
sunt medicinæ debiles valde, & quæ accipiuntur
in liquido: medicinæ autē pillulatæ accipiuntur
sero, & superdormitur tota nocte. Multū est con-
siderandū, quòd pillulæ non sint nimis desiccatę
nec putrificatæ nec nimis molles, sed sint siccatæ G
de nouo. Medicinæ autem sumtæ in forma ele-
ctuarij, sunt sumendæ media nocte, & superdor-
miendum est vsq; ad diem, sed quæ accipiuntur
in potu, sumēdæ sunt in aurora, & nihil aut parū
est superdormiendū, sed statim quiescendum, &

A postea ambulandum: quia scimus, quòd medici-
na, quantumcunq; sit debilis, nō operatur in hu-
morem, nisi prius natura ipsam deduxerit de po
tentia ad actū, & ideò quiescendū est super ipsam
assumtam, quousq; appropinquet tempus ope-
rationis, & tunc mouendum est corpus hincinde
non laboriosè, nec in loco valde calido, nec val-
de frigido. Si enim vis educere helleborum, mo-
ue corp⁹ nec dormiatur aliquo modo, donec me-
dicina suam perfecerit operationē, quia somnus
B fortes euacuationes retinet.

Quosdā oportet cibare ante operationē cōpletā pharmaci.

¶ Et similiter nō est
comedendum nec bibendum, donec medicina
suam perfecerit operationem: sunt autem quidā
debilis naturæ & raræ complexionis, qui nō pos-
sunt esse sine cibo, quousq; medicina suam perfe-
cerit operationem, & isti debent ante assumtionē
medicinæ comedere aliquid subtile & leuis dige-
stionis, tales etiam postquam medicina cœperit
operari, possunt aliquid comedere styptici, quod
stomachum confortet, & medicinam ad inferio-
C ra deponat: sed nisi necessitas cogat, cibus & po-
tus totaliter dimittātur, quousq; medicina suam
perfecerit operationem.

Signum completa operationis pharmaci.

¶ Scimus autem medi-
cinam compleuisse operationem ex eo, quòd vi-
demus mutationem in egestionibus ad humorē,
cui medicina adhibita, non est appropriata, &
tunc potest pharmacatus cibari. Item aliud signū
est, quando medicina à natura expellitur cum e-
gestionibus: nam postquam medicina sufficien-
ter est operata, natura ipsam emittit. Aliud signū
D est sitis, quam scimus non euenire ex pharmaci
acuitate, nec humoris, nec cōplexione stomachi.

Lauatiuum dandum.

¶ Tunc enim quando percipimus pharmacum
appropinquare ad operationis medicinæ termi-
num, bonum est vt pharmacatus bibat aliquod
lubricans lauatiuum, sitis sedatiuum, & repres-
siuum, medicinæque expulsiuum, & huiusmodi
est aqua hordei calidissima, hæc enim est lauati-
ua, repressiua, lubrica, & sitis sedatiua.

Cibatio.

¶ Et tunc
post horam comedat cibum facilis digestionis, bi
E bat vinum lymphatum calidum, nihil enim sus-
cipiat actu frigidū, & dimittat illa die omnes fru-
ctus frigidos, humidos & laxatiuos, specialiter
ante cibos crudos, & debilitantes stomachum. Si
forsan medicina fuerit multum acuta, & pharma
catus complexionis multū calidę, & tempus cali-
dum, nullo modo bibatur vinū, sed loco vini bi-
batur mellicratum, aut aqua saccharata, aut aqua
cocta à vino paucissimo, & debilissimo alterata.
Si tamē pharmacatus fuerit vehemēter purgat⁹,
F & vereamur super purgationē, nullo modo bibē-
dum est mellicratum, nec aqua saccharata, nec si-
mile, quod possit ventrem laxare, sed succus cy-
doniorum inspissatus per decoctionē cum aqua
ferrata, aut aliquid simile.

Si medicina non operatur.

¶ Interdum aūt contin
git, quod medicina non operatur, aut quia medi-
cina est debilis, aut quia corp⁹ est debile, aut quia
ventositas grossa est in stomacho, q̄ subleuat cor-
pus medicinæ, vel quia viæ intestinorū sunt opi-
latæ, si igitur videam⁹ medicinā nō operari, quia
G virtus est debilis, fortificāda est virtus cum cibo
subtili lubrico, & postea exhibeatur aqua nō mul
tum frigida. Si autem medicina sit debilis, damus
aquā frigidam non nimis frigidam, & deinde da-
bimus aliqua compressiua pontica, sicut cydo-
nia & pira: hęc enim medicinā ad inferiora depo-
nunt.

nunt. Si autem ventositas sit in causa, aut consti-
patio intestinorū, tunc clysteres cōpetunt, & dis-
soluentes ventositatem. Si autem Medicina non
operetur, & declinet ad superiora, generet mor-
sus, cordis angustiam, ęstuationē & motum spas-
mosum, prouocādus est vomitus; & si viderim⁹,
quòd declinet ad inferiora, præmittantur clyste-
res attractiui fortes. Amplius talium medicinarū
malitia corrigit potus aquæ vehementer frigidæ,
& balneatio in ea, propterea quòd frangit acuita-
tem eius, inflammationem & serositatem, etiam
ad idem valent species, quia tales medicinæ sunt
de genere venenorum: sed super omnia, quando
medicina nō euacuat, confugiendum est ad cly-
steres. Si autē cum his omnibus medicina in cor-
pore remanserit, accidentia mala multiplicētur,
medicina & materia moueatur, fienda est phlebo
tomia ex saphena, postea ex basilica. Vomitus au-
tem magis ex vsu sunt, quando medicina generat
cordis morsum, nauseam, singultum, & præfoca-
tionem, nec tamen sunt contemnendi clysteres:
huic enim remedio confisus sum, & bonum effe-
ctum inueni. ¶ Interdum etiam contingit, quòd

Si medicina nimis purget.

pharmacia euacuat plus quàm oportet, & tunc
primò studendum est, vt medicina à corpore ex-
pellatur, secundò vt intestina cōfortentur, tertiò
vt materia diuertatur, quartò vt totum corpus,
specialiter cor & spiritualia membra cōfortentur.
Hîc etiam in fluxu forti exhibenda sunt narcoti-
ca stupefacientia, & materiam coagulantia. Pri-
mum perficitur cum aqua hordei calidissima, cū
mucilagine, seminis psyllij aut cydoniorum in
potu data, quia virtutem medicinæ laxatiuæ de-
bilitat, & ipsam à corpore expellit: igitur etiam
& in isto casu non est primò contentiua intesti-
norum confortanda. Secundū autem perficitur,
scil. quādo talis superflua euacuatio nō est ꝓpter
medicinæ pręsentis fortitudinē, sed propter con-
tentiuæ intestinorū debilitatē, cum stypticis int⁹
assumtis & foris admotis. Intus sumitur miua cy-
doniorum aromatisata, foris admouetur oleū ro-
satum, masticinū & myrtinū. Tertium perficitur
s. diuersio fluxus, verbi gratia: possibile est, quòd
materia fluat ad intestina ab omnibus membris,
& tunc fricationes & balnea multum conferunt,
eadem ratione interdū competunt diuretica, in-
terdum etiā vomitus: hæc omnia diuertunt ma-
teriam ab intestinis. Quartum perficitur. s. con-
fortatio virtutis, quia medicina laxatiua interdū
euacuat vltra debitum superādo virtutes corpo-
ris naturales, & vitales, tunc studēdum est, in tali
casu virtutis confortatione, cum appropriatis he
paticis, stomachicis, cordialibus & capitalibus.
Quintum verò perficitur, cum somniferis & stu-
pefacientibus, retinentibus euacuationes fortes
magna vrgente necessitate, ideò non est malum
dare aliquam opiatam ad immobilitandum ma-
teriam, & ad stupefaciēdum animalem virtutem,
hoc tamen est faciendum cum magna cautela. Et
hæc breuia sufficiant de medicinis laxatiuis.

De Vomitu in regimine sanitatis,
Cap. XLIII.



VAMVIS homines simpliciter sani, &
à tempore non indigeant vomitu, tamē
homines, in quorum stomachis multi-
A plicatur phlegma, & cholera per vomitum ab æ-
gritudinibus præseruantur & in propria sanitate
cōseruantur. ¶ Si igitur huiusmodi homines vo-
mitu vtantur, secundum quod expedit, eorū sto-
machus à superfluitatib. mūdificatur, digestioq;
efficitur melior & corpus renouatur, caput etiā
& sensus alleuiantur, visus acuitur, econtra si fiat
vomitus immoderatè, & vbi non oportet, corpus
desiccabitur, nocebitque hepati, pectori, oculis &
pulmoni, venas quādoq; scindit & rūpit, ex quo
B passio hemoptoica causatur. ¶ Debet autē vomi-
tus fieri bis in mense, in regimine sanitatis homi-
num prædictorū, nec debet talis vomitus fieri sto
macho vacuo, qa esset laboriosus nimis, sed post
cibi abominabilis repletionē, & diuersæ naturæ
habentis quodammodo incisiuā & abominabilē
virtutē: nec debet fieri frequenter, ne stomachus
corrumpatur, & eius virtus destruatur, sic debet
obseruari certus numerus dierū inter vomitum
vnū & aliū. Vnde habentes collū longum, pectus
C strictum, humeros eleuatos ad modū alarū, crura
tortuosa, tales, inquā, vtantur vomitu ad conser-
uandū sanitatē. ¶ Et quia oculi multū læduntur
interdū vomitu, cū aliquis vomere voluerit, duos
panniculos in rotūditate circumuoluat & super
oculos clausos ponat, cū alio panno lato optime
liget, nec auferatur, donec vomitus compleatur,
tunc facies aqua ros. est abluēda in hyeme, adden
do aliquantulū ligni aloes, & os abluendū est hy
dromellite, aut syrupo acetoso, & non est come-
D dendū statim, sed tardet comestionem, donec fa-
mes sit fortis. Si contingat sitis, sedetur cū syrupo
cydoniorū, & nō cum iulepo aut syrupo acetoso,
quia incitarent ad vomitū, comedant carnes pul
lorum facilis digestionis. Hæc breuia sufficiat de
vomitu, prout competit in regimine sanitatis.
¶ De vomitu autem laborioso, qui fit ieiuno sto-
macho, & cum fortibus medicinis, nō est hîc de-
terminandum, quia non competit sanis corpori-
bus, & si interdum forsan competeret ad præser-
E uandum ab aliquibus malis ægritudinibus, est
eadem ratio, sicut de medicina laxatiua laborio-
sè ducente & effrænatè.

De Clysteribus, & diuersitate eorum,
Cap. XLIIII.



VIA homines sani sæpè, & sæpi⁹ cly-
steribus vti consueuerunt, similiter
suppositoriis, determinandum est de
eis breuiter, quātum spectat ad sani-
F tatis regimen. ¶ Sciendum est igitur, quòd ho-
mines, in quibus, seu in quorum intestinis fæces
indurari cōsueuerunt, propter quam induratio-
nem potest colica causari, similiter in quorū vis-
ceribus solent vētositates multiplicari, aut phle-
gma mucilaginosum: vel ad quorum intestina
cholera pauca deriuatur, incitans expulsiuam, ta
les inquam indigent in sanitatis regimine clyste-
ribus remollitiuis fæcum, aut carminātibus ven-
G tositatem, aut euacuantibus phlegma, aut contra
defectum mordicationis choleræ non mistæ: in-
terdū etiā fiunt clysteres alios humores euacuan
tes, aut mundificātes vlcera, aut ea consolidātes,
aut vētris fluxū restringētes, aut attrahētes à re-
motis, & impinguātes, sed qa talib. nō vtimur in
sanitatis regimine, de his penit⁹ nulla fiet mētio.

Regulæ. ¶ Et nota, quod multæ sunt regulæ obseruandæ circa administrationem clysterium. ¶ Prima regula est, quòd clysteres maximè fiunt ad euacuationem fæcum intestinorum, cōsumtionem ventositatum in eis, & similiter in renibus: vnde suspecti de colica & passione renū, specialiter ventosa, maximè debent vti clysteribus: quia clysteres immediatè euacuant ab intestinis inferioribus, & renibus, & ex cōsequenti ab intestinis superioribus. Euacuant igitur ab inferioribus, & eradicant à superioribus per quandam colligantiam inferiorum ad superiora. ¶ Secunda regula est, quòd clysteres fortes non debent fieri si materia sit indigesta. ¶ Tertia regula est, quòd clysteres nullo modo imponendi sunt cibo existēte in stomacho adhuc indigesto, quia attraheretur cibus indigest9 ad intestina & ad hepar. ¶ Quarta regula est, quòd clysteres non sunt nimis vsurpādi, ne natura debilitetur. ¶ Quinta regula est, quòd quando exhibetur clyster propter renes, clysterisandus debet esse supinus, & propter intestina econtra. ¶ Sexta regula est, quòd non debet fieri clyster tempore calido, nec hora calida, sed eligi debet hora aliqualiter frigida. ¶ Septima regula est, quòd nō debet fieri balneum ante clysterem, ne in corpore fiat motus, agitatiuus. ¶ Octaua regula est, quòd q sunt suspecti de hæmorrhoidibus, & similibus passionibus ani, non debent vti clysteribus. ¶ Nona regula est, quòd si quis vereatur, ne clyster retineatur, poni debet in circuitu ani auena calefacta aut miliū calefactū. Quæ autem sit materia clysterium scitur ex aliis.

De Suppositoriis, Cap. XLV.

CONSEQVENTER de suppositoriis, quibus sani interdum vtūtur, dicendum. Sunt aūt suppositoria quædam leuia non acuta, puta suppositoria facta ex melle & succo mercurialis, vel ex sapone gallico, aut ex succo caulis, & similia: sunt alia his fortiora, scil. facta ex melle, acuata cū scamonea, aut euphorbio aut colocynthide, & similibus. Prima quidem suppositoria ordinantur ad vētrem remolliendum, secunda ad attrahendum materiam à remotis, specialiter à partibus superioribus. Prima igitur suppositoria magis competunt in regimine sanitatis, quàm secunda.

De Pessariis, & diuersitate eorum, Cap. XLVI.

DE pessariis autem sciendum, quòd sic se habent ad matricem, sicut suppositoria ad intestina. Interdum aūt fiunt ad menstrua prouocanda, ad mundificandam matricem, aliquando ad restringendā matricem, & interdum ad confortandam matricem, vt disponatur ad cōceptum. Horum autem materia scitur ex libris particularibus, ideò hic cum Dei laude huic operi finem impono, à quo reperi, recepi gratiam, doctrinam & perfectionem.

ARNALDI DE VILLA NOVA REGIMEN SANITATIS AD INCLYTVM Regem Aragonum.

De Aeris electione, Cap. I.

PRIMA pars, vel consideratio sanitatis conseruandæ pertinet ad aeris electionem: nam inter ea, quæ necessariò contingūt humanum corpus, nihil est, quod immutet fortius ipsum, quàm id quod per os, & per nares ad cor, & ad arterias inspirando peruenit cum qualitatibus suis, & p omnes arterias immiscetur spiritibus cordis, per quos omnes actiones vitę corporalis perficiuntur. Ideò regalis prudentia, quæ propriæ sanitatis conseruationi studere debet propter salutem regni, nunquam negligat, quantum facultas concedit, eligere aerē tàm in partibus regni, quàm in mansionibus locorum, qui ad salubritatē & puritatem declinat. Nam cùm in ea parte regni eligit diutius habitare iuxta differentias partiū anni, in qua salubrior seu purior viget aer, dupliciter prouidet vtilitati communi. Primò quidem in conseruatione proprię salutis, à qua deriuatur salus totius multitudinis, cui præest: secundò verò quoniam prouidet sanitati multitudinis, quæ eò confluit. Non solùm autē corpori est accommodus aer purus, sed etiam menti: nam omnia mentis opera siue in apprehendendo, siue in iudicando, clariùs & perfectiùs exercētur in aere puriori. Ex qua consideratione conseruationis etiā nō modicè regis prudētia sublimatur, cùm p hoc publicæ vtilitati prouideat valde, in procurāda claritate cognitionis & industrię naturalis, non solū in mente propria, sed totius consilij. Vnde manat gubernationis influentia toti regno, ad quod bonum procurandum, quantum ei possibile fuerit, ipse rex obligatur ex propriæ maiestatis officio, cùm nō tantùm naturalib. documentis, sed quotidianis constent experimentis, quòd aeris impuritas, atque grossities ingenium hebetat, apprehensionē obtundit, iudicium obscurat, cogitationes infatuat, & obliquat affectiones. ¶ Ea igitur pars inhabitanda diutius eligatur, in qua fuerit in substantia purior aer, & in qualitatibus tēperatus iuxta differentiam temporis: nam in æstate quęrēdus est purus, & ex circumstantiis habitationis declinās ad moderatā frigiditatē, in hyeme cōtrarius omnino sit aer. Vbi aūt purus est aer, ibi ver & autūnus existunt in qualitatibus temperata. Sed quia frequēter contingit, quòd vbi purus est aer, subitis ventorū flatibus agitatur, ideò tunc corpus rarū de facili lęditur alterationib. repentinis, cū leuiter ad eius interiora penetret ventus maximè, si flauerit veluti per cannalem, ob id expedit in locis ventosis, densis vestibus operiri: sed cholericis atque sanguineis congruit vestis ex lino vel

Aer purus menti & corpori confert.

Rex oblig[illegible] ad pro[illegible] dum bon[illegible] regni.

vel ſerico intercluſa bõbace, nam talis veſtis ſanguinem nõ inflammat, nec æſtuare facit, & à ventorum ingreſſu partes ꝓtegit circumtectas. ¶ In manſione verò, quæ pręcipuè deputatur ſomno, cauendum, ne ſit aer concluſus, non habens libera ſpiracula, ſicut in aliquibus domibus teſtudinoſis, & quę parua & pauca habent ſpiracula, vel rheumaticis, ſicut in ſubſolariis, quorũ ſolùm nõ eſt pauimentatum: in talibus enim manſionibus aer eſt nimis groſſus & humidus, dormientes in eis multum grauantur in capite & in pectore, facit enim eos obtuſos, pigros, & ſomnolentos, constringit, anhelitum indurat faciendo reſpirationem difficilem, & vocem amputat, vel obſcurat. Propterea ſi neceſsitas vrgeat in tali domo iacere in hyeme, ſubtilietur & depuretur aer igne maximè facto ex ſarmentis vitis, aut roris marini, vel bruſci vel ſimilibus, ſcil. lignis non fumantibus, ſed facientibus flammã claram. Æſtate verò cuncta ſpiracula teneantur aperta, neq; ſolùm irrigetur, & in ea parte ſomnũ capiat, per quã liberiùs ingredi poteſt aer, ſi ſterni debet virentibꝰ plantis cauẽdum, ne ſint aquoſæ, vt iuncus groſſus, ſed bonæ & molles herbę, ſcilicet myrthus & ſalix aut ſimiles: & talis domus poterit in hyeme cum lignis iuniperi, vel cypreſsi, vel ligno aloes fumigari, aut thure: æſtate verò cum ſandalis, aut foliis myrthi ſiccis, aut virgis eius, vel roſis ſiccis, quibus etiam, ſi copia ſit, ſolùm ſternatur aut ſacelli repleantur ex eis, & collocẽtur iuxta puluinar lecti. ¶ Cùm autem frigus cogit vti igne, cauẽdum, ne nimis huic approximetur, aut diu ſedeat iuxta ipſum, maximè ſumto cibo & vultu oppoſito: nam rara corpora priuat ſpiritu, eorũ impedit digeſtiuam, hebetat viſum, acuit ſanguinem, cauſat vertiginem, ſed dorſo ad ignem conuerſo, eius beneficium moderatè ſumatur. Si verò fuerit vultu oppoſito, & maximè propè, conuenit aliquid igni & oculis interponere.

Stare multũ ad ignẽ nocet.

De naturali Exercitio, Cap. II.

POST conſiderationem aeris, conſideratio ſequitur exercitij, quod naturaliter debet refectionem præcedere, propter duo, quorum vnum eſt, quia calorem excitat naturalem, per quem eſt cibi digeſtio celebranda, vnde expedit vt cibus, ꝙ ſumitur, eum inueniat excitatum, & non ſopitum. Aliud eſt, quia ſuperfluitates corporis reſoluit & præparat expulſioni, quibus in corpore manentibus, natura membrorum ſuás nequit perficere actiones: etenim calorem naturalem obtundũt, & meatus impediunt, per quos debet alimẽtum tranſire. Vnde natura corporis impedita manet, donec ſuperfluitates cibi præteriti fuerint excluſę perfectè: quamuis groſſę ſuperfluitates, vt inteſtinales & veſicales, ab aliquibus corporibus egrediantur abſq; exercitio, tamen ſubtiles, quæ in poris cutis hærent, expellit, & quæ vtplurimũ aggregantur in lacertis membrorum, inter cutẽ, & carnẽ raró, niſi per exercitiũ forte, educuntur à corpore ſano, tùm quia raró ſudat, tum quia rariſsimum eſt, quòd aliquis ita parcè viuat, ſiue cibetur, quòd calor naturalis poſsit membrorum ſuperfluitates propter paucitatem cõſumere, vel quòd ita fortis ſit, vt poſsit quaſcunq; ſuperfluitates vaſtare. ¶ Congruit igitur ante cibũ exercitari, ſed comedẽtibus parum, ſufficit exercitium modicum, his autem qui copioſè reficiuntur, magis eſt neceſſariũ & econtra. Nam his, qui parum exercitantur ſufficit modica, leuisq; refectio, illis verò, qui multo & forti exercitio corporali vtuntur, copioſa & groſſa debetur refectio. His conſiratis prandio & cœnæ præmittatur exercitium moderatum, & vniforme: moderatum quidem eſt, ex quo alacrior quis efficitur, & membra etiã leuiora: nam ſi doluerint, aut inde fatigata permanſerint, proculdubio fuit immoderatum, & ideò cum fatigatio inchoat, ceſſandum eſt ab eodem. Vniforme verò dicitur, quando inferiora & ſuperiora proportionaliter exercitantur, ſiue ambulando, ſiue equitãdo, vel aliter exercitium peragatur. Vnde qui ambulando exercitãtur, debẽt aliquando inclinari ad colligendum manibus aliquid placidum, vel operandum. Equitans verò ſiue aſcendendo, ſiue deſcendendo, ſiue mouendo equum, nõ ſolùm pedum columnas, ſed dorſum mouet, manus, & brachia, maximè ſi venationi dederit operam: illa tamen in propoſito motus ſpecies ad exercitium eligi debet, per quã ſemper illæſa permaneat regalis maieſtas. Quapropter ludus pilæ, vel lancealis, aut luctæ cum coætaneis nullo modo Regiæ congruit maieſtati, quoniam perſonam ipſius cõtemtibilem reddit, & iſtud publicæ honeſtati nimium derogat.

De Balneo, Cap. III.

POST conſiderationem exercitij, conſideratio balnei ſequitur, quod defectum ſupplet ipſius. Nam in regimine ſanitatis illi ſolùm balneantur, in quibus propter omiſsionem exercitij & copioſam refectionem multitudo ſuperfluitatum aggregatur in lacertis & intercutaneis regionibus, aut illi quibus prę multitudine ſudoris in exercitio, vel alia cauſa, lotio corporis eſt neceſſaria: & ideò balneum ſtuphę competit primis ad prouocandum ſudorem, aliis verò balneum aquæ ad abluẽdum. Sed in propoſito neutrũ balneum locum habet: nam corpori temperato vel ſanguine abundanti ſi moderatè cibetur & moderatè exercitetur, nec congruit ſudare, nec neceſſarium eſt abluere ſudoris veſtigia. Quod ſi propter eius exercitium ſudoris prouocatiuum aliquando ſequeretur neceſsitas abluendi, cauendum eſt ne corpus immergatur aqua notabiliter calida, ſed ſit tepida velut illa, quæ ſolis feruoribus in æſtate caleſcit & quæ vnico feruore bullierit.

De ablutione Pedum & Capitis, Cap. IIII.

COLVMNAE tamen pedũ ad conſeruationem ſinceritatis viſus auditus atq; memoriæ, ſæpe lauentur & fomententur cum aqua moderatæ caliditatis, & talis lotio fiat veſperi in introitu lecti diebus illis, in quibus cœnare non contingit. ¶ Lotio verò capitis non tardetur vltra viginti dies, nec in hebdomada plus, quâm ſemel fiat, & nunquam ſtomacho repleto, ſed ante prandium vel longè poſt ipſum, & ante cœnam, ſi proponatur cœnare.

De consideratione Refectionis, Cap. V.



POST consideratiōnē exercitij & balnei sequitur consideratio refectionis dupliciratione, quarū prima est, quoniam exercitiū corpus inanit, & inanito corpori debetur refectio: secunda verò est, quoniam exercitium inaniendo prouocat appetitum cibi, qui nominatur fames, quæ nihil aliud est, quàm pręco naturæ ad indicādum necessitatem cibationis. De corpore namq; sano tunc certum est, quòd indiget cibo, quando manifestè famescit: & ideò specialiter habentibus temperatū corpus & sanguinem abundantem prę aliis, non expedit sumere cibum, donec esuriant. Natura enim membrorum non amplectitur, quod non appetit, sed respuit ipsum, ideò cibus qui sumitur sine appetitu naturę velut grauis sarcina fertur à stomacho, & ab aliis membris. Propterea magis corrumpitur in eis, quàm conuertatur in ea, cùm natura respuat ipsum, non in suam substantiam conuertit. Quamobrem patet ex his, quòd sanis corporibus in qualibet parte anni nulla secundū naturam est alia congrua hora cibationis, siue in prandio, siue in cœna, nisi quando natura comedere appetit: & hoc testatur, quòd vulgaris obseruantia tempestiuè cœnandi nō habet in sanis existentiam rationis, sed ex leui conceptu manauit imperitorum, & obseruatur ex indiscreta cōsuetudine populari. Sumēdus est igitur cibus appetente natura, nec debet sumtio eius retardari, nisi sanctæ cōstitutiones ecclesiæ vel honesta occupatio aut religiosa deuotio quandoque cogant ipsam esuriē tollerare. ¶ Debet etiā taliter mensurari cibatio, ne stomachus tensione grauetur: sicut enim nocet cibus sumtus ante tempus prædictum, sic etiam nocet, si sumatur immoderatè, vnde expedit, vt duo vitentur: Primū est imperfecta masticatio, per quam fit magna naturæ iniuria, cùm non reddatur ei, quod ex prima institutione ei debetur. Ad hoc enim dētes sunt à natura ordinati, vt perfectè cibus comminuatur antequam trāsmittatur ad locum digestionis. Cùm ergo cibus non est liquidus, aut per artificiū comminutus, valde naturam sui corporis defraudat, qui suis dentibus perfectè non conterit: nam aptitudo cōterendi, nec stomacho, nec cęteris mēbris interioribus est cōcessa. Quapropter necesse est, vt lędantur à cibo imperfectè masticato, cùm nequeant supplere defectū contritionis. Læduntur autē à cibo imperfectè masticato dupliciter. Primò quia plus inde sumitur ex quadam deglutiendi voracitate, secundò quoniam cibus deglutitus imperfectè digeritur, & per cōsequens corpus ad multas præparat passiones: ideò voraces frequenter ægrotant, & nunquam ad naturalem perueniunt senectutem. ¶ Secundum aūt, quod metu refectionis immoderatę debet vitari est varietas ferculorum in vna mensa, & maximè si fuerint delicata, citius enim laxatur & deficit appetitus in sumtione vnius cibi, quàm diuersorum, quoniam blandimenta saporum prouocant eum ad plus sumendum, quàm stomachus possit digerere. Præter hoc etiam quando diuersitas ferculorum est tanta, vt vnum sit facilis, reliquū verò difficilis digestionis, necessarium est, vt debita

Hora vera cibi est appetitus.

Cibus bene mensurari debet nec eo grauari debet stomachus.

Diuersos cibos simul sumere est malū.

nutritio membrorū impediatur: quia cùm prius digeratur vnum, quàm aliud, & cùm misceantur adinuicem, aut cum digesto delabitur indigestū, aut si vsq; ad perfectam digestionem alterius remāserit, corrumpetur, veluti si carnes pullorum, & vaccinæ simul decoquerentur. Accidit etiam, quòd quando fercula varia multa sunt numero, duobus modis perfectio impeditur digestionis: primo quia comedens ad frequētius potandum inducitur, frequēs autem potus digestionem impedit, quemadmodum quando frequēter superfunditur aqua ollæ impedit eius feruorē: secundò quia inter primum ferculum & vltimum magnum est interuallum, ꝑpter quod inchoata digestio primi à cruditate superuenientium impeditur, quæ omnia nocumenta vitantur per sumtionē vnius ferculi tantùm, aut duorum ad plus, dum tamen inter ea non cadat notabile interuallum, & quòd non sint valdè diuersa, quantum ad habilitatem digestionis. Et ideò qui paucis cibis vescuntur, ad extremam & mūdam perueniunt senectutem, qui verò studēt multitudini ciborū, vel ante senectutem extinguentur, vel eorum senectus intempestiua erit & valde immunda, sicut inhabitantibus septentrionales partes frequēter occurrit. ¶ Non solùm autem mora refectionis, & quantitas, sed etiam qualitas ciborum debet attendi, sic scil. vt illi sumantur, qui corpori congruunt secundum exigentiam naturæ ipsius, & temporis, & qui nō congruunt, euitentur. Vnde qui naturaliter dispositus est ad patiendū fluētes hæmorrhoides, & pulsantes, vitare debet acuta, salsa, nimium dulcia, & quæcunq; constipant, de quibus infra dicetur in speciali. ¶ Nunc autē conuenit de regimine potus in generali tractare, circa quod natura breuem præbet sanis corporibus regulam, scil. vt potetur, quādo ipsa requirit, hoc est, quando veram sitim aliquis patitur. Tunc est autem vera sitis, quando in ore stomachi percipitur æstuatio, quod nunquam in sanis corporibꝰ, nisi sumto cibo contingit, vnde cùm talis sitis est manifesta, sumēdus est potus & sobriè, qualis naturæ corporis & temporis debetur. Est etenim in proposito cauendum, ne sit vinum acutum, vel ligneum, aut grossum, & dulce: sed in æstate albū vel roseum, in hyeme subrubeum, in substantia semper clarū atq; subtile, cuius sapor est simplex, amicabilis, & odor suauissimus. Ex talibus eligātur semper debiliora, quæ minus possunt tolerare aquæ misturam: corporibus enim temperatis, sanguineis, & cholericis vtilius est bibere vinum debile naturaliter cum modico aquæ, quā vinosum, fractum cum multa aqua. Sic igitur in proposito patet, quòd expedit omninò vitare vina, quę conficiuntur gypso, vel calce, vel quę conseruantur in vasis pice linitis. Et eadē ratione vitandum est nectar, nisi conficeretur secundum formam inferiùs positam. Patet etiam ex prædictis, quòd vinum nouum perfectè clarificatum est in proposito veteri semper vtilius. In siti verò mendosa, in quā non æstuat orificium stomachi, sed guttur arescit, vel os aut palatum ꝑpter puluerem aut motum aut aeris calorem, & siccitatē, nō expedit bibere, sed sufficit gargarisando vino bene lymphato, aut aqua prędictas partes humectare, vel emūdare, vel si magis placeret succosos fructus

Conuenientia præeligenda.

De potu in siti vera & mendosa.

fructus masticare, & abiicere, vel modicum succi deglutire, ꝓpter gutturis ariditatē, erit expediēs.

De Somno & corporis tranquillitate, Cap. VI.

POST refectionem naturali ordine quiescere conuenit atq; dormire: cibus enim ad hoc recipitur, vt digeratur, & digestus conuertatur in membrorum substantiam. Digestio verò cibi, & maximè in stomacho, vbi accipitur cum totalitate suæ deformitatis ad mēbra, nequit cōpelli, nisi calor naturalis, per quem digestio celebratur, quātum possibile est, coadunetur circa locū digestionis. Quapropter moderatè refectis nō cōuenit sumto cibo deambulare vel laborare vel etiam vigilare, maximè si corpus eorum nō abundauerit naturali calore, quoniam in motu & labore distrahitur calor ad membra, q̄ motu exercitantur. Similiter in vigilantibus, dato quòd non moueantur pedes & manus: nihilominus ad organa sensuum, & ad ipsum cerebrum, vbi meditationis operatio exercetur, calor naturalis distrahit, quoniam sine ipso nulla vitę opera possunt in corpore perfici. Quæ omnia rectè considerantes Philosophi, dixerūt vnanimiter, quòd potior hora maioris refectionis ad conseruandam sanitatem est vespertina, propterea quòd nox refectioni succedit, ex qua tria bona proueniunt necessaria digestioni perficiendæ: Primum est frigiditas aeris, etenim in aere frigido fortior est digestio, quàm in calido, quoniam per frigiditatem aeris cōcentratur calor naturalis, & per calorem ipsius aeris disgregatur versus exteriora: vnde homines vt plurimum comedunt plus in frigidis habitationibus, & in hyeme. Secundum est tranquillitas mentis & corporis, quoniam noctu cessant meditationes & occupationes diurnę. Tertiū est somnus quietus, nam sub silentio noctis, nec strepitu nec clamorib. interrumpitur, nec occupationibus impeditur, nec luce feriēte oculos breuiatur. ¶ Igitur qui moderatè reficitur sumto cibo, sedeat & quiescat, tàm mēte quàm corpore, & sedendo audiat non amara, neque subtilia, sed placida, quæ fuerint facilis intellectus, vt sunt regū & sanctorum historiæ, vel musicæ melodiæ: cùm autem somnus aduenerit, protinus dormiat. Sed in die, maximè in æstate dormiendum in loco frigidiori, obscuriori, & maximè tranquillo, dum tamen nō sit rheumaticus. Pedes quoq; discalcientur, & cooperiantur: nam dormire calciatis pedibus & tibiis, maximè in æstate, fumos reflectit, corpus æstuare facit & inquietari, propter quod impeditur digestio, visus obscuratur, & mens hebetatur. Cooperiendi verò sunt, ne nimiū infrigidentur. ¶ Et similiter caput in somno plus, quàm in vigiliis est cooperiendum: nam cùm calor naturalis in eo coadunetur circa mediam corporis regionem, extrema manent modico calore munita, ideò tunc facilius possunt à frigore lędi, maximè si sit aer frigidus, quasi per canalem propulsus à ventis, percutiet membra. Propterea cauendum est, ne in directo capitis fenestra vel spiracula sint aperta. ¶ Qui sani sunt corpore, debent in primo somno supra dextrum latus dormire, vt hepar, quod circa corpus abundat naturali calore, subiaceat stomacho, tāquam ignis suppositus lebeti. Cùm autem fuerit primus somnus expletus, non est necessarium his, qui temperatè reficiuntur, amplius dormire. Sed si quandoq; plus debito sumeretur, aut aliquid quod esset graue ad digerendum, tunc dormiens non excitetur à primo somno propter perfectionem digestionis, sed propter stimulum superfluitatis aggregatę in membris, sicut vrinæ in vesica, vel fumorum in lacertis, aut screatus in pectore, vel similium, quibus expulsis vrinādo, vel tussiendo, vel membra extendendo adhuc expediēs erit ad somnum redire, quod perpendetur ex pōderositate capitis, & grauedine palpebrarū, & tunc ne fumus conclusus hepar supercalescat, conuenit iacere super latus sinistrum. Nam cibo ferè digesto multo minor calor sufficit ad perficiendam digestionem, quàm crudo. Supinus autem nunquam debet sanus dormire, ne superfluitates, quę fluunt ad palatum & nares refluant ad cerebrum, & submergant memoriā, sed excitatus à somno, potest stare supinus, & parum quiescere ad membrorum æstuationem, & maximè iuncturarum spinaliū. Similiter sanis & stomachum habentibus calidum, vel temperatum, non expedit supra vētrem dormire propter ceruicis cōtorsionem, & stomachi compressionem. Illis verò, qui stomachi frigiditatem percipiunt, necessarium est, vt supra mollissima puluinaria ventrem collocent, & vt ingenientur quanto minus poterunt collum torquere, licet melius esset ventri ceruical mollissimum & calidum applicare, & brachiis amplectere, vel cum lata fascia linei panni firmare, vt in somno adhęreat. ¶ Sicut autem qui moderatè reficiuntur, non expedit sumto cibo deambulare, sic est immoderatè refectis expediēs prius, quàm dormiant, deambulare suauiter tam diu donec depressum fuerit pondus orificij stomachi, & cum omnis refectus debeat in somno tenere caput, & pectus cæteris partibus altiora, magis tamen hoc expedit immoderatè repletis, ne regurgitante cibo grauetur orificium stomachi, & per consequens caput & membra spiritualia. ¶ Somno itaque expleto studendū est, diligenter emundare corpus à superfluitatibus multiplicatis in eo, non solùm per secessum, aut vrinando, sed etiam per alias partes, vt tussiendo, spuendo, nares mungendo, caput pectinando, & faciem ac manus cū aqua tepida semper lauando. ¶ Coitus etiam qui ad naturæ commodum ordinatur, exerceri debet expleto somno, & existente corpore temperato. His autem quorum iuncturæ sunt debiles, aut hæmorrhoides, siue cœcæ siue apertæ molestæ sunt, cauendum est diligenter ne famelici coeant vel immediatè pòst repletionem, maximè si stimulꝰ voluptatis excitaretur ad hoc studiosè: natura enim semper expectanda est, vt ipsa sponte requirat, & ex debitis interuallis, vt natura possit effundere semen absque dissolutione corporis, & tormento. Violentus enim motus est cunctis hominibus cum terrore vitandus, quoniam omnes vires corporis amputat, & in extremam præcipitat senectutem.

Super cibum sumtum quiescendū & dormiendum.

Noctu tria sunt digestioni necessaria.

In somno pedes & caput cooperienda sunt.

Super quod latus dormiendum.

Super cibum immoderatè sumtum deambulandū.

Post somnum corpꝰ à superfluitatibus emundandum.

De accidentibus Animi, Cap. VII.

SVPRADICTIS igitur per ordinem
obſeruatis, ſcire cõuenit inſuper, quòd
animi accidẽtia corpus efficaciter mu
tant, ſeu alterant, & in operibus men-
tis faciunt manifeſtam impreſsionem: ideò quia
nociua ſunt, debent ſtudioſè vitari, ſpecialiter ira
& triſtitia, quoniã ira ſupercalefacit omnia mem-
bra, & propter feruorem cordis omnes actus ra-
tionis confundit. Ideò cauendæ ſunt eius occa- B
ſiones, niſi quantum ex pręcepto rationis aduer-
ſus illicita concitatur. ¶ Triſtitia corpus refrige-
rat & exſiccat, propterea maciem & extenuatio-
nem inducit: cor cõſtringit, ſpiritus obtenebrat,
& ingroſſat, ingenium hebetat, apprehenſionem
impedit, iudicium obſcurat, & obtundit memo-
riam, ideò vitanda ſunt eius obiecta, niſi quãtum
ratio perſuadet ad deteſtationem vitiorum, &
mẽtis pulcritudinem reformandam. ¶ Qui verò
multis curis & ſolicitudinibus diſtrahuntur, & C
cerebro punguntur, gaudio ſæpe vacare debent,
& honeſtis ſolatiis, vt animus refloreat, & ſpiri-
tus recreentur.

De Nutrientibus, ſcilicet Cibo & Potu, Cap. VIII.

POST generalia, conuenit ſpecialiter lo-
qui de nutrientibus, & remediis contra
lapſus. Et inter nutriẽtia primò de cibo,
ſecundò de potu: ſed quia ciborum qui- D
dam ſumuntur in alimentum, quidam verò in ſa
porem, & condimentum, ideo prius erit ſermo
de alimẽtis. Quorum quædam ſumuntur ex ter-
ræ naſcentibus, quædam verò ex animalibus, li-
cet animalia dignitate priora ſint plantis, tamen
quia materia ſunt animalium, ideo quòd nutriũ-
tur ex eis, ideo terrę naſcentia priora ſunt anima-
libus per naturam & ratione nutritionis. ¶ Ex
terræ verò naſcentibus aſſumuntur in alimẽtum
quinque, per ordinem. Primò ſcil. grana panifica, E
vt frumentum, hordeum, ſiligo, milium, auena,
panicum, & riſum: ſecũdò legumina: tertiò fru-
ctus: quartò folia, ſcil. olerum & herbarum: quin-
tò radices, vt ſunt porri, cępæ & cætera, quæ ſub
terra ſuſcipiunt incremẽtum. ¶ Frumentum au-
tem coctum frequentari non debet, quoniã lum-
bricos multiplicat, obſtructiones generat, diſpo-
nit ad calculũ in renibus, & veſica. Similiter pul-
tes de farina frumẽti, & quicquid fit de paſta fri-
xa, vel elixa. Idem iudicium eſto de tritico, & de F
amido, licet ſit leuius cæteris, temperato tamen
corpori non expedit iſtis vti, & ſi fortè diebus ie-
iuniorum interdum placuerit ſumere, condian-
tur cum multo lacte amygdalarum, & prius for-
titer coquantur. Simula verò minus prædictis o-
mnibus eſt nociua, & adhuc colatura furfuris mi
nus, quę ſi prius cũ multa coquatur aqua, deinde
cum multo lacte amygdalarum, erit in diebus ie-
iuniorum temperatis, atq; cholericis cibus leuiſ-
ſimus, & etiam vtilis. ¶ Vtilius tamen erit fercu- G
lum factum ex hordeo mundato, prius cocto vſ-
que ad rupturam, deinde loto cum aqua frigida,
poſtmodum piſtato, & cocto cum multo lacte a-
mygdalarum, vſq; ad mediocrem denſitatem: ta-
lis enim cibus eſt valde conueniens patientibus

Frumentum coctum.

Colatura furfuris.

Ferculum ex hordeo.

A hęmorrhoides pulſantes. ¶ Simili modo fieri de-
bet ferculum ex auena mundata, ſi placuerit ma-
gis: licet ſit minus vtile, quàm prædictum. ¶ Fer-
culum autem ex riſo ſi fiat cum multo lacte amy-
gdalarũ, ſemper eſt vtile corporibus temperatis,
ad vitandum tamen ventris conſtipationem vl-
timò debet ſumi. ¶ In prædictis omnibus eſt ca-
uendum, ne vetuſtate ſint corrupta, vel appro-
pinquent corruptioni, ideò farina, furfur & ſimu
la, & tri, quę plus, quàm ſeptem menſibus fuerint
B reſeruata, vitari debent à corporibus temperatis,
atq; cholericis, & amidum ſi plus quã duodecim
menſes habuerit, & riſum, ſi plus quàm decem &
octo menſibus fuerit extra corticem reſeruatum,
& maximè in regionibus calidis. Generaliter ve-
rò ſi prędicta omnia fumoſi odoris percipiantur,
vel acuti ſaporis, aut terrei, ſemper ſunt vitanda.

Ferculum ex riſo.

Vetuſta vitanda.

De vſu Panis, Cap. IX.

C PANIS ſemper debet eſſe mediocri-
ter fermentatus, parum ſalſus, & ne-
quaquã farina imbibitus: ad euitan-
dum cõſtipationem prodeſſet, vt ſex-
tam vel ſeptimam partem furfuris cõtineret, mo-
dò nõ ſumatur calidus, vel induratus. Si verò ne-
ceſsitas vrgeret aliquãdo veſci bis cocto, ſumatur
in principio remollitũ in pingui brodio, ſiue fue-
rit pinguedo carnium, aut dulcis olei, aut amy-
gdalarum: Et in diebus carnium fruſtum lardi
D cum eo ſumatur, vel aliqua ventrem humectãtia,
ſeu mollificantia, de quibus infrà dicetur.

De Leguminibus, Cap. X.

LEGVMINA nunquam congruunt
temperatis corporibus, quamdiu ma-
nent in ſanitate, propterea cõuenit in
propoſito, vt eorum ſubſtãtia vitetur
& maximè ſiccorũ. Sed ſi de recentibus aliquan-
do placuerit ſumere gratia nouitatis, expedit, vt
E coquantur cum zingibere, & croco, in fine con-
diantur cum lacte amygdalarum, niſi cũ pingui-
bus carnibus coquantur, quia tunc non oporte-
ret addere lac amygdalarum. Inter cætera legu-
mina minus nociua ſunt ſanis corporibus piſa
rotunda, ciceres & fabæ: & iſtorum etiam trium
minus nociua ſunt piſa rotunda, & alba. Genera-
liter autẽ, quæcunq; ſicca ſine carnibus ſunt pręparata, debent cæpæ rotundæ & albę comminu-
tæ frigi cum dulci oleo, & eis adiungi: vltimo
F lac amygdalarum, & hoc eſt maximè neceſſariũ,
ſi faba debet comedi, & præcipuè ſi fiat ex faba
fracta. ¶ Legumina verò, quæ cum lacte anima-
lium præparantur omninò vitanda ſunt in pro-
poſito, ſed in quadrageſima, quãdo eſt diuturnus
vſus obſtruentium alimentorũ, vt piſcium & po-
lentarum, vtile eſt ad conſeruationem ſanitatis
in principio refectionis, interdum ſumere puretá
cicerum, aut piſorum. Et hæc eſt illa aqua, quam
ſapientes commendant, ſcil. vt piſa vel cicera in
G aqua dulci remolliantur per noctem, & in eadem
ſequenti die bulliãt duobus aut tribus ebullitio-
nibus, colentur, colatura reſeruetur, & appro-
pinquante hora refectionis addatur parum vini
albi, & modicum de puluere ſpicænardi, croco &
ſal immoderata quantitate, deinde vnica ebulli-
tione

Puretá aqua remollitionis cicerum aut piſorum.

tione bulliat, & propinetur in principio refectio-
nis vel ad potandum, aut si magis placuerit, fiant
offæ. Tale namque brodium aperit, mundificat
venas capillares hepatis, & vias vrinales, ideò
præseruat à calculo, & ab arenis, præcipuè si pisa
vel cicera remolliantur, & coquātur in aqua prę-
dicta, cum petroselino. Vulgares autem nimis de-
cipiuntur in eo, quòd credunt hác vtilitatem in-
esse brodio cicerum remollitorū in lixiuio, nam
tota substantia subtilis, & aperitiua per primam
remollitionem separatur exinde.

De vsu Fructuum, Cap. XI.



VSus fructuum temperato corpori
non congruit via cibi, sed potius me-
dicinæ, videlicet ad præseruandum
ipsum ab aliquo accidente nociuo,
quod ex cōcurrentibus potest timeri, & ideò mo-
deratè & ordinatè conuenit, vt eis vtatur consi-
derata semper vtilitate, quæ speratur acquiri per
sumtionem ipsorum. Non enim ad voluptatem
sumendi sunt, sed ad vtilitatē: nam vti fructibus
ad voluptatem conseruationem impedit sanita-
tis. Est igitur considerandum, quòd corpora, quę
fructibus vtuntur pro alimento, debent in quali-
bet parte anni considerare, qualia possint accidē-
tia nociua euenire, vel ex qualitatib9 aeris, vel ex
nutriētibus illius temporis, & secundum hoc vti
fructibus magis congruit ad obuiandū acciden-
tibus illis, & meliori modo. ¶ Quoniam igitur in
æstate sanguis feruore aeris inflammatur, in ipso
verò autumno siccitate acuitur, ideo tunc expe-
dit ad temperādum sanguinem, vti fructibus fri-
gidis & humidis. Similiter quando æstiuo ferui-
do membra corporis rarefiunt, & facilius ab eis-
dem exhalat calor naturalis, & spiritus, ideo tunc
expedit ad temperandum sanguinem vti fructi-
bus temperatè adstringētibus, quales sunt stypti-
ci: similiter tūc competit vsus acetosorum etiam
ad frangendum caliditatis acumen. Siccitas e-
tiam temporis, quæ sæpe ventrem constipat, re-
quirit frequēter æstate & autumno vsum ipsorū:
similiter quoq; prosunt ad somnum prouocan-
dum, vbi à siccitate temporis impeditur, vel ad si-
tim compescendum, vel ad æstuationem cordis
& hepatis & orificij stomachi mitigādam, quibus
omnibus diligenter consideratis, facile quisq; po-
terit æstate & autumno vti fructibus moderatè
ad regimen sanitatis. ¶ Quicunq; verò ad conser-
uationem sanitatis intendit, debet hanc regulam
generaliter obseruare, scil. quòd nunquam vta-
tur fructibus tam coctis, quàm crudis, donec in
arbore fuerint cōsecuti perfectam maturitatem,
si possint in arbore maturari exceptis moris, qui-
bus vtendum est, priusquam ex perfecta maturi-
tate nigrescant: quoniam sunt cibus aranearum
& muscarum, sanguinem inficiunt, ad putredinē
præparant, bubones, carbunculos, & anthraces
multiplicant, ideo in regionibus calidis & humi-
dis anno, quo talium mororū copiosus est vsus,
morbi epidemici regnant, nisi per fluxum vētris
impediātur. ¶ Secunda verò regula est, abstinen-
dum à fructibus quandocunque multiplicantur
in eis vermes, aut interius tabefiunt, quod in vul-
gari Cathelanorum dicitur entacar, & cognosci-
tur per hoc, quia fructus non est interius natura-

Prima regula, omnes fructus permittantur maturari in arbore, præter mora.

Secunda regula.

A liter coloratus, nec habet naturalem medullam:
tales enim fructus generāt continuas febres, nisi
fortè superfluitas eorum per fluxum ventris aut
fortem laborem & copiosos sudores à corpore re-
soluantur. ¶ Tertia verò regula præcipit ne fru-
ctus diuersi sumantur simul quantumcunq; sint
in naturis suis vel effectibus propinqui: verbi gra-
tia, si pruna sumantur ad ventrem mollificandū,
non expedit simul cum eis cerasa sumere, sed suf-
ficit quòd hæc vel illa sumantur in principio re-
B fectionis. Similiter quoque tempore, quo ficus &
vuæ reperiuntur, no expedit, vt simul sumantur,
licet fructus vterq; prosit ad ventrem mollifican-
dum, sed sufficit alterum, maximè ficus, & ad hoc
vt efficaciter mollificēt, debet brodium superbi-
bi, vel alius liquor: sed habētibus hepar & stoma-
chum calidum, & cunctis cholericis, quales sunt
habitatores Africæ & Libyæ, tutius est aquam fri-
gidam superbibere, cęteris autē vinum bene lym-
phatum. Si verò vuæ sumantur ad ventris solu-
C tionem, cauendū ne sumantur in mensa, sed lon-
gè antè, maximè si fuerint recentes: quoniam nō
solùm generant ventositatem, sed etiam faciunt
ebullitionē, & ideò subuertunt cibum, & pertur-
bant digestionem, vuis sumtis vinum nullo mo-
do superbibatur, sed brodium tantùm vel aqua
frigida. Si tamen in mensa vuæ sumantur, conue-
nit vt multis diebus post collectionē fuerint ser-
uatæ, vel aqua feruens superfundatur primò, &
secundò aqua frigida. Idem quoq; de persicis cō-
D paratis ficubus debet intelligi: Nam persica su-
muntur interdum in principio prandij, ad vētris
solutionem ab his maximè, quorum hepar cali-
dum est, & siccum: sed non expedit, vt tunc ficus
sumantur, & maximè duratiui, quę maiori abun-
dant aquositate: econtrà verò in his, quorum vi-
scera frigida sunt & humida, quia plus eis mollio-
ra competūt. Et si ex prædicta necessitate cogan-
tur aliquādo duratiuos sumere, prius remollian-
tur in vino puro, maximè si fuerint ipsa die colle-
E cti: nam qui post collectionem soli biduo vel tri-
duo exponuntur, sapidiores & salubriores tunc
sunt. Si tamen habentes viscera calida deberent
sumere ficus in notabili quantitate, tunc expedi-
ret eis præmittere persica ficubus, vel poma bene
matura & aromatica, cruda in æstate & cocta in
hyeme, vel saltim eligant ficus, quorum sapor par-
ticipat manifestam acredinem per naturam. Ele-
ctissimi namq; sunt ficus, quorum rubea est me-
F dulla, sapor ad acredinem tendēs, & tales compe-
tunt maximè iuuenibus, quorum est complexio
calida vel temperata. ¶ Prædicta regula similiter
locum habet in fructibus, qui sumuntur ad miti-
gandum feruorem sanguinis, vt sunt cucumeres
& melones, vel ad frangendum acumen cholerę,
vt sunt acetosi fructus: nam cucumeres & melo-
nes, vel citrullos nō conuenit simul sumere, si in
mensa sumantur parum debet ex eis sumi: & ex
cucumeribus sola medulla & ante cibum: iuue-
G nibus dico & habentibus viscera calida. Verunta-
men æstiuis caloribus non incongruè sumuntur
in fine cœnę, vt diaphragmati & superiorib. mem-
bris æstuantib. propter præcedentē diei feruorē,
& ariditatē efficacius refrigeriū præbeat, maximè
cùm somnus debeat subsequi. Inde patet ratio,
propter quam & persica & mala granata dulcia

Tertia regula.

Ficus.

Vua.

Persica.

In fine cœnæ fruct9 sumēdi.

plus cōferunt sumta in fine cœnæ moderatè, quā in principio, licet sint fructus aquosi: nam ariditatem & æstuationem superiorum partium efficaciter mitigant, & suauem procurant somnum. His etiam, qui acutis & aridis vescuntur in cœna, vt assaturis, obtundunt fumorum acumen, tamē si longè ante cœnā sumeretur medulla cucumeris, aut melonis ad mitigandum sanguinis feruorem, vtilius esset. In fine verò cœnæ sumātur persica vel mala granata, vel poma electa cruda, vel assata, & infrigidata cum modico pane. ¶ Acetosi quoq; fructus, qui sumūtur ad choleram extinguendam, seu obtundendam, & excitandum appetitum, longè ante prādium debent sumi, velut mala granata, vel poma in principio, sicut cerasa acetosa, aut mora imperfectè matura, siue tamen in principio siue longè ante sumātur, nihil superbibendum est, nisi forsitan vereantur, quòd eorū acetositas offenderet guttur & orificium stomachi, vel spiritualia membra, tūc enim expedit parum brodij, vel vini bene lymphati, aut sacchari puri immediatè post sumere: & ideo tales, qui sumserunt ieiuno acetositatem mali granati, aut citri, vel limonis, debent cum saccharo sumere.

Fructus comprimētes multum diuersificantur.

¶ Prędicta similiter regula locum habet in fructibus, qui comprimunt vel cōstringunt, quia multi simul non debent sumi: & ideo sumtis sorbis non debent sumi pira, & sumtis piris est abstinendū à coroneis, & sumtis coroneis respuenda sunt sorba & mespila & econtrario. Sed circa fructus cōprimentes multa occurrit diuersitas: nam quidam comprimunt sola grossitie, atque grauitate substātiæ, sicut auellanæ crudæ, quidā verò comprimunt per potentiā, quā habent cōstringendi: & istorum comprimentium quidam sunt, qui debiliter constringunt & vocantur styptica, vt sarmenia & pira: quidam, qui fortiter, vt cotonea & sorba, & huiusmodi pontica nominantur. Item istorum omnium quædam sunt aromatica, quædam non, quædam dulcia & quædam non. ¶ De comprimentibus igitur datur regula generalis, quòd si sola grauitate comprimant, & nullam habeant potentiam constringendi, vel aggregandi partes membris, cui obuiāt, nec aromaticitatem aut dulcedinem habētes nullo modo debent sumi, maximè à corporib. temperatis, & ideo auellanæ recentes vitandæ sunt, licet possunt cibum sumtum comprimere: quia nec dulcedinem habent, quæ placeat ori stomachi, nec aromaticitatem, qua confortent, & foueant spiritus eius, nec stypticitatem, aut ponticitatem, qua corroborēt aggregando partes ipsius, & ideo generaliter nociuę sunt ori stomachi, quia sua grauitate & frigiditate percutiunt nullum conferendo iuuamen. Siccæ verò minus frigidæ sunt, & ideo minus nocent, si aliquantulum torrefiant, minus nocebūt, & acquirunt stypticitatem atq; dulcedinem, qua possunt prodesse, sicut & castaneæ quando assantur: nam stypticitas & dulcedo vigorantur in eis, ideo sumtæ post cibum comprimunt ipsum orificium stomachi confortando, maximè si vino aromatico calidę immergātur.

De fructibus cōstringētibus.

¶ De constringentibus autem dantur regulæ plures, & prima est, quòd si sumantur ante cibum, constipant, si verò post cibum, laxant. Nam quādo pręcedunt cibū, constringunt partes inferiores, quibus obuiant, & ideo fæces ciborum per meatus cōstrictos difficilius expelluntur: quando verò sequuntur cibum, constringunt meatus super fæces, & exprimunt eas per partem inferiorem. ¶ Secunda regula est, quòd constringentia pontica nunquam sumenda sunt cruda, nisi fuerint condita, vel per diuturnam moram ponticitatem amiserint: omnia enim pontica lædunt immoderatè panniculos pectoris, & ideo cotonea & pira debent, priusquā sumātur, in pingui brodio carnium decoqui, vel in pastillis cum carnibus, aut si magis placeret assari sub prunis, aut in furno, quod melius est, vel coquantur in vino puro, sed assata, vel in vino puro cocta fortiùs stringunt, quàm si cum pinguedine carnium coquantur. Sorba verò & mespila, quæ rarò maturescunt in arbore, per diurnā moram post collectionem amittunt ponticitatem, & ideo si tunc prędicta necessitas vrgeat, vt sumantur, vel ipsa mespila, quia carent notabili amaritudine, possunt assari, vel incoquātur mero. Alij verò fructus pontici, qui condiuntur p condimentum, amittūt nociuam ponticitatem, sicut nuces, quæ cum cortice condiuntur, & oliuæ in salso: ideo hæc moderatè astringunt, plus tamen oliuę, quàm nuces, quoniam cōdiuntur absq; melle, vel saccharo, & ideo parciùs vel rariùs debent sumi, quoniam læderent spiritualia. ¶ Tertia verò regula est, quòd constringentia succosa, vt pira, magis congruunt siccis temporibus, vt æstate & autumno, quàm in hyeme: succo verò carentia, maximè si fuerint dulcia, in hyeme & vere plus competunt, sicut castaneę & dactyli: habent enim omnes dactyli aliquam stypticitatem, sed manifestius est in dactylis Insularibus, & Africanis, quā Alexandrinis. Hyeme & vere si necessitas vrgeat vti fructibus ad laxandum ventrem conuenienter sumuntur post cibū, sicut vuæ passæ cum suis granis, dum tamen nihil superbibatur: & efficacius venter mollificatur, si ficus siccæ sumātur in principio absq; pane, in fine verò vel dactyli vel oliuæ, & post oliuas poterunt absq; potu sumi aliquæ vuæ passæ. Sed si fructus succosi magis placerent, illis temporibus vitari debent, magis nociui, sicut sunt vuę brumales, quæ valde nocent intestinis, renibus, & vesicæ. Vnde si sumere placuerit in principio refectionis ventrem emollientia, succosa melius est, vt pomū aromaticum, & infrigidatum sumatur, vel coctū in vino, aut vuæ brumales, maximè albæ sumantur, & abiiciātur cortex & grana. Si verò necessitas vrgeret sumere brumales, immergātur prius aqua feruēti, deinde superfundatur aqua frigida, & parum inde sumatur. Si verò constringentia vel comprimentia succosa in fine placuerit sumere, sicut pira, sumātur cum caseo veteri, & electo, vel assentur, & vino immergantur. Caueant tamē ab eis illi, qui frequenter patiuntur torsiones, aut iuncturarū dolores.

De fructibus oleaginosis.

¶ Vltima verò consideratio, quæ de fructibus est habēda, pertinet ad fructus oleaginosos, vt sunt amygdalæ, auellanæ, nuces, pineæ, fistici, de quibus duæ regulæ dantur, & prima de crudis, secunda de conditis. De crudis sciendum est, quòd omnes offendūt stomachum, sed amygdalæ, nuces & fistici minus offendunt, si recentes & teneræ: auellanæ verò & pineę tunc plus, quàm quando sunt mediocriter exsiccatæ. Vnde

cor-

corporibus temperatis, & quorum complexio ad
caliditatē declinat, non expedit his fructibus cru
dis vti, quia multum nocere possunt & parum
prodesse. Amygdalæ namque recentes, & teneræ
suo tempore possunt aliqualiter ęstuationem sto
machi temperare, siccę verò & remollitæ nō pro-
sunt, nisi ad prohibendum ascensum vaporis vi-
ni ad caput: Nuces autem teneræ, & induratæ
non solùm stomachum, sed caput & visum offen
dunt, & solùm à ventositate & venenositate pi-
scium tuentur. Auellanæ parum etiam hepar cō-
fortant sua proprietate, sed stomacho nocent &
capiti. Pineæ verò inter cętera grana plus stoma-
cho nocent, sed paralyticis cōferunt & habentib.
screatus in pectore saniosos. Fistici verò efficaci-
ter prosunt hepati frigido, & stomacho, in cęteris
minus offendunt, sed capiti nocent. Si verò præ-
dicti fructus condiantur cum melle vel sacharo,
sicut pineatum, vel muscatum, stomacho quidē
minus nocebunt: sed tamen prædictis corpori-
bus non expedit eis vti, præcipuè cùm magis ad
voluptatem condiantur, quàm ad vtilitatem.

De Oleribus, & supra terram nascentibus, Cap. XII.

HIc sub oleribus largo nomine compre
henduntur quæcunq; nascentia super
terram, ex quibus cibus seu ferculum
præparatur, siue sint herbæ, vt caulis,
blytum, spinachia & similia: siue fructus herba-
rum, vt cucurbitæ, melongenæ, & quę vulgariter
albuginię vocantur. ¶ De oleribus igitur est bre- [*Lactuca.*]
uiter sciendum, quòd nunquam expedit tempe- [*Portulaca.*]
rato corpori cruda ea sumere, exceptis lactucis &
portulacis temporibus feruidis, ad compescen-
dum sanguinis feruorem, & ęstuationē in stoma-
cho, & in hepate, ita quòd aliquando ante cibum
cum modico & lymphato aceto sumantur. Ama-
ræ tamen lactucæ sunt omninò vitandę corpori-
bus temperatis, & quorum complexio ad calidi-
tatem declinat: fercula verò possunt ex omnibus
eis fieri, exceptis melongenis, quarum vsus nullo [*Borrago.*]
modo prodest illi. ¶ Sed cætere sunt distinguen- [*Buglossa.*]
dę: nam borrago, & buglossum domesticum pro-
pter sui temperamentū omni tēpore congruunt,
maximè quibus venter est constipatus, ad tollen
dam asperitatem possunt adiungi semper spina
chia vel blytum tenerrimum & nō rubeū, æstate
lactuca vel portulaca, vel etiam atriplex, & bly-
tum, in hyeme verò cresiones, petroselinum, & [*Spinachia.*]
pauca folia mēthę, vel oculi cauliū alborū. ¶ Spi- [*Blytum.*]
nachia verò & blytum supradictū, quia vicinan-
tur temperamento, possunt mistim vel separatim
sumi, qualibet parte anni, & cætera quæ tempori
congruunt adiungi, æstate enim cōgruunt lactu-
ca dulcis, portulaca, blytum, atriplex & cucurbi- [*Caulis albus.*]
ta: Hyeme verò cresiones, vrtica tenera, petrose-
linū, caulis rubeus, aut crispus & viridis: albus
verò cuius costa est lata, & folium lene, maximè
si creuerit in solo arido, & vmbroso, vtiliter sumi-
tur interdum in æstate & autumno abiectis ma- [*Asparagi.*]
gnis & extremis foliis, & oculis pręparatis: in ve-
re verò tenereitas asparagorum potest adiungi,
vel præparari, postquā fuerint præbullitæ. In vsu
tamen prædictorum tria conuenit obseruare. Pri
mum est, vt cùm spicata fuerint respuantur: se-
cundum est, ne cum lacte animalium cōdiantur,
quoniam nimia fumositate læderent corpora su-
pradicta, scil. temperata vel calida, sed cum bro-
dio carnium maximè gallinarum aut cum lacte
amygdalarum, vel oleo dulci, & maximè recenti.
¶ In cucurbitis verò specialiter conuenit obser- [*Cucurbita.*]
uare, vt pro lacte animaliū ponatur lac amygda-
larum, ne renibus noceant, nec vesicę, similiter
quoq; ne noceant intestinis, conuenit eis aliquas
cępas albas & rotundas adiungere, sed vt nō ob-
sint stomacho, debent eis adiungi oculi caulium,
vel scutella cōspergi cinnamomo. ¶ Tertium est,
quòd ante omnia fercula debent sumi exceptis
caulibus, qui in fine sumi possunt, propter stypti [*Caules.*]
citatem, quam habent maximè crispi & virides
siue rubei. Si sumatur tantùm eorum brodium,
conuenit vt primò sumatur propter vim, quam
habet aperitiuam, vt brodiū cicerum supradictū:
nam propter eorum repugnantiam vexatur sto-
machus, & impeditur digestio, si sumatur simul,
scil. substantia cicerum, & prædictorum caulium
& brodium ipsorum. Quamobrem expedit ad vi
tandum hoc inconueniens, vt prius bulliant &
postmodū coquantur cum prędictis, aut feruens
aqua diu superfundantur, antequam coquātur,
vsq; ad densitatē, ad hoc vt brodiū resoluatur, vel
brodiū in principio sumatur, & in fine substātia.

De Radicibus, quibus vtimur, Cap. XIII.

RADICES, quibus vtimur communi-
ter, sunt porri, cępę, allia, raphanus, na- [*Porri.*]
pus, rapæ, & pastinacæ, & cheruuiæ, à [*Capa.*]
primis quatuor debent omnia corpora
temperata & calida penitus abstinere, maximè si
fuerint cruda: sed in algoribus hyemis, possunt
interdum fercula fieri ex porris aut cępis. Patien
tibus tamen fluxum hæmorrhoidum conuenit
semper vitare porros, allia, raphanū, & cępas lon-
gas, quæ vulgariter dicuntur ascaloniæ, similiter [*Ascalonia.*]
rotundas, si fuerint rubeæ: sed si fuerint albę, po-
test ex eis bullitis fieri cępullatum cum carnibus
aut dulci oleo, & sic sumi, debet eis lac amygdala-
rum semper adiungi: & quia tale ferculum ven-
trem mollificat, debet ante omnia fercula sumi.
¶ Rapę verò dulces & napi tenerrimi, si cum car- [*Rapa.*]
nibus coquantur, & absq; melle, pipere, cimino [*Napi.*]
& carui, congruunt prædictis corporibus, & etiā
dato, quòd nullo sapore condiantur. Si tamē pla-
cuerit, sufficit, vt coquātur cum caryophyll. con-
quassatis, vel cū zingibere, croco & cinnamomo:
ventrem enim mollificant, vias vrinales mundi-
ficant, & visui prosunt. ¶ Pastinacæ quoq;, si fue- [*Pastinaca.*]
rint albæ, poterunt assæ vel coctæ cum carnibus
aliquando sumi, quoniam ventri, & viis vrinali-
bus conferunt: sed expedit, vt prædictæ radices
primò sumātur. ¶ Cheruuię verò possunt à præ- [*Cheruuia.*]
dictis corporibus hyeme & vere sumi, si modera-
tè assentur: tamen si caput, pulmo, vel pectus
rheumatismis vexarentur, non sumendę, quoniā
nocent humido pulmoni, & capiti.

De Alimentis, quæ sumuntur ex animalibus, Cap. XIIII.

ALIMENTA, quæ sumuntur ex ani-
malibus, aut sumuntur ex eorum sub-
stantia, vt ex membris, vel ex humidi-
tatibus eorūdem, sicut ex lacte & ouis.

Animalia quoq; vel greſsibilia ſunt, vt quadrupe-
des & aues, vel natatilia, vt piſces. Greſsibilia ve-
rò, vel domeſtica ſunt, vel ſylueſtria, & tam de his,
quàm de illis ſemper ea ſumenda ſunt in alimen-
tum, quæ viciniora ſunt temperamento, vel quæ
magis congruunt qualitatibus temporis. ¶ Vn-
de gallina, quę parere incipit, & capo ſex vel octo
vel ſeptem menſium, & pauo vnius anni, vel ſex-
decim menſium: amplius cuniculus quatuor aut
ſex menſium, & capreolus decem vel duodecim
menſium, dummodo ſint in ſuo genere medio-
criter pingues, conuenienter poſſunt ſumi quali-
bet parte anni. Et ſimiliter congruunt omni tem
pore corporibus temperatis, aut calidis, carnes
hœdi lactantis, aut vituli, ſi poſſent haberi, quali-
bet parte anni, ſed pulli gallinarum & anſerum,
quãdiu pipicant, & carnes recentes porci, & por-
celli magis cõgruunt in æſtate & autumno: pulli
quoq; perdicum eodem tempore congruunt, ſed
quia ſolùm in autumno reperiuntur, ſicut & iu-
uenes coturnices, & turtures, ideo tũc magis con
gruunt, ſicut & pulli columbini. ¶ Sed gallinæ
veteres, agrones, grues, pauones veteres, perdi-
ces, cuniculi annuales, lepores, anſeres, carnes bi-
dẽtis arietis, & caſtrati, auiculæ minores, palum-
bi, phaſiani, turtures, & gallinaceus magis in hye
me congruunt, & ſimiliter carnes ſalſæ, & quæ-
cunq; ſunt duræ digeſtionis, vt vaccinæ & apri.
Sed quæ de facili digeruntur propter laxitatem
& raritatem, & tamen ſunt frigidæ & ſiccæ com-
plexionis, vt carnes cerui & capreoli, quocunq;
tempore fuerint animalis bonæ habitudinis poſ-
ſunt ſumi. Anates verò & fulcæ magis in autum-
no conueniunt, ſed corporibus temperatis nun-
quam expedit anatibus, vel fulcis vti: eis etiam,
quos hæmorrhoides crebro vexant, & maximè
pulſantes, expedit vt diligenter euitent grues, a-
grones, anſeres veteres, pauones, turdos, meru-
las, ſturnellos, turtures, cadones, & coturnices.

De præparatione carniũ.

¶ His tamen corporibus maior vis facienda eſt in
artificio præparandi carnes prædictas: debent e-
nim gallinæ poſt occiſionem euiſcerari, & ſuſpen
di à mane vſque ad veſperum vel econtra, priuſ-
quam coquantur: Perdices verò veteres & cuni-
culi debent ad minus per diem naturalẽ poſt oc-
ciſionem ſeruari, grues & phaſiani biduo in ęſta-
te & in hyeme triduo: pauo omni tempore debet
ſeruari poſt occiſionem per duos dies, & ſi plus
quàm annum habuerit, tribus ad minus: debent
frequentari magis carnes elixę vel coctę in paſtil-
lis, quàm aſſę, frixas verò debent omninò vitare,
ſimiliter vitabunt cuniculos aſſos, & omnes aui-
culas minores, vel ſimiles aſſas, & in ęſtate muto-
nem aſſum. Omnis aſſatura ſumatur in fine præ-
ter aſſaturam porci vel hœdi. Porcellus etiá aſſus
vitandus eſt, ſed de condito inſulſo tempore ęſti-
uo poteſt aliquando ſumi. Eſt etiam obſeruandũ
in omni aſſatura, & ſpecialiter in perdicibus, ne
areſcát, nam ſi aruerint in propoſito ſunt nociuę:
quod de aſſaturis fuerit in ſuperficie torridum,
ſemper in propoſito eſt vitandum, ideò cutis &
etiam pinguedo aſſaturæ porci debet vitari. Fer-
cula verò, quæ fiunt ex carnibus comminutis,
cum pinguedine colligatis atq; denſatis, & mor-
talium carnes vitandę ſunt & maximè in propo-
ſito: ſed alba comeſtio de pullis gallinarum po-
terit frequentari, dum tamen non fiat de pulpis
efilatis, ſed ex tranſuerſo graciliter inciſis, poſt-
modum contritis, & ligatis cum lacte amygdala-
rum tantummodo: vel ſi amidum vel farina riſi
iungatur, in pauca quantitate.

De diuerſitate membrorũ.

¶ Membrorum e-
tiam diuerſitas debet attendi: nam licet partes
viciniores cordi ſint puriores propter beneficiũ
copioſum naturalis caloris, quod ab ipſo reci-
piunt, ipſum tamẽ cor via cibi non competit tem-
peratis atque cholericis, vel habentibus debilem
digeſtiuam, cùm ſit duræ digeſtionis & groſſum
generans ſanguinem. Hepar quoque debet ſimi-
liter vitari, maximè ſi fuerit perfectè coctũ, quo-
niam conſtipat, & terreum ac melancholicum ge
nerat ſanguinem. Solùm autẽ hepar hœdi com-
petit interdum, dum tamen moderatè ſit aſſum,
& ſimiliter cerebrum ipſius tantummodo ſi per-
fectè aſſetur. Cor autem cerui, & cerebrum lepo-
ris, aut cuniculi, ſi ſumantur, proſunt propter vir
tutem theriacalem, ſed cæterorum quadrupedũ
cerebra, & cunctorum animalium inteſtina, ſto-
machus, renes, & ſplen debent vitari præter ſto-
machum gallinarum, aut anſerum aut gruis. Ex-
trema verò ſicut aures, roſtra, & pedes quadrupe-
dum ex paucis animalib. debẽt in vſum aliquan-
do ſumi à p̃dictis, ſicut ex porco vel hœdo: nam
cholericis prodeſt vſus ipſorum, & temperatis in
feruido tempore, maximè ſi condiantur ſale. Et
idem de pulmone debet intelligi, dum tamen de
hœdulo accipiatur: nam aliorũ animaliũ pulmo-
nes ſunt eis inutiles, lingua verò ex vitulo vel cer
uo tantùm accipiatur, vbera ſemper vitentur, ni-
ſi deberent cum fame ſumi, & abſq; aliis ferculis.

De Ferculis, quæ ſumuntur ex humiditatibus animalium, Cap. XV.

HVMIDITATES verò animalium,
quæ communiter & maximè ſumun-
tur in alimentum, ſunt lac armentorũ,
oua gallinarũ, & ea quæ fiunt ex lacte.
Sanguis enim nullius animalis congruit alimen-
to, præcipuè corporibus temperatæ complexio-
nis aut calidæ.

De ouis.

¶ In propoſito verò ſalubris eſt v-
ſus ouorum recẽtium fractorum in aqua & ſem-
per mollium, ex quibus à medio autumni, vſque
ad medium veris ſufficit vitellum accipere, reli-
quo verò tempore poteſt albumen oui accipi
cum vitello: ſi verò placeret ſumere aliter præ-
parata, cauendum eſt, ne ſumantur cocta in ven-
tribus gallinarũ, aut inuoluta & frixa, & ſemper
ſint mollia, ſi ſint aſſa ſingulariter frixa & mollia
ſumi debent.

De lacte.

¶ Lactis vſus omninò vitetur præ-
terquam à medio Aprilis, vſque ad finem Maij:
nam in illo ſpatio proderit lac caprinum ſaltem
ſumere p̃ quindenam, & maximè ſumere in pri-
ma quindena Maij. Sumatur autem ſicut egredi-
tur ab vberibus in ieiunio, depoſitis ſuperfluita-
tibus, & præmiſſo aliquali exercitio, dum tamen
nullus extraneus ſapor in ore percipiatur, aut
tenebroſitas in oculis, aut dolor in capite: ſitque
menſura mediocris, ſcilicet continens mediam
libram, vel ad plus vncias nouem aut decẽ. Poſt
eius ſumtionem tandiu tardabitur prandium,
donec manifeſtus aduenerit appetitus.

De butyro & ſe-

¶ Inter
ea verò quæ fiunt ex lacte butyrum ſpecialiter

& serum sunt à prædictis corporibus euitanda: si tamen placeret aliquando in hyeme sumere butyrum, cauendum est, ne sit rancidum aut nimis salsum, & quòd in modica quantitate sumatur, quòd si fuerit melle conditum, erit melius ad sumendum crudum.

De sero.

¶ Serum autem recens, & maximè caprinum bullitum & colatum esset putile frequentare à medio Maij vsque ad finem Iulij vel Augusti supradicta hora & quantitate.

De caseo.

¶ Caseus verò si fuerit vaccinus, butyrosus, ac dulcis, poterit frequẽtari assus vel elixus autumno & hyeme, minus autem pinguis, nondum ran cidus, nec nimis salsus, poterit interdum in fine refectionis in modica quantitate sumi. Multum enim non expedit, nec est tutum, nisi cùm cucurbitis, aut herbolato facto ex borragine, spinachia, & atriplice sumeretur & raró. Casei verò, quicũque fuerint cum coagulato facti debent à prædictis corporibus euitari.

De lacte coagulato.

¶ Sed lac cum flore coagulatum potest æstiuis feruoribus aliquando sumi ad æstuationem stomachi compescendam, & hoc tantum in principio cœnæ, dùm tamen potus vini non sequeretur immediatè. Simili quoque ratione potest tunc temporis caseus recens in fine sumi, si deessent fruct⁹ superius nominati.

De vsu Piscium. Cap. XVI.

PISCES quicunque fuerint lacunales vitandi sunt, nisi constaret lacum esse limpidissimum in profundo, vel saxosum, vel calculosum, aut arenosum, aut maximè quòd ex transitu magni fluminis creare tur, vel ex magna scaturigine fontium, aut ex ma gno & frequenti refluxu maris. Similiter sunt vi tandi, qui sunt ex riuulis lentè fluentibus, & ma ximè si receperint ebullitiones canabi, aut lini, aut putridarum herbarum, vel limositates corio rum, aut condimenta ipsorum vel cæteras super fluitates ciuitatum, villarum aut oppidorum. ¶ Et vndecunque fuerint, hoc est, marini seu fluuiales vel lacunales, attendendum est principali ter, vt habeant substantiam puram, quæ nec sit in odore grauis, nec in sapore, nec in tactu, & in separatione limosa, & eorum, qui puram habent hoc modo substantiam, semper existunt salubrio res, qui pulpam habent candidam, vt argentum, & inter hos etiam squammosi sunt semper perferendi: tamen si squammis caruerint, saltem obseruandum erit, vt substantia sit talis, qualis est dicta. ¶ Erit etiam cauendum, ne pisces magni, & duræ pellis, vt rex, delphinus, sturgio, & similes comedantur recentes capti, sed tàtò tempore piscis reseruetur, & maximè euisceratus, vt absque corruptione substantiæ tenerescat. Debent autem prædictis corporibus pisces recentes vt plurimum assari, vel elixari, sed assatura magis est frequentanda in hyeme, quã in æstate, siue in furno, siue in prunis assentur: elixatura verò æstate, sed illa, quæ fit cum vino albo, congruit omni tẽpore. ¶ Est etiam obseruandum, ne in assando pisces oleo liniantur, sed vino, in quo sal fuerit dissolutum: si verò frigantur, aut multo liniantur oleo dum assatur, non expedit sumere cutem: nã vniuersaliter cutis piscium est vitanda, & ipsorum axungia. ¶ Pisces autem perfectè salsi, & maximè præ salsedine arefacti, non congruunt temperatis corporibus, sed brodium simplex congruit sumtum interdum, & præcipuè in quadragesima, quando frequentantur obstruentia, fit vtile in principio mensę, quia aperit meatus atq; mundificat: sed ex substantia vel nihil sumatur, vel parum, & raró & circa finem refectionis. Si verò piscis perfectè salsus fuerit lardosus, vt tunina, siue balena poterit in quadragesima parum aliquando sumi, cũ spinachiis in principio, quandocunque necessitas occurrerit constipationem soluendi, sed ex piscibus semisalsis & maximè pinguibus elixatis, largius potest sumi: nam pisces pingues, & grossi, qui biduo vel triduo fuerint sale conditi, si elixentur sapidiùs & salubriùs comedentur.

De Saporibus, Cap. XVII.

DE saporibus & condimentis conuenit scire, quòd nunquam prædictis corporibus acuta conueniunt: & ideo fortia salsamenta, vt piperatas, alliatas & acutos sapores, vt sinapi & eruca eis expedit, vt euitent, nisi taliter possent reprimi, vt eorum nocumentum nõ timeatur, sicut eruca reprimitur, quando pastillum eius diu in aqua, simplici coquitur, dum scilicet coquuntur vaccinæ carnes, deinde pistata cum paucis amygdalis distemperetur cum pauco aceto nihil aliud adiungendo, nisi forsitan modicum cinamomi. Mel autem vitare debent corpora supradicta, & multum etiã vsum sacchari: si tamen eruca, vel aliquo acido salsamento placeret vti, interdum aliquid dulcis adiungere melius est, vt saccharum albissimum, vel parum sapæ, quæ vulgariter dicitur rob. Semper tamen est memorandum, quòd valde dulcia, acuta & assa, & etiam salsa patientibus hæmorrhoides pulsantes nocent, & ideò non expedit eis, vt confectiones & salsamenta frequentent, maximè si fiant ex pipere, vel cum multo zing. vel galanga, aut nuce muscata, vel garyophyllis aut etiam multo aceto. ¶ Sed vt error omnis possit euitari portabitur sequens puluis. Recipe zing. albiss. ℥. 2. coriandri bulliti in aceto & exsiccati ʒ.1. cardamomi, been albi ana ʒ. s. rasuræ eboris lotæ ʒ.2. garyophyll. croci ana ʒ.1. cinamo. electi ʒ. 6. fiat puluis & de ipso cum amygdalis pistatis fiat salsamentum, cui modicum agrestæ vel aceti poterit addi. Ipso etiam in moderata quantitate condiantur pastilli, & per totam æstatem imponatur pastillis, cum de furno extrahuntur, lac amygdalarum factum cum agresta, vel cum succo malorum granatorum, aut limonum, aut citrangulorum, qui vulgariter dicuntur arangię: tales enim sapores acetosi facti cum amygdalis, raró aut nunquam possunt lædere spiritualia. Potest etiam istarum acetositatum, quæ ponuntur in pastillis, caueri offensa, si totum ouum cũ eis fortiter agitetur, & postmodũ pastillis imponatur cũ fuerint extracti de furno. Similiter quoq; si lacte amygdal. facto cũ prædictis acetositatib⁹ assaturæ conspergantur, semper minus nocebũt. Sed si placuerit æstiuis feruoribus vti ad saporẽ simplici acetositate, cauendũ est, ne nimium succus limonum frequentetur, quoniam valde neruis & neruosis membris nocet: acetositas verò citranguli, quia vicinior est tẽperamẽto, semper est

Succus limonũ nocet neruis.

minoris offensionis. In his etiam fructibus debet obseruari regula supradicta, scilicet vt non sumatur in vsum, donec in arbore maturuerint: limo enim tunc perfectè maturit, cum amisit omninò corticis duritiem, vel viriditatem. Citrangulus ad sui perfectam maturitatem debet per annum integrum in arbore permanere. Omnibus autem acetositatibus melior est, quæ sumitur ex malo granato acido anni præteriti, tùm quia debilior, tùm quia modicum habet stypticitatis, qua potest confortare stomachum, & membra interiora: & hac etiam ratione præ cæteris commendatur agresta, quæ fit ex teneritatibus vitium, & ab omnibus aliis abstinendum est, cùm ipsius copia potest haberi, quæ poterit acui cum cæteris acetositatibus, si placuerit. ¶ Cũ assaturis tamẽ auiũ æstiuo tempore sufficit ad saporem, vt conquassentur in mistura vini, & multo aquæ rosaceæ cum modico salis. Assaturis autem quadrupedum si placuerit alium saporem à sale coniungere, sufficit eruca prædicto modo præparata: vel salsamentum viride factum solummodo cum aceto, amygdalis, petroselino & modico menthæ vel cinamomi, vel si carnes aridæ fuerint, quas tamen oportet vitare diligenter, sufficit parum salis cum modico vino lymphato. Potest ex cinamomo electo, amygdalis, & aceto fieri sapor conueniens omnibus assaturis, non solùm quadrupedum, sed etiam piscium, & in hyeme potest addi parum zingib. sed illę sapor, qui fit tantum ex optimo cinamomo, & multis amygdalis atque aceto, potest omni tempore frequentari, si consuetudo requirat, vti saporibus. Quod ideo dicitur, quia corpora temperata non indigent alieno sapore: nã cũ appetitu regulato semper ab eis sumitur alimentum, & ideo, nisi qualitates alimentorum vel temporum ab æqualitate recesserint, non indigent mendicato sapore, nisi sale tãtummodo. Sed consuetudo naturæ frequenter imponit necessitatem, & ideò teste Hippocrate, dandum est aliquid cõsuetudini, aliquid naturę corporis & aliquid tempori, sicut docetur in proposito per regulas supradictas. De his autem, quibus cibaria condiuntur, sicut sunt sal, oleum, acetum, carnes salsæ, & similia, per prædicta sufficiẽter datur intelligi, quid conueniat obseruare.

Succus vitiũ.

De vsu Potus, Cap. XVIII.



DE potu verò sciendum est, quòd ea, quæ bibuntur à sanis corporibus cõmuniter, aut sumuntur tantum in ratione potus, aut in ratione tantummodo medicinæ præseruatiuæ, vel in ratione potus & medicinæ. ¶ In ratione quidem potus sumitur omnis liquor sumtus ad extinguendam sitim, causatam à cibo & ad reddendum ipsum moderatè fluxibilem, sicut bibitur vinum, vel aqua in hora refectionis: de vino igitur, quale conueniat in proposito, & quando debeat sumi, dictum est suprà in generalibus. ¶ In ratione verò medicinæ sumitur tantùm, quando in æstate bibitur alius liquor ad mitigandum æstuationem membrorum interiorum, qua intẽtione bibitur tunc à pluribus in feruore diei iulep, est syrupus factus ex aqua rosacea tantùm & saccharo, qui syrupus est tunc temporis valde vtilis, etiam temperatis corporibus, quando præ feruore temporis æstuant, & adhuc magis vtilis habentib. complexionẽ naturaliter calidam, specialiter in hepate, & in corde: bibitus enim cum aqua frigida, nõ solum infrigidat, sed humectat, & etiam confortat. Simili quoque ratione habentibus stomachũ siccum & intestina, specialius conuenit tunc tẽporis bibere syrupum violaceum modo prædicto: quibus verò sunt humida, syrupum rosaceũ, sicut his, quorum cerebrum siccum est, conuenit propter ęstuationem interiorum membrorũ, tunc temporis bibere syrupum nenupharinum. Eadem etiam ratione bibunt tũc temporis aquã hordei, quorum complexio totius declinat ad siccitatem: sed carnosis & habentibus viscera naturaliter calida, sufficit tũc temporis propter æstuationem interiorum aquam puram frigidam bibere, quę sit de fonte viuo, aut de laudabili puteo vel cisterna. Pinguibus tamen, obstructione laborantibus, & strictos habentibus meatus interiores, conuenit addere parum aceti. In proposito, si prædicta necessitas vrgeret, interdum bibere ipsam, dissoluatur in ea prius saccharum rosaceũ, factum de puro & albissimo, quapropter ipsum tunc debet potari, & maximè in diebus canicularibus. Et etiam iulep sit factum, scilicet vt ad vnam ℔. sacchari ponantur ʒ. ℔. aquę rosaceæ, nec supra ignem stare permittatur, nisi quantum ad clarificationem sufficiet; ita quòd ad plus nõ consumatur de aqua rosacea, nisi tertia pars. ¶ In ratione verò potus & medicinę sumitur, sicut quãdo in feruoribus æstatis post somnum diurnum sitiunt & æstuant vera siti, qui bene in prãdio fuerũt refecti: nã talibus tunc temporis expedit via potus & medicinæ liberę aquã frigidam vel vinũ bene lymphatũ. Sed in algoribus hyemis & interdũ in quadragesima sumitur via medicinæ solũmodo nectar, siue claretũ in fine refectionis. s. ad hoc, vt os stomachi calefaciat, & digestionẽ cõfortet: ideo sumitur vtplurimũ cum eo, quod circa regionẽ orificij stomachi plus retinet ipsum, sicut cũ nebulis, quæ sua viscositate adhærẽt, vel habẽtes ipsum hu. cũ pane aliquantulũ torrefacto. Sed in proposito nõ est necessarius nectaris vsus, quia cõficitur ex duobus habentib. acumẽ, & inflãmantibus scil. specieb. & vino, & tertiò inflammabili, quod est dulce, scil. mel aut sacch. propterea si ratione tẽporis aut cõsuetudinis eo placuerit vti, parcè sumatur, & semper fiat ex puluere sequẽti: ℞. cinam. electi ℥. 1. zing. albissimi ℥. s. rosa. rub. garyophyll. sand. rub. an. ʒ. 2. spicænardi ʒ. 1. fiat puluis, qui sufficiet in proposito ad triginta ℔. vini, addito melle vel saccharo, quantum sufficiet pulueribus incorporãdis: & ad plus sufficiet quartarium vnũ mellis despumati, aut media libra sacchari dissoluti cum modico vini: tamen cum melle diutiùs, & meliùs conseruatur.

Potus solum.

Potus medicinalis.

Potus & medicina.

Nectar.

De lapsibus Hæmorrhoidum, & ipsarum remediis. Cap. XIX.



CERTVM est, quòd seruando regimen supradictum hæmorrhoidum vexatio vel omninò cessabit, vel tàm leuis erit, vt poterit paruipendi: sed quia frequenter à debito regimine declinatur, ideò cõuenit, vt hi, qui per naturam proni sunt ad talem

lem vexationem, sciant, quibus remediis in actu
passionis poterunt se iuuare. ¶ Quãdo igitur hę-
morrhoides moderatè fluunt, non sunt vllo mo-
do restringẽdæ, quoniam talis fluxus corpori est
salubris, & præseruat ipsum à pluribus & graui-
bus morbis. ¶ Sed immoderatè fluentes nimis
corpus debilitant, & ideò sunt compescendæ, ad
quod tria sunt necessaria: primum est, diligenter
seruare præcepta suprascripti regiminis, speciali-
ter in vitando acuta, salsa & dulcia: per acuta de-
bent assaturæ intelligi, & maximè si fuerint ari-
dæ: debent etiam vitari cuncta inflammantia, si-
cut ira, coitus & exercitium forte. ¶ Secundum
est vti parcè delectabilibus stypticis, vt sorbis, pi-
ris, cotoneis, & similibus, vt est scriptum superiꝰ,
non tamen in principio sumantur, ne vẽtrem cõ-
stipent, & auriculæ porci, pedes & amidum, & e-
tiã risum tunc frequentabuntur. Vel in æstate bi
batur mane syrupus rosaceus, aut syrupus factus
ex succo cydoniorum, siue ex myrtillis. Si verò
non esset syrupus perfectè coctus, quod melius
est, calefacias modicum, & bibatur, si coctus fue-
rit perfectè, admisceatur duplum aquæ calidę, &
quasi tepidus bibatur, & si forte molesta sit dulce
do, addatur, cùm debet sumi, parum de succo ma
li granati recẽter expressi, vel saltem puri, aut mo
dicum de succo citranguli: in hyeme verò come-
dantur ieiuno stomacho decem vel viginti, vel
quadraginta radiculæ, quæ dicuntur vulgariter
triflex de roays. ¶ Tertium est, vt exterius appli-
cẽtur aliqua styptica, sic videlicet, vt in æstate fiat
sacellus ex tribus partibus rosarum, & quarta
myrtillorum, vnica ebullitione bulliant in aqua,
deinde exprimatur, & cum tepuerit, diu sedeat
supra ipsum mane & sero. ¶ In hyeme verò sal-
uia recens conquassabitur, frigetur cum multo
oleo rosarum, sacco imponatur, & sedeat desu-
per vt prius. ¶ Est etiam in fluentibus hæmor-
rhoidibus aduertendum, ne cessante fluxu san-
guinis fortè stillent, aquositates albæ vel citrinæ
vel virides, & inde sordicies aggregetur: nam ta-
lis immundicies conclusa non solùm pruritum
facit, sed frequenter vlcera generat corrosiua, i-
deò cum apparuerint prædicti flores, debet illa
regio sæpè lauari, & etiam diu cum vino, in quo
saluia recens & plantago, æqualiter sumta & con
quassata, prius bullierint: vel in defectu plantagi
nis & saluiæ sumantur æquales partes rosarum,
ireos & absynthij conquassentur, & bulliãt cum
vino. ¶ Contingit etiam sæpè vt dolorem infe-
rant, & hoc multipliciter solet fieri, quandoque
quidem propter retentionem sanguinis emit-
tendi, quando enim illæ venæ sunt immoderatè
repletæ, nec aperiuntur vt consueuerunt, ad ef-
fundendum sanguinem excedente dolore, affi-
ciunt regionem illam, & quandoque vicinas, vt
est regio ancharum, & colligatas, vt est regio dor
si. Cognoscitur excessus sanguinis ibi retenti per
hoc, quòd tument, grauedo siue ponderositas, &
pulsatio sentitur ibidem, in iuuenibus masculis
magis sentitur pulsatio, quàm grauedo: & quã-
do sanguis exuberat, non solum ibi, sed etiam su-
pra totum dorsum tenditur, & difficulter curuã-
tur, ac si baculus esset infixus. ¶ Mitigatur autem
dolor dupliciter: vno scilicet modo cura perfe-
cta: alio verò modo remedio tantùm. Cura ve-

Cura hæmorrhoidum immoderatè fluẽtium.

Cura doloris hæmorrhoid.

A rò perfecta est, vt causa doloris abscindatur per-
fectè, quòd fit, si sanguis, qui superfluit, sensibili-
ter euacuatur, maximè per illas partes, per quas
natura consueuit, & adhuc conatur euacuare, sci
licet per hæmorrhoides: & ideò festinandum est,
vt illę aperiantur, quod fit tribus modis: vnus est
cum phlebotomia, seu lancetta: Aliꝰ est cum san-
guisugis appositis per cãnas: tertius est cum me-
dicinis appositis. Optima medicina est folium fi-
culnei, quod debet prius complicari, & vna pars
B folij cum alia confricetur, quousque lac effluat
inde: postmodum fricentur hæmorrhoides cum
superficie confricata, donec aperiantur. Simili
modo confricantur cum cępa lactescẽte, vel di-
stemperetur aloe succotrinum cum felle bouino
& modico aceti, calidum cum panno vel bomba
ce superponatur, vel panno insedeat, donec ape-
riantur, vel simili modo supponatur oleum amy-
gdalarum amararum vel persicorum. ¶ Si verò
tardetur hæmorrhoidum apertio, saltem diuer-
C tendus est sanguis, quod fit aperiendo in ambo-
bus pedibus venam grossiorem, quæ apparet su-
pra dorsum pedis: & hoc fiat in ieiunio, ad minus
de vtroque tres vnciæ sanguinis extrahantur:
Vel si prędicta phlebotomia nequeat fieri, saltem
fiat ex vena hepatica in brachio, & subtilis diæ-
ta seruetur tribus diebus. ¶ Congrua verò reme-
dia sunt in proposito calefactoria emollientia,
quę suauiter & insensibiliter detumefacere faciũt
superfluitatem sanguinis resoluendo. Fiunt au-
D tem hæc calefactoria duobus modis: vno modo,
vt medicinæ coctæ in aqua ponantur in aliquam
ollam sub sella perforata, & insedendo sellæ reci-
piatur huiusmodi vapor per inferiora. Aliò mo-
do, vt medicinæ cum aqua decoctionis earum
ponantur in concham, & sedeatur ibi vel immer
gatur spongia & exprimatur, & desuper sedea-
tur: sed primus modus leuiùs, & secundus effi-
caciùs operatur. Medicinæ verò, quæ bullient
in aqua, erunt istæ, scilicet duo manipuli foliorũ
E linguæ canis, vel in defectu eius tantundem mal
uarum vel bismaluæ, & manipulus vnus viola-
riæ, tantundem petroselini, libra semis fœnugrę-
ci, vel in defectu eius ponantur quatuor vnciæ
meliloti, & duæ stœchados citrinæ: omnia con-
quassata imponantur sacculo lineò, bulliant in
aqua dulci, & fiat vt priùs est dictum. ¶ Quan-
doque verò dolorem creant, propter excrescen-
tiam, quando scilicet in extremitate ipsarum ex-
teriùs eminent quædam additamenta, sicut si es-
F sent papillæ mamillarum, quæ excrescentiæ in
quibusdam sunt asperæ & duræ ad modum ver-
rucæ, & inde vocantur verrucales: in quibusdam
verò sunt lenes, rotundæ & turgẽtes ad modum
vuæ, & inde dicuntur vuales: in quibusdam verò
sunt molles & granosæ vt morum, & inde dicun
tur morales: & quia resudant humiditate sangui
nolenta, ideò quidam ficos nominauerunt. Om-
nes huiusmodi excrescentiæ affligunt sedentem
vel equitantem, & maximè verrucales, propter
G suam duritiem & asperitatem: post has grauius
affligunt vuales, quàm morales, quia propter sui
tumorem vel tensionem non cedũt compressio-
ni. In his autẽ excrescentiis est sciendũ, quòd pa-
rùm prosunt remedia supradicta, præterq̃ in vua
libus, quæ vtplurimum generantur ex retentio-

De cura excrescẽtiarum in hæmorrhoidibus.

ne sanguinis, cuius euacuatio moderata prodesset, & ideò in eis exercentur prædicta. In verrucalibus autem prodest remedium applicare emolliens, leniens & vitellum oui côquassatum in æstate cum oleo violaceo, & in hieme cum oleo amygdalarũ dulcium, aut butyro recenti. Et omni tẽpore prodest adiungere mucilaginem maluarũ, aut fœnugræci, ita vt misturæ prædictę bombax, vel pannus lineus immergatur, & superponatur. In moralibus autem ad remedium plus prosunt exsiccantia sine mordicatione, sicut puluis factus ex foliis tapsi barbati, vel plantaginis adusti, vel radicibus cannarum adustis: hic enim puluis incorporatus cum oleo rosaceo debet superponi cum panno, vel debet supersederi spongiæ. Prædictis etiã pulueribus debet adiungi quarta pars cerusæ, & alia quarta pars lythargiri, & cum oleo rosaceo fit vnguentum conueniens in proposito remedium. Sed in omnibus prædictis excrescentiis est melius ad curam intẽdere, quam ad remedium, quoniam per remedium non præbetur, nisi momentaneum iuuamentum, & ideò procurã dum est, vt illæ excrescentiæ auferantur ad hoc, vt æqualis maneat superficies regionis. ¶ Tamen in illis corporibus, in quibus expedit, vt hæmorrhoides sæpè fluant cauendum est diligenter, ne per modum auferendi solitus fluxus prohibeatur, sicut accidit, quando exstirpãtur cauterio vel incisione, quia vtplurimum tunc contingit, vt in sanatione cauterij vel incisionis clauduntur omninò per consolidationem oris venarum. Conueniens ac securus modus est, vt auferatur paulatim cum suauibus corrosiuis, qualia sunt ea, quæ sunt de natura salis: nam quasi pruriendo consumunt superfluitatem, & citò liquescunt, sicut fęx aceti combusta, salgemmæ, nitrum, mel & vetus axungia porci, ex quibus optimum conficitur vnguentum, sic scilicet, vt fæx aceti combusta, salgemmæ & nitrum simul omnia vel aliqua ipsorum accipiantur equis portionibus, & puluerisentur: deinde cum vna parte mellis, & duabus partibus axungiæ liquefactæ fortiter incorporẽtur, vt fiat sicut vnguentum, & in panno superponatur, qualibet vice lauentur prius cum vino calido, in quo modicum mellis dissoluatur: poterit autem in æstate modicum aceti cum prædi-

A ctis, ex quibus vnguẽtum fiet, incorporari. Cùm autem excrescentiæ fuerint elimatæ manseritq; superficies regionis æquata, sufficit in æstate lauare cum vino decoctionis rosarum, aut tapsi barbati, vel plantaginis, in hieme verò cum vino decoctionis saluię, cui parti post lotionem superaspergatur puluis ex duabus partibus rosarum, & vna cerusæ factus. ¶ Possunt etiam conuenienter auferri, si ligentur in radice cum seta, vel cum filo ex serico, dum tamen ligatura non stringatur B immoderatè, sed quantum tolerare poterit absque dolore graui: si accipiatur cortex laureolæ, quę vulgariter dicitur mactapoil, & fiant ex eo fila, quibus prædictæ excrescentię ligentur, radicitus moderata strictura celeriter abscindentur.

¶ Tertio modo affligũnt propter inflammationem earum & circumstantias regionis, tunc sufficit, vt sæpè lauentur cum aqua dulci & tepida, in qua prius bulliat semen cucurbitę vel cucumeris conquassatum, aut portulaca vel semperuiuũ C vel flores nenupharis, vel suo tempore liniantur cum succo cucurbitæ vel semperuiui, aut ex albumine oui, & oleo violaceo fortiter agitatis. Vel fiat vnguentum ex cerusa lota, cera alba, oleo violaceo, & mucilagine psillij æqualiter acceptis, & fortiter incorporatis. Similiter poterit inunctio fieri ex populeon, si recens inueniatur. Si prædicta omnia deficerent, tepefiat aqua simplex, sicut si stetisset ad solem, & bombax, vel pannus lineꝰ mersus in ea, frequenter applicetur regioni præ- D dictę. ¶ Quartò etiam modo consueuerunt affligere specialiter in egerẽdo, quando stercus emittendum est durum, quia tunc maximè, si fuerint excrescentes, coarctantur, & comprimuntur ab eo in exitu, & grauem generant cruciatum: ideò cauendum est, ne fæces indurentur cibis, vtendo mollitiuis & humectatiuis, iuxta doctrinam superiorem. Et si cætera non haberentur in promptu, saltem in principio prandij sumatur medulla cassiæfistulæ ad quantitatem vnius vnciæ vel cir- E citer, vel vnciæ semis ad minus. In deiiciendo potest obuiari afflictioni, si immergantur inferiora aquæ moderatæ caliditatis, & maximè si maluæ fuerint ibi coctæ vel in oleo violaceo tepido pannus lineus immersus, ano suauiter, quantum poterit, intromittatur.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE REGIMINE CASTRA SEquentium.



Exercitus debet castra metari ad longam stationem in locis paludosis: & vbicunque castra metantur, semper dominus rex collocabitur ex parte illa, vbi flabũt venti mõtium, aut terreni, seu zephyrus, & quolibet sero sumatur de pomis ambræ siccis quantitas ciceris aut lupini, madefiat in vino, ponatur supra prunas in tentorio, vbi iacebit: aureolæ verò, quod scitis, tenebit ad caput, sertũ verò de lapidibus gestabit de die ad collum pendens, vsq; ad pectꝰ. Quando exercitus transferri

F debuerit de loco ad locũ, semper ad distantiã vniꝰ miliaris, aut duorũ p̃cedãt pedites grossis soleis calciati, q tàm in via, q̃ circà cõtẽplentur, an fuerint iactati vel seminati, tribuli ferrei, & colligẽt. Itẽ in fontib. scrutẽtur, vtrũ sit ibi cõcauꝰ, & mollis, vel palꝰ infixꝰ: & prius extrahãt, quam de aqua bibãt: similiter si fuerint ibi herbę nõ radicatę, sed mortuę, In fluuialib. autẽ animaduertant, vtrũ aliqua trabs lõga sit ibi trãsuersaliter collocata, & si amoueri nõ possit, tũc supra ipsam hauriatur aqua, vel si sub, tunc lõgius saltẽ ad vnum miliare. In cisternis aut puteis, fiat scrutinium dictũ in fontibꝰ, & insuper attẽdatur, si massa picea, vel vn-

vel vnctuosa iaceat in fundo, extrahatur, & si fuerit cisterna, recusetur aqua, si verò puteus exhauriatur primò. Vbi dictum scrutinium fieri nequeat, tunc pannus subtilissimus lineus, & candidissim⁹ madefiat in aqua perfectè, qui explicabitur absque compressione, sicque complicatus, & cùm chorda ligatus pendebit ad Solem, vel ad aerem, & cùm videbitur exsiccatus, complicabitur, quòd si maculæ cuiusque coloris appareant, certum est aquam esse pestiferam, si verò nusquá appareat macula, salubris erit. ¶ Et vt exercitus ab epidemia præseruetur, vbiq; fiát extra limites eius, quasi per modum fossarũ foueæ, in quibus cadauera, & superfluitates animalium proiiciantur, & cùm semiplenę fuerint terra cooperiátur: & vnctuosi cum cibis vtantur puluere coriandri præbulliti in aceto, & exsiccati. Vt autẽ efficacius præseruentur, sumant ieiuno stomacho subscriptũ puluerẽ, saltẽ de quarto in quartũ diẽ. R. floris chamomillæ partem 1. gramin. partes 2. vsneæ partes 3. ceterach sicci ad pondus omniũ. sumant vnum cochlear cum saccharo simplici, & superbibatur aliquantulũ boni vini: vel papaueris bibát vnũ cyathum, de ptisana tertiæ coctionis cũ duplo graminis effoliati. Omnes etiam habeant pileum alcannę, quo etiam collum tegatur. Ptisana verò prædicta sic fiet: vna scutella hordei ponatur in tantã quantitatẽ aquæ, vt hordeũ cooperiatur, in ollam mundã vitreatam, vel in lebetem stanneum, & sic bulliant vnico feruore ad lentũ ignem. Postea colentur, & simili modo iterũ bulliant, colentur: deinde tertia vice ponátur 2. M. graminis effoliati, & loti, tunc totũ bulliat ad lentũ ignẽ & clarũ, vsq; ad consumtionẽ ferè medietatis aquæ: postea deponatur ab igne, & vsui reseruetur, siue colatũ siue nõ colatũ. ¶ Cũctis febricitátib. cuiuscunq; fuerint ætatis aut sexus, vel cõplexionis, dabitur puluis factus de pane cuculi: sic scilicet vt vnum cochlear admisceatur ptisanę supradictæ, & sic bibatur in æstate frigidum, & in hieme tepidum, & prædictam ptisanam semper vtantur in potu, vinum nõ bibant. ¶ Omnes vulnerati vtentur puluere poligoniæ minoris dupliciter, sic sumendo: ieiuno stomacho cochlear vnũ cum vino, vel si pauper fuerit, cum prædicta aqua. Et iterum vulnere mundificato superspergatur exteriùs. Si verò sagitta, vel aliter quis toxicatus fuerit, sumat ieiunus cochlear vnum de puluere subscripto cum vino aromatico, vel ptisana supradicta. Rec. sem. citri partem 1. scolopendriæ partes 3. fiat puluis, talibus etiam caules cũ oleo propinantur in cibo. & sic est finis.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE CONSERVANDA IVVENTVTE ET retardanda Senectute.

PRÆFATIO.

SERENISSIMO ac sapientissimo principi, inclyto domino Roberto, digna Dei prouisione, in Hierusalem, Sicilię regi Illustrissimo, longæuam & prosperam in sanitate iustitiá, victoriam & pacem omnibus diebus vestris, vitam & salutem æternam. Quia vita boni regis salus est populi, longitudo dierũ eius, augmentatio regni, & ampliatio subditorũ: idcirco decet, quinimò expedit, quẽlibet principẽ, de p̃seruatione & cõseruatione sui principalẽ curã, & specialẽ prouisionẽ habere, ac cuilibet fideliũ conuenit huiusmodi, prout ex alto promittitur, aut inungitur, quomodolicet acquisitis tota desudatione vacare. Et licet in manu domini sit omnium sanitas, mors & vita, non tamen Dei bonitas impedit, quin & naturales inferioris naturæ cursus, prout eis desuper insitum est, suas peragat operationes, aliàs autem medicina, quá propriè ad conseruationem sanitatis, & vitæ perfectionem creauit altissimus, frustrà esset. Ea propter rogitans siquidem, vt longanimitas & prolongatio vitæ vestræ sit propter serenitatem grauis mentis, magnanimitatem, strenuitatem corporis, scientiarum pluralitatem innumerabiliũ & virtutum, quibus gloriosus. & benedictus De⁹ vestram decenter ornauit regiam maiestatẽ, speculum est cunctorum regnãtium exemplorum, regula dominorum & doctrina regni singularis. Ego licet seruus inutilis, homo syluester, theoricus ignotus, & practicus rusticanus, qui ex innatæ fidelitatis deuotione pro salute vestra, meritò semper oro, cupiens aliquid in gazophilatium regium de meæ scientiæ penuria ponere, præsentem libellum de præseruatione à senectute, & reiuuenescentia proprij excultum ingenij ad regię exercitationis solatium duxi vestris conspectib⁹ transmittendum. Ex cuius inspectione tantò citiùs cum intelligibili oratione exemplum practicum artis sensum eliciet regia celsitudo, quantò in eo viget vberius speculatio vestra superás cunctorum terræ regum & hominum intellectum.

De conseruatione Iuuentutis, & retardatione Senectutis, Cap. I.

IVVENTVTEM seruare & senectutem retardare, fit per conseruationem virtutum, spirituum & caloris naturalis, in suo esse, temperantia, ipsorum confortatione, & multiplicatione in eorum defectu. Nam quamdiu virtus, spiritus & calor naturalis non debilitantur, neque pili canescunt, neque cutis corrugatur, quoniam ex debilitate caloris innati declinantis ad frigiditatem & siccitatem, nutrimentum corrũpitur, & membrorum corrugatio procedit. Cibus perueniens ad quodlibet membrum, digeritur à calore naturali illius membri, dum debilitatur ille calor ab aliqua occasione, corrumpitur ille cibus, & tunc accidit corrugatio cutis & canicies, vt patet in senibus, cùm sint frigidi & sicci. Canicies autem fit propter caloris naturalis diminutionem, senectus autem infrigidat & exsiccat: idcircò qui est pauci sang. virtus, & calor naturalis debilis in di-

gerendo, in illo aggregantur humiditates multæ & humores crudi, ideo debilitantur tres spiritus in eo & tres digestiones, & dominatur in eo debilitas caloris naturalis, & hoc accidit ex cursu temporum, & hoc potest retardari, aut per accidens solicitudinis, tristitiæ, & similium: & hoc etiam amputari potest per alienationem ab illis, q̃ faciunt eam continuationem suiipsius ad contrarium, & cùm est causa morbi, abscindere eam cũ rebus ad hoc propriis. ¶ Et senescentes quidem indigent calefactione, & humectatione æquali ex cibis, potibus, medicinis conuenientibus, exercitio & gaudio: & de præseruatiuis additamentis ad virtutem est iulep de vino, & sacch. & vltimũ præseruatiuum, quando virtutes sunt debiles: quoniam indigent confortantibus virtutem ex cibis, potibus, speciebus odoriferis & medicinis habentibus hanc proprietatem: & hoc est occultum, cùm sint humiditates corruptę, & humores crudi aggregati in eis, indigent, quę extenuant & exsiccant humiditates superfluas, digerunt humores crudos, sincerant corpus. Corrugatio, & veterascentia cutis indigent, quæ abstergant, & applanent ex oleis, aquis, vnguentis, coloris pulcritudo, sicut eis, quæ laudabilem sanguinem generant, & quæ citò digeruntur per mundificationem sanguinis cum rebus propriis, quæ inueterant & debilitant calorem, & virtutes multarum solicitudinum: curæ & euacuationes exquisitæ & phlebotomia frequens, & his similia, istis succurritur cum brodio pullorum, quiete, somno, etiam rebus odoriferis, & similibus. Et quæ generãt phlegma putridum, sunt, sicut fructus, pisces, lacticinia, frumentosa medullata, & similia, ex q. bus generatur aquosus humor, & qui non digeritur in membris, quorum generat caniciem & cutis corrugationem, & non est accidens ita forte ad caniciem inducendam, sicut timor desperationis, propter totalem regressum caloris naturalis ad interiora, maximè quando in hoc communicat complexio, & est apparatus, inde est, quòd quamplures obuoluti maris fluctibus, subitò in pilis fiunt albescentes. Quę verò fluctuationi obuiãt, sunt, granatorum succus, propriè de pomis, & hora sumendi expressè, aurum præcipuè, succus borraginis, fumusterræ, specialiter viridis, purificatus, virtus rad. plantaginis & similia, & illa, quibus phlegma putridũ subtrahitur, sicut myrobalani conditi, aloe, agaricus & similia. Et illud quo subducuntur propriè melancholia & phlegma putridum inueterantia hominem, est helleborus niger, pręparatus per magisterium, paucis notum, nam in rectificatione maliciei eius est secretum, per ipsum namque homo conuertitur de mala complexione ad bonam, etiam acquiritur reiuuenescentia: sed non est pro corporibus delicatis & nobilis complexionis. Ideò non figo sermonem meum in ipso. ¶ Ex eis, quæ confortando consumunt, est dianthos cum sacch. conditum, quod propriè consumit phlegma & melancholiam cerebri, canos retardat, sensum corroborat & vitam prolongat, maximè cum de ipso in aqua vini, cum scientia & sapientia facta, & à quibusdam in vino proprio calidum per triduũ dissoluitur, colatur, & bibitur cum sapientia, sicut oportet. Sunt alia, sicut diacameron & myrobal.

Iulep de vino.

Quæ generãt phlegma putridum.

Quę phlegmã putridum subtrahũt & melancholiam.

Quæ confortant & consumunt dictos humores.

A chebuli conditi, quæ propriè consumunt phlegmaticas superfluitates stomachi, confortant ipsum & clarificant sanguinem, conferunt melancholicis, & assiduatio ipsorum confortat iuuentutem, facit reiterare adolescentiam & præseruat à canicie. Similiter decoctio foliculorum senæ ꝓpriè cum diaborraginatis, & sero caprino, & quę sunt his similia. Et via habita ad senectutem caniciei accidentibus & principalioribus rebus conseruantibus, est euacuatio humoris phlegmatici B cum vomitu in vnoquoque mense semel, & clyster semel in septimana ex succo foliorum mercurial. ebuli, sambuci & blyti cum ℥. s. hierępicræ, quod est secretum magnum. Et iterum subductis cum hierapicra vel cassiafistula, & cum succo quidem ros. ex recentibus rosis tracto cum sac. præparato est linimentum bonum naturæ cum sapientia, & est ex medicinis benedictis soluentibus cum confortatione principalium, id est, omnium membrorum, permutat malam dispositio-C nem calidam, aperit obstructiones, cor confortat & mundificat: & de laudibus eius est magnũ capitulũ. ¶ Et de rebus consumentib. humores ad seniũ præparantes, sunt species temperatæ notæ, vt garyo. cinam. liquiritiæ & similia, propriè tamen incorporatur virtus eorũ in bono vino, & lymphatũ sumitur, pillulæ etiã quædam fiũt notæ bonitatis ex his in cõseruando sanitatẽ & vitã, quia opponũt se putrefactioni, rectificãt & sincerãt, qđ iã putrefactioni vicinatur. Inde est, quòd D ex rebus, de quibus cõponuntur, cõdiuntur corpora mortuorum, & non putrefiunt. Prædictum autem vinũ specificatum cùm accipitur, per omnia diffusum membra deportatur, cõfortat ea & exsiccat superfluas humiditates, similiter vsꝰ pulueris earundẽ specierũ in cibis est de rebus conferentib. In sicco tamẽ habitu opus est, vt cũ eis temperata commisceantur, sicut sunt succus granatorũ, aqua rosarũ, sacch. liquiritiæ, passulæ & huiusmodi. Diacameron verò digestionem confor-E tat, seu reparat, & triphera similiter p̃cellit illud declinãdo versus caliditatẽ. Ex debilitate autẽ caloris naturalis, & corruptione cibi, quę prouenit in mẽbris, quæ superueniunt ex cholera putrefacta, accidit corrugatio & senectus, sicut in scabiosis apparet corrugatio mẽbri & dispositio senectutis, recedẽte scabie iuuenescit, his propriè aurum præparatum confert, leprosis præsertim, vinum granatorum & similia. ¶ Vino quoque granatorũ quocunq; modo sumto proprietas inest F humores extenuandi & extinguendi calorem hepatis, & luna libera caloris offensa confortare, ꝓpriè confert hepaticis, cardiacis, os stomachi & cor confortat. ¶ Chebuli autem cõditi in vtraq; frigida, & calida, cura valent, stomachum confortant & superfluitatẽ eius desiccant: iterũ melancholicos iuuant, sanguinem & spiritus clarificãt, nec est res, quæ illis comparari possit. ¶ Et vinũ quidem borraginatum tempore vindemiarũ factum, est vinum cardiacis aut maniacis & melan-G cholicis conueniens: mundificat enim sanguinẽ, aufert suspiciones malas, totam regitiuam virtutẽ confortat & omni corruptioni se opponit. ¶ Electuariũ de quinq; myrobal. secundũ receptam paucis notã in viã conseruationis sanitatis & ꝓlongationis vitæ, & reiuuenescẽtia, est res ꝓbatã, perfecta.

Vomitus. Clyster factus.

Species monẽtes humores ad seniũ præparantes.

Vini granatorũ proprietas.

Chebuli conditi.

Vinum borraginatum.

Electuariũ de quinq; myrobal.

perfecta, & donum electum vitæ: nam stomachū confortat, & adaptat, aquæ superfluitatem à nutrimento præterito remanentem purgat, vsus eius caniciem retardat, & ad decrepitá ætatem venire facit nutu Dei. ¶ Carnes viperarum præparatæ sunt huius generis, sed mihi non placent propter illud, quod accidit error aliquando in colligendis ijs. ¶ Iterum etiam de genere vtilitatis sūt suffumigationes de rebus competentibus, secundū necessitatē cōuenientē & balnea propriè tēperata sine exuberanti sudore, ita vt mundetur solùm cutis à sorde aggregata: pori namq; aperiuntur, & humiditates superfluæ desiccantur. ¶ Vsus vini, in quo resoluuntur prædictarum rerum virtutes cum aqua temperata in sua hora perforabit occultos meatus corporis, humiditatē superfluā desiccabit, confortabit membra interiora, & aperiet obstructiones, quod est secretum magnum: Apertio namque facit currere spiritus per membra, & vigere in corpore calorem naturalem: obstructio verò contrarium operatur. Calor autem naturalis conculcatus debilitatur, & non potest separare purum ab impuro, quare humiditas superflua putrefacta incrementum habet: vnde carnis & cutis corrugatio & senectus festinant. Sciatur autem hoc, quòd huic succurritur impedimēto vsu vini prædicti, aut alterius rei similis operationis: & quia virtus earum rerum resoluta in vino non effrenat calorem naturalem in conuertēdo & dissoluendo, quemadmodum quando cum substantia recipiuntur, sunt qui eundem modum seruant in accipiendo medicinas laxatiuas, succedit & euitatur propter hoc error effrenitatis earum, hoc est vnum secretum magnum & verum, in operatione est vnum secretum magnum, quia ignis adurit, immutat & resoluit de virtute & operatione rerum ipsarum, sicut in decoctione syruporum & electuariorum. verbi gratia: cum helleborus in vino permāserit, fit potus vomitiuus: & qui vidit imponere sacculum cum puluere suo vino per diem vnū vinum illud sumtum per vulnus educit saniem vsque ad mundificationē & curatur curatione perfecta: sed sapientes antiqui occultauerunt hoc sublime opus medicinarum, euacuauerūt omnes libros ab hac intentione: & hæc sufficiant dixisse circa hoc.

Carnes viperarum.

Suffumigationes & balnea.

Vinum infusionis.

De retardatione Senectutis, & Reiuuenescentia acquirenda, Cap. II.

QVI VOLVERIT verè retardare senectutem & reiuuenescentiam habere vel acquirere, sit soliticus de rebus generantibus, & clarificantibus sanguinem laudabilem spissum: quoniam quandiu sanguis calidus & spissus pinguis & viscosus permanet, canicies retardatur: fit verò contrarium cum ad aquositatem declinat, & frequantatio rerum sanguinem mundificantium assecurat à festinatione caniciei. ¶ Tota autem cautela regiminis cibi, & potus sit, vt omnia secūdum ordinem, tempus & debitam quantitatem administrentur, & laudabilis semper digestio fiat: in digestione enim est radix intentionis, indigestione, etsi laudabilia assumantur, sanguis corrumpitur, & humores impuri generantur. Bonitas autē digestionis & cōseruatio vitæ consistunt A primò in aere, qui totum attingit, motu & quiete, somno & vigilia, cibo & potu, in debita propriatione & moderata exhibitione & necessaria expulsione superfluitatum, & non prætermittere consuetudinem, & hoc secundum canones diuulgatos in arte. ¶ Et est sciendum, quòd innouatio & confortatio cutis fit cum potatione aquæ auri purissimi propriè: ipsa namque alopiciam curat & tineam, transmutat corpus humanum, sincerat & innouat ipsum, & virtus multarū rerū approxi B mat huic operationi: sed ipsa est, quæ prædictum miraculum facit, & quæ non corrumpitur, & cōplexioni humanæ est conueniens, neque calefacit, neque infrigidat, neque humectat, neque desiccat, immo omni est temperamento temperata omnemque rem excedit in temperantia, & perennitate, quam habet: etiam subuenit stomacho frigido, timorosos facit audaces, cardiacos confortat. Valet contra melancholiam, & alopiciam, calorem naturalem confortat & tempe- C rat: nec est res, quæ huic comparari possit. Virtus eius in sua manifestatur substantia, quare est in ea caliditas, ideò clarificat, & in ea est magna temperantia, ideò magnum temperamētum efficit super omnem rem, & ideò est perennitas: conseruat corpus humanum, & in ea est assimilatio cōplexioni humanę, ideò incorporatur, si prę paretur, vt decet: & in eius præparatione est totū secretum, quod sapientes propter inuidiam occultauerunt. Confirmat autem & sincerat cordis D substantiā, & suæ puritatis impressione omnem deijcit impuritatem ab eo, tuetur illud, clarificat spirituum substantiam, mouet sanguinem ad cutim, inducit pulcritudinem iuuenilem, & abstergit abstersione leui. Et extraneus modus reiuuenescentiæ est, vt per abstinentiam & subductionē conuenientē deueniat quis ad vltimā extenuationem. deinde cum laudabilibus nutrientibus reficiatur: hoc autem seruatur apud eos, qui boues impinguant, quorum caro quantò magis macres- E cit, & deficit, tantò magis tenera fit & iuuenescit. Exēplum secundū est in conualescētibus iam resumtis. ¶ Porrò de signis approximationis ad senectutē est inhærentia obliuionis, & huic dispositioni obuiatur cum vsu pulueris piperis longi & cimini an. partes 2. garyophyl. partem 1. saccha. ad quantitatem totius, & cum vsu dianthos & subductione, & dięta conuenientibus, in tempore epidemiæ & pestilentiali propter corruptionē quę est in rebus, ex quibus obuiatur cum pillulis ex F aloe vel de mirrha superius dictis. Et quando accidit aeris malitia ex corruptione aut vicinitate putrefactionis aut flatus fœtidi, oportet accedere ad ea, quæ ad acetositatem declinant, & stypticitatem habent, & iam Auenzoar testificatus est in libro suo, quod approximatio cattorum, & flatus eorum inducit pulmonis putrefactionem & phthisim: & æstimo, quòd accidat propter corruptionem complexionis eorum, quoniam flatus eorum fœtet multum, & flatus quidē hominis cor- G ruptus est detestabilior, propter complexionis similitudinem magis inficiens. Ideò cautela est, vt ab ore loquentium auertant faciem, & dent aurē: aeris malitia rectificatur per immutationem loci, & elongationem ab eis, quæ fœtent: bonorum odorum vsus & ablutio aceti & vini circa os &

Aqua auri purissimi.

Vltima extenuatio deinde refectio bona.

Obliuio nuntiat senectutem.

nares assecurant ab hoc multùm. ¶ Similiter & A
defectio auditus denuntiat senectutem, ratio est,
quia minoratur in corpore cholera, quæ instru-
mentum auditus ab aquosis superfluitatibus al-
leuiabat, & in senibus colliguntur eiusmodi su-
perfluitates indigestæ, propter caloris innati mi
norationem: ideò mundificationes faciendę sunt
capiti, cum his, quæ neruos mundificant calefa-
ciendo, vt agaricus & allia secundum necessita-
tem. Et pillulæ aureæ sunt propriè, exercitium &
intromissio in aurem de genere eorum, quæ ad
operationem reparant membrum sensus, sicut
oleum amygdalarum amararum cum vrina pue-
ri, lacte mulierum, vel cum succo cucumeris agre
stis, & similium, prouocatio somni comestioni vi-
cino, & cauere à repletione, & alijs, quæ implent
caput vapore. Item in quibusdam euacuatio cho-
leræ multiplicatæ, vel iam motæ & retentæ sunt
de bona consideratione Medici & periti in arte.
¶ Defectus autem appetitus generationis & mi-
nutio est de signis prognosticâtibus senectutẽ, &
iuuantur propriè cum his, cũ quibus augẽtur, &
confortantur calor spiritus, & humores, & qui-
busdam alijs, quorum taceo propter pudicitiam.

Defectio auditus denuntiat senectutem.

De his, quæ Iuuentutem inducunt,
Cap. III.



DEFECTIO denique & hilaritas ani-
mæ naturam excitant, & iuuentutẽ
inducunt, clarificant sanguinem, &
per venas ipsum currere faciunt. Ex- D
hilaratio quidẽ mouetur ex singulis,
quæ delectationem occupationis inducunt, siue
interius, siue exterius, siue sit omnium sensuum,
siue vnius, & contrarium faciunt, quę contristãt:
tristitia.n. ossa desiccat, carnem eliquat: cõturbat
spiritum, & corrugat cutem. ¶ De afferẽtibus ve-
rò lætitiam & auferentibus melancholiæ disposi-
tionem est vinum croceatum & vinum buglossa-
tũ, in quo radices bene lotæ maceratę fuerint per
diem & noctẽ, vel syrupus eius, vsu huius vini ab
amẽtia, permistione & alienatione rationis cura-
ti sunt: & sedes quidem caloris est in corde, quan
do excedit temperamentum, diminuitur, & debi-
litatur, homo pigrescit & senescit. ¶ Quæ autẽ ca-
lorem naturalẽ minuunt, sunt omnia, quæ phleg-
ma putridũ generãt in stomacho, & quæ minuũt
virtutem & spiritus, sunt quæ infrigidant, & dige
stionẽ corrũpunt, omnis ægritudo, immundicies
corporis, accidentia animæ, omnis fœtor & aspe-
ctus malus, & quandiu retinetur calor naturalis
in corpore tẽperatus, perseuerabit sanitas, & ob-
seruabitur habitus iuuentutis. Accidentibus ex
melancholia, & tristitia sine cura subuenit diama-
stix & diãbra, ipsarum quælibet melancholicis cõ
fert dispositionibus, bonũ colorẽ acquirere facit,
lumen acuit, canos retardat, mentẽ sincerat, dige
stionem adaptat, & inter cætera quæ temperamẽ
to æquali calefaciunt & humectant, est vinum tẽ-
peratæ complexionis, & perla quidem est tempe
rata temperãs & confortans calorem naturalem,
ipsa confert cardiacis & timidis, & sanguinẽ cor-
dis propriè clarificat, in qua vidi quosdã eliquas-
se, & ægritudines multę ex eis curatæ sunt. Sed il
lud, cui nõ est par, est sal de minera, sapientes assi-
milauerũt ipsum præparatũ calori naturali sanæ

Vinum croceatum & buglossatum.

Diamastix.
Diambra.

Perla.

Sal minerale.

adolescentiæ: propter hanc similitudinẽ vsi sunt
sapientes, & appellauerunt lapidem nomine ani-
malis: alij chifir minerale, & à quibusdam vocata
est medicina perennis, aqua vitæ: totum ingeniũ
præparationis est, vt in aquam purissimam & po-
tabilem reducatur cum rebus, quę cum eo eandẽ
habent proprietatem. ¶ Amplius iam dictum est
generaliter, quòd sapientes in artis consideratio-
ne dixerunt, illud esse principium in consideratio
ne non properandi ad intempestiuam senectutẽ,
B & mortem festinam, imò continuandi sanitatem
bonam, videlicet præseruare stomachi dispositio-
nem, quia ipsa est radix illorum, & cũ debilitatur
& impeditur stomachus in operatione eius, om-
nes aliorum membrorum virtutes senescunt, &
laborãt, quoniam debilitas stomachi omnem cõ-
plexionis malitiam communicat Et de his, quæ
nocent ei, est satietas nauseatiua, & iam probatum
est quòd natura minimis est contenta, & de rebus
magis nociuis stomacho, est repletio, experientia
C verificat illud quotidie in his, qui se Deo in solici-
tudine dedicauerunt, & in quibus necessitas eos
ad hoc perducit: quoniam in paucitate & simpli-
citate assumendorum proficiunt magis in tempo
re, & perseuerãt magis incolumiores: vnde Sene
ca inducit, quòd multi coci fecerunt multas ægri
tudines. ¶ In cibo, potu & medicinis quantò res,
quæ illud ingrediuntur, magis tendũt ad simpli-
citatem, tantò melius, & nihil est magis nociuum
stomacho nihilq; magis aggrauat stomachũ, quã
D diuersitas assumtorum, maximè contrariarũ dis-
positionum, propter inæqualitatem sumtorum,
& malitiã coctionis & trãssubstantiationis in eis,
ordo etiã iuuat in hoc, & nocet, & illud quidẽ qđ
in gulosis reprobabilius est, multũ etiã, & si obser
uantur cõditiones, remediatio in eis est, semel in
die comedere. Et in omni quidem repletione ni-
hil est ita sanũ, sicut abstinentia: in ipsa quidem ca
lor naturalis resurgit, confortatur, & non desinit
agere in id, quod assumtum est, donec cõuersum
E & digestum fuerit. Porrò & hepar cõmunicat cũ
stomacho in bonitate & malitia, similiter & splen
vt plurimum quidẽ, secundũ cõmunem cursum,
qđ accidit ei de impedimẽto operationis eius, est
obstructio quoniã obstructiones sunt de materie
bus ægritudinũ eius, & qui habẽt eas, ijs fit pauc⁹
sãguis & corrupti caloris, occurritur eis cũ incisi-
uis, aperitiuis & abstersiuis, cibo, potu & medici-
nis. De meliorib⁹ reb⁹ in hoc casu ex omni via est
syrupus dictus diaquilõ de quinq; rebus, & sub-
F ductio cũ hierapicra de 16. rebus, soluta in deco-
ctione cõmuni, in qua dissoluatur, & cõmisceatur
cassiasi. & quòd colatura bibatur. ¶ Et splenis q-
dẽ rectificatio nõ est ꝑtermittẽda hoc loco, ipsũ.n.
est torcular sanguinis fęcis & adustionis eius, &
quando debilitatur in mundificatione illius, su-
perueniunt corpori ægritudinum melancholica-
rum genera & contristatio: quando causa neces-
saria ipsum impedit in mundificatione ipsius, spi
ritus ingrossantur, accidit hepati & toti corpori
G arefactio, & extenuatio, paucitas sãguinis, imò hu
mor. malorum repletio, facit peruenire patiẽtem
ad hydropisim ex errore digestionis secũdæ, & ad
grauitatẽ motus & colorẽ plumbeum, vel citrinũ
cum extenuatione totius corporis, imò penitus
dispositio ipsa fugat decorẽ iuuentutis. ¶ Illa aũt
quibus

Præseruatio dispositionis stomachi optima.

Satietas nauseatiua pessima.

Simplicitas assumtorum bona. Diuersitas pessima.

Abstinentia repletionis optima.

Splenis rectificatio non prætermittenda.

Conseruantur splenetici

quibus iuuatur spleneticus sunt abstersiua, & incisiua, non multum calida, sed ad acetositatem, stypticitatem, & amaritudinem declinantia, & in summa est assiduitas regiminis subtiliatiui, in via curationis & præseruationis: de preparationibus secundū semitam medicinæ familiaris sunt minutio debita, & mundificatio cum his, quæ melancholiam trahunt. Laudantur puluis radicis scolopen. decoctio graminis cum syrupo acetoso & cū radicibus, decoctio rad. capparū in aqua frigida: item inunctio cum oleo sambucino. ¶ Iterum & B illud non est prætermittendum in via curationis, omne illud, ex quo calor naturalis viuificatur, & illa sunt exercitium temperatum, frictio moderata & huiusmodi: exercitium namq; est, quo calor innatus reuocatur, corporis leuitas & fortitudo acquiritur, prohibet repletionem, coaptat membra ad nutritionem & augmentum bonum, facit ea operatiua, & assecurat ab accidentibus multis. Ocium autem phlegmaticos accrescere facit humores, calorem & spiritum pigros reddit ad maciem & pellis corrugationem perducit & præparat ad senium. Frictio quidem extremitatum est ex eis, quæ calorem innatum viuificant, materias ab interioribus ad extremitates trahit, membra principalia à multis assecurat infirmitatibus, & passionibus: frictio autem cubitorum donec scabiosa fiant, & conseruatione rupturę pellis in eis, confert visui & actionibus oculorum: spinæ verò dorsi cerebro, cordi & alijs membris quæ cum principalibus secundum scientiam anatomię, maiorem habent colligantiam. Et ipse quidē frictionis actus conducit decorationi & reiuuenescentiæ, eò, quòd per eam adducitur ad superficiē loci sanguis, impletur cutis eo, extenditur, pinguescit, & rubescit, tempus ad hoc accomodatum est, nempè celebrata digestione secunda. In summa omne illud intus receptum, vel exterius applicatum, quod ad superficiem sanguinem trahit, refertur ad hoc caput. Illud autem, quod per frictionē intenditur, est superfluitatū resolutio, quę in mus E culis continentur, quæ per exercitium absque fatigatione resolui nequiuerūt, quare debilioribus magis est conueniens, & omne exercitij genus omnísque animalis & corporalis actus fiat cum modo, & discretione secundum debilitatis proportionem, ad quod expedit, est enim inæqualitatis temperantia sanitas & vita. ¶ Quæ autem cogitationes & tristitias expellunt, sunt rememoratio prouerbiorum sapientum, lectio sacrorum canonum, audire dicta seu gesta priorum, & conuertere interdum intellectum & sensum ad illud in F quo anima delectatur cum sobrietate: de expertis est portare secum lapidem calaminarem cum croco, pro stomachi malitia habere corallum suspensum supra os stomachi, est res certa, & recipere manè ieiuno stomacho ʒ.1. aquæ vini saccharati non permittit tristitiam incurrere, etiam retardat senectutem & canos, & iuuenescere facit. Similiter degustatio passularum in ieiuno proficit ad viam iuuenescentiæ, eò quòd digestionem G efficiunt meliorem, & minoratur ex eis phlegma, immò conferūt hepati, & impinguāt ipsum, quoniam amicæ sunt stomacho & hepati ad generandum sanguinem magis coctum, & spissiorem, cū sumuntur post cibum habilitant & humectant

Quæ viuificant calorem naturalem.

Expellentia cogitationes & tristitias.

Passula.

A ventrem. ¶ Sciendum autem, quòd in medio est virtus, expedit autem vt eorum, quę sumuntur, non declinet natura ad vicinitatem extremorum quæ sunt subtile & grossum, aut in saporibus, licet interdum expediat, vt qui calidiores ventres habent quæcūque dura difficilia cū appetitu cōuertunt, & vtiliora sunt, quæcunq; concoctu accipiuntur, quamuis minus sana sint. Horā autem cibandi obseruare oportet, similiter quantum cibādum, vt nimirum cum appetitu surgant. Pręterea famem non tolleret, aliàs stomachus pascitur humoribus putridis, etiam regionem, tempus, horā & vires considerare oportet: nihil autē malignius quàm super indigestum cibum crudum cibi & potus quicquam ponere. ¶ Et oportet hominem naturam suam non ignorare, & operam dare vt per iuuantia & nocentia deueniat in cognitionem sui ipsius, nam cum de hac re certificatus fuerit, ipse sub his sibi prouidere poterit. Vnusquisque autem quantò manifestius inclinat ver- C sus aliquem lapsum, tātò amplius ad illud, quod eiusdem lapsui opponitur, faciat additamentum, vt ille qui abundat phlegmatico sanguine, & aquoso, vtatur subtili cibo calido, facilis nutrimenti, & pauci, sic de alijs, & superbibat aquam cibo nondum distributo. Vinum autem his malum, quoniam facit penetrare cibum ante debitam coctionem & inducit obstructiones. Sunt quidam qui in medio pastu sumunt frustum quantitatis mediæ fabæ aloes bonæ per se, vel cum mastice: D est in ea vis soluendi ventrem & conseruandi sanitatem & iuuentutem. Cibus quantitate paucus in vice sumatur & diuersus: fames enim saporē facit, & diuersitas colluctatur, vt nō fiat excrescētia perceptibilis læsionis. ¶ Præparantia & decorātia sunt ea, quæ mundificāt, clarificant, abstergunt & leniunt, vt si accipiatur spuma mellis & spuma clari ouorum permisceantur cum quantitate sufficienti vini & lauetur sero sine abstersione: mane verò lauetur cum aqua hordei ablactata cum lacte amygdalarum, est nobile & bonū; non approximetur aqua rosacea neque camphorata ad faciem, quoniam generat caniciem in pilis. ¶ Item vnguentum camphoratum ex radice lilij cocta cum melle clarificat & applanat cutim, & rugas cutis. ¶ Item vinum in quo dissolutum est salis tartari tantum, quantum sufficit ad abstersionem, calcinati prius in aqua dissoluti & cōgelati est mundificatiuum bonum. Ablutio capitis cum lixiuio facto propriè ex cinere pedum caulium, decoctionis camomillæ, foliorum myrti, & florum rorismarini, confortat cerebrum, cōfirmat radicem pilorum, & non permittit canescere, similiter si in lixiuio bulliant folliculi senę & stoechas, confortat cerebrum, abstergit humiditatem subcutaneā, & prohibet caniciem. ¶ Motus quidam temperatus supplet vicem exercitu calorem excitat, & efficit fortiorem; quies autem omninò cauenda est propter suffocationem caloris naturalis, & priuationem viuificationis ipsius in ea: ipsa quidem humectat & remollit, est via qua velociter deuenitur ad senectutē Illis qui quiescunt conuenit exercitij genus, deambulatio frequens, vicissitudinaria incuruatio, directio orationis cura, ascendere altum locum vel alio aliquo labore se exponere, maximè stomacho à ci-

Homo non debet ignorare naturā suam.

Aloes in medio cibi.

Clarificantia cutim & applanantia.

Motus.

bis exonerato, vſque ad ſudoris commotionem: nam dum calorem euigilant exercitia illa vẽtoſitates educit & ſuperfluitates deponit. ¶ Amplius de complexione ad ſenectutem declinãte ad cholericam habitudinem, ſecundum quod poſſibile eſt, faciens elongari à ſe in præparatione: cholerica namque diſpoſitio ab affinitate ſenectutis temperamentum recip & propterea cholerici poſt ætatis ſtatum in melius vitam commutant. Præ alijs naturalis euacuationis actibus frequens viri & mulieris carnalis copula eſt nociua, quia perducit ad ſenectutis diſpoſitionem, & ipſius abuſione educitur multum de ſpiritibus, & calore naturali, hinc excitantur vapores putridi ad ſuperficiem cutis tẽdentes, vnde infectis interdicitur, & muli fortiores & longioris vitæ ſunt equis, quoniam non coeunt.

De complexione ad ſenectutem declinãte.

SIMILITER cerebri, in quo eſt habitatio ſpiritus animalis, diſpoſitio non eſt paruipendenda, & ipſius quidem habitudo interdum diſponitur ſecũdum ſtomachi diſpoſitionem, vt plurimum ſecundum creationem ſui: quandiu membrum facit ſibi operationẽ naturalem à Deo benedicto inſitam, eſt ſanum, quoniá infirmitas & debilitas non eſt, niſi propriæ & debitæ operationis læſio. Ab iſta regula pendet cuiuſlibet hominis magna præuiſio in præueniendo cum his, quæ occurrũt læſioni, aut ceſſatione ab eis, quę nocumentum faciunt, vel remotione nocumenti ipſius. Et ſciẽtia prognoſticationis hìc habet locum ſimiliter, & notitia curationis, vt non recedatur à breui contextura canonum, vt in alijs capitulis huius libri eſt obſeruatum: ſed ad illud regimen autor præcipuè mẽtis oculũ habeat, vt medeatur prout poſſibile fuerit, quantum à ſolita ſua conſuetudine receſſum eſt in ſingulis operationibus ſuis, & quod propter hoc futuræ nouitatis accidere poteſt, & hæc imaginatio erit perducens in cognitionem cauſæ mobilitatis & prognoſticationẽ futuræ ſucceſſionis æſtimationem & curam: exempli gratia, nondum habentes hepatis obſtructionem vel renum, egreditur vrina libera, ſubſtantioſa: iá verò facta egreditur ſubtilis & decolata: meritò igitur ſubtilis indicat in vijs illarum partium, per quas vrina tranſit, eſſe alicuius impedimenti occaſionem & hæc eſt conſuetæ operationis læſio, ex hac via ſcitur quòd extenuatis, niſi ſit ex rarefactione, in via curæ eſt inſiſtendum. Et prognoſticationis præſagium haberi poteſt ex ſucceſſione nocumentorum, ex obſtructione contingẽtium: quoniam ſanguis non mundificatur ab aquoſitate ſua, & quandoque inciditur in hydropiſim, hepar impeditur in ſanguinis decoctione & conuerſione bona, fit malus color, indigeſtio, nõ nutritur corpus nutrimento bono, & quòd refunduntur in hepatis ſubſtantiam ſuperfluitates impuræ, vnde timentur ęgritudines plures, quæ aptæ ſunt illi diſpoſitioni. ¶ Iá ergo digreſſione nõ abſque vtilitate facta, regrediamur ad narrationẽ primam & dicamus, quòd cerebri ſubſtantia eſt creata frigida & humida, & propter hoc in pleriſque aggregatur plurimum circa ipſum phlegmatis, maximè in quibus alia membra, natura, & cõditio eorum, quæ in vſu habentur, in hoc communicãt: ideò in magis diſpoſitis ad hoc citius; in ſingulis verò capitis & faciei pilis tempeſtiuius, quá

Cerebri diſpoſitio conſiderãda.

A in alijs corporis partibus albeſcentes fiunt, & apparent veſtigia ſenectutis. In ſumma, tota præuiſio eſt in minoratione, etiam in correctione eorũ quæ ad curam addunt, eſt ſubtractio phlegmatis & alienatio ab his, quę generãt illud. In tẽporibꝰ & in anteriori parte faciei pili citius caneſcũt, quoniam eo plus aduenit de vapore crudo, quæ materia caniciei habilius ſubtiliatur, & penetrat in radices, & ſubſtãtiá pilorum ipſorum. Complexionẽ quidẽ cerebri, & eius diſpoſitionẽ oportet ſcire B ſecundum eius circuitatem: ſecundum verò communitatem ipſius accipiunt narrationem ab eis, quæ ſunt ex genere operationũ ſenſibilium animalium motiuarum, & naturalium figuræ paſſionum, & mẽbrorum, quę cũ ipſo habẽt cõmunicationem, & in hoc eſt ſcientia magna. Verùm qui ſciuerit diſpoſitionẽ, & cõſequẽtias actiuarũ & paſſiuarum qualitatum ſimplicium, & compoſitarũ, non eſt de illis difficile dijudicare. Hoc autem ſciendum, quòd ſomnus multus eſt ſignum phleg- C matis multi, & ipſe quidẽ ſomnus, qui eſt omniũ ſenſuũ & animalis virtutis quies, plurimũ phlegmatis generat: cholerici & acuti intellectus, & præcipuè aduſti ſunt pauci ſomni multarum imaginationum, acuti intellectus, tardè caneſcũt & audaciæ magnę ſunt, quibus in iuuentute accidunt ægritudines periculoſæ: ſed ſi tempore ebullientis ætatis eis euaſerint, fiunt longioris vitæ & ſanæ perſeuerationis. Omnis ſiccitas à putrefactione & corruptione elongatur magis, & ideò qui- D buſdám conſuetudo eſt, comedere ſalis plurimũ, & plures peritorũ decreuerũt pani addere ſal: ſal quidem & omne diureticum, inciſiuum, & abſterſiuum ſunt diſſolutiua & conſumtiua phlegmatis, & aliarum aquoſitatum: ideò illa intrant intẽtionem libri. Cæterùm qui ſecundum naturam ſunt aptiores, prõtiores ſunt incurrere paſſiones ſimiliores, Aſtrologus quidem in multis diſſentit à Medico, tamẽ ſermo eius non eſt vilipendẽdus. Et in cordis timore, & confortatione, in quo eſt E minera virtutum & ſedes vitæ, non eſt parua ſapientia, ipſum namque principalius eſt omni membro, atque nobilius. Prima rectificatio ab his, quæ extrinſecus veniũt, eſt boni & puri aeris attractio, cui nõ admiſceatur vapor aliquis malignus & fœtida elongentur, quia corruptio aeris, qui inſpiratur, eſt res peſtilẽtior omni re, cùm miſceatur ſubſtantiæ ſpirituum, quibus facilimè cor affligitur, & res cuſtodiẽtes illud, ſunt res odoriferę, frigidæ & calidæ diuulgatæ in arte, & vſus odorandi, po- F mum ambræ, quoniam præſeruat & rectificat cõplexionẽ corruptam, & rectificatio aeris, qui attrahitur, non eſt paruæ impreſſionis. Iam expertum eſt, quòd conficitur pomum ambræ medicinale, cuius ſolo odoratu laxatur venter, & purgatur homo. Item quidam vidiſſe ſe aſſerit omnẽ febrem pùtridam amputari, & tolli ſolo odore cuiuſdá confectionis. Secretum in via humanæ cognitionis & inuentionibus ſapientum decretum eſt, quòd comedere cibum paratum in vaſe aureo G vel in cuius decoctione laminæ ipſius fuerint extinctæ, & vinum in quo extinctæ fuerint monetę aureæ multotiens imprimunt in corde bonam habitudinẽ impreſſione forti. Similiter omnes medicinę theriacales ꝓprię, vt diagaryophyllatum, diamyrobalani, pliris, diamargaritõ & propriè cõfecti-

In tẽporibus & in anteriori parte faciei pili citius caneſcunt.

Cordis rectificatio ... procuranda.

Vinum ...

fectio, quæ recipit species & emblicos positos in antidotario Auice. similiter dimissio eorum, quæ cõtristant, & cõfortari cũ amicis & similia: hæc. n. faciunt reiuuenescere virtutes: vltimò expedit esse non pigrum ad excitationem operationũ naturæ, sed necesse est impedimẽtis eorũ obuiare tẽpestiuè, quoniã quod citra vel vltra cursum naturalẽ, & cõsuetũ est, facit timere inclinationẽ ad lapsum, & ægritudinẽ: & omnis quidẽ ægritudo est corrugãs, & ad seniũ perducẽs. ¶Et custodia quidẽ rerũ naturaliũ & approximatio nõ naturaliũ, prout oportet secundũ semitã sapientũ, & cauere ab accidẽtibus quantũ est possibile, est principiũ & finis eius quod intẽditur. In genere nõ abscõdatur ab omni Artificis consideratione canon ille generalis: quoniã virtus à defectu & superfluitate corrumpitur, necesse vt abscindatur causa faciẽs operationis impedimentũ omninò, & operemus secundum rationẽ, quoniam illud est radix in custodienda sanitate. Abstinendum ab iis, quæ minorare possunt visum, & vtendũ ijs, quæ possunt cõfortare propriè virtutẽ cerebri. Valet assiduus vsus semi. fœniculi. se. sileris montani. pul. eufragiæ, menthæ & pul. spicis propriè, & pulueris garyophyll. purgatio cum agarico, cuscuta & hierapicra vel chebulis conditis: Cauendũ à repletione, & his quæ oculos ingrediũtur. Laudatur propriè contra caliginem senescentium collyriũ ex melle & felle galli, & collyriũ ex aloe, succo radicũ fœniculi, & lacte mulieris sero, quando intratur dormitoriũ. ¶Et iam verificatum est per experimentum, donec venit in notitiam viris illiteratis & mulieribus, quòd virtus generatiua debilitata, aut minorata iuuatur, & restauratur, donec iam senes faciant operationes iuuenis, cum re cibali, cum electuarijs & quibusdam alijs: virtutes. n. nõ senescunt neque minorantur, nisi per accidens, vel vitio instrumentorum, in quibus virtutes existũt. Etenim declaratum est in naturali scientia, quod si senex haberet oculum iuuenis, vtiq; videret vt iuuenis: palam est quòd obiectũ diaphanũ est aggregatiuum, visum eius cõgregans disgregatũ, sic aliæ virtutũ operationes, & sensuũ corrigi possunt, & rectificari per semitas eorum, quæ habẽt proprietatẽ, substãtiã, virtutẽ, & sensus in melius disponẽdo: fit autẽ actus actiuorũ in secundi passi dispositionẽ. ¶Sic auditus, & alij sensus, & anima alligata corpori, cõplexionẽ ei⁹ imitatur; & quemadmodum impedimentũ pati, sic & lucrifacere potest melioramentũ: cõtrariorũ quidẽ eadẽ est disciplina, & virtus operatur, & ab ipsa procedit omnis operationis principiũ, & cũ cõfortatione indiget mineris ipsorũ, quibus innati sunt faciendi apparatus. Singulæ autẽ ipsorum singula habẽt mẽbra quibus irradiantur, & iã capitulatæ sunt in area simpliciũ potestates rerũ, quæ & quibus mẽbris prosint & noceant res ipsæ, & illic requirant, & tota sciẽtia huius tractatus depẽdet à magnis capitulis in certis & diuersis voluminibus artis medicinæ, & à bona impressione imaginationis, signata in anima cum æstimatione discreta: hæc. n. est quæ rectificat scientem in operationibus in scientia sua. ¶Amplius autẽ summa omnium consideratione est, vt calor innatus conseruetur, ipse. n. naturaliter custodit humores ne in eis extraneæ qualitates superueniãt, præseruat à putrefactione ex qua plurimũ mors sequitur, q̃ omniũ virtutũ est instrumentũ, & cõseruatio eius est per regimen bonum. Summa aũt boni regiminis est abstinẽtia, inde est quòd quæcunq; repletio mala est huic quocũq; modo facta cõpetit subtractio. Illis autẽ qui bono vtuntur regimine, nõ cõducit vomitus, neq; vẽtris solutio, neq; aliquid horum. Nec est currendũ pro qualibet alteratione ad remedium: nisi cum victoria ęgritudinis naturæ inceperit dominari: natura. n. cuius sapiẽtię nõ est finis, omniũ horũ artifex est, Medicus verò minister cũ bonitate & adiutorio Dei benedicti, cui sit laus, gloria & honor in secula seculorum.

Radix totius quod hic intẽdimus.

Quæ iuuent virtutem generatiuam.

Anima corpori alligata eius complexionem imitatur.

Summa consideratio est vt calor naturalis conseruetur.

¶Iã cõpletus est sermo canonisatus in inuestigatione sciẽdi regimẽ cõseruationis iuuẽtutis, & prolõgationis à senectute & eius accidentibus cũ textu breui. Deinceps verò superest rememorationẽ fieri singularẽ quarundã receptarum, quæ medicinæ regales nominãtur, de quibus cõpendiosa mentio facta est in tractatu superiori. Tractatus prædictus remittit lectorẽ ad magna theoricæ & practicæ capitula, quæ in multis artis medicinæ voluminibus sunt comprehensa: verùm hoc loco ponentur familiariores cõpositiones, & nobiliores secundum prudentiorem meditationem modernorum.

Tractatus secũdus de descriptionibus quarũdã receptarum, quæ medicinæ regales dicũtur.

SERMO super syrupum de vino: Iulep ex vino est, vt tribus libris boni vini addantur 2. ℔. sacch. & fiat syrupus, accipiatur cum aqua: gerit vicem cibi & potus, quoniam in eo aggregantur quæ sunt amicabiliora naturæ.

Iulep de vino.

SERMO super dianthos est, vt ℔. 3. vini addantur boni dianthos facti cum sacch. ℥. 2. per triduũ vel in aqua vini destillata semel pro senibus, præterea destilletur per filtrum. Quidam destillãt in alambico, vel in vase aquæ rosaceæ, seruant & accipiunt. Quidam miscent rosatæ nouellæ partem tertiam ad temperandum dianthos, quoniã declinat ad caliditatem & siccitatem.

Dianthos.

SERMO super vsum vini specificati: modus specierum ponendarum in vinum est, vt fiat sacculus lineus, immittantur species non tritæ, sed particulatim scissę: ita vt substantia specierum sit in sacculo vaga, & ponatur in vinũ in vas, quod obturari possit, ne ab aere corrũpatur, & ne virt⁹ exhalet. Item & aliud ad confortationem complexionis, & iuuẽtutis. Recipe cubebarũ, garyophyl. nucis mus. passularum an. ʒ. 3. imponãtur sacculo, bulliant in boni vini ℔. 3. quousque ad ℔. 2. redeant, addatur sacch. & de eo mane & sero bibatur ℥. 1. vel plus, secundum quod expedit, vel fiat sicut claretum.

Vinum specificatum.

SERMO super vinum borraginatũ. Vinũ borraginatũ sic fit, musto nouo imponantur borraginis flores vsq; ad perfectam depurationem: vel aliter, in vino bono diaborraginatum vel conserua dissoluatur, & reseruetur ad vsum.

Vinum borraginatum.

SERMO super vsum pulueris specierũ: modus pulueris cum cibis notus est, vel species eiusdem pulueris incisi minutim cum sacch. & vino modico conficiantur, est de bene disponentibus, & eius vtilitas est ad conseruandum omnia membra principalia, cuius aggregatio hæc est: Recipe zingib. albi mundati ℥. s. cardamomi domestici ʒ. 2. cinamomi ʒ. 1. croci ʒ. s. coriandri ʒ. 10. Fiat puluis & addatur saccha. ad placitum.

Puluis specierum.

Succus roſarum.

SERMO ſuper ſuccum roſarũ & ſuccum roſaceum ſaccharatum in ſucco roſarum electarum rubearum collectarum mane ante diẽ, cuius nox ſerena pręceſſerit, bene colati & extracti per ſtamineam ℔. 2. ſacchari ℔. 1. conficiantur cum eo ſuper ignem lentum, & non fiat ſpiſſus, ſed quaſi currens. De operatione eius dictum eſt ſuperiùs.

Vinum croceatum, oleum.

SERMO ſuper vinum & oleum croceatum: Sicut de croco ad lætitiam inducendam, imponatur crocus bene ſiccus ſacculo ſpatioſo ex panno lini ſubtiliſſimi, rari, in quantitate pauca, ſacculus ponatur in colatorium ſtamineum, vel pannum lineum, & ſuperinfundatur vinum vel oleũ ad modum lixiuij, & reiteretur, donec placeat color, & ſapor, poſſunt admiſceri ſpecies ad beneplacitum.

Stupha.

SERMO ſuper balneum, ſtupha vaporoſa cum decoctione herbæ roriſmarini & florum eius propriè renouat, vt aquilæ iuuentus: Et iterum de ſtœchados, ſaluia & camomilla, lauentur pedes ex decoctione florum camomillæ, aperit clauſuras cerebri, & confert, & etiam confortat multùm.

Pomum ambra.

SERMO ſuper pomum ambræ Pomum contra epidemiam peſtilentialem & corruptionem aeris. Recipe laudani ℥. 1. & s. ſtyracis ʒ. 3. Been albi & rubei an. ʒ 1. myrrhæ, foliorum myrthi, garyophyll. an. ʒ. 1. & s. ſandali ʒ. 2. camphoræ ʒ. 3. ligni aloes, calami aromatici, valerianæ an. ʒ. 1 muſci, ambræ an. ℈. 1. Confice cum ſucco meliſſæ, bugloſſæ & aqua roſacea.

Serũ caprinũ.

SERMO ſuper obſtructionem ſplenis, hepatis, & hydropiſis calidæ, in ſero caprino colato coquátur endiuiæ, ſcolopẽdria & parum de ſpica, & iterum cola & offeratur.

Miſtura reſtaurans.

SERMO ſuper reſtaurationem conſumtorum miſtura: Recipe diadragaganti ℥. 2. diapenidion ℥. 1. roſatæ nouellæ ℥. 1. diarrhodon ℥. 1. ſacchari roſarum vnciam vnam, ſacchari violati ℥. 2. Ter in die accipiatur.

Mundificans ſanguinem.

SERMO ſuper mundificationem ſanguinis, & ſcabiei: Recipe ſuc. fumi terræ, ſucci plantaginis depuratorum ana ℔. s. ſacchari ℔. 1. caſſiæ fiſtularis & tamarindorum ana ℥. 1. eſt bonum & ſolutiuum.

Triphera.

SERMO ſuper tripheram, quæ prodeſt melancholicis, maniacis, ictericis corrugatis, exſiccatis, cholerę rubeæ vel nigrę, hypochõ. calori extremi tatum & citrinitati oculorum in caneſcentibus, ſtomachicis, & cardiacis. Recipe myrobalanorum citrinorum ʒ. 6. chebulorum ʒ. 3. indorum ℥. 1. & s. emblicorum & belliricorum an. ʒ. 6. maſti. ʒ. 1. aniſi, ſeminis fœniculi ana ʒ. 1. ſpicæ garyophyll. aloe ana ʒ. s. mellis caſſiæ fiſt. ℥. 3. ſacchari quantum ſufficit, & fiat triphera.

Vinum artificiatum.

SERMO ſuper vinum artificiale contra humores aduſtos, pro cholericis, maniacis, adducens lętitiam. Recipe radicis bugloſſi munda. ℔. 1. roſ. rub. florum violarum, borraginis & bugloſſi ana ℔. s. been albi & rubei ana ℥. 1. conquaſſentur, & ponantur in ſacculum & ſacculus in vas continens tres ſarcinas boni vini nouiter expreſſi albioris & purioris, quod inueniri poteſt, medietas ipſius cum dictis ſpeciebus bulliat, & alia medietas per ſe, bene deſpumetur, tunc coletur, de alio impleatur, donec receſſerit feruor, & bene clarificatum fuerit, & aſſiduetur.

Hierapi. de 16. rebus.

SERMO ſuper hierampicram: poteſtates ſunt notæ & eius etymologia narrat bonitatem eius, verùm hiera Galeni compoſita de ſex rebus, eſt multum pigra vtplurimum, niſi ſit eius quantitas magna, remanet in viſceribus, mouet & non euacuat, maximè quando recipitur quantitas pauca, & hoc non eſt rectum. Sed illius quæ fit de 16. rebus, ſufficit ʒ. 1. vel 2. ſecundum modum ſapientum & virtus eius attingit partes remotas, exonerat eas, educit fæces copioſè, & in ea comprehenduntur quæ exiguntur in omni medicina ſublimi, ſolutio videlicet, & membrorum principalium confortatio, & eius deſcriptio eſt hæc. Recipe cinnamomi, ſpicæ, ſquinanti, xylocaſſiæ, xylobal. carpobal. abſynth. viol. epithymi, roſ. turbith, agarici, colocynth. maſticis an. ℈. 2. aloe ad põdus omnium, mellis deſpumati & colati quantum ſufficit.

Electuarium vita.

SERMO ſuper electuarium vitæ de myrobalanis. Recipe vuarum paſſarum mundatarum ℔. 2. liquiri. mundæ & contuſæ ℥. 1. ponantur in 2. ℔. & s. aquæ, coquantur bene, poſtea colentur & exprimantur, colaturæ addantur myrobalanorum enucleatorum, & in mortario percuſſorum, .ſ. chebulorum citrinorum, Indorum an. ℥. 2. emblicorũ & belliricorũ an. ʒ. 2. coquantur, exprimátur & colentur, poſt addatur ſacchari albiſſimi ℔. 1. & coquatur ad decoctionem ſyrupi, tunc addatur cinamomi electi ℥. s. garyophyll. galangæ an. ʒ. 2. nuces muſcatas duas groſſas, fœniculi aniſi an. ℥. 1. & plus, reponatur electuariũ in pyxidem ligneam: Hoc dicitur electuarium vitæ, ſtomachũ roborat, & aptat, & ſuperfluitates humorũ ex nutrimẽto præterito remanentes, reprimendo purgat, vſus eius facit coloratos homines, canicies per illud retardatur, & totius libri pollificatio pendet in hoc capitulo ſolo.

Aloe roſata.

SERMO ſuper aloem roſatam: teratur aloe bona, & cum ea folia roſar. rubearum viridium, quantum ſufficit ad faciendum magdaleones, ſeruetur, & quando oportet conficiatur ex eo pillula cũ oxymellite, & accipiatur ex eo pillula frequenter, quia non eſt ei par in capitis morbis, oculorum & articulorum. Acceptio eius eſt indifferens, & imperceptibilis eſt operatio eius educens quemcumque trium humorum, non poteſt nocumentum facere, ipſius aſſiduatio non permittit ægritudinem in corpore ſanabili nutu Dei: & ex eo partes quinque myrrhæ, partes ʒ. maſticis, partem s. de croco ſicco, cum ſucco borraginis, fiant pillulæ myrthinæ, quarum frequenti vſu acquiritur proceſſus adoleſcentię & regimen ſanitatis.

Vinum granatorum.

SERMO ſuper vſum vini granatorum: exprimatur ſuccus de granis granatorum non tendentibus ad corruptionẽ cum panno, & miſce de bono vino ad medietatem, vel plus aut minus, ſecundum quod diſpoſitio recipientis exigit mane vel meridie, cuius natura verſus gradũ caliditatis vel calori attinentis, quoniam eſt bonum: vel miſce cum alijs ſaporibus, & eligatur, cuius ſapor eſt acidus.

Caſſiæ fiſtularis.

SERMO ſuper acceptionẽ caſſiæ fiſtularis: modus accipiendi, et operatio eius, ſatis patent: illud autem

autem nocumenti habet, quòd nauseã facit, neruos relaxat, debilẽ stomachum facit, & viscera: vnde grana berberis, vel saccha. ros. rectificant illam, & quando hierapicra miscetur cum medulla eius, vel subsequitur, melioratur operatio vtriusq; in via sua, & est bonum lenitiuum. Et ipsa quidem corrigit serositatem hieræ, quam contrahit à speciebus eius, & hiera rectificat labefactionem eius, & melior acceptionis modus est comesta per horam ante cibum in substantia, quàm dissoluta: quoniam subductionem, quam facit, operatur cum viscositate, & adhærentia sua, & dum accipitur ante cibum, trahitur de virtute eius ad remotas partes cum virtute cibi. Potestas autem eius est scripta pleniùs in areolis simplicium, illic quęratur, similiter & de alijs.

Agaricus.

SERMO super agaricum: Eligatur albior & leuior, ponatur quantitas eius nota in oxymel cum modico syrupi violacei & cùm per noctem steterint, simul mane coletur, colatura bibatur, & ipsum quidem agaricum in febribus diuturnis & mundificatione sensuum facit mirabilia. Substantia autem eius nullo modo accipiatur, nec reubar. nec turbith nec alicuius laxatiui attingentis ad speciem ligni, vel ad dispositionem duritiei, quoniam adhærent & inducunt grauia symptomata, nisi fortè cum rebus lubricis detur. Multiplicatio quantitatis laxatiuorum facit virtutem eorum, & in summa in omni acceptione laxatiui reiteratio vicissitudinis est securior, quàm excrescentia quantitatis, nisi necessitas ad illud nos cogat, tunc ad vltimum eius defectum descendum.

Passulæ.

SERMO super passulas: meliorres, quæ fit de eis, est syrupus secundum descriptionem, quam Rabi Moyses ponit in libro suo: & ipse quidem & propriè dulce omne & calidum est copiosi & boni nutrimenti, facit ex decoctione earum in aceto & vino.

Cibus & potus.

SERMO de cibo & potu: & iam dictum est, quòd quæ generant bonum, purum & viscosum, sanguinem, sunt causa præseruationis vitæ, alia autem ad aliud: De harum autem rerum potestatibus plures sunt libri, & iam noti sunt. Inquit, miror hominem panem de bono frumento, & carnes de bonis animalibus comedentem, & vinum de bona vite bibentem, quantum, quomodo, & sicut oportet, quomodo infirmari & mori potest: & ego faciam tantum sermonem de his, circa libri conclusionem.

Clyster.

SERMO super clysterem: ipse enim est medicamen nobile, benedictum, securæ operationis & iuuaméti celerrimi ad partes inferiores: operatio creationis eius offert se vsque ad circuitum, ita vt capitis occasio, eius eductione à nocumétis multis alleuietur: & ipse regulatur secundum eorum proprietatem, quæ ingrediuntur illum, quoniam ipsa sunt causæ operationis illius. Verumtamen ipse etiam simplex in via regiminis sanitatis est adiutorium bonum, quoniã educit fæces secũ & mũdat viscera, cum hoc à partibus superioribus aliquid attrahitur, ex quo exonerantur, & excitat naturam pigrã in deponendo superfluitates ocio vel alicuius alterius occasione desiccatas, prohibet fumositates fæcum in torcularitatibus contentas, & in vijs viscerum occultarum, deponit

A viscositates & humiditates derelictas in mẽbris, & adhęrentes eis, remediatur obstructionibus hepatis & splenis, proficit vsus eius propter iuuamẽta præseruationis ad senectutẽ, quoniã plurimũ, quod ipsius magisterio educitur, est phlegma, & ipsũ quidẽ excusat à multis adminiculationibus alijs artis interioribus. Qui vsus fuit semel in septimana tempore dierũ suorũ, processit in bona cõualescentia, & furatus est propter hoc senectutẽ annos plures, deductus ad decrepitam, nihil vel B modicum in aliquo suorum sensuum deterioratus: ipsum namq; est ingenium, per quod aduenit vtilitas, & securitas membrorum interiorum, eius constitutio requirit sapientem, & in cõstitutione simplicis sufficit succus siclæ, mel, & ros. de sale & oleo, & ex alijs, sicut oportet. In principio scabiei, antequam humores ad cutim trahantur, & venter incipit retineri, & similiter in exonerando ventrem & in difficultate pártus non est res aliqua in bonitate sibi similis.

Rheubarbarũ.

C LEGI in quibusdam secretis, quod rationis causam tamen habere videtur, quod masticare stomacho ieiuno rheubarbarum cum mastice, clarificat faciem, quinque sensus, corroborat animam odore, & membra principalia, corpus totum confortat, cerebri clausuras aperit, expellit ventositates, & æstimo, quòd mistio sacch. esset bona.

De scabie.

SERMO super scabiem: Narratum est superiùs, quod scabies reddit hominem senem: & ipsa quidem tristitiam & pigritiam possidere facit, pellem D corrugat, & est habitus molestus atque malignus, incitat habentem eam ad frictionis delectationẽ cum exitu doloroso. Et ipsa quidem generationis radicem habet ab humoribus acutis, calidis, aut phlegmaticis salsis, vel à sãguine incholerato, vel adusto, & est de genere infirmitatum, quæ sunt longę perseuerationis, & expellens eam ad cutim est principalium membrorum totius naturæ expulsio fortis, cuius materia pororum obstructione vel prauitate mundificationis, vel expulsiuæ E debilitatis in poris sub cute retinetur, propriè propter debilitatem tertię digestionis. Medentur huic per ea, quę exterius consequuntur, sicut per balnea & vnctiones: verùm quandoq; multitudo materiæ est in causa, repletio, & euacuatio ipsius est principium intẽtionis cum rebus proprijs ad hoc: alienatio similiter eorũ, quæ faciũt in ipsam, sicut dulcia salita, acuta calida, & propriè vinum purum. ¶ Verùm in huiusmodi & cuiuslibet ęgritudinis cura oportet scire causam faciẽtem illam, F & res proprias illi applicandas, nam non quæcũque euacuationis & applicationis approximatio est amputatio rei nociuæ, contingit interdum in aliqua ægritudinum, vt euacuentur de Medicorũ consilio peritorum vsq; ferè ad exquisitum, & nõ curatur: & est qui mouetur sella vna, vel tribus & recipit liberationem, & hoc frequentius fit in anima sciente & illuminata à Deo benedicto: nõ est maius periculũ, quàm incidere in manus Medici infortunati vel laudati, & non approbati: plu G res quidem latent sub modio, qui si essent super cãdelabrũ, sibi & alijs plus lucerẽt, & omnia hæc causã habent. ¶ Dicatur ergò secundũ artis directionẽ, quòd illa, ad quæ ꝓpriè in huiusmodi dispositione recurritur, est clyster, solutio frequẽs & pauca cũ virtute myrob. ꝓpriè citrinorũ & indo-

rum,ſucco fumiterræ &borragi.deputatorum,cũ ablutione mellis,caſſiæ & tamarindorum & ſimilium horum. Confert balneum ex aqua decoctionis maluarum, foliorum ſambuci, fumiterræ, & aliorum huiuſmodi & inunctiones, quæ cutim confortant & abſtergunt,& denique tota occupatio nutritionis ſit in humectantibus, & declinãtibus verſus frigiditatem.

Aqua auri.

SERMO ſuper aquam auri:non legi huiuſmodi aquæ proprietates in libris famoſæ auctoritatis:ſed præſumendum eſt,quòd ſi eſt,ita ſublime opus eſt,quoniam modum præparationis ipſius occultauerunt, & ipſam etiam nominare ſubticuerunt. Auri tamen nominauerunt,& annuntiauerunt ipſam inter medicinas cordiales, poſuerunt ſub temperatis, & in confortatione cordis, palliatione lepræ, & alijs pluribus laudauerunt. Et poſſibile,ſicut tota die contingit aliquam rem per magnam diuerſitatem tranſſubſtantiari, & acquirere rei tranſſumtæ aliam &aliam operationem:ita ex vino fit aqua vitæ multum diuerſa à vino in colore,ſubſtantia, & effectibus & operatione. Verum illud facit dubitare ſuper ea, non quòd non poſſit fieri,ſed quo magiſterio & cum quibus. Porrò omnium metallorum corpora in aquam poſſe reduci aliquo ingenij modo experiẽtia docet eorum,qui ſectatores ſunt ſecretorum, ſicut naturalis non habet dubitationem: verum operatio & natura rerũ illarũ,cum quibus ad hoc peruenitur,non attinet etiã fatui Medici cõſiderationem,quoniã ſunt res corroſiuę malignę & deſtruẽtes. Relinquatur igitur via illa & æſtimetur tranſſumtiuè verbum illorũ accipi forſitan,vt dicatur auri aqua ratione nobilitatis& coloris,&ſit forſitan aqua vitæ,in qua ſpecies aut tantũ flores roriſmarini,aut his rebus ſimiles bullitæ ſeu mollificatæ fuerint,quoniam tunc contrahit aqua illa colorem auri,& dicatur in conſideratione bonitatis magnificæ operationis eius poteſtates, & virtutes rerum,quę in ipſa ſunt iam expallificatę. Et fiat aggregatio veritatis aquæ ſolius, & temperatio virtutũ rerum aliarum adinuicem, & reſultabit in iudicio ſcrutationis illorum, quãtum ſit ſimilis operatio aquæ eius, & vtrũ inueniatur hoc nomen,quod eſt aqua auri ſine bonitatis excellẽtia nominari. Ipſius autẽ aquæ modus notus eſt, & operatio eius multũ & in pluribus eſt per experientiam nota:ſcitur,quia in ipſa non eſt malignitas,& quod res,cũ quibus ſit eius præparatio, nõ ſunt habentis ſuſpitionis dubietatem, & quod licet natura ſua calida &ſicca ſit elongata à tẽperamẽto,quod poſſibile ſit per boni artificis rationabilem conſiderationem reduci cum rebus proprijs ad temperamentũ æquale,& deus ſcit. Ipſa verò aqua non attinet caliditati & deſiccationi,niſi tamen fortè reducta ad temperamentum fuerit:ſpecies verò,quæ ipſam intrant,ſunt cinnamomum,grana paradiſi,garyophyll. cubebæ, liquiritiæ,ſacchar. & ſimilia,& quæ ipſam contemperant ſunt ſuccus granatorum, aqua roſ. ſacchar. & ſimilia.

Theriaca.

SERMO ſuper theriacam,eius deſcriptio, poteſtates,quantitas,& modus accipiendi ſatis patẽt & à multis traduntur. Signum autem fiducię & efficacię eius ſtat in probatione animalis venenati,licet multa alia compoſita & ſimplicia faciãt ſimilẽ operationẽ: & ipſius quidẽ vſus apud antiquos eſt in cõſeruanda ſenectute,& nõ debet aliquis eſſe ſine ea,quoniam eſt electuarium vitę bonum,verumetiã poſt annũ ſuę effectionis eſt permiſſa ad vſum,cum excedit trigeſimũ annũ,ſeneſcit virtus eius. Eſt theſaurus in ſcrinio ſenum, & ſuperat omnes alias medicinas,propter multitudinẽ iuuamentorũ ſuorũ in hominibus phlegmaticis & melãcholicis,ægritudinibus,puncturis,& morſibus venenoſis,putridis humoribus corruptis ex locis fœtidis,confortat ſpiritum & calorẽ naturalẽ,eſt defenſor vitę &cordis, cũ ea iuuatur natura ſua cõtrarietatẽ faciẽtia:eſt vehiculũ adoleſcentiæ,frenũ ſenectutis. Verùm in accipiendo, animaduertendũ ne ſupermittatur cibus, donec fecerit operationem ſuam, & nõ mandetur obliuioni,q̃a melior eſt multiplicatio numeri q̃ multiplicatio quantitatis. Vltimò vtẽti ea in tẽpore ſanitatis,non expedit timere de veneno, de multis nocumẽtis & ægritudinib9,& de aere peſtilẽtiali: & nõ eſt in alijs huic operationi attinentibus ita fixa fiducia feſtini iuuamenti,ſicut in ea,&c.

Aſtrologia.

SERMO ſuper aſtrologiã:teſtificatus eſt Hipp. quòd aſtrologia non eſt parua pars medicinæ:verum vbi neceſſitas facit,non cauſatur,quanquam aſtrologiæ quidam finis nõ imponit rebus neceſſitatem,ſed illas ſecundũ eorum influentiã habilitat & diſponit. Sed vir ſapiẽs dominabitur aſtris ſua rationabilitate,prædominatur diſpoſitioni,ſi mala fuerit poterit in melius deducere, & debitã puiſionis remediũ cõmunicare: ſi verò bona,adęquabit illã cũ directione ſua, & reſultabit ex eis exitus operationis ſublimioris:iã definitũ eſt per experiẽtiã, quòd ſuperiora magnã habẽt in inferiora vim & potentiã agẽdi,ita vt iſta ex illis quodãmodo regulentur. Sanè compertum eſt etiam, quòd ſi contingat vt aliquis ferro percutiatur vel incidatur,luna in ſigno, cui attribuitur membrũ ipſum,exiſtente,illud membrum, vel eius vita vt plurimum diſcrimen incurret: Et iam propter minutionem ſolùm in aliquibus hoc contingit. Similiter eligunt ſapientes in exhibendo pharmaco ſignum retrogradum, aut animalis ruminoſi neque fixi,quoniã ipſa ea euenient, aut prouenient eius operatio moleſta. Et quia virtus vnita fortior eſt, æſtimetur quòd ſcientia aſtrologiæ, & ſcientia medicinæ reſolutionis ad ſeinuicem habẽt nexum, & quòd medicina indiget aſtrologia, quòdque adæquatio iſtarum duarum, ſicut in ipſarum via,requiritur iudicium,& operatio Medici,magis fẽlicitatur nutu Dei.

Aqua vini.

SERMO ſuper aquam vini: quidã appellant eã aquam vitæ:& certè quibus expedit bene conſonat nomen rei,ita quòd dixerint aliqui ex modernis,quòd ſit aqua perennis,& aqua auri propter ſublimitatem operationis ipſius:verum nõ dixerunt quod ipſa excedit in caliditate & ſiccitate, donec ſit quaſi ſicut ignis, aqua autem auri, ſicut iam dictum eſt,eſt temperata ſuper omne temperamentum : verum tamen eſt, quòd interdum contingit fieri rerum æquipollentia in defectu. Credatur ergo quòd illa eſt precioſiſſima, ſi eſt ita, vt dicatur quòd aqua vitæ, vel aqua vini quàm maximè extenuantur res conuenientes in ea ; eſt res magna faciens operationem ſupra æſtimationem : & iam virtutes eius notæ ſunt

sunt apud multos. Illud etiam manifestum est,
quòd ægritudines ex frigida & humida causa, cō
festim curat, & quòd confortat cor, consumit
superfluitates, quæ vagantur in corpore, sincerat
corpus vtēs ea, assecurat à multis, & iuuentutem
nutrit, propriè illis, qui sunt in ingressu senectutis
vel in ea positi. Et iam curati sunt cum ea simplici
vel artificiata ex rebus quę expediunt, paralytici,
quartanarij, epileptici, albugines oculorum, can-
cer oris, & aliorū locorum, calculosi similiter, hy-
dropici, & iliosi, & aliæ ægritudines, opponitur B
propriè putrefactioni propter eius sinceritatem
& puritatem. Ideò sincerat corpus & membra,
prolongat vitam, & ob hanc causam dici meretur
aqua vitæ. Totū quod præsumitur in ea est, quod
excedit temperamentum æquale, sed prudens Ar
tificis intellectus eam potest rectificare cum alijs
cōmistis, & in quantitate quidem tempore reci-
piendi, modo vtrum per se solum, vel cum alijs cō
mistis, est magisterium, & illud requirit Medicū
boni iudicij. Propter sui simplicitatem recipit o-
mnes impressiones saporis, odoris, & virtutis, fa-
ciens eis acquirere in eorum operationibus addi-
tamentum. Prudens igitur lector coniungendo-
rum vires misceat, & ad illa se exerceat secundum
bonam diiudicationem gratia Christi, cum virtu-
te rorismarini, saluiæ, melioramentū faciet in om-
ni occasione neruorum, quoniam illa neruis con-
ferunt. Conseruatur melius in vase aureo, in alijs
vasis, præterquam in vitro, nō est sine suspicione:
ipsa namque propter sui subtilitatem penetrat D
poros corporis vasis, dissoluitur de natura & cō-
plexione eius & permiscetur: quare si conserue-
tur in auro, conseruatur proprietas eius melior.
Vidi quod quidam pro necessitate deferendi ad
locum posuit in vase, & ea acquisiuit colorem la-
ctis propter argenti viui materiam latentem in va
se, sumens de ea subitò incurrit in alteratione sto-
machi, & hepatis debilitatem, membrorum tre-
morem & immutationem fortem. Ipsa permisce-
tur cum vino & lauatur facies, & efficit eam iuue-
nilem: Et quando ponitur in eam aliquid de mu-
sco, est res mirabilis.

Prouocatio appetitus.

SERMO super prouocationem appetitus. Ca-
nonisatum est autem, quòd appetitus non est nisi
sensibilis inanitionis perceptio: quare sciendū est,
quòd repletio plurimum est in causa in hac dispo
sitione, quæcumque igitur abstergendo, aut eua-
cuando, vel congregando appetitum excitāt, ideò
in ipsius debilitate aliqua horū operatur. Cōmu-
ni autem cursu ponticis, acetosis, & stypticis, pro-
pter eorū aggregationis, & expressionis actionē
hæc potestas est attributa. Et species quidem aro
maticæ & herbæ, sicut mentha, & similes propter
odoriferam virtutē, quæ est in eis, qua propriè a-
nima reficitur, stomachus & membra principalia
confortantur, sunt in hoc adminiculares. Ars sa-
poramentorū est apud coquinarios magis nota,
ideo nō discerno inter ea, sed magis relinquo. Ve
rū ingeniatio præparationis rei cibalis, & assapo-
ramentorū, in quibus natura delectationē inue-
nit, quādo maximè regulatur illi, cui debetur cō-
sideratione discreta, est de excellentioribus admi
niculis dictarum: & non æquiparatur huic simile
in arte regendi sanitatem aut infirmitatē corri-
gendi. Cibus autem ex parte, qua cum delectatio
A ne accipitur à natura, confortat ipsam & ex parte
artificij quo nutrientia composita nocumentis
occurrit. Verus sapor, qui fit de acetositate limo-
num cum commistione specierū, quæ per ebulli-
tionem fuerunt excorporatæ, & sacchari, vt o-
portet purificati, seruatur per annum, & est sapor
sapientum. Et iterum qui fit in patella ex frusto
carnium frixarum, addito vino granatorum, ace-
to, agresta, vino modico, & sacchar, quantum de
cet. Ita acetositas semper est laudabilis commen-
B dationis, & propriè in conualescentibus & debi-
libus, stomachum mundificat, & prouocat appe-
titum. Et iterum ex manipulo fœniculi, petroseli-
ni, modico menthæ & piperis granis tribus cum
aceto fermentato fit confortans odore, & confe-
rens in omni prostratione appetitus. Cæterùm
labor, abstinentia, & vnumquodque inanitionis
genus prouocat appetitum in via repletionis: in
ea verò, quæ fit ex inanitionis causa, quiescere, na
turam cibo & potu & aliis rebus conuenientibus
C confortare est rectum. Et omnia ista requirunt
scientem illud secundum rationem.

In aere epidemia.

SERMO super confortationem, pro itineran-
tibus in æstibus magnis, & est contra aeris putre-
factionem, in tempore & loco epidemiæ: aceto
calido vini granatorum & aquæ rosaceæ, & mo-
dico vini imponatur de saccharo ad sufficientiam
indurationis, ita quòd frusta in pixide ponan-
tur & seruetur per se, vel in aqua simplici, vel vi-
no accipiatur.

Laxatiuum regale.

D SERMO super laxatiuū cōmune & est regale in
aqua prunorum, & florum borraginis, accipiatur
manna & syrupus rosaceus: sed si accipiatur cum
sero caprino, est melius, item si ablactatur de rheu
barbaro est rectius.

Serum caprinum.

SERMO super serum caprinum: nutriatur ca-
pra ex rebus & herbis, quarum proprietates cor-
pora reddunt fluxa, illius lactis serum capiatur, &
est secretum.

Syrupus diaquilon.

SERMO super syrupum diaquilon, qui est cō
E tra obstructionē hepatis, stomachi & splenis. Re-
cipe succi fœni. apij cum radicibus scariolę & bor
raginis, succi granatorum dulcium, & acetosorū
purificatorum an. ℥. 2. sacchari ℔. 1. & accipiatur
cum decoctione graminis.

Suffumigiū.

SERMO super confectionem ad suffumigan-
dum: & est odor eius super omnem thurificatio-
nem, conferens maribus & mulieribus. Recipe
ambræ ℥. 1. ligni aloes ʒ. 3. musci ℈. 1. camphoræ
grana 16. ambra primo in cassia dissoluatur, po-
F stea puluis ligni aloes addatur, deinde muscus,
& camphora superponatur extra ignem bene
miscendo, & manibus malaxando, & super ali-
quam sculpturam, vt cera imprimatur & conser-
uetur in tempore necessitatis. Per huiusmodi
namquę confectionis fumum & odorem malus
aer rectificatur, confortatur cerebrum, cor &
matrix propriè, & specialiter ad vsum domina-
rum sunt inuentæ: quoniam ad conceptum fa-
cit, & in hanc intentionem cadit collatio simi-
G litudinis, & conuenientia dispositionis, quæ est
sementis & terræ: & illa consideratio illic requi-
ritur, multi Medicorum ad istam imaginatio-
nem non perueniunt, ideò errauerunt fre-
quenter.

Panis.

SERMO super pane: eligatur de bono frumēto

puro in quo ſit de virtute furfureitatis, & quod non habeat aliquid inuiſcati: ſed ſit bene fermentatus, bene coctus cum lignis bonę ſubſtantię, nō comedatur in die coctionis ſuæ: calor .n. conculcatus in eo ab igne, & vapor ei9 ſimiliter replet ſtomachum vapore & perturbat ſpiritum, propriè calori naturali nocet, & nō expedit comedere plurimū de ipſo vice vna, quoniā difficilè digeritur. Et albus quidem obſtructionem & ſtypticitatem quandam operatur propter eius viſcoſitatem, per furfuream autem cum eo remanentiam elargatur venter, & ſequitur eius beneficium: pars quæ eſt deteſtabilior, eſt leuis planities eius, propterea quòd immiſcetur ei de vapore terræ furni, cui ſuperinhæret: bonitas eius apparet, cū non eſt in eo ſenſibilis alicuius vaporis ſapor, & ipſe quidem ſtat pro ſubiecto ad recipiendum omnium vaporum impreſſionem.

Vinum.

SERMO ſuper vinum: eligatur annuale in colore coloris granatorum cum aliqua rubedine, in cuius diaphaneitate ſit declaratio coloris verſus albedinē, bonum habēs odorem, ſaporem ſuauē, medium inter dulcem, qua dulcedo copioſè nutriat, & ponticū, qua ponticitas confortet & excitet appetitum: ipſum namque quando eſt nimis dulce, eſt pater obſtructionis propter velocitatē diſtributionis, attrahitur enim à natura ante ſui digeſtionem, & omnes res dulces ſunt huiuſmodi occaſionis: vini autem proprietates notæ ſunt, & à multis deſcriptæ, ideo non comemorabo illas hîc ſingulariter. ¶ Et vini proprietas, cuius cauſa eſt occulta, eſt prior omni alia re in afferenda lętitia propter laudabilem ſanguinis & ſpiritus copiam, quam generat: præſertim cum ipſius deguſtatio multiplicatur, & in confortando feſtinior propter amicabilitatem, quam habet cum natura humana. ¶ Et à commiſtura eius non eſt coquina, nec medicina aliqua expolianda, quoniam eſt ſecretum: ipſum namque eſt ſuſcipiens in ſe virtutem rerum, quibus admiſcetur, & delator bonus ad minimas & occultas corporis partes, faciēs in eis oparationem fixam propter nobilitatē delectationis, qua ſuſcipitur. ¶ Verum illud ignorare non oportet, quòd à vaſis, in quibus conſeruatur, ſaporem contrahit, & quòd ipſum eſt ſummum aliorum, in quibus virtutes rerū excorporantur, cui earumdem rerum vnitur impreſſione forti in eo propter excellentem ſui ſaporis bonitatem. Extraneus ſapor latitare non poteſt, vnde cauere oportet, ne in æneis, aut plūbeis, aut ſtanneis cōſeruetur repoſitorijs, quoniam eſt prauū. Aenea vaſa enim multum ſulphuris, plumbea multum impuritatis argenti viui impuri continent, à quibus malitiam contrahere poteſt, & ſaporis alterationem. Et vſus namque vini in vaſis plumbeis conſeruati, ſicut abuſus inuenit, promtius eſt nocumentum cordi, cerebro, viſceribus & minimis virtutum, facere ſecundum genera nocumentorum, quæ ex metallorum impuritate rationabiliter prouenire poſſunt: meliora quidē receptacula eorum ſunt, quæ fabricata ſunt ex auro & argento vel de ligno bonæ ſubſtantiæ ſaporis & odoris.

Vini proprietas.

Coquina nulla nec medicina expoliāda eſt à vino.

Vinum contrahit à vaſe.

Aqua.

SERMO ſuper aquam: iam diuulgauit Hippo. quòd in aqua nullum opus inuenitur, niſi quod in acutis datur morbis: verū ipſa eſt vehiculum cibi ad membra, eſt regulans vini ſuperbiam faciēs ipſum acquirere tēperamentū. Eligitur leuior & clarior non habens ſaporem perceptibilem ſenſu guſtus: A locis enim, in quibus ſcaturit & per quę decurrit, contrahit conuenientiam & inconuenientiam. De aquarum differentijs ſunt tractatus magni.

Carnes.

SERMO ſuper carnes: eligantur carnes animalium, quæ magis ſunt munda, & in quibus virtus aerea magis dominatur: verùm in hoc cadunt magna capitula, quoniam quibuſdam viuę magis conueniunt, quibuſdam verò aliæ & aliæ: ſimiliter artificium & modus præparationis alterat cōditionē earū, & abuſus delitiarū, propter quas apparatur frequenter diuerſarum carniū commiſtura, facit quo minus poſſimus diſcernere eas. Certum eſt quòd varietas & pluralitas aſſumtorum conſumit plures. Iterum quoniā oportet nutriēs habere conuenientiam cum nutrito, ſingula animalium membra ſimilibus hominum membris maius conferunt additamentū, ideò in oſſium fracturis caro neruoſa comeditur, & viſcoſa. Optimę illæ quæcunque minus pingues ſunt & digeſtibiliores: pinguedo autem ſtomachi ſubſtantiam remollit & appetitum proſternit.

Piſces.

SERMO ſuper piſces: eligantur qui in mari degunt, verumtamen ipſi non ſunt de intentione libri, & iā dictum eſt, quòd diſpoſitio phlegmatica eſt faciens ſanguinem aquoſum, & ſenium properans. Similiter vt plurimum olerum & fructuum genus & leguminum etiam adhuc in pleriſque nō via cibi, ſed velut medicinæ via aſſumitur.

CAETERVM cautela à frigoribus, æſtibus & pernicioſis accidentibus hîc plus locum habet quàm medicina: iam autem & animalia ſolo naturæ inſtinctu requirenda requirunt, & fugiunt fugienda. Illud autem, in quo error eſt vicinior & pronior culpa ad naturæ annihilationem, eſt deperditorum, debita ex nutriente conuenienti reſtauratio in natura humana, quæ non ceſſat fluere tota die: ideò in ſciendo & eligendo illud eſt ſcientia magna. Verùm pro hac ambiguitate prouiſum eſt, & ad illud tota intendit bona artificis intentio, vt paucitas aſſumendorum malitiam vincat, & virtus alleuiata & fortificata per victoriam bonæ conuerſionis de maligno benignum eliciat: de bono in optimum diſtribuat & conuertat: forti enim virtuti nihil reſiſtit. Et iam præmiſſum eſt quòd naturæ pauca ſufficiunt, quod cùm ratio tum experientia teſtatur, & de hoc multa magna volumina conſcripta. ¶ Iam palàm eſt, quòd animalia quæcumque pulcrioris ſunt adoleſcentiæ & longioris ac ſanioris vitæ, naturaliter ex ſimplicibus, & paucioribus rebus viuunt: ſed homo cuius nunquam ſatiatur animus nec ambitione perficitur abuſus arbitrij, & rationabilitatem oblitus, maiorem ſemper habere videtur de aliarum rerum ſuarum, quam de propria conſeruatione cuſtodiam: non præponderans, quid dicat, aut quid faciat, quando & quomodo comedat, ſiue bibat, & accidentia vana effugiat, ſed quod de voluntatis procedit imperio, totum licitum eſſe putat. Vnde hominibus accidunt mille ægritudinum genera, & mortes etiam multæ mille modis: diuitiarū namq; multiplicata mūdo fœcūditas & copia rerū, docuerūt poſſidere deli-

delitias: delitiæ autem mutãdo mores, & animos A molliendo naturali humanæ diſpoſitioni adduxerunt præuaricationem. Et heu iam in tantum à ſummo animæ & corporis bono hominũ cura elongata eſt, vt impoſſibile ſit maius impendere ſtudium in conſeruanda ſuorum animalium ſanitate, quàm in ſua propria: illis vt ſaniora conſeruẽtur & non offendantur, ſemper electa & ſub certa menſura dantur, purgantur, & cuſtodiuntur à nocibilibus, & ſi quandoq; læduntur, ſtatim remedia præparantur. Homo verò hoc vitij habet, vt B ſemper nitatur in vetitum, ſi plenus magis repleri cupit, & quantò res eſt deſiderabilior, tantò magis petit illam: vnde animal maris, terræq; laboribus, frigoribus, & æſtibus, quinimo infinitis mortis periculis ſe exponit. Certum eſt, quòd in tantum vnuiuſcuiuſque creuit ebrietas agendorum, vt ſpretis plurimum ſcientijs & virtutibus, quibus anima perficitur, & cognoſcitur Deus, proprijs incumbat voluntatibus, verificatum eſt illud verbum: Plures occidit gula, quã gladius, & vita breuis eſt, ars verò longa. ¶ Redeamus igitur & dicamus quod ſciẽtia medicinæ eſt de ente nobili, & quòd eſt ars neceſſaria, creata ad conſeruationem ſanitatis, & protectionem vitæ hominis, qui eſt digniſſima creaturarum, & quòd non expedit alicui Medico, naturã ignorare penitus, aut quicquã facere ſine ipſius Medici conſultatione. Et ſic iã finitus eſt tractatus iſte, & completus totus libellus cum laude & benedictione Dei, ad honorem & gloriam perpetui ſereniſſimi Roberti Hieruſalem & Siciliæ regis illuſtris, cui ſubijciantur omnia imperia nationum.

ARNALDI DE VILLA NOVA
DE BONITATE MEMORIAE.



RIMÒ ſunt neceſſaria iſta: euacuare materiam impedientem, vel alterare malã cõplexionem, poſtea ſumere confortãtia cerebrum, potiſſimũ C vltimam cellulam & ſe cuſtodire ab impedientibus ipſam memoriã, prędicta proficiunt generaliter. ¶ Sed particulariter proficiũt ea quæ ſequuntur, & inter alia valet cõfectio anacardina, ſumere coriandrũ præparatũ poſt cibũ prohibẽdo fumorum eleuationẽ ad caput: maſticare maſticẽ cum zingib. ieiuno ſtomacho ſine violentia caput purgat ab humore phlegmatico, pliris cum muſco, diãthos cũ muſco, paſſulæ, myrobalani cõditi, D ſæpe lauare pedes ieiuno ſtomacho in aqua decoctionis, meliſſę, gallitrici, fœniculi, maioranę, ſaluię, lauri, anthos, camomil. memoriæ, oculis, & toti capiti & ſtomacho proficit. ¶ Et lauare caput de 18. in 18. dies cũ lixiuio, in quo bullierint prædictæ herbæ ſtomacho vacuo, & ſtare, vel modicum deambulare poſt comeſtionem, gaudium & lætitia omnes virtutes corroborãt: ante comeſtionẽ, ſe exercitare, ſpatiari, & delectari ſunt ſecundũ intellectum. ¶ Item ſumere fructus ſtypticos in E modica quantitate poſt cibum, prohibent eleuationem fumorũ ad caput: ſunt aliqui fructus, qui per aſſationem acquirunt bonitatem, vt ſunt auellanæ ſiccæ, ficus ſiccæ, caſtaneæ, & valet multum meliſſa, gallitricus, maiorana, radices acori, & cyperi. ¶ Et ſcias quòd frequẽtare carnes arietis nõ caſtrati, & medulla mutonis à tota proprietate impediũt memoriam, potus poſt comeſtionem, dum digeſtio fit, multum impedit memoriam, ſumere cibaria generantia fumoſitatem: vt ſunt allia, cæpę, porri, fabæ, legumina, caſeus, panis azymus, nimius vſus fructuum frigidorum, nimia frigiditas vel caliditas, vel vigilię, vel ſomnus ſuperfluus, vel dormire poſt comeſtionem pedibus calciatis, impedit memoriam & alios ſenſus. ¶ Valet etiam hæc confectio, qua vt plurimum pro confortatione memoriæ & totius capitis vtebatur Magiſter Arnaldus rectificata cum quibuſdã poſitis ab autoribus. Recipe maioranæ, meliſſæ, betonicæ, ſaluiæ, deſiccatarũ in vmbra an. ʒ.3. balſamitæ, ſquinanti, marathri an. ʒ.1. baccarum lauri, ſe. pœoniæ, aniſi, anthos an. ʒ.2. ſe. ozimi. ſe. ſinapis, ſileris montani an. ʒ.1. cyperi ʒ.3. tormentillæ, cubebarum domeſticarum, nuciſmuſ. florum cinamomi, piperis longi, garyophyll. zedoariæ, cardamomi, zingib. electi an. ʒ.2. coriandri præparati in aceto paſſulato ℥.s. liquiri. raſæ, myrobalanorũ chebulorum, citrinorum, indorum, belliricorum an. ʒ.2. folij, maſticis, been alb. & ru. coralli an. ʒ.1. muſci fini. ℈.1. ſacch. ℥.2. fiat puluis, & poterit fieri media pars, vel minus, ſecundum quod placuerit, & de hoc puluere ℥.1. ſumatur, ſaccha. ℔.1. conſeruæ anthos, conſeruæ citri an. ℥.1. carnium cydoniorum, carnium vuarum paſſarum an. ℥.2. fiat electuarium ad lentum ignem cũ aqua meliſſę & maioranæ, eſt optimum valde & vtile ad confortandam memoriam, cerebrum, & omnes virtutes corporis, pro maiori confortatione viſus poteſt addi eufragiæ, florum borrag. florum ſenę, epithymi an. ℥.s. poteſt hæc confectio cum melle confici pro pauperibus. ¶ Eſt etiam quædã alia confectio multum bona, & laudata ab autoribus pro memoria. Recipe omniũ myrobalanorum, piperis longi an. ʒ.2. coſti, anacardi, baccarum lauri, butyri vaccini, ſaccha. an. ʒ.6. cyperi ʒ.3. terãtur anacardi per ſe, poſtea alia, & conficiantur cum butyro, & melle in æquali quantitate prius bullitorum, & dentur ʒ.2. cum aqua decoctionis apij, fœnicu. & meliſſæ, &c. ¶ Pro vnctione partis poſterioris fiat vnguentum, vt infrà. Recipe radicis rutæ, linguę bouinæ valerianæ cum ſuis radicibus an. ℥.4. caſtorei duorum annorum vel trium, linguæ auis an. F ʒ.2. pulueriſentur ſubtiliter, & miſceantur: poſt recipe ſuc. eufragiæ, criſtæ galli, verbenæ an. ℥.4. medullæ anacardi. ℥.1. axungiæ vrſi, quantum ſufficit, fiat vnguentum liquidum, & ponatur in olla cuprea, vel ſtannea, vt ſtet bene liquidum, quia aliter non valeret, vngatur pars memorialis capitis, ſcilicet pars poſterior, &c.

Impedientia.

Confectio vtilis.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE COITV.

De Coitu, & Semine, & complexione siue natura Testiculorum, Cap. I.

CREATOR omnium volens
animalium genus firmiter ac
stabiliter permanere, & nõ pe-
rire, per coitum illud ad gene-
rationem disposuit renouare.
Renouatum interitum ex to-
to non habet, ideóque copula B
uit animalibus naturalia membra, quæ ad hæc
apta fuerint & propria eis, quæ causa admirabilẽ
delectationẽ inseruit, vt nullũ sit animaliũ, quod
non per annũ delectetur coitu. Nã si animalia coi
tũ odio haberent, genus animaliũ pro certo peri-
ret: propterea namque animalibus coitus natura
liter inest, & per multa tempora impeditur possi-
bilitas cõplẽdi. Coitus per duo animalia fit, per
vnum, per quod semen emittatur, cui aliud obuiá
do in sua profunda concauitate illud recipit, vn- C
dique clausa, ne ex aliqua parte possit dissolui, &
perdi. ¶ Tria autem sunt in coitu: appetitus ex co *In coitu tria.*
gitatione phãtastica ortus, spiritus, & humor. Ap-
petitus ab hepate, spiritus à corde, humor à cere-
bro: nam cùm delectabilis sit motus in coitu, per
motum omnia mẽbra corporis concalescunt, per
calorem humor eliquatur, qui est in cerebro, per
venas attrahitur eliquatus, per eas quæ sunt post
aures ducitur ad testiculos, per virgam in vuluá
eijcitur. Nam Hippo. dicit, quibuscunque venæ D
post aures incisæ fuerint, semine non effuso, gene
rare non valent: sed si aliunde emiserint, nõ est se-
men, sed aquosus humor, & inde nullus potest fie
ri conceptus. Alij virgam tendunt, & minus coe-
untes, semen emittere non valent: alij sunt, qui se-
men emittunt etiam nolentes, virgam autem nõ
tendunt: alij qui virgam non tendunt, nec appe-
tunt, nec semen emittunt, qualiter ista fiant à no-
bis declarádum est. Cùm igitur appetitus fiat in
hepate, vel oritur, vt dictum est, mouetur spiritus E
à corde, qui per arteriam descendit ad virgam, &
concauum replet virgæ neruum replendò more
veneris in duram tendit rigiditatem: sed semen e-
mittere nõ valet, dùm seminalis humiditatis fue-
rit indigentia in cerebro, & defectus. Cùm verò
superabundauerit humiditas in cerebro, & fuerit
indigentia, & defectus, nec valet intendi, nec se-
men emitti: qui verò his cõtraria habuerint coeũ-
tes generare perfectè valent, deducitur eis semen
à cerebro per venas, quæ post aures sunt descen- F
dentes, & per eas in spinalem medullam, & à me-
dulla in renes, & à renibus ad didimos, & à didi-
mis per virgam emittitur, nec quidem vrinali via,
sed alia semini propria. ¶ His itaque prelibatis di- *Quid sit semen.*
cendum est, quid sit semen, & quomodo ipsum
definiat, dicit enim: Semen est substantia humida
pura, calida, vnde fit homo. Item semẽ est calidus
spiritus currens & currendo impellẽs humorem
corporis, effectum similem faciens illi, vnde pro-
cedit. Item Galenus: Semen est spiritus, & humor G

A spumosus, fit spumosus per motum, sicut videre
est in tẽpestate maris. Declaratur aũt ita esse, quia
semen postquam proijcitur apparet copiosum es
se, & post modicum diuiditur nimis, nõ remanet
integrum, vt sputum, aut mucilago, quia hæc sũt
liquida & cruda, semẽ autẽ est coctũ, & depressũ,
quod cùm cadit in locum proprium, plenum vi-
tali spiritu, in hominem formatur, cùm non cadit
in locum proprium, spiritus ab eo euanescit, & di
spergitur. ¶ Nunc ergo dicendum, ex quibus fiat *Ex quibus humoribus fiat semen.*
B semen humoribus. Semen est superfluum etiam
& minus moderatum; moderatum verò est cali-
dum, temperatum verò humidum: quia testiculi
sunt de principalibus membris & fundamentis,
colligunt semen & mittunt, sed quia sunt proxi-
mi virgæ, transmittunt pro præterito, natura eo-
rum à nobis dicenda est. Virtus enim seminis est
temperata, quòd si natura testium calida & humi
da, & temperata sit, temperatum est semen: si ve-
rò distemperata fuerit, erit inutilis. Diuiditur au-
C tem natura eorum in duas partes, id est, in simpli-
cem & compositam: simplex est præpotens, vt ca
lida, humida, frigida & sicca, & vt antiqui dixerũt,
semen mittatur p̃ has quatuor qualitates. Calidũ
enim semẽ reddit subtile, & aquosum soluẽdo &
extenuãdo, frigidũ facit grossum & spissum, semẽ
coadunãdo & seruãdo, siccũ reddit modicũ semẽ,
humidum verò copiosum & multiplicatum. Ex
his enim qualitatibus si iunctæ fuerint, sicut in
omnibus corporibus, sunt quatuor congruę, duę
D verò inutiles, vel vitiosæ, quatuor congruæ sunt
cali. hu. ca. sic. frigi. hu. frigi. sic. duæ verò inutiles,
vel vitiosæ sunt calidum & frigidum, humidum
& siccum, quæ inter se repugnant: & quia semen
ex calore fit tenue, ex frigiditate densum, ex qua-
tuor alijs sunt quatuor, quibus fit tenue, multum
densum, multum tenue, modicum densum, modi
cum tenue. ¶ His itaq; declaratis, dicemus prius *Qui sint potiores ad semẽ emittendum.*
de omnibus illis, qui fortes sunt & præualẽtes ad
emittendum semen, hi nimirum, quibus testiculi
E calidi sunt & humidi, & temperata virga. Homi-
nes vini multum bibentes abundant appetitu, &
semine, similiter verno tempore, quod est calidũ
& humidum temperatè: etenim calor auget appe
titum, & masculinum reddit, frigiditas autem di- *De complexionibus testiculorum.*
minuit appetitum & fœmininum reddit ¶ Si er-
go natura testiculorum fuerit calida, multę luxu-
riæ erit appetitus, & plures gignuntur masculi, tẽ
pestiuæ nascuntur pili circa pectinem, & circa re
liquum corpus: Si verò est frigida, tardi & rari, si
F sicca modicus erit appetitus, modicum & debi-
le semen: quòd si fuerit humida, reddit multũ se-
men, & pili oriuntur plani, & molles Et de natu-
ra simplici testiculorum hæc sufficiant. ¶ Si verò
composita sit natura testium calida & humida, ex
calore magnus appetitus erit, & pili multi, ex hu-
miditate semen erit multum, concubitus multus,
sine læsione non poterit abstinere ab eo, vt dicit
Galenus. Si verò calida & sicca fuerit, semen erit
modicum & sine delectatione magna emittitur,
G filiique masculi plures erunt, appetitus magnus,
& fre-

& frequẽs in principio pubertatis, multi pili circa pectinem, vsq; ad vmbilicum, & vsque ad medium costarum, minus desiderant coire, citò cessant, & si intendunt, lædentur. Si verò fuerit frigida, & sicca ex frigiditate, non erit appetitus, ex siccitate semen erit modicum: quòd si fuerit frigida, & humida, appetitus erit modicus ex frigiditate, & pili erunt circa pectinẽ tantùm, filiæque erunt quamplures, & semen erit copiosum. Ex frigida & humida, pollutiones nocturnæ fiunt, multæque exeunt humiditates sine magna delectatione, & mouetur à seminis effusione: fiunt quoq; pollutiones cùm de die fœminæ conspiciuntur pulcræ & noctu in somno reducũtur ad memoriam, istæ pollutiones non fiunt ex abundantia humorum sine illis. Hæc igitur quæ dixi de natura testium, & alia consideranda sunt in toto corpore. Antiqui dixerunt testiculos esse principalia membra, vterque. s. Hipp. & Gal. dixerũt, quòd à testiculis præstatur virtus toti corpori, sicut cerebrum præstat virtutes mobile & sensibile virgæ, cor per arterias virtutem erigendi, & feruorem: virtus autem, quæ est à testiculis præstat toti corpori, quia fiũt masculi & fœminæ, & ideò sunt testiculi fundamentũ & radix virtutis, quæ ministrat magnum calorem toti corpori: & eunuchis non nascitur barba, non sunt pilosi, venæ eorũ quasi fœminarũ, nec est in eis appetitus libidinis, propterea cõnumerantur testiculi inter principalia membra.

In qua parte debeat Masculus, vel- Fœmina generari, Cap. II.

DIxi aũt superius, quòd calor est causa virilitatis, & frigus fœmineitatis. Et ita est sciendum, quòd per membra dextra generãtur masculi, per sinistra fœminæ: sicut dicit Hippo. membra adinuicem auxiliari. Refert quoq; Gal. non esse mirum, si calor dextri testiculi, & dextrę partis matricis maior sit calore sinistri testiculi & sinistræ partis matricis: quia viciniores sunt hepati, & nutriuntur sanguine puro, & quasi claro: ideò à dextris fiunt masculi, & à sinistris fœminæ. Ait quoque Hipp. si tempore pubertatis pueri videbis dextrum testiculum esse maiorem, & eminentiorem generabit masculos: si verò sinistrum, generabit fœminas: præcipit hoc Hipp. animaduertendũ esse in tempore pubertatis, & vox mutatur eius, & grossior fit. Fit autem duob. modis, & duabus de causis, vna de fœmina, altera de masculo: si enim ceciderit in os matricis, & calidum accesserit in sinistram partem eiꝰ, generat fœminam, si in dextrã, masculũ generat: & aliquoties euenit, vt virtus calore seminis mutatione vincatur. Quidam autem Medicorum dixerunt, si semẽ processerit de dextra, & exciderit in sinistram partem matricis, efficitur masculus & effœminatus, econuerso de alio fœtu, si ceciderit in dextram partem, efficitur fœmina virago. Propter hoc potens est Deus, cui vult concedere gignere masculum, & fœminam, vt ipse nouit: nunc dixi, quæ prosunt calori & frigiditati.

De hora coitus, & quibus prosit Coitus, & de causis quorundam acciden tium in coitu, Cap. III.



ANTIQVI dixerunt in libris suis, res quæ conseruant sanitatem sunt sex: exercitium moderatum, balneum, cibꝰ, potus, somnus & coitus. Itaque dicendum est à nobis, qualiter proficiat, qualiter fieri debeat, quo tẽpore, qualiter, & quid nocet & qd inde contingat multùm vtentibus. ¶ Dixit verò Galen. in lib. artis, quod quidam Epicurus dixerit, quare nullus, qui coit, sanus erit, veraciter coitus vtilis est, perficiens ad salutem corporis, & ostendit, qualiter debeat fieri, dicens: namq; quãdo fieri debet vel conuenit, & quandò per interualla est faciendum, vt læsionem non faciat: nã si puer debilis coierit, corpus eius postea alleuiabitur magis, quàm prius, & lætificabitur magis solito. ¶ Est autẽ hora coeundi congrua, qñ corpus in temperamento fuerit omnium exercitiorum, vt. s. non sit plenum, nec vacuum nutrimento, nec calidum, nec frigidũ, nec humidũ, nec siccum, sed temperatum. Si verò errauerit ab hac ratione, & coierit, melius erit calidum, quàm frigidum, melius satur, quàm famelicus, melius humidum, quàm siccum, melius ante somnũ, quã post somnum: quia postquam coierit, à labore quiescet, melius inde erit virtuti, teste Galen. cùm dicit, secũdũ. s. quod diximus, si fuerit coitus, melius erit conceptui, fœtui, viro & mulieri, sic fiat: quia cum dormierit mulier, postea continet semen melius, & hoc faciet secundum naturã atq; doctrinam. Vniuersaliter ergo melius est coire, secundum hoc, quod diximus si quis coierit circa mediam noctem, peccat, quia cibus omninò indigestus est. Quidam verò Medici dicunt, quòd si quis fuerit cibo repletus, antequam digestus est cibus ex toto. Si coeat, ex tali coitu fœtũ omnib. mẽbris completũ fieri, nec magnũ caput habere, nec alia membra diminuta erũt, nos dicimus, qui coierit, antequam digestus fuerit, peccat. Circa matutinalẽ horam fieri non conuenit, hac de causa, quia debilitatẽ inducit, vel subsequitur vt post coitum laborare non valeat. Patet ergo ex his, quòd coitus melior est ante somnum, quàm cũ dormierit, à labore enim quiescit, & si quis circa matutinum coire voluerit, post coitum faciat cõstringi corpus, vt calidior possit esse ad laborem & fortior.

ET NVNC dicendum est, quibus prodest, & quibus nocet coitus: dicimus enim, quòd duobꝰ prodest coitus, secundum Gal. dicit in lib. Epid. vno modo illi, qui abundat phlegmate viscoso, & fuerit ei robur viriũ: alio modo huic, qui abundat fumis acutis exhalantibꝰ, qui natura sua infestat naturam corporis, his quidem duobus modis prodest. ¶ Prodest autẽ illi, qui abundat phlegmate viscoso, si fuerit robustus, euacuatur humor per coitum, nisi raro fiat, nam cum supradicto phlegmate frequentatus coitus nocet valde, & conuertitur corpus ad vltimam debilitatem, seu fragilitatem. Si quis enim quæsierit à nobis, quam differentiam faciamus virtutis fortis, & debilis: dicimus, quòd abundanti virtuti prodest, debili verò nocet, quia corpus eius in vltimam

frigiditatem,& debilitatẽ est positũ, Gal. verò asserit, quòd frequẽs coitus desiccat corpora, sic cõtingit grossis hominibus, cùm instituunt soluere corpus. Quidam tamen putat, quòd coitus non calefacit corpus, sed semper infrigidat: sed si non fuerit virtus,& calor naturalis fortis, facit corpus valde calidum, cũ debili calefacit,& deficit, postquam completum fuerit fortiter, infrigidat. Ideò que fecimus differentiã inter virtutem fortem,& debilem: virtutem fortem habenti prodest, quia calefacit eum, & debilem virtutẽ habenti nocet, quia infrigidat eum, sicut dicit Galenus. ¶ Vtilitas verò coitus est alterius partis, cùm abundat fumus capinosus, qui infestat temperamentũ ei⁹ nam si inclusus fuerit humor ille infra corpus, nisi fuerit solutus humor, facit magnam læsionem, sed si coierit, soluetur illa superfluitas, quiescet corpus,& alleuietur: sed non fiat frequenter, nisi cùm fuerit necesse, tunc fiat secundum quod oportet. Diximus enim, quòd coitus confert duobus modis, secundum quod rursum attestatur, quia coitus soluit malam habitudinem corporis, furorem mitigat, melancholicis prodest, amãtes ad memoriam prouocat,& cõcupiscentiã soluit: licet furibundus sit antequam coeat, postquã verò coierit, fit magis domesticus: dixit ergo Hipp. quòd homini habenti ægritudinem in augmento, coitus valde nocet.

Causæ diuersorũ accidentiũ in coitu & post ipsum & ante ipsum.

NVNC ad hunc sermonẽ venimus, vt causam ostendamus, vnde oriatur debilitas animalium, & propter quam occasionem contingat aliquib⁹ hominib. in hora coitus rigor,& tristitia, quibusdam verò tremor, quibusdam malus odor, alijs verò in coeundo venter inflatur, alijs superuenit stridor, alijs verò, postq̃ coierint, dolor capitis & similia. ¶ Dicim⁹ itaq; qđ humor, qui à corpore dissoluitur in hora, qua semẽ projjcitur substãtialiter,& membrũ substantialiter habet substãtiã, & non est sicut humor, qui dissoluitur in euacuatione actuali, qui est accidentalis: quia superabũdat, in membris dissoluitur, vt ait Hipp. in lib. de fœtu, quando mittitur semen cum voluntate nostra, superuenit multoties debilitas: voluit Hipp. docere nos, quia semen est essentia sanorum mẽbrorum, ex quo constant membra. Similiter quoque dixit Gal. in lib. de semine, cum loquitur de coeuntibus superfluè, non à membro tantùm solus humor, sed vitalis spiritus per arterias exit cũ semine,& quia ita est, mirũ non est, coitum debilitatẽ subsequi, cũ corp⁹ euacuatur illis duob. modis, vnde ex coitu multi mortui sunt, vt dicit Ga. manifestũ igitur est, animal si superfluè coeat, citò mori,& si parum coeat, diutius viuere. ¶ Et propter hoc eunuchi diutius viuunt, hoc ideo, quia non possunt coire: neruus, qui erigitur eis abscinditur,& non descendit semen secundum quod consuetudo est. Dixit ergo Galen. hanc esse causam eunuchorum, vnde apparent furibundi omnibus eis loquentibus: sed quia rursus ait ex proprietate commotionis eorum fiunt vltra sexum, sicut est habitus eorum, ideò nominat quædam animalium ante coitũ furibunda, post coitum natura domestica. Propterea ergo animalia multum coeũtia perparum viuunt, quia hoc fit per animam,& per naturam: per animam verò, quia appetit & delectatur, per naturam, quia in hoc feruescit spiritus,& plurimum conueniẽter in coitu soluuntur, quædam de spiritu animali & de spiritu naturali,& diximus verba Galen. quæcunq; super hoc exposuit. Diximus præter ea, quid antiqui de hac re senserint. ¶ Causa verò rigoris & tristitiæ in coitu, est ex cõmistione & mala complexione humorum,& per calorem superuenientem in hora coitus: quia omne corpus malos humores habens, si repentè calefactũ fuerit, rigescit, superuenit febris & tristitia. Quibus superuenit fœtor in hora coitus, fit eis ex motione putrida, quæ in tempore coitus soluitur per calorem: quibusdam autem inflatur venter, in tẽpore coitus declinatur, quia calor naturalis debilis in eis est,& causa huius infirmitatis ex melãcholia est. Contingit quoq; eidem, vt semper appetat propter multam ventositatem, quæ mouetur in hora coitus,& quia continetur intrà, accidit ei rugitus,& sonitus. In quibusdam verò quasi stridor auditur exterius, quibusdam verò dolor capitis euenit post coitum, causa est, quia adscendit ad caput, propter commotionem coitus, fumus ex humiditate sanguinis,& superfluitate corporis,& mala cõmistione: hęc est sentẽtia Ga. quã in expositione libri epidem. adfert. ¶ Nos aũt breuiter expediuim⁹, quæ necessaria sunt ad hoc negocium, reliquũ est vt deueniamus ad ea, quæ prouocant coitum. Sed quia dixit Gal. sunt quidam, qui non possunt coire, appetunt autem, disposuimus ea, quæ ab appetitu eorum separent eos. Oportet autem nos scire, quæ sint nutrimenta, quæ semen generant,& stimulant ad coitum,& quæ sint illa, quæ desiccant & diminuunt semen: vt homines abstineant, vtãtur contrarijs, quæ à nobis ostendenda sunt breuiter ab antiquis declarata nutrimẽta, quæ generant,& attrahunt, quod non erat,& quæ antecedunt appetitum,& quæ repellunt, his contraria sunt.

De his, quæ multiplicant semen, & augmentum faciunt in coitu,
Cap. IIII.



ENERANT autem semen, quæ nutriunt & inflant, ea quoq; quæ bene digeruntur, generant semen,& si omnia tria haberi nõ possint, saltem duo vel vnum habeatur: Nutrimenta, quæ multum nutriunt, generãt, quæ verò nõ multũ nutriunt, nõ generant semen. Dicimus enim, quòd natura seminis constat ex spiritu,& humore, fit autem ex humiditate nutrimenti: & ideò oportet nutrimẽta, quæ semen generant, esse multum nutrientia, ventositates generantia,& hoc conuenit seminis essentię. Quicquid igitur hæc duo præstat & calore ex vasis occultis extrahit,& extrinsecus fert, semẽ generat, similiter cum volumus præparare nutrimentum proprium, ad hoc conuenire faciamus hæc tria: si verò in his non sunt ista tria, sint duo vel vnum. Dicimus ergo quod nutrimentũ multum ventosum generat semen naturaliter. Et si vis commiscere duo nutrientia, hoc modo facies: quoniam fabæ nutriunt,& ventositatẽ generant, sed nutrimentum frigidum, vnde vno carent,& duo possident: piper verò longum, zingiber, nigrum piper,& similia calida tantũ essentia nullaq;

nullaq; eorum obtinentia, quæ ſunt ſeminis generatiua, ſi cōmiſceantur fabæ fit nutrimentum, quod ſemen generat, & auget coitum, quia hæc tria poſsidet. Et ſciendum, quod hoc modo oportet ex duobus componere vnum, ſcilicet nutrimentum conſiderando vniuſcuiuſque opus ſecundum quod diximus.

NVNC verò dicendum eſt, quæ ſint ea, quæ generant ſemen & extrahunt, ſuper nutrimenta ea, quæ diximus, eſt piper, pulegium, pineę, ficus, recentes carnes, cerebella, vitella ouorum, ſterc⁹ & teſticuli vulpis, & ſatyrion, quia accendũt libidinem. Dicit enim Dioſcorides, quòd hęc radix, dum manu tenetur venerem ſtimulat, & ſi fuerit bibita, magis accendit, ſimiliter zingiber venerem ſtimulat, been album, & rubeum, coſtũ dulce, lentiſcinum oleum, ſi cum melle coctum fuerit addito pipere, venerem accendunt, cardamomum, ſemen vrticę, aniſi, & ſimilia: horum ſunt quædam nutrientia, & quædam medicantia, & curabis per hæc contraria: dicit Gal. contraria cō trarijs curantur.

Prohibētia ſemē & venerē.

HÆC verò ſunt, quæ generant ſemen, deſiccant & diſſoluunt ventoſitatem. ſ. calidam & ſiccam, ſicut anetum, ruta, fœniculum, apiũ, & ſimilia vtilia ſunt: quia ſtomachũ confortant, appetitum incitant, & vriná mouẽt: Hæc verò quæ prohibent ſemen, impediũt & deprimunt libidinem, ſunt irritamẽta frigida, & humida: ſicut lactuca, portulaca, cucumeres, blytũ, mora celſi, & quæcunq; ſunt frigida, & humida, liquidi piſces, & ſimiliter quicquid eſt verè frigidum & ſiccum, comprimit venerẽ, vt ſumach, acetum, vuæ amaræ. Poſſunt ex his duo, vel tria cōmiſceri vt extinguatur ſemen & libido comprimatur: hæc autem ad comprimendum coitum, & appetitum ſunt fortiora, ſi lenticulæ coquantur cum ſemine lactucæ, elixatura eorum bibita extinguetur appetitus. Item extinguit appetitũ libidinis, & ſemen deſiccat portulaca agreſtis, data ad comedendum cùm opus fuerit, & ſi neceſſe fuerit, ſumantur ſimplicia, quæ diximus, vel compoſita.

Quæ proſunt nō valentibus coire.

NVNC verò dicendum eſt de medicamentis, quæ proſunt non valentib. coire, quia nō ſemper inueniuntur apud diuites, & pauperes: ſicut nuces muſcatæ & triphera magna, & nuces cũ melle, & ſatyrion cum melle, zingiber conditum, ſuccus nucum, ſyrupus mellis, ſyrupus prunorum, vua paſſa & his ſimilia. Iſta omnia prætermittamus, quia in multorũ manib. non inueniuntur, & omnia tamen dicamus, quæ experti ſumus, & quibus vſi ſunt noſtri autores, quæ citò operantur, & effectum leuiter perficiunt, nouimus etiá ibi, quę ſi fuerint in prædictis paſsionibus, augẽt libidinem: vt cor ocioſum, lętitia aſsidua, vnde Philoſophus ait fieri libidinem diuerſis modis: proterea quicquid ei accidit ad euidentiam, vt amor apparens, amoris recordatio, oſculatio, conſtrictio mulierum, cōtemplatio vultus dilectæ, murmura ſuſpirioſa, ſuſpitio mendoſa, viſus & contactus, & oſcula, faciunt hæc in viris, & mulieribus augere libidinem.

ELECTVARIVM quo nullum melius inuenitur ad libidinem augendum. Recipe vuam paſſam, daucum domeſticum, & abijce interiora, tere diutiſsimè cortices, & adiunge ℔.1. gummi arabici, pone in frixorium ſtanneum & ſuperadde ℥.1. olei ſeſamini, frica, & pone ℔. ʒ. mellis, dimitte vſquequo condenſetur, vitellos ouorum. ſ. 5. admiſce, ab igne remoue, & adde galangæ ʒ.2. ſe. vrticæ, piperis longi, cinamomi electi, garyophyll. ſeminis rapæ, & cęparum, ſe. dauci, ana ʒ.2. & commiſce diligenter, ſi volueris tingere, adde croci ʒ. 2. & poſtea recōde in vaſe vitreo, & vſui reſerua.

ELECTVARIVM expertum libidinis prouocatiuũ. ℞ ſe. aſparagi, ſatyrionis, ana ℥. 1. bedegar, been albi, & ru. zing. ana ʒ.3. ſem. erucæ, ſe. dauci, ſem. cæparum, ſe. vrticæ ana ʒ.2. ſileris montani, aſsi, vmbilicorum ſcincorum, ana ʒ. 4. cardamomi ʒ. 3. linguæ auis ʒ. 1. ſacchari quart. 1. tere & per tempora dabis ʒ. 4. cum elixatura ſiliginis, aut lacte, ſiue cum mulſa, ſero & mane.

ELECTVARIVM expertum pro eis, qui non poſſunt coire ex frigiditate: ℞. Diagalangæ ʒ.1. cinamomi electi, garyophyll. ſatyrionis, ana ʒ.8. pyrethri, piperis, ſe. vrticę, dauci, ſe. lini, carui, ſileris montani, ana ʒ.5. penidiorum ℥.2. tere & tempera cum melle, & repone, ſume ex eo ante prádiũ, poſt cænam in modum auellanæ: prodeſt etiam, nephriticæ paſsioni, habentibus aſcarides, omnibus phlegmaticis, & frigidis naturis.

ELECTVARIVM valens ad temperamentum frigiditatis, & ad libidinem augmentandam. ℞. ſeſeleos, ſem. erucæ, ſem. aniſi, ſem. lini, piperis nigri, pyrethri, ſeſami purgati, farinæ cicerum, ana ʒ.2. tere, & confice cum oleo ſeſamino recenti, ſuperadde penidiorum tantũ, quantum omnes ſpecies, & cum melle tempera, da veſperi eundo dormitum, & ſi iſtud eſt verum, reitera, vt ſapiens.

ELECTVARIVM de aniſo, quod optimum eſt, humidis prodeſt, etiam tuſsientibus ex phlegmate, & pectori, incitat appetitum comedendi, & ad alia multa valet. Re. piperis nigri & lon. cinamomi, zing. galangæ, ana ʒ.1. maſticis ʒ.2. pyrethri ʒ. 3. aniſi, ʒ. 5 liquiritiæ ʒ.3. penidiorum, ℔.1. terantur & cribrellẽtur, ſuperadde vuarum paſſarum enucleatarum, diu contritarum, duplum, quantum omnes ſpecies, & cum melle tempera, & repone: da in modum nucis mane, & ſerò, expertum eſt.

ELECTVARIVM quod fecimus cuidam iuueni coire non valenti. ℞. ſem. aſparagi, ſem. lini, ſe. papaueris albi, ſeſami purgati, farinæ ciceris, amygdalarum dulcium, ana ℥. 1. piperis al. & nig. ſe. vrticæ, ana ʒ.4. camphorę ℈.3. tere, & tempera cum melle deſpumato aut cum vino, ſi patiens non febricitet, dabis in modum nucis.

ELECTVARIVM quod compoſuit Iſaac ad coitum augmentandum, & eſt optimum. ℞. ſileris montani, cymini, ſe. vrticæ ana ʒ.10. zing. ʒ.15. ſatyrionis ʒ.5. pineę mund. ʒ. 20. aniſi ʒ.6. tere, & frica cum butyro, tempera cnm melle deſpumato, dabis ʒ. 5. eunti dormitum, & ſuperbibat ſyrupum, qui conficitur de balauſtijs, aut elixatura eorũ, teſticuli vngantur cũ oleo ſambucino, in quo coquatur pyrethrũ. ¶ Itẽ aliud, quod feci non valenti coire. ℞. garyophyll. ℥. 1. cum lacte ouino, auget libidinem, & ſimiliter lac vaccinum ſumtũ mane quotidie. ¶ Item aliud quod compoſui frigidis, & humidis non valentibus

coire. R. pyrethri, zingib. anisi, carui, ana ʒ.6. sem. lini, se. cæparum al. sem. vrticæ, ameos, ana ʒ.4. piperis longi, & ni. scincorum, ana ʒ.2. mellis, quantum sufficit. ¶ Pillulæ, quæ augent coitũ, & sunt expertæ. R. fœniculi asi, sem. erucæ, ana ℥.2. tere cum lacte vaccino, & forma pillulas in modũ fabæ, da ʒ. cum vino, & cum voluerit dormire, vngat corpus cum aceto, oleo, & succo solatri simul mistis. ¶ Item aliæ ad eos, qui coire non valent. R. cæparum albarum, testiculorum vulpis, cerebella passerum, florum palmæ, masculi, olibani albi, ana tempera cum aqua calida, & forma pillulas in modum ciceris, dabis 7. mane cũ vino, nec plures, nec pauciores: quòd si plures dederis, deficit mulier sub eo, & si volueris extinguere libidinem, bibe fœniculum, & succum rutæ cum aqua calida. ¶ Item aliud medicamen, quod sumtum mirabiliter coitum stimulat. R. cerebra 30. passerum masculorum, & solue diutissimè in catino vitreo, & accipe æqualiter sæui hircini, quod est circa renes, statim dum occiditur, soluatur iuxta ignem, cui addantur cerebra, & mellis quantum sufficit: in patella misceantur, & tamdiu coquantur, donec induresćant: postea formentur pillulę in modum auellanę, & da vnam ante coitum. ¶ Item aliud, quod coitum corroborat, & est expertum. Re. succum radicum bauciarum, & aquam, in qua infusa sint citrum, anisum, mellis al. æqualiter, & coque lento igne ad consumtionem tertiæ partis, despuma illud, cola, crocum quidã addunt: colaturæ adde istas species. R. zingiberis, cinamomi, masticis, ana ʒ.3. secundum quod fuit præscriptũ. ¶ Aliud, quod corroborat Venerem, & auget semen. Re. ℔. lactis & ℔. aquæ, simul coque, donec consumatur aqua, & lac remaneat: ad de cochlear butyri vaccini, galangæ ʒ.2. bibatur per tres dies: sed ante accipiendum est diasatyrion cum melle confectum, aut de baucia similiter, cum aqua frigida, sed super illud vinum bibẽdũ, sic faciendum est per 20. dies quotidie: quia confortat Venerem valde. ¶ Item si galanga masticata fuerit, libidinem stimulat. ¶ Item satyrion siccatum, & cum vino bibitum, idem facit.

Extrinsecus applicata coitũ iuuantia.

ECCE iam diximus ea, quibus libido confortatur, & stimulatur: dicendum est breuiter quæ extrinsecus posita idem faciunt, & sic claudatur liber. ¶ Vngantur ergo renes, virga, & testiculi hoc vnguento in circuitu, & dorsum. Recipe oleum irinum, oleum de flore cæpæ caninę cum sesamino confectum, pyrethrum, staphisagriam, semen vrticæ, cõtere cum singulis oleis, & inunge. ¶ Itẽ accipe pyrethrũ tritũ, cerá, & oleo sambucino immisce, & vnge. ¶ Itẽ vnge cũ oleo muscellino, vel cum balsamino, vel lilio, vel cum oleo costino, vel cum alijs his similibꝰ, si vngantur renes, virga, pecten, & testes, Venerem excitant, & augmentant. ¶ Vnguentum ad idem. R. euphorbij, galba. ana ʒ.2. aneti ʒ.1. piperis longi ʒ.2. pyrethri ʒ.2.s. ceræ ʒ.6. tere species, & resolue ceram in oleo prædicto, & superadde puluerẽ specierum, agita fortiter, & circa locũ coitus vnge. ¶ Vnguentum, quod fit de formicis nigris: accipe nigras formicas, & alatas, repone eas viuas in amphorá vitreatam & superfunde oleum sambucinũ, suspende per aliquot dies ad Solẽ, postea colabis, vnges testes, virgam & plantas pedum, optimum est. ¶ Vnguentum ad idem: euphorbium solum tere, & cum oleo muscellino misce, vnge pecten, renes, & vmbilicum ante horam coitus. ¶ Epithema, quod valet mirabiliter ad coitũ. R. scãmoneæ ʒ.6. euphorbij ʒ.1.s. cerę albæ ʒ.9. & coque modicum, agita fortiter, repone, & cùm opus fuerit reductum in pánum testiculis, & virgæ superpone, cum calefacta fuerit, tollatur, & exercitatur coitus, probatum est. ¶ Quia si volueris quemlibet coitum extinguere, supradicta mẽbra inunge aqua, in qua opium thebaicum, cum cribratum est, sit resolutũ. Quia autem multi auctores in libris suis ad libidinẽ augendam scripsere, & extinguendá, ne prolixitate medicaminum tædium legentibus inferamus, quæ diximus, sufficiant.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE CONSIDERATIONIBVS OPERIS MEDICINĘ.

PROOEMIVM AD GROSSEINUM *Coloniensem.*



VIRTVTEM quærimoniæ tuæ percipientes, nuper tibi, charissime, significauimus, quòd admirari non debes, si ea, quæ ad expositionẽ librorum Gal. & Hippo. scripsimꝰ, communicare publicè denegamus: non enim suggerente spiritu liuoris, sed persuadente ratione id facimus: nam arma, quibus versutia retundi valet hostis, licet eisdem sensus inimicorum sit licitum mouere, tamen eorũ manibus commiti non debent: & qui aduersariũ munimine roborat, interitus sui casum meritò pertingere iudicatur. Tu autem nouisti quãtum hi qui medicinalium artificum circa nos nomen habent, nobis cunctisq; viam veritatis tenentibꝰ aduersentur, non æquitate iustitiæ moti, sed stimulati potius inuidiæ fumo. Quantam enim pestilentiam scandalorum, necnon perniciem corporis nobis, nostrisq; socijs flagrantibus desiderio veritatis tentauerint suscitare, tibi narrare nõ expedit, quia notum est vulgo. Eos igitur, quos ingratitudinis vitio nouimus deturpari, iustitia non præcipit dictorum muneribus fore participes, nec irrationabile quispiam iudicabit, si suis ipsi conatibus permittantur confundi, quorum confusionem potes speculari de facili. Nam quæ legunt picturæ sunt chartapellorũ, calliganti memoriæ cõmendetur, nõ autem intellectus illuminati perfecta notitia. Non. n. de his, quę perlegũt, iudicát definitiuo sermone, sed recitát, sicut hauriunt ex scriptura nequeuntes discernere, vtrũ terram pertranseát propriá, vel alienam: sed sicut brutum

brutum chorda trahitur, & etiam detinetur, ſic
& eorum intellectus in ſcripturis chartapellorũ
detinetur, & etiá alligatur. Quamobrem duci
potius, quàm ducentes more cœcorum digno cẽ
ſentur, & liquidò videtur eis ineſſe, quod ſomno
lentis agricolis accidit, qui cùm terram ingrediũ
tur, quam cogitauerunt excolere, priuſquam ex-
colant illam, dormitátes in foueis eius ſorbẽtur
ab ea. ¶ Hos igitur, quos ignorantes eſſe non du-
bitas, permittimus propriæ confuſionis incurre-
re labyrinthum. Nam cùm innitantur ſcripturis,
& mẽdacijs non proprię virtutis induſtriæ, aut
doctrinę ſapientum & fundatorum artis, non du
bitamus, quin eorum ignorantia intelligentibus
nota fiat: cõpatimur tuę ſinceritati, ꝑpterea q̄a
lapſum quaſi te videmus in hæreſim, opinás qđ
de applicatione cauſarum ſalubrium artificialẽ
conſiderationem Medici non habeant: proinde
caſualiter potius, quàm artificialiter Medicos iu-
dicas operari. ¶ Nos autem dicimus, quòd intelle
ct⁹ tuus adhuc obumbratus exiſtit lectionib. ſu-
pradictorum Medicorum, quib. primitùs adhæ-
ſiſti: ab eis etenim ſcimus, quoniam reportate nõ
poteras artem ſeu regulam rationis ad inuenien
dam formam rectæ applicationis cauſarum ſalu-
brium, ad humanum corpus, quoniam in eis nõ
eſt: nam cùm empirici ſint, ſolùm in collectione
particulariũ elaborant, & ideò de illis ſolùm no-
titiam craſſam faciunt & obſcuram. ¶ Præterea
non in ſcripturis ſtudent, in quibus ars traditur
ſupradicta Galen. & Hippo. à quibus medicinam
diuina conceſsione veraciter & perfectè nouim⁹
eſſe reuelatá: immò potius in chartapellis, & ſum
mis, quæ potiſsimè magni voluminis ſunt, ſicut
in hiſtorijs Gilaberti, fabulis Pontij & Galteri.
Qui igitur opinantur in prædictis, & eorum ſe-
quentibus, concedimus eſſe verum. De Galeno
verò & Hippocrate necnon his, qui perfectè eo-
rum doctrinam intellexerunt, ſcimus, quòd fue-
runt artifices rationis, & artem habent & tradide
runt inueniendi formam rectæ operationis in ap
plicatione cauſarum ſalubrium. Non enim æſti-
mandum, quòd ratio ſapientis artificis, per incer
ta percurrat, immò ad inueniendam recti operis
formam, certis conſiderationibus ambulat: nam
cum id, quod intendit, certum ſit & finitum, cer-
tis & finitis vijs peruenit ad illud, quæ viæ non
ſunt, niſi conſiderationes artis, ſeu regulæ: immò
formaliter artem conſtituunt, cùm ſit ars ſemita
vel ordinatio rationis ad attingendum finem in
actibus humanis, per media debita. Cùm ergo il-
la debita media non ſunt infinita, quoniam infi-
niti finis non eſt, nec incerta, quoniá ex incertis
nemo regulatur, oportet artẽ vel ordinationẽ in-
ueniendi formam recti operis, qua vtitur ſapiens
& rationabilis Artifex, certis & finitis conſidera-
tionibus, & regulis cõprehendi. Et oportet iterũ
inter illas aliquas eſſe primas & generaliſsimas,
à quibus inueſtigatio Artificis inchoat, per qua-
rum differentias recto ordine deſcendit ad extre
ma, ſicut in his, quæ ſub ratione vnius viæ ad vni
cum finem tendunt, neceſſarium eſt ordinem ad
inuicem inuenire. ¶ Nos autem, quia videmus,
quòd iudicia, quæ de medicinis ſeminas, inſinu-
ant, intellectum tuum hanc artem in ſomnis ſpe-
culari, & triſtitia de opinione manans, ſignificat

Quòd medic⁹ artificialē habeat cōſiderationē cauſarū ſalubrium.

Quid ſit ars.

quòd eam deſideras inuenire, volumus tibi cæte
riſq; ſtudentibus, ad rei veritatem in medicinali-
bus capiendam, breui tractatu exponere, ſecun-
dum eas, quæ colligimus ex fundamentis Gale.
& Hippo. conſiderationes. Et in conſiderationi-
bus etiam regulas ponere, quibus intellectus il-
luminatus reddit potentẽ Artificem ad inueniẽ
dam formam recti operis, quod elicere intendit,
aut de quo dubitat, vtrùm debeat exerceri. Vt au
tem titulo notitia operis clariùs expandatur, vo-
lumus imprimere titulum fronti eius, vnde cùm
ordinata ſeries repręſentet conſiderationes in ge
nere, quibus Artifex nititur inuenire operis recti
formam rationabiliter poterit appellari Liber de
conſiderationibus, vel Liber inueniendi rectitu-
dinem operis. Proponimus doctrinam iſtarũ cõ
ſiderationum patefacere exemplo particularis
operationis, more ſapientum docentium, res vni
uerſales per exempla rerum particularium, ideò
operationem phlebotomiæ, de qua in plurib. plu
res dubitant pro exẽplo introducemus, explican
tes iuxta nominatas conſiderationes, & regulas,
quantò perfectiùs poterimus, quicquid Medicus
ſecũdum artem ſuam tantum habet conſiderare
ad perfectè exercendum prædictum opus, accipi
entes qđ vtile fuerit ex lib. Gal. de phlebotomia.
Si ergo quis hoc opus intelligens vocet Librum
de phlebotomia, propter hoc, quia materia eius
hîc perfectè medicinaliter pertractatur, non pec
cabit, dum tamen non deroget vniuerſali doctri
næ operis, ſed intelligat de phlebotomia hîc ſolũ
exemplariter agere. ¶ Huius autem operis duæ
partes erunt, & erit prima de conſiderationibus
primis, à quib. inchoat inueſtigatio Artificis, &
de cõſiderationib. vtilitatis operis medicinæ. Se-
cunda verò pars erit de conſiderationibus modi
operandi. Partis autẽ primæ tres ſunt diſtinctio-
nes: prima videlicet de cõſiderationibus primis,
& earum primis differentijs. Secunda de conſide
ratione effectus operis intenti, vtpote phleboto-
mię: tertia verò de conſideratione ſignificationis
particularium, occurrentium operi à parte cor-
poris. ¶ Primę autem diſtinctionis capitula duo
ſunt: primum videlicet de conſiderationib. pri-
mis: ſecundũ verò de differentijs primis earum,
& earum neceſsitate. ¶ Diſtinctionis etiam ſecũ-
dæ duo capitulo ſunt: primum de conſideratio-
nibus effectuum phlebotomię, inquantum eſt e-
uacuatio abſolutè humorũ: ſecundũ aũt de effe-
ctibus eius ſecundũ quod eſt euacuatio facta per
inciſionem diuerſarum venarũ. ¶ Diſtinctionis
tertiæ duo ſunt tractatus: primus .ſ. de ſignifica-
tionib. particulariũ: ſecundus de cõparatione ſi-
gnificationum ipſarum, cuius vnum tantum eſt
capitulum. Primi ſunt capitula 4. quorũ primũ
eſt, de vniuerſalibus regulis ad inueniendum nu
merũ, & ſignificationem particulariũ à parte cor
poris occurrentium operi: ſecundũ de differen-
tijs primis particulariũ, & ſignificatione natura-
lium rerum: tertium de ſignificatione rerum cõ
tra naturam: quartum de ſignificatione rerũ nõ
naturalium. Partis aũt ſecundæ huius libri tria
tantũ capitula ſunt: primũ .ſ. de regimine corpo-
ris ante operationẽ ad remouendũ prohibentia:
ſecundũ de regimine corporis in actu ipſius ope
ris; tertium de regimine ipſi⁹ poſt operationem,

Titul.

Diuiſio libri.

ſecundum; inquam, quod ad ipſum refertur.

PARS PRIMA.

DISTINCTIO I.

De primis & generalibus Conſiderationibus, Cap. I.



VM artifex medicinæ intendit aliquod opus exercere in corpore humano neceſſariũ eſt ei tot in genere primo cõſiderationes occurrere, quot in genere ſunt ea, quæ circa opus intẽdit. Quoniá ſapiẽs Artifex nihil in actũ ꝓfert, niſi ſecundum regulá exiſtens prę̨exiſtentis medicinę. ¶ Si nos igitur cõſiderauerimus ea, q̃ Artifex circa operationẽ intẽdit, inuenim⁹ ea in genere ſolũ duo eſſe. ſ. vtilitas & modus: Medicus. n. ſicut Gal. in plurib. locis recitat, & ſignificatũ eſt in lib. de fine medicinę, iuxta ſententiá Hipp. dicentis, qđ opera Medicorũ in humanis corporib. fieri debẽt ſecũdũ vtilitatẽ corporis ſecuritati coniunctá, nõ intendit in operib. ſuis, niſi ꝓdeſſe humano corpori ad ſalutẽ, vel abſolutè, vel ad min⁹ pl⁹ prodeſſe q̃ nocere, ſi non poſsit euitare, q̃n noceat. Et hoc planè inſinuat Hipp. cũ dixit, qđ operandũ eſt ſecũdũ vtilitatẽ, & q̃a ſciuit Hipp. aliquoties vtilitatẽ ꝓcurari nõ poſſe ſine aliquo nocumento, ad inſinuandum, quòd maius debet eſſe iuuamẽtũ, q̃ nocumentũ, adiunxit vtilitati ſecuritatis fiduciá, volẽs innuere, quòd ſemper in operando debet pericula magna Medicus euitare: hęc eſt ergo principalis intẽtio, q̃ habet Medicus circa opus. ¶ Propter iſtá aũt habet aliá conſequentẽ. ſ. intentionẽ ſeruádi modũ debitũ in opere: eſt autem modus debitus ille, per quẽ finis intentus acquiritur. ſ. ſanitas ſecũdum vtilitatẽ abſolutá corporis, vel ad minus ſecundum vtilitatẽ maiorẽ: prima igitur intẽtio. ſ. proficiendi, imponit neceſsitatẽ Artifici ad intendendũ ſecundũ. ſ. debitũ modũ operandi. Cõcluditur ergo ex his, quòd primæ conſiderationes, quæ accidunt Artifici, volenti formá recti operis inuenire, duę ſunt. ſ. conſideratio vtilitatis operis, & conſideratio modi operandi. ¶ Cùm igitur forma recti operis nõ ſit, niſi illa, per quam procuratur vtilitas corpori eo modo, quo dictũ eſt, neceſſariò oportet Medicum conſiderare de opere aliquo, vtpote phlebotomia, antequá exerceat ipſam, vtrùm ſit vtilis corpori. i. ſi ſit ei neceſſarium, vel exigatur ab eo propter aliquam diſpoſitionem. Et propter hoc etiam vlterius, vtrũ tolerabile ſit à corpore: quoniam dato, quòd aliqua operatio debeatur corpori propter diſpoſitionem, ſi tamen corpus nõ poſſet illá operationem tolerare, non eſſet ei vtilis, nec abſolutè nec ſecũdum plus: ergò ſecũdum hoc vtilis eſt operatio, quę corpori debetur, & fieri poteſt. Ad inueniendũ igitur perfectè, vtrũ operatio ſit vtilis corpori, nõ ſolũ cõſiderare oportet, vtrũ ſit ei neceſſaria, vel debeatur: ſed etiá cõſiderare, vtrũ prohibeatur, vel permittatur fieri: ná ſi exigatur & permittatur fieri, fiet. Si verò debeatur corpori propter aliquá diſpoſitionẽ, & tñ occurrat aliquod prohibẽs, remouebitur prohibẽs, ſi poſsibile ſit: ſin minus, variabit Medicus operationẽ, quę omnia perfectè ſuo loco inferius oſtendemus, in propoſito tãtũ habem⁹, quòd ſumma prędicti ſermonis redit ad hoc, qđ tota ars rectè exercẽdi phlebotomiá, vel quamcunq; operationẽ, conſiſtit in duabus cõſiderationibus generaliſsimis, & principiis, à quibus inchoat inueſtigatio volentis inuenire formá recti operis: quarũ prima eſt conſideratio neceſsitatis, & poſsibilitatis, ſecunda verò eſt operis conſideratio, & modi operádi. ¶ Eſt autem intelligẽdum, quod neceſsitas & poteſtas in operibus medicinæ non accipiuntur abſolutè id eſt, ſecundum rationẽ abſolutam neceſſarij & poſsibilis: nam neceſſariũ hìc nõ dicitur neceſſarium neceſsitate rei, & ꝑ ſe, ſicut in perpetuis, ſed neceſsitate conditionis, ſiue ſuppoſitionis. ſ. finis operationis, vtpote ſanitatis attingẽdæ, vel ꝓcurádi iuuamentũ abſolutè vel in pl⁹ humano corpori. Propter hoc phlebotomia, vt aliqua operatio medicinalis, ſeu q̃libet cauſa ſalubris, dicitur neceſſaria humano corpori, ſi videl. ſanitas debet eiſdem adę̨quari ſecundũ rectam formá, vel ſi ſeruari & cuſtodiri debet ꝑ formá ſanitatis. Similiter etiá poſsibilitas phlebotomiæ vel alteri⁹ operationis, ſeu applicationis cuiuſcunq; cauſæ, non accipitur ſecundũ abſolutá rõnem poſsibilitatis, q̃a hoc modo in quocunq; corpore humano, poſſet fieri phlebotomia, &c. ſed accipitur ſecũdum relationẽ, vel cõparationẽ ad finẽ ſuppoſitũ, vel intentũ. Secundũ hanc acceptionẽ, phlebotomia & cæterę operationes dicũtur poſsibiles, q̃ñ fieri poſſunt cũ ſuppoſitione finis. i. cũ obtẽtu perfectę ſanitatis, vel iuuamẽti, vel ad minus in plus. i. quòd poſsit fieri cũ tolerãtia perducente corpus ad finẽ operis intẽtum, ſine nocumẽto, vel minori ad minus: vnde iſta poſsibilitas ꝓpriè non eſt, niſi tolerãtia vel potentia ad tolerandũ, etiá illud, quod aliter prohibitio & permiſsio nũcupatur. Tota verò cõſideratio poſsibilitatis & neceſsitatis nõ eſt, niſi cõſideratio vtilitatis operis, & ſic etiam nomine cõmuni poteſt appellari: neceſsitas enim & poſsibilitas operis nõ cõſiderantur, niſi ad cognoſcendum vtilitatem operis. ¶ Redeuntes igitur dicimus, quòd prima conſideratio, quę occurrit in opere medicinæ, eſt conſideratio vtilitatis operis, ſecunda verò eſt cõſideratio modi operandi, id eſt, prima cõſideratio eſt, qua cognoſcimus, vtrùm talis operatio ſit vtilis corpori, ſecunda verò eſt, qua cognoſcimus modum rectè exercendi illam operationem, quod in ingenio ſanitatis aliter diximus, ſcil. vtrum tali cauſa ſalubri corpus indigeat: ſecundò qualiter debeat appellari. His igitur duabus conſiderationibus ſecundum genus perfectè habitis ſufficienter, elicietur ars & regula conueniẽter exercendi hanc operationem.

Duo intendit medicus in opere, vtilitatẽ & modum.

Forma recti operis.

Neceſsitas & poſsibilitas quó accipiantur in medicina.

De primis Differentiis primarum conſiderationum, & earum neceſſitate, Cap. II.



PORTET autem ad hanc perfectionem attingendam diſſoluere has conſiderationes, ſecũdum naturam conſiderabilium, in particulares conſiderationes vſq; ad ſpecialiſsimas: & primò primam, in qua cũ intentio ſit inuenire: ſicut patet ex prędictis, duo ſcil. vtrùm opus phlebotomiæ ſit neceſſarium corpori, & vtrùm poſsibile. Ad terminandam vtramq; quæſtionem docet Hippocrat.

con-

considerare particularia operi occurrētia,vt pos-
sibilia occurrere,quæ duo in genere dicit esse,scil.
effectum operis, id est potentiá, quam habet im-
mutádi corpus,secundū particularia à parte cor-
poris occurrentia: quæ quare dicantur particula
ria,patebit inferius suo loco. Istorum autem par-
ticularium duo dicit esse principalia,scil. disposi-
tionem corporis & virtuté, ad hæc autem cętera
referuntur,sicut ętas,cōplexio,sexus,ars,consue-
tudo,&c.de quibus inferius trademus doctriná,
quantum ad hoc negotiū pertinere nouimus.His
enim duobus secundū genus perfectè cōsidera-
tis,sicut docuit Hip. cōpletè inueniri potest,vtrū
operatio intenta,sit vtilis corpori tàm à parte ne-
cessitatis,q̃ etiam à parte possibilitatis.¶Dicem⁹
ergo, quod prima consideratio, sicut patet ex di-
ctis,duabus secundum genus considerationibus
completur , quarum prima est consideratio par-
ticulariū à parte corporis occurrentium: necessi
tas autem,& etiam differentia istarum duarū cō-
siderationū patet per hoc, qd' prima cōsideratio
solùm docet in generali,& etiá indefinitè, qualia
debent esse corpora, in quib.phlebotomia requi-
ritur,aut prohibetur, aut permittitur. Illud autē
ad operandum nō sufficit, quoniam operatio nō
exercetur in generib. aut in speciebus per se, sed
potius in indiuiduis , & ideo cùm operi occurrat
indiuiduum,necessariū est,anteq̃ opus in eo exer
ceatur,de illo scire,vel cognoscere, vtrum si tale,
quale est illud , in quo secundum primam consi-
derationem requiritur, aut prohibetur , aut per-
mittitur operatio.Illud autem non scitur,nisi per
consideratonē eorū , q̃ hìc significant vel osten-
dunt:& ita nō sunt,nisi cætera alia,q̃ p̃ponût ope
rationē ꝓpositā. s. phlebotomiá ostēdūt diuersi-
tatē immutationis corporis,siue vt causæ efficiē-
tes immutationem, vel disponentes ad eá, siue vt
effectus immutationū,&ita,quia p̃ter phleboto-
miá immutant corpus , ideo dicuntur particula-
ria operis corporis, vel à parte corporis occurrē-
tia,quę dicta sunt,pertinere ad secundam cōside-
rationē. Patet igitur differentia vnius considera-
tionis ad alteram , & necessitas vtriusq; ad inue-
niēdam vtilitatem operationis in phlebotomia,
& similiter in quacunque alia operatione medici
nali,vel applicatione cuiusque causæ salubris.

DISTINCTIO II.

De considerationibus effectuum phlebotomiæ, inquantum est euacuatio humorum absolutè, Cap. I.

DE prima autem consideratione scien-
dum, quòd illa terminatur per cōside-
rationem quidditatis ipsi⁹ operis , vel
rationis dicentis , quid eius , eo modo
quo conuenit ei,hoc est,per considerationem to-
tius diuersitatis , cadentis in partibus definitio-
nis.Ad inueniendum enim , quam immutationē
vel quas potest in humano corpore facere opera
tio,accipienda est ratio,dicens qd ipsius operatio
nis secundum speciem acceptæ . Nam si sit appli-
catio medicinæ alteratiuæ , considerabimus cu-
ius medicinæ & qualiter,& qualiter applicare de
beamus: quoniam si proposita operatio est appli
catio infrigidantis tantum,applicabit secundum
talē modū , vtpote recipiendæ interdum taliter,
vt taliter,vel apponendæ exteriùs taliter.Et ideo
cōsiderabim⁹, qualiter talis applicatio potest im-
mutare corp⁹, inquantum est medicinę infrigidá
tis, & inquátū infrigidátis tátum : vel in tali gra-
du,& inquantū etiá tali modo applicata corpori,
& quia medicinę infrigidátis est aliquod particu
lare corp⁹,qd' est materia medicinæ, de illo cōsi-
derandū est etiam p̃ter potentiá infrigidandi , q̃
habet , vtrùm aliter possit immutare corp⁹ ratio-
ne substantiæ,aut alterius virtutis, & omniū eo-
rū,q̃ cōueniût ei,sicut odoris,saporis,&c. ¶Simi-
liter de applicatione euacuatiuæ accipiendū est,
qa est applicatio medicinæ euacuantis talem hu
morem,& per talem partē, & suauiter aut violen
ter applicabilis per talem partem,& taliter,vtpo-
te in solida & dura substantia,vel molli,siue liqui
da,vel mediocri. Post hoc considerandum quali-
ter talis applicatio immutare potest corp⁹ , secū-
dū qd' est hui⁹ particularis medicinę,& secundū
qd' ipsa euacuat , & secundū quod talē humorē,
& secundū quod per talē partialitatē,& secundū
quod taliter aut taliter aut taliter applicatur . Si-
militer ꝑ omnia intelligendū in applicatione me
dicinæ corrosiuæ,aut cōstrictiuæ , aut aperitiuæ,
vel quarumcunq; aliarū: & similiter in cæteris o-
perib. medicinæ , quod ꝑfectè manifestabim⁹ in
phlebotomia, cōsideratis omnib.q̃ cadunt in de-
finitionē,seu descriptionē eius,eo modo quo cō-
uenire potest ei, inquátū est operatio Medici cir-
ca corpus humanū. ¶Est ergo definitio, qd' phle
botomia est incisio venę euacuás sang.&hu.cum
sang.decurrētes in venis : vel est euacuatio sang.
&hu.cum sang.decurrentiū in venis,facta per in-
cisionē venarū,quod idem est. Habet igitur phle
botomia vim immutádi corp⁹, secūdum quod e-
uacuans,&secundum quod euacuans sanguinē,
& secundū etiá quod euacuat alios humores cū
sanguine,& secundū etiá quod euacuat per vená
incisam,& secūdū diuersitatē cadētē in vnoquo-
que istorū.s.euacuatione sanguinis,& cùm diuer
sificabitur immutatio , quam diuersitatē oportet
Artificē medicinæ considerare ad perfectè inue-
niendum,vtrùm cōueniat corpori,vel nō. Cùm
ergo considerat effectū euacuationis,inuenit qd'
euacuatio minuit plenitudinē, & obuiat omnib.
effectib. possibilibus causari ab ipsa : ex quo co-
gnoscit : quantum est ex hac consideratione, qd'
cōuenit phlebotomia illis corporibus,quę egres-
sa sunt à dispositione naturali aut parata egredi
ꝓpter plenitudinē seu abundátiá,quáuis primis
cōueniat ꝓpter curationē,aliis aūt ad p̃seruatio-
nē,& sic immutat ad sanitatē.Talia verò sunt cor
pora lapsa,vel parata labi in apoplexiá ex sangui-
ne , vel aliorū humorū cū sanguine ophthalmiá,
anginá , phlegmonē, syncopim, artheticá , syno-
chū &alij affect⁹ ex sanguine, sicut sunt corpora,
in quibus purgationes sanguinis consuetæ , vel
propter menstrua vel hęmorrhoides,&c.cessaue
rūt,aut ea,quæ cum abundantia sanguinis habēt
aliquod interiorū mēbrorū debile, ꝓpter malitiá
cōplexionis , vel quæ habent cum hoc apostema
in interiorib. In his etiamsi non fuerit sanguinis
multitudo, nihilomin⁹ tñ , quia timetur incōue-
niēs terminatio apostematis , vtpote intēpestiua
ruptura,cōpetit minutio , quantū est ex hac cōsi-

Definitio phlebotomiæ.

deratione. In habētib. etiá aliquod interiorũ mē-brorum debile, propter malitiá cõplexionis calidam, quáuis plenitudo nõ ſit, nihilominꝰ cõpetit phlebotomia ꝓpter timorē collectionis: & ꝓpter hác cõſiderationē phlebotomãtur oēs febricitantes in declinatione, ſiue febris fuerit acuta, ſiue chronica: contrario modo corpora diſpoſita .ſ. corpore inanito maximè illo humore, quē phlebotomia euacuat, immutat ad ægritudinē, & ſic cognoſcit illis nõ cõuenire. ¶ Iterum etiá inuenit quòd euacuatio, inquátũ euacuatio, debilitat omnē virtutē corporis, ideò quia ad omnē euacuationē ſequitur deperditio ſpirituũ, maximè qñ ꝑ ipſam educitur materia ipſorũ .ſ. ſanguis, ſicut fit ꝑ phlebotomiá, ex quo cognoſcit, qđ corporibus debilib. ſeu naturaliter, ſeu accidētaliter nõ cõuenit, quátũ eſt ex hac cõſideratione, nec etiá corporib. habentib. mēbra aliqua debilia, in qb. timetur nocumentũ, ꝓpter debilitatē cauſatá à mala cõplexione, ſiue naturali, ſiue accidentali, quá euacuatio nõ rectificat, ſicut in habentib. inteſtina, cor aut os ſtomachi, aut hepar, & cætera debilia propter malitiá cõplexionis frigidæ. In aliquibus .n. iſtorũ timetur fluxus ventris, in alijs aũt ſyncope, in aliquo aũt hydrops, in aliquo verò indigeſtio, nauſea, & abominatio, &c. talia etiam ſunt corpora ægrotantiũ in hora paroxiſmi, vel ſtatu exiſtentium, in eis .n. timetur tunc, propter acumen & moleſtiá morbi, ꝓſtratio virtutis, quare illis nõ competit illo tempore. ¶ Item etiam phlebotomia, in quantum eſt euacuatio humorũ in venis contentorum, aliud à prædictis facit, qa .ſ. ruere ſeu fluere facit humores per venas corporis, ex quo cognoſcitur, quòd quantũ eſt ex hac conſideratione, nõ cõpetit corporib. in qb. timetur nocumentum ex ruina humorum, vtpote in omni corpore rheumate moleſtato, maximè ſi phlebotomia fiat ex vena trahente humores ad partē rheumate læſam. ¶ Iterũ etiá phlebotomia trahit ad partem, per quá euacuat, & ideò ex hac conſideratione cognoſcitur, eſſe vtilis corporibꝰ, in qb. neceſſarium eſt trahere ſanguinē ad diuerſam, vel oppoſitam partem, qualia ſunt corpora maximè plethorica, in quibus incipit generari apoſtema, aut corpora, in quibus fluit ſanguis per aliquam partem, ex quo timetur maximè nocumentum, ſicut in ſpuentibus ſanguinem, ꝓpter vlcus pulmonis. ¶ Cùm autē conſiderat humorem, qui euacuatur, aut naturam eiꝰ, inuenit, quòd phlebotomia, ſecundũ quòd euacuat ſanguinē, qui calidus & humidus eſt, immutat corpus ad frigiditatē & ſicc. & cognoſcit, qđ illis, in qb. timetur nocumentũ ex frigiditate & ſiccitate vel altero ſolùm, non conuenit, cõtrarijs autem cõtrariũ, vt dictũ eſt. ¶ Secũdũ aũt quod euacuatur phlebotomia miſtũ cũ ſanguine, inuenit, qđ diſponit ad hoc, vt corpus citò calefiat & exiccetur, ergo cognoſcit, quòd nõ cõuenit corporibꝰ, in qb. timetur nocumētũ ex humore calefaciēte excellēter, & exiccante: ſicut ſunt corpora, in qb. nimis cholera rubea dominatur, & in qb. citò ebullit ꝓpter quálibet leuē cauſam, quoniá tunc ſubtrahitur frenum eius, & illud, quod impedit eius ebullitionem. Calida aũt ſunt corpora patiētium cauſonē, tertianas fortes & acutas .ſ. ex cholera rubea, & maximè in primis temporibus morbi, materia indigeſta & cholera exiſtēte in ſui malitia, & acumine, anteq̃ rectificata ſit. Ideò, quátũ eſt ex hac cõſideratiõe, in principio morborũ penitꝰ dimittēda eſt phlebotomia in morbis, in qb. multa cholera rubea abundat in corpore cũ ſanguine, maximè ſi extra venas in receptaculo fit: quoniá in his phlebotomia ſubtiliat humores ꝓpter cõmiſtionē cholerę cũ eis, & amplius corrũpit ſanguinē cõmiſcendo cholerá cũ eo, quo amplius natura opprimitur, & grauatur, & interpolata continua procuratur. Náq; eſt intelligēdũ, quòd in principio cuiuſlibet morbi penitus ceſſandum eſt à phlebotomia, niſi morb. ſit ex ſanguine, ſicut in ſynocho, &c. ſecurè in principio phlebotomandũ, vti ſapientes docēt, maximè vbi nõ timetur ex eo illud nocumētũ ſupradictũ. Licet in omni morbo meliꝰ & ſecuriꝰ fieret phlebotomia, & omnis euacuatio, qñ natura minus morbo grauatur, & opprimit͛, ſicut anteq̃ morb. incipit, cũ videlicet corpora parata ſunt labi, aut poſt perfectá digeſtionē in declinatione: tñ ſi incipiēte morbo maius timeatur nocumētũ ex ꝓhibitione phlebotomię, q̃ ex ipſa phlebotomia, ſicut in his, q̃ ꝓ maiori parte fiunt ex ſanguine, & nõ ex abundanti cholera cũ ſanguine, melius eſt, vt fiat. In illis etiá, in qb. morb. ex abundanti cholera cum ſanguine fit, ſi timeatur nocumentum, vt dictum eſt ſuperiꝰ, ex ſanguine, ſicut collectio, aut putrefactio, debet fieri, quátum eſt ex hac cõſideratione: & ideò ſi aliq Medici dicāt in principio cholericarum purarum debere fieri phlebotomiá, hoc intelligēdum eſt, ſi ex ſanguine abundāte in corpore timeatur magnum nocumētum, ſicut in p̄dictis cõſiderationib. dictum eſt. Aliter autē nullus ſapiētum docet in febrib. cholericis facere phlebotomiá in principio. Et hæc omnia dicta ſunt ſolùm ſecundũ cõſiderationē humorũ, & euacuationis eius. ¶ De cõſiderationib. particularium, occurrētiũ à parte corporis, quoniá illa poſſunt indicare aliud ab iſtis, & qñ ad illorũ particulariũ ſignificationē ſit declinádũ, poſtmodũ dicemus, explicatis conſiderationib. particularibus. Talia ſimiliter ſunt corpora, in quib. multa cholera rubea effunditur ad ſtomachũ, aut ad inteſtina, ſiue ꝓpter porũ directũ ad ſtomachũ, vel ad inteſtina, ſiue ꝓpter debilitatē ipſorũ, tamen hîc plus læditur ſtomachus, ex tali effuſione: in inteſtinis .n. raro accidit nocumentũ, ſed ſolùm vētris ſolutio, in aliquib. tñ aliqua nocumenta timoroſa ꝓcurat, ſicut in paratis ad dyſenteriam, vel ad cholericas paſsiones. ¶ Cũ aũt cõſiderat Medicus phlebotomiá, inquátũ euacuat cholerá miſtá cũ ſanguine, inuenit, qđ talis euacuatio cholerę & ſanguinis diſponit ad frigiditatem & ꝑ cõſequēs ad cruditatē, ex quo cognoſcit, qđ corporib. patiētib. ægritudines ex frigidis humorib. & in quib. modicum choleræ miſtũ eſt cũ ſanguine, phlebotomia nociua eſt in principio morbi, quia tunc ampliꝰ infrigidat, & incrudat, & etiá p̄parat ad multiplicationē aquoſitatis, q̃ reddit humores fluxiles, quod quidam medicorum impriè vocauerũt ſubtiliationē. ¶ Ex qb. colligitur, qđ in corporib. lapſis, in qb. cũ ſanguine abũdat phlegma, aut cholera rubea, aut aquoſitas, nõ debet fieri phlebotomia tēpore indigeſtionis morbi, videlicet in principio & augmēto, quoniá ebulli-

In principijs ægritudinũ nõ eſt phlebotomandum.

ebullitioñe procurat choleræ, aut cruditatẽ phle
gmatis, aut fluxibilitatẽ aquositatis: & de his ca-
sibus loquuntur illi Medici, qui dicunt, quòd in
principio arthreticæ non est exercenda phleboto
mia. Qui verò docent, quòd fieri debeat in princi
pio, intelligunt circũscriptis omnib. his prohibẽ
tibus. s. cũ sit ex sanguine naturaliter abundan-
te, absq; abundantia phlegmatis & choleræ ru-
beæ & aquositatis.

De effectibus phlebotomiæ inquantum est eua cuatio facta per incisionem venarum diuersarum, Cap. II.



IS considerationib. habitis, sequitur vl
tima distinctio, in qua dicitur, quòd
phlebotomia euacuat per incisionem
venæ, in qua oportet considerare, qua-
liter phlebotomia, secundum quod est euacuatio
facta per venas incisas, immutat corpus, vel par-
tes eius immutatiõe iuuatiua vel nocitiua. Et cũ
diuersæ sint venæ, quæ incidi possunt, aut quæ
conuenienter inciduntur, est cõsiderandũ, vtrũ
æqualiter prosit aut noceat omnib. mẽbris earũ
incisio, siue euacuatio per earũ incisionẽ factam,
aut quibusdã plus, aut quibusdã minus: aut vtrũ
per incisionẽ quarũlibet venarũ fiat euacuatio cu
iuslibet, vel qualiscunq; materiei. Sine hac ergo
consideratione non perfectè inuenitur forma re-
ctę phlebotomię. i. iuuatiuæ secundũ diuersitatẽ
partium corporis patientiũ: quoniã per hanc cõ
sideratiõnẽ inuenit Medicus, per cuius venæ in-
cisionẽ sit pars aliqua corporis exoneranda à no-
ciuo humore, q debet per phlebotomiã euacua-
ri. ¶ Est aũt prima diuersitas, quæ reperitur in ve
nis, secundũ speciẽ, quoniã q̃dã earũ sunt pulsan
tes, q̃dã quietæ: & diuersitas immutationis factæ
in corpore per incisionẽ ipsarũ cõsideratarũ, se-
cundum speciẽ, est, qđ per pulsantiũ incisionem
euacuatur semper cõparatiõe aliarũ sanguis sub
tilissim⁹, & calidissimus: è cõtrario verò de aliis,
cõparatiõe istarũ. Hic. n. cognoscit Medic⁹ ex cõ-
sideratione humorũ cõtentorũ in istis venis: ex
quo etiã vlterius iã cognouit, quòd, quãtũ est ex
hac cõsideratione, cõpetit phlebotomia arteriarũ
omnib. corporib. in q̃b. vel in quorũ mẽbris cau-
satur nocumẽtũ ex sanguine subtilissimo & cali
dissimo, cõtrariũ aũt in alijs: nocet autẽ corpori-
bus, in q̃b. causatur nocumẽtum à cõtrarijs cau-
sis. ¶ Secunda autẽ diuersitas, q̃ reperitur in ve-
nis, est diuersitas secundum numerum, quoniã
tã pulsantium, q̃ quietarum magna est multitu-
do secundum numerum, quæ tota diuersitas in
diuersitate mẽbrorũ corporis reperitur, & ista di
uersitas nõ diuersificat immutationẽ factã in cor
pore per incisionẽ venarum, nisi secundũ diuersi
tatẽ mẽbrorum, vel partium corporis: quoniam
incisio quarũdã exonerat per euacuationẽ, q̃dã
mẽbra manifestiùs, q̃ alia, ex qua cõsideratione iã
inuenit Medicus, q̃ vena corporis sit incidenda
ad exonerandã quãlibet partẽ corporis ab humo
re nociuo in venis ei⁹ cõtento, q p phlebotomiã
euacuand⁹ est, sine quo forma rectè phlebotomã
di, q̃ suprà dicta est, nõ habetur ad minus perfe-
ctè. Cũ aũt venæ multæ sint, oportet Medicũ de
omnib. illis, q̃ incidi possunt, sine periculo inuesti
gare, & cognoscere per anatomicã cõsiderationẽ,

Diuersitas venarum.

A & iuuamẽta mẽbrorũ, quas partes corporis exo-
nerare possint: maximè verò cũ nocumentũ cu-
iuscũq; mẽbri per incisionẽ venæ cõuenietis ab-
scindatur. Cùm secundũ Galenum de anatomi-
cis administrationib. vena cõueniens ad inciden
dum in cura per phlebotomiã q̃ per se debet vni-
cuiq; mẽbro, sit illa, per q̃ mẽbrum citiùs & per-
fectiùs & securiùs etiã exoneratur, cuius dicti ve
ritas colligitur ex cõsideratione finis intenti per
artificẽ, q est sanitatẽ festinanter perfectè acqui-
B rere, vel restituere humano corpori: est autẽ ars
inueniendi, quod dictum est, respectu cõsideran-
di, sicut docet Gal. originẽ vel situm, seu transitũ
vniuscuiusq; venę, quod fit per anatomiã, vt dixi
mus. ¶ Nos aũt explicabimus, quod inuentũ est
hoc modo per sapiẽtes, de venis, q̃ frequẽtius in-
cidantur, & primò de pulsantib. de q̃b. est sciẽdũ,
quòd 4. incidi solent cõmuniter, videlicet duę in
manib. duę in tẽporib. & q̃nq; duę, q̃ sunt post au
res: illæ aũt, q̃ sunt in manib. inueniuntur inter
C pollicẽ & indicẽ in dorso. Diuersitas aũt iuuamẽ
torũ, q̃ ꝓcuratur per incisionẽ istarũ venarũ, est,
sicut inueniunt sapientes, per p̃dictũ modũ: quia
incisio arteriæ, q̃ est in manu, inuẽta est prodesse
dolorib. antiq̃s hepatis, & diaphragmatis spiritu-
aliũq; mẽbrorũ, dum tñ causetur ab humore in
eis cõtento, qđ cognoscit Medicus per pulsatio
nẽ cõtinuã, q̃ sentitur in loco doloris. Venæ aũt,
q̃ sunt in temporib. quandoq; aperiuntur, quan-
doq; penitus inciduntur, quandoq; verò extra-
D huntur & aduruntur, & quomodocunq; incidã-
tur, iuuamẽtũ ipsarũ est intercipere acutã, & cali-
dã fluxionẽ descẽdentẽ in oculos, & hemicraniũ
dolorẽ, ex p̃dicto humore causatũ, mitigare etiã
capitis doloris causam, tollere & impedire dilata-
tionẽ pupillę. Incisio aũt venarũ, q̃ sunt post au-
res, ꝓpinqua operatur iuuamenta his, quæ dicta
sunt: & ideò conducit in antiq̃s dolorib. capitis,
in ophthalmia, in principio cataractæ & panicu-
lorũ, vtpote vngulę vel telæ, qñ videlicet causari
E timetur ex acuta fluxione. ¶ Venarũ aũt nõ pul-
santiũ, q̃ frequentius inciduntur, q̃dã sunt in ca-
pite, q̃dã verò in collo, q̃dã in brachijs, q̃dã aũt in
tibijs, & pedib. Earũ verò, q̃ in capite cõmuniùs
inciduntur, in q̃b. cõprehẽditur totũ iuuamẽtũ,
quod potest p phlebotomiã illis partib. ꝓcurari,
vna est, q̃ in medio frontis, duæ in temporib. duę
in angulis oculorũ domesticorũ, vna in summita
te nasi, duę sub lingua, & venæ, q̃ sunt in labijs,
quarũ quatuor vtplurimũ sunt manifestiores &
F maiores. s. duæ superiùs, & duæ inferius. Vna au
tem, q̃ directè supra caput intra sinciput & cẽtrũ
capitis inuenitur, raró inciditur, & solùm in pu-
stulis capitis superiùs, rariùs autem, quæ sunt
post aures, deinde illæ, quæ sunt sub naso super
fontinellam superioris labij, postea quæ sub men
to, & in mento sunt: & propter hoc de illis nõ cu
ramus facere mẽtionẽ, maximè cũ idẽ iuuamẽtũ
ꝓcuretur per alias. ¶ Vena aũt frõtis, teste Hipp.
inciditur ꝓpter dolorẽ posterioris partis capitis,
G intelligendũ semper in sermone hoc & cõsimili,
quòd dolor, vel aliquod aliud accidẽs, aut morb.
causetur ab eo humore, ad quẽ euacuandũ phle-
botomia ordinatur: euacuat etiã sanguinẽ à toto
capite, & à facie, & ꝓpter hoc inciditur in phre-
nesi, apostematib. calidis. s. cerebri & oculorũ, cę-

Arteriæ quatuor phlebotomantur.

Quæ venæ nõ pulsatiles incidantur.

Vena frontis.

phalica tñ prius minuta, si corpus fuerit totum A
sanguine abundans. ¶ Venæ autem, quæ sunt in
Vena temporum & oculorum.
temporib. & angulis oculorũ, propter easdẽ cau
sas inciduntur, & non differunt, nisi quòd hæ, q̃
sunt in temporib. plus sanguinis euacuant, quá
illæ, quæ sunt in angulis: ideò in hemicrania &
doloribus capitis maximè declinantib. ad poste
rius, plus ꝓsunt, q̃ aliæ, si incidantur. Aliæ verò
& modicum sanguinis emittunt, quia valde stri-
ctę sunt, & euacuatio per eas facta, dum tamẽ v-
niuersalis de cephalica præcesserit, si necesse sit, B
plus prodest oculis, quàm superiorib. partib. ca-
pitis: vnde ꝓ antiquis pasionib. oculorũ incidũ
tur, sicut in lacrymis, pano, nyctalope & in oph-
Vena nasi & labiorum & linguæ.
thalmiis. ¶ Vena autẽ, q̃ in summitate nasi est, in
ciditur ꝓpter guttam roseam: quæ autem est in
labiis, propter apostemata & passiones gingiua-
rum, palati, & etiam ipsorum labiorum: quæ ve-
rò sunt sub lingua ꝓpter passiones gutturis, si-
Vena colli.
cut anginæ & vuulæ. ¶ Venæ autem, quæ in col-
lo inciduntur, duæ sunt, quæ guidegi vocantur C
Arabicè: & experiuntur in eo secũdum longum
protendi lateraliter, sicut in altè clamantibus pa
tet manifestè, quæ potentissimè sanguinem eua
cuant à canna pulmonis, & circumiacentib. par-
tib. ideo in principio lepræ inciduntur ad inter-
cipiendam difficultatẽ anhelitus, & raucedinẽ, q̃
de facili causatur in talibus corporib⁹ ꝓpter ni-
miá siccitatẽ adusti sanguinis, aut ad abscinden-
dum talia accidentia, q̃ incipiunt apparere: eis. n.
cõfirmatis, & infixa malitia in organo parum aut D
Vena brachiorũ & manuum.
nihil prodesset eis. ¶ Venarum aũt, q̃ in brachiis
incidũtur, vna ést in dorso manus, inter minimũ,
& sibi proximum: quinq; verò in plicatura bra-
chij, quarum tres principales sunt, alię verò rami
ficantur ab aliqua illarũ. Inter tres verò primas,
vna transit per altiorem partem plicaturæ, quan
do extenditur brachium secundum figurá, qua
iungitur manus manui ad orandũ, situaturque
suprá lacertum ibi existentẽ, quamobrẽ securiùs
inciditur aliis, quæ supra neruum, aut arteriam, E
aut chordam iacent, sicut dicemus infrà: vnde in
incisione ipsius nõ timetur nocumentũ, nisi rei-
teretur, quoniá frequens incisio & multiplex, in
lacerto procurat apostema. Ista autẽ vena copio
siùs euacuat sanguinem à partibus, quæ sunt su-
pra furculam pectoris superiorem, quá aliæ duę
principales, ideò plus illis prodest in passionib⁹
illarum partium, & cùm á capite sanguis poten-
tius euacuet quàm alię duæ, ideo etiam respectu
illarum capitalis vel cephalica meruit nominari. F
Post istá autẽ inferiùs rectè in medio plicaturæ
sequitur alia, quæ iacet supra neruum: sub illa ve
rò, videlicet inter illá & nodũ domesticũ illi⁹ pli
caturæ, sequitur tertia, q̃ supra arteriá situatur, q̃
duę iterũ differũt à cephalica, quòd videlicet san
guinẽ copiosius & citius, quá cephalica euacuát
à partib. quæ sub collo sunt: & ideo in ægritudi-
nib. illorũ membrorũ securiùs incidũtur, quàm
cephalica. Sed differũt adinuicẽ, quia infima po-
tentius exonerat & citiùs, quàm aliæ partes, quę G
sub diaphragmate sunt, sicut hepar, & ea, q̃ sub
hypochondriis sunt, vsq; ad vmbilicum: ideo q̃a
inter cæteras, quæ sunt in brachio, directius siue
specialius euacuat hepar, quod est basis vena-
rum, secundum considerationem Medici, pro-

A pterea basilicam eam nuncupamus. Alia verò di
rectiùs euacuat partes medias inter collum &
diaphragma, videlicet cor & pectus totum, & ꝓ-
pter hoc mediana vocatur, aut propter hoc, quia
media inter cephalicam & basilicam, tàm in situ,
quàm in potentia euacuandi. Nominatur etiam
cardiaca, quia directius aliis euacuat cor, & quia
etiam communis est illis duab⁹, sicut constituta
ex illis, vt in anatomiis venarum ostensum est, i-
deo à quibusdam matrix vena vocatur, & ex hoc
B iterum, quia communior est omnibus partibus
corporis. s. tàm superiorib. q̃ inferioribus, & quá
aliæ duæ, ideo vena totius corporis ab aliis ap-
pellatur: & in passionibus superiorum & inferio
rum membrorum simul conuenientiùs incidi-
tur ista, quàm aliæ duæ, in passionib. inferiorum
membrorum tantũ conuenientius incidatur, q̃
cephalica, & in passionibus superiorum conue-
nientius, quàm basilica. Alij verò nigram vocaue
runt ipsam, quia ꝓpter ꝓfundum situm eius, a-
Contra imperitos quosdã.
C liis duab. vtplurimum occultior reperitur. ¶ Re-
fellim⁹ aũt opinionem quorundá imperitorum,
qui dixerunt, quòd quælibet istarum denomina
tur ab illo membro, à quo habet ortum, sicut ba-
silica, quæ habet ortum à basi scil. ab hepate, hoc
enim stultè dictum est, quia etiam alię duæ, sicut
etiam omnes ab hepate oriuntur, secundum cõ-
sideratione Medici, vnde nõ est dicẽdum, quòd
à membris, à quibus oriuntur, denominentur su
pradictæ venæ, sed potius ab illis, quæ directiùs
D euacuant, sicut dictum est. Quòd autem supradi
ctæ venæ tam differenter, vt dictum est, habeant
potentiam euacuandi membra corporis, perhi-
betur ex anatomiis, in quib. origo, seu ramifica-
tio, & transitus ipsarum ostenditur: & nos perfe-
ctè scripsimus illud in secunda parte regimenti
acutorum, super expositionem commenti Gal.
vbi etiam ostendimus, qualiter in phlebotomiis
oppositio partis sumẽda sit, secundũ vera & soli
da fundamẽta: imò & Gal. ibidẽ, & etiá in lib. de
E phlebotomia, idẽ testatur, q̃ à nemine Latinorũ
intellecta inuenim⁹, ibi etiá vniuersa dubia, quę
occurrere possunt, circa tráſitum & motum san-
guinis per phlebotomiá in corpore quocũq; re-
Quæ venæ in curuatura brachij inciduntur.
mouimus. ¶ Ex supradictis iá patet, q̃ sunt tres
venæ principales, q̃ in curuatura brachij incidũ-
tur. s. cephalica, mediana & basilica: sciendũ tñ
qđ basilica, licet sic nomine cõmuni appelletur,
in vtroq; brachio, tñ differẽti & speciali nomine
cõsueuerunt appellari in quolibet: ná basilica in
F dextro, specialiter hepatica vocat̃, basilica verò
in sinistro, splenetica dicitur nomine speciali.
Sũt aũt in plicatura alię duę venę, vt dixim⁹, qua
rum vna ramificatur à cephalica anteq̃ ad plica-
turá ꝑueniat, & inuenitur à parte syluestri. s. su-
Funis brachij.
pra nodum, vtplurimum, q̃ est inter summitátẽ
cubiti, & cephalicá: & q̃a ꝓ maiori parte supra
chordá iacere inuenitur, ideo funis brachij voca
ta est, licet cõmuniter funis dicatur vena manife
sta, quæ transit super focile, & aperitur supra pol
G licem, vel inter ipsum & indicẽ: hinc patet,
quod vicaria est cephalicæ, & si cephalica nó in-
ueniatur, ista scindenda est, si apparuerit, si ve-
rò non, mediana. Alia verò vena ramificatur à
basilica, antequam perueniat ad curuaturá bra-
chij & apparet in parte domestica inter basili-
cam

cam,& summitatẽ cubiti, quæ quia auxillam di-
Axillaris.
rectius respicit,ideo axillaris vocatur: alij tamen ipsam basilicã citillarẽ appellant, quę etiam loco basilicæ inciditur,quãdo basilica nõ apparet,aut incidere nõ est tutũ,qua etiã axillari non inuẽta,mediana inciditur aut si hæc nõ, alia, q̃ magis appropinquat virtuti basilicæ, sicut Gal. docet.
Saluatella. Seilem.
Vena aũt,quæ inter minimũ digitum,& medicũ inciditur saluatella vocatur, Arabicè autem seilẽ, quæ cùm ramus sit basilicæ,eisdem membris iuuamentum procurat,quibus & illa. Est autẽ differentia, quia hæc ad locum trahit remotiorem, quàm illa: quæ autem in dextra, pro passionib. hepatis aperitur, in sinistra verò pro passionib⁹ splenis:huius autem differentiæ veritas pendet ex anatomia venarum,ideò in regimento acutorum perfectè explicuimus, cùm de anatomia istarum venarum Galenus ibi faciat mentionem.
Vena tibiarũ & pedum.
¶ De venis autem,quæ in tibijs & pedibus incidũtur,scire oportet quòd per cõparationẽ prædictarum omnes potentius euacuant sanguinem à membris,quæ sub lumbis & vmbilico sunt:differunt tamen,quoniam illæ quæ in syluestriori parte sunt,plus prosunt exterioribus membris,sicut anchæ, & toti illi parti, q̃ subijcitur ei vsq; ad cauillam exteriorem:illæ verò,quæ interius siue in parte domestica inciduntur, plus interioribus membris prosunt,sicut renibus, vesicæ, matrici, ano,testiculis,& toti etiam illi parti, quæ illis mẽbris subijcitur vsque ad cauillam interiorem. Earum verò quædam sub genu apparent in tibijs, quædam sub cauillis in pedibus: Illæ autem, quę in tibijs sunt,varices vocantur à quibusdam,quę verò sub cauillis sunt, indifferenter nominãtur: nam interiores saphenæ græca nominatione dicuntur propriè,exteriores verò sciaticę:quidam tamen nomen saphenæ indifferenter vtrisq; attribuunt. Sed relictis nominibus,de re sciendum est,quòd illæ,quæ sunt sub cauilla,non differunt ab his, quæ sub genu sunt in tibijs,nisi q̲a trahũt ad partem remotiorem,quàm suæ proportionales,scilicet interior,quã interior, & exterior,quã exterior: quarum omnium incisionem præcedit incisio venarum,quæ in brachio sunt si corpus fuerit plenum, quod in recentibus & breuibus morbis maximè contingit. In antiquis autem morbis in quibus istæ venæ pedum & tibiarum frequentiùs inciduntur, non oportet illam præmittere: Præter dictas autem venas pedum,quædam reperiuntur in dorso pedis in directo partis,quæ inter pollicem & immediatè sequẽtem notatur,quæ ramus est interioris saphenæ,de qua iam sapientes probauerunt, & nos etiam iam experti sumus frequenter in hæmorrhoidibus cœcis,dictis propterea,quia tumentes sanguinem non emittunt. Inter cæteras efficaciter abscindit dolorem illarum partium, præter hoc etiam vicem supplet eius à qua ramificatur. Hæc igitur dixisse sufficiat de imminutione, quam in humano corpore phlebotomia facit secundum diuersitatem venarum incisarum.

DISTINCTIO III.

TRACTATVS PRIMVS.

De Regulis vniuersalibus inueniendi numerum signorum,à parte corporis occurrentium operi, Cap. I.



POSTQVAM determinauimus considerationem potentię,quam habet immutandi corpus humanũ phlebotomia,inquantũ sanabile est secundum omnia quę phlebotomię cõueniunt: restat secundò cõsiderate particularia occurrẽtia operi à parte corporis,iuxta ordinẽ,quẽ ostẽdimus in principio huius operis obseruandum in hac materia. ¶ Sunt aũt,vt superiùs diximus,omnia hæc particularia significantia immutationem humani corporis,vel sicut causæ, vel etiam sicut effectus: ea verò, quæ significant immutationem vt causæ,aut significant vt causæ efficientes,aut vt disponentes: efficientes verò in humano corpore sunt aer & nutriens, &c. disponentes autem ad immutationem sunt complexio,vt siccitas & humiditas,compositio,sicut raritas & densitas, &c. Cùm igitur,vt superiùs dictum fuit,necessarium sit immutationẽ corporis cognoscere,quod particulariter occurrit artifici ad sciendũ, vtrũ in eo exigatur aut prohibeatur vel permittatur operatio phlebotomiæ,& similiter etiã de omnib. operationibus medicinę,necessarium est artifici,considerare ista particularia,quę hanc immutationẽ significant quoquo modo. ¶ Nos igitur, qui docentis effectum, non operantis, in hoc negocio exercemus, oportet ostendere secundum rationis processum,viam,quam volens operari,seruare debet ad perfectè considerandum dicta particularia, & de hoc certos tradere canones siue regulas,secundum firmas & veras acceptiones vniuersalium formaliter artem constituentiũ: ita quòd per has regulas potens reddatur intellect⁹ artificis operari volentis, omnia particularia inuenire,& eorũ significationes,quantũ ad immutationẽ corporis,perfectè attendere. Et secundũ hoc duas oportebit tradere regulas: quarum vna est & prima regula inueniendi numerũ particularium: secunda verò regula cognoscendi significationes eorum. ¶ Prima ergo regula est,inchoare à primis differentijs huius generis. s. particularis,occurrentis corpori præter medicinalem operationem, & per illas conuenienter descendere à generalissimo vsque ad specialissimũ: ista est via rationis recta, firma & vera ad inueniendum omne, quod continetur secundum speciem sub aliquo generalissimo, quam artem seruauit magnus Ga. in inueniẽdo numero morborũ secũdũ speciẽ,& alijs etiã considerationib. similib⁹. ¶ Secũda verò regula est, vnũquodq; particulariũ inuentorũ cõparare ad id, ad quod dicitur relatiuè .s. ad causam vel ad effectũ: ex hoc.n. elicietur, q̃ immutationẽ corporis significet. Nã si fuerit causa disponẽs corp⁹, cõsiderandũ est ad quẽ effectũ disponat ipsum, si autem fuerit efficiens, considerandum est, qualem effectum & quem efficiat in ipso corpore. Si autem particularis fuerit effectus, considerandum est à qua causa, & qualiter immutatione corp⁹ procedat,& hoc est cõparare

particularia ad inuicem, vt causam & effectum: in A
uenta autem immutatione corporis, quam signi-
ficant particularia, vlterius iterum eliciendũ est,
vtrum per hanc immutationem significent neces
sitatem phlebotomiæ vel cuiuscunque causæ sa-
lubris, aut posibilitatem. ¶ Quoniam igitur hoc
est, quod principaliter quæritur in negocio sciẽ-
di formam rectæ operationis, quale est istud: igi-
tur necessaria est tertia regula, ostendens modũ
rectè inueniendi hanc significationem ex illa im
mutatione corporis, quã particularia significant. B
Est autem regula, vt videlicet comparentur effe-
ctus immutationis significatæ ad effectus phle-
botomiæ supradictos in prima parte huius do-
ctrinę, quòd si ambo conueniant ad iuuamentũ
corporis particulare, significabit permisionem:
si autem effectus immutationis significatæ per
particulare nociuus sit corpori, & effectus conue
niat cũ illa in nocendo, particulare significabit ꝓ
hibitionem mediante immutatione, quam signi-
ficat: si verò particulariũ significationes discre- C
pent, vt videlicet partim significent iuuamentũ,
partim verò nocumẽtũ, declinabit Artifex ad id,
quod fortiores significationes habebit: quòd to-
tum inferius declarabitur suo capitulo.

[Ter]tia regula

De differentijs primis particularium:
& primò, de significatione na-
turalium rerum,
Cap II.

PROCEDAMVS igitur ad perfectionẽ
doctrinæ secundum hanc viam vel ar
tem inuestigando numerum particu
larium, ostendendo eorum significa-
tionem, & eliciendo ex virtute signi-
ficationis ipsorum, vtrum prohibeant vel permit
tant, aut exigi faciant phlebotomiam. ¶ Dicimus
igitur, quòd primæ differentiæ particularis cor-
poris, sumti secundũ genus, non sunt nisi intrin-
secum & extrinsecũ: omne enim quod operi oc- E
currit à parte corporis, aut est intrinsecũ corpori
aut extrinsecum, oportet ergo necessariò, quòd
omnia particularia sint vel intrinseca ei, vel ex-
trinseca. Intelligimus autem per intrinsecum, vt
clarior sit doctrina, nõ id, quod pars corporis est,
sed id, quod corpori, secundum quod in conside-
rationem Medici cadit, conuenit necessariò, vel
inhæret, ita vt corpus humanum, secundũ quod
& illi naturæ subijcitur, esse non potest sine illo.
Est autem illa natura, propter quã Medicus hu- F
manum corpus cõsiderat, sanitas, & omne quod
dicitur esse corpori, naturale dicitur per compa-
rationem ad sanitatem, quia videlicet corpus, se-
cundum quod subijcitur huic naturæ, quæ sani-
tas est, sine illis naturalibus non est, neq; consti-
tuitur perfectè: proinde etiam dicuntur ea, quæ
sunt naturalia, ad esse vel constitutionem perfe-
ctam corporis aliquo modo concurrere, planum
enim est, quòd corpus humanum sanum esse nõ
potest sine elementis, complexionibus, humori G
bus, membris, virtutibus, operationibus & spiri-
tibus, ætate, sexu, habitudine & colore, & vnum
quodque istorum facit ad esse, & constitutionem
corporis sani, aliquo modo, vel sanitatis corpo-
ris. ¶ Secundum hanc igitur consideratione pa-

Quid intelligatur esse intrinsecũ corpori secundum quod subijcitur sanitati.

Quid intelligatur esse extrinsecum.

tet, quòd extrinsecum iudicatur rationabiliter
quod nõ facit ad esse naturæ corporis, seu consti
tutionem ipsius, quod autem ad esse non facit, ne
cessariò aut est corrumpens ipsum, aut cõseruãs
seu custodiens. Quia verò esse supradictæ naturę
corrumpit, necessariò contrarium est ei, aliquo
modo, & ideo omnia talia res contra naturam di
cuntur, quæ s. sunt morbus, causa eius & accidẽs,
& habent se res istę respectu naturalium, sicut ex
tremum contrarietatis. Illæ autem res, quæ nec
cadunt in constitutionem supradictæ naturę, vel
corporis, ei subiecti, nec corrumpunt esse, nulli⁹
istorum extremorum nominationẽ recipere me-
ruerunt, & cùm per respectũ ad prædictã naturã
Medicus eis nomen imponat, vocat eas nomine
priuationis prædictæ naturę. s. nõ naturales, quę
sunt aer, motus, & quies, cibus & potus, somnus
& vigilia, inanitio & repletio, accedentia animæ.
¶ Nec obijciat aliquis, quia diximus ista conser-
uationi naturæ supradictæ fore necessaria, cũ &
ipsa etiam corrumpentia sint, quia prout corrum
pentia sunt, rationem habent rei contra naturam
scilicet causæ morbi: & propter hoc etiam, quia
materia sunt rerum conseruantium, & corrum-
pentium, præponitur eis nomen infinitum ad
demonstrandũ eorum indifferentiam, quantum
ad illa duo extrema. Secundum hoc igitur patet,
quòd ista se habebunt, comparatione supradicto
rum, vt medium inter ea. ¶ Nos autem demon-
strabimus primò significationẽ particularium, se
habentium sub ratione extremorum. s. rerum na
turalium, & contra naturam, secundò verò de si-
gnificatione rerum non naturalium. A naturali-
bus inchoandum est, quorum iterum duplex est
differentia, nam ipsorum quædam sunt principa
lia, quædã verò causata à principalib⁹: principa-
lia verò sunt 7. elementa, complexiones, humo-
res, mẽbra, virtutes, operationes, & spiritus: cau-
sata verò à principalibus 4. sunt, scilicet sexus, æ-
tas, habitus & color. Considerandũ ergo de his,
primò quam habeant virtutẽ significandi supra
id, quod dictum est. ¶ Sciendum, quòd elementa
non significant immutationem corporis, & sic ꝑ
consequens nec exigentiam ac prohibitionẽ aut
permisionem phlebotomiæ: ratio autẽ est, quia
ipsa occulta sunt sensui, secundum quod sunt e-
lementa vel componentia corporis, & ideò non
possunt esse signum, cùm signum sit obiectũ sen-
sus: Medicus enim sensu non apprehendit ea, sed
solùm via rationis & intellectus, ratiocinando ab
effectibus ipsorum ad ipsa, ab illis, scilicet effecti-
bus, qui tantùm corpori conueniunt, inquantũ
sanabile, sicut est complexio & diuersitas seu cõ-
trarietas complexionis. In his, quæ manifestè cer
nuntur constituere corpus, sicut membra & hu-
mores, & sicut est pasio, vel dolor & alterationes
ipsius corporis, ex quibus rationabiliter arguit
supra elementa, & eorum diuersitatem, cùm om
nis compositio, & diuersitas in composito neces-
sariò causetur ex simplicibus, & indiuisibilibus
secundum speciem, cùm processus in causis secũ
dum quãcunque differentiam non sit in infini-
tum, vt in præambulis ad materialia fuit osten-
sum. Hoc autem manifestat Galenus de elemen-
tis, secundum sententiam Hipp. & nos etiam per
fectè dilucidamus illud, & intentionem, quã ha-
bet &

Obiectio & Solutio.

De significationibus rerum naturalium.

Elementa non significant immutationem corporis.

bet,& processum, quem seruare debet Medicus in consideratione elementorum, & quæ differūt à naturali Artifice, in epistola, quam de elemētis composuimus. Nec est, cur obiiciant nobis hîc sophistæ, quòd diximus, Medicum via intellectiua venire in notitiam elemētorum, cùm dicatur sensitiuus, quia non dicitur talis, nisi quia in iudicio de dispositionibus corporum & causis ipsarum procedit per ea, quæ sensui manifesta sunt, siue in operibus siue in exeūtibus à corpore, &c. sicut in prædicta epistola & in techni exposuimus, vniuersalius autem in libro de intentione Medicorum. ¶ Prætermissis igitur elementis, quantum ad considerationem propositam, sequentium consideratio habeatur, de quorum significatione & virtute significandi in communi primitùs est agendum. Cōsiderandum est enim,

Vtrùm res naturales ut naturales significent exigentiam phlebotomia aut possibilitatem.

vtrum significent aut significare possint, inquantū naturalia sunt, exigentiam phlebotomiæ, aut possibilitatem scilicet prohibitionem & permissionem: hoc autem inuenitur ex consideratione ipsius operationis, & comparatione eius ad id, ad quod ordinatur. Planum est autem, quod phlebotomia non est opus regiminis in diæta, sed est aut opus medicationis, aut manualis operatio, sed nullum istorum duorū ordinatur ad id, quod naturale est, sed potius ad id, quod est cōtra naturam, sicut in tractatu de ingenio sanitatis ostensum est, videlicet ad morbum vel ad accidens ipsius, vel ad causam eius, siue illa causa sit cōiuncta, vt in morbis præsentib. siue antecedens, vt in morbis futuris, seu etiam præsentibus. Patet igitur, quòd nulla res naturalis, inquantum naturalis est, exigit phlebotomiam, vel indicat ipsam esse necessariam, sicut nec etiam aliquod opus medicationis aut manuale. Oportet ergo, cùm non sint, nisi duo modi significandi phlebotomiam, à parte ipsius phlebotomiæ, scilicet necessitatem & possibilitatem, quòd si res naturales non significant necessitatem, significent possibilitatem, & cùm possibilitas se habeat ad esse, & non esse, fieri, vel non fieri, significabunt aut prohibitionem, aut permissionem. Videndum est igitur de vnoquoque istorum, quid & qualiter significet prohibitionem & permissionem phlebotomiæ, & etiam per quid: nam cum dictum sit in principio huius capituli, quòd omnia, quæ significāt, phlebotomiam significant, propterea quod sunt signum aliquo modo immutationis corporis, vel præsentis vel futuræ, videndum est, quam immutationem vnumquodque significet, & ex ipsa immutatione elicere oportet prohibitionē vel permissionem phlebotomiæ, & iterum etiam vidēdum est, per quid significet immutationem, vtrùm per se, vel per aliud. ¶ Complexio igitur

Complexio.

significat constantiam virtutis, scilicet fortitudinem & debilitatem & propter hoc significat prohibitionem & permissionem phlebotomiæ, eo modo quo fortitudinē & debilitatem virtutis significare diximus in parte huius considerationis. s. in cōsideratione immutationis vel impressionis, quæ fit per phlebotomiam. Iterū etiam significat qualitates humorum in corpore dominantium, & vlterius possibilitatē phlebotomiæ: nam, vt superiùs memorauimus, sicca complexio & frigida, siue simplex, siue composita, & calida cum sicca, & frigida cum humida prohibent, cal. verò & hu. permittit. ¶ Humores, dum in corpore existunt naturaliter, non possunt per se si-

Humores

gnificare, q̄a sensui non subiiciūtur, sed per aliud scil. per immutationem, quam faciunt in qualitate corporis, scilicet colore, odore, sapore, duricie, mollicie, &c. ideò, quantum ad hoc, eorum significationes continētur in significationibus supradictis ex qualitatibus corporis. Secundum autē, quòd humores egrediuntur à corpore, tunc necessariò vim habent significādi, vt exeuntia à corpore: ideò, quantum ad hoc, eorū significatio reseruabitur vsque ad significationem ab exeuntibus sumtam. ¶ De mēbris autem sciēdūm, quòd

Membr.

ipsa secundum substantiam non significant immutationem, quoniam ipsa sunt, quæ mutantur vel ipsorū substantia, vnde immutatio substātiæ ipsorū significatur, sed compositio membrorū significat aliquo supradictorum modorū, scilicet immutationem ipsorum vel dispositionē: qualitates etiam secundum significationes qualitatis reseruabuntur vsq; ad proprium locum, sed compositio significat per formam & quantitatem, per formam, sicut per raritatem & densitatem, laxitatem & soliditatem. Raritas namq; & laxitas significant facilem resolutionem virtutis, & ita prohibitionem phlebotomię, contraria autē contrarium: similiter strictura & largitas venarū, quod etiam ad formā pertinet, paruitas & magnitudo, quod etiam ad quantitatem: nam strictura & paruitas paucitatem humorū, contraria verò contrarium. Et ex his, qui bene recolit ea, q̄ docuim9 in parte prima huius considerationis, elicere potest significationē prohibitionis & permissionis phlebotomiæ: similiter in significationibus aliorum particularium, quæ sequūtur. Item occultatio & manifestatio venarum, quæ partim ad situm venarum, partim ad quantitatem pertinent, prohibitionem & permissionem significant, sicut patet in aliis membris præter venas: nā largitas vesicæ bilis choleram effundentis in ventrem phlebotomiam prohibet, ob periculum effusionis choleræ ad stomachum, sicut etiam vena aliter, quàm diximus, prohibet, quando videlicet situatur supra arteriam, chordam, neruum, musculum, sicut in venis brachij superiùs diximus. ¶ Virtus significat per se immutationem corporis, vtpote per

Virtus.

propriam constantiam, scilicet per fortitudinem & debilitatem, quæ siue in toto corpore, siue in vno membro, sicut in ore stomachi, & sic per consequens phlebotomiam, quemadmodum patet ex supradictis. ¶ Operatio verò vtplurimum per

Operatio.

virtutem significat immutationem corporis: primò enim significat virtutem, deinde immutationem corporis, & secundum diuersitatem operationum significat diuersas virtutes: nam operationes virtutū animatarum cōstantiam illarum virtutum, spiritualium spirituales, naturalium naturales bene se habere ostendunt: perfectio namq; sensus, & motus, & cognitionis interioris significat fortitudinē virtutis animatæ, contrarium verò contrarium. Non tamen fortitudo sensus in ore stomachi permittit phlebotomiam fieri, imò prohibet, cùm phlebotomia inaniat, fortis autem sensus inanitionis angustiam & tristitiam magnā generat, & quandoq; syncopim. Ipsa

etiã operatio cùm obiectum ſuum ſignificat qualitatem humorum in corpore dominantium, ſicut ſomnium, quod eſt operatio virtutis cognitiuæ interioris, quando obiectum eſt res rubedinẽ delectabilem habens, & res deliciarũ, vt nuptiæ, ludi, & dulces, ſeu delectabiles cibi benignos humores in corpore dominari indicat: ſomniũ aũt aliorum obiectorum aliquos hu. ſignificat, vt docent periti Medicorum tractantes de ſignificationib⁹ inſomniorũ. Similiter bonitas pulſus & anhelitus fortitudinem virtutis ſpiritualis, ſignificat, ita etiam de naturalibus iudicandum eſt. Pręterea operatio naturalis, & naturaliter ſe habens ſignificat per ſe immutationẽ corporis, ſicut naturalis expulſio ſanguinis inanitionem venarũ, ſicut flux⁹ menſtruorum naturalium, ſiue in partu ſiue ſine partu, quare illud prohibet phlebotomiam: contrarium verò ſcil. naturalis retentio ſanguinis cum comparatur corpori, in quo fit retentio, ſignificat in eo repletionem: ideo reſpectu eius permittit fieri phlebotomiam, in quocũque ſtatu fiat illa retentio, ſiue ante conceptum, ſiue in conceptu, ſicut in prægnantibus. Si aũt comparetur corpori propter quod fit retentio, quandoq; ipſa retentio non ſignificat permiſsionem, imò ꝓhibitionẽ ratione finis, ſicut in prægnantibus cum ſang. retinetur propter embrionem, quantum eſt ex hac conſideratione, ipſa retentio, quæ naturaliter fit, prohibet phlebotomiam.

Spiritus. ¶ Spiritus ſignificant primò conſtantiam virtutis per ſubtilitatem, groſsitiem, multitudinem & paucitatẽ, & vlterius immutationem corporis, ſed quia ſenſui non ſubiiciuntur, ideò ab illis non accipitur ſignificatio, quapropter relinquendum eſt, quantum ad præſentem conſiderationem: Medicus .n. non cõprehendit ſenſu ſubtilitatem, nec multitudinem, & paucitatem ipſorũ, imò via intellectiua peruenit ad horũ notitiã ratiocinando ab aliquibus ſignis.

Sexus. ¶ Conuenienter attẽdenda eſt ſignificatio rerum naturalium, principalibus annexarum, & primo ſex⁹, de quo patet rationabiliter intuenti, quòd nõ ſignificat immutationem corporis per ſe, ſed per aliud, ſicut per complexionẽ: nam fœmineus ſexus, per ſe corpus ſignificat eſſe frigidius, & etiam minus ſiccum corpore maſculi, inquantum talis: ſignificat & ſexus operationẽ, quemadmodum diximus paulò antè.

Ætas. ¶ Ætas verò ſignificat virtutẽ, humorũ quantitatẽ & qualitatẽ, puerilis, & quæ infra 12. aut 14. annum eſt, ſignificat facilem reſolutionem virtutis ꝓpter molliciem & paſsionem organorum, & humorum æqualitatem, comparatione nutritionis & augmenti ſimul, & ideò phlebotomiã fieri nõ permittit. Ætas manifeſtę declinationis, ſicut ſenectutis & ſenij, ſignificat virtutẽ iam debilitatã, & etiã diſpoſitionẽ ad maiorem debilitatẽ, frigiditatem & cruditatẽ hu. ideò per ſe prohibitionẽ ſignificat: medię verò ętates permiſsionẽ ſignificant ſecundũ plus & min⁹ iuxta diuerſitatẽ virtutis, & hu. dominantium in illis ætatib. qualitatẽ & etiã quantitatẽ.

Habitus. ¶ Habitus aũt corporis hu. quãtitatẽ & qualitatẽ ſignificat primò, & etiã virtutẽ: abundantia namq; pinguedinis abundantiã ſignificat frig. hu. paucitatẽ ſang. & calid. hu. macies verò & extenuatio corporis & faciei, debilitationẽ virtutis oſtendũt, & paucitatem ſanguinis, ſeu humorum humidorum, & ſiccorũ abundantiã: abundantia verò carnis & ſanguinis abundantiã & fortitudinẽ virtutis.

Color. ¶ Color autem naturalis, de quo ſermo præſens eſt, differentiam præcipuè humorũ ſignificat, nã rubens color ſanguinem, albus phlegma, citrinus choleram, niger & fuſcus melancholiam. Ex quo patet, quantum de ſe eſt, vtrùm prohibitionem vel permiſsionem ſignificet: ideo diximus, quantum eſt de ſe: quia aliquoties color naturalis corporis erit albus aut niger, &c. nihilominus tamẽ per bonitatem diætæ ſanguis abundat in corpore, quod per cõſiderationem huius particularis non cognoſcitur. Ideò ad certitudinem habendã de permiſsione & prohibitione phlebotomię particulariũ nõ inſiſtẽdum ſignificationi huius particularis, ſed aliorũ omniũ particulariũ ſignificatio erit attẽdẽda ſecundũ formã, quã tradem⁹ in cõparatione ſignificationũ particularium ſuo loco.

De ſignificatione rerum contra naturam, Cap. III.

POST prædicta rerum contra naturam ſignificationem attẽdere oportet ſecũdum ordinẽ ſuperiùs pręnotatum: quarum quædã ſunt principales, ſcil. morbus, cauſa morbi & accidens: quædam autẽ ſunt quæ conſequũtur ſupradictas, ſcil. tempus morbi, quod, inquam, dicitur conſequens, quia non conſtituit eſſentiam rei contra naturam, ſed ſequitur ad eſſe ipſarum, agendum eſt primò de ſignificatione ipſarum in cõmuni.

Vtrùm res contra naturam significet necessitatẽ operationis aut possibilitatem. ¶ Videndum eſt igitur, vtrum res contra naturam ſignificent neceſsitatem operationis, aut poſsibilitatẽ: hoc aũt inueniri nõ poteſt abſq; duplici cõſideratione, quarũ vna eſt cõſideratio cõparationis rei cõtra naturã ad ipſum corpus, ſecunda verò cõparatio operis vel cauſæ ſalubris ad ipſam rẽ: nam cũ omnis operatio medicinæ fiat, quantũ eſt ex intẽtione Artificis, propter iuuamentũ corporis ex hoc ſecũdum exigentiã diſpoſitionis & eorũ, quæ diſpoſitionis ſunt, ſcil. cauſæ & effectus ad inueniendũ, vtrùm operatio ſit neceſſaria corpori, ad iuuamentũ attingendũ neceſſariũ eſt Artifici cõſiderare, primò de vnaquaq; ſupradictarũ rerũ, vtrùm ſit conueniẽs corpori vel nõ: nã ſi cõueniẽs cõſeruatione indiget, & etiã cõfortatione res illa, quantũ eſt ex hoc, ſi aũt incõueniens auferre oportet & debilitare, vel diminuere ipſam. Deinde oportet ſecundò cõſiderare, vtrùm operatio vel cauſa ſalubris ꝓpoſita prædictam rem auferat, vel conſeruet, ſeu promoueat: nam ſi auferat, neceſſaria eſt ad rẽ corpori vel naturæ eius contrariam auferendã, ſi aũt conſeruet, non eſt hîc neceſſaria, ſed in re cõuenienti naturæ corporis. Secũdum has igitur conſiderationes ꝓcedendo in opere phlebotomandi patebit, vtrùm aliqua rerũ cõtra naturã ſit à corpore auferẽda, ſicut inuenitur ex prima cõſideratione, & vtrùm phlebotomia aliquã ex ipſis poſsit auferre à corpore, ſicut inuenitur ex ſecũda: patebit etiã, quòd illa ſignificabit neceſsitatẽ ipſius, quã per ſe poteſt ipſa phlebotomia auferre à corpore, & cùm per ſe non ad omnes auferendas ordinetur, patebit ex his, quæ diximus in capitulo de rebus naturalibus, quòd illæ res, ad quas auferendas per ſe or-

ſe ordinari non poteſt, nõ ſignificabunt neceſsitatẽ ipſius. Ergo ſignificabũt neceſſariò poſsibilitatẽ ſecundũ immutationẽ corporis præſentẽ vel futurã, q̃ ſignificare poſſunt, cùm omne particulare ſignificet neceſſariò vel neceſsitatẽ, vel poſsibilitatẽ, vt ſuperiùs eſt oſtenſum.

Quid ſignificet morbus.

¶ Ex his ergo patet rerũ cõtra naturã ſignificatio in communi, qđ videlicet partim neceſsitatẽ vel exigẽtiã, partim verò poſsibilitatem ſignificat. Reſtat nũc de vnaquaq; cõſideratione agere, quid vnũquodq; iſtorũ ſignificet, & per q̃, primò de morbo ſcire oportet quòd nõ ꝑ ſe ſignificat neceſsitatem phlebotomiæ: cuius ratio eſt, quia morbus qualitas eſt, ergo contrarium eius qualitas erit, cùm contraria in eodem genere ſint. Cùm ergo per morbũ ſignificetur iuuamentũ, quo indiget corpus vel mẽbrũ, & id nõ ſit niſi diſpoſitio cõtraria ipſi morbo, morbus nõ ſignificabit, niſi neceſsitatẽ, vel exigentiã qualitatis contrarię vel eius cauſæ ſalubris, q̃ per ſe virtutẽ habet imprimẽdi qualitatẽ cõtrariã, vt frig. calefactionẽ vel calefaciẽs. Similiter in organicis morbis dilatatio conſtrictionẽ, cõſtrictio & ſolutio continuitatis vnitatẽ, vel vniẽs, ſeu cõſolidãs, ſimiliter in aliis morbis. Hoc ergo cõſiderato conſiderare oportet de phlebotomia, ſi qualitas ſit, vel nõ, vel qualitatẽ morbo cõtrariã per ſe imprimẽs, planũ aũt eſt, quòd phlebotomia nõ eſt qualitas, imò actio quædam, ſiue paſsio, vtpote euacuatio: erit enim reſpectu Medici actio: reſpectu verò corporis paſsio quædã, non ergo contrariabitur morbo: quare nec morbus neceſsitatem ipſius, vt contrariũ per ſe ſignificabit. Similiter aũt nec phlebotomia imprimit effect⁹ per ſe contrarios morbo, quoniã effect⁹ eius eſt corp⁹ reddere vacuũ ab aliquo replente: vacuitas aũt & repletio nunquã ſunt morbi, ſed cauſę morbi, ergo nunq̃ vnũ alteri contrariabitur, vt morbo. Vacuitas venarũ à ſanguine nõ eſt morb⁹, quoniã nõ eſt qualitas aut diſpoſitio qualitatiua membri, ſimiliter nec plenitudo venarũ ex ſang poſſunt.n. eſſe plenitudo & vacuitas in mẽbro abſq; eo, quòd naturalis diſpoſitio permutetur, ſtomachus poteſt eſſe plen⁹ cibis, nihil amittens de naturali cõplexione, aut cõpoſitione, aut cõtinuitate, & ſimiliter vacuitas à cibis, nec cũ dicitur eſſe diſpoſitũ à diſpoſitione cõtra naturã: ſimiliter in matrice, & in aliis mẽbris. Cùm ergo plenitudo & vacuitas poſsint ineſſe viciſsim vni & eidẽ mẽbro abſque eo, quòd mẽbrũ iudicetur morbo diſponi, planũ eſt, quòd nullũ iſtorũ de ſe morb⁹ erit: illud.n. neceſſariũ eſſet, ſcil. quòd ſi vnũ eſſet formaliter morb⁹, quod reliquũ conſtitueret formaliter ſanitatẽ, & econuerſo. Præterea quod nõ eſt cõplexio, aut cõpoſitio, videlicet vt ſub cõpoſitione cõtinuitas includatur, ſecundũ cõſiderationẽ, quã habet Gal. ſecũdo de ingenio ſanitatis ꝓut ibi expoſuimus: illud, inquã, nunquã poteſt eſſe morb⁹, ſicut determinatur in primo de reb. cõtra naturã: vacuitas aũt & plenitudo, nec complexio, nec cõpoſitio sũt, ſicut patet ꝑ differẽtias illarũ: ergo nec morbũ aut ſanitatẽ formaliter, & per ſe cõſtituere poſſunt. Sed ad ipſa bene ſequitur cõpoſitio, ſicut dilatatio, & cõſtrictio, vel perforatio, & cõtrariũ, ſcil. apertio vel cõcauitas, ſeu capacitas & eius ablatio: plenitudo.n. concauitatẽ mẽbri naturalẽ aufert, ſicut in techni, & in lib. de morbo & accidẽti oſtẽſum eſt, quia tamẽ ablatio cõcauitatis, vel impedimentũ capacitatis naturaliter factũ per plenitudinẽ, nomẽ proprium nõ habet, ideò Medicus tali morbo nomẽ cauſæ imponit, appellans ipſum plenitudinẽ vel repletionem ad faciliorem doctrinã, quia ergo ad plenitudinem & inanitionẽ ſequitur cõpoſitio, nõ diximus, quòd cauſæ poſsint eſſe morborũ. Ex prædictis ergo relinquitur, cùm morb⁹ nõ ſignificet phlebotomiã, vt cauſam imprimentẽ per ſe cõtrariã ei, quare nullo modo per ſe ſignificabit neceſsitatẽ ipſi⁹, ſed per accidens, ſicut per cauſam: relinquitur ergo, quòd ſignificabit vt prohibẽs & permittens, nã ſi fuerit ægritudo cal. & hu. permittet, contraria verò prohibet.

Quid ſignificet cauſa.

¶ De cauſa iam ex prędictis patet, quod illa, cui contrariatur per ſe, effectus phlebotomiæ, ſignificabit neceſsitatẽ ipſius, cùm phlebotomia, vel cauſa ſalubris quæcunque per ſe non ordinetur ad rẽ contra naturam, niſi ad illam auferendam per ſe, & hoc non facit, niſi effectus eius illi cõtrarietur ꝑ ſe. Planũ eſt aũt, vt dixim⁹, qđ effectus phlebotomiæ per ſe eſt euacuatio, huic aũt per ſe cõtrariatur plenitudo: relinquitur ergo, quòd ſolum plenitudo per ſe ſignificat neceſsitatẽ phlebotomiæ, & nõ quælibet plenitudo, ſed illa, quæ fit ex eo replente, quod per ſe poteſt eſſe obiectũ phlebotomiæ vel euacuationis, cũ obiectũ & actio relatiuè dicantur, & omnis actio per ſe ad ꝓprium obiectũ terminetur. Patet ex p̃dictis, quòd omnes aliæ cauſæ morborũ à plenitudine, vt inanitio vel inaniens, coitus, defluxio, morſus & quæcunq; aliæ ſiue primitiuæ ſiue antecedentes, ſeu coniunctæ ſignificabunt, vt prohibentia vel permittentia, & nõ vt exigentia, niſi per accidẽs ſeu per aliud, ſcil. propter plenitudinẽ, vel abundantiã eius euacuabilis, vti antea diximus. Et hac ratione concuſsio, morſus & mala complexio cal. interiorũ mẽbrorũ eo modo, quo cauſæ poſſunt eſſe ex ſanguine neceſsitatẽ phlebotomiæ ſignificant non per ſe, ſed per plenitudinem futuram, quam ſignificant in mẽbro, in quo timetur collectio, pars autem ſignificat poſsibilitatem tãtùm. Regula inueniẽdi determinatã ſignificationem cauſarum ſignificantium neceſsitatem aut poſſibilitatem eſt illa, quam ſuperiùs dedimus, ſcil. vt viſo quam immutationẽ corporis ſignificent, cõparetur immutatio illa ad immutationẽ, quã poteſt facere phlebotomia, & iudicetur vlteriùs ſecundũ formã in ſupradicta regula data, per cõſiderationẽ iuuamẽti, & nocumenti.

Quid ſignificent accidentia morborũ.

¶ Accidentium aũt morborũ, quod ex ſuperioribus patet, nullum neceſsitatem ſignificat, quoniã dictum eſt, plenitudinẽ ſolùm, q̃ cauſa eſt morbi cõtrarij, per ſe effectũ phlebotomiæ ſignificare: nullũ verò accidens eſt plenitudo, quapropter ſignificabunt poſsibilitatẽ, & ſecundum diuerſitatẽ ipſorum diuerſificabitur ſignificatio. Vnde conſiderandæ ſunt primę differentiæ accidentiũ, & illorum vis poſsibilitatem ſignificandi attendenda eſt iuxta doctrinã ſuperiùs traditam, ſcil. vt conſideretur, quam immutationẽ corporis ſignificare poſſunt, ſiue vt cauſæ, ſiue vt effect⁹: & ex hoc vlteriùs eliciatur ſignificatio ſupra ꝓhibitionẽ & permiſsionẽ, cõparando effectũ phlebotomię

ad immutationē, q̃ significat particulare. f. accidēs morbi, ita quod ꝓ effectibus phlebotomiæ semp recurrat ad id, qđ dictū fuit inprima parte huius doctrinæ, vbi de hac materia plenariè tractatum fuit. ¶ Sunt autem primę differentiæ accidentiū, sicut ostensum est in capitulo de rebus contra naturam, læsio operationis, immutatio exeuntis à corpore, & immutatio qualitatis corporis: iterum quælibet istarum differentiarum plures habet, quoniam læsio operationis triplex est, scilicet ablatio, debilitatio & permutatio, quæ alio nomine corruptio appellatur: iterum quælibet istarum læsionum tot habet species & differentias, quot sunt operationes corporis secundū speciem. Similiter variat immutatio in exeuntibus, secundum diuersitatem exeuntiū: ipsorū autem triplex est differentia secundum Galenū, aut est pars cōmunis, sicut pars substantiæ pulmonis, aut vesicæ, aut id, quod naturaliter continetur in membris, præter hoc, quod sit superfluitas, vt sanguis, aut est superfluitas, siue naturalis, vt fęx in prima digestione, & vrina in secunda, siue contra naturā, vt sanies, vel lapis, vermis, &c. & iterum in vnumquodq; istorum cadit immutatio, altero trium modorum, aut omnium, scilicet qualitate, qua comprehenditur, & id quod Medicus substantiam vocat, quātitate & tempore exeundi. Accidēs similiter, quod qualitas corporis est, tot habet differentias, quot sunt differētiæ qualitatū corporis: differentię autem qualitatum sensibilium non accipiuntur, nisi per comparationem ad sensus particulares, quorum obiecta sunt propria: Sunt autē 4. sicut docet Galenus, aut sunt obiectum visus, aut gustus, aut odoratus, aut tactus: nulla aūt qualitas corporis potest esse obiectū auditus propriè, & per se, quia id quod propriè auditur, sonus est, soni aūt subiectum, nō est aliud corpus ab aere. Iterū vniuscuiusq; prædictarū qualitatū secundū genus acceptarū, plures species sunt: nā visibilis, albedo, nigredo, & medij colores oēs, qui in corpore apparent, & gustabilis omnis species saporis, quæ manifestatur gustui corporis, nullo exterius gustabili præexistente: diximus, gustui corporis, quia sapor, prout est qualitas corporis, nō mouet, nisi sensum patiētis. Et ideò dictū est, prout qualitas corporis, quia prout est qualitas exeuntis à corpore, mouet sensum Medici: oēs aūt alię qualitates corporis à gustabili possunt mouere sensum Medici, sicut & corporis patientis. Nā Medicus potest sentire fœtorē resolui à corpore patientis, & ipse etiā patiens nullo præsente fœtido aliquo exteriori, visibiles etiā & tāgibiles qualitates corporis, patet, quòd possunt mouere sensum vtriusque: similiter species tangibilium qualitatum attendendę sunt, sicut mollicies, duricies, caliditas & frigiditas, &c. & odorabiliū simili modo. Omniū igitur prædictorū accidentiū significationes supra immutationes corporis attendere oportet & ex hoc vlterius secundū regulā superiùs traditam, elicere significationē supra necessitatē, vel possibilitatē operis propositi. ¶ De his igitur, vel eorū significatione supra immutationes corporis videndū est primitùs in cōmuni, qualiter significent, & quid: per qualiter aūt intelligimus, vtrū significēt, vt causę vel effectus, ꝑ quid, vtrū

Prima differētia accidentiū morborum.

A ꝑ se vel per aliud. Patet aūt per supradicta, & per scientiā de reb. contra naturā, qđ omnia accidētia effect⁹ sumuntur sequelæ immutationū corporis: ergo secundū hoc, cū effectus nō præcedat causam secundū esse, oportet qđ significent vt effectus supra immutationē iā existentē, & causas eius, siue illa sint præsentia, siue præterita, siue futura, quamq̃ pręterita nō curet medicus, nisi vt ꝑ ea veniat in notitiā pręsentiū, queadmodū Gale. docuit in 2. de reb. contra naturā: omne. n. quod B Med. cōsiderat, est ꝓpter præsentē dispositionē primò, & principaliter, secūdariò verò ꝓpter futurā, sicut in expositionib. nostris ostendimus, super techni, tractatu de signis. In proposito igitur, vbi accidentia supponuntur esse p̄sentia, & iā cognita Medico nō indiget cōsideratione p̄teritorū ad accidēs cognoscendū, q̄a ipsum est patēs ꝑ se, & p̄sens sensui Medici vel per se, vel per medium patientis: nec etiā op⁹ habet, vt ꝑ ipsum accidēs, qđ pręsens est inuestigat p̄terita immutationū, C quoniā de illa nō curat, vt dictū est, nisi tantū, vt ꝑ illā veniat in p̄sentē: relinquitur ergo, quod accidens occurrens operi à parte corporis, ꝓut est, effect⁹ immutationis eius, significabit p̄sentē dispositionē vel immutationē corporis, p̄teritā nō curat Medic⁹, vt diximus, quia p̄terita nec ꝓdest nec obest ad p̄sens opus exercendū, nisi valde ꝑ accidens. f. ꝓut facit notitiā de p̄senti dispositione, vt dictū est. Iterū autē accidentia cōparata ad corp⁹ manifestè inueniūtur immutare ipsum in D dispositionib. ei pertinentib. vt sanabile est: sicut dolor, spasm⁹, flux⁹ sang. autē rettio fęcū, &c. possunt esse causę immutationis Planum est aūt, qđ cū cā nec secūdū se nec secūdū rationē sequatur effectū, vel posterior sit, oportebit necessariò, qđ illa immutatio eius causę potest esse accidēs morbi, quod sit simul tēpore cū accidēte, & ita quòd sit p̄sens, vel quòd posterior sit tēpore, & sic erit futura: quia plurib. modis esse nō potest, necessariò concluditur, qđ accidēs significans immuta- E tionē corporis vt causa significabit, vel p̄sentē immutationē, vel futuram. Ex his omnib. licet parū digressi fuerim⁹, colligitur, quòd omnia morborū accidētia significare possunt immutationē corporis, quādoq; vt causę, semper autē vt effect⁹, & sic habetur in communi, qualiter significare possint. Per q̄d aūt significent, patere potest ex supradictis intelligenti, quoniam q̄nq; per se, q̄nq; per aliud: ꝑ se nāq; illas immutiones, quarū sunt immediatè effectus, vel immediatè causæ, sicut sitis sic- F citatē, vt causam immediatā, retētio fæcū obstructionē intestinorum, vt effectū immediatū: supra illas signant mediatè, quarū sunt causæ mediatæ vel effect⁹ mediati, sicut retētio fæcū calefactionē corporis mediāte cōplexione fumorū inde resolutorū: fluxus verò sanguinis refrigerationē mediante cōplexione, fluxibilis. f. sanguinis. Iterum etiā patet, qđ ea mediantib. quib. significant, aut sunt alia accidentia à significantib. aut sunt aliæ res ab accidētib⁹. f. dispositiones vel causę dispo- G sitionum, ver. gra. operatio significat immediatè virtutē, & mediante virtute, quę est vna de causis dispositionū corporis, inquantū sanabile, vlteri⁹ significat dispositionē vel immutationem corporis. Exeuntia verò & qualitates corporis primò significant operationes, deinde per ipsa immutationem,

Propositū libri techni.

tionem, & tunc significant mediante alio accidē
te: Iterū etiā ipsa significant humores & superflui
tates in corpore, quæ causæ sunt dispositionū, &
nō sunt accidens, & tunc significant immutatio
nē corporis mediantib. alijs reb. ab accidente. Ex
p̄dictis tātùm colligitur .s. qd᷑ omne accidens si-
gnificat immutationē corporis immediatè & per
se, aut mediante alio, & illud aliud aut erit acci-
dens, aut aliud ab accidente. ¶ Post hoc aūt opor
tet vniuscuiusq; accidentis particulariter signifi
cationi attendere: Scientia aūt particularis signi-
ficationis ipsorū colligitur ex sciētia de causis ac
cidentiū, ex scientia de signis prognosticis, & etiā
de crisi, iterū ex scientia de interiorib. & etiā ex
sciētia de pulsib. & anhelitu, in his .n. negocijs do
centur significationes operationū corporis, & ex
euntiū & qualitatū. ¶ Habita significatione ipso-
rum supra immutationē elicienda est secundum
artē superiùs traditā significatio supra necessita-
tē aut possibilitatē propositæ operationis, vtpo-
te phlebotomię: sic enim procedēdo inuenietur,
quòd in operatione pulsus fortitudo, mollicies,
cum plenitudine & caliditate significant permi-
sionem. Nec miretur aliquis, quod diximus mol
liciem, caliditatem & plenitudinem pertinere ad
operationem, cùm secundum veritatem qualita-
tes sint corporis vel membrorum, quia illud di-
ximus secundum considerationem Medici refe-
rētis ista ad operationem pulsus, licet etiam hoc
ei attribuatur ratione organi, contraria autē, si-
cut vacuitas, pulsus, &c. significant contrarium.
Similiter accidentia quędam sensitiua operatio-
ne, vt dolor acutus, sicut in colica, p̄hibent quá-
tum est de se, scilicet inquantum est per se im-
mutans, vtpote debilitans virtutem, & hoc ideò
diximus, quia inquantum significat causam im-
mutationis, aliquoties significat permissionem:
vt quando significat colicam causare ex inflatio-
ne intestinorum: pari ratione accidentia in mo-
tu, vt spasmus & paralysis, tremor & congelatio
omnia prohibent: itē sitis ex forti aridi ate, & sic-
citate oris stomachi, & meri prohibet, quòd est
læsio operationis desiderij in ore stomachi: & si-
militer in aliis omnibus. Ex differentiis qualita-
tum corporis rubedo permittit, citrinitas autem
& albedo, & omnes colores sanguinē non signi-
ficantes prohibent, quantū est de se, & sapor dul-
cis in ore perceptus nullo præsente exteriori sa-
porabili phlebotomiam permittit fieri: amaritu-
do autem, salsedo & acetositas prohibent secun-
dum suam significationem. ¶ Inter exeūtia à cor
pore sputum sanguinis & guttatim eius destilla-
tio per nares, & rubedo ventris cum spissitudine
omnia permittunt: remissio aūt coloris & tenui-
tas prohibent. Retentio fæcum, aut fortis flux⁹
ventris, aut fortis fluxus sanguinis, si superue-
niat per aliquam partem, quę omnia sunt immu
tationes, prohibēt phlebotomiam fieri: hæc exē-
pli loco introduxisse sufficiant. ¶ Eodē modo in
cæteris accidentibus inuenietur eorum signifi-
catio supra necessitatem aut possibilitatem phle
botomiæ: vt videlicet si immutatio, quam signifi
cat accidens, operetur ad immutationem, quam
efficere potest phlebotomia, vel quælibet alia
operatio, quæ si concurrunt ad iuuamentū cor-
poris, permittentur: si verò ad nocumentum ab-
solutè vel in pluribus signo accidentis erit pro-
hibitio. Hæc de significatione rerum contra na-
turam principalium ad introductionē sufficiant.

De significatione vniuscuiusq; accidentiū particulariter.

¶ De tempore autem morbi sciendum, quòd nō
oportet ipsum considerare, ita vt per se significet
immutationem corporis, neq; quod aliam im-
mutationem significet, quàm prædicta, imò om-
nes immutationes, quæ significari possunt p̄ res
contra naturam, significantur per prædictas, &
ratio illius est, quia tempus morbi, neq; causa est
imprimens in corpus, neq; effectus imprimētis,
sed est mēsura consequens esse ipsius morbi: vn-
de consideratio ipsius, quantum ad esse perfectę
scientiæ vel cognitionis immutationum corpo-
ris non est necessaria, sed quia partes prædictæ
mensuræ morbi distinguūtur per diuersitatem
accidentium. ¶ Ipsa tempora morborum, vel par
tes temporis significant diuersitatem acciden-
tium, quemadmodum & diuersitates ipsorum
accidentium diuersitatem temporum, vnde mu
tuo se significant tanquam regulam, scilicet di-
stinguens & distinctum. Quia igitur tēpus mor-
bi supponitur, & aliqua manifesta diuersitas ac-
cidentium morbi corpus immutantium, & pro-
pter hoc etiam causarum morbi, proinde Medi-
cus per tempus, tanquam per id, quod significat
diuersitatem accidentium, & causarum morbi,
docet significare immutationem corporis. Planū
est enim, quòd in principio accidentia, siue in
exeūtibus à corpore, siue in operationibus, siue
in qualitate corporis, differunt ab accidentibus
in statu, & similiter in aliis temporibus. Similiter
causa morbi materialis, in principio est cruda &
indigesta, in statu autem digesta, & perfectè coa-
cta seu rectificata: eo ergo modo, quo acutus do-
lor, qui est in statu, & debilis, qui est in principio
comparatione status, in quo est remissio vrinæ
& subtilitas, quæ apparent in vno tempore, & re
missio & spissitudo, quæ apparent in alio, signi-
ficabūt: ita tempus, in quo apparet, ratione illo-
rum significare dicitur. Patet igitur, quòd consi-
deratio temporis morbi ad bene esse cognitionis
immutationis corporis, prodest, & non ad esse:
quia videlicet ea parte, qua diuersitate acciden-
tium, & causę morbi facit aliquam cognitionem,
& per hanc considerationem dicitur, quòd sta-
tus morbi prohibet phlebotomiam fieri, & simi-
liter principium quandoq;, sicut in prima parte
huius negotij dixim⁹, quę omnia perfectè, inue-
niuntur ex consideratione diuersitatis acciden-
tium, & causæ morbi in vnoquoque secundum
formam, quam superiùs dedimus, in significatio
ne accidentium, & causarum.

De tempore morbi quō significat.

De Significatione rerum non naturalium, Cap. IIII.

CONSIDERATIS significationibus
rerum naturalium, & contra naturam,
sequitur iuxta ordinē stabilitum supe-
riùs, rerum non naturalium considera-
tio, quarum communis significatio iam ex prędi-
ctis patere potest considerantibus, an videlicet
significent necessitatem aut possibilitatem phle-
botomiæ, vel alterius operationis manualis, ope
rationis vel exhibitionis medicinarum. Cùm ex-
hibitio medicinalis & manualis operatio non or-

dinentur; nisi ad res contra naturam, planũ relinquitur ex supradictis, quòd res non naturalis nõ significabit necessitatẽ vel exigentiá phlebotomiæ vel alterius operationis manualis, vel exhibitionis, seu applicationis medicinæ, imò possibilitatem. Iterum etiá patet, cùm significẽt aut vt causæ immutationis corporis, aut vt effectus eiꝰ, quòd significẽt sicut causę immutátes corpꝰ humanũ, & nõ sicut effectus immutationis, & potiùs tanq̃ causæ efficientes, q̃ disponentes. Iterũ etiá cùm causę sint immutátes corpus, patet, qđ significabũt per virtutẽ vel potentiá, q̃ habẽt immutádi. His ergò habitis cõsiderada est vniuscuiusq; particularis significatio, supra immutationem corporis, & ex hoc vlterius oportet elicere, iuxta regulam superius traditam, significationẽ supra possibilitatem operis propositi: oportet autem primò, sicut superius docuimus in primo capitulo huius secũdę partis, numerũ ipsarum exquisitè cognoscere: deinde significationes inuestigare.

Rerum nõ naturaliũ quædã sunt principales.

Sunt aũt rerũ nõ naturaliũ duę differentiæ, sicut de cæteris superius diximus, quædam sunt principales .s. quæ constituũt substantiam, vel esse ipsarũ rerũ nõ naturaliũ, quæ sunt illæ 6. quas superius enũciauimus. Alię verò sunt cõsequẽtes esse illarũ principaliũ, quæ videlicet sunt diæta vniuersaliter sumta, ꝓut videlicet commẽsuratio est omnium supradictarum, ars, consuetudo, exercitium à supradictis diuersum nõ ponimus, quia sub motu intelligimus comprehendi. Inchoandũ igitur est primo ab aere inter principales, deinde per cætera procedendũ, & considerandum in vnoquoq;, quæ sunt ea, ꝑ quæ potest in corpus humanũ imprimere. Deinde qualiter imprimát per vnumquodq; illorũ, sicut docetur in parte medicinæ, quæ de rebus nõ naturalib. agit, & ideo de effectib. aeris, aut somni aut vigiliæ aut ciborũ & potuũ, & sic de aliis: & ꝓ diuersitate omniũ effectuũ ipsorũ vel impressionũ in corpus, recurrẽdũ est ad doctriná illam. Nos aũt ꝓpter bonitatẽ doctrinę exẽplificabimus in aliquibus, sicut in aere.

De aere.

¶ Primo enim debet scire Medicus, quod aer potest imprimere in corpus humanum ꝓpter tria .s. per qualitates cõplexionales .s. ca. frig. sic. & hu. & per illud, quod Medicꝰ substantiam vocat, scil. grossitiem & subtilitatẽ per lucem & tenebras. Secundò verò cognoscere debet, quid vnumquodq; istorũ imprimat, q̃ duo colliget in prima parte medicinæ, in qua de immutatione & aeris impressione agitur. Tertiò verò eliciet ex his significationem super possibilitatem propositi operis, secundum regulam superius traditam in hoc negotio, quoniam istud vltimum ad hoc negotium pertinet siue ad ingeniũ sanitatis. Cùm ergo considerat aeris manifestè calidi effectus in humano corpore inuenit, quod ipsum calefacit, aperit eius poros, & spiritꝰ ab eo resoluit potẽter: quare virtutem manifestè debilitat, dissoluit hu. grossos & coagulatos in corpore, ex qua consideratione iam cognoscit, quòd corporib. in quibus timetur nocumẽtum ex calefactione, aut humorum subtilitate, aut apertione pororum, aut debilitate virtutis, non competit aer calidus: & ideo quãtum est ex hoc phlebotomia prohibetur, & ex hac consideratione prohibet Medicus phlebotomiam in tẽpore excellenter calido, sicut hora meridiei, & in diebus canicularib. Iterum etiá cognoscit, quòd corporibus, in quibus nocumẽtũ timetur ex humorũ grossitie, competit: & ideò quátum est ex hac cõsideratione, non prohibet phlebotomiam in talibus corporib. Simili modo inuenit, quòd aer excellentis frigiditatis, quia hu. coagulat, ingrossat, & etiam infrigidat, phlebotomiam ꝓhibet maximè in illis corporibus, in quibus tales hu. abundant, & propter hanc considerationem in hyeme prohibetur. Similiter etiam ꝓcedit cõsideratio in aliis qualitatib. aeris, necnõ in substãtia: nam aer subtilis, in quib. timetur nocumentũ ex subtilitate hu. aut spirituũ ꝓhibet phlebotomiá, & ꝑmittit in cõtrariis similib. aut grossities in oppositis. Item cùm Medicus cõsiderat effectꝰ tenebrositatis, & luminositatẽ aeris inuenit, qđ inquantũ talia nõ causant, nisi accidentia animę: vtpote timorẽ & audaciam, aut tristitiam, & lætitiam. Tenebræ enim de se solum, videlicet inquantum tenebræ consideratæ, timorẽ suscitant & tristitiam, sicut iam Gal. dixit in consideratione melancholicæ passionis: lux aũt contrarium. Ex hoc patet, quòd tenebræ & lux in aere, inquantum talia, non significabunt possibilitatem phlebotomiæ, vel alterius operationis, nisi sicut prædicta animi accidentia significant: cõsiderádi igitur sunt effectus ipsorum accidentium animi, vt ex hoc prædicta significatio eliciatur. Cùm Medicus considerat aerem secundum omnia supradicta, inueniet maximè conuenientẽ ad phlebotomiá exercendá, esse illũ, qui medio modo se habet in omnib. supradictis, sicut quando considerat aerẽ immutatũ propter tẽpus inuenit, qđ maximè cõueniens est aer triũ primarũ horarũ diei, & maximè in vno tẽpore: quoniá nec est excellẽter calidus, nec subtilis aut luminosus, sicut meridianus & æstiuus, nec excellenter frigidus, aut humidus, aut grossus, aut tenebrosus, sicut hyemalis. Vnde si possibile sit id tempus eligendum est potissimè ad phlebotomiam exercẽdá: diximus, si possibile sit, quia si phlebotomia exercenda occurreret in alio tempore necessaria, non expectaretur prædictum tempus, quoniá differre phlebotomiam noceret corpori absolutè, vel amplius, q̃ si non differatur: & ideo oportet, vt fiat tunc, qñ necessaria est, & non differatur. Et ex hac cõsideratione phlebotomauit Gal. de nocte 8. hora: & istud vocatur tẽpus necessitatis, primũ autẽ tempus electionis.

Quomodo debeant attendi prohibẽtia in operationibus medici.

¶ Quidá dixerunt quòd tempore necessitatis non attendantur prohibẽtia, hoc non est verũ absolutè, quia, quemadmodum inferius ostendimus, si prohibens significaret maius nocumentum, quam esset iuuamentũ, quod significat exigens non fieret phlebotomia, sicut si pleuriticus esset puer 5. vel 7. annorum, manifestum est quod hîc licet ratione pleuresis esset necessaria phlebotomia, tamen propter ætatem, quæ fortè prohibens est, non fieret, sed aliæ euacuationes, sicut inferius dicemus. Vt verificetur prędictus sermo, oportet vt intelligatur de prohibẽte .s. tẽporis qualitate, vel substátia aeris, &c. aut de ꝓhibẽte debilioris significationis, q̃ sit id, quod significat necessitatẽ, sicut in phlebotomatione iuuenis, in hyeme frigiditas non attenditur: imò dato, quòd frigiditas prohibeat, nihilo-

nihilominus fit, aut dato etiam, quod alia prohibeant, dum tamen non maius nocumentū significent. ¶ Quidam autem Medicorum fuerūt, qui conuenientiam potissimam temporis ad phlebotomiam nō acceperunt ab aere separato, ab omni excellentia extremorum, sed conueniētiam eius cum corpore phlebotomādo, ita quòd illud tempus dixerint esse magis conueniēs phlebotomię, in quo magis aer conuenit qualitatibus suis, cum complexione corporis phlebotomandi: ita dixerunt cholericos conuenientius phlebotomari in tempore calido & sicco: sic in meridie & in ęstate, melancholicos autem vespere & autumno. Confirmant autem istam propositionem ratione tali, dicentes, quòd illa hora cōuenientiùs fit euacuatio, qua magis mouētur humores in corpore dominantes: istud autem est in tempore, quo aer est similium qualitatum cum humore dominante: confirmāt auctoritate illius, qui dixit, quòd simile gaudeat suo simili, & mouetur ad ipsum, exponentes hoc per talem modū, videlicet quòd cùm aer circumdet corpus, & sit semper ei pręsens, tūc quando disponitur qualitatibus similibus complexioni alicuius humoris, prædict⁹ humor mouetur à centro ad superficiē corporis, versus aerē sibi similem congaudēdo ei: sicut sanguis mouetur ad fluendum extra, propter intuitum rerum rubearum, quemadmodum dixerunt vltimi sapientes. ¶ Nos autem dicimus, quòd supradicti Medici rustici, rudes, medicinalia didicerūt cum vetulis carpinantibus, quæ cantantes, suorū carminū significationes ignorant, & hi similiter verba in ore habent, sed verborum intentionibus carent: præterea principia suę cōsiderationis ignorant, & obliti sunt doctrinę sui Magistri, quę omnia sic patefacimus: cùm enim dicunt, quòd illa hora conuenientiùs fit euacuatio, qua magis mouentur humores in corpore dominātes, quilibet sanæ mentis intelligit, quòd hoc non habet veritatem, nisi ille motus humoris conueniat ad euacuationem ipsius, rectiùs & perfectiùs exercendam, quoniā si motus impediret rectam eius euacuationem, non credimus prædictos somniantes esse intantum alienatos, vt dicerent in illo motu ipsius debere euacuari conuenientius. Igitur ad verificationem prædicti sermonis oportet comparare speciem euacuationis ad humorē, qui mouetur, & si ille humor, q̄ mouetur in aliquo tempore ea parte qua mouetur, facit euacuationem rectiorē, tunc sermo illorum verus est: si verò nō, vox erit sine re, sic autem est in proposito. Quoniam si comparetur phlebotomia ad cholerā vel melancholiā, quę mouetur suis horis, inuenimus quòd motus choleræ vel melancholiæ non facit phlebotomiam esse rectiorem, imò dicentes hoc ignorant principium in hac consideratione. s. definitionē phlebotomiæ: diximus enim superius, quod phlebotomia non est euacuatio per se, nisi sanguinis, & nō est euacuatio aliorum humorū, nisi prout admisti sunt sanguini. Ergo si phlebotomia per se ad sanitatem ordinetur, ad eam conuenienter exercēdam, non est expectandus motus aliorum humorum, maximè cùm non prosit & noceat, quia aut illi humores sunt in receptaculis deputatis, aut in venis, aut in cōcauitatibus membrorū extra venas. Cùm igitur mobiliores

Opin. quorundam quo aere sit phlebotomandum.

Contra illam opinionem.

A efficiuntur illi, qui in receptaculis continētur, vtpote in cysti & splene, tūc per phlebotomiam facilius attrahuntur ad venas, phlebotomia autem procurans istud, non dicetur recta, cùm nociua sit ea parte, qua illud procurat. Si autem prędicti humores, qui mouentur, in venis contineantur, adhuc etiam tūc minus vtiliter fiet phlebotomia, quàm si non mouerentur: quoniam cùm ipsi exposuerint p̱ motum exitum eorū, ab interioribus versus superficiem, si tunc sic moueantur, egre- B dientur à venis, ergo minus euacuabūtur p̱ phlebotomiam, cum ea nō euacuet eos, nisi prout misti sunt cum sanguine & permanēt in venis. Similiter etiam si per motum intelligeretur ebullitio ipsorum in venis, non fieret propter hoc rectior ipsorū euacuatio p̱ phlebotomiā, quia non euacuantur, nisi misti cum sanguine, imò conuenientius euacuarētur, cùm sanguis mouetur: nam cū maior sit portio sanguinis, & ad motum maioris minus fortius moueatur, quàm econuerso, tunc C conuenientior eo esset phlebotomia, quando humor maioris portionis mouetur s. sanguis, maximè cùm ad ipsum principaliter ordinetur. ¶ Nec est rationabile, quod quidam dixerunt, scil. quòd natura, cùm tales humores ebulliunt, & mouentur, sagacitate sua, expellit eos & retinet sibi sanguinem, quia natura quantumcunq; sit sagax, nō operatur, nisi quod potest, vnde cum ille humor mistus sit cū sanguine, nō poterit ipsum euacuare separatim à sanguine, nisi antea separet, talemque D separationem facere non potest, quia impeditur propter subitam violentiā, quę fit ei. s. incisionem venæ. Ita etiā videmus ipsam operari in acutis febrib ex cholera quandoq;, vt impedita non separet à sanguine, sed p̱ euacuationem sanguinis faciat crisim, quare de natura non impedita intelligitur, quòd sapiētissimè seu rectissimè operatur. Si verò humores, qui mouentur, extra venas sint in concauitatibus. s. membrorū aliorū à receptaculis propriis, tūc phlebotomia potest esse inutiE lis, si fiat hora, qua mouentur: tum quia per phlebotomiā non euacuantur, cū non sint misti cum sanguine venarū, tum etiā quia nō mouentur secundū istos intra ad venas, imò ad superficiē extrà: p̄terea secūdū opinionē istorū in phlegmaticis phlebotomia cōueniētiùs fieret, etiā in media nocte, quod absurdū est dicere: patet igit', quòd dato, quòd humores moueantur secundū quòd ipsi exposuerunt in horis, quib. aer disponitur simi- F lib. qualitatibus, nō tn̄ est verū quòd tunc cōuenientiùs fiat phlebotomia. ¶ Quod aūt p̄dicta suppositio vera nō sit absolutè sic ostēdim⁹: licet in aere cal. & sicco appareat esse verū, quòd cholera moueatur ad superficiē corporis, & in calido & hum. sanguis, tn̄ in aere frigido & sicco nō videtur esse verū, qđ melācholia moueatur p̄dicto modo. s. ad superficiē, cuius ratio est, q̄a frigiditas & siccitas cōprimit & cōcludit omnē humorē in p̱fundo corporis, hoc patet vnicuiq; cōsideranti G impressionē frigiditatis & siccitatis. Sed quia illis respōdere cōuenit p̱ p̄dictā rationē, oportet repetere & satisfacere ei: dicūt qđ humor nō mouetur ad aerē sibi similē p̱pter actionē, q̄ facit qualitas aeris in humorē, secūdum quod talis qualitas est s. frigid. & siccitas, &c. sed p̱pter impressionē q̄ facit, inquantū simile. Cōfirmātes hoc auctoritate

Responsio quorundam.

Contra illam.

Quod humores nō mouean tur ad aerē sibi similem in qualitatibus.

ſapientis cuiuſdam dicentis, quod ſimile gaudet ſuo ſimili, & mouetur ad ipſum: iterum ſapiẽtes Medicorum dixerunt, quòd diuerſis horis diei, diuerſi humores mouentur propter ſimilitudinem aeris ad humorem in qualitatibus. Nos autem ad primum dicimus, quòd impreſsio ſimilitudinis, propter quam aliquid ad alterum moueatur, nõ eſt eius ſimilitudinis, quę conſiſtit in qualitatibus ſenſibilibus, imò cõſiſtit in eo, quod ſenſui eſt occultum: hoc tamẽ prædicti Medici non debent ignorare, quoniam eorũ Magiſter. ſ. Auicenna, in cuius magno volumine ſe ſtudere gloriantur, illud docuit, & illud etiam ipſi ſæpiſsimè garriunt autoritate illius. Vnde videntur immemores documenti ipſius, aut ſufficere illis putát, ſi videre aut legere poſsint, & in magnis cathedris ſarcinam voluminis oſtẽtare, & hoc quidem mercatoribus & fumoſis Medicis reputamus ſufficere, quoniam intelligere & particulariũ dictorum eius veritatem, ſi ſcalpere inchoarent fœtida ſanies emanaret, ex ſermonibus eorundẽ.

Ad primam rationẽ eorũ.

Ad ſecundã.

¶ Cùm autẽ confirmare volunt, quòd ſimilitudo in qualitatibus ſimilibus moueat humores ab interioribus corporis ad exteriora, ſicut dicit Auicenna de ſanguine fluente per nares, propter intuitum rerum rubearũ, dicimus, quòd hæc pecora campi non intellexerunt dictum Auicen. Eius intentio nõ fuit, quòd ſanguis flueret propter impreſſionem factam in ſanguine à ſimilitudine rubedinis rerum exteriorũ, hoc enim eſſet imprudenter dictum, quoniá nunquá viſum eſt, nec aliquis ſapiens recitauit, quòd in cœco abundanti etiam ſanguine ſanguis fluat, dato, quòd totum corpus rebus rubeis circumdaretur, ſed intellexit, quòd imaginatio ſanguinẽ moueret: hoc autẽ in parte naturali philoſophiæ verificatur. ſ. in conſideratione de motibus animaliũ, vbi oſtenditur, quòd forma repræſentata in imaginatione mouet corpus ſibi coniunctum, & ea, quæ in eo ſunt.

Ad tertiam.

¶ Et cùm dicunt, quòd ſimile quacunq; ſimilitudine gaudet ſuo ſimili, & mouetur ad ipſum: dicemus primò ad illud, quòd primo dicũt, gaudet, quòd ſi gaudere propriè ſumatur, ſecundum quod ſonat, pro congratulari, non eſt verum, quod dicũt in propoſito, quoniá gaudere & congratulari nõ eſt, niſi rerum animatarum ſenſibiliũ, humor autem non eſt res animata niſi potentia, quare ignorant Grammatici ſermonis virtutem, qui ei attribuunt gaudium. Et ſi dixerint, quòd illud dixerit ſapiens aliquis, dicemus quòd ſi intellexerit, propriè non intellexit, niſi in rebus animatis cognitionem habentibus, aut ſi metaphoricè ſumtum ſit vocabulum, intellexit per gaudere conſeruari, transferens gaudium ad conſeruationem, propter hoc ſimile, quia quemadmodũ quod gaudet alteri, in quãtum gaudet, ſuſtentat virtutem eius, ſic & quod alterum cõſeruat: vnde ſi intellexerit ſapiens aliquis, quòd ſimile quacunq; ſimilitudine gaudet ſuo ſimili, exponendum eſt, conſeruat. Et quod adducunt, mouetur ad ipſum, dicimus, id nõ fuiſſe dictum ſapientis, niſi ſapiens propriè vteretur gaudio, ſicut diximus.

Ad quartam.

¶ Cùm autem ad confirmationem ſuę opinionis, ſcil. quòd humores moueantur ad ſuperficiem corporis propter ſimilitudinem aeris in qualitatibus, allegát dicta ſapientum Medicorum, qui dicunt, quòd diuerſis partibus diei naturalis, diuerſi humores corporis mouentur ſecundum ſimilitudinem ad humorem in qualitatibus: dicemus, quod ſapientes Medici non intellexerunt, ſicut prædicti. ſ. quòd propter ſimilitudinem in qualitatibus mouẽtur humores corporis ad aerẽ, hoc enim, ſicut patet per prædicta, nemo ſapientum intellexit. His planè oſtendũt, ſe ignorare intẽtiones ſapientũ Medicorum circa dicta particularia: quare rationabile eſt, quòd in illis ipſi non docent diſcipulos ſuos, quoniam non poteſt facere cognitionem in altero de aliquo, qui non habet eam penes ſe, vel intellectum ſuum. Vnde quod ſeminãt in animabus, illorũ confuſiones ſunt, & corruptiones potius, quàm cognitiones.

Declarat dictum ſapientum.

¶ Nos autẽ propter eos, qui ſcire laborát, aperiemus intentionem, quam habent ſapientes circa prædictũ ſermonẽ, quemadmodum ex Galeno collegimus, de iuuamẽtis pulſus, & expoſitionibus ipſius ſupra Hippocr. de aere, & aqua, & regionibus: Dicit enim, quòd aer circumdás corpus noſtrum penetrat in profundum corporis, cum ſuis qualitatibus per cor, arterias, & alias partes corporis, ſicut per anhelitum & pulſum manifeſtè apparet. Cùm ergo aptum propinquet humoribus corporis, propter hunc modum actualiores virtutes, ſeu qualitates, quas ſecum defert, neceſſariò in eos imprimit ſecundũ exigentiam ſuarũ qualitatum. Quapropter, ſi aer fuerit calidus & ſiccus, cùm calefaciat & exſiccet, intendet caliditatem & ſiccitatem in melãcholico, & ſimiliter in aliis. Cùm autem humor aliquis confortatur per hunc modum in virtutibus, ſeu qualitatib. ſuis, manifeſtiùs immutat corpus iuxta naturá ſuarum qualitatum, ita quòd effectus impreſsionis eius in corpore manifeſtius appareant. Sicut ira, inſtantia vigiliarũ, ſitis, calefactio corporis, & amaritudo oris, &c. quæ dicuntur à cholera cauſari, manifeſtiùs apparent, quantum eſt ex hac cauſa, in tempore calido & ſicco: timor autem & ſolicitudo, melãcholia, & triſtitia, & cæteri effectus melancholiæ in frigido & ſicco: ſomnus & grauitas palpebrarum, pigritia, multitudo ſaliuæ, & cæteri effectus phlegmatis in frigido & humido: ſimiliter in ſanguine. Iſtam igitur alterationem corporis manifeſtam ab humoribus factam ſapientes vocauerunt motum humorum, dicẽtes, humores moueri ꝓ tanto, quia tunc manifeſtiùs mouent corpus motu alterationis, aut quia eodem motu manifeſtiùs mouẽtur ab aere. Propter hoc etiá ad dictum motum alterationis ſequitur quandoq; motus localis ipſorum: nam ad intenſionem qualitatum ipſorum humorum, & multitudinẽ ſubſtãtiæ, ſequitur motus localis ipſorum, ille, qui tenet ſubſtãtię humores, aut ad quem diſponũt qualitates: ſic cholera ebullit, ad putrefactionem mouetur, per vrinas ad vomitũ & ſeceſſum educitur in tempore calido & ſicco: phlegma autẽ ſtillat in corpore per palatũ, nares, & cæteras partes emittitur, frigido & humido, ſicut hyeme & media nocte, ita de aliis. His igitur modis, intellexerũt ſapientes, humores corporis moueri propter ſimilitudinem in qualitatib. ad aerem circundantem, & non intellexerunt, quòd moueãtur ad ſuperficiem corporis propter aeris ſimilitudinẽ, ita videlicet, vt ille motꝰ eſſet humoris ad aerem, ſic prædicti Medici intellexerunt.

Nec

Nec fuit ſapiẽter acceptũ motiuum, quod induxit eos ad hanc opinionẽ, quia videbant in æſtate colores cutis in corporibus citrineſcere, æſtimantes imprudenter cauſam huius eſſe motum choleræ ad aerem circundãtem propter prædictã ſimilitudinem, quia ſi hæc eſſet cauſa, tũc propter conſimilẽ cauſam albeſcere deberet cutis vniuerſaliter in hyeme, cùm tunc phlegma moueri debeat. Nos autẽ videmus in corporibus ſanis perfectè digerentibus colorem eſſe rubeum tunc & clarum, propterea quod dicunt veritatem nõ habet, quoniam in corporibus ſanis non citrineſcit cutis in æſtate, ſed ſi fiat, in ęgris eſt, vtpote icteriſcis. Verum quidem eſt quod vtplurimum palleſcunt, reſpectu coloris viuidi, quem habebant in hyeme & vere, cuius cauſa nõ eſt illa, quam dicebant, quia tunc citrineſceret, vt ipſi dicebant, & nõ palleſceret, ſed cauſam dicimus eſſe, quia flos ſanguinis, id eſt, ſubtile eius propter caliditatem aeris tunc expirat, & ideo cutis vergit in naturalem & propriũ ſibi colorẽ: dato etiã, quòd citrineſcerent corpora ſana multiplicatione choleræ, diffuſio eius ꝑ corpus ſufficiens eſſet cauſa. ¶ Iam igitur ex prędictis perfectè colligitur, quòd ratio ſumta à motu humorũ in diuerſis horis diei naturalis nõ debet mouere aliquẽ ſapientẽ ad dicẽdum, quòd phlebotomia cõuenientius fiat hora, qua mouetur humor cũ ſanguine abũdás. ¶ Si qui verò ad confirmandũ hãc opinionẽ iterũ obiiciant, dicentes, quòd ſapientes Medici iuſſerunt phlebotomiã fieri in aliquib9 corporib9 hora veſpertina, ſicut in melancholicis, & epilepticis, dicemus quòd intentionem illorũ ſapientum non capiant in illa doctrina: nam ſapientes non intellexerũt, quod phlebotomia fieret illa hora ꝓpter conuenientiã illarũ rerũ, & licet appareat eorum illam fuiſſe opinionẽ in melancholicis, propterea quia ipſius eſt conuenientia ad horã veſpertinã, tũ in epilepticis poſſent videre ſupradicti Medici, quia illã non habuerunt intentionẽ, ſunt enim epileptici cum ſanguinis abundantia pręter hoc, quod epilepſia cauſetur à melancholia. Sed moti fuerunt prędicti ſapiẽtes, propterea quod horam prędictã ſequitur hora ſomni naturalis, vnde cum prædictis vigilia ſit nociua, aut diurnus ſomnus, pręceperũt phlebotomiá fieri in illa hora, cui ſi ſomn9 ſuperueniat erit naturalis & quietus, potiſsimè cùm eis ſit neceſſarius, ſicut melancholicis. Alia etiã intẽtione iubetur illa hora fieri quandoq;, quia cibus primò receptus mane tunc eſt digeſtus perfectè, & ſuperfluitates eductæ, & ideo diximꝰ, quòd quandoq;, ſicut inferiùs oſtendemus, oportet medicũ permutare & etiã cibare corp9 ante phlebotomiã ad remouendũ aliquod prohibens. Cùm ergo cibatur mane ſecunda vel tertia hora diei vel quarta, tũc oportet neceſſariò expectare ad minus quatuor horas, vt digeratur cibus, cũ phlebotomia nõ debeat fieri poſt nutrimentũ, donec perfectè digeſtũ fuerit, aliàs iuuamen, quod intẽdit procurare Medicus per phlebotomiã, nõ procurabitur, niſi digeſto cibo in ſtomacho, & hepate. Alia ratione hoc obſeruatur, vt venæ paruę, quæ occultæ ſunt, ſicut frequentius hoc accidit in ſaphenis & ſaluatęllis, ꝓpter repletionẽ ipſarũ ex ſanguine, fiãt manifeſtiores. Ergo tranſactis quatuor horis, aut quinq;, ſequitur hora 6. aut 7. q̃ inter diurnas peiores ſunt ad phlebotomandũ, ideo ſapiẽtes Medici in hoc caſu iuſſerunt expectare minus intemperatã horã. ſ. veſpertinã. Vulgares aũt Medici & barbitonſores, cùm ignorẽt cauſam huius, & perceperint, quod Medicus ſapiens hoc aliquoties præcepit, faciunt de particulari vniuerſale, & ſic omnia corpora indigentia phlebotomia ſaluatellæ, ſiue ſaphenę, ſiue habeãt illas venas manifeſtas, ſiue occultas, iubẽt phlebotomari hora veſpertina, horã matutinam penitus execrãdo. ¶ Redeũtes aũt ad propoſitũ, quòd quemadmodũ conſideratio ipſorũ, ꝑ q̃ aer immutare poteſt corpus, indicat ſignificationem aeris ſuper ipſam poſsibilitatẽ phlebotomiæ, vel alterius cuiuſlibet operationis: ſimiliter poteſt conſideratio Medici procedere in aliis rebus, nõ naturalib9, ita videl. vt in nutriẽtibus, q̃ recipiuntur à corpore phlebotomando, conſideret quantitatẽ, qualitatẽ, ſubſtantiã, & etiã horã receptionis. Quantitatẽ ideo, quia multitudo nutrientis, vel magnitudo de ſe abundantiã procurat: quare in corporibus, q̃ nutriente cõſueuerunt vti multo, permiſsionẽ phlebotomiæ ſignificat: paruitas verò & paucitas nutriẽtis, ſiue abſtinẽtia à cibis, & conſuetudo ieiunandi, contrariũ. In qualitate nutrientis conſiderare oportet complexionẽ, bonitatẽ, & malitiã. i. potentiã generãdi humorẽ bonũ conuenientẽ naturæ, ſicut eſt ſanguis temperatus vel contrariũ. Planũ eſt, quòd nutriens calidæ cõplexionis & humidę, & boni humoris generatiuũ, ſicut vitelli ouorũ, & vinũ rubrũ: & in corporib9, q̃ talib. nutrientib. ex cõſuetudine reficiuntur, ſignificant permiſsionẽ phlebotomiæ: aliter aũt eſt de nutrientib9 aliarũ cõplexionũ, & alios humores generant. Dulcia ſimiliter nutriẽtia in corporib. temperatis, aut frigidi & tẽperati hepatis, ſiue frigidi, ſanguinẽ multiplicant, in calidis aũt, & maximè ſiccis cholerã generãt, quare patet, quòd vſus ipſorũ in quibuſdã corporibus phlebotomiã permittit, & in aliis ꝓhibet. Vniuerſaliter hæc eſt regula inueniẽdi, vtrũ regimẽ nutrientiũ, quantũ ad qualitates prohibeat, vel permittat. ſ. vt cõſideretur quantũ & qualẽ humorẽ generare poſsint in corpore, quod occurrit operi, & ex hoc patebit quęſitũ ſecundũ formã eorũ, q̃ docuimus ſuperiùs: idẽ de ſubſtãtia intelligendum. Hora verò receptionis nutrientis parum ſignificat poſsibilitatẽ phlebotomię, quando verò cõparatur ad horã ipſius, tunc ſignificat permiſſionẽ aut prohibitionẽ à parte inanitionis, vel repletionis ſtomachi: nam ſi hora refectionis inde ꝓpinqua ſit phlebotomię, indicat ſtomachi repletionẽ, & hoc ꝓhibet phlebotomiam, vt nõ ꝓpter vacuitatẽ vel euacuationẽ venarũ trahat crudũ, & indigeſtũ ad eas: ideo iubetur ſemper phlebotomiã fieri ieiuno ſtomacho, niſi aliquod prohibens, ex quo timetur magnũ nocumentũ, hoc ꝓhibeat, ſicut tremor, ſyncope, aut oris ſtomachi debilitas, quemadmodũ dicemus inferius: aut timor erroris phlebotomantis ꝓpter occultationẽ venarum, & paruitatẽ. ¶ Secundũ hanc formam ſimiliter procedendo in aliis rebus nõ naturalib. inuenit Medicus ſignificationẽ ſuper phlebotomiã, & ideo dicit, nimias vigilias prohibere phlebotomiam, quia deſiccãt, & virtutem reſoluunt: quemadmodũ nimius mot9, nimia ira, furor, tri-

Ex motu humorũ cum ſanguine abundãtium nõ debet eligi hora phlebotomiæ.

Error aliquorum medicorum & barbitonſorum.

De cibi & potus ſignificatione.

De ſomno & vigilia & motu & quiete & de accidẽtibus animi.

ſtitia,& timor,quia à circumferentia ad centrum A
mouent humores,contrario motu quam phlebo
tomia,& quia cor debilitant. Contrarium intelli-
gendum eſt de audacia,iucunditate, motu, & vi-
gilia temperatè ſe habentibus, quoniam permit-
tunt,ſimiliter & tẽperatus ſomnus,& temperata
quies: ſi autem excedant,non multũ prohibent,
niſi ad frigiditatem perducant multitudinem ſu-
perfluitatis. ¶ De inanitione & repletione conſi-
derandum eſt,& non tantùm ipſius inanitionis
& repletionis, ſed etiam inaniẽtis & replentis vir B
tutem,& impreſsionẽ: quòd ſi inanitio fiat in his,
quæ ſuperflua ſunt & ipſam impediunt naturã,
ſicut fæces,vrinam & virtutẽ non reſoluunt,per-
mittit phlebotomiam fieri: retentio autem ipſo-
rum prohibet,ſimiliter inaniens: conſiderandũ,
videlicet ſi reſoluat virtutem, & à quo exonerat
corpus,quoniam ſi non debilitat,& ſuperfluitatẽ
educit,permittit. ¶ Et hoc modo permittit phle-
botomiam fieri coitus temperatus, qui videlicet
fit, quando fieri debet, ad expellendum ſperma C
coarctatum in teſticulis,intemperatus verò pro-
hibet. ¶ Balneum conſiderandum eſt ſimiliter,
quia immutat corp⁹: cùm enim ingroſſat cutim,
prohibet fieri phlebotomiam à parte, qua inciſio
eſt. Cùm autem ſubtiliet ſanguinẽ groſſum,tunc
in corporibus,quæ talem habent ſanguinem, nõ
prohibebit,ſed propter dictum impedimentum,
quod procurat,ingroſſationem,ſcil.cutis,fiet per
diem antè: balneum autem intemperatum quod
virtutem reſoluit, phlebotomiam fieri prohibet D
abſolutè. ¶ Poſt hoc conſiderandæ ſunt res non
naturales prædictis annexæ: ſed de diæta,prout
eſt regimen in omnibus ſupradictis ſufficienter
habetur conſideratio regiminis in eiſdem. ¶ Si-
militer etiam de conſuetudine prout ad dictam
refertur: ſi verò ad phlebotomiã referatur,opor-
tet de ipſa hanc conſiderationem habere per ſe,
quoniam ipſa,præter ſupradicta, eſt de ſignifica-
tionibus vna ſignificãtibus ſuper permiſsionem
phlebotomię. Securius,quantum eſt ex hac con- E
ſideratione, phlebotomari poteſt, qui conſueuit
phlebotomari,quàm qui nunquã conſueuit,aut
nunquam exercuit,aut nõ eſt aſſuetus. ¶ Ars au-
tem ſecundum genus, in prædictis intelligitur,
quoniam omnis ars & omne officium comitãtur
motum, & quietem: ſed quia artes ſecundũ ſpe-
ciem variæ ſunt, ideo oportet de ipſis ſpeciali-
ter habere conſiderationem ad eliciendam ſigni-
ficationem ſupra poſsibilitatẽ phlebotomiæ Ars F
enim corpus inaniẽs,ſicut balneãdi,ſeu ſtuphan-
di,& virtutem reſoluens,vt itinerandi,phleboto-
miam prohibet & cæteras euacuationes, quantũ
eſt ex hac conſideratione: ars autẽ quietis & mo-
dici laboris,ſicut ſutoria, ꝑmittit. Hæc igitur ſuf-
ficiant de conſideratione rerum nõ naturalium.

De inanitione et repletione. *De coitu.* *De balneo.* *De annexis.* *De diæta.* *De conſuetudine.* *De arte.*

TRACTATVS SECVNDVS.

De Operatione particularium ſecundum numerum,& veritatem phlebotomandi, Cap. I.



HIs autem particularibus occurrentib⁹ G
operi ſufficienter conſideratis tam ex
parte ipſius operationis,quàm corpo-
ris,iam cognoſcere poteſt Medicus, v-
trum phlebotomia conueniat corpori vel exiga-
tur à corpore, & quid etiã prohibeat eam fieri &
quid permittat. ¶ Ars autẽ inueniendi per conſi-
derationẽ horũ particulariũ,vtrũ debeat eã exer-
cere,vel non,eſt regula cõparandi ſignificationẽ,
& virtutẽ particulariũ,ſic videl. vt omnia particu
laria cõueniant,quòd debeat fieri,ita vt q̃dam exĩ
gant, vt ægra diſpoſitio, alia verò permittãt ſicut
virtus,& tãtùm vt fiat. Si verò omnia ſignificent,
quòd nõ debeat fieri, ſicut ſi diſpoſitio nõ requi-
rat,vt in morbis frigidis & ſiccis,cætera verò non
permittant, vt fiat. Si indicauerint aliqua, quòd
debeat fieri,vt quia diſpoſitio exigit, quædã pro-
hibẽt,oportet medicũ dicta ꝓhibentia cauſis cõ-
uenientib. remouere ſecundũ doctrinã, q̃ trade-
mus inferiùs: aut ſi nõ poterit,oportet ipſum cõ-
ſiderare virtutẽ particulariũ contraria ſignifican-
tium, & illam partẽ eligere,q̃ fortiora ſignificant.
Dicuntur aũt fortiora particularia illa, q̃ ſignifi-
cant maius iuuamentũ, vel maius nocumẽtum:
ita quòd ſi aliqua particularia oſtendãt,quòd iu-
uamentũ ex phlebotomia erit maius,q̃ nocumẽ-
tum,quod indicant alia particularia, fiet phlebo-
tomia. Quòd ſi prohibẽtia nõ ſimiliter prohibe-
bunt operationẽ ſecundũ vices operationis.ſ.eua
cuationis,& in quãtitate euacuabilis faciẽda mu-
tatio: ab eo quod deberet fieri exigentia illorum
particulariũ,q̃ ſignificant, quòd fieri debet, & ſic
regulabunt ad inueniendũ vices euacuationis,&
menſurandã quantitatẽ euacuabilis, quemadmo-
dum in canonib. inferiùs operandi oſtendemus.
Sic omnia particularia tam exigentia,q̃ prohibẽ-
tia, q̃ etiã permittentia ſemper in aliqua parte o-
ſtendunt operandi rectitudinẽ ſecundũ formam
recti operis, ꝑ quod ſ.iuuamentũ procuratur, &
nocumentũ euitatur in applicatione cauſarũ ſalu
briũ ꝑ ſe,vel ꝑ accidẽs. Si aũt particularia, q̃ pro-
hibent fieri euacuationẽ ſignificent maius nocu-
mentũ,procurari ꝑ phlebotomiã, q̃ ſit iuuamen-
tum, quod ſignificant particularia, q̃ exigentiam
phlebotomię ſignificant, ceſſabit Medicus ab ea:
huius aũt regulã ſubiungemus in aliquib. parti-
cularib⁹,ãd formã aliorũ. ¶ Ponatur enim,quòd
occurrat operationi prægnãs lapſa in anginã ex
ſanguine,vt iam patet ex ſupradictis cõſideratio
ęgrę diſpoſitionis,ſcil.anginę,indicat exigentiam
phlebotomiæ, impręgnatio verò prohibet eam,
tunc ad inueniendũ,q̃d oporteat fieri,debet Me-
dicus illa particularia cõſiderare,vtrũ eorũ ſigni-
ficatio conueniat cũ exigente, aut cũ prohibẽte:
nam ſi cũ eo particulari,quòd indicat exigentiã,
conuenerint,maius ſignificatur iuuamentũ, quã
nocumentũ,& ſic oſtẽditur, quòd debeat & poſ-
ſit fieri. Verbi gratia,ſi cõſuetudo prægnãtis fue-
rit phlebotomiã exercere in impręgnatione,ętas,
habitus prægnantis,cõplexio,dięta,& cætera cõ-
currant,fiat phlebotomia,quia ęgritudo requirit
& maior pars particulariũ permittit. Nec prohi-
bet impręgnatio,quia iſtud particulare min⁹ for-
te eſt cæteris: in ſignificãdo tñ regulabit opus in-
tantũ, vt propter conſiderationẽ ipſius, varietur
quãtitas,vel vena,ſicut in quãtitate minus extra-
hatur de ſanguine,aut in plurib. vicib⁹,aut ad mi
nus cauebit aperire venas,q̃ ſanguinẽ fortiter &
manifeſtè euacuãt ex matrice: quapropter ſi ce-
phalica nõ inueniatur,nõ aperiet baſilicã ſed ſolũ
venas,

Primum exemplum.

Secundum exemplum.

venas, quę sunt sub lingua. ¶ Similiter autē procedendum est, si operi occurrant alia particularia, siue à parte ægritudinis, siue à parte corporis. Vt si occurrat febricitans ex sanguine, cum impręgnatione, aut angina laborās, vel spleneticus cum sanguine: vt puer, vel senex, aut angina laborans cum abundantia cholerę rubeę extra venas, aut angina laborans cum colica, aut angina laborans in diebus canicularibus, vel in tempore fortis frigoris, vel angina laborans ex sanguine, cum defluxione, & sic de aliis. Sunt enim cætera particularia cōsideranda, & per omnem modum iudicādum est de virtute significationis, sicut fecimus in angina prægnātis inuestigando, ad quā partem plura particularia conueniant: nam si plura & fortiora conueniant cum exigente fiet, si autem cum prohibente, non. ¶ Et per istam artem terminantur omnes quæstiones, quæ fiunt de phlebotomia, vel de applicatione cuiuslibet causæ salubris: sicut cùm quęritur, vtrùm phlebotomia in principio apostematis debeat fieri ex eadem parte, an non: vel vtrū in rheumaticis morbis debeat fieri, & sic de aliis. Nam omnium harū quæstionum est responsio, quòd si iuuamentum absolutè maius, quàm nocumētum procuratur, proposita operatio fiat: sin minus, non fiat. Ad inueniendam quantitatē iuuamenti vel nocumenti procedendum est ea arte, quam dedimus, scil. comparādo virtutes particularium, &c. vt prius patuit.

Tertium exemplum.

¶ Iuxta igitur hanc regulā ponatur, quòd occurrat operi puer septennis pleuriticus ex sanguine: iam ex consideratione morbi colligitur, quòd indiget phlebotomia corpus, & debet fieri, ex consideratione autem ætatis elicitur, quòd nō potest fieri: remoueret igitur Medicus istud prohibens, si posset, sed quia ætatem remouere non potest, debet vlterius considerare, quòd est fortioris significationis: si inuenit ætatem significare maius nocumētum, quod sequitur ex phlebotomia, quam sit iuuamē significatum per morbū, cessat omninò à phlebotomia.

Quæstio.

¶ Et si quæratur, quomodo talis consideratio docet rectè operari, cùm faciat cessare ab opere, & priuatio non esse operis, non sit opus.

Solutio.

Dicimus quòd prædicta cōsideratio, etsi faciat cessare ab opere tali, scil. phlebotomia, tamen nō facit cessare ab opere absolutè: imò regulat artificem ad operandum ea parte, qua per hoc dirigitur ad permutandam operationem, quia tunc iuuamētum, quod per phlebotomiā deberet procurari, studet Medicus procurare per alias euacuationes, vel per sensibiles euacuationes, vel quocunq; modo euacuationis.

Quartum exemplum.

¶ Cùm autem occurrrit pleuriticus mediæ ætatis in diebus fortis caliditatis, aut frigoris, temperat Medicus illas qualitates in aere, quantum potest, & cùm sit minus nocumentum significatum per hoc prohibens, quàm sit iuuamentum, quod significat morbus, non cessabit omninò à phlebotomia: sed in vicibus euacuandi, & quantitate euacuationis variabit opus quātum morbus exigit. In his ergo particularibus explicasse sufficiat, quia rectè, secundum phlebotomiam eandem, est in aliis procedendum.

SECVNDA PARS.

De regimine Corporis ante opus propositum ad remouendum prohibentia, Cap. I.



ERMINATA quæstione prima huius negotij, videlicet consideratione necessitatis, aut exigentię seu vtilitatis phlebotomiæ, nunc tempus est ad secundam considerationem superiùs memoratam procedere, quæ videlicet ostendit modum operandi. Inuento autem propter dictas considerationes, vtrùm phlebotomia sit necessaria, aut conueniens corpori, vlterius inuestigādum est, qualiter sit operandum: sic enim exercetur opus ab operante artifice, quemadmodum quinta regula sapientum edocuit: vnde cùm hoc negotium docentis sit, & tradentis artem, non operantis, oportet ad complementum artis huius regulas tradere, ostendentes verū & rectum modū exercendi hoc opus. Est autem verus modus iste, scil. vt omnia, quæ corpori cōueniunt, secundū quod phlebotomatur, & secundū quod phlebotomię subiicitur, vel ad eā cōparatur, conueniēter exerceantur. Illud aūt, quod conuenit nomine generis, regimen appellatur: igitur regula docens, vel ostēdens rectè modū operādi in ꝓposito, erit regula, ostendens formā regiminis, cōuenientis corpori, ꝓut ad phlebotomiā cōparatur, siue refert̃. ¶ Ex quo patet quod secundū diuersitatem, regiminis diuersificabūtur canones, vel regulę huiꝰ regiminis. Est aūt verū, sicut in periodico mōstratū est, quòd regimen sanabilis corporis nō variatur, nisi secundū variationē, factā in dispositionib. corporis. Manifestū est.n. quòd in cōparatione cōparati ad phlebotomiā nō reperitur, nec notari potest manifesta diuersitas, nisi triplex: vna videlicet ante phlebotomiā, q̄ est dispositio corporis repleti, secūda verò in ipso actu phlebotomię, q̄ est dispositio corporis, quod euacuatur, tertia aūt est post phlebotomiā, q̄ est dispositio corporis inaniti: ergo regulæ & canones cōuenientes regimini ꝑdicti corporis, in genere erunt tres. s. conueniēs regimē eius ante phlebotomiā, & secundū quod ad ipsam ordinatur alia, cōueniens regimē eius in ipso actu phlebotomię, tertia autem, regimē post phlebotomiā secūdū quòd ad ipsam, q̄ iā ꝓcessit, cōparatur. Quilibet aūt istorū canonū plures sub se cōtinet partes, secundū pluralitatē eorū, quibꝰ regimē integratur in vnoquoq; prædictorū ipsorū: oportet ergo ad inueniendū sufficientiā regularū vel canonū considerare ea, q̄ corpori conueniunt ad perfectū eius regimē in quolibet tēporū prædictorū, & de ꝓportione seu aptatione illorū ad corpus, cōuenientes canones tradere, seu etiā inuenire.

Comparati ad phlebotomiam triplex diuersitas & tres regulæ.

¶ Vt autē clarior, necnon perfectior sit doctrina à generalissimis considerationib. in hac materia inchoandū, ita vt per conuenientes differentias ad specialissimas ratio seu artis scala descendat: id autem generalissimum in opere medicinæ. s. regimen humani corporis, inquantū sanabile, tres habet primas differentias absolutè, & simpliciter cōsideratum secundū quòd tria sunt, quæ ipsum cōstituunt. s. diæta, medicatio, & operatio manualis. Nec intelligendum, quòd omnia hæc tria conueniant omni corpori. s. tam sano, q̄

Generalissimū regimen in opere medicinæ tres habet differentias.

ægro, quàm neutro, sed intelligitur, quòd regimē vniuersaliter acceptum secundum quod refertur ad corpus sanabile, & nō specialiter hoc, vel illud his tribus differentiis operationis completur. Oportet igitur, vt regimen conueniens corpori relato ad phlebotomiam, in quocunq; tempore sit, aut regimē diętæ vel medicationis, aut manualis operationis, aut omnia simul, aut aliqua ipsorū. Videndum est igitur in quolibet prædictorum temporum ex his tribus regiminibus, quod conueniat corpori relato ad phlebotomiam, id est, vtrū omnia aut aliqua ex omnib9, & si aliqua, quę sint illa, & qualiter exerceri debeât, seu etiam ordinari. Et primò videndum de regimine conuenienti corpori relato ad phlebotomiam, antequā phlebotometur, cōsequenter de aliis. ¶ Planum est autem, quòd omne regimen conueniens corpori sanabili, quod ordinatur ad aliquam operationem intētam ab artifice in eo exerceri, in quocunq; futuro tēpore, siue propinquo, siue distante, non est nisi regimen præparans ipsum corpus ad suscipiendam ipsam operationem, secundum rectam formam iuuamenti, & non nocumēti vel maioris iuuamēti, quàm nocumenti: ergo sequitur, quòd regimen conueniens corpori relato ad phlebotomiam, antequā phlebotometur, prout videlicet ad eam ordinatur, est regimen pręparationis ipsius ad phlebotomiā tolerandam, secundum iuuamentum ipsius. Præparatio autem ad opus iuuatiuū non est, nisi illa, quæ remouet impedientia operationem, quæ impedientia, vt superiùs est dictum, sunt illa, quibus nocumentum timetur in operatione, siue quę significant nocumētum posse procurari ex intento opere, si cum eo occurrant omnes, siue aliquæ dictæ differētiæ regiminis conueniant corpori, prout ordinatur ad phlebotomiam futuram. Nihilominus illa regimina taliter ordinari, vt per ipsa tollantur, vel euitētur, sicut perfectiùs fieri potest, omnia quæcunq; phlebotomiam impedire possent, aut eius rectitudinem, siue ea parte, qua est incisio, siue ea parte, qua est euacuatio. Oportet igitur inuestigare, vt ante phlebotomiam pręd icta tria regimina conueniant phlebotomando corpori, vel nō: & de ordinatione eorum cōuenienti, secundum prædictam formam canones inuenire, vel tradere formam cōuenientis ordinationis, quæ ostendant, vt diximus, negotium faciēdi cognitionem de modo operandi. ¶ Dicimus igitur, quòd regula inueniendi, vtrum prædicta tria regimina conueniant corpori phlebotomando, secundum quod ad phlebotomiam comparatur, est considerare id, ad quod regimen antecedēs phlebotomiam ordinatur, & ex consideratione illius, tanquam signi, sicut in cunctis aliis operationibus, poterit inueniri ex pręd ictorum regiminum, tam in generali, quàm in speciali, vtrùm cōueniat dicto corpori. Iam autem dictum est paulò antè, quòd regimē conueniens corpori, antequā phlebotometur est regimen ordinatum ad remouendam ordinationem propositam, tūc igitur ad inueniendum, quod consequenter oportet considerare prohibens, secundum genus & secūdum speciem, hac cognitione cognoscetur, quid conueniat ad auferendum ipsum, tam vniuersaliter, quàm particulariter. ¶ Hæc enim est regula tradita in tractatu de ingenio sanitatis ad inueniendam virtutem causæ salubris, auferentis aliquod nociuum à corpore, vt videlicet noscatur ratio dicens, quid illius nociui: & hoc cognito patebit, qualis debeat esse virtus causæ salubris auferētis, quoniā cùm auferens contrariæ virtutis sit ad id, quod aufertur, patebit, quòd virtus auferens cōtraria erit ei, quod aufertur: quia cognito vno contrario, cognoscitur & reliquum. ¶ Considerādum est igitur in generali, quid posit esse prohibens phlebotomiam, postquam in speciali iam ex his, quæ perfectè superiùs diximus de prohibentibus, & etiam permittentibus, patet quòd omne prohibens aut est res naturalis, aut contra naturam, aut nō naturalis: ergo secundum quod ad hæc prohibentia poterunt comparari secundum genus prædicta regimina in remouendo ea, secundum quod ipsa regimina conueniunt corpori phlebotomando. Planum est autē prouectis in medicina, quòd regimē in diæta remouet prohibitionem rerum non naturalium, cùm ad illas commensurandas debitè ordinetur: ergo cùm in corpore phlebotomādo prohibens, quod occurrit, posit esse res non naturalis, patet quod regimen in diæta, quod in illis consistit rebus, eidem conueniet: item etiam, sicut ex supradictis patet, res naturales, & contra naturam possunt prohibere phlebotomiam. Sed planum est, quòd exhibitio medicinarum, & manualis operatio, ad auferendam rem contra naturam ordinātur per se: ergo regimen consistens in vtroque istorum, scil. regimine in exhibitione medicinæ & in manuali operatione, poterit conuenire phlebotomando corpori. Res autem naturalis partim aufert per vnum istorum trium, partim per aliud, quarum etiam rerum naturalium ratione possunt omnia prædicta tria regimina conuenire supradicto: vtrum autem res naturalis sit auferenda, & quando, statim inferiùs ostendemus. Ex his igitur rationabiliter concluditur, quòd omnia tria pręd icta regimina conueniunt corpori phlebotomando absolutè considerato, nō hoc, vel illo, sed quocunq;: & hoc ideo diximus, quia aliquod potest esse corpus phlebotomandum, in quo talia prohibentia nō occurrent, præter quod omnia prædicta regimina tria conueniant, aliquod autē, cui omnia conueniant, & ideo superiùs, referendo ad particulare corpus, dicebamus, poterunt conuenire. Nunc cū concludebamus, quòd omnia prędicta conueniunt corpori phlebotomādo, intelleximus de corpore vniuersaliter accepto, prout comprehendunt illud, & cui omnia possunt conuenire, & illud, cui non conueniunt. Hoc igitur cognito in vniuersali, siue generali, procedendū est iuxta hanc doctrinam ad particularia cognoscenda, quoniam in illis cōsistit opus, & inuestigandum est in corpore particulariter occurrente operi, prohibens, particulariter occurrēs, siue sit res naturalis, siue non naturalis, siue contra naturam. Et ex hoc vlterius inuenire, quod prædictorum regiminū particulariter conueniat ei, videlicet an cōueniat ei ordinatio vel regimē in dięta, ad remouendum prohibens, videndum est, vtrū in aere, vel cibis, vel motu, &c. si verò regimen in exhibitione medicinarū, attendendum, quæ medicina sit exhibenda: si verò regimen in manuali opera-

Quod regimē cōueniat corpori ante operationem intentam ab artifice in eo fieri.

Regula.

Regula.

Quid posit esse prohibens phlebotomiā in vniuersali.

Quid sit prohibēs phlebotomiā in particulari.

operatione considerandum, quæ manualis operatio debeatur ei, & hoc cognito, quòd exerceantur prædicta regimina. Igitur hæc tria per ordinẽ erunt necessariò attendenda, vt istud opus, scil. remotio prohibentis perfectè exerceatur, vt primò cognoscatur prohibens particulariter acceptum, & nõ quocunq; modo, sed ꝑ diffinitionẽ: secundò, vt eliciatur ex hoc virtus causę salubris, vel regimen conueniens corpori, ad auferendum illud: tertiò verò, vt attendatur modus exercendi istud regimen. Post has autem cõsiderationes perfectè habitas, non restat aliud, nisi operari, de quo perfectius locuti sumus in cõmento nostro, super ingenium sanitatis, in prima & secũda particula, vbi ostendimus, de quibus, quot, & quę omnia artifex medicinæ considerare debeat, antequam operetur. Quomodo autẽ cognoscere possit artifex prohibẽs, iam perfectè docuimus superiùs in prima parte huius negotij: quomodo etiam per notitiam prohibentis deueniat in notitiam regiminis cõuenientis ad auferendũ ipsum, iam paulò antè diximus, & perfectiùs in tractatu de ingenio sanitatis. Tertium autẽ, scil. qualis sit modus operandi, & regimen ordinandi perfectè, docetur in tractatu de ingenio sanitatis: nec hîc aliquid tangemus, quod non faciat ad propositũ sc. ad phlebotomiam. ¶ Ponatur igitur, quòd inueniremus per prædicta, quòd in phlebotomando corpora nimis calidus aer prohibeat phlebotomiam, cognoscit Medicus, quòd prohibens est aer, inquantum excellenti caliditate informatur, cognoscit etiam quòd virtus auferentis hoc prohibens, debet esse infrigidatiua, ideo studebit infrigidantibus rectificare aerem, quãtum poterit, eo modo, quo in tractatu de ingenio sanitatis docetur: vtpote cum cooperimentis, aut infusionibus, seu instillationibus infrigidantium corpus. Si autem excellẽtia frigiditatis in aere fuerit prohibens, iam scit, quòd non remouetur, nisi calefacientibus, ideo fornacibus cõuenienter factis, aut igne mundo, & claro frigiditatẽ aeris temperet. ¶ Si verò humoris grossities sit prohibens, iam scit, quia subtiliare debet eos: si viscositas, incidere studet, & sic de aliis: & ex hac consideratione Medici sapiẽtes iusserunt aliqua corpora phlebotomãdo vti exercitio mediocriter forti, ante phlebotomiam ad grossum humorẽ subtiliandũ: aut si hoc exercere non possunt, vt vtantur syrupo de calamento, aut de pulegio, vel cõsimilibus. Aliqui autem iusserunt vti syrupo acetoso, per aliquos dies, ante phlebotomiã ad incidendam ventositatem. ¶ Similiter cùm inuenerit, quòd constipatio occurrit operi, tãquam prohibens, cùm sciat, quòd constipatio non est, nisi retentio fæcũ in intestinis, studet contrarium exercere. s. educere ipsas ab intestinis ante phlebotomiã eo modo, quo in pręfatis negociis docetur: verbi gratia, ambulatione, cibis mollificãtibus, suppositoriis, aut aliis causis salubribus ad hoc conuenientibꝰ. ¶ Si aũt effusio choleræ ad stomachũ fuerit ꝓhibens, abscindet hoc medendo stomachũ, & porũ effundentem in ipsum choleram per vomitũ ante phlebotomiam, prouocando ipsum cum leuibus, sicut multa aqua calida mista cum syrupo acetoso, aut similibus: pòst fortificabit stomachi substantiam aggregando partes eius, cum administratione modici panis infusi in succis stypticis aromaticis: vt sunt succus cydoniorum, aut cum saccharo rosaceo, aut syrupo rosaceo, aut mirthino, cum frigida aqua, aut similibus, ꝓ quibus recurrẽdum est ad nominata negotia: deinde post modicam quietem fiet phlebotomia. ¶ Si verò prohibẽs fuerit fortis sensus in ore stomachi, hoc enim diximus superiùs, vnum de prohibentibus non ratione sui, sed ratione eius, quod posset sentiri, scil. inanitionis, de qua timentur nocumenta, quæ superius docuimus, tunc Medicus obuiabit illi ratione, cuius timetur nocumentum, scil. futuræ inanitioni, & ideo ministrabit in hoc casu bucellas panis infusas aliquo succorum, ad aggregandas partes membri, & in hoc casu cõceditur, vt bucella laudabilis assaturę carnium recipiatur ante phlebotomiam, cum bucella panis & modico vino, sic præseruatur à syncopi & aliis nocumentis, possibilibus euenire corpori, ex forti sensu inanitionis. ¶ Similiter debilitati stomachi obuiatur, occurrendo abscisione causarũ debilitantiũ, sicut solutioni continuitatis aut malitię complexionis: nam si frigiditas causet debilitatem, ministrabitur ante phlebotomiam panis infusus succo, vel syrupo menthæ, maximè muscato, aut modico diamusci, aut diambrę cum vino vel similibꝰ, vel applicetur regioni stomachi, & ori medicamina, similis virtutis. Quod si causetur ex caliditate, fient contraria, sicut cum succo cydoniorum, aut similibus. Similiter aũt proceditur in alia malitia cõplexionis, secundũ doctrinã traditã in tractatu de ingenio sanitatis. ¶ Si verò acutus dolor prohibens fuerit, studebit Medicus sedare dolorem, seu abscindere ante phlebotomiã: causas autem abscindentes dolorem, quãtum ad virtutem, Medicus cognoscit, sicut diximus, cognita natura & essentia doloris: scit enim, quòd non abscinditur dolor, nisi abscindantur ea, quæ constituunt doloris essentiã, sicut perfectè docuimꝰ in duodecima particula de ingenio sanitatis, vbi de modo agitur sedãdi dolorem. Cùm autem doloris essentia eo modo, quo cadit in considerationem Medici, cõsistat in sensu, tanquam in percipiente virtute, & re contraria, tãquam in obiecto illius sensus, scil. in solutione continuitatis, & malitia complexionis diuersæ, sicut perfectè scripsimus in expositione tractatus Galen. de malitia complexionis diuersæ, & quarto de morbo & accidenti, vbi ad sensum mõstrauimus solidam veritatem Galeni non fuisse intellectam ab Auicen. qui in medicina maiorem partem Medicorum latinorum infatuat, tunc scit Medicus, quòd non potest sedare dolorem, nisi abscindendo vel rem contra naturam, vel virtutem percipiẽtem eam, sc. sensum vel ambo simul. Cùm autem sit sensus res naturalis, & res naturalis faciat ad cõstitutionẽ corporis sani, debet Medicus seruare sensum, & non abscindere vel debilitare: debet laborare ad ablationem solutionis continuitatis, aut malitiæ complexionis causis conuenientibus. Quòd si Medicus causas non habuerit, & acumen doloris inducias nõ cõcedat, cùm maius sit nocumentum periculũ corporis, quòd timetur ex acumine doloris, quam abscisio vel debilitatio sensus, quod continetur ex causis, hoc procurantibus: ideo Medicus studet maius nocumẽtum euitare,

Commentatus est librum de ingenio sanitatis.

Si aer fuerit prohibens.

Si humor fuerit prohibens.

Si constipatio fuerit prohibens.

Si cholera effusa ad stomachum fuerit prohibens.

Si fortis sensus in ore stomachi fuerit prohibens.

Si debilitas stomachi fuerit prohibens.

Si dolor ventris fuerit prohibens.

Commentatus est opera Gal.

Contra Auicennam.

& hoc de intentione ipſius. Ideo Medicus in hoc caſu ſapienter agit, cùm ſtudet abſcindere, vel in toto vel in parte rem aliquam naturalem, & non tãtùm ſenſum, ſed etiam membrum, ſicut in tractatu de ingenio ſanitatis oſtendimus: expedit aliquoties amputare pedem, vel manum, vt reliquum corpus ſaluum vel ſanum fiat. Inuento igitur, quòd neceſſariò debet auferre ſenſum, vel in toto vel in parte, laborat hoc facere ad hoc conuenientibus, de quibus licet in duodecima parte ingenij ſanitatis perfectè diximus, tamē propter iuniores hoc breuiter repetemus, dicentes, quòd Medicus per notitiam quidditatis rei auferendæ deuenit in notitiam virtutis cauſarum auferentium. Hic enim eſt canon, quem diximus tradi in ingenio ſanitatis, vbi enim traditur ars inueniendi, qualis debeat eſſe virtus cauſarum ſalubrium efficientium ſanitatem, cùm vult auferre ſenſum, primò conſiderat, quę ſint ea, quæ cōcurrunt neceſſariò ad ſenſum conſtituēdum in corpore vel in membro, prout eſt potentia percipiendi obiectum ſenſibile. Scit autem, quòd ad hoc vt membrum habeat hanc potentiam, neceſſarium eſt in membro duo concurrere, ſcilicet vt recipiat virtutem ſentiendi ab origine ſua: ſecundum eſt, vt habeat diſpoſitionem naturalem, per quam aptū ſit ad exercendum operationes conuenientes illi virtuti. Ergo iam cognoſcit Medicus per hoc, quòd abſcindens ſenſum in toto vel in parte, quia hoc differre non facit cauſas, quantum ad eſſentiam virtutis, ſed ſolùm ſecundum intenſum & remiſſum, hoc non poteſt eſſe, niſi altera duarum, aut ambæ ſimul, ſcilicet ſubtrahēs virtutem ſentiendi organo, vel auferēs naturalem diſpoſitionem, ſiue diuiſim, ſiue ſimul corpori applicētur. Cùm autē vlterius vult cognoſcere cauſam ſubtrahentem organo, virtutem ſentiendi receptam ab origine aliqua conſiderat: ſimiliter quid ſit virtus illa, quæ tranſmittitur ad organum à prædicta origine. Per cōſiderationem autem ſuam, inquantum Medicus eſt, non dicit virtutē ſentiendi, niſi ſpiritum animatū tranſmiſſum à cerebro ad prędictum organum: & ideo dicimus virtutem ſentiendi, quia virtutem naturalem Medicus dicit eſſe complexionem, ſicut in tractatu de intentione Medicorum oſtendimus. Diximus etiam, inquantum Medicus, propterea quia ſecundū conſiderationem naturalis philoſophię, quæ ordinatur ad alium finem, vt prædicto tractatu oſtendimus, aliud oporteret dicere, quòd eſſet virtus ſentiendi, vel alia virtus corporis animati, quia propriè eſt animæ potentia ordinata ad exercendam talem actionem, ſic enim notificat per ſubſtantiam, à qua manat, & per actionem qua cognoſcitur. Sed cùm ad potentiam animæ auferendam per ſe, vel quomodolibet mouendam per ſe, Medicus non habeat cauſas, propterea quia nec anima, nec eius potentia, ſicut in aliis eſt oſtenſum, ſubiicitur motui, ideo prætermittit hanc conſiderationem, inquantum Medicus eſt, cùm nullum præbeat ei iuuamentum in operatione: ſed cùm ſciat virtutem eſſe principium actionis, illud dicit eſſe principium cuiuſcunq;, quod comparatū ad eam eſt, primum principium tranſmutari potens. Patet autē ſecundum hanc conſiderationē, quòd in eo, quod trāſmittitur in organū aliquod, ab origine ſenſus primum principium tranſmutari potens, eſt ſpiritus, quem Philoſophus naturalis propriè vocat latorē virtutis. Sed quocunq; modo conſideretur à Medico, quia hoc alibi perfectiùs diſputauimus, habetur quòd iam cognoſcit Medicus, quòd cauſa ſubtrahens virtutē ſentiendi organo nō poteſt eſſe, niſi ſubtrahens tantùm ſpiritum tranſmiſſum ad ipſum ab origine aliqua, ad exercēdum actionē ſentiendi. Non reſtat ergo aliud niſi differētias cauſæ trahentis inueſtigare ſenſuum: ergo conſiderat hoc, inuenit, quod cauſa ſubtrahens ſpiritum organo, aut eſt reſoluens ipſum ab organo, & mouens extra corpus, aut eſt mouens in partem oppoſitam organo, vel diuerſam in corpore: recurrit ad negotia quibus agitur de materia, & virtute cauſarum ſalubrium, talem virtutem habētium. Et ideo cùm vult Medicus ſedare vel alleuiare dolorem auferendo, vel debilitādo ſenſum per ſubtractionem ſpiritus, applicat membro temperatè calida ad reſoluendū ſpiritus à membro, non attrahendū. Alia etiam intentione (ſicut diximus in tractatu de ingenio ſanitatis) proſunt talia calida ad alleuiandum dolorem, ex quacunque complexionis malitia cum materia, ſcil. ad reſoluendam materiam. Sed ſecundum hanc conſiderationem non proſunt in doloribus ex malitia complexionis, ſine materia, aut ex ſolutione continuitatis; ſed ſecundum intētionem reſoluendi ſpiritus, proſunt omni dolori. Ad ſubtractionē autem per motum in partem diuerſam vtitur frictionibus in oppoſitis partibus, aut ablutionibus cum calidis, aut ventoſitatibus, aut procuratur inſtrumētis Muſicis, ſpirit9 diſtrahi à cognitione, vel quomodolibet aliter, ſicut in prædictis negotiis edocetur. Si verò iſte ſedandi modus ſufficiens aut promptus non fuerit, & cogatur Medicus (vt diximus) ſedare dolorem per ablationem ſenſus, tunc neceſſariò oportet ipſum ad euitandum nocumentum auferre ab organo diſpoſitionem naturalē: quia iſtud eſt, vt diximus, neceſſarium ad hoc, vt habeat potentiam exercendi ſenſus actionem: & ideo primitùs fecimus mētionem de ſubtractione ſpirituum, quia, vt in tractatu de ingenio ſanitatis dixiſſe recolimus, & etiam oſtendiſſe, ex fine intēto à minus nociuis Medicus inchoare debet. Minus autem nocumentum, ſicut patet, eſt organo ſubtrahere id, quod non eſt de conſtitutione ipſius, ſc. ſpiritum, quàm remouere diſpoſitionē ipſius naturalem, quæ facit ad eius eſſentiam, inquantum eſt organum viuētis corporis: & ideo, donec aliæ operationes min9 periculoſę deficiāt, nō debet ad hanc manum porrigere, ſed aliis deficientibus, ſi ad hanc exercendam ſe conuertat, excuſatus eſt à reprehenſione, quia vt prudenter Galen. recitauit in magna arte: qui nō habet, niſi vnam viam ſuę deambulationis, per quam tranſmeare debet, neceſſariò pertranſibit eandē. ¶ Redeuntes igitur ad propoſitū dicimus, quòd cùm Medicus vult auferre diſpoſitionem naturalem ab organo, per quam eſt organum aptum ad ſentiendum ſolutionem continuitatis, aut malitiam complexionis, cōſiderat primò, vt ſuperiùs diximus, in rebus aliis auferendis, quid ſit illa naturalis diſpoſitio, per quam membrum efficitur organum ſentiendi, ſi complexio aut dolor, ſicut com-

Duo concurrunt ad conſtituendum ſenſum in mēbro.

Quomodo temperatè calida ſedant dolorem.

Quomodo frigidita[...] dant dolorem

cōparatio naturalis, tunc conſiderat Medicus, q̄d hoc aut illud ſit; ſcit autē Medicus, ſicut oſtēſum eſt in quarto de rebus contra naturam, quòd vehemens delectatio non fit, niſi in ſenſu tactus, illud autē quod diſponit organum ad tactum exercendum non eſt, niſi complexio, ſicut alibi oſtenſum eſt. In propoſito igitur, vbi de ſedatione acuti doloris loquimur, licet dicere, quòd diſpoſitio naturalis organi ſenſitiui eſt complexio, igitur ad inueniendam virtutem cauſæ auferentis complexionem, cùm conſideret Medicus, quid ſit illa complexio, inuenit, quòd eſt temperamentum in primis qualitatibus proportionaliter conueniens organo ad exercendum talem vitæ actionem, ſc. talem ſenſum. Ex quo iam cognoſcit per contrarium, quòd cauſa auferens dictam complexionem debet habere virtutem diſtemperandi virtutem organi, per qualitatem primam, maximè impedientem vitæ actionem: talis autē non poteſt eſſe, niſi infrigidans, ſic ex conſideratione frigiditatis habita in naturali philoſophia, cuius concluſiones ſupponit, & ex ea, quę de ipſa habetur in medicina. Iam igitur habet, quòd infrigidantibus in tali caſu debet vti inchoando primò à debilibus, propterea primo applicat membro roſas, deinde craſſulā, his non proficientib. papauere albo, & tandem opio, & mandragora, & ſimilib. vti cogitur: ſupradictis igitur modis, huic prohibenti poterit medicus obuiare. ¶ Eſt etiam poſſibile, quòd occultatio venarum ſit prohibēs phlebotomiam fieri, inquantum inciſio eſt, hoc enim eſt vnum de prohibentibus ſuperiùs dictis, vbi de conſideratione particulari, nō à parte corporis occurrentium egimus, ſiue illa occultatio, cauſetur ꝓpter ſtricturam, ſiue propter profundum ſitum, iſtud prohibēs remouere ſtudet Medicus diuerſo regimine, ſecundum diuerſam intentionem, quā habet in incidēdo venam. Quaſdam autem venas penitus intendit incidere, aut extrahere, ſicut venas pulſantes in temporibus, in hemicrania, vbi timetur deſcenſus aquæ in oculos: quaſdam intendit ſolùm aperire findendo ſuperficiē maximè, ſicut venas brachij, & manus, &c. In inciſione igitur primarum venarum, quam intendit Medicus, oportet findere cutem, & dilatare vulnus, donec carnem remouere poſſit à ſuperficie venæ, ſicut ꝑfectè docetur in particularibus negotiis chirurgiæ, & in lib. de compoſ. med. ſecundum genera Gal. & ideo diximus in particularibus, quia in tractatu vniuerſali de ingenio ſanitatis nō docetur particulariter exerceri. Cùm autem Medicus intendit ſolùm findere venam, eſt neceſſarium ei diſtinctè cognoſcere ipſam, ne errore percutiat membrū aliud, vtpote lacertum, aut neruum, &c. Ad hunc igitur errorē euitandum oportet Medicum procurare, vt vena manifeſtetur ſenſui eius diſtinctè ab aliis mēbris: iam autem per ſe patet, quòd non poteſt illud facere, niſi procurando vt vena intumeſcat, quanto amplius poterit, nam per hoc ſolùm ſenſibiliter diſcerni poterit ab aliis membris. Tumefactio autem nō poteſt fieri, niſi per impletionem earum in illa parte, in qua quæritur ipſarum manifeſtatio, ideo oportet Medicum in propoſito vti hanc repletionem procurantibus. Iam quoque patet, quòd nullæ cauſæ poſſunt hoc facere, niſi

Si occultatio venarum fuerit prohibens.

vel coaceruando ſanguinem in illis venis, vel relaxando & mollificando eas, vt capacitati ſanguinis, & earum extenſioni fiant habiliores: vt ergo relaxentur & mollificentur ipſæ venæ, & etiam cutis, oportet vti leuiter calefacientibus & humectantibus actu. Ideo quando volumus ſaphenas aperire hac intentione, iubemus in aqua calida per horam ante balneare, & quòd in eadem aqua teneantur poſt inciſionem, hoc non fit propter intētionem hanc, ſed vt clauſio vulneris impediatur, & congelatio ſanguinis, quæ leuiter venit ibi ante ſufficientem euacuationem propter ſtricturam venarum, & à fonte caloris elongationem ſpirituum. Et licet pertineat ad ſequens capitulum, tamen breuiter de ipſo nos expediemus hîc, vt non oporteat poſt facere mētionem.

Quare vena parua phlebotomātur cum aqua calida.

Cauſæ autem congregantes ſanguinem in venis non ſunt, niſi attrahentes ſanguinem ad venas, aut impellentes ipſum ad eas: cùm ergo Medicus vult prouocare ampliationem venarum per congregationem ſanguinis in eis, neceſſarium eſt, vt laboret attrahere ſanguinem in eis, & etiam impellere ad eas, quarum manifeſtatio quęritur: propter hoc igitur ad attrahendum dixerunt ſapientes bonum eſſe fricare partem, in qua vena quæritur. Quidam autem dixerunt calefaciendam eſſe partem ad ignem, ſed quia calor ignis non attrahit, niſi quod ſubtile eſt, non ſuademus, vt hoc fiat, ſi immediatè pòſt fieri debet inciſio: aliquoties vtile eſt hoc facere, vt in tempore frigido ad remouēdam à cute duritiem cauſatam à frigiditate exteriori, & hoc in corporibus debilibus, in quibus per exercitium, aut motum membrum non poteſt effectus depelli frigiditatis, in aliis etiam ad duritiem remouendam ſuauiter inungimus locum, vbi volumus venam aperire, in quibus dura, & aſpera eſt naturaliter cutis. Ad impellendum autem ſanguinem ad venas, oportet ligare membrum verſus originem venarum, videlicet verſus partem domeſticam, ſemper non lōngè à loco in quo debet aperiri vena. Ligetur autem cum faſcia non multum lata, vt melius ſtringi, nec multum ſtricta, vt amplius impelli valeat. Stringatur membrum taliter, vt per comprehenſionem venarum factam in loco ſtricturę, ſanguis ad locum ſignatū veniat. Quantitas occultationis perpendetur ex quātitate materiæ, & pinguedinis, & carnoſitatis corporis, vnde in macris corporibus debiliter ſtringere ſufficit, comparatione corporum groſſorum, ſimiliter etiam quantitate occulta corporis diuerſificatur durities, & groſsities: quare & hoc conſiderare oportet ad menſurandam quantitatem ſtricturæ, & etiam operationem membri, ſicut ſtatim dicemus de collo. Hac igitur intentione ſtringimus ante inciſionem, cùm faſcicula medium adiutorij, quando volumus aperire venas, quæ ſunt in plicatura brachij: pro venis autem manus ſtringimus extremitatem vlnę, quæ terminatur ad radicē manus, cùm volumus aperire venas à mento, ſuperiùs ſtringimus collum cum faſcia leni, ne anhelitus prohibeatur. Vt ergo manifeſtentur venæ, fit iſta conſtrictio ante inciſionem, & ideo diximus antè, quia poſt inciſionem etiam quandoque fit, non tamen ita fortiter, propter hoc, vt velocius & ſufficiētius etiam ſanguis veniat. Di-

Quare frictio fit & ligatio in phlebotomia.

Quare poſt inciſionem fit relaxatio ſtrictura in phlebotomia.

cimus autem non ita fortiter fieri, vt ſanguinis tranſitus nõ impediatur propter fortem ſtricturam, retinetur ſanguis ꝓpter fortem ſtricturam, maximè in macris corporibus, & in illis venis, quæ ſunt ſupra ligaturam, ſed ab illis, quæ ſub ligatura ſunt, fortiùs euacuatur ſanguis: ideo facta inciſione relaxamus ſtricturam, ne retineatur. Quando autem volumus aperire venas colli circa furculam, cum ſtricta corrigia ſtringimus collum, vt manifeſtetur vena. Prodeſt etiam ad hoc retentio aeris attracti copiosè: adhuc vt manifeſtior ſit vena, debet inclinari caput in partem cõtrariam, propter hoc enim cutis, quæ prius rugata manebat, tenditur & attenuatur, & vena maniféſtiùs apparet: amplius prodeſt hæc ligatio ad inciſionem firmiùs exercendam, nam cute rugata exiſtẽte, labitur phlebotomus propter lapſum cutis. Oportet autem cauere, ne nimis inclinetur caput in contrariam partem, quia ſuperficies venæ ſuperior inferiori vicinaretur: hoc autem diſponeret ad ſuperficiei inferioris inciſionem, ſiue fieret inciſio ſecundũ latum, ſiue ſecundum longum, quod eſſet cauſa apoſtemationis propter coagulationem ſanguinis in parte inciſa. Supradictis igitur ligationibus, frictionibus & cæteris obſeruatis eſt videndum, vtrùm vena diſtinctè appareat viſui ſecundum colorem, & figuram, vtpote ſi viſu diſtinctè apprehẽdatur corpus oblongum, protendens liuidum colorem comparatione aliarum partium, quod ſi ſit, iam habetur propoſitum, & non aliud reſtat, niſi incidere. Si verò viſui nõ manifeſtetur, ſecundum hunc modum tentetur: his obſeruatis, vt tactu diſcernatur, & ideo cum indice tangẽda eſt ſuauiter pars, vbi quæritur vena, & conſiderandum, vtrùm digito occurrat corpus mobile localiter ſecundum figuram columnæ, ita vt cedat tactui, cùm comprimitur, ſicut vter plenus, ad differentiam nerui, & chordæ, & cùm ſuauiter eleuatur digitus, ſentitur vena turgeſcere ad modum pleni vtris. Et vt etiam plenior certitudo habeatur, debet primò cum minimo digito premi locus, deinde illo digito remoto applicetur index & ſuauiter cum eo prematur locus propinquus minimo digito elabendo verſus eum: conſideretque diligenter tunc, vtrùm verſus medium digitum ſentiatur aliquid manifeſtè turgere per motum rei contentæ interius, ac ſi corpus columnare repleretur, quod non fit in neruo & chorda: quod ſi ſic fiat, notetur diligentiſsimè locus, quoniam ibi vena eſt. ¶ Venam autem pulſantem à non pulſante Medicus ſolo pulſu diſcernit, caueat ſibi tamen, ne decipiatur: ſtrictura fortis, vel ligatio impedit motum arteriæ: cùm ergo Medicus vult aperire venas, quæ ſunt in brachio, maximê baſilicam, ſub qua magna locatur arteria, tangat ipſe primò locum cum digito, & vbi ſenſerit arteriam pulſare, notet, deinde ligetur brachium, & videat cùm ligauerit, vtrùm tumor ad modum ciceris, aut lentis appareat in loco ſignato, videlicet vbi pulſat arteria: & ſi ſic non tangatur, quia eſt arteria, quæ inflatur propter ſanguinem impulſum, & melius certificatur, ſi relaxato ligamento deleatur, & iterum reparato appareat. Cauſa autem, propter quam ſub tali forma appareat, eſt, quia ibi arteria facit, quaſi extremitatẽ, propterea, quia

…omodo in…eniatur vena viſui non manifeſta.

ſeparatur à vena profundando ſe, quæ curuatio incipit in curuatura brachij: & quantò amplius profundatur arteria in illo: ergo ſi in initio curuationis, vbi facit angulum, appareat talis forma tumoris, quando fortiter ſtringitur brachium, tunc relicto prædicto loco, incidenda pars baſilicæ manifeſta, quæ magis accedit ad manum. ¶ Si verò poſt prædicta examina Medicus adhuc dubitet, debet quærere ramum vnum propoſitę intentionis, ſicut annularem loco baſilicæ: ſi adhuc nihil diſtinctè nouerit, quærat venam magis appropinquantem ad virtutem prædictæ, ſi in omnibus dubitauerit, permutabit operationem, ſicut poterit, vt ſuperiùs diximus in vltimo capitulo primæ partis. ¶ Ex his ergo, quæ dicta ſunt, iam poteſt colligi, qualiter procedere debeat Medicus ad remouendum ea, quæ prohibēt ſuam operationem, & ſpecialiter phlebotomiam. Et licet ſuperiùs plura alia dixerimus eſſe prohibentia, tamen hîc fecimus mentionem tantùm quorundã exempli loco, vtpote illorum quę Medici ad ſubtilem conſiderationem requirũt, quoniam in his, quæ auferri non poſſunt, ſicut eſt ætas aut ſexus, non debet occupari conſideratio artificis ad auferendum: ſimiliter in his, quæ leuia ſunt, ſicut ſunt accidẽtia animæ & obſcuritas aeris, &c. patet modus auferendi ꝑ ea, quę in aliis dicta ſunt. Patet nihilominus ex prædictis veritas eorum, quæ ſuprà diximus, ſcilicet quod aliqua prohibentia remouentur per regimina in diæta, ſicut per rectificationem aeris & per cibationem & exercitium. Quædam verò per adminiſtrationem medicinarum, ſicut per ſubtiliantia modica & ſtyptica, &c. quædam autem per manualem operationem, ſicut per inciſionem cutis, excarnationem venæ, &c. quæ omnia conueniunt corpori phlebotomando, ſecundum quod ad ipſum phlebotomia ordinatur.

De Regimine in actu ipſius operationis, Cap. II.



POSTQVAM docuimus prohibentia remouere, quod pertinere diximus ad regimen corporis, antequam phlebotometur, ſecundum tamen quod ad illam refertur, ſequitur, vt oſtendamus per ordinem regimen corporis, quod ei conuenit in ipſo actu phlebotomiæ. Sciendum autem eſt, quòd regimẽ ratione phlebotomię, quod diximus ordinari ante phlebotomiam, non conuenit corpori dum phlebotomatur, ita vt poſſit ipſa rectè exerceri, quoniam illa commenſuratio rerum non naturalium, quæ fit ante phlebotomiam ad hoc, vt prohibentia remoueantur, non eſt niſi regimen in diæta, quo adhibito corpori poterit phlebotomia exerceri, ergo poſt prædictum regimen ratione phlebotomiæ nulla alia diæta neceſſaria eſt. Similiter nec regimen applicationis medicinarũ cõuenit corpori, dum phlebotomatur ratione ipſius phlebotomiæ: quia illud regimen non eſt, niſi remouens illud, quod prohibet phlebotomiam fieri. Regimen autẽ remouens prohibens præcedere debet ipſam operationem, vt diximus. Concluditur ergo ex his, quòd regimen in diæta & adminiſtratione medici-

dicinarum à supradicto non conuenit corpori,
quod phlebotomatur, nisi ratione eius, quod su-
peruenire potest corpori in actu phlebotomię: &
hoc ideo, quia regimen ei cōueniens propter ea,
quæ causantur facta phlebotomia, dicemus in
sequenti capitulo & vltimo huius operationis.
De regimine autem in manuali operatione iam
per se patet, quòd conuenit corpori ratione phle
botomiæ ea parte, qua phlebotomię incisio est: vi
dendum est igitur de his regiminibus, eo modo,
quo cōuenit corpori, dum phlebotomatur, qua-
liter exerceri debeat. Et primò de regimine con-
uenienti ratione phlebotomiæ: secundo verò de
regimine conuenienti ratione sui effectus, iste e-
nim est ordo naturalis, scil. vt causa præcedat ef-
fectum, & similiter consideratio de causa secun-
dum speculationem intellectus præmittenda est
considerationi de effectu. ¶ Cùm autem phlebo-
tomiam duo constituant, vt superiùs diximus in
descriptione phlebotomiæ, scilicet incisio & eua-
cuatio, primo de incisione agendum est, tãquam
de prima, declarando qualiter debeat exerceri.
Cùm enim incisio varietur per longum, latum,
transuersum, strictum, & amplum, consideran-
dum est, quis istorum modorum commodior &
vtilior, quoniam secundum istos modos debet
fieri: hæc enim est forma rectè operandi, sicut su-
periùs diximus. Regula autem inueniendi hoc,
est illa, quam superiùs diximus, scilicet vt consi-
deretur effectus, vel iuuamentum & nocumen-
tum, quod causare potest in corpore vnaquęque
illarum incisionum: deinde, particularia occur-
rentia à parte corporis considerentur, & his com
paratis & cōsideratis adinuicem elicietur, vtrùm
operatio sit vtilis corpori, aut non, aut plus vti-
lis, quam inutilis, vel econtra, secūdum formam,
quam docuimus in vltimo capitulo partis primę
istius negotij: hæc est regula vtilis, vt superiùs
diximus, ad inueniendum de quacunque opera-
tione, vel causa salubri. Item ex prædicta doctri-
na patent regulæ ad inueniendam potentiam,
quam habet ad immutandum corpus operatio
proposita, scilicet ad inueniendum numerum &
significationem particularium à parte corporis
occurrentium, quapropter in aliqua operatione
supradictas regulas iam amodo repetere non o-
portet, sed secundum formam ipsam procedere
ad inuestigandum propositum. Igitur conside-
ratio, si est stricta incisio, inuenitur, quòd ipsa
præbet exitum solùm humori, vel sanguini sub-
tili, impedit autem exitum crassi, contrarium di-
cendum de larga: item illa est vtilis ad conserua-
tionem spirituum, & per consequens virtutis, i-
sta verò non. Ex quo patet iam, quòd in corpori-
bus, in quibus grossus abundat sanguis, & non ti
metur defectus virtutis, est vtilis aut minus vti-
lis, ideo ex hac intentione iusserunt sapientes lar-
gas incisiones facere in hyeme, in corporibus, in
quibus sanguis est subtilis, & spiritus, vtilior est
stricta, & hac intentione iubetur calidis fieri in
pueris, & in æstate. Eodem autem modo atten-
dendum per consideratione particulariũ, vtrùm
retẽtio grossi sanguinis, q̃ procuratur per strictã
incisionem, possit vtilis esse corpori plus, quàm
nocẽs, quoniá ex hac intẽtione fieret stricta, vt in
corporibus, in quibus fit ꝓpter curationẽ vulne-

A rum interiorum membrorum: quamobrem iu-
bent sapientes subtilem aut strictam facere inci-
sionem in curatione vulnerum pulmonis, & pe-
ctoris, quoniam grossus sanguis ad consolidatio-
nem vtilior est subtili. ¶ Similiter autem conside
ramus incisionem, in quantum secundum latum
fit, aut longum, aut transuersum: nam si vena fue
rit localiter mobilis, & effugiat phlebotomum,
ne cadat incisio super partem aliam, maximè si i-
bi fuerit neruꝰ, aut chorda, aut arteria, melius est,
B vt fiat secundum latum, aut transuersum, modi-
ca autem est differentia inter latum & transuer-
sum. Venæ autem mobiles sunt venæ colli, ideò
in eis secundum latum fit incisio, quandoque eti
am sunt tales venæ brachij, & præter hoc etiam
ibi concurrunt membra, quæ diximus, sicut cum
venis pedum, quoniam propinquæ sunt neruis
& chordis, proinde etiam secundum latũ & trans
uersum inciduntur. In saluatella verò, cùm sita
sit quasi in valle, securior est incisio secundum lõ
C gum facta, quàm secundum latum, non enim ti-
metur eius mobilitas lateraliter. Alia etiam inten
tio est secundum longum, quàm secundum la-
tum aut transuersum, vt videlicet euacuatio san-
guinis non impediatur: in paruis enim venis &
strictis, quarum sunt venæ labiorum & linguæ
secundum longum inciduntur, non secundum
latũ, vel transuersum, etiamsi fieri possit. ¶ Quan
doque verò alia intentione variantur isti modi
incisionis, scilicet propter intentionem, quam ha
D bemus ad tardam vel festinam consolidationem
vulneris: cùm enim volumus, vt citò consolide-
tur vena in plicatura brachij, incidimus secundũ
longum, quia cùm brachium maximè secūdum
longum situetur conuenientius labia vulneris
adhærent. Cùm volumus tardare consolidatio-
nem, sicut cùm proponimus reiterare phleboto-
miam, per eundem locum incidimus secundum
latum: Nam extensio brachij prohibet adhærere
labia vulneris, & consolidationem fieri. Propor-
E tionabiliter autem Medicus considerabit in alijs
venis iuxta formam motus membri, quietis, & si-
tus: Hæc etiam intentio, quæ variat secundum la
tum & longum, incisionem potest variare secun-
dum strictum & amplum, quoniam planum est,
quòd incisio stricta & parua citius consolidatur
larga & magna. Secundum quamcunque igitur
formã debeat incisio fieri, accipiendꝰ est phlebo
tomus in medio, sic vt non vacillet: & teneatur
cum pollice, & duobus sequentibus digitis, sitq;
F phlebotomus acutus, vt leuiter penetret, & dolo
rem non inducat suæ penetrationis difficultate,
sit etiam mundus ab omni rubigine, & quacunq;
alia substantia, quoniam omnia hæc impediunt
penetrationis leuitatem: ideò lauari & tergi de-
bet diligenter, & suauiter, ne aspera tersione hebe
tetur. Si tamen aliquod iuuamentum speremus
ex aliena substantia, dimittatur ibi, sicut de oleo
facimus, cùm volumus sectionem reiterare, vn-
gimus oleo, aut butyro, vt impediat cōsolidatio-
G nem vulneris. Profundetur phlebotomus in ve
nam suauiter, non cũ impetu ne rumpatur, nõ di
rectè, ne inferior superficies venæ tangatur, sed
obliquè, & mensuret quantitatem profundatio
nis secundum quantitatem venæ, & etiam secun
dum quantitatem incisionis, quã facere intendit:

Quomodo debeat teneri phlebotomus.

quod si profundare non audeat, & necessaria sit A
maior incisio, aperiet superficialiter venam cum
phlebotomo habente pilum, seu dentem acu-
tum, & incisum in aliqua sui parte iuxta cuspi-
dem, ad modum serræ, & in extractione phlebo-
tomi fixo dente in venam findatur cum eo. Ali-
qui pilum in summitate phlebotomi cõstituunt,
& profundato in venã modicè resupinãt ipsum,
deinde trahendo ad exterius findunt: & isti mo-
di findendi in venis strictis, & lateraliter mobili- B
bus securant ab errore labendi, & tangendi a-
liam partem venæ, ex profundatione enim phle-
botomiæ in aliam partem apostema generatur,
quandoque etiam fistula, sicut in venis, quæ sunt
in angulis oculorum, quæ supra os seu membrũ
frigidum situantur. ¶ Facta igitur incisione alia,
duo restant, scilicet euacuatio & obuiare nociuis
accidentibus, quæ apparent in ipsa euacuatione:
oportet ergo primo attendere formam rectę eua-
cuationis, ad quam cognoscendam Medicus de-
bet tria considerare, scilicet quantitatem sangui- C
nis qui euacuatur, & qualitatem ipsius & iuua-
mentum euacuationis. Ex his tamen tribus duo
sunt principalia, scilicet qualitas sanguinis, & iu-
uamentum euacuationis: quantitas verò debita
per considerationem horum duorum cognosci-
tur esse debita & conueniens: Etiam quantitas
absolutè considerata non inquantum debita est
& conueniens, siue parua siue magna per se, in-
dicat bonitatem euacuationis & sufficientiam.
Istud enim necessarium est cognoscere ad certi- D
ficandum, vtrùm phlebotomia facta per incisio-
nem sit rectè aut artificialiter facta: nec sufficit
consideratio supradictorum particularium, quo-
niam ex illa consideratione non concluditur ne-
cessarium iudicium, sed probabile tantùm, & in-
de est, quia iudicio Medicorum dispositionibus
corporis sanabilis & de conuenientia causarum
salubrium sumta sunt ex cõsideratione particu-
larium, quorum variæ sunt causæ, & etiam mul- E
tipliciter variantur. Dixit Galenus quòd talia iu-
dicia Medicorum probabilia sunt & non neces-
saria, hoc perfectè exposuimus in regimento acu
torum, vbi etiam diximus, quòd virtus, ætas, se-
xus, complexio & consuetudo, &c. quæ diximus
esse superius particularia, non sunt particularia
secundum quod in arte considerantur: quia ars
de particularibus non est, cùm sit regula vniuer-
salis. Vnde ars medicinæ non agit de ætate pueri
huius vel illius, vel complexione calida huius vel F
illius, sed vniuersaliter de ętate puerili & comple
xione calida, in quocunq; corpore, & sic de aliis,
& hæc vniuersaliter accepta perpetua sunt, semp
enim talis complexio, & talis ætas, & sic de aliis:
licet non semper sit talis complexio in hoc, vel in
illo, & ideo de his ars est: sed dicuntur particula-
ria, quia ad quod singulariter regulæ artis ordi-
nantur, particulariter occurrũt, quemadmodum
erit corp⁹, quod subiicitur operi, est hoc vel illud.
Similiter ætas, complexio, & cuncta, quę eis con- G
ueniunt, indiuidua sunt secundũ quod ad ipsum
referuntur, & à consideratione illorum sic parti
culariter occurrentium Medicus operari volens
artis regulis informatus, debet elicere iudicium
de dispositione eius, & operi cõuenienti ei. Ideo
dicebamus, quòd medicina Medicorum manat

Quæ sint considerandæ in phlebotomia facta incisione.

à consideratione particularium, quæ cùm vario A
modo, seu aspectu adinuicem in diuersis corpo-
ribus occurrant, & ipsa secundum particularita-
tem comprehendi non possint propter multitu-
dinem eorundem, hinc est, quòd iudicium ab eis
nõ est necessariæ veritatis: sed cùm accipitur cũ
plurium cõsideratione, & etiam potiorum signi-
ficãdo, fidem facit, sicut iudicium Astronomorũ,
& Rhetorum, quod similiter procedit per consi-
derationem particulariũ maiorũ, & manifestorũ.
¶ Est aliud etiam ex parte nostra, quod impedit B
certitudinem iudicij, scil. imperitia Artificis: nam
sicut Galen. docuit in Therapeutica, & nos ibidẽ
scripsimus, nõ potest perfectè seu cum certitudi-
ne iudicare de dispositione corporis particulari,
& operi conuenienti & particulariter, nisi qui po
tens est omnium particulariũ significationes at-
tendere, & eorum virtutes & significationes ad-
inuicem comparare, sicut etiã superius docuim⁹.
Medicus autem, qui potest hoc facere, vt ibidem
dixit Galen. debet esse subtilis, seu ingeniosus, id C
claræ apprehensiuæ & facilis memoriæ, debet e-
tiam esse sciens, id est, perfectè habens notitiã de
regulis artis: item diligens & solicitus ad laborẽ
vtroq; labore, scil. mentis in studendo, & corpo-
ris in visitando: præterea debet esset exercitatus
in rebus particularibus, & cum his etiam debet
esse bonæ memoriæ, id est, bene recolens appre-
hensa & experta. Cùm enim talis perfectio raro
reperiatur in Medicis, inde rarum est, vt iudicia
Medicorum sint secũdum exquisitam veritatem D
accepta: ideo supradictis causis exigentibus, di-
xit Galen. in commento prædicti libri, scilicet re-
gimenti, & aliis locis quamplurimis, quòd acce-
pta sit secundum æstimationem artificialem, quę
est æstimatio propinqua veritati, & pro parte ma
iori vera. ¶ Sed ad certitudinẽ habẽdam de recti-
tudine operis & iudicij cuiuscunq;, oportet con-
siderare vlterius effectum operis, scilicet vtrùm
fuerit vtilis corpori aut nociuus. Nam si vtilis, cer
tificatur, quòd opus est rectum & similiter iudi- E
cium, si verò nociuus, opus & iudiciũ minus re-
ctum erit: ideo ad examinandum iudicium do-
cuit Galen. recurrere ad considerationem iuuan-
tis & nocentis per se, & per accidens, & hanc con
siderationem iuuantium & nocentium diximus
sæpissimè prodesse Medico ad certitudinẽ haben
dam iudicij de forma recti operis, ac dispositio-
ne, quæ inuestigare debet antequam operetur, &
qualia fuerint opera, vtrũ vtilia, vel nociua: quo- F
niam si vtilia operaretur ad formam illorum ma-
nente eadem dispositione, si nociua illa, & consi-
milia intermittat. ¶ Redeuntes igitur ad formam
diximus, quòd duo sunt secundum doctrinam
Hippocr. quæ ostendunt laudabilem euacuatio-
nem sanguinis per incisionem factam, qualitas
sanguinis & iuuamentũ euacuationis: ista enim
duo, sicut perfectè scripsimus, in Aphoris. docet
Hippocr. considerare ad cognoscẽdam sufficien-
tiam & successum euacuationis cuiusque: dicit G
quòd in his, quę à corpore educuntur ad cogno-
scendum supradicta, non est conuẽniens signum
multitudo exeũtis à corpore, sed qualitas ipsius
& iuuamentum euacuationis, quòd cognoscit
per alleuiationem patientis, & tolerantiam cor-
poris. Nam dum euacuatur, quale debet eua-
cuari,

Imperitia artificis impedit certitudinem iudicij.

Non quantitas sed qualitas & iuuamentum in euacuatione consideranda sunt.

cuari, & corpus tolerat cum leuitate, laudabilis est euacuatio, & non est nociua, sed vtilis: si verò contrarium accidat, nociua est, & cùm incœperit apparere contrarium, scilicet alia qualitas, & intolerantia patientis, significat sufficientem euacuationem. Et quia multitudo non est sufficiens signum, probat, quòd aliquoties euacuatio fit vsque ad syncopim, si multitudo consideraretur, nequaquam expectaretur syncope, qui terminus euacuationis in aliqua euacuatione non expectatur, nisi in phlebotomia, sicut dicemus: de paucitate autem per se patet, quia nō est signum sufficiens debitę quantitatis euacuationis, & bonitatis. Cùm ergo sanguis euacuatur, debet considerare Medicus principaliter saporem, odorē, etiam sanguinis substantiam, si vniuersaliter se habuerint, & laudabilia sint immediatè, intercipiatur euacuatio, nisi peccatum quantitatis euacuetur, tunc enim ad cognoscendam sufficientiam euacuationis & bonitatem, recurremus ad aliud signum, sicut statim dicemus. Caueat etiā sibi Medicus, ne decipiatur in cognitione prædicta prædictorum signorum: aliquoties enim laudabilis sanguis primò egreditur, aut quia attractus est propter ineptam partis frictionē, in qua fit incisio vel calefactio, &c. aut quia pars, in qua laudabilis sanguis continetur non remota est à parte incisionis, sicut inquit Hippocrates in regimento acutorum, in pleuresi, dicens, quòd primò appareat sanguis clarus & laudabilis coloris, secundò illaudabilis, quem colorem iussit expectare. Ideo ad hanc deceptionem remouendam oportet Medicum expectare tantum, quantum existimauerit sufficere ad hoc, vt sanguis illaudabilis incipiat euacuari, si in corpore fuerit, & si appareat illaudabilis, ea illaudabilitate, qua nociuus est, vtpote aquosus & phlegmaticus, qui per albedinem & subtilitatem cognoscitur, nobilissimū est talem sanguinem extrahere, sicut in prima parte huius operis diximus. Si verò apparuerit sanguis grossus & niger, aut ad viriditatem tēdens, aut fœtidus, aut amarus, aut salsus, fluere permittatur: tales enim differentiæ in colore, & sapore, & aliæ apparere possunt in sanguine, & in eo, qui in venis continetur, sicut in sexta parte de morbo & accidente Galen. affirmat, vbi de corruptione digestionis in venis & hepate locutus est, & nos ibidem ostendimus. Siue igitur euacuetur sanguis propter peccatum qualitatis, siue propter peccatum quantitatis, attēdere debet Medicus, vt euacuetur in quantitate conuenienti, quoniam non quæcunque quantitas est conueniens, sicut diximus. ¶ Debet etiam Medicus mensurare quantitatem illam taliter, vt conueniens siue vtilis efficiatur corpori, vt euacuetur corpori absolutè vel in plus: quia verò illud tantum non est vnum, in quocunq; corpore, ideo secundum præcisam veritatem debitæ mensuræ vel certi ponderis cognosci nō potest, aut etiam edoceri, sed hoc inuestigare debet Medicus iudicio artificiali, quod ad veritatem appropinquat certæ mensuræ. Ideo vidēs hæc Hippocrates & sequaces eius, tradiderunt artem, per quam iudicium Artificis reguletur ad accipiendam mensuram prædictæ quantitatis, & proinde dicitur artificiale, quia illa arte regulatur. Est

In euacuatione sanguinis.

Canon circa quantitatem materiæ euacuandæ.

autem canon ille, vt videlicet consideretur quantitas peccantis materiæ, & tolerantia virtutis, & licet consideratio omnium particularium ad hoc prosit, tamen in aphorismis non docuit considerare, nisi hæc duo, quia ista duo principalia sunt, & alia propter ista considerantur. Cùm igitur vult Medicus mensurare quantitatem humoris peccantis, debet considerare quantitatem ipsius, prout peccans est, & virtutem corporis: & si virtus toleret, tantum debet euacuare, quantū æstimabit humoris peccantis esse: si ergo peccet humor in qualitate, tantum debet euacuare, quātum apparet peccatum qualitatis, sicut in proposito, dum apparet sanguis grossus & niger, permittat egredi, vsquequò non apparet talis, dum tamē virtus toleret, dato etiā, quòd ad syncopim perduceret. Sed quomodo hoc veritatem habet, quòd virtus corporis possit tolerare euacuationē factā per phlebotomiā, vsq; ad syncopim, cùm syncope defectio sit? Perfectè hoc ostendimus in nona parte de ingenio sanitatis, vbi Galen. docet facere phlebotomiam in febre sanguinis, vsq; ad syncopim, si virtus toleret, ibi ostendimus, quòd iste sermo, quē dicit, quòd scilicet aliquando fit euacuatio vsq; ad defectionem, si virtus sufficiat, non includit oppositionem intelligendo per defectionem syncopim, sicut Hip. intellexit, & omnes sapientes, quemadmodum in aphorismis latissimè exposuimus, remouentes falsam expositionem vulgarium Medicorum, qui dixerūt, qd Hipp. non intellexit per defectionem syncopim, sed perfectæ materiæ peccantis euacuationem. Ad quam expositionem dandam moti sunt propter contradictionem, quam videtur eis includere sermo, si intelligatur per defectionem syncope, quæ defectio virtutis est. vnde quia ignorauerunt, quomodo ista defectio, quæ syncope nuncupatur, possit simul esse vel concurrere cū sufficientia virtutis, ideo ligamen siue apparentia p̄dicti motiui tenuit eos ligatos, ita vt nō aduertāt ea, quę eorum oculis subiiciuntur. Nam cùm exponunt aphorismum, supponimus eos videre commentum Galeni, & perlegere etiam: cùm ergo ibidem insinuet planè per defectionem syncopim, videntur non aduertere, quod legunt: dicit quòd sermo Hippocratis non est intelligendus de defectione, quæ fit propter angustiam, vt quæ fit propter malos humores in ore stomachi natantes, &c. per quas defectiones constat illum, nō intelligere vltimas & perfectas euacuationes, sicut illi dixerunt, sed syncopisationes. Et Hippocrates loquitur ibidem de defectione, quæ fit per phlebotomiam, dicens solùm: quod in phlebotomia ducenda est euacuatio vsque ad defectionem, planè denotans, quòd per defectionem non intelligit vltimatam euacuationem humorum peccantium, quia tunc sermo eius non haberet veritatem, immò manifestè falsus esset, quantum in aliis euacuationibus à phlebotomia ducitur euacuatio, & etiam ipse docuit, vsque ad perfectam euacuationem humoris peccantis, sicut purgatione ventris, in qua choleram intendimus euacuare, continuamus purgationem quousque cesset cholera euacuari, & hoc nō raro, sed frequenter fecimus: Ergo ibidem planè intelligit per defectionē syncopim. Manifestiùs

Quomodo verificetur euacuationem fieri posse vsque ad syncopim cum tolerantia virtutis.

etiam dat hoc intelligere frequenter, cùm dicit,
quòd in febribus acutis cum phlebotomas vsq;
ad defectionem refrigeratur, statim cor & febris
extinguitur, in plurimis ventres soluuntur, sudo
res patiuntur, & exinde pfectè sanantur: sed nũ-
quam visum est, quòd subitò refrigeretur cor &
febris extinguatur propter phlebotomiã, nisi ad
syncopim duceretur. Propterea si defectio, ad q̃
ducit phlebotomia, non est, nisi perfecta euacua-
tio humoris peccantis, nõ diceret Gal. quòd post
defectionem sequeretur in aliquibus fluxus ven
tris, aut vomitus, aut sudor, quibus liberatur, qa
postquam perfectè euacuata est materia peccãs,
non est necessarium euenire euacuationem ad li-
berandum à morbo, sed solam alterationem, ex
quibus manifestè colligitur, quòd per defectio-
nem syncopim intelligat. Plenius autem in su-
pradicta parte de INGENIO Sanitatis ostendi-
mus, eum sic intellexisse. ¶ Præter hoc etiam su-
pradicti expositores ostendunt, se oblitos esse e-
ius, quod eorum dux Auice. capite de phleboto-
mia dicit, quòd in febribus synochis, angina, & in
principio apoplexiæ ex multitudine sanguinis
apostematibus perniciosis, & doloribus fortibus
non curamus, si phlebotomia ad syncopim per-
ducatur. ¶ Si verò virtus sit debilis, & syncopim
tolerare non possit ante etiam perfectam euacua
tionem, dato quòd syncope non veniret, debet
mensurare quantitatem euacuationis, quantum
debilitas virtutis requirit, & tunc in hoc casu oc-
currit consideratio reiterandi sanguinis euacua-
tionem, per eandem incisionem: quoniam cùm
virtus non toleret, vt tanta peccans materia eua-
cuetur vna vice, cognoscit ex hoc, quòd prima vi
ce non debet euacuari, nisi pars, quam virtus to-
lerat, & pro residua oportet expectare, quòd vir-
tus confortetur ad tolerandam eius euacuatio-
nem, quapropter occurrit consideratio Medico
ad mensurãdum tempus, quod debet cadere in-
ter vnã extractionẽ sanguinis & aliã, & etiã consi-
deratio confortandi virtutẽ intermedio tempore
cum nutrientib. laudabilibus. Illud autẽ, per qđ
cognoscit æstimatione artificiali, quantum tem-
pus debet intercipi inter vnam phlebotomiam,
& aliam, & sic de aliis euacuationibus est consi-
derandum: nam secundum gradum debilitatis
eius est illud tempus longum, vel breue: si enim
fuerit virtus modicum debilis, reiteretur eodem
die, si verò amplius, secunda die, & interim ciba-
bitur patiens laudabiliter. Tanta enim posset esse
debilitas, in tantum differẽda esset secunda phle
botomia, donec iterum oporteret facere incisio-
nem, sicut si fieret 4. aut 8. die, &c. Cùm autem
reiteratur, debet cauere Medicus, ne vulnus mi-
noratum sit per consolidationem alicuius suæ
partis, quia si tunc fiat phlebotomia, accidit fre-
quenter, vt subtilis sanguis egrediatur & pulcer,
intus remaneat grossus & turpis, & hoc potest
esse nociuum, quia tunc oportet vulnus dilatare,
& reducere in pristinam quantitatem. Quod au-
tem diximus de sanguine peccante in qualitate,
tantum debet euacuare Medicus, quantum æsti-
mat peccare qualitatem, dum tamen virtus tole-
ret, etiamsi ad syncopim perduceretur euacua-
tio: licet, sicut in magna arte ostendimus, ra-
riùs concurrat debilitas virtutis timorosa cum

Quæ consideranda sint in secundatione euacuationis in virtute debili.

sanguine peccante in quantitate solùm, quàm
peccante in qualitate, quoniam minima quanti-
tas sanguinis laudabilis solùm debilitat oppri-
mendo virtutem, quæ debilitas in euacuando
fortiter non timetur: sed mala qualitas eius debi-
litat corrumpendo complexionem, quæ debili-
tas si fortis fuerit, prohibet euacuationes, qđ in
tractatu de ingenio sanitatis pfectiùs ostẽsum est.
¶ Post hæc autem considerare debet: quæ acci-
dentia timorosa apparere possunt in actu phlebo
tomiæ, quibus est obuiandum: vnde sciendum
est, quòd ex erronea percussione causatur acu-
tissimus dolor, quoniam neruus aut chorda pun
gitur, festinanter succurrendum est, ne spasmus
subsequatur, & lineum oleo calido immissum
superponatur ad sedandum dolorem & alia, quę
in punctura nerui docentur: quando verò pun-
gitur arteria, egreditur sanguis citò perducens
ad syncopim. Cognoscitur autem incisio arterię,
quia sanguis inde exiens est subtilis, clarus & ru-
fus, & cum saltu egreditur: apponat ergo Me-
dicus medicinam constrictiuam, vt illam, quæ fit
ex pilis leporis, sanguine draconis, mastice, aloe
& albumine oui. Si verò hæc medicina parata
non fuerit, apponat bombacem, & rasuram soleæ
intinctam in albumine oui, quamuis puluis oli-
bani, aut masticis, aut aliquod stypticum melius
sit, & ista remedia apposita non moueantur vsq;
ad tertiam diem, & in tertio panni madefacti in
aqua frigida vel rosacea, aut plantaginis, appli-
centur parti, & supra partem versus originem ve
narum, vt impediatur collectio sanguinis & apo-
stematio: tertia verò die suauiter deponatur liga-
men, & si medicina fortiter vulneri adhæreat nõ
remoueatur, quoniam vulnus nondum est per-
fectè solidatum, sed circumponatur illi recens
medicina, & post conuenientem ligationem re-
maneat, sic vsque ad aliam tertiam diem, & sic
deinceps, donec vulnus perfectè fuerit solidatũ:
propter hæc igitur accidentia, & consimilia mu-
niat se Medicus diuersis medicaminibus secun-
dum exigentiam operis, vt festinanter remediet.
Contigit enim nobis, propter defectum medica-
minum, vt supra vulnus poneremus mediam fa-
bam bene alligatam, & profuit cum emplastro
ex farina hordei, luto armeno, & albumine oui
desuper, & sic in tertia die fuit consolidatum vul-
nus, sed erat paruum. ¶ Inter accidentia autem,
quæ ex euacuatione timentur, est syncope, non
illa, quam diximus esse terminum sufficientis
euacuationis in aliquibus ægritudinibus supe-
rius, quoniam hæc syncope non impedit, immò
potius expectatur, & cum apparere incipit, inter-
cipitur euacuatio, sed intellectus est de syncopi,
quæ aduenit ante sufficientem euacuationem,
propter quasdam causas, sicut pusillanimitatem
cordis, causatam ab innata mala complexione i-
psius, vel moto humore in ore stomachi, vel quã-
cunque aliam causam. Huic syncopi obuiãdũ est
subita aspersione faciei, & pectoris, cum aqua fri-
gidissima, vt calor & spiritus subitò ad cor refu-
giant, & si possibile sit, debet aqua esse suauis aro
maticitatis, sicut ros. & nenu. & sambucina, facta
ex sandalis aut florib. myrti, & sic de alijs: experti
enim sunt Rhasis, & alij sapiẽtes, & maximè Rha
sis narrat, in lib. de comprehẽsione multorum, &
perfe-

De accidentibus malis in actu phlebotomiæ.

Dolor ex punctura nerui & punctura arteriæ.

Syncope.

perfectè etiam declarat doctrina Aui. de viribus
cordis, quod omne aromaticum ſuaue, inquan-
tum tale, conueniens eſt complexioni cor-
dis & ſpirituum, ideò cor delectatur in iſtis, con
fortatur, & ad ipſorum perceptionem dilatatur:
Hac igitur intentione iubemus talibus, dũ phle-
botomantur, vt olfaciant folliculum muſci, aut
muſcum, aut pomum ambræ aut citri, aut co
tonea, aut roſ. & ſimilia. ¶ Nec arguat hic quis,
quia docemus hîc obuiare ſyncopi, quæ habet a-
lias cauſas, quã ſit ipſa euacuatio cũ ſanguinis ꝑ
phlebotomiã in capitulo præcedenti dixerimus,
quòd ante actũ phlebotomiæ ſint abſcindendæ
cauſæ, quæ poſſunt eam prohibere. Planum eſt
autem, quemadmodum diximus ſuperius, quòd
cauſa, ex qua timetur ſyncope, vnum eſt de pro
hibentibus, & nos in præcedenti capitulo dedi-
mus doctrinam auferendi tale prohibens. ¶ Nos
autem reſpondemus, quia hîc non agitur de ſyn
copis probibitione, ſecundum quod à cauſis pri-
us cognitis & poſsibilib. remoueri cauſatur, quo-
niam proculdubiò iſtud ad capitulũ præcedens,
ſiue ad regimẽ ante phlebotomiam pertinet, ſed
loquimur de ſyncopi, cuius cauſæ aut nõ fuerũt
præcognitæ, ſicut puſillanimitas in euacuatione
ſanguinis, in illo corpore, quod nũquam phlebo
matus fuerit, quæ præcognoſci non poteſt, aut
ſi præuiſæ fuerint, non tamen auferri valuerunt
ſaltem ꝑfectè, ſicut innata mala cõplexio cordis.
Vnde de ſyncopi adueniente, quaſi ex improui-
ſo hîc agitur, proinde etiã, quia ſupponimus hu-
ius ſyncopis cauſas eſſe, vel occultas, vel quaſi nõ
poſsibiles auferri, ideò non docemus, huiuſmodi
cauſas hîc abſcindere, ſed aliter docemus ipſi acci
denti obuiare meliori modo, quo fieri poteſt. Et
quia in actu phlebotomiæ nihil eſt manifeſtius
ipſo actu, de cauſis immutantibus corpus, ideò
etiam hoc accidens ſecundum iudicium ſenſus
actui phlebotomiæ attribuitur à Medico: cùm e-
nim occurrat ei prter cognitionem aliarum cau
ſarum, & ſic eſt neceſſarium ei obuiare ſubitò abſ
que eo, quòd de cauſis alijs cogitet, non nocet ei,
ſi cauſam eius dixerit phlebotomiam, licet non
ſit cauſa, niſi remota, ſicut mouens alias cauſas,
quæ proximæ ſunt: patet igitur, quam differẽter
ſuperiꝰ hoc accidẽs prohiberi doceatur. ¶ Quod
ſi ante phlebotomiã notificaret aliquis Medico,
quòd conſueuit in actu phlebotomiæ ſyncopiſa-
re ſine aliqua manifeſta cauſa, & occurrat neceſ-
ſitas exercendi phlebotomiam propter anginam
aut aliam ægritudinẽ, tunc ſi poſſet Medicus de-
uenire in notitiam cauſæ, abſcindere eam debet
ante plebotomiam: ſi verò non, vtatur cauſis,
quibus magis poſsibile eſſet prſeruare corpus à
ſyncopi in actu phlebotomię, ſicut adminiſtratio
ne aromaticorum exterius, & interius, ſiue cum
modico hauſtu vini: ordinet etiam vt phleboto-
metur patiens ſupinus, maximè ſi debilis eſſet ia
cens ſecundum figuram conuenientem phlebo-
tomiæ. ¶ Alia verò accidẽtia timoroſa præter ſyn
copim non apparent in actu phlebotomiæ, aut ſi
appareant, valde raro. Quidam. n. aſſerunt, in qui
buſdam regionibus ſe vidiſſe, quòd in actu phle-
botomiæ ſoluebatur, ideò Medicus ordinabat
phlebotomandũ ſedere in ſede perforata: ceſſan-
te verò phlebotomia ceſſabat ſolutio, quòd in me
ticuloſis, maximè debilẽ in inteſtinis contentiuã
habẽtib. contingere poteſt, propter timorẽ, ſicut
ex problematib. Ariſto. & doctrina libri de mor-
bo, & accidenti ſufficienter colligitur. Ad prohi-
bendum hoc prodeſt ante phlebotomiam ven-
trem inungere poſt depoſitionem fæcum cum
oleo maſticino, aut diambra, aut diamuſci admi-
niſtratione cum modico vini aromatici. In actu
autem phlebotomiæ olfacere debet patiens
aromatica.

Dubitatio.

Solutio.

De Regimine corporis poſt operatio-
nem principaliter intentam,
Cap. III.



NVMERATO medicationis ope-
re, quod ad reſtaurandam ſanitatem
deperditam ſimpliciter ordinatur, o-
portet Artificẽ taliter ipſum corpus
ſanabile regere, vt corpus tolerare va
leat regimen ſecundum exigentiam diſpoſitio-
nis introductæ per opus medicationis præmiſſę.
Hoc enim modo in actibus medicandi finis in-
cluditur, quem intendit Artifex medicinæ, quan
do Medicus circa corpus humanũ intendit opus
medicationis aliquod exercere, aliter regit corpꝰ
antequam operetur, aliter verò dum operatur,
& aliter particulari opere terminato, licet illa tria
regimina ordinentur ſecundum quod reſpiciunt
illud opus particulare, ſicut in opere phleboto-
mandi, quod gratia exempli fuit in hoc tractatu
ſuperius introductum: Reſtat ergo dicere de re-
gimine corporis phlebotomati. ¶ Eſt igitur vidẽ
dũ, quemadmodũ ſuperiùs diximus, vtrùm phle
botomato corpori conueniant omnia illa regimi
na, quibus actus medicationis vtiliter compleri
ſuperius dicebatur, ſcilicet dięta, exhibitio medi-
cinarum, & operatio manualis, & qualiter etiam
regimen conueniens debeat exerceri. Eſt autem
manifeſtum, quòd phlebotomato corpori, ſecũ-
dum quod inanitum eſt per phlebotomiã, conue
nit regimẽ in dięta ſecũdũ qđ dięta eſt cõmẽſura
tio omniũ rerũ nõ naturaliũ in quãtitate, & qua
litate, & maximè principales, ſicut ſuperius dixi
mus. De cõmenſuratione aeris inchoandũ eſt, &
eiſdem canonibus, quibus ſuperius inueſtigan
dum eſt, conuenientia ſeu commenſuratio debi
ta ipſius & quarumcunque etiam cauſarum ſalu
brium ad corpus, ſecundum quod diſpoſitum rẽ
linquitur per operationem pręmiſſam, vtpote ad
corpus inanitum per phlebotomiam, quibus cõ-
ſiderationib. diligenter habitis patebit. ¶ Et pri-
mò de aere: corpori inanito non conuenit, ſi cali-
dus fuerit, nam inanitis corporibus cauſę reſoluẽ
tes ſpiritus & inanientes, non competunt. Aer ve
rò excellentis frigiditatis cùm cõgelatiuus ſit, &
nimis his corporibus valeat nocumentum pro-
curare, ſicut & ferè cunctis alijs corporibus, vitã-
dus eſt potius, quàm eligendus ab eis. Similiter
autem & diſtemperatus in humiditate, cùm ſit
defluxionis cauſa. Siccus etiam, cùm ſit conſum-
tiuus, inquantum talis, patet quòd non valet tali
bus, inquantum phlebotomati ſunt: ergo relinq
tur ſolũ temperatũ in his qualitatib. eis rationabi
liter conuenire. Similiter etiam temperatum in
ſubtilitate, & groſsitie attendendum eſt, & ma-
nifeſta excellentia vitanda: nam manifeſta groſ-

De aere.

sities est causa tristitiæ & accidentium debilitantium cor, sicut in libro de cordis viribus docuit Auicennas. Nimia verò subtilitas aeris ad facilem exhalationem disponit eos: modica autem subtilitas aeris aut grossities non absolutè vituperatur, cùm primum sit causa melioris inspirationis, secundum verò causa melioris retentionis spirituum, in quibus, inquam, qualitatibus, sicut & in cæteris causis commensurandis, num maior vis iuuamenti an nocumẽti sit secundum exigentiam corporis considerare oportet. De aere autem lucido & tenebroso sic iudicare oportet, quia licet superiùs dictum sit, quòd inquantum immutat corpus, non imprimit in ipsum, nisi valde per accidens, vtpote mediantibus accidẽtibus animæ, tamen per se & immediatè imprimit in aliquam partẽ eius, sicut in oculo. Probat enim Galenus, quòd in luce pupilla dilatatur, & in tenebris constringitur: ad dilatationem verò sequitur eodẽ stante facilis dispersio, vel dissolutio spirituum vicinorum, propter quod visus debilitatur, substantia oculi facilius alteratur, & suscipit nocumenta: constrictio verò ad contraria disponit. Cùm ergo phlebotomia tùm per eductionem spirituum in hora euacuationis, tùm per impedimentum copiosæ generationis ipsorum in corde diminuat spiritus in organis animatis concluditur, quòd phlebotomatis, inquantũ tales sunt, scilicet inquantum ratione phlebotomiæ habent paucitatem spirituum in oculis, nõ competit excellens lux aeris: immò est vtilior eis aer ad tenebras declinans, inquantum ad considerationem visus, prædicto modo sufficere potest, & nunquam maius nocumentum procurare posset per tristitiam & timorem, ad quod mensurandum oportet, cum hoc supradicto particulari consuetudinem phlebotomati attẽdere. Cætera verò particularia, prout frequenter superiùs diximus, sufficienter cõsiderata, iam patebit Artifici, quòd dispositis ad suscipiendum prædicto modo nocumentum in visu, periculosum est valde luci exponi maximè excellenti post phlebotomiam, donec temperata fuerit caloris naturalis, & spiritus copia, quales sunt habentes debilem visum, propter paucitatem spirituum, & præparati ad aquæ descensum in oculum, ad quæ duo præparati sunt habentes cerebrum frigidum & humidum. Quamobrem ex negligentia huius regiminis sæpissimè compertum est, plures amittere visum, & incurrere in cataractas, nec euadunt eas, si frequenter phlebotomentur, & si circa prędictum regimen fuerint negligentes: prædicta considerare, per experientiam moti fuerunt antiqui, quòd phlebotomatus per tres dies vitare debet excellentiam aeris lucidi siue lucis, supponentes quòd infra illum terminum copia spirituum posset reparari. ¶ Eodem modo autem, quando inuestigatur regulis supradictis, regimẽ eis conueniens in exercitio & quiete similiter inuenitur: quoniam quies conuenit eis, & non exercitium, maximè graue, & dissoluẽs virtutem, ad quod rectè ordinandum consuetudinem & cuncta alia particularia superiùs memorata considerare oportet: nullus enim contẽnere debet, quòd grauiter exercitari post phlebotomiam, & maximè frequenter, in ętatem senectutis celeriter pręcipitat corpus.

De motu & quiete.

De cibo & potu.

¶ Similiter enim regimen in cibo & potu ex particularium consideratione secundum formam superiùs datam patebit, qualiter in phlebotomatis sit ordinãdum, inquantum enim tales, cùm habeât debiles virtutes, & maximè naturales, cognoscitur, quod modicus cibus eis in quãtitate & qualitate conueniat, qui per facilem eius, & bonam digestionem laudabilem sanguinem celeriter reparet, qualia sunt quædam sorbilia, vt vitellus ouorum, ius carnium, vinum subrubeum, aut citrinum: & cognoscitur etiã, quòd tale & tantum secundum istam considerationem frequenter conuenit ministrare. Quòd si occurrat consideratio particularis fortioris in significando necessitatem contrariam, ad contrarium potius inclinabitur regimen, quemadmodum accidit in corporibus, in quibus exercetur phlebotomia solùm propter peccatum quãtitatis in sanguine, sicut in patientibus gonorrhœam, aut synochum inflatiuam: oportet ergo omnia aut plura particularia considerare ad formam recti operis, quoniam consideratio vnius tantùm particularum medicantem facit errare. Nos enim iam vidimus Medicum volentem in quodam religioso causam nocturnæ pollutionis abscindere, cuius complexio calida & humida erat, & maximè in testiculis, quamobrem iubebat phlebotomari frequenter: conquestus est religiosus, quòd expertus esset se post phlebotomiam amplius pollutionibus molestari, conturbatus & dubitans de causa huius accidẽtis, nobis reuelauit querelam religiosi, interrogantes igitur qualiter eum regebat post phlebotomiam, respondit, nutrientibus facilis digestionis, & laudabilem generantibus sanguinem, sicut didicerat phlebotomatis competere. Ipse etiam religiosus confitebatur, post phlebotomiam tribus diebus cibariis non vti cõuentus, sed his, quæ religioso propria in infirmatoria ministrabat. Quis ergo his auditis admirabitur de accidente prædicto? Cùm enim monachus, vt dicebat, complexionem fortem haberet conuersiuam in membris, & testiculis, ita vt ante phlebotomiam ex fabis & caulibus, & arido caseo sumtis, in conuentuali refectione, copiam spermatis generarent, stultum est admirari, quod post phlebotomiam ex ouis sorbilibus, vino, & succo carnium, caseo pinguiori eadem membra copiosius sperma generarent: materia namque disposita, si agentibus fortibus appropinquat, facilè informatur. Et hæc quidem materia post phlebotomiam magis erat disposita spermatis generationi, quàm ante: agentia enim, scilicet virtutes transmutantes in membris erant in radicalibus æquè fortes, & dato, quòd minus, nihilominus sequeretur prædictus effectus, maximè vbi multùm minus fortes essent virtutes, quoniam dispositio in qualitatibus, materia dupla, immò quadrupla causarum est eius, cuiuslibet effectus, sicut in libro de viribus cordis probat Auic. & in locis pluribus Galen. In proposito tamen omnia membra sufficienter fortia erant ad generandũ sperma, & maximè testiculi, qui propter intẽsionẽ suę cõplexionis potẽtes erãt ex residuo sui alimẽti spermatis copiã generare, & raptione suæ fortis caliditatis celeriter & copiosè attrahere. Supradictus igitur Medic⁹ in forma prędicti

dicti regiminis ordinata non considerabat, nisi A inquantum erat phlebotomatus, omittens considerationem iuuamenti, quo indigebat ratione frequentis pollutionis, & considerationem complexionis suorum mēbrorum, & sic de consimilibus. Si enim conuertisset oculos suæ considerationis ad hoc, cognouisset vtiq;, quoniam expediebat eum vti post phlebotomiam lētibus cum aceto coctis, aut lactucis aut salsis piscibus plus, quàm ouis aut oliuis immaturis conditis. ¶ Secundum eandem formam consideranda sunt, circa regimen in istis conueniens, somnus & vigilia, B quibus diligenter consideratis, colligitur, quòd immediatè post phlebotomiam non cōpetit somnus phlebotomatis, quoniam somnus miscet humores, & profundat in viscera, igitur cum intentio sit per phlebotomiam sanguinem ad exteriora trahere, quocunq; modo peccet, siue ad partes à visceribus remotas, non expedit eis post phlebotomiam immediatè dormire, donec sanguis in toto corpore fuerit adæquatus æqualitate C proportionis, quātum corporis natura requirit. Quòd si huiusmodi distributionem sanguinis p̄ueniat somnus, impedit motum ab interioribus ad exterius, & in oppositum mouet, ex quibus contrariis motibus rheumatum stillicidia procurant, & meritò cum rheuma sit ruina, & motus inordinatꝰ humorū, ex quo sequitur, quod cùm humor complere non valeat motum, secundum rectā venarū lineam, declinat localiter ad lacertos, & circumiacentia mēbra: propter quod etiā D dicit Auicen. & alij sapientes, quòd phlebotomati, si dormiant immediatè post phlebotomiam, incurrunt in confractionem membrorum. Quod etiam accidit eis secundū plus & minus, inquantum abūdantia humorum malorum, & qualitas consuetudinis, cæterorumq; particularium variantur in eis. Post phlebotomiam verò sumto cibo quidam vulgarium Medicorum absolutè prohibuerunt, somnum solum considerantes, q̄a per incautam reuolutionem in somno posset li- E gatura dissolui partis phlebotomatæ, & sic per locum incisionis posset sanguis fluere in somno ignoranter. Quod si verum sit, multum debilis & diminuta est eorum consideratio, ad inhibendū absolutè somnum post cibum, quia nocumentū, quod timetur ab istis nullū est, non iacent supra partem incisæ venæ, custodiūtur ab aliquibus adstantibus tempore somni, & breuis somnus. Omittunt interim considerationem aliorum particularium, quibus mane nocumentum potest signari, si prohibeātur, qualia particularia sunt debilitas stomachi ad digerendum cibum, aut dormiendi consuetudo. Quàm fortis autem sit significatio ex consuetudine sumta in omni regimine sanabilis corporis plenariè, manifestat doctrina Gal. in lib. de consuetudinibus, vbi auctoritatib. Hip. in variis locis, & etiam autoritatib. Osistratis in secunda particula libri de mollificatione, & rationibus pluribus sumtis ex scientia virtutū naturalium, & experientiis copiosis, ostendit cōsuetudinem in quibuslibet consuetis rebus esse fortem, siue accidens ad significandū in omni negotio inquisitionis sanitatis. Si ergo phlebotomatus post cibum consueuit dormire, non est absolutè arcendus à somno, maximè si debilē habeat

De somno & vigilia.

Significatio ex consuetudine quantū sit fortis.

A digestiuam, & si tunc aliquod prohibens occurrat somnum, sicut timor supradictus, aut timor, ne incisio citò consolidetur in somno propter digestiuæ & assimilatiuæ fortificationem, quemadmodum maximè timetur in his, in quibus volumus reiterare, & tunc etiam euitare, ne iterum incidatur, tunc inquam phlebotomatꝰ minus dormire permittatur, non autem absolutè arceatur à somno. Maius enim nocumentū est impedimentum digestionis, & maioris nocumenti causa, q̄ B consolidatio incisionis: non magnum timetur nocumentum ex iterata incisione venæ, in eadem parte intercidentibus multis horis. Sic ergo & hîc patet confirmatio doctrinæ superiùs traditæ, scilicet, quòd non sufficit in forma recti operis attingenda vnum tantùm considerare.

¶ Qualiter autem conueniat eos regi, quantum ad inanitionem & repletionem, hoc est, quantum ad eductionem superfluitatum, & retentionē, iā ex supradicta doctrina leuiter inuenitur. Suauis C enim superfluitatum eductio, per quam scilicet non dissoluitur virtus, imò potius confortatur, non tantùm eis, sed vniuersaliter omnib. cōpetit, sicut leuia suppositoria pro ciborū fæcibus educendis, aut leuia diuretica, si necesse sit ad vrinæ p̄uocationē, aut conueniētia medicamina screatum p̄uocantia, & in cæteris emundationib. educendis: simili modo secundū quod occurrēt particularia necessitatē significantia, postq̄ cōsiderata fuerunt, & quantum ad numerū, & quantū ad D vicē, secūdū quod in p̄cedentib. est ostēsum. Eodem modo cōsiderare debet Artifex, vtrùm phlegmati cōuenientia sint aliqua ministranda, sicut conuenit his, qui phlebotomantur ad diuertendum nimium fluxum sanguinis, siue per nares, siue per os, siue screatu, siue tussi vel vomitu, siue per aliam partem corporis: & in his similiter talia retinētia ministrare oportet, quib. prouocetur iuuamentū, quod intēditur procurari, & nullum nocumentū, aut valde modicū comparatio- E ne iuuamēti, qđ inuenitur rationali, & artificiali certitudine, procedendo per viam superiùs ostēsam. Inaniētia his, quib. virtus dissoluitur, & manifestè debilitatur, non competunt: sed maximè euitantur primis tribus diebus post phlebotomiā, qualia sunt fortia solutiua, & propter hoc illis diebus balneum prohibetur, & iterum propter timorem apertionis vulneris in his potius, in quibus cōsolidatio tardatur. ¶ Item etiam dixerunt idem de coitu absolutè, quòd illis diebꝰ, F primis maximè, nullo modo competit coitus phlebotomatis corporibus, tùm propter timorem apertionis vulneris, tùm propter dissolutionem virtutis: quod imprudenter dictum est, sicut & omne dictum absolutum de conuenientia, & inconuenientia alicuius medicinæ salubris ad sanabile corpus, propterea, quod omnibꝰ corporib. particularia non eodē modo conueniunt. Etenim quòd dictum est, scilicet quòd forte solutiuum, infra tres primos dies non cōpetit phle- G botomatis, hoc non est verū absolutè, imò quandoq; cogit necessitas primo aut secundo aut tertio die fortibus clysteribus vti, aut solutiuo manifestę fortitudinis: sicut cum aliquis plethoricus iuuenis, & fortis virtutis in perniciosam, vel saltem valde periculosam labitur anginam,

De inanitione & repletione.

De coitu & forti solutiuo.

vel apoplexiam, qui primo phlebotomabitur, hic eodem die, si periculum adsit, clysterisabitur fortiter, quoniam immoderata repletio exigit & ætas & virtus permittunt, vnde non timetur nocumentum, aut si sit, multò minus est iuuamento: vt ergo Medicus nihil de contingentibus omittat, talia exercet, aut exercere debet secundum canones suę artis. Cùm ergo dicebatur, quod forte euacuans non conuenit phlebotomatis in primis diebus, intelligendum est hoc secundum cõsuetudinem ipsorum, inquantum phlebotomati sunt: ideo semper meminisse oportet, quòd omnium, aut plurium particularium, & potiorũ habere oportet considerationem. Diximus absolutè, quòd nulli phlebotomato die prima aut secunda conuenit coitus, est dictum non artificiale, nec absolutè verum, & si aliquis sapientum simili vteretur sermone, intelligendum est, prout diximus, secundum considerationem corporis, inquantũ est passum per opus præmissum, quoniam si occurrerent particularia significãtia, maius nocumentum ex prohibitione coitus procurari, quã ex permisione exerceri permitteretur in prima die. Vt si quis iuuenis existens complexionis, qualis monachus superiùs memoratus, assuetus coire, molestatur & perturbatur valde ꝑ coarctationẽ spermatis in testiculis, cùm in eius testiculis celeriter multiplicetur & congregetur, imò læditur, nec apertio vulneris, aut dissolutio virtutis in talibus est timenda. Spermate enim iã in testiculis congregato, non oportet timere, qd' labore, aut motu coeũtis & calefactione ex labore causata aperiatur vulnus, quoniã velocissimè coitus expletur in talibus, & ad hoc etiam sufficit commistio sexuum in talibus, & quibuslibet bene dispositis ad hoc. Nec ex tali coitu dissoluitur virtus, aut grauatur corpus, imò testãte Gal. post talem coitum corroborãtur virtutes, & corpus alleuiatur, tristitia autem & angustia ex prohibitione causata, cor primò, & per consequens omnes virtutes debilitat, & digestionem corrumpit, aut manifestè defectat. ¶ De accidentib. autẽ animæ idẽ dicimus, quod de aliis: quoniam phlebotomatis, inquantũ tales, cõuenit accidens confortans cor, & vires corroborans, sicut gaudium & lætitia: ira verò, tristitia, desperatio, & cũcta debilitãtia secundum hoc euitanda, ad quorũ conuenientiam mensurandam particularium numerũ & virtutem cõsiderare oportet, vt dictum est: plus enim lætitiæ & gaudij requirit phlebotomatus, qui consueuit in exultationibus viuere, quã ille, qui solitarius & tacitus viuere consueuit: Ita de aliis particularib. iudicandũ. ¶ Hîc verò subiũgẽdus est sermo de regimine administrationis medicinarum, de quo iã ex supradictis patet, qd' phlebotomatũ, inquãtum dispositus, siue passus, per phlebotomiam, medicari non conuenit medicamine laxatiuo. Medicina verò alteratiua nõ conuenit omnibus phlebotomatis communiter nisi inquantũ ex phlebotomia immutationẽ patiuntur spiritus, infractio enim totius corporis, aut oris stomachi tantùm, aut alterius membri, aut syncopis, & sic de aliis accidentib. non sunt conuenientia omnibus phlebotomatis. Ideo his conuenit ministrare medicinã temperatæ caliditatis, & aromaticam: sicut sunt diarrhodon aut diambra minor, aut potio muscata, aut aromaticum vinum, aut quæcunq; aromatica temperata exteriùs applicata faciei & naribus, vt per anhelitum virtus ad cordis regionem trahatur talibus medicinis, q̃ sanguinẽ disponant ad generationẽ spirituum, & vaporum amicabilium dispositum de facili trahant ad ventriculos cordis, in quorũ sinistro fornax est, & minera generationis ipsorũ. Cuius sermonis veritas colligitur lucidè ex dictis Gal. in quamplurimis locis, videlicet in 2. de ingenio sanitatis in 4. de virtutibus naturalibus, in lib. de consuetudinibus, & in libello etiam de placitis Hipp. & Platonis, principaliter hîc ex dictis Auic. in laudabili cõplexione, de viribus cordis, in quibus scripturis aliqua portio prædictorum sermonũ secundum plus & minus inuenitur verificari. Si corpora phlebotomata considerantur secundum significationes aliorum particulariũ, sicut morbi, aut causæ eius, aut accidentis, aut complexionis cordis, aut oris stomachi, aut aliorum membrorum, &c. quibusdam phlebotomatis administrabitur laxatiuũ, vt superiùs diximus, quibusdam alteratiuum stypticum frigidum, sicut his, quib. ad os stomachi debilitatũ leuiter cholera fluit, ministratur sac. rosaceũ, &c. aut his, qui febricitãt secundum diuersitatẽ suarum febrium, & accidentium ipsarum: quibusdã aũt calefaciens stypticum, vt his, quorum os stomachi per frigiditatem & humiditatem de facili læditur, quibusdam diacitonitem. Post phlebotomiam autem folia saluiæ ministrantur in vino madefacta, quibusdam aũt applicantur exteriùs medicinæ temperatę dissolutiuè, scil. parti phlebotomatæ, propter tumorem, quibusdam medicina doloris sedatiua applicatur, sicut phlebotomatis, quorũ neruus est punctus, & consimiliter in aliis accidentibus, & partibus, quæ considerãtur in ingenio sanitatis, & curandi negotio. ¶ Similiter autem regimẽ in opere manuali non cõuenit phlebotomatis, inquantum tales existunt, nisi quis aptam ligationẽ membri phlebotomati vocare voluerit opus manuale, cuius ligationis forma ex ingenio sanitatis, & lib. de cõpos. med. secundũ genera colligenda sunt, in omni incisione considerando formam membri, quãtitatem, positionem, & suarum partium numerũ. Si verò cõsiderẽtur phlebotomati secũdũ alia particularia cõcurrẽtia, poterit manualis operatio conuenire quibusdam & quibusdã nequaq̃. Possibile .n. est aliquẽ plethoricũ cadere, & ex hoc concussionem corporis pati, & dislocationẽ simul alicuius membri, in quo si phlebotomia præmittatur ad prohibendum generationem apostematis in loco concussionis, rationabile est, vt dislocati mẽbri rectificatio subsequatur. ¶ Sic igitur concluditur ex omnibus supradictis, quòd volenti scire perfectè, quid agendum sit in opere medicinæ, oportet ipsum procedere per viam, quã superiùs intelligentibus, & bene dispositis sufficienter recolimus explicasse, sine qua doctrina nullus se credat vniuersaliter perfectus in negotio ingenij, aut regiminis sanitatis. Hîc igitur finem operi imponentes, gratias Altissimo referimꝰ, cuius gratia reuelante, & auxiliante virtute, notabiliter valuit intellectꝰ noster in his aliquid, quamuis modicum.

De accidentibus animæ.

De administratione medicinarum.

De manuali operatione.

ARNAL-

ARNALDI DE VILLA NOVA MEDICATIONIS PARABOLAE, SECVNDVM INSTINCTVM VERITATIS AETERNAE, QVAE DICVNTVR A' MEdicis Regulæ generales curationis morborum.

DOCTRINA PRIMA *est de regulis præparantibus animum ad vtiliter operandum, in qua non est nisi vnicum capitulum, quod continet 20. Aphorismos.*

Doctrina secunda de regulis eligendi, & præparandi cõmodiora instrumenta curationis, continet capitulum vnum, in quo continentur 41. Aphorismi.

Doctrina tertia est de regulis mensurandi vires instrumentorum curationis, & tempus applicationis sufficiẽtis, in qua est capitulum 1. & 12. Aphorismi.

Doctrina quarta est de regulis curandi malitiam complexionis, & primò illã quæ caret materia vel humore, in qua sunt 21. capitula. Et primum illorũ continet 10. Aphorismos. 2. 12. tertium, tres, quartũ 5. quintũ 4. sextũ 11. septimũ 4. octauũ 3. nonũ duo, decimũ 3. vndecimũ 3. duodecimũ 4. decimumtertiũ 13. decimumquartũ 3. decimũquintũ 8. decimumsextũ 1. decimũseptimũ 3. decimũoctauũ 1. decimũnonum 8. vicesimum 3. vicesimumprimum 7.

Doctrina quinta est de regulis curationis morborum in compositione contingentium, secundum omnem speciem compositionis, in qua sunt 21. capitula: primum verò capitulum cõtinet 12. Aphorismos, secundum vnicum, tertium 7. quartũ 14. quintũ 8. sextũ 2. septimũ 12. octauum 2. nonũ 2. decimũ 6. vndecimũ 2. duodecimũ 1. decimumtertiũ 1. decimumquartũ 1. decimumquintũ 8. decimumsextũ 1. decimumseptimũ 4. decimumoctauũ 9. decimumnonum 9. vicesimũ 9. vicesimumprimum quatuor.

Doctrina sexta de curatione morbi compositi, in qua est capitulum vnum, quod continet 21. Aphorismos.

Septima & vltima doctrina est de regulis regenerãtibus cõualescentes, & specialiter à morbis vniuersalibus, in qua sunt capitula 3. primum continet 13. Aphorismos. secũdum 7. tertium 4. Et sunt in vniuersum septẽ doctrinæ, quadragintanouẽ capitula, & 331. Aphorismi.

DOCTRINA PRIMA DE REGVLIS PRAEPARANTIBVS ANIMVM ad vtiliter operandum, cuius capitulum est vnicum continens Aphorismos XX.

Omnis medela procedit à summo bono.

IVXTA illud Ioannis: Dominus de cœlo creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eã: & iuxta illud Iacobi, Omne datum optimum, & omne donũ perfectũ desursum est à Patre luminũ: sed est Medicina bona, quia ad bonum finẽ ordinatur, quia de bono subiecto, quia de corpore humano sanabili, quia à bono efficiente facta est, medicina est scientia primo canone fen. 1. ca. 1.

Medela est beneficium sanationis quod viuẽti exhibetur in aliquo lapsu, vel corporale, si laps⁹ fuerit corporalis, vel spirituale, si lapsus fuerit spiritualis. Hoc autem beneficium ad viuentẽ retorquetur duplici ratione: quarũ prima est, qa licet ad literam hîc tradatur doctrina medicãdi lapsibus corporalibus, tamẽ quia corpus humanũ, circa quod docetur hîc medicatio exerceri, nõ est huius beneficij, nisi quandiu viuit, ideo viuenti dicitur exhiberi. Secunda est, quia, prout auctor in fine tractatus huius cõmemorat omnes canones, hîc expressi de medicatione corporalis lapsus, cõuenienter possunt lapsibus corporalibus adaptari: nam inuisibilia per visibilia designantur, & ab ista consideratione vocauerunt, suprà in titulo canones hîc descriptos, parabolas. Parabola. n. similitudo interpretatur, & vnusquisq; istorum canonũ medicationis corporalis est similitudo, vel exẽplar canonis particularis ad medicationem spiritualẽ, vnde quia viuens est commune nomẽ: tã corpori, quam spiritui, propterea positum est in prædicta definitione medelæ. Sumit autẽ hîc auctor exordiũ ab Altissimo, primo fonte cuiuslibet boni, quod est summum bonum. Et id quod dicitur 38. ca. in principio. s. à Deo est omnis medela, sub vocabulo summi boni taliter introducit omdis medelã &c. Præmittit autem istud exordium propter duo: Primò ad directionem mentis in executoribus huius doctrinæ: secundo ad impressionem huius informationis propriæ circa doctrinã istã. ¶ Quantum ad primum intendit, quòd executores istius doctrinæ, si voluerint cõsequi finẽ eius immediatum, qui est rectè medicari ęgris corporibus, debent intentionẽ suã illi regulæ informare, quæ nunquã curuatur vel obliquatur. s. Deo taliter, vt ad ipsius gloriã & honorẽ principaliter medicentur, quemadmodũ subsequenter exponet. ¶ Quantum ad secundũ verò intendit, quòd ad hanc doctrinam scribendã fuit informatus à summo bono, quod potuit esse duobus modis: primo quãtum ad modũ communis influentiæ vel generalis: nã cũ omnis veritas sit à Deo, cõstat quòd quicumq; docet aliquã veritatem, hoc facit, vt informatus ab ipso, & ab ista informatione dicimus in titulo, quòd canones hîc contenti scripti fuerint secundũ instinctum veritatis æternæ. Secundo autẽ potuit informari à summo bonõ secundum modum influentiæ particularis, in qua Deus propria bonitate dignatur, cũ vult imprimere notitiam alicuius veritatis, & circa eã illuminare notabiliter mentẽ eius, vt sit minister veritatis illius, & vt canalis à fonte propinans aquã pilis & alueis aut piscinis. Cur autẽ hunc & non alium eligit in canalẽ, sola nouit æterna sapientia plenariè iudicare. Sed ad exẽplum influentię priuatæ sufficiat hîc memorari, quòd quia in visione sedẽs supra saxum corã se vidit riuulum in quem cũ digitum poneret in tantum dilatatus est, quòd introitus patuit toti corpori: cũq; sedens in cellã thesauris vberem introîsset, circũspiciẽs admirandõ vasa quãplurima thesaurorum particulis plena, tandem canistrum paruum tot aureos magni ponderis continentem, quot sunt in hoc opere aphorismi, extraxit inde per visionẽ, & die sequenti noua luce perfusus scribere cœpit mira celeri-

Parabola.

tate, ac etiam incredibili. Similiter patuit autori huius operis contigisse, quòd si taliter contigit, tunc rectè posset exponi, quòd per medelam intelligit doctrinam medendi, quam ad vitandum ingratitudinem dignè recognoscunt, se recepisse à summo bono.

Qui iustè voluerint ac vtiliter medicari, figant in animo suo nobilem appetitum. II.

ISTam parabolam & subsequentẽ ponit Gal. per alia tamen verba in 7. de ingenio, capitulo primo, iuxta illud Aristo. 2. physicorũ, appetitus quẽ habet materia ad formam ratione priuationis eius, est causa quòd illa forma acquiritur in illa materia, & ideò qui habet appetitum medicandi, medicat, & per consequens qui habet nobilem appetitum, nobiliter medicat.

Elegans appetitus aut feruet in cultũ Dei aut in commodum proximi. III.

POsita prima & generali regula compositionis mentalis, in quolibet operante, iam incipit speciales exprimere, quibus ostẽditur, qualia sint illa per quæ cõformatur animus operantis, quo ad rectã intentionẽ intendens, quòd rectus appetitus est causa vel forma rectæ intẽtionis. Rectus autẽ est ille, quẽ Deus acceptat, & talis dicitur elegãs. i. excellenter electus, quoniã à Domino dicitur, & etiã nobilis, quia approbatus & priuilegiatus à Deo. Debet ergo iustè, quantum ad Deum, quia nihil iustius, quã benefactorem, & maximè factorem & creatorem laudare & honorare, ac vtiliter quantum ad proximum, operari: & notabiliter debet figere, id est, immobiliter imprimere, quia qui non perseuerat in bono proposito, nec iustus, nec vlli vtilis potest esse.

¶Iuxta illud euangelij: Diliges Deũ tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & diliges proximũ tuũ sicut teipsum. & iuxta illud: Vnum cole Deũ. & iuxta epistolã Pauli, quòd semper debemus esse in charitate quæ stat in honorando, & diligendo Deum & proximum.

Qui non vt sapiat, sed vt lucretur, addiscit, in facultate, quam eligit, efficitur abortiuus. IIII.

HIc aphorismus, qui exponit antecedentem est expositus in eodem: Qui nõ vt sapiat, &c. expressis illis quæ debent imprimi animo propter rectitudinem intentionis, iã exprimit ea quæ debent ab ipso repelli, quoniam vel obliquant intẽtionem, vel abducunt seu diuertunt animũ à rectitudine operis: quia autem obliquat intentionẽ, est appetitus inordinatus, sicut appetere sciẽtiam propter lucrum, & nõ propter intellectus intentionẽ, ideò dicit quòd qui addiscit propter lucrum, & non vt sapiat, hoc est, vt sapiẽs fiat (sapiẽs enim dicitur in qualibet facultate q perfectè nouit ea, quę pertinent ad eandem) talis, inquam, in facultate, quam eligit ad studendum, vel ad discẽdum, efficitur abortiuus, quia sicut abortiuus ante legitimum tẽpus ab vtero matricis egreditur: sic iste priusquam debeat, procedit ad operandũ & deserit studium facultatis.

¶Ratio est: quia puer dicitur abortiuus, cũ paritur imperfectus, & ante tempus debitum, sed qui addiscit, vt lucretur, & nõ vt sapiat, paritur imperfectus: quia paritur ad imperfectum finẽ, cùm perfect⁹ finis cuiuslibet facultatis sit cognitio creatoris, sed lucrum & maximè rerum mũdanarum, de quo hîc intelligitur, non facit ad cognitionem creatoris, imò impedit ipsam, quia cõparatur spinis. Hanc parabolam ponit per alia tamen verba Gal. in 2. de ingenio ca. 5. circa finem capituli.

Solicitè vacans commodo temporali, non solùm inutilis, sed nociuus est pluries in medendo. V.

SOlicitè vacans: solicitè vacat alicui rei, qui toto studio nititur adipisci eam, vnde qui feruet ad lucrum, ab inuestigatione veritatis nimiũ elõgatur, qua ignorata necesse est operantem esse nõ solùm inutilem, sed nociuum.

¶Iuxta illud: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. & iuxta illud: Qui bonus est in studio, prauus est in foro, & ecõtra. Et ratio est, quia intellectus noster potentia simplex est, & non potest apprehẽdere plura simul: ideò si solicitè intẽdat temporalibus, imperfectè potest apprehendere res animæ, & nõ solùm inutilis, sed nociuus est eis. Hanc parabolam ponit Galenus in 2. de crisi, capitulo primo, tamen per alia verba.

Vagus animus, & voluptatibus irretitus, artis peritiã sterilitate fœdat. VI.

VAgus animus, &c. id est, ociosus & voluptuosus, vel nunquam artis peritiam cõsequetur, vel si antea fuerit consecutus, tamen cùm ocio & voluptatibus se subiecerit, non proficiet operando, nã extinguitur notitia veritatis in ipso: quoniam ambo illa ingenium hebetant, & eneruant memoriam. Et ideò talis operans, quia non proficit, sterilis dicitur, & fœdator artis, quando ducit eam in opprobrium & contemtum.

¶Ratio est: q a sterilis dicitur mulier quæ fructu caret, & quia fructus animi sunt bonæ operationes & bonę cogitationes, sed si talis animus nõ habet eas, & in ipso sit peritia artis, fœdat ipsam sterilitate, quia non facit fructum eius.

Omnis motus animi vel appetitus inordinatus, mentem lacerat operantis, & impedit rectum opus. VII.

ORdinatus appetitus, vt supradictum est, aut feruet in cultum Dei, aut in commodum proximi: ergo inordinatus ad ea, quæ sunt contra Deum & proximum, & mens, quæ habet talẽ appetitũ, laceratur ab eo, quia de ratione est, quod mens, quæ appetitum cõtra Deum & dominum suum, debet lacerari & laceratur: & per cõsequẽs cum operatur, impedit rectum opus.

¶Hunc aphorismum introducit per modum conclusionis: quasi dicat in summa vel generaliter, omnis inordinatus affectus abducit animum à rectitudine operis. Dicit motus vel appetitus, vt innuat, quòd motus animi nihil aliud est, quã appetitus, qui si fuerit deordinatus, sicut in odio & inuidia, & cupiditate illicita, mentem lacerat in diuersa, & etiam in aduersa trahendo, per consequens impedit rectum opus.

Cùm determinato languens iuuamento indigeat, necesse est medicantem ad specialem effectum dirigere opus artis. VIII.

Osten-

OStenso qualiter sit mens informando quan-
tum ad effectum, ostendit qualiter informari
debeat, quantum ad intellectum, & intenditur
quòd illud operarius debet primò & principali-
ter in mẽte statuere, propter quod ab eodem tota
debet operatio exerceri: quoniam effectus, quem
intendit per opus consequi forma & regula est to
tius operis quod exerceri debet, sic exprimit in a-
phorismo sequenti. Verbi gratia in proposito cũ
intendit medicus, procurare aliquod iuuamentũ
infirmo debet, quandiu operatur ad consequen-
dum illud, præ oculis ipsum habere secundũ spe-
ciem, hoc est, sub tota ratione suæ perfectionis:
vt si proponat clysterisare debet determinare in
mente sua, quòd patiens indiget mundificatione
intestinorum inferiorum à fæcibus duris, vel ab
humore viscoso, vel acuto, vel mundificatione vl-
ceris, aut consolidatione, aut carpinatione vento-
sitatis, & sic de similibus. Nisi enim medicus in
mente sua determinauerit secundum speciẽ effe-
ctum clysteris, ad quem intendit, iam sua cly-
sterisatio non erit artificialis, sed phãtastica & in-
certa: quoniam patienti non conuenit clysterisa-
tio propter disterminare, sed propter effectum
determinati iuuamẽti, quo indiget. Quo determi-
nato ac præsupposito, sciet Medicus determinare
materias, quibus erit clysterisandus, aliter in tene
bris ambulabit, & non perficiet, nisi casu vel fortu
na, cũ in prædictis casib9 diuersa sint per clysterẽ
iniicẽda, qua luce priuantur omnes illi vulgares
Medici, qui ministris præcipiunt absolutè, vt non
clysterisent patiẽtes ipsorũ. Ad specialẽ effectũ .i.
ad effectũ iuuamẽti secũdũ speciẽ cõsiderati, quo
patiẽs indiget. Non etiã sufficit medico sapienti
scire, vel dicere, quòd patiens indiget clysteri, sed
quòd indiget tali .s. tale iuuamentum efficienti.

¶Iuxta illud: Medicus non curat hominẽ, sed
hũc hominem, & ideò per consequens non de-
bet curare per talia, sed per hæc talia, vt habetur
primo physicorum: innata est nobis via à commu
nioribus ad propria. Et ideò cum loquimur de na
tura humana in communi detenta, per talẽ mor-
bum in communi, curamus per talia in commu-
ni, sed cùm loquimur de tali morbo particulari,
de tali materia particulari cum talibus accidenti-
bus particularibus, & indigeat determinato iuua
mento, necesse est dirigere opus artis ad effectum
illius specialem.

*Ex effectibus præintentis tota ratio a-
gibilium deriuatur.* IX.

IVxta illud Gal. supra primum aphori. Vbicum-
que cibus, &c. Omnis futura actio ex suo effe-
ctu approbatur: & secũdum sententiam Aristo. 1.
phys. in fi. vbi probat, quòd finis imponit necessi
tatem ad ea, quæ sunt ad finem: & in secundo eius
dem probat, quòd finis ordinat & limitat, cùm sit
causa, ratione cuius aliquid fit: sed effectus pręin
tentus est finis illorum, quæ ad ipsum ordinan-
tur: ergò, &c.

*Cùm exemplar exterioris operis in
mente geratur artificis, necesse est, vt sit
clarum speculum mentis eius.* X.

SPeculum mentis sunt quinq; potẽtiæ exterio-
res, & quinq; interiores, quia sicut species rerũ
repræsentãtur in speculo, sic species intelligibiliũ
repræsentatur in istis potentijs per ordinẽ Iuxta
illud 2. de anima: oportet intelligentẽ phantasma
ta speculari, & ideo cum intelligibilia gerantur in
intellectu, oportet, vt istæ potẽtię sint claræ, quia
sicut speculũ obscurum nõ repręsentat bene spe-
cies rerum, sic potentiæ obscuræ.

¶Ostensò considerabili, quo debet mens ope-
rantis primò & principaliter informari, hîc inten
dit exprimere verba, quibus est secundariò infor-
manda: sicut .n. sapiens operarius primò conside-
rat effectum, ad quem intendit, quia est terminus
sui operis, sic secundò considerat ea, quæ sunt via
recta perueniendi ad terminũ illum. Et ideò prin
ceps Medicorum Gal. dixit, quòd totum ingeniũ
sanitatis cõsistit in duabus cõsiderationibus, qua
rum prima est, quo iuuamento secundum speciẽ
indiget patiens: Nam de iuuamento secundum
genus nõ est ars, quoniã quilibet idiota agnoscit
illud, sicut quod patiẽs in intestinis inferioribus
indiget clysteri, sed quòd tali vel tali sapientis est
solùm determinare. Secunda cõsideratiò est qui-
bus & qualiter procuretur huius iuuamentum.
Hîc ergo primò probat necessitatem cognitionis
istorum, secundò exprimit illam, cùm dicit: cor-
porũ naturas, &c. Hîc etiam primò probat illud
in generali, intendens, quòd necesse est, vt mẽs o-
perantis in cognitione sit clara, & rationem neces
sitatis exprimit per hęc: quia tota rectitudo exte-
rioris operis procedit à rectitudine illius exẽpla-
ris, quod est in mente: quod exemplar cùm nõ sit
nisi quædam cognitio agendorum vel faciendo-
rum, necessariò conuenit, vt sit clarum speculum
mentis in cognitione istorum. Hanc etiam neces-
sitatem probat in speciali consequenter, cũ dicit:

*Mens informata cunctis præbentibus
directionem ad opus, claro monstrat in-
tuitu, quid agendum.* XI.

PEr mentem intelligo potentias exteriores, &
interiores: per cuncta præbentia directionem
ad opus, intelligo signa sumta à rebus naturalib9,
non naturalibus, & contra naturam, & principa-
liter prognostica. Et ideò cum mens habuerit in-
formationem omnium istorũ, & cognouerit cau-
sas morbi, clarè monstrat curationem, iuxta illud
Auic. nõ est possibile, quòd cures ægritudinẽ, &c.

¶Et intendit, quòd qui artificialiter operatur,
non potest prosequi rectum opus, nisi mens eius
fuerit informata cunctis præbentibus directionẽ
ad opus: nã talis mens clarè iudicat, quòd agẽdũ
sit. Ex quo patet in speciali necessitas eius .s. quòd
necesse est, vt sit clarum speculum mentis in ope-
rante: cùm sit necessariũ, vt ea cognoscat, quibus
ad rectè operandum dirigitur, & talium notitia
sit clara lumine directiua.

*Corporum naturas, morborum spe-
cies, causarum varietatem, & vires in-
strumentorum agnoscens cum ratione
medebitur, & arte iuuabit ægros.* XII.

PEr hoc quod dicit, corporum naturas, tangit
signa sumta à rebus naturalibus, vel ab essen-
tialiter inhærentibus, per hoc quod dicit, morbo-
rum species, & causarum varietatem, tangit signa
sumta à rebus contra naturam, vel ab accidenta-
liter inhærẽtibus: per hoc, quòd dicit vires instru
mentorum, tangit signa sumta à rebus non natu-

ralibus. Et ideò omnia signa ista agnoscens cum ratione curabit, ita Galenus primò ponit omnia hæc signa, secundò techni, postea ponit curam.

¶ Hic exprimit secundum genus ea, quibus ad rectè operandum dirigitur artifex: quorum primum est natura corporũ, sub qua principaliter compositio & complexio comprehenduntur, secundario ea, quæ reducuntur ad eas, vt ætas & sexus, &c. de quibus in doctrina 3. loquitur, 3. 4. & 5. apho. ideò, quia multa sunt huius particularia secundum genus, dixit in specie naturas. Secũdum est species morborum: impossibile est. n. vt rectè Medicus abscindat morbum, aut mitiget, nisi per fectè cognouerit, & hoc est cognoscere, non secũdum genus, sed secundum speciẽ. Tertiũ est causarum varietas, quia saltem ad curam necesse est, vt cognoscat coniunctas & antecedentes. Quartũ est instrumentum operationis, per quod intelligitur cibus, potus & omnis medicina siue sit alteratiua, siue solutiua, & omne instrumentum chirurgicum, inter quæ clysteres, nasalia, phlebotomia, & similia continentur, quæ omnia Medicus volẽs rectè vel artificialiter operari, debet cognoscere quãtũ ad materiã & virtutẽ, sub qua virtute cõprehẽditur forma chirurgicaliũ instrumẽtorũ, quoniam in forma illorum cõsistit eorum virtus. Intendit igitur, quòd Medicus, qui prędicta quatuor plenè cognoscit, medebitur ægris corporibus cum lumine rationis, & iuuamentum procurabit eis artificialiter, non casualiter, &c.

Proprietates indiuiduales corporum sanabilium, licet scribi non valeant, necesse est tamen, vt operarius non ignoret. XIII.

HAnc parabolam ponit Gal. 3. de ingenio sanitatis c. 3. & etiam c. 7. eiusdem. Proprietates indiuiduales, vt tangitur in Porphyrio. c. de specie, circa finem, sunt forma, figura, parens, loca, tempus, patria, nomen, quę nunquam in duobus possunt simul inueniri. De complexione verum est, vt dicit Auic. de figura etiam cum causetur à complexione de loco probatur 4. physicorũ. De alijs intelligitur cum alijs dictis, quæ nõ possunt scribi, cùm sint infinita, primo poste. tamen non debent ignorari, quia ab eis dependet regimẽ, primo aphoris. apho. primo.

¶ Quia proprietates huiusmodi sub naturis corporum cõtinentur, & per artem non inotescunt, ideò probat necessitatem notitiæ ipsarũ, & exprimit modos cognitionis: dicit ergo quòd licet scribi, hoc est, arte doceri nequeant, vel cognosci, tamen necesse est ad rectè operandum, vt cognoscã tur ab operante, quod probat in duobus aphorismis sequentibus: primo per ignorantiam ipsarũ, quæ intantum impedit rectum opus, vt nequeat proprium regimen ordinari circa subiectum corpus. Si enim ignorauerit medicus, quòd patiẽs à proprietate indiuidualis imaginationis hoc habet. s. quotiescũq; viperas intuetur, aut sentit, nauseat atq; vomit, iam ignorabit, num vsum viperarũ percipere debeat. Secundò per notitiam eorũ, quæ intantũ dirigit Medicũ, vt patienti sciat proprium regimen ordinare: nam si regat spleneticũ, qui proprietate indiuiduali abhorret vinum, tũc ad aquam potui præparandam dirigitur.

Per ignorantiam indiuidualis naturæ, proprium regimen cuiuslibet corporis ignoratur. XIIII.

IVxta illud Gal. 3. techni, canone illo: Rursus igitur &c. & ratio talis: nam ignorata causa necessaria alicuius effectus, ignoratur ipse effectus: sed propria natura cuiuslibet indiuidui est causa necessaria ad ordinationẽ regiminis ipsius, ergo: maior probatur ex 7. poste. & primo phys. primo canone: minor ex 3. techni. ca. præallegato. & 2. regimenti acutorum, & in tota medicina.

Propria natura cuiuslibet indiuidui, formam proprij regiminis determinat exquisitè. XV.

IStud probatur ex præmissis: & ratio est, quia propriè & vni naturæ proprium, & vnum regimen debetur, vt superiùs est probatũ, sed quodlibet indiuiduum habet propriam & vnam naturam, vt superiùs probatum est, ergo proprium & vnum regimen sibi debetur. Quod est cõtra multos, qui quasi omnes eodem regimine regunt, & hi increpantur à Gal. 11. de ingenio, dicente, illos esse amentes.

Proprietas incognita ratione, vel syllogismo, reuelatione vel experimento iuuãtium, & nocentium innotescit. XVI.

HIc concludit innuẽdo & docendo modos sciẽdi proprietates, scilicet corporum & instrumentorum, quia qui bene definiunt, contraria consignificant: & primò ponit rationem, id est, definitionem, quæ est principalius principium sciendi: primo poste. & 3. physic. Secundo ponit syllogysmum qui est vniuersalius instrumentum sciendi, cùm sit subiectum scientiæ communis. Tertiò ponit experientiam, quod est certius instrumentum, vt patet ex proœmio Metaphy. expertos magis proficere videmus. Quartò ponit reuelationem, quæ à solo Deo procedit, qui scientias causat: hæc parabola ponitur à Gal. 3. de ingenio sani. ca. 7.

¶ Ostensa necessitate cognoscendi proprietatem indiuidualem, iam exprimit modos, quibus põt cognosci: & primus est reuelatio, quæ prout fit à Deo paucis conceditur, sed prout fit ab homine, debet communiter à Medicis obseruari: nam prudens Medicus debet suum patientem diligenter interrogare, vel existentes, vt ei proprietas indicetur illius, tali etiam reuelatione, scilicet humana, multarum medicinarum proprietates multis innotuerunt. Secundus modus est experimentum: per vsum enim iuuantium & nocentium, potest aliquis de seipso experiri, quòd aliqua proprietas ei communicat, quia iuuatur aut læditur ab aliqua re, quæ communiter tale iuuamentum, aut nocumentum non efficit. Similiter experimento applicationis ad corpus humanum alicuius complexionati sæpius innotuit & Medico & alijs illius proprietas. Dicitur ergò quod proprietas, quæ nequit arte cognosci, quam artẽ designat per similitudinem, & rationem, quia quicquid arte cognoscitur, vel similitudo vel aliqua specie ratiocinandi cognoscitur, talis, inquã, proprietas innotescit, &c. vt supra artificialis, &c. quare necesse est, verũ operariũ cognoscere morbũ, aut passio-

passionē secūdū speciē, si voluerit directè vel artificialiter operari: pro tanto declarat, quæ sit artificialis eorum cognitio, dicens, quòd illa, quę per definitionem habentur, & nō per nomen cuius ratio est, quoniam artificialis ars est illa, per quam res perfectè cognoscitur. Talis autē notitia nunquā habetur nisi per definitionē, quæ sola totam rei exprimit quidditatem: nomen autem aut nō exprimit totam aut de vi sua non exprimit, nisi circunstantiam accidentalem, quoniam vt in prę missis ostensium est, nomina rebus sępe imposita ab accidentibus imponūtur: sicut obstructio pupillæ, quę fit ab aqua innaturaliter ibi coagulata, vocatur cataracta per similitudinē, quam habet cū nubibus cæli, seu aeris: ideò necesse est ad inueniendum formam rectè curandi talem passionem oculi, vt cognoscat eam per definitionem, & non per nomen tantū. Si enim sciuerit quòd passio eius est obstructio in pupilla ex aqua coagulá ta, sufficit ei ad rectè operandum vel ad rectum opus dictandum dato, quòd nūquam nominare eam sciret. Ne tamē ex hoc crederet aliquis, quòd notitia nominum sit omninò superflua, vel inutilis, ideò cōsequenter ostendit duas vtilitates ipsorum: prima est bonitas doctrinę, quia per propria nomina rerum facilius exercetur doctrina de rebus ipsis. Secunda est bonitas cognitionis morborum. Nam illi morbi qui denominantur à mēbris, quorum sunt, facillimè per nomina cognoscūtur ab eis, quibus significatum nominis innotescit: vt si dicatur Medico de patiēte, quòd pleuresi vexatur, aut peripneumonia statim audito nomine, sine definitione cognoscit, quòd apostema costarum patitur, aut pulmonis.

Artificialis notitia passionū nō acquiritur nomine, sed definitione ipsarū. XVII.

IVxta illud Auic. 1. can. fen. 1. c. vlt. de vocibus nō disceptamus solùm, vt intentiones & differentias habeamus. Et iuxta illud Gal. 3. de morbo, vbi dicitur, quòd complementum medicinæ rerū est, & non vocum: & ratio est, quia voces significāt ad placitū, & ideò possūt mutari iuxta placitū imponētis, sed definitio necessariò cū sit conuertibilis, nō potest mutari. Hác parabolá ponit Gal. in 1. de ingenio, ca. 6. circa tertiā partem capituli.

Notitia nominum proficit ad doctrinā: rebus autem significatis medela perficitur. XVIII.

HAnc parabolam ponit Gal. vlt. de ingenio sanitatis, ca. 1. Quantum ad primam partē patet 4. physi. tit. de vacuo. c. 2. vbi habetur, quod quid nominis principium est doctrinæ. Et alibi: ignorató quid dicatur per nomen, impossibile est fieri disciplinā. Et alibi: qui virtutes vocabulorum ignorant de facili paralogisantur. Et Plató: vox in aere audibilis existens, instrumentum cuiuslibet disciplinæ. Et Gal. secundo prognosticorum cōmento illius: Vomitus sicut succus porri, &c. vbi dicit: oportet autem vt sit solicitudo tua de esse nominum, &c. sed tamen vocibus non perficitur nisi vt immutetur, ibidem. Ratio est, quia omnis medela oportet, vt medicabile cōtingat, cum medicatio sit operatio naturalis: sed vox non potest contingere membrum neque humorem, sed solum res significata per vocem.

Nomina morbis imposita secundum membrorum diuersitatē, vtrorumque præbent notitiam cognita vi sermonis. XIX.

QVia morbi qui denominantur à mēbris, quorum sunt, facillimè per nomina cognoscuntur ab eis, quibus significatum nominis innotescit: vt si dicatur Medico de patiente, quod pleuresi vexatur aut peripneumonia, statim audito nomine sine definitione cognoscit, quòd apostema costarum patitur, aut pulmonis.

Conuenit Medicum efficacem esse in opere, non loquacem: quia morbi non vocibus, sed rerum essentijs, aut viribus expelluntur. XX.

HAnc parabolam ponit Gal. tamen per alia verba, primo de ingenio. ca. 6. Iste aphorismus à præcedenti dependet: nam ex quo rebus significatis medicatio perficitur, & non vocibus, medicantem conuenit esse efficacem in opere, & in applicatione rerum significatarū, & non conuenit eum esse loquacem. Iuxta illud: in multiloquio non deerit peccatum, quod est contra multos qui dum sunt apud patientes, fabulantur hinc & inde extra intentū, & nō curát morbū curare.


¶ Quia dixit, quòd medicum oportet cognoscere passiones, aut morbos potius definitione, quàm nomine, pro tanto causam exprimit sui dicti ex fine operationis intentæ, qui est expulsio morbi, vel passionis à corpore, quæ expulsio cum fiat rerum essentijs, sicut abscinditur, quod superfluit per instrumenta chirurgica, vel rerum virtutibus, sicut expellitur morbus per medicinas, necesse est, vt expellibile per essentiá cognoscatur, & per suam virtutem, per vsum iuuantiū. Notitia verò tam essentiæ quam virtutis morbi, sola definitione perfectè acquiritur: propterea medicus operatiuus magis, quàm speculatiuus, realis debet esse potius, quàm vocalis.

COMMENTARIVS.

ANimum hîc medicinam facturo præparat Arnaldus multis equidem præceptis, sed quæ paucioribut & dilucidius exprimi potuerant: Animum scilicet studio virtutis & artis peritia excolendum esse. Virtute quidem erga Deum & erga proximum, vt precibus & pietate diuinum sibi fauorem conciliet: proximique charitate compulsus ad bene medendum fiat alacrior. Artis autem peritia non hisce modo præceptis, sed longe pluribus comprehenditur quæ sequentibus doctrinis aliqua ex parte persecutus est Arnaldus. Hîc tamen 13. aphoris. ad medendum non satis esse docet, vt in genere nota sit ægrorum constitutio: sed propriam quoque cuiuslibet ægri naturam esse cognoscēdam, siquidem non scientia sed arte medemur, quæ scientiam rebus singularibus accomodat.

Rebus non verbis (inquit) *curātur morbi: Rebus ergo non loquacitate præstans esto medicus.* Aphoris. 20. 2. Opere morbi curātur: Ergo mens ad manum deducenda est, vt scilicet medici cognitio à genere ad speciem à specie ad indiuiduum transferatur, in quo consistit omnis actio. Aphor. 8.

3. *Opus autem recta ratione regitur: Sit ergo clarū mentis speculū.* Aph. 10. 11. Speculū hoc cognitio est earū rerū quæ ad opus medicū requiruntur: vniuersalis quidem rerū, quę secundū vel præter naturam humani corporis existunt: 12. Particularis vero eorum quæ certis quibusdam hominibus propria sunt, Aph. 13. 14. 15. 16. Vt verò clarū sit hoc mētis speculū, id vera cognitione debet expoliri, quæ nō modo notitia nominū quibus res ipsæ designātur, sed definitionib. intellectis acquiritur. aph. 17. 18. 19.



DOCTRINA SECVNDA, DE REGVLIS ELIGENDI ET PRAEPARANDI commodiora instrumenta curationis, cuius capitulum est vnicum, continens Aphorismos, XLI.

Vitando nociua, & vtendo iuuantibus, prosperatur in ægris opus curationis. I.


Opvs curationis ex duobus constituitur operibus. s. ex conseruatione B rerum naturalium, & remotione rerum contra naturam, quæ ambo fiūt per debitam applicationem sex rerū non naturalium: quantum ad primum, patet primo aphorismorum cōmento illius: Humidæ dietæ omnibus febricitantibus, &c. & in primo can. fen.4. ca. primo, & talis conseruatio fit per similia, vt habetur in præallegatis locis. Quòd autem talis conseruatio sit pars operis curationis, patet quod virtus est, quæ curat morbos, vt dicit Auic. C 4. can. fen. prima, tract.2. ca.8. & Gal.2. techni: Omnium quidem horum, &c. ergò conseruando eā, & ipsam integrando perficitur quædam pars curationis. Quantum ad secundum membrum patet, quòd omne distemperatum debet reduci ad temperamentum per suum contrarium, eleuatū in æquali gradu, vt patet tertio techni: Si verò permutare vult, & transferre ad melius, &c. Quātum ad tertium dictum, patet tertio techni, & secunda fen. primi. Et ideò postquam ex istis perficitur opus curationis, patet quòd vitando nociua, & vtendo iuuantibus, scilicet conseruantibus naturalia, & corrumpentibus contra naturam, &c.

¶Præmissis regulis, quibus animus medicantis est præparandus & informandus ad rectam executionem regularum curationis, iam hîc ad intentum accedit, similiter ad canones explicandos, quibus curatio rectè vel artificialiter exerceatur. Et incipit à generalissimo, tanquam à fundamento cunctorum sequentium, in quo canone duo intendit, quorum primum est informatio medicantis, ad hoc, vt ante omnia cuncta nociua prohibeat ægro. Deinde vt iniungat ei vsum iuuantium secundum exigentiam sui lapsus, sic scilicet vt illa prohibeat, quæcumque lapsum possunt aliquo modo conseruare vel promouere: sed illa iniungat quæcumque possunt corrigere, vel minuere, taliter, vt dicit, prosperabitur actus curationis, hoc est, prosperum terminum consequetur, scilicet iuuamentum intentum. Quod ideo dicit quoniam per alterum istorum vix, aut nunquam lapsus corrigentur, licet enim semper prosit vitare nociua, tamen sine rectè iuuantium vsu tardè cura complebitur, & multò tardius, si vtatur iuuantibus, & non vitet nociua, maximè fortiora. Secundum quod intendit, est exhortatio patientis ad prædicta duo diligenter seruanda, quam exhortationem debet Medicus ei facere sub virtute istius præceptionis, & pœna futuræ præcipitationis.

Ante-

Antequam innotescant ægritudinis species, aut proximæ causæ, tẽperatis aut neutris regendus est patiens. *II.*

EX speciebus ægritudinis habetur intentio in medicando eas, & nedum ex speciebus, imò ex indiuiduis, vt dicit Gal. tertio techni versus prin. Si impassibile & impermutabile esset corpus, &c. Et intentio in medicando habetur ex causis ægritudinis, vt dicit Auicen. tertio cano. fen. prima, tractatu secundo, capitulo septimo. Modò, vt dicit Auicen. in eodem capitulo, impossibile est, vt cures ægritudinem, nisi prius cognoueris eam, & Gal. de locis affectis. Medice quid curas, cùm causam morbi ignoras? non potest fieri recta curatio per contraria, nisi ægritudo, & causa eius cognoscantur. Ideo non est curandum cum fortibus, & excessiuis, sed vt non videatur Medicus penitus ignorans, debet aliquid facere, & hoc cum neutris, vt non possint nocere, & debet naturalia conseruare saltem cum temperatis: & hoc etiam dicit Hali tertio techni commento illius.

Sicut ex singulis corporis membris, totius constat substantia, sic alterum alterius auxilio gubernatur, & ideò totum corpus in curatione cuiuslibet morbi conuenit aliquo beneficio procurare. *III.*

IN hoc Aph. Arnaldus intendit probare, quòd cùm Medicus vult curare aliquem morbum, in quocumque membro particulari fuerit, siue in toto corpore, quod habet, debet procurare totũ corpus, & omnia membra corporis. Et facit talem rationem, quando aliqua multa sunt, & vnum gubernatur auxilio alterius, & vnũ illorũ patitur in curatione illius passionis, oportet quòd omnia adiuuentur: omnia membra corporis sunt huius modi: Igitur, &c. Hac ratione procedere intẽdẽs, primo ponit vnã propositionem, ex qua sequitur minor, secundo ponit minorem sub propria forma, tertiò ponit cõclusionẽ. Et primò dicit, quòd ex singulis mẽbris corporis totius constat substã tia, quod est verũ, cũ mẽbra sint partes integrales & substãtiales ipsi⁹ corporis, testante Auic. 1. can. fen. 1. doct. 5. Modò partes integrales totius simul sumtæ idem sunt cum toto, & econuerso: vt habetur ex primo physicorũ. ¶ Sed hîc arguitur: si totũ nõ differret à suis partibus simul sumtis in corpore humano, tunc sequerentur tria incõuenientia: aut esset dare gradum in formis in eodem cõposito: aut ex multis actu existentibus fieret tertium: aut forma corporis non erit causa, neque pars. Primum est improbatum per ecclesiam, secundum per Arist. 2. de anima, tertium de se. Consequentia probatur: nã aut formæ singulorũ mẽbrorũ erunt formæ cõpositi, aut erit ibi dare vnã formam distinctam & vltimatam ab illis. Si primo modo, sequẽtur duo prima inconueniẽtia, si secundo modo: tunc dico, quòd illa forma erit vna pars compositi, sed hoc est falsum per se: nam aut pars formæ compositi, aut materiæ compositi, aut amborum, aut vnius entitatis distinctæ à materia & forma, & non pręmissis tribus modis, vt patet de se. Si tertio modo propositum habeo,

Vtrum totum differat à partibus simul sumtis in corpore humano.

A quod declaro accipiendo tres propositiones, quarum prima est hæc: causa realis & realiter causãs debet habere effectum realiter causatũ: secũda est hęc, quòd effectus causæ formalis nõ potest præcedere secundum ipsam causam formalem: tertia propositio est, quòd forma est causa realis: tunc probo & accipio formam compositi per tertiam propositionem, ipsa est causa realis realiter causans per primam, ergo causat effectum realiter distinctum ab ipsa, tunc ille effectus, aut est mate- B ria, aut forma, aut ambo, aut realiter quid distinctum ab ipsis, non materia, per secundam propositionem, quia materia pręcedit formam, nec forma per primam, neque ambo per ambas: ergo tertium Item ad idẽ, auctoritate Arist. 6. Topicorũ, qui dicit, quòd destructo toto adhuc remanent partes eius, & septim. Metap. ¶ Dico, quòd totum non differt realiter à partibus suis simul sumtis, & probo sic: si ergo esset, aut differret ab eis seipso aut per aliquam partem, non seipso, quia C includitur in eis: neque per aliquam partem, quia tũc idem esset causa distinctionis sui ipsius: ad idem sic accipio illam tertiam entitatem, quã tu ponis, tunc aut erit tota entitas totius, aut pars essentię, non tota, quia tunc partes non essent de essentia totius. Si pars essentiæ totius, tunc cum alijs partibus causabit vnum totum, tunc aut totum erit distinctum realiter ab istis partibus, aut non, si non propositum habeo: Si sic accipio, vt prius, & sic ad infinitum. ¶ Dico ad rationem, D quòd forma est pars materiæ & formæ simul sumtæ, & quando tu dicis: ergo erit pars materiæ & formæ: dico quòd non sequitur, quia vnitas est pars binarij, & tamen non est pars alterius vnitatis. Et quando tu arguis per locum à toto copulato, dico quòd non est hic iste locus, quia illud totum non attribuitur vtrique parti. Ad auctoritatem Arist. dico: intelligit, quod remanent aliquæ partes, sed non potest destrui totum, quin destruatur aliqua pars. ¶ Secundo ponit minorem E sub propria forma, & dicit, quòd membrorum alterũ gubernatur auxilio alterius, & hoc est quod dicit Gal. secundo techni. & Auicen. primo can. fen. prima doct. quinta, quod declaratur, quia omne membrum, aut est principale, aut nõ. Si primo modo sic gubernat alia, vt patet de se: si non, aut deseruit principali virtute latoria, aut præparatoria, vt declarat Auicen. & Gal. Sed hîc arguitur, quia cor non gubernatur auxilio alterius, vt ponit Aristo. 2. de partibus animalium, & di- F cit quòd est membrum tribuens, & non suscipiens: Item secundum Gal. seeundo techni. & Auicen. est dare membrum suscipiens, & non tribuens, vt ossa: Ad hoc dico, quòd tu arguis de virtute, ipse loquitur de auxilio vel de seruitio: quare non valet, conclusio de se patet, & habet bonũ locum in practica.

Medicus fidelis & sapiens cognitis agnoscendis, quantò celerius poterit, subueniet ægrotanti. *IIII.* G

FIdelitas est, vt vnusquisque faciat alteri, quod facere tenetur secundum fidem: sed sapientia est, vt sibi caueat, vt illud, quod facit secundũ bonũ intellectũ, redundet alij in malũ: Prima harũ patet ex vocabulo fidelis, qđ sumitur à fide, quæ

Fidelitas. Sapientia.

oritur à Deo. Secunda potest haberi est dictis A- A
risto. 6. Ethicorum. Sed vnusquisq; debet subue-
nire alteri, iuxta facultatem secundum præceptũ
Creatoris. Iuxta illud Pauli: Alter alterius onera
portet: & iuxta dictum Euangelij: & antequam
subueniat per sapientiam, debet præcauere, ne
noceat, dũ intendit subuenire. Ergo Medicus pri
mò debet cognoscere agnoscenda, & postea vt ci
ti⁹ põt, debet subuenire iuxta facultatẽ ægrotãti.

Illa operatio breuior est, quæ paucio-
ribus instrumentis effectum cõsequitur
præoptatum. B *V.*

Operatio breuis dupliciter

OPeratio potest dici breuis dupliciter. Primo
modo, quia breui tẽpore perficitur: & sic pro-
priè dicitur breuis: Alio modo largè, vt in præsen
ti aphorismo, si quid cõsequitur præoptatũ effe-
ctũ paucioribus instrumẽtis, & de quacumq; po-
test intelligi aphorismus præcedẽs. Primo de pri
ma operationẽ. i. medicatione, vel sanatione decla
ratum est, & tãtũ pro tãto Medicus nõ debet me- C
deri, nisi cũ morbus à natura sit in indifferentia
potestatis, vt vnũ possit supra aliud: nã quãdo na
tura dominatur non indiget medicamine, iuxta
Gal. 2. de interioribus, natura nõ indiget medica-
minis auxilio, nisi cum morbo nimis magnifico
nequiuerit dominari: neq; similiter quando mor
bus dominatur supra naturam, iuxta sententiam
Gal. primo apho. cõmento illius: Quãdo steterit
ægritudo, &c. Ergo sequitur, quòd Medic⁹ debet
subuenire, quãdo natura nõ potest supra morbũ, D
neq; morbus supra naturã: sed tũc, nisi citò sub-
ueniretur, timẽdum esset, ne morbus deuinceret
naturã, ergò in breuissimo tẽpore debet subueni-
re. De secunda breuitate operationis nos horta-
tur Arnaldus, cuius sunt duæ causæ: Prima est,
quia instrumentũ sanationis sunt medicinæ sim-
plices & cõpositæ, sed quanto plura fuerint com
ponentia medicinæ, tantò minus est certus effe-
ctus eius: ergò vt certiori modo fiat, curatio de-
bet fieri paucioribus instrumentis, quibus possit. E
Secunda ratio est, quia aliàs fiunt multi sumtus
infirmo, siue incommoda, quod debet vitari pro
possibili.

Opus rectissimum non efficacioribus
tantum, sed tutioribus consumatur. VI.

EX præmissis aphorismis dubia quædã possunt
ventilari. Dictũ est enim, quòd Medicus, quã-
tò citius potest, debet subuenire ægrotanti: & e-
tiam dictum est, quòd breuior operatio pauciori
bus instrumentis perficitur, ergò rationabiliter F
post ista duo potest quæri: aliqua sunt multũ sim
plicia, & multum fortis virtutis, & ideò citò sub-
ueniunt, debemúsne medicari cum illis, vt sunt
helleborus, colocynthis, & specialiter omnia talia
in quarto gradu, siue à tota proprietate fortẽ & su
bitam operationem facientia. Respondet doctus
Arnaldus dicens, quòd non: nam tale opus non
esset rectissimum, quia recta operatio cum eo, vt
sit breuis & simplex, debet esse secura, talis autem
non est secura, iuxta dictum Auicen. primo can. G
fen. 4. cap. primo, iuxta finem. Dicit enim sic, ex
regulis præterea, quas tu obseruare debes, est for
tes dimittere medicationes, quanto plus põteris,
sicut ventrem vehementer soluere, aut vomitum
prouocare, &c. Et iuxta eundem in eadem fen.
capitulo tertio: dicit enim sic iuxta finem: Et sci-
to quòd residuum materiei dimittere, quod de
ea necesse erat euacuare, minus nocumẽtum est,
quàm eam exquisitissimè euacuare. Et iuxta Hip
po. 4 aphor. hellebor⁹ periculosus est, &c. Et iux
ta eundem super secundo aphorismorum: Sana
habentes corpora pharmacijs exoluũtur: & iuxta
Gal. in commento.

Quæcũq; naturæ subiecti sunt magis
amicabilia, securius mouẽt ipsum. VII.

EX præmisso aphorismo discretè quæstio pen-
det dubia, quærens certitudinem, dicẽs, quòd
opus rectissimum principaliter fit ex tutioribus:
& ideò quæritur, quæ sunt tutiora in mouẽdo &
medicando: Respondet quòd illa, quæ sunt ma-
gis amicabilia naturæ subiecti. i. corporis huma-
ni. ¶ Ad cuius declarationẽ scienda sunt aliqua:
primò. n. sciendum, quòd de numero mouentiũ
corpus. i. ipsum laxantiũ, quędam mouent leniẽ-
do, vt cassiafist. pruna, manna, & sic de alijs: quę
d ãcõprimendo, vt myrobalani, & styptica in fine
comestionis data: quædam lubricando, vt muci-
lago psyllij, & sic de alijs: quędam abstergendo, vt
mel, saccharum, & sic de alijs: quædam mordican
do, vt salsa, acuta, vt mercurialis, & sic de alijs: quę
dam attrahendo, vt scãmonea, esula, euphorbiũ,
& sic de alijs, & omnia ista intrant corpus. Modo
secundum Auicen. primo cano. fen. secunda, do-
ctrina secunda, summa prima. cap. 15. corpus in-
gredientium quædam solùm sunt cibus, quæ-
dam solùm sunt venenum, quædam solùm sunt
medicina, quædam cibus & medicina, quædam
medicina & venenum. Nulla medicina eductiua
est solùm cibus, quia de ratione cibi est solùm, vt
nutriat, vt ibidem habetur. Item nulla medicina
eductiua datur tantùm ad nutriendum, neque
etiam est solùm venenum, quia omne venenum
in sua dosi datum prima applicatione interficit.
Itẽ nulla medicina in debita dosi data interficit,
vt patet per omnes: sed quædam medicinę laxati
uæ sunt medicina & venenum, vt dicit Auer. 5.
colliget. vt omnes medicinæ attractiuæ ipsomet
testante, sed excipit reubar. aliæ sunt medicinæ
laxatiuæ, quæ sunt cibus & medicina, vt omnes
aliæ, præter quam attractiuæ, secundum Gal. &
Auicen. primo can. fen. 4. c. 4. Item quod magis
accedit ad naturam cibi, id magis amicatur corpo
ri, & quod magis ad veneni naturam, minus: er-
go aliæ medicinæ ab attractiua magis amicantur
corpori, & securiùs mouent ipsum. Item quæ
sunt magis secura, faciunt rectissimam operatio-
nem, & talibus debemus vti: sequitur igitur quòd
in laxatione corporis non debemus vti medicina
attractiua, sed solũ alijs. ¶ Sed obijcitur: Domi-
ne ergo frustra fuerunt inuentæ medicinæ laxa
tiuę? Dico certẽ quòd sic, nisi in duobus casibus:
primò propter hoc, vt aliæ simplices eis acuẽtur
& fortificentur: secundò vt cùm necessarium
fuerit, eis vtamur, & est necessarium, vt quando
materia est venenosa, vel multum immobilis, vel
multa, vel in locis remotis vel quando sensus cor
poris est hebetatus. ¶ Item scias secundum Gal.
primo aphorismorum cõmen. illius. Ventres, &c.
quòd natura sumitur quatuor modis, vt ibi pa-
tet, de quolibet modo intelligitur hîc.

Laxãtia corpus multiplicia.

Prudens

Prudens & pius medicus morbum expellere satagit antè cibis medicinalibus, quàm medicinis puris. VIII.

INclytus autor pręmissis demonstratis, ex eis vult elicere conclusionem, quæ quasi documentum in opere potest dici: præmissum est .n. quòd fidelis & sapiẽs, &c. Itẽ quòd illa operatio breuior, &c. Item quòd opus rectissimum, &c. Itẽ quæcunque naturæ subiecti, &c. Sequitur igitur, ex quo celeriùs potest, debet subuenire Medicus, & ex aliis quòd & prudens & pius Medicus satagit morbum expellere antè cibis medicinalibus, quá medicinis puris: puris, scilicet à naturis cibi: sed non intelligas puris, scilicet à venenositate. Dicit bene antè, nam vt dicit Gal. secundo regimenti, cõmento secundo, primò in qualibet curatione debemus vti magis simplicibꝰ in virtute, postea magis fortioribus. Et ideò documentum est conclusio ista in opere: nam in medicatione primò debemus medicari cibis medicinalibus, & si hæc non sufficiant medicinis cibalibus, & vltrà si hæc non sufficiant, medicinis venenosis.

Cuicunq; potest per alimenta restitui sanitas, fugiendus est penitus vsus medicinarum. IX.

EX præmissis ostensum est, quòd in quocunque can. primo debemus curare cũ medicinis & cibis, & cũ illis curã perficere, postea debemus vti medicinis puris, vel medicinis, & venenis, si cũ cibis medicinalibus nõ possumus curare. Et hoc est cuius inclytus Arnaldus in præsenti aphorismo nos admonet, dicens: quicumq; potest restituere sanitatem per alimenta, hoc est, cibis puris, vel cibis medicinalibus, omninò cauere debet à puris medicinis, & venenosis.

Medicatio, quæ puris peragitur medicinis, aut diu non poterit tolerari, aut non est diu continuanda. X.

SOlennis Doctor in præsenti ponit vnum documentum, valens ad opus faciendum per puras medicinas. Dictum est enim quòd aliquoties licet in medicando vti medicinis puris, vel medicinis adhuc venenosis: & ideo posset oriri dubium, Domine, quãdo vtimur medicinis puris, talis medicatio debétne diu continuari? Respondet ipse, & dicit quòd nõ, reddit causam, quia non potest diu tolerari, intendens talem rationem: Id quod diu non potest tolerari, non est diu continuandum: medicatio cũ puris medicinis est huiusmodi: Igitur, &c. Maior patet, quia Medicus est adiutor naturæ & non impediens eam, vt dicit Auic. 4. can. fen. prima, doctrina tertia, capitulo primo. & in secunda fen. capitulo primo & Galenus in 4. aphorismorum in commentis vltimorum aphorismorum.

Modestus & sapiens Medicus nunquã properabit ad pharmaciam, nisi cogente necessitate, cum etiã debilia, quibus corpus non indiget, sint nocua. XI.

EX præmissis videtur ostensum, quòd nullus debet vti medicinis laxatiuis: & ideò optimè iuuenis aliquis potest dubitare, Domine, ergo nũquam propinabimus medicinas laxatiuas attra- A ctiuas, cũ tamẽ auctores eas inuenerint, & in scriptis eas commendarint & approbarint? ¶ Respõdet inclytus Arnaldus, imò aliquoties. s. quando necessitas vrget, nam necessitas non habet legem vt communiter dicitur. Modò necessitas vrgens medicinas attractiuas propinare, sicut supradictum, est duplex in genere: aut in tali ęgritudo est furiosa, aut non. Si furiosa sic: dicitur igitur, sicut potest haberi ex versibus: Synocha cum cholica, phrenesis, squinantis & anthrax, Materias B crudas euacuare iubent. Si non est furiosa adhuc est talis necessitas, si materia est immobilis & fixa, & etiam si materia sit in partibus longinquis, & etiam si patiens sit valde obtusi sensus. ¶ Sed tu dices, Domine, nónne, in istis casibus potest purgari talis materia cum aliis, præter attractiuá? ¶ Dico, quòd non: nam cum ægritudo est furiosa, est fortis morbus, forti morbo necesse est vt fortis respõdeat medicina, vt scribit Gal. 4. aphor. cõmẽto illius: Elleborꝰ periculosius est, &c. neq; cum ma- C teria est immobilis: nã oportet, vt mouẽs eã tunc sit forte: neq; cũ in locis lõginquis, nã alia laxatiua nõ euacuant, nisi à partibus propinquis: neq; cũ patiẽs est obtusi sensus, nã secundũ quod scribit Auic. primo can. fen. 4. c. 4. medicina attractiua operatur incitando naturam, quæ sentit onus & molestiam medicinæ & materiæ, & nunc natura expellit medicinam & materiã: sed tunc natura non potest excitari, nisi à forti medicina. Confirmat dictum suum, nam dicit, quòd debilia nocẽt D corpori, nisi corpus eis indigeat: ergo magis nocẽbũt fortia, nisi sint necessaria, & arguit per locum à minori.

In pueris & decrepitis verendum est pharmacare, iuuentibus quoque suspectum est crebrò sumere pharmacia XII.

IN præcedentibus disputatum est de administratione medicinarum laxatiuarum, quãtum est ex parte earum, nunc verò docetur de administra- E tione earum, quantum est ex parte corporis, & primò secundum ætatem eius: nã dicit quòd in pueris & decrepitis nullo modo sint administrandæ, quantum est ex parte ætatum intelligendo: in iuuenibus autem bene possunt administrari, sed nõ sæpè. Hæc sunt quæ ponuntur ab Auicen. primo can. fen. 4. cap. tertio: dicit enim sic: Ætas prima, quæ nondum ad augmenti complementum peruenit, aut ad consumtionem est transiens, ab eis prohibet. Et causa est de pueris, nam habent vir- F tutes debiles, meatus strictos, & indigent multo nutrimento, quibus de causis in eis negãtur pharmacia. In decrepitis aũt est causa: nam habent modicum de calore naturali, & de spiritibus, modò pharmacia minuit calorem naturalem, & euacuat spiritus, quare prohibetur eis, iuxta illud Galeni secundo prognosticorum, commento illius: Liquida bona, &c.

G *Quicumque in iuuentute sæpius pharmacantur, citò deflebunt incommoda senectutis. XIII.*

HIc inclytus reddit causam cuiusdam sui dicti: dixerat enim, quòd suspectum est in iuuenibus sæpe pharmacias sumere, ratio huius dicti est, quia tales citò deflebunt incommoda

senectutis. Intendit talem rationem: Illis est suspectum pharmacias sæpè sumere, qui si sæpe pharmacentur, citò dolent propter incommoda senectutis: iuuenes sunt huiusmodi: igitur, &c. Ista ratione sic procedit, ponit propositionem, ex qua probatur minor, & causa dicti est: nam pharmacia euacuat calorem naturalem, & spiritus, vt habetur secundo prognosticorum, & specialiter, vbi motus vigeat ad pharmaciam: nam existentes sub latitudine sanitatis, pharmacijs vti est difficile secundum Hippo. secundo aphorismorum. Sana habentes corpora, &c. dicit Gal. quòd in his pharmacia facit ad cõsumtionem, cùm dissoluat virtutem, & minuat substantialem humiditatem. Ista autem sunt incommoda senectutis. s. consumtio substantialis humiditatis, dissolutio virtutis: & per consequens defectus operationum. Et est notandũ, quòd ætas nõ habet præfixũ terminum duabus de causis: primò, quia minoratur vel prolongatur ad bonitatẽ, vel malitiam cõplexionis: secundò propter causas extrinsecas, vt patet hîc.

Fallax aut ignorans est Medicus quærens insitata & rara, cùm posit communibus languido subuenire. XIIII.

CVm in præmissis aphorismis docuerit immediatè administrare pharmacias, cõsideratione sumta ex parte infirmi, & specialiter ætatis eius: hic ponit vnum commune documentum, valens ad modum operandi, sumtum ab vtilitate, vel in consuetudine ipsius medicinæ. Dicit, quòd cum possumus, semper debemus subuenire cum communibus, quia operarius est ignorans, aut fallax, potens subuenire communibus, & quærit rara: & supple tu, quòd quando non possumus subuenire cum cõmunibus, debemus quærere aliqua specialia inusitata, quæ etiam aliquando videntur abusiua. Multoties videmus quòd talia multùm prosunt in multis casibus, & tamen omnia communia vsitata faciunt, & nihil proficiunt, & in talib⁹ dicit Auic. quòd vsus vnius ibi existẽs, & causa dicti est: nam aut operarius operabitur cum cõmunibus, aut nõ, si sic, habeo propositum, si non aut ignorat ea, aut non: si ignorat, erit ergo ignorans, si non, ergo fallax vel sociorum, vel infirmi, vel vtriusq;: sociorum, quia facit vt ipsi teneant eũ pro idea separata, infirmi ad hoc, vt magis infirmus consideret de eo quàm de alio, & vt extorqueat pecuniam.

Potens mederi simplicibus, composita medicamina dolosè aut frustra quærit. XV.

OStensum est quomodo medicemur cum medicina cõsueta pro possibili: hîc docetur quomodo medicina debeat dari simplex, vel composita, & quibus de causis medicina est componenda, & quibus non. Primò ponit vnum documentũ generale, & est, quòd semper, vbi possibile est, debemus vti simplicibus, & non compositis: quia qui potest mederi simplicibus, & quærit composita, aut est frustratorius, aut dolosus, vt patet cuilibet intuenti.

Simplicem medicinam species rerum elementalium administrãt, compositam verò ex illis ars præparat. XVI.

Morbis simplicibus medicina conuenit in virtute simplex, compositis verò multiplex in eadem. XVII.

GAlenus 4. de ingenio sanitatis primo capitulo & 7. de ingenio, cap. 9. ponit regulam operandi sumtam à simplicitate, vel compositione medicinæ, & dicit, quòd si morbus est simplex, debet mederi cũ simplicib⁹, si morbus est cõpositus, tũc debet mederi cũ cõpositis, & hoc quantum est ex parte morbi: causa dicti est, ná omnis cura fit per contrarium, vt patet secundo aphorismorum, & per omnes. Modo secũdum Arist. in primo de interpretatione, tantùm vnum opponitur vni, & non plura vni: patet ergo, quòd vni morbo solũ vna cõtrariatur medicina, & per consequẽs multis morbis multæ contrariantur medicinæ, cùm quilibet morbus sit vnus, & quilibet habeat vnã medicinam contrariam: ergo dato, quòd sint plures morbi, oportebit quòd multis curentur medicinis.

Cùm in simplicibus non occurrit amplexus virium debitarum composito lapsui, necessitas vrget præparare compositas. XVIII.

Morbus potest dici simplex tripliciter.

TAngens quãdam distinctionem ponit vnum documentum, distinctio autem est hęc ex parte morbi. s. quòd morbus potest dici simplex tripliciter: primo modo simplicitate analoga, vt quãdo nihil de sanitate, de quo sit curãdum Medico, est cum eo, & est compositus per contrarium, scilicet quando adhuc est aliqualis sanitas. Alia est simplicitas in genere, & hoc dupliciter, vel generalissimo, vt quando est sola mala complexio, vel compositio: vel subalterno, vt quando est mala cõplexio calida & humida. Alia est simplicitas in specie specialissima, vt quando est solum mala cõplexio calida vel frigida in tali membro, & de tali simplicitate morbi loquitur in proposito. Alię autem simplices possunt dici compositiones, quia in talibus morbis sunt multi simplices morbi in specie specialissima, sicut in corpore. Alia est distinctio ex parte medicinæ, scilicet quòd medicina dicitur simplex multis modis: primo ex non adiunctione ad aliam, vt rosa sola: & ista appellatur simplicitas specialis. Alia est simplicitas, scilicet quando non operatur à tota specie, vel à proprietate cibali: quia rheubarbarum est medicina composita isto modo, quia vno modo infrigidat à tota specie, scilicet expellẽdo choleram: alio modo calefacit, quia calidum est, & theriaca isto modo est composita, quia operatur à substantia, & à qualitate. Alia est simplicitas complexionum, scilicet quando solum vna complexio excedit in ea, & aliæ sunt in temperamento: & de istis paucæ inueniũtur, & ista simplicitas vocatur virtualis, & hoc est, quod ipse dicit.

Motiua præcipua componendi medicinas surgũt à morbis, vel membris, aut medicinis. XIX.

Morborũ pluralitas aut contrarietas causæ ad ipsum morbum, vel accidentis ad eum diuersitas, vrget diuersas coniungere medicinas. XX.

Hic po-

Causæ compositionis medicinæ.

Hic ponit causas componendi medicinas, sed de numero istarum causarum. s. quæ sunt causæ, vt medicina componatur, quędam sunt causę per se, & istas enumerat in primo apho. aliæ per accidens, & istas enumerat in secũdo aphorismo. Causa primi iam dicta est: de secũdo dicto nota, quòd aliquãdo causa proportionatur cũ morbo ita, qđ ambo possũt curari cũ eadẽ medicina, vt mala cõplexio calida, facta in mẽbro calido. Aliquãdo autẽ causa penit⁹ cõtrariatur ipsi morbo, vt in febre phlegmatica: phlegma. n. est frigidum & humidũ, & febris est mala cõplexio calida & sicca, tunc necessariò oportet habere diuersa medicamina, vt dicit Auicẽ. 4. can. fen. prima, trac. 2. c. 8. Causa tertij dicti est, quòd aliquando accidens grauius est, quàm morbus, vt ponit Auic. in 4. fen. primi, capitulo vlti. & sic apparet, quòd aliquando prouenit syncope ex mala complexione calida, & humida oris stomachi: & ideò æquè bene & aliquãdo magis obuiandum est accidenti, sicut morbo: & si accidens sit diuersum, vt in exemplo dicto, necessariò oportebit habere diuersa medicamina contra morbum, & contra accidens, quæ necessariò erunt contraria. Sed nota, quòd primo, & per se nõ debetur cura, nisi morbo, propter morbum debetur causæ & accidenti, & hoc est, quod habetur à Galeno in tractatu de ingenio sanitatis.

Vt ducatur ad membrum distans, vel penetret in compactum, aut si communis est pluribus, vt ad vnum determinetur, aut adhæreat ei, aut immoretur, vna res alij societur. XXI.

Hic enumerat causas per accidẽs, ex quibus sumitur intentio cõponendi medicinas. De primo certum est, sicut quando volumus quòd medicina vadat ad pulmonem, administramus aliquod diureticum, & subtilis substãtiæ, sicut vuas passas, & liquiri. miscemus cum radice enulæ & aristolochiæ. De secundo patet, sicut quando tu ponis acetum, qui est maximus penetrator, vt ponit Auicen. De tertio, sicut cum medicinis stomachi miscemus anisum, absynthium, & in ęgritudinibus partium renalium miscemus diuretica. Alia causa per accidens cõpositionis medicinæ potest esse refrænatio virtutis medicinæ, vt Hippocrates in secundo regimenti docet, ponere cum electuario daucum, & siseli: & auctores docent administrare masticem cum scamonea, vel ad fortificationem eius, sicut cum turbith miscemus zingiber.

Ne vis medicinæ corpori necessaria virtutem eliminet membri nobilis, aut offendatur ab ea membrum paßibile, vel acuti sensus in termino, vel in via: ne vis ipsius nocida cuiquam ingerat læsionem, aut horribilitate conturbet: ne citò pereat virtus eius, vt confortetur, vel vt repressa qualitas proposito conformetur, medicinæ alterius copulam necessariò sustinebit. XXII.

Cum superius posuerit aliquas causas per accidens, quibus medicinæ debent componi, ne A videatur insufficiens, nunc enumerat autor alias causas, de quibus autores multum loquuntur, & specialiter Ioã. Ebeme. in suis medicinis laxatiuis: & ideò recurratur ad ipsum, & alios.

Quantò plura sunt componentia medicinæ, tantò est componenti minus certus effectus. XXIII.

Superius ostensum est in quibus casibus debeamus vti medicina composita, & in quibus medicina simplici: hîc ponit vnum documẽtum bonum, & sensus est, quòd quando debemus vti medicina cõposita, adhuc debemus ibi ponere pauciora componentia, quàm possumus. Et ratio dicti est, quia multitudo componentium facit ad incertitudinem effectus ipsius medicinæ compositæ, & hoc est, quod potest elici ex dictis Gal. primo aphorismorum, commento primo iuxta finẽ, dicit enim sic: si quis medicinat⁹ sit diuersis, quolibet diuersorum iuuatur siue disturbetur, quòd iuuerit seu nocuerit, non facile est videre. Et nota, quòd licet posset verificari canon de omni medicina composita, tamen magis est verus de medicina composita operante per virtutes & complexiones simplicium, quod est contra aliquos, qui in omni casu faciunt vnam magnam receptã sẽper. Sed potest obijci: Domine, autores antiqui multum approbant multam compositionem plurimorum componentium, sicut Nicolaus & alij. Notandum, quòd medicina dicitur composita, quantum ad substantiam. s. quæ est composita ex medicinis diuersarum specierum, vt ex lactuca & endiuia, aut est composita quantum ad virtutem, vt composita ex lactuca & absynthio, vel vna sola medicina in se habens diuersas complexiones, vt cicer, lens & rosa, vt aliqui ponunt, & de ista compositione principaliter intelligitur aphorismus. Vnde medicina potest esse composita, quantum ad substantiam, & erit simplex quantũ ad virtutem, vt medicina composita ex lactuca & endiuia & scario, & portula, & sic de alijs est composita quantum ad substantiam, & simplex quantum ad virtutem. & de multa compositione quantum ad substantiam, autores loquuntur: aliam autem increpant, quare, &c. nisi tantùm in casibus dictis.

Sicut medicinæ compositæ basim permutare non licet, sic neque medicinæ à proprietate iuuantis eam, vel eius malitiam corrigentis. XXIIII.

Basis in medicina cõposita, dicitur illa medicina, quæ principalis est ibi posita contra aliquẽ morbum: verbi gratia, sandalum est basis in triasandalo, & etiam ciminum in diacimino, à qua illa medicina propriè sumit denominationem: vnde talis basis in illa medicina non est permutanda, quia iam aliàs non esset illa, neque haberet talem denominationem. Et ideò si talis basis indigeat medicina ipsam iuuante, sicut zingiber iuuat turbith, neque ipsam corrigente, sicut mastix corrigit scamoneam, talis medicina etiam non permutanda, sicut dicit canon. Et causa est, quia medicina composita remanet ex hoc imperfecta.

Quorumcumque componentium iuuamina sunt plura, vel pauciora, conuenienter eorum pondera maiorantur.

XXV.

QVæstio posset fieri, Domine, oportet multas
componere medicinas, & hoc propter mul-
tas causas dictas, sunt ne omnia illa simplicia po-
nenda in medicina composita, in eadem mensura
vel in eodem pondere. Respondet & dicit, quòd
non, imò sunt quantitates augmentandæ vel di-
minuendæ iuxta magnam vtilitatem vel paruam
ipsius medicinæ simplicis: & ratio est, quia quam-
uis quantitas non mutet gradum secũdum quos-
dam, tamen augmentat vel diminuit operationẽ,
vt sensus quotidie ostendit.

Sicut componens efficax ad iuuandũ augetur in quantitate: sic efficax ad nocendum quibuslibet membris, necessariò minoratur,

XXVI.

Istud habetur ex terminis, quia medicus debet
esse adiutor naturæ & non impediens eam.

Licet componẽs excellentis fuerit iuuamenti, vt aurum, respectu cordis, tamen quia grauitate sua diuertere potest compositum & secessum, ideò quantumlibet eius quantitas non augetur, & sic de similibus.

XXVII.

IStud habetur ex illo: quorumcumque compo-
nentium iuuamenta sunt plura vel pauciora cõ-
uenienter eorum pondera minorantur, quia me-
dicina iuuat aliquando omnibus suis viribus, &
à substantia sua & à sua complexione, & suis vi-
ribus secundis & tertijs: & talis medicina non
potest nimis dari in magna quantitate: aliquan-
do medicina iuuat sua complexione, tamen no-
cet sua substantia, sicut radix, & talis debet auge-
ri vel minui secundum proportionem iuuamen-
ti, & nocumenti & hoc relinquitur industriæ o-
perantis.

Sicut in medicinis ordinatis ad membra longinqua pondus augetur, hæc debet conuenienter in oppositis minorari.

XXVIII.

CAusa est: quia in mẽbris propinquis, sicut est
os, dentes, lingua, guttur, meri, stomachus, me
dicina iuuans citò obuiat eis & ipsa contangit:
ideò minor quantitas sufficit. Sed in membris lõ-
ginquis, sicut vesica, renes, matrix, iuncturæ, pul-
mo, si detur medicina iuuatiua in parua quanti-
tate, antequam possit talia membra contingere, e-
rit deperdita, & quasi annihilata in via: & ideò de-
bet quantitas sua augeri.

In componentibus, quorum sapor austerus, vel odor extiterit, aut qualitates primæ fuerint excellentes, rationabiliter pondus minuitur, in oppositis verò potest augeri.

XXIX.

TAles compositiones sunt, verbi gratia, ipsa hie
rapicra, quamuis sit vtilissima, tamen est horri
bilis saporis & odoris, necessariò vbi datur per os,
debet dari in parua quantitate, quia patientes
sunt delicati, & vix possent magnam quantita-
tem accipere, oppositum est in diacitonite, iux-
ta aphotismum Hippo. parum deterior cibus &
potus detestabilior, &c. idem intelligendum est
de medicinis.

Quæcumque solent contristari sumẽtem, rationabiliter minorantur, quæ verò delectant, poterunt augeri.

XXX.

REddita est causa: ideo sufficit, quod fiat sic in
opere.

Quarumcumque medicinarum virtus corpori necessaria, potest resolui celeriter, augeri conuenit quantitatem, in oppositis autem minuitur competenter.

XXXI.

EXemplũ de capillis Veneris & de chamomilla,
habent virtutes valde accõmodas, tamen cele-
riter resoluuntur: & ideo quando administran-
tur ab intus, vel extra, debet poni magna quanti-
tas, quia magis durat ibi virtus: in illis autem, vbi
non tantùm resoluitur, non oportet ponere tan-
tam quantitatem, sicut in pomo citro, vel in piro,
& sic de alijs.

In componente, cuius potentia iuuatiua cæteris est communis, licet minuere quantitatem, cùm plures habeat adiutores, si verò propria sit eidem, conuenienter augetur.

XXXII.

COmmunis potentię vel virtutis est medicina,
quæ in multis medicinis inuenitur, vt est vir-
tus restringens ventrem cum stypticis: & ideò nõ
oportet tales quantitates augeri in qualibet, quia
multæ tales possunt adiungi. Sed quando est o-
peratio propria, oportet vt sit quantitas maior, vt
est puluis hirundinum in angina, cinis scorpio-
num in calculo, & sic de alijs.

Testium vniuersorum concordia clarum processum indicat operanti, discordantibus signis declinandum est semper ad plura vel fortiora.

XXXIII.

ISte canon positus est à Galeno octauo de inge-
nio sanitatis circa finem. Positi sunt multi apho
rismi, facientes ad augmentandum, vel diminuẽ-
dum quantitates medicinarum in compositis me
dicinis. Quæreret iuuenis: Domine, multa dixi-
stis, tamen præsupposuistis ipsa sciri, quæro quo-
modo sciam? Respondet, vt vadas ad testes, &
tales testes sunt autores, & Magistri, qui si con-
cordent, clarum est, quòd debes facere, tamen si
discordant ad opus tuum, recurre ad plura & for-
tiora signa.

Cùm significationes augendi vel minuendi pares fuerint numero, seu virtute, mediocris erit quantitas componentis.

XXXIIII.

ISTE canon clarus est ex terminis.

Mediocris quantitas medicinæ dosis terminum respicit, seruata proportione medicinæ componentis ad componentem.

XXXV.

Dosis

DOſis in medicina idem eſt, quod debita mẽſura, ſeu quãtitas alicuius applicabilis corpori humano ad faciendam operationem debitã in eo, & principaliter attenditur in medicinis laxatiuis, & ſpecialiter attractiuis. Vnde auctores ponentes tales doſes ponunt de qualibet medicina doſem maiorem, minorẽ, & mediam: quia medicinæ quæcunque ſint, niſi applicentur in debita quantitate, nõ faciunt debitam & rectam operationem in corpore. Nam ſi applicentur in paucíſsima quantitate, non operantur, de quo ſit curandum, quãuis fortiſsimæ ſint virtutis: ſi autem applicentur in nimia quantitate, facient operationem effectiuè & intemperatam, quamuis debiliſsimæ ſint virtutis: Et ideò poſita eſt quantitas cuilibet medicinæ, quæ tamen quantitas habet latitudinem, infra quam latitudinem medicinæ faciet operationem ſibi pertinentem, & talis quãtitas vocatur doſis medicinæ. Modò expedit cõponentem medicinas habere in mente doſes omnium componentium, alias nil facere: ideò dicit canon, quòd quãdo facio tibi medicinam ℔. media quantitate medicinæ, intendas quòd intelligo dicere de media doſi ipſius, ideò ſerues tuas proportiones, quæ ſunt immutabiles, ſed debent relinqui induſtriæ operantis.

Inter ſalubres cauſas, illa potiùs eſt eligenda ſanabili, quæ plura poteſt iuuamenta conferre. *XXXVI.*

CAuſæ ſalubres, ſicut omnes auctores oſtenderunt, ſunt 6. res non naturales, ſcilicet aer, cibus, & potus, & ſic de alijs. Modò aphoriſmus poteſt habere duplicẽ ſenſum: Primus eſt quòd comparetur vnum genus alteri, ſicut ſi compare tur aer alijs, vel accidentia animæ alijs, & ſic loquendò intelligeretur aphoriſmus principaliter de bono aere: nã aer principaliter immutat corpꝰ, vel ad bonũ vel ad malũ, cùm oppoſita nata ſint fieri circa idem in prædicamentis, ſi bonus aer principaliter iuuat corpus, malus aer principaliter nocet corpori: & hoc eſt quod ponitur ab Auic. primo can. fen. ſecunda, doct. ſecunda, ſumma prima. Secundus ſenſus eſt, quòd in eodem genere cauſarum ſalubrium comparetur vna ſpecies alteri, vtputa, ſi dicatur: accidentium animæ plus eſt applicãdum gaudium, quàm alia, & cauſa eſt, quia plura poteſt iuuamenta conferre. Vel etiã ſi dicatur, illorũ, que intrãt corpus noſtrũ, plus debent applicari illa, quæ operantur materia ſua & qualitate ſua, vt illa, quæ ſunt medicina & cibus, quàm alia, quia plus poſſunt iuuamẽta cõferre. Vel aliter & magis propriè, ſcilicet quòd comparetur vnum indiuiduum alteri, vt quia eſt melius præparatum aut eſt magis conſuetum, aut habet in ſe plures bonas proprietates, aut magis appetitur, cauſa aphoriſmi per ſe patet.

Medicina, quæ plures congregat per naturam virtutes, accommodas membro, vel corpori, cæteris eſt ſemper eligibilior. *XXXVII.*

HIc ipſemet ponit cauſam veritatis aphoriſmi immediatè pręcedentis, & quantum ad primum ſenſum prioris aphoriſmi hîc nõ loquitur, ſed quantum ad ſecundum ſenſum, ſcilicet, quòd comparetur vna ſpecies alij, & ponit exẽplum magis principaliter de illis, quæ intrãt corpus noſtrum, vel de illis, quæ ab extra poſſunt applicari. Dicit, quod medicina, ſcilicet intrans corpus, vel applicabilis corpori ab extra, quæ habet per naturam vel per artem plures virtutes accõmodas corpori vel membro, eſt eligibilior. ¶ Sed nota ſecundum Gal. primo aphoriſmorum commento illius: Ventres hyeme & vere calidiſsimi ſunt natura, &c. quòd natura ſumitur pro conſuetudine, pro complexione, pro compoſitione, pro virtute regitiua, pro proprietate, & omnibus modis ſumitur hîc. Vnde ſi ſumatur pro complexione, dico quòd communiter complexio calida eſt plus accõmoda corpori: & ratio eſt, quia omnes operationes in corpore fiunt à calore, & omnes virtutes operantur per calorem, vt patet primo can. fen. prima. doct. 6. cap. 3. quia frigida complexio eſt magis nociua: inter paſsiuas dico, qđ complexio humida vtplurimum eſt magis accõmoda, quia cõſeruat calorem. Si autem ſumatur pro conſuetudine, dico quòd res conſueta, quamuis peior de ſe, tamen ratione conſuetudinis magis eſt accommoda: & hoc eſt, quod habetur ſecũdo aphoriſmo, & ſecundo regi. acutorum. Si ſumatur pro compoſitione, dico quòd res leuis cõmuniter & ſpiritualiter in illis, quæ nutriunt, eſt magis accommoda, quam res ponderoſa: & ratio eſt, quia citius deducitur de potentia ad actũ per calorem naturalem, in alijs autem debet videri à Medico operante ſecundum ſuppoſitum, verſus quod operatur. Si autem ſumatur pro virtute regitiua. i. pro tota forma, vel pro tota proprietate, ſic dico vnà cum Auicen. primo can. fen. ſecũda, doctrina ſecunda, ſumma prima, cap. 15. quòd illa quæ operantur à tota ſpecie, quædam habent operationem conuenientem corpori, vt pœonia, quæ à tota proprietate curat epilepſiam: quædã habent operationem nocentẽ corpori, vt napellus, qui à tota proprietate interficit primo aduẽtu: & ideò ſumitur in propoſito pro illis, quæ à tota proprietate habent operationem conuenientem corpori.

Medicina theriacalis præ cæteris ſui generis eſt eligenda. *XXXVIII.*

MEedicina poteſt dici theriacalis dupliciter: vno modo, quia adminiſtratur cum illa cõfectione, quæ dicitur theriaca: alio modo & magis propriè, quia valet contra venenum, quia tyrus eſt animal multùm venenoſum. Iſto ſecundo modo ꝓpriè ſumitur hîc. ſ. medicina theriacalis. i. medicina valens contra venenũ, & eſt duplex: quædam ſimplex, vt paſ. enula, raphanus, diptamus, vtraque ariſtolo. gẽtiana, lanceola, pœonia, mentha, ruta, herba ciceris, lingua auis, ſcordeõ, vitreolus, gummi arabicum, pes columbinus, carnes ſerpentis marini, gallina aſſa, viua, vel gallus vel palumbus, quorum anus ſupra locum poſitꝰ trahit venenum: ciclamen, hypericõ, euphorbiũ, cardamomum, pix liquida, tenta & exterius applicata & cataplaſmata, ſemen citri, eruca, lupulus, cicer, porrum, balſamus, nuces comeſtæ, ſanguis leporis, lac aſinæ, teſticuli cerui, & aſini

R

siccati, & bibiti, & hirci, saluia, sauina, castoreum, herba tunicæ, tormentilla: quia ista, scilicet herba tunicę fugat venenum, non consumẽdo: composita autem medicina est, sicut theriaca, confectio mithridatica, diatesseron ¶ Notãdum tamẽ, quòd venena multipliciter interficiũt: nã quoddam interficit ridere faciendo, vt crocus, ratione suæ quantitatis, quæ determinata est ad hoc, cũ interficiat, potest reponi sub genere venenorum: sunt aliqua, quę interficiunt obstruẽdo, sicut plũbum: quædam mortificãdo, sicut opium: quædã calefaciendo, sicut euphorbium, quædam corrodendo, sicut cãtharides: quædam putrefaciendo, sicut vermis pini: & quædam à tota substantia, seu à tota proprietate, sicut napellus, isto vltimo modo dicitur venenum ¶ Item notãdum, quòd venenorum quædam adueniunt corpori ab extra, vt supradicta: quædam sunt, quæ generantur ab intra, vt cholera prasina, de qua dicit Aui. primo can. fen. prima doct. 4. ca. 1. quòd per adustionem transfertur in naturam veneni. Alia per nimiam cõgelationem, vt phegma vitreum, vel gypseum: Alia obstruendo, vt humor faciens apoplexiam: alia per putrefactionem, vt in synocho sanguis reducitur ad naturam veneni per multã putrefactionem. ¶ Item notandum, quòd inter venenum & cor propter maximã contrarietatem, quę est inter ipsa, est quidam consensus: nam venenum vadit ad cor, appetens ipsum à tota proprietate, vt sibi noceat, & cor attrahit venenum, quia cùm sit fortioris virtutis, quã alia membra, intendit ipsum corrigere. Ideò omnis medicina correctiua supradictorũ venenorum vel euacuatiua ipsorum à corpore, vel prohibitiua, quòd venenum non vadat ad cor, dicitur medicina theriacalis, & causa omni estũ manifesta ex declaratis cuicunq; volenti intelligere.

Venenum multipliciter interficit.

Venenũ intra corpus generatum.

Inter venenũ & cor est consensus.

Motiua præcipua componendi medicinas, surgunt a morbis. XXXIX.

HIc incidentaliter ponit vnius dubij declarationem: dubium est istud, Domine, vos dixistis superiùs, quòd medicina componitur propter multa. s. propter pluralitatẽ morborum, scilicet contrariorum, & propter diuersitatem causæ ad morbũ, & sic de alijs, vt superiùs patuit: à quibus maior sumitur causa componendi medicinas? Respondit & dicit, quòd à morbis. s. contrarijs, & causa dicti est: nam, vt dicit auctor de causis, causa primaria plus influit supra suum causãtum, quàm causa vniuersalis secunda: sed primaria causa curandi surgit à morbis, nam causa non extirpatur, nisi pro morbo, scilicet quia prouenit à morbo, neq; ducitur medicina ad membrũ distans, neque penetrat, nisi, quia ibi est morbus. Ideò cùm causa primaria & principalis curationis sit à morbo, immò nulli propriè debeatur curatio neque per se, nisi morbo vt scribit Gale. primo de ingenio, sequitur causam primariã & principalem componendi medicinam surgere à morbis contrarijs, consequentia patet, nam medicina non componitur ex contrarijs recta intentione, nisi vt contraria curet, sed principaliter, & per se non curat, nisi morbos: ergo principaliter & per se non componitur, nisi pro morbis.

Medicina potens à proprietate conferre, melior est conferente virtute cõplexionis. XL.

RAtio est, quia proprietas est res, quæ corruptiuè se habet ad proprium passum, & non ad aliud, sed complexio non sic se habet, immò aliquando nocet tali passo, & etiam multos alios iuuat.

Effectus proueniens à primis medicinarum virtutibus, etiam vulgus attendit communiter: Sed in his, quæ proueniunt à secundis & tertijs, præpollere debet consideratio sapientis. XLI.

ISte canon, vel ista parabola, alijs verbis ponitur à Gale. 5. de simplici medicina. cap. primo. Si vulgus attendat effectus prouenietes à primis qualitatibus, non mirum, quia valde sunt manifestæ & ad sensum apparentes, effectus autẽ prouenientes à secundis & tertijs virtutibus non sic à vulgo manifestantur, immò per longas experientias, & cum discursu rationis debent haberi. Et ideò si sapientes attendant ad longas & probatas experientias, ad magnos discursus rationis, & sic habeant notitiam talium effectuum, bene prę pollet sua consideratio, quod dicit præsens regula.

COMMENTARIVS.

APHORISMI primi præceptum hoc prima fronte videtur nullius esse momenti: Cùm enim latissime pateat nihil pote continet, quod arti conferat. Equidem nouimus omnes, amouendum esse morbum, sanitatemque conseruandam: similiter etiam nouimus ab ijs quæ nocent abstinendum esse, vtendum verò ijs quæ iuuare debeant. Verumtamen si communiter hæc nota sunt: non id tamẽ compertum est omnibus, quod in hoc aphorismo docet Arnaldus: Non enim per nociua noxia medicamenta intelligit, cum de hisce nullus omnino dubitet, quin euitanda sint: sed causas præter naturam corpus humanum afficientes, vt hæc eius videatur esse sententia: Prius scilicet ea esse amouenda, quæ morbum inferunt humanumque corpus afficiunt extrinsecus, dein medicamentis vtendum quibus ipsi morbi profligentur. Hoc ex commentario colligere licuit, in quo scribitur, *Ante omnia cuncta nociua prohibeat ægro.* Deinde *quod iniungat vsum iuuantium.* Sed si fuit hoc Arnaldo propositum, alijs res ista verbis efferenda fuerat: vitari namque dicuntur medicis ea, quæ impostorum errore commituntur, vt adstringẽtium vsus in difficultate respirationis. Arcentur autem & expelluntur ea quæ morbos inferunt.

Aphoris. 3. iucundissima hæc est quæstio, cur in alicuius partis curatione totius habenda sit ratio: quę tamen in commentario perplexè admodum & obscurè discutitur: Tot enim distinctionibus res inuoluta est, vt hac rerum confusione, & sermonis barbarie lectoris animus detineatur, quominus ex hac difficultate possit extricari. Et certè plus in exquirendo verborum sensu laborauimus, quam si nobis proposita quęstio nulla huius autoris ope discutiẽda fuisset. Quid enim hoc est? *quod esset dare gradum in formis in eodem composito: quod est improbatum per ecclesiam:* Quæstio est an non differat totũ à singulis partibus simul sumtis. Videtur equidem nihil aliud esse totum, quàm partes omnes simul iunctæ: Nec totius esse quicquam quod partibus ipsis non sit adscribendum. Sed si res ita est, quam ob causam parte quapiam laborante totius curam geramus. Scilicet dũ nihil à toto partes obtinet, eius nequaquam intererit, vt ad partis alicuius curationem toti medeamur. Paucis itaq; rem expediemus. Totũ non vnius est generis:

Nam


Nam aliquando partes nihil aliud in toto sunt, quam si seorsim existant, vt aceruus tritici. Quandoq; verò partes suum à toto finem sortiuntur, cuiusmodi sunt viscera, quibus humanum corpus constituitur. Sic etiam domum ex varijs partibus extructam totum quid esse dicimus, quod singulis partibus suum & vsum & perfectionem attribuit. Nulla namq; pars sola consistens idonea est habitationi: Cumq; pars vna perfici non possit, prius quam cæteræ omnes absolutæ fuerint, hanc ob causam huiuscemodi partes toto volunt esse posteriores. Licet enim singulæ partes fuerint prius, quàm totum extiterit: à toto tamen vniuscuiusq; partis vsus atq; perfectio procedit. Num igitur totum aliud quidpiam est à partibus? Minimè verò: Sed in vnaquaq; parte ratio duplex obseruanda venit: altera scilicet qua pars quælibet sibiipsi est: altera verò qua partibus alijs etiam aliquid est. Sic paries per se paries est: Si tamē alijs partibus adiungatur, domum integram cōstituit, quæ totum quoddam est ex omnibus & aptè dispositis partibus conflatum, vt habitari commode posit. Hæc totius ratio singulis partibus inest, non separatis sed coniunctis: Nec absurdum videri debet, si totius formā dicamus à partium formis esse diuersam: licet hæc ipsa totius forma partibus adscribenda sit. Partes enim propriam vnaqueq; formam obtinēt, & communi cuipiam (quæ totius est) formæ subijciuntur. Ex his discrimen intelligitur facile inter genus & totum: Genus enim formam non habet aliam à specierum formis. Sed totum suam obtinet formam, quæ nulli parti seorsim attribuitur. Homo, bos & asinus siue iungantur, siue separentur idem sunt. Paries autem, tectum & pauimētum, aliud quidpiam coniuncta sunt, quàm fuerint antequam coniungerentur.

Aphoris. 7. In huiuscemodi præceptis in id innitendum est maximè, vt ea quàm latissimè pateant: Hāc ob causam hic aphorismus ad medicamēta purgantia nō fuerat restringendus: Nam non in hic modo, sed in cæteris etiam omnibus, quæ vel in corpus sumuntur vel admouētur extrinsecus, id vsuuenit, vt tutiora sint, quę cum patientis subiecti natura maiorem habent affinitatem. Potest hoc tamen ad varias medicamentorum species transferri: Minus scilicet inesse periculi, cùm laxantibus vtimur, quàm cùm adhibentur ea, quibus attrahendi vis inest. Et eadem quoque ratione cibis potius medicatis, quam medicamentis curandos esse laborantes ait in sequentibus aphorismis Arnaldus. Equidem huius aphorismi ratio manifestissima est, cùm natura sui similibus conseruetur, & labefactetur contrarijs: Nondum ob id tamen constat, quid huic naturæ simile sit & amicum. Quod enim dicitur in commentario laxantia naturæ magis esse grata, quàm attrahentia medicamentia, non id perpetuò verum est. Quemadmodū nèc id absq; discrimine concesserim, cibos naturę magis quàm medicamenta congruere: Natura namque dum sanitate fruitur, alimentis eget: medicamenta vero postulat, vbi sanitas hæc labefacta fuerit. Gratus ergo cibus est bene valentibus: at ægrotantium naturæ medicamenta cibis acceptiora sunt: Partes enim supra modū refrigeratæ calorem magis quā cibū expetunt.

Aphoris. 23. Non ex quauis ratione subito præceptū est extruendum. Quid enim fieri debeat pręceptis edocetur, non quas ab causas id præcipiatur: licet vt animus ad obsequendum fiat alacrior, potissima præcepti ratio verbis comprehendi posit breuissimis. A medicamentorum compositione multis iam aphorismis abstinēdum esse monuerat Arnaldus: & cum plures etiam eius consilij causas recensuisset, tandē in hoc aphorismo rationem hanc adijcit: Nimirum ob medicamētorum multitudinem euentum esse dubium & incertū Medicis. Assecla multitudinis est confusio, quæ parit inscitiam potius quàm certitudinem. Hanc ob causam res compositas intelligendo separamus: nō enim quid res vnaquæq; per se sit sciri potest, quin accidentia detraxeris. At verò si vnius simplicisq; medicamenti vires omnes vix vnquam nobis perfectè sunt cognitæ: quanto magis euentus ipse nobis erit incognitus, si plurib. simul vtamur medicamentis? Hic autem compositionis discrimen obseruandum fuerit, quod in commentario proponitur: atq; si secundum substantiam alia sit: alia verò secundum virtutem. Substantiam nominat varias medicamentorum species: virtutem verò vires eorum diuersas. Id tamen in dubium meritò vocari posit, an iunctis diuersarum specierum medicamentis, nulla tamen sit virtutis viriumq; diuersitas Equidē id in confesso est, non multitudine sed varietate definiendam esse compositionem: Non enim quantitatis sed specierum adiectione res componi dicuntur. Verumtamen id inficiari non possumus, quin secundum species compositum aliquod medicamentum, etiam varias necessariò vires obtineat, vt hæc compositionis differentia nullius hoc in loco videatur esse momenti. Lactuca specie differt ab endiuia: Notum hoc est: & absynthium à lactuca virib. etiam differre nouimus. Sed quis tamen absynthium & lactucam specie differre negauerit: aut endiuiam & lactucam viribus. Rem paucis expediemus. Positis speciebus diuersis vires quoq; necessariò diuersæ ponuntur: Sed non idcirco viribus differunt omnib. quæ diuersis definiuntur speciebus: Siquidem variæ species idem possunt obtinere temperamentum: vt viribus quoque polleant ijsdem aut certè similibus. Ita lactucam & endiuiam, si species intuearis, non modo specie sed etiam virib. differre fatemur: Cùm tamen medicamentum refrigerans expetitur nō modo lactuca, sed ipsa quoq; endiuia refrigerandi vim offerunt: vt in hoc ipso nulla virium diuersitas aut cōpositio percipiatur: licet lactuca fortè maiorem habeat quàm endiuia refrigerandi vim: Quantitatis.n. aut graduum ratio speciem non mutat.

Aphoris. 33. Hic vt sequens aphorismus de quantitate medicamētorum intelliguntur: cū in vniuersum de medicamētorum electione proferri potuissent. Testes in commentario nominantur authores qui vel voce vel scriptis obseruandā indicant in medicamentis quātitatē. Malim intelligi signa, quibus ad agendum regitur medentis animus. Ecquid enim molitur tot Aphorismis Arnaldus, si nos ad authorum scripta relegare velit?

Aphoris. 34. Multa sunt quæ magnam suadent alicuius medicamenti quantitatem: Multa sunt etiam quib. contrarium indicetur. Signis hac in re consentientib. salua res est. In diuersis autem indicationibus suum in aphorismo pręcedenti consilium exposuerat, vt eorū medicamentorum quantitas augeatur quæ pluribus & validioribus signis expetūtur. Ad hoc pręceptū alia quoq; referri possunt, quæ pluribus aphorismis minime videantur esse describenda: Nam qui dicit medicamentorum, quę minus validis & paucioribus signis stabiliuntur, minuendam esse quātitatem, dictum refert. Nec etiam ex arte loquitur, qui signis æqualibus medicamentorum diuersorum parem quoq; quantitatem exigi docet.


INVENTIO & præparatio remediorũ sumitur
Ab eo, quod est
Præter naturã, vt si morbus
Simplex fuerit, simplicibus vtemur medicamentis, aph.16.17.
Non simplex fuerit, sed pluribus alijs aut etiam contrarijs iungatur, cõpositis vtendum erit, aph.20.
Secundum naturam
Simpliciter, vt corporis partes, quæ
Cùm inter se cohærent mutuis operibus, ex ijs vna si lædatur, aliarum quoque seu totius habenda est ratio, aph.3.
Si remotiores sint maiorem medicamenti quantitatẽ exigunt, aph.28. & magis cõpactæ medicamenti vim poscunt incidentem: Ergo à partium situ vel natura & morbo medicamentis componendis necessitas infertur, aph.21.
Auxilij respectu, cuiusmodi sunt
Cibi, quibus vtendum est facilius quàm medicamentis, aph.10.
Medicamenta,
Quæ si
Proprietate iuuẽt cæteris anteponenda sunt, aph. 44.40.
Venenis aduersentur præ cæteris sui generis eligẽda sunt, aph.35.
Magis iuuent, minúsque noceant, maiori quantitate ponuntur, aph.25. Minori verò contraria, aph.26.27. Vt ea quoq; quæ vel sapore vel odore fiunt alieno, vel quæ primarum qualitatum efficacia modum excedunt, aph.29.30.
Quorum
Virtus si fuerit euacuãda maiorem ob id quantitatem poscit, aph.31.
Si virtus alijs simul iunctis medicamentis intendatur, quantitas eo minor conueniet, aph.32.
Dosim præscriptos quantitatis aut ponderis limites excedere non decet, aph.35.
Ab officio medici: Nam hic vt curet
Bene, arcere debet noxia, vti verò iuuantibus, aphor. 1. Et ijs quidem quæ iuuare possint plurimum, aph. 36. 37.
Citò, (aph.4.) paucioribus vtetur medicamentis, aut ijs quæ citiùs effectum consequantur, aphoris.5.
Tutò, (aph.6) medicamenta competunt, quæ sint ægrorum naturæ acceptiora, aph.7. & eamdem ob causam cibis potius vtendum erit, quàm medicamentis, aph. 8.9. Nam cum medicamenta magnam in corpus agendi vim habeant, multum nocebunt, si non iuuerint. Abstinendum ergo, vel non facilè, vel non diu eis vtendum, aphoris. 10. 11. 12. 13. Nec raris aut insuetatis vtetur, si comprobata suppetant, aph. 14. Suspectus etiam est compositorum vsus, aph. 15. necessarius tamen quandoque, aph.18. tum ob partium situm & naturam, tum ob morborum implexus, tum deniq; ob varias causas, quibus vnum simplexque medicamentum non satisfecerit, aph.23.
A fine, qui si
Multiplex fuerit, medicamentorum compositionem exigit, aph.22.
Præcipuus sit, inter cæteros basim constituit, cuius ratio etiam est potissima, vtpote quam nullius rei gratia facilè vel remorari liceat vel immutare, aph.24. Nam si plures sint & varij fines, quib. ad agendum impellamur, is acceptandus fuerit, qui pluribus & validioribus signis stabilitur, aph.33.

DOCTRINA TERTIA, DE REGVLIS MENSVRANDI VIRTVTEM INFIRMORUM, vires instrumentorum curationis, & tempus applicationis sufficientis, cuius est Cap. I. & XI. Aphorismi.

GRauioribus morbis obuiandũ est studiosius, non expedit tamen leuioribus non mederi. I.



ORBVS dicitur grauior multis modis, vel quia à maiori materia, vel qa in membro nobiliori, & multis alijs modis, ſicut patet cuilibet intelligẽti, & quolibet modo intelligitur hîc, cæteris tamen exiſtentibus paribus, aliàs non haberet veritatem aphoriſmus: vt ſi dyſcraſia ſit in corde & in hepate, fit magnum apoſtema calidũ. Non eſt dubium quòd quantum eſt ex parte mẽbri grauior morbus eſt in corde, ſed tamen in hepate eſt grauior morbus, quia compoſitus ex mala complexione, mala compoſitione, & ſolutione continuatis. Ratio igitur aphor. eſt nam morbus grauior, magis lędit naturam, medicus autem debet eſſe adiutor naturæ & non impediens eam ſecundum Auicen. & hoc eſt quod habetur primo aphor. commẽto illius: Humidæ diætæ, & ab Auicen. primo can. fen. 2. cap. vlti.

Morbis malignis & impetuosis subita & fortis medicatio correspondet, mitibus verò, atque tardis debilis & diuturna. II.

MEdicatio ſecũdum Auic. primo can. fen. 4. cap. 1. vna trium rerũ completur, & gloſſatur ſic. Medicatio cõpletur tribus rebus regimine ſeu diæta, exhibitione medicinæ & operatione manuali. Quod morbis malignis & impetuoſis debeatur medicatio fortis ex parte diætę, patet ꝑ Hipp. primo aphor. 6. aphor. extremis morbis, extrema remedia optima, &c. Et in ſequẽti aphoriſ. vbi ergo ſecundum acumen ægritudo, &c. & per Gal. in cõmentis. Quòd aũt ſit neceſſaria fortis medicatio per medicinas, in morbis malignis, patet per Gal. in 3. aphor. cõmento illius. Helleborus periculoſus eſt carnes ſanas habentibus: De operatiõe manuali ſimiliter patet, quia in apoſtematibus calidis, vt in carbunculo & anthrace debet fieri ſubita & fortis attractio medicinæ: in alijs autem debet fieri paulatina attractio, vt ponũt auctores. Et ſimiliter ex pręallegatis locis patet, quòd morbis mitibus & tardis conuenit medicatio per diætam, & per exhibitionem medicinæ. ſ. debilis & diuturna. ¶ Sed nota, quòd morborum quidam eſt debilis & diuturnus, vt ſcabies vel mala complexio exiſtẽs in membris remotis, vel mala compoſitio, vel mala vnio in eiſdem: quidam eſt fortis, vel malignus, & impetuoſus, ſiue breuis, vt ſpecialiter omnis morbus, qui fit in corde, ſecũdariò in cerebro, 3. in hepate 4. in mẽbro ſenſibili, vt in oculo, & in orificio ſtomachi, vt expreſſè ponit Galen. 2. techni, commento illius: Neque etiam quiſpiam medicorũ, &c. Et quidam eſt mitis ſeu debilis, & breuis, vt morbus factus in membris longinquis à materia ſubtili, & virtute exiſtente forti. Alius eſt fortis & longus, vt aliquis morbus cordis, ſeu cerebri, qui eſt fortis, quia in membro nobili, ſed tamen eſt longus, quia non multum ſtimulat naturam, vt tremor cordis vel rheuma in capite, vel dolor capitis, vel etiam ſi ſentitur multa materia groſſa in mẽbro remoto, virtute exiſtente debili, faceret morbum fortem ratione multitudinis materię, & longum ratione debilitatis virtutis, vel ratione groſsitiei materiæ. ¶ Item nota quòd morbus poteſt dici longus & breuis dupliciter: vel quantum ad totum morbum, vt cauſon eſt breuis, & quotidiana eſt longa: vel quantum ad paroxiſmum, vt quartana, tertiana, & phlegmatica ſunt breues, quantum ad paroxiſmos, & aliquando ſunt lõgæ, quãtum ad totum morbum.

In virtute medicaminis cuiuslibet mẽsuranda est non vis morbi, sed corporũ & membrorũ diuersitas vigilantiùs attendatur. III.

CAuſa eſt: nam membra & virtutes eorum ſunt res naturales, quæ debent ſemper conſeruari in quocunq; medicamine, immò fortiùs attendendũ eſt ad conſeruandum naturalia, quã ad remouendum ea, quæ ſunt contra naturã, hęc ſunt poſita à Gal. 3. de ingenio ſanitatis, cap. 7.

Sicut ætas & habitudo diuersificant regimen, non solùm in quantitate, sed etiã qualitate: sic & cætera particularia, quibus corporũ virtus differt. IIII.

IN hoc aphoriſmo duo facit, primò ponit documentum valens ad curandum: ſecundo remouet dubiũ: documentũ eſt iſtud, quòd corpora debilia, & mẽbra debilia nõ tolerant fortes medicinas, neq; ſectiones, neq; cauteria, ideò nõ debẽt eis applicari, cauſa eſt, nam inſtrumentũ debet ꝑportionari agenti principali, ſed virtus eſt agens principale, ita ponit Gal. 3. techni, & medicamen eſt inſtrumentũ, quo virtus comparatur, ita ponunt oẽs: ergo debet ei proportionari & per cõſequens membro, ſiue corpori debilis virtutis debet debile medicamen applicari, & non forte. Dubiũ, quod remouet in ſecũda parte, eſt iſtud: Domine, bene video, quod dicis, ſed q̃ ſunt membra fortia & debilia, & quõ cognoſcuntur. Reſpõdet & dicit, quòd corpora tenera & candida ſunt debilia: & corpora rubea, & fuſca ſunt fortia: & hoc de corporib. ſed membra debilis coagulationis, vt hepar, aut cerebrum, ſunt debilia, & membra fortis coagulationis, ſiue compoſitionis ſunt fortia. ¶ Regimen diuerſificat trib. in genere. ſ. re naturali, re contra naruram, & re non naturali: rẽ naturali, quia ſemper requirit conſeruationem, vt habetur: primo aphoriſmorũ, 16. aphor. Victꝰ humidus, &c. re contra naturã, quia ſemper req̃rit remotionẽ per contrariũ, vt habetur. 2. aphor. ab Hipp. aphor. 22. Quęcunq; ex repletione ægritudines fiunt, &c. & à Gal. in cõmento: re non naturali, per quã debet fieri conſeruatio naturaliũ, & remotio eorũ, quæ ſunt contra naturã, vt habetur 3. techni. per totum proceſſum. Tamen inter res naturales, & nõ naturales ſunt res annexę reb. naturalib. quæ ſunt quatuor, ſcilicet ætas, cõſuetudo, habitus corporis, & ſexus, quæ diuerſificant regimen, quarę debẽt cõſeruari per ſimilia,

Regimẽ in genere à trib. diuersificatum.

vt ponit Gal.2 regimenti: Cùm complexio morbi cuiusq; dispositione, &c. vbi dicit, quòd à febre sumitur principalior indicatio. In curando à tribus mutatur regimen in medicando .s. à dispositione virtutis, & per hoc intelliguntur aliȩ res naturales, à qua virtute sumitur sublimior intentio vt ponit Gal.2. regimenti, cõmento illius aphor. Nec etiam quispiam Medicorum, &c. à complexione, quæ est instrumentũ virtutis, vt ponit Auicen.1.can fen.1.doct.6.cap.3. & à cõsuetudine, per quam intelliguntur aliæ res annexæ. Et postea subiungitur in can. cibi & potus, per quod dat intelligere, quòd res non naturales immutãt regimen seu conseruant effectiuè instrumentaliter, quantum ad medicũ, & principaliter, quantũ ad infirmum: ab alijs immutatur regimen in genere causæ finalis: nam finis mediũ est, quod conseruat naturalia, & eis annexa, & remouet contra naturam. Sed nota, quòd Hipp. in can. prȩallegato: cùm cõplexio etiã morbi, &c. notanter posuit duas res naturales. s. cõplexionẽ & virtutẽ, à virtute immutatur regimẽ principaliter secundum quantitatẽ: nam virtus fortis quærit medium cibum in regimine curatiuo, & multum in regimine conseruatiuo, & de medicinis in quocunq; regimine virtus fortis requirit multum de quacunque medicina, & debilis parũ & de qualitate quãtitatis, & de quantitate qualitatis: sed à complexione in quocunq; regimine magis immutatur regimen, quantũ ad qualitatem, & hoc est quod dicit Gal. in cõmẽ. aphor. immediatè prȩallegati.

Sicut infans & mulier non tantùm corpore differunt, sed virtute: sic per eandam distant rationem

IVVENIS &	SENEX.
Calidus,	*Frigidus,*
Mollis corpore,	*Durus,*
Tenuis,	*Spissus,*
Porosus,	*Densus,*
Audax,	*Pauidus,*
Æstiuus,	*Hyemalis,*
Rure degens,	*Vrbe degens,*
Laboriosus,	*Ociosus,*
Pati solitus.	*Pati insolitus.*

V.

OMnes istæ differentiæ attribuũtur complexioni, compositioni, & consuetudini: ideò operans semper debet attendere ad hæc in diuersificatione sui regiminis, quia cõplexio & consuetudo debẽt conseruari per cõsimilia illa, quæ arguũt supra fortẽ virtutẽ, sicut iuuentus, durities membrorum, spissus, audax, hyemalis, degens rure, laboriosus, solitus pati, demonstrant Medico, quòd cum minori cibo habent satis, & possunt fortiora medicamina tolerare, contraria complexio modo io.

Sicut insoliti parcè viuere, ieiunio tabescunt velocius, sic insoliti cerebrò pati vim passionis, aut medicaminis, citiùs prosternuntur. VI.

TOta ratio est: quia ab assueto non fit passio, cum consuetudo sit natura acquisita, vel secundaria.

Sicut membra mollissima velociter à forti medicamine resoluuntur, nisi protegantur testudine, velut cerebrum: ita & sensibilissima, vt os stomachi, & oculus, eò quòd grauiter indignãtur. VII.

SEnsus aphoris. satis clarus, ponit vnam distinctionem membrorum, scilicet quòd quædam sunt mẽbra mollia, vt cerebrũ & hepar: Alia sunt vehementis sensus, sicut os stomachi & oculus, & tàm hȩc quã illa grauiter indignãtur, ratio est de primis, quia sunt debilis texturæ: & ideò citò dissoluitur virtus in eis: de secundo verò est causa colligantia neruorum & cerebri.

Sicut membra sensus acuti diu non tolerant medicamen forte, similiter mẽbris obtusi sensus parum aut nihil prodest amotum celeriter. VIII.

PRæsens aphorismus docet mensurare tempus siue moram, qua medicamen debet retineri supra membrum medicandum, & hoc ab acutie, siue obtusitate ipsius sensus mẽbri: nam secundum sententiam Galeni in secundo de morbo, & in multis alijs locis, & secundum quod apparet ad sensum, ad hoc, quod agẽs imprimat in passum, requiritur mora sufficiens, & ideò si mẽbrum est acuti sensus, & medicamen est forte, citò imprimit in ipsum, & per consequens non debet diu retineri ibi: si aũt membrũ sit obtusi sensus, tardè imprimit, & ideò diu debet retineri.

Medicamen appositum membris obtusi sensus, amoueri non debet, saltem quousq; sentiatur ab eis. IX.

MEdicamẽ quod apponitur, apponitur propter aliquã vtilitatem membro inferẽdam: cùm igitur membrum illud sit obtusi sensus, & medicamẽ amoueatur, antequã saltem sentiatur ab illo membro, exiguam vel quasi nullam poterit inferre vtilitatem, & ideò appositum esset frustra & cùm ociosum, auferendum ab arte, cùm sit imitatrix naturæ.

Membra, quæ medicinæ grauem sarcinam diu tolerant, priusquam indignẽtur, pulmo, splen & zirbus, hebetem sensum habent. X.

FActa fuit mentio de membris obtusi sensus, quare iuuenis posset petere: Domine, quæ sunt talia membra? Ad quam quæstionẽ nunc respondetur, quòd mẽbra obtusi sensus illa sunt, quȩ grauem sarcinam diu tolerant de notitia medicinæ, antequam indignentur ab ea. Iuxta quod est sciendum, quòd duplex est sensus: iterũ quòd duplex est causa, quare humores fluunt ad membrum dolorosum, & ideò indignatur membrum dolorosum, propter decursum humorũ: quia si membrum sit acuti sensus, leuiter dolet, propter quem dolorem ipsum membrum indignatur: Si autẽ sit obtusi sensus, diu continet causam doloris, antequam dolor augmentetur, propter quem fluant humores ad ipsum.

Medicamen corpori applicatum, absq; mora sufficienti, non perficit opus suum. XI.

CAusa huius reddita est, & propriata 3. physicorum & secundo de morbo; & causa fundatus

datur: quia talis perfectio est quidam motus, qui semper habet fieri in tempore & in mora.

DOCTRINA QVARTA, DE REGVLIS CVRANTIBVS MALITIAM COMplexionis, & primò illius, quæ continet materiam vel humorem, in qua sunt XX. Cap. & primum continet X. Aphorismos. Cap. I.

Humoris vitio carens dyscrasia solũ corrigitur, alterantibus causis: opposita vero cogitur, vtplurimum excludere vitiosum humorem. *I.*

REGVLA ista duas habet partes: Prima est, quòd mala cõplexio, siue materia debet corrigi solùm alteratiuis medicinis. Secunda est, quòd mala complexio cum materia debet corrigi, euacuatione, & postea cum alteratione, si indigeat: iuxta quod est sciendum, vt ponit Auicenn. primo cã. fen. prima, doctrina tertia, capitulo primo: & in fen. quarta, capitulo secundo: & etiam vt ponit Galenus in libro de malitia complexionis diuersæ, & septimo de ingenio, & in quãpluribus alijs libris suis, & istos duos sequuntur omnes alij, quòd mala complexio, aut est simplex, aut cõposita, aut vniuersalis in toto corpore aut particularis in vno membro, aut est cum materia, id est, cum humore, qui infixus membro causat in ipso talem complexionẽ, aut sine materia, id est, sine humore talem complexionem membro imprimente. Et ideò prima pars regulæ dicit, quòd mala complexio lædens membrum sine vitio humoris debet corrigi, sine euacuatione, solùm cum alterantibus contrarijs: & causa est: nam ibi nihil euacuandum, cùm non sit aliquis humor. Secunda autem pars regulæ dicit, quòd si mala complexio lædat membrum mediante humore, quòd tunc Medicus vtplurimum cogitur euacuare talem humorẽ vitiosum, id est, malè dispositum, propter aliquam qualitatem, quæ est in ipso vltra naturam infectum. Dicit vtplurimum, quia vt declarat Galenus in secundo aphorismorum, commento illius: Vbicunq; cibus præter naturam, &c. potest esse, quod humor lædens membrum aliqua mala qualitate habeat tàm paruam malitiã, vt sufficit ei sola alteratio in illo mẽbro, vel corpore, sed hoc est rarò, vbi Medicus de communi cursu vocatur.

Morbi, quos generat euacuationis consuetæ cessatio, eadẽ redeunte vel reuocata cessabunt. *II.*

CAusa dicti satis patet, & habetur ex illa maxima, quæ dicit: Cessante causa cessabit effectus, quam confirmat Gal. 4. aphorismorum, cõmento illius: Quibuscunq; in febribus aures surdescunt: vbi dicit, nimirum si cessent accidentia, cùm purgentur humores facientes ea: verbi gratia: mulier debet habere mẽstrua debitè, cessant, igitur ex illa cessatione incidit in aliquem morbum: Medicᵘ debet facere vt dicta mulier habeat menstrua, & sic de alijs. Attamen attendendum est secundum doctrinã Auicennæ in primo can. fen. 2. doctrina secũda, cap. I. circa finem capituli, quòd causæ morborũ cadunt sub duplici differentia: nam quædam sunt vicariæ: quædam non vicariæ, intellige regulam de causis, non vicarijs.

Nihil prohibet vim alterantis adæquare, si leuis extiterit dyscrasia. *III.*

REgula ista vnum dicit, aliud intelligit: iuxta quod sciendum, quòd dyscrasia est duplex, aut leuis aut malitiosa, & ideo regula dicit, quòd si dyscrasia fuerit leuis, debet amoueri à membro cum medicamine contrario sibi, in æquali gradu eleuato: & causa est, quia membrum potest bene tolerare talem applicationem sine læsione sui, & ex tali applicatione inducuntur delitię ipsi membro. Illud qđ intelligit, est, quòd si dyscrasia fuerit malitiosa, id est, in maximo gradu, quòd medicamen non debet adæquari ipsi dyscrasiæ in contraria qualitate: & causa est, quia membrum inde molestaretur, & specialiter si sit acuti sensus, vel tenerę substantiæ, vt dictum est superiùs, & ideò tunc debet remoueri dyscrasia cùm contrarijs remissis, diu applicatis, & frequenter mutatis vt quotidie contingit in opere.

Membris tabefactis aut marcidis, vires alterantium in intensis dyscrasiis non conuenit adæquare, sed hoc est, cùm virtus est fortis, & membra sunt solidà. *IIII.*

CAusa reddita est in præcedenti aphorismo, & fundatur in hoc: quia mẽbra debilia aut naturaliter, aut per accidens læsa ꝓpter magnã, & malitiosam dyscrasiã habent vires debiles, quibus si applicetur medicamẽ cõtrariũ dyscrasię in æquali gradu, virtutes illæ non iuuabuntur tali medicamine, immò prosternentur.

In inueteratis dyscrasiis, & maximè principalium, paulatim membra sunt temperamento restituenda. *V.*

CAusa veritatis regulæ cõsistit in hoc, vt virtᵘ mẽbrorũ cõseruet & specialiter principaliũ; qa si dyscrasia fuerit inueterata in mẽbro, certũ est, quòd debilitabit virtutẽ ipsiᵘ mẽbri, spiritus, & calorẽ dicti mẽbri resoluendo, & euacuando, seu mortificando, & ideò in reductione talis mẽbri si subitò fieret, oportet vt fieret fortis alteratio, quòd non debet fieri, vt suprà dictũ est, quia virtus membri multum læderetur: expedit ergo, vt talis reductio paulatim fiat.

Membra congelata, si repente camino approximentur, non effugiunt doloris acerbitatem, & in posterum scabie fœdabuntur. *VI.*

REgula ista tota fundatur in clara experientia, & est quasi quædam probatio aphor. prę missorum, quia membra congelata sunt iam debilitata, & mala complexio est in eis, quasi inueterata, ideò debet paulatiuè cum igne temperatò reduci, & non subitò cũ camino. Causa autẽ quare in posterum talia scabie fœdantur, potest esse, quia propter subitam applicationem ad caminũ aduruntur humiditates intercutaneæ, quæ adustæ sunt materia propria ipsius scabiei.

Signata frigiditas circa cutẽ ruptorijs, aut p̃fundatis cauterijs extirpatur. VII.

Signata intellige .i. diuersis remedijs, & diuersis modis tentata extirpari, & nullo modo potuit extirpari, & hoc propter multas causas, quæ non permittunt ipsam extirpari, scilicet vel propter spissitudinem cutis, quæ non permittit medicinam penetrare, vel propter maximam congelationem alterius materiæ frigidæ, vel propter debilitatem remediorum, quæ nullo modo possunt impedire, quin propter cauteria profundata, aut propter ruptoria & propter cauteria potẽtialia applicata extirpentur, vt satis potest haberi ex dictis Auicen. primo can. fen. 4. cap. 19.

Membrum quod substantialiter exiccatur, velut in senio contabescit, atque destruitur naturali caliditate. VIII.

Tale membrum contabescit naturali calore, id est, destituitur à naturali calore, ita quòd naturalis calor non potest tale membrum reducere ad humiditatem, & hoc satis declarat Galenus in suo libro, de marasmo, vbi ipse probat, quòd marasmus senij est impossibilis restaurationis, sed potest prolongari.

Lactis alimentum solummodo, vel humectantia similia membra phthisica per se fouent. IX.

Talia membra phthisica, id est, hectic ata, quocunque modo contigerit, possunt foueri dupliciter, vel per se, vel per accidens: per se solùm debent foueri per illa, quæ in substantiam eorũ debent conuerti mediantibus debitis digestionibus, & talia sunt solummodo, lac, & similia sibi, sicut vitellus oui, aqua carnis, vinum temperatum & similia: iuxta doctrinam Galeni in septimo, de ingenio, capitulo septimo, & in decimo de ingenio, & in quinto de ingenio: & iuxta doctrinam Auicen. in 4. can. fen. 1. tractatu 4.

Humectatis membris, aut nimium tantummodò calefactis, leuiter in oppositum alterantibus subuenitur. X.

Sciendum iuxta doctrinam Galeni in septimo de ingenio, capitulo sexto, & iuxta doctrinam Auicẽ. in primo can. fen. 4. capitulo 2. quòd calefaciendi & infrigidandi aliquod membrum tempus, aut mora est eadem: attamen non est eadem securitas, quia non est securum membrum calefactum infrigidare, sed est securũ, membrum infrigidatum calefacere: ita in humectãdo, & siccando est eadem securitas, attamen non est eadem mora, quia citius reducitur membrum humidum ad siccitatem, quàm siccum ad humiditatem: & ideò intelligatur honestè ista litera, quæ dicit: Aut nimium tantummodo calefactis, quia melius esset calefaciendis.

A

COMMENTARIVS.

MEMBRVM *quod substantialiter exiccatur.*] Quid hoc rei est? Accidentia iudicaueram esse siccitatem & humiditatem. Quid ergo substantialiter exsiccabitur? Tabida membra dupliciter humectantur (vt est in commentario sequentis aphorismi) per se nimirum & per accidens. Per se quidem cùm id quod humectare dicitur in substantiam ei quæ perijt similem conuertunt: Per accidens verò, cùm simplex fit alteratio. Medicamentorum hoc opus est, illud alimentorum. Nihil equidem (vt alias plurimis demonstrauimus argumentis) sola qualitate potest humectari: Simul enim subiectum ipsum necessario communicatur. Cùm tamen tabida membra medicamentis humectantur, humida substantiæ, quam imbibunt accidentis rationem habet. Si verò lac & similia vera nutritione membrorum substãtiam adaugeant, substantialis hæc esse dicetur humiditas. Hæc eos obseruasse decuerit, qui substantias intendi vel remitti negant: Et eos etiam, qui morbos arcent à substantiæ prædicamento: Nam si substantia est hæc humiditas quæ morbo, tabi scilicet est contraria: cur non ipsum quoque morbũ dixerimus esse substantiam, siquidem sub eodem genere continẽtur contraria. Sed de his aliàs copiosius.

B

C

Aphor. 10. Leuiter in oppositum alterantibus.] Antea dixerat Arnaldus, membra congelata subitum ignis occursum ferre difficulter: Hic dicit partes quæ supra modum humectatæ vel calefactæ fuerint paulatim esse non subitò ad suam reducendas temperaturam. Huiuscemodi regulas vniuersales nec imperfectas esse decet, nec nimis latè patentes. Ergo non de caliditate solùm & humiditate, sed de cæteris etiam qualitatibus, hoc intelligendum fuerit, ne vehementer & subitò membra medicamentis obruamus. Verùm huius etiam ratio nobis expendenda est. In huius aphorismi commẽtario caliditas cum frigiditate confertur: sed nondum ob id tamen proposito factum est satis: Nocet enim (vt in aphorismo sexto dictum fuerat) subitanea caliditas, licet periculum in ea sit minus. Membra congelata debilitata sunt (vt in commentario dicitur) & mala cõplexio in eis inueterata est: Neutrum ad rem facit. Nam si vires intuearis, in manibus frigore rigidis, ad motũ quidem magna est imbecillitas, sed non ad calorem suscipiendum: Et si frigore manus factę sunt imbecilliores, robur adijciet ipsa caliditas. At verò frigiditas hæc quasi est inueterata: Nihil minus: Nam vehementi frigore subitò membra congelantur, & ita quidem vt vis illa diu perferri non possit. Ecquid igitur causæ est? Fortè quod frigiditas per ἀντιπερίστασιν ob occurentis caloris vim magis exacerbetur. Aliud est quod mihi magis fit verisimile. Omnis excessus naturæ aduersatur. Cùm itaque membrum aliquod nimia frigiditate premitur, dolet: Sique calorem subitò vehementem obijcias, is non in frigiditatem modò, sed in partem ei subiectã agit, adeoq; dolorẽ excitat, non quod frigiditatẽ oppugnet, sed quod partem refrigeratam mordicãdo vellicet. Quî possit autem frigus & calor simul in idẽ agere subiectum, paucis hoc compertum est: videtur enim calor in suum duntaxat contrarium agere posse: vt nihil ex calore doleat, nisi quod præter modum incaluerit. Hoc in exemplo proposito locum non habet: verùm si multiplices in calore vires obseruentur, nihil erit absurdi: cùm ignis calidam materiam pariter atq; frigidam absumat. Res hæc obscurior est, quàm vt breui commentario satis expediri possit.


D

E

F

DOCTRI-

DOCTRINA TERTIA ET QVARTA.



- In curatione morborum expendenda veniunt
  - Morbi
    - Qualitas.
      - Morbis *extremis extrema competunt remedia, Doct. 3. aphoris.1.*
      - Acutis *citra moram occurrendum est, Doct.3. aphoris.2.*
      - Simplex *intemperies alteratione simplici curatur. Euacuationē etiam poscit ea, cui superfluus humor adiunctus fuerit, Doct.4.cap.1.aphoris.1.*
      - Substantiæ *diminutio cibis & nutritione restituitur, non aūt medicamētis, Doct. 4.cap.1.aphoris.8.9.*
    - Breuitas *& longitudo.* *Intemperies inueterata paulatim amouetur, Doct. 4.cap.1.aph.8.9.*
    - Causa.
      - Humor *peccans*
        - Aut *euacuandus est aut alterandus, qua in re speciē eius & locum expendere decet, Doct.4.cap.2.aphoris 1.*
        - Sub *cute qui tenuis est, sudore discutitur: crassus autem cutis sectionem poscit, Doct. 4.cap.2.aphor.2.*
      - Sanguis
        - Emittendus *si crassior fuerit, & maximè in frigida aeris constitutione, mediocri motu attenuabitur, Doctrina 4. cap. 5. aphoris. 4.*
        - In *venis quantitate peccans, venæ sectione minuitur, Doctr. 4.cap.2.aphoris.10. Si qualitate simul & quantitate peccet, purgationem præcedet phlebotomia, Doctrina 4.cap.3. aphoris. 3.*
        - Sub *cute subtilior sanguisugis, crassior hirudinibus extrahitur, Doctrina 4. cap.2. aphoris.34. Et quidem facta sectione tantò maiore, quò sanguis vel crassior fuerit vel profundior, Doct.4.cap.2.aphoris.8.9.*
  - Aeris *constitutio.* *Calida nimis aut frigida sanguinis missionem inhibet, Doct.4.cap.5.aphoris.3. temperata euacuationi accommoda est. Hinc ver commodissimum, Doct.4.cap.5.aphoris.1.*
  - Aegrotantium
    - Partes *affectæ.*
      - Nam *molles valida medicamenta non facilè perferunt, Doct.3.aphoris. 7. Nec etiam quæ sunt acutiori sensu, Doct. 3. aphoris. 7. Quæ vero sunt obtusiori, leuioribus vel etiam validioribus absque mora non iuuantur, Doct. 3. aphoris. 8.9.10.11.*
      - Principum *membrorum intemperies paulatim discutitur, Doctrina 4. cap. 1. aphoris.5.*
      - Humor *à partibus transmittentibus antè quàm ab ijs, in quas tansfertur euacuandus est. Hinc lenitiua purgationem, purgatio sanguinis missionem, & euacuatio generalis particularem præcedit, Doctrina 4.cap.3.aphoris.1.2.*
    - Aetas. *Sicut infans & mulier non tantùm corpore differunt sed virtute, &c. Doctrina 3. aphoris. 5.*
    - Consuetudo. *Nam inconsuetis facilius prosternimur, Doct.3.aphoris.6.*
    - Temperamentum *& corporis constitutio.* *Cùm natura corporis in humido & calido consistat, vehemens & subita refrigeratio, vel exsiccatio vitanda est, Doct.4.cap.1.aphoris.10.*
    - Vires. *Hinc*
      - Si *maxima sit intemperies eiusdem gradus medicamentis vti nō licet. Si leuis fueris æqualitas exigitur, Doctrina 4.cap.1. aphoris.3. 6. 10. Eadem die purgandū non est, sanguisque mittendus, Doct.4.cap.4.aph.1. Nec euacuatio valida reiterari debet, Doctrin.4.cap.4.aphoris.2.*
      - Imbecillitatis *causa non semel atque confertim, sed iteratis vicibus sanguis mittitur, Doctrina 4.cap.4.aphoris.3. Et quidem duobus, aut pluribus interpositis diebus, Doctrina 4.cap.4.aphoris.4.5.*
      - Membra *tabefacta vel imbecillia vehemens medicamentum non ferunt, Doct. 4. cap.1.aphoris.4.*

- **In missione sanguinis obseruãtur**
  - Vires *ægri.* / Qualitas *& locus sanguinis.* / Tempus *anni.* — *De quibus in præcedenti tabula*
  - Vena *tundenda: Hæc erit*
    - Remotior *& apposita parti affectæ,*
      - *Si sanguinis collectio non sit critica, vel venenata.*
      - *Si sanguis in fluxu sit, vt intra triduum ferè: vel sit corpus si plethoricum, Doct. 4. cap. 7. aphoris. 1.*
    - Affectæ *parti proxima*
      - *Si criticus sit in partem sanguinis fluxus: aut si materia sit venenata: si sanguinis fluxus constiterit, Doct. 4. cap. 7. apho. 1. 2. modò princeps non sit pars affecta, Doctrina 4. cap. 7. aphoris. 3.*
  - Missionis *ratio à,*
    - Sectione
      - *Iniungenda ne vulnus coalescat, vt post etiam sang. ten. aliquid emittatur, Doct. 4. cap. 8. aphoris. 1.*
      - Reiteranda *hoc discrimine equidem, vt si robustior sit æger, plenior sit missio prima. Sed infirmioribus paulatim in quantitate procedatur, Doct. 4. cap. 10. aphoris. 2.*
    - Interceptione *quæ locum habet, si syncopem metuamus, vt in frigidioribus & melancholicis, Doct. 4. cap. 9. aphoris. 1. 2.*
  - Sanguinis *emittẽdi quantitas: quæ sumitur à*
    - Viribus *ægri: quæ si robustiores sint, maiorem: Si sint infirmiores, minorẽ ferunt sanguinis detractionem, Doct. 4. cap. 10. aphoris. 2.*
    - Copia, *quæ largiorem admittit sanguinis effusionem, Doct. 4. cap. 10. aphoris. 2.*
  - Corporis *ægri constitutio.*
    - Stomachus *prauis humoribus refertus ante phlebotomiam expurgandus est, Doct. 4. cap. 11. aphoris. 2. Doct. 4. cap. 13. aph. 1.*
    - Stomachus *infirmior post sectionem adstringentibus roboratur, Doctrina 4. cap. 11. aphoris. 2.*
  - Morbi *tempus. In exacerbationibus & paroxismorum diebus à missione sanguinis abstinendum est, Doctrina 4. cap. 12. aphoris. 3.*

REGVLÆ CVRATIONIS MATERIALIS DYSCRASIAE, ET PRIMO *euacuandi humorem peccantem, per debitas partes, & artificio congruo, Cap. II. Cuius proprij Aphorismi sunt XII.*

Secundum speciem & locũ peccantis humoris eius exclusio variatur. I.

ISTE canon vnum supponit, aliud affirmat: supponit quòd omnis humor peccans in corpore vitio magno, est à corpore vacuandus: iuxta quod est sciendum secundum doctrinam Gal. in secundo aphorismorum, commẽto illius: Vbicunq; cibus, &c. quòd sic est de humore, sicut de vino: quia vinum aliquando accipit aliquam paruam corruptionem, ad quã sufficit sola alteratio, ita vt reducatur ad bonitatem: aliquãdo aũt tantam acquirit corruptionẽ, vt nunquam possit reduci ad bonitatem, sic est de humoribus, aliquãdo paruam corruptionem acquirũt, quæ est corrigibilis, posito, quòd non euacuat, & hoc etiam innuit ipsemet in libro, de regimine sanitatis, capitulo tertio particulæ primæ: vbi dicit, quòd melius est euacuare superfluitates corporis, quæ in cute sunt, exercitijs, quam attenuatiuis cibis vel pharmacijs & in diuersis alijs locis. Aliquando tamen tantã recipiunt malam dispositionem, vel qualitate, vel quantitate, vel vtroque modo: quare expedit vt euacuetur à corpore iuxta sententiam Hippocratis, secundo aphorismorum: Ex plenitudine quæcunque, &c. Affirmat autem præsens canon variationem talis euacuationis, quæ quidẽ est multiplex, & diuersa, quæ diuersitas seu variatio talis euacuationis attẽditur penes multa, & specialiter penes speciem ipsius humoris, & etiam penes locum: nam alia euacuatio debetur sanguini, alia choleræ, alia phlegmati: alia si humor est intercutaneus, alia si est in cerebro, alia si est in stomacho, alia si est in pulmone, & sic de alijs.

Intercutaneus humor, si subtilis fuerit, vel aquosus, resoluitur per sudorem: grossus verò atq; mediocris cutis incisionibus, sanguisugis aut ventosis.

SVdor definitur à Galeno in libro de iuuamẽtis anhelitus, sic: Sudor est aqua sanguini admixta: generaliter autem definitur sic: Sudor est vapor humoris ab interiori corpore resolutus, & iuxta corporis superficiem condensatus. Quę descriptiones, quamuis videantur dissonare, tamen valde bene consonant, bene intelligenti: & ideò si humor sit subtilis vel aquosus, leuissimè cõuertitur in sudorem, & per illum modum à corpore expellitur: si autem sit intercutaneus, mediocri in substantia, aut grossus expellitur illis modis.

Intercutaneus sanguis nitrosus, aut æruginosus, vel purulentus ventosis euacuantibus conuenienter extrahitur, maxi-

maximè si grossus extiterit, aut profundus: superficialis autem atque subtilis sanguisugis. III.

Sanguis nō naturalis duplex

SCiendum iuxta doctrinam Auicennæ quòd sanguis non naturalis est duplex: alius.n.est, qui in se viciatus est sine admistione alterius humoris, aut parua: est nimis calidus, aut nimis frigidus: alius, qui est vitiatus propter humorē malum sibi admistum, & sic dupliciter, aut.n. admiscetur aliquis humor ab extra, & sic possunt illi admisceri omnes species cholerę, melancholię & phlegmatis, & per consequens fit nitrosus, aut eruginosus, & purulent9. Aut tales humores, qui admiscentur sanguini, sunt generati ex sanguine & propter putrefactionem subtilem conuertitur in choleram, & grossum in melancholiā, & remanent tales humores cum sanguine, similiter possunt reddere ipsum sanguinem talem, qui necessariò debet expelli à corpore. ¶ Sciendum etiam secundum Auicennam in primo fen. quarta, capitulo 2. quòd ventosa magis mundificat partem cutis, quàm phlebotomia, & plus extrahit sanguinem subtilem, quàm grossum: & ideò bene intelligenda est ista litera, maximè si grossus extiterit, aut profundus: quia debet intelligi, si grossus extiterit, scilicet in genere sanguinum subtiliū, non autem grossus in genere grossitiei absolutæ propter admistionem phlegmatis, aut melancholiæ grossarum, quia tunc parum prodesset ventosa secundum Auicennam. Quare autem talis sanguis sit euacuandus cum ventosis vel sanguisugis, satis patet propter propinquitatem suæ euacuationis. Sed quare, quando est magis superficialis, & subtilis, est magis euacuandus cum sanguisugis, quàm cum ventosis, & econuerso quando est magis profundus (intellige tamen profundus in genere superficialis) causa est, quia fortiorem attractionem facit vētosa, & specialiter cum scarificatione, quā sanguisuga: & inter alias causas est vna causa, quia maiorē ambitum continet.

Ventosa magis mundificat cutem quā phlebotomia.

Vbi prauo sanguine sola cutis inficitur, sufficitur vt multis incisionibus phlebotomi perforetur. IIII.

Cutis duplex.

CVtis est duplex, exterior & interior: de exteriori potissimè & principaliter intelligatur canon.

Illæ ventosæ tantùm euacuāt sensibiliter, quæ sensibilibus poris ac naturalibus applicantur, vt auri saniem concludēti, vel artificialibus, vt incisæ cuti. V.

CAusa est: nam sensus nō potest percipere euacuationē, nisi sit in grossa substantia: modò substātia grossa nō potest euacuari per poros strictos, & clausos, sed solùm per poros apertos, aut naturaliter, sicut per aurem, vuluam, anum, & sic de alijs. At artificialiter, sicut per scarificatū membrum aut vulneratum: Et ideò intentiones applicandi ventosas, sunt multæ, sicut attrahere ad locum, diuertere à loco, euacuare de loco: primis duab intentionib. potest fieri, sine scarificatione: tertio modo cum scarificatione.

Ventosa, quæ solùm trahit aut reuocat sanguinem effluentem, aut dislocati membri situm rectificat, vt in matrice præcipitata, vel membro infrigidato calorem adducit, vt in paralytico, vel membri dolentis hebetat sensum constringendo, & diuertendo, sicut in colicis: vel submersum facit emergere, vt in hæmorrhoidum capitibus. VI.

DIctum est superius, quòd ventosa sine scarificatione fit propriè propter duas intentiones. s. vt attrahatur ad locū, vbi ponitur, aut vt diuertatur ab opposito loco illi, in quo apponit᷑: & potest addi tertia, q̄ ponit Gal. in 2. de ingenio, capitul. 9. scil. vt ventositas à membro expellatur, & tunc sæpè est apponenda cum igne, quia multum prodest: & istæ intentiones habent multas particulares in se, quæ numerātur nunc in aphorismo, & no tandum est in opere.

Ventosa sine scarificatione habet tres intentiones.

Ventosæ, quæ suctione trahunt, parū aut nihil conferunt mēbris infrigidatis; plurimum verò, quæ cum igne sunt applicatæ. VII.

CAusa dicti est maxima caliditas actualis, & virtualis ipsius ignis, qui est calidus simpliciter & per se, vt habetur libro de elementis à Gal. quæ quidem caliditas summè calefacit membra infrigidata, & summè ad ipsa attrahit.

Cutis incisio tantò profundior esse debet, quantò est grossior ipsa cutis; atque sanguis euacuandus profundior. VIII.

ISTA veritas per se manifesta est.

Si sanguis intercutaneus aquosus fuerit, aut subtilis, cutē sufficit caraxare. Si grossus fuerit, aut profundus non superficialiter incidenda est, sed profundè, quod Græci vocant scarificare. IX.

CAusa dicti est: nam sanguis aquosus & subtilis de se est transibilis & fluxibilis, ideò solū cutis modicū superficialiter caraxetur, statim aperiuntur paruulæ venæ ibi terminatæ, & talis sanguis debitè & copiosè manat: sed si sit grossus, nō potest sic fluere, quia requiritur vt profundius aperiantur maiores venæ: quæ quidē incisio vocatur scarificatio. Iuxta versum:

Summa caraxamus, sed infima scarificamus.

Sanguis immoderatus venarū incisione, vel naturali fluxu minuitur. X.

SAnguis duo habet significata: aut enim sumitur specialiter pro vno humore, aut pro omnibus simul, & ideò tunc dicitur sanguis. i. massa sanguinaria, vtroque modo sumitur hic, & talis incisio dicitur phlebotomia: Vnde phlebotomia est euacuatio vniuersalis, quæ multitudinē humorum euacuat. Sciendum tamen, quòd sanguis immoderatus aut euacuatur in propria forma aut in aliena. Si primo modo verus est præsens canon, si secundo modo potest euacuari insensibiliter, & hoc per exercitium, & abstinentiā: aut sensibiliter, & sic euacuatur per sudorē quocunque modo procuratum, vt in balneis & stuphis, & sic de alijs.

Sanguis dupliciter sumi potest.

Cùm sanguis arterialis acumine suo membrum sagittat, vt oculum, non solũ per incisionem arteriæ debet euacuari, sed etiam ipsa detruncatur vtiliter maximè rheumatismo inueterato. XI.

Truncatio arteriæ debet fieri cum consideratione.

CAusa est debilitas virtutis talis oculi, qui nõ potest resistere, quin suscipiat talem materiam, sic sibi nocentem, & hoc propter inueteratũ decursum ad ipsum: ideò non est aliquod remedium ita opportunum quàm vt detrũcetur arteria, per quam talis cursus demandatur ad ipsum, & sic curabitur tale membrum: attendit, fiat cũ maxima diligentia, & cum scrutamine documentorum sapientum, quia timor est in tali operatione.

Chymus prauus abundans in concauitatibus viscerum, aut in venis medicinis excluditur educentibus ipsum per exitus breuiores ac securiores. XII.

QVæ sint talia educentia, quæ sint tales viæ seu exitus breuiores & securiores, docetur ab antiquis doctoribus, vt à Galeno, Hippo. Auicẽna, Rhasi, Ioãne Ebemesue, Auerrhoe, & à quã plurimis alijs, qui talem doctrinam clarè & palàm tradiderunt.

REGVLÆ, QVIBVS OSTENDITVR MODVS ET ORDO EVACVANDI, Cap. III. Cuius Aphorismi sunt III.

EVacuationes vniuersales particularibus præmittuntur, nisi particulares ad tollendum prohibens ordinentur, sicut interdum clyster phlebotomiæ præmittitur, cùm eam prohibeat constipatio fieri. I.

Euacuatio vniuersalis.

GALENVS commento illius Aphorismi, In pharmacijs talia educere oportet: ostẽdit, quòd purgationes vniuersales sunt, quæ fiunt per pharmaciam vel secessiuam, vel vomitiuam & phlebotomiã, & omnis purgatio sanguinis, sicut menstrua, & hæmorrhoides, & fluxus sanguinis, narium, intellige omnis euacuatio sanguinis, facta à venis grossis, non à venis capillaribus extra, citra balnea, & frictiones. Euacuationes autem particulares sunt, quæ euacuant ab aliquibus membris, & non à toto corpore, sicut caputpurgia, excreationes, vrinæ, cauteria, & sic de similibus. ¶ Sed obijcitur, nam Galen. in tertio de virtutibus naturalibus dicit sic: Vniuersaliter autem iam dicere, quod & ante iam dictum est, omne ex omni trahere, & mittere licet secundum diuersa tempora, sequitur ergo ex hoc textu, quòd omnis euacuatio sit vniuersalis. ¶ Dicendum, quòd euacuatio dicitur vniuersalis, quæ notabiliter euacuat, à toto corpore, sicut illæ quæ supradictæ sunt: modò illæ euacuationes, quæ suprà nominatæ sunt particulares, quamuis occultè attrahant à toto corpore, tamen nõ notabiliter & manifestè euacuant à toto corpore: sed solùm ab vno, vel aliquib⁹ membris. Et per hęc elucet veritas dicti, quia si corpus sit plenũ, & fiat euacuatio particularis sine hoc, quòd pręcedat vniuersalis, fit attractio ad illud membrum, & causabitur ibi nocumentum, etiam commouebitur plenitudo corporis, sine beneficio euacuationis notabilis.

Euacuatio particularis.

Euacuatio ministrantis debet eius, cui ministratur, euacuationem præcedere, quapropter visceribus nõ purgatis, aut venis, ventosatio fit nociua. II.

GAlenus quarto de ingenio sanitatis cap. 5. sic dicit: omnes concordant pariter, quòd corpus totum primitùs debemus mundificare, deinde infirmo membro securiùs cum calidis, & acutis subuenire: Nam calida medicina trahit humorem ad locum, vbi ipsa posita est, sicut ventosa sanguinem, ideoq; si purgatio totius corporis non præmittatur, & membrum cum acutis curetur, materiá ad se manifestũ est adduci: in quo quidem methodici & logici concordes sunt, id quoque partim philosophi laudauerunt: quoniá posibile est, oculum prout oportet curare, nisi capitis cura primitùs inducatur, nec caput potest curari, nisi primo totum corpus curetur, & ista auctoritas Gale. sit pro declaratione dicti.

Prauo chymo cum immoderato sanguine abundãte, debet phlebotomia præcedere pharmaciam. III.

CAusa dicti est: nam phlebotomia euacuantur omnes humores, iuxta definitionem ipsius: pharmacia autem nõ euacuatur sanguis & si euacuatur est pessima & molesta euacuatio: iuxta dictum Galen. in libro de virtute purgantium medicinarum. Ideò, quando sanguis immoderatus abundat in corpore cum alio prauo chymo, phlebotomia debet præcedere pharmaciá, quod clarè patet cuilibet intelligenti, & ideò bona litera debet habere cum immoderato sanguine abundante.

REGVLÆ DECLARANTES, VBI ET QVANDO CONVENIAT EVACVATIONES debitas multiplicare, Cap. IIII. Cuius Aphorismi sunt V.

PHarmaciam & phlebotomiam eadem die verendum est exercere. I.

CAVSA dicti est: nam per phlebotomiam debilitatur virtus, & per pharmaciam etiam, quantò magis debilitaretur per vtrasque, si fierent eadem die.

Fortis euacuatio tàm in eadem specie, quàm in diuersis, nunquam geminabitur vna die. II.

CAusa reddita est superiùs: nam virtus non posset pati, & confirmatur auctore Auicen. 1. can. fen. 4. cap. 5. qui sic dicit: duas præterea ventrem soluentes medicinas, in vna die coniungere timorosum est, & extra rectitudinem. Intellige tamen sano modo scilicet, quòd euacuatio sit notabilis vna vice, quòd non debet fieri alia euacuatio notabilis alia vice. Bene autem potest fieri, vt coniungantur duæ medicinæ pro vna virtute, vel si in vna vice diminutè fieret phlebotomia,

mia, tamẽ poteſt geminari, vel etiá in pharmacia.

Vbi multus eſt ſanguis, & prauus, & timetur virtuti, ſecundatur phlebotomia, ſeu fiat apophoreſis. *III.*

SEcundatio vocatur euacuatio ſanguinis facta per idem foramen, quod adhuc non eſt conſolidatum: & ideo non dicuntur duæ phlebotomiæ propriè, ſed dicitur phlebotomia reiterata, de qua loquitur Auicen. in primo can. fen. 4. capitulo 2. ſic. Scire quoq; debes, quod reiteratio ſecundum menſuram debilitatis eſt tardanda: & ſi debilitas quidem non affuerit, ſit vltima eius tardatio hora prima: qui autem voluerint eam facere, vt ſanguis ipſius trahatur ad diuerſum partis, ſit vnus dies.

Triduum recreationis expoſcit phlebotomia notabilis, in quo fortis medicatio perdit locum. *IIII.*

SPatium duorũ dierum expectatur communiter, & vt in plurib. poſt phlebotomiá anteq̃ efficiatur alia fortis operatio in corpore, ſicut alia phlebotomia: vel medicina laxatiua, vel cauteriũ, vel apertio apoſtematis, vel huiuſmodi. Intelligẽdũ tñ, q́d tale vel tale ſpatiũ menſuratur ſecũdũ tenorẽ virtutis, q̃a aliqñ expectatur vltra triduũ, qñ virtus eſt debilis, vt in illo ſpatio virtus cõfortetur decenter, pro poſſe: aliqñ ante triduũ, ſicut quando virtus eſt fortis, & neceſsitas magna, & illo ſpatio patiens non cibatur niſi tenuiter, & hoc relinquitur induſtriæ operantis.

Poſt pharmaciam notabilem, infra triduum phlebotomia non ſequatur. *V.*

HOc fundatur in ratione ſuperius tacta, ſcilicet in hoc, vt virtus non debilitetur, & etiam fundatur in quotidianis experientiis. Fuit enim ſemel quidam pharmacatus, & in craſtina venit ad me dicens, quòd volebat phlebotomari, & ego dixi, quòd non erat ſibi expediens illa die, qui dixit, quare nõ, quia ego ſentio me bene fortem: cui reſpondi, ſi vos facietis, ego ſciam poſtea, quare non: qui non obſtantibus verbis meis phlebotomiam fecit, cui ſuperuenerunt diuerſa ſymptomata: & etiam aliàs idem vidi.

CANONES ELIGENDI CONGRVAS ANNI PARTES AD EVACVANdum, & ſpecialiter per phlebotomiam, Cap. V. Cuius aphoriſmi ſunt IIII.

OMni euacuationi præ cæteris anni partibus eſt electiſsimum vernum tempus. *I.*

IVXTA dictum Hippocr. in 6. aphoriſ. vbi dicit, quibuſcunq; phlebotomia aut pharmacia conuenit, hos vere phlebotomare, aut pharmaciam dare cõuenit: & ratio eſt, nam illud tempus eſt electiſsimum, q́d eſt magis conſeruatiuum naturæ, & in quo natura eſt fortis, ad expellendũ ſuperfluitates, in quo tales ſuperfluitates magis ſunt obedientes naturæ, quàm alio tempore, ſed tempus veris eſt huiuſmodi, igitur ipſum electiſsimum ad faciẽdum omnem euacuationem. Maior patet ex terminis cuilibet intelligenti: minor ponitur ab Hippocr. quo ad primam partem 3. aphor. can. illo. In autũno acutiſsimæ ægritudines fiunt, & maximè mortiferæ, ver verò ſaniſsimum, & minimè mortiferum. Quo ad alias duas partes, probatur minor intentione Galen. tertio aphoriſmo, commento illius aphor. verè ſiquidem maniæ fiunt, &c.

Vrgens neceſſitas nec præbet inducias expectandi tempus electionis, neque tardandi opus expediens. *II.*

FVndatur ſuper illo aphor. 4. aphor. Medicari in valde acutis eadem die conuenit, differre enim in talibus malum eſt. Cauſam poſſumus aſſignare, quia antequam tempus electionis adueniſſet, forſitan patiens moreretur. Quæ ſit autem vrgens neceſsitas, poteſt haberi ex verſibus: Synochus cum cholica, phreneſis, ſquinantis & anthrax, materias crudas euacuare iubent. Intellige autem, quòd iſtæ paſsiones ponuntur in verſibus propriè cauſa exempli.

Sicut diſpoſitio continentis, areſaciẽtis corpora, phlebotomiam prohibet, vt feruor æſtiuus, ſimiliter & infrigidans, vt hyemis algor. *III.*

CAuſa, quare diſpoſitio aeris nimis calida prohibet ne pharmacia propinetur, additur à Gal. 4. aphor. commento illius: Sub cane & ante canem: &c. & eſt triplex, ſcilicet, quia calidiſsima natura temporis nõ poteſt ſuſtinere pharmacias, quæ vtplurimum ſunt calidæ: & ideo multi incidunt inde in febres: ſecundò quia virtus corporis eſt debilitata propter tempus, & ideo non bene patitur euacuationes: tertiò, quia nimia caliditas temporis facit exhalare vires ipſius medicinæ. Idem intelligendum eſt de phlebotomia, & per oppoſitum intelligendum eſt de nimia frigiditate temporis, & ſpecialiter quantum ad vltimas duas cauſas.

Quibus eſt ſanguis groſſus, timendum eſt in algoribus exercere phlebotomiam, ne ſolùm euacuet, quod ſubtile eſt, propterea ſi cogatur ſub frigore minui, non igne, ſed tolerabili motu membra contemperabunt. *IIII.*

CAuſam primi dicti ipſemet reddit, ſed cauſam ſecũdi dicti, videlicet, q́d tales ſint cõtẽperandi in tali tẽpore motu, & nõ igne, vel Sole, vel vino, vel ſpeciebus, vel ſic humidũ oportet inueſtigare. Et videtur mihi eſſe, quia ſic talis humor, ſiue ſanguis groſſus calefit, ſubtiliatur & cõmouetur, & calor naturalis confortatur, quod non ita fieret aliis modis calefaciendi, quod apparet per experientiam: nam calor ignis, ſi calefacit in vna parte, infrigidat in alia, item exſiccat, & nimis reſoluit: calor ſolis idem facit. Intelligendum eſt hoc in illis, qui poſſunt facere exercitiũ, quia in illis qui non poſſunt, & debent phlebotomari illo tẽpore, expedit vt aliter calefiant, ſicut frictione, vel ſole, vel igne.

CANONES DEMONSTRANTES QVADRAM LVNATIONIS VTILIOREM *in phlebotomiæ electione, Cap. VI. Cuius aphorismi sunt* II.

SEcundum lunarem influentiam ætas lunationis ad phlebotomiam eligitur, cùm paßio tribuit inducias expectādi I.



QVOD lunaris influentia sit consideranda in operationib. Medici, sicut in phlebotomando & pharmacando, & sic de aliis, Magister ipse supponit, tanquam verum, quod potest valde bene haberi per experientiam longam cuicunque operanti, & intelligenti: & hoc valde bene probant, & ponunt autores astrologiæ, auctores autem medicinæ valde tacent. Verùm Gal. in 3. de criticis dieb⁹ dicit sic: quòd est, quia omnibus, quæ apud nos sunt, non adducitur ordo, nisi ꝓpter corpora cœlestia, &c. & ponit ibi multa de Luna, & probat, quòd ipsa est causa dierum criticorum, quia iuuat naturā ad faciendam crisim in illis diebus, modò ars imitatur naturam, igitur ex hoc habetur, quòd ars debet attendere ad lunam, vt natura. Et in prooemio libri de morbis vulg. sic ponit Galen. addens, quòd plenius tibi petenti, si consilium ꝑstare poterit, quod in vltimis legendis dynamidiis habere expedit, vt crescentibus numeris Lunam obserues, cum tollere & ponere velis curationem: si ita feceris, & ad diminutionem Lunæ sustuleris minus valet. Scire tamen oportet & mare augeri per lunam & minui, & cerebrū hominum augetur crescente Luna: cùm autem minuitur Luna, ita & vnaquæq; harum rerum diminutionem sentit, &c. Item Gal. in lib. de humana natura sic ait: asserunt autem Philosophi omnia in terris formari, & compleri secundum cursum & operationē superiorum corporum, quorum operationes in omni creatoris virtute constituit. Elementa igitur quatuor signis 12. coniūcta sunt, eorum quatuor habent temporum mutationes, secundum quas humana & omniū subiectorum natura mouetur, & acuitur, per quam motionem & acuitionem passiones fiūt: hæc autem mutatio omnib. mūdanis est vniuersalis. Et est alia mutatio specialiter ex natura terrę, & planetarum, constans ex diuersis regionibus: quadrifidus enim orbis etiam in septem diuisus est partes, secūdum septē planetas, qui ꝑ astrolabiū discernuntur, &c. Item ille Gilbertus Anglicus in prima parte sui libri in cura hecticę, specialiter in capitulo de fluxu symptomatico in hectica, sic ait: Dicit etiam quòd in diebus canicularibus nō debet fieri phlebotomia, quia vt dicit Gal. qui facit, vitæ terminum sibi imponit, quia venenosus aer subintrat loco sanguinis: ideo dico de hyeme. Et quod dico de phlebotomia, idem dico de cauteriis & aliis operationibus chirurgicis, idem de pharmacia, nisi instet summa necessitas, sicut in continuis vbi in canicularibus fit phlebotomia, in simplici tertiana & duplici datur chlagogum extinctiuum caliditatis, & purgatiuum paulatinè. De diebus Ægyptiacis dicit etiam Gal. quòd in illis non debet fieri phlebotomia, quia luna in ascensu suo & descensu acquirit immutationem ab aliquo maleuolo planeta, secundum quem alterat corpora. Similiter dico de coniunctione Lunæ, vsque ad quintum, propter rheuma ipsius, neq; in 15 neq; 17. neq; in 25. neq; 27. neq; in aliquib. vitalis debet vena aperiri, neq; op⁹ incidēdi, neque comburendi chirurgiæ exerceri: hæc Gilbertus. Concluditur ergo manifestè, quòd Medicus sapiens in operationibus suis attendit ad ipsam Lunam, & operatur secundum suum cursum, & eligit ætatis eius in morbis, vbi potest eligere, sibi tempus.

Influentia stellarum, proueniens à virtute specifica, fortior est illa, quæ prouenit à virtute communi. II.

Stellarū virtus duplex communis & specifica.

VIrtus communis stellarum est illa, quam accipiunt per irradiationem solis, per quē omnes lucent, & per quā lucem aliquid operatur in corporibus, sicut declarat Galen. in 3. de criticis diebus, vbi dicit, quòd cum Luna est in plenitudine, denigrat facies nostras, & sic de aliis effectibus, quos ponit ibi, quos debet facere Luna virtute cōmuni ipsius Solis. Virtus aūt specifica est illa, per quam operantur propriis suis naturis, & sic semper Luna debet infrigidare & humectare, & sic de aliis. Et stellæ operantur per istam virtutem specificam per se, operantur autem virtute communi per accidens: modo secundum quod declarat Gal. in 3. de complexionibus, fortior est semper operatio per se, quàm per accidens.

Virtus lucis solaris, quæ cæteris stellis cōmunicatur, recipit informationem à ꝓpria natura ipsarū, quia quod in altero recipitur, sequitur modū recipiētis. III.

ISte aphorismus non est multum de operatione medicinæ, & ideo dimitto.

Cùm ex ꝓpria virtute Luna moueat & extendat aquosas substantias, & augmēto disponat, quātò forti⁹ irradiabit, tātò magis augebiť rheumatism⁹. IIII.

SVpponit regula, quòd Luna extendat, & moueat aquosas substantias, quod potest percipere ad oculum in decursib. aquarum, in ostreis, in seminibus, & in multis aliis: & tangitur hoc à Gal. in primo dynamidiarum. Sed causa secundi dicti. s. quòd quantò fortius irradiat Luna, tantò magis augeatur rheumatismus, potest esse maior distantia solis à corpore Lunæ: sol enim effectiuè calidæ & siccæ complexionis est, & ideo quantò propinquior est Lunæ, tantò Luna minus infrigidat, & humectat, & quantò magis distet à Luna, vt in oppositione, tantò magis Luna infrigidat, & humectat ista inferiora, ex qua oppositione rheumatismus debet prouenire.

Cùm effectiuè sit Luna frigidæ complexionis & humidæ, in nulla ætate poterit ab effectu proprio calida vel sicca denominari. V.

SIcut Gal. ostendit in tertio de diebus criticis, in principio Luna debet aliquos effectus caliditatis imprimere: dicit enim sic: Videmus eam maturare fructus, augmētare eos velociùs, & putrefacere corpora mortua, imprimit impressionē manifestam in ea, quæ permanent in radiis eius, aut prolongant moram in eis aliquo modo, ita quòd

qđ color eorũ etiam conuertitur ad citrinitatẽ, & grauantur capita eorum. Ideo videtur ex hoc, quòd in aliqua ætate sua, sicut quando est plena, vel indifferens, quòd esset sicca & calida: hoc dubiũ tollit Magister in regula dicens, quòd in aliqua sui ætate nõ potest esse, quin Luna sit frigidæ & humidæ complexionis, & talis complexio effectiuè inest sibi à natura sua, modo quæ à natura insunt semper insunt: illos autem effectus efficit non per virtutem propriam, sed per virtutem solis, vt declarat etiam Galenus ibidem.

Et eadem ratione, qua principales ætates in viuentibus distinguuntur, per similitudinem notantur in Luna. *VI.*

SImilitudo ista est largè sumta: nam in viuentibus distinguuntur ætates penes oppositionẽ, quam debet efficere calor naturalis circa nutrimentum: in luna autem distinguuntur penes illuminationem, quam debet efficere claritas solaris, circa corpus lunare.

Sicut prima ætas est, in qua incrementũ inchoat & procedit vsq; ad notabilem mẽsuram staturæ viuentis: sic & Luna in prima ætate incipit augeri vsq; ad mediam. Et sicut ætas secunda viuentium est, in qua incrementum ipsorum, licet notabile, terminatur: sic & in Luna. Similiter quoq; tertia viuentiũ est, in qua viuens incipit occultè decrescere, scil. in virtute, licet in processu manifestetur. Quarta verò est, in qua decrementum sensui manifestum in ipsa substantia consequitur terminum, similiter & in Luna. *VII.*

CAnon iste manifestiùs est intelligenti, quòd tales ætates attenduntur in luna penes illuminationem, quam ipsa accipit à sole, aliàs nihil valerent sensus ipsius.

Licet incrementũ & decrementũ in inferioribus sequatur varietatẽ superiorũ, & nõ econuerso: tamẽ quia notiora sunt nobis inferiora superioribus, variationẽ superiorum ab inferioribus nominamus. *VIII.*

REspondens tacitè quæstioni. s. quare tales ætates Lunæ docuerit distinguere p similitudinẽ ætatũ viuentiũ, cùm ætates superiores sint causa ætatũ inferiorũ, & nõ econuerso: ponit dictũ, qđ notiora sunt nobis inferiora superiorib9, & ideo p notiora intelligimus minus nota. Iuxta qđ est sciendum secundũ doctrinã Aristot. in 1. Physicorum. vbi dicit sic: innata est nobis via ex certiorib. nobis in certiora naturæ & notiora: nõ .n. eadẽ sunt nobis nota & simpliciter, &c. quòd quandocunq; causæ effectuũ sunt nobis notiores, q̃ ipsi effect9, tunc eadem sunt nobis notiora & notiora naturæ: naturæ enim semp causæ sunt notiores effectib9. Sed quandocunq; effect9 sunt nobis notiores, quàm causæ, tunc non sunt eadẽ notiora nobis & naturæ, sicut in proposito.

Cùm calida & humida cõplexio sit incremẽto prõtissima, propterea prima ætas Lunæ, in qua incrementũ nullatenus sistit, ab ea denominatur: quia verò notabile incrementũ ætatis secũdæ viuentiũ efficit caliditas, & siccitas terminat, ideo calida & sicca denominatur: quod nomen ætati secundæ Lunæ accommodatur, propter similitudinem supradictam, & sic in aliis. *IX.*

TOta sententia can. stat in hoc, quòd prima ętas Lunæ, quæ est prima septimana lunationis, dicitur calida & humida: & secũda ętas lunę, quæ est 2. septimana lunationis, dicitur calida & sicca: & tertia ætas, q̃ est 3. septimana lunationis, dicitur frigida & humida: & quarta ætas, quæ est quarta & vltima septimana lunationis, dicitur frigida & sicca: Et hoc intellige, quantum ad irradiationem solis, quia de natura semper est frigida & humida, vt præhabitum est, &c.

Aetas lunaris, in qua minus aquositates rheumaticæ multiplicantur aut fluitant, & in qua minus ob diminutiouem aquositatis densatur sanguis, magis est phlebotomiæ conueniens. *X.*

CAusa dicti est: nam tunc natura melius potest retinere benignũ, & expellere malignũ in actu phlebotomiæ: tñ tales aquositates rheumatisantes inferũt diuersa nocumẽta mẽbris, ꝓpter q̃ natura diuertitur ab opere electiuo, & etiã expedit, vt sang. nõ sit nimis cõdẽsatus ob diminutionẽ aquositatis existentis cum eo, quia tunc melius fluit, & magis pron9 est ad euacuãdũ &c.

Cùm in tertia quadra lunationis moderatæ minuantur aquositates, constat, quòd electio in phlebotomia debentur ei. *XI.*

ISta est conclusio totius capituli & memoriæ commendanda.

REGVLAE, QVIBVS DISTANTIA VEL PROPINQVITAS ELIGENDI *docetur in venis aperiendis, Cap. VII.* *Cuius aphor. sunt III.*

SI membrũ critica non grauetur collectione, vel materia venenosa, phlebotomãdus est æger per venas lõginquiores operationis vnius diametri, vel multarũ, si fuerit corp9 plethoricũ: morbo verò cõfirmato & fluxu cessãte, p venas propinquiores. *I.*

SVPPONIT hæc regula, quòd mẽbrũ grauatum aliquo apostemate, vel aliqua collectione, debet medicari cũ phlebotomia: & hoc est intelligendum, esse verũ si talis collectio fuerit ex sanguine, vel alio humore, vel multis humoribus cum sanguine: attamẽ si talis collectio sit ex alio humore à sanguine, nullo modo competit illi directè phlebotomia, sed tamen bene potest cõpetere indirectè, & hoc existente magna repletione corporis, & hoc est p supposito repletæ. Modò supra istud suppositũ Magister facit tales regulas, quia vel talis collectio fit in tali mẽbro per modũ crisis, vel nõ: si per modum crisis phlebotomand9 est æger per eandẽ partem, & hoc ponit aphor. 1. Quæ oportet ducere vndecunque rapit natura, &c. Et hoc ponit Auic. in fen. 22. tert. tractat. 2. c. de curatione do-

lorum iuncturarum, in fine capituli, vbi dicit sic: Et si euenerit dolor dorsi in primis, & permutatur ad manus, tũc phlebotomia ex manu, vt egrediatur sanguis, & humor ex parte suæ declinationis. Si autem talis collectio non sit per modum crisis, aut est materia venenosa, aut nõ: si sit materia venenosa, fienda est phlebotomia per idem membrum: q̃a si fieret in opposito, talis materia venenosa transiret per membra principalia, & sic fieret eis maxima læsio, qđ non est faciendũ. Et hoc ponit Auic. in 4. can. fen. 3. tract. 1. capitulis de altoyen, de apostematib. & glandulis. Si autẽ materia non fluat per modũ crisis, vel nõ sit venenosa, aut penitus fluxit, & cessauit fluxus, & sic etiã de eadem & propinquiori facienda est phlebotomia: aut materia adhuc fluit, & sic faciẽda est phlebotomia per longinquã partẽ, & per operationẽ vni⁹ diametri, vel plurimi. Si sit magna repletio, fit ꝑ diuersos diametros, si parua repletio ꝑ vnũ.

Infra primũ diatritum rarißimè fluxus cessat, & plethora frequenter occurrit, quapropter vtplurimum oppositio longinquior seruit phlebotomiæ. II.

DIctum erat, quòd quãdo materia erat in fluxu, dum tamen nõ esset venenosa, neq; per modum crisis missa, quod tunc debeat fieri phlebotomia per partem oppositam, ideo apparebat quæstio: videlicet, quãdo est tẽpus fluxus in fieri & in facto esse? Nunc respondet, quòd intra primum diatritum, vt in pluribus materia fluit in fieri: & intellige, quòd non potest certus terminus imponi, sed tamen regula ista est vera vtplumum, sicut ipsemet dicit.

In criticis & venenosis materiis exerceatur phlebotomia per venas ꝓpinquissimas mẽbro læso, nisi fuerit nobile. III.

HÆc regula superiùs allata fuit sine exceptione, nunc autẽ ponit suã exceptionẽ.s. si tale membrũ, vbi sunt venæ propinquissimæ, ex quibus debet fieri phlebotomia ad sanandũ mẽbrũ apostemosum collectione critica, vel venenosa, sit nobile: quia istud obstat, ne talis phlebotomia ibi fiat, & causa est, quia nobilitas illius membri proderetur, sed hoc rarissimè.

REGVLAE SVPER ARTIFICIVM COMMODIORIS INCISIONIS VENARVM, *Cap. VIII. Cuius aphorismus est vnicus.*

QVibus in vna vena secundatur eadem die, phlebotomus iunctus custodiet incisionis apertionem: Cum incisionis foramen consolidatione minuitur, tantũ excluditur, quod subtile est. Quibus sanguis est grossus, aut phlebotomandi necessitas in valido frigore peragetur phlebotomia larga incisione: quibus verò econtrario, constricta. I.

CAVSA istius vltimi dicti per se patet: nam sanguis grossus & grumosus, non potest expelli per strictum foramẽ, imò aliquando illi grumi obstruunt & claudunt tale foramen, & non expelluntur, neq; permittũt exire sanguinẽ: similiter maximũ frigus aeris statim coarctat magis foramen, vt non possit expelli sanguis grossus. Quare cautè est agendum in secundationibus, quia statim consolidatur foramen, q̃uis primò esset amplum, & propter illam consolidationem stringetur: vnde si sanguis sit grossus non debet fieri talis secundatio. ¶ Sed diceret aliquis: Domine, ergo tunc quid agendum, iterabimus aperire cum phlebotomo? Respõdet primũ dictũ, quod nõ, imò aperiatur in alio loco, & non fiat iterum vulnus in loco aperturæ: ratio est, quia afflicto non est dãda afflictio, cum illa pars sit afflicta, & vulnerata, non est iterum vulneranda durante illa afflictione.

REGVLAE DECLARANTES, IN QVIBVS ET QVOTIES DEBEAT *phlebotomia intercipi, Cap. IX. Cuius aphorismi sunt II.*

PRonis ad syncopim maximè frigiditate cordis apophoresis est amica sanguine iam fluente. I.

Apophoresis.



QVID est apophoresis? Apophoresis est interceptio, vel interruptio phlebotomiæ, quæ est multum vtilis in multis casibus, & specialiter in præsenti casu.s. vbi quis sit paratus ad syncopin, & specialiter cũ frigiditate cordis. Et causa est, nã si talis indigeat euacuatione, sang. ℔.1. euacuetur cõtinuè vna vice, timendũ est, ne incurrat in syncopim propter defectũ spirituũ: ideo quãdo euacuata fuerit ℔.s. si claudatur foramẽ, vt digito per aliquod spatiũ tẽporis, in tali tẽpore cor retinebit sibi spirit⁹ necessarios, & postea tuti⁹ euacuabitur alia ℔. s.

In pronioribus ad defectum, vt in melãcholicis, fluxus sanguinis intercipitur sæpius in eadem phlebotomia. II.

RAtio fundatur in eodem cum priori, ne virtus cadat ex continua tali euacuatione: & ideo in talibus interruptionibus natura resumit sibi vires, & retinet sibi, quo indiget, quod nõ posset fieri sine istis interruptionibus.

REGVLAE MENSVRANDI QVANTITATEM PHLEBOTOMIAE, *Cap. X. Cuius aphor. sunt II.*

A Tenore virtutis quæq; circumstantiæ variantes eum notificant, & ab exuberantia sanguinis eius euacuatio mensuratur. I.



PHLEBOTOMIA est euacuatio vniuersalis, quę multitudinem humorum euacuat 2. ca. quarta fen. 1. can. Auic. In hac regula supponitur iã, quòd phlebotomia sit agenda, sed vtrùm in magna quãtitate, vel in parua, vel mediocri, vel semel, vel pluries, hîc docetur. Et tota intentio Medici sumitur à tenore virtutis, & ab exuberantia sanguinis: vnde si sanguis multùm exuberet, & virtus sit fortis, multa quantitas sanguinis est euacuãda, si parũ sit de sanguine, & virtus debilis parua, & sic obuiãdo. Vt aũt cognoscatur virtus fortis, principaliter attendendus est pulsus & aliæ circumstantiæ, sicut ætas, ars,

Virtus fortis vnde cognoscitur.

ars,complexio, compoſitio corporis, accidentia animæ,regimen præteritum:vt ſciatur exuberátia ſanguinis,recurrendum ad ſigna poſita ab auctoribus.

Quibuſcunque fortibus & audacibus vna die geminatur phlebotomia, cõuenit vt prima euacuatio maioretur: in debilibus & meticuloſis gradatim eſt procedendum ad multi ſanguinis fuſionem,quapropter in illis phlebotomia ſuccedens maior eſt præcedenti. *II.*

AVic.1. can.fen.4.c. 20. ſic ait:Ex iuuamentis ergo ſecundationis eſt, quòd phlebotomati virtutem cum perfectione ſuæ euacuationis,quę eſt neceſſaria,cõſeruat. Vnde ſciendum,quòd vbi eſt magna neceſsitas, fortis virtus & materia diſpoſita, facienda eſt phlebotomia ſemel & perfectè,imò quaſi ad ſyncopim, vt docet Hipp. 1. aphor.can.illo:Quæ egeruntur.& Gal.in comméto etiam 9.de ingenio.c.2.Vbi autem eſt fortis neceſsitas,vt virtus non bene ſtat,facienda eſt phlebotomia; ſed tamen partiẽda eſt per vices: & tũc aut materia eſt bene diſpoſita ad expulſionem, aut non,ſi non, multiplicandæ ſunt vices per diuerſas apertiones phlebotomiæ:& hoc eſt,quod dicit Auicen.in eodem 2.c. 4. fen. In ſumma melius eſt, vt ipſius phlebotomiæ vices ſint multæ quàm vt ipſius quantitas ſit multa: ſi autem neceſsitas eſt multa,virtus non bene ſtans,& materia non ſatis parata, tunc multiplicandæ ſunt vices expellendi ſanguinem per vnum foramẽ,antequam claudatur. Et iſtud docet obſeruare Auic.ſi foramen apertum,in eodem 20. c. 4. fen. & tunc aut talis phlebotomandus eſt audax & animoſus ad phlebotomiam aut non: ſi ſit, prima euacuatio ſit maior,& alię ſubſequentur minores: ſi non, prima euacuatio ſit minor & aliæ ſubſequentur maiores. Et hoc eſt, quod Magiſter docet,cauſa ſatis patet.

CANONES MEDENDI CORPORA AD PHLEBOTOMIAM RElata, Cap. XI. Cuius aphoriſmi ſunt III.

Liquor guſtui ſuauis & redolens, ad infrigidandum fornaces corporis, atque venas ſanguine fluente ſugitur competenter. *I.*

ISTE canon propriè debet intelligi de ſanguine fluente per nares,ſiue per hæmorrhoides,aut per palatũ, aut quocũq; alio modo, ſpecialiter, ſi patiẽs ſit ſuper calefactus, delicatus,& aliqualiter deficiens: nam de actu phlebotomiæ non poteſt intelligi, cùm tunc temporis omnis cibus & potus ſit euitandus,& hoc patet de ſe.

Quicunq; ſunt promti ad cacochymiam ſtomachalem phlebotomati deficiunt, niſi præmundetur ſtomachus, & corroboretur os eius. *II.*

Cacochymia ſtomachi.

CAcochymia ſtomachalis, aut eſt ex cibo nouo,aut fæce cibi,aut humoribus: & hoc aut ex frigidis,aut calidis,aut vtriſq;: & hoc aut contẽtis,aut imbibitis,aut miniſtratis:quocunq; modo ſit,ſemper ante phlebotomiam eſt ſtomachus mundificãdus,& os eius corroborãdum.Et cauſa eſt: quia propter immundiciem ſtomachi in phlebotomia multi ſyncopim, aut quando materia cholerica commota per phlebotomiam mordicat ſtomachum & os eius.Si autem ſtomachus ſit plenus humoribus crudis, & fit phlebotomia, humores illi magis incrudabuntur propter phlebotomiam,& etiam attrahuntur crudi ad venas, & facient peius, quàm primò. Cum quibus autẽ debet mundari ſtomachus,& os eius confortari, docent auctores practici.

Quæcunq; reſiſtunt fluentibus chymis ad ſtomachum, facta phlebotomia,mox poterunt ſumi competenter. *III.*

Reſiſtẽtia chymis fluentibus ad ſtomachũ.

ILla, quæ reſiſtunt fluentibus chymis ad ſtomachum ſunt cõmuniter acetoſa pontica, & ſtyptica ſimplicia,aut cõpoſita, quia reſiſtentia talis debet prouenire ex duob.primò vt ſubſtãtia ſtomachi & eius villi coinſpiſſentur, coadunẽtur in ſe, & p cõſequens nõ erit ſic parata recipere fluẽtia: ſecundò vt talia fluẽtia ingroſſentur, & retrò impinguẽtur. Quòd aũt acetoſa,vt malum granatũ,agreſta,ſuccus limonũ,& citrangulorũ, acetũ fractum habeãt has operationes,apparet ad ſenſum.Præterea quòd pontica,vt ſuccus pirorum, arantiorũ,citrinorũ,&ſtyptica,vt abſynthiũ,berberis,coriandrũ pręparatũ,talia pręſtẽt,ſicut ponunt practici,patet ad ſenſum. Verũ quãdo ſtomachus eſt calidus,debet iuuari cum frigidis, qñ frigidus debet iuuari cum calidis, ſicut maſtice, mẽtha & ſimilib. Tamen aduertendũ eſt, vt talia ſcil.acetoſa pontica,ſtyptica,ſiue calida,ſiue frigida adminiſtrentur ipſi phlebotomãdo ante actũ phlebotomiæ propter cauſam immediatè ſupradictæ regulæ, & hoc in parua quantitate: ſed tamen poſſunt adminiſtrari poſt phlebotomiã ipſi phlebotomato ad finem, vt ſit promtior ad alias phlebotomias, quas debet facere tempore, & hoc poteſt in maiori quantitate & longiori.

CANONES PHARMACANDI CONVENIENTER, ET PRIMO ELIgendi congruum tempus ad pharmaciam, Cap. XII. Cuius aphor. ſunt III.

QVemadmodũ æſtas euacuando choleram præuenitur,ſimiliter hyemẽ purgatio phlegmatis, & nigri humoris præcedere debet. *I.*

AD verificationem huius regulæ debet ſcire, quòd habet in regimine præſeruatiuo. Vnde ſecundũ doctrinã Gal. in 3.techni.triplex regimen docetur in medicina: primum dicitur conſeruatiuũ, ſecundum curatiuum,tertium præſeruatiuũ.ſ. ne corpus cadat in aliquam malam diſpoſitionẽ, ad q̃ aliqualiter eſt diſpoſitum:& de iſta loquitur pręſens lectiò.Et cauſa dicti eſt:nã ſecundũ doctrinã Auic in primo can.fen.2.doct.2.ſumma prima, ca. 6.& in diuerſis capitulis eiuſdem ſummæ: vnũquodq; tempus generat humores ſibi conſimiles,& proportionabiles. Idem dicit Hipp. & Gal.

Tempus generat humores ſibi proportionales.

in toto processu 3.aphor. Cùm igitur sit aliquod corpus dispositum ad ægritudines corporeas, sicut sunt multa, sapiens præuisor & præseruator debet euacuare choleram à tali corpore in principio æstatis. Idem si corpus sit dispositum ad ægritudines phlegmaticas vel melancholicas debet euacuari phlegma, vel melancholia in principio hyemis vel autumni.

Sicut euacuatio frigidi humoris in principio æstatis parit acutos morbos: sic & in introitu hyemis euacuatio calidorum gignit diuturnos. II.

ISta regula dependet ex verificatione præcedēti: nam dictum est ibi, quòd quodlibet tempus multiplicat humorem sibi proportionalem, cùm igitur in æstate euacuatur humor frigidus ꝓpter absentiā talis humoris frigidi, & ꝓpter naturam tēporis, iá magis multiplicatur humor calidꝰ, ex quo generātur morbi acuti, & econuerso in hyeme. Tamē notādū, quòd hoc habet veritatē, vt in plurib. & quātū est de natura tēporis, sed nō habet veritatē semp, & quantū est de natura aliorū particulariū: nā secūdū doct. Hip. in omni tēpore possunt fieri omnes ægritudines, quāuis rarò, vt ipse dicit in 3. aph. Ægritudines aūt fiūt in omnibus tēporib. maximè verò qdā secūdū aliqua eorū, & fiūt & acuūtur, qdā verò fiūt, & nō acuūtur.

In exacerbationibus aut dieb. paroxismorū, periculosum est pharmacare, seu phlebotomare: in die trāquillitatis fortes euacuationes cōuenit exercere. III.

MOta fuit quæstio ꝑ aliquos, vtrùm euacuatio humoris sit faciēda ex arte in die paroxismi, vel in die quietis, arguūt qđ in die paroxismi, qa tūc natura mouet materiā, ideo est adiuuāda ad cōplendū euacuationē: arguūt etiā autoritate quorundā antiquorū, qui hoc dicūt. Attamē omnes moderni, & quotquot fuerūt post Hip. habēt ꝓ determinato, qđ melius est in quietis, sicut dicit Hip. 1. aph. His q in circuitib. exacerbātur, &c. docet nō dare cibū in accesione, quātomagis φαρμακεία. Auic. aūt in 4. can. fen. 1. tract. 2. c. de curatione vniuersali febrium putridarum, sic dicit: Et non moueas in die paroxismi aliquid, quantum posibile est tibi, neq; cures febres. Et tota intentio istius opinionis est, quia sic conseruatur virtus, vnde fit vna maxima, quòd afflictio non est danda afflicto: attamen vbi esset maxima necessitas, & constaret de virtute, bene posset fieri.

REGVLAE DOCENTES ALTERARE CONVENIENTER IN RESPECTV ad pharmaciam, Cap. XIII. Cuius aphorismi sunt XIII.

SIcut exclusionē peccantis humoris alteratio sequitur, corrigens dyscrasiam derelictam: sic praui chymi eductio præcedere debet ad illius malitiā emendandam, vbi extiterit furiosus. I.


LTERATIO corrigens dyscrasiam derelictā post exclusionē praui humoris fit aliquando opere naturæ, siue opere artis alterantis, cū semper est obseruandum bonū regimen, & tunc sufficit aliquā do natura: aliquando tamen natura non potest ꝑ se alterationem talem facere, sed debet iuuari per artem, vt docet Gal. in 3. techni. can. illo: Vnum commune habentes præceptum, efficientē vnāquamq; earum causam abscindere prius, deinde sic venire ad eā dyscrasiā, quę facta est ex illa ægritudine, salubriū causarū inuētione. Verbi gratia: facta exclusione humoris, si Medicus sit præuisꝰ, potest cognoscere, num natura posit reducere corpus, vel membrum ad suam debitā dispositionē: & si sic videat, debet regere tale corpꝰ seu mēbrum regimine meliori, quo potest, & post paucū tempus debet ipsum dimittere. Si autem videat, quòd natura nō sit per se sufficiens, debet applicare sua medicamina per os, syrupos, electuaria, pulueres, trociscos alterantes per contrariū dyscrasiam: vel foris vnctiones, saccellationes, balnea, emplastra apponendo supra membrum, qđ fuit læsum, sicut quotidie faciunt boni practicantes: & hæc de prima parte regulę. ¶ Secunda autē pars est duplex: nam aut humor peccans in mēbro aut in corpore est furiosus multipliciter, secundū illos versus bene & artificialiter cōfectos, secūdum intentiones autorum in diuersis locis, qui tales sunt: Synocha cum cholica, phrenesis, squinātis, & anthrax, Materias crudas euacuare iubent. Si furiosus fuerit, statim est pro posse expellēdus vbicunq; fuerit: & huius intentionis fuit Hip. in 1. aphor. in can. illo: Digesta medicari & mouere non cruda neq; in principiis, nisi expediat: multa. n. non expediunt. & Gal. in cōmento bene declarauit. & etiam in 4. aphor. can. illo: Medicari in valde acutis si necesse fuerit eadē die, differre enim in talibus malum est. & Gal. in cōmento. Si autem non fuerit furiosus, est digerendus: vnde digestio est duplex, quædā est digestio iuuantium, quæ definitur ab Auicenna in primo can. fen. prima, doct. 6. c. 3. dicens sic: Digesta verò est illa, quæ quod attractiua attraxit, & retinuit retentiua in essentiam cōuertit aptam virtutum, in ea permutationem facientium operationi, & complexioni, conuersioni, quæ complexioni nutrientis in effectu est competens: hæc est eius operatio iuuatiua, q̄ vocatur digestio. Alia est digestio nocentiū, quæ nihil aliud est, nisi ꝑparatio materiæ ad facilē exitū: & ista digestio tractatur ab Hip. quando dixit: Digesta medicari. & à Gal. in techni. & ab Auic. in loco præallegato. & in 4. can. fen. 1. tract. 2. de curatione febrium putridarū in vniuersali, & in tract. 4. de cura hemitritæi.

Si prauus chymus ad exitum compellatur, vitio per digestionem non emendato, aut difficiliter euacuabitur aut offendet membra, per quæ transibit. II.

PRo euidentia huius regulæ & quarundam, quæ sequuntur, est sciendum, quòd humor faciens morbum, cùm sine furia est, primò est digerendus, antequam euacuetur, & talis digestio nihil aliud est, q̄ eius præparatio, & dispositio ad facilē exitū. Et ideo illa, quę faciunt humorē inobedientem ad facilem exitum, reducūtur ad duo. Vnum est ex parte membrorū, per q̄ debet trāsire, & de hoc dicetur inferiùs: aliud est ex parte ipsius

psius humoris, & hoc reducitur ad tria: primum est acuties & subtilitas ipsius, secũdum est viscositas, & tenacitas, tertium est grossities, & terrestreitas. De primo dicit, quòd si talis malus chymus. s. subtilis, & acut9 excludatur à corpore pręter hoc, quòd primo sua subtilitas & acuties non fuerit repressa, vnum de duobus erit, aut forsan ambo simul: primum, quia forsan non euacuabitur, vel cũ magna difficultate euacuabitur, & causa ęst, quia natura nõ potest bene imprimere citã actionẽ in eum, cùm ipse labatur. Secundum est, quòd posito quòd euacuetur, mordicabit, & lædet membra, ꝑ quæ transibit, & hoc ꝓpter suam acutiem. Ingrossandus est igitur talis humor, & remittendus, & hoc cum frigidis & humidis ingrossantibus, q̃ docẽtur ab autoribus omnibus.

Ex grossis humoribus non digestis, aut imperfectè, subtile tantũ euacuat pharmacia, residuum compingendo. III.

DIctum est, quòd secundum, quod reddit humorem euacuãdum ineptũ ad expulsionẽ, est viscositas, & tenacitas ipsius humoris, & talis humor ꝓpriè phlegmatis: & ideo si Medicus pręsumat ipsum euacuare cũ pharmacia, videl. cum turbith, agarico, colocynthide, & similibus, tales medicinæ attrahunt ab illo humore illud, quod est subtile, & non adhærens, quia illud obedit attractioni, residuũ magis compingetur, & adhęrebit, quia non obedit ipsi membro, & hoc erit maximũ nocumentũ tali membro, siue corpori. Incidendus est ergo talis humor cũ incidentibus, & diureticis, quæ docentur ab autoribus copiosè.

In chymis furiosis, & qui per vrinas euacuantur, emendatio vitij, & eductio fiunt simul. IIII.

ISta regula est bipartita: Prima pars dicit, quòd in chymis furiosis emẽdatio vitij, & ipsius eductio simul fiunt, id est, posito quòd sequantur inconueniẽtia supradicta. s. in humore subtili, & acuto, vt difficulter euacuetur, aut lædat membrũ per quod transit, & in humore viscoso, quòd subtile attrahatur, & residuũ cõpingatur, adhuc debet statim euacuari sic, vt eius euacuatio sit idem, q̃d sua correctio, & hoc est quod dicit prima pars regulę. Humor dicitur furiosus ad similitudinem animaliũ mouentiũ se ad coitum, q non possunt quiescere, imò continuè mouentur & agitantur: sic est de humore furioso, qui non daret inducias ad emendandum suum vitium, quin citius intulisset mortem discurrendo ad membra principalia, quare statim est euacuandus pro posse. ¶ Secunda pars regulæ est, quòd humoris mali, qui ꝑ vrinas est euacuandus, eductio & correctio simul fiunt: ista intelligi debent sano modo: nam illud, quod educendum est per vrinas, aut continetur in viis vrinalibus, aut in aliis partibus corporis ab istis. Si primo modo, tunc euacuatio eius & ipsius eductio simul sunt, id est, statim cum Medicus est certus, quòd lapis est in renibus, aut in vesica, aut pilus, aut humor, debet intendere ad expellendum tale quid per vias vrinales: tamen ad mundificationẽ talis rei debet præcedere clyster diuersus secũdum virtutem. Debet etiã præcedere vomitus ante cibum, & post cibum ad educendum materias: debet etiam Medicus incipere à debilibus prouocantibus ad fortiora, & in processu ad fortissima, sicut declarat Auicen. in fen. 18. & 19. tertij canonis in diuersis locis, & omnes practicantes. Si autẽ talis humor, qui est euacuandus ꝑ vrinas, fuerit contentus in aliis partibus corporis, tunc debet digeri, sicut si esset euacuãdus ꝑ alias euacuationes. Et hoc est, quod innuit Auic. in 4. can. fen. 1. cap. de cura hemitritęi.

Alleuiatiua purgatio nõ exspectat digestionẽ, sed eradicans chymũ prauũ. V.

ISte can. clarus est de se: imò quod fortius est alleuiatiua euacuatio debet ꝓcedere digestionem mali humoris, sicut sæpe iniicimus clyster alleuiatiuum, seu casiam fistularẽ damus, antequam propinemus syrupum digestiuum: & causa est, quia experientia ostendit, quòd tunc syrupus melius digerit illum humorem, quem debet digerere, cùm prius fuerint fæces purgatæ, quæ nisi purgentur, inficiunt syrupum.

Alleuiatiua purgatio clysteribus fit vt plurimum, aut lenientibus medicinis. VI.

DVplex est euacuatio artificialis, quædam alleuiatiua, siue minoratiua, & talis fit clysteribus, aut medicinis lenientibus, sicut casia fist. manna, prunis, viol. & similibus. Alia dicitur eradicatiua, quæ fit medicinis attractiuis, sicut diagridio, colocynthide & similibus. Vnde Ioan. Ebemes. in primo suorũ vniuersalium cap. 2. sic ait: Medicinarum educentium per vẽtrem operatio fit quatuor modis cum proprietate innata quodammodo eis: aut enim educunt dissoluendo ꝓprietate sua, sicut scammonea, & turbith: aut cõprimendo proprietate sua, sicut myrobalani: aut lenificando proprietate sua, sicut casia fist. & tamarindi: aut lubrificando proprietate sua, sicut mucilago psyllij. Et dico quòd medicina, quæ ꝓprietate sua educit dissoluẽdo vt plurimum prędita est virtute attractiua & eradicatiua: attrahit enim à superioribus materias, & eradicat ab inferioribus, in reliquis autem non sic, &c.

In materiis aquosis vel fluidis vitanda sunt liquida digestiua, nisi vim habuerint educendi peccãtem humorẽ, vt serum in hydrope: aut consumendi, vt aqua ardẽs in paralyticis nõ repletis. VII.

LIquidum digestiuum est multiplex, quoddã est liquidum actu, exsiccatiuum autem in potentia vel virtute, vt succi herbarum calidarum & siccarum, syrupi decoctionũ radicum & herbarũ calidarum, & siccarum: & tale bene potest tolerari in digestione materiarum aquosarum. Aliud est liquidum actu & potẽtia, tale nullo modo est tolerandum: & ratio est, quia magis redderetur materia liquida, & fluida, attamẽ melius est, vt digestio talium materierum aquosarum fiat per digestiua grossæ substantiæ, sicut ꝑ electuaria, pulueres, trociscos, & loch. vt doctores practicantes docent. Et ratio est, quia substantia sicca & grossa magis adaptat materias fluidas.

In rheumatismis propter aquositatem destillãtibus in guttur, aut pectus ingrossatiuũ syrupum absq; mistura aquæ con-

uenit exhibere. *VIII.*

TOta regula est clara, & patet ex præcedentibus: attamen si propter delectationem debeat adiungi aqua, debet esse in parua quãtitate.

Ad suauitatem purgationis atq; securitatem non sufficit corpora fluxa facere digestiuis humoris euacuandi, sed aperitiuis, lenitiuis ac dilatantibus. IX.

ISta cõsideratio se tenet ex parte membrorum, per quæ debet fieri euacuatio, sicut sunt intestina, vesica, pectus, stomach9, vel meri, pori ipsi9 corporis, & membra emũctoria. Et ratio de se patet, quia quantò sunt talia membra magis amplificata, tantò magis sunt apta ad talem exitũ: ideo Auicen. in 4. fen. primi, cap. 4. sic dicit: Veruntamen antequam ventris solutio, aut vomitus fiat, præmittenda est humoris subtiliatio, qui est euacuandus, & canalium amplificatio, & ipsorum apertio, quoniá corpus à pœna securũ reddit, &c.

Sicut balneum lauans corpus, & excludens reliquias nociuorum, sequitur pharmaciam: sic præhumectans & corpora fluxa reddens, præcedere debet, maximè, si fuerint chymi terrestres. *X.*

BAlneum est duplex, scil. aereum & aqueum, de aqueo magis intelligitur, quod est multiplex: nam quoddam est ex aqua sola, aliud ex decoctione rerum, aliud est ex aqua minerali, quod est multiplex secundum diuersitatem minerarũ. Hîc intelligitur principaliter balneum simplex ipsius aquæ solius, vel simplicis, & non nimis calidę: tale conuenit pharmacis ad excludendas reliquias humorum derelictorum post pharmaciá: quod potest elici ex dictis Hippoc. & Galen. in 3. regi. & ex dictis Galen. in lib. de marasmo. Similiter tale balneum potest præcedere pharmaciam si humores essent terrestres, vt in quartana, melácholia, mania, & aliis morbis similibus, ad hoc, vt talis humor magis subtilietur, & ad motum faciliorem disponatur. Et hoc intellige sano modo, scil. vbi non est repletio, & etiam quando patiens non dispositus ad obstructiones.

Cholera cinerea, æruginosa & nigra, terrestreitate sua poßident immobiliter cauernas interiores. *XI.*

Choleræ non naturalis species septem.

SPecies choleræ non naturalis septem sunt, vt colligere licet ex dictis Auicen. prim. can. fen. prima, doct. 4. cap. primo. s. citrina, vitellina, adusta in se, cùm tamen subtile nondum separatur à cinereitate, adusta propter admistionem melancholiæ, cholera generata per adustionem sanguinis, ęruginosa, prassina. Magister hîc loquitur de quacunq; cholera, tam adusta, quá causata p admistionem melancholiæ. De cholera rubea, citrina, & vitellina non loquitur ꝓpriè, quia tales nõ sunt terrestres, & per consequens sunt mobiles, & non possident interiores cauernas.

Terrestres chymi, profunda corporis occupantes, etiam post aliorum missionem repentinis alterationibus, & improuisis perturbant medicatum, & medicantem. *XII.*

IStud sæpè contingit in opere, quando aliquis pharmacabatur in regimine sanitatis, vel in regimine curatiuo. scil. euacuabatur de phlegmate, seu de cholera, vel de melácholia, vel simpliciter, vel compositè, & sicut debet sequi tranquillitas, sequebatur molestia aliquando, vt arsura, æstuatio, mordicatio viscerũ, angustia, vigiliæ, & sic de aliis, ita quòd patiens erat totus perturbatus, & per consequens etiam Medicus. Et causa rei aliquando est ista, quæ ponitur in isto canone, quia latebant in profundis corporis chymi terrestres, qui fuerũt aliqualiter cómoti à pharmaco, quod eduxit humores, qui erant dispositi: & tunc lędét membra, vel ꝓpter suam malam qualitatem, vel propter mordicationem, quam faciũt membris sua acutie, vel quia transmittunt vapores malos, ad membra nobilia & sensibilia.

Qui à fæcum duricie constipantur, nisi clyster præmittatur pharmaciæ, torsionibus vexabuntur. *XIII.*

CAusa manifesta est: quia secundum doctriná Ioann. Mesuę in suis vniuersalibus in diuersis capitulis, cùm medicina attrahit humores ad intestina, vel ad stomachum, natura conatur expellere ipsam medicinam, & humores attractos, & si inueniat intestina clausa à constipatione fæcum, vel ab alia clausione, non potest liberè expellere, per consequens vexatur patiens torsionibus, quare semper debet sibi cauere Medicus.

REGULÆ SUPER MODUM CONVENIENTIS EXHIBITIONIS pharmacarum, Cap. XIIII. Cuius aphor. sunt III.

PHarmacia leptoniēs & maximè ardens, vt euphorbium & diagridium per grossas portiones, siue per se, siue cum aliis est glutienda. *I.*

IOANNES Mesue primo suorum vniuersalium, summa secunda. cap. 4. ponit de trituratione, quia quædam sunt medicinæ laxatiuæ, quæ nõ debẽt multũ triturari, & ipse exemplificat de scammonea Antiochena, & ipsemet in secũdo vniuersalium ponit, idem de euphorbio: aliæ sunt, quæ multum debent triturari, & ipse exemplificat de colocynthide: aliæ mediocriter.

Acutum pharmacum, nisi lubrico velatu deglutiatur, offendit guttur, & si fuerit macilentum & aridum, perpetuò lædit vtplurimum. *II.*

ET causa dicti satis apparet per experientiam, sicut vident operãtes: ratio est, quia tale pharmacum ratione suæ acutiei lædit, pungit, & vrit membra, per q̃ transit: cũ igitur trãseat ꝑ guttur, & specialiter, si guttur sit macilentũ, & aridũ, statim cõtingit substantiá suam, quæ est magni sensus, & perpetuò lædit ipsum: & ideo quando est necessitas dare talia, debẽt velari & cooperiri velatu lubrico, sicut mucilaginibus, vel lacte, vel aliis, prout satis docent autores.

Pharmacũ violentũ ꝓhibendũ est cibis occurrere, nisi neceßitas perurgeret. III.

Auicen.

AVicen.in primo fen.4.cap.5.sic dicit,oportet vt medicinę potator non comedat,vel bibat, donec medicina suam perficiat operationem, & hoc pro prima parte aphorismi. Pro secunda aũt parte declarat Auicen. talem vrgentem necessitatem,sic ibidẽ dicens: Quòd si ipsius stomachus non tolerauerit,ne comedat,propterea quòd stomachus eius est cholericus, & citò descendit ad ipsum cholera,aut propterea, quòd vehementer à comestione abstinuit,& famem tolerauit,detur ei parum panis infusi in pauco vino, super medicinam,antequam venter soluatur, quoniam hoc fortasse medicina adiuuabit.

COMMENTARIVS.

P*Harmacia leptoniens.*] Causticum & attenuans medicamentum leuiter modò non ad tenuissimum puluerem conterendum esse docet Arnaldus. Exempli loco diagridium ponit & euphorbiũ. Quod equidem præceptũ in commentario autoritate Mesuæ comprobatur. Mesues enim lib.1.theorem.2.de tritura, multam ait deberi trituram crassis purgantibus medicamentis, vt scammonio Antiocheno. Dein lib.2.cap.20. ventriculo & hepati nocere dicit euphorbium actionis suæ vehementia;vt parum tenuiter id sit conterendũ. Videtur tamen esse consultius vt huiuscemodi medicamenta cõterãtur tenuissimè: Cùm enim validissima sint,nisi probè terãtur,nec alterius medicamenti commixtione corrigi, nec à calore nostro facilè domari poterũt. Quin & id etiam obtinget incõmodi, quod de colocynthide refert loco priore Mesues,inquiens: Colocynthidis enim medulla quantũ tenuissimè fieri potest puluerata, innocẽter purgat. Quod si portiones quædam crassiores,sensuq; perceptę sumantur,villis ventriculi & gyris intestinorum adhærent, humoreq; inibi reperto tument, & partes dictas tumefaciunt ac vlcerant, vt inquit filius Serapionis. Eadem ratione contigit aliquoties, vt qui electuarium de succo rosarum, & quidem mensura conueniente sumsissent grauissimis torquerentur doloribus,cuius hæc visa est fuisse causa,quod aliqua scammonij non satis triti portio sese tunicis intestinorum insinuauerit. Præterea cum huiusmodi medicamẽta crasso modo cõtrita fuerint, hoc ipso tardius operantur,& in corpore moram trahunt: non enim euincuntur facilè. Quanam ergo de causa scammonium & euphorbiũ leuiter modò conteri volunt? Num metus est ne tritura vis eorum absumatur? aut ne vis ea purgatrix in aliam commutetur,vt de cumino docet Galenus? Equidem acorum credimus crasse contritum ad vomitionem aptius esse: cum id tamen vrinas cieat tritũ tenuissimè. Partium tenuitatem in medicamentis soluẽtibus vitandã esse monet Rondeletius: eo quòd hæc medicamentum purgans ad cor deducat,& per abditissimas ventriculi partes: Verùm alia speciei & alia quãtitatis est tenuitas. De hac Rondeletio non agitur: Nam si coralliũ in tenuissimum pollinem redigas, nequaquã tamen indevim penetrandi consequetur. Partium ergo tenuitas vitabitur,hoc est medicamentis purgantibus ea non admiscebuntur,quę tenuium sunt partium. Hęc enim cum ad corporis superficiem ferantur,vel medicamenta simul ad cor,partesq; neruosas deuehunt, vel saltem facta per vrinas aut sudores diuersione purgationẽ remorãtur. Iucundissimũ hic addi posset exemplum de antimonio, quod frater meus Ioan. Iacobus VVeckerus Columbariensiũ Medicus, variis pręparationibus, multis item obseruationibus tãdem correctissimũ effecit. Sed de hoc aliâs, dum hic breuitatis gratia nõ licet. Id tamẽ antimoniũ cũ aqua ardente aliquãdo exhibitũ, intermissa purgatione vehementẽ dolorẽ & cõuulsiones intulit. Ergóne hãc ob causam hęc medicamẽta tenuissimè cõteri nõ debẽt? Imò verò si nimia tenuitas & penetrãdi violẽtia metuat̃, hęc inhiberi facilè poterit adiectis eiusmodi medicamẽtis, q̃ vel crassarũ sint partiũ, vel vim obtineãt emplasticã. Hinc nẽpe fit vt diagridiũ ob eam quæ à malo cydonio accesserit correctionẽ, minori cũ periculo q̃ scammoniũ exhibeat̃.

IN QVIBVS, ET QVALITER PER EXTERIVS APPLICATA, CONueniat pharmacare, Cap. XV. Cuius Aphorismi sunt VII.

EMplastris vel vnguentis attractiuis chymorum verendum est pharmacare, præcipuè cùm occurrit euidens plethora. I.

ALIQVANDO cõtingit, quòd patiẽs est tantũ delicatus, vt non velit aliquo modo sumere medicinas, neque per os neq; p clysterẽ: aliquãdo etiã nõ est tutum dare p os, propter multas rationes, neq; etiã potest accipere p clysterẽ, quia maximè est cõstipatus & clausus in recto intestino, ita vt non possit aliquo modo immitti aliquid, & tunc nõ habemus aliud ingeniũ, nisi quòd facimus vnguenta, vel emplastra euacuantia, sicut docent auctores. Dicit Magister, quòd hoc est verendum specialiter, quando est euideus plethora, & ipse reddit causam in sequenti canone.

Exterioribus locis plethoricorum trahentibus pharmacis appositis, vel apostematis indignatio, vel scabiei fœditas præueniet ea. II.

ISta regula satis patet ex duobus suprapositis: primum est, quòd corpus sit plethoricum: secundum est, quòd medicina attrahens apponatur, quia medicina, quatenus attractiua est, natura sua attrahit ad se, tum propter suá proprietatẽ, tum propter suam complexionẽ, quia omnes medicinæ attractiuæ sunt calidæ. Cùm ergo corpus sit plethoricum, attraheretur ad membrum humor, qui si sit grossus, & multus, causabitur apostema, & si sit subtilis & paucus, causabit fœditatem scabiei.

Pharmaciæ trahẽtes applicantur exterius vrgente necessitate, videlicet cùm omninò respuit pharmacandus applicationẽ earũ per partes conuenientes. III.

IStud iam dictum est superiùs, & ideo satis patet, & ad hoc concordat Ioan. Mesuæ, in cap. de arthamita, dicens: Vnguentum laxatiuum, cum quo si vngantur manus, ducit superiùs: si verò pedes, inferiùs. Et si nimis duxerit, vnge manus & pedes cum populeone. Recipe hellebori albi & nigri, hermodactylorum, hyosciami, acori, succi semperuiui, brioniæ an. cõficiantur cum axungia porcina veteri. Vnguentum arthamitæ ex inuentione nostra, quo inungitur vẽter, & sumen, & ilia, & soluit medicamẽto purgante, & administrandũ est nolẽtibus sumere medicinã. Et si vngatur supra stomachũ, facit vomitũ, & cõfert hydropisi, & solutione educit aquá citrinam, cuius permistio hæc: Recipe succi arthamitæ ℔.3. succi cucumeris asinini ℔.1. olei irini ℔. 2. butyri vaccini ℔.1. pulpæ colocynthid. ℥. 2. polipodij ℥. 6. euphorbij ℥.s. terenda terantur, & submergãtur in succis, & imponantur vasi vitreo stricti oris constringe caput eius, & dimitte per dies octo, deinde bulliant simul, & colẽtur, & in colatura ponatur serapini aur.5. aut aur.3. ita vt prius resoluatur in aceto vini quantitate sufficiẽte: aggrega

omnia simul, & bulliát semper, agitádo cõfice vsque ad succorũ ferè cõsumtioné, tũc addatur de cera ℥.5. fellis vaccini aur.5. ferueat donec cera liquefiat, tunc scamoneæ, aloes, colocynthid. ana aur.5. euphorbij aur.2. salis gẽmæ aur.3. turbith aur.5. piperis lõgi, zingib. cinnamomi ana aur. 2. puluerisa & permisce cũ illis terẽdo in mortario, donec permisceãtur. Aliud vnguentũ, &c. hæc & consimilia quamplurima docta sunt ab antiquo.

Attractiuis exteriꝰ applicatis, repercussiua & cõfortãtia cõuenit cõponere. IIII.

CAusa dicti canonis est, vt membrũ quoad potest defendatur à nocumẽtis q̃ illi cõtingere pñt ꝓpter applicationẽ illorũ attractiuorũ: quæ inquã nocumẽta multa sunt, sicut superiùs dicit Magister. s. apostematio mẽbri & fœditas eius: & potest addi debilitas eiꝰ, nisi talib. addãtur aliqua repercussiua, & styptica: multoties exhalat calor naturalis mẽbri, & ꝑ cõsequẽs mẽbrũ debilitat̃.

Licet chymus eradicetur à pharmacia, tamen eius expulsio perficitur à natura. V.

IOann. Mesue primo vniuersal. cap.2. sic dicit: Et illud ideo quoniã medicina laxatiua perueniens ad stomachũ nõ vadit ad humorẽ, quẽ euacuare debet penetrando ad ipsum. Sed virtute actionis sigillata, in ipsa attrahit, q̃ ex humore attrahere est ei propriũ: & est eius operationis comparatio ad medicinas, quẽadmodũ Magnetis ad ferrũ, & fusteræ & alia. Attractio autẽ nõ est, nisi ex venis & occultis ductibus corporis, donec humor euacuandus ad stomachũ, & intestina reperiatur: stomachi verò & intestinorũ natura grauata mouetur, vt eas expellat, &c. Idem Auic. in 1. can. fen.4. cap.5. sic dicit: Et scias quod humorũ attractio, q̃ fit potẽtia soluentiũ ventrem, aut vomitũ facientiũ nõ est, nisi in venis, in quas venerũt, donec ad intestina perueniũt, & stomachũ & hinc natura mouetur ad hoc, vt eos expellat, &c.

Chymum commotum à pharmacia expulsiua membrorum obuiãs, inclinabit ad exitꝰ naturales, si præualuerit pharmaciæ, quapropter oportet, vt interiora membra, & exteriora sint fortia, cum pharmacia trahens exterius applicatur. VI.

REspondens cuidam quæstioni cautum facit Medicum operantem: Domine, dictum est, quòd vbi necessitas vrget, expedit euacuare corpus medicinis attractiuis exteriùs applicatis: qñ hoc est possibile fieri, dicit, quòd possibile est, & sic: quia humor cõmouetur à pharmacia, & hoc sua virtute & ꝓprietate & violentia, & cũm talis humor est cõmotus, obuiam venit virtuti expulsiuę membrorum. Vnde talis virtus est fortis aut debilis: Si est fortis, ducit talem humorẽ commotum ad exitus naturales, videl. per secessum, vel per vrinam, vel per vomitũ, vel per sudorẽ. Si aũt sit debilis, nòn potest ipsum ducere ad exitus naturales, & per cõsequens talis humor commotus inducit fortissima accidẽtia, & efficitur furiosus, & ꝑ consequens inducit mortẽ, vel pessima accidẽtia: quare concludit in sequenti aphorismo sic:


Nunquam tabefactis corporibus conuenit solutiuũ trahẽs exterius applicare. VII.


EXPOSITVS est satis in præcedentibus.

COMMENTARIVS.

P*Harmacia trahentes applicãtur extrinsecus.*] Siquidem hoc verum est, humores scil. expurgari posse medicamẽtis extrinsecus appositis: minor vtiq; quónam id fiat modo. Nam si purgationem attractione definiamus, vbi medicamentum pedibus admoueris, eò quoq; à partibꝰ inferioribus attrahentur humores expurgandi. Quamobrem firmũ hoc est argumentũ, vt expulsione potius quã attractione fieri censeamus purgationem. Quod & ipse quòq; sequentibus aphorismis testatur Arnaldus, dũ ait: *Licet à medicamentis humores radicitus euellantur: à natura tamẽ eorum expulsio perficitur.* Et post etiam cum rationem exquirit, cur medicamentis pedibus aut manibus applicatis, humores tamen per aluum nõ per pedes aut manus expurgentur, expultrici membrorum facultati causam adscribit, quæ si medicamenti vim & humorũ commotionem regere possit, tum demũ per destinatas naturæ vias humorum expulsio procedit: Ea verò si fuerit imbecillior, dubia erit humorum concitatio. Purgationem itaq; sic fieri statuimus, seu medicamentum intra corpus assumatur, seu partibus applicetur extrinsecus, vt ab eo vis quædam in corpus vniuersum, vel aliquas eius partes diffundatur, quæ vel omnes absque discrimine, vel aliquos peculiariter humores commoueat, & naturam ad expulsionem irritet. Num verò manifesta vel occulta qualitas hæc sit, alio disquiretur loco.

DE PVRGATIONE.





QVIBVS PHARMACIIS SOMNVM CONVENIT PROHIBERE, Cap. XVI. Cuius vnicus est Aphorismus.

Pharmacüs venenosis, vt diagridio & helleboro superdormire non conuenit, nec per modicũ, ne principalia membra conclusis vaporibus offendantur, & maximè si debilia fuerint. I.

Super medicinas fortes non est dormiendum.

HIPPOCRATES in quarto aphor. sic dicit: Cum biberit quis helleborũ commouere quidẽ corpus magis oportet: ad somnos verò & immobilitates minus, &c. Auicen. in primo can. fen. 4. cap. 5. sic dicit: Cùm aliquis medicinam ventris solutiuam biberit, melius erit ei, si medicina sit fortis, vt ea assumta dormiat, antequam operetur, quoniam operabitur melius: & si medicina debilis fuerit, melius erit ne ad eam dormiat, quocunq; modo fuerit, &c. Ioan. Ebe. primo vniuersaliũ intentione 3. cap. de sedatione laboris, & fluctuationis post medicinam, sic ait: Laboriosam autem ęgritudinem & fluctuationẽ in corpore sedamus cũ quiete & somno: Inquit enim Hippoc. cum intercipere volueris fluxum vẽtris per helleborum inductum, præcipe quietẽ, & somnũ. & subdit: scito, quod somnus, & ꝓfundus inprimis maximè sedat agitationes omnes, &c. Apparet ergo prima fronte, quòd præcedens canon repugnet auctoribus allegatis. Sed verè nõ contradicit: nã intẽtio Magistri est, quòd vbi expediat administrare tales medicinas venenosas & fortes, debeant in tali quantitate administrari, vt citò operentur & expellantur è corpore: sic vt nõ oporteat multum superdormire eis, antequam operẽtur, quia tunc nocerent sua venenositate propter multam moram, quam facerent in corpore: sed nõ intendit, quòd non fiat aliquis somnus super eas, sicut Auicen. vult: neq; intendit, quòd in casũ quo facerent violentiam, quòd non inducatur somnus, sicut vult Hippocr. & Ioann. Ebeme.

REGVLÆ DE MENSVRA EVACVATIONIS PER PHARMACIAM, Cap. XVII. Cuius aphorismi sunt III.

Humoris euacuandi per pharmaciã, nequit quantitas certis rationibus mensurari. I.

CAVSA dicti est: nam mẽsuratio Medici semper debet fieri per sensum: & non pertransit sensum, secũdum quod dicit Galen. in 2. techni, in illo can. Omnibus his sensu diiudicatis. & Haly in commento: Et quia humores peccantes latitant interius in corpore: ideo nõ possunt mensurari certa quantitate, attamen mensurantur aliquo bono ingenio & rudi modo, per signa & coniecturas.

Ex regulari ventris officio, & vi medicinæ, atq; dosi, & humorum digestione numerus assellandi frequẽter æstimatur vltra necessitatem. II.

ALiqui volentes videri, quando administrant medicinas, dicunt patiẽtibus & assistentibꝰ numerũ assellationũ: sic quod quoties vel toties debet assellare talis ꝓpter istam medicinã. Et saluo eorũ honore, non benefaciunt: quia sæpe falluntur, vt dicit præcedens regula. Quia complexiones sunt valde diuersæ in hominibꝰ, & humores multum diuersificantur in multitudine, & obedientia, vel inobediẽtia eorũ, & ex multis aliis rebus, quæ quotidie contingunt. Quare sapiens Medicus non debet dare certum numerum assellationũ: Sed debet facere suam actionem doctus per Hippocr. in primo aphor. & per Gal. in commento canonis: Quæ egeruntur, &c.

Tamdiu solummodo proficit, quamdiu peccantis humoris euacuatio, sine defectu & angustia, toleratur. III.

REspondet tacitè quæstioni: posset quis dicere: Domine, certa quãtitas humoris peccantis nõ potest sciri, neq; certus numerus assellationum potest predeterminari: ergo quid agẽdum: nonne euacuabimus cũ Medicinis? Respondet & dicit, quod sic: & hoc quamdiu solutio ꝓficiat, & quamdiu humor peccãs euacuatur sine angustia patiẽtis: & sine defectu virtutis eius, tamdiu ipsa euacuatio proficit, quæ dicta de se patent, & per experientiam quotidie apparent.

REGVLA VITANDI CONSTIPATIONEM IN PHARMACIIS, Cap. XVIII. Cuius Aphorismus est vnicus.

Post pharmaciam conuenit alimentis exitus retinere mediocriter laxos, ne nouam procuret offensam constipatio fortis & repentina. I.

EXPERIENTIA docet, quod multi fortiter constipãtur post opus pharmaciȩ: & ideo Magister dicit, quod talibꝰ, de qbus dubitatur, quòd non incurrant talem constipationem, debent dari alimẽta lenificantia ventrẽ, sicut sunt iura pinguia, olera, fructus recentes, & talia huiusmodi, prout melius videbitur operanti.

CANONES ALTERANDI POST PHARMACIAM MEMBRA INTEMPERATA, Cap. XIX. Cuius Aphorismi sunt VIII.

Dyscrasia membrorũ post pharmaciam, & maximè fortem, nũquam est corrigenda excellenti alteratiuo. I.



IOANNES Ebe. in suis vniuersalib⁹ intentione quarta, ponit nocumenta hęreditátia post purgationé, & disputat de quolibet: Et in quolibet ponit diuersas causas, nocuméta, q̃ ipse ponit, sunt hęc: febris dolor capitis, vertigo, debilitas visus, debilitas stomachi, indigestio stomachi, sitis, singult⁹, dolor stomachi, excoriatio viscerũ, tenesmó, egestio sanguinis, lassitudo, & debilitas purgati, spasmus: Ista ponuntur ab ipso, quia sæpius eueniũt, tamen alia possunt euenire: Sed causa totius nostræ regulę est, quia quicquid mali accidit post euacuationem pharmaciæ, est cum debilitate virtutis, quæ non posset tolerare excellens alteratiuum, sicut ponit Galen. quarto de simp. med. sic dicens: Et illud est, quoniá natura debilis nõ sufferret motum vehementẽ, neq; caliditatẽ fortẽ, & ad hoc, vt resoluatur p̱ illud magis, q̃ roboretur.

Membra intemperata augent superfluitates cõformes eorũ dyscrasiæ, quamuis eucrata fuerint alimenta. II.

CAusa huius dicti est: nam virtutes membrorum conuertunt alimẽtum in chylũ, in prima digestione: vel in humorem, sicut in secunda digestione: vel in substantiam membrorum, sicut in tertia: & hoc semper faciunt mediante sua cõplexione, secundum Galen. in lib. de virtutib. naturalibus, vbi dicit, quòd cõplexio sit factor membrorum: & secundum declarationẽ Auicen. in 4. & 5. doctrinis fen. primę. Et ideo illa complexio si dominetur in membro debilitato, necessariò imprimet suam similem qualitatem in materia nutrimenti, & per cõsequens mẽbro aliquo, quamuis pro se, scil. si alimenta sint temperata.

Corpora, quorum interiora intemperantur oppositis qualitatibus, sunt vt plurimum cacochyma. III.

DIctum istud satis patet de se cuilibet intelligenti, & non indiget declaratione.

Per oppositas dyscrasias in interioribus patientes leuiter offenduntur distincto vsu cõtrariorum, si sumantur interius, & ideo media debẽt sumi vel commista contraria. IIII.

IStud fundatur ex hoc, quod supradictum est, quòd membra dyscrasiata augent superfluitates conformes eorum dyscrasiæ: modò ponatur, quòd fortè habeat stomachũ frigidum, & hepar calidum, sicut sæpe contingit, vel econtra, quod minus accidit. Si dentur ei lactucę, pisces, spinargia, & talia frigida, necessariò stomachus magis infrigidabitur: Et cùm generet superfluitates frigidas, ex cibis temperatis, quanto magis ex cibis frigidis: & sic necessariò ostendetur distincto vsu talium frigidorum, si interius sumãtur. Similiter est dicendum de hepate calido, si quis vtatur salsamentis, & aliis. Et ideo quid agendũ: Magister respondet, quòd debeant sumi media vel contraria commista, & tunc natura segregat vtẽs calidis contra frigiditatem membri infrigidati, & vtens frigidis cõtra caliditatem membri supercalefacti, secundum quod declarat Auicen. in quarto can. fen. prima, tract. 4. cap. penult.

In oppositis membrorum dyscrasiis nociuior semper magis impugnatur. V.

ISta regula ex suis terminis patet, cũ Medicus sit adiutor naturę, & nõ impediens eam, secundum Auicen. in quarto can. tract. 2. cap. de curatione febricitantium in genere.

Dyscrasia maior, aut membri nobilioris, apta est plus nocere. VI.

REspõdet quęstioni, quæ posset fieri ex dictis: dixistis enim quod illi, qui habent oppositas dyscrasias in interioribus, offenduntur distincto vsu contrariorum. Iterum dixistis, quòd in oppositis dyscrasiis membrorum nociuior debet magis impugnari, quæ est ergo nociuior? Respondet iste canon, & dicit, quòd illa, quæ sit fortior, aut illa, quæ sit in nobiliori mẽbro: iuxta hoc est sciẽdum, quòd membra corporis distinguuntur in nobilitate maiori, vel in minori, secundũ quod declarat Galen. in 2. techni. & Auic. in primo can. doctr. 5. Et distinguuntur dyscrasiæ in febri consideratæ secundum magis & minus: nam quędá sunt in se fortiores & magis intensæ: quędam debiliores, & magis remissæ: Vnde combinandum est secũdum discretionem operátis, quia si fortis dyscrasia sit in membro nobili, sicut in corde, & debilis sit in membro ignobili, sicut in splene, nó est dubium, quin debet extirpari prius fortis in corde: sed si econuerso, qd' fortissima dyscrasia sit in splene, & debilissima in corde, prius est iuuandum spleni: sed si æquales, prius iuuandum est cordi, & sic coniecturandum est iuxta arbitrium.

Inueterata dyscrasia transit in habitũ, & extirpari non patitur facilè. VII.

AVicen. in primo can. fen. 2. sum. 2. cap. 19. declarat quomodo inueterata dyscrasia transit in habitum, & huic insistendum, vt ita dicamus: Malitia autem complexionis mansiua nullo modo efficit dolorem, neq; sentitur, veluti si complexio mala, quæ iam est in membrorum substantia mansiua corrumpit complexioné principalem, & facta est, ac si ipsa esset principalis: ita enim dolorem non efficit: quoniam non sentitur, &c. Et ideo in opere talis dyscrasia respuit extirpationem: quare cautela est, quòd dyscrasiæ extirpentur à membris, antequam inueterentur, quia postea, quasi non potest fieri, vel valde difficulter fit.

Hæreditariæ passiones inextirpabilis sunt radicis, & sufficit, ne pullulent in deterius, conuenienti regimine prohibere. VIII.

Morbus hæreditarius.

SCiẽdum, quod morbus dicitur hæreditarius, id est, qui in semine parentum hæreditatur, vt ponit Auicen. in primo can. fen. 2. doctr. 1. cap. 8. Hoc autem sic est, quòd tales passiones aut sunt tantæ

tantæ malitiæ ex defectu virtutis formatiuæ vel plasmatiuę, quę sic deficit in filio, ꝓpter hoc, quia iam deficiebat in patre: & vtplurimum tales cõnascuntur cum subiecto patiente, sicut sępius vidi, quod pater orbatus generabat filium cœcum: vel quòd pater impotens in brachio, vel in tibia, & hoc apertè ex causa interiori vel exteriori talis, generabat filium impotentem in tali simili membro: & de talibus vera est regula p̄sens necessariò, quòd talis morbus est inextirpabilis virtutis, aut sunt cum minori malitia: sic quòd tales passiones non connascuntur cum eis: imò postea eueniunt, sicut pater podagricus generat filium, & talis filius efficitur podagricus, post triginta vel quadraginta annos. Talis podagra est morbus hæreditarius, quia in semine hęreditauit: quia semen emanauit à membris podagram patientibꝰ, quia talis filius dispositus est ad patiendum podagram facillimè, sed tamen quòd necessariò incurrat podagram, nõ est credendum, & si incurrat, quòd necessariò talis podagra sit inextirpabilis, absit: sed tamen cum maiori difficultate extirpatur, quàm si pater non fuisset podagricus: Et hoc docet experientia quotidiana.

CANONES MENSVRANDI TEMPVS AD CVRAM SVFFICIENS, & opus temporibus conformandi, Cap. XX. Cuius Aphorismi sunt tres.

Iuxta morborum duratione͂ sunt tempora me͂surãda perfectæ curationis. I.

REGVLA ista ex suis terminis patet, & clara est cuilibet: sed sunt multi fatui, quos tędet regiminis, & antequã morbus cesset dimittunt regimen, & medicinas conuenientes, quos semper pœnitet tandẽ, si bonum regimen dimittat.

In morbis annum transgredientibus cuncta sanationis opera nequeũt in minori temporis spatio terminari. II.

ISte canon exemplificat immediatè præcedentem, & clarus est.

In chronicis morbis, nõ solùm in quadris anni proportionaliter medicari oportet, sed etiam in quolibet mense. III.

ANnus diuiditur in quatuor tempora, scilicet in ver, æstatem, autumnum, & hyemem, quę tempora vocantur à Magistro quadræ anni, & quodlibet tempus continet tres menses: Nunc autem in morbis annum durantibus, vel annum transgredientibus, medicandum est diuersimodè tam in diæta, quàm in medicaminibus diuersimodè secundum diuersitatem temporum, sicut ponit Hippoc. & Galen. in primo aphor. can. 2. vbi dicit: Contemplari verò oportet, & horam & tempus, &c. & can. illo. Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura, &c. & can. illo. Et quibus semel, aut bis, aut amplius, aut minus, aut secundum partẽ: dandum verò aliquid & tempori, &c. Et can. illo: Æstate & autumno cibos grauissimè ferunt, &c. Et similiter in toto processu 3. aphor. & secundum declarationem. Auicenna in primo canone fen. 2. doctr. 2. sum. prima in diuersis capitulis. Sed quod non solum sit proportionaliter medicandum in talibus quadris anni, verùm in quolibet mense, sicut exponit regula præcedens: nam in quocunq; tempore, scil. æstate, autumno, hyeme, & vere, est latitudo secundũ menses contentos in tali tempore: nam secundum maiorem & minorem calorem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem, longitudinem dierum & breuitatem est instituendum regimen, & medicina proportionalis, & sic est diuersificandum secundum mutationem temporum, & hoc patet de se.

CANONES ELIGENDI SALVBRES CAVSAS IN DYSCRAsiis tædiosis, Cap. XXI. Cuius Aphor. sunt VII.

Languor diuturnus, peregrinationibus, aut loci mutatione fugatur. I.

SÆPE contingit in opere, quòd ægritudines prolongãtur, antequam possint bene curari, tum propria malitia, tum errore patientis, tum errore assistentiũ, tum errore incauti Medici, tum propter exterius accidentia: tamen vocatur Medicus sapiens, & vix potest ipsum morbum extirpare, quia parit illi tædium. Et ideo inclytus Magister hoc preuidens, præmonet ipsum, & curat talem infirmum peregrinari, aut saltem mutet aerem, quia tunc tales morbi vtplurimum fugantur. Et causa est: nam in peregrinatione concurrunt multa ad pellendos morbos tædiosos. Primùm occurrit deuotio ad illud sanctuarium. Secundò occurrit iocunditas aeris. Tertiò occurrit motus corporis, qui exercitium vocatur. Quartò occurrit mutatio aeris de insalubri in salubrẽ, de assueto ad non assuetum. Quintò occurrit mutatio cibariorum & alia multa, quæ omnia faciunt ad curationem ipsius morbi, sicut potest declarari in quolibet, sed esset nimis longum.

Morbi diuturni & humorales extirpãtur cauteriis aut thermalib. aquis. II.

DE cauteriis constat secundum doctr. Auic. in primo can. fen. 4. c. 29. vbi sic dicit: Cauterisatio est medicamen valde vtile ad prohibendum, ne corruptio procedat, & ad conformandũ membrum, cuius complexionem volumus rectificare, & ad resoluendum materias corruptas in membro contentas, & ad restringendum sanguinis fluxum: De balneis patet per experientiá. Et ratio est: nam tales aquæ resoluunt materias duriores, multas, viscosas, & dissipant eas per totum corpus & conuertunt eas in sudores, quare morbi diuturni per has extirpantur: & hoc docet sensus experientia.

Omnis medicina, pollens viribus opiatæ congruit excellenter in morbis diuturnis, cacochymia diminuta. III.

OPiatę dicuntur medicinę propriè, quę opiũ recipiunt, & sunt multæ, inter quas magis vtimur theriaca, mithrydato, aurea alexandrina: & tales conueniunt excellenter in morbis diuturnis, quia subtiliãt materias grossas, siue duriores,

resoluunt ventositates, remouent opilationes, confortant virtutes: tamen quando cacochymia fuerit diminuta, id est, quando corporis repletio fuerit prius euacuata per phlebotomiā, aut pharmaciā, aut alio competenti modo, & causa huius reddetur in sequenti regula.

Febres multiplicat vsus opiatarum, cacochymia dominante. IIII.

CAusa huius: quia tales medicinæ dissoluunt materias grossas, multas & viscosas: Et ideo materia, quantò magis fuerit dissoluta, nisi expellatur à corpore: tantò magis rarefit, & maiorem locum occupat, & per consequens magis commiscetur cum aliis humoribus, quos corrumpit: quare tunc febres magis augentur.

Sub eadem specie, febres vtplurimum opiata auget, vt duplando vel triplando quartanam. V.

CAusa huius est dissolutio talis humoris, qui si dissoluatur, & non euacuetur, molestabit cor per suos fumos: & sic duplabitur, vel triplabitur: Et dicit vtplurimum, quia aliquando fit putrefactio in aliis humoribus, & fiunt aliæ species febriū: sicut plurimū cōtingit, quod superuenit cōtinua è sanguine, vel tertiana è cholera.

Quocunq; regimine patiens emendatur, eodem proportionabiliter obseruato, cōsequitur possibilem sanitatem. VI.

ISta regula patet ex suis terminis cuilibet sapiēti: Et ideo quilibet operans, quādo videt, quòd tali regimine vtens fuit infirmus, & morbus fuit annullatus, vel saltem diminutus, nunquam debet mutare ad alia. Sed debet tale regimen seruare saltem per vnam, vel duas periodos: & hoc ꝓportionaliter secundum tenorem virtutis: Contra quam regulam faciunt multi fatui, volentes videri, qui mutant se ad alia: & sic agitant patientem, & innouant morbum & sua accidentia.

Quantò plus ægritudo minuitur, tantò minus forte membro, vel corpori, medicamen est applicandum. VII.

CAusa huius est: nam cessante causa cessat effectus: cùm igitur fortitudo vel malitia ipsi⁹ ægritudinis sit causa mouens Medicum ad imponendum medicamen forte corpori, vel membro: & cesset talis malitia, & fortitudo ægritudinis: bene debet cessare talis actio ipsius Medici. Quia sana habentes corpora pharmaciis celeriùs exoluuntur, quam malo cibo vtentes: Et iterum sana habentes corpora, pharmaciis vti est difficile: 2. aphor. Et iterum in quarto aphor. Helleborus periculosus est sanas carnes habētibus, spasmum enim facit. Et Gal. in commento: nemo, inquit, sanis dare helleborum præsumat: detur autem his, in quibus humorum distemperantia à nimia superfluitate est facta, vt forti infirmitati fortis correspondeat & medicina: si enim humores non inuenerit habiles ad expellendum, desiccando spasmum facit.

DOCTRINA QVINTA DE REGVLIS CVRATIONIS MORBORVM in compositione contingentium, secundum omnem speciem dispositionis. Cuius cap. sunt XXI.

Et primò de morbo in figura. Cap. I. Cuius aphor. sunt XII.

MAlitia compositionis, aut exhibitione medicinarū, aut chirurgia corrigitur, aut vtroq;. I.

BONA compositio membrorum consistit in bona figura, bona continuitate, bona superficie, bona quantitate, bono numero, bono situ: & per consequens malitia compositionis cōsistit in malitia alicuius istorum dictorum, aut multorum: Vnde si membrum non habuerit ista dicta, secundum quod debet habere naturaliter, dicit habere malitiam compositionis, quæ quidem mala compositio est morb⁹ ipsius membri. Vnde sequitur immediatè & ꝑ se læsio in operationib. ipsius membri. Et ideo debet corrigi per Medicum: & Magister docet, quòd hoc debet fieri tripliciter, aut cū medicinis, aut cum manuali operatione, aut vtroq; modo simul.

Membris, quibus nequeunt applicari manus, aut instrumenta, quæ manus officio regi possunt, manualis operatio nunquam prodest. II.

VOlens tradere doctrinam reducēdi membra ægra morbis officialibus, facit talē distinctionem. Quia talia membra aut possunt tractari manibus perfectè, sicut pes, manus, nasus, & talia exteriora bene apparentia: aut nullo modo possunt tractari manibus, sicut sunt cor, pulmo, cerebrū & sic de similibus: aut possunt tractari non tamē cum manibus immediatè, sed mediantibus quibusdam instrumentis, vt vesica, q̄ tractatur cū syringa, & vulua, q̄ tractatur cum forcipib⁹, & sic de aliis. Et ideo dicit de talib. membris, q̄ nullo modo possunt tractari manib⁹, quod nihil ꝓdest in eis manualis operatio, cui⁹ dicti causa ꝑ se patet.

Innata malitia figuræ nūquā in adultis corrigit̄, in crescentib. aūt rarò. III.

CAusa dicti clara est: nam membrum figuratur præcipuè secundum figuram membrorum fundamentaliū, & specialiter suorum ossiū, quæ quidē ossa in adultis sunt multū dura, & inflexibilia ad partē suæ positionis: quia citius frangerentur, quā possent reduci: sed ossa crescentiū adhuc sunt tenera, & flexilia & bene reducibilia: & audiui de quodam, qui reduxit gibbositates antiquas in adultis.

Malitia figuræ accidentaliter superueniens corporibus adultorum, cum deperditione substantiæ incorrigibilis est, vtplurimū, quæ verò sine deperditione substantiæ contingit, sæpe corrigitur, vt in dislocationibus iuncturarum. IIII.

INtelligendum est, quod talis substantia deperdita si sit ex membris spermaticis, quæ nō possunt

ſunt reduci, & per conſequēs, ſi deperditum fuit de tali membro, figura remanet vitioſa & concaua: Vbi autem talis deperditio fit ſolùm ex membris humoralibus, ſicut ſolùm ex carne vel pinguedine, bene talis figura poteſt reduci. Item intelligendum eſt, quòd talis deperditio aut parua eſt, aut magna, aut mediocris. Si valde parua, etiã poteſt reduci, ſi ſit de mēbris ſpermaticis: ſi valde magna, etiam nō poteſt reduci ex humoralibus: Si mediocris, eſt bene.

Sicut obliquitatem diſlocationis, aut ſpaſmi mollificatio prius, aut reſolutio, deinde pulſio vel tractus, aut extēſio dirigunt: Sic tortura mollificationis exſiccantibus, & contrahentibus apertè corrigitur. *V.*

OMnis malitia figuræ reducibilis eſt ad duas cauſas cauſantes: Primitiuæ námq; infinitę ſunt: Prima, quarum eſt ſiccitas vel durities, quę remáſit in tali membro, per quam talis mala figura ibi durat, ſicut in diſlocatione inueterata, vel refrigerata: vel in ſpaſmo ex inanitione, vel forſan de repletione, facta ex humorib. craſsis & ſiccis, & talis mala figura reducibilis eſt: Primo ſcilicet quãdo humectetur tale membrum, deinde reſoluatur materia aliquo modo huc attracta, ſi adſit: poſtea quod impellatur, vel quod attrahatur, vel quod extendatur aptandum talem figuram: Alia cauſa eſt nimia mollificatio talis membri, vel relaxatio, & tunc cura eſt, quòd primò exſiccetur, non tamen nimis: & poſtea, quòd contrahatur iuxta formam naturalem: Et hoc poteſt haberi ex dictis Auicen. 4. can. fen. 5. quaſi in quampluribus capitulis ipſius fen. Iſtud idem dicit Galen. in 3. techni. can. illo: Quęcunq; igitur peccauerūt partes quidem, quemadmodū quæcunq; diſtortæ ſunt intus vel extra: & hæ recenter natæ quidem, exiſtentes quidem & molles plaſmatione, & ſimiliter ligatione ad illud, quod ſecundum naturam eſt, reuertuntur, &c. Sed cauſa, quare indúratum debet primo humectari eſt, quia reducibilius fit membrum, vt patet ad ſenſum. Sed cauſa, quare humectatum debet primò exſiccari, eſt, vt quando reductum fuerit permaneat in illo eſſe, quod nō faceret, niſi prius tēperatè exſiccaretur.

Rectificata figura membri congrua ligatura, ſituatio quieta, & firma parumper, conſtringentia medicamina ſeruant eam. *VI.*

CVm reductum fuerit membrum primò humectatum, aut deſiccatum, & fuerit conformatum per impulſionē, & per attractionem, vel per extenſionem, vel ſic artificialiter, expedit vt per tempus ſeruetur. Nam, niſi hoc fieret, ſtatim reduceretur ad id, quod prius: & hoc fit cum congrua ligatura, quæ debet fieri cum panno lineo, non nouo, nec nimis veteri ne frãgatur vel relaxetur. Quo facto ponatur membrum ſitu decēti, in quo aliquando & multoties erratur per chirurgos, & per patiētes, quo facto, quieſcat ſic firmiter: nam in motu eſt error, & apponantur medicamina tēperatè cōſtrictiua, & cauſa eſt, nam ceſſant humores fluentes, & adducuntur partes membri adinuicem: ſed cauendum eſt à nimia conſtrictione, facta per ligaturã, vel per talia medicamina propter hæc: nam aliquando inducunt apoſtema in membrum, quia propter nimium ſenſum ibi factum attrahuntur ibi humores, membrum apoſtemantes: aut inducunt maraſmum in tali membro, quia non permittunt tranſire nutrimētum, quo membrum debet nutriri.

Vtilis ligatura neq; vexat conſtrictione, neq; fluitat laxitate. *VII.*

DECLARATVM eſt hoc in ſuperiori aphoriſmo.

In ſituatione firma vel aſtellis fulcitur membrum, vel ſuſpenditur linteo, vel tabulis coarctatur aut geritur, vel ſtuellis impoſitis ſubleuatur, vt in naſo & virga. *VIII.*

ISta ſunt ex induſtria chirurgorum, quæ diuerſimodè faciunt ſecundum diuerſitatem corporum, & membrorum medēdorum, & ſunt clara.

Quibuſcunq; paruulis aut paſsibilibus diſlocatio ſpondilium corrumpit figuram dorſi, vel pectoris, vtplurimum nequit rectificatio ſolidari. *IX.*

IStam materiam aliqualiter tangit Hippoc. in 6. aphoriſ. Quibuſcunq; gibbi ex aſthmate fiunt, aut tuſsi, ante iuuentutem pereunt. Et Galen. in cōmento. Modò Magiſter etiam ponit talem malam figuram, quæ cōmuniter vocatur gibboſitas, incurabilem vtplurimum eſſe in paruulis, quia de adultis non dubitat Auicen. tamen ponit curã ipſius gibboſitatis in 3. can. fen. 22. tract. primo, quare magiſter non dicit ipſam gibboſitatem nō poſſe curari ſimpliciter, ſed dicit vtplurimum. Ego autem multoties laboraui, & nunquam attigi finem, vt vidi aliquos huic rei incumbere & nihil effecerunt. Verùm audiui, quòd quidam ruſticus infallibiliter curat etiam adultos: Et ideo bonæ fortunæ remittatur.

Paſsibilia membra & maximè calida, ſi diu à ſenſibilibus coarctentur, aut ſuffocationis periculum, aut febrium incommoda non euadent. *X.*

ILlud eſt: quia multi inducunt perpetuam malam figuram in ſuis membris fractis aut diſlocatis: Nam propter nimium ſenſum non poſſunt ſuſtinere ligaturas, neq; torſiones, quare relaxãt ligaturas & alia artificia. Et ideo valde cautè eſt agendum, & bene iudicari, quando debeat fieri. Quia aliqui ſunt impaſsibiles, quòd niſi relaxaretur ligatura, forſan morerentur. Aliqui autem ſunt ita vitioſi, quòd bene poſſent ipſam ſuſtinere ſine periculo, tamen nolunt eam ſufferre, quare ſunt admodum increpandi, & vidi multos de his & de aliis.

Superficies tabularum abſq; plumaceolis nequit vtiliter ſuperficiei membri vel corporis coaptari. *XI.*

CAuſa dicti eſt duricies tabularum, & ſenſibilitas membrorum: quia tabulæ cum ſint du-

ræ si applicentur membris, aliquo molli non mediante, causabunt ipsi membro læsionem: cum sit ipsum membrum sensibile: Et ideo debet interponi plumaceolus vnus, vel plures, simplex, vel cum aliqua medicina secundum industriam operantis, & hoc faciunt communiter omnes.

Quibuscunq; relaxatione ligamentorum spondilia dislocātur præ cunctis exsiccatiuis, efficacius balnea sulphurea, vel cauteria cōferunt iuuamentū. XII.

DE balneis sulphureis, ratio est: quia multū exsiccant, & etiam exsiccarent alia, quę possunt applicari: Sed non possunt tantum conferre, quia balneum melius cōtangit totum corpus: qua de causa attrahit humiditatem relaxantem, ad diuersas partes corporis: quod non posset ita facere aliud quodcunq; remedium. De cauterio autem ratio est: quia ignis est simpliciter calidus & siccus: & non sic quodcunq; aliud.

DE IMPEDIMENTO CAPACITATIS, QVOD EST REPLETIO naturalis concauitatis, Cap. II. Cuius aphoris. est vnicus.

QVicquid præter naturā replet concauitatem membri, vel minuit eius capacitatem, debet, quantum possibile fuerit, per cōuenientes vias ab eodem expelli. I.

ISTVD vocatur morbus in concauitate: quia operatio talis membri læditur, quæ deberet in sua concauitate tenere aliquid secundum naturam & non potest: vt potest videri in stomacho, matrice, vesica, pectore, & sic de aliis: quia talis humor qui communiter impedit talem concauitatem, ita quod tale membrum non potest continere illud, quod deberet cōtinere secundum naturam, & etiam quia tale contentum vltra naturam in tali concauitate recipit putrefactionem, & corruptionem, & per consequens lædit illud membrū, & alia membra circumuicina, & totum corpus, ideo debet expelli iuxta regulam Hippoc. ex plenitudine, quæcunq; ægritudines fiūt, &c. sed hoc congruis viis, vt declarat Galenus & Hali. 3. techni, can. illo. Eius verò, quæ præter naturam in parte continetur, humiditatis. & in diuersis aliis canonibus ibidem sequentibus.

DE IMPEDIMENTO NATVRALIS FORAMINIS, VEL MEATVS, Cap. III. Cuius aphorismi sunt septem.

QVod meatum obturat, & impedit transitum naturalē, expellendum est ab eodem. I.

ISTA regula est generalis ad curandum morbum in ductu, meatu, siue in transitu, qui communiter vocatur obstructio, & descēdit ab illa maxima: contraria contrariis curantur. Et ab illa regula: Ex plenitudine, quæcunq; ægritudines fiunt, &c.

Secundum diuersitatem corporis obstruentis & membrorū, in quibus transitus obturantur, cōuenit de obstruentia præparare. II.

Opilatio triplex.

SCiēdum est, quod obstructio triplex sit: nam quædam dicitur coarctatoria: quædam attenuatoria: quædam clausiua siue obturatiua. Et differunt in hoc, quia coarctatoria semper fit ab externis, per aliquod corpus comprimens, siue coarctans talem viam: quemadmodum multoties stercus crassum ac durum, & siccum existens in intestinis coarctat & comprimit meatum vrinæ in renibus, & vesica prohibens transitum vrinæ per meatus suos. Attenuatoria autē fit in substātiam & talis membri, in qua est talis via: & ista opilatio talis semper causatur fieri per exsiccantia membrum, & etiam propter frigus, & per consequens tale membrum exsiccatum, & corrugatum, angustatur in sua via, & clauditur via rei, quæ debebat transire. Opilatio autem clausiua, siue obturatiua, fit per illud, quod continetur intra tale membrum in illa via. & illud tale sic claudens cadit sub vno trium modorū, quia aut multum: aut quia viscosum: aut quia crassum, & hoc ponit Galen. in 2. de morbo cap. 7. Similiter hoc ponit Auicen. in primo can. fen. 2. doctr. 2. sum. 2. cap. 6. Et addit duas opilationes, scil. quando membrum apostematur, & per consequens impeditur meatus sui: & etiā cicatrix, quæ fit post vulnus factum in tali membro, claudit introitum talis vię, seu meatus sui, in quibus transitus opilantur, sunt quasi omnia, quæ sunt in corpore, sicut intestina, vesica, aures, nasus, trachea arteria, oculus, æsophagus, & sic de aliis. Et ideo cùm quæcunq; opilationes debeant remoueri à viis, & illa, quæ claudunt sint diuersa, & membra, in quibus clauduntur, sint diuersa: oportet diuersa deopilantia, & diuersas medicinas deopilandi præparare, siue inuenire, sicut clarè docent omnes practicantes, & omnes operantes.

Sicut intestina deopilantur à stercore duro, clysterib. mollificatiuis, sic & meatus renum à calculo medicinis comminuentibus calculum, aut facientibus lubricare. III.

STercus quandoq; sic induratur in intestino, quòd vidi quēdam iuuenē, qui tenuerat eum plus quā 15. diebus sine beneficio ventris. Et vidi etiam quandam dominam, quæ tenuerat ipsum plus quam 20. diebus, ita quod non poterat eum egerere. Et ideo talibus debet expelli tale stercus cum clysteribus lenitiuis. Aduertendum tamen, quod aliquando talia clysteria non possunt immitti: quia foramen instrumenti, cum quo datur clystere, clauditur & obturatur ipso stercore: Et ideo tunc deberet liniri & mollificari tale stercus vnctionibus, & diuersis applicationibus lenitiuis, factis exterius, sic viæ renum & vesicę opilantur quandoq; à calculo, vnde sequitur infinitus dolor, & quamplurima pessima accidentia: & ideo præmissis vniuersalibus, scil. bono regimine, & euacuatione vniuersali, debet talis lapis comminui cum appropriatis, scil. cum tribulo, cum meu, cum dauco, & casiafist. & similibus, quæ ponun-

ponuntur ab auctoribus, & per consequens expelli à corpore, aut debet expelli cum aliquibus lubrificatiuis, & meatus illos dilatantibus, sicut est lac, semen maluauisci, balneum dulce, & mollificatiuum, & sic de aliis.

Sicut humor obstruens multitudine sola, detrahitur tamen ad apertionem meatus, vt in venarum repletione, sic & opilans viscositate iuuãte, siue crassitie, debet incidi vel subtiliari, vt detrahatur. IIII.

Dictum est, quòd obstructio obturatiua aut fit à multo, aut à crasso, aut à viscoso. Sequitur ergo, quod illa, quæ fit à multo, curatur per euacuationẽ talis multi, siue per eius destructionem. Illa autem, quæ fit à crasso curat, si tale grossum subtilietur: Illa autem, quæ fit à viscoso, curatur, si tale viscosum incidatur.

Medicina aperitiua meatuum occultorum, quanto subtilioris substantiæ fuerit, tanto præ cæteris eligibilior. V.

Ex propriis terminis apparet veritas ista cuilibet intelligenti.

Sicut medicina resoluens absque adstrictione nõ conuenit hepati, sic nec fortiter aperiens meatus ipsius carere debet pauca adstrictione. VI.

Sciendum est, quòd medicinarum resoluentium quædam sunt stypticæ à natura sua: quę dam non stypticę sunt, sicut absynthium, tanacetum, & sic de aliis: non stypticæ sunt sicut origanum, & quamplurimæ aliæ. Similiter est de aperientibus meatus: quædam sunt cum aliquali stypticitate, sicut achorus & cupressus: quædam cũ nulla, sicut daucus, semen apij, & quamplurimæ aliæ. Modò sic est, quòd quando Medicus operatur contra morbos ipsius hepatis, & intendit resoluere materias contentas in hepate, aut intendit aperire meatus eius, semper debet vti medicinis, quibus associatur stypticitas naturaliter: & si non habet tales in promtu, semper debet adiungere illis medicinis quasdam medicinas stypticas, & ego libenter adiungo myrtum, plantaginẽ, rosas & similia: Et causa dicti est compositio mẽbri, scil. ipsi⁹ hepatis, quia est facilis resolutionis.

Quod obstruit meatus, si nequit expelli à membro vel corpore, transponendum est, &: quantum fieri potest, longius ab eodem, vt calculus à collo vesicæ, vel à pupilla cataracta deponitur. VII.

Respondet tacitè quæstioni: dictum est superiùs generaliter sic: quòd meatum obstruit, & impedit transitum naturalem: expellendum est ab eodem, verum est si potest fieri: sed aliquando sic est, vt nequit expelli tale obturans meatũ: quia materia talis, est nimia in quantitate, vel nimis crassa, vel nimis viscosa in respectu ad fortitudinem membri, seu corporis, sicut plerunque videtur in cataractis & calculis. Tunc quid agendum? Respondet Magister, quòd tale opilans, si non potest penitus expelli à corpore, vel à membro, in quo facit tale nocumentum, quod saltem transponatur à meatu: Et causa dicti est: nam ex tali transpositione saltem sequitur iuuamentum, quòd talis meat⁹ redit ad naturales operationes, sicut est in oculo & in vesica.

DE CVRATIONE MEATVS INNATVRALIS, CAPITVLVM IIII.

Cuius aphorismi sunt XIII.

Meatus non naturalis, qui diu manauit, vt in fistulis antiquatis, nequit obturari absque timore grauioris incommodi, nisi manatio consueta deriuetur ad proxima. I.



VPLEX est meatus: Vnus est naturalis, qui factus est naturaliter à virtute informatiua: sicut meatus intestinorum, & vrinæ, & sic de aliis. Et de isto dictum est superiùs. Alius non naturalis, qui fit aliquando ab exteriore causa, scilicet à sagitta, à telo, & sic de aliis causis perforantibus membra, & facientibus in eis foramina seu meatus. Et aliquando fit ab intrinseca causa, scilicet quia corrũpuntur humores, seu humiditates in membris, & faciunt aperturas, seu meatus, per quos talis corruptio alleuietur. Modò omnis meatus non naturalis: aut est recens, aut antiquus: de recenti Magister tacet, quid sit in eo agendum, potest intelligi, quòd semper debet claudi: quia omne non naturale reducendum est ad naturalitatem: De antiquo autem dicit vnum, & supponit aliud. Illud quod supponit est, scilicet quod sit claudendum. Sed illud, quod dicit, est quòd non potest claudi absque timore grauioris incommodi, nisi manatio consueta deriuetur ad proxima. Vnde sciendum, quòd talis meatus remansit diu inclusus propter humores fluentes ad talem partem membri, qui humores corrodunt seu lubrificant membrum, quare natura non potest ipsum claudere. Modò si Medicus per suum artificium clauderet absque eo, quòd non deriuaret tales humores ad proxima, sequeretur grauius incommodum, vel quod humores illi redirent ad membra nobilia, vel quòd penitus corrumperent illud membrum: igitur sequitur conclusio, quòd talis manatio deriuanda est prius à membro.

Non naturalis manatio congruè permutatur ad exitum naturalem, vt fistula lacrymalis ad calamos narium in osse corrupto. II.

Aphorismus iste dependet ab immediatè dicto: dictum est enim, quòd meatus non naturalis, qui diu manauit, nequit obturari sine periculo, nisi manatio deriuetur ad proxima. Modo sciendum est, quòd talis manatio antiqua non naturalis, aut est admodum propinqua meatui naturali, aut non: si est valde propinqua, bene potest talis manatio permutari ad illum naturalem meatum, & tunc ille talis meat⁹ potest bene claudi sine periculo: sicut Magister ponit in sequenti canone: sicut ipse declarat in duobus exemplis: in primo de fistula lacrymali, quæ permutari potest ad nares, & sic ipsa potest consolidari sine pe-

riculo. Secundum exemplum est, quia si contingat, quòd in via vesicæ propter calculum, vel ꝓpter aliud fuerit factum foramen, præter naturam bene potest claudi sine periculo. Et causa est, quia meatus naturalis est valde proximus, ꝑ quem corruptio potest mundificari.

Quibuscunque superfluitas manans adducitur à proximo & naturali meatu, sicut vrina distillans per foramen incisionis vesicæ in calculo, nunquam timendum est claudere foramen non naturale. *III.*

ISTE canon iam super est positus.

Quicunque meatus non naturalis potest absque timore claudi, si fuerit strictus, & antiquitate suspectus ad immũdicias coarctatas, aperiẽdus est vel amplior faciendus incisione vel medicinis, vt à profundo syncera consolidatio procuretur. *IIII.*

SYncera consolidatio alicuius membri fit, quã do partes redeunt eædem specie & natura: & hoc fit mediantibus virtutibus naturalibus, & ministrantibus, & ministratis, per quas natura operatur. Modo sic est, quod obiectum seu medicina apta ad hoc, vt efficiatur pars essentialis membri, necessariò requiritur, quòd sit nutrimentum purum & mundum, bene digestum, à superfluitatibus remotum, & separatum. Sed nisi meatus talis non naturalis perfectè mundificetur ab immunditiis coarctatis, tale obiectum, vel talis medicina nõ erit pura, neque apta, vt efficiatur pars membri, necessariò ergo requiritur, quòd talis immunditia, seu corruptio à tali membro perfectè expellatur: sed multoties non potest perfectè expelli per aliquod artificium: requiritur ergo, qđ talis meatus sit amplior faciendus, & hoc per incisionem vel medicinam corrosiuam, & hoc est quod Magister dicit.

Manatio, quæ diuerti nequit ad exitũ naturalem, vicinis cauteriis abducitur competenter. *V.*

DIctum est superiùs, quòd meatus non naturalis nõ potest claudi sine periculo, nisi manatio deriuetur: dictum est etiam, quòd talis manatio, si habeat meatum naturalem propinquũ, bene potest claudi sine periculo, quia talis manatio potest mundificari per meatum naturalem propinquum: & tunc etiam ipse meatus non naturalis in sua clausione est amplior faciendus incisione, vel cum medicinis. Modo remanet dubium, quid agendum, quando talis manatio non habet meatum naturalem propinquum: Dicit nunc Magister, quòd talis manatio, quæ non potest diuerti ad naturalẽ meatũ abducitur cauteriis vicinis: Et ideo concordat cum Auic. in 1. can. fen. 4. ca. 29. vbi dicit: Cauterisatio est medicamẽ valde vtile iuuãs ad prohibendum, ne corruptio spargatur, & ad confortandum membrum, cuius complexionem volumus rectificare, & ad resoluendum materias corruptas in membro retentas, & cætera.

Euacuatiua cauteria semper in fontanellis, vbi lacertus à lacerto manifestè disiungitur, fieri consideratio recta iubet. *VI.*

REcta consideratio iubet huiusmodi cauteriũ fieri in fontanellis. Dictũ est enim, quòd huiusmodi cauterium debet fieri, vt manatio materiei & quidẽ corruptæ quæ solet venire ad meatum nõ naturalem, deriuetur ad cauterium. Sed promtius deriuabitur, si fiat cauterium ad fontanellas, propter mollitiem ipsius loci, & etiam ꝓpter aliquam vacuitatem, quæ magis apparet in fontanellis, sicut potest videri ad oculum. Cauendum tamen est, ne tale cauterium nimis profundetur, quia noceret neruis cordis, & ligamentis. A nocumento, quorum membrorum cauterisator sibi cauere debet secundum Auic. in 4. fen. 1. ca. 29. vbi dicit: Cauterisator præterea sibi cauere debet, ne fortitudo cauterisationis ipsius ad neruos ꝑueniat, neq; ad chordas, neq; ad ligamẽta.

Cauteria, quæ distrahunt fluxus inueteratos, efficaciùs operantur, si propinqua sint magnis venis, sicuti quæ diuertunt à partibus capitis, cephalicæ debent appropinquare. *VII.*

DIctum est superiùs, quod manatio abducit cauteriis vicinis: Et dictum est etiam, quòd talia cauteria apponẽda sunt in fontanellis. Nũc dicitur, quòd etiam debet appropinquari venis. Vnde sciendum est, quod venæ propriæ sunt vasa, in quibus humores cõtinentur, & tales venæ sunt porosæ secundum quod declarat Gal. in 3. de virtutibus naturalibus, & in libro de vtilitate pulsus. Et ideo cauterium appositum circa ipsas, vel propter ipsas, magis attrahit ab eis humiditatem, quam si apponeretur longè ab eis: Et hoc est quod Magister dicit.

Quamdiu viguerit fistula, nunquam poterit obturari humiditas dominans, & ancillans frigiditas fistulæ vitam præbet. *VIII.*

SEcundum quod potest haberi ab Auic. in 4. can. fen. 4. tractat. 3. Fistula est vlcus, ita quòd vlcus est genus ad fistulam, & habet pro differẽtia specifica profunditatem mẽbri, ita quòd omne vlcus in profundo membri dicitur fistula: cuius sunt multæ species, quod declaratur ab auctoribus, & specialiter chirurgicis. Vnde sic est, quòd ex eo, quod est vlcus necessariò sequitur, quòd sit humidum humiditate contra naturam: quia omnis solutio continuitatis cum mala humiditate, quæ propriè vocatur virus siue virulentia, siue sordicies, dicitur vlcus: & ideo quamdiu vixerit fistula, quæ propriè non potest dici vita: sed quamdiu fuerit fistula, id est talis meatus innaturalis, fuerit vlcus, id est, cũ virulentia nunquam poterit dici, quin sit ibi mala humiditas dominans, sicut declaratum est, sed ancilla frigiditas fistulæ vitam præbet: Vnde sciendum, qđ quãdocunq; contingit in alieno membro, quòd fiat solutio continuitatis, siue à causa extrinseca, siue intrinseca & ad talem solutionem deriuantur mali humores, siue acuti, siue viscosi, siue quocunq;

cunque modò corrupti, calor naturalis illius mẽbri debilitatur, & per consequens virtutes naturales non possunt operari in tali membro naturaliter, & talis debilitatio ipsius caloris vocatur hîc ancilla frigiditas ipsius membri, quę quidem præbet durationem ipsi fistulæ. Quia humores corrupti veniunt ad tale membrum, & posito, quòd venirent humores boni: adhuc corrumperentur in membro: quia membrum cum habeat defectum, & in calore naturali diminutum, non potest bene illos humores digerere, & assimilare: Et ideo talis frigiditas præbet vitam, id est, durationem ipsi fistulæ.

Quamdiu sanies fistularis aquosa, vel glutinosa, seu qualitatis extiterit, fistula viua manet. IX.

QVidam diuidunt fistulam tali diuisione: fistularum quædam est viua, quædam mortificata: sed ista diuisio non est propria: quia non potest dici propriè viua, vt suprà dictum est, sed sonat tantùm: fistularum quædam habet causam effectiuam conseruantem, quædam non. Vnde sciendum, quòd causa cõseruans ipsam fistulam est duplex: quædam est in membro, & ista est mala complexio membri, quę concomitatur semper frigiditati, id est debilitati ipsius caliditatis naturalis membri. Alia est superueniens membro, & ista est malus humor, fluens ad membrum: vnde ad hoc, quòd fistula curetur, expedit vt mortificetur, id est, vt causę eius remoueantur: Magister autem dat signum, si tales causæ sint remotæ, & dicit signum, quòd fistula non sit mortificata, est sanies aquosa, vel glutinosa vel malæ qualitatis.

Ex quacunque sui parte fistula saniẽ perfectam & puram emiserit, ibi est iam extincta. X.

GAlenus in 3. de ingenio sanitatis, conatur ꝓbare, quòd in quolibet vulnere, & per consequens in quolibet vlcere, & per consequens in qualibet fistula sit duplex humiditas: vna subtilis, quæ vulnus humefacit, & alia crassa, quæ vulnus putrefacit: Vnde necessariò sequitur, quòd ex hac duplici humiditate in vlcere aliquid generetur, quod non sit humor, neque mẽbrum: & si natura operetur in tali humido, generat inde saniem: Si autem morbus operetur in tali humido, generatur inde virus iuxta doctrinam Gal. 1. prognost commento illius: Putredo laudatur. Vnde sic est, quòd fistula, quamdiu ad ipsam currunt humores corrupti, & quamdiu complexio membri, in qua est fistula, sit mala, & calor naturalis ipsius membri deficit in sua operatione, dicitur viua: & per consequens emittit virulentiá fœtidam mali coloris, mali odoris, & malæ substantiæ: sed immediatè cùm ad fistulam currunt humores boni, & non excedunt in quantitate, & complexio membri, vbi est fistula, redacta ad dispositionem naturalem, talis fistula iam est extincta, & per consequens, si emittit humiditatem aliquam, emittit eam puram, & perfectam & hoc vult regula.

Fistula tortuosa & intricata nunquam perimitur, nisi felleis aut nitrosis liquoribus imbuatur. XI.

ISti tales liquores fellei, & nitrosi, qui sint, & quomodo propinẽtur, satis traditum est à Gal. in 3. dynamidiarum: & ab Auic. 4 can. fen 4. tract. 3. Et ideo ibi videas diligenter.


Fistula, inquites est, nunquam medicationi obediet, donec ex r atum fuerit os corruptum. XII.

CAusa huius veritatis patefit in sequenti can. qui talis est.

In cunctis vlceribus os infectum respuit incarnari, virulentas intus cauernulas gignens. XIII.

DIctum est superiùs, quòd fistula sit vlcus, & per consequens nullum vlcus, vbi est os infectum, potest incarnari, nisi talis infectio extirpetur: euidenter sequitur, quòd nulla fistula inossata potest incarnari, & per consequens nunquã obedit curationi, nisi tale os extirpetur: Sed quæ causa huius dicti? quòd nullum vlcus, vel sit os infectum, possit incarnari? dico, quòd causa est, quia secundum dictum Gal. in 3. de virtutib. naturalibus, natura habet omnia membra nutrire ex sanguine. Modo ad hoc, qđ talis sanguis fiat membrum vel pars membri, expedit, quod trãseat per multas transmutationes. quia si membrũ est sanguineum, scilicet caro, & quædam viscera non pluribus trasmutationibus indiget: Si verò membrum fuerit spermaticum, sicut ossa, multis transmutationibus indiget, quæ fiunt à virtute membri, & in tempore & spatio: quare natura ordinauit ipsis membris quædam spatia, in quibus talis sanguis in illo intermedio contineatur: vnde est, quod dicitur modus: ossium quædam habent medullam, & talis medulla continetur in eorum cócauitate, & est ipsa medulla ille sanguis in fieri trásmutationis, quo tale os nutritur: Quædã aũt non habent medullam, & habent quasdã porositates seu foramina, vbi talis sanguis debet contineri. Et ideo textus Gal. est talis: ossa verò, quam multa indigẽt in medio alteratione, vt nutriantur, & æquus sanguis carnibus calidis, medulla ossibus: In paruis quidem, & his, quæ ventrem non habent, sed syringas, id est scissuras eorum disseminatus: In maioribus autem & vẽtres habentibus in illis coaceruatus: Vnde euidenter sequitur, quòd vlcus factum in ossibus necessariò talis humiditas est pütrefacta & corrupta: q͠a natura non potest talia ossa vestire carne, nisi talis mala humiditas corrupta extirpetur. Et ideo communiter chirurgici bene operantes, quando volunt ossa vẽstire, radũt ipsa, & ponunt aliquas medicinas appropriatas ad exsiccandum illam malam humiditatem, & si aliter non possunt, cauterisant cum igne, vel penitus remouent illam partem.

DOCTRINA QVINTA.



- IN *mala conformatione veniunt obseruanda,*
  - CAP. I. Ortus *& causa morbi, quę vel est*
    - Innata, *& in*
      - Adultis *nunquam* / Crescentibus *rarò* — Curatur. *Aphor.3.*
    - Aduentitia, *tumq́; si fiat in adultis*
      - Cum *amissione substantiæ ferè desperata est.*
      - Sine *amissione sæpe curatur. Aphor.4.*
  - Restitutio *formæ naturalis, quæ fit*
    - Medicamentis, *vbi manus est inaccessa. Aphor.2.*
    - Chirurgia, *scilicet pulsione, tractu, extensione, tortura. Aphor.5.*
    - Vel *vtrisq;. Aphor.1.*
  - Restitutæ *formæ conseruatio, quæ fit*
    - Congruente *ligatura, Aphor.6.* / Quieto *positu in linteo, tabulis, &c. Aphor.8.*
      - Nec *nimis laxa, nec nimis stricta. Aphor.7.*
      - Tabularum *duritie mollibus contemperata. Aph.11.*
    - Medicamentorum *vsu mediocriter adstringentium.*
  - Partium *affectarum*
    - Dislocatio *Vide* CAP. 9.
    - Luxatio, *quæ in dorsi vertebris non curatur.* CAP.9.
    - Mollities *& durities. Hæc corrigitur balneis sulphureis & cauteriis.*
    - CAP.6. Læuitas *quæ*
      - Incidentibus *& abstergentibus tollitur. Aphor.1.*
      - In *visceribus internis ex cicatrice curatur adstringentibus. Aph.2.*
    - CAP.5. Asperitas, *quæ in*
      - Osse *rasurâ corrigitur & linimentis. Aphor.1.*
      - Cute, *lenientibus vngu. balneo tergentibusq́; lotionibus excutitur. Aphor. 2.*
      - Cauitatibus *internis eorum vsu tollitur, quæ siccitatem, rugasq́; contemperant & læuigant: aut quæ nitrosos & terrenos humores euacuant. Aphor.3.4. vt mucilag. lac. & quæ limatura concidunt ex metallis. Aphor.5.6.*
    - Quantitas
      - CAP.7. Excedens: *Hæc auferenda est*
        - Incisione, / Corrosione, / Vstione, / Consumtione. — Aphoris. 3.4.5.6.7.8.9.
        - Exsiccante *victus ratione. Aph.10. & thermarum vsu. Aphor.11.*
      - CAP. 8. Deficiens, *quæ alimentis & humectante victus ratione reparatur.*
  - Cauitatum
    - Naturalium
      - CAP.2.& 3. Obstructio *ab humore, q euacuatur habita ipsius & partiũ affectarũ ratione, Aphor.1.2.*
        - Laxantibus. *Aphor.3.*
        - Purgantibus. *Aphor.5.*
        - Tergentibus. *Aphor.4.*
        - Incidentibus: *adiũctis scilicet quæ nonnullam habeant adstringendi vim in viscerum concoctione: destinatorum obstructionibus, vt hepatis. Aphor. 6.*
        - Aut *etiam adiectis quę nimiam retundant acrimoniam. Aphor.7.*
      - CAP..3. Coarctatio *à*
        - Corpore *incumbente.*
        - Vel *nimia siccitate, cui succurritur*
          - Lenientibus *frigid. Aphor.7.*
          - Item *lacte & ptisana in partibus internis. Aph.8.*
    - CAP.4. Prçter *naturam exortarum,*
      - Per *quas humores à viscerib. expurgantur. Hæ fistulæ citra periculum non occluduntur, (Aph.1.) nisi humorum fluxus deriuet ad vias*
        - Naturales. *Aphor.2.3.*
        - Aut *arte factas: sc. cauteriis. (Aph. 5.) quæ*
          - Intra *musculos applicari debent. Aphor.6.*
          - In *fistulis inueteratis validiora sũt circa magnas venas. Aphor.7.*
      - A quibus, *qcquid pręter naturã est, vt sunt*
        - Humiditas. *Aph.8.* / Frigiditas. *Aph.8.* / Scabies. *Aphor.9.* / Os. *Aphor.12.13.* — *amouendum est*
          - *Medicatione.*
          - *Incisione.*

REGV-

REGVLAE CVRATIONIS NONA NATVRALIS ASPERITATIS, Capitulum V. Cuius aphorismi sunt VIII.

Ossis asperitas radendo corrigitur, vel liniendo. I.

MAGISTER volens tradere regulas curationis innaturalis asperitatis, innuit talem distinctionem membrorũ. Membrorum quædam sunt mollia, & de istis tractat in sequentibus canonibus: quædã sunt dura, vt ossa, & de istis se expedit vno canone, qui talis est: quòd si asperitas innaturalis contingat in osse: regula est, q̃d radatur vel liniatur illa pars ossis, quæ supereminet faciendo asperitatem: Et est intelligendum, quòd tale os fuerit incoopertum: quia aliàs non posset bene fieri. Et causa dicti est: nam asperitas innaturalis in membro nihil aliud est, nisi quãdo quædam partes supereminent: quædam deprimuntur: modò si reducatur ad debitam lenitatem, expedit quòd vel depressè supereemineant, vel quòd supereminentes deprimantur: Sed quasi impossibile est, vel valde difficile, q̃d partes depresse supereemineãt: & est longè facilius per modum rationis vel liniationis, quòd supereminentes deprimantur, donec deueniatur ad naturalitatem, quare canon est.

Cutis contra naturam aspera, lenitiuis vnguentis, aut balneis, vel mundificatis lotionibus, emendatur. II.

CAusa ipsius asperitatis cutis potest reduci ad tria membra: Aut enim est causa siccitas exterior, quæ prouenit aliquando à calore inordinato, aliquando à frigore, aliquando à siccitate pulueris, vel alterius rei exterius exsiccantis: vnde dicitur, quòd siccitas sit mater asperitatis, & humiditas sit mater lenitatis: Et nunc valent vnguenta lenitiua calida, si siccitas prouenta sit à frigiditate: aut frigida, si siccitas prouenta sit á caliditate: aut temperata in actiuis, si siccitas prouenta sit sola. Quæ autem sint talia vnguenta, recurratur ad tractatus Auicennæ & Rhasis & aliorum auctorum de pulcritudine: & ista satis sciũt dominæ delicatæ, & specialirer nostrates; secunda causa talis asperitatis potest esse carentia nutrimenti, sicut in nimis ieiunantibus, & in nimis laborantibus quotidie videri potest, & tunc ponitur secundum remedium, scilicet balneum dulce, & temperatum, attrahens nutrimentum ad talem cutem sic asperatam, & intelligas, quòd talis patiens bene nutriatur, & cibetur & dimittat nimium laborem tam corporeum, quàm animalem. Et etiam ad hoc reducuntur multa, quæ valeat attrahere nutrimentum ad membrum, sicut debita fricatio, piceatio, & sic de aliis, quæ etiam specificantur ab auctoribus in diuersis locis. Tertia causa talis asperitatis potest esse quædam superapposita ipsi membro, sicut sordicies desiccata, vel crustula, & sic de aliis, & tunc valẽt mundificatiuæ lotiones, sicut quæ fiunt cum fursure, cum interioribus melonum, cum floribus fabarum; & sic de aliis.

Concauitatibus interiorum membrorum humectantia infusiua, aut mucilagines, aut quæcunque nitrosum vel terrestrem chymum euacuant, & naturalem restituunt sanitatem. III.

EXpedito de asperitate ossis, & etiam cutis, docet curare asperitatem concauitatum mẽbrorum interiorum, quæ reducitur ad duo capita: nam aut prouenit à siccitate corrugante, sicut apparet in hecticis & marasmatis: & sic valent humectantia infusiua, vt sunt lac, & mucilagines, & adipes, & sic de aliis. Aut prouenit ab aliquo humore adhærente ipsis concauitatibus, & sic conueniunt euacuantia tales humores, vt radices ireos, & enul. agari. semen vrticæ, & talia huiusmodi.

Exasperata concauitas pluralitate ragadiarum, infusiuis leniter mucilaginosis, aut glutinosis præcipuè lactis vsu. IIII.

CAusa dicti posita est: Nam talis asperitas, quę est pluralitate ragadiarum, vtplurimum eueniunt à siccitate tam extrinseca, quàm intrinseca, scil. ex defectu nutrimenti: Et ideo infusiua mucilaginosa, aut glutinosa talem siccitatem possunt emendare. Et specialiter vsus lactis, si siccitas sit ab intra, scilicet ex defectu nutrimenti, vt declarat Gal. 5. & 6. de ingenio. & Auic. in 4. fen. 1. tractatu quarto.

Nutritiuis exasperatis pluralitate verrucarum, limantia subueniunt, vt pulueres metallini, vel abstergentia incisiua. V.

TAles pulueres metallici sunt. verbi gratia: sicut puluis factus ex auripigmento, aut litargirio, abstergentia incisiua sunt. verbi gratia: sicut lac ficus, aut lac tithymalli, aut acetũ forte, & sic de consimilibus: Attamen sciendũ est, quòd antequam talia apponantur, debent verucæ euelli, aut fricari ad eruptionem sanguinis cum vnguibus, aut cum nouacula, aut alio modo. Item sciendũ, quòd antequã talia fiant, debet corpus purgari à materia melancholica, & phlegmatica.

Pustulis exasperantibus membra interiora, lac subuenit, aut vnctuosa, quæcunque parum mundificant & exsiccant. VI.

VIdetur quod Gal. contradicat intentioni huius regulæ: & hoc in 5. aphorismorum in cõmento illo: Lac dare caput dolentibus, &c. vbi dicit, quòd autem aliquibus dixit hypochondria quodammodo suspensa, sicut ex apostematibus, scilicet phlegmone, erysipelate, nimia etiam sclyrosi sic: Dicendũ, q̃d talia apostemata, seu pustulæ possunt dupliciter considerari: Primo modo quantum sunt apostemata, & sic non conuenit lac: Alio modo, quantum asperitatem, & sic conuenit: vnde in opere, si apostemata sint in interioribus, & sint in principio, vel in augmento, vel in statu, & principalites de materia calida; tunc nullo modo lac est adhibendum.

Et in tali intentione loquitur Hippocrates & Galenus, quia tunc lac faceret ad augmentum illorum apostematũ: Si autem talia apostemata fuerint in declinatione, & specialiter, si sint de materia frigida vel crassa, tunc valde bene conuenit lac, quia aufert asperitatem eorum, & sic loquitur præsens regula: vnctuosa mundificantia possunt esse sorbitiones recipientes mel, vel butyrum, vel sapam. & sic de aliis.

Sicut in pustulis, aut ragadiis, vel vlceribus membrorum interiorum, acuta, & calida mordicationis ingeniant cruciatum, sic lenitiua & frigida sine tormẽto illorũ sumuntur vtplurimũ. VII.

QVod pustulæ & ragadiæ & vlcera exasperent membra, dictum est superiùs: & patet ad sensum. Sed quòd tunc acuta calida, & incisiua faciant cruciatum, scil. dolorem pungitiuum, hoc est, vtplurimum: quia vtplurimum talia sunt de causa calida aut per se, aut per accidẽs: & cum calida & incisiua apponantur, augetur læsio, quia simile additum simili facit ipsum furere, & augmentari secundo aphorism. commento illius: In morbis minus periclitantur ægrotantes, &c. Cum autem apponuntur lenitiua frigida, non inducunt talem dolorem, imò inducunt delitias, cùm omnis cura fiat per contrarium: Et ideo intelligendum est hoc vtplurimum.

Inter lenitiua cõmunia ragadiarum & vlcerum occultorum, post lac ptisana vendicat sibi gradum. VIII.

SI vis sanè intellige hanc regulam, non intelligas, quòd fiat comparatio inter ptisanam & lac: sed fit comparatio à ptisana & lacte ex vna parte, & ab aliis lenitiuis ex alia: ita quod sensus est talis: ptisana secundæ decoctionis, & lac vendicat sibi primum gradum bonitatis in curatione asperitatis, quę prouenit interioribus propter ragadias & vlcera: Et causa est, quia ista duo sunt veri cibi, & cum hoc medicina, in tali casu forsan nõ inuenirentur alia, quę essent cibi & medicina.

DE CVRATIONE LENITATIS INNATVRALIS, CAPITVLVM SExtum, Cuius aphorismi sunt duo.

LEnitas præter naturam, quam mucilagines inserunt, emendatur incisiuis & abstersiuis. I.

RES mucilaginosæ sunt viscosæ adhærentes, sicut sensus manifestum facit, & potest haberi ex dictis Galeni in 5. de simplici medicina: Et ideo possunt remoueri à membro, cui præter naturam adhærent cum suis contrariis, vt sunt res incisiuæ, quæ habent viscositatem incidendi, & res abstersiuæ, quæ talem rem incisam possunt à membro abstergere. Exemplum rerum incidentium squilla, & acetum eius, oxymel squilliticum, & diureticum. Exemplum abstergentium, furfur, lupinus, & aliæ res salsæ & amaræ.

Concaua membra, quorum superficiem intrinsecam cicatrices vlcerum lenierunt, conuenienter ponticis mordicatione carentibus, incrustantur. II.

CIcatrix est caro inspissata in concauitate vulneris, tenens ibi locum cutis, & videtur manifestè, quòd aliquando est ita leuis, quòd membrum illud non potest suam operationem exercere, sicut quandoq; contingit in matrice, quòd propter talem cicatricem nõ potest retinere sperma, etiam contingit in intestinis. Et ideo subueniendum est cum ponticis, sicut cotoneis, piris, mespilis, sorbis, & talibus huiusmodi: tamen qđ talia pontica careant mordicatione, cuiusmodi ponticum est, æs vstum, calcantum & huiusmodi. Ratio est, quia talis mordificatio forsan liquefaceret talem cicatricem, vel induceret dolorem.

DE EXCESSV TOTIVS CORPORIS, VEL MEMBRI, CAPITVlum septimum. Cuius aphorismi sunt duodecim.

QVicquid præter naturam additur numero, vel mensura, si tute fieri queat, totum est auferendum. I.

CAnon iste manifestè concludit ex hoc, quod dicitur præter naturam: quia omnia, quæ sunt in corpore præter naturam, sunt contra naturam, & impedientia naturam. Et ideo sequitur, quòd omnia talia sunt auferenda: sed dicit: si tute fieri queat, & bene: nam aliquando sunt aliqua in corpore contra naturam, quæ de rigore artis sunt extirpanda, tamen hoc non potest fieri securè: & ideo non extirpantur, vt dicatur in sequentibus.

Incisio, vstio, corrosio, consumtio, auferunt quod excedit. II.

OMne quod excedit, secundum quantitatem mensuratur: tunc omnis quantitas aut est continua, sicut magnitudo: aut discreta, sicut numerus, qui numerus additus præter naturam, quod immediatè & pereximiè impediat actionem naturalem, dicitur morbus illius membri: Si autem impediat aliquam actionem immediatè, dicitur causa illius morbi secundum quod declarat Galen. de morbo, ca. 3. quod fit dupliciter: aut enim illud, quod excedit in numero, est simile ipsi membro, siue corpori, sicut sextus digitus, vel vngula in oculis, vel superflua caro in naribus: aut est extra naturam exiens, sicut lumbrici in intestinis, & lapis in vesica vel in renibus & verrucæ, & sic de aliis. Similiter illud quod excedit in corpore adeo, quòd propter illam indebitam magnitudinem actio membri impeditur eximiè & immediatè dicitur morbus illius membri, vt sicut quando lingua nimis augmentatur, & totum caput, & totum corpus nimis augetur, & mamillæ, & testiculi: Et ideo cum omnis morbus sit extirpandus, & omnis causa morbi sit euellenda à corpore: quia talis est finis medicinæ, sequitur contra canonis, quicquid excedit auferendum est, & Magister enumerat quatuor modos auferendi magis congruos secundũ cõmoditaté agendi. Vbi

Vbi venæ sunt & arteriæ notabiliter magnæ, corrosio & incisio propter hæmorrhagiam sunt verendæ. III.

DIctum est, quòd peccatum in quantitate tã continua, quàm discreta est auferendum: & hoc aut incisione, aut vstione, aut corrosione, aut consumtione: nũc enumerat, quòd si illud quod excedit, contineat venas vel arterias, quod illud non debet incídi, neque corrodi: & hoc timendo nimium fluxum sanguinis, qui rursum induceret magnum nocumentum: Vnde innuit Magister, quòd tale debet auferri vel vstione, sicut cũ cauteriis, aut consumtione. De modis cauteriorum ipse exponet. Consumtio autem fit aut per diætæ extenuationem, aut per apposita ab extrinseca solutiua, vel multùm styptica, sicut auctores docent in practicis.

In excrescentiis membrorum paßibilium, & sensus acuti, corrosiua non mordicantia sunt applicanda. IIII.

MEmbra sensibilia sunt, sicut oculi, orificium stomachi, vesica, capita lacertorum, & sic de aliis. Modò si fiat ibi excrescentia tam in numero, quàm in quantitate, oportet vt extirpentur: & hoc cum medicinis corrosiuis, tamen carentibus mordicatione, quia si mordicarent substantiam ipsius membri, cùm sit maximi sensus, inducerent ibi dolorem: vnde prouenit maius nocumentum, quàm iuuamentum. Quæ aũt sint tales medicinæ, recurre ad auctores practicos. Vnde sciendum iuxta doct. Auicennæ in secundo can. tractat. primo, cap. quarto, quòd medicina corrosiua est, cuius proprietas est, vt resoluatur, & consequitur, vt eius rdsolutione & vlceratione quatenus de substantia carnis minuatur, vt flos æris. Mordicatiua verò medicina est, in qua est qualitas penetratiua valde subtilis faciens peruenire in continuitate semper actionem pluri numeri inordinati situs paruæ quãtitatis: Quare vnaquęque earum sentitur singulariter, sed sentitur totum, quasi dupliciter vnus, sicut exemplum simplex cum aceto, & acetum ipsum.

Vstio vel igne perficitur, aut comburentibus medicinis. V.

ISta diuisio est valde communis & diuulgata in medicina, & specialiter in parte chirurgiæ: & dicitur aliàs vstio cauterium: & dicitur quòd cauterium quoddam sit actuale .s. vbi ignis apponitur in forma sua, & fit communiter mediante aliquo metallo ignito, quorum melius est aurũ: aut potentiale, quod fit cum medicinis multum calidis in quarto gradu, de quibus loquitur Auicen. in 2. tract. 1. ca. vbi dicit: sed adustiua est medicina, cuius proprietas est, vt resoluat subtile, quod est in humoribus & membris, & relinquit cinereitatem earum, sicut euphorbium.

Metallis ignitis breuiùs & efficaciùs completur adustio, & certiùs perficitur. VI.

ISta regula experientiis quotidiè confirmatur: attamen ratio est, quia quando fit cauterium actuale, non deducitur de potẽtia ad actum, cum elemẽtum actu agat sine deductione: & ideo breuius & etiam facilius: certius aũt perficitur, quia cauterizans si aptus est, cauterizat ad suum placitum, scilicet de quantitate membri: de tempore applicationis, de impressione, & sic de numeris cauterizandi. Si autem apponatur medicina cauterizans, alligatur ipsi membro: & nõ sunt istæ circumstantię operandi sic in manu operantis, quare non ita certè peraguntur.

Meticulosos tantummodò conuenit vrere medicinis. VII.

DIctum est, quòd vstio faciliùs, & certiùs & breuiùs fit cum metallis ignitis, quàm cum medicinis causticis. Dubitaret iuuenis: ergo nũquam debemus vti, nisi cauterio actuali: frustra ergo inuenerunt auctores cauteria potentialia, & ipsa docuere. Respondet Magister, quod de numero hominum quidam sunt timidi, & ita delicati, vt nõ volunt aliquo modo sustinere actualem ignem: immò citiùs dimitterent se mori, & sua membra corrumpi, & solùm pro talibus sunt inuenta cauteria potentialia.

Ferrum ignitum, efficacius auro & argento, resóluit superflua, pellitq́; frigiditatem, & crustam obuiantem hæmorrhagiæ facit solidiorem. VIII.

DIctum est, quòd cauterium actuale fit communiter cum metallis ignitis, quæ inter cętera sunt tria, scilicet aurum, argentum & ferrum. Quęreret iuuenis, quale istorum metallorum esset melius? dicit, quòd ferrum ad istas conditiones, scilicet ad resoluendum superflua, ad pellendum frigiditatem mẽbri, ad faciendum crustam solidiorem. Vnde sciendum, iuxta doct. Auicen. in 1. can. fen. 4. cap. 29. quòd cauterizatio est medicamen valde vtile, iuuans ad prohibendum, ne corruptio superueniat: & ad confortandum mẽbrum, cuius complexionem volumus rectificare, ad resoluendum materias corruptas in membro retentas, & ad restringendũ sanguinis fluxũ.

Circa membra, multis irradiata spiritibus, & resólui promtißima, quales sunt oculi, tutiùs fit auro vel argento cauterium. IX.

DIctum est, quòd quantum ad illas tres conditiones, melius est cauterizare cum ferro; modò dicit, quòd quantum ad quartam conditionem, quæ est confortare virtutem membri: & specialiter, quando occupatur in membro multorum spirituum, melius est fieri cum auro vel argento: & ratio est, quia aurum & argentum sunt metalla magis perfecta: Vnde soluitur obiectio: quia Auic. in 4. fen. primi can. c. 9. dicit, quòd res, qua cauterium fit, melius est aurum, verum est pro ista intentione cauterizandi.

Exercitari fortiter ante cibum, & fames, & sitis & durities stramentorum atque vigiliæ solicitudinis spinis angariantes, consumunt excessum pinguedinis atque carnis. X.

CAusa, quare omnia ista posint consumere excessum carnis & pinguedinis est, quia omnia possunt exsiccare & siccitatẽ inducere, vt satis apparet ex dictis Galeni in 2. de morbo. Et hoc

sciunt illi, qui nolunt tenere vitam in pœnitentia ad castigandum voluptates carnales: sed si magis articulatè vis procedere, vade ad Auicenn. in 4. can. fen. 7. tractatu 4.

Tenuis diæta concurrens cum balneo thermarum, celeriter macerat corpora nimis crassa. XI.

BAlnea thermarum, quamuis actualiter sint humida: tamē potētialiter sunt sicca ratione sulphuris vel aluminis, vel salis. Et ideo possunt corpus exsiccare per se: possunt etiam corpus exsiccare per accidens, & hoc per calorem consumentem humiditates superficiales membrorum, & multo magis, quando adiungitur tenuis dięta.

Excedens moles vnius membri, vt mammillarum assiduata constrictione seruat humiditatem. XII.

ISta talis constrictio debet fieri obseruatis aliis, scilicet obseruata cibi diæta, obseruata euacuatione corporis, & etiam adiuncto aliquo virtualiter adiuuante: sicut Auicennas docet de illo, quod residet ex constrictione vnius cutis, cum alia, mediante aceto, & sic de aliis, quæ auctores docent. Item, quòd non nimis stringatur: quia propter nimiam constrictionē causaretur dolor, qui faceret ibi euenire humores.

DE DIMINVTIONE SVPPLENDA TOTIVS CORPORIS, *vel membrorum, Cap.* VIII. *Cuius aphorismi sunt duo.*

ALimenta resumtiua, & humectantia balnea, quies mentis, & corporis habitudinem reparat accidentaliter diminutam. I.

CAusa est, quia omnia ista essentialiter humectant ipsa membra.

Membrum extenuatum diminutione pinguedinis, atq; carnis, abundantia sanguinis, & quiete perseuerantibus incrassatur. II.

ISte canon est communis secundum Auicennam in quarto fen. septima, tractat. quarto, sic dicens. Possibile est hoc, quod appropriatur illi membro: & non est illud ex parte eius, quod comeditur & bibitur: quoniam illud est commune corpori: immò ex parte attractionis cibi ad ipsum, & retentionis eius super ipsum, & conuersionem eius ad naturam ipsius: & illud quidem, quemadmodum sciuisti, fit per fricationem rubificantem cum asperitate, & cum medicinis rubificantibus: deinde cum fricatione, quæ est fortior, & cum effusione aquæ calidæ, deinde liniatur pix. Et quidam ponunt sanguisugas campestres, & sunt vermes rubei, in virtute picis, &c.

DE CORRECTIONE SITVS INNATVRALIS, CAPITVLVM NONUM. *Cuius aphor. sunt* II.

CVm his, qui corrigunt figuræ malitiam rectificatur in parte membrū non naturaliter situatum. I.

DE communi cursu ad malum situm sequitur mala figura, & hoc apparet ad sensum. Et ideo sciēdum est, quòd malus situs, aut est in membris extrinsecis, sicut quando digiti manus malè adinuicem situantur: aut est in membris extrinsecis, sicut in matrice, aut intestinis, & sic de aliis. Modo communiter, quando membra extrinseca malè situātur, reddunt malam figuram, & de correctione talis mali situs ponit Magister suam regulam, scilicet, quòd corrigitur cum his, quę corrigunt malitiam figuræ, de qua correctione malæ figuræ ipse locutus est superiùs: & specialiter posuit istū canonem, rectificata figura membri congrua ligatura, situatio quieta, & firma parum per constringentia medicamina seruant eam. Sed quando membra intrinseca male situantur, Magister docet corrigere eorum malum situm in sequenti canone.

Membrum discedens à sede propria sine læsione figuræ, vel pulsione, reducitur, sicut anus, vel frigido vapore fugatur, vel allicitur placido, aut ventositatibus trahitur sicut matrix. II.

DE VVLNERIBVS ET CVIVSCVNQVE CONTINVITATIS SOLVTIONE, *Cap.* X. *Cuius aphorismi sunt* VI.

IN vulneribus, & figuram membri, & situm partium eius, vt plurimum oportet rectificare. I.

VLNVS, solutio continuitatis, separatio iuncturę, scilicet continui, idem sunt: Iuxta quod est sciendum, quòd omne vulnus, aut est simplex, aut cōpositum. Dicitur vulnus simplex, quando nulla alia species morbi potest reperiri in illo membro vel parte membri, præter solutionem continui. Compositum autem vulnus dicitur, quando simul cum ipso alius morbus potest reperiri in illo mēbro. Tamē sciendum est, qđ aliquando cū illo vulnere est vnꝰ aliꝰ morbus, aliquādo plures. verbi gratia: aliqñ simul cū vulnere est deperditio substātiæ mēbri, ad q̃ statim sequitur mala figura, vel mala superficies, vel morbꝰ in quātitate diminuta, vel morbꝰ in numero. Aliqñ est ibi mala cōplexio introducta exterius vel interius, aut vtroq; modo. Aliquādo est ibi apostema calidum aut frigidum, sed, vt in pluribus, calidum, & sic de aliis morbis, qui possunt euenire mēbro vulnerato. Nūc sic est, qđ quādo vulnꝰ est simplex, tota cura est cōiunctio partium: sed tamē partes debēt sic cōiungi, qđ mēbrū redeat ad suā naturalē formā, & p cōsequēs operās debet aduertere ad figurā mēbri, & ad situ partiū eius. Et ratio est nam

Vulnus simplex.

Vulnus compositum.

nam membrum per suam naturalē dispositionē, quę attenditur p suá debitá cōplexionē, &per suá debita compositionē, operatur suas debitas operationes. Et ideò, si partes cōiungerētur, nō seruata naturali figura sua, neq; seruato situ suarū partiū, iá mēbrū nō posset benè supra suas operationes, vel saltē remaneret indecoratū, & defœdatū.

In quibuscunque vulneribus membri substantia non deperditur, sola coæquatio & conglutinatio restituunt sanitatem. II.

IAm dictum est, quòd in vulnere simplici sola iūctio partium sufficit artifici operāti. Hic vlterius dicitur, quòd coæquatio partium nihil aliud sit, quàm coniunctio ipsarum, seruata debita figura, & debito situ, & etiam ipsarum partium conglutinatio restituunt sanitatem: quæ inquam conglutinatio solum prope est opus naturæ, secundum quod inquit Gal. 3. techni. canone illo: Conglutinare ergo distātia, & ea, quæ ex principio vnitionem reddit medicina, &c. Attamen artifex iuuat naturam dupliciter. Primò cauēdo, ne intercidat aliquid inter partes glutinandas. Secūdò vt illud, quod superat de nutrimēto in mēbro vulnerato, mundificetur: & hoc est, quod dicit Gal. 3. techni. canone illo: Primū verò & secundū opus, &c. hoc idē declarat Gal in 3. de ingenio sanitatis, vbi ponitur tale principium. Sed tamē cū in carne, quæ generatur, duo quędá efficiantur, vnum crassum, & aliud subtile: quæ non in solis vulneribus, dū caro restituitur, oriuntur: sed etiam in toto corpore: Subtile autem, quod de toto corpore dissolutione occulta dissoluitur, & aliquando palàm, causa est, aut defectio causalis naturalis, aut multitudo cibi vltra modum accepti, aut nimia & fortia exercitia virtutem prægrauantia: crassū verò fit lutum, quod in medijs corporibus efficitur, subtile quoque vulnus humefacit: crassum verò illud putrefacit. Vnde dico necessarium materiæ conuenit desiccatiuum, videlicet in hoc, quod est humidum & mundificatiuum, eò quòd putridū est. Cùm natura non deficiat à sua actione, necessariò sēper hæc duo vulnerib. oriūtur, igitur nullum tempus est, quo hęc duo mundificatiua non sint necessaria, &c. hanc doctrinam docet Auic. in quarta fen. primi cap. 28. & in fen. 4. quarti. in diuersis locis.

Labia vulneris glutinantur, si nihil alienum intercidat, & naturalis mēbri complexio fuerit custodita. III.

QVia nihil intercidat inter labia vulneris iá dictum est: Et ratio est euidens, quia tale quod intercidit, non est de intētione naturæ: & ideo natura, non potest ipsum corrigere, neq; venire ipsi membro: quare valde est cauendum, quia multa sæpe contingūt chirurgicis. Audiui de multis curantibus per longissima tempora, & vulnera non poterant conglutinari, & post multa tempora natura expellebat illa talia, sicut aliquādo bōbacē, aliquādo pannū, & sic de alijs Quòd naturalis mēbri cōplexio debeat custodiri, patet, nam ipsa virtus membri facit suam operationem per suā propriā & debitā cōplexionē: & hoc declarat Gal. 3. de ingenio, in hæc verba: Impossibile. n. est, carnē in vulneribus generari complexione, non secundum naturam existente, similiter neque solidari, neque cicatrisari poterit, &c.

In magnis vulneribus ligatura nequit absque sutura labia vulneris contiguatā seruare. IIII.

HOc docet experientia, & ideò vulnera debent sui, quomodo & cum quo, inferiùs dicetur.

Filum sericinum labia distincta nodans in moderata distantia, suturam efficit meliorem. V.

TRia hîc tanguntur de sutura: Primū est res, cū qua sutura debet fieri. Secundum est modus manualis actio suendi: Tertium est distātia seu lōgitudo, quę debet attendi de vno puncto ad aliū: Primum ponit, cùm dicit: filū sericinum, hoc est certum, quod melius, cùm quo potest fieri surura in vulneribus, sit sericum. Et ratio est: nā propter sui viscositatem est magis forte, & magis tenax: & magis durans: Etiā potest esse ratio, quia secundū Serapionem sericum seu seta habet proprietatem cordi, & cōfortat substantiam vel totalitatem cordis: Secūdū qđ tāgitur, est manualis actio suēdi, in hoc, qđ dicit: labia distincta nodás. Vnde sciendū, quòd sutura debet fieri taliter. s. quod quādo mēbrū est benè figuratū & labia sunt cōiūcta, minister debet seruare mēbrū, & artifex debet facere punctum in medio vulneris: & debet ipsum ligare, & filum frangere. Dehinc debet facere alium pūctum in medio, interpunctū primò factum, & vltimum vulneris: Iterum in medio alium, donec sit totū perfectè firmatū, & sic de alia parte, & per istū modū puncti semper sunt impares, vt in pluribus. Tertium ponit cùm dicit, in moderata distantia: vnde quanta sit distantia, siue spatium ab vno puncto ad alium, hoc debet remitti industriæ operantis, qui debet hoc diuersificare secundum qualitatem, & complexionem patientis & membri vulnerati.

Festina consolidatio vulnerum potissimè causatur à sanguine paucæ aquositatis, quapropter aquosos potus vulneratis conuenit euitare. VI

GAlenus in 3. de ingenio, cap. 2. sic dicit: Intelligendum est, quòd materia carnis generandæ bonus sanguis sit: generans autem & quasi artifex est natura, &c. & subdit ibidem: Ideò in curando vulnere duo primitùs sunt inuestiganda, quorum vnum est membrum, in quo est vulnus: vtrū sit temperatum, secundum proprium eius temperamentum quatuor qualitatū: Dictū. n. est, sanitatē & stabilitatē similiū mēbrorum non fieri, nisi cum tēperamento quatuor qualitatū: Aliud verò est sanguis ad eūdē locū defluēs, qui sit tēperatꝰ, quia si aliquod istorū intēperatū fuerit, morbus multiplicabitur, &c. Et subdit ibidē: Sed tamē cū in carne, quæ generatur, duo quædam efficiātur, vnū crassum, & aliud subtile: quæ nō in solis vulneribus, dum caro restituitur, oriūtur: sed etiā in toto corpore: Subtile autē, quod de toto corpore dissoluitur, quædá occulta dissoluuntur, & palàm causa est defectio caloris naturalis, aut multitudo cibi vltra modū accepti, aut nimia & fortia exercitia virtutē prægrauātia. Crassum verò fit lutū, qđ

in mūdis corporibus efficitur: ſubtile quoq; vulnus humefacit, craſſū autē illud putrefacit: vnde dico neceſſariò conuenit medicamē deſiccatiuū, videlicet in hoc, quod eſt humidum & mundificatiuum, eò, quòd putridū eſt, &c. Vnde ex hoc apparet, quòd ad feſtinam cōſolidationem vulnerū requiratur temperamentum membri, & ſanguinis: Et quia vt plurimum peccāt per humiditatē, ideò vt plurimum conuenit aquoſos potus, & cibos euitare, & eligere ſiccos & toſtos deſiccationis & mundificationis.

ARTIFICIVM COMPONENDI POTIONEM VVLNERATORVM, Cap. XI. Cuius Aphoriſmi ſunt II.

Potio, quæ conſumitur, atque ſequeſtrat aquoſitatem à ſanguine, non aqua, ſed vino ſtypticis diureticis cum aromaticorum commiſtione conficitur. I.

GALENVS docuit, tales potiones in 3. dynadimiarū in tribus capitulis ſibi inuicē continuis: & ſemper iubet fieri cū vino: vnde in vno capitulo ſic dicit: ad plagá piloſellæ ſuccum da bibere, ſi reijcit, morietur. Si non viuit primo die plantaginem & fragulariam in vino dabis, ſecundo die garyophyllatam adiūge cum vino, & tertio die piloſellam, quarto die pimpinellam, quinto die hederá terreſtrem ſeptē neruiam: tranſactis verò diebus ſeptem, ſubtrahere debes ſingulatim econuerſo. Tadæus, & dominus Hugo Magiſter ſuus talem faciunt portionē: Recip. cinnamomi optimi ℥.1. zingib. ℥.s. granorū paradiſi, galangæ, cardamomi boni, piperis longi, an. ℥.1. garyophyll. num. 12. piperis nigri grana 10. terantur, cribrellētur ex altera parte Recipe mellis optimi ℔.1. vini optimi ſubrubei nō nimis fortis ℔.6. quod quidē mel in pauco vino bulliat .ſ. totum mel, donec ſpuma eleuetur, ſuper ipſum deponatur, ab igne tepefiat: deinde incorporetur totus puluis, tūc addatur totum vinum, quod remanſit, & commiſceatur & tēperetur, tunc diſtilletur per colatorium pluries, ſicut lixiuium diſtillatur, &c. Et ideò apparet, quòd tales potiones fiūt cum vino, & cum ſtypticis & diureticis, ſicut ponit regula præſens.

In vulneratis phlegmaticis, & in hyeme mel coniungitur potioni. II.

PATET hoc ex ſupradictis.

QVÆ PROHIBETVR VVLNERATIS POTIONEM ADMINISTRARI, Cap. XII. Cuius Aphoriſmus eſt vnicus.

Venter ſtypticus, & viſcera obſtructas, vel tumida, ſpiritualia, ſicca, vel totius ariditas prohibent vulneratis offerre potiones ſtypticas & acutas. I.

DE ſtypticitate ventris cauſa eſt: nam tales potiones ſtringunt ventrem: De viſceribus opilatis certum eſt, ná tales potiones claudunt & reſtringunt viſcera: De ſiccitate ſpiritualium ſimiliter apparet, nam tales potiones deſiccant: De ariditate corporis ſimiliter patet, nam tales potiones magis arefaciūt: ergò quid agēdum in talibus caſibus? dico, quòd debeant remitti bono ingenio operantis, qui ſciat diſcernere, quid & quomodo ſit agendum.

QVIBVS VVLNERATIS MAXIME POTIO DEBET OFFERRI, Cap. XIII. Cuius Aphoriſmus eſt vnicus.

Quantò vulnerati maiorem fuerint hæmorrhagiā paſſi, tantò ſecurius pigmentis aromaticis imbuuntur. I.

RATIO eſt: quia multitudo ſanguinis, & humoris eſt cauſa apoſtemationis vulnerum: & etiam eſt cauſa, quòd febris citius & fortius intendatur. Et ideo, quando ſanguis & humores ſunt euacuati, ſecurius poſſunt adminiſtrari tales potiones.

QVIBVS VVLNERATIS VINVM EST DENEGANDVM, Cap. XIIII. Cuius Aphoriſmus eſt vnicus.

Sicut vulneratis hæmorrhagiā paſſis merum præcipue congruit, ſic pronis ad eam derogat omne vinum, & quicquid acuit ſanguinem vel ſtimulat ebullire. I.

CAVSA eſt: quia vinum & talia acuentia, & ſtimulantia ſunt calidæ naturæ, & ideò vbi eſt plenitudo humorum, intendunt febres, & faciūt fluere ſanguinem & humores ad locum vulneratum: & etiá poteſt aperire meatus, & vias ipſius membri vulnerati: quare ſequitur ipſa hęmorrhagia, quæ aliquando eſt valde vitanda, maximè illis, qui ſunt proni ad ipſam. Et hoc eſt quod dicit regula, proni autem ſunt homines cholerici, & pleni, & mobiles, & agitatiui.

ARTIFICIVM COMPESCENDI SANGVINIS FLVXVM, Cap. XV. Cuius Aphoriſmi ſunt VIII.

Sicut inflammatiua & ſubtiliatiua cogunt effluere ſanguinem: ſic & infrigidantia & ingroſſantia prohibent emanare. I.

ISTE Aphoriſmus valde clarus eſt, & nō indiget magna expoſitione, quia omnes auctores practici per hunc modum operantur, & habet fundamentum ex illo can. 5. Apho. In his verò oportet frigido vti, vnde ſanguinis fluxus futurus eſt, &c. & Gal. in cómento ſic dicit, intendit Hippo. docere in his verbis ſuis, vbi frigida adiuuent: dicit ergo iuuare illos, vnde ſanguis fluere paratus eſt, &c. Iſtum canonem, quo ad ſecundam ſui partem poſuit Gal. 5. de ingenio ſanitatis, cap. 3.

Sicut inquietudo, clamor & ira ſanguinem faciunt ebullire: ſic eum retinēt quies taciturnitas, & animi tranquillitas. II.

QVia inquietudo corporis faciat ſanguinem ebullire, & pre conſequens fluere præter modum, & vltra naturam in vulneratis, & aperturis clarum eſt: nam inquietudo calefacit ſanguinem, cum mo-

cum motus sit causa caloris secundum Gal. 2. de morbo, & etiam commouet ipsum, modò omnis liquor commotus magis fluit, quã quietus, quod apparet ad sensum: de clamore manifestũ est, cũ sit labor & motus capitis, & oris, & pectoris, & p consequens totius corporis. De ira certum est, cũ secundũ Gal. 2. de morbo. ca. 2. vbi dicit: Ira. n. est feruor calidi in corde existẽtis propter maiorem motum animę, &c. Et ideo, si inquietudo, clamor & ira faciunt ebullire sanguinem, per consequẽs faciunt ipsum manare, sequitur per locum ab oppositis, quòd quies, taciturnitas & animi quies ipsum infrigident, & per consequens ipsum faciant quiescere & retineri, qđ dicit prior regula.

Vbi vena corroditur prauo chymo vel putrefactione dissoluitur absque cauterio dissoluente causam apertionis eius, non sistitur fluens sanguis. III.

SAnguis fluens necessariò prouenit à vasis continentibus eũ: modò vasa continẽtia sanguinẽ venalem sint ipsæ venæ, quæ aliquando findun-tur, aliquando aperiuntur in suis orificijs, aliquãdo scinduntur, aliquando corroduntur vel putrefiunt: Et horum causæ aliquãdo sunt extrinsecæ, vt cultellus vel cuspis, aliquãdo sunt intrinsecæ, quæ aliquando eueniunt propter multitudinem sanguinis, & tunc conuenit diminutio, aliquãdo propter ipsius acredinẽ, & tũc cõpetũt frigida incrassantia: aliquãdo eueniũt propter malũ humorẽ, corrodẽtẽ ipsam venã, qui quidem humor aliquando est intra ipsam venã, aliquando est extra ipsam: sed tamẽ ipsam cõtingit, & aliquando humor nõ est corrodẽs, quia non habet acredinem, sed est putrefaciẽs propter maximã humiditatẽ. Et in istis duobus casibꝰ dicit magister, quod cauterium sit necessarium, quòd quidẽ curat & dissoluit humorẽ corrodẽtem, & exiccat, & resoluit humorem putrefacientem: & per consequẽs natura claudit venã erosam, & per consequens sistitur fluens sanguis, sicut dicit regula: Quod autẽ cauterium hoc faciat, hoc potest elici ex dictis Auic. primo can. fen. 4. cap. 29. vbi sic dicit: Cauterisatio est medicina valde vtilis, iuuans ad prohibẽdum, ne corruptio procedat, & ad confortandũ mẽbrum: cuius complexionem volumus rectificare, & ad resoluendum materias corruptas in membro retentas, & ad restringẽdum sanguinis fluxum, &c. Iste canon est Gal. 5. de ingenio sanitatis, cap. 10.

Medicina comburens cum manifesta stypticitate, vt atramentum, non solum corruptionem extirpat, sed escharã seu crustam fluxui obuiantem efficaciter generat. IIII.

QVod atramentum hoc faciat, ita ponit Auic. in 2. ca. proprio de atramento: dicit enim: operationes & proprietates eius sunt adurentes, facientes prouenire escharam stypticam, &c.

Arteria vulnerata quantò plus dilatatur, plus sanguinem euomit: quocirca necesse est, vt eius dilatatio, quantum possibile fuerit, remittatur. V.

ISTA regula ex suis terminis manifesta est.

Latitudinalis arteriæ sectio promtius solidatur, quàm apertura secundum longum. VI.

ISTA regula efficax est propter longam experientiam.

Modica venæ pulsatilis apertura in corpore molli & humido, vt puerili & muliebri, sanari potest, magna verò vix, aut nũquã in sicco & calido corpore. VII.

ISTud idem dicit Gal. in 5. de ingenio, ca. 7. vbi sic dicit: Incipiam ab eis, quæ experimento cognouimus, & quæ vidimus, & alijs palàm ostẽdimus: dico ergo me pulsantes vidisse venas esse solidatas, & carnem circa eas generatam: in pueris quidem & mulieribus in fronte, oculis, planta, & vola manus, &c.

Vbi sanguis arteriarum præ vulnere cogitur scaturire, necesse est, stypticis exterius applicatis, iungere glutinosa. VIII.

Constringentia sanguinẽ arterialẽ ex vulnere.

SIcut docet Auicen. in 4. can. fen. 4. tractatu secundo, capitulo intitulato: Canon curationis fluxus sanguinis circa finem capituli: vbi docet has medicinas, calx, flos æris, arsenicum citrinũ sumatur, albumen oui, & aggregetur cum calce non extincta, & inuoluantur pili leporis, & similia, colcotar, dragagantum, fimus asininus, & etiã glutinare cũ his gypsum ablutum, glutinum decoctum, amilum, pul. molendini, thus, resinam, ranæ colla, retinere cum his exiccatiuis, aloe, cortex thuris arilli, gallæ, papyrus adustus, scoria ferri, stercus equi, stercus asini, cinis ossium non ablutorum, spongia noua submersa in oleo, deinde adusta, pili adusti, &c.

ARTIFICIVM RESOLVENDI SANGVINEM, INTRA CORPVS RECENTER COAGULATUM, Cap. 16. Cuius Aphorismus est vnicus.

QVibuscunque vulneratis intra corpus recẽter sanguis coagulatur, his potiò resolutiua sudorẽ prouocans confert citò. I.

Discoagulantia sanguinẽ congelatum.



SCIENDVM est, quòd quandocumque contingit sanguinem effluere venis, & non expellitur à corpore, quod coaguletur in aliquo loco, & putrefit, corrumpitur & generat pessima accidentia: & ratio est, quia sanguis est calidus & humidus, & per consequens citò putrefit, quare est necesse, quòd expellatur à corpore: & talis expulsio fit duobus modis, aut quòd expellatur in sua forma, sicut sæpe contingit, aut quòd subtilietur, & per sudorem emittatur: & hoc est quod dicit præsens regula: Quæ autẽ sit talis potio resolutiua sudorem prouocans, vel expellẽs, Auicen. in 6. fen. quarti. in tractatu quinto, dicit sic: sumatur ℥. 1. hellebori albi, & fabarum ℥. 3. & sumatur in potu cum aliqua calida: si autem coaguletur, sumat in potu æger aquam alhasæ & similiter coagulũ leporis: Et subdit: Cura eius est sumere in potu coagulum leporis cum aqua mellis, quãtitate ℥. 2. in qua iam positũ sit pondus

3.2. salis contriti. Quando autem sanguinis coagulatur in vesica, docet Aui. 19. fen. 3. tract. primo, has medicinas carpobal. lignum pœoniæ, cordumeni, sabina, rubea tinctorum siseleos, aristol. rotũda, fel testudinis, coagulum leporis, lignum vitis, lac ficus exiccatum, &c.

QVO ARTIFICIO CONSOLIDATIO VVLNERVM PROCVRETVR, Cap. XVII. Cuius Aphorismi sunt IIII.

Consolidat efficaciter supposituũ medicamen vehementer exiccans & vim glutinandi habens. I.

SI vulnus fuerit simplex primò sunt iungenda labia secundum formã, & figurã membri: ita quod talis figura, & cõiunctio seruetur: aliquando est necesse facere suturam, aliquando sufficit bona ligatura. Et si vel suatur, vel solum ligetur, bonum est apponere medicamen exiccans, sicut dictum est in aphorismis præcedentibus, quod cum exiccatione glutinet partes, vt figura melius cõseruetur.

Lotio vulneris exiccantibus tepidis expurgari debet, vt vino vel aqua vini. II.

ALiquando euenit, quòd vulnera sint sordida, quando Medicus vocatur, & ideò vt melior fiat cõiunctio partium, & earum vnio, necesse est, quòd quicquid sit præter naturam, inter labia vulneris eximatur, & aliquando necessaria est lotio. Et ideò dicit regula, quòd talis lotio debet fieri cum exiccantibus tepidis, sicut cum vino vel cum aqua vini, id est, aqua ardenti: Quod talis res sit exiccans, iam supradictũ est. quia vulnera non curantur, nisi prius exiccentur: sed quòd non sit frigida, apparet, quia frigidum vlceribus inimicũ in quinto aphorismorum: neq; debet esse nimis calidum, quia multa mala inferret.

Recentia vulnera cum aqua ardenti lota, sanationis effectum citissimè consequuntur. III.

INtelligendum, quòd quãdo medicus vocatur, vulnus aut sine deperditione substantiæ esse, aut non: si sine, aut est fluxus humorum aut nõ: si est fluxus humorum, aut fluunt humores calidi pro maiori parte, aut non. Item aut est tempus frigidum, aut calidum: Item aut est ætas, complexio, ars calida aut frigida, aut non: Si vulnus fuerit cum deperditione substantiæ, & adhuc non sunt labia coniuncta, & quòd non sit ibi fluxus humorum calidorum, & quod sit tempus, ætas, complexio, & ars frigida, bonum est abluere vulnera recentia cum aqua ardenti: quia mundificat & exiccat, & etiam remouet aliquam malam cõplexionem introductam ab aere. Ex qua lotione sequitur citior sanatio, vt dicit regula: in aliquibus autem complexionibus non: Nam est dubiũ de apostemate calido vel de hæmorrhagia, vel de mala complexione sicca vltra modum.

Non solùm aquositas omni vulneri, sed frigus inimicum est, & cuiusque complexionis malitia: quapropter oportet medicinã variare secundum diuersitatem corporum, & membrorũ, licet exiccantia communiter exiccantur. IIII.

GAlenus in 4. de ingenio, ca. 2. sic dicit: Sed defectio membri, propter quod humores ad vulnus descendunt, non est, nisi causa suæ malæ cõplexionis, quamuis non sequatur, vt omnis mala cõplexio sit causa defectionis: ideoq; videmus vt plurimum, carnem vulneris malam complexionem habere, non tamen esse defectam, quia defectio mẽbri nõ fit, nisi dum mala sui cõplexio multum à temperamento semota dicitur: quo sic existente, debet curari, sicut dixi tibi, vt calida infrigides, frigida calefacias, humida desicces, & sicca humectes, & composita componas.

REGVLÆ SANIATIONI VVLNERVM VTILITER PERTINENTES, Cap. XVIII. Cuius Aphorismi sunt IX.

SAnies, & maximè in vulneribus cõcauis deperditæ carnis, prohibet substant iam generari. I.

SAnies, secũdum quod declarat Gal. in primo prognosticorum cõmento illius: Putredo autem laudatur, &c. generatur à sanguine contento in venis, & cõcauitatibus mẽbrorũ: & cõuertitur à calore ibi agente. Qui quidẽ calor non potest talem sanguinẽ ad perfectionem perfectę digestionis deducere propter hoc. Primò, quia talis sanguis peccat qualitate, aut quãtitate, aut vtroq;, sed cõuertitur, & putrefit, sicut omnes res, quæ calefiunt calefactione vehementi, non in suo loco, quòd si caliditas innata egreditur ab ęqualitate sua naturali, egressione multa putrefit sanguis, sicut putrefit in corporibus mortuorum. Et si fuerit virtus adhuc remanens, accidit sanguini dispositio composita à dispositione extra naturam, & à dispositione naturali: quare putrefit pars eius propter dispositionem non naturalem. Et quæcunq; harum duarũ dispositionum vincit, tunc significationes operationis eius sunt magis vincentes in calore, & odore, & substantia. Ex qua declaratione habetur, quòd in sanie est putrefactio, & corruptio, & per consequens corrosio, quamuis talis sanies sit laudabilis, quãtò magis in illaudabili, qua corrosione prohibet naturam membri, vt non possit bonã substantiam generare.

Alimentum attractum, & non assimilatum in saniẽ conuertitur, & ideò vulneratis obest superfluitas alimenti. II.

EX declaratione immediati aphorismi, põt videri, quomodo si alimentum currat ad membrum vulneratum, necessariò fiet inde sanies: Et ideo si affluat in tanta quantitate, quòd non possit assimilari, necessariò fiet nimia & mala sanies, impediens naturam in suis operationibus: quare sequitur conclusio, quod vulneratis debet offerri multo minus de cibo & potu, quod ipsismet nõ vulneratis: quæ autem sit talis quantitas, non potest scribi certis literis, sed debet remitti arbitrio operantis.

Sicut aquositati debentur exiccatiua: sic vulnera saniosa mundificantibus indigent medicinis. III.

SVperiùs est allegatum, & adhuc repeto, quod dicit Gal. in 3. de ingenio, ca. 2. vbi dicit: Cum in carne,

carne, quæ generatur, duo efficiantur: vnum crassum,& aliud subtile, quæ non solum in vulneribus, dum caro reficitur, oriuntur: sed etiam in toto corpore, subtile, quod de toto corpore dissolutione occulta dissoluitur, aliquando palàm causa est, aut defectio caloris naturalis, aut multitudo cibi vltra modum accepti, aut nimia & fortia exercitia virtutem prægrauantia: grossum verò fit lutum, quod in medijs corporibus efficitur: subtile quoque vulnus humefacit, grossum autem illud putrefacit: Vnde dico necessariò medicamen conuenit desiccatiuum: videlicet in hoc, quod est humidum & mundificatiuum, eo quod putridum est, &c. Ex quo originali apparet clara nostra regula.

In vulneribus quæ non sanitate recipiunt, vel corpus non alitur, aut præ defectu, naturalis caloris deficit attractiua, vel immutatiua vis. IIII.

AVicen. in quarto canone fen. quart. tractatu tertio, ponit capitulum de curatione vlcerum difficilis consolidationis, & ponit ibi multas causas, quæ omnes possunt reduci ad duas: quia vel hoc est propter præcedentis nimij, & mali nutrimenti, ad quam sequitur mala complexio membri: quare corpus vel membrum non alitur, sicut dicit prima pars præsentis regulæ, vel propter absentiam boni nutrimenti, ad quam sequitur inanitio, & defectus membri. & per consequens membrum non perfectè attrahit nutrimentum ad se, & si attrahat, non bene conuertit, sicut dicit secunda pars præsentis aphorismi: Quid autem sit agendum, Auic. docet in allegato loco.

Sanatio vulneris, vbi est opus debilis conuersiuæ, nullo modo debet à Medico procurari. V.

ISTud tenet pro tanto, quia Medicus debet esse adiutor naturæ & non impediens eam, quarto canone fen. 1 tractatu 2. ca. de curatione febrium putridarum in vniuersali.

Minister naturæ supplere tenetur defectum eius, non facere propterea saniē ex vulneribus exire, nisi superfluitas prohibens ipsorum sanationem nequeat aliter extirpari. VI.

HIppocrates in quinto Aphorismo sic dicit. Si in vulneribus malis & fortibus existentibus tumor non appareat, hoc magnum malum, laxa bona, cruda mala, & Galenus in commentario illius: Calidum semen faciens, &c. sic dicit. Impossibile est enim in vulnere, faciente saniem, vt vel periculosum vel molestum debeat esse. Vulnus autem quod causa est spasmi non facit saniem, neque & putrefacta, vel in circuitu corrosiua, & omnia maturantia saniem, sunt facientia, &c. Et ideò diceret iuuenis: Domine, superius ostendistis incommoda saniei in vulneribus, estne semper resistendum naturæ, vt non faciat saniem, vel si iam est, vt omninò ipsam excludat: dicit præsens regula, quòd non: nisi esset tanta sanies, quòd prohiberet sanationem, qui si nimis exiccarentur vulnera, & specialiter illa, quæ fiunt in fine musculorum, fierent ibi spasmi & maximi dolores: sicut declaratum est in locis allegatis.

In quibuscunque vulneribus cruda superfluitas cōglobatur cassatione, vel extrinsecorum alterantium obuiatione, seu alijs causis, & putrefactiuis sanies est prouocanda, nisi nerui prohibeant. VII.

QVòd sanies sit procuranda in vulneribus, satis patet ex supradictis: quòd autem excipiantur vulnera neruorum, ponit in sequenti regula, & declarabitur in canone sequenti.

In neruosis vulneribus calefactiuis leptomeris non putrefactiuis, aut sanientibus est superfluitas resoluenda. VIII.

GAlenus in sexto de ingenio, capitulo tertio sic dicit: Aquam verò, quantum poteris, fuge in curandis neruis: si fissuram vel puncturam habeant similiter mollitiua cataplasmata: vnde secundum Galenum in quinto de simplici medicina: medicamen generans saniem, debet esse simile in complexione complexioni corporis, & membri, in quo volumus saniem facere, & cum hoc debet esse opilatiuum, quę multum resistunt ipsis neruis, quia resistunt quantum sunt humida, vt declaratum est, & resistunt quantum sunt opilatiua, quia necesse est, vt punctura non claudatur, neque opiletur, immò semper mundificetur & exiccetur: quæ autem sint talia leptomera calefactiua, Galenus distinguit in præallegato capitulo sexto, de ingenio, quia talis neruus vulneratus, aut est discoopertus à cute, aut non: si sit discoopertus, indiget medicamine desiccante sine dolore & punctura. Si autem vulnus sit coopertū cute, sustinet fortiora, quæ docet Auic. sicut glutinum alboti, resina, euphorbium, lac titimalli, assa, serapinum, & multa alia.

Superfluitas vulneris, nisi vertatur in saniem aut aliter resoluatur, conglobata generat apostema vel spasmum accelerabit. IX.

ISta est verissima conclusio quòd superfluitas quæ fit in vulnere, de qua superiùs diuersimodè est dictum: necessariò aut debet conuerti in saniem, & per consequens debet mundificari à vulnere: & hoc in omnibus vulneribus, præterquam in vulneribus neruosorum membrorum aut debet mundificari, exiccari, extirpari & resolui à vulnere, antequam ad saniem conuertatur: & nisi sic fiat, aut ipsa conglobabitur in vulnere, & generabit apostema, aut herpestiomenum: & sic membrum corrumpitur, aut adducet spasmū. & specialiter in vulneribus neruosis propter consensum cum cerebro, sicut dicit regula prior, &c.

COMMENTARIVS.

APHORISMVS 3. *Sic vulnera saniosa*) De sanie complures hoc toto capite conscripsit aphorismos Arnaldus, in quibus id præter decorum, vt aliàs sæpe facit, dum praxeos regulis regulas admiscet ad prædictionem spectantes. Equidem contingit interdum, vt signorum descriptio nos rerum admoneat faciendarum: Ita si quis impurum vlcus difficilius consolidari dicat, non modò qualitatem eius describit, sed simul etiam rationem edocet, quid nimirum facto sit opus vt vulnus id consolidari possit: atque si tergendum esse diceret impurum vlcus. Sed in Aphorismo sequenti nihil video, quod ad opus Medici spectet. Ait enim si nulla sit in vulneribus sanies, id fieri vel ob alimenti defectum, vel ob caloris naturalis imbecillitatem. Ecquid igitur medicúmne decet, vt sanies in vulneribus generetur, vel alimentum adijcere, vel calorem adaugere naturalem? Minimè vero. Nam si sanies Medico promouenda sit, alijs opus est ad agendum præceptionibus.

Aphoris. 6. *Propterea saniem ex vulneribus eijcit: non inducit, &c*) Saniem cum pure confundit Arnaldus, quæ tamen distinguenda probè sunt, vt propositis de sanie quæstionibus satisfieri possit. Quæritur itaque num sanies in vulneribus à Medico procurari debeat. Hisce verbis respondet Arnaldus: *Sanatio vulneris vbi est opus debilu conuersiue, nullo modo debet a Medico procurari.* Hæc Arnaldi barbaries effecit, vt nec quis esset horum verborum sensus intelligerem, nec quid præcedens hunc aphorismus ad praxim conduceret. Sanationem dicit saniei generationem: Discriminis gratia saniationem dicere debuerat. Et certè mirabar cur Medico negaret instituendam esse vulneris sanationem. Nec quicquam adjecit interpres quod autoris sententiam edoceret. *Illud tenet pro tanto quia Medicus debet esse adiutor naturæ, & non impediens eam.* Quid inde. Num si Medicus saniationem suscipiat, ob id naturam impediet? Nequaquam certè: sed hoc Arnaldi propositum esse tandem animaduertimus, vt exposito causarum discrimine, ob quas in vulneribus sanies nulla generatur, Medicus expiscari possit, quando medicamentis attentanda sit saniei generatio. Tum scilicet cum vulneratæ partis facultas alteratrix imbecillis non fuerit: Saniei namque generatio naturæ opus est non Medici: & si natura nihil possit, frustra rem aggredietur Medicus. Adiuuari tamen potest imbecillis naturæ facultas. Sed quæstionem expediamus: Hæc enim propemodum nihil ad propositum faciunt. *Minister naturæ supplere dicitur* (inquit Arnaldus) *defectum eius, non facere*, hoc est, medicum supplere decet id quod deficit, non autem tollere quod superfluum non est: *Propterea saniem ex vulneribus eijcit, non inducit, nisi superfluitas prohibens ipsorum sanationem, nequeat aliter extirpari.* Quid ad hæc interpres? Non videtur autoris mentem esse assecutus: Ait enim naturæ motum saniem efficientis non perpetuo cohibendum esse, ne factam saniem expurgandam: Siquidem hæc in vulneribus suos præstat vsus non negligendos. Posse tamen quandoque naturam inhiberi, vel saniem factam expurgari, cùm hæc tanta fuerit, vt vulnerum curationem remoretur. Age verò, quidnã sanies in vulneribus præbet emolumenti? Spasmum & dolores arcet, qui forsan in fine musculorum ob nimiam siccitatem excitarentur. Negem an assentiar? Ex nimia siccitate vulnerum fieri conuulsionem, veritati consentaneum non est: Quod enim ab Hippocrate scribitur de magnis vulneribus absque humore, nihil ad hoc ipsum facit: Nam quę recenset symptomata nõ ex vulneribus fiunt, sed ab humoribus, quos vulnera in partes alias transmittunt. Et si maximè fieri posse concesserim, vt spasmus ob vulnerum siccitatem exoriatur: Num ob id ergo remedium à sanie capessemus? In fine musculorum aut spasmum esse metuendum, quem inhibere possit sanies humectatione. Mirum an interpres hic legerit ea quæ sequentibus aphorismis ab Arnaldo scribuntur: *Saniem scilicet neruosis aduersari partibus.* Sed de his aliàs. Ad rem redeamus. *Medicus* (ait Arnaldus) *saniem non inducit.* Educit legisse videtur interpres: quod tamen ab autoris sententia est alienissimum: Vult enim saniem non esse generandam Medico, nisi postulet hoc ipsum necessitas, quando scilicet humores à vulneribus aliter expurgari non possunt. Pus dicere debuit non saniem: Hæc enim nec naturæ, nec Medici opus est. Sed pus excrementum est à natura suo quodam modo concoctum, non quidem vt nutriat, sed vt expellatur faciliùs. Proinde si quando cõtigerit vt vel in vlceribus vel in vulneribus sanguis, aut alius quispiam humor consistat, qui vel ob crassitiem, vel ob cruditatem ægrius expelli possit: hunc natura suppuratione demulcet. Sique naturæ conatus fuerit imbecillior, suppurantium vsu Medicus naturæ succurrit.

Aphoris. 9. *Conglobata generat apostema, vel spasmum.*) Hæc quoque regula nihil ad curationem facit: Non enim quid faciendum, sed quid prædicendum sit ex retentis in vulneribus excrementis, edocetur. Spasmum autem dicit esse vel apostema subsecuturum, nisi superfluitas vel expurgetur, vel in pus conuertatur. Quæstio tamen est quomodo superfluitas hæc spasmum inferat. Num humectatione? Non videtur, sicuti neque siccitate. Nam paralysim potius quàm conuulsionem excitat humiditas. Igitur ab acrimoniam hoc continget, vel aliam qualitatem neruis aduersam. Cùm autem dicat Arnaldus apostema metuendum esse nisi superfluitas in saniem mutetur, mirari contingit an pus citra abscessum generari possit. Quęnam enim est illa superfluitas? Absque dubio sanguis est, vt pote qui materia sit abscessibus. Vbinam is consistit? Num in ipso vulnere? Non: nam efflueret facilè, vel abscessum non pareret. In vulneratis ergo partibus. Num tumorem faceret? Equidẽ. Quis tumor est? nescio, nisi dicas abcessum esse. Vult tamen Arnaldus sanguinem in pus verti ne generetur abscessus.

INGENIVM CVRATIVVM VLCERVM SORDIDORVM & malignorum, Cap. XIX. Cuius Aphorismi sunt IX.

Vlcera sordida non tantùm emittunt saniem, sed virulētijs perfunduntur, & ideò exiccanda sunt abstersiuis. I.



SCIENDVM est, quòd in vulneribus, secundum quod prædictum est, semper est superflua humiditas, vnde aut exiccatur perfectè, aut non: si sic citò, fit curatio talis vlceris, si non, & fit inde sanies, tunc est cum melioribus significationibus, quia natura est ex opere naturæ agentis secundum cursum naturalem, & non generatur sanies, nisi à digestione naturali, & non associatur ei malum ex accidentibus vlcerum malorum: & est talis sanies propriè laudabilis, alba, læuis, æqualis, quæ consecuta est complementum distensionis: Et neque associatur ei fœtor, cùm in ea non sit putrefactio, & fortasse non euacuatur à fœtore paruo, &c. Aut talis superfluitas est subtilis, & conuertitur in pus, aut est crassa, & conuertitur in sordiciem: aliquando est ex crasso & subtili, & sic fiunt diuersitates puris: vnde quomodocumque sit, semper omne vlcus est exiccandum, vt dicit regula, & antecedentia ponuntur ab Auicen. 2. canone, fen. quart. tractatu tertio, capitulo primo: conclusio autem poni-

ponitur in cap.2.vbi ſic dicit. Scias, quod omnia
vlcera indigent exiccatione quadã, præter facta
ex attritione lacertorum,&ipſorum contuſione.

Sordidis vlceribus tumefactis exiccatiuum congruit, abſque mordicatione reſoluens, vt pſidia vel plantago in vino decocta. II.

QVò in vlcere eſt tumefactiò, ſequitur quòd
iam ſit quædam apoſtematiò, vnde compe-
tit ibi exiccatio, inquantum eſt vlcus, & conue-
nit quædam repercuſſio, & ſpecialiter ſi ſit in
principio & de materia calida, quantum eſt i-
bi apoſtema,& competit ibi reſolutio,& ſpeciali-
ter,ſi ſit apoſtema in augmento, vel in ſtatu: &
hoc facit pſidia aut plãtago in vino decocta: quia
talis medicina deſiccat,repercutit & reſoluit, &
expedit,quòd non ſit ibi mordicatio ſingularis:ſi
apoſtema ſit de materia calida, & in principio:
quia tunc fieret attractio ad apoſtema ratione
mordicationis,quæ cauſaret dolorem,& hoc eſt,
quod dicit regula.

Vlceribus corroſiuis,quæ ſponte dilatantur ac profundiora fiunt, ſtyptica mordicatione carentia debentur exiccatiua: Si verò fuerint venenoſa, vt lupus & cancer,theriacalia debẽt eſſe. III.

INquantum dilatantur,ſignum eſt, quòd mate-
ria fluens ſit calida,& ſubtilis, & per conſequẽs
corrodit partes membri,& vlcus dilatatur & pro
fundius fit,quare neceſſarium eſt medicamen e-
xiccatiuum,quantum eſt vlcus: & quod ſit ſty-
pticum,vt poſſit illam materiam compeſcere, &
quòd nõ ſit mordicatiuum;quia iam dictum eſt,
quòd materia eſt calida,& ſic ſi medicamen eſſet
mordicatiuum, maligniorẽ redderet materiam;
& per conſequens magis dilataret vlcus: Si au-
tem talis materia fuerit venenoſa, ſicut in peſti-
lentiali tempore,& in paſſionibus venenoſis,me-
dicamen debet eſſe theriacale, quod defendat &
confortet ſubſtantiam membri, & ſpirituum e-
ius,vt eſt bolus armenicus & mirtilli & rhabar.

Vlcera ſerpentia ſtypticiſſimo medicamine compeſcuntur. IIII.

TAlia vlcera habent malitiam à cholera,&ideò
cõueniunt multum ſtyptica, ſicut ſolatrum,
& arnogloſſa,& ſimilia.

Vlcera, quæcumque partim à craſſo chymo & ignito cauſantur,partim verò à ſubtili & calido,ſicut noli me tangere, manifeſtè reſoluentibus, & purè ſtypticis indignantur: Et ideò ſolummodo congruit medicamen, has vires æquatas habens fortiter colligatas. V.

GRoſſus humor,& ignitus eſt de natura melã-
cholię,cui aduenit calefactio,aut per modum
aduſtionis,aut per modũ putrefactionis. Calidus
& ſubtilis humor eſt de natura choleræ,q̃ humo-
res aliquãdo occurrũt ad faciendũ vlcera, & talia
vlcera ſunt mala & corrumpẽtia mẽbrũ: Et ideò
ſunt diligẽter curãda,nõ cũ ſolis ſtypticis alterã-
tibus,quia tũc humor melãcholicus,qui eſt craſ-
ſus magis incraſſaretur,& magis infigeretur mẽ-
bro:neq; cum manifeſtè reſoluentibus: quia tũc
cholera magis incenderetur,&indignaretur: Sed
debẽt miſceri ſtyptica cũ reſoluẽtibus, quia natu
ra ſegregat iuuans mẽbrum contra cholerã cum
ſtypticis,& iuuans ipſum contra melancholiã cũ
reſoluentibus:ſicut dicit regula: Quæ autẽ ſint i-
ſta Aui. in 4. can. fen.3. tract.1. ponit nenufa. por-
tul. pſidiam,gallas,fructus tamariſci,bolum armẽ
nũ,caput piſcis ſaliti,folia albi doronici,florem e-
ris,& ſulphur,acetum, aquã ligni vitis,& ſimilia.

Vbicumq; ſubtilis & craſſus humor inæqualiter cauſant vlcus, prædominanti eſt obuiandum fortiori virtute. VI.

QVęſtio poſſet fieri à iuuene: Domine,dixiſtis
quòd in curatione talium vlcerum oportet
vti medicamine habente vires æquatas ſ. virtutẽ
ſtypticam,& virtutem reſolutiuam :tamen mul-
toties occurrit, quòd in vlcere magis nocet hu-
mor craſſus,cuius ſigna ſunt:quia magna eſt gra
uitas in membro,labia ſunt dura,&groſſa,exacer
bata à frigore,& ſic de alijs ſignis. Aliquando ma
gis nocet humor ſubtilis, cuius ſigna ſunt maxi-
mus ardor,& caliditas labiorum, & ſubtilitas vi-
rulentiæ,& læduntur à calidis,&c. Quid eſt agen
dũ in tali caſu? reſpondet regula,&dicit: quòd do
minanti magis ſit obuiandum.

In quibuſcũq; vlceribus caro eſt mortua cõputreſcit, & ideò vel ferro ſecari, vel igne cõburi debet,aut medicinis. VII.

AVic. in primo can. fen.4. cap.27. ſic dicit: Cùm
membrum propter malitiam cõplexionis cũ
materia aut ſine materia corrumpitur,& nõ pro-
ficit ei ſcarificatiò, aut epithema, quod conferre
conſueuit de eis,quæ in libris particularibus di-
cta ſunt,neceſſe eſt,vt caro corrupta, quæ eſt ſu-
pra eum,remoueatur: Et melius quidem eſt, vt
fiat ſine ferro,ſi poſſibile fuerit, quoniam plerum
que ferrum inuenit tunicas muſculorum, & ve-
narum pulſatilium periculosè, quod ſi hoc non
contulerit,& corruptio iam in carne præceſſerit,
neceſſe erit,vt ipſa incidatur, & vt locus incìſio-
nis calido ferro aduratur,&c. Quòd caro mortua
corrumpatur,neceſſe eſt,cùm ſit humida & non
regatur à calore naturali,&ſpiritu: quòd ſit remo
uenda,cùm ſit corrupta,vel antequam putrefiat;
clarum eſt,cùm ſit penitus contra naturam: cum
quibus autem poſſit fieri,ex ſupradictis habetur;
ſcilicet cum argento vel auro cãdentibus & igni-
tis,vel cum cauterio potentiali.

In vlceribus caro moriens, & iam parum vitæ retinens, vt gangrenæ, iudiciũ ſubſit cum cæteris auferendis: Quæ verò incipit adhuc mori, caraxationibus & ſcalpellis ab humore mortificante, conuenit, vt purgetur. VIII.

INſuper allegato textu Auicẽ. ipſe remittit ad li-
bros particulares: vbi ipſe poſuit multa, quæ
proſunt ad reducendum: vt caro, quæ incipit cor
rumpi & mori, nõ putrefiat: ſed quod reducatur
ad ſuam ſanitatem, & bonum ſtatum cum ſcal-
pellationibus,cum ablutionibus,cum emplaſtris

& epithematibus: & ipse hoc posuit in 4.can.fen. 4.tract.3.in diuersis capitulis.

Sicut sclyrosis diu radicitus incalescẽs transit in herpentem, sic in vlceribus calidorum membrorum caro mortua, nisi radicitus euellatur, festinabit gignere sacrum ignem. IX.

CAusa, quare mala sclyrosis transit ad herpetemestiomenum: quia secundum Aui.in 4.can. fen.4.tract.1. herpes causatur ab humore crasso corrupto, & quantum est crassus, opilat, & non permittit transire spiritum animalem, & virtutẽ ad membrum: & quia est corruptus, corrumpit substantiam membri, quare necessariò caro, & alia membra similia corrumpuntur. Et ideo mala sclyrosis cum sit de materia crassa, si fuerit radicitus incalescens, & profunditus obstruens, transit in herpetem. Sed causa, quare caro mortua in calidis membris, nisi euellatur, transit ad sacrum ignem, est, quia sacer ignis causatur ab humore calido, & subtili secundum declarationem Auic. in 4.fen.3.tractatu primo, vbi facit capitulum de carbone & igne persico.

REGVLÆ MEDICANDI NERVIS, QVOS VITIAT CONTINVITATIS solutio, Cap. XX. Cuius Aphorismi sunt VII.

PVnctura neruosi membri, fomentis oleorum subtilium, perdit doloris acerbitatem. I.

ISTE ponitur.6.de ingenio, ca.2. Regula ista supponit, quòd in punctura neruorum sit multus & fortis dolor: & verum est sicut quotidie ostẽdit experientia: & ratio est, cum neruus sit membrum sensibile, imò delator sensus ad mẽbrum: & hoc supposito Magister ponit, quomodo talis dolor remoueatur: & dicit quòd fomẽtá oleorũ subtiliũ curát talẽ dolorẽ, quæ autẽ sint talia olea, sicut oleũ laurinũ, costinum, oleũ rutę, & sic de similibus: & ratio est: nam talis dolor vtplurimum prouenit à mala cõplexione frigidá & sicca, introductá ibi: sed talia olea sunt calida virtualiter, & potentialiter, & actualiter: quare talem malam complexionem remouent. Sunt etiam subtilia, quare opilationem ibi factam aperiunt, & per consequẽs à tali neruo totam causam doloris remouent, & resoluunt.

Virulentia, quæ concluditur in puncturis acerbo dolori potißimè causam præbet. II.

ISTE ponitur eodem loco, vt præcedens, aquositas virulenta resoluitur moderatis, atq; consumitur potenter exiccatiuis: Talis virulentia aliquando subintrat ad puncturam ab extra: aliquá do fluit ibi ab intra, secũdum quod corpus est plenum malis humoribus, qui fluunt ibi ratione doloris, & inducunt ibi dolorem. Et causa est, quia sunt ibi contra naturam penitus.

Oleum terebinthinæ per se, vel oliuarum cum euphorbio moderatè confectũ efficaciter subtrahit æruginem à puncturis. III.

ISte ponitur à Gal.6.de ingenio sanitatis, cap.2. Ioan.Mes.in suo antidotario digestione vltima, loquens de oleo terebentinæ sic dicit: Oleum de granis viridibus est alboti, cõfert sigillationi vulnerum, & est materia emplastrorum multorum: & confert spasmo, tetano & duritiei neruorũ: & modus operationis eius est, sicut diximus, de granis lauri: quare, quantum valeat in hoc casu, superiùs dictum est. De oleo oliuarum confecto cum euphorbio non est dubium, cum euphor. sit medicina admodum calida & subtilis, attrahens ad se, & resoluens, & aperiens, & mundificans: debet tamen admisceri in parua quantitate, quia aliàs magis noceret, propter suam maximam caliditatem.

Par est iudicium in puncturis neruorum, & chordarum ligamenti, & panniculorum. IIII.

QVæstio posset fieri: Domine, factę fuerunt regulæ in vulneribus & vlceribus carnis, & ossium, & aliorum mẽbrorum ex vna parte: & etiá positæ sunt regulæ in vulneribus, & vlcerib⁹ neruorum. Quid faciemus de vulneribus, & vlceribus chordarum, & ligamentorum, & panniculorum? cui respondet dicens, illa, quæ dicta sunt de curatione vulnerum neruorum: eadẽ intelligas in curatione chordarum, & ligamentorum, & pániculorum: & ratio dicti est, quia ista membra in suam essentiam constituuntur, & fiũt à neruis: & hoc apparet per omnes loquentes de membris & de anathomia eorum: Verum quædam sunt ligamenta, quæ solũ habent ortum ab osse, & de istis non essent regulæ simpliciter loquendo veræ.

Neruus omninò sectus infrigidatione veloci spasmum acquirit, nisi cauterio vel fomentis oleorum subtilium præseruetur, & quilibet vitiatus aquæ infusione celeriter computrescit. V.

GAlenus in tertio techni sic dicit. Nerui tentati punctura propter plurimum sensum & propter hoc, quod continua est secundum principiũ particula parata aduocare spasmos, &c. Et subdit: dictum est autẽ de hoc perfectè in therapeuticis, &c. quare in 6.de ingenio, c.2. sic dicit: Ideóq; si quis in neruo vulnus patietur, prohibetur eũ, vt ex aqua calida nõ infundatur: & locus ex oleo calido fomẽtetur, &c. Et subdit: propter quod primum, quod reperi terebintinam, dans illud simpliciter, & aliquando cũ aliquátulo euphorbio in siccis & duris corporibus. Si feci ex fece multum, dãs eá solá: & aliquádo cũ aliquátulo euphorbio, &c. Et in c.3. sic dicit: aquá verò, quátũ poteris, relinque in curandis mẽbris, si fissurá vel puncturá habeant similiter mollitiua cataplasmata, &c. Et subdit: sed neruũ in cute cõcussum multoties vidi, quoniá hoc sępissimè laborantibus & maximè athletis contingit, in quibus experimentatores cataplasma apponunt, ex farina fabacea, aceto & melle: quod medicamen optimum esse dicitur, &c. Et subdit: Item si neruus incisus sit, ac sepa-

ſeparatus nullam ſuſpicionem habeat, & curatur ſicut cætera vulnera, ex quibus omnibus declaratur præſens canon.

Neruum infrigidatum contrahẽs frigus non ſpaſmum inducit, ſed ſuperfluitas vaporoſa in eodem multiplicata. VI.

DE frigore, quòd ſpaſmũ inducat, nõ eſt dubiũ, quia contrahit, cum ratione frigidi ſit ducere à circumferẽtijs ad cẽtrũ. Et ideò ſequitur ad hoc talis motus cõtrahẽs præter naturã, qui vocatur ſpaſmus: ſed quod talis ſuperfluitas ſpaſmum inducat, certũ eſt, cũ imbibat poroſitates nerui, & per conſequẽs impleat, ad quod neceſſariò ſequitur contractio, quæ dicitur ſpaſmus.

Si vulnerati ſub humeris à ſpaſmo cœperint apprehendi, cauterium profundum in ſpondilibus colli, mortis periculũ aufert vel tardabit, & vbi ſpaſmus gignitur à punctura, confeſtim eſt dilatãda, & fortiter expurganda. VII.

QVòd tale cauteriũ auferat, vel tardet periculum mortis, apparet: nam ſicut dictum eſt, talis ſpaſmus fit aut propter malam cõplexionem frigidam, aut propter malam materiam contentã neruos implentem. Similiter talis ſpaſmus generat mortẽ, quia nerui continui ſunt ipſi nuchę, & ipſi cerebro, quod eſt membrum principale, ad quod euenit maxima læſio propter ipſũ ſpaſmũ, & per conſequens mors: & antequam talis mala cõplexio attigerit ipſum cerebrum, vel antequã talis mala materia ipſum infecerit, ſi fiat cauteriũ in ſpondilibus colli, alterabitur per ipſũ illa mala complexio, & euacuabitur per ipſam talis mala repletio, ex quo neceſſariò ſequitur mors, aut nõ veniet, ſi virtus ſit fortis, & cauſa nõ magna: aut tardabit, & nõ effugiet, ſi virtus ſit debilis, & cauſa fortis. Quod autẽ punctura ſit dilatanda, & fortiter expurganda, iam apparet ex ſupradictis.

IN FRACTVRIS OSSIVM POTIORA CONSIDERABILIA MEMORANTUR. Cap. XXI. Cuius Aphoriſmi ſunt quatuor.

RImula cranei, quæ interius terminatur, oportet ſcalpello & trepano dilatetur, vt poſſit educi ſanies, aut virulentia ſubdiſtillans. I.

ISta operatio, quę fit per inciſionem cutis, & per conſumtionem carnis, & per trepanationem, & euulſionem oſſis, & per conſequens per eductionem, & mundificationem ſaniei, aut virulentiæ, eſt operatio antiquorũ, & ſpecialiter Gal. qui allegat Hippo. in 6. de ingenio, ca. vlti. & etiã Aui. ſecũdum quod ipſe tractat iſtam materiam, in 4. can. ſumma 5. tract 3. c. 1. Et iſta via eſt magis cõmunis, & magis rationalis: ſed tamen moderni propter multa pericula, quæ eueniũt in tali opere, & quã plurimi mortui fuerunt, & moriuntur quotidie, excogitauerunt alios modos: & inuenerũt pigmẽta & potagia, de quibus facta eſt mentio, & dant patienti & non perforant, ſed illa ſuperfluitas reſoluitur, & multi curantur: Et ideò quilibet operans ſecundum ſuum ingenium, & bonam conſcientiam, experimentetur omnes modos, & ſequatur illum modum operandi, qui magis videbitur ſecurior.

Sanies aut virulẽtia diſtillans, in duram matrem, incommoda lethalia multa parit. II.

ISta regula reddit cauſam iſtius pręcedentis, & veriſſima eſt: nam dura mater eſt membrũ neruoſum, imò fons & origo mẽbrorum ſenſibiliũ: cùm igitur talis ſanies vel ſordities diu hæret ſupra ipſã, corrodit, ſtimulat, vlcerat, & putrefacit eũ, vnde ſequuntur incõmoda lethalia, ſicut ſpaſmus, amẽtia, anguſtia, & mors. Quid ergo poſſũt dicere moderni, nã remouentes peciá cranei, dicunt, quòd natura iuta, ſuis medicaminibus talẽ ſordiciem reſoluit & euacuat.

Abſque poro ſenſibili, poſſibile eſt fracturam infantium ſolidari. III.

Nunquam in dura parte, ſed molli, ſicut extremitatibus oſſis, pecia, aliàs fractura ſolidatur. IIII.

INtellige hoc de vera conſolidatione, quæ eſt talis conditionis: quòd ſenſus non poteſt diſtinguere ibi aliquid medium, niſi ſolum membrũ in natura ſua. Sed tamen oſſa dura ſolidantur ſecunda ſolidatione, quæ fit per porum archoidẽ, qui diſcernitur à ſenſu, quo partes diſiunctæ ligãtur: ſecundum quod declarat Gal. & Haly in tertio techni, in illo can. Fractura igitur eſt quidem in oſſe, & c. & in duobus canonibus ſequentibus.

CONTINVAE ſolutionis cura conſiſtit in
- CAP. 10. Glutinatione (*Aph. 2.*) *vulneris ſcil. ſimplicis quod nec cauũ eſt, & alijs vacat ſymptom. Hæc fit.*
  - Ligatura, *quæ nequit in magnis vulneribus abſque ſutura fieri, aph. 4. Sutura verò fit ſerico labiis probè reductis, in moderata punctorum diſtantia, aph. 5.*
  - Sanguine *probo.*
    - Vitantur *ergo quæ ſanguinem efficiunt magis aquoſum, aph. 6.*
    - Et *econtra potiones ſumentur, quæ ſtypticis diureticis ſanguinem exſiccent.* CAP. 11.
    - Præſertim *ſi copioſior fluxerit ſanguis: tunc enim minus metuitur inflammatio.* CAP. 13.
    - Modo *ne conſtricta ſit aluus, obſtructa viſcera: vel arida corporis conſtitutio.* CAP. 12. *Quæ regula eſt in omnibus morbis obſeruanda.*
    - Mel *ob id etiam competit phlegmaticis, & in hyeme. Capitulo 11. Aphoriſ. 2.*
- Vulnerum *aut vlcerum, & c. Vide literam A.*

- **A. Vulnerũ** *aut vlcerum symptomatis, vt in*
  - Sãguinis *fluxu*
    - Auertendo: *Quibus ergo metuitur hæmorrhagia, vino abstineant, & ijs quæ sanguinem concitant.*
    - Cap. 15. Sistendo:
      - Vsu *scilicet eorum; quæ sanguinem refrigerant & incrassant: vt est quies, taciturnitas, Aph.1. & pax cordis, hoc est, affectuũ animi trãquillitas, aph.2.*
      - Vasorum *glutinatione.*
        - Arteria *secundum longitudinem secta difficilius coalescit, quàm quæ per transuersum, Aph.6.*
        - Maius *arteriæ vulnus curatu difficilius est, Aph.5. Hoc ait interpres cuilibet sanæ mentis est notum: Non ergo scribendum fuerat.*
        - Arteria *secta in corpore molli quandoq; sed in duro nunquam curatur, aph.7.*
        - Hæc *fit*
          - Cauterijs, *Aph.3. horum materia si fuerit adstringens escharam facit, aph.4.*
          - Stypticis *extrinsecus admouendis, aph.8.*
  - Partium
    - Cap. 7. Intemperie, *quæ omnis vel arcenda est ne fiat, vel si facta fuerit, extirpanda, Aph.4.*
    - Cap. 19. Corrosione *ab humorib.*
      - Acribus, *competunt citra morsum adstringentia, Aph.3. & quidem validißima in depascentibus vlceribus, aph.4.*
      - Venenatis *conueniunt alexipharmaca, aph.3.*
  - Cap. 19. Partibus
    - Emortuis *& putrefactis abscindendis igne vel ferro, aph. 7. ne scilicet sacer ignis inde generetur, aph.9.*
    - A putrefactione *defendendis: sectione & purgatione, aph. 8.*
  - Dolore. *Hic ex punctura in neruosis partibus oleis discutientibus mitigatur,* Cap. 20. *aph.1.2.*
  - Conuulsione *auertenda fomentis calefacientibus,* Cap. 20. *aph.5. vulneris dilatatione & purgatione, aph.7.*
  - Excremẽtis
    - Alterandis.
      - Sanguis *grumosus in vulneribus internis incidenti potione dissoluitur,* Cap. 16.
      - Humor *crassus & acris incidentia postulat & adstringentia prædominantis habita ratione,* Cap. 19 *aph.5.6.*
    - In *pus conuertendis, cùm scilicet non possunt aliter expurgari commodè,* Cap. 18. *aph.6.7.*
    - Cap. 17. Absumendis *exsiccantibus admotis, vt vino vel aqua vini, aph.1.2. aqua ardente, aph.3. victus ratione tenui,* Cap. 18. *aph.2. Rimula cranei trepano dilatatur ad expurgationem,* Cap. 21.
    - Abstergendis: *Ita sanies.* (Cap. 18. *aph.1.*) *abstergitur, aph. 3. Sordes exsiccantibus abstersiuis,* Cap. 19. *aph.1. absq; ue mordicatione, aph.2.*

DOCTRINA SEXTA DE CVRATIONE MORBI COMPOSITI ET specialiter apostematis, cuius capitulũ est vnicum, & Aphorismi XXI.

AVertendo fluentia, & dissoluendo continua, vel extirpando curantur apostemosæ collectiones. *I.*

GAlenvs in libro de mala cõplexione diuersa, volẽs tradere modũ generationis apostematis, sic dicit, quòd cùm in musculo calida effundatur superfluitas, tũc maiores venæ, q̃ sũt in ipso pulsatiles & nõ pulsatiles implẽtur primò & extẽduntur: deinde post illud illę, q̃ sũt minores, & cõsequẽter ꝓcedit sic, donec ad minores perueniatur venas. Cũ ergo illa superfluitas redundat in venis, & eã nõ cõtinẽt, effluit aliquid ei⁹ ex orificijs illarũ venarũ, & resudat aliquid ex ea, & egreditur ex ipso corpore venarũ, postquã illud fit, implẽtur foramina, q̃ intra prima mẽbra existunt illa superfluitate, adeò donec incalescãt & humectẽtur vndiq; ex illa humiditate, q̃ cõtinent, &c. Et subdit: Hæc quidẽ ægritudo dicitur apud græcos phlegmon, quod apostema est calidum, &c. Ex quibus apparet, qđ apostema est morbus cõposit⁹, q̃a in ipso est mala cõplexio, mala cõpositiò, & solutiò continuitatis, vnde manifestè apparet, quod si volum⁹ ipsum curare, oportet quòd materia illa repercutiatur, quò debet. Et ꝓpter hoc dicit regula, Auertendo fluentia, & si nõ põt repercuti, vel nõ debet, saltẽ resoluatur, q̃ est melior cura secundũ Gal. in lib. de mala cõplexione. Et dixit regula dissoluendo continua: & si non potest resolui, conuertatur in saniem, & per consequens euacuetur: & secundum dicit regula: vel extirpando curantur apostemosæ collectiones.

Fluxum auertit humorem, quod retrahit aut repellit. *II.*

SVperiùs dictũ est, quòd auertẽdo fluẽtia extirpãtur apostemosæ collectiones: Nũc magister exponit modos auertẽdi, & dicit: quòd hoc fiat retrahẽdo: q̃ retractio põt dupliciter considerari: nã aut fit vigore infrigidationis, & cõstrictionis alicui⁹ appositi, qđ nõ permittit ampli⁹ talẽ humorẽ trãsire ad illud mẽbrũ, & istud vocatur ꝓpriè repercutere materiã, aut fit, vel vt talis humor trahatur ad alias partes corporis, aut euacuetur à corpore, sicut facit ventosa in parte opposita, & phlebotomia à parte opposita, ligatiò, fricatio, cauterisatio, aut magnũ exercitiũ mẽbri oppositi, & tũc tale mẽbrũ nõ apostemabitur, & si apostemetur, citò curabitur, aut saltẽ apostema non veniet ad statũ, vel ad augmẽtũ, & hoc dicit sequẽs canõ.

Euacuantibus aliũde, quàm per partẽ apostematam, & maximè sensibiliter fluentia retrahuntur. *III.*

Ista regula iã est exposita, & per se est manifesta.

Pullulantibus in corpore bubonibus, aut furũculis, detractio sanguinis & refectio tenuis exterminãt exituras. *IIII.*

BVbones dicũtur apostemata ca. de genere phlegmonũ, q̃ nascũtur in emũctorijs, q̃ altoyn vocãtur: talia apostemata sũt venenosa in tẽpore pestilẽtiæ. Furũculi autẽ dicũtur apostemata cal. de genere phlegmonũ q̃ nascũtur in diuersis partib. corpo-

corporis, quæ quidem causátur à malo sanguine peccante vt plurimum sui quantitatem, & natura regens repellit ipsum ad superficiem corporis: si autem patiens abstineat à cibis & potibus talem sanguinẽ generantibus, necessariò exterminátur tales exituræ & talia apostemata: quia non est mirum, si cessent accidentia: cũ purgentur humores facientes ea, vt ponit Gal. 4. apho. cõmento illius: Quibuscunque in febribus aures surdescũt, &c.

Absque cibi tenuitate, nunquam humoralis collectio commodè resoluetur. V.

AVic. in 2. can. tract. 1. ca. 4. sic dicit. Resolutiua medicina, cuius proprietas est, vt separet humorem ipsum in vaporem, & exhibendo ipsum à loco, in quo fuit retentus. s. partem post partẽ, donec assidua operatione annihilet illud, quod ex eo remanet fortitudine suæ caliditatis, ex quo textu apparet, quòd tale resolutiuũ cõmouet ipsum humorem, ipsum calefacit, ipsum diuidit, ipsum subtiliat, & ipsum per poros expellit: ad quas operationes necessariò sequitur attractio ad locum apostemosum, & specialiter, si humor abundet in corpore, ergo sequitur conclusio, quòd si commodè volumus resoluere, necessariò debeamus iniũgere tenuem diætam, vt talis humor non nimis abundet.

Non solum repellit membrum, vtpote fluxui resistendo, sed medicina repercussiua refrigidando, & constipando. VI.

QVòd medicina repercussiua debeat esse frigida, apparet: nam frigidum immobilẽ reddit materiam feruẽtem, & etiam ipsam incrassat, etiá partes mẽbri cõstringit: vnde necessariò sequitur repercussio: q̃a autẽ debeat esse styptica, apparet, qd̃ tũc magis cõstringit, opilat, claudit, & cõiũgit partes mẽbri, & specialiter, si cũ stypticitate sit frigida, sicut plantago, psydia, semperuiuum, &c.

Vbi calidus, mediocris aut subtilis humor ad collectionem non fluxerit, repercußio fit nociua. VII.

Quando debeat fieri repercussio materia.

SEcundũ Aui. 1. can. fen. 2. doc. 1. c. 5. omne apostema aut generatur p̃ viá deriuationis, aut per viá cõgestionis: si p̃ viá cõgestionis, semper repercussio, si fiat supra mẽbrũ apostemosũ, nocet: bene posset fieri in mẽbris, q̃ sunt viæ ad tale mẽbrũ, vt nõ veniret nimiũ de nutrimẽto ad locũ apostematũ. Si aũt fiat p̃ viá deriuationis, aut est materia cal. præter naturá, sicut est sanguis, cholera, & tũc ratione bona cõueniũt repercussiua: Aut est materia cal. p̃ accidẽs, q̃ quáuis sit frigida sua natura, tamẽ p̃ putrefactionẽ effecta est calida & tũc cõueniũt repercussiua debilia, & iũcta vt resolutiuis, & mollificatiuis: aut est materia frigida, sicut phlegma, aut melãcholia, aut vẽtositas, aut aquositas, & tũc nullo mõ cõueniũt repercussiua: Et ratio: nã cũ talis materia iá facta est inobediẽs sua cõplexione, q̃ est frigiditas, repercussio, magis ipsá infrigidaret. Similiter si apostema est in emũctorio mẽbri principalis, nunquá debet fieri repercussio. Similiter si corpus sit plethoricũ, timẽda est repercussio, similiter si apostema sit, in membro, prope mẽbrum principale, timẽda est repercussio: hæc habẽtur ab auctoribus à ratione, & ab experiẽtijs, & specialiter est doctrina Aui. in 4. fen. 1. c. 5.

Euaporatiua moderata caliditate dissoluũt insẽsibiliter tumorẽ collectũ. VIII.

TAlia euaporatiua debẽt esse moderatè cal. caliditate virtuali, siue potẽtiali: Et causa est: nã caliditas potest subtiliare, & aperire poros, & si esset multũ caloris, adureret materiá, & corrũperet naturá mẽbri propter nimiá caliditatem: & etiam debẽt esse calida caliditate actuali, vt magis iuuetur caliditas virtualis: quæ autẽ sint talia, sæpius vsus sum sacculis de camo. & de furfure, & de semine lini cocti in aqua, & apponũtur cal. sic, vt mẽbrũ toleret tẽperatè: & aliquádo iũgitur vinũ ipsi aquæ, aliquando acetũ in modica quantitate, aliquádo apposui pultes tepidas: & bene me inueni.

Magna collectio, præcipuè craßi humoris, tutius in saniem vertitur, quam euaporatione dissoluatur. IX.

POsset petere iuuenis quando nõ potest, vel nõ debeat curari collectio cum repercussione, & venit ad augmentũ quid faciendũ? Respondit in regula immediatè præmissa, quòd debet resolui, si sit ex humore calido, & quando non sit nimis magna collectio. Tunc adhuc potest petere iuuenis: quid agendũ, quádo materia nõ est calida & quádo est multa in quãtitate? Respõdet regula p̃sẽs, & dicit quòd tũc tutiùs sit ipsá cõuertere in saniẽ, & causa est: q̃a quádo materia est frigida, vel grossa, vel multa, natura non est potens ipsam resoluere: & si omnimodè laboremus cum resolutiuis puris, nõ poterimus habere intentũ: imò citiùs resolueretur calor naturalis membri, & materia magis malignabitur: & ideò tutiùs est conuertere ad saniem, & hoc est, quod dicit canon.

Collectiones, quæcunq; fuerint intra craneum, & thoracem, nunquã intentione directa vertit in saniẽ artifex eruditus, sed indirectè, cùm cogitur lenire maturatiuis doloris acerbitatem. X.

DIctũ est superiùs, quòd collectiones magnas de grossis humoribus tutius sit conuertere in saniẽ, quá resoluere. Diceret iuuenis: hócne verũ in collectionibus, quæ fiũt intra craneũ, & thoracem? dicit quòd nõ est: & ratio est, nã si sanies generetur in mẽbris interiorib9, duo sequũtur incõueniẽtia: primũ est, quia in generatione saniei fiũt multæ febres & fortissimi dolores, q̃ sunt fugiendi per posse: quia dubiũ est, quòd patiẽs nõ moriatur, antequam sanies sit perfecta. Secundum incõueniens est, nã quando sanies est generata, statim est expellẽda ab apostemate: quod fit facile in mẽbris exterioribus: sed est difficile, imò aliquando impossibile in mẽbris interioribus, & specialiter in illis, quæ teguntur ab ossibus, sicut in craneo, & thorace. Iterum quia resolutio est facilior, vt in pluribus apostematibus intrinsecis. Primò quia vt plurimũ nõ táta materia: secũdò q̃a calor naturalis cũ sit fortior, interiùs magis iuuat ad resoluẽdũ in intrinsecis, q̃ in extrinsecis, attamẽ intelligẽdũ hoc, vt in plurib9: quia aliquádo debet se iuuare in talibus cũ maturatiuis ꝓpter duo: primò ꝓpter acerbitatẽ doloris, sicut ponitur hîc: secundò ꝓpter maximá inobediẽtiá materiæ, q̃ nõ põt resolui. Et ideò debet maturari, sicut ponunt auctores de pleuritide, empimate, & peripneumonia, & de

In collectionibus intra craneum & thoracem fugienda est saniatio quantum potest.

apostematibus cerebri, tamen cum talia apostemata saniosa fiunt, pauci euadunt.

Euaporatiua & saniatiua, nisi notabili caruerint siccitate, periculum est in sclyrosim verti collectionem. XI.

Collectio saniosa per incisionem dissoluitur, & saniei expurgationem. XII.

DIctum est in præcedentibus aphorismis, quòd in apostematibus, quę non possunt repercuti, neque in eis, quæ non possunt resolui, procuranda est sanies. Quæreret iuuenis: Domine, quid faciemus cum sanie, quando fuit generata? Respõdet & dicit, quòd debet incidi apostema, & tota sanies inde expelli: Si valet aut debeat, docet Aui. in 1. can. fen. 4. ca. 25.

Ne chordæ vel nerui putrescant in collectionibus iuncturarum, perfecta generatio saniei præuenitur incisione. XIII.

Quando fieri debet incisio ante completam saniationem.

DIceret iuuenis: docuistis, quòd incidatur apostema, quando facta est sanies, per quam incisionẽ illa sanies possit educi de apostemate: expectabóne, quod sanies sit omnino perfecta? Respõdet, quòd nõ, in apostematibus iuncturarũ: & ratio est, quia ibi sunt chordæ & nerui, qui citius putrefierent, quã sanies esset perfecta & ideò sciẽdum secundum doctri. Hipp. & Gal. 1. apho. Digesta medicari, &c. & etiam in 4. apho. Medicari in valdè acutis, &c. quòd ad eductionem cuiuslibet materiei præter naturam necesse est, vt ipsa materia digeratur, nisi ipsa materia fuerit furiosa: Sed si fuerit furiosa, nõ debet expectari digestio: imò est euacuanda ante digestionem, vnde fiunt illi versus communes: Sinocha cum cholica, phrenesis, squinantis & anthrax, Materias crudas euacuare iubẽt. Secundum quos versus commenti 8. causam de materia venenosa primo propter nimiam sui multitudinem, sicut vidi in aliquibus apostematibus, quã causata erant, quòd citius membrũ esset corruptum, quàm natura illam materiã deduxit ad perfectam saniem. Secundo propter nimium dolorem, & ad istum modum potest reduci præsens canon: cum iuncturæ & capita lacertorum prope iuncturas sint maximi sensus, veniũt multi humores: & aliquando si expectaretur perfecta sanies, citius putrescerent, vel spasmum acquirerent nerui & chordæ: Tertiò propter nobilitatem membri, vnde si fieret apostema in capsulis cordis, vel in ventriculis cerebri, quantò citius potest, debet homo illam materiã resoluere. Quartò propter officium membri, sicut in squinantia. Quintò propter ventositatem materiæ: & ideò aliqui in morbis lethalibus extirpabãt totum apostema, antequam maturaretur.

Multa parit incõmoda, differre apertionem saniosæ collectionis. XIIII.

CAusa est, quia sanies ex toto est res præter naturam: & ideo multa facit incommoda, nisi euacuetur, & ipse subdit causam.

Collecta sanies, & maximè, quæ in sclyrosim vertitur, cancrum, aut lupũ, aut fistulam machinatur, aut transit in bocium. XV.

TOta ratio est: nam sanies, nisi euacuetur, non regitur à calido naturali: & ideo necessariò trãsit in qualitates pessimas, quibus corrumpit mẽbrum, in quib. continetur: vnde secundum cõplexionem patientis, & secundum diuersitatem humorum, qui concurrunt ad apostemata, nisi euacuentur, efficitur illa sanies corrosiua, sicut in cancro: aut putrefactiua, sicut in, lupo aut cauernatiua, sicut in fistula, & si sit complexio frigida & humores grossi, sicut in bocijs.

Multitudo scrophularũ colli securius extirpatur corrosione medicinali, & saniatione, quàm ferro. XVI.

AVicẽ. in 4. can. fen. 3. tractatu 2. ca. de cura scrophularum, sic dicit: Et cùm scrophulę sũt magnæ, tunc plasiarij abstineant à curatione earum cum ferro, & cum medicamine acuto, & illud est de illis, qui ducunt ad vlcerationem earum, & corruptionem ipsarum, &c. Et subdit, quòd si necessarium est in curatione scrophularum vti ferro, oportet tunc, vt fiat administratio eius in scrophulis non vicinis plurimis venis, & venis pulsantibus, & neruis. &c. quare apparet, quòd operatio cũ ferro in scrophulis magnis sit periculosa, propter vicinitatem earum cum neruis, arterijs, & venis: ideò securius fit cum medicinis.

Quælibet extirpatio pestis inguinariæ vel subaxillaris, plurium scrophularum in pueris, & debilibus est verenda, maximè in æstate, ne corpora febribus, aut nimia purulentia contabescant. XVII.

TAlis pestis prouenit ex multitudine materiæ ad talia emũctoria delegatæ: & ideò verẽda est in pueris, & debilibus in æstate. Et ratio est: nam non possunt repercuti propter duo: primò, quia sunt in emunctorijs: secũdò quia materia est frigida, & grossa: & ideò oportet, quòd resoluatur talis materia, aut suppuretur: quodlibet horum apponatur, attrahitur multum de materia, quæ rarificabitur, & commouebitur, ad quam commotionem, & rarefactionem, & calefactionem sequitur febris, si materia sit mota, & remaneat in interioribus, aut purulẽtia, si expellatur ad membra exteriora.

Scrophularum extrinseca multitudo clamitat earum pluralitatem intrinseca, & ideò talibus scrophulis nihil proficit exteriùs operari. XVIII.

TOta intentio Magistri est, quòd vbi talia apostemata multiplicantur in exterioribus, significant multitudinem materiæ antecedentis, & ideo non est laborãdum exterius, donec talis multitudo fuerit diminuta, quæ diminuuntur bono regimine, & bonis euacuationibus, tam per vomitum, quàm per secessum, &c. sicut docent auctores, & specialiter Aui. in 4. fen. 3. tracta. 2.

Bocium colli verendum est incisione, vel corrosione dissoluere vel extirpare. XIX.

IStud apostema est de materia grossa, & viscosa, & est in loco vicino neruis, arterijs, & venis, & tracheæ arterię, quare est periculosũ corrodere, vel incidere: Et ideò recurratur ad alias curas, vel di-

vel dimittatur, quia communiter non interficit, sed dedecorat.

Vsus aquarum mineralium, & maximè saporis tartarei, vel acuti, non solũ interiora bocia, sed extrinseca valde extenuare. XX.

Ratio est: nam tales aquæ sunt calidę & siccæ & per consequẽs carminatiuę, subtilitatiuę, incisiuæ, exsiccatiuæ, & resolutiuæ: quare necessariò longo vsu tam exterius, q̃ interius, & alia apostemata dissoluunt, sicut expertũ est de aquis marinis, & de aqua calidarum & ærularum.

Glandulosa collectio nõ inhærens neruis aut magnis venis, vt nodus, extirpari debet incisione cum cysti sua. XXI.

Causa huius euidens est: nã talis cura est breuis, clara, secura, aperta & facilis. Quòd autẽ sit facilis & perfecta, patet ad sensum, & bene expellitur cum sua cysti. Quòd aũt sit secura, apparet quod non inhæret neruis, neq; venis, neq; arterijs. Sciendum tamen, quòd quãdo tale apostema est expellẽdum, bonum est, quòd corpꝰ priꝰ purgetur, & etiã bonum est, quòd fiat in Lunæ electo aspectu.

DOCTRINA SEPTIMA, CVIVS CAPITVLA SVNT TRIA: CANONES REGENDI CONVALESCENTES, & specialiter à morbis vniuersalibus: Cap. I. cuius Aphorismi sunt XIII.

Vera conualescentia, nec morbum patitur, nec radices eius. I.



ONVALESCENTIA est dispositio neutralis, qua corpus procedit à morbo finito, vsque ad salutem solitam: Et sciendum, quòd in morbo, quæcunq; fuerint, virtutes debilitantur: & hoc secundum magis & minus: quare sequitur necessariò, quòd quamdiu morbus durat, tamdiu virtutes amittuntur, sed quãdo morb. est finitus, & determinatus, membra reducuntur ad suas operationes & non possunt reduci sine spatio temporis: & dispositio corporis, quæ est in tali tempore, vocatur conualescentia, quæ est duplex: nam quædam dicitur falsa conualescentia, in qua morbus adhuc durat, sed multum est diminutus, intantũ quod videtur patienti, morbum cessauisse, quod aliquando euenit propter duritiem virtutis sensitiuæ: & etiam imperitus Medicus hoc credit propter sui ignorantiam: vel posito, quòd morbus formaliter cessauerit, cùm nõ cessauerit materia: quia sua causa, quæ vtplurimũ est malus humor, non est penitùs euacuata: iuxta illum aphoris. Quæ relinquentur in morbis, &c. Ad quam conualescentiam vtplurimum sequitur recidiua: alia conualescentia est vera, de qua loquitur pręsens canon, in qua no est morbus formaliter, neque materialiter, & ad istam non sequitur recidiua.

Declinando à primitiuis causis abscisi morbi conualescentia solidatur. II.

Ratio dicti est: nam omnis cura fit per cõtrarium: cùm igitur morb. habuerit causas primitiuas, ex quib. consecutę sunt antecedentes, & finaliter coniunctæ, ex quibus immediatè factus est morb. necessariò abscisionè morbi: ablatione coniuncta causa, & quasi annullata ipsa antecedens. Sed causæ primitiuæ remanent adhuc post morbum: ergo dicit regula, quòd declinare debemus ab ipsis, si volumus ipsam conualescentiam solidare: quia aliàs periculum est: Ideò rationabile est, quòd adhuc procuret similem morbum, sicut verbi gratia: Sortes propter nimiam solicitudinem alicuius operis multum vigilauit, parum comedit, comedit cibaria calida & acuta, finaliter multũ laborauit, & iratus est, inde incidit in causonem, vel tertianam cõtinuam, vel interpolatã, quam bene rexit Medicus, & infirmus finaliter curatus est à morbo: & ideò in sua conualescentia debet esse in tranquillitate, bene dormire comedens cibaria frigida, & humida, parum laborare, & non dare locum iræ, & sic solidabit suam cõualescentiam.

Tranquillus & purus aer solummodò conualescentibus est amicus. III.

Ratio est: nam sicut dictum est, virtutes corporis debilitatæ sunt in morbo. Et ideò omnis aer pluuiosus, turbidus, crassus, calidus, frigidus, humidus, & nimis siccus faciet sibi læsionẽ: quia tale corpus non poterit restitui pristinæ sanitati: Ideò conualescentes debent eligere aerem clarũ, & quietum, & temperatum.

Mansio, quam infecit ægritudinis prætaritæ longitudo, cõualescentis profectui squalore carceris aduersatur. IIII.

Ista regula patet propter duo: Primum quia talis aer est totus putrefactus, & corruptus à morbo præcedenti: & ideò aduersatur conualescenti, sicut dicit prima regula. Quia qui vult bonam conualescentiam, declinare debet à causis primitiuis, ne moueat̃: modò aer vna sit de causis primitiuis: secudũ est ꝑpter accidentia animi, quia ægrotans si ęgrotauerit in vna villa, vel in hospitio, vel in vna camera, vel in vno lecto, videtur sibi quòd talis ciuitas, vel talis domus, vel talis camera, vel talis lectus sit sibi carcer: & si mutat hoc, videtur se esse alleuiatum à carcere, vnde multum iuuatur.

Conualescens incautus recidiuam patitur festinanter. V.

Causa est duplex: prima est debilitas virtutis, quæ non potest resistere causis imprimentibus malis, quæcunq; sint. Secũda causa est dispositio corporis, & humoris, & membrorum, quib. facilè accidit mala impresio, nisi fuerit calidus.

Sobrietas & perfecta digestio corroborant membra conualescentis. VI.

Causa est: quia tunc membra debilia sunt, & nisi accipiatur cibus sobriè, & nisi benè digeratur, statim generat superfluitates, in quanto & in quali, quæ grauant corpus: & si accipiatur sobriè, & bene digeratur, mẽbra attrahunt ipsum cibũ, bene alterant, iuxta doctrinã Hippo. & Gal. in 2. aphoris. plerunq; omnes malè habentes, &c.

Puritate alimentorum, & potibus aromatizatis, conualescentium incõmoda reparantur. VII.

CAusa est: Nam si alimenta sint pura. i. carentia vitio quantitatis & qualitatis, & ordinis, bene digeruntur: & per consequens bene restaurant deperdita in mẽbris, quę vires mẽbrorũ fortificant, quæ tunc potentes sunt reparare talia incommoda. Idem intelligendum est de potibus aromatizatis, reparando, & confortando spirit⁹, qui sunt instrumenta virtutum.

Dulcib. melodijs, amœnis prospectib. cõualescentium animis reflorescit. VIII.

ISta reducuntur ad hoc: quia cõfortant virtutes animales, ex quarũ cõfortatione cõfortãtur naturales, & ꝑ cõsequẽs vitales: vnde anim⁹ reflorescit. i. totum corpus suas virtutes recuperat.

Stellarum sublimitas, gemmarum varietates, plantarum viriditas, aquarum puritas intuitum refocillant. IX.

TOta causa est perplacẽtia, quam habet aspiciens circa ista, ex qua perplacentia generatur gaudiũ, quod gaudiũ augmentat virtutẽ iuxta illud, quod dicit Aui. 3. can. fen. 11. tracta. 2. in vltimis, sic dicens: Et scias, quòd virtus augmentatur cibo, & vino subtili conuenientib⁹, & odorãtibus bonis, & tranquillitate, & gaudio, & dispositione eorum, quæ contristari faciunt: rememoratione rerum amabilium, & habitatione cũ dilectis.

Exteriori corporis lotione, & maximè capitis, non solum alleuiantur membra cõualescentis, verùm animus recreatur. X.

CAusa est: nam ex tali lotione, sicut capitis, pedum, tibiarũ, brachiorum, & aliquando totius corporis, & maximè si sit assueta tempore sanitatis, remouentur multæ opilationes, quę claudebant meatus, & poros, per quos multi mali vapores exhalant à membris & corpore: & etiam, quia exonerat membra à fœditatibus, & sordiciebus exhalantibus, ex qua exhalatione & exoneratione animus recreatur, vt patet ad sensum: attamen in conualescentia morbi maligni, qui valde vexauit patientem, non est nimis festinandũ: quia virtus adhuc est debilis ad sustinendum cõmodè, propter duo: Primò, quia exhalant aliqui boni spiritus, qui iuuabant naturam. Secundò quia introducitur mala cõplexio frigida, & ventositas per poros apertos.

Lotio cerebra pedũ, capiti conualescẽtis & visui præbet sinceritatem. XI.

RAtio est: quia ex tali lotione diuertuntur, & euacuantur multi fumi, qui grauabant caput, & obfuscabant visum.

Exercitia consueta & placida quæ morbum præteritũ nullo modo causauerũt, si resumantur paulatim, & moderatè, prosunt conualescenti. XII.

EXercitiũ est vna de reb. nõ naturalib. qd̃ si fiat, vt decet, & quando decet, causat sanitatẽ & cõseruat ipsam, vt docet Auic. in 1. cano. fen. 3. doctrina 2. vbi sic dicit: propterea, quod plurimũ regiminis cõseruationis sanitatis est, vt nos exercitemur, &c. & etiã Gal. in 2. de regimine sanitatis, vbi diffinit ipsum sic: Exercitium est motus vehemens intantum, vt alterum respiratione maius vel minus, vel velocius, vel spissius, vt equitando, fodiendo, incedendo. Quia vtilitates exercitij sunt duæ ad euacuationem superfluitatum, & ad bonam valetudinem solidorum corporũ, &c. igitur si sint consueta cum consuetudo sit natura secunda, sic dicit Galen. in lib. de viribus cibariorum cap. 1. & cùm sit natura acquisita, sicut allegat Ga. in 2. de complexionibus. ¶ Item si sint placida, cùm omne placidum sit amicum naturæ, sicut ponit Hipp. parum deterior de cibus & potus, &c. & etiam quod non causauerint morbum, non est mirum, si prosunt conualescenti, & hoc est, quod dicit præsens canon.

Aromaticæ confectiones & temperatæ studio peritorum factæ, conualescentes viuificant matutinis horis, & vespertinis. XIII.

IStud maximè est verum in conualescentibus, qui passi fuerunt longas ægritudines, vnde diuersa incommoda remanserunt tali corpori, posito, quòd morbus sit finitus, sicut remanent sæpe iectigationes, insomnietates, prostrationes appetitus, dolores oculorum, capitis, & intestinorũ debilitates, & mollicies iuncturarum, quibus periti solent componere multas confectiones, quæ debent esse aromaticę, sapientes imperant, & administrant horis matutinis, & vespertinis, ne turbent cibum, neque turbentur ab eo.

CONSIDERANDI NECESSARIA, QVÆ PERTINENT RECIDIVO, CAP. II. CVius Aphorismi sunt. VII.

DEbiles & incauti promtissimè recidiuam patiuntur. I.

RECIDIVA est, quando morbus redit similis in specie ipsi patienti, antequam integrè restituatur, siue ad perfectam sanitatem, siue ad solitam sanitatem: & ideò si talis patiens sit debilis, aut sua natura, sicut sunt melancholici, aut fuerit debilis propter morbum præteritum, sicut melancholicis contingit, aut vtroque modo, nõ est mirum, si leuiter in similem morbum decidat facili causa: quia nõ potest resistere causis imprimentibus, & specialiter, si cum hoc fuerit incautus, id est malè se regẽs in sex rebus non naturalibus, sicut sunt multi: & hoc est, quod dicit regula.

Grauis recidiua in conualescentia superueniens, minatur periculum. II.

HÆc volunt verba Aui. in 4. can. fen. 1. tractatu 4. in vltimo ca. q sic dicit. Recidiua peior est radice, vel deterior, & cõsilium quidem est, vt in ea non fiat initium ad curandum, donec manifestus sit modus ægritudinis: nam secundũ plurimum est sæua: & ratio est, nam virtutes sunt debiles: Et ideò non possunt morbum nouum superare, vel tollerare, & etiam iocosè loquendo, qa patiens est tædiosus expendere, assistentes sunt tædiosi seruire, quare Medicus vacillat.

In grauibus debilium recidiuis perplexus est Medicus. III.

CAusa est: Nã graues recidiui, requirunt diętã tenuem, vel vergentem ad tenuitatem: etiam requirũt digestionem materiæ & apertionem opilationum, & etiã euacuationem materię peccantis: & ista requirunt virtutem cõstãtem, sed cùm medicus videat clarè patientem debilem, non est mirum, si est perplexus, secundum quod dicit regula.

Impugnare morbum, & virtuti sub ministrare fomenta in recrudatis debili bus, valde graue. IIII.

ISte canon reddit causam pręcedentis, & clarus est.

In validis recrudatis, aut cibis medicinalibus, erit subueniendum, aut leuissimis antidotis cõuenit medicari. V.

CAusa est, quòd virtus est fortis, quia tunc patiens sustinet abstinentiam, qua patiens ex plenitudine curantis, iuxta aphorismum Hippo. Nam pura corpora, &c. & etiam sustinet medicinas fortes, tam alterantes, quàm aperientes, quàm euacuantes.

Suaues fricationes debilium in recidiuis conuenit frequentare. VI.

QVæstio posset fieri: Domine dixistis, quòd Medicus sit perplexus in gradib. recidiuis corporum debilium: ergo quid faciemus? Dicit vt procedas cum frequenti fricatione.

Prudens Medicus in grauibus recidiuis, nunquam omittit periculum pro testationis. VII.

IVxta dictum Hipp. primo prognosti. finis medicinæ laudabilis existit, cùm auctor futura in singulis perpendit, quamuis omnes procurare minimè possit.

CANONES ADAPTANTES MORALIBVS ANTEDICTA, CAP. III. CVIVS *Aphorismi sunt quatuor.*

P*Arabolæ Salomonis ostendunt, quod quid sapientes in considerationibus naturalibus protulerunt, conuenienti metaphora, moralibus adaptauerunt.* I.

SALOMON fecit librum, qui in Hebraica lingua missę nũcupatur, & in nostra lingua vocatur Parabolę, siue liber Prouerbiorum: & ponit ibi multa documenta moralia ad habendum prudentiam, sicut ipse ponit in principio, sic dicens: Parabolæ Salo- A monis regis Israel, ad sciendam sapientiam, & disciplinam ad intelligenda verba prudentiæ & sustinendam eruditione doctrinæ iustitiam, & iudicium, & æquitatem, vt detur paruulis astutia, & adolescentibus scientia, & intellectus, &c. Et in toto processu ponit multa, quæ naturalibus naturaliter insunt, ex quibus homo intelligens potest se erudire, & gubernare secundũ veram prudentiam, & iustitiam, & fortitudinem, & temperantiam, quibus efficitur homo bonus, & sine ta- B libus virtutibus homo non potest dici bonus, & hoc allegat præsens regula & bene.

Doctor gratiosus, & efficax parabolis vtitur ad occulta, per sensibilia declaranda. II.

CVm omnis vera cognitio à sensu oriatur, & ab his, quæ sensibilia sunt, habeat ortum, necessariò ipsa sensibilia debent gratiosè & efficaciter demonstrari iuuenibus, & addiscẽtibus: quia C tunc intellectus discurrens per ea, abstrahit multa media, & multas conclusiones. Vnde per sensibilia venit intellectus ad cognitionem insensibilium, & occultorum, & arduorum, & subtilium, vt declaratur per totum processum theologiæ, & per totum processum medicinæ: Et ideò tales parabolæ vtiles sunt, sicut dicit canon.

Aeterni Doctoris euangelica lectio testatur, eundẽ fuisse parabolanũ. III.

D COnfirmat, quod dictum est per locum ab auctoritate, & allegat Doctorem æternum .s. Dominum Iesum Christum, qui docuit discipulos suos, & informauit eos, & instruxit etiam gẽtes & populos de regno Dei, & de via eius, & de voluntate Dei. Et hoc per multas similitudines, quas posuit in sua doctrina, sicut ponunt sancti Euangelistæ in libris suis, vt manifestum est omnibus.

Sapiens igitur ad exemplum ipsius præmissa reducet in parabolas opportunas. IIII.

E COncludit suum intentum circa istud opus, quasi epilogando, sic dicens: in præsenti opere tibi scripsi, ô Iuuenis, regulas breues, quæ in medicina aphorismi appellantur, quę continent magnam partem curationum ægritudinum, & conseruationum sanitatis, & tamẽ si crudè ipsas accipias, forte non essent tibi sufficientes, sed non accipias eas crudè: immò ad exemplum istarum F regularum, quæ dictæ sunt intelliges optime, & per oportunas similitudines, alia quæ non sunt scripta, & sic habebis opus perfectum.

ARNALDI DE VILLA NOVA TABVLAE, QVAE MEDICVM INFORMANT SPECIALITER, cùm ignoratur ægritudo.



ANTEQVAM innotescat, &c. Quia canon præcedens obligat Medicum ad prohibendum ægro nociua, & iniungendum vsum iuuantiũ, prout natura membri requirit, & fieri põt, sicut in mor- G bis occultis, & maximè cõpositis, quòd Medicus in primis visitationib. nequeat ipsum morbum secundum speciem, aut causas eius exquisitè cognoscere: propterea docet in tali casu regere patientẽ cõuenientissimo mõ quo regi potest secũdũ artẽ, vel regimen, intendẽs qd in casu prædicto nequeat Medicus determinare, quid rationé

morbi nociuum, aut iuuatiuum sit ægro, quousque determinatè cognouerit totam naturá morbi: rationabile est, vel expediens, vt regat eum taliter, quòd saltem per regimen non lædatur: cum directè non posset eum iuuare per impugnationem directam ipsius morbi, nec sit conueniens, quòd infirmus destituatur, aut careat, solatione beneficij medicinæ: nam hoc ei tristitiam, & desperationem adferret: & medicus duceretur in opprobrium, & contemtum. Vt igitur vtrique prouideatur diligenter, & conuenienter, expedit vt regatur patiens causis neutris, quæ quidem neutræ dicuntur, quantum ad effectum curationis: quia nec per contrarietatem ad morbum possunt dici curatiuæ ipsius, nec per conformitaté ad ipsum possunt dici efficientes, aut conseruatiuę morbi: & talia sunt omnia temperata, vel vicina temperamento: siue sint talia per naturam, siue per artificium: hæc enim, inquantū talia sunt non immutant corpus: quemadmodum temperata, vel si forsan immutent, vel alterent, vt vicina temperamento, tamen immutatio illa, vel nó est sensibilis: aut si per vsum continuatum aliquandiu manifestaretur, nociua impressio corrigi posset facilimè. Propter hoc talia securè possunt in quocunque tempore morbi quibuscunque corporibus applicari, maximè quando per tales causas neutras virtus conseruatur, aut cófortatur, sicut per cibos temperatos, & per medicinas, quę à propritate conferunt virtutibus regitiuis. s. vitali, animali & naturali. Sic enim Medicus prospiciet notabiliter infirmo, quátum ad principalem eius intentionem, quæ respicit virtutem: quamuis notabiliter nequeat, quantum ad eam, quę respicit morbum: & licet in cognitione quarumcū que causarum debeat Medicus esse promtus, in notitia tamen harū neutrarum debet esse promtissimus, quoniam in his non solum in causa prędicta, sed in omnibus alijs potest indubitanter prodesse absque timore nocuméti, ad quá promtitudinem habendam debet huiusmodi causas in tabulas describere: Tabulam quoque cum attentione sæpius intueri. Forma verò tabulandi seruabit hunc ordinem, scilicet vt primò cibaria temperata sub prima linea describantur, deinde sub secunda scribantur medicinalia, & vtrobiq; combinatio est ipsarum: Cuius tabulationis exemplum subiungitur hic propter vrgentem necessitatem.

Medulla panis electissimi.

Medulla biscocti optimi, remollita in aqua, vel vino albo lymphatissimo.

Lac amygdalarum, parum bullitum, vel cum aqua feruenti factum, iniecto supradictarum in lacte prædicto.

Tortellæ de pasta fermentata factæ cū amygdalis pistatis, & saccharo.

Medulla tritici remolliti per noctem in aqua calida, & in crastinum vsq; ad dissolutionem cocta, cum duplo sui de lacte amygdalarum vsque ad mediocrem consistentiam.

Amilum prius aqua simplici coctum duobus feruoribus, dein cum septuplo sui lactis amygdalarum asque ad mediocrem densitatem, vel consistentiam.

Medulla hordei vsque ad dissolutionem, cocta cum duplo sui prædicti lactis vsque ad mediocrem densitatem.

Totum hordeum excorticatum & pri⁹ coctū in simplici aqua, vsque ad dissolutionem, deinde pistatum & coctum, vt suprà cum triplo sui de lacte amygdalarum.

Spelta excoriata, & sicut totum hordeum pri⁹ cocta deinde cū duplo sui lactis amygd. vt suprà.

Medulla speltæ sicut medulla hordei.

Auena excoriata, sicut totum hordeum.

Medulla eius sicut medulla hordei.

Pultes de farina frumenti prius cocta duobus feruoribus siue ebullitionib. cum aqua decoctionis graminis efoliati, deinde cum triplo sui, de lacte amygd. vt suprà.

Pultes de farina hordei prius cocta vnico feruore, cum aqua decoctionis radicum fœniculi, deinde cum duplo sui de lacte amygd. vt suprà.

Pultes de farina speltæ vt pultes de farina frumenti.

Pultes de farina milij cocta prius cum aqua decoctionis prunorum dulcium, cū brodio pullorum, deinde cum duplo sui de lacte amygda. vt suprà.

Oryza cocta duob. feruoribus, simpliciter: & deinde cum triplo sui de lacte amygd. vt suprà.

Pultes de farina risi siue oryzę, cocta prius vnico feruore simpliciter, deinde cum triplo sui de lacte amygda. vt suprà.

Lenticulæ albæ præbullitæ simpliciter, deinde coctæ vsq; ad dissolutionem simpliciter, postmodum in duplo lactis amygd. vt suprà.

Lenticulæ prædictæ post bullitionem coctæ vsque ad dissolutionem cum cæpis albis, & oleo omphancino, vel amygda dulcium & modico aceto, & coriandro.

Lenticulæ supradictæ præbullitæ vt suprà cοctæ in brodio pullorum, aut vituli lactentis.

Aqua pisorum alborum duobus feruoribus coctorum, cum croco, & coriandro, in qua medulla panis superiùs rememorati micæ vel offæ fiant.

Aqua cicerum alborum tribus feruoribus coctorum, cum radice petroselini, & croco, & alba cæpa, in qua panis mergatur, vt in aqua pisorū.

Faseoli remolliti per noctem, in aqua calida decoctionis cimini, & in crastino cocti tribus feruoribus in brodio hœduli lactentis, vel in simplici cum virgis graminis, deinde cum æquali mensura sui de lacte amygda. vnico feruore.

Cerasa alba perfectè matura cum medulla panis superiùs dicti.

Pruna sicca pinguia, vt suprà.

Vuæ vineales albæ post collectioné ad minus 4. hebdomadis reseruatæ cum pane prædicto.

Vuæ passæ albæ bene cum aqua feruenti lotę ter cum farina, in quarū quælibet aliquádiu molleantur, & ab arillis mundatæ sumtæ cum pane sacch vel albis ferculis, vt suprà.

Persica sicca post perfectam maturationem cū prædicto pane similiter.

Poma reseruata post collectioné ad min⁹ hebdomad. sex, assa, & frigida sumta cū pane p̄dicto.

Poma muza siue digesta similiter reseruata & concauata & cum sacch. assa. & super suprà.

Ficus muzæ recentes, aut naturaliter albæ, medullæ

dullæ recentes vel ſiccæ, quæ perfectè maturuerint cum frigida lotæ, excorticatis recentibus, per ſe ſumtæ prius, inde panis prædictus.

Amygdalæ recentes, & teneræ vel ſiccæ mundatæ diu in calida remollitæ, cum pane prædicto ſumtæ.

Pirula mucerella perfectè matura cum pane prædicto ſuprà.

Nuces recentes & teneræ & à membranis mũdatæ ac diu remollitæ in tepida cum pane prędicto ſumtæ.

Malagranata dulcia poſt collectionem quinque hebdomadis reſeruata, mundatis granis & lotis cum calida & ſumtis cum pane prædicto.

Grana pinearum recentia enucleata prius, remollita in calida de ſalſa, deinde lota cum vino albo, vel frigida, ſumta cum pane prædicto vel ferculis albis.

Miſtura duarum partium borraginis, & vnius ſpinachiæ vel creſſonum cum bletis, cùm media trifolij, vel tertia petroſelini præbullita, deinde perfectè cocta cum lacte amygdalarum aut brodio pullorum vel hædi lactentis vel vituli.

Miſtura duarum partium creſſonum & tertiæ ſpinachiorum aut bletarum ſimiliter.

Miſtura ſpinachiorũ, & ſiclę æqualiter, & mediæ petroſelini ſimiliter.

Miſtura trium partium trifolij, & tertiæ ſpinachiorum, aut bletæ ſimiliter.

Miſtura duarum partium bletarum, & tertiæ petroſelini vel atriplicis ſimiliter.

Miſtura duarum partium attriplicis, & tertiæ petroſelini ſimiliter.

Miſtura duarum partium prębullitarum lactucæ & tertię petroſelini, aut ſenetionum, & ſex mẽthæ ſimiliter, aut lactucę prębullitę & cum folijs æqualiter ſimiliter.

Oculi præciſi caulium prius in calida remolliti, deinde cum lacte prædicto cocti vel cum gallinis iuuenculis, aut cum porcinis recentibus carnibus ſemicoctis in olla poſiti.

Portulacæ ſimiliter vel ex duabus partibus ipſarum præbullitarum, & tertia petroſelini & quarta menthæ, fiat ferculum cum lacte amygdalarum.

Teneritates aſparagorum præbullitę in aqua, & ſale deinde coctæ cum lacte amyg. vel gallinis prædictis, aut vitulo prædicto.

Pulpa cucurbitarum recentium, cum toto ſemine præbullita in aqua, & ſale, deinde piſtata & cocta cum brodio gallinarum, vel caponum, aut bouis iuuenis, & lardo baconis dul. vel cum tribus partibus lactis amygdal. & pul. coriandri.

Paſtinacæ albæ perfectè coctæ ſub cineribus, & prunis, & ſumtæ cum pane prædicto.

Paſtinaca alba præbullita, & poſtea cocta cũ triplo lactis amygd. vel in paſtillo cum lardonibus dulcis baconis & pul. coriandri ſuperfuſa agreſta in exitu de furno.

Secacul, quem prouinciales vocãt gerollas, & Galli eſcramides, fruſtatim cocta in paſtillo cum pul. coriandri præparati, & paruis lardonibus, & in exitu de furno inſtilletur paſtillo lac amygdal. factum ſolummodo cum agreſta.

Secacul paſtillatũ per fruſta parua cũ granis granati muzi, & pul. corian. & paucis lardonibꝰ.

Carnes pullorum criſtam emittentiũ vel pullarum mediocris quãtitatis coctæ cum petroſelino, & 7. vel 8. capillis croci ſumtæ per ſe, vel colatura ipſorum, ſimiliter de gallinis octo vel decem menſium.

Alba comeſtio facta de colatura carnium prædictarum, & colatura furfuris vel hordei, aut auenæ vel ſpeltæ.

Carnes prædictæ paſtillatæ cum pul. coriandri & paruis lardonibus atque paucis, ſuperfuſo lacte agreſtę: vt ſuprà.

Carnes prædictæ lardatę & mediocriter aſſatę ac merſæ in lacte prædicto & abſque lardonibus ſumtæ.

De perdicibus & ſtranellis & faſianeolis fiat ſimiliter.

Carnes cuniculi trium menſium, aut quatuor, aut plus præbulliti, & lardati & cum gallinis iuuenibus cocti, vel lactantibus hœdulis, & abſque lardonibus.

Carnes cuniculi prædicti præbulliti & lardati, & in paſtillo cocti cum pilis cuniculi ſuperfuſa prædicta agreſta, in exitu diſſoluto prius in ea toto liquore vnius oui.

Lepuſculus lactens ſimiliter præpararus.

Auiculæ paruæ ſæpius prius elixatę, deinde coctæ in agreſta prædicta cum pul. coriandri.

Auiculæ prædictæ præbullitæ & paſtillatæ cũ paucis lardonibus ſuperfuſa, vt ſupradicta agreſta, & in qua diſſoluantur, primo duo albumina ouorum, & vnum vitellum oui.

Pulmo hœduli præbullitus in aqua, & ſale deinde per fruſta coctus in quinque partibus lactis amydal. & ſex aceti & pulue. coriandri.

Pulmo prædictus in brodio dulcis baconis coctus, deinde per fruſta ſupradicto modo ſemel bullitus in agreſta prædicta, & in pul. coriandri.

Brachium hœduli, & mandibulæ inferioris in fine coctionis bullita ſemel in agreſta ſuperiori.

Collum hœduli & lac ſimiliter præparatum.

Brachium agni moderatè aſſatum, cuius pulpa ſine pinguedine ſumetur cum agreſta prædicta, vel ſapore viridi facto cum puro aceto, & teneritatibus petroſelini.

Collum aut ceruix vituli lactentis, coctum cũ petroſelino & croco appoſito in fine decoctionis.

Qua vnius diei, & mollia, per ſe ſumta, vel cũ agreſta.

Qua prędicta ſingulariter frixa in oleo omphacino, vel ſine preſſorio facto, & vnius anni ad plus mollia, & in aceto modico, vel in agreſta immerſa.

Lac amygdalarum cum ſexta parte boni aceti, vnico feruore bullitum in quo tria vel quatuor oua ponentur in depoſitione ab igne.

Quinque partes aquæ cum ſexta boni aceti, vnico feruore bullitæ ouis prædictis diſſolutis, & ibi poſitis in depoſitione ab igne, cum puluere coriandri vel pauci zingiberis piſtati cum paucis amygdalarum.

Serum recens, maximè caprinum, bullitum & colatum in quo micæ ſupradicti panis aut bis cocti ſimiliter diſſoluantur.

Cancri fluuiales, elixi, & per ſe ſumti cum pane ſupradicto.

Cancri marini tã magni q̃ parui ſimiliter præ-(parati, & ſumti.

Pedes & tibiæ locustarum & cornua.

Alba comestio de pulpa locustarum colata, & cum tribus partibus lactis amygd. vsque ad densitatem mediocre cocta.

Locuscelli, quos prouinciales vocant camerotes, elixi, vt cancri & similiter sumti.

Locuscelli prædicti cum cortice leuiter frixi, & cum aceto loti & vt elixi sumti.

Alba comestio, facta ex ipsis elixis, tam non colatis, quàm colatis.

Cercleti, quos galli vocant aulíscos, exenterati siue triti & elixi cum modico croco, & petro. vel frixi leuiter & in aceto mersi cũ puluere coriand.

Cercleti pastillati cum coriandro, & cæpis albis, prius in feruenti aqua remollitis, dum tamẽ nunc cæpę nunc panes pastillati sumantur.

Serrani elixi in duabus partibus vini, & tribus aquæ vel assa, &c. vino & sale tantum in assatione leniti.

Asinus, quem prouinciales griondam vocant, & Galli gornardum, elixus in duabus partibus aquæ, & tribus vini vel assus & cum vino tantũ lenitus, & similiter ranellus vel pagellus.

Rogetus, quem prouinciales culin. vocant catalum mollem. elixus in puro vino, aut trib. partibus aquę, & vna aceti cum tribus nucibus pistatis, vel assatis & cum sambucina lenitus.

Aranea elixata velut asinus, vel pastillati, velut cercleti.

Gallus, quem prouinciales suem vocant, elixatus velut asinus, vel pastillatus, vt aranea.

Rumbus elixatus in æquali mistura aquæ & vini, cum nucibus & cum salsamento de coriandro & amygd. & aceto supra.

Pecten, quem prouinçiales vocant planam, elixus in puro vino cum nucibus & folijs saluiæ.

Solea, quam palayna prouinciales vocant, elixa vt pecten, vel assa, & cum vino & sale linita.

Scorpiona, quam prouinciales tam strupam, quàm rascaton dicunt, cocta in puro vino & garyophyl. & folijs costi, vel radicis raphani, & sumta cum salsamẽto de zingibere, & amyg. & aceto frigido.

Orsus, quem acum vocãt, communiter coctus in æquali mistura vini, & aquæ cum nuce muscata in 4. frusta diuisa.

Omnes prędicti pisces possunt in furno assari, s. in thanor, quibus in exitu superfundatur lac amygdal. purum vel cum agresta factum, vt suprà aut coriandro, aut elixati in duabus partibus aquæ, & tribus vini vel 6. aceti & croco & coriandro & petro præbullitis.

Sal autem in omnibus ferculis moderatè ponatur.

Panis saccharat⁹ in omnibus albis ferculis absque decoctione ponatur.

Iulep rosaceum citramarinum, aut violaceum vltramarinum.

Vina pomorum dulcium supradictorum recẽter facta, & non ad perfectionem cocta.

Vina muzorum granatorum similiter facta.

Vinum malorum granatorum, in quo frusta radicis fœniculi prius diu remolliantur.

Passum factum ex passu. alb. mundatis, & leuiter pistatis, & aqua decoctionis trium partium se. cucu. quos Neapolitani vocãt citrulos, & quarta rad. fœniculi, & prædictæ passu. diu remollitæ postea colabuntur.

Omnes autem liquores distillati per filtrum, retinent bonitatem suam.

Potus verò suaues ac temperati sunt hydrosacch. facta cum pane sacch.

Ptisanæ tertiæ decoctionis hordei in quatuor partibus aquæ, vsque ad consumtionem tertiæ partis residerit, piasta de vuis albis.

Vinum album debile seu nullius odoris, quod nihil habet acerbitatis.

Vinum fractũ vinosum, vbi ponuntur ad minus quatuor partes aquæ feruentis, & residere permittitur ad minus 12. horis.

Aqua decoctionis graminis efoliati, & partis vigesimæ liquiritiæ.

Aqua decoctionis vnius partis liquiritiæ & trium berberis & 6. radicis fœniculi.

Tabulatis alimentis temperamento propinquis atque suauibus, sequitur tabulatio medicinarum similium, quæ sub duabus differentijs hic solummodò tabulantur, scilicet alteratiuarum & solutiuarum.

Illæ quoque medicinæ dicuntur vicinæ temperamento, quæ parum absunt ab ipso temperamento, sicut illę, quę distant ab eo per vnum gradum, aut modicum plus.

In vtraq; verò tabula, scilicet tam alterantium quàm solutiuarum, primò simplices collocãtur, deinde compositæ, prout patet inferiùs.

Aurum illimitatur, vel in folio per se, vel cum alijs.

Argentum similiter.

Anthos purum sit, scilicet vt nihil participet foliorum aut copularum similiter.

Melilotum purum, scilicet nihil de stipite retinens similiter.

Flores borraginum similiter.

Flores buglossæ similiter.

Flores cichoriæ similiter.

Flores anisi similiter.

Anisum in violaceo remollitum, saltem per vnam noctem.

Alleluia, seu panis cuculi.

Acorus in violaceo saltẽ p vnã noctẽ infusus.

Acedula per vnã noctẽ infusa in hydrosacchara feruenti.

Semen acedulæ cum sacch.

Semen portulacæ similiter.

Semen endiuiæ similiter & scariolæ.

Semen cucu quem Neapolitani vocant citrulum, mundatum cum puluere liquiritiæ.

Sem. melonum mundatum similiter.

Liquiritia vnius anni vel minus.

Succus eiusdem cum tertia parte seminis acedulæ vel cucumerum prædictorum.

Amomum in aqua prædictorum cucumerum remollitum per noctem.

Ameos similiter vel ptisana tertię decoctionis vel in viol.

Flos camomillæ purus & infusus per noctem ad minus in ptisana facta, vt suprà, cum tertia parte se. cucu. prædictorum stœchados citrini similiter.

Semen

Semen brusci cum saccha. vel in pura ptisana A remollitum.
Semen cydoniorum cum sacch.
Sem.pomorum inhydrosacchara infusum per noctem.
Semen pirorum in aqua liquiritię per noctem infusum.
Nuclei cerasorum per se,vel cum alijs.
Nuclei persicorum cum syrupo rosaceo infusi per noctem.
Semen bauciæ similiter.
Amygdalæ amaræ infusæ similiter.
Semen caulium in hydrosacch.infusum in pul uere been al.conspersum.
Coriādrum præparatum per se, vel cum alijs.
Been album per se,vel cum alijs.
Been rubeum in syrupo violaceo infusum & cum floribus borraginis sumtum.
Fistici mundati,sicut amyg.in syrupo ros.infusi per noctem.
Vsnea mundata,lota & exiccata cū tertia par C te anthos prædicti vel stœchados citrini.
Cressones recentes infusi in aceto & sacch.
Berula similiter.
Lentigo aquę infusa per noctem in hydromel.
Folia capil. Ven. pistata & per noctem infusa in syrupo de stœchad. citrini.
Folia politrici & dianthos similiter.
Folia scolopendriæ pistata & per noctem remollita in syrupo de liquiritia & floribus borraginis & buglossæ.
Pimpinella per se,vel cum alijs.
Similiter & gramen.
Folia & linguæ auis pistata & infusa per noctē in syrupo rosato.
Folia bauciæ similiter.
Folia tribuli marini pistata & infusa similiter.
Item radices eius infusæ per noctem in hydrosacch.
Radix iringi profundissima per frusta incisa & in viol.infusa per sex horas ad minus. E
Radix asparagi similiter.
Radix fœniculi & viol.similiter.
Radix paucedani pistata & triduo remollita in nenuphar.
Radix lilij sicca cum triplo de pul.candi.
Puluis nenuph. citrini per noctem in rosaceo infusus.
Pul.oxylobalsami per noctem in viol. infusus.
Pul.squinanti per noctē in aqua cucu.supradictorum infusus,& cum saccha.ros.sumtus. F
Puluis cassię lig.infusus per noctem in syrupo nenuph.citri.vel sem.cucu. supradictorum, aut acedulæ & cum viol.sumtus.
Puluis nardi similiter.
Puluis folij similiter.
Puluis cinnamomi aliptini, scilicet qui habet colorem hepatis assi & multæ dulcedinis, parumque acuminis per noctem infusus in viol.
Teneritates citri præbullitæ vnico feruore pistatæ & triduo infusæ cum nenuphar. vel syru- G po viol.& seminum cucu.prædictorum.
Cortex citri simili er.
Cortex citranguli cum morsu per noctem infusus in violis deinde misti⁹ cum duplo sacch. rosaceo.

Cortex citranguli sine morsu collect⁹, iuxta finem secundi anni leuiter prebullit⁹,& postea cū viol per noctem infusus similiter.
Pineę mundatę & pistatæ per noctem in rosaceo infusæ.
Iuiubæ infusæ per noctem in aqua graminis similiter. (se,vel cum alijs.
Gūmi Arab.similiter infusu p se vel cum alijs.
Dragagant.infusum in aqua rad.fœniculi, per
Doronicum contritum & per noctem infu-
B sum in syrupo ros. (ceo calido.
Grana myrtillorum triduo remollita in viola-
Berberis biduo remollitæ in viol.calido.
Sumach vna die remollitum similiter.
Flores origani puluerizati & triduo in syrup, ros.remolliti.
Flores tamarisci biduo remolliti similiter.
Radix rubeæ maioris mundata & pistata,similiter remollita per vnum diem.
Hyacinthus per se vel cum alijs.
Smaragdus similiter.
Margaritæ similiter.
Sapphyrus similiter.
Os de corde cerui similiter.
Rasura eboris similiter.
Sericum crudum & cum feruenti lotū & subtilissime scissum forpicibus per se vel cum alijs.
Sandalus rub.pulueriżatus infusus triduo in aqua liquiri.
Sandalus citrinus pulueriżat⁹ biduo in aqua D passu.albarum.
Lignum aloæ pulueriżatū & triduo infusum in nenupha.
Panis sacch.per se,vel cum alijs.
Penidiæ similiter.
Candi.similiter.
Conserua ros. anni præteriti & plus, facta tamen cum pane saccha.per se,vel cum alijs.
Conserua borraginis similiter.
Conserua nenupharum citri similiter.
Mel ros.factum ad solem,& condituū similiter.
Diarrhodon Iulij similiter.
Diamargariton similiter. (ueres.
Diacameron fermentatum, & ad medios pul-
Potio muscata similiter.
Rosata nouella cum medietate puluerum confecta & acuata cum ℥.1.coriandri præparati.
Omnes prædictæ medicinæ confortant aliquam, vel aliquas regitiuarum virtutum, & appropinquant temperamento per se, vel modis prædictis, in quarum applicatioe vel vsu Medicus recordari debet communium regularum .s. vt declines velut aliquas qualitates applicet potius corporibus, & temporibus declinantibus ad oppositum.

Solutiuæ securæ in casu proposito sunt illæ quæ in sequenti tabula describitur.

Clyster fact⁹ ex aqua calida mediocriter salita.
Clyster factus ex vino debili alb. & puro ac cum duplo aquæ feruentis lymphato,si fuerit forte.
Clyster factus ex aqua mediocriter salita & 12. partes mellis crudi & olei communis, quantum est medietas mellis.

Clyster factus ex vino supradicto & 12. parte olei viol. aut vnius albuminis oui fortiter agitati, cum tantumdem olei communis.

Clyster factus ex colatura furfuris & 12. parte olei communis vnius anni, & salis, quãtum medietas olei.

Clyster factus ex decoctione duorum feruorum hordei mundati, & 12. parte mellis & salis, quantum quarta pars est mellis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris duarum partium fœnugræ. & tertiæ se. 54. & 12. parte mellis, & quarta parte ipsius salis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris cicerum cum 12. parte olei communis agitati cum tota medulla vnius oui.

Clyster factus ex colatura decoctionis hordei supradicti vsque ad dissolutionem, & 12. parte mellis & ipsius salis communis.

Clyster factus ex succo bletarum, & 6. parte mellis & 12. olei communis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris spinarchiarum, & 6. olei communis, & 12. mellis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris atriplicum, & 8 mellis & 12. olei communis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris violariæ, & 7. mellis, & 8. olei communis, & 12. salis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris borraginis, & 12. mellis & tantundem olei cõmunis, & medietatis satis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris maluarum aut maluauisci & 6. mellis, & 12. olei & 12. salis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris senæ communis. i. cardui benedicti, & 12. mellis, & 12 olei viol. & medietatis eiusdem salis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris cressonum, & 8 mellis & 12. olei cõmunis & quarta ipsorum salis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris tribuli marini vel saluatici, & 12. mellis & tantumdem olei viola & quarta ipsorum salis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris brancæ vrsinæ & 6. mellis, & 12. olei viol. & medietatis ipsius salis.

Clyster factus ex decoctione vnius feruoris foliorum vrticæ, & 6. olei violarum & 12. mellis, & 4. ipsius salis.

Quantitas inijcienda decoctionis est ℔. vnius ad minus in corporibus, quę sunt infra pubertatẽ: in illis verò, quæ sunt supra, fit ascensus ab vna, vsque ad tres prout maiora, vel minora fuerint corpora.

Sequitur tabula solutiuarum, quæ possunt per os in proposito exhiberi.

Prima pinguia cum nucleis fortissimè pistentur & cum aqua calida dissoluantur, & de colatura spissa sumatur ad minus ℔. s. vel ad plus vna & calida.

Carnes prunorum dulcium in prima mensa sumtæ, per se vel cum pane furfureo saltem vsq; ad ℥. 2. superbibendo haustum ptisanæ tertiæ decoctionis vel brodio.

Libr. s. ptisanæ tertiæ decoctionis dissolutæ in ea ℥. 2. mane puræ.

Duæ ℥. mannæ puræ primo sumãtur, deinde superbibatur frigida moderatè sumta.

Pulueris autem sufficit ℥. I.

Folia borraginis tenerrima, & cruda per se sumta, quibus frigida superbibatur.

Duæ ℥. succi iunci radicis rotundæ cum frigida sumtę: vncia semis de semi. ipsius pistato & cum hydrosacch. sumto vel ptisana supradicta.

Vna ℥. medullæ cassiæ fistulę si cruda sumatur in principio prandij.

Drachma I. foliculorum senæ pulue. & remollitæ per noctem in hydrosacch. vel syrupo viol.

Foliculorum senæ ʒ. I. sem. melonum, liquiri. viol. ana ʒ. s. sumãtur cũ frigida vel hydrosacch. vel viol.

Conseruæ viol. factæ cum pane saccha. ℥. I. superbibendo frigidam vel ptisanam.

Conseruæ borraginis ℥. I. similiter.

Diacatholicon ℥. I. similiter.

Succi ros. recentium ℥. I. cum duplo de hydrosacch.

AD LECTOREM.

Ordo noster, quem in ARNALDO *edendo, hactenus sumus secuti, iam* DE PARTE OPERATIVA *tractatum requirebat: Lapsi autem non tàm incuriâ operarum, quàm casu quodam, post* DOCTRINAM APHORISMORVM, *non satis attenti, collocavimus. Æquus itaq; Lector æquum ad ista animum afferat, cùm in tricis istis Arnaldicis non solùm impeditos, sed & dubios sæpè hærentes labi nos mirum esse prorsus non possit. Vale.*

ARNAL-

ARNALDI DE VILLA NOVA BREVIARIVM PRACTICAE, A' CAPITE VSQVE AD PLANTAM PEDIS, cum Capitulo generali de Vrinis, & Tractatu de omnibus Febribus, Peste, Empiala, & Liparia.

- ARNALDI Breuiarium in se cõplectitur libris quatuor curationem affectuum
  - I. CAPITIS & Partium,
    - Cutis *vt*
      - Alopicia, *& Tyria.* *Cap.*22.
      - Tinea. 23.
      - Furfures. 24.
    - Membranarum *vt* Dolor *capitis. Vide signum* ⁂
    - Cerebri *vt*
      - Epilepsia. *Cap.*14.
      - Apoplexia. 15.
      - Paralysis. 16.
      - Conuulsio. 17.
      - Mania *& Melancholia.* 18.
      - Vertigo, *Scotomia.* 19.
      - Memorię *defectus.* 20.
      - Catarrhus, *Coryza, Branchus.* 21.
    - Oculorum *vt*
      - Ophthalmia. *Cap.*25.
      - Lacrymæ 26.
      - Suffusio. 27.
      - Caligo, *Nebula.* 28.
      - Cataracta. 29.
      - Pterygium. 30.
      - In *palpebris pediculi.* 31.
      - Lacrymalis *fistula.* 32.
    - Aurium *vt*
      - Surditas *& tinnitus.* *Cap.*33.
      - Dolor. 34.
      - Vermis *& alia quæ incidunt.* 35.
    - Narium *vt*
      - Fluxus *scilicet sanguinis.* *Cap.*36.
      - Polypus. 37.
    - Faciei *vt*
      - Pani *& lentigines.* *Cap.*38.
      - Pustulæ. 39.
      - Impetigo. 40.
      - Morphęa. 41.
    - Labiorum *vt* *Fissuræ.* *Cap.*42.
    - Oris *vt*
      - Fœtor. *Cap.*43.
      - Vlcera. 44.
    - Dentium *vt*
      - Dolor. *Cap.*45.
      - Vermes. 46.
      - Mobilitas. 47.
    - Gingiuarum *vt* *Vlcera.* *Cap.*48.
  - II. PARTIVM *sub Capite,*
    - Faucium *& colli cuiusmodi sunt*
      - Angina. *Cap.* 1.
      - Vuulæ *symptomata.* 2.
      - Raucedo. 3.
      - Bronchocele: *Botion gulæ vocat.* 4.
      - Scrophulæ. 5.
    - Thoracis,
      - Tussis. *Cap.* 6.
      - Asthmatis. 7.
      - Sanguinis *expuitionis.* 8.
      - Empyematis. 9.
    - Stomachi
      - Vomitus
        - Prouocandi. *Cap.* 10.
        - Sistendi. 11.
      - Sitis. 12.
      - Intemperiei. 13.
      - Appetitus *vitiorum.* 14.
      - Appetitus *canini & boulimiæ.* 15.
      - Eructationis. 16.
      - Singultus. 17.
      - Imbecillitatis *cum*
        - Cruditate. *Cap.* 18.
        - Siti. 19.
    - Intestinorum
      - Colicæ *& Iliacæ passionis.* *Cap.* 20.
      - Lumbricorum. 21.
      - Lienteriæ, *diarrhœæ.* 22.
      - Dysenteriæ. 23.
      - Tenesmi. 24.
      - Exitus *ani.* 25.
    - Hæmorrhoidalium *venarum* Apertio *& adstrictio.* *Cap.* 26.
    - Hepatis
      - Obstructionis. *Cap.* 27.
      - Intemperiei. 28.
      - Icteri. 29.
      - Hydropis. 30.
    - Splenis *vitiorum.* *Cap.* 31.
    - Renum
      - *& vesicæ*
        - Calculi. *Cap.* 32.
        - Vlcera *& apostem.* 33.
      - Doloris. 34.
    - Vesicæ, *& sequentia.* *Vide literam A.*

- CAPITIS dolor quandoque fit per
  - Ἰδιοπάθειαν à causis
    - Extrinsecis: aere scilicet aut vento
      - CAP. 2. Frigido.
        - Cuius signa sunt
          - Capitis frigiditas.
          - Narium obstructio: stilla serosa.
          - Tussis.
          - Anhelitus difficultas.
          - Membrorum lassitudo.
        - Tumque curatur
          - Fumigijs calidis ex
            - Folijs lauri, abrotani, &c.
            - Vino tegulis ignitis affuso.
          - Pedum totiusque corporis lotione calefacienti.
          - Synapismo capiti admoto.
          - Olfactu cibi aromatici.
          - Capitis inunctione.
          - Emplastro temporib. applicato ex theriaca, &c. vel capiti raso.
          - Errhinis incrassantibus.
          - Aere calido vel arte calefacto.
          - Victus ratione calida.
      - CAP. 3. Calido.
        - Signa sunt
          - Caliditas.
          - Narium obstructio cum calore & siccitate.
        - Curatur
          - Capitis lotione ex ptisana.
          - Crudis ouorum vitellis, &c.
          - Vnctione ex emollientib. aut oleis refriger. cum lacte mulieris & aceto.
          - Epithemate, panno s. aquis refrig. madefacto faciei apposito.
          - Victus ratione refrig.
    - Internis vt ex
      - CAP. 4. Sang.
        - Signa. dolor est continuus cum calore, &c. Num. 1.
        - Curatur
          - Sang. missione. 2.
          - Sang. deriuat. per cucurbitulas. 3.
          - Decoctionib. sang. tergentibus. 4.
          - Clystere laxatiuo. 5.
          - Fomentis refriger. 6.
          - Inunctione frontis & tempor. 7.
          - Victus ratione frig. vel ex cibis cococtu facilib. & euchymis. 8.
      - CAP. 5. Bili flaua.
        - Signa. dolor acutus est: Et maior in dextra, &c. Num. 1.
        - Curatur
          - Ablutione capitis & temporum: decocto camomillæ. Num. 2.
          - Vnctione ex oleo ros. 3.
          - Syrupis & potionibus bilem præparantib. & purg. 4.
          - Pillulis purg. 5.
          - Medicamentorum vsu quibus somnus conciliatur. 6.
      - CAP. 6. Pituita.
        - Signa sunt frigiditas & grauedo. Num. 1.
        - Curatur
          - Oxymellite pituitam incidente. 2.
          - Electuarijs pituitam ducentibus. 3.
          - Item pillulis. 4.
          - Errhinis pituitam elicientibus. 5.
          - Aut gargarismatis. 6.
          - Lotione capitis ex herbis calefacientib. 7.
          - Cataplasmate ex allio. 8.
          - Emplastro ex euphorb. 9.
          - Sternutatorijs. 10.
          - Victus ratione calefac. & incidente. 11.
          - Inunctionibus ex vng. aureo. 12.
          - Epithematis. 13.
      - CAP. 7. Melanch.
        - Signa sunt. Num. 1.
        - Curatur
          - Oxymellite. 2.
          - Pillulis purgantib. 3.
          - Electuar. præparantib. & purgantibus. 4.
          - Inunctione calida & fomentatione, raso capite. 5.
          - Victus ratione, quæ in pituita. 6.
  - Consensum vt stomachi in quo præter naturam cocernatur
    - CAP. 9. Pituita.
      - Signa sunt dolor intermissus, qui scilicet sumto cibo mitigatur. Num. 1.
      - Curatur
        - Pituitæ vomitu prouocato. 2.
        - Nebulis phlegma purgantibus. 3.
        - Electuarijs stomachum expurgatum confortantibus. 4.
        - Inunctione stomachi ex incidentib. & calefacientibus. 5.
    - CAP. 10. Melãcholia.
      - Signa sunt stomachi dolor, &c. Num. 1.
      - Curatur
        - Decoctione. 2.
        - Et oxymellite melancholiam præparantib. & purgantib. 3.
        - Vomitorijs. 4.
        - Electuarijs calidis. 5.
        - Inunctione crebra ventriculi. 6.
        - Diæta calefaciente, &c. 7.
    - CAP. 11. Bilis.
      - Signa sunt. Num. 1.
      - Curatur
        - Vomitu. 2.
        - Syrupo bilem frenante & expurgante. 3.
        - Epithematis & inunctionibus. 4. 5.
        - Dieta. 6.
    - CAP. 12. Sanguis.
      - Signa. Num. 1.
      - Curatur
        - Cephalicæ sectione. 2.
        - Epithematis, linimentis & inunctionibus. 3.

PROOEMIVM.

POST obitum, bonæ memoriæ Magistri Ioan. Casamidæ medicinalis scientiæ professoris reuerendissimi. d. d. mei, & Magistri specialis. Ego quoddam opus in practica medicinæ compilare proposui, quod Breuiarium nuncupabo in quatuor libros diuisum, in quo diuino fauente auxilio signa, causas, & curas omnium ægritudinum in humano corpore venientium, prout melius potero, bene assignabo, & ibi tam pro pauperibus, quàm pro diuitib⁹ aggregabo curas diuersorum Physicorũ, & Magistrorum vtiles, pro ægritudinalibus vniuersis, & specialiter curas mei Magistri in medicina expertissimi, ibi ponam: & omnia, quæ expertus sum, & quæcunque per omnes Magistros, & viros, & mulieres etiam simplices, & empericos vidi temporibus meis experiri, nulla detentus inuidia, siue auaritia, prout in sequentib⁹ patefiet, clariter enarrabo, prout vnicuique competit ægritudini. Si itaque in aliquo peccauerim minus bene dicẽdo, supplico vniuersis Doctorib. Magistris, cæterisque viris probis in medicinalibus expertis, si opus istud ad eorum manus deuenerit, vt mea dicta corrigant, & emendent, & meæ simplicitati & ignorantiæ veniam impendant: Nam, vt ait lex, omnium habere memoriã, & in nullo peccare potius est diuinitatis, quàm humanitatis. Scio nempe, quòd in multiloquio peccatum nõ deerit, cùm idem in hoc libro meo, vt superiùs dixi, velim curas, tam pro diuitibus, quàm pro pauperibus tradere, secundum diuersorum Physicorum & Magistrorum doctrinam: multa oportet me loqui, vt quicunque hunc librum penes se habuerit, & ipsum intellexerit, & secundum doctrinam traditam ibi etiam in curã do ægritudines vniuersas processerit: rationaliter Medicus & veritatis amicus ab omnibus nũcupetur: exinde. n. amicorum copiam, pecuniã in bursa, & famam claram per medicinam acquiret: vt ait Ecclesiasticus. De terra creauit altissimus, &c. Idcircò Iesu Christi auxilium & iuuamen imploro, vt sit mihi adiutor in hoc meo opere. Omnia æterna ratione agit, si principiũ fuerit decens, & amabile: vt ait lex in libro authenticorum: Dominus cor meũ inspiret, & labia mea, vt possim vtilia pro humano genere pronunciare, & ad bonum finem deducere, quod incepi.

De dolore Capitis in generali, Cap. I.

QVONIAM à cerebro omnes nerui originem ducunt, cùm sit radix omnis sensibilitatis, vt ait Galen. in arte parua, ideò primo de passionibus cerebri, tanquã de nobiliori, & digniori agẽdum est: cerebrum enim multis & diuersis passionibus, humoribus in se existentibus, vel aliundè procedentibus, vel à stomacho venientibus, sępissimè molestatur: & quandoq; ex frigidi aeris distemperantia, siue calidi, vt à caliditate Solis, siue vento, & huiusmodi alijs causis, de quibus dicam inferiùs, Domino concedente. ¶ Cùm igitur cerebrum ex frigidi aeris distemperantia fuerit infrigidatũ humores à se quasi spongia plena aqua expressa, per diuersa mẽbra diffundit: quòd si ex calidi aeris distemperantia, siue Solis calefactione fuerit desiccatum, velut ventosa, humores ad se trahens à membris per eadem membra effundit, quod diuersarum ægritudinum causa existere consueuit: multos etenim videmus ex his causis ægrotare, quoniam ex defluxione à cerebro descendente fiunt catarrhi, branchi, corizę, dolores auriũ & dentiũ: paralysis, angina, peripneumonia, phthisis, & quamplures alię ęgritudines.

Ægritudines multæ fiũt ex rheumate.

Et postmodum quandoq; contingit patientẽ ex aliqua prædictarum ægritudinũ subiacere, quapropter peritus Medicus circa passiones cerebri multũ debet esse solicitus, & attentus in restringendo ipsum rheuma, cùm fuerit opportunum, ne patiens ad prædictas passiones, siue ægritudines pestiferas deueniat: homo. n. vt ait Philosophus, in lib. de animalibus, incurrit plures causas rheumatis cęteris animalibus, cùm sit velut arbor euersa. Dolor ergo capitis quãdoq; fit ex sanguine, & talis dicitur dolor infixus, & quandoq; ex cholera, & dicitur pungitiuus, quandoque ex phlegmate, & dicitur extensiuus, quãdoq; ex melancholia, & tunc dicitur aggrauatiuus, quandoque ex prædictis humoribus superabundantib⁹ in essentia cerebri, quandoq; ex eisdem humoribus in stomacho existentibus, & superexcrescẽtibus, cùm cerebrum stomacho compatiatur, propter colligantiã, quam habent.

Dolor capitis fieri potest ab omnibus humoribus.

Quandoq; fit dolor in toto capite, & talis dolor dicitur cephalic⁹ à κεφαλή, quod in græco caput dicitur, quandoq; fit dolor in medio capitis, & talis hemicrania dicitur, ab ἡμίκρανον, quoniam in medio cranei fit. Quandoque dolor fit in vna parte capitis tantum, & talis dicitur monopagicus, à μόνος quod est vnum, & πάγος quod est villa, de quib⁹ omnibus secundariò tractabo. ¶ Et nota, quod cerebrum in quatuor partes diuiditur. s. in anteriorem & posteriorem, dextram, & sinistram: in anteriori viget sanguis, in posteriori viget phlegma, in dextro cholera, in sinistro melancholia.

Cerebrum in quatuor partes diuiditur in quarũ qualibet viget vnus humor.

De dolore Capitis, ex distemperantia aeris à vento frigido, Cap. II.

DOLORIS capitis ex frigidi aeris distemperantia facti, signa erunt hæc: patiens à vento, vel niue, vel alio frigido aere qualicunq; fatigabitur: totum caput cum frigiditate dolet, nares obstruunt, & quasi aqua clara per ipsas nares emittitur, tussiunt etiam quandoq;: aliquando etiam denegatur vox eis, & ferè omnia corporis membra cum quadam grauedine molestantur.

Signa.

¶ Curetur itaque huiusmodi dolor in hunc modum, fiat suffumigium. R. farinę foliorũ lauri, pulegij, betonicę, rorismarini, zing. narcisci, abrotaniana M. I. bulliant hæc omnia in vino rub. optimo in vase aliquo cooperto, sic vt fumus exspirare non possit. Et patiens in lecto stans optimè coopertus fumũ per os & nares recipiat, & cum tepefactum fuerit ipsum vinũ, pedes, crura, & brachia vsq; ad humeros ex prædicto vino lauentur: & sinapis mundæ caricis cõtritis dicto vino calido commistis, & puluerisatis, sinapi, pulegio,

Cura.

legio,& commistis simul,capiti apponantur. ¶ Aliud ad idem: decoquantur prædictę herbæ in lixiuio,& cum ipso lauetur caput: prius tamen recipietur fumus prædicti lixiuij dissoluti,postmodum cooperiatur caput bene: & cùm intrat lectum,recipiat fumum de vna gallina in pasta decocta, sub testa plena de optimis speciebus: & his similibus calidis suprascriptis. ¶ Ad idem & valet: crura lauentur cum dicto lixiuio, facto ex cinere vitis, & paleis hordei simul coctis, & lectum intret & capite cooperto duplici panno, fumum de aqua, in qua pulegium regale, sambsucus, laurus, sabina & modicum laudani cocta sint,in facie recipiat, & post dormiat: quia multi hoc solo experimento curati sunt ab huiusmodi passione, & hoc si necesse fuerit, bis vel ter inter diem & noctem fiat. ¶ Aliud qd' didici à quodá Saraceno: accipiantur duæ vel tres tegulæ & calefiant fortiter in igne, sic quòd sint bene accensæ, & etiam bene rubeæ: deinde superiùs fundatur vinum optimum, & patiens fumum per nares & os recipiat capite cooperto,& melius quidem est, si in ipso vino coctæ sint herbæ calidæ suprascriptæ, & hoc bis vel ter, si fuerit necesse, inter diem & noctem fiat, etiá pluries: quia multos hoc modo curaui. ¶ Quod si per prædicta remedia patiens non curatus fuerit: vngatur caput eius oleo muscellino,laurino,pulegino, sambucino, camomillino & similibus, mithridatum vel esdra,aurea vel theriaca, cum vino,in quo pulegium vel calamentum cocta fuerint, distemperentur,cerebro & temporibus ad modum emplastri applicentur: & etiam cum prædicto vino calido in potu accipiantur. ¶ Saccelletur prius caput rasum in summitate cũ pulegio, thymo,baccis lauri, & origano calefactis parum sine aliquo liquore, aut etiam cum oleo muscellino, camomillino,vel cõmuni commistis,addito oleo olibani,& storacis calamitæ, & baccis lauri supra summitatem capitis abrasi prius, tepida emplastrata mirabiliter conferunt. Idem operatur esdra, mithridatum,theriaca,diaolibanum,& similia: data etiam in potu cum vino decoctionis olibani, saluiæ,rutæ,per interualla dierum trium. ¶ Sacculi facti ex laudano,storace,& nigella puluerisatis & insimul mistis,si naribus immittantur, & quotidie ibi teneantur, ipsum rheuma miro modo cõstringunt,& huiusmodi dolorem mitigant. ¶ Fiat aer artificialiter calidus cum igne ex siccis lignis, sine fumo. ¶ Diæta eorum sit calida,& calidis speciebus condiantur prædicta cibaria: quòd si tussis cum ipso rheumate fuerit, fiant remedia, quæ in capite de tussi,domino concedente,dicam,vinum odoriferum,& suaue bibant,& lymphatum cum aqua decoctionis pulegij, thymi, passularũ & foliorum lauri.

Aer.

Diæta.

De Dolore capitis ex calidi aeris distemperantia facto, Cap. III.

Signa



DOLORIS capitis ex calidi aeris distemperantia facti signa sunt hæc: Patiens fatetur se in Sole vel iuxta ignẽ, vel in alio loco calido nimis stetisse, adest dolor in toto capite,cum caliditate & siccitate, maximè in fronte, adest narium obstructio cum siccitate, ardore, & modica purgatione per ipsas nares. ¶ Curetur huiusmodi dolor hoc modo: accipiatur libra vna ptisanæ hordei optimi, & cum ea misceantur tria vitella ouorum cruda, simul tepefiant, & cum tali mistura lauetur caput, & statim cum gosipio bene ligetur, pòst Rec. parum olei rosacei vel violacei, parum lactis mulieris, & parum aceti, & omnia simul misce,petiam lini in hoc liquore intingas, & supra frontem & tempora apponatur, præcedente prius fricatione frontis, & temporũ, ita fortiter, quòd locus incipiat rubescere. ¶ Vnguentum optimum ad idem: Recipe maluæ, altheæ,brancæ vrsinæ volubilis ana ℔. 1. & semin. lini,fœnugræci ana ℥. 2. hæc omnia trita in aqua & oleo bulliant, quousque tota aqua consumetur, deinde per pannum coletur, & addita libra vna & semis, axungiæ liquefactæ, & ceræ ℥. 3. iterum coquantur perfectè, & vsui huiusmodi vnguẽtum reseruetur: quoniam frontis capitis,ceruicis, temporũ,colli, dorsi & genitalium ꝓ certo huiusmodi dolores mirabiliter tollit. ¶ Experimentum bonum ad idem, suffumigetur facies cum aqua, in qua rosæ, olibanum & laudanum cocta fuerint,capite cooperto,pòst pedes & crura abluantur, cum aqua decoctionis myrthi,rosarũ & frondium salicis: In meridie aquam rosarum vel simplicem aquam frigidam, naribus attrahát rosas,odorent camphoram, & similia. ¶ Si fuerit dolor capitis ex calidi aeris distemperantia, vel propter Solem, vel alio modo, & hoc si fuerit in vere,vel in principio æstatis,& apparuerint signa aliqua plenitudinis,& pectoris fuerit grauitas,& tussiculæ: si virtus & ætas permiserit, fiat minutio de vena cephalica, postea detur syrupus rosatus cum aqua frigida, si dolor huiusmodi fuerit sine rheumate, frons & tempora cum aqua calida,in qua rosæ mistæ violis coctæ fuerint, abluetur postea oleo violino vel communi, vel vnguẽto supradicto vngatur. ¶ Quòd si dolor adhuc perseuerauerit,puluerẽ sandali albi & rubei, gũmi arabici,spodium cum aqua rosacea distempera, & pannum ibi infusum fronti & temporibus applica, quod sæpè in die fiat, si necesse fuerit. ¶ Aliud ad idem. Recipe rasuræ cucurbitæ,succi cimarũ rubi,vmbilici Ve. semperuiuæ,cimarum brancæ vr. ana & cum oleo violaceo distempera, & pannum ibi infusum fronti & temporibus applicabis. ¶ Aliud ad idem: lac mulieris cum agresta & oleo rosaceo valet, inunctio ex vnguento populeon,in fronte & temporibus facta,mirabiliter valet. ¶ Si non febricitauerint,pullos,perdices, phaseanos, hœdos, aues,præterquam in paludibus degentes,& similia comedant: vinum odoriferum & lymphatum bene bibant. Si verò febricitant, comedant lactucas, scariolam, borraginem, portulacam, ciceres cum lacte amygdalarum coquantur: fiat hordei ptisana cum lacte amygdalarum,granata & huiusmodi comedant, aquam prius coctam & infrigidatam, postmodum bibant & syrupum ro. vel viol. sumant cum aqua prædicta.

Cura

De Dolore capitis, ex sanguine facto, Cap. IIII.

DICTO de dolore capitis propter caliditatem, vel frigiditatem, & sine humoris vitio facto: nunc videndum est de ipso dolore capitis ex aliquo humore ibi existente. Si igitur dolor capitis fuerit propter aliquem humorem in essentia cerebri, ibidẽ abundantem, & ibi existentem est cõtinuus sine interpollatione. Si verò fuerit propter humorẽ in stomacho existentem, vel alibi, dolorem capitis inducet cum interpollatione, & nõ continuũ, vt inferiùs enarrabo. ¶ Si ergò dolor capitis fuerit ex sanguine ibi existente, hæc sunt signa: dolor est cum calore, & frontis grauedine, rubescũt oculi, & venæ temporum plenę esse vidẽtur, pulsus plenus, vrina subrufa & spissa, & membra omnia grauescunt, quæ quandoque sunt signa futuri sinochi. ¶ Primò igitur in via curationis huius capitis doloris ex sanguine facti minuatur patiẽs tempore, ætate & virtute permittentibus de vena cephalica dextri brachij, detur sibi syrupus acetosus, vel oxysaccharum cum tepida omni mane: hyeme verò & tempore frigido minuatur de cephalica sinistri brachij, post detur syrupus rosatus, vel violarum, vel solus, seu cum tepida: sequẽti die, si dolor non cessauerit, ponantur ventosæ post collum cum scarificatione, & attrahatur sanguis inde secundum vires patientis. ¶ Si iterum propter hoc dolor non cessauerit in 6. vel 8. vel 10 diebus detur hæc decoctio sanguinem mundificans: Recipe pruna damascena 25. iuiub. 15. violarum * ℥.s. florũ borraginis ℥. semis, in aqua bulliant vsq; ad consumtionem medietatis, & colaturę adde ℥.2. cassię fi. mane ℥.1. cum syrupo viol. exhibeas in potu. ¶ Alia decoctio mundificans sanguinẽ optima & experta choleram reprimẽs. Rec. cap. Ven. hepaticæ, violarũ, seminum cõmunium an. ℥. s. pruna damasca 25. iuiub. sebesten. ana 15. liquiritiæ ℥.1. hæc omnia in sufficienti quãtitate aquæ bullita colentur, & colaturæ addantur cassiæ fistulæ ℥.2. mannæ ℥.1. tamarindorum ℥.s. diaborraginati * ʒ.1. & s. pulueris myrabolanorum citrinorum & emblicorum ana ℥.1. triphere saracenicæ ℥.s. mane colentur hæc omnia, & colatura tepida exhibeatur in potu. Item si patiens nimis fuerit constipatus ante assumtionem decoct. iniiciatur clyster. Recipe viola. mal. brancæ vrsinæ ana M.1. seminis lini, fœnugræci, furfuris tritici ana partem 1. in aqua marina, vel salsa bulliant, quousq; solùm quarta pars ipsius aquę remaneat, coletur, & colaturæ addas olei viola. vel communis ℥.1. succi mercurialis ℥.2 succi violac. mellis ana ℥.s. tripheræ saracenicæ * ℥.1. & s. pulpæ cassiæ. ℥. 2. iniiciatur per clysterem ad minus tribus vicibus hoc apocema. ¶ Fomentetur frõs & tempora cum aqua, in qua coctæ sunt rosæ, mellilotum & flores chamomillæ, vel cum aqua mal. foliorum myrti, salicis & ros. vel cum simplici aqua calida, & abstergatur: post inungatur cum oleo ros. vel violac. vel cum lacte mulieris puellam nutrientis. ¶ Item Recipe vitellum oui cum lacte mulieris, & oleo violac. distempera: fronti & temporibus applicetur. ¶ Aliud, cãphora cum psyllio teratur, & cum aqua ros. distemperetur, & parti dolenti applicetur. ¶ Quod si dormire non posit, inungatur frons & tempora vnguento, quod in cura phrenesis ponam, vel aliquid de emplastris & epithematibus ad prouocandum somnum in prædicto capitulo scriptis, temporibus applicentur. ¶ Item vnctiones & epithemata, quæ diximus in dolore capitis ex calidi aeris distemperantia, si fuerit necesse, fiant etiam in hac causa. ¶ Item trochisci de eupatorio multum valent in hac causa, & specialiter quando fuerit sanguis aquosus, in causa faciens dolorem capitis. ¶ Quod si facies propter dictum dolorẽ capitis intumuerit, lauetur cum aqua, in qua coctæ fuerint lenticulæ, terra etiam figuli cum aqua pluuiali, vel ros. distemperetur, & ad modum emplastri in facie ponatur. ¶ Si febrem patitur, comedat scariolam, borraginem, blytum, lactucas, spinachiam, pomum citoniorum, cucurb. & huiusmodi cum lacte amygdalarum cocta, pruna damas. iuiubæ & similia: si verò non febricitauerit, pullos, hœdos, turdos, phaseanos, perdices, sturnos, merulas, & alias aues, præterquam in paludibus degentes, comedat: pisces assatos, & simila, vinum odoriferum & lymphatum cum aqua seminis fænic. bibat. ¶ Et nota, quòd in hac passione & cæteris ægritudinibus, in quibus cõpetit phlebotomia semper debet fieri in die non critica: nec in 2. 4. 6. vel 8. & sic deinceps: & non in 3. 5. vel 7. & idem dico de medicina laxatiua: quia in febribus, vel in aliis ægritudinibus peryodicis nunquam debet exhiberi medicina in die critica: & ratio talis est, quia natura pugnat contra morbum, videlicet in die critico, quemadmodum pugnarent duo pugiles: & propterea si tunc temporis phlebotomiam seu pharmaciam exhibemus, esset natura tunc attenta circa morbum, vel circa phlebotomiam, vel circa pharmaciam, vel circa vtrumque. Si circa morbum medicina non posset consequi, tunc suos effectus, nisi iuuaretur à natura: si circa medicinam, tunc morbus suum consequeretur effectum, non resistente natura: si circa vtrumque, ad vtramque debilior reperiretur. ¶ Item nota, quòd quando phlebotomamus, optimum est prius stimulare naturam cum suppositorio aliquo ex lardo, vel medulla caulis & oleo intincta, & superasperso sale trito, vel cum suppositorio ex sale, & melle facto simul coctis in sartagine intantum, vt indurescant. ¶ Item nota, quòd eadem die, qua phlebotomamus, non vti debemus clysteri: quia vt ait Hippocrates in fine acutorum, cum phlebotomaueris, non indigebis clysteri.

Signa. — *Cura.* — ** aliter ℥. quart.* — ** al. ℥.1. & s.* — ** al. ʒ.1. & s.* — *Si tumet facies.* — *Si fuerit febris.* — *Phlebotomia & medicina in die non critica.* — *Eadẽ die non est phlebotomandũ & clysterisandum.*

COMMENTARIVS.

ET *nota quod in hac passione &c.*] Quæstio est an in diebus criticis purgans medicamentum exhibere liceat. Hac de re nonnihil egit in suis contradictionibus Cardanus: sed suo more tamen, vt lectoris mentem suis implicet rationibus magis quam expediat: Humores ait in temporum mutationibus, & morborum accessionibus non à natura propria sed generali commutari: Cumque vim natura patiatur, à medicamentis abstinendum esse, nisi iuuari possit à Medico natura materiæ malitia vexata. Nũ ergo paroxysmorũ causa potius astris q̃ morbo tribuenda est? Non existimauerim. Quid tum verò? Vim ob id patitur natura. Melius docuit Arnaldus: Impeditã scilicet esse naturam diebus criticis, vt morbum purgationibus euincat: & hanc ob causam medicamentis non esse

esse lacessendã. Fit tamen interdũ vt in accessionibus medicamentorum vis maior sit quàm aliàs: Et noui Medicum doctorem peritissimum, qui cum quartana febre per integrum annum actus esset, nullis medicamentorum viribus morbum tam pertinacem expugnare potuit. Sed tandem aliquando cum in ipso paroxysmo hieram picram sumsisset felici prudentis consilij successu conualuit. Intempestiuo quidem theriacæ vsu quartana simplex in duplicem & triplicem commutata est, vt testatur Galenus: Sed materia tamen nondum cocta. Diligenter itaque discrimen obseruandum est, vt quibus in accessionibus purgare liceat intelligatur. Quartanam & intestinorum fluxiones excipit Aetius. Cardanus etiam tum demum purgationem in accessionibus admittit, si natura materiæ malitia fuerit imbecillior. Enimuero si naturæ spectes imbecillitatem, cibis non autem medicamentis adiuuabitur. Sin humores expendas, nescio an eorum malitia medicamentorum vsum perferat in accessionibus. Periculo res ista non vacat: Prius enim corrigeda est humorum prauitas, quàm violenter hoc morbi tempore expurgentur: Dixerim aliud in morbis scilicet diuturnis & pertinacibus, vbi natura multis accessionibus ob materiæ contumaciam nihil effecerit, tandem præmissis incidentibus & concoquentibus, in ipsa etiam accessione purgantibus medicamentis adoriendum esse morbum, vt iunctis viribus naturæ nimirum & Medici expugnetur. Naturam debet imitari Medicus, quę c[illegible]isim molitur diebus criticis, & in ipsis etiam accessionibus. Cùm tamen morbus exitialis est, aut cum natura satis ex seipsa virium obtinuerit, res ei tota committi debet. Si verò materia cedat difficulter, nec metus sit ne violentiori motu periculum inferatur, critico naturę conatu & vsu medicamentorum euelletur. Epilepticis sæpenumero constitueram vbi paroxysmum præuidissem, rutæ succum exhibere: quod minimè tamen ausus sum. Periculum faciant alij. Morbis extremis extrema quoque medendi ratio competit.

De Dolore capitis facto ex cholera,
Cap. V.



ACCIDIT quandoque dolorem capitis fieri, propter choleram in capite immoderatè superabundãtem, cuius signa sunt hæc: dolor est maximus, acutus, pungitiuus, & maior est in dextera parte capitis, & adest sitis, & vigiliarũ instãtia, propter excessum siccitatis cholericæ, linguę asperitas cũ oris amaritudine: & quandoque cum quadam circumuolutione, quæ vertigo dicitur, vrina citrina adest, vel subcitrina & tenuis, pulsus velox, & acutus: color faciei & oculorum est rubeus clarus, cum quadam citrinitate. ¶ Curetur itaque hic dolor in hunc modum: primò facies, tempora, pedes, crura & brachia abluantur cum aqua in qua rosę, mellilotum, flores chamomillæ decoctæ fuerint: vt poris apertis, propter huiusmodi lotionem feruor choleræ euaporare poſsit: & post cum oleo rosaceo vel violato vngatur: deinde ad digestionem accedamus materiæ, dando omni mane ℥. 1. s. oxysacchari, cum aqua prunorum & violarum detur ipsa oxysach. vel detur syrupus viol. In 6. vel 8. vel 9. die detur talis colatura. Recipe capil. Ven. endiu. borrag. scolopend. hepaticæ ana M. s. prun. 25. hordei partem vnã, viol. ℥. s. radicum fœniculi ℥. 1. seminum communium contusorum ℥. 2. iuiubarum 15. in hac decoctione distemperetur caſsiæ fistul. tamarind. ana ℥. 1. sacchari ros. propter confortationem stomachi ℥. s. rheubarbari puluerisati ℥. semis, pulpæ myrabolanorum citrinorum ℥. s. quæ omnia iaceant in prædicta decoctione per totam noctem, & stet ad serenum aerem: in aurora verò colentur, & colatura tepida exhibeatur patienti. ¶ Vel purgetur cum oxymellite squillitico, vel cum electuario de succo ros. vel psyllitico, vel cum diaprunis, vel cum aqua rheubarbari, vel cum ℥. 2. myrabolanorum citrinorum pulueriſatorum, qui per noctem iaceant in aqua calida, mane verò dicta colatura cum addito pauco saccharo detur in aurora. ¶ Vel purgetur cum istis pillulis ex eis dando pondus ʒ. 1. & s. Recipe corticum myrobalanorum citrinorum, indorum, seminis fumiterrę, semin. scariolæ ana ʒ. s. tamarind. pulpæ caſsiæ fi. ana ℥. 2. viol. ℥. s. masticis ℈. s. rheubarb. ʒ. s. scammoneæ in pomo coctæ ʒ. 1. s. confice cum succo scariolæ & pillulas informa, & dabis ex eis ʒ. 1. s. vt dictum est. ¶ Vnctionibus & epithematibus frigidis, vt dictum est, foueantur. ¶ Si dormire non poſsint, prouocetur somnus cum vnctionibus, emplastris, vel epithematibus, quæ in capitulo de phrenesi dicturi sumus. ¶ Vnguentum, quo si vngantur frons & tempora, & venæ pulsatiles brachiorum & pedum somnum inducit, dolorem capitis intenſisſimum mitigat, & in febre etiam acuta & peracuta valet: & non nocet etiam si infirmus sit rheumaticus, imò etiam prodest: Recipe olei viol. ros. camomil. ana ℥. 3. succi mandrag. hyosciami, lactucæ ana vnciam vnam, opij, ceræ albæ ana * ℥. 1. & succi herbarum coquátur, colentur, & sic cera supermittatur: post opium in vino infusum adiunge, & modicum bullire finito, ab igne eleua, & infrigidari permitte: deinde reserua vsui, & vtere, vt dictum est secundum doctrinam in præcedenti capitulo datam.

Signa.

Cura.

Vnguentum somniferum.

*al. ℥. 2.

De Dolore capitis ex phlegmate facto,
Cap. VI.



QVÒD si dolor capitis fuerit ex phlegmate superexcedente in cerebo, signa sunt hæc: dolor est cum nimia frigiditate & grauedine & maximè in occipitio: superfluitas quamplurima per os & nares emittitur, adest oris insipiditas: vrina alba & spiſsa apparet, color faciei albus & pallidus, & grauedo cum somnolentia. ¶ Curetur hoc modo detur omni mane ℥. 1. & s. oxymellis compositi cum aqua decoctio. semin. fœn. & anisi vsque ad materiæ digestionem & hoc in viris. In mulieribus verò damus oxymel sine aceto factum, quia vt ait Galenus acetum est mulieribus inimicum, & detur eis oxymel prædictum cum decoctione stœchados & seminis & radicis fœniculi & apij. Materia digesta purgetur cum pillulis istis, quæ valde sunt vtiles, & capitis dolorem chronicum antiquum, siue dolorem capitis ex phlegmate factum sedant: Recipe specierum hieræpicræ ʒ. 1. semin. apij. ʒ. 1. interioris colocynthidis ʒ. s. scammoneæ bonæ Antiochenæ in pomo coctæ grana quatuor & s. succi absynthij grana 9. confice cum succo fœn. dentur ʒ. 2. vel minus secũdum vires suscipientis. ¶ Vel purgetur cũ theodoricon: empericon paulino, hieralogodion, hiera fortiſsima, vel hierapicra, vel cũ his pillulis aliis optimis ad idem. Recipe agarici, caſsiæli. turbith, polypod. chamedr. chamepi, co-

Signa.

Cura.

locynth. mastic. semin.fœn.anisi,cymini ana ℨ.2. aloes hepaticæ * ℥.1. scammoneæ bonæ in pomo coctæ ℨ.1.& s.tere omnia:& cum succo absynthij ista incorpora, & ex eis pillulas informa in modum cicerum,dantur 13. vel 15. vel minus secundum vires suscipientis. Aliæ pillulæ expertę ad idem & omnem fumum de capite deponunt,visum etiam miro modo clarificant: Recipe aloes hepaticæ, diagridij, colocynth. masticis ana ℨ.3. tempera cum succo solatri vel scariolæ & da patienti de tertio in tertium cum vadit dormitum.

*. ℨ.1.

¶ Aliæ pillulæ ad idem expertæ & competunt specialiter rusticis & fortibus: Recipe agarici, masticis, cinnamomi, semin.foe anisi ana tere omnia & tempera cum lacte tithymalli & pillulas informa in modum cicerum & da 11. vel 15. secundum quod expedit. ¶ Purga etiam per nares, vt diacastoreum, aurea alexandrina, vel potio Pauli prædicta cum succo rutæ distemperata naribus iniiciendo, succus bletæ cum medietate sui de melle mistus & naribus iniectus multum purgat phlegma per nares: probatum est. ¶ Gargarisma etiá fiat, quod caput optimè purgat à superfluitatibꝰ phlegmatis: Recipe staphisagriæ, zingiberis, piperis, cymini, pulegij ana terantur & cum forti aceto coquantur,& cum melle ros. misce,& calidum ad gargarisandum da. ¶ Aliud ad idem: Recipe semin. rapæ, sinapis ana ℨ.1. piperis gran. 20. seminis nasturtij, seminis origani: & apij tantundem, terantur omnia & cum melle, & aceto, decoquantur: & cum aqua calida dabis ad gargarisandum. ¶ Aliud ad idem: Recipe mellis ℔.1. sapę aceti fortis ana ℔. 1. sinapis triti, origani, hyssopi, thuris, staphisagrię ana ℥.1. omnia simul decoque & gargariset patiens ad solem capite eleuato, huiusmodi gargarismata fiăt semel in hebdomada, vel bis, si fuerit necesse in patiente, vel etiam in sanis, si fiant semel vel bis in mense, multum mũdificant cerebrum à superfluitatibus phlegmaticis, pectus etiam & stomachum à prædictis superfluitatibus purgant optimè, & hominem sanum reddunt.

Caput purget

Gargarismata.

Lotio. Lauetur etiam caput istorum in aqua, in qua cocta sint, pulegium, rosmarinus, maiorana, laurus, betonica, sauina, & huiusmodi: vngatur caput cum oleo nardino, vel sambucino. ¶ Item allium tritum, & calefactum in tegula, & parti dolenti superpositum dolorem tollit. Ad idem Recipe sem sinapi ana ℨ.1. pip. g.20. sem. nasturtij, sem. origani & apij tantundem, terantur omnia & cum melle & aceto decoquantur & cum aqua calida ad gargaris.

Emplastra. ¶ Item emplastrum factum ex euphorbio, myrrha, gummi arabico, croco orientali, parti patienti superpositum, multum valet. ¶ Item castoreum distemperatum cum succo rutæ & in occipitio superpositum, mirabiliter valet & est probatum. ¶ Sternutationes etiam prouocentur cum helleboro & castoreo in naribus proiecto, & huiusmodi dentur electuaria, sicut diaciminum, diazing. diatrionpipereon & similia: apponantur etiam naribus odorifera.

Diæta. ¶ Comedant carnes porcinas non multum, sed aliquantulum salitas, cum borragine, fœn. petro. coctas, castratinas, arietinas & hœdinas, capriolinas, perdices, phasianos, turdos, merulas, & huiusmodi, far hordei, ius cicerum & panem fermentatum. ¶ Vinũ lymphatum odoriferum bibant, vuas passas comedere possent, à piscibus & à frixis abstineant. ¶ Item inunctio ex vnguento aureo circa caput multum valet. ¶ Item castoreum & piper in oleo communi bulliant, & modico aceto & spongia: vel petia in tali liquore intincta loco dolenti epithemetur. ¶ Item centaurea betonica, & branca vr. in oleo & vino cocta, & cataplasmata valent. ¶ Item castoreum, & semen rutæ trita in vino & oleo bulliant, & spongia vel petia intincta parti dolenti sæpè & sæpiùs applicetur.

De Dolore capitis, facto ex melancholia, Cap. VII.

CVM dolor capitis ex humore fit melancholico, his signis discernitur: dolor est cum frigiditate maxima in sinistra parte capitis, timor, vigiliæ, tristitiæ, vrina alba & tenuis, color faciei est pallidus, tendens ad nigredinem.

Signa.

Cura. ¶ Curetur hoc modo, detur omni mane ℥.1. s. oxymel. compositi cum aqua thymi, & epithymi, & florum borraginis. ¶ Materia digesta purgetur cum pillulis istis: R. aloes, epithymi, polypod. colocynt. agar. myrobalanorũ Indorũ ana ℨ.5. cinnamomi, spicæ, carpobal. scammoneæ ana ℨ.2. croci ℨ.1. confice cum aqua decoctionis epithymi. ¶ Aliæ pillulæ optimæ & expertæ, q̃ valent melancholicis, timidis, maniacis, quartanariis, & spleneticis: R. lapid. lazuli. senę, thymi & epithymi, cuscutę, stœchados, hipericon. masticis, cinnamomi, spicæ ana ℨ.2. radicis capparis, polypodij, agarici, schœnanthi myrobalanorum indorum, & chebulorum, sem. fœn. anisi, croci ana ℨ.1. aloes ℨ. 15. diagridij in pomo cocti ℨ. 8. confice cum succo absynthij, vel maratri, & secundum vires patiẽtis in sero da cũ aqua calida lacte coagulato. ¶ Potest etiá ad digestionem huiusmodi melancholici humoris & diuisionem ipsius dari pilris arcoticon, & diacatholicon: deinde purgare cum hierapicra, & theodoricon, & empericó, vel cũ aqua, in qua senæ vel polypodiũ deposita sint, addito saccharo, vel cũ aqua decoct. epithymi & cuscutę, additis ℨ.2. lapidis lazuli: & ℥. s. sacchari vel cũ diasenæ: post quartum verò diem purgationis detur mithridatũ, seu Adrianũ cũ vino decoctionis calamenti. ¶ Vngatur caput cũ oleis & vnguentis, superius in capitulo de dolore capitis ex phlegmate facto dictis. Et si fuerit necessariũ, videlicet si ipse dolor nimis perseueret, bonũ est, quòd faciamus abradi capillos ad hoc, vt virtus vnguentorum & aliorum medicaminum ibi cópetentium posit interiùs faciliùs penetrare, fomentetur caput cum aqua decoctionis sambuci, pulegij, rorismarini, florum chamomil lauri, pulicariæ minoris. ¶ Odorifera etiam naribus apponantur, vt in præcedenti capitulo dictum est, simili modo diætentur vt ibi.

De Dolore hemicraneo, Cap. VIII.

QVANDOQVE fit dolor rectè in medietate cranei, & tunc dicitur hemicraneus: ab ἡμι, quod est medium, & κράνιον. ¶ Primò igitur studeamus in purgãdo, & mundificando cerebrum præcedente aliquo digestiuo cõuenienti: vt si humor frigidus fuerit in causa, digeratur materia cum oxymelle composito, postea purgetur cum pillulis aureis, vel cochiis, vel sine quibus esse nolo, picra, & similib.

quæ

Si fuerit ab humore frigido.

quę habẽt vim purgandi caput à frigidis hu. pòst detur aurea, mithridatum, & huiusmodi: post hoc fiat suffumigium valens multum contra hemicraneam ex causa frigida: R. foliorum lauri & baccarum eius, chamo. cymini, laudani & cap. al. in optimo lixiuio de cinere sarmentorũ, vel quercus facto coquantur, & patiens fumum recipiat & caput pannis optimè coopertũ existatpost, ea cum prædictum lixiuium fuerit tepefactum, lauet sibi caput de eo bene munitus à frigore. ¶ Itẽ inungantur caput & tempora in summitate abrasum cum oleo laurino, vel muscellino, vel petroleo & oleo benedicto, & ex eis frons, caput, tempora & summitates capitis inungantur, vel ex eo vno eorum solo: valet multum contra hemicraneá ex causa frigida. ¶ Item emplastrũ optimũ ad idem. R. stap hisagriæ, cymini, laudani, euphorbij ana ℥. 2. ceræ, quantum sufficit: decoquantur insimul vsq; ad spissitudinem, & mediante petia temporibus fronti, & summitati capitis abrasi applicetur. ¶ Aliud ad idẽ: allium elixũ, & in oleo frixũ, decoctũ cum pauco pulegio, & pipere puluerisato superinunctũ locis prædictis, miro modo subuenit. ¶ Aliud ad idem: R. calamenti, pulegij, mẽthę, cymini, ros. chamo ana M. I. decoquantur hęc omnia in vino, & supra tegulá calidam incorporentur, & inter duos pannos ponantur & calidè, quantũ poterit tolerare, capiti abraso supponantur. ¶ Itẽ olibanũ & realgar ana vel alterum eorũ per se cum albumine oui teratur, & distẽperetur, frõti & temporib9 applicetur. ¶ Item gargarisma ta supradicta, in dolore capitis ex phlegmate facto dicta, in hac causa vtilia sunt multum, & purgationes capitis ibi, & alibi notatę: ná si caput fuerit bene purgatũ oculi nullam possunt habere inualitudinẽ, nec aures etiá. ¶ Quòd si dolor hemicrane9 ex calido fuerit humore, curetur in hunc modum: si sanguis fuerit in causa, fiat minutio de vena cephalica, quæ est in fronte, vel apponãtur ibi sanguisugæ, vel fiat minutio de vena capitis, q̃ est in manu iuxta pollicẽ, vel de vena, quæ est in summitate nasi: item vsturæ factæ in capite, & sectones conferunt multum valde, item mundificetur sanguis cũ decoctione sanguinẽ mundificante, superiùs in cap. de dolore capitis ex sanguine facto dicta. ¶ Si cholera sit in causa digeratur materia, & purgetur patiens secundũ doctriná datã in capitulo de dolore capitis, ex cholera facto. ¶ Itẽ in materia qualibet post purgationẽ vel phlebotomiá: R. tale emplastrũ quod frõti, temporib. & summitati applicetur. R. succi semperuiuæ, succi menthæ, ca. Ve. & plantaginis ana incorporentur cũ farina orobi, & tepidũ prædictis locis mediãte petia lini epithema. ¶ Itẽ inungãtur prædicta loca ex puro oleo ro. vel vio. mistis simul, vel de solo bis vel ter in die. ¶ Itẽ ventosa sine scarificatione inter duas scapulas, vel in cõcauitate colli posita, multum valet in materia calida. ¶ Itẽ apium decoctum in aqua, tritũ, & emplastratum multum valet. Aliud expertũ, lasar cũ lacte mulieris resoluatur & auri illius parcius in qua non est dolor iniiciatur tepidũ & iaceat patiens super latus dolorosum. ¶ Aliud ad idẽ: R. florũ stœch. vel ipsam herbam cum tãtundẽ myrthi, bulliat in aqua & ex ea caput fomẽtetur, & lauetur. ¶ Itẽ succus rutæ narib. iniect9, & pannus intinct9 in prędicto succo, & temporib. & frõti & summitati capitis abrasi suppositus 5. vel 7. vicib. in die ipsum dolorem hemicraneũ mirabiliter tollit. ¶ Vnguẽtum ad feruorẽ capitis expertum: R. succi semperuiuæ ℥. 4. succi verbenæ ℥. 6. aceti fortissimi ℥. 3. omnia insimul misce, agita, & cola, & cũ populeõ & oleo ro. misce, & vsui reserua p̃dicta loca inungendo. ¶ Trochisci, qui debent misceri cum oleo laurino, vel oleo benedicto vel cũ aliquo vnguento calido mirabiliter valentes in hemicranea, & in quolibet dolore capitis ex materia frigida facto: R. baccarũ lau. ʒ. 6. opij, croci an. ʒ. 3. cardamomi, myr. costi, rutæ viridis, nitri ana ʒ. 2. vini albi quãtũ sufficit, si cũ prædictis oleis & vnguẽtis calidis cõmisceãtur isti trochisci, & inungãtur prædicta loca, valẽt cõtra materiá frigidá, si cũ populeõ vel oleo ro. vel vio. valent cõtra causam calidá. ¶ Vnguentũ ad hemicraneũ, & dolorẽ ceruicis, & omniũ mẽbrorũ expertum, & est valde necessarium arti medicinæ: R. foliorũ saluiæ exsiccatæ ad Solẽ, foliorũ rutæ viridis ana ℥. II. baccarũ lauri maturarũ, cymini ana ℔. I. verbenę cũ cauda sua ℥. 6. ceræ ℔. I. olei veteris ℔. 10. omnia optimè terantur, & infunde trib. diebus in vino: ita vt omnia tegãtur à vino: postea p̃coque ea in p̃dicto vino, & cũ cocta fuerint, mitte oleũ & verbená iterũ coquere, vt omnis vis humoris decoquatur, & vinũ deficiat: & post oleũ, qd' supest cola, & iterũ coque, & cerá mitte, vt solui possit, & vsui reserua.

Si fuerit ab humore calido.

Vnguentũ ad omnem dolorem expertũ.

ADDITIONES.

Locale bonũ in hemicraneo & claue. R. spongiam ad quãtitatẽ manus intinctam in aqua arthemisiæ: & expressa applicetur, post inungatur cum oleo de castoreo. Itẽ R. pul. lanæ succidę cõbustę immisce cum albu. oui & frõti superpone: dolorẽ. n. aufert, & lacrymas, & valet ophthalmiæ. ¶ Quidá est passus diu dolorẽ frontis omni die in vesperis valde fortẽ, q̃ lõgo tempore remediũ nõ inuenit: & doct9 fecit sibi emplastrũ de nucleis persicorũ bene pistis, & fuit perfectè curat9, & multi alij In dolore acuto supercilij si à stomacho est, qd' vtplurimũ est, cura est, vomitũ prouocare cum calida aqua, etiam oxymel compositũ bibere, pedes, & crura cum aqua feruenti lauare, & ad inferiora trahere: post hoc in nocte, si non quiescit per hoc hieram assumere debet, vel pillulas de hiera. Fronti verò hoc emplastrum apponere. R. aloes hepatici ʒ. 3. olei ros. vel aneti, quantum sufficit, & secundum causam à calido vel frigido prouenientẽ emplastrum de floribus arthemisiæ in aqua coctæ & pistatæ: prius lauatione facta cum aqua decoctionis eiusdem multum valet etiam in dolore capitis.

De Dolore capitis, ex phlegmate in stomacho abundante, Cap. IX.

Aliqvando fit dolor capitis ex humorib9 phlegmaticis in stomacho superabundantib. ex quibus resoluũtur fumi, qui petunt cerebrum, & faciunt dolorem in capite propter colligantiam, q̃ habet cerebrum cum ore stomachi. ¶ Si igitur dolor capitis fuerit ex humoribus in stomacho existentibus, signum erit, quia cum interpollatione, ex quacunque enim causa fuerit suprascriptis, &

subſcribendis ſignis dignoſcitur,& curis ſuperio A
rib.curabitur, exceptis purgationib.per nares &
gargariſma. Cûm igitur dolor capitis fuerit ex hu
more in ſtomacho ſuperabundâte, faſtidiũ gene-
ratur:ſed ſtatim cibo ſumto minuitur. ¶ Curetur
hoc modo ſi patiens de leui vomere poterit,cæ-
pas,caſeum,piſces ſalſos,vel ficus ſiccas,&huiuſ-
modi comedat:vinum forte bibat,& poſt aquam
calidam in bona quâtitate bibat,& vomat,& hoc
faciat duob. diebus, vel prouocetur vomitus cũ
vomitiuo Scarpellæ,Patriarchæ, vel Nicolai, vel B
cũ aliquo ſimili,vel cum vomitiua Magiſtri mei,
quẽ in cura de vomitu ꝓuocando,dicã. ¶ Nebulę
phlegma medicâtes de ſtomacho & inteſtinis , &
etiam vermes & aſcarides prouocant. ℞.modicũ
farinæ & parum maſticis & cinnamomi pulueri-
ſati, quæ omnia miſceas, & cum lacte tithymalli
nebulas fac,& da vnam vel duas. ¶ Aliud ad idẽ:
℞.2.vel 3.radices polypod. tere cum modica fari-
na & vitello oui,fritellas fac, & patienti da:vel de
tur pul.petroſelini, qui ſuauiter educit phlegma C
de inteſtinis & ſtomacho, etiã melancholiã: pul-
uis etiã de ſe myrthi cum aqua ca.&modico mel-
le datus idem operatur. ¶ Poſt purgationẽ p vo-
mitum,dentur electuaria calida confortantia, vt
eſt garyophyllatum,diacalamẽtũ,diaciminum &
ſimilia. Inungatur ſtomachus cũ oleo nardino,
hydreleon,caſtorei,maſticis,abſynthij,&c. Inun-
gatur ſtomachus ex iſto epithemate.℞. olei vete
ris, rutæ ana ℥.1.caſto.caſsiæ.ana ℥.s.omnia in p̃-
dicto oleo decoquantur,& ex eo ſtomachus inũ- D
gatur. ¶ Diætentur ſimili modo, vt diximus,de
dolore capitis ex phlegmate facto, &c.remedia i-
bi dicta fiant prout expedit.

De Dolore capitis, ex melãcholia in ſtomacho ſuperabundante facto, Cap. X.

SI dolor capitis fuerit ex melancholia in
ſtomacho ſuperabundante,his ſignis di
ſcernitur: patiens malè digerit, & ante
comeſtionem,cum digeſtio fieri incipit, E
dolet in ſtomacho, & grauedinem in aurib. pati-
tur,& cætera in dolore capitis ex melancholia ibi
ſigna apparent ¶ Curetur hoc modo,præceden-
te vſu oxymellis per aliquos dies, purgetur pa-
tiens cum decoctione hac, quæ ad hoc & quar-
tanam notham, quæ fit de melancholia natura-
li,eſt experta. ℞.ſenæ,thymi, epithymi, cuſcutæ,
hellebori nigri,chamędreos,ſcœnanthi,ſtœchad.
ſem. aniſi,fœniculi, petro. corticum capparis ana
℥.s.omnia in ℔. 3. aquæ bulliant vſq; ad conſum F
tionẽ duarũ partiũ : deinde colentur & colaturæ
addas myrobalanorũ chebulorũ ℥. 1. indorũ ℥. s.
lapidis lazuli loti ʒ.2.ſacch.℥.2 exhibeatur tepida
in matutinis decoctio hæc. Vel purgetur cũ iſto
oxymelle qđ valet ad p̃dicta omnia,ad quæ deco
ctio: ℞. radicis fœniculi , raphani, apij & ſquillæ
ana M. 1. hæc omnia per triduũ in aceto infunde:
tertio vero die in medietatẽ illius bullire facias:
deinde cola, & colaturæ addas ʒ. p. mellis deſpu-
mati,&pul.iſtum ſuperaſperge,q talis eſt:℞ ſcœ- G
nanthi,ſenæ,epithymi,ſpicæ, cinnamomi,ſemin.
fœniculi,aniſi an.ʒ.1.& iterum bullire fac,de quo
dabis cũ aqua ſe.raparum & radicũ ℥.2.Vel mũ-
dificetur ſtomachus cũ vomitiuis, quæ dicemus
in capitulo de vomitu ꝓuocando:vtatur electua

Decoctio etiã ad quartanã notham.

A riis calidis,in prædicto capitulo dictis, poſt pur-
gationem mane & ſero cum vino odorifero, ſu-
mens calidam. Vtatur ſæpè & ſæpius poſt purga
tionem ſimplici hierapicra Galeni,oleis calidis&
epithematibus,& vnguentis ſtomachus inunga-
tur,& diætetur eo modo,vt eſt prædictum in pr̨
dicto capitulo.

De Dolore capitis,propter choleram in ſtomacho exiſtentem, Cap. XI.

B SI dolor fuerit ꝓpter cholerã in ſtoma-
cho ſuperabũdantẽ,ſigna ſunt hęc. Pa-
habet abominationẽ, ſitim,oris amari-
tudinẽ cũ ſtomachi faſtidio,& pũctio-
ne,& alia accidẽtia in ca. de dolore capitis ex cho
lera exiſtẽte enarrata. ¶ Si patiẽs fuerit cholericꝰ,
& in æſtate bibat multũ de aqua frigida, & poſt
de calida & ſic vomitũ ꝓuocet: quoniã hoc ſolo
multi curati ſunt: vel ℞.℥ 2.vomitiui Nicolai,Pa
triarchæ,vel Scarpellę,& diſtẽpera eas cum aqua
C calida & cola:&cũ ſyrupo acetoſo miſce,&potui
da:vel mundificato ſtomacho cum p̃dictis medi-
cinis in capitulo de dolore capitis ex cholera fa-
cto dictis. In meridie ſumãt triaſandalos,vel diar
rhodon cũ ſyrup.ro.vel vio.vel cũ ſyrup. de ſan-
dal.cum aqua frigida miſtis. ¶ Syrupus valẽs ad
purgandum choleram de ſtomacho,hepar & vi-
ſcera refrigerat,ventrẽ humectat ſuauiter,& calo
rẽ ſtomachi & capitis dolorẽ,qui fit propter cho-
lerã in ſtomacho exiſtentem,mitigat:℞.myroba-
D lanorum citrinorum,abſynthij ana ʒ.15. cuſcutę,
fumiterrę,viol.roſ.an.ʒ.8.tamarindorum ℥.3.pru
na 100. iuiubas 40.maſticis,ſpodij.ſand. al. & ru.
ana ʒ.3 endiu.M.1.hæc omnia in ℔.10.aquę die &
nocte reponantur:poſtea coquantur & colaturæ
addãtur mannæ caſsiæ fiſt. mund.ana ʒ. 15. & fri-
centur manibus: quibus iterum colatis miſce ℔.
1.granati acetoſi,& dulcis,& ſacchari ℔.3. de quo
dabis ℥.3.cũ aqua frigida: & ſi plus laxare volue-
ris,commiſce in qualibet doſi ſcammon. grana 3.
E & dragaganthi ʒ. 1. & modicum ſyrupi violac. &
cum aqua tepida dabis, inungatur ſtomachus o-
leo roſa.vel viol. ¶ Epithema valens ad punctio-
nem & dolorem ſtomachi & intenſionem, qui fit
propter choleram rub. & contra vomitum acre,
videlicet ſi ſupra ſtomachum ponatur:℞.ſandal.
al.&rub.roſ.ana ʒ.3.ſpodij,gallarum,maſticis an.
ʒ.1.ſemis.omnia contuſa coquantur in ℔.1. ſucci
ſolatri vſque ad medietatem : quibus colatis ad-
de ℥.3.olei roſ.deinde coquantur quouſq; ſolum
F oleum remaneat,& ſtomachus inungatur. ¶ A-
liud epithema ad idem optimum : valet enim
contra ſtomachi calorem & hepatis aduſtionem,
choleram rubeam refrigerat, ac febricitantibus
ſubuenit:Recipe ſandal.alb.& rub.pulueris hor-
dei ana drachmas quatuor. olei roſati,violati an.
ʒ.2.olei menthæ, gallarum,boli armeni,campho-
ræ ana ʒ.1. fac pul. quem cum mucilagine pſyllij
temperabis, & ſucco ſemperuiuę, cucurbitæ vel
ſolatri.Diætentur, vt in dolore capitis ex chole-
G ra ibi excreſcente facto, dictum eſt:remedia in ca
ſu hoc ſcripta fiant,prout videbitur expedire.

Signa.

Syrupus purgans cholerã de ſtomacho & hepar refrigerans & viſcera.

COMMENTARIVS.

EPITHEMA *valens ad punctionem, &c.*] Linimentum
hic non epithema parat Arnaldus ex decoctione re-
frige-

frigerãtium & adstringentium, cui oleum rosaceum admiscetur. Dolor hic ex punctione prouenit: punctionem infert bilis acrimonia. Proinde refrigerantia simul & humectantia conuenient, quibus aliqua fuerit adstringendi facultas: cuiusmodi sunt acidula cerasa, pira, ribes & berberis & similia. sandalum, rosas, gallã, & mastichem hic in succo solatri decoquit Arnaldus. Primum id mihi videtur esse præter rationem, si mastiche decoquatur: vis enim eius (quod & de cæteris etiã succis induratis, quos vel gummi, vel resinas appellant asserere liceat) non caliditati vel frigiditati, sed ipsimet substãtiæ tribuenda est: quo fit vt elici nõ possit nisi de substantia simul aliquid detrahatur. Hac ratione suffumigiis aptior est mastiche quàm decoctionibus, malim absoluta duplici decoctione, quam præscribit Arnaldus mastichem liquefactã, vel in tenuissimũ pollinem redactam oleo rosarũ immiscere. Præterea cum calefaciendi potius quàm refrigerandi vim habeat mastiche, minus hæc affectibus conuenit biliosis. Deniq; cũ in hocce linimento nihil ferè præter solatri succum sit ꝙ multa frigiditate polleat, meritò quis existimauerit oleum rosaceum ex hac duplici decoctione plus caliditatis, quàm frigiditatis esse concepturum.

De dolore Capitis ex sanguine in stomacho vel hepate, & de eodem dolore propter indigestionem, & corruptionem cibi & potus in stomacho,

Cap XII.

Signa.

QVANDOQVE dolor fit in capite ex sanguine in stomacho, vel hepate superabundãte, & signa huius sunt hæc: quia est cum calore & grauedine frontis, & temporũ & totius corporis: & post comestionem magis augmẽtatur: oculi rubescunt, venæ temporũ videntur esse plenæ, pulsus plenus, vrina subrufa, & spissa. ¶ Ille igitur dolor sola minutione cephalicæ consueuit curari: si verò ꝑ hęc perfectè non curetur, epithemata, olea, & vnctiones, quæ in cura doloris capitis ex sanguine existente ibi dicta sunt, stomacho, hepati, fronti, atq; temporibus applicentur, prout tibi videtur expedire: vt ibi dictum est, diætentur, & eodẽ regimine regãtur.

Cura sanguinei.

Cura ex indigestione & corruptione cibi.

¶ Quod si fiat dolor capitis propter indigestionem & corruptionẽ cibi & potus in stomacho, quod sępe accidit. & maximè hominibus inordinatè comedentibus, & bibentibus more brutorũ, his signis certificabitur: dolor fit maximus post cibum, donec digestio fuerit celebrata, cũ dolore stomachi accidit & eructatione: & fit ipse dolor maximè in vertice capitis, cũ repercussione quadam. ¶ Cures hoc modo: patiẽs post assumtionem cibi & potus aquam calidã bibat in multa quãtitate: Prouocetur postmodum vomitus in eo, vel cũ vomitiuo Patriarchę, Scarpellæ vel Nicolai & similibus. Si verò patiens nõ fuerit habilis ad vomendum aquam calidam, in qua cinnamomũ, mastix, & semina anisi, & fœniculi cocta fuerint, post cibum bibat & accipiat vesperi aut mane hierampicrã: item diacyminũ, diacalamentũ, dianisum, diazingib. & huiusmodi electuaria calida, q̃ dicturus sum in passione stomachi ex indigestione & frigiditate: diætetur vt dictum est in dolore capitis ex melãcholia facto.

Electuarium ad phlegma & ventositatẽ in stomacho.

¶ Electuarium optimũ, de quo sumere debet patiens ante cibũ & post in modum auellanę, quod mirabiliter valet ad dissoluendũ phlegma acetosum, & ventositatẽ in stomacho existentẽ expellit, phlegma stomachi incidit, ori odorẽ ꝓstat bonum, ꝓcurat digestionẽ & mentẽ acuit. Rec. zingib. masticis, cinnamomi, rosarũ, spicæ an. ʒ.4. galãgę, piperis lõgi, asari, croci, cassiæ ligneę an. ʒ.6. sandalorũ citrinorũ, ligni aloes, cardamo. cubebarum, maratri, calami aromatici, nucismus. carpobalsami, scœnanthi, costi an. ʒ.3. se. basilico. caryophyl. & mẽthę an. ʒ.2. ciperi ʒ.2. sacch. ʒ.20. & omnia puluerisata cũ succo cydoniorũ & melle q. sufficit, coquas quousq; ad spissitudinem deueniat: deinde species & pul. apponãtur & vsui reseruet, vt dictum est.

Pillulæ ad stomachum frigidum.

¶ Pillulę ante cibũ & post optimę, q̃ multũ iuuãt stomachũ frigidũ in digerendo. R: carui, leuistici, assę, cymini, origani an. ℥.1. hęc omnia terantur & bulliãt, & fiat apozema ex eis sic, quòd in vino al. & melle despumato bulliã quousq; ad spissitudinẽ deueniãt, & tunc ab igne remoueãtur, & pul. istarũ specierũ admisceãtur ibidẽ. Rec. cassiæ ligneę, caryophyl. spicę, gẽtianæ, agar. an. ʒ.4. & s. masticis ʒ.6. ro. cinnamomi, anisi an ʒ.3 tẽpera cũ ꝑdicto apozemate, & fac pillulas in modũ fabę, quibus vtatur ante cibum & post. ¶ Alię pillulę optimę ante cibũ & post, ad grauedinẽ capitis ꝓpter indigestionẽ cibi & potus ꝓuenient: faciũt. n. incontinẽti digerere & bene assellare & satis sunt vtiles artheticis iliacis, & retẽtioni vrinę & sunt expertę à Magistro meo in omnibus ægritudinib. nominatis. Rec. myrrhę, opoponacis, galbani, bdellij, ammoniaci, gẽtianę an. ℥. quart. sem. iuniperi ʒ.3 aloes hepatici ʒ.12. serapini ʒ.s. informẽtur in modũ orobi, & dentur 5. vel 7. ante cibũ & post, secundũ quod videbitur expedire. ¶ Aliæ pillulę ante cibũ & post, cõtra omnes corporis molestias, ventrẽ soluũt parũ, & suauiter, & optime digestione procurãt. Rec. ligni aloes, caryophyll. nucismus. cinnam. zedoarię, carui, cardamomi, croci, zingi. an. ʒ 2. rheubar. rheupontici an. ʒ.3 aloes hepatici, quantũ de omnib9: conficiantur cũ vino veteri odorifero, & optimo, & informetur pilulæ in modũ cicerũ & dẽtur 5. vel 7. ante cibũ vel post. ¶ Aliæ pillulę, q̃ valent etiam multũ spleneticis & hepaticis. Rec. ro. viol. an. ʒ.1. corticum myrobalanorũ citrin. & indorũ an. ʒ.1. sem. portulacæ, lactucæ, scariolæ, masticis an. ʒ 1. rheubar. spodij an. ʒ.1. macis ʒ.1. aloes per medietatem omnium prædictorum, cõficiantur cum succo fœnic. vel absynthij. & detur, vt superiores. Et hæc de passione capitis ab aere calido vel frigido, vel ab humido aliquo ibi superexcrescente, vel à stomacho, siue ab indigestione & corruptione cibi vel potus ꝓueniẽte, dolorẽ capitis facientibus, breuiter dicta ad præsens sufficiant.

ADDITIONES.

PIllulis, sine quibus esse nolo, vtebatur Magister Campanus quotidie, omni die sumendo duas vel tres in modum cicerum. Rec. aloes hepatici ʒ.4. myr. ʒ.2. croci ʒ.1. cõfice cum succo ro. ¶ Pillulę per me compositæ laxatiuę ante cibum & post contra infirmitates corporis, & molestias, & ad dol. iliacum, artheticũ, podagricum, paralyticum, tremulosum, & humoribus omnib. vtiles & expertæ. Rec. interiorũ colocynthidis, serapini electi an. ʒ.2. masticis ʒ.1 opoponacis, galbani, bdellij, assę fœtidę an. ʒ.2. & s. confice cum succo cucumeris agrestis, & informentur pillulæ in modum orobi & dentur 5. vel 7. in sero.

COMMENTARIUS.

PILLULÆ *per me composita ante & post cib.*] Pillulas post cibum exhibent ad varios capitis affectus, vt .s. pillularum vis cum vaporibus ad caput deferatur eo facilius. Sed seu pillulas ante seu post cibum exhibeamus, cum cibis hæ tamen commiscentur: Et si sumto medicamẽto, Medici velint à cibis abstineri, non iniuria culpabimur, si pillulas ante vel post cibum deglutiendas offeramus. Ego verò pillularum ex aloe, mastiche & pipere drachmã semissem aut ℈. 2. ante cibum iis exhibeo qui subinde constipatiori sunt aluo: Sic enim cibi concoctio ne nequaquam interturbata, leuiter mouetur aluus: Cũ aliàs duplum aut triplum vix idem præstiterit. Huius nempe causa est, quòd pillularum siccitas & crassities ciborũ humectatione contemperentur, vt & dissolui possint facilius, & hoc veluti vehiculo suas in actum deducere vires. Non ergo liquida, sed sicca medicamenti forma cibis competit. Neque tamen ob id absq; discrimine cuilibet, aut quaslibet pillulas ante vel post cibum exhibere conuenit. Nam medicamentum validius, aut quod qualitate præditum est venenata, non modo concoctionem interturbat, sed cibos etiam inconcoctas in iecur & corporis habitum propellit. Hanc ob causam Magistri Campani pillulæ quas Rufi, vel communes appellamus multo tutius, exhibentur, quàm posteriores ex colocynthide, succo cucumeris agrestis, & cæteris confectæ.

De Epilepsia, Cap. XXII.

POSITIS signis, causis, & curis doloris capitis, ex quacunq; causa facti, de epilepsia incipiã tractare. ¶ Dico igitur, quòd *Definitio* epilepsia est obstructio principaliũ ventriculorum cerebri, cum priuatione sensus & motus: vel epilepsia est spasmus totius corporis non continuꝰ. ¶ *Causa.* Causatur hæc passio à diuersis causis, vt ex superfluis cibo & potu, siue venenosis, & morsib. canis rabidi, vel reptiliũ, & ex aere venenoso, corrupto & pestifero: scil. poris constrictis, & superfluitatib. retẽtis, & calore naturali debilitato, sequitur repletio vẽtriculorũ cerebri: & illæ sunt tres causæ potissimæ ad inducendum epilepsiá. ¶ *Duplex vera scilicet & nõ vera.* Epilepsia alia vera, quæ fit ex phlegmate: non vera fit ex melancholia mista cũ phlegmate. ¶ *Tres species.* Itẽ epilepsiæ tres sunt species, secũdũ triplicem locorum diuersitatẽ, in quib. causa ipsiꝰ epilepsię cõtinetur: prima species ꝓpriè dicitur epilepsia, *Epilepsia propriè dicta.* q̃ fit ꝓpriè vitio cerebri, siue ex materia in ipso cerebro existẽte, & nõ aliũde ꝓueniẽte. Et huiꝰ signũ infallibile est, qđ tales subitò cadunt, spumá maximá per os emittunt, & nõ ꝑsentiunt, capitis habẽt etiá grauedinẽ, nec adsunt signa, vt in cæteris specieb. ¶ *Secunda analepsia.* Est secunda species, q̃ analepsia dicitur: & hæc fit ex materia in stomacho existẽte, nõ in cõcauitate ipsiꝰ stomachi, vt quidam dicũt, & malè, sed in venis, arteriis, & neruis ipsius stomachi, ꝑ quorũ medietatẽ materia ebulliens ad cerebrũ rapitur: in ista specie quandocunq; patiens cadit, sentit in principio sui casus quandá morsuram, & incisionẽ in stomacho, & tinnitũ aurium qđ fit, quia fumi, qui tunc ascendũt à stomacho ad cerebrum, obstruunt ventriculos ipsius cerebri, & est aliquando cũ vomitu in principio sui casus. ¶ *Tertia catalepsia.* Est tertia species, q̃ catalepsia dicitur, q̃ fit ex materia in extremitatibus cõtẽta, vt in manib. pedib. & huiusmodi. Et isti in principio sui casus sentiũt in extremitatib. sensum, sicut formicarũ ex materia superiùs ascendẽte. Et isti præseruantur per extremitatum constrictionẽ, vt Gal. narrat de quodam scriptore suo, qui in pede materiá ipsiꝰ ęgritudinis superiùs ad cerebrũ ascẽdere sentiebat: Gal. aũt faciebat ei ligari tibiá cũ fasciolo, & sic materia non poterat ampliꝰ ascendere. ¶ Si verò materia huius ægritudinis cõtineatur in intestinis, in casu eorũ emittũt stercꝰ. ¶ Si vitio matricis, vel ex materia spermatica nimis retẽta, & in * ventositatẽ cõuersa emittũt in casu mẽstrua vel sperma, vel vriná. ** al. venenositatem.* ¶ Quis autẽ humor in causa, sit ꝑ hęc signa cognoscitur: *Signa sanguinis.* si sanguis fuerit in causa erit dispositio sanguinea corporis, & adest rubor faciei, venarũ repletio, ætas, dięta ꝓcedens, calida & humida regio, tempus anni calidũ & humidũ hæc omnia caliditatẽ, & humiditatẽ designant. ¶ *Signa phlegmatis.* Phlegma in causa esse cognoscitˀ per corporis habitudinẽ phlegmaticá, ꝑ superfluitates abũdátes per os & nares, cũ insipiditate oris, & capitis grauedine, superficie corporis subalbida, diæta, regione, ætate, tẽpore eidem conuenientib. hæc omnia de phlegmate certiores nos reddũt. ¶ *Signa melancholia.* Melácholia verò esse in causa cognoscitur ꝑ melancholicá corporis dispositionẽ, rotunditatẽ, & superficiẽ corporis, q̃ est quasi subcineritij coloris, similiter ætas, regio, tẽpus anni, & similia eidem conuenientia hæc declarant. Ex cholera aũt non fit hæc ægritudo. ¶ Et nota, quòd cũ fit à sanguine, vel phlegmate magis infestatur, & cadit patiẽs in plenilunio. cùm verò fit ex melancholia, magis in defectu Lunæ infestatur. ¶ *Prognostica.* Item nota, qđ hæc passio ab infantia vsq; ad primam iuuentutẽ in viris curari poterit: in mulierib. verò vsq; ad tempus menstruorũ, pòst autẽ raro, & cum maxima difficultate curabitur. *Cura.* Cura huius passionis talis erit: si in primo casu quis ceciderit, phlebotometur de vena capitis, si vitio cerebri fuerit, si verò vitio stomachi, de vena stomachi, & si vitio extremitatũ, de saphena: liberabitur .n. ab huiusmodi ægritudine. ¶ *In paroxismo.* Experimentum Magistri mei ad releuandum epilepticum, expertum. ℞ pulegij, origani, aris.ro. saluiæ domesticæ & agrestis, pœonię ana terantur omnia & in subtilissimũ puluerem reducantur, cribrentur, & cum pauco melle misceantur, & de tali mistura suffumigetur patiens per corpus suum totum, & etiam vngãtur ex mistura illa nares eius, virga & peritonęum, vel vulua, si mulier fuerit, & parũ detur per os, & statim releuabitur epilepticus. ¶ Item succus rutæ vel pœoniæ naribus attractus, vel semina eorum trita, & puluerisata iniecta in naribus, statim faciunt epilepticum surgere. ¶ *Extra paroxismum.* Cùm itaq; epilepticus releuatus fuerit, primò intendendũ est circa diætá ipsius, cũ diæta sit pars potissima curationis. *Diæta.* Comedat igitur pullos, gallinas, hœdos, perdices, phasianos, sturnos, & aues, præterquam in paludibus degentes, carnes arietinas, castratinas, annualis agni, & porci, & capreoli, & huiusmodi carnes elixas vel assatas, vel in vino odorifero, vel speciebus conditas: Comedat capita porcorũ elixa, fariná hordei, speltæ, ius cicerũ rubeorũ: sed parũ de granis ipsiꝰ, pira & cotonea cocta comedere potest post prádiũ, mane ad libitũ comedat: sero verò parũ, & leuiter comedat. ¶ Squámosos pisces & in aquis salsis degẽtes & in * ꝓfundissimis fluminibꝰ comedere potest suꝑ carbones assatos, vt eorũ humiditates reprimãtur. ** al. petrosis* ¶ Spinachiam borraginẽ, petros. fœniculum, asparagum, bruscum

Bruscum, panem triticeum, & bene fermẽtatum comedat: vinum citrinum album, vel subcitrinũ, & odoriferum bibat. ¶ Fugiat apium, quia inducit epilepsiam de sui proprietate, & causa huius est, quia humores dissoluit, & commouet ad superiora: item si mulier prægnans vtatur frequenter apio, fœtus, quẽ pariet, epilepticus erit, & hoc est speciale, quod consurgit creaturæ. ¶ Abstineat autem generaliter à caulibus, lentibus, fabis, & à carnibus bouinis, porcinis, leporinis, & ab omnibus melancholiam & choleram adustam, & phlegma nimis generantibus, â medullis animalium, & cerebris, à frixis ac salsis, acetosis cucumerib⁹, fumo, & à puluere & à coitu immoderato abstineat. Caueat ab immoderato vsu balnei, & conuentu hominum, quia in talibus locis consueuit eis accessio preoccupare. ¶ Cura Magistri mei ad epilepsiá experta. Primò fiat syrupus. Rec. *iuæ, betonicæ, herbę paralysis, saluiæ domesticæ, & agrestis, pentaphilonis, graminis hyssopi, buglossæ, rutæ, caprarię, valerianæ, capil. Ven. scolopen. aneti, endiuię an. M. s., florum rorismarini, florum borraginis, seminis anisi, fœni. passularũ sine nucleis, corticis radicum communium an. ℥. I. & s. cannellæ ponticæ ℥. I. radicis pœoniæ & polypodij quercini, contritorum an. ℥. 4. sacchari ℔. 2. fiat syrupus, & detur omni mane iste syrupus cũ tepida aqua, quousq; materia sit digesta: vel detur omni mane ℥. I. s. oxymellis squillitici, & oxymellis Iuliani, cũ aqua decoctionis sem. fœniculi, anisi, & rutæ. ¶ Digesta materia purgetur cũ pillulis videl. hieræpic. 7, cochiis, Almansoris, vel cũ potione sancti Pauli benedicta, & similibus. Vel cũ istis pillulis: Rec. pulpę colocynthid. stœchad. castorei an ʒ. I. hieræpic. Gal. ʒ. 4. agar. ʒ. 2. turbith ʒ. I. cõficiãtur cũ succo absynthij, & dẽtur ex eis ʒ. 2. vel ʒ. I. s. Mane verò exhibeatur talis lotura: Rec. colocynthidis ʒ. 7. vuæ passæ sine nucleis ℥. ʒ. bulliant in ℔ ʒ. aquæ, donec ad vnã deueniant, & addito pauco sacchari coletur, & detur. ¶ Item vtãtur balneis ferreis, gibboroso, & circuli, quæ balnea sunt apud puteolum propè Neapolim, & in ipsis balneentur in media nocte & mane, post exitum verò balnei sumat de isto electuario ad modum castanæ grossæ: Rec. pyrethri, seseleos, stœchad. an. ʒ. 2. agarici ʒ. 5. cardamomi recentis, acori, assæ. arist. longæ & rotun. an ʒ. I. & s. omnia terãtur & puluerisentur, deinde extrahatur succus ex squilla, & mistus cum conuenienti quantitate mellis coquatur, & conficiatur electuarium cum prædictis specieb⁹, & vtatur, vt dictum est. ¶ Vel fiat balneum ex decoctione foliorum lauri, pulegij, betonicæ, origani, menthæ, rorismarini, herbæ paralysis, iuæ, saluiæ domesticæ & agrestis, mentastri, rutæ, sisymbrij, florum camomillarum & aliarum herbarum aromaticarum in vino, & aqua decoctarum, addita spica nardi, & hoc balneum ter vel quater intret inter diem & noctem, & parum stet ibi, & in exitu balnei sumat de prędicto electuario, quia hoc multum confert ad stuporem membrorum, & etiam ad præseruationẽ paralysis, postmodum abstergatur corpus, & ex oleo nardino vngatur, & fiat etiam clystere acerrimum, cum stupor & alienatio diu perseuerauerint. ¶ Itẽ abluatur caput patientis semel in hebdomada de lixiuio, facto de cinere vitis & aqua decoctionis saluiæ, lauri, cyperi, betonicæ, rorismarini, sauinę, & spicę nardi. ¶ Item præcipuum quod conseruat eos est, vt prouocetur vomitus ante paroxismum cum decoctione raphani, & syrupo acetoso, post comestionem salsorum, & potationem vini multi dulcis: vel in ipso paroxismo immittatur pẽna in gulam intincta in hierapicra, & aceto squillitico. ¶ In ipsa itaq; accessione huiusmodi passionis in principio facies est cooperienda, quia terribilis apparet in aspectu, & spuma, quæ exterius ori adhæret, extergatur: & si collum versum fuerit exterius, ad proprium reducatur statum, vt fiat liberior inspiratio & respiratio. ¶ In analepsia & catalepsia ab ipso principio sternutatio prouocetur cum castoreo, pipere, euphorbio, & similibus. In epilepsia verò, quando fit vitio cerebri, non prouocetur sternutatio ab ipso principio, quia patiens posset suffocari: sed post longum tempus, cùm æger stupidus remanserit. & aliena loquitur, sternutatio prouocetur, & fiat fricatio manuum, & pedũ, pectoris, & narium. ¶ Si fuerit vitio stomachi, detur syrupus de absynthio cum hyssopo, post digestionem materiæ purgetur, vt suprà, cum pillulis supradictis. ¶ Quòd si materia huius ægritudinis fuerit in extremitatibus, vt in pedibus, manibus, & huiusmodi, purgetur cum medicina, siue pillulis, quæ humores attrahunt à solidis & longinquis partibus, vt sunt pillulę artheticæ, pillulę de hermodactylo & huiusmodi, quæ in capitulo de arthetica diligenter conscribam: post purgationem fiat minutio de saphena, & ab interiori parte tali scarificentur tibiæ, vngantur extremitates vnguento ruptorio in cura de fistula in angulo lacrymali nata, posito, & hoc fiat propterea, vt materia educatur exterius. Fiat etiá tale vnguentum: fructus cucumeris agrestis, quãdo sunt maturi, colligantur, & in vino & oleo 15 diebus putrescant, deinde coquantur, & colentur, & colaturæ addantur hæc: Recipe castorei, hellebori nigri, adarcę, euphorbij, ros. an. & addita cera fiat vnguentum, de quo extremitates in catalepticis vngãtur solùm, stomachus in analepticis, & spina dorsi in epilepticis. ¶ Item castoreum, aristol. rotun. costum, euphorbium, sulphur in oleo muscellino, vel communi decoctum, si vngatur ex hoc vnguento spina dorsi, multum valet. ¶ Item si vitio cerebri, fiat cauterium retrò in parte posteriori capitis, & non in puppi, sed in ceruice, & portet ipsam patiens, quousq; liberatus est, quia est expertum. ¶ Et fiat abrasio à medietate anteriori capitis, vsque ad frontem, & loco abraso supponatur hoc cataplasma: Recipe nucis saracenicæ, brioniæ, pyrethri, croci ana ʒ. s. seminis nasturtij, succi abrota. ana ʒ. ʒ. hoc cataplasma à sero vsque ad mane teneat. ¶ Item tres guttæ sanguinis à spatulis patienti per scarificationem extractæ cum ouo corui, patiente adhuc existente stupido, in potu dare, multum prosunt. ¶ Item electuarium de puluere gentianæ & pœoniæ datũ ad quantitatẽ ℥. I. ante Solis occasum, multũ confert. ¶ Item etiá pœonia, vel radix, vel se. portata supra se, vel includatur semẽ in annulo argẽteo, & patiẽs ipsum annulũ portet in digito, vel vinũ etiá decoct. radicis ipsius in potu patiẽti sæpe & sæpius tribuatur. ¶ Item diacastoreũ datum post

Medicinalia.

al. irij.

Balnea.

Cura analepsiæ & catalepsiæ.

In epilepsia à vitio cerebri.

purgationem ad minus ter in hebdomada, multum valet. ¶ Theriaca etiam data ad modum fabæ cum aqua stœchad. valet. ¶ Item hierapicra Galen. cum vino decoctionis saluiæ, & rutę in sero sæpius tribuatur. ¶ Item antimonium politricum, coagulum leporis, & fel vrsi, quodlibet ipsorum per se, vel omnia simul cum vino, vel aliter sumta, curant epilepsiam. ¶ Quidam curatus est ab hac passione hoc modo: Accipiebat de Mithridato, & potione sancti Pauli semel in septimana, de pliris arcoticon tribus vicibus in die, & infra paucos dies conualuit ab epilepsia. ¶ Quidam alius in tribus septimanis curatus est, solummodo purgando se bis in septimana cum succo brionię depurato, addito pauco sacch. ¶ Vidi quendam, qui hoc experimento curatus est: Rec. sang. drac. opop. castorei, antimonij an. terantur, & in pillulis, vel alio quocunque modo, quo melius fieri potest patienti exhibeatur, quoniam est expertum.

Experimenta.

In melancholia.

¶ Cùm epilepsia fit ex melancholia, accipe stercus columbinũ, pista ipsum, & cum ouis coruorũ misce, & cataplasma super splenem apponatur, prius appositis sanguisugis: hoc enim cataplasma materiam trahit à capite ad splenẽ & generat febrem, & sic epilepticũ liberat, & maximè si fiat in autumno. ¶ Quod si fuerit vitio stomachi, provocetur vomitus secundum supradictam doctrinam, vel cũ vomitiuo Nicolai Patriarchę vel Scapellę, diacyminum detur patienti ventosę cũ scarificatione, vel sine stomacho applicentur: vngatur stomachus ex calidis vnguentis, vt dialthea, marciaton Agrippæ, oleo laurino, mustellino, & similibus: sale etiam sacerdotali sæpe & sæpius vtatur in cibis, quia multum extenuat ventositatem, & ad hãc satis valet causam. ¶ Electuarium optimũ & summũ ad omnem speciem epilepsię: Rec. amygd stœchad. seseleos, pyrethri an.* ℥.1. agarici ʒ.6. cardamomi recentis, assæ bonæ, aristol. rotund. asphodellorũ, rad. card asinini, liquiritię, carpo. rad pœoniæ an. ʒ.2. accipe squillam, & in aqua infunde, & aqua expressa fundatur super tantundem mellis, quantum ipsa est, & coquatur cũ ipsa, & confice electuarium. ¶ Aliud electuarium ad idẽ. Rec. piperis, papaueris albi, hyosciami ana ℈.10. croci, opij an. ℈.5. cinnamomi, cimini, spicę, pyrethri, cassiæligneę, euphorbij, costi, piperis albi & lõgi, zingib. an. ℈.1. sulphuris viui, sem. cicu. an. ℈.6. sem. lapatij acuti, aneti an. ℈.1. mellis, quãtum sufficit, detur in modũ auellanæ ieiuno stomacho, tã in ęstate, q̃ in hyeme. ¶ Itẽ succus gẽtianę cũ succo rutę & arthemisię an. ʒ.ʒ. pœon. pul. uerif. ʒ.s. cũ pauco melle in potu data, quoniã mirabiliter cõferunt. ¶ Item si vis scire an curatus sit epilepticus, an non, accipe cornu caprinum, vel lapidem achate, & puluerisa alterũ eorum, & puluerem huius super carbones ardẽtes pone, & patiens fumũ recipiat per os ex eis, & si non est perfectè curatus, statim cadit, & tunc subleua ipsum cum his, quæ in principio huius capituli diximus, & curas prædictas adhibe: si verò perfectè curatus est, non cadit. ¶ Item fac in hac passione caputpurgia, & gargarismata, quæ in sequenti dicã capitulo. Medicinæ conferentes epilepsiæ sunt hæc: pyrethrum, stœchad. san. testudinis, coagulum leporis, ossa hominum combusta, cinis vngulæ asininæ, digiti citrini, sem. agnicasti, gentia-

In stomachica.

Ad omnem speciem.

*al. ʒ.1.

An sit curatus.

Simpliciter conferentia huic ægritudini.

na, galbanum, serapinum, caro mustelle, fumigiũ ex blacta bisantia, aristol. lon. & rotun. aqua tepida, balsamus, & omne coagulum, maximè camelinum, & leporinum cum aceto bibitum, coriandrum in cibis datũ analepticis, valet. Hepar asini assatum, cõfectum, & comestũ ieiuno stomacho, vngulæ asini combustæ pulueris. ʒ.2. folia pentaphylonis lota cum vino in potu data 30. diebus miro modo valent, sordicies aurium bibita, fel testudinis *naribus instillatũ, pœonia collo suspẽsa & comesta, assa efficit operationes pœoniæ, lignum crucis suspensum, opo. agaricus, epithymus, helleborus niger, cardamomus, sanguis cameli, oua testudinis syluestris, oua coruorum, vapor aquæ marinæ, olfactus huius pomi facti ex cera, ruta, gummi arabico, & puluere visci cum farina hordei, & aceto, confice pomum & odoretur, sanguis testudinis cum vino bibitus, additiones, quæ fiunt in genu equi tritæ & bibitæ cum aceto valent: suffumigium sanguinis agni cum semine pœoniæ trito misto, valet. Vnge tempora & commissuras cum medulla crurium cameli, & oleo rosacco. Caro porci syluestris comesta, anetum, assa & castoreum cum oxymelle. Insufflatio pul. cucu. asinini, & nigellæ, salis armonia. hellebori albi, condisi, piperis, zingib. myr. euphorbij, castorei, stœchad. squinanti, asari, assæ, alchitran, pyrethri: attractio per nares succi portulacæ, cucum. asinini semperuiui, seseleos, agarici, aristolochiæ, pœoniæ, melicrati, spumę maris, polij montani, hyssopi & similium, multum valet.

*al. aurib.

ADDITIONES.

Epilepsia in prima quadra Lunæ est ex materia phlegmatica, & in duabus mediis ex sanguine, & in vltima ex melancholia, nunquam fit de cholera: quia est epilepsiæ contraria. ¶ Item si spuma semel absterfa ab ore epileptici reuertatur, est incurabilis. ¶ Item epilepticus quãdo cadit, & eius mouetur pollex, est incurabilis: quia contraxit à parentibus. ¶ Item quando est tremor extremitatũ, est etiam signum malum. ¶ Est herba dicta imperatoris, faciens florem paruum citrinum, in modũ floris cardi benedicti, similis cichoreæ, quasi pilosa interius, & exterius amari saporis, quæ data per 9. dies in modum pastellæ cum ouo, & farina cocta modicum liberat epilepticum. Similiter succus eius, similiter puluis, & ista herba cum rumpitur emittit lac, & frõdes habet sicut cichoreũ, sed latiores & pinguiores. Os de corde cerui ad collum suspensum, curat epilepticos. ¶ Ad idem. Recipe pigami, seminis rutæ agrestis, pœoniæ, vngulæ pedum anteriorum asini an. puluerisentur, & detur ex puluere ʒ.1. quolibet mane, quoniam in breui sanat epilepticum. ¶ Item ad idem, fellis lupi ʒ.s. cum grano 1. musci in nares epileptici pone in principio, & medio mensis, multum valet. ¶ Item si vis scire, an epilepticus possit curari, vel non: cùm ceciderit punge acu narium suarum teneritatem, & si sentit potest curari, sin minus, incurabilis est. ¶ Electuarium mirabile contra epilepsiam. Recipe foliorum rutæ, seminis cicutæ, stercoris columbini, polipodij quercini, castorei, hellebori nigri, aloes, epithymi, assæ fœtidæ ana drachmas duas, turbith, lapis lazuli, pulpæ colocynthidis, masticis,

Signa incurabilia.

Electuarium mirabile.

cis,ſpicæ, radices pœoniæ, agar.an. ʒ.1. ſubtiliter pulueriſata cũ oleo amygd.dulciũ, fricētur poſtmodũ in modũ electuarij,conficiātur cũ ſyrupo, facto de ſaccharo & ſucco rutę,& detur omni mane ʒ.1.vel 2.ex eo patiēti,quoniam eſt mirabile & probatũ. ¶ Item fiat puluinar plenum foliis rutæ ſuper quod teneat omni nocte caput epileptic⁹, cùm dormit,quoniá confortant multũ. ¶ Ad epilepſiam fiat puluis iſte expertus: Rec.oſsiũ capitis humani,& præcipuè de parte anteriori cōbuſtorũ,ſemin.pœoniæ mundi. an. ℥.s.radicis tormentil.viſci quercini an.ʒ.2.dentur in potu. ¶ Ad idem valet rutæ ſuccus clarificatus cum modico aſſæ fœ.ſi bibatur,& iſtud remediũ valet in doloribus capitis antiquis,vt hemicrania, &c. ¶ Item pro epilepſia debiliũ,& puerorũ.Rec.ſucci ſquillæ penidiorum, an. coque & appone piperis ʒ.ȝ. zingib.croci an.quantum medietas penidiorum. ¶ Alius puluis expertus.Rec. pulueris cranei hominis,& coſtarum partem vnam,lumbricorũ terreſtrium,& lapidis hirundinis,ſemin.pęoniæ an. partem vnam, fiat dragea, & detur patiēti in ſero frequēter. ¶ Electuarium.Rec.agarici,abſynthij, colocynthid.an.ʒ.1.s.confice cum aqua decoctionis aniſi,ariſtol.longæ & melle, & ſumatur ex eo quātum eſt auellana. ¶ Item aliud.Rec.agar.ʒ.4. turbith ʒ.1.aniſi ʒ.2. cucum.ʒ.2.rad.apij ʒ.2.pęoniæ ʒ.5.in ℔.ȝ.aquę quouſq; remaneat medietas, & dentur ʒ.4.omni die. ¶ Ad epilepſiam electuarium. Rec. ſeſeleos,baccarũ lauri an.ʒ.ȝ.ariſto.ro. radicis pæoniæ an.aureos 2.caſtorei,croci,ſquillæ an.aur.1.confice cum melle deſpumato, & detur cum oxymellite ſquillitico ad quantitatē aurei in ſero in ſeptimana ter, corpore prius mũdificato. ¶ Item ſcias,quòd opopira & potio ſancti Pauli multũ valent. ¶ Potio experta cōtra epilepſiam.Recipe betonicæ,fœniculi an.M.1.pęoniæ, ſeminis naſturtij, gummi arabici an.℥.1.fac bullire hæc omnia trita in certa quantitate boni vini, donec tertia pars remaneat,& de hoc vino quolibet mane da vnum cyathum epileptico,vſque ad 30.dies, quia curat. ¶ Item ſi ſumatur per 30.dies quolibet mane,℥.1.& s.ſucci herbę paralyſis cum modico ſacchari,curat,& eſt probatum. ¶ Item ſi puluere facto ex radicibus cucum. agreſtis ſiccatis ſumat quotidie epilepticus,quantũ poteſt capere cum tribus digitis,cum oxymellite compoſito,multũ valet epilepticis,& etiam laborātibus de frigiditate ſtomachi. ¶ Aliud ad idem probatum.Rec.millefolij, vermicula,quod idē eſt ℔. s. decoquatur in ℔ ȝ.aquę donec redeat ad ℔.s.cola,& adde ℔. s. mell. ſucci rutæ ℥. 1. & fac bullire parum,& da omni mane patiēti. ¶ Si cor lupi detur ad comedēdum epilepticis, quocunq; modo eos liberat, vt dicit Rogerius. ¶ Item coagulum leporis ad quantitatem 5. denariorum cum vino decoctionis rutæ,curat epilepticum. ¶ Item ſuffumigatio facta cũ ruta bis vel ter in die,& in ſero cum vadit dormitum, confert. ¶ Pillulæ contra epilepſiā. Rec. coaguli leporis ſiccati, tere ipſum fortiter,deinde commiſce cum eo ſuccum enulę, & fac pillulas, & ſi vis adde modicum cinnamomi, vt melius commiſceatur, & ſint groſſæ ſicut cicer,de quibus des omni die vſq; ad 30.dies ieiuno ſtomacho epileptico, quia videbis mirabilem efficaciam,curat enim,vt probatũ eſt. ¶ Item nota, quòd factis remediis ſupradictis, ſi non curetur, ſummum remedium eſt facere cauterium in loco,vbi ſentitur materia prius moueri. Item cochlear mediũ olei de terebinthina datum epileptico curat eum. ¶ Item. Rec. cinnamomi electi, ſpicænardi,galangę an.℥.1.cranei humani humati ad pondus omnium , fiat puluis ſubtiliſsimus, & detur patiēti ʒ.1.in mane ieiuno ſtomacho, ꝓbatum eſt. ¶ Itē.Rec.ariſto ro.ʒ.ȝ.ſem.pęonię ʒ.1. puluériſentur,& detur omni die mane ꝑ 9. dies ʒ.4.pul.prædicti, & curat etiá antiquá epilepſiá, & ſi non curatur infra 9. dies , reiteret alios 9.

Potio experta.

COMMENTARIVS.

EST & ſecunda quæ analepſia dicitur, &c.] De nomine non decet eſſe ſollicitum. Analepſiam ergo vocat Arnaldus eam epilepſiæ ſpeciem quæ fit ex ſtomacho,fumis.ſ. ſurſum raptis in cerebrũ.Eadem voce compręhendi poſſunt etiam aliæ ſpecies , quæ partium aliarum inferiorũ conſenſu fiunt: licet has diſcriminis gratia catalepſias appellet. Quod autem dicitur analepſiam fieri vaporib⁹ cerebri ventriculos obſtruentibus,non videtur id eſſe rationi conſentaneũ : ſiquidem à craſſis humoribus,viſcoſis,multis & affatim irruentib.hoſce ventriculos obſtrui contingit,vt id vaporibus nō ſit adſcribendũ. Quin imo ſi vapores quandoq; tam craſſi, tamq; copioſi ſint, vt cerebri ventriculos obſtruant,non epilepſiam tamen ob id intulerint,ſed vel ſomnum profundum vel apoplexiam, aut quid aliud ſimile : vel epilepſia certè corriperentur omnes,quibuſcunq; vel ex ebrietate, vel alia de cauſa cerebrum vaporibus oppleri contingit. Quamuis itaq; Galen.lib.3.de locis affectis ex ſubita paroxyſmorum inuaſione , ſubitaq; ſolutione,plenitudinē epilepſiæ cauſam eſſe doceat : non hæc tamen ſufficiens eſt ratio: nam aura quæpiam venenata ſubito morbũ inferre poteſt, quæ cũ facilè diſcutiatur, ſubitò quoq; morbus ipſe ſoluitur. Quare ſi fiat interdum vt obſtructio quædam ſit in epilepticis,nō hanc tamen exiſtimauerim epilepſiæ cauſam eſſe primariã,ſed qualitatem quandã malignam,quę cerebro maxime ſit infeſta. Deniq; nec id mihi fit veriſimile,quod ait Arnaldus, *analepſiam ſcil. ex materia fieri quæ non in ventriculo, ſed in venis,arteriis, neruisq́; ſtomachi contineatur: per quæ vaſa materiam ebulliētem in cerebrum rapi indicat:* Nam nec materia ebulliens epilepſiæ cauſa eſt : aliàs in febribus, & ipſius quidem cordis aut hepatis,nō autem ventriculi vitio induceretur epilepſia : Nec quicquid illud eſt quod epilepſiã conſenſu ventriculi concitat,id in ſtomachi vaſis potius quàm in ipſo ventriculo generatur. Hac enim ratione nō ventriculus,ſed hepar aut alia quæpiam pars cauſa eſſet epilepſiæ. Quod & ex ſtomachi morſu cōuincitur, quo quidem ſigno analepſiã diſtinguit Arnaldus ab aliis epilepſiæ ſpeciebus. Materia ſiquidem in ventriculi vaſis contenta ſtomachi morſum inferre nequit.

Si verò ſtomachi vitio,de vena ſtomachi ſanguis mittatur.] Coniectandum hic fuerit,quænam hic intelligatur ſtomachi vena. Forte iocari liceat. Chirurgum ancilla quædam acceſſit,volens ſibi ſtomachi venã tundi (*ſie vvolte zum magen laſſen*) Hanc in locum ſecretum deduxit Chirurgus,iubens vt(ſaluus ſit auribus honor)aluum exoneraret. Hæc inquit ſtomachi phlebotomia eſt. Et dignum hoc etiam eſt eiuſmodi ludibrio conſilium. Non enim venæ ſectionem poſcit epilepſia , quam ventriculi vitium intulerit. Sed error hic ex priori natus eſt. Namq; ſi verũ ſit huius epilepſiæ cauſam eſſe materiam ebullientem, quæ nō in ſtomachi cauitate,ſed in ſtomachi venis cōtineatur,certè phlebotomia magis iuuerit,ꝙ vel vomitus,vel purgatio.

Fugiat apium : quia inducit epilepſiam de ſui proprietate, &c.] Hæc apud Medicos opinio percrebuit,vt exiſtiment apiũ nequaquã competere comitialibus , cum id Galen. tamē pueris cōcedat epilepticis. At verò ſi noceat apiũ epilepticis vt ferũt,eius certè ratio nulla manifeſta eſt, adeoq́; vt ait Arnaldus hoc ipſum agit apiũ ſua ꝓprietate,q̄ nec tēperamento,nec manifeſtis adſcribenda eſt qualitatibus : cũ apij qualitates & temperamentũ multis aliis ſint cō-

munia: Paulò pòst tamẽ quod probè dictum fuerat,ipse peruertit, inquiens ob id apium nocere, quod humores dissoluat,& ad superiora commoueat. Nam omnia ferè quæ conueniunt epilepticis,capitalia sunt, humoresque simul incidunt, sursumq; promouent.

De Apoplexia, Cap. XIIII.

Quid sit apoplexia.

PRIMO videndum est, quid sit apoplexia,& quibus magis accidat, & quot sint eius genera: postea de cura. ¶ Apoplexia est obstructio omnium ventriculorũ cerebri ab humiditate phlegmatica vtplurimũ, non permittens spiritum animalem diffundi per neruos,vnde corpus priuatur sensu & motu. Et cõsueuit accidere ista ęgritudo istis potatoribus, & comessoribus, qui quotidie stant & inebriãtur per tabernas,vel alibi,& his,q frequenter lauant, & colunt caput suum, & qui frequenter sudant.

Duo genera apoplexiæ.

¶ Cuius sunt duo genera,maior & minor: maior est obstructio omnium vẽtriculorum cerebri ex toto cum priuatione sensus, & motus: & in hac specie nec loquuntur,nec sentiunt,nec anhelitus per inspirationem,& respirationem trahitur,hæc subitò interficit & curari non potest. Et ego vidi quendam militem Neapoli, qui cum surgeret de lecto, & voluit se calciare, statim inuasus est ab hac specie apoplexię,& statim mortuus est. Et secunda species apoplexię,quę minor dicitur,& in hac non ex toto obstruuntur ventriculi cerebri, ideo sentiũt & mouetur anhelitus,licet cum maxima angustia: & hæc etiam quandoq; interficit vsq; ad *7. diem, & specialiter quando non curatur. Et quandoq; transit in paralysim, quæ etiam rarò ex toto curatur,vnde Hippocr. soluere apoplexiam fortem impossibile: debilem verò non facilè. Antecedit autem apoplexiam fortis & frequens solutio, sine manifesta causa, iuxta illud Hippoc. in aphor. Qui exsoluuntur fortiter & frequẽter sine manifesta causa. Antecedit etiam dolor,& grauitas capitis, pigrities, vertigo, & visus obscuritas.

*al. 6.

Causa.

¶ Et accidit passio hæc quandoq; ex sanguine grossissimo,& tunc facies rubea est, repletio venarum & pulsus plenus. Et quandoque ex phlegmate, & tunc facies pallet, & alia signa phlegmatis apparẽt. Et quandoq; ex melancholia,& tunc facies nigredini,vel cineritio colori attestatur, & alia signa melancholiæ in hoc conuenientia magis declarant. Et nota, quòd causa generalis & immediata apoplexiæ est priuatio *descensionis virtutis animatæ, siue spiritus animalis,ad membra inferiora. Et causa particularis illius prohibitionis est, aut apostema cerebri, siue calidum,siue frigidum,aut repletio ventriculorũ cerebri,ex materia phlegmatica vtplurimũ. Quãdoq; enim ventriculi cerebri repleti sunt,& tunc omninò non potest spiritus vitalis siue animalis, à quo procedit sensus, & motus in toto corpore descendere ad membra supposita. Si autem ipsi ventriculi non sunt omninò repleti,tunc secundum quod magis vel minus repleti sunt,secundũ hoc magis vel minus spiritus animalis ad membra inferiora potest descendere ad membra supposita sibi,& facere motum pectoris, secundum magis vel minus, sicut fit in minori apoplexia, in qua anhelitus est inordinatus, & cõtinuè mouetur,& non cum tanta angustia,vt in secunda specie. Et hæc est illa, de qua dicit Gal. quòd est passio debilis, in qua si prudens est Medicus, possibile est,vt curetur,aliæ autẽ species vix aut nunquam curantur.

*al. diffusionis.

Non sepeliantur nisi post horas sexaginta.

Et nota,quòd isti apoplectici secundum rationem non debent subterrari, vel sepeliri,nisi post spatium*60. horarũ: quia aliquãdo,vt dictum est,infra illud spatium hæc ægritudo in paralysim transit, & sic conualet patiens ab illa ægritudine. Vnde multi sunt idiotæ & ignorantes Medici, qui cùm statim inueniunt huiusmodi apoplecticos taliter priuatos sensu, & motu, iubent eos statim subterrari,& malè faciunt. Vidi enim & audiui hoc de multis,qui taliter subterrati fuerunt, & postmodum auditi sunt in sepulcro clamantes,vt iuuarentur,infra spatiũ*60. horarum. Et alij, qui mortui sunt in sepulcris, & postmodũ in processu temporis,cũm aperta sunt sepulcra eorum,inuenta sunt linimenta eorũ dilacerata ab ipsis,& ipsi cum brachiis & pedib. dissolutis mortui sunt inuenti.

*al. 55.

*al. 55.

Cura.

¶ Curentur apoplectici itaq; in hũc modum, de maiori & de mediocri apoplexia non intromittamus nos, sed ipsos patientes faciamus custodire per *60. horas, ne subterrentur,& si interim non reuiuiscant, tunc subterrẽtur. Minorem autẽ curemus,vt fecit Magister meus,quendam amicum meum,qui iam erat traditus in manus sacerdotum, vt sepelirent eum. Iuit Magister meus ad sepulcrum, antequã in eo poneretur,& iniunxit silentium Sacerdotibus, statim ante os ipsius patientis posuit parum de bombace carpinata,& supra pectus ipsius discoopertum prius pannis apposuit cyathum vnũ plenum aqua,& prospiciens [illegible] os vidit pilos mo-ueri, & lacertos pectoris cyathum discutere parum,sic quòd parum aquæ effundebatur. Statim iussit Magister meus conspiciens quòd viuebat, vt caput ipsius patiẽtis totum abraderetur,& capiti toti cataplasma apponeretur, [illegible]ñ ex sem. sinapi trito,& castoreo puluerisato,[illegible] ũ forti aceto mistis,& fecit statim stringi brachia in iũcturis spatularum,& coxis, vbi glandulæ sunt, cũ fascia fortiter, & castoreum sub linguam patientis posuit,& fecit fricari extremitates ipsius pedum,& manuum, cum nitro & sale, fecit & interim fieri phlebotomiã de saphenis amborum pedum, postea de vena, quæ est in iunctura nasi, deinde de basilica & saluatella sinistra,& prouocauit post p horam sternutationes, cũm iam patiẽs stupidus surgere incipiebat,& sic liberatus est. Sequẽti die iussit clystere sibi fieri acerrimũ de foliis maluæ, bletæ,rad. cucum. agrestis, succo panis porcini, adiuncta cassiæ fist. benedicta laxatiua, triphera saracenica,sale, oleo, & melle, & liberatus est patiens ab ęgritudine illa,& ex hoc magnã laudem & honorem & amicorum copiam subsecutus est Magister meus,& dicebatur mortuum suscitasse. Clystere aliud ad idem: Recipe chamomil. aneti, centaureæ, melilo. an. M. s. succi colocynthid. salisgemmæ an. ℨ. s. mell. & olei parum. ¶ Clystere etiam valens in apoplexia, & epilepsia, mania, & melancholia. Recipe buglossæ,cantabri an. ℥. 2. s. politrici, mal. an. ℥. 1. s. myrobalanorũ citrinorũ, chebulorũ, an. ℥. 1. diagridij, euphorbij, colocynthi. an. ℨ. 10. agarici, epithymi, ana ℨ. 15. olei viol. *℥. 1. melil. ℥. 1. confice sic, myrobal. herbas & cantabrũ p diem antè in aqua infusos, & tritos vsq; ad tertię partis consumtionẽ decoqui facias diligenter,

*al. ℥. 2.

genter, & cola, & mel & oleũ adiunge, & iterũ fac
bullire, deinde adiunge puluerem prædictarum
specierum, & iuxta ignem iniiciatur per clystere
tribus vel quatuor vicibus, vna post aliam secun-
dum quantitatẽ & debitum ordinem, & ducatur
manus alicuiꝰ personæ calida inuncta cum oleo
camo. per ventrem patientis. ¶ Fiant etiam sup-
positoria acuta ad apoplexiam optima, vel ex sa-
pone gallico, infuso in sale, & felle tauri, vel dent̃
ʒ.2.s. scãmoneę, nitri ʒ.1 castorei ʒ.s. simul contri-
tis & cũ melle coctis, vel de sapone, nitro, & ster-
core murum, cum melle coctis, vsq; ad duritiem,
vel de sale gemma, vel similibus, obtarmicum na
ribus iniiciatur de castoreo, & euphorbio, succus
etiam centaureæ naribus iniectus multum valet.
¶ Fomẽtatio facta cum succo porri super carbo-
nes ardentes proiecto, in hac passione valet.
¶ Quod si hæc passio fuerit propter superfluos
cibos, vel venenosas comestiones, prouocetur vo
mitus secũdum supradictam doctrinã. Si in cau-
sa sanguis fuerit, fac phlebotomiam. Si phlegma
vel melancholia, fiat in his omnibus, vt in præce-
denti capitulo dictum est. ¶ Syrupus in epilepsia
& apoplexia. Rec. ℔.1. succi foliorum borraginis,
ponantur ℥.4. senę & addito pauco saccharo, fiat
syrupus, fac simili modo de succo foliorum pasti
nacæ vel buglossæ, quod melius est. ¶ Pillulæ o-
ptimæ ad apoplexiam, cùm materia fuerit phle-
gmatica, vel melancholica: Rec. aloes, bdellij, se-
rapini, colocynthidis, op[illegible]pon. armo sem. cicutæ
an. ʒ.1. castorei, euphorbij an. ʒ 2. conficiãtur cum
succo porri, & den[illegible]ar ʒ. 2. ¶ Item gargariset hie-
ram, & fiat [illegible]auterium in fontanella colli, & cæte-
ra remedia, quæ in epilepsia dicta sunt, fiãt in hac
causa. ¶ Triph[illegible]ra optima ad epilepsiam, apople-
xiam, paralysim, & torturã oris, & omnium mem
brorum. Rec. p[illegible]peris, macropiperis, zingib pyre-
thri, granor[illegible] nigellę, costi, acori, calami aroma-
tici an. ʒ.s. myr. foliorum rutæ, assæ fœt. gentianę, *al. ʒ.s.
aristol. longę, baccarum lauri, castorei, sinapis an.
ʒ.s. mellis anacardi *ʒ.6. terantur & inuoluantur
omnia in oleo de nucibus, & confice cum melle,
& detur ex hac triphera, ad quantitatẽ vnius bac-
cæ lauri, vt patiens postea cooperiatur, & sudat:
hæc enim triphera mirabiliter valet ad epilepsiã,
apoplexiam, & paralysim.

De Paralysi, Cap XV.

ET quia minor apoplexia, vt est dictum
superiùs, quandoq; in paralysim trãsit,
propter hoc de paralysi dicendum est.
¶ Paralysis secundũ etymologiam no-
minis sui dicitur læsio partis, sed nõ quælibet læ-
sio partis paralysis dicitur: quia ratione podagrę
pes lęditur, & ratione chyragrę manus, & tñ non
dicitur paralysis aliqua istorũ, sed illa dicitur pa-
ralysis, quãdo pars priuatur sensu, & motu. Sunt
enim quidã nerui, quibus mediantibus habetur *Nerui sensitiui.*
sensus, & sunt alij, quibus mediantibus habetur *Nerui motiui.*
motus Quandoq; igitur nerui sensibiles aliquo
humore vel fumositate replentur, rõne cuius re-
pletionis spiritus animalis, à quo habetur sensus
& motus, nõ potest ad ipsos neruos liberè transi-
re: & tunc ipsi nerui sensibiles priuãtur sensu, vn-
de membra efficiũtur paralytica Nerui enim mo
tiui priuãtur motu, & sic etiã fit membrorũ ipso-
rum paralysis. ¶ Et propriè fit hæc passio, quan- *Cau.*
do humor phlegmaticus existens in cerebro, ca-
dit ad aliquẽ duorum lacertorũ, & mollificantur
nerui. Et causa huius sæpe & specialis est super-
fluus cibus & potus, maximè quia ex immodera
to potu fit maxima humorum dissolutio, & inde
neruorum obstructio: fit quandoq; etiã hæc pas-
sio ex processu frigiditatis, q̃ operatur ad constri-
ctionem neruorũ, quandoq; ex minori apople-
xia fit, vt dximꝰ. ¶ Item paralysis alia est vniuer- *Duplex paralysis.*
salis, alia est particularis: vniuersalis est illa, q̃ totũ
corpus, p̃ter caput, infestat: particularis aũt est il-
la, q̃ rectè mediam partẽ corporis, [al. vniuersalis
est illa, q̃ rectè mediã partẽ capitis occupat: Parti-
cularis verò est, q̃ tantũ vnã partẽ corporis occu-
pat.] siue vnũ membrum, vt quandoq; oculum,
quandoq; linguã, cum oris distortione, quãdoq;
manum, quandoq; pedẽ infestat, &c. ¶ Et nota,
quòd paralys. quandoq; fit ex causa in ipsã origi-
ne neruorum existente, & tunc stupor & insensi-
bilitas est in superioribus, vt in facie vel circa *su- *al. posteriora.*
periora Quandoque fit ex causa in ipso membro
paralytico existẽte, & tunc tantũ ipsum membrũ
patitur, & non superiora: quare discernere debe-
mus, vt secundũ locorũ varietatẽ modũ curatio-
nis variemus. In quibusdã. n. paralyticis sequitur
membrorũ tremor, & in quibusdã non, & in illis
membris, vbi fit nulla spirituũ transmissio, mor-
tificantur membra, & desiccãtur, & arescunt. Vn-
de in illis membris nullꝰ motus fieri potest: quia
omnis motus habet fieri spiritu & calore median
tibus, & illa membra etiamsi cum acu pungãtur,
non sentiunt patiẽtes huiusmodi puncturam: &
hæc difficulter, vel nunquã curatur. In illis verò
membris, in quibꝰ spiritus mediocritèr transmit-
tuntur, fit tremor, quia spiritus conantur regere
membra in suo proprio schemate & cõpositione,
& morbus *eorum destructionẽ nititur operari. *al. ad cuiꝰ.
Vnde nascitur quidã malus morbus nouus, no-
minatus cõpositus ex superiori. i. ex virtute cor-
poris *regitiua, & inferiori. i. impetu morbi, q̃ mor *al. vegitiua.
bus cõpositus ab autoribus nominatur, & mem-
bra illa, si cum acu pungantur, sentiunt. Et hæc si
fuerit prudens Medicus, bene curatur specialiter
in iuuene & adolescente: q̃a paralysis in sene vix,
vel nunquã curatur ¶ Item nota, quòd paralysis
ex incisione nerui ex trãsuerso facta impossibilis
curationis est, quemadmodũ neruũ punctũ, vel
incisum impossibile est consolidare. ¶ Cura Ma- *Cura.*
gistri mei ad paralysim, vtatur diæta in capitulo
de epilepsia dicta, & est cauendũ, ne in principio
demus vehementer euacuantia, quia humor est
indigestꝰ: sed fiãt suppositoria & clysteria in pręce-
dentib. dicta: postea detur quolibet mane *℥.s. *al. ℥.1. & s.
istius syrupi, cũ aqua ameos, & aneti. Rec. euphra
giæ, rutæ caprariæ, & domesticæ, rorismarini, sal-
uiæ, iuæ, betonicæ, capil. Ven. buglossę, herbę pa-
ralysis, fumiterræ an. M.s. meu, corticis commu-
nium radicũ an ℥.1. pas. sinè nucleis, hyssopi, me-
liloti, florũ camo. an. ℥.1. sebestẽ numero *40. enu- *al. 60.
læ campanę, sem. communiũ an. ℥.2. sacchari ℔.2.
vel mellis despumati, quantũ sufficit, vtatur isto
syrupo, quousq; sit ista materia digesta. ¶ Potest
etiã materia digeri, si vis, cũ syrupo de meliloto:
Rec. radicis apij, fœniculi an ℥.1. squinãti, zingib.
an. *ʒ.s. cẽtaureę minoris, hyssopi & rutę an. M.s. *al. ℥.s.

mellis quantum sufficit. ¶ Sumat tamẽ per quatuor dies, antequã incipiat sumere syrupum, omni mane*ʒ.s. de mithridato, vel de bona theriaca, cum aqua masticis, ameos, & aneti: & hoc ꝑ quatuor vel*sex dies faciat. Postmodũ vtatur prædictis syrupis, quousq; materia sit digesta, secundũ prædictam doctrinã. ¶ Deinde cum his pillulis purgetur: Rec.*specierum hierepicræ ʒ.4. interioris colocynthidis ʒ.1 s. euphorbij ʒ.1. & quart. castorei, piperis, assæ, serapini, opopon. sem. rutæ, sem.*apij an. ʒ.1.s. centaureę minoris ʒ.5. gummi in succo*rutæ dissoluãtur, & fiant pillulæ ex eis, & cum glutine tragacanthi informentur in modum cicerũ, & dẽtur ex eis*9. vel 11. & secundum quod tibi videbitur, de decimo in decimũ diẽ, & illæ sunt pillulæ fœtidæ Almansoris. ¶ Aliæ pillulæ optimæ ad idẽ: Rec. hieræpic. Gal. ʒ.10. colocynthid. interioris, pyrethri an. ʒ.6. castorei, salis indi an. ʒ.4. baurach ʒ 5. cõfice cum succo herbæ paralysis, & dẽtur ʒ.2.s. ¶ Item fiant istæ pillulæ, quas teneat sub lingua patiens; Rec. coriãdri, terebinthinæ, assæ, nucismusc. an. ℥.4. fiãt pillulæ in modum cicerũ, & teneant paralytici eas sub lingua. ¶ Itẽ vtantur hieralogodion secundũ descriptionẽ antidotarij Nicolai. ¶ Item vtantur semꝑ qualibet die 5. vel 6. vicibꝰ gargarismate, de melle & se. sinapis, vel isto gargarismate ad hoc optimo: Rec. pyrethri, staphisagriæ, pulegij triti an. bull. in forti aceto, & cũ modico melle ros. & potione Sancti Pauli, mithridato *& theriaca dabis ad gargarisandũ. ¶ Aliud ad idem non tam forte: Rec. zingib. olibani & in forti aceto bulliant, quo colato mel ros.*& theriacã vel mithridatũ adde, & ad gargarisandũ da. ¶ Item sternutatoriũ istud Magistri mei narib. insuffletur, quod valet ad paralysim, apoplexiã, epilepsiã & destructionẽ memoriæ & cerebrũ valde mundificat: Rec. condisi ʒ.7. piperis albi & nigri, castorei an. ʒ.s. rutæ campestris ʒ.2. aloes ʒ.1. & s seminis sinapis ʒ.2. nigellæ ʒ.2. fiat puluis & naribꝰ insufflet. ¶ Aliud sternutatoriũ Magistri mei expertũ ad paralysim, torturam oris & epilepsiã: Rec. castorei, pulpę colocynt. piperis albi an. aur.1. condisi aur.2. fiat puluis parũ ex eo naribus insuffletur, & ex ipso puluere remanẽte fiãt pillulæ cum succo sambuci, & fiat ex eis caputpurgiũ cũ aqua decoctionis herbæ, q̃ auricula muris dicitur. Et si post sternutationes ardeant nares, inungantur cũ lacte mulieris, vel cũ oleo ros. vel viol. ¶ Item vtantur clareto isto cõtra paralysim vniuersalẽ & particularẽ, & contra artheticã, & omnia vitia neruorũ, ex frigida causa optimo: Re. cinnam. optimi electi ℥.2. zingib. ℥.1. spicę, galangę an. ʒ.2. folij ʒ.1. caryoph. *ʒ.3. piperis longi ʒ.2 cubebæ ʒ.s. hæc omnia bulliant in lib 5. vini albi boni ad consumtionẽ medietatis, de quo sumat stomacho ieiuno ℥.3. ꝓ vice. ¶ Item si necesse fuerit, fiat hoc clystere optimum paralyticis: Rec. aneti, florum camom. sambsuci, sinapis, meliloti, cartami an. M.1. se. lini, fœnugræci*cõtritorũ an.*ʒ.2. siclæ *M.2. sulphuris, pulpæ colocynthid. an.*ʒ.s. ficus siccas 20. verbenæ centaureæ minoris an. ℥.1. omnia coquãtur in vino & colentur, colaturæ adde olei antiqui*℥.3. mellis despumati ℥.1. isto clysteri vtebatur meus Magister in omni paralysi & artetica, & etiam in vitio neruorum ex frigiditate facto. ¶ Item hieralogodion, hierepicra Gal. & confectio anacardina ad quantitatẽ ℥.s. dentur eis cum aqua decoctionis anisi, & masticis. ¶ Item si loquelam, ꝓpter paralysim amiserit, castoreum sub lingua teneat patiens vel detur ipsum castoreũ cum succo pœoniæ vel saluiæ: valet etiã solus succus saluiæ ad ipsam loquelam recuperandã. ¶ Item puluis sinapis, piperis, hyssopi, nasturtij & castorei sub lingua positus, loquelam recuperat, & etiã paralysim sedat, & ad memoriã recuperandam iuuat. ¶ Et fiat eis electuariũ de duabus partibus ligni aloes, & cassiælig. & ex tertia parte anacardi, & euphorbij an. & conficiantur cum melle, & detur ad quantitatẽ nucis. ¶ Et item cum subitò quis fit sine voce, vel ꝓpter paralysim vel aliã quamcumq; causam, detur primo in potu cum vino calido puluis castorei, caryophyll. nucismusc. & recuperabit loquelam. ¶ Intrẽt balnea sulphurea, salsa & aluminosa, vel fiat eis balneum tale. Rec. saluiæ, sauinæ, rorismarini, lauri, mentastri, pulicariæ, iuæ, betonicæ, pulegij, origani, florum camom. sambsuci, coronę regię an. fasciculũ vnum: coquãtur in aqua, & in ea intret, & ibi mithridatum vel potionem Sãcti Pauli, & similia accipiat, postmodũ abstergatur cũ panno lineo, & vngantur mẽbra paralytica ex oleo costino, & vnguentis subscribendis. Experimẽtum Magistri mei ad loquelam recuperandã, & euacuandã materiam à superioribus, expertum: Abradatur primò caput, & fiat emplastrum tale: Rec. assæ fœt. serapini, opopon. galbani, armoniaci, euphorbij an. ℥.1. castorei ℥.2 omnia liquefiant ad ignẽ, excepto castoreo, & cum oleo ros. & laurino ad pondus omnium, & pauco ceræ conficiantur: deinde apponas in castoreũ pul. & fiat ex eis omnibus vnguẽtum, & vngatur ex eo totũ caput, post hoc accipe 30. vel 40. cãtharides, & abscissis capitibus terantur cũ pauca axungia, & parum mellis, & ponatur supra collum, & occipitiũ, & fiat ibi vesica vna, & trahetur materia ad illum locũ, & ita patiens loquetur. ¶ Item, vt superiùs dictũ est, puluis ex castoreo factꝰ sub lingua teneatur, quousq; per se dissoluatur: quia miro modo loquelã recuperat, item puluis sem. lapæ inuersæ vel sem. caulis agrestis sub lingua teneatur, & lauetur lingua & palatũ cũ mithridato, vel theriaca, vel ex ipso mithridato, vel theriaca cum oleo calido distemperato, collum & tempora fricentur, & quiescãt sic ꝑ noctẽ: hoc enim solo vidi in multis loquelã recuperari. ¶ Quod si fiat paralysis vesicæ ꝓpter prædicta, infundatur pannus, vel spõgia marina, in vino decoctionis castorei, & pectini & virgę sę pius applicetur tepidus. ¶ Quod si paralysis in brachio vel manu fiat, vngatur tota manus & brachium cũ vino, vbi bullierint saluia, mastix, oleũ ros. vsq; consumtionẽ vini, & abluãtur cum aqua decoctionis saluiæ, florũ camo. & inungatur vnguentis subscribendis. ¶ Vnguẽtum optimũ ad paralysim, & contractionẽ neruorũ: Rec. marciaton Agrippę, olei*oliuarũ, dialteę an. ℥.1 liquefiãt omnia simul, & addatur puluis istarũ specierum, pyrethri, zingib. sem. vrticæ, nasturtij & sinapis, semen raparum, castorei an.*ʒ.s. & vtere. ¶ Aliud vnguentũ ad paralysim valde bonum: Rec. squillæ, thapsiæ, hellebori an.*ʒ.1. piperis, pyrethri, castorei, nitri, euphorbij, sinapis an. ℥.s. omnia contrita,

Marginalia: *al. ℥.s. — *al. quinq; — *al. pul. picræ — *al. sinapi — *al. mẽthæ — *al. 15. vel 19. vel 25. — *Gargarismata.* — *al. vel — *al. vel — *Sternutatoria.* — *Claretum.* — *al. ʒ. 4. — *Clystere.* — *al. cõtriti — *al. ℥. 2. — *al. M. 1. — *al. ℥. s. — *al. ℥. 2. — *Ad loquelam amissam recuperandam.* — *Vnguenta.* — *al. laurini — *al. ℥.s. — *al. ℥.4.

trita,& puluerifata cũ oleo laurino bulliāt, deinde ʒ.2.cerę nouæ & virid.ʒ.1.miſceatur ad ignem, & vtere. ¶ Aliud vnguentũ leue & bonũ ad omnia membra paralytica. Rec.ſæuũ arietinum, vel porcinũ, & liquefac ad ignē, & ſuper bonũ vinũ infundatur,& hoc fiat 5.vel 6.vicibus,& fiet quaſi cera mollis,& ex tali vnguēto ter vel quater in die membra vngātur. Et bonum eſſet ſi in illo vino,in quo funditur,bulliant ſaluia,pyrethrũ,zingib.piper,caſtoreũ,& ſimilia. ¶ Aliud ad idem optimum:Rec.ſerpentē vnũ rufum, & etiā plures ſi vis,& abſciſsis capite, & cauda, ſpatio quatuor digitorũ,reliquũ,abiectis interioribus, ponatur in olla in fundo perforata,ſub qua iaceat alia olla ſana,quæ fundũ ollę ſuperioris in ſe contineat,& in orificio ſigilletur bene cum luto ſapientiæ, vel cum paſta,ne reſpirare poſsit, nec aliud in eis intrare poſsit. Et ſic præparatis,olla illa ponatur in caldario pleno aqua,q̄ bulliat, cuiꝰ calore calefiāt ollæ,& reſoluatur pinguedo à ſerpentibus,q̄ per foramē ollæ perforatæ in ſanā diſtillabit, nec conſumetur ꝓpter humiditatē aquæ, & de tali pinguedine addito ſucco rad.capparis,& centaureæ fac vnguentũ. ¶ Ipſa etiam centaurea cum vino, & oleo cocta,& membris paralyticis cataplaſmata multũ prodeſt. ¶ Item ſemē ſinapis tritum, cũ vino, vel ipſa herba etiā cataplaſmata multũ valet:herba paralyſis,cũ ouo ſorbili data,valet. ¶ Itē inunctio de oleo coſtino infra ſcripto mirabiliter valet ad hanc paſsionē: Rec. coſti ʒ.1.piperis, pyrethri,euphorbij an.*ʒ.ʒ.caſtorei ʒ.1.diſſoluantur in ℔.s.olei de been aut olei narciſci, vel olei nucis,& bulliant ad ignē, quouſq; incorporētur, & vtere. ¶ Item ſolum oleum de nucibus cũ caſtoreo,& ſpica nar.miſtũ & inunctũ, mirabiliter valet. ¶ Item accipiatur vulpis,& decoquatur in caldario pleno aqua,addito ſale, & aneto,quouſque caro ab oſsibus ſeparetur,deinde dicta aqua in tinam proiiciatur, & intret patiens ter in die in dictam aquam calidā & ſtet ibi ꝑ horā 1. vel 2. & in nocte ſimiliter faciat: & hoc fiat in principio mēſis tribus diebus,& in fine ſimiliter. ¶ Vnguentũ aliud ad paralyſim,artheticā, podagrā, epilepſiā, guttam & omne vitium frigidũ. Aqua frigida,aſſa fœtida, & petroleum ſimul ad ignē reſoluātur, & imponat̃ puluis ex caſtoreo,euphorbio, ſulphure,vino,& addita cera,fiat vnguentũ,ex quo loca dolentia vngātur: ſi fuerit epilepſia vitio capitis, vngatur collum, & circa ſpatulas: ſi fuerit vitio ſtomachi,vngatur ſtomachus: ſi vitio extremitatum,extremitates vngantur. ¶ Aliud vnguētum optimum ad paralyſim,ſpaſmũ,& artheticam de cauſa frigida.Rec.ſauinę, rutę,ſaluię,cerę an.℥.6. & in*℥.10.olei communis ꝑ mēſem dimitte, poſt cola,& adde ℥.6. ſucci cucu. agreſtis, & bulliant vſq; ad conſumtionē ſucci,& addātur ℥.4.axungiæ anſeris nouiſsimę & ℥.1.gummi hederæ pulueriſatæ bene,& ceræ ru.℥.1.cola, & vſui reſerua. ¶ Contingit quandoq; hemitriteũ terminari in paralyſim, ad quod faciamus vnguentũ hoc optimum:Rec.rad.brioniæ, & ſquillā fruſtatim incidas,& cum paritaria & vrtica rubea, vel cum alia vrtica nigra in aceto ꝑ triduum pone,& poſt omnia inſimul bulliant,deinde colētur & addito butyro,cera & axungia fiat vnguētum, & inunganter ex eo membra paralytica,deinde lana ſuccida

al.ʒ.tert.

Ad arteticā & epilepſiam etiam.

al.℥.20.

Ad paralyſim ex hemitriteo

bene calefacta, bene inuoluatur, & iterum cum infrigidata fuerit,calefiat& inungatur,& hoc pluries fiat inter diem & noctē:bonũ tñ eſſet,ſi prius pręcederet vſus balnei decoctionis vulpis ſupradicti. ¶ Aliud vnguentũ optimũ pro paralyticis, ſciaticis,colicis, & pro omnibus doloribus ex frigiditate proueniētibus: Rec.ſaluiæ,ſauinæ,rutę, calamenti,pulegij,ſambſuci,camom.ſquillæ,peucedani,ireos,abſynthij,acori,cyperi,hyſſopi,aneti,foliorum lauri & ſambſuci, alleluiæ,rad. alteæ, cucu. agreſtis, ſiſymbrij, roriſmarini, betonicæ, praſsij,cicoreę,folii ariſtol.ro.ſerpilli,enulæ campanæ, ariſtol.lon. cum foliis ſambſuci, artemiſiæ an.M.1.omnia terantur, & in vino tribus diebus, & tribus noctibus maneant,pòſt colentur, & colaturę addātur veteris olei ℔.ʒ.ſe.lini,cymini,fœnugræci pulueriſatorũ an.ʒ.2. axungiæ bouinæ, porcinæ,pinguedinis anſerũ & gallinæ,axungiæ vrſi an.ʒ.2.liquefiāt prædictæ axungiæ & colaturæ iam dictæ adminiſtrentur, pòſt ꝑ diē & noctē ſic inſimul iaceant,deinde tamdiu bulliāt, donec oleũ & axungia diminuātur,& colentur,& eis ab igne depoſitis addantur hęc:Rec.armoniaci,galbani an.ʒ.1.terebinthinæ,gummi hederæ an.*℈.1. ceræ ℔.s.caſtorei,aſari ʒ.1.bulliant iterum parũ, & ſemper cum ſpatula agitando ab igne moueantur,& vſui reſeruētur. ¶ Nota,quòd caſtoreum, ſaluia,lauēdula,primula veris,& herba paralyſis, ſanāt paralytica membra,vnde ſi in vino hęc bulliant,& vinũ illud paralytico datũ eſt ſæpe,mirabiliter valet.Et vinũ decoctionis radicis brioniæ, fœn.petroſ. & ſem. aneti bibitum, eſt mirabile in cauſa hac,& expertum. ¶ Item vinum decoctionis caſtorei,ſaluię,rutæ & rad. pœoniæ, & apponatur pòſt deſuper parũ de pul.rad.pœonię & bibatur,mirabiliter valet. ¶ Item detur cōfectio anacardina. ¶ Item triphera in fine p̄cedētis capituli de paralyſi detur, q̃a valde vtilis eſt in hac cauſa.

Ad omnes dolores etiā.

al.ʒ.1.

Vinum.

ADDITIONES.

PIllulæ ad paralyſim:Rec.pul. hieræpicræ ʒ.5. pulpæ colocynthidis ʒ.2.s.euphorbij ʒ.1.ſerapini,caſtorei,piperis,opopo.thapſię,ſinapis an.ʒ.s.centaureæ ʒ.5.gummi in ſucco diſſoluantur, & reliqua pulueriſentur,& fiāt pillulæ, doſis ʒ.1.vel minus pręcedente digeſtiuo conuenienti,poſt vtatur confectione de acoro, & ſecacul Meſuæ, & inungatur oleo coſtino. ¶ Pillulæ optimæ ad paralyſim:Rec.pul.hieræpicræ ʒ.2.armoniaci, ſerapini,diagridij,cypreſsi,pulpæ colocynthidis,aſſę fœt.galbani,caſtorei,ſarcocol.turbith, hermodactyli,zingib.an.ʒ.s.euphorbij ʒ.1.conficiantur cũ ſucco ſaluiæ, doſis ʒ.1. præcedente vſu digeſtiui conuenientis. ¶ Pillulæ Magiſtri Thadęi,quibus vtebatur contra paralyſim ex parte,materia digeſta,doſis eſt ʒ.1.vel 2.ſecundum vires: Rec.caſtorei ℥.s.ligni aloes,macis,betoni.ſaluię,pulpæ colocynthidis,turbith,opopon.ſalis gemmæ,polypodij,cuc. agreſtis, rad.ſtœchad. agar.caſsię, ſtaphiſagriæ,elaterij an.ʒ.2.bdellij,aſpalti, caryoph. ro.ſpicæ,pyrethri,ſcœnāthi,cymini,cinnamomi, maratri,olibani,hermodactyli,carpobal.caſsię ligneæ,croci, myr.abſinthij an.ʒ.1.aſſæ ʒ.ʒ.viol.ʒ.1. diagridij ʒ.1.s.aloes hepaticæ ad omniũ pondus, cum ſucco ſaluiæ confice. ¶ Quidā amiſit loquelam,& ſtetit per octo dies, quòd nō fuit locutus,

Pillulæ.

Ad loquelā.

tunc quædam mulier dedit ei 30. grana pœoniæ A
à cortice exteriori mundatæ, & statim recupera-
uit loquelam. ¶ Item benedicta cum succo rutæ
agrestis, naribus iniecta loquelam recuperare fa-
cit statim. ¶ Item phlebotomare duas venas, quę
sunt sub lingua, & postea fricare linguam cum se-
mine nasturtij, & castorei, loquelam recuperat.
¶ Aliud ad idem: Rec. castorei, piperis, pyrethri,
euphorbij, anisi, marathri, caryophyl. ligni aloes,
saluiæ, baccarum lauri an. terantur & coquantur
in vino albo, & illud vinũ calidum teneat in ore, B
& occipitium cum illo vino fomentetur, & præ-
dictę herbę ipsi occipitio cum stupa canabina in-
fusa vino dicto sæpius apponatur. ¶ Item pillulę
in modum fabæ grossæ de castoreo, & pul. saluiæ
conficiantur cum melle, & ponatur vna sub lin-
gua, quoniam loquelam statim recuperat, & para
lysim vniuersalem, vel particularem, vel aliam si-
milẽ ęgritudinẽ ex causis frigidis, etiamsi morta-
lis fuerit, illá curaui, & est probatũ. ¶ Item empla-
strum factum de stercore canis in aceto mistum, C
& occipitio appositum, statim loquelam recupe-
rat. ¶ Experimentum ad paralysim linguæ: suc-
cus saluię, & oleum nucum an. misceantur, & ad-
dito pauco castorei, sub lingua ponatur, cum pẽ-
na, vel aliquo simili sæpe, quia multum cõfert ad
loquelam deperditam restaurandam. ¶ Oleum
mirabile ad paralysim, & contractionem neruo-
rum, epilepsiam, spasmum & ad omnem morbũ
frigidum, vel ex frigida causa generatum: Rec. gal
bani ℔. s. gummi hederæ ℥. ʒ. terãtur, & miscean- D
tur simul & in vase destillationis ponantur, & a-
quam, & oleum, quæ inde destillauerint, collige
& misce ea cum ℥. 1. olei laurini, & ℔. 1. terebinthi-
næ, & iterum distilla in oleum & aquam, deinde
separa aquá ab oleo, & oleum reserua, sicut oleũ
balsamum, nam æquipollet cum omnibus virtu-
tibus suis in paralysi. Quidam posuit vnam gut-
tam in fronte illius olei, & aliam in vmbilico cu-
iusdam paralytici, & statim surrexit, vt stupidus,
& fuit liberatus post horá in loco, in quo fuit do- E
lor ex vulnere, & contractus neruorum inunxit,
& liberatus fuit patiens. Et in aliis ægritudinibus
diuersis diuersimodè, probatur hoc oleum esse
maximæ efficaciæ. Occipitium vnctum ex eo in
introitu lecti, & in mane ʒ. s. vuarum passarum,
comedat, ita subtiliat memoriam, quòd præteri-
torũ est memoria mirabilis, & intellectus clarus.
Et valet contra surditatem, & omnem morbũ ex
frigida causa, & contra amissionem olfactus dicta
aqua mirabiliter valet. ¶ Vnguentum ciconiacũ F
optimum ad paralysim, & neruorum contractio-
nem: Accipe ciconiam & depila ipsam, & eiectis
interioribus laua ipsam bene, & impleatur axun-
gia veteris catti, anseris, serpentis, taxi, de medul-
lis cerui, aut asini, de oleo laurino, aut terbẽtina,
resina munda, euphorbio, & olibano an. & bene
suatur. Et post coque inter duas testas, & quod
inde destillauerit in vase vitreo reconde, & valet
ad omnem guttam frigidam.

Oleum mirabile. — *Vnguentum ciliconiacum.*

De Spasmo, Cap. XVII.


RACTATO de paralysi, videamus
de spasmo. Spasmus itaq; est extensio,
vel contractio neruorum, & lacertorũ
totius corporis: & præcipuè in collo,

Diffinitio.

& ceruice existẽtium ex inanitione, vel repletio-
ne, vel frigiditate, labore, vigilia, vel tristitia pro-
ueniens. ¶ Sunt enim tres species spasmi, videl.
emprosthotonos, opisthotonos & tetanos. Em-
prosthotonos fit quando nerui anteriores incur-
uantur & posteriores elongantur, his corpus in
priora curuatur & semper prospiciũt versus ter-
ram. Opisthotonos fit quando nerui anteriores
extenduntur & posteriores incuruãtur, his cor-
pus in posteriora curuatur. Tetanos dicitur qua-
si totum tenẽs, quia nerui anteriores, & posterio-
res in tetano incuruantur, vnde isti erecti stant,
nec à dextris nec à sinistris flectũtur. ¶ Ex reple-
tione fit spasmus, dum enim nerui replentur, dis-
trahuntur in latum, & cõtrahuntur in longum,
& sic dum cõtrahuntur nerui, cõtrahuntur mem
bra ex eis obligata, & sic fit spasmus ex repletio-
ne. ¶ Ex inanitione autem fit spasmus, dum ner-
ui ex aliqua causa contrahuntur, & arescunt, & a-
refacti contrahuntur, & sic membra eis alligata
cõtrahuntur, & sic sequitur spasmus ex inanitio-
ne, & talis spasm⁹ incurabilis est. Dicit enim Hip-
pocr. in aphor. Spasmus ex inanitione mortalis,
cum eo enim* immediatè fit caloris naturalis de-
perditio: vnde virtutes in suis operibus debilitã-
tur. ¶ Ex frigiditate etiá inducitur spasmus, quia
frigiditas habet motum ad centrum, incurtãtur
& incuruãtur nerui, & membra eis alligata, & sic
fit spasmus ex frigiditate. ¶ Signa spasmi sunt:
quia est membrorum attractio, dolor, & tremor,
æger vix mouet ceruicem, & cætera membra, &
cum difficultate trãsglutit, & exspuit, & nulla for
titudo in membris eius est: nam, sicut dicit Ari-
stoteles in Topicis, fortitudo à neruis & ossibus
habetur, quæ si debilitantur, contrarium seque-
tur. Si sit spasmus ex labore, angustiis, vigiliis, tri
stitia & à nimio fluxu sanguinis vel nariũ, vel hę-
morrhoidum, vel menstruorum, fluxu vrinæ, vel
ex febribus acutis, & similibus, est ex inanitione:
si verò fiat spasmus in ocioso multum comedẽte,
vel ex vulnere non bene curato, & huiusmodi est
ex repletione. ¶ Et si Medicus ad curationem i-
psius accesserit, dum febris superuenerit ipsi spa-
smo, ex repletione, manum nullatenus apponat:
nam splendori radiorũ solis faces ardentes appo
nere, vt maius lumẽ appareat, fatuorũ est. Quod
si huic spasmo febris nõ superuenerit, inducatur,
prout inferiùs enarratur, & sic iste spasmus cura-
bitur statim febri superueniẽte: cum spasmus sit
neruorum mollities, vt ait Gal. in lib. de acciden-
ti & morbo, & febris sit secundum causam suam
calida, & sicca, sua caliditate, & sua siccitate desic-
cabit, & consumet prædictorum neruorum mol-
litiem superabundantem, & sic erit cura spasmi,
& non quælibet febris debet induci, sed solum a-
cuta febris. ¶ Fiat igitur vnguẽtum ad ipsam fe-
brem inducẽdam hoc modo: Rec. sem. nasturtij,
nucis saracenicæ, pyrethri an. ʒ. 1. & in oleo lauri-
no aliquantulum coquãtur, & super vmbilicum,
tempora, & pulsatiles venas inunctio fiat, quia
statim inducetur febris. ¶ Vnguẽtum aliud Ma-
gistri mei ad febrem inducendã: Rec. piperis, py-
rethri, euphorbij an. puluerisentur omnia, & mi-
sceantur cum scarabeis, qui stant in balneo bene
pistatis, & sit tantundem scarabeorum, sicut pul-
ueris prædicti: deinde conficiantur omnia cum
succo

Diuisio. — *Ex repletione.* — *Ex inanitione.* — *al. mediatè* — *Ex frigiditate.* — *Signa.* — *Cura.* — *Vnguenta ad inducendum febrem.*

ſucco flammulæ, & fiat in modum vnguenti, & inungātur ex eo pulſatiles venæ brachiorum, pedum, temporū, vmbilicus, & ſpina dorſi. ¶ Aliud ad idem: Rec. olei communis, olei laurini an. fac bullire cum ſucco flammulæ viridis, vſq; ad conſumtionem ipſius ſucci: deinde appone ſtyracē, calamitam, piper & ceram, & in modum vnguēti confice, & venas pulſatiles inunge. ¶ Suppoſitorium, quod inducit febrē: decoquatur mel, & in fine decoctionis addatur fel tauri, & addito puluere euphorbij & nigellę informetur ſuppoſitorium, & ſupponatur ano. ¶ Vnguentum aliud ad febrem inducendam: accipiātur vermes, qui vocantur forficulæ, & ſunt antè, & retro ſic, vt* forfices, & ſtant in muris & parietibus, & bulliant in oleo communi, vel in oleo flammulæ ſupradicto, de quo venas pulſatiles brachiorum, & temporū inungas, & vigilet ſpaſmaticus inquātum poteſt, & ponantur ventoſæ in ſummitate capitis cum ſcarificatione, amotis ventoſis ligetur locus, vbi fuerunt appoſitæ, cępe tritum cum cymino tepidum. ¶ Aliud Magiſtri mei ad idem: caro leonis, euphorbium, flammula, cantharides an. coquantur in oleo nucis, vſq; ad diſſolutionem ipſorum: poſtea cola exprimēdo fortiter, & inungendo venas manuū, & pedum, & totam ſpinā dorſi in viro circa genitalia, in muliere circa muliebria & vbera, & hoc fiat ad ignē, & poſt cooperiatur patiens in lecto. Quando verò febrem ceſſare volueris, mitte patientē in balneum aquę tepidæ & ſtatim febris ceſſabit. ¶ Aliud ad febrē inducēdam: accipe ſcorpiones colubrinos, & ſcarabeos, qui ſtant in balneo, cātharides bene pulueriſatas, ſuccum flammulæ, vitis al. ſquillæ, rutæ, euphorbij, carnis leonis, gummi hederæ an. hæc omnia in oleo flammulæ, vel in oleo petroleo, vel ſaltim cōmuni trita bulliant, & inungantur venæ pulſatiles ex huiuſmodi vnguento. ¶ Item cantharides ſolū diſtemperatæ cum ſucco flammulæ, vel oleo petroleo inunctis inducūt febrē. ¶ Aliud ad idem optimum: accipe ſerpentē abſciſsis capite eius & cauda, tribus digitis mēſuratis, & mediū ſuſpende, & quod inde deſtillauerit, collige, & cum ſucco muſcarum, & ſcarabeorum miſce, & vnge prędicta loca. ¶ Aliud ad idem: accipe rutā, & flammulam agreſtē, tere ea, & in oleo p 15. dies iaceāt, deinde colentur, & in prædicto oleo addatur puluis euphorbij, hellebori albi, & inunge prædicta loca. ¶ Aliud ad idem: accipe lacertā viridē, auripigmentum, euphorbiū, helleborū album, & nigrum, ſtellionē, carnem leonis, ſcarabeos, oua formicarū, & quæcunq; habere calida potes, vt piper, allium, pyrethrū, flammulā, & alumen, ſemē ſinapis, ſulphur, *antimoniū, naſturtium, rutam agreſtem, ſcorpiones, & huiuſmodi: hæc vel quędam eorū bulliant in oleo flammulæ, vel laurino, petroleo, ſinapi, iunipero, oleo muſcellino, oleo nucis vel communi: & inungantur venæ pulſatiles, & dextrum hypochondriū, in viris genitalia, in mulieribus mammillæ. ¶ Vidi quēdam Salernitanum, qui mihi retulit, quòd inducebat febrē in quocunq; volebat, hoc modo: tenebat enim duos digitos per totam noctem inuolutos in puluere turbith, manè verò fricabat inter digitos ipſius manus puluerem fœnic. expreſsionem hellebori albi, & turbith, & poſtea vngebat pulſum vbicunq; volebat, & ſtatim febris ſuperueniebat illi. Et ſic in quocunq; ſano homine etiam poſſet febris induci. ¶ Quod ſi ſpaſmaticus fuerit conſtipatus, aluus leniatur cum ſuppoſitoriis, vel cū clyſteribus mordicatiuis, in pręcedentibus capitulis dictis. ¶ Item lutum decoctum in oleo, & calidum neruis ſuperpoſitum prodeſſe conſueuit. ¶ Item portulaca in aqua fortiter excoquatur, & hordeum tritum, cortices fabarū, & glandiū admiſceantur eis, & totum ſupra petiam, vel lanam ſuccidā extenſum, neruis contractis apponātur. ¶ Item recipiat per nares ſuffumigium de ligno aloes combuſto, in oleo extincto: quia cerebrum, & neruorū originem confortat multum. ¶ Item calx viua, in aqua ſimplici cocta, & in oleo miſta in modum vnguenti, ſi ex huiuſmodi vnguento inungatur, neruis prodeſt mirabiliter. ¶ Item ſaluia cum ouis data, & cum vino decoctionis eius, nerui loti, multum cōfortat neruos, & huic ægritudini & aliis, in quibus nerui lædūtur, multum confert, vnde inquit Virgil. in lib. de agricultura:

Cur moritur homo, cum ſaluia creſcit in horto?

Hoc enim dicit ꝑpter maximam eius virtutem, quia neruos, vt dictū eſt, potentiſsimè confortat. ¶ Si loquela priuatur, puluerem caſtorei patiens ſub lingua teneat, & fiant ipſa remedia, quæ in capitulo de paralyſi dicta ſunt valere ad amiſsionem loquelę. ¶ Herba paralyſis, vincetoxicū proſunt huic ægritudini, ſi ad comedendum dentur. ¶ Balneum ſulphureū, vel factum de decoctione herbæ paralyſis, ſaluię, calamenti, multū valet, vt factum ex decoctione ſaluię, ſauinę, roris marini, artemiſiæ, paritariæ, betonicæ, eupatorij, pulegij, & mentaſtri. ¶ Sternutatio, quam in paralyſi diximus valere in ægritudine hac, fiat, & ſi poſt ſternutationē nares ardeant, vngātur cum lacte mulieris. ¶ Dentūr illi ſæpe & ſæpius 11. vel 15. pillulæ cochiæ Almanſoris, vel ſecūdum quod tibi videbitur. ¶ Inungatur corpus cum oleo laurino, agrippa, marciaton, oleo petroleo, vnguento aureo, & ſimilibus. ¶ Poſt purgationem radatur bne cum raſorio puppis cerebri, & inungatur hoc vnguēto: Rec. pyrethri, euphorbij, ſinapis, aſphodeli, narciſci, caſtorei, piperis longi an. *ʒ. quart. tempera cum ſucco rutæ, ita quòd ſit ſepties tantum olei medietas, & coquantur vſq; ad conſumtionem ſucci. ¶ Vtantur Adriano, ſiue opio, vel diatrionpipereon, diamargariton, & ſimilibus. ¶ Puluis caſtorei quotidie inſuffletur in naribus, & vinū decoctionis ipſius, & ſaluiæ detur in potu quotidie. ¶ Ventoſæ ſine ſcarificatione ponātur in occipitio, poſtmodū ſaccelletur locus cum ſale, & ſulphure, & farina tritici, iaceatq; in ſtramine iuxta ignē. ¶ Si ex materia ſanguinis abundante fiat ſpaſmus, fiat phlebotomia de vena mediana, & mūdificetur ſanguis cum his, quæ in capitulo de dolore capitis ex ſanguine facto, dicta ſunt. ¶ Quod ſi ex vulnere fiat ſpaſmus, aperiatur vulnus, & humectetur, & totum corpus ex hac vnctione vngatur: Rec. olei muſcellini *℥. 2. petrolij *℥. s. olei communis, & butyri an. ʒ. 4. ceræ ʒ. 2. ſtyracis liquidæ, & ru. an. *ʒ. ʒ. maſtici, olibani an. *℥. 1. gummi hederæ *℥. ʒ. s. ex hac vnctione vngatur ſpaſmatus ex vulnere, vel repletione in ceruice, collo, ſpina, & toto corpore eo collocato inter duos ignes. ¶ Emplaſtrū optimum ad idem:

*al. furfures,
*al. amonium,
Saluia.
Balneum.
Sternutatio.
*al. ʒ. quar.
Si fuerit ex vulnere.
*al. ʒ. 2.
*al. ʒ. s.
*al. ʒ. 3. & s.
*al. ʒ. 1.
*al. ʒ. ʒ. & s.

Accipe absynthij,cymini, baccarum lauri an.ʒ.2. omnia puluerisentur & cum melle conficiantur, & bul.& parum inspissentur, & super plagellam locis dolorosis calidũ apponatur: quia dolorem neruorum mirabiliter mitigat. ¶ Quod si ex inanitione fiat spasmus,licet ab Hippoc.& ab aliis autoribus incurabilis nuncupatur, tñ adhibeamus remedia,quæ competẽter possumus.In his igitur passionibus, in quibus autores de infirmi salute desperant,debemus hoc modo ad curam procedere,vt videl. ipsos infirmos desperatos capiam? in curam,prout essent morituri, non promittentes eis salutem: sed promittentes nos facturos illud,quod poterimus secundum artem nostram. Non enim nouit Medicus mortuos suscitare: hoc enim Dei est non hominis. ¶ Ponamus itaq; ex inanitione spasmatos in balneũ in quo coctæ sint ros.mal bismal.branca vrsina,proiectis intus 20.vitellis ouorum: fiat hoc balneum sæpe & sæpius,& ex ipsa aqua balneet totum corpus,& caput: lauetur etiam caput lacte asinino,pecorino, caprino, vel mulieris nouiter mulsæ, inungatur totum corpus vnguẽto facto de medullis omniũ animalium,quęcunq; habere poteris. ¶ Electuarium ad restauratioñe humiditatis: diarrhodon abbatis,& triasandali,& huiusmodi electuaria restauratiua tribuantur,& cibaria lubrica,humida, & subtilia tribuátur eis,& ea remedia,quę dicturi sumus in capitulo de hectica, huiusmodi spasmo ex inanitione competunt.

Si fuerit ex inanitione.

ADDITIONES.

QVidam patiebatur dolorem in tibia, coxa, pectore,& vsq; ad pedem protendebatur, & sibi videbatur quòd moreretur cum contractione,& spasmatione neruorum, & lacertorum ipsius tibiæ & cruris: & in tantum erat dolor intensus & acutus, quod non permittebat se tangere aliquo in prædictis membris, & patiebatur etiam lienteriam,cum maxima corporis macilentia,& consumtione. Cui feci syrupum constrictiuum, quem in cura dysenteriæ describemus, & iniunxi sibi diætam restrictiuam, sicut sunt diacitonites, saccharum ros. antiquum, diadragantum,& similia: & feci inungi crus, & tibiam ex dialtea,marciaton agrippa,oleo laurino, oleo petroleo simul mistis, & liquefactis iuxta ignem, deinde in stuppa feci inuolui crus, & tibiam, & facto bis,est liberatus per constrictiua prædicta.

COMMENTARIVS.

SPASMVS *ex inanitione mortalis &c.*] Ex helleboro, ex vulnere,ex febribus,aut nimia sanguinis profusione conuulsiones Hippocrati lethales esse dicuntur: Nec id aliam ob causam(vt placet interpretibus) quàm quòd ex nimia siccitate oriantur. Miror tamen cur neruorum siccitas mortẽ inferat.Aliud est si dixeris incurabiles, aliud si lethales. Non enim quæuis conuulsio,quæ curari non potest,ob id enecat.Sed cur incurabilis est ex siccitate cõuulsio? Quia cum ea(inquit Arnaldus)fit immediatè caloris naturalis deperditio. Mortuæ sunt igitur exsiccatæ partes.Non ita: cum & sensu præditæ sint, & salua nihilominus nutritione conseruentur.Quanam ergo de causa conuulsiones ex repletione curantur,non item ex inanitione? Num quod humidum primigenium restitui non possit? Non videtur: siquidem hoc caloris dicitur esse subiectum,vt si caloris supersit aliquid, eius quoque subiectum superesse necesse sit.Sed forte tantum eius reliquum est,quantum ad vitam, non ad extensionem partium cõuulsarum requiritur.Quæ neruos sua mole contrahunt,exsiccantibus educi possunt.Sed quæ sunt amissa,non facilè recuperantur.

Ex frigiditate etiam inducitur spasmus, &c.] Iucundissimam hic cõminiscitur Arnaldus rationem, cur frigiditas conuulsionem inferat.Hęc autem intellectu difficilis est,verbis scilicet hisce comprehensa quàm breuissimis: *quia frigiditas habet motum ad centrum,incurtantur & incuruantur nerui.*Nimirum hæc Arnaldi videtur esse sententia. Cur rotunda sit terra non oblonga,rationem hanc non illepidã excogitarunt Physici: Terræ partes omnes æquæ graues sunt,& ad centrum feruntur: Cùm sit ergo motus idem, omnium quoq; partium eadem erit ad imum ipsius centri punctum accessio. Quamobrem si terrę partes ob grauitatem rotundæ fiant: Hæc vero grauitas à frigiditate proueniat: Meritò frigiditatis hanc statuit Arnaldus esse naturam,vt suo ad centrum motu non oblongam sed rotũdam,quoad eius fieri potest,aut incuruatam in partibus figuram inducat. Sed hoc merum est phantasma, rationis scilicet conceptus à rei veritate plurimum alienus: Primum enim constat in corpore multas esse partes,quæ non vel rotundæ vel incuruatæ sunt ob frigiditatem magis,quàm si caliditatis plurimum obtinerent. Imò verò si neruosum quidpiam aut membranosum in ignem iniicias longè magis contrahetur aut incuruabitur, quàm si frigidissimam aquam superaffundas. Præterea si partes ob frigiditatem ad centrum moueantur, vt similitudinis ratio valeat,centrũ in neruis constituendum est,ad quod partes refrigeratæ ferantur.Nullum autem in eis centrum est: vnicum enim centrum in mundo est, ad quod mouetur quicquid graue est. At verò si quod in neruis centrum statuatur id principiũ erit, cum in omni conuulsione non ad finem vel medium, sed ad principium nerui reducantur. Quæ verò partes frigidiores euadunt, collabuntur potius,quàm vt sursum ad sua principia ferantur. Nec certè iudicauerim ex frigiditate fieri posse conuulsionem, si non id ex accidenti contigerit: cum scilicet frigus occursu violento partes neruosas offenderit,quæ sensu rei molestę sese contrahunt suo nõ ipsius frigoris motu.Quin & id forte fateri liceat,nec calorem,nec frigus,nec humiditatem,nec siccitatẽ esse tantam in corpore,qua nerui conuellantur: sed omnem ab animali non naturali neruorum motu fieri conuulsionem,quod vtique paradoxum quia paucis expediri non potest,aliàs à nobis fortasse discutietur.

De Mania & Melancholia, Cap.XVIII.

POST spasmi tractatum de mania,& melancholia simul tractare ꝓposui, in quo signa & curas harum ægritudinum,prout melius potero, concedẽte summo Creatore,breuiter assignabo. ¶ Mania quidem est infectio anterioris cellulę capitis, cum priuatione imaginationis. Melancholia est infectio medię cellulę capitis,cum priuatione rationis. vel secundum Galenum: Melancholia est suspicatio animæ, quam timor & pusillanimitas, siue tristitia generauit: quia in ipso, qui patitur melãcholiam,est tristitia,timor, & destructio sermonis,& locus eius, vt dixi, est media cellula capitis inter rationalem, & phantasticam. ¶ Fiunt enim hę passiones quandoq; ex propria passione cerebri, quandoq; stomachi, quandoq; ex grossa fumositate ad cerebrum,ex stomacho ascendẽte, quandoq; ex subtili fumositate ad prędictum locum ascendente,quandoq; ex vitio aliorũ,quandoq; ex sanguine,quandoq; ex cholera, quádoq; ex phlegmate,quandoq; ex melancholia,quod ꝑ signa inferiùs narrabo. Fiũt etiá hę passiones à quibusdá generalib. causis, & quibusdá specialibus.

Definitio.

Causæ.

A ge-

A generalibus ex cibis melancholiam generanti-
bus, & maximè à nimia vini fortis potatione, ex
quo aduruntur humores, ex fortibus piperatis, al
liatis, & salsamentis, & cibis aliis, humores adu-
stos generantibus. Fiunt etiam ab exterioribus,
vt à morsu rabidi canis, à morsu venenosorum
animalium, ab aere corrupto, & similibus. Et
fiunt ab interioribus, vt ab animæ passionibus,
vt ira, terror subitus, sollicitudo ex nimio studio,
ex rerum amissione, ex febre hectica procedente,
ex nimio ieiunio, ex nimiis vigiliis, ex retentione
sanguinis consueti fluere per nares, & per hæ-
morrhoides vel per menstrua plus debito reten-
ta, vel ex spermate corrupto, vel vltra modum
retento, & hoc in istis viduis religiosis, viris &
mulieribus sæpe accidere videmus. Nam vt ait
Galenus, sperma cum plus debito retinetur, con
uertitur in venenum. ¶ Si igitur huiusmodi pas-
siones ex sanguine fiant signa sunt hæc: ridet pa
tiens ferè tota die, & loquitur, & in choreis, & in
gaudiis, & vbi pulsant instrumenta Musica, vellet
esse tota die, vrina etiam est rubicunda, vel subru
bicunda, & per totum spissa. Ætas etiam calida &
humida, tempus, regio, complexio, & diæta præ-
cedens, si in hoc conueniant, magis certificant.
¶ Si ex cholera fuerit, fiunt furibundi, irascũtur,
furiunt, clamant, saltant, currunt, vigilant & ma-
niacam confidentiam habent, & alios volunt per
cutere ferro, nisi à quibusdam retineantur. se per
fenestras præcipitare volunt. nisi teneantur, vri-
na citrina, vel subcitrina in substantia per totum
tenuis apparet, diæta præcedens, tempus, regio,
complexio, ætas calida & sicca, si in hoc conue-
niunt, magis reddunt certum. ¶ Quod si ex phle
gmate hæ passiones fiant, sunt lymphatici, putãt
se esse pisces, petunt aquam quotidie, & tota die
volunt esse in fluminibus, & in mari, diæta præ-
cedens frigida & humida, complexio, ætas, regio,
si in hoc conueniunt magis certificant: vrina etiã
pallida, vel subpallida cum substantia mediocri-
ter spissa. ¶ Quod si melancholia in causa fuerit,
sunt tristes & solliciti, de sepulcris agitant, mori-
turos quotidie se credunt, iacent in sepulcris, ossa
mortuorum colligentes: tota die plorãt, & in die
contristantur, falsas & vanas suspiciones habent,
quidam putant se non habere caput: vnde Gal.
quẽdam cum capello plumbeo sanitati restituit.
Quidam credunt, quòd angelus vnus sustineat
totum mundum, & velit ipsum dimittere cadere:
alij tenent pugillum clausum, sic quòd nõ potest
eis aperiri, credẽtes se maximum thesaurum, vel
totum mundum in pugillo tenere, & isti sunt o-
bedientes. Alij credunt se esse vasa de argilla, &
nolunt, quòd aliquis tangat eos, timentes ne frã-
gantur. Alij nolunt, quòd aliquis respiceat eos, ti
mentes ne fascinentur, & si quis eos prospexerit
statim spuũt pluribus vicibus. Alij extẽdunt bra-
chia in modum gallorum, & videntes gallos, can
tant sicut galli, credentes se esse gallos. Alij etiam
in pessimas cadunt suspitiones, ita quòd amicos
& parentes odio habeant, & vituperent eos. Vri-
na talium est glauca, pallida, & subalbida in sub-
stantia per totum tenuis, diæta frigida & sicca
præcedente in sene melancholico, &c. omnia si
conueniunt, reddunt se magis certo, has passio-
nes ex humore melancholico fore procreatas.

Signa si à sanguine.

Si à cholera.

Si à phlegmate.

Si à melancholia.

¶ Quod si ex propria passio. cerebri fuerit hæc
passio, habent angustias, suspiciones multas, ti-
morẽ, tristitiam, & multam alienationẽ mentis, &
hoc est signum humorum in cerebro, in quanti-
tate abundantium, iuxta illud Galeni dicen-
tis: Omnem enim alienationem mentis præce-
dunt humores calidi, & pungitiui. ¶ Quod si ex
colligantia stomachi cum cerebro fiant hæ pas-
siones, tunc habẽt oxirheuma, frequens sputum,
ardorem, inflammationem, indignationem & hu
iusmodi. & eis peius est post cibum, & alleuian-
tur per vomitum, & rugitum. ¶ Si vitio iliorum,
patiuntur dolorem sæpè in iliis, alleuiantur per
clystere, per medicinas sumtas, & per vomitum,
vt infrà distinguemus. ¶ Cùm itaque hæ passio-
nes ex sanguine generatæ sint, quod per prædi-
cta signa cognoscitur, minus sunt aliis speciebus
periculosæ, quàm quæ ex aliis fiunt humoribus:
vnde Hippocrates in aphorismo: desipientię qui-
dem cum risu factæ, bonæ vel securiores: quæ ve
rò cum sollicitudine, &c. Nec intelligas per hoc,
quòd aliquæ desipientiæ sint simpliciter bonæ,
sed illæ, quæ cum risu fiunt, sint bonæ, id est, mi-
nus periculosę, quàm aliæ. ¶ Si itaque propter re-
tentionem sanguinis consueti fluere per nares,
qui non fluxit longis temporibus, fiant hę passio
nes, tunc extrahatur sanguis de naribus cum se-
tis porcinis, naribus immissis, vel fiat incisio ve-
næ, quæ est in medio frontis, & sanguis secundũ
vires extrahatur. Fiat aer artificialiter frigidus,
diæta frigida & humida exhibeatur, cataplasma-
ta, inunctiones, & huiusmodi frigida capiti appo
nantur, vt dictum est in capitulo de dolore capi-
tis ex sanguine facto. Quod si propter menstruo-
rum, vel hæmorrhoidum retentionem fuerint
factæ istæ passiones, prouocentur menstrua, vel
hæmorrhoides. Nam vt ait Hippocr. in aphori-
smis: maniacis & phreneticis hęmorrhoides inna
tæ bonum. Incidatur etiam vena saphena, quæ
est prope cauillam pedis, purgetur cum pillulis,
de quinque generibus: vel cum lotura in capitu-
lo de dolore capitis ex sanguine facto à nobis di-
cta, & eodem regimine regantur, & in diæta re-
gantur, cum aliis vt dictum est ibi. ¶ Quod si ex
cholera fiant istæ passiones, detur syrupus de fu-
moterræ & alij syrupi, facti de frigidis, diæta frigi
da, & humidꝰ aer fiat artificialiter frigidus, lactu-
cas comedat: quia somnum inducunt infrigidan
do, & humectando. & syrupus etiam de succo la-
ctucæ, & decoct. earũ, & sacch. multũ cõfert. Em-
plastra autem, & alia somnum inducentia, quæ
in capitulo de phrenesi dicam in hac causa fiant.
Purgetur cholera cum catartico imperiali, vel
diacatholicon, vel cum decoctione in capitulo
de dolore capitis ex cholera dicta dicta: & abra-
so capite epithemata, & inunctiones ibi scriptæ
in hac causa: fiant etiam clysteria, & supposito-
ria, vt videbitur necessarium fore, faciatis. Item
malua mercurial. ros. violæ, lactucæ, folia man-
dragoræ, & semperuiuæ, in aqua bulliant, & ad-
dito pauco oleo rosaceo vel violaceo, caput ab-
rasum patientis ex huiusmodi aqua lauetur per-
optimè, & etiam balneetur in huiusmodi a-
qua, quia optimè valet in causa vtraque sangui-
nis, & choleræ, & somnum inducit. Vltimum
& summum remedium in mania & melancho-

Si per proprietatem in cerebro.

Si per communitatem.

Prognostica.

Cura.

Si à sanguine.

Si à cholera.

Cauteria.

lia ex sanguine vel cholera vel aliis humoribus quibuscunque facta fuerint, est istud: videlicet quod mundificato corpore cũ catartico conuenienti, abraso prius capite, fiat hoc modo cauterium in summitate capitis: incidatur cutis in modum crucis, & craneum perforetur, vt materia ad exteriora exhalet, & multam hæmorrhagiam patiatur sanguinis, quia patiens quandoque hoc modo liberatur per materiam exeuntem. Vel fiat solummodò cauterium in ipsa capitis summitate, & teneatur vulnus apertum, & postmodum curetur secundum quod in chirurgia plenius edocetur, & teneatur patiens in vinculis ab aliorum hominum læsione, & priuetur consortio: hoc enim vltimum est remedium in huiusmodi, ægritudinibus vt dixi. Ventosa etiam posita in summitate capitis multum valet, vel cauterium in medio capitis factum, ita quod ex transuerso fiat, vt incipiat à prora capitis, & finiat in ipsa.

Si à phlegmate.

¶ Quod si hæ passiones fiant ex phlegmate, digeratur materia & purgetur eodem modo, sicut dictum est in capitulo de dolore capitis ex phlegmate facto: gargarismata, epithemata, inunctiones, fomentationes, & emplastra ibi scripta in hac causa fiant, & diæta simili diætentur. Emplastrum de rad. brioniæ cum albumine oui mistis, tritis, supra medietatem capitis abrasi apponatur, & ibi per tres dies teneatur. Comedat etiam radices enulæ cum aliquibus condimentis sæpè factis & cymino, stomacho ieiuno. Vltimo his non valentibus fiat incisio, vel cauterium in summitate capitis, secundum præcedentem doctrinam.

Si à melancholia.

¶ Quod si ex melancholico humore fuerit hæc passio, digeratur materia cum syrupo de succo borraginis, & senæ cum saccharo facto in æstate, in hyeme cum melle, & iste syrupus scriptus est in capitulo epilepsiæ. Vel digeratur materia cum isto syrupo optimo: Recipe senæ, thymi, epithymi, cuscutæ, ana vnciam semis. melissæ, borraginis, buglos[illegible]ca. Vene. ana * M. I. florũ borraginis ℥. s. rad. fo[illegible]i. asparag. brusci, ana ℥. s. mellis ℔. I. s. in hyeme: in æstate verò tantũ sacchari sumat quolibet mane ℥. I. s. de isto syrup. in hyeme cũ calida, in æstate cũ frigida, quousq; materia fuerit digesta, qđ per vrinã cognoscitur, q̃ plus accedit ad spissitudinẽ, dũ materia ad digestionẽ appropinquat, & tũc purgetur cum theodoricõ anacard. vel cum diasene, vel cum hieralogodion, cum aqua decoctionis epithymi, vel hierepicrę Gal. ℥ s. cum decoctione epithymi & myroba[illegible]norum indorũ: Vel cũ pillulis factis de hierapicra Gal. & aloe, vel cum his aliis pillulis, quæ speciales ad hoc sunt: R. lapidis lazuli, armoniaci ana, senę in triplo, & addito pauco puluere masticis, & bdellij, ana informentur pillulę. ¶ Vel cum his aliis pillulis ad hoc specialibus, & etiam ad quartanam, cùm fit ex humore melancholico optimis, de quibus dentur ʒ. 2. si virtus fuerit fortis: Rec. epithymi, polipodij, ana ʒ. ʒ. hieræpicræ Gal. ʒ. 6. myrobalanorum indorum ʒ. 4. agarici, ʒ. ʒ. lapidis lazuli, armoniaci, ana ʒ. 2. bene lauetur cum aqua dulci dictus lapis, contritis inde omnibus, confice cũ succo buglo. & detur, & purgetur cũ decoctione, quam in quartana vera dicã. ¶ Itẽ nota, quod in omni desipientia, siue mania, siue melancholia, ex quocunq; fuerit humore, post

** al. M. S.*

Pillula etiam ad quartanã veram.

purgationem debemus cõfortare cor, & cerebrũ cum electuariis, & aliis conuenientib. sibi, sicut sunt diarrhodon abbatis, & diamargariton. ¶ Vel cum hoc electuario, quod confortat cor & cerebrũ, & ducit vtentem in gaudium, vnde multum valet omni ęgritudini ex melancholia: facit enim bonum odorem ori, & mundum colorem corpori: Rec. ros. ligni aloes, folij ana ʒ. ʒ. macis, nucis mus. galangę, cardamomi maioris, & minoris, cinnamomi, croci an. ʒ. I. s. ciperi, margaritarum ana ʒ. 2. garyophyllorum, masticis, spicæ, asari ana ʒ. I. sacchari ℔. I. s. conficiantur, & dentur ad modum castaneæ cum vino calida in hyeme, cum frigida in æstate: & valet miro modo ad omnia supradicta.

Electuarium mirabile.

¶ Electuarium aliud Magistri mei quod dicitur electuarium lætificãs: cõfortat enim cerebrũ, cor, hepar & testiculos, inducens lætitiam, & etiã ad coitum valet mirabiliter: R. rosarum rubearũ, ciperi, ana ʒ. 5. garyophyllorum, masticis, spicæ, asari ana ʒ. 2. cinnamomi ʒ. ʒ. croci ʒ. 2. macis, cardamomi maioris & minoris ana ʒ. I. nucis muscatæ ʒ. I. s. melissę, florum borraginis, radicis linguę bouis desiccatæ in vmbra, rad. garyophyllatæ, folij indi. ossis de corde cerui, aristolochiæ longæ & rotundæ, margaritarum perforatarũ, & non pforatarũ, dragaganthi ana ℥. 2. terantur omnia, & cribrellẽtur optimè, deinde radices prædictæ, & herbę coquantur optimè cum ℔. I. emblicorum, in ℔. 8. aquę vel in succo borraginis, quod est melius satis, donec tertia pars remaneat: deinde colentur, & cum melle coquantur vsq; ad spissitudinẽ, & tunc puluis specierum admisceatur, commouendo cum ligno salicis, quousq; incorporentur omnia perfectè: vltimò aromaticetur cum ʒ. I. musci, & detur vt præcedens electuariũ. ¶ Diætentur isti, sicut patiens dolorem capitis ex melancholico humore facto, vt ibi scriptum est. ¶ Epithemata, vnctiones & emplastrationes ibi scriptæ in hac causa fiãt. Clysteria etiam acuta & fortia suppositoria, si necesse fuerit, fiant. ¶ Item abraso capite fiant fricationes, & fomentationes, & lotio capitis ex aqua decoctionis meliloti, camohordei excorticati, & nenupharis. ¶ Item post digestionem balneentur in aqua tepida dulci, ita tamen, quod non sudent, sed statim, cùm ibi parum steterint, exeant. ¶ Vltimum verò remediũ, vt dixi, in hac specie, & in omnibus aliis, est cauterium, secundum præcedentem doctrinam factum. ¶ Item nota, quod in omni desipientia, siue mania & melancholia distinctum signum perfectæ curationis est, cùm patiens incipit habere aspectum suauem, & humilem: cùm verò aspectum crudelem, & horribilem habet, scias ipsum adhuc non esse curatum. ¶ Item nota, quòd coitus per interualla multum prodest omnibus maniacis, & melancholicis, pulcras mulieres amplecti, tangere, secum iacere, & verba solatiosa, instrumenta musicalia, & voces amœnas in cantu audire, coram ipso pulsare, hæc omnia mirabiliter valent omnibus desipientiam, siue maniam, & melancholiam habentibus. Et specialiter magis competunt hæc his, qui patiuntur has passiones propter nimiam abstinentiam, sicut sunt isti religiosi monachi, viduæ & huiusmodi, etiam nimium studentes, qui propter huiusmodi studium & animæ passiones, & abstinentiã, fiũt maniaci,

Electuarium lætificans.

Signa perfectæ curationis.

Coitus & solatia multum conferunt.

niaci, & melancholici. ¶ Quod si propter rerum vel pecuniæ amissionem fiant hæ passiones, apponatur multitudo pecuniæ coram eis & Medicus cum amicis, & consanguineis patientis ordinet, quòd dicta pecunia videatur apportari per debitores suos, vel etiam donata. Hoc enim modo vidi in partibus meis quendam fœneratorem auarissimum, qui multam pecuniā amiserat, curari. Inducatur etiam gaudium, & lætitia secundum modum præcedētem: quoniā in hac specie, & in omnibus aliis multum valet, præterquam quando fit ex sanguine, quia tunc non debemus gaudium vel lætitiam inducere. ¶ Quod si materia fuerit in stomacho patientis, mundificetur cū vomitiuis partim, & partim cum medicina * lauatiua. Et si in aliis locis fuerit, pillulæ cochiæ, vel pillulæ de serapino dentur, & clysteria acuta & huiusmodi alia, quæ dicētur in capitulo de cholica & iliaca, fiant, prout expedire videbitur: Minutio etiam saphenæ, & minutio ante balneationem fiat. ¶ Quod si propter morsum canis rabidi hęc passio fuerit generata infra diē septimū mori consueuit infirmus, tamen faciamus id, quod possumus, dantes theriacam vel mithridatum cum decoctione arthemisiæ vel menthæ, & supra morsum apponatur emplastrum, quod in cura morsus canis rabidi dicturi sumus.

Sil fuerit per communitatem.

** al. laxatiua.*

Si à morsu canis rabidi fuerit.

ADDITIONES.

SYrupus Magistri Ioannis de Perusio ad generandam lætitiam, & ad confortationem cordis, & cerebri, & etiam ad corruptionem memoriæ, & ad multa alia: Recipe serici crudi ʒ. 2. sem. basiliconis triti, sem. garyophyllatæ, foliorum citri ana ʒ. 8. corticum mali citonij, corticum citri, an. ʒ. 2. rad. linguæ bouis 7. numero, & foliorum ℔. 2. sacchari ℔. 4 aquæ ros. ℔. 1. masticis, zingib. galangæ, zedoariæ, spicæ drachmas quatuor. ligni aloes, garyophyllorum, nucis mus. terræ amaræ, ana ʒ. 2. musci ℈. 1. ambræ ℈. 1. s. fiat syrupus, & exhibeatur.

COMMENTARIVS.

ITEM *nota quod costus &c. instrumenta Music. &c.*] Mirum si contrariis curantur morbi, quisnam hic sit morbus, qui lætitia & voluptate propellitur. De coitu quidem in promtu causa est, si fieri dicatur euacuationis ratione: Sed quo modo lætitia iuuet, id nō ita manifestū est. Nequaquam tamen in coitu tanta fit euacuatio, quæ tam pertinaci morbo sit satis. Nec eorum nobis probatur sententia, qui seminis drachmam cum sanguinis vncia conferunt, vt mole minori plus euacuetur in coitu, quàm largiori sanguinis missione: Cùm enim ex sanguine semen generatur, eadem ferè seminis est portio, quæ sanguinis ante fuerat. Agedum tamen multis interim congressibus plurimum euacuetur, vt corpus vniuersum nō leuiter contingat extenuari: Sed quid hoc ad maniam aut melancholiam, qui siccitatem affectus magis quam humiditatem consequuntur? Coitu certè nec pituita, nec melancholia, nec bilis extruditur. Si verò nimia sanguinis copia desipientiam induxerit, venæ sectio competet magis quàm seminis effusio. Sed aliud est quod hac in re spectauit Arnaldus: *Specialiter* (inquit) *magis competunt hæc iis, quibus hoc ex abstinentia contigit, vt sunt monachi & vidua.* Semen si diutius retineatur, venenati quidpiam contrahere volunt. Prauum id aut etiam malignum esse concesserim: nescio tamen an venenum in testibus generari possit, quod cerebrum modò, non alias corporis partes offendat, & ita quidem vt vel maniam vel melancholiam inducat. Neque verò dubium est, quin ex violenta seminis retentione mens ipsa quandoque plurimum perturbetur, aucto scilicet totius corporis calore, qui cū à testibus prodeat virile robur infert, adeoque virilitas appellatur. Sed calor hic licet quodam fortè modo malignus sit, per se melancholicos efficere non potest: Sique possit, tum demum id posse fatebimur, si vehemens amor, & insuperabile coeundi desiderium accesserit. Maxima phantasiæ vis est, vt huic vni ferè, non autem corporis intemperiei melancholiæ causa sit adscribenda. Hic animi morbus est, qui sanos etiam interdum derepente corripit. Potissima est in curatione causarum vis, ex quibus orta est melancholia, ne, quod plurimi factitare solent, longis syrupis vel animi phantasmata, vel etiam dęmones oppugnare videamur.

De Vertigine & Scotomia, Cap. XIX.



VERTIGO, siue scotomia, est * reuolutio spirit⁹ ante oculos: vel Vertigo siue scotomia est obuolutio cerebri, cum spiritus visibilis impeditur. ¶ Et habet fieri hæc passio ex aliqua materia existente in ipso cerebro, vel à stomacho veniente: dum enim fumus ab ipso stomacho resoluitur ex aliqua materia ibi existente, veniens ad neruum opticum, obturat ipsum neruum: vnde spiritus animalis * essentialiter venit, vsque ad locum illum, & essentialiter immutatur: vnde cùm fumositas est in neruo optico, & spiritus animalis venit per illum neruum, impellit fumositatem, & fit motus gyratiuus, vt patet in impulsione duorum ventorum, qui dum æquales sunt in motu terræ per circuitum mouentur: & hoc modo fit vertigo siue scotomia ¶ Si fit à cerebro hæc passio, patitur grauedinem capitis, & sonitum aurium, & turbationem continuam, odoratus defectum, & aliorum quinque sensuum: videtur eis, quod omnia ante eos posita circumuoluantur, maximè si aquam fluentem respiciant, aut si maximo cursu incedunt: ideo quandoq; in terram subitò cadunt, quādoq; in flumine, vel in puteo, si ibi essent propinqui, vel de ponte, si illac transirent. ¶ Si vitio stomachi fiant hę passiones, propter fumos ab ipso stomacho resolutos petētes cerebrum, abominationē in ore stomachi sentiunt, & dolorem cordis, & tremorem, & maximè læduntur post cibum. Scotomiam quandoq; post cibum patiuntur, & quandoq; nō, quandoq; vomunt, quandoq; tristes, & macrifiunt, & si citò nō curētur maniaci, vel epileptici fiūt. ¶ Si ex hu. capitis fiat hæc passio, si iuuenis & plenus fuerit patiēs, sang. fiat minutio tēpore calido æstate de cephalica brachij dextri: hyeme verò & tēpore frigido, de vena eadē sinistri brachij minuatur minutione reiterata: detur mel ros. cū aqua decoct. se. anisi & fœn. & quicūq; humor in cerebro abūdauerit hāc passionē faciēs, digestiuis prius exhibitis, purget̃ secūdū qđ in cap. de dolore capitis seriatim scriptū inuenies, & sternutamētū narib. apponatur. ¶ Quod si ex phlegmate in stomacho existēte fiat, digerat̃ materia cū oxymellite squillitico, deinde purgetur, & prouocetur vomitus secūdū doctrinā in cap. de dolore capitis ex phlegmate existēte, in stomacho facto scriptū est, & cataplasmata facta stomacho applicētur. Cyminū, baccæ lauri, mastix, & absynthiū in vino dulci infusa stomacho applicētur: & dēt̃ pillulę ante cibū & post, & remedia p̄dicta in cap. p̄dicto p̄scripta, in hac cā fiat. ¶ Quod si ex cholera in stomacho existēte fiat, p̄uocetur vomit⁹ cū aqua frigi-

** al. obuolutio*

Definitio.

Causa.

** al. circulariter*

Signa.

Cura.

da & purgetur, si fuerit necesse, cũ triphera saracenica, & diaprunis, oxymellite, & similibus, secũdũ quod in capitulo de dolore capitis vitio stomachi ex chole ra superabundante facto, diximus. Si propter stomachi frigiditatem, *sine humoris vitio fiat, detur diatrionpiper. diacymin. diacal. diazing. garyophyllatũ, potio muscata: & similia. ¶ Si propter corruptionẽ cibi vel potus venenosi fuerit hæc passio, statim prouoces vomitum, post vomitum des theriacam, vel mithridatum cum succo arthemisiæ vel menthæ. Nota igitur, quòd huiusmodi patientis ægritudinem, ex quacunq; causa fuerit, in ipso casu pedes & manus fortiter fricari debent, & aqua ros. vel saltem vinum, vel simplex, aqua frigida faciei debet aspergi, pedes & crura eorum aqua marina fortiter lauentur, vel cum aqua mistionis salis, fuliginis, & aceti, & odorifera naribus apponantur, pedes etiam & manus lauentur cum aqua decoctionis absynthij & facies eorum. Diætentur, vt in capitulo de dolore capitis diximus, distinguendo humorũ superabundantiam, mulieribus verò mamillæ fricẽtur.

*al. habentis vitio nõ fiat,

ADDITIONES.

EMplastrum factum ex chelidonia, plãtagine, hedera arborea, cum aceto, & oleo camo. confectum capite abraso appositum, omnem vertiginem tollit. ¶ Item mica panis in vino cydoniorũ infusa, data patienti ad comedendum ieiuno stomacho, multum valet contra vertiginem, probatum. ¶ Emplastrum factum de ruta, squilla, serpillo, saturegia, cæpe, ana tritis insimul, & cum oleo camo. & melle confectum intincta lana succida, & tepidum capiti raso appositum, omnem vertiginem tollit miro modo. ¶ Quidam passus vertiginem multis temporibus, vsus multis Medicorum cõsiliis, ad me venit, cui feci fieri clericatam magnam in summitate capitis, & feci balneare multis vicibus, in die clericatam cum aqua decoctionis ros. florum camo. & corpore mundificato prius, cum pillulis cochiis, cõualuit. ¶ Item nota sanum remedium & summum experimentum contra vertiginem, & scotomiam, quando cum omnibus supradictis remediis patiens non liberatur. Incidantur duæ venæ non pulsatiles, quæ sunt post aurem: & quidam faciũt ibi cauterium & sum expertus. ¶ Quidam patiebatur tantam insensibilitatem in capite propter frigiditatem, & fluxum rheumatis à cerebro, quòd etiamsi caput pungebatur ei cum acu, non sentiebat, vel etiam cum infusione aquæ bullitæ non sentiebat, & pluribus est vsus consiliis Medicorum. In vltimo cum nihil proficerent sibi remedia cũcta, vsus est consilio Magistri mei, qui fecit capellum de vrticis saracenicis, & totum caput eius sic circumuolutum per noctem stare permisit. Mane verò discooperuit, & reperit totum ipsum vesicatum, & plenum vesicis, quæ omnes erant phlegmate repletæ, aperuit eas, & exiuit inde multum phlegma, & statim cæpit sentire patiens, postea inunxit super vlcerata loca de vnguento consolidatiuo, & liberatus est patiens.

COMMENTARIVS.

MVLIERIBVS *verò mammillæ fricentur.*] Ecce quid iste suadeat lepidus muliercularum mammillator. In qualibet vertiginis specie partium extremarum frictiones ea ratione competunt, vt quæ vertiginem in-

A ferunt, à capite ad eas partes retrahantur. Frictio leuis nihil iuuerit, proinde validiorem imperat Arnaldus, & quidem adiectis aqua marina, sale, vel fuligine. Talem verò frictionem mammillę nequaquam sufferunt: Nec enim tutum id fuerit, nec etiam consultum, vt in has humores alliciantur.

Et aceti.] Dubium est an acetum ad præcedentem pedum manuumque loturam, vel ad sequens errhinum referri debeat. Ipsa quidem constructio illud suadere videtur *fuliginis & aceti, cum aceti & odorifera* minimè conueniant. Sed acetum tamen naribus appositum odoratu iuuerit magis, quam si pedes aut manus eo lauentur: vt po-B te quod refrigerandi vim habeat, humoresque propellat à partibus potius, quàm attrahat: Nisi forte acrimoniã in eo spectauerit Arnaldus.

De defectu Memoriæ, & iuuantibus Memoriam, Cap. XX.

AD euidentiam eorum, quæ circa defectũ memoriæ sum dicturus, scire nos oportet, quòd mentis operatio est triplex: prima est phanthasia, secunda ra-C tionalis, tertia memoria. Et cerebrum duas habet partes: quarum vna prora, altera puppis vocatur: prora in duas partes diuiditur, & vnaquæque illarum est maior puppi tota, & coniungitur prora cum puppi immediatè per quẽdam vẽtriculum, qui ab anatomicis nominatur ventriculus quartus, qui est communis vtrisq;. ¶ Duo vẽtriculi mutant aerem prorę, excoquunt ipsum, & dant inde spiritum animalem cerebro, vt faciat quinq; sensus, videndi, odorandi, audiendi, &c. D & iterum phantasiam: deinde transit ad alium locum, qui est in medio cerebri, qui ẽst communis, & transit spiritus animalis iã magis subtilis, mundificatus & clarus, quàm ille, qui fuerat in prora cerebri, vt faciat rationem, & intellectum. ¶ Et habetur in capite ventriculi medij cerebri, qui est inter proram, & puppim, pars substantiæ cerebri similis neruis, & vocant eam anatomici pineam, ascendens & descendens, eius ascensu aperitur foramen, & eius descensu clauditur, & cum ape-E ritur spiritus animalis, transit à prora cerebri ad puppim, & hoc fit quando necessarium est recordari obliuioni rem traditam, vel retinere, quæ nolumus obliuisci. ¶ Et quidam Philosophus dicit, quòd ventriculus puppis, præstantior est omnibus ventriculis cerebri, quoniam non venit ad eũ spiritus animalis, nisi subtilis, clarus, & mundificatus: quia opus est recordationi & retentioni, claritate & subtilitate, vt colligat res præteritas ex longo tempore, & si non aperiatur illa via, F vt trãseant spirit⁹ ad puppim cerebri, nõ reminiscitur homo rei, & nõ respondet interrogationib. factis. Qui habẽt aperitionẽ hui⁹ velocẽ, isti sunt prudẽtes, & velociter respõdẽt, vt sunt quidam cholerici: q verò habẽt huiusmodi viæ aperitionẽ pigrã & tardã, isti sunt pigri, & duri ad discendũ, & respõdẽdo nimis cogitãt, & hi sunt vt plurimũ phlegmatici, & melãcholici: dicit. n. Ga. mẽtẽ & intellectũ, & discretionẽ nõ facit, nisi tẽperãtia spirit⁹ animalis, q est in puppi cerebri. ¶ Et si iste G spirit⁹, q est in puppi cerebri, patitur læsionẽ, perditur memoria, aut minuitur: si perditur, vocari potest obliuio perfecta, & si minuitur, vocari potest obliuio ad tẽpus, & dicit Ga. si est mẽs ꝓmta, & intellectus interius significat substantiã cerebri mundam, & subtilem esse, & nõ promta mens & in-

Mentis operatio triplex.

Cerebri partes duæ.

Puppis ventriculus præstantior aliis ventriculis.

&intellectus significat: substantiam cerebri immundam grossam & plenam, non velocem ad discẽdum, vel retinendum: quia substantia cerebri tardè recipit substantiam rei in se, & bene retinere significat: quia substantia cerebri habet moderatam soliditatem, & tardè retinere, & discere significat: quia substantia cerebri dura est, ad recipiendum formam rei in se. ¶ Defectus igitur memoriæ, & etiam lethargia de facili fiunt in omnibus habentib. substantiá cerebri liquidam, & nõ habẽtẽ soliditatem, neq; firmitatẽ. Patitur igitur memoriæ defectum semper ex frigiditate, & ista frigiditas aliquãdo est simplex, & aliquando mista cum humiditate, & si est cum humiditate nimis dormiunt, & si est cum siccitate, est quádo venit ægritudo cum vigiliis nimiis. ¶ Si fuerit amissio memoriæ ex materiæ siccitate, abrasa posteriori cellula capitis, in qua viget memoria, fomentetur cum aqua decoctionis florum camo. aneti, & hordei excorticati, * & melliloti, & hæc fomentatio etiam per totum caput fiat, & frequenter cibaria, & electuaria humectantia, & restaurantia dentur, somnus prouocetur in eis, si fuerit necesse, & aliqua clysteria leuia, & humectantia si opus fuerit, fiant. ¶ Quod si ex nimia frigiditate, vel humiditate, vel ex phlegmate fiat hęc passio, digeratur materia cum oxymellite composito, vel squilliti- co, vel de radicibus raphani facto. ¶ Si humor est melancholicus in causa, cum aqua seminis fœniculi, & anisi digeratur, digesta materia purgetur cum pillulis in tractatu de dolore capitis ex phlegmate facto scriptis, & cum pillulis in præcedenti cap. scriptis, vel cum pillulis cochiis, vel cum sine quibus esse nolo, vel cum pillulis Hip. vel cum istis pillulis: R. hieræpicræ Gal. hieralogodion, ana ʒ.3. pulpæ colocynthidis ʒ.2. castorei ʒ.1.s. pyrethri ʒ.1. conficiantur cum succo fœniculi, & dẽtur ʒ.2. ex istis pillulis, vel purgetur cum hierapicra Gal. theodoricon, anacardino, vel cũ * hiera- troclij, vel cum hiera Archigenis, & similib. hæc enim omnia cerebrum mundificant ab illo chymo, qui impedit memoriam. ¶ Fiant igitur gargarismata mundificantia cerebrum à phlegmate, in capitulo de dolore capitis, ex phlegmate facto, dicta: sternutationes prouocentur cum pipere, castoreo, euphorbio, condisi, helleboro albo, & similibus: clystere etiam, si opus fuerit, fiat: incidatur vena, quæ est in medio frontis, si virtus & ætas permiserint, & sanguis secundum vires extrahatur, quia secundum dictum Hip. posteriora capitis dolentia incisa vena, quæ est in medio frontis, solutio fit, q̃a in posteriori parte capitis iacet memoria, ꝓpter hoc confert. Aliquando etiam apponantur ventosæ sine scarificatione colli: inungatur posterior pars capitis vnguento facto ex oleo lentiscino, vel sinapino, castoreo, pipere albo, & melle & semine sinapis & pyrethri. Inungatur etiam caput ex oleis temperatè calidis, & irino, muscellino, camo. castoreo, & similibus. Sternutatio prouocata hoc modo miro modo valet ad memoriam recuperandam, & etiam ad lethargiam. Accipe fel gruis, & misce cum oleo sambucino, & in huiusmodi liquore intinge pẽná gallinę, & naribꝰ immitte: & sternutatio hæc in die pluribus vicibus prouocetur, quia mirabiliter valet. ¶ Itẽ si detur ʒ.s. de anacardiis contritis, vel de melle anacardino ʒ. 2. recuperant memoriam deperditam à proprietate sua. ¶ Quidam sapiens dicit, quòd ponas linguam vpupæ super obliuiosum, & memoriam recipiet. ¶ Et de confectionibus ad huiusmodi passiones valentibus, est propriè confectio anacardina, & ea, quæ phlegma resoluunt, sicut etiam theriaca minor, triphera magna, diatrionpipereon, diarrhodon, diagalanga, emorosia, sotira, & similia. ¶ Et de conferentibus ad hęc miro modo est antidotum Magistri mei, quod cõfortat mentem siue memoriam, & confert lethargię, & obliuioni, confortat stomachum, & omnia debilitata membra à * phlegmate: quod est: Rec. zingib. galangæ, masticis, cymini, origani an. ʒ.6. nucismuscatæ, cassiæligneæ, calami aroma. asari, folij, ligni aloes, macis, semi. apij, ameos ana ʒ.2. thuris masculi, garyophyllorum, carda. zedoar. pyrethri, castorei, cassiæ, piperis longi & nigri, costi, cyperi ana ʒ.3. menthæ sic ʒ.4. terantur, & puluerisentur omnia, & admisceantur cum amygdaleon, & pone penidiorum ʒ. 20. & mellis despumati, quod sufficit. ¶ Item detur confectio anacardina, quæ his passionibus specialis est: ad memoriam enim confert, mentem quidem reuocat, lethargiam curat, artheticos, & hæmorrhoidas, melancholicos, & phlegmaticos curat, quæ sic fit: Recipe myrobalanorum emblicorum, belliricorum, piperis albi & longi ana ʒ. 12. zingib. mellis anacardi. ana ʒ. 8. castorei, storacis, garyophyll. ana ʒ. 5. florum camo. baccarum lauri, cyperi ana ʒ. 3. sacchari ʒ. 20. mellis despumati, quátum sufficit: dentur hæ confectiones sero cum vino calido, decoctionis seminis fœnic. & anisi, ad quantitatem paruæ nucis, & caueant à frigiditatibus, & à cibariis phlegmaticis, ab ira, coitu, & ebrietate: hæc .n. cõfectio acuit ingenium, & sensum, & intellectũ clarificat, est cõfectio pro sapiẽtib. & pro illis, qui desiderant scire. ¶ Anacardi autem, antequam in medicinis aliquibus ponantur, debent in hunc modum præparari: accipiantur anacardi, & optimè terantur in mortario, & in aceto fortissimo ponantur, & ibi stent diebus septem, postea lento igne in prædicto aceto coquantur, quousque tertia pars aceti remaneat, & cola fæcem illam, quæ in fundo vasis remanserit aceto extra colato, & in medicinis pone, nunquá enim anacardi debent in medicinis poni, nisi prius hoc modo præparentur. Quod si mel anacardinum facere volueris, pone cum ipsis anacardis cum prædicto aceto coctis, tantundem mellis despumati, & bulliant ambo simul vsque ad spissitudinem, & habebis mel anacardinum, quod in prædictis ægritudinibus operatur mirabiliter. ¶ Puluis, quem Federicus Imperator fecit componi de consilio multorum peritorum, & probatorum virorum, & Philosophorum, quo vtebatur in cibis continuè, valet contra amissionem memoriæ ex quocunque humore fuerit, scotomiam, vertiginem, defectum visus, & auditus, omnem guttam, paralysim repellit, contra excessum omnium humorum valet: sed præsertim contra phlegmaticum, & melancholicum, renũm & inferiorum partium dolorem mitigat, & cerebri humiditates consumit, & ingenium mirabiliter acuit. R. carui, anisi, ameos, petr. apij, marathri, betonicæ, cymini, calamenti, pulegij, hys-

*al. & violis.

*al. hiera crachij,

*al. frigiditate;

*ʒ.2. sopi, spicęnardi, piperis, omnium an.*ʒ.1. sal. gemmæ, cristæ galli, rutæ, euphrasiæ, olibani, mastícis, croci, quinq; generum myrobalanorum, sed plus decoctionis cinnamomi, squinanti ana ʒ.1. maioranæ, folij, balsamitæ, ocimi, cardamomi, galangæ, liquiritiæ ana ʒ.1.s. fiat pul. & vtatur in cibariis suis eo, quicunque vult prædicta beneficia sentire: sed tamen plus competit in hyeme, quàm in æstate propter excessum phlegmatis, & melancholiæ tunc temporis, scilicet in hyeme, & in autumno abundantium, contra quorum excessum valet miro modo, vt dixi.

COMMENTARIVS.

ETsi nō aperiatur via illa, vt transeāt spiritus ad puppim, &c.] Vt memoriæ causas & reminiscendi rationem exponat Arnaldus, multa comminiscitur, de quibus meritò dubitari possit: primùm facultates, quas vocant principes suis sedibus in variis cerebri partibus esse distinctas: Dein hasce facultates quibusdam indigere spiritibus, qui primaria statuuntur esse Medicis exerendarum actionū instrumenta. Licet autem hoc omnium pene Medicorū consensu stabiliatur: Spirituum tamen si quis sit vsus, ad facultates in alias partes deferendas, à natura certè videntur esse constituti: non vt actionibus inseruiant, quæ parti cuipiam sunt propriæ non adscititiæ. Sed amplior hęc est disceptatio, quàm vt hoc loco dirimi possit. Illud verò quod de facultatum sedibus asseritur, iam fere subtiliorum Medicinæ doctorum iudicio est explosum. Cæterum præter hæc aliud etiam adiicitur, quod sicco nobis (vt dicitur) pede non fuit pertranseundum. Ait Arnald. memoriā fieri, cùm spiritus animalis in posteriorem cerebri partem ab anteriore mouetur, aperto scilicet meatu, qui ad postremū cerebri ventriculum deducitur. Hoc corū illustrat exemplo, qui vel acriori, vel hebetiori sunt ingenio. Non id quidem inficiamur, quin natura sint alij aliis agiliores: Sed mentis actiones cerebri motui tribuēdas esse, veritati consentaneum non est: Mouetur enim cerebrum mente quiescente: nec mentis motus cerebri motum sequitur, cùm hic certus sit & assiduus, mēs verò nec semper nec certis etiā vicibus moueatur: Ad hæc mentis actiones à nostra pendent voluntate, non item cerebri mot⁹. Si spirituū accessus (vt existimat Arn.) reminiscētię causa sit: Spiritus aūt apertis meatib. accedant, tum verò meat⁹ aperiātur, vbi cerebrū dilatari cōtingit, certè si cerebrū cōtrahatur, nulla fiet reminiscentia. Deniq; nihil est ꝙ memoriæ magis atq; mobilitas aduersetur, vt male memoriā cum ingenij vigore cōfuderit Arnaldus. Quisquis est ingeniosior, is fere memoria min⁹ valet, vt si mobilitas ingenij sit, huic contraria quies memoriæ magis conueniat. Cerebri temperatura calidior & humidior ingeniosos efficere dicitur, eo quod caloris gratia mens ad motū cōcitatior euadat: & humiditatis causa, quæ sensus obtulerint facilè percipiat. Cùm verò quod humidi⁹ est imagines citò concipiat, & easdem citò quoq; amittat. Hinc fieri censent, vt sint obliuiosi, quib. ingenium est ad ratiocinandū expeditius. At si cerebrū frigidius & siccius fuerit, nō facile quidem intelligenda percipiet: ea tamen alta (dixerim tenaciori) mente reposta tuebitur. Probè q. dem, cùm (vt docet Gal.) animi mores corporis temperaturā sequantur: nō postrema tamen ratio, quòd ingeniū labilis memoria comitetur, à vario ratiocinationis motu desumitur, qui mente magis quàm cerebri vel motus vel intēperies obruit & interturbat. Sed hic tamen inter memoriā & recordationem discrimē admittendū est: Ingeniosis enim reminiscentia potest esse promtior, quàm hebetioribus: Cùm reminiscentia rerum sit oblitarum, quas subitò signorum discursu sibi mens in memoriam reuocat.

Si fuerit amissio ex siccitate, &c.] Non video qui possit imminutæ memoriæ causa statui nimia cerebri siccitas: cū hæc ad conseruandas rerum species aptior, quàm humiditas existat. Sed vel stupidiorem intellexit Arnaldus reminiscentiæ motū. Vel id fortasse spectauit, quod omnis intemperies exerendis actionibus sit impedimento.

Item si detur de anacardis, quia proprietate, &c.] Siquidem hoc verum sit, anacardos proprietate quadam occulta memoriam iuuare, salua res est, & quauis de causa memoriam lædi contingat, conueniens erit anacardorum vsus: si modo tamen nimia caliditas vel præparatione commoda, vel contrariorum medicamentorum adiectio ne restinguatur. Sed si quod sentio fateri licet, anacardi non alia ratione prosunt, quàm quod vehementi calore cerebrum animalésq; spiritus excitent, quo nomine sapientū dicitur ea cōfectio, quæ recipit anacardos. Hæc tamen ob nimiū calorem exoleuit. Nec ea certe censuerim vtedum esse, nisi summa sit totius corporis refrigeratio, cùm scilicet eius vires, frigiditate nimia sopitæ iacent. Vt autem memoriæ consulatur, aliis vti malim, quæ citra periculum, maius etiam adferre possint emolumentum. Huiusmodi multa sunt tum simplicia tum composita, quibus & adstringendi vis inest, & aromatica quædam cum visceribus affinitas.

De Catarrho, Coriza, & Brancho, Cap. XXI.

Distinctio.

RHEVMA est nomen generale ad catarrhū, corizam, & brāchum: nā rheuma est flux⁹ humorum à capite, vel cerebro ad inferiores partes corporis distillantium. Cumq; iste humor, siue humiditas à cerebro veniens, destillat per nares, dicitur coriza: cū verò per palatum, & cadit per canales pulmonis, tūc talis destillatio vocatur catarrhus. Si verò ad fauces prædicta humiditas descendat, q̄ quandoq; multum ingrossat fauces, tunc dicitur branchus. ¶ Et nota, quòd iste fluxus humorum à capite fit principaliter quinq; de causis, scil. ex abundantia humorū, propter inconuenientiam efluentium, ex calore dissoluente, fumū faciente: ex frigiditate comprimente, & humiditate lubricante, vel ex liquiditate, fluxibilitate ipsorum humorum, & ex debilitate contentiuæ virtutis: homo .n. vt dicit Philosophus in lib. de animalibus, incurrit plures causas rheumatis, quàm cætera animalia. Incedit enim in corpore supino, & est sicut arbor euersa: nam arbor habet radices suas sub terra inferiùs, & ramos superiùs, homo verò per contrariū portat caput superiùs, in quo est radix neruorū, & spiritus animalis, & ramos habet inferiùs. Et ideo de facili incurrit rheuma, & descendit per membra eius. ¶ Item nota, vt ait Hip in aphor. branchi, & corizæ in valde senibus non maturantur, & ideo non sanantur, sed multoties commoriuntur cum ægritudinibus his. Et Galenus in commēto reddit causam in hunc modum: dicit enim, quòd cùm istæ ægritudines in iuuenibus, qui sunt fortioris, & potentioris virtutis quàm senes, cum difficultate curātur: ergo cum maiori difficultate debent sanari in senibus, & non solùm illæ ægritudines cum difficultate sanantur in senibus & commoriuntur cum eis, sed etiam in aliis ægritudinibus frigidis, sicut arthetica, podagra, lapis renum & vesicæ, sciatica, frigiditas intestinorū, asthma, tussis, gibbositas, epilepsia, apoplexia & huiusmodi: illæ enim ægritudines, & similes eis, nō solùm cum difficultate sanantur in valde senib. id est, decrepitis, vt ait Gal. sed multoties moriūtur cum eis, propter causam dictá. ¶ Rheumatis itaq; ex abundátia humorum, ꝑpter incōtinentiá affluentiū signa sunt hęc: adest facies subtumida, oculorum eminētia, super-

Causæ.

Prognostica.

Signa.

superfluitatum per os,& nares,vel per oculos a-
bundantia,& quãdoque ad fauces destillat, & in-
tus fluit vt duæ amygdalæ in faucibus ad mem-
bra:vnde tunc fit quandoque difficilis aeris attra
ctio,& anxia & cum difficultate excreant: adest
etiã capitis grauedo,& habitudo totius corporis
plethorica. ¶Quòd si ipsum rheuma defluat,pro
pter calorem dissoluentem,adest color rubeus in
facie,lacrymæ ad oculos, vel per nares mordicã-
tes,& carnem quandoque videntur mordicare,
supra quam cadunt: calor sentitur in profundo,
diæta vel potus præcessit,& aer calidus, & com-
plexio calida,si hæc conueniant magis certifica-
bunt te. ¶Frigiditas comprimens,& constringẽs
his signis notatur, color in facie pallidus, lacry-
mæ frigidæ ab oculis super faciẽ descendere sen-
tiuntur,frigus sentitur in profundo, patiens etiã
fatetur,se frigidis cibis,& potibus,vel à frigido ae
re læsum fore. ¶Fluxibilitas,& liquiditas, & hu-
mor lubricus in causa esse cognoscuntur per mul
titudinem humorum siue superfluitatum per os,
& nares,& oculos,vel per palatum,& per liquidi-
tatem eorum: quia non cohærent,sed naribus li-
quidè & citissimè effluunt & distillant. ¶Si verò
humorum fluxibilitas à cerebro veniat, propter
virtutis contentiuę debilitatem,cognoscitur per
remotionem prædictorum,& præcipuè per sen-
suum hebetationem. ¶Catarrhus itaque,siue co-
riza ex abundantia humorum propriè per edu-
ctionem superfluitatum nascitur,& debet in hũc
modum curari: Si agnoueris sanguinẽ esse in cau
sa corpore plethorico existente,viribus, & ætate
permittentibus, fiat minutio de vena cephali-
ca, maximè si humores ad spiritualia defluant,
& hoc fiat cum humor calidus fuerit in causa: &
fiat aliqua leuis purgatio choleræ,si fuerit in cau
sa cum decoctione aliqua, sicut est illa decoctio,
quam posui in capitulo de dolore capitis ex san-
guine facto,siue ex cholera. ¶Diætentur isti,vt i-
bi scriptum est: fiat aer artificialiter frigidus,cum
spongijs in aceto infusis,circumcirca lectũ ipsius
suspensis cum aqua frigida,destillando de vase in
vas,cum herbis frigidis per domũ aspersis. ¶Fiat
inunctio frontis,& temporum cum oleo viol.ros.
nenupha.myrtino,& similibus. ¶Fiat fumigatio
sub facie eius de rosis,vel violis in aqua rosa. vel
pluuiali coctis in vase cooperto optimè. Vel fiat
fomentatio ex hac aqua: Recipe rosarũ,myrti,an.
℥.1.laudani olibani,masticis,an.℥. s. coquãtur in
aqua ros.vel pluuiali, & facies patientis lauetur,
siue fomentetur cum hac aqua. ¶Item odoret ro-
sas,camphoram,vel aquam rosatam, vel duo po-
mella ex laudano & semine nigellæ puluerisato
facta,in manu teneantur,& sæpe,& sæpius mutã
do de manu in manum odoret ipsos, quia mira-
biliter conferunt. Quod si sic nõ restringatur ipse
fluxus,detur rubea,vel requies,vel diaolibanum,
& pillulæ aliquæ rheuma constringentes, quas
inferiùs dicam. ¶Quòd si sit frigida,& humor fri-
gidus in causa noscitur esse corpore existente ple
thorico,purgetur cum hierapicra Galeni,vel hie-
ralogodion,vel pillulis aureis, vel de quinque ge
neribus,& huiusmodi in capitulo præcedenti di
ctis: postea detur rubea,vel aurea Alexãdrina, cũ
vino decoctionis olibani,diæta calida iniũgatur,
vinum odoriferum bibatur, fomententur frons,

Cura.

Si ab hu. ca-lido.

Si ab hu. fri-gido.

A & nares,& tempora hoc modo: Recipe palearum
hordei fasciculum.1.cineris apij,laud.an.℥. 1. oli-
bani,℥.s.omnia in aqua pluuiali bulliãt,vel quod
melius est,in vino rubeo,in vase optimè obtura-
to,& cùm patiens intrat lectum,fumum recipiat
ex eo in prędictis locis,vndique bene coopertus,
sic quòd sudet, deinde pedes eius vsque ad ge-
nua,& manus vsque ad humeros ex eodem vino,
vel aqua lauentur calida, quantum pati possunt,
& bene se teneat coopertum,& calidum tota no-
B cte. Et sumat aliquas pillulas rheuma restrin-
gentes,quas dicam inferiùs,vel diaolibanum, vel
auream,& similia. Item pulueres facti ex laud. &
spica puluerisatis naribus eius immittas, vel po-
mum ex eis factum in manibus teneat,& odoret.
¶Item aliud optimum experimentum,valens ad
omne rheuma frigidum: accipiantur duo vel tres
lateres,& in ignem ponantur,& fiant feruentissi-
mi: deinde superaspergatur eis vinum optimũ,
purum,rubeum,vel album,& fumum super ca-
C put sumat vndique pannis coopertum, cum le-
ctum intrabit patiens,& teneat se bene calidum,
¶Lauetur caput ex aqua decocta sambsuci,florũ
camomil. pulegij,rorismarini,foliorum lauri, &
saluiæ: post suffumigetur cũ storace, ligno aloes,
thure vel laudano supra prunas ardentes posito.
¶Item esdra,vel mithridatum,vel theriaca resol-
uantur cum oleo muscellino,vel camo.vel cõmu
ni,& addito puluere olibani, storacis, calamitæ,
in modum emplastri in summitate capitis abrasa
D apponatur,deinde saccelletur caput ex baccis lau
ri,pulegio, & origano puluerisatis: & in sacculo
positis. ¶Itẽ si flux⁹ rheumatis fuerit ex humore
lubricante,prædicta remedia valẽt prædicto mo
do. Et hoc fomentum Hibernici,ad hoc est specia
le,& expertum: Recipe laudani,storacis, calami-
tæ,olibani,& spicæ an. puluerisa, & in aqua plu-
uiali,vel ros.vel in vino optimo de consilio meo
quod melius est bulliãt & fumũ patiẽs in facie vel
ore recipiat pannis vndique coopertus: hoc enim
E suffumigium humores inspissat,& fluxũ rheuma
tis prohibet,& est satis expertum. ¶Item inunga
tur summitas capitis ex oleo communi, in quo
sit decoctus mastix,& hoc dicitur oleum mastici
num,quod in hac causa valet mirabiliter. ¶Item
nota,quòd transglutire grana tria olibani puri al-
bi & electi in sero,cum homo intrat lectum, re-
stringit omne rheuma à cerebro destillans, & ce-
rebrum multum confortat. ¶Pillulæ optimæ ad
restringendum omne rheuma à cerebro fluens,
F & cerebrum multum confortat. Recipe ambræ,
ligni aloes,laudani,thuris masculi, storacis, cala-
mitæ,myrrhæ an.ʒ.1.croci,opij thebaici an. ℈. 1.
musci gra.4.conficiantur cum vino optimo,& in
modum parui ciceris formentur pillulæ, & den-
tur 7.in sero: quia mirabiliter rheuma restringũt
& specialiter magis dãtur in causa frigida,& sunt
expertę à Magistro meo. ¶Pillulæ aliæ similes à
meo Magistro expertæ restringentes omne rheu
ma,siue à causa frigida,siue à causa calida, proce-
G dat ipsa dissolutio. Recipe myrrhæ. radicis cyno-
glossæ desiccatæ an.ʒ 6.olibani ʒ.5. hyosciami op
timi,opij an.ʒ.3.masticis,succi liquiritiæ, storacis
liquidæ an.ʒ.2.conficiantur cum mucilagine gũ-
mi draganti,& dentur 5.vel 7.in sero. ¶Aliæ etiã
pillulæ ad hoc expertæ. Recipe radicis cynoglos-

* al. fascic. 2.

In hu. lubri-cante.

Pillulæ ex-pertæ.

sæ exiccatæ, myrrhæ an. ʒ. ʒ. opij ʒ. s. confice vt A prædictas, & dentur 5. vel 7. pillulæ. ¶ Aliæ optimæ, quæ omne rheuma restringunt: Recipe myrrhæ, croci, thuris, opij an. ʒ. I. temperentur cum albumine oui, & vna post aliam transglutiatur, vel vna earum teneatur sub lingua, alia deglutiatur. ¶ Pillulæ etiam ex gummi arabico, amido, ancilo, ptisano & rubea trochiscata, factæ, si teneãtur sub lingua, & ibi dissoluantur, & fumus ab eis dissolutus petat cerebrum, miro modo inspissant humores, & omne rheuma restringunt. ¶ Empla- B strum expertum, quod si post mundificationem cerebri, frõti & temporibus applicetur, & ibi per plures dies portetur, restringit optimè rheuma à cerebro fluens, siue ad oculos: nam oculorum lacrymas etiam antiquissimas potenter restringit. Recipe myrrhæ, thuris, cymini, aloes hepatici, masticis, boli ar. an. ℥. s. san. dra. ℥. quart. terantur omnia, & temperentur cum albumine oui, & supra petiam lini extendatur, & fronti, & temporibus applicetur, vt dixi: quia à Magistro meo & C à me pluries hoc emplastrum in omnibus prędictis causis est expertum. ¶ Aliud emplastrum ad omnia suprascripta: Recipe olibani, masticis, gummi arabici, boli ar. sang. dra. gummi dragagãti, terebinthiuæ, *an. ʒ. quart. confice cum albumine oui, & fronti, & temporibus applicabis: quia valet tantum, quantum prædictum emplastrum. ¶ Et nota, quòd si prædicta remedia, superiùs dicta, semel exhibita effectum optatum non habuerint, debent sæpe & sæpius iterari: quia *Non sem-* D *per feriet quocunque mouebitur arcus.* ¶ Cura Magistri mei ad branchos: sumat quolibet mane mellicrati ℥. I. s. cum aqua hysopi, & parum agarici, & hoc faciat per dies 8. diætam competentem tenendo: post in die octauo in sero cùm intrat lectum, sumat 17. pillulas cocchias, grossas in modum cicerum nigrorum: post vtatur aurea Alexandrina, & pliris arcoticon, secundum descriptionem, in antidotario particulari, positam. ¶ Item ponantur duæ vel tres guttæ olei nucis, in *naribus patien- E tis cùm intrat lectum, & sit calidus. ¶ Item emplastrum fiat ad branchos, & ad vuæ relaxationem mirabile, & in summitate capitis abrasa ponatur: Recipe semen sinapis, baccarum lauri, myrrhæ, olibani, tartari, calamitæ, cinnamomi an. ʒ. I. terantur omnia & coquantur cum melle. q. s. & ea emplastrẽtur, vt dixi, probatũ est. ¶ Itẽ cauterium in brachio factũ est bonũ. Ad idẽ gargarismata: Rec. gallarum balaustiarũ, cinnamomi an. ʒ. s. piperis, pyrethri an. ʒ. ʒ. bulliant in aqua, vel in vino al- F bo optimo, & gargariset ¶ Aliud ad idem: Recipe vini veteris, aceti, mellis an. cum his bulliat pyrethri, piperis, zingib. staphisagriæ, balaustiæ an. ℥. s. Et si cum his omnibus non curantur branchi, recurrendum est ad chirurgiam, & extrahendæ sunt illæ amygdalæ generatæ in faucibus, quæ nominantur branchi: & de hoc traditur perfecta doctrina in chirurgia Bruni, & Rogerij Parmensis.

Emplastra experta.

*al. ℥. quart.

Cura specialis ad branchum

*al aurib.

ADDITIONES.

DE rheumate nota, quòd si corpus plethoricum sit, ante omnia præcedat purgatio, nec sit lotio aliquarum partium, nec prouocetur sternutatio, siue sit cum febri, siue sine febri nec appo-

A nantur dissolutiua, in principio, nec dentur acuta, nec vinum forte, nec quæ magis dissoluunt, quàm consumunt, vt piperata, nec acetosa, quia tussim prouocant, & fluxum ad pectus, omnia quæ bibuntur, comeduntur, & tanguntur, deberent esse actu calida, pręcipuè aer: debet vitari repletio cibi, & potus, nocturna cęna, somnus prolixus, quo nihil magis rheuma acuit, & lumen, & fumus præcipuè. ¶ Et si est ex causa calida, partibus conuenientibus fiat phlebotomia in apparẽ- B tibus sanis, & non in principio. In frigida causa nunquam, nisi rheuma antiquum sit, & tendens ad digestionem, non fiat minutio, similiter dico de medicina laxatiua. Quod si humor melancholicus sua multitudine stet, & impediat digestionem, non detur. ¶ Si igitur causa fuerit frigida digeratur cum suffumigijs ligni aloes, thuris, calami aromatici, laudani, & fiat suffumigatio ex rogaryophyll. decoct. in vino: fiat stupha ex ligno aloes, storace, & laudano, & post stupham bibat de C vino laudani, quod valet in vtraque causa. Vel fiat stupha cum folijs lauri, & garyophyllorum, & ros. vngatur caput oleis calidis, vt laurino, muscellino, &c. possunt autem fieri stuphæ ex herbis odoriferis, vt origano, mentastro, pulegio, &c. suffumigentur cum seminibus marathri, petro. carui, anisi, & cantabri, cum aliquo horum: materia incipiente inspissari post stupham, detur aurea Alexandrina cum vino decoctionis thuris, & masticis vel diaolibanum, cum vino: potest etiam D suffumigari de aspalto, assa fœtid. serapino, opoponaco, vel bombice vetustissimo, & accenso, & extincto, vel olibano solo, de quo etiam grana tria singulis noctibus data cõferunt: quia ex substantia glutinosa constringit, & ex aromaticitate confortat, digestionem prouocat, bonum anhelitum reddit, eructationes acetosas amputat: itẽ stupha fiat ex vino decoctionis ros. garyophyll. & marathri. ¶ Post stupham de vino radi. asphodeli contritarum, & cum modico oleo, vel vino misto E calefacto cataplasmetur, quia corizam soluũt: rustici allium coctum expertum habent. Nasum balsamo, vel musco inungant, optimus enim est balsamus in hac causa, & theriaca cum aurea valet. ¶ Pillulæ de cynoglossa valent ad acre, & tenue rheuma, & antiquum. Recipe myrrhæ ʒ. 6. olibani ʒ. 5. opij, hyosciami, cynoglossæ radicum an. ʒ. 4. temperentur aqua rosarum, & formentur pillulæ in modum cicerum, dentur 5. eunti dormitum: valent etiam ad rheumatismum dentium, F hæmorrhoidum, & vesicæ: dentur semel in septimana, vel bis, & teneantur sub lingua, donec dissoluantur spica nardi, prohibet rheuma, & confortat cerebrum. ¶ In coriza, & strictura narium, & priuatione odoratus fiat suffumigium, quod ponitur in diuisionibu Rhasis, capitulo de coriza, in antidotario. Recipe costi, olibani, vernicis, an. admisce storacem liquidam, & fac formas similes auellanæ, vel misce cum laudano: est enim nobile medicamen, cùm ex eis suffumigium fit, cum traiectorio. ¶ Saccellatio ex pul. menthæ fa- cta capiti, actu calida, frigidum rheuma compe- scit. Similiter de chamędreos fit, & est optimum in catarrho frigido. ¶ Ad mollitiem reprimendã, flores rorismarini coquantur in aceto, vel in vino, cum quo gargarisma fiat, vel masticetur olibanum

banum: vinum etiam decoctionis olibani consu-
mit humiditatem faucium: maiorana capiti cali-
da superposita, valet contra frigidum rheuma.
¶ Saccellatio de hyssopo trito, cum testa calefa-
cto, capiti superposito valet contra catarrhum
frigidum, & uvulæ casum. Et gargarismus ex a-
ceto decoctionis hyssopi, valet ad catarrhum, &
uvulæ casum, si de causa frigida sit. ¶ Hoc medi-
camen Alexandri valentissimum est, quod ex 4.
metallis componitur, scilicet calcanto, id est, cal-
cadis, quod est de cypro, velut est vitriolum ru.
calatheos, calcecumenon & misceas, an. quodli-
bet sigillatim per se teratur, & cum aceto misce, sic
ca, & tere cum vino, donec glutinosum fiat ad
mellis spissitudinem: deinde mitte in ollam no-
uam coopertam, & line luto, & pone in furnum,
vt ardeat, & carbo fiat, & tere, & cum vino mis-
ce, & amygdalas facias: iterum assa, tere & pul-
uerem serua: hoc enim datur, & mox consumit
per cannulam insufflatus. ¶ Hali in dispositio-
ne regali inquit, contra rheuma, postquam il-
lud, quod exit per nares cæperit inspissari, duc
patientem ad balneum, & non prius, & caueat
frigus. Et lapis molaris in igne fortiter calefa-
ctus irroretur aceto, & patiens fumum per os, &
nares si recipiat, fluxum omnem illum amputat.
Item sulphur aceto irroretur, & supra dictum la-
pidem, vel tegulam ignitam, vel super prunas
proijciatur, & patiens fumum per os, & nares re-
cipiat: quia hæc est optima cura ad catarrhum,
vel corizam. ¶ Item cùm quis subitò infrigidatur
frica plantas pedum eius fortiter cum allijs tritis,
quia multum valet, vt dicit Macer. ¶ Item cùm
infrigidatio subitò inuadit hominem, teratur ℥.s.
pyrethri, & zingib. ℥. quart. & cum vino, & melle
ana ℥.5. bulliant parum in vase mundissimo, &
addita marathri ʒ.1. detur illud totum in potu,
quia hoc etiam cor confortat, & pulmonem. ¶ Sy
rupus ad medendum rheuma, quod à capite de-
scendit ad pectus, pulmonem, & stomacbum. Re-
cipe succi stipitum caulis rubri, vel saltem allio-
rum depurati, & bene desiccati cum ouorum al-
bumine, & purificati ℔.3. sacchari ℔.2.s. si est cum
febre: si est sine febre mellis despumati ℔.3. de-
coquatur vsque ad perfectam decoctionem, da
ex eo omni die ℥.2. cum aquà passularum enu-
cleatarum, ficuum siccarum, iuiubarum, & radi-
cum fœni. valet etiam ad raucedinem vocis. Et si
ipse catarrhus currit ad pulmonem, & pectus: &
indiges medicinis inspissantibus ipsum, pone cũ
dicto succo caulium decoctionem factã ex gum-
mi arabico, & dragagãto, & semine maluę, bismal
uæ, cydoniorum an. ʒ.s. liquiritiæ, & succi eius,
hyssopi, prassij an. ℥.1. hordei mundati, fœnugræ-
ci ana P.1. succi scabiosæ depurati ℔.2. semin.
communium frigidorum, rosarum secundum
quòd videtur expedire. ¶ Item potus aquæ cali-
dæ in introitu balnei maturat catarrhum, sicut
dicit Mesue. Frigidum catarrhum sistit suffumi-
gatio naribus attracta ex thure, xylobalsamo, &
sandaraca mistis, vel diuisis. ¶ Item nigellæ, & co-
sti pul. attractio per nares ipsius, vel cuiuscum-
que ipsorum, vel amborum, vel suffumigatio
eorum est mirabilis, secundum Mesuen. ¶ Item o-
libanum, vel myrrha deglutita in modum trium
granorum cicerum, vel vinum decoctionis ipso-

Ad subitam infrigidationem.

Ad rheuma & raucedinẽ.

A rum, & sandaracæ in potu sumtum, vel in ore re-
tentum, mirabiles sunt ad frigidum catarrhum
secundum eundem. ¶ Pillulæ ad idem: Recipe
olibani partem 1. myrrhæ, croci, spicæ, storacis
ana partem s. opij partis vnius tertiam, fiant pil-
lulæ sicut fabæ, & vna ex eis teneatur in ore per
noctem, donec deglutiatur paulatim cum saliua,
quoniam mirabiliter prodest ad catarrhum, si-
stunt enim, & sunt expertæ. ¶ Item sola spica re-
tenta in ore per noctem, aut per diem & noctem,
B catarrhum sistit. ¶ Pillulæ Magistri mei expertæ
contra vitium rheumatis, ex repletione. Recipe
aloes hepaticæ ℥.1. brioniæ, asari, myrrhæ, dia-
gridij, boni cocti in pomo ana drachmas duas
confice cum succo fœniculi, & da 5. in modum
orobi formatas quolibet sero, & valent ad rheu-
ma oculorum, & aquam descendentem ad ocu-
lum, probatum. ¶ Pillulæ, quibus vtebatur Papa
Alexander, & Rex ante cibum, & post cibum quo
libet die, quæ miro modo valent ad catarrhum,
C visum clarificant, auditum corroborãt, superflui-
tates à corpore expellunt, & sine immutatione
diætæ accipi possunt Recipe calami aromatici,
cubebarũ, nucismuscatæ, spicæ, epithymi, carpo
balsami, squinanti, masticis, asari, garyo. an. ʒ 2. in-
teriorum colocynthidis ʒ. 3. myrobalanorum ci-
trinorum, chebulorum, emblicorum, Indorum,
belliricorum, & rhabar. an. ʒ. 2. agarici, turbith
an ʒ.s. aloes hepaticæ, ad pondus omnium: con-
fice cum succo fœniculi, & fac pillulas in modum
D orobi, & 5. vel. 7. in sero da. ¶ Pillulæ post cibum,
& ante cibum ad catarrhum, & digestionem con-
fortandam, visum acuunt, & stomachum à super-
fluis purgant humoribus: Recipe nucismuscatæ,
spicæ, croci, ligni aloes, galangæ, cardamomi, cy-
mini zingib. garyophyll. zedoariæ, cubebarum,
macis an. ʒ.1. rhabarbari ʒ.13. aloes hepatici, & suc
cotrini boni ʒ 26. confice cum vino bono puro,
& vnge cum oleo laurino, & amygd. & fac pillu-
las in modum orobi, & da 5. vel 7. eunti cubitum,
E & possunt dari sine immutatione diætæ. ¶ Pillu-
læ mirabilis efficaciæ contra rheuma secundum
Magistrum Fernellum Pisanũ. Recipe myrrhæ,
olibani, limaturæ chalybis an ℈.4. opij ʒ.1. semin.
hyosciami, papaueris nigri an. ℈. 4. pipe. al. ℈. 5.
spicæ, radicis cynoglossæ an. ʒ. 1 s. macis ℈. 2. ga-
ryophyllorum, anthos, folij, galbani an. ʒ.1. stora-
cis, zing. cardamomi, piperis nigri an ʒ.2. s. se. por
tulacę papaueris albi, psyllij, bdellij, masticis, dra
gaganti, mandragoræ an. ʒ.1. fiant pillulæ, & in-
F formentur cum succo absynthij, vel cynoglossæ,
& dentur in sero quinque, vel septem, in modum
orobi post mundificationem cum hierapicra vel
similibus.

Pillulæ non solu.

Pillulæ solutiuæ.

De Alopecia, & Tyria,
Cap. XXII.



LOPECIA generatur ex materia ma
la sub cute capitis manente & in ori-
gine radicum pilorum siue capillo-
G rum, corrumpit radicem originis pi-
lorum, corrodens eos & inhibens
bonum nutrimentum venire ad eos, sic depilan-
tur capilli. ¶ Alopecia à vulpibus dicta est: hæc
enim passio pluries accidit vulpibus, quòd cadũt
eis ferè omnes pili & depilantur propter causas

dictas: Tyria vero dicitur quando non solùm pili cadunt, immo excoriatur etiam cum hoc cutis tenuis, & hæc passio dicitur à Tyris quibus accidit. ¶ Fiunt enim huiusmodi passiones ex materia cholerica, quandoque ex melancholica, quandoque ex phlegmatica, & quandoque ex corrupto sanguine, quod per vrinam & alia signa concomitantia cognoscere possumus per doctrinam in diuersis capitulis traditam. ¶ Quemcumque igitur humorem in causa esse cognoueris, digeras & diuidas ipsum, prius purga ipsum, secundum humorum qualitatem & differentiam: Vt si cholera peccauerit purgetur & digeratur, vt dixi, si phlegmatica vel melácholica, similiter. Si sanguis corruptus in causa fuerit purificetur, vt in proprio capitulo dictum est. ¶ Post ad particularia experimenta accedendum, fricetur primò locus cum panno aspero fortiter, deinde cum cæpis & allijs contritis, fortiter ligetur: cum nouacula abradatur caput, ventosæ & cum scarificatione apponantur, pungetur caput cum pluribus acubus simul ligatis, vt sanguis inde exeat. ¶ Desiccatio etiam cum medicinis acutis, vt cum cantharidibus & similibus, multum valet ad has ægritudines, resoluendo ipsam materiam malam sub cute contentam. ¶ Confert etiam multum cooperire caput per diem & noctem cum multis pellibus calidissimis, faciunt enim caput sudare & materiam euaporare. ¶ Si cum frictione prædicta vnguenta alia quàm plurima experta à me dicta infrà in capitulo illo, vt pili renascantur, locis depilatis adhibeantur, plurimùm conducunt.

¶ Experimentum bonum ad Alopeciam & Tyriam: Recipe pilas marinas & in testa noua eas combure, puluis eorum in vino albo vsque ad vini consumtionem bulliat, deinde exprimatur, siccetur & cribretur, cum oleo laurino, semine nasturtij & pulegio puluerisato & cum cæpis contritis in modum vnguenti omnia conficiantur, & suauiter inungantur. ¶ Aliud quod remouet Alopeciam & Tyriam, pilos etiam prouocat: Recipe stercoris canini & sem. sinapi ana terantur & cum aceto forti permisceantur, illiniatur caput eo. ¶ Item fimus columbinus cum aceto mixtus & illinitus idem facit. ¶ Expertus sum in Alopecia & Tyria, si succo millefolij & oleo laurino mixtis inungantur loca depilata, capilli generantur spissi. ¶ Linimentum bonum ad Alopeciam & Tyriam: Recipe euph. gummi, rutæ agrestis, olei laurini, ceræ q. s. fiat vnguentum, eo inunge loca priùs cum páno fricata, vt dixi. ¶ Aliud ad idem: Recipe baurach sal. armon. ana adurantur & terantur in forti aceto & fac ex eis linimentum. ¶ Item vnguentum ex sem. nasturtij & sinapis, cinere cantharidum, pice humida, staphisagria, oleo laurino & cera, optimè valet ad prædictas ægritudines. ¶ Item lac tithymalli, cantharides, vel sem. sinapi & huiusmodi apponantur locis depilatis, vesicabitur locus & materia, quæ est sub cute, purgabitur, & tunc pili melius orientur, vt dixi suprà. ¶ Aliud ad Alopeciam & Tyriam: Recipe furfuris, sem. erucæ, nasturtij & sinapi, spumæ maris, baurach, corticis cannarum adustarũ, auellanarum combustarũ, stercoris canis, muris, ouis & capræ, piperis longi, fol. vel cort. ficus combust. fellis canini vel vaccini, amygdalarum amararum adustarum cum cortice sua, thuris omnium puluerisatorum ana: & si hæc omnia habere non possis, habeas saltem quædam eorum & cum oleo laurino, pice liquida, pauca cera conficiantur, & hoc vnguento inungantur, præcedente frictione & purgatione. ¶ A cibis cõtrarijs ac potu contrario abstineant.

De Tinea, Cap. XXIII.



INEA alia incurabilis est vel difficilimę curationis, vt illa in qua cutis est densa & squammas multas emittit & pilos corrodit, cuius curam quasi desperamus. ¶ Alia curabilis & hæc pilos multos emittit, & quosdam valde grossos, & cutis est grossa, tamen continua nec dura. ¶ Alia est cum cute grossa & multo pruritu, & & alia quæ saniem emittit. ¶ Quarumcumque harum fuerit curetur hoc modo secundum Magistrum Michaelem Scotum: primò abradatur caput, postea cum vrina pueri virginis vel cum aceto forti caput lauetur, & postea cum petia linea tergatur optimè & inungatur melle, & pul. factum ex hordeo, in olla noua combustum superasperge, tertio die lauetur iterum caput cum lixiuio, vel cum vrina pueri virginis, vel aceto calido. ¶ Vltimò verò cum psilothro hoc caput depila: Recipe calcis viuæ ℥.4. bull. in ℔.1. aquæ vsque ad consumtionem aquæ & tunc addatur auripigmenti ℥. I. & parum bull. signum decoctionis huius est, quòd si apposueris pennam depilatam & ex eo vnge caput, depila & laua iterum & hoc vnguento inunge caput: Recipe lapatij M.I. teratur & bulliat in aceto, donec totum exiccetur cum duobus ouis fractis & abiectis eorum corticibus, deinde terantur hæc & cum axungia porci veteris, seuo arietis & cera liquefactis fac vnguentum & vtere. ¶ Aliud vnguentum optimum ad idem. Accipe pul. lupinorum amarorum combustorum & sulphur, ana conficiatur cum amurca olei & vtere. ¶ Et nota quòd post emissionem pilorum, si non rubeat locus, sed albescat & radices capillorum sũt secundum naturam, signum est perfectæ curationis: quòd si perfectè contrarium appareat, tunc scias, tiniosum adhuc non esse perfectè curatum, & tunc adhuc cum lixiuio vel vrina lana caput eius & cum psilothro iterum depila. ¶ Vel cum hoc vnguento vnge caput, quod est bonum ad mollificandam tineam: Recipe helleb. albi, lapatij acuti, picis naualis ana ℥.1. olei nucum vel communis ℥.6. hæc omnia bene terantur & in modum vnguenti bene incorporentur: hoc vnguentum bonum est in tempore frigido, & de hoc vnguento vsque ad 10. vel 15. dies inunge tineam & sic mollificabitur, & semper prædicto vino lauabis caput, & depilabis post cum psilothro supradicto. ¶ Experimentum Hispani, qui fuit dictus Ioan. nomine ad tineam: Radatur primò caput, deinde lauetur cum vrina pueri virginis vel cum vrina caprarum, pôst emplastretur cum pul. sinapi & squillæ trito ana cum forti aceto mixtum, pôst sequenti die ite-

rum lauetur cum vrina iam dicta & hoc per plu-
res dies fiat. ¶ Vltimò fac vnguentum : Recipe
ſinapi,boli ana ℥.2.ſucci blyti nigri, olei nucum
an. ℥.4. adipis anſeris & ceræ ana ℥. 1. s. fac vn-
guentum & vnge tinioſum. ¶ Cùm verò tineo-
ſus curatus fuerit & pilos volueris renaſci,vtere
pulueribus & alijs medicaminibus, infrà in ca-
pitulo illò,vbi traditur doctrina ad faciendum
pilos renaſci in locis depilatis,ſcriptis. ¶ Solus e-
nim puluis apum combuſtarum & capill. Vener.
combuſtarum cum melle commixtus ſufficit ad
faciendum naſci pilos in quacumque parte cor-
poris,quæ præter naturam fuerit denudata.


¶ Quod ſi tinea noua fuerit, vtpote infra an-
num orta, ſine pilorum auulſione curatur hoc
modo:Recipe abrotani agreſtis,fumiterræ,arthe
miſiæ ana M.1.piſtentur bene omnia & in oleo
nucis vel communi per dies 5.vel 8.iaceant,dein-
de in prædicto oleo parum bulliant & colentur,
hoc oleo mane & veſperi abraſum prius caput
inungatur,& ſtatim de hoc puluere ſuperaſper-
gas:Recipe ſtaphiſagriæ, hellebori ana ℥.1. tere
& fac puluerem & ſuperaſperge,etiam ſine euul-
ſione pilorum ſanat. ¶ Quòd ſi tinea antiquata
fuerit & vetuſta,depiletur caput cum ſuprà ſcri-
pto pſilothro, vel cum illo pſilothro mirabili e-
tiam ad hoc & ad ſerpiginem & ſcabiem inuete-
ratam : Recipe calcis viuæ ℥. 4. auripigmenti
pulueriſati ℥.1.bull.calx iſta in ſuccis iſtis ſc. ſuc-
co fumiterræ & lapatij acuti ana ℥. 4. vſque ad
tertiæ partis conſumtionem, deinde adde auri
pigmenti & bulliat quaſi ad totalem conſumtio-
nem ſuccorum, adde ℥. 1. aloes, & vſui reſerua;
quia mirabiliter depilat & excoriat loca læſa.
¶ Curatio tineæ per pſilothrum,quæ talis eſt,fiat
pileus ex corio in modum capilli Græcorum, &
in ſuperficie extrà ligetur optimè vna corda be-
nè fortis, & ipſe pileolus impleatur intus ſine in-
ungatur fortiter ex pice liquida, terebinthina &
galbano ſimul liquefactis,deinde tondantur ca-
pilli tineoſi ad menſuram pollicis, & pòſt pileo-
lus ille eius apponatur & liget corda ligata cum
pileo ad aliquem trabem altam, & ſub ipſa trabe
apponatur ſcamnum ſupra quod patiens ſtet, e-
uectus deinde cautè auferatur, ſic cadet ad ter-
ram & omnes radices pilorum remanebunt in
pileo. ¶ Demum inungatur caput eius hoc vn-
guento quod valet ad antiquam tineam : Recipe
adipis vrſini & anatis ana ℥.1.ſtercoris muris ʒ.ʒ.
picis liquidæ ℥.2. olei nucum ℥. 1. terantur hæc
omnia & ſimul conficiantur, & vtere. ¶ Aliud
ad idem:Recipe cineris aranearum combuſt.ʒ.ʒ.
ſterco.muris, picis liquidæ ana ʒ. 1. grano.iuni-
peri.℥.ſem.confice ſimul & eo vtere. ¶ Vnguen-
tum ad tineam antiquam & nouam: Recipe ſem.
ſtaphyſagriæ helleb. albi. ana ℥. 1. auripigmenti,
vitreoli,aluminis ana ℥.ſem.amurcæ olei ℥.6.te-
rantur hæc omnia & ſimul conficiantur,deinde
ſume abrotanum agreſte ſiue domeſticam, eru-
cam agreſtem, fumum terræ, ſiue tithymallum,
lapatium acutum, de vnoquoque illorum extra-
he ℥.1. & quart ſucci,& cum prædictis miſce,bull.
omnia ad ignem lentum,poſt adde picis liquidæ
℥.4 ceræ ℥.1.ſem.& fiat vnguentum quo vtatur,
quoniam hoc eſt vltimum & potentiſſimum in
tinea,etiam ſi per plures annos antiquata fuerit
& inueterata,probatum eſt. ¶ Accedit quando-
que caries in capite,quæ eſt infectio cutis capitis
& tunc particulariter puſtulæ in capite naſcun-
tur & capilli groſſi,ad quod tale facimus vnguen
tum : Recipe lapatij acuti, ſcabioſæ,enulæ, cen-
taurij ana ℥. 2. conterantur omnia & cum oleo
per triduum macerentur, deinde per pannum
liquor fortiter exprimatur,cui adde maſticis, o-
libani,ana ℥.ſem.picis liquidæ ℥.1.auripigmenti,
lithargyrij ana ℥.quart. part. pul. aloes & helleb.
alb.ana ℥.2.bull.omnia in olla rudi,& ceræ ℥. 1.
& hoc vnguento cutis ſuauiter inungatur, in-
de pili groſſi remouentur & pili ſubtiles na-
ſcuntur, & hoc modò ipſam cariem curare po-
teris.

De Furfuribus capitis, Cap. XXIIII.



ALIQVANDO accidit quòd ſi ca-
put fricetur manibus,quòd inde ca-
dunt ſquammæ multæ ſimiles fur-
furibus,& hæc paſſio dicitur furfu-
res capitis. Primò igitur ad ipſam
curationem integrè faciendam, conſidera quis
humor prædominetur in corpore patientis,viri-
bus, ætate & regione & conſuetudine permit-
tentibus,purgabis ipſum leui purgatione: dein-
de ad localia remedia accedes. Si lauetur caput
cum ſucco blyti vel maluæ cum aceto ana tem-
peratis,vel cum aqua decoct.lupinorum amaro-
rum,tollit furfures capitis.Item ſuccus blyti cum
farina cicerum temperatus inunctus ſupra cu-
tem capitis tollit furfures.Item ſem.vrticis viuæ
teratur & in aceto per diem & noctem iaceat
& de hoc aceto addito caput lauetur, pòſt laue-
tur cum aqua tepida pura & remouebit furfu-
res.Item ſi lauetur caput cum vino decoct.
ciclaminis piſtati,tollit furfures,
probatum eſt.

DE PASSIONIBVS OCVLORVM.



De Gutta ca. rubedine, lippitudine, siue Ophthalmia, Cap. XXV.

CVm de passionibus oculorũ, auxiliante Deo meo, propositum sit tractare, dico quòd humores q̃dã sunt in capite naturaliter, q̃dã superabundãt: superabũdãtiũ autẽ quidã emittũtur p os: vnde fit os putridũ: quidã p aures, vnde fit surditas: quidã p oculos, vnde fiũt oculorũ passiones, q̃ diuersæ sunt & diuersimode nũcupãtur, prout inferi⁹ enarrabitur. Cũ n. oculorũ tunicæ sint 7. vt ait Ioan. Damasc. scire debemus, qđ in qualibet tunica pōt ægritudo generari vt inferiùs enarrabo. ¶Primò itaq; de gutta calida & lippitudine, siue ophthalmia oculorũ meũ est ꝓpositũ tractare. Cũ igitur quis habuerit oculos lippidos, & rubeos ita tamẽ

A quòd ibi nõ sit aliquid, qđ lacrymã sæpissimè emittat, gutta calida, siue ophthalmia nũcupatur, q̃ ꝓpriè in prima oculi tunica fit. ¶Fit. n. ex superabũdãti cholera, & signa etiã choleræ adsunt: q̃a dolẽt oculi cũ pũctura, & calent cũ incensione, & cætera signa choleræ adsunt: & hęc ęgritudo, nisi in principio curetur, oculos depilare cõsueuit, sic qđ facit palpebras cadere. ¶Primò igitur ordinabo diætã ꝓ omnib. ægritudinib. oculorũ, cũ diæta sit potissima res in curatione cuiuslibet ęgritudinis. ¶Sciat itaq; vnusq̃sq; qđ oculorũ affectib. B laborãs oportet abstineat à salsis, frixis, acetosis, à vino forti, à Sole, vẽto, puluere, fumo, nimia comestione, nimio ieiunio, fletu, ira, ab allio, à coitu. Si exerceat artẽ mechanicã, laboret parũ, si literatus parũ legat, & specialiter subtiles literas, quia subtiles valde nimium intueri legendo nocet visui,

Signa choleræ. *Cura.* *Diæta est potissima in cura ægritudinũ.*

caueat

caueat ne oculos tangat manibus: nec etiam cum
pecia, nisi fuerit maximè necessarium, propter la-
crymas vel aliquid aliud tale, ab oculis decurrēs,
& tunc suauiter cum petia syndonis oculos tan-
gat & leuiter sine fricatione eos abstergat, offas
non comedat, quia multū offendunt visum: nō
lauet caput nimis sæpe, quia propter hoc multi
perdiderunt visum ante tēpus nimiū lauando ca
put eorū: à pane azymo sibi caueát, & ab omnib.
cibis duræ digestionis & grossos hu. generantib.
atq; viscosos, legumina nō comedat, præterquam
brodiū cicerū: stuphas nō intret, nisi in quodá ca
su, quē ponit Gal. super aph. oculorū dolorē meri
potio, aut lauacrum, &c. verba aūt, quæ ibi ponit
Gal omitto causa breuitatis. Nō lauet oculos cū
aqua frigida, sed tepida: si lauētur cū vrina ꝓpria
mane cum surgit à lecto, vel etiam saliua propria
multum confert oculis: panem bene coctum vel
fermentatum, & vnius vel duorum dierum recē-
tē comedat: vinum bene lymphatum & clarū bi-
bat, carnes pullinas, & castratinas, hœdinas, ca-
priolinas, & auiū, præterquā in paludibus degen
tium, & comedát portulacas, maluas, ciceres, cu-
cur. lactucas; borraginē, fœniculū, & similia cum
dictis carnibus cocta: comedat pruna dama. a-
mygd. vnum vel duo mala assata in igne, oua in
aquā proiecta, asparagos, bruscum, far hordei, &
granum coctum cum lacte amyg. & similia come
dat, & sic diætá quisq; oculorum affectibus labo-
rás teneat, quousq; curatus fuerit: quia diæta pō-
tissima pars est curationis, nō solum in passionib.
oculorum, sed etiá in alijs quibuscunq; ægritudi-
nibus. ¶ Ad guttá ca. ordinata prius diæta, vt di
ctum est, ordinetur & detur omni mane syrupus
viol. vel ro. vel oxysacchara, vel syrupus acetosus,
pōst purgetur cum ʒ 2. myrobalanorum citrino-
rum, vel cum sero lactis, & parum diagridij in pō
mo cocti, vel cum decoctione in capitulo de dolo
re capitis, ex cho. facto, scripta: vel cum pillulis i-
bi scriptis. ¶ Et nota, quia, vt dicit Gal. in tractá-
tu suo de passionibus oculorum, nil debet oculis
imponi, nisi prius purgatio cum phlebotomia di
uersiua & potione præcedat: celebratá verò pur-
gatione de hoc medicamine parum oculis impo-
ne, quod oculos clarificat, lacrymas exsiccat, lip-
pitudinem aufert, & guttam calidam remouet. ac
cipe 2. vel 3. cyminalia, & stillando mittas in eis á-
grestam & ducas per ea & dimitte siccari ad So-
lem; & sic iterum adde de agresta, & iterum in Sō
le siccentur, & sic fac ter vel quater in die vsque
ad 9. dies, post superpone tōt pugillos cineris,
quot sunt de ipsa agresta sicca, & superinfundas
vrinam pueri virginis, & post superpone cymina
lia, & dimitte sic stare vsq; ad 7. diē omni die præ-
dictam vrinam recentē superinfundendo, & de-
siccando ea: postea hunc puluerē abrade de ipsis
cyminalibus, & parum ex eo oculis immitte cum
virga ænea parua in modum coclearis facta. ¶ Itē
ad rubedinē siue guttam rubeorum oculorum:
Recipe lapidem lazuli & cum ipso & albumine ō-
ui ablue tōties, donec album illud rubeum effi-
ciatur, in quō infundas stupam, & oculis super-
pone. ¶ Ad idem tere antimonium, & panno in-
uolue ipsum; & sub prunis ardeas ipsum & pul-
uerem istum oculis immitte, vel cum aqua rō. mi
sce & vtere. ¶ Aliud ad guttam rubeam: Recipe v-
rinam pueri virginis, & vinum æqualiter, & in ol
la rudi cum saluia, ruta, & rad. fœniculi an. bulliát
quousq; tertia pars tantū remaneat, & hoc liquo
re tepido ter vel quater in die oculos ablue, va-
let etiam ad lippitudinem. ¶ Itē ad guttam ca. &
rubed. & etiam ad lacrymas oculorum valet: acci
pe antimonium & ponas ipsum in acetum tribus
diebus & noctibus: deinde pasta hordei ipsū in-
uolue, & torrefac in igne, pōst ipsū subtiliter pul-
uerisa, & oculis immitte. ¶ Et nota, quòd ex gut-
ta ca. nascuntur lippitudo, aut gutta rubea, siue
rubedo, lacryma & fistula. ¶ Item nota, quòd cū
gutta iuuenē inuaserit, & in æstate, debemus mi-
nuere eum de vena capitis iuxta manum, & tunc
cum tepida oculos lauare. ¶ Item ad guttam ca.
siue rubedinem, aqua ros. & camphora simul mi-
sceantur, vasi vitreo simul includantur, & tribus
diebus ad Solem, & tribus noctibus ad rorem má
neat, deinde oculis imponatur: quia oculos mira
biliter pulcros reddit, & lippitudinem aufert.
¶ Aliud ad lippitudinem oculorum: Recipe vnū
bacile & impone ibi bipartita grana piperis, zing.
incisi minutim & frustatim, omnia per tres dies
in vino albo dimittas iacere, pōst parum bulliant
insimul & oculis sæpe & sæpius impone in die.
¶ Ad idem: tere blaueam & pul. eius simplicem,
vel cum aqua ro. mistum oculis impone. ¶ Item
succus cimarum rub. cum aqua ro. & al. oui mi-
stus, & oculis impositus tollit lippitudinem. ¶ I-
tem blytum tritum cum pauco alumine mistum
fronti impone. ¶ Item succus paritariæ solus cum
al. oui mistus, & oculis impositus idem operatur.
¶ Aliud experimentum ad lippitudinē à me pro
batum elixentur 2. vel 3. oua, & extrahatur aqua
de al. ouorum ipsorū ꝑ expressionē, cū petia lini
& misce cū ipsa aq. parum aquæ rō. & succi cima-
rū rubi. & oculis imponatur ter vel quater in die.
¶ Aliud ad idē: Rec. drag. gummi arab. amidi, ro.
an. ʒ. 5. opij ʒ. 1. terantur, & cū lacte mulieris, & a-
qua ros misce, & cū petia linea oculis superpone.
Abluátur oculi cum aqua ro. vel pluuiali in qua
rō. virides sint coctę. ¶ Aliud ad idē, & specialiter,
quádo cholera fuerit in causa, quod cognoscitur
per dolorē nimiū pungitiuum, & calorē oculo-
rum & asperitatē: psyllium cum aqua ro & al. oui
oculis imponatur. Itē litiū cū aqua ro. & lacte mu
lieris impositum expertum est, mundificetur ta-
mē prius corpus cū decoctione in dolore capitis
ex cho. facto scripta. ¶ Et si materia fuerit ság. fiat
minutio de cephalica, vel de vena frōtis, vel sang.
de spatulis cum vētōsis extrahatur: & pōt etiá mū
dificari sang. cum decoc. scripta in capitulo de dō
lore capitis, ex sanguine facto. ¶ Quòd si ex frigi-
dis humorib. fuerit lippitudo, siue ophthalmia,
oculi penè & palpebræ grossæ apparēt, multi hu.
defluunt, vt viscosi, & oculi etiá inuiscátur. Primò
igitur ab ipso principio demus oxymel de radici-
bus cum aqua decoctionis rad. fœniculi, quousq;
materia fuerit digesta: postea purgetur cum hie-
rapicra Gal. vel cum pill sine quibus esse nolo, au
reis, cochijs & similibus: postea si balneetur in a-
qua tepida simplici, vtile est, in quo dētur pa. ali-
qua opiata, vt diaolibanū, aurea & similia: purge-
tur etiá ꝑ nares cū caputpurgijs, & alijs necessa-
rijs: deinde collyria oculis imponátur. ¶ Aloes cū
vino si distēperetur, & oculis īponatur miro mō

Vrina.
Saliua.

Cuba per medicinalia.

In materia frigida.

confert. ¶ Aliud ad idem, absynthium contritum A cum albumine oui permistũ & oculis superpositũ, clausis palpebris, valet. Idẽ operatur verbena contrita, & cum albumine oui commista & oculis superposita. ¶ Aliud à me probatum ad idẽ, valẽs ad lippitudinem, siue ophthalmiam, & etiã ad panũ oculorũ, & etiã miro modo visum clarificat. Impleatur olla ex cortice radicũ fœniculi: deinde impleatur vino al. puro, & bul. simul, donec solũmodo quarta pars vini remaneat: deinde diligenter coletur, & in pelui ęrea cũ pul. olibani & aloes B diligenter admisceatur, & sic per tres dies dimittatur: & pòst in oculis cũ penna manè & serò imponatur. ¶ Collyriũ optimũ in declinatione cuiuslibet lippitudinis, siue ophthalmię: Rec. sarcocollę ʒ.1. camphoræ ℈.s. thutiæ ʒ.2. croci* ℈.s. distemperetur cum vino al. & aqua ros. & oculis bis vel ter in die imponatur, quia mirabiliter valet. ¶ Ad idẽ: Rec. frustũ æris, zing. incisi frustatim in pelui æ-

*al. ℈. 1.

nea cum vino al. per triduũ infunde: post oculis impone. ¶ Aliud ad idẽ optimum: sarcocollã, dra- C gacan. gũmi arabi. crocũ & aloe an. tere, & cũ succo fœniculi, vel cum succo memithæ & lacte mulieris distempera, & oculis immitte. Et si fortior fuerit ophthalmia, siue lippitudo, distẽpera prædicta cũ succo chelidoniæ & oculis immitte: [al. Aliud ad idem: Rec. aloe, succi citonior. cũ aqua ros. & modico cãph & distẽpera & oculis immitte:] quia multum clarificat visum, & lippitudinẽ tollit. ¶ Experimentũ Hibernici ad idẽ, succũ betonicæ & rutæ cũ pauco melle despumato admisce, & fac collyrium & vesperi duas vel tres guttas oculis immitte: manè verò abluantur oculi cum aqua tepida, in qua iacuerit aloe & olibanum puluerisatum. ¶ Item emplastrum factũ de puluere cymini cũ cera noua liquefacta, positũ super oculos clausis palpebris valet ad lippitudinẽ, ruborẽ & etiã tumorẽ, & dolorẽ oculorũ ex percussione factum. ¶ Itẽ pul. cymini cũ succo rutæ cõmistus & oculis superpositus clausis palpebris idem operatur. ¶ Item succus verbenæ & absynthij cum aqua ros. commistus & superpositus oculis clausis palpebris valet ad prædicta.

ADDITIONES.

IN ophthalmijs inquietantibus in principio, & etiam in augmento post minutionem, vel purgationem, si hoc fieri sit necesse, hoc nobilissimũ & leue remedium est & velox, scilicet vt thutia bona subtiliter contrita aqua ros. misceatur, & ex ea turbida & alba quasi lac in lacte multoties oculis imponatur, addita mucilagine psyllij modicũ amidi & sacchari, efficaciter & velociter sedat dolorem, etiã thutia cũ albis margaritis, & aqua ro. est mirabilis. ¶ Similiter operatur hæc aqua botros ro. ru. vel al. antequam aperiantur, euelle, & sicca in vmbra: & cũ necesse fuerit, coque in vase æreo nouo lauato cum aqua: post cum decoctio mutat substantiam & colorem, cola: & cum hac aqua tepida laua oculos pluries in die intus & extra & 9. vel 11. ex eis botris pistes in tribus sacculis, vel quatuor, paruis, rotundis secundũ magnitudinem orbitæ oculi factis, & ipsi sacculi in aqua prædicta, in qua prædicti botri bullierint: humectentur, dum calida est, & calefacti vni oculo, vel duobus apponantur. & cũ infrigidantur vel siccantur, in aqua prædicta duo alij calefacti oculis

A superponantur: & sic sæpe mutentur: infra.n. mediam diem dolorem & passionem alleuiabit miro modo: nec oportet tenuem in hoc diætam seruari, si voluerit, tutius tamen est seruare. ¶ Et in fluxu oculorum optimum est, præuenire dolori cũ succo hyosciami albi, vel succo vuę lupinæ. ¶ Emplastrum de chamomilla in aqua simplici, vel lacte bullitum, appositum supra frontem & oculos, multum sedat dolorẽ oculorum. ¶ Et mucilago cydoniorũ est lenitiua & maturatiua valde. ¶ Lac B asinæ oculis iniectum inter omnia visum clarificat. ¶ Item ad clarificandum oculos & purificandum: Recipe succi fœniculi, chelidonię, verbenę, apij, rutæ, depuratorum omnium an. ℥.1. mellis despumati ℥.2. bulliant hæc omnia insimul modicum, & colentur, & seruentur in vase æneo, & calidum oculis imponatur: quia est mirabile contra panum, maculam, albulã & cataractã. ¶ Collyrium mirabile & probatũ: Rec. viridis ęris ʒ.1. salisgemmæ ʒ s. puluerisentur, & distemperentur C in ℥.s. vini alb. clari & veteris, & in vase æneo reponatur, & de hoc vna vel duæ guttæ oculis imponantur, & fiat hoc de ʒ. in ʒ. sero, & si nimis inspissetur, potest distemperari cum succo fœni. vel rutæ: quia illud collyrium potenter operatur in causis prædictis, & potest seruari per annum vel duos in vase æneo. ¶ Ad caliginem oculorum: Recipe foliorum rutæ cum vino veteri coctæ & in vase vitreo pone, & impone oculis quotidiè cum pẽna modicũ. ¶ Ad maculã oculorũ: fex aceti sic- D cetur, & puluerisetur, & tertia pars aloes hepatici addatur, & de hoc puluere bis vel ter oculis impone in die. ¶ Item gutta balsami iniecta in oculum in tribus vel quatuor vicibus maculã frangit, etiã inueteratã de 10. annis. ¶ Item si oculi rubeãt vel pungant, & lucẽ vel ignem sustinere non possint, & non sit apostema: Rec. valerianam, apium, plãtaginem, semperuiuã an. & succus extrahatur, & cum mica panis frumenti azymi distemperetur, & fiat emplastrum inter liquidum & durũ, & ocu- E lis frigidũ superponatur pãno subtilissimo interposito, infra noctem curat, licet sanguis totum oculum cooperiat. ¶ Litium cũ lacte mulieris, aut vino albo dissolutũ, dolorẽ, pruritũ & sanguinẽ tollit. ¶ Si autem humor adhuc rheumatisat, succus radicis rapistrarum pul. se. vrticæ, & nasturtij, masticis, olibani, cum farina volatili mistus, & fronti & temporibus linitus, humorem calidum rheumatisare non sinit. ¶ Se. cristæ galli infusũ in aqua & inter palpebras coniectum, oculos clari- F ficat. ¶ Medulla panis calidi aspersa aqua ros. in calido tempore, & in tempore frigido, vino & cymino super oculos ponatur. ¶ Succus agrestæ, memithæ, maligran. sub cinere coctus, & expressus, valet: similiter succus plantaginis, cum verbena mistus, valet.

De Lacrymis oculorum, Cap. XXVI.

Si fit ex debilitate cerebri vel frigiditate aeris.

LACRYMANTVR oculi quãdoq; ex debilitate cerebri, vel aeris frigiditate, & tũc debet dari aurea, diaolibanũ, esdra, G & similia: deinde collyriũ superiùs scriptũ, quod fit ex corticibꝰ rad. fœniculi, & subscribẽda collyria, lacrymas restringẽtia, debẽt oculis imponi. ¶ Quandoque ex plenitudine frigidorũ humorum lacrymantur oculi, & tunc digeremus mate-

Si fit ex plenitudine humorum frigidorum.

materiá per aliquos dies dando omni manè mel rosa.vetus, cum aqua decoctionis se.fœni.& anisi deinde cum pillulis aureis, vel theodoricō empiricon, Paulinō va! anacardino purgetur. Bláca etiam sępissimè detur ei, vel etiá per nares purgetur. ¶ Vel purgetur cū his pillulis: Rec. colocynthidis pulpæ *gr.3. hiærepicræ *gr.15. diagridij in pomo decocti *gra.2.&.s. turbith. al. stœchad. an. *gra.5. confice cum succo fœni. vel absynthij. ¶ Itē sumat de pillulis istis semel in septimana. 11. Recipe cinnamomi, calami aromatici, cubebarum, nucis muf. macis, spicæ, epithymi, carpobalsami, scœnáthi, masticis, garyophyll. asari, garyophyllatæ, ligni aloes an. gra. 9. ambræ gran. 5. turbith. colocynthidis an. gra. 16. myrobalanorum omnium an. gra 11. agarici, fœni. senæ an. ℈.1 & gra. 7. & s. aloes succotrini optimi ad pondus omnium, informentur pillulæ ad modum parui ciceris: & dentur secundum dictum modum. ¶ Experimētum Hibernici optimum ad lacrymas restringendas, accipiat patiens vesperi, cùm vadit dormitū 7. pillulas de Paulino factas, in modum ciceris grossi, & ipsum Paulinum cum albumine oui mistum supra petiam lini extensum fronti, & temporibus apponatur, & portet eum ibi quotidie applicatum, & hoc fiat ad minus ter in hebdomada, vel qualibet vice dentur prædictæ pillulæ ex ipso Paulino factæ, & ipsum, vt dictum est, fronti & temporibus applicetur. Item in omnibus suis cibis vtatur pul. boni cinnamomi, & euphragiæ an. & diætam teneat in principio huius tractatus scriptam. ¶ Item post purgationē propter stomachi confortationem vtatur hac mistura: Recipe rosatę nouellæ optimę, diarrho. abba. & diaborraginati an. ℔.s. condiantur cum 2. gra. musci, & de huiusmodi mistura mane & sero in modum castaneæ sumat. ¶ Strictorium mirabile ad restringendum lacrymas, quod debet supra frontem & tempora ligari, & ibi quotidie portari cum fascia ligatum: omne etenim rheuma à cerebro decurrens restringit: vnde si humor in causa fuerit debet cerebrum mūdificari cum aliqua prædictarum medicinarum, postmodū ipsum strictorium debet fronti applicari & temporibus: Rec. myrrhæ, cymini, thuris, aloes armoniaci, masticis, boli arm. an. ℥.s. croci ʒ. quart. terantur & distemperentur cum alb. oui, & supra petiá extendantur, & frōti & temporibus cū fascia ligentur, & ibi quotidiè portentur: quia miro modo restringunt, & est expertū. ¶ Aliud strictorium ad idem expertum, & optimū: Rec. olibani, masticis, gūmi arab. dragag. boli ar. mūmiæ, san. dra. an. ℥.s. opij ʒ. quart. terantur omnia, & cū al. oui cōficiátur, & supra petiam vel chartá ponátur, & frōti & tēporibus applicētur. ¶ Aliud quod sum expertus Neapoli in quodá sene, cuius oculi lacrymauerát iam per annū, & statim cū hoc remedio est restrictus. Accepi olibanum, masticē, gummi arabicum, & laudanū an. parum, & supra frōdē lauri omnia trita posui: deinde feci omnia super feruentē tegulá liquefieri, & calida supra venas frontis & tempora apposui, & quotidie portabat supra dictas venas suprascriptū emplastrum, & intra paucos dies curatus fuit. ¶ Experimentū Hibernici, & Magistri mei, quod potentissimū est, & expertū in restringēdo. Abradatur caput patiēs, & melle inūgatur, & ma

*al. ʒ.3. *al. ʒ.15. *al. ʒ.2. *al. ʒ.5.

Expertissimū.

A gis in occipitio: deinde pul. seminis sinapis subtilissimè triti superaspergatur ter vel quater: deinde mitram de corio factam superpone, & sic per tres vel quatuor dies eá portet: q̄a mirabiliter restringētur lacrymę. Quidá miscet pul. cymini & sinapis an. & faciūt vnctionē supra caput ex ipso melle ca. dictū pul. superaspergēdo, & vtrūq; bonū est. ¶ Itē si necesse est, mittatur seta in chartilaginē auris, siue retro in cōcauitate sub occipitio, qd' melius est secūdū doctorē chirurgię Rogeriū B & scindantur venæ, q̄ sunt in frōte, vt in prædicta chirurgia, & in alijs plenè edocetur, vbi de passionibus oculorū tractatur. ¶ Itē foliū hederæ inūgatur melle calido, deinde puluis rutæ exiccatæ superaspergatur, clausisq; palpebris super oculū lacrymátē apponatur: q̄a restringit lacrymas. ¶ Aliud expertū ad idem: abluátur oculi ter vel quater in die in aqua, in qua monetarij extinguūt aurū, vel argētū, vel ferrū, siue forcipes suas: & melius est, vt in ipsa prius bulliát parū thuris, masticis, aloes C & lithargirij. Expertissimū est. n illud experimentū, & potētissimū ad hoc. Collyriū optimū, quod si oculis imponatur, potēter lacrymas restringit: Rec. lapidis hæmatitis, calcithios an. ʒ. 2. memithæ, thutiæ, galágæ an. ʒ.1. thuris, aloes, cachimię, spicæ an. ʒ. s. subtiliter terantur, & cū succo fœni. cōfice, & mane & sero oculis immitte, & cū p̄dicta aqua monetariorū sæpe, vt dixi, oculos lauabis: q̄a potēter restringit lacrymas. ¶ Itē collyriū ex olibano & aloe puro tritis & cū vino mistis, oculis D impositū valet. ¶ Collyriū Magistri mei, in restringēdo lacrymas expertū, & visū mirabiliter clarificat: Rec. antimonij, thutiæ an. ʒ.4. salisgemmæ ʒ.2. chelidoniæ, memithę an ʒ,2. costi, myrrhę an. ʒ.1. cáphoræ ʒ.s thutiá & cáphorá cū myrob. cōditis tribus diebus tēpera: de alijs verò rebus fiat puluis, & omnia simul misce, & cū succo radicis fœni. cōficiátur, & oculis immittátur. ¶ Aliud ad idē: rutá, chelidoniá, vinū albū cū pauco pipere, thure masculo, & dragagáto in vase ęreo, vel cū E preo p̄ aliquos dies manere facias pri⁹, postea de huiusmodi liquore oculos in die ter vel quater lauabis. ¶ Itē vinū, in quo platellæ argēti vel *æreę 11. vel 12. vicibus sunt extinctæ, mirabiliter valet, si ex eo oculi lauētur. ¶ Aliud ad idē, baccæ lauri à cortice exteriori mūdatæ, deinde p̄ noctē infuso in vino albo vsq; ad cōsūtionē eorū fortiter stringátur, & liquorē, q̄ ab eis exit, collige in vase vitreo, & in angulo lacrymali 1. vel 2. guttas appone: q̄a potēter lacrymas restringit. ¶ Aliud ad idē. F Rec. terrá al. q̄ thutia inuenitur, vbi argētū funditur apud monetarium, & eá cū vino albo subtilissimè puluerisa, inde commisceas & oculis bis vel ter in die oppone, q̄a miro modo restringit. ¶ Aliud ad idē: Rec. cuparosæ thutiæ an. ʒ.2. cáphoræ ʒ.s. cōfice cū aqua ros. vel pluuiali in ęstate: in hyeme verò cū vino al. & bis vel ter oculis immitte. ¶ Aliud ad idē p̄batū: Rec. radicis fœniculi, foliorum rutæ, rosarum, baccarum lauri, cymini an. ℥. s. hæc omnia in vino albo optimo bulliant, vsque G ad cōsumtionem duarū partium, de quo bis vel ter in die oculi abluátur, quoniá mirabile est. ¶ Aliud ad idē, antimoniū, lap. calaminarē, & thutiá an. puluerisentur, & in optimo vino albo bulliant, de quo prædicto modo oculi abluantur. Itē si nimius, & quasi irrestringibilis fuerit rheu-

Expertissimū.

Expertum mirabiliter.

* al. aureę 15. vel 20.

matisimi decursus, detur diaolibanum, aurea & similia, & pillulæ de cinoglossa, & alia competentia, quæ consequenter in capitulo de catharrho & coriza scripta sunt.

ADDITIONES.

VNguentum probatum contra fluxum lacrymarum ex frigida causa: Recipe chelidoniæ, rutæ, verbenæ, consolidæ mi. vel mediæ, radicis fœniculi an. M.1. omnia bene pistentur, & cum axungia porci veteri incorporentur, deinde accipe vinum album purum, bonum, & pone omnia prædicta in ipso vino, ad lētum ignem bullire fac vsque ferè ad consumtionem prædicti vini: deinde colētur, colaturæ adde cerę al. nouæ, aloes hepatici an. ʒ.3. viridis æris ʒ.2. croci ʒ.2. olibani, mastiches an. ʒ.3. camphoræ ʒ.1. ponantur super oculū mediante folio rubi, sambuci, vel caulis, clausis palpebris. ¶ Pillulæ valde bonæ ad fluxum lacrymarum immoderatum, & contra nimium rheumatismum de cerebro ad oculos descendentem. Recipe olibani, myrrhæ an. ʒ s. rad arnoglossæ in vmbra exiccatæ, apij, se. hyosciami an. ʒ. 3. garyophyll. ʒ.s. galbani ʒ.2. storacis, calamitæ, castorei, piperis nigri, cubebarum an. ʒ.2. confice cum succo absynthij, & informa pilulas ad modum parui ciceris. de quibus da 5. vel 7. prius tamen præcedente vsu hierapicræ Gal. vel alicuius rei purgantis caput. ¶ Collyrium ad lacrymas stringendum expertum: Recipe balsami gra. 4. aquæ vitis al. ℥.4. succi rutæ ℥.1. olei de vitellis ouorum ℥.1.s. vini albi ℥.2 omnia in vase æreo ponantur, & diu agitentur: & in oculos ponantur. ¶ Aliud ad idem: Recipe succi fœniculi, succi granati acetosi, mellis, succi chelidoniæ depurati an. ℥. 1. ponantur in vase æneo, & agitentur, & stēt sub fimo per tres dies, quidam addunt lap. calaminaris, & & antimonij an. ℥.s. & de prædictis omnibus faciunt collyrium, quod est mirabile in restringēdo lacrymas oculorum. ¶ Cauterium factū in summitate capitis, de quo loquitur Aui. 3. can fen. prima, multum valet in restringendo fluxum lacrymarum. ¶ Collyrium factum cum felle hominis, sanat oculos lacrymantes, in quibus nebula consistit. ¶ Item: Recipe aquę ros. ℥.1. corallorum, pul. serapini an ℈.1. misceantur, & si gutta vna intus oculos lacrymantes inijciatur, valet. ¶ Item fiat collyrium de aloe, sarcocolla nutrita, & si vis, adde modicum de olibano.

De Sanguine oculorum, & de Tumore, Pruritu, Dolore & Ardore, Cap. XXVII.



LIQVANDO sanguis descendit ad oculum, qui nisi in principio curetur, citò in panum coagulatur, & hoc habet fieri quandoque propter percussionem, vel fricationē oculi, quādoq; per se. ¶ Quacumq; igitur causa sanguis ad oculū descendens, in hunc modum curabitur: Accipiatur pullus columbinus paruus, & pungatur acu vena media alæ sinistræ vel dextræ: & tres guttæ sanguinis ex illa vena exeuntes, oculis inijciantur, & hoc fiat bis vel ter in die: quia sanguinem oculi cito remouet. Idē facit sanguis alæ turturis cum pauco mulieris lacte immistus, & oculis iniectus. ¶ Aliud etiam, si propter percussionē fuerit, succum paritariæ cū albumine oui immistū insimul multum ducas & cum bōbace oculis impone. Postea hoc emplastrū clausis palpebris oculis impone: Rec. cerę ℥.2. cymini puluerisati ℥.3. camphoræ * ℥. 1. liquefiat cera cum pauca aqua ros. & prædictis puluerib. addatur. Vel solū cyminū puluerisatum, & cum cera commistum, & calidum oculo superpositū, sanguinē mirabiliter remouet de oculis. ¶ Aliud ad idē: Rec. succū absynthij & verbenæ & aquā ros. an. misce, & petia vel stuppa in hoc liquore infusa, oculis superponatur. Vel solū absynthiū viride tritū cū albumine oui mistū, & superpositū, idē operatur. ¶ Aliud probatum ad idē, succū morsi gallinæ cū aqua rosaceo & albumine oui, cōmisce & superpone oculis: quia mirabiliter sanguinē tollit, & expertus sum. Itē abluātur oculi cum aqua ros. vel pluuiali, in qua coctæ fuerint ros. virides, vel siccæ: & etiam cū aqua monetariorū. ¶ Aliud ad idem: Rec. dragagāti, gūmi arabi. amili ro. cerusæ an. ℥.2. opij *℈.1. tere, & cū lacte mulieris distempera, & oculis immitte. ¶ Aliud ad sāguinē oculorū, & pruritū oculorū, & ad visum clarificandū optimū: Rec. corticū radicis fæniculi, rutæ, basiliconis, cimarum rubi, & lauri an. M.1. ro. ʒ.4. tere hæc omnia, & in optimo vino coq; in vase æneo, & ibi per aliquos iaceant dies, priusquam operentur, semper tamen in ipso vase lateant, & ex ipso oculi ter vel quater in die lauentur. ¶ Aliud probatū ad idem: succū rutæ, puluerē cymini & albumē oui cōmisce insimul, & petiā vel bombacē in tali liquore infunde, & clausis palpebris oculis superpone. ¶ Itē lac mulieris, cū albumine oui, & oleo ros. cōmistū, & oculis immissum dolorem oculorū, & igneas flāmas oculorū extinguit. ¶ Aliud ad idē, mica panis cum vitello oui cōmista, & clausis oculis superposita idē operatur. ¶ Aliud ad dolorē, & de oculis sanguinē remouēdū: Rec. ros. siccarum ℥.3. opij *ʒ.1. terantur, & conficiantur cū sapa, vbi melilotum coctū fuerit, & clausis palpebris superponatur. ¶ Aliud ad dolorē oculorum, si propter percussionem fuerit, & ad sanguinem remouendū: Recipe medullam panis tritici calidi, cùm exit de furno, vel ad ignē assatā, & in optimo vino albo infusam, ter vel quater in die oculis calidam superpone, quia mirabiliter valet. ¶ Aliud ad idem ros. & fœnugræcum cōteras, & in aqua optimè coquas, & oculis clausis superpone. ¶ Itē verbena cōtrita, & cū alb. oui cōmista, idē operatur. ¶ Itē succ9 rad. fœniculi, & arnoglossæ cū oleo mistus, & ipsa herba trita, & super oculum emplastrata, valet mirabiliter ad prædicta. ¶ Vnguentū optimū & expertum à Magistro meo, contra dolorē, ruborē, sanguinē & ardorē oculorū, maximè si ex frigida causa, vel ex percussione, vel etiā ex quocūq; alio casu euenerit: Rec. bolū, & teratur optimè ad vltimū: deinde ponatur in capsa æris, & cū aqua distemperetur: deinde immitte farinā tritici subtilissimā, ad modū liquidi vnguēti, & de bono melle puro vsq; ad sūmū vasis, vas illud imple, post ad lētū ignē diligenter excoque, & semper cū spatula agitādo, & bene cōmiscēdo quousq; ad spissitudinem deueniat, ad modum vnguenti: deinde ab igne depone, & in vase de terra repone, & vlui reserua, inungendo ex prædicto vnguento folia caulis rubei,

al. ℥.1.

*al. ℥. tert.

Et ad prurit.

Et ad dolor.

*al. ℥.1.

Et ad dolori & panum expertum.

rubei,siue sambuci;& supra oculũ ponendo pal-
pebris clausis ter vel quater in die:quia valet etiá
contra panum oculorum. ¶ Aliud vnguentum
contra dolorem,tumorem,pruritum, ruborem,
paniculum oculorum,& etiam fluxum oculorũ;
& maximè si à causa calida est: Recipe lithargiri,
auri,vel argenti, sed de auro est melior, teratur
subtiliter,&cribrelletur ad vltimum:deinde cum
oleo ros.vel cõmuni distemperetur ad modum li
quidi vnguẽti,deinde cum aqua ros.vel cõmuni,
& aloe,& pauca cáphora misce,& decoquatur,vs
que dũ bono modo durescat, & in vase fictili re-
seruetur.Et cum necesse fuerit, extendatur parũ
ex tali vnguento supra folia pruni, & clausis pal-
pebris ter vel quater in die oculis superpone, vt
tibi videbitur plus vel minus. ¶ Aliud vnguentũ
expertum contra dolorem oculorum ex sangui-
ne,& carnositatem nimiam in palpebris coadu-
natam,& apostema,vel ophthalmiam intus natá
ex quacumq; causa acciderit: Recipe lithargiri,
auri vel argenti,cerusæ an.pistentur,& cribrellen
tur,& cum oleo ros.vel communi in modũ liqui-
di vnguenti misce,deinde cum optimo aceto cõ-
misceantur,& excoquantur, donec bono modo
indurescát,& vsui reserua vt suprà.Et nota,quòd
hoc vnguentum valet contra scabiem quamlibet
& phlegma salsum,& crepaturas manuum,& pe-
dũ,sanat,si vngantur loca læsa ex eo. Itẽ si miscea
tur illud vnguentũ al. & vnguẽtũ ru. supradictũ
supra folia præscripta,& oculis supponatur clau-
sis palpebris, est mirabile ad omnia suprapofita.
¶Vnguẽtũ aliud optimũ ad ruborem,pruritum,
ardorem oculorum,& ad depilationem palpebra
rum,expertũ à me:Recipe limaturæ argenti,thu-
ris al.cerusę an.terantur hæc omnia in mortario
metallino,subtiliter pul.& discernantur per sedi-
tiolas,deinde adde tátum olei ros. vel communis
& aceti fortissimi,quod sufficiat ad prædictorum
incorporationẽ,& in ipso mortario cum pistello
æneo in modũ liquidi vnguẽti incorpora, & vsui
reserua hæc omnia.Primò lauẽtur oculi cũ aqua
monetariorũ,& ferrariorum tepida, vel cũ aqua
ros.vel pluuiali,&statim clausis palpebris in sero,
quando vadit dormitum, prædictum vnguentũ
supra folium rubi,vel sambuci, vel caulis exten-
sum oculis superpone:& sic fac quousq; sanetur,
quia hoc est probatum ad omnia supradicta. ¶Itẽ
ad dolorem oculorum,calorem ardorem ex cali-
da causa,& tumorem. Herba violaria,cimæ,rubi,
& folia papaueris simul terantur,& clausis palpe
bris oculis superpone. ¶ Ad idem litium in aqua
ros.solutũ guttatim oculis immitte: aut aquam,
in qua semina cydoniorum iacuerint per noctẽ,
oculis infunde:vel succum maligrana. cum mel-
le mistum oculis inijcias. ¶ Aliud ad idem: Re-
cipe malum *vnum benè maturum, in aqua
coquatur diligenter,abiectis seminibus in morta
rio pistetur,& addito lacte mulieris in páno lineo
extende, & clausis palpebris oculis superpone.
Et si vis cum prædicto malo cocto & pistato com
miscere albumen oui, & parum opij, aloe,& cro
ci terere,simúlque omnia incorporare,& empla-
strare oculos,mirabiliter valet ad omnia supradi-
cta. ¶Aliud ad idem:semperuiuam optimè tere,
&cum albumine oui misce,&oculis applica. ¶A-
liud:aloe hepaticũ cũ succo scariolæ mistum, &

Vnguentum ad multa & est triapharmacum molle cum ol.ros.

*al.non bene maturũ.

A superpositum cùm vadit dormitũ, dolorẽ tollit,
& hoc cùm ex causa calida fuerit ipse dolor. ¶Itẽ
ad dolorem oculorum,cùm ex causa frigida fue-
rit:herbam melissam optimè teras, & super petiá
lini extẽdas, clausis palpebris oculis superpone.
Aliud ad idem: folia chelidoniæ in optimo vino
albo cocta,& emplastrata supra oculos palpebris
clausis,dolorem& tumorem oculorum tollit. ¶I-
dem facit ruta,& radix fœniculi pistata & in vi-
no cocta & cataplasmata desuper. ¶ Aliud: gal-
B banum,& thus tritum an. misce, & cum farina
hordei & albumine oui misce,& fac emplastrum,
quod temporibus,&iuxta oculum,vbi est dolor,
apponas: hoc etiam valet contra hemicraniam.
¶Item ros.& fœnugræcum in vino albo decoctæ
& oculis superpositę,ipsum dolorem tollunt. ¶I-
tem solum galbanum eliquatum,& super chartá
extensum,& temporibus applicatum, dolorem
tollit.Et si addideris parum thuris,& laudani, &
omnia insimul liquefacias,&dicto loco apponas,
C valet mirabiliter. ¶Item ad tumorẽ, siue inflatio-
nem oculorum,experimentum Magistri mei ex-
pertum:Accipe farinam tritici, & pinguedinem
porci,& cum aqua ros.oleo ros.& butyro,& cæpe
sub prunis ardentibus coctum commisce,omnia
fortiter in modum vnguenti incorpora, super o-
culos clausis palpebris, cùm intrat lectum, em-
plastra,& per noctem teneat:die sequenti eodem
modo fac,& sic fac,donec patiens liberetur: quia
expertissimũ est. ¶Itẽ ad dolorem,& inflationem
D oculorũ,quádo ex nimia abundantia humorum,
siue lacrymarũ procedit, fiat minutio de cepha-
lica,& ventosæ in fontanella colli apponantur cũ
scarificatione,purgetur etiam caput cum pillulis
aureis,cochijs,& hierapi.& similibus:hoc locale
remedium fiat in aqua ros.vel pluuiali, bul. mal.
vio.ro.an. M.I.abluantur oculi ex dicta aqua bis
vel ter in die tepida,& dictæ herbę clausis palpe-
bris in nocte supra oculos emplastrentur, & hoc
fiat à principio vsq; ad 8.dies. ¶Item laurus in vi
E no decocta,pistata & oculis superposita,dolorem
& tumorem tollit. ¶Itẽ vitellum oui assum cum
apio,croco & melle commistum,oculis superpo-
situm clausis palpebris,dolorem & tumorẽ ipso-
rum tollit. ¶ Cõtra sanguinem oculorum accipe
lapidem ematitẽ,& antimoniũ,& cum albumine
oui super cotẽ frica, vsq; ad cõsumtionẽ lapidis,
deinde cũ succo radicis fœni. distempera,& parũ
mellis despumati,& in pelui ęnea per tres dies &
tres noctes sub dio pone,postea ter vel quater in
F die cũ penna oculis impone, probatũ est à Magi-
stro meo. ¶Itẽ ad idẽ,folia oliuarũ,myrti & ro. in
aqua ro. vel pluuiali bullire fac,deinde in vase vi-
treo repone,& tali aqua bis vel ter in die oculi la-
uentur:& herbæ ipsæ cõtusæ cum albumine oui
commistæ clausis palpebris oculis superponan-
tur. ¶Item ad sanguinem,dolorẽ, etiá lacrymas
constringendas,accipe mediá corticem spinii co-
ctam,& fortiter pista,& incorpora eũ pauco mel
le despumato,& coque,deinde inuolue in petia
G lini,cum albumine oui bene permiscẽdo, deinde
pone desuper stuppá balneatá bene, & sub pru-
nis ardentibus pone, & tá diu remaneat, ac si es-
set vna placentula,quæ decoqui deberet: deinde
abstrahe de petia,& liquorẽ,qui exinde manaue-
rit,diligenter cola,in vas æneum nitidũ repone,

Ad tumorem & inflationem.

Ad dolorem & inflationem.

Contra sangui.

frusta æris aliqua in eam repone, & vtere, ponen
do ex tali medicina bis vel ter in die duas vel tres
guttas cum penna: quoniam est mirabile. ¶Item
ad idem: accipe rutam siccam, cum melle veteri
eam permisce, & oculis superpone, clausis palpe-
bris. ¶Itē si sanguis fuerit in oculis congregatus
propter percussionem, succum absynthij, & suc-
cum apij, cum albumine oui, aqua ros. & lacte mu
lieris permisce, & bombacem in eis intinctum, o-
culis superpone: hoc enim fiat vsque ad tres dies
ad minus. ¶ Item vnguentum paulinum su-
perius scriptum, quod fit de lithargiro auri, & o-
leo ros. Et collyrium de aloe, camphora, & succo
fœniculi optima sunt in hac causa. ¶ Item si pu-
pilla propter percussionem de loco suo fuerit re-
mota, cum vnguento ru. suprascripto peroptimè
ad suum locum reducere potes, & cataractas re-
mouet prædictum vnguentum, si ter vel qua-
ter in die supra folium rubi extensum super ocu-
los clausis palpebris apponatur.

Ad sanguinē ex percussione.

Ad exitum pupillæ.

ADDITIONES.

AD sanguinem oculorum congelatum: Reci-
pe succi absynthij. violæ, albuminum ouorū
an. infundantur plagellæ factæ de stuppa, & ocu-
lis superponantur, & in oculis etiam parum de
hoc inijciatur. ¶ Ad idem, lanam succidam in o-
leo viol. albu. oui & succo rutæ intinctam super-
pone. Item radix fœniculi, cum albumine oui tri-
ta, ad idem valet. ¶ Vnguentum probatum con-
tra dolorem, & rubedinem oculorum, & palpe-
brarum. Recipe cerusæ ʒ. 4. aloes, litij, camphoræ
an. ʒ. 2. hæc omnia in pul. subtilissimum redacta,
& per pannum extracta, in lardo liquefacto com-
misceantur: ex tali vnguento palpebræ sæpe vn-
gantur. ¶ Item ad ruborem oculorum, & inuersa-
tionem palpebrarum. Cortices bugiæ puluerisa-
tæ bulliant in aceto, inde colentur, & liniantur
palpebræ. ¶ Liuiditas aliquando circa oculos fit
ex casu, vel percussione, vnde sanguis ibi coagu-
latur: si igitur ante coagulationem posueris frigi-
dum actu, vt plumbum, vel ferrum, vel aliud mu-
tando, vt stupefiant spiritus, repercutientur, &
non fluet illuc sanguis in magna multitudine.
Quod si sanguis iam fluxerit, & se ibi coagulaue-
rit, oportet ponere ibi extenuatiua, & resolutiua,
qualia sunt cyminum, & cera simul malaxata, aut
cyminum, & absynthium, vel succum absynthij,
& verbenę, & in hyeme pone crocum. ¶ Item a-
loe distemperetur cum succo verbenæ & super-
ponatur, aut argilla, aut cyminum cum succo
ebuli.

Ad liuiditatem.

De Caligine oculorum, & Nebula, & Gutta, Cap. XXVIII.



ALIGO oculorum propriè est in
secūda tunica oculi, quæ secundina
dicitur, quæ per hæc signa cognosci-
tur, verbi gratia: si quis 15. annorum
fuerit, vel pluriū, & oculos pulcros
habuerit, videt, sed non acutè, vt omnis litera si-
bi bipartita vel tripartita videatur, vel vna pictu-
ra, siue vna res duæ sibi appareant, siue tres, scias
hunc tunc caligine laborare, & hęc passio fit pro-
priè in senibus. ¶ Cui passioni taliter subuenia-
mus: Experimentum à Magistro Michale Scoto
expertum ad caliginem, & panum oculi: accipia-
tur bona theriaca, & cum pauco bono vino albo
distemperetur, & pluries in die in oculis impona
tur, & hoc per plures dies fiat, quia mirabiliter va
let. ¶ Aliud ad idem: accipe thutiam Alexandri-
nam, & eam cum lucerna ænea ad ignem ardeas
nouies, & extinguas sic calidissimam, primo tri-
bus vicibus in vrina pueri virginis, secundo tri-
bus vicibus in agresta, & ter in aqua ros. Deinde
teratur, & puluerisetur subtiliter, & imbibatur in
prima die de vrina pueri virginis: secunda de a-
gresta: tertia de aqua ros. & quolibet die exicce-
tur in vmbra, & non in sole: deinde admisceas ei
parum camphoræ, & bis vel ter in die ex ea parū
oculis immitte, valet enim ad caliginem, & guttā
calidam & ad panum & vngulam, nisi multum
fuerit inueterata, & etiam ad omnem ægritudinē
oculorum valet. ¶ Aliud ad caliginē oculorum:
accipe parum mellis despumati, & mitte in am-
pullā vitreā, ita vt sit plena quarta pars ampullę,
deinde fel galli, anguillæ, castoris, accipitris, mil-
ui, & omnium auium de rapina viuentium, quas
habere poteris, & ex his imple, & * 30. diebus ad
Solem, & totidem noctibus ad rorem morari fa-
cias prædictam ampullam bene coopertam, & pa
rum oculis immitte. ¶ Vtatur patiens caliginem
diæta bonæ digestionis secundum doctrinam in
principio huius tractatus traditam, & coquinen-
tur cibaria sua in vase æneo. ¶ Aliud ad idem ex-
pertum: flores chelidoniæ cum melle, & aqua
ros. vel pluuiali modica, vsque ad aquæ quasi con
sumtionem decoqui fac. per pannum cola, & ocu
lis impone, ¶ Aliud ad idem, quod multū visum
clarificat, ad nebulam valet, & ad guttam reme-
dium est, licet ipsa gutta nunquam curetur, vt in-
ferius euidentius enarrabo. Recipe aquæ ros. &
misce ei parum camphoræ, & parum balsami &
olei, facti de semine hipericonis & in vase vitreo
tribus diebus ad Solem ponatur, & vtatur. Et fit
quandoque ex sanguine quandoque ex cholera,
quandoque ex melancholia, quod per signa faci-
lè discernitur. ¶ Quod si in pupilla, vel intra eā vi
deretur quoddam subtile, quasi nebula, & quasi
tela aranea ante oculos transire, scias quod est ne
bula, quæ propriè in cornea tunica, quæ est sexta
tunica oculi, nascitur. Cum itaque, sicut iam di-
ctum est, gutta incurabilis sit, non debet Medi-
cus ipsius curam tentare, quia vituperium plus,
quàm honorem accipere potest. ¶ Aliquando *hu
mor vsque ad *quintam tunicam peruenit, & ge-
neratur ibi apostema, lucens in * corneam, quod
hoc modo curatur. Recipe grana coriandri, & mi
nutissime tere ea, & parum tartari puluerisati cū
eis misce, & oculis immitte. ¶ Ad idem, & ad ne-
bulam: accipe vitrum, & ipsum subtilissimè tere,
& ablue, & per pannum subtilem extrahe, & ocu
lis impone, etiam ablue, & pano confert. ¶ Ad idē
Recipe locustas non nimis virides, nec nimis ni-
gras, & ipsas cum acu in filo apponas, quas fa-
cias mori in pauco vino albo, postea siccentur in
vmbra: deinde accipe radices primulæ veris, &
fœniculi, & exicca eas, & puluerisa bene cum pul
uere locustarum prædictarum, permisce & liga
eas in petia lini, quam petiam in prædicto vino
vase æreo pone, & quotidie ex huiusmodi vino
cum

*al. 25.

Ad apostema sub cornea.

*al. tumor

*al. quartam

*al. cranea

cum prædicta petia parum in oculis exprimas, quia valet nebulæ albæ & apostemati lucenti in oculo. ¶ Ad nebulam, accipe nouam vitem vineæ firmam bene, quam in capite scindas, & in scissura pone frustum zingib. alb. & liga cum illo filo eam, & habeas parum vini alb. in aliquo vase nitido, & accipe lapidem qui dicitur cotis, quẽ infundas prædicto vino albo, & supra ipsam vitẽ cum zingibere frica, & quod de eis destillauerit, in vase ęreo, vel in vitreo pone, & impone oculis. ¶ Aliud ad nebulam, & albulam valens: accipe virgam auellanæ & ipsam in capite perfora, & imple foramen illud ex granis piperis, & frica super cotem cũ vino albo, vt fecisti de vite noua, & zingibere, & quod inde destillauerit, collige & in oculo pone. ¶ Aliud ad nebulam: Recipe radicem chelidoniæ, & eam cum vino albo ablue, deinde pista bene eam, & quod exinde per pannum expresseris, oculo impone: quia valet albulæ & nebulæ & omnem panum peroptimè corrodit, & tollit. ¶ Item semen basiliconis tritum, & oculo immissum, valet ad idem optimè.

COMMENTARIUS.

VTATUR *patiens: & coquinentur cibaria sua in vase aneo.*] Abstersionis scilicet gratia consulit Arnaldus vt caliginosis cibi coquantur in vasis æneis: Hinc enim æruginem cibi contrahunt, & maximè si vasa prius arena tersa fuerit: eam nimirum ob causam, quod hac arenæ asperitate corradantur, vt suas in cibos vires exerant eo facilius. At verò discrimen hic inter æruginem & æruginosum saporem obseruandum venit: licet enim cibi saporem hunc concipiant: non ob id tamen æruginem contrahunt necessariò: vt nec inde vim abstergendi nanciscantur: quæ non sapori, sed substantiæ potius asperitati videtur esse tribuenda. Quin immò si vel maximam hinc abstergendi vim cibis conciliari fateamur: Hoc tamen non modo nihil iuuerit, sed etiam obfuerit plurimum: Nam quicquid in cibis est alienæ qualitatis, id vel ipso potu eluitur, vel multis mutationibus euanescit, priusquam ad cerebrum, & tãdem ad oculos deferatur Et si quid hæc æruginosa qualitas ad ferat emolumẽti, longè plus oberit tamen, cum stomacho sit infensissima. Non ergo videtur esse consultum, vt abstersionis gratia virus hoc æruginis cibis inducatur: cùm multa sint alia quibus maiori successu citra noxam vti liceat.

De Cataractis, *Cap. XIX.*

DE cataractis nota, quòd quædam sunt curabiles, quædam incurabiles. Curabiles sunt illæ, quæ sunt albæ vel benè grossæ, ita quòd non videat patiens aliquid, & si videris pupillam constringi, & dilatari: ceteræ sunt incurabiles. ¶ Habent etenim fieri cataractæ in oculo vitio interiorum, vt ex mala digestione, & hæc præcipuè in senibus: fiunt etiam vitio exteriorũ, vt ex percussione, & nimia oculi frictione. Vnde cataracta est panniculus quidam, occupans totá pupillam. Et nota, quòd postquam cataracta est confirmata, rarò vel nunquam, nisi chirurgico instrumento curatur, & modum inferiùs tradam. ¶ Item nota, quòd hæc passio consueuit multoties facere recidiuam, tũ propter humores, tum propter malam obedientiam patiẽtis, tum etiam propter imperitiam Medici idiotæ volentis ipsam cataractam cum instrumento chirurgico remouere, antequam confirmata sit, siue matura, quod est valde periculosum. ¶ Primò igitur in via curationis ordinetur diæta per dies aliquos in principio huius tractatus scripta, postea purgetur caput cum pillulis cochijs, sine quibus esse nolo,* aut picra Galen. & similibus, propriè ad hoc valentibus. ¶ Præterea manè & sero de hoc medicamine oculis impone, per quod cataracta sine adiutorio chirurgici instrumenti tolli ab oculis consueuit: quod est: R. foliorum violarum albarum, semin. raphani hortensis ana ʒ.1. armoniaci.ʒ.ʒ. confice cum balsamo & vtere, vt dictũ est. Item stercus corui, vel fel eius cum melle mistum, & oculis impositum, cataractam tollit citò. Item succus peucedani, & morgelinæ valet ad hoc, & multa alia, quę dicturus sum in cap. de pano, albula & vngula ad hoc valent. ¶ Quia si cum fortitudine prædictorum medicaminum, & dicẽdorum nequeat cataracta tolli, tollatur cum instrumento chirurgico secundum doctrinam mei Magistri, in hunc modum datam ab eo, diæta ordinata prius, vt dictum est suprà, de purgatione capitis facta, vno die claro & sereno facias patiẽtem in lecto manere, teneat caput altum, & tu teres inter dentes tuos semen fœniculi, cymini, & parum salis, & patiens similiter faciat, sicut tu facies, hoc facto pone te in bancho, & patiens sit apud te supinus, & teneat caput suum inter crura tua, & tu Medice aperias oculum patientis & insuffla fortiter in eo, ita quòd lacrymæ inde exeant: & si bene oculum sanum habuerit, claude ipsum apponendo vitellum oui cum bombice desuper: deinde aperi oculum, in quo est cataracta à parte superiori, & discipulus tuus ab inferiori parte, & tunc accipe acum ferream, æream, argẽteam vel auream, quod melius est, & sit subtilissima, & ab angula minori, quasi in medio supra pupillam, ita tamen, quòd ipsam pupillam non tangas, ipsam acum pungẽdo, & vertendo cum maxima cautela & diligentia ducas semper vertendo ipsam acum supra medium pupillæ, & cauendo, vt dixi, ne dictam pupillam tangas: quia statim humor crystallinus exiret, & sic visus deficeret, & vituperium exinde tibi Medico consequeretur. Vnde planè facias & leuiter premendo sic inferius acum, vt cataractam cũ summitate acus planè ad inferiora deponas, ne possit plus ascendere: & sic semper voluendo acum, parum extrahe eam, & insufla oculo, sicut fecisti, & præcipias patienti, quòd spiritum ad se trahat quotidiè, & statim intingas bombicem siue stuppam in albumine oui, & oculis superpone. Quidam apponunt solum vitellum oui, & quidam vitellum & albumen quodcunq;, aut prædictorum apponatur: vel etiam si vtrunque apponatur, per 9. dies renouando semper super oculos prędictũ vitellum & albumen quater ad minus infra diẽ & noctem: & ipse patiens per illos 9. dies semper in lecto supinus iaceat capite suspenso, & nõ moueat se aliquo modo: in secundo verò die fac ei strictorium, quod est dictum in capitulo fluxuũ lacrymarum, & liga ipsum fortiter cum forti panno circa frõtem & tempora patientis vt rheuma ad oculum nõ descendat: & sic patiens prædictis dieb. permaneat in camera valde obscura locat9.

Cura.

* al. aureis

Modus deponendi.

In quarto verò die iubeas vt surgat & in lecto se-
deat. Nono verò die iubeas, vtp domū vadat pla-
nè & suauiter, & non exeat de domo vsq; oculus
sit bene purificatus à sanguine, post hoc si nō be-
ne recesserit sanguis ab oculis eius, fiant reme-
dia dicta in ca. de san. oculorum remouendo, &
abluantur oculi quotidie in aqua, in qua bul. ros.
vel in aqua pluuiali. ¶ Post 20. vel 30. diem inci-
dantur venæ, quæ sunt in fronte, & hoc multū
valet ad lacrymas oculorum, & ruborem ipso-
rum ex superabundantibus humo. factas, quæ in-
cisio in hunc modum fiat: Prima vena, quæ in
fronte est, & secunda, vel tertia, quæ sunt in tem-
poribus, in tribus vel 5. locis incidatur, in loco, v-
bi vides eas 2. vel 3. attingere, & tunc inferiùs eas
incide ita: Cum acu ferrea, argētea vel ærea subti-
li capias venam, & sub ea diligenter ducatur acus
cum filo serico, quod filū ab alia parte venæ tra-
hatur, ita quòd substantia illius venæ non tanga-
tur ab aliquo, & vena ligetur cum duobus nodis,
ne sanguis possit exinde exire, postea incidatur
ex transuerso, & tantus sanguis inde permittatur
exire, quod sufficit: & tunc stringe venam, & fila
duobus capitibus. In plaga verò, quam fecisti po-
natur albumen oui, per vnum diem, & postea lar-
di per 2. vel 3. dies, deinde intromittatur caro por-
cina macilenta, donec filum rumpatur, & putre-
do maneat filum stringendo de tertio in tertiū
diem parum & non cum impetu, quoniam si cū
impetu stringeres, citò caderet filum, quod non
esset ita bonum: quia quantò plus manet prędi-
ctum filum cum appositione ipsius carnis porci-
næ salsæ macræ, tantò plus manebit putredo, &
plaga melius purgabitur: abluas etiam plagam
quandoque cum vino albo & calido ad putredi-
nem remouendam, & puluerem saluiæ exsic-
catæ superaspergas vel caprinæ vel vnguentum
fuscum superiùs inungas vel nihil, quia per se sa-
nabuntur plagę istę. Et semper collyrijs & vn-
guentis oculos, in quibus cataractę fuerint, mun-
difica, secūdum quod videbitur tibi expedire, &
cum vnguento rubeo citrino & albo in præcedē-
tibus dictis, & cum pillulis & electuarijs superius
dictis caput sæpè purgetur.

Modus incidēdi venas frontis.

ADDITIONES.

AD caliginem oculorum, & conseruandum
visum: R. euphragiæ M. 3. betonicæ. M. 2. ga-
ryophyllatæ M. 1. & siccata puluerisa, post accipe
sileris monta. carui, maratri, anisi ana ℔. 1. pulue-
risa & pone in vasculum vnū vino albo plenum,
musci gran. 2. misce pul. cum baculo, & post clau-
de, & ex dicto vino clarificato bibe quolibet ma-
ne gobellum vnum. ¶ Ad caliginem oculorum.
R. adipis piscium fluuialium liquefacti cum tan-
tundem mellis despumati, misti & in ampulla vi-
tri in Sole per plures dies ponatur, & vtere, quia
optimum est ¶ Viperinus verò adeps simili mo-
do paratus valet ad idem, & est potentior in hoc.
¶ Item succus anagallidis cum melle coctus cali-
ginem tollit, & visum clarificat. ¶ Primò tamen
digerat materia cū tali syrupo. R. radicis fœnicu-
li, petro. apij, brusci, pētaphyllonis graminis, cre-
tæ marinæ, tribuli mari. euphragiæ, rutæ do. & a-
grestis, endiuiæ, scariolæ. scolopen. cetrach, poli-
trici, capillorum Ve. ad. athos, thimi, rorismarini,

Syrupus.

eupatorij ana M. 1. viol. ℥. 3. florum euphragiæ &
borrag. se. lactucæ, anthos ana ʒ. 2. se. petro. bru-
sci, sparagi, anisi, maratri, thymi, epith. cuscutæ,
vtriusq; stœchad. se. lactucæ ana ℥. 1. succi viola-
rum al. succi borraginis, succi fœni. succi malorū
granatorum ana ℔. 1. sacch. ℔. 4. & facta compe-
tenti coctione fiat syrupus, vt suprà. ¶ Digesta
materia cum syrupo prędicto purgetur cum hac
decoctione: Rec. viol. ʒ. 3. florum borrag. ʒ. 1. anisi,
maratri ana ʒ. 2. capil. Ven. scolopen. ana M. 1. pru-
na, iuiub. sebestē ana 15. addatur pulpę cassiæ f. ta-
marindorum ana ʒ. s mirobalanorum citrinorū,
chebulorum, indorum ana ℥. s. bellricorum ʒ 3.
rheubarbari ʒ. 1 detur colatura. Deinde regatur
per tres dies sic potionatus. Quarta verò die in-
tret balneum aquæ dulcis, sequenti die vena ca-
pitis dextri brachij æstate & tempore calido
phlebotomet: hyeme & vere in sinistro. ¶ Postea
in oculos suos ponatur de tertia in tertiam horā
de hoc collyrio: R. succi fœniculi, puri vini, malo-
rum granatorum, & succi chelidoniæ ana ℥. 2. fel-
lis taurini, vel hircini ℥. 1. mellis despumati ℥. 4.
omnia in modum collyrij incorporentur, & ocu-
lis imponantur ablutis prius oculis cum vino de-
coctionis cholidoniæ, florum euphragiæ, radicū
fœniculi, & apij, & debet seruari in vase cupri.
¶ Aliud ad idem: R. fellis perdicis, accipitris, fal-
conis, milui, vulturis, & auium de rapina viuen-
tium, quæ habere poteris, succi chelidoniæ, fœni.
mellis, euphragiæ ana ʒ. 1. balsami ℈. 1. ¶ Pillulæ
mirabiles, de quibus si de 15. in 15. diebus quis su-
mat præcedente aliquo digestiuo, vt oxymel. vel
alio, præterquam in diebus canicularibus, miro
modo visum clarificant, & oculos, & confortant
spiritus visibiles. R. mirobalanorum citri ℥. 2. s. in-
dorū, belli. emblicorum ana ℥. s. se. rutę, euphra-
giæ, anisi, mara. ana ʒ. 1. rheubar. rheupōtici ana ʒ.
2. aloes succotrini ad pondus omnium: confice
cum succo fœniculi, & fac pillulas in modum o-
robi, de quibus da 11. vel 15. & poterit vti à medio
Septembris vsque ad finem Maij. ¶ Pul. contra
oculorum obscuritatem mirabiliter confortans
spiritus visibiles: R. se. fœniculi, seseleos ana ℥. 3.
euphragiæ ℥. 3. zingib. cardamomi, garyophyl-
lorum, nucis mus. ana drachmam 1. misce & fi-
at puluis subtilis, de quo sumat ʒ. 1. s. quolibet ma-
ne stomacho ieiuno. ¶ Item ed idem: fiat syrupus
de succo fœniculi, & saccharo & omni mane sto-
macho ieiuno detur ℥. cum ca. quia est optimus.
¶ Pillulæ valde bonæ ad spiritus visibiles cōfor-
tandos, & lumen clarificandum. Recipe masticis
ʒ. 1. quinque generum mirobala. ana ʒ. s. hermo-
dactylorum, turbith ana ʒ. s. aloes ℥. 1. confice cū
succo absynthij, & da 9. vel 11. ¶ Puluis mirabilis,
qui visum custodit & acuit, digestionem confor-
tat, torsionem ventris, & intestinorum mirabili-
ter placat, colorem bonum præstat, & amissum
ex quacunque causa restaurat, conualescentes
miro modo à frigido morbo confortat, canitiem
tardat, quotidianarijs, & quartanarijs typos coar-
ctat, & vt breuiter dicā, omnibus naturis, & maxi-
mè in senili ætate peculiare est. Recip. leuistici, a-
meos, apij, cimini, saluię, calamēti, anisi, cardamo-
m, origani, aneti, carui, fœniculi, thimi, piperis,
hyssopi, petro. ana ℥. s. cinnamomi, garyophyl. ga-
langæ, & croci, ana ʒ. 1. nucis musca. zingib. car-
damomi,

Pillulæ mirabiles ad mul. ta.

Puluis mirabilis ad multa.

damomi, macis, ſpicæ, folij ana ℥. s. pulegij ʒ.2. ſileris montani ʒ.3. vtatur in omnibus cibis ſuis, vel vtatur eo mane, & ſero ʒ.s. ¶ Aqua precioſiſſima ad caliginem, nebulam & ad omnia vitia oculorum viſum miro modo clarificat, & omnẽ oculorum maculam abſtergit. Re. vini albi cyathos 2. ſucci fœni. depurati, & clarificati ciat. 1. cãphoræ ʒ. thutiæ alexãdrinæ ʒ.1. zing ℥.s. mellis. ℥. 4. terenda terantur: & omnia in ænea pelui vel cuprea ponantur per 9. dies ad ſerenum, vbi ros, neque ſol percutiat: deinde deſtillentur per filtrum, & in ampulla vitrea aquam deſtillatã cõſerua, mane & ſero 1. vel 2. guttas oculis immittas.

Aqua precioſiſſima.

¶ Ad caliginem, nebulam, cataractam & ad omnia vitia antiquata oculorum, & ad eos ſpecialiter, qui nil vident. Rec. piperis albi, croci, balſami, fellis vulturis, fellis galli nigri, ana ℈. 2. s. mellis optimi deſpumati ʒ.1. vini veteris albi ciat. 4. ſucci fœni. depurati ciat. 1. conficiantur ſic: Piper & crocum tere ſubtiliter, deinde cum ſucco fœniculi, & vino commiſce, & in vaſe æneo parum bulliant, deinde omnia alia adde, & collyrio facto ſeruetur in vaſe cypreſſino, vel cupreo, & tres guttæ in oculum patienti manè & ſerò ponãtur. ¶ Electuarium ad viſum recuperandum, etiamſi quaſi fuerit amiſſus: R. ſe. fœni. ℔. 2. ſileris montani, euphrag. ana ℔.3. chamed. ℔. s. apij, petro. piperis, zing. cinnamo. ſem. florum chelidoniæ ana ℥. 4. pulegij, aneti, & hyſſopi, florum abrotani, granorum iuniperi, millefolij, ſtaphiſagriæ ana ℥. 4. omnia pulueriſata conficiantur cum melle cocto & deſpumato, & pro ℔ 1. mellis pone ℥.3. pulueris & accipiatur ad quantitatem nucis manè & ſerò, quoniam lumen perditum reſtaurat, ſtomachũ confortat, & à ſuperfluis humoribus mundificat, renes mundat, & lapides frangit, & omnes ventoſitates expellit, probatum eſt. ¶ Succus chelidoniæ cũ melle temperatus vino antiquo & pul. piperis albi, valet caligini oculorum. ¶ Serpillum cũ melle & aqua coctum, & pane, valet caligini, ſi inde lauentur oculi. ¶ Item aqua de ſaluia, fœniculo, roſ. rube. chelidonia, ruta, ana cum modico verbenæ, nõ tantum ſicut de alijs, fiat aqua, quæ ſi mane & veſpere ponatur in oculis, iuuat debilitati viſui ſenectutis. ¶ Valet etiam iſtud. R. origani, nucis muſ. thymi, pulegij, cinnamo. ſe. fœnicu. ana ℥. s. confice, & fiat puluis, de quo vtere. ¶ Ad viſum pillulæ de cõpoſitione Magiſtri Frãciſci. R. euphra. cubebarum, nucis muſ. ſileris mõta. ligni, aloes, rutæ, chebuli, garyo. cinnam. ana ʒ. s. turbith, agarici ana ʒ.1. aloes hepatici, ad pondus omnium fiant pillulæ cum aqua rutæ: & ſi vis eas fortius ſoluere, adde ſerapini ʒ.2. ¶ In practica Gualterij fol. 21. eſt pul. optimus ad viſum de antidotario maiori, optimum dico, ſi vbi competit offeratur: Eſt enim multum calidum, & exſiccatiuum, quod: Re. betonicæ, fœni. thymi, roriſma. ana ʒ.2. ſaturegiæ ℥.s. euphragiæ ʒ. 8. piperis ʒ.1. mellis deſpumati ℔.s. ¶ Declinante verò paſsione, ſi oculos citò mundificare volueris à rubore, & groſsitie, ſarcocollam albam præparatam cum lacte, & ſiccatam, & iterum cum lacte mulieris diſſolutam in cote, & ductã, vt ſit tenax & groſſa, efficax eſt, & iuuamenti velocis: vel potes eam ſubtiliter cribratã, oculis imponere, & palpebras includere, & petia aqua frigida infuſa, palpebris ſuperponatur. ¶ Diaolibanum peculiariter valet in fluxu lacrymarum. ¶ Poſt purgationem betonica in aqua roſ. vel vino cocta recuperationes ſpiritus, vt dicitur in cõſeruatione viſus, & in augendo aciem oculorum iam obtenebratam, multum valet. ¶ Qualibet die oculos profundere vrina propria, & nocturna, & maximè ſi in cœnis carnes auium comedant, aſſatas igni. ¶ Et de manè, & ante cœnam ſem. fœni. maſticare, & ore tenere confert maximè. ¶ Quod ſi ſe. fœni. aceto infundas, & ſicces & cinna. optimi ana ei addas, addito ſaccharo parti ſemi vnius ſumendo de hoc fit mirabile in præſeruãdo viſum, & debilitatem reformando, & in oculis octogenarijs iam obtenebrato viſu, vt incredibile videatur. ¶ Et euphragiam per ſe ſolam maſticando, & in ore tenẽdo, finaliter deglutiendo, expertus ſum mirabilis iuuamenti. ¶ Lauare oculos cum vrina intus & extra, lacrymas ſiccat, & pruritum exſtirpat. ¶ Similiter etiam facit muſtum coctum. i. ſapa cõtra lippitudinem oculorum, & ruborem. ¶ Cyminum piſtum cum ſucco rutæ, & in eo bombax infuſus, oculis ſuperligetur. ¶ Quòd ſi euacuatio ſit ſæpè neceſſaria, pillulas lucis Meſ. ſumat: quoniam multum valent, & etiam in decrepitis ſunt expertæ. ¶ Collyrium precioſum & efficax multum in conſeruatione & reformatione viſus, eſt collyriũ de ſucco granatorũ, quod Almãſor ſcribit in ſecundo: hoc. n. extollitur magna laude, quoniam inueſtigabilis iuuamenti eſt. ¶ Et hoc collyrium eſt expertum ad multa, vini albi boni ℔. 3. thutiæ ℥.2. zing. macis, ana ʒ. 2. ſimul bul. lentè quouſq; ad ℔.1. redeant, & totum in vaſe vitreo conſeruetur: hoc. n. tunicas oculorum conſeruat & etiam viſui addit, abſtergit lacrymas & multa bona alia facit.

Electuariũ ad multa.

Collyriũ precioſa.

De Albula, Vngula & Maculis oculorum, Cap. XXX.



ALIQVANDO in vltima tunica, quæ cõiunctiua dicitur, quæ omnes cooperit & coniungit, apparet modicum albedinis, quæ eſt quandoq; ſanguinolenta, ita quod non eſt longum, ſed quaſi rotundum id quod ibi apparet, hoc albula nuncupatur. Et fit ex humoribus calidis, ardentibus ſubſtãtiam ipſius coniunctiuè, propter quod, niſi ſit in principio, vix curabitur, ſed in principio curatur leuiter in tres aut quatuor dies cum his, quæ ſuperius diximus, & quæ inferius dicemus. ¶ Quandoq; panus exilis, & ramoſus apparet in oculis, & tunc talis panus vngula dicitur, quaſi angula: quoniam procedit ab angulo oculi, & quandoq; à duobus angulis, quandoque à maiori, quandoque à minori. ¶ Et ſimiliter protenditur quandoque ſuper omnes tunicas, ita quòd multoties trãſcendit pupillam, & extenditur per totum oculum, & tunc non dicitur vngula, ſed panus, qui ſicut dixi, quandoque cooperit oculum, vel maiorem partem, qui in principio leuiter curatur, leuius in ſtatu, facilius in declinatione, & fit in coniunctiua tunica propriè, ſicut & vngula. ¶ Panus enim propriè & largè vngula & albula dici poteſt, & curatur inciſionibus, collyrijs, & pulueribus infrà ſcribendis. ¶ Item vide ſubtiliter in

Albula.

Angula.

Panus.

Macula.

oculo inſpiciendo,ſi iuxta pupillam in cornea tu A nica,ſiue etiam ſuper pupillam videas aliquantu lum albedinis,quæ quandoque protendit flauũ colorem,& erit exilis corpore, quandoque diffu ſum ſubtile,& paruum,& illud tale macula nuncupatur,& vera macula dici poteſt,quia oculum maculat. Quandoq; enim ex huiuſmodi maculæ 4.quandoque 5. quandoque pauciores in oculo ſubtiliter inſpicienti apparent, de his maculis, quæ recentes fuerint,de facili curantur, ſicut dicam inferiùs. Si verò vetuſtæ cum difficultate B maxima curabuntur. ¶ Et nota,quòd dicit Philoſophus in philoſophia ſua, quòd iſti,q̃ habent iſtas maculas in oculis,ſunt deceptores deteriores alijs hominibus: vnde docet nos ibi, quòd à conuerſatione & familiaritate talium hominum, tanquam ab inimicis fugiamus. ¶ Ad albulam experimentum mirabile: accipe fauarolas,qui ſunt vermes, qui ſtatim cum tanguntur,claudunt ſe in modum pomerij,& ſtant ſub lapidibus,accipe vermes,qui vocantur centumpedi, & verè centũ C habent pedes, & ab his duobus ſuccum extrahe, & oculo impone, quia infra paucos dies albulã tollit,& ſpecialiter ſi fuerit recens. ¶ Ad albulam aliud: vt tollatur ab oculo in 30. diebus vel 40. ad plus pro certo. Recipe radicis cardui agreſtis,ſiue carduibenedicti, & ante Solis ortũ fodias cũ palo ligneo,& tunde eam cum ligno quercino,& ſuccum extrahe,& in vaſe vitreo repone, & exinde parum oculis impone, eſt autem ſuccus incidens,talem habens virtutem,quia primò pellicu D las membranæ tollit de oculis,deinde curat. ¶ Aliud ad albulam oculorum inueteratam experimentum expertum Magiſtri Michael. Scoti. Recipe balſamitę,ſpumæ maris,ſtercoris viridis lacertæ, nitri, ſacchari,ana partes æquales, deinde ſume acori, chelidoniæ, ana ʒ. 10. & coquantur in ℔. 1. aquæ, donec redeat ad quartam partẽ aquæ, colentur, & ſpecies prædictæ ſuperaſpergantur,& deſiccentur in vmbra: deinde iterũ terantur,& ex prædicta aqua aſpergantur, & iterũ E terantur,vt prius, hoc fiat ter vel quater, poſtea puluis ille oculis immittatur,huic enim medicamini nullum eſt ſimile in remouendo albulam inueteratam, & albuginem groſſam de oculis hominum, & omnium animalium, ſiue equorum, vel alterius cuiuſcunque animalis. ¶ Ad maculam oculorum ſecundum Hibernicum, & Magiſtrum meum expertum experimentum,& ſpecialiter ſi recens fuerit. Primò minutio fiat de vena F capitis,dextri brachij,viribus & ætate permittẽtibus, poſtea fiat emplaſtrum ſupra frontẽ & tẽpora patientis,de ſolatro piſtato miſto cum albumine oui,vel emplaſtrũ dictum in cura fluxus lacrymarum: deinde tria oua coquantur & fiant dura, poſtea extrahantur vitella, & cõburantur in olla noua in fortiſsimo igne: ita quòd fiat ex eis puluis ſubtiliſsimus,qui poſtmodũ diſtemperetur,cum pauco vino albo & mane & ſero cum penna oculis impone: quia maculam delet, & pannum corrodit,& eſt expertum. ¶ Aliud expertũ G ad maculam, & etiam contra ruborem oculorũ, & fluxum lacrymarum. Recipe ſucci chelidoniæ depurati,tamen pri⁹ in vino albo lotę & vini albi ana & ponatur in eis puluis aloes, & cũ petia coletur,& omni ſero cũ penna gutta oculis immittatur. ¶ Aliud ad maculam,quę,ſi fuerit recens, tolletur infra * tres dies: ſi in oculis poſueris ter in die vná guttam,vel duas de ſanguine alæ pulli columbini. ¶ Aliud ad idem: Rec. radicis virgæ paſtoris,& eam exſicca & pulueriſa, cuius puluerem oculis impone,quia valet etiam hoc ad groſſitiem palpebrarum. ¶ Item cyminum in vino infunde,& cum molle fuerit,tere ipſum,& in ſacculo lineo infundas,quoniam tollit maculas,ſi calidum ſupra oculos macularum, clauſis palpebris apponatur. ¶ Aliud ad maculas oculorũ eradicã- B das: Re. ſucci chelidonię,betonicę,ſenetionũ ana ℥.2. lithargiri, ceruſæ ana ʒ.1.s. roſ. ʒ.1. gũmi arab. amili ana ʒ.s. aloes ʒ. ʒ pulueriſanda pulueriſentur, & cum prædictis ſuccis depuratis cõmiſce, & fiat collyrium,de quo in oculis bis in die pone quia maculam citò tollit. Et ſi prædictum puluerem cum aqua pluuiali vel roſ. miſcueris,ſiue ſuccum prædictum,& facto collyrio imponas oculis, valet in anguſtioſo dolore ophthalmiæ mira- C biliter. ¶ Collyrium valens ad maculas oculorũ, & obſcuritatem eorum,lacrymas ſtringit, putredinem mundificat,& viſum clarificat. Recipe antimonij,thutiæ ana ʒ.4. ſaliſgemmæ ʒ.2. chelidoniæ,memithæ ana ʒ.2. coſti ,menthę ana * ʒ.2 cãphorę ʒ.s. thutiã & antimoniũ tempera cũ myrobol. conditis,& hoc fiat tribus diebus, & de alijs omnibus fiat puluis,& miſce,& ſiccetur, & cum ſucco fœni fiat collyrium & oculis impone. ¶ Aliud ad maculam oculorum, & pruritum palpe- D brarum,& ruborem,accipe radicis fœni. electi & chelidonię,de ſummitatib. rutæ & abſynthij,ſuccũ extrahe & p̃dictas radices piſta, & ſuccũ ex his omnib. extrahe,& cola & in vaſe ęreore pone, & adde parũ mellis & lactis mulieris, & pone ad ſerenum per tres noctes,& ex eo parũ oculis immitte cum penna. ¶ Item parietariam, roſas, & rutam,omnia inſimul piſta,& cum claro oui miſce,& clauſis palpebris ſupra bombicem in vino infuſum,oculis ſuperpone. ¶ Ad maculam,pan- E num & albulam expertum: R. margaritarum nouarum perforatarum,& non perforatarum, ana ʒ.2. viridis æris ʒ.2. camphoræ ʒ.1. caſtorei, olibani,ſarcoco. ana * ʒ.ʒ. & s. omnia bene piſtata pulueriſata in mortario metallino, in vaſe vitreo cũ aqua roſ. confice & incorpora, & dimitte bene deſiccari in Sole, & iterum exſicca,& ſic fac ter vel quater: deinde ex medicamine parum oculis impone, quia maculam delet, & albulam & pa- F nũ corrodit. Et ſi vis, quòd ſit ſubalbidi coloris, pone plus de ſarcocolla, ſi viridis, plus de viride æris,& ſic de alijs. ¶ Ad vngulã oculi, ſi inueterata fuerit, incidatur ſecundum Doctores chirurgiæ hoc modo: Accipe ipſam vngulam cum duobus inſtrumentis ferreis, vel tribus, ad hoc conuenientibus,& eleua eam cautè, & ſubtiliter cuſtodiendo ipſius oculi ſubſtãtiam, & cum inſtrumento ferreo,quod vocant chirurgici inſtrumentum caluum,rade eam,eleuando ita, quòd tunicam oculi non tangas,niſi leuius, quàm poteris, G & ſcinde ipſam vngulam ſuauiter in loco,vbi habet initium & finem,ſcilicet in minori angulo, & in maiori, deinde habeas vitellum oui cum bombice,& pone ſuper oculum per tres dies renouãdo bis in die. In* tertio verò die,ſi videris,quòd adhuc ſit ibi vngula, iterum eam ſcinde, & ouũ ſimi-

Ad albulam.

Ad maculã.

*al. quatuor dies.

*al. ʒ.1.

*al. ʒ.4.

Modus incidendi vnguli.

*al. quarto

similiter superpone: sin autem, accipe mel despu
matum, vinum rubeum & forte, & pul. gallarum
combustarum cribratarum subtiliter, quæ simul
omnia bulliant, & parum ex hoc quotidie cum
pano oculis immittatur, quousq; oculus purifice
tur, vel aliquod de supradictis vnguentis, vt est
vnguẽtum rubeum vel citrinum, superponatur:
hoc.n. modo curabitur vngula inueterata: Quod
si ipsa vngula inueterata non fuerit, sed recens
de facili curatur cũ pul. siccarũ herbarum, succis
& collyrijs, quæ ad panum valent, quæ inferiùs
sunt dicenda. ¶ Ad vngulá, albulá, & panum pro
batum. Accipies æs vstum nouies in aceto extin-
ctum, sal cõbustũ, armoniacũ, sarcoco. crocum o-
rientalẽ, aloe succotrinum an. puluerisentur sub
tiliter & cribrẽtur, & conficiantur cum felle por
cino, & caprino, & iterum siccentur, & cum præ-
dictis fellibus imbibátur, postea, parũ de hoc pul.
oculis impone, quia mirabile est. ¶ Collyrium cõ
tra panum oculorum, & cõtra apostema eorum,
& ophthalmiam: R. mellis despumati ʒ. 2. fellis ca
prini, fellis galli ana ʒ. 1. omnia simul bulliantur
vsque ad cõsumtionem medietatis in vase æneo,
& in vase vitreo repone, & ter vel quater in
die parum ex eo pone in oculis ¶ Aliud collyriũ
ad idem expertum: accipiatur sterc⁹ puerorum,
& comburatur in nouo pignato, quousq; exinde
fiat pul. niger, deinde teratur, & cribrelletur, &
addatur sibi tantum de puluere osis sepiæ, & ad
dito pauco melle despumato, fiat collyrium, & o-
culis pluries in die cautè imponatur. Vel simili
modo puluis prędictorum sine melle imponatur
oculis, quia panum corrodit, & vngulam, & albu
lá in breui, pro certo ex oculis cuiuslibet animalis,
siue hominis siue equi, bouis vel alterius cuiuscũ
que, & est expertũ Aliud ad idẽ: pul. nitri in mor-
tario metallino subtiliter puluerisat⁹, cum pistel-
lo æneo, per petiam subtiliter extractus, & cum
pauco melle despumato admistus, valet ad idem.
¶ Aliud ad panum corrodendum: R. sarcoco. vi-
ridis æris ana ʒ. 1. thutiæ ʒ. s. puluerisentur, & cũ
melle despumato conficiantur, & oculis imponá
tur pluries in die. ¶ Aliud ad idem: Re. mellis de-
spumati ʒ. 2. litij ʒ. 1. fellis galli ʒ. 1. fellis leporis, &
vulturis ana ʒ s. incorporentur omnia insimul su
pradicta, & oculis impone, & vt dicam generali-
ter, fel omnium animalium, de rapina viuentiũ,
vtile est valde his passionibus. ¶ Aliud collyriũ
bonum ad idem: Recipe bolum arme. & in cote
infusa vino albo puro fricetur, vsque ad consum-
tionẽ boli, & hoc ad libitum: deinde cum succo
corrigiolæ, chelidoniæ & melle despumato ana,
diligenter incorporentur, & in vase vitreo repo-
ne, & vsui reserua. ¶ Aliud collyrium ad idem:
Recipe mellis despumati, litij, ana ʒ. 1. & s. distem
perẽtur insimul, deinde adde thutię, æris vsti, tar
tari, vini al* viridis æris, salisgẽmę ana ʒ. s. repone
& vtere, vt suprà. ¶ Aliud ad idem. Re mellis ʒ. ʒ.
succi verbenæ, succi radicis fœnicul. succi agrimo
niæ ana * ʒ. 1. succi chelidoniæ, viridis æris ana
* ʒ. 1. s. croci ʒ. 1. hæc omnia cum tantũdem bo-
ni vini albi misce, & bulliant simul vsque ad con-
sumtionẽ medietatis, & vsui reserua ¶ Vnguẽtũ
expertum ad panum corrodẽdum: R. cristæ gal-
li, chelidoniæ ana, M. s. pistentur bene, deinde in
ʒ. 6. olei communis mittantur per dies 10. vel tá-

Margin notes: Ad panum et ophthal. — * al. vir. ær. ʒ. 1. salisg. ʒ s. — * al. ʒ. 2. — * al. ʒ. 1. — Vnguentũ expertum ad panum.

tum donec marcescant, deinde simul bulliant ad
lentum ignem, & cum videris substantiam her-
barum petere fundum, deponatur ab igne, & ap-
pone ibi ceræ nouæ liquefactæ ℥. 1. & iterũ bul-
liant, & pòst pone modicum supra marmoreum
lapidem, & si aliquantulum tenacitatis habeant,
signum est decoct. perfectæ: pòst adde ʒ. 2. viridis
æris ab igne remouendo, & cum penna ter vel
quater in die oculis immitte. Quidá addũt huic
vnguento oliba. sarcoco. thutiæ ana ʒ. 2. succi che
lido. succi matrissil. ana * ʒ. s. litij, aloes hepatici
ana * ʒ. 1. quæ omnia puluerizata cum prædictis
succis & oleo, parum bulliant, & fiat vnguẽtum;
quoniá est optimũ in pdictis causis, & pbatũ est.
Succus etiá morsus gallinę cuius flos est rubeus,
in prædicto vnguento ponatur, & est optimum.
¶ Collyrium ad panum & omnem oculi coo-
perturam expertum: R. mellis dispumati ℥. ʒ. cũ
quo cõmisceas nitri subtiliter puluerisati, & per
pannum cribrellati, osis sepiæ, stercoris lacer-
tarum combusti puluerisati. ana * ʒ s. & adde pa
rum aquæ ros. & in vase vitreo tribus diebus ad
solẽ, & totidẽ noctibus ad rorem maneat, & vte-
re. ¶ Aliud ad idẽ: R. * 25. gra. piperis nigri, cing. pi
peris albi ana tantundem omnia in pul. redacta
cũ succo foliorũ hederę terrestris, vinoq; al. misce
& cola per pánum, & vtere: quia valet ad panũ,
albulá & maculá. ¶ Ad idẽ: R. cantarellas, & tere
eas optimè, & pone eas iuxta oculos & tẽpora, &
desup liga parũ frumẽti masticati in aceti madefa
cti, & maneat per tres dies & totidem noctes, de-
inde remoueatur, & supra fracturam, quam fece-
rint, pone folium hederæ vel vsuræ, & portet e-
am quousq; euaserit, & collyriũ aliquod, aut ex
prædictis aquis oculis imponatur, prodest enim
hoc vngulę pano, & omni oculorum ægritudi-
ni, præterquam ad caliginem, & guttam serená.
¶ Puluis expertus ad oculorum panum: Re. ros.
sileris, sarcoco. corticis myrobalanorum citrino
rum, osis sepiæ, antimonij, zing. hermodact. se.
cristæ galli, thutiæ, nitri subtiliter puluerisati, sa-
lis combusti, stercoris puerorum combusti, ster-
coris lacertæ in pasta cocti, sacchari candi. ana ʒ.
1. aloes ʒ. ʒ. mittatur in oculis bis, vel ter in die &
nocte, tamen prius abluantur oculi cũ succo che
lidoniæ vel cum aliquo de prædictis collyrijs.
¶ Alius puluis optimus ad idem: R. stercoris la-
certę eiecto nigro in pasta, in furno decocti, aquę
nitri ℈. 1. spumæ maris ʒ. 1. succi dauci & cheli-
doniæ ana drachmá vná. hæc omnia in prædi-
ctis bulliant succis, postea exiccentur & vsui re-
serua. ¶ Alius puluis optimus ad idem: accipe o-
uum & proijcias inde album per paruum fora-
men in capite ipsius oui factum, & in vitello qđ
remanserit, sal tritum vsq; ad summum testæ ip-
sius oui mitte, postea cum pasta, vel luto sapien-
tiæ os ipsius oui obtura, ita vt nihil de substantia
ipsius oui exire posit: deinde in igne combura-
tur, & subtiliter pistetur, & cribrelletur & huius-
modi puluer. parũ quotidie in oculo pone, quia
mirabiliter panum corrodit, & omnem oculi co-
operturam delet, probatum est. ¶ Puluis ali⁹ ad
idem: Recipe sarcoc. tartari, vini albi, osis sepiæ
ana * ʒ. s. thutiæ ℥. quart. terantur, & vtere. ¶ Vi-
di quendá, cuius oculus pano erat coopertus, &
solummodo ponendo sibi in oculo quotidie se-

Margin notes: * al. ℥. s. — * al. ℥. 1. — * al. ℥. s. — * al. 35. ℥. — Pul. expertus. — Pul. expertus. — * al. ℥. s.

men criſtæ galli puluerifatum,infra dies paucos A
curatus eſt. ¶ Alius pul.ad idem:R.ſarco.calcecu
menon ana ʒ.1.tere & vtere. Alius ad idem, & eſt
valde corroſiuus:R.ſaliſgemmę ʒ.1.thutię ʒ s.ſar
Expertum ab autore. coc.ʒ.2.tere & vſui reſerua. ¶ Alius ad idem:colli
ge ſtercus lacertarum viridium, & eiecto nigro,
quod remanet reſerua,& in paſta decoque in fur
no vel alibi,poſt adde parū ſarco. & in oculo po-
ne,quia panum & omnem oculorum coopertu-
ram pro certo remouet,& ego expertus ſum. Ali
us puluis & eſt valde corroſiuus: R. ſpumæ ma- B
ris,nitri,ana ʒ.1.thutiæ ʒ.s.ſacchari candi ʒ.2.tere
& vtere. ¶ Alius pul. ad hoc expertus: accipe fa-
bas nigras,& inter tegulas ardentes eas combu-
re,deinde cum limatura ferri ana optimè trita in
mortario metallino,& per pannum ſubtiliter ex-
tracta, miſce & multoties in die oculis impona-
tur pul. ille, quia pro certo infra breue tempus
panum & omnem oculi coopertaram tollit: pro
batum eſt. ¶ Alius pul.ad idem optimus:Recipe
thutiæ præparatæ ſecundum doctrinam in cap. C
**al.℥.quar.* de caligine datam,ʒ.1.ſarcoco.* ʒ.quart.margari-
tarum non perforatarum ʒ.1.ſac.candi.ʒ.s.teran-
tur,& cribrelientur,& vtere. ¶ Alius ad idem:R.
thutiæ præparatæ,cupę,roſ.an.teratur,cribrelle-
tur & vtere. Alius ad idem:Re.thutiæ, ſac.candi.
zing.ana * ʒ.1.ſarcoc.tartari,vini albi,ana ʒ.2.mar
** al.℥.1.* garitarum non perfora.* ℥.s. muſci ℈.s. tere om-
** al.ʒ.s.* nia & cribrella,& vſui reſerua. ¶ Alius pul.opti-
Pul. expertus. mus ad idem:Rec thutiæ ʒ.1.aloes ʒ.1.s.ſarco.ʒ. s.
tartari,ſalis,nitri,thuris ana ʒ.1.terantur omnia ſi
mul, & mittantur in corpore turturis, proiectis
omnibus interioribus, & in teſta ænea feruenti
in clibano calidiſsimo comburantur,& cum ipſo
turture etiam pennę turturis comburantur, po-
ſtea omnia terantur & ſubtiliſsimè cribrellētur,
& bis in die hic pul mittatur in oculis,quia panū
& omnem oculi coopertaram infra breue tem-
pus corrodit,probatum eſt. ¶ Alius pul.ad idem:
R.thutiæ,ſarco.tartari,vini al.thuris, calcecume-
non,antimonij ana ʒ.1.tere,& vtere. Quidam ad-
dunt oſsis ſepiæ candi.margaritarum perforata-
rum & non perforatarum,ligni aloes ana ʒ.1. A-
lius puluis optimus:R thutiæ præparatæ ſecun
dum doctrinam prædictam * ʒ.1. lapidis calami-
**al.℥.1.* naris,cuperoſę,calcecumenō,ana*ʒ.quar.omnia
**al.℥.quar.* terantur & cribrellentur,& vſui reſerua. ¶ Pul.
alius optimus ad idem: Rec. cochleas marinas,
hoc eſt teſtas cochlearum, ſpumæ marinæ, ſalis
communis ana,ſacchari tantundem,tere, & vte-
re. ¶ Alius optimus ad idem: R.limaturæ æris o- F
ptimè in mortario metallino tritæ & cribrellatæ,
in aqua nouies ablutæ,& exſiccatæ qualibet vice
& cum pauco oſsis ſepiæ,ſarcoco.ſacchari & cam
phoræ miſce & reſerua. ¶ Alius optimus ad
panum, vngulā,& groſsitiem palpebrarum. Ac-
cipe ſoleas vetuſtas,quæ in plateis ſtant, & com-
bure eas in pignato in igne,& pul. qui ex eis fit,
miſce cum tantundem aloe & vtere. ¶ Ad idem
Expertum ab autore. expertus:Recipe lapides, qui reperiuntur in cal-
ce viua,qui non potuerūt comburi, ſed remanſe G
runt in calce duri multum, & teras eos optimè
in mortario metallino, & per pānum ſubtiliter
cribra,& miſce iſtum pul. cum vrina pueri virgi-
nis,& ibi iaceat per tres dies, deinde ſiccentur in
Sole,& ſic imbibantur ex ipſa vrina, & ſiccentur

A ad minus tribus vicibus, poſtea de ipſo puluere
bis vel ter in die oculis parum impone, quia pro
certo in breui tollit panum, & omnem groſsitiē
palpebrarum,& oculi coopertaram, experto cre
de,quoniam in pluribus equis,& alijs animalibus
ſum expertus. Et hæc de pano,albula, vngula, &
macula dicta ſufficiant.

ADDITIONES.

Probatum. AD panum oculorum, ſiue cataractam proba
B tum:fiat collyrium cum croco,melle,& vino
albo quod per plures dies oculis immittatur, vt
panus molleſcat:deinde modicum de iſto pulue
re ponatur in oculis cùm vadit dormitum in ſe-
ro: Recipe allij ʒ. 2.ſaliſgemmę ʒ.1.s. thutiæ ʒ. 2.
piperis ʒ.1.s.croci ʒ.1. omnia benè in mortario te
re,& in cortice oui ponantur,& ſuper lar calidū,
& aliqua ſcutela,.vel parua olla ſupponatur, fiat
ſuper illam ollam fortis ignis, per duas vel tres
horas,donec comburantur bene,deinde pulueri
C ſata per pannum ſubtilem extrahantur,& adda-
tur thutiæ tantum, ſicut in præcedenti capitulo
dixi & vtere,eſt enim probatum. ¶ Aliud experi
mentum ad albulam,panum,vngulam, & omnē
oculi ſuperfluitatem,& viſum miro modo clari-
ficat:R.2.vel 3. radices chelidoniæ bene mundas,
& lotas cum vino albo & ſtent per noctem cum
cineribus rutæ viridis, deinde tritæ iaceant per
diem & noctem in bacilio, deinde ponantur
ad ignem,donec feruere incipiat,& cum bono a-
Mirabile. D loe fiat collyrium,de quo oculis imponatur. Ad
albulam oculorum,& panum probatum: Reci-
pe ſaliſgemmę,oſsis ſepiæ,ſtercoris puerorum,&
ſiccarum ſolearum vetuſtarum ana,quodlibet in
pignato nouo per ſe comburatur, & pulueriſe-
tur & miſceatur oculis, ſæpe in die imponatur,
quia eſt mirabile ad remouēdum albulam, & pa-
num & omnem coopertaram, quæ eſt in oculo.
¶ Alius ad idem,& contra omnem ruborem ocu
lorum,& palpebrarum inuerſatarum,ſuccus ma
E triſſiluæ oculis ſæpe imponatur, & poteſt ſuccus
extrahi & ſiccari,& cū vti vis diſtempera cū vino
albo,oculiſq; immitte hoc collyrium, quoniam
probatum eſt omnibus prædictis, ex quacunq;
cauſa ſint. ¶ Succus herbæ luculæ quaſi lucem
dans,quæ eſt hypia cum floribus ru. omnem co-
operturam oculi,ſiue hominis, ſiue alterius ani-
malis in breui tollit,valet etiam ad cataractam,&
ſi in prædicto ſucco ponatur ſtercus lacertæ viri
Aqua mirabilis. dis,ad idem valet. ¶ Aqua mirabilis infallibiliter
F oculorum maculas delens, & oculos clarificat ſu
per omnia,iuuentutem conſeruat, & omnē ma-
culam faciei delet:ſed guttæ ro.& lepræ non ve-
rè valet.R limaturam argenti,ſtanni,æris, chali-
bis,plumbi,auri,lythargiri,argenti & auri ſecun-
dum diuitias, & paupertates ana ponantur per
diem & noctem in vrina pueri virginis calida, ſe
cunda die in vino calido albo,tertia die in ſucco
fœniculi,verbenæ & chelidoniæ, quarta in albu-
mine ouorum, quinta in lacte mulieris puerum
G nutrientis: ſexta in vino rubeo: ſeptima in ſe-
ptem albuminibus ouorum,& hoc totum pona-
tur in vaſe, in quo deſtillatur aqua roſ. ad len-
tum ignem, & quantum deſtillauerit reſerua
in vaſe aureo, argenteo vel vitreo bene obtura-
to, ne reſpirare poſsit, & ex ipſa aqua oculis
immit-

immitte duas vel tres guttas mane & sero lauando prius oculos, &c. ¶ Fimus humanus siccat⁹ Soli & parũ combustus puluerisatus est mirabile in abstergendo & resoluendo additiones, & albulas, quæ fiunt in tunica oculorum, cui aliqui addunt piper, & bene fit & cinnamomum in collyrio: abstergit enim lacteum oculum, & humiditatem grossam melle despumato mistis. ¶ Dixit mihi frater Oliuerius hoc experimẽtum famosum in Germania, quod in decem diebus delet albulam: succus herbæ paruæ, quæ in hortis nascitur, & per terram extenditur medio palmo, folia eius rotunda parua sunt, sicut ebulus, semen eius est terram recipiens sub caule eius, & in grossitudinem duorum granorum milij ponatur in oculo bis in die. ¶ Et aqua destillata euphragiæ oculis imposita sæpe albulam delet. Ad debilitatẽ visus in senectute. Electuarium, quod feci pro Domino Petrino: Recipe origani nucis musc. thymi, pulegij, cinnamomi, fœniculi an. ℥. s. cubebarum. ʒ. 2. macis ʒ. 1. fiat electua. cum melle. Et si istæ herbæ cum succo fœniculi, & chelidoniæ ponantur, deinde siccentur, fit operatio melior illarum. Item addatur piperis longi, & caryophyll. an. ʒ. 1. possunt addi myrobalanorum belliricorum, emblicorum ana vnciæ duæ. sumantur de eo mane & sero ʒ. 2. cum vino acuit visum, & stomachum reddit robustum. ¶ Ruta, calamentum, & cyminum pistata, & in vino infusa, super oculos emplastrata siccant lacrymas. Cichorij nodus delatus in plicatura brachij sinistri, maculas minuit. Succus absynthij rumpit maculas. Aqua ardens oculis iniecta, valet. ¶ Sanguis anguillæ & fel eius, falconis & coturnicis, huiusmodi morbos curãt. Similiter sang. leporis, & est signum, quia frangit lapidem in vesica: sanguis coturnicis mistus cum aliis carnibus, nõ permittit earum pinguedinem coagulari. ¶ Ad passiones valet sanguis vpupæ & cerebrum eius desiccatum, & sanguis hirundinis calidus. ¶ Aqua thutiæ præparatæ: Recipe aquæ euphragiæ, aquę fœniculi, aquę matrissiluæ an ℔. s. aquę ros. ℔. 2. thutiæ præparatæ drachmas duas. aloe vnciam semis. cuperosæ al. ʒ. s. camphoræ drachmã vnam. misce, & fiat aqua approbatissima. ¶ Aqua Magistri Petri Hispani, quæ visum acuit & oculos clarificat, & maculas & panum delet: Recipe sem. fœniculi, petrosel. apij, sileris montani, anisi, carui vtriusq;, seminis gallitrichi, radicis chelidoniæ, acori, betonicæ, foliorum agrimoniæ, tormentillæ, rutæ, verbenæ ana terantur & ponantur in prima die in vrina pueri virginis. secunda in vino albo, tertia in lacte mulieris siue asinæ: quarta die destillentur hæc omnia, & serua vt balsamum, & obtura bene vas, ne respirare possit, quia virtus eius exhalaret. ¶ Succus virgæ pastoris pluries in die iniectus panum, maculam, & omnem oculi coopertura in breui tollit, probatum est in quodam Sacerdote, qui non videbat. ¶ Item aqua facta ex semine rutæ, mistæ cum medietate sui succi serpentinæ siue aquæ rutæ, & pluries in oculis iniecta panum corrodit, & omnem superfluitatem in eo existentem, & est probatum. ¶ Item puluis bufonis eiectis interioribus combusti in pignato, panum oculi corrodit. ¶ Quidam lapis reperitur in capite

Ad debilitatem visus. Electuarium autoris.

Aqua probata.

A limacis longi non scutati lucidus in modum crystalli, qui si puluerisetur, & ponatur in oculũ, omnem panum, & oculi coperturam tollit. Et si cũ felle hircino misceatur, erit fortioris operationis. ¶ Item se. cristę galli integrũ oculis iniectum, panũ remollit, corrodit & remouet. ¶ Item collyriũ factũ ex thutia præparata, camphora, aloe hepatico an. confectũ cũ succo chelidoniæ succo mẽthæ, succo crystæ galli, & verbenæ omnẽ panum & oculorum coperturam remouet. ¶ Col

B lyrium ad panum oculorum remouendum, & omnem tenebrositatem: Recipe bacile, & vnge ipsum cum melle, & pone ipsum ad Solem, sic quòd fundus recipiat Solem, & os terram, & stet per duos vel tres dies, donec videas illud mel esse viride, tunc ablue ipsum cum bono vino al. & in ampulla vitrea reserua, & oculis impone, quia eos mirabiliter clarificat. Et si loco vini ponatur aqua chelidoniæ, rutæ & verbenæ: & similia, vel aliqua de alijs suprascriptis, meo iudicio esset

C maioris efficacię. ¶ Succus trifolij picti cum maculis albis valet ad albas maculas, & cum nigris ad nigras. ¶ Aurum fricatum cum aceto super cotem, & desiccatum ad solem prodest. ¶ Pul. olibani cum melle & aceto & stercore magnorum murum mistus & inũctus, panos oculorum diluit. ¶ Aqua fabrorum, valet ad maculas, panum & inuersationem palpebrarum, & totam cutem faciei subtiliandam. Euphragia quocunque modo sumta in quocunque detectu oculis

D prodest. Myrobalani chebuli cõditi visum clarificant, & debilitatem ex ventositate restaurant, cõferunt syncopisantibus, & hęmorrhoides patiẽtibus, manè debent sumi, & post mensam: vel syrupus, in quo positi fuerint, si habetur, detur sine obseruatione diætæ, & sine omni abstinentia. Discernuntur autem sophistici à bonis, quia chebulus conditus cùm frangitur interius, exterius omninò niger reperitur, & cum gustatur, paruã habet ponticitatem, & multam dulcedinem. Si

E verò cùm frangitur intus est pallidus, vel subpallidus & paruam habet dulcedinem, & multã põticitatẽ præcipuè, si cùm integer acu perforetur, sophisticus est. ¶ Pica combusta in olla sigillata quocunq; modo data contra noctilupã, & cardiacã, & melancholiã de causa frigida, & cancrũ in virga virili, curat locũ cum litio. ¶ Sem. fœn. quocunq; modo quotidie sumatur, & cum aqua frigida lauet oculos, si sit ex debilitate spiritus, vnde

F pica intus aperit, & extra claudit & reparat spiritus. Item pica cocta, & comesta reparat spiritus visibiles. Item pica deplumetur, & abiectis intestinis decoquatur in vino albo vsque ad vini cõsumtionem, & separationem carnis ab ossibus, & tunc totum teratur, & liquor Soli triduo exponatur: postea cum carpia vel al. quo pãno lini subtili super oculos ponatur, quia asperitatem, obscuritatem, ruborem & dolorem tollit, & spiritus reparat. ¶ Succus rutæ cum modico mellis lacrymas stringit. ¶ Ad defectum visus, do-

G lorem, cæcitatem: Recipe pullos hirundinum, & cum acu subtili cœca, & repone in nido post tertium rediens videnti tolle caput, & combure in olla, & redige in pul. & R. fel hominis, vel loco eius fel catuli lactentis 30. dierum, carpobalsami partes 2. castorei partem 1. misce & pe-

ne in oculis:vel Reci. ſuccum hederæ terreſtris,
ſuccum fœniculi ana, ſtet triduo in vaſe æneo ad
Solem, & ſtatim pone in oculo. Succus abſyn-
thij & rutæ ana,valet.

De Pediculis in palpebris, Cap. XXXI.



CCIDIT aliquando quibuſdã, quòd
habent multos pediculos paruos in
palpebris, qui curari poterunt in hũc
modum. Elixetur vnum ouum,& du
rum fiat:deinde ſcindatur per medium, & albu-
men ipſius oui ita durum calidum ſupra palpe-
bras apponatur, & ſtatim exibunt ipſi pediculi,
& ibunt ad ouum. Quidam ponunt petiam lini
ſubtiliſsimam inter palpebras & ouũ, & pedicu
li volentes ire ad ouum applicãt ſe prædictæ pe-
tiæ vtrunque bonum eſt,& expertum. Item ad i-
dem:ſtaphiſagria trita,& ſuperpoſita idem opera
tur. Vnguentum ad idem: Recipe aloes 3.2. lardi
quantũ ſufficit,terantur,& conficiantur inſimul
& vtere,quia vbicunque fuerint pediculi, ſiue in
pectine, ſiue alibi interficiet eos. Item cinis cũ o-
leo diſtemperatus, & ſuperinunctus in pectine,
& vbicunque fuerint,necat eos. Et quia in capitu
lo de pediculis plenius de hac dicam materia,
& largius dicetur, propter hoc de ipſa materia vl
terius non eſt quærendum.

De Fiſtula lacrymali, Cap. XXXII.



VANDOQVE accidit oculos fiſtula-
ri iuxta naſum in aliquo loco,in quo
procedunt lacrymæ ex calida lacry-
ma:quæ fiſtula in hunc modum cura
ri poteſt. Et primò oportet, qđ oculi ſuauiter &
leuiter ad aliam partem compellantur parum cũ
aliquo inſtrumento chirugico ad hoc idoneo,po
ſtea foramen illud dupliciter cum radice maliter
ræ vel brioniæ vel cum medulla ſambuci, vel
petia albo vino infuſa, intromittatur vſq; ad loci
profunditatẽ, poſtmodũ extrahatur,& per illud
foramen mittas canellum æneum vel ferreum,
vel argenteum ſubtile,& per foramen canelli mit
tas ferrum vel argentum ignitum, ſic quòd vſq;
ad radicem fiſtulæ attingat, ita quòd radix illius
fiſtulæ,quocunque fi,coquatur. ¶ Quia ſi pa. vl
tra modum coctură timuerit,ſic quòd nullo mo
do poſsit ignem pati,fiat tunc ſtuellus de vnguẽ
to ruptorio, & in ipſo foramine ſic, quòd tangat
radices ipſius fiſtulæ, apponatur, & dimittatur
ibi eſſe à tertijs,vel nonis,vſque ad veſperas:poſt
extrahatur, & ponatur ibi petia lini ſubtilis in al
bumine oui intincta,donec ignis cadat & euapo
ret,poſt curetur vt cętera vulnera. Vnguẽta autẽ
Ruptorij.
ruptoria ſic facies: Accipe duas partes cineris len
tiſci,vel fabarum,vel nitri,vel myrti,& tertiã par-
tem calcis viuæ pulueriſatæ, & deſuper aquã in-
funde,& iſta aqua capitellũ dicitur. Et ſi vis pro-
bare an dictum capitellum ſit forte, ponatur in
eo vnum ouum,& ſi ſupernatat,forte eſt,ſi nõ,nõ
eſt forte,& tunc iterato,& ipſam aquã, quę deſcẽ
dit iterum cola,& ſic fac,donec fiat forte: deinde
ipſo capitello iam facto, reſolue calcem viuã pul-
uerifatam, auripigmẽtum, ſaponem ſaracenicũ,
& miſce omnia in modum vnguenti,& fac,vt di-
ctum eſt,quoniam ita decoquit,& rumpit vlcera
ſicut ignis: Iſtud enim vnguentum poſitũ in con
cula glandium, vel capſula ærea, & poſitum ſu-
pra ſcrophulas,mortificat eas,ſic quòd ſine læſio
ne extrahi poſſunt. Mortificat etiam radicem cu-
iuſlibet fiſtulę ſi vna pillula ex eo facta ponatur
ſupra radicem fiſtulę, vel ſtuellus ex eo factus,
quod melius eſt: qui ſtuellus cum in ore fiſtulæ
immittitur,totus debet inuolui petia lini ſubtilis
ſic quòd de ipſo ſtuello nil diſcoopertum rema-
neat,niſi ſola puncta,quæ ſupra radicem ipſius fi
ſtulæ debet iacere,etiam potes cum dicto vnguẽ
to ruptorio quamlibet carnem ſanam rumpere,
& in quacunque corporis parte volueris: vnde
vidi quendam,qui cum hoc vnguento poſito in
capſula ærea rumpebat locum, ſiue crepaturam
in vna hora:deinde ponebat intus in[te]ſtina, &
poſtmodum ſuebat crepaturam:deinde puluerẽ
conſolidatiuum,& carnis generatiuum deſuper
aſpergebat,& curabat omnes crepatos indifferẽ-
ter tam ſenes quàm iuuenes. ¶ Puluis autem cõ
ſolidatiuus fit ex ſanguine draconis, maſtice,
colophonia,bolo ar. mummia,reſina,radice con-
ſolidæ maioris ſiccatæ & cinnamomo ana de om
nibus æquale pondus, & inſimul pulueriſa ſub-
tiliter, & vtere quando fuerit opus. ¶ Quidam Ruptoria.
facit hoc modo vnguentum ruptorium ex cal-
ce viua,quæ adhuc in opere poſita nõ fuerit, nec
infuſa, ſapone nigro, auripigmento, & fuligine,
ana terebat & miſcebat omnia cum forti capi-
tello,vel forti aceto,& ſuperponebat loco, vbi rũ
pere volebat,& cum hoc etiam omnia apoſtema
ta ſine ferro rumpebat. ¶ Quia ſi mala caro cerni
tur in fiſtula, vel alibi, remouebat ſtatim eam cũ
hoc puluere: Recipe calcis viuę,auripigmenti,vi
ridis æris, hermodactyli ana,tere omnia, & cri-
bra ſubtiliter, & mitte in plagam:quia vbicunq;
fuerit caro mala & ſuperflua, eam in breui corro
dit,& eſt expertum. ¶ Aliud ad idem. Reci. mar-
moris triti, & pulueriſati ſubtiliter ʒ.1. realgar
* 3.4. tere & miſce inſimul & mitte in plagam.
¶ Aliud ad idem: R. parum calcis viuæ & tere e-
am, & fac puluerem & mitte vbicunq; volueris,
quia bene corrodit ſuperfluam carnem. ¶ Idem
facit puluis hermodact. & viridis æris.

ADDITIONES.

RECIPE agrimonię,fuliginis, piloſellę cum co-
to diſtilla & appone in fiſtula lacrymali.
¶ Vnguentum expertum, quod in quacunque
parte corporis vngitur, puſtulas, & veſicas fran-
git: Recipe cantarid. ſinapis puluerizati, & cum
pice alba, & ſucco chelidoniæ, & modico aceti
diſtemperetur,& fiat liquid. ad modum ſalſæ, &
inungatur locus. ſ. per noctem. Item cinis ſalicis
cum axungia permiſtus, rumpit carnem & apo-
ſtemata, vbicunque vis. ¶ Item viſcus quercinus
cum vitriolo & capitello fortiter immiſtus rum-
pit carnem vbi cunque volueris. Item ſapo
cum quarta parte pul. ru. i-
dem facit.

De

De paſsione Auriũ: & primò de Surditate, Tinnitu, & Sonitu, Cap. XXXIII.



CVM diuerſæ in auribus fiant paſsiones, & ex aliqua cauſa ibi incidẽte, & puſtulis, ſiue carbunculis ibi naſcentibus, vel ex humoribus frigidis, & viſcoſis, vel ex groſſa * ventoſitate, vel ex vermibus incidentibus vel natis, vel ex quibuſdam cauſis tinnitus, & ſurditas accidit: de his omnib. videamus: ſed primò de ſurditate. Surditas inueterata chronica raró, aut nunquam curatur, & ſpecialiter in ſenibus, & ætate prouectis. Et dico hoc ꝓpterea, quia vidi pueros quoſdam, in quibus ſurditas inueterata fuerat, & curati ſunt per Magiſtrum meum cum curis ſubſcribendis. ¶ Si igitur in paſ. ſurditatum humores ca. noueris abundare, digeras materiam cum oxyſaccharo vel cum ſyrupo acetoſo, deinde euacuetur cum pillulis, de quinq; generibus, vel cum pillulis rheubarbari, ſecundum Magiſtrum meum: Re. corticis myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum, ſem. fumiterræ, ſeminis ſcariolæ ana ʒ. s. tamarindorum, polypodij quercini, caſsiæfiſtulæ ana ʒ. 2. ſacchari viol. * ʒ. s maſticis * ʒ. 1 bdellij * ʒ. s. rheubarbari ʒ s. diagridij in pomo cocti ʒ. 2. fiant pillulæ in modum ciceris parui, & dentur ex illis 9. vel 11. plus vel minus ſecundum vires ſuſcipientis. ¶ Vel cum pillulis ſic factis. Rec. roſarum, rheubarbari, maſticis ana * ʒ. 1. aloe ſuccotrini, vel hepatici * ʒ. 3. diagridij in pomo cocti gra. 6. conficiantur cum ſucco abſynthij, & dentur * 9. vel 13. ſecundum vires: valent etiam ad dolorem capitis, & ſtomachi. Quòd ſi forte diſpoſitio corporis fuerit ſanguinea, & plethorica, fiat minutio de vena cephalica, & ſanguis ſecundum vires extrahatur. Poſt mundificationem cerebri inſtilletur in aure ſuccus granatorum acetoſorũ tepidus, quoniam nil actu frigidum debet auribus inſtillari. Item recipiat in aurem vaporem aquę calidæ, in qua bulliant anetũ, chamo. ſambſucus, & mellilotum: hac aqua lauetur caput illi aliquando. Item fel arietis cum tantundem butyri miſtum, calidum auri infundatur. Quod ſi ſurditas ex frigidis fuerit humoribus, ſumat omni mane ℥. 1. s. oxymellis compoſiti cum aqua, in qua iua betonic. ruta capraria, & radix fœniculi bulliant, poſt * 10. dies, vel quando materia fuerit ad * euacuationẽ præparata, ſumat 9. pillulas cochias, vel ſecundum quod tibi videbitur, quádo vadit dormitum: deinde ſequenti die fiat fomentatio auris ex aqua cal. deco. ſtœchad. abſynthij, origani, pulegij, ſambſuci, mẽtaſtri, & frondium lauri, & habeat vas, in quo illæ herbæ bulliant, os longum & ſtrictum: deinde in ore vaſis ponatur canna perforata ab vno capite, & ab alio capite ponatur in aurem, vt vapor ille bene intret aurẽ. Poſt iſtud collyrium auribꝰ tepidum inijciatur: Recip. colocynthidis ʒ. 1. baurach. ℈. 1 caſto. ariſtolon. & ro. ſucci abſynthij ana ʒ. s coſti gra. 15. euphorbij gra. 10. fell. vaccini. q. ſ. ad omnia conficiẽda, fiant trochiſci & vnus ex eis diſſoluatur in oleo amygdalarum amararũ, & frequenter aurib. inijciatur. Itẽ 2. vel 3. guttæ olei cam. vel ſambucini, in quo bullierit gra. 1 ephorbij, inſtillatæ auribus mirabiliter valent. Collyrium expertũ cõ-

*al. viſcoſitate

De ſurditate.

A caliditate.

*al. ʒ. 2. *al. ℈. 1. *al. ℈. 2.

*al. ℈. 1. *al. ℈. 3. *al. 11.

A frigiditate

*al. 5. *al. digeſtionem *al. 19.

A tra antiquam ſurditatẽ. R. aloes ʒ. 1. maſticis, ſem. rutæ, ſinapis, croci, garyophyll. ana ʒ. s. mellis. q. ſ. imponatur ſæpe cum petia in aurẽ 1. gutta. Pillulæ expertæ contra ſurditatem, & tinnitum auriũ Re. galbani, ſerapini, opopona. myrrhæ, bdellij, maſticis, olibani, ſtoracis calamitæ, laud. opij ana confice cum ſucco cynogloſſę cum piſtello ca. & fac pillulas in modũ orobi, de quib. des * 10. vel 11. Potes etiam in hac cauſa aliquando abluere caput cũ aqua ſulphurea calida, vel cũ aqua decoc. B ſauinæ, pulegij, origani, abſynthij, & rutæ. Purgentur ſępè iſti ſurdi, & poſt purgationem detur aurea, mithridatũ, vel diaolibanũ cum vino decoctionis olibani. Item oleum chamo. muſcellinũ, ſambuci. petroleum, laurinum, pulegium, vel ſaltem commune bullitũ in malo terræ concauo, vel in cæpa concaua vel cum ſucco rutæ, vel arthemiſiæ miſtum, & tepidum aurib. inſtillatũ miro modo ad ſurditatẽ valet. Itẽ ſuccus rutæ, fel hirci, vrina pueri virginis, ana miſta ſimul, & in C aurẽ ſæpe, & ſæpius inſtillata miro modo valent. Itẽ ruta ſupra aurẽ poſita, ita quod totam aurem comprehendat ſub ſe, multũ valet. Quidã dixit mihi, quòd plures ſurdos, qui etiã per 20. annos non audiuerant, curauit hoc modo. Primo mundificabat corpus cum medicina conuenienti, deinde auream, vel diaolibanũ dabat, & faciebat ſuper aurem vaporem aquæ cum decoct. herbarũ calidarum, quas ſupra ſcripſi, ſi materia erat frigida: Et ſi materia faciens ægritudinem erat calida, D ponebat herbas frigidas, vel ſolùm cum aqua calida ſimplici fomentabat aurem, poſt de hoc vino auribus inſtillabat, ſic præparato: Recipe hellebori albi, caſtorei, piretri, nitri, ana terantur omnia, & in optimo vino bulliant, quouſq; ferè totũ vinum conſumatur, & tunc coletur per pãnum, & parum ex eo auri calidum imponatur, & teneatur ibi per horam: poſtea prouocetur ſternutatio cũ pul. hellebo. al. vel cõdiſi, vel piperis, & ſimilibus. Et cũ incipit ſternutatio, patiẽs teneat ſe for E titer per nares, vel ab alio teneatur ſic, quòd per nares ſpirare nõ poſsit, cũ ſternutat: cum hoc. n. plures antiqui ſurdi pro certo curati ſunt. Experimẽtũ aliud bonũ, & laudatũ ad ſurditatẽ: accipe aquã, vel ſpumã emanantẽ à capite lignorum fraxini in ignẽ poſitorũ, * ʒ 2. mellis deſpumati, * ℥. 1. ſucci radicis porrorũ, ſucci, radicis iridis, ſucci ſquillæ recentis, ſucci cyclaminis, ſucci rutæ, ana ℥. 1. bulliant omnia inſimul vſq; ad cõſumtionẽ medietatis, & de hoc tepido parũ in aurẽ ſanã F mittatur, & patiens iaceat ſuper aurem ſurdã: qa multũ valet, & eſt cõpoſitũ à me hoc collyriũ, & probatũ ad tinnitũ, & ſonitũ auriũ, cũ quo qñq; eſt dolor capitis: cúmq; obſtruitur auris, piſtentur ruta, hedera terreſtris, & ligetur circa frontẽ. Item cyminum cum butyro miſtum, & aqua calida auribus immiſſum ventoſitatẽ, & tinnitũ aurium tollit. Item vrina pueri virginis cum melle deſpumato miſta, miro modo valet. Item fel leporis cum adipe anguillæ: vel ſuccus hederæ G cum vino albo bono, valet. Item ſuccus rutæ cum butyro, vel lardo, tepidus auribus immiſſus valet mirabiliter ad omnia prædicta. Aliud optimum ad idem expertum, ſummitates lauri, & ſpicanardi in vino optimo bulliant, & patiens ſurditatem, tinnitũ, & ſonitũ in auribus

*al. 9.

Ad antiquã ſurditatẽ expertum.

*al. ℥. 2. *al. ʒ 1.

per cannulá fumű recipiat, quia valet ad omnia supradicta, & etiá aquæ infusio in aurē, & ad mūdificationem saniei auris miro modo valet. ¶ Aliud ad grauitatem auditus, sonitū & tinnitum auriū, immittantur in aure 2. vel 3. guttæ de hoc medicamine. R. cymini* ʒ. 2. olei amygd. amar. vel de nucleis Persicorum ʒ. 2. hellebori albi ʒ. 1. s. castorei ʒ. 3. * aceti, quantum sufficit: terenda terantur, & omnia bulliant simul parum, & colētur, & de huiusmodi collyrio tepido parum in aurem inijciat bis vel ter in die, quia mirabiliter valet. ¶ Et nota, quòd semper antequam ad huiusmodi collyria, & medicamina particularia accedamus, prius debemus corpus ab humorib. nociuis mundificare, si virtus, ætas, & regio, & consuetudo permittant. Et postea prædicta collyria in remedio pluries iterare, si vna vel duabus vicibus effectus non sequatur:

** al. ℥. 2.*

** al. aceti ʒ. quart.*

Nam durum lapidem gutta cadendo cauat.

ADDITIONES.

Contra surditatem: Recipe cæpam alb. excaua eam & imple succo sempuiuæ, coque optimè, postea exprime, & de illo ca. pone in aurē, quando vadit dormitum, & de cæpis fac emplastrum, per 4. vel 5. dies, & cum necesse fuerit, vinū resolutum in oleo amygdalarum amararū auri immittatur, vel cum oleo laurino, oleum de spica, addito castoreo, valet ad surditatem, & dolorem aurium, oleum scorpionis tepidum iniectū sæpè, similiter adeps vulpis valet. ¶ In dolore aurium cum pulsatione phlebotomia cephalicæ eiusdem lateris, & impositio olei rosacei cum modico opij, confert ad surditatē. ¶ Aliud expertū: Recipe succi panis porcini partes 2. olei amygda. partem 1. misce & instillentur in aurem qualibet nocte 2. vel 3. guttæ, oleum bullitum in vase ferreo auribus iniectum tollit dolorem, & pulsationem. ¶ Ad idem vermes terrestres frixi in oleo, si oleum ponatur in aurem, & vermes emplastrentur, valent. ¶ Item contra tinnitum aurium probatum est. Re. aristo. rotundę, castorei, euphorbij ana ʒ. s. colocynthidos ʒ. 1. croci ℈. 1. saxifragiæ granum 1. omnia subtiliter puluerisata in oleo amygd. amararū, & in succo absynthij ponantur, & bulliant, donec tertia pars consumetur, & sero, cùm vadit dormitum, ter in septimana duæ vel tres guttæ in aurem inijciantur, quia surdos adiuuat, & valet contra sonitum, tinnitum, & sibilum aurium, secundum Thadæum. ¶ Medicamen contra surditatem inueteratam, & potest seruari in ampulla vitrea per duos annos, & plus benè obturata, valet præcipuè contra surditatē ex frigida causa. Primò mundifica corpus, si fuerit plethoricum, deinde 2. vel 3. guttas de hac medicina tepida aurib. inijcias. Rec. succi centaureæ maioris, & minoris succi cæparum rubearū, succi porrorum, senetionū, aceti fortissimi, & olei vetustissimi ana, deinde lumbricos terrestres, & oua formicarum cōtrita in eis bullire fac vsq; ad consumtionē medietatis liquorum, & tunc colētur, & bene exprimantur, misceatur eis tertia pars mellis rubei bene cocti, & depurati, siue despumati aliquantulum iterū bulliti, & in vase vitreo imponatur; est. n. mirabile medicamen. ¶ Item si surditas fuerit propter obstructionem ab humore, coquantur fabę cū vino albo in pignato optimè cooperto, & statim dū deponūtur ab igne, fumus, qui ab eis resoluitur, per iniectoriū in aurē recipiatur, quia citò liberabitur. ¶ Dixit mihi quidam prędicator in vrbe, quòd imposuit de aqua, quæ dicitur aqua vitæ, quá ponit Arist. in lib. 12. aquarū, in aurē cuiusdá patientis surditatem infra 3. vel 4. vices curauit eum à surditate. ¶ Item oleū terebinthinæ in aurē immissum mirabiliter valet ad idē. ¶ Itē contra surditatē inueteratam balsamus, cū succo porri, vel cæpę misceatur, & tepidus aurib. inijciatur, quia curat pro certo, probatū est. ¶ Pillulæ Magistri Bal. de Vallone contra tinnitū auriū: R. chamædreos, cētaureæ minoris, gentianę ana ʒ. 1. colocynth. ʒ. 2. confice cū succo absynthij, & fiant pillulæ in modū orobi, & dentur 5. vel 7. ¶ Itē lauetur caput lixiuio, in quo decoctæ sint frondes lauri, chamo. stœchad. anetū, & cū vino deco. prędictorū, fiat vapor sub aure. ¶ Itē postea oleū amyg. amararū, vel de nucleis persicorū, cū succo rutæ ana mistum, in quo modicū castorei ponatur, & tepidum aurib. infundatur. ¶ Natiuá surditatē quandoq; curaui, cū collyrio quod ponit Almansor in nono, quod fit cum felle leonis, siue bouis. ¶ Ad antiquá surditatem deinmultū valet mundificare aurē valdè bene, deinde suffumigare cū fumo sulphuris citrini combusti, & hoc sæpe fiat, in qua oleū de costo, & castoreo, si additū fuerit, multū valet. ¶ Itē in apostematib. dolorosis, quę quandoq; fiunt post aurē, quæ & quę in breui multá materiá collegissent, quæ etiá terribiliter inquietát, hoc mirabile medicamē est: 2. vel 3. vitella ouorum integrorū coctorū ad duritiē moderatá misce cum tátundē axūgiæ porcinæ recentis, hoc. n. materiam resoluit, & dolorem euenire nō sinit, quod quantum expediēs fuerit, iteretur. In apostematibus quoque ruptis, & dolorosis nimis, & etiam in carbūculis, si limaciarum crudarum carnes pistentur, & emplastrētur, miro modo dolor sedatur.

Ad tinnitum expertum.

Mirabile.

Ad apostemata.

De Dolore Auris, propter caliditatē, & frigiditatē, vel sanguinis repletionē vel apostema ibi natum, Cap. XXXIIII.



ALIQVANDO accidit dolor in aurib. ex caliditate, aliquádo ex frigiditate, aliquando propter apostema in auribus generatum, quod aliquando est calidū, aliquádo est frigidū. ¶ Si igitur apostema auris ex materia calida fuerit, adest dolor vehemēs & acutus, rubor loci cum calore, & febre vehementi: Febres enim quędam acutæ terminátur, quandoq; per apostema in aure, quandoque sub aure, quandoq; per fluxū sanguinis ab aurib. Quod si materia apostematis fuerit frigida, dolor est grauatius, & lentus, & febris lēta, & remissior: extremitates etiá auriū, quandoq; sunt frigidę. Et notandum quòd apostema auris semper comitatur febrē. Quandoq; fit dolor auris, propter nimiá san. repletionē, & iste dolor quòd manifestè per signa sang. discernitur, & post phlebotomiá: demus ℥. 1 s. syrupi rosa. cū aqua frigida, postea emplastrū de ruta, & solatro cū butyro pistatis, super aurē apponamus. Succus etiá solatri, vel vermicularis cum oleo rosa. violac. nenupharis, vel mandragoræ mistus tepidus, aurib. inūgátur. Itē fumi- mittatur & etiá partes auriū adiacētes curatur per phlebotomiam cephalicæ,

Signa.

Cura sanguinei.

fumigium ex aqua deco.florũ chamo.ro. & meli,
loti in aure factum miro modo valet, deinde vi-
tellum oui elixum cum oleo ros. distemperatũ
super aurem pone: quia miro modo tollit dolorẽ
auris ex causa calida factum. Item succus corian-
dri cum lacte mulieris mistus, & in aurẽ iniect9,
miro modo valet ad dolores aurium, ex calidita-
te. Ad idem, & ad dolorem capitis acutissimum:
teratur myr. cum spuma argenti, ana & cũ aqua
ros. vel saltẽ cõmuni distẽperetur, & aurib. infun
datur. Item ad dolorem auriũ & dentium succus
card. asinini fundatur in aurẽ, scilicet de radicib9,
& hæc omnia semper debent auribus apponi pri
mum calida: quia hęc est regula, quòd aurib. ni-
hil actu frigidum imponatur. Quod si noueris ca
lidum humorem nimium abundare, purgabis i-
psum secundum doctrinam superiùs traditam.

Cura frigidi.

¶ Quòd si dolor aurium ex frigiditate fiat, calidæ
vnctiones partibus aurium adiacentibus fiát, &
etiam auribus instillentur, vt sunt marciaton, di-
althea, oleum laurinum, muscellinum, petroleũ,
pulegium, chamo. & similia coquantur in malo
terrę, vel in cæpa excauata, & in stuppa siue bom
bace commistis ca. aurib. & partib. circumstanti-
bus sibi apponantur. ¶ Aliud probatum ad idem
ruta, cyminum, & baccæ lauri, in aliquo prædi-
ctorum oleorum bulliant in malo terræ, & co-
lentur, & aurib. & partib. circunstantib. instillen-
tur. ¶ Itẽ suffumigiũ de folijs lauri, & alijs herbis
calidis in præcedẽti capit. dictis dolorẽ auriũ ex
frigiditate tollit. Et prædictæ herbę in vino co-
ctæ supra aurem cataplasmentur, & ex lixiuio
facto ex deco. prædictarũ herbarũ, vel cinere ca-
put lauetur quandoq;. Itẽ spongia in prædicto vi
no infusa, & super aurẽ posita, valet: vel spongia
infusa in vino decoct. paritarię, & absynthij, solũ
super aurẽ posita dolorẽ tollit, vel solum parita-
ria, & absynthiũ super tegulẽ calefactá, & vino su
prà irrorato ad idẽ faciũt. ¶ Itẽ medulla vituli re-
cẽs cũ vino trita, & calefacta, & in aurẽ missa dolo
rẽ auris statim tollit. ¶ Itẽ succus rutę cũ sang. an
guillæ calid9 aurib. immissus, quẽlibet dolorẽ au
ris statim tollit. ¶ Et si humorẽ frigidũ peccantẽ
noueris esse in causa, purga ipsum secũdũ doctri-
ná præcedentis capituli.

Si fuerit ab apostemate calido.

¶ Quòd si dolor auris
fuerit ꝓpter apostema calidũ innatũ, fiant frigi-
dę vnctiões ac destillationes oleorũ frigidorũ su-
perius traditæ, & fiat minutio contrarij brachij,
de vena cephalica. Et ad maturádũ apostema, fi-
at tale vnguentũ: R. adipis vituli, anseris, & galli-
næ, medullæ vitulli, cerui castrati, & omniũ ani-
maliũ, quorũ medullas habere cõpetẽter poteris
ana, omnia simul liquefiát, & addito oleo ros. vel
vio. & cera fiat vnguẽtũ, qđ in aurẽ instilletur, &
circa partes adiacentes auri inungatur, & malua
cũ oleo ros. vel vio. cataplasmẽtur coctę. ¶ Itẽ fari
na hordei cũ vitello oui, & oleo vio. vel ros. cõfici
atur & aurib. immittatur. ¶ Itẽ malũ terræ in a-
qua elixũ, & pistatũ cũ butyro, & emplastratũ su
per aurẽ, apostema illud, & omne aliud apostema
in quacunq; parte corporis fuerit, citò ad matu-
rationẽ perducit. ¶ Itẽ butyrũ nonies in aqua ab
lutum, deinde ad lẽtũ ignẽ resolutũ, & aurib. in-
iectũ optimè maturat, & stuppá desuper ponas.
¶ Itẽ si nimia fuerit caliditas, & adustio caloris ꝓ
pter ipsum apostema auris, succ9 semperuiuę, so-
latri, vermicularis, cymbalariæ, frondiũ viol. po-
lytrici, cetrac. ca. Ve. & similiũ herbarũ frigidarũ
extract9, cũ oleo viol. vel ros. & aqua extracta ab
albu. oui elixato, ꝑ petiá lini expresso, cõmisce, &
aurib. instilla: ꝗa dolorẽ quẽlibet auriũ, ex calidi-
tate vel etiá ꝓpter apostema calidũ tollit.

Si ab apostemate frigido.

¶ Si ve
rò dolor auris ꝓpter apostema frigidũ ibi existẽs
fuerit cũ his insistam9: fiat elichniũ ex galbano,
& cũ petia lini inuoluat', pũcta tñ ipsius elichnij
discoopta dimittatur, & in aurẽ ponatur, ꝗa ma-
turat, & attrahit miro modo. Itẽ elichniũ ex lana
succida, in oleo laurino, muscellino, chamo. pe-
troleo, sambucino, & similib. in malo terræ, vel in
cæpa squillæ bullitũ, & aurib. impositũ miro mo
do cõfert. ¶ Itẽ radix lilij, in oleo aliquo ꝑdictorũ,
vel saltẽ cõmuni cocta, & cataplasmata maturat
miro modo, si super auriculá in loco, vbi est apo-
stema emplastretur, vel radix brancæ vrsinæ, vel
malũ terræ in vino decoct & cũ axungia pistata,
miro modo cõferunt. ¶ Itẽ absynthiũ, paritaria,
& furfur da grano in vino decocta, & emplastra-
ta idem faciunt. ¶ Item cardobenedictus in vi
no decoct9, & pistatus addita farina modica em-
plastrata, omnia apostemata miro modo matu-
rat.

Rumpentia apostema.

¶ Itẽ ad rumpendũ apostema hoc, & quodli-
bet aliud, cũ fuerit maturũ, cæpula integra in vi-
no decocta, & oleo addito pul. cymini, & scissa ꝑ
mediũ super apostema ponatur, & si ꝓpter hoc
nõ rumpatur, ponatur super apostema elichniũ,
factũ ex vnguento ruptorio, quod in capitulo de
fistula oculorum lacrymantium nata, dixi secun
dum doctriná traditá ibi, sic quòd prædictũ vn-
guentũ non tangat, nisi solum apostema.

Mundificantia saniem.

¶ Et ru
pto apostemate, qđ cognoscitur ꝑ saniẽ exeuntẽ
per aurẽ, primò mundificand9 est locus à saniẽ,
deinde cõsolidand9. Ad mundificandum itaq; sa
niem à loco hæc fiant; succus porrorum aliquá-
tulum cum melle despumato coctus, & imposi-
tus, miro modo valet. ¶ Itẽ nitrum & castoreum
cum melle mistum, & impositum idem faciunt.
¶ Itẽ elichnium de galbano in aure positum, &
sternutationes ꝓuocatę tenendo nares miro mo
do mundificant. ¶ Itẽ salgẽmę, & euphorbiũ cum
oleo ros. coquatur, & colatura aurib9 inijciatur.
¶ Aliud ꝓbatum: succ9 rorismarini, cũ oleo ros.
& sapone gallico resolutus, vetustissimas sordes
aurium expellit, & ad auditum miro modo con-
fert. ¶ Item lac mulieris cum felle caprino mistũ;
& auribus fœtentibus ca. iniectum, putredinem
mirabiliter mũdificat. Item si nucleos nucum vi-
ridium in suo tempore purgabis, & in oleo vete-
ri in vase vitreo retentos, contra Solem maneant
per 15. vel 20. dies, & de tali oleo aurib. inijcies, sa-
niem mirabiliter mundificat, & abstergit, dolo-
rem, & fœtorem ab auribus remouet.

Cõsolidantia.

¶ Sanie ve
rò, & apostemate mundificate, vulnus hoc mo-
do consolidetur, lauetur quolibet mane cum vi-
no tepido decoct. saluiæ, deinde pul. masti oliba-
ni, thur. boli & sanguin. draconis, proijciatur,
vel inungatur elichnium cum vnguento albo ex
mastice, thure, cerusa, litargyrio, & similibus
cum cera, & oleo facto in aure mittatur, & non
vtatur aliquo modo consolidatiuis, nisi prius sa-
nies à loco mundificata fuerit. ¶ Et si tanta fuerit
in apostemate saniei abundátia, quòd ꝑ prædicta
mundificari nõ possit, purgetur cerebrum cum

hierapicra Gal.vel cum pillulis cocchijs, & similibus in capitulo de defectu memoriæ dictis: deinde accipiatur bombax,& inuoluatur, & intingatur in terebinthinã,& in modum elichnij formetur,auribus immittatur,vel elichnium de galbano,rerebinthina, & pice nauali simul liquefactis,auribus imponatur: quia mirabiliter saniem attrahit,mundificat, & expellit sordes aurium,& expertum est: vel accipe iuncos siccos,& pone vnum caput vnius iunci in aurem, & ab alio capite incende iuncum,sic quòd vadat ardendo vsq; ad aurem,& cùm est prope aurem extinguatur, quia saniem miro modo mundificat,& attrahit, vel sugatur auris cum ore alicuius vilis personę, quia hoc modo etiam optimè mundificat saniẽ, qua mundificata,consolidatiuis insistamus. ¶ Aliquando exit sanguis per aurem, qui si per viam crisis exierit, vt sæpe accidit in quibusdam ægritudinibus acutis, in quibus fit crisis quandoque per fluxum sanguinis aurium,tunc talis restringi non debet, quousque natura debilitari incipiat,& tunc,si vis sanguinem restringere,si fluit ab aure dextra,ponatur vẽtosa super hepar,si à sinistra super splenem. Item vinum decoct. gallarũ, spodij,berberis,sang.dra.boli ar. mast. gummi arabi.dragaganthi,balausti.quinqueneruiæ: & saluiæ contrit.auribus instilletur.

Ad sanguinẽ exeundem ab aure.

De Vermibus in Aure natis, & de casu lapilli, vel grani, vel pulicis, & huiusmodi in aurẽ, & quomodo debet extrahi,
Cap. XXXV.

ACCIDIT quandoque vermes in auribus generari,qui ex viscosis humoribus inspissatis per interceptionẽ spiritus viuificantis proueniunt,quorũ hæc sunt signa: pruritus, titillatio in aure, etiam Soli exposita quandoque videntur. ¶ Casus verò lapilli alicuius, grani,vel ligni, vel alicuius alterius corpusculi in aurem cognoscitur per patientis indicium, & etiam quia aliquãdo aliquid horum discernitur in aure subtiliter inspicienti. ¶ Si itaque vermes in aure fuerint hoc experimento cadent, semen hyosciami cum pauca cera confice,& supra ardentes prunas pone,& per embotum fumum patiens in aurem sumat,& suppone vas,in quo sit aqua, quia pro certo videbis vermes cadere in aqua, in dente etiã idem operatur si ibi vermes sint. Idem facit suffumigium solum ex frondibus hyosciami,sub aure factum. ¶ Item si accipias pomum dulce,& bonũ & asses ipsum parũ in prunis ardentibus, & post scindas per medium, & calidum quãtum potest patiens sustinere, super aurem ponas, videbis ꝓ certo, quòd omnes vermes in aure existentes, current ad ipsum. ¶ Item succus absynthij in aures iniectus,vermes necat. ¶ Idem facit succus persicariæ,& succus amaruscæ,foliorum Persici, rutæ,calamenti,& omnes succi herbarum amararũ ipsos vermes in auribus existentes necant. Item succus radicis mori,& succus aristo.long.& succus ligni viridis, omnes isti succi vel quidam eorum cum pauco aceto calido misti, & auribus immissi vermes necant. ¶ Aliud probatum: Accipe amygdalas amaras, vel nucleos Persicorum contritos, & sub prunis ardentibus in folijs caulis, vel in alijs folijs inuoluti ponantur, & per horam ibi stent,deinde extrahantur, & oleum ab eis exprimatur, cum quo misce rutæ succum, vel absynthij vel amaruscę,vel persicarię & huiusmodi,& pulu.aloes: deinde omnia in cortice oui,vel alibi parum bulliant, & colentur, & de hoc liquore calido parum in aures immitte: quia statim omnes vermes ibi existentes interficit. Et qa in cura lumbricorum propono Deo dante exprimere multa exprimenta experta, lumbricos & vermes necantia, quæ ad vermes aurium etiam sunt vtilia valde, propter hoc hîc de illa materia amplius tractare nolo: tum ibi tradam plenioré doctrinam de vermibus interficiendis. Cùm itaque vermes in auribus sint mortui & fuerint putrefacti quandoque cum sanie per aurem emitti consueuerunt. Quòd si per se non emittantur, extrahantur tamen cum instrumentis chirurgicis secundum doctrinam chirurgicorum. Quòd si aqua in aurẽ ceciderit,hoc modo succurre: caprę folium cum vino optimo & albo pulue. aloes misce & tepidè auribus inijcias. Item succus coriandri iniectus idem operatur. Aliud ad idem: piper euphorbium,terãtur & cum oleo camomillino, laurino, sambucino vel similibus, & calida auribus impone. Item succus de maioribus nucibꝰ viridib. aurib. instillatus, idem facit. Prouocetur sternutatio cũ aliquo puluere sternutationẽ prouocante, & teneantur tunc per nares, cùm incipiunt sternutare. Item lana, quæ primula dicitur, & inuenitur in conchis marinis, in quibus sunt perlæ: vel saltem bombax aurib. imposita aquã extrahũt valde & sugunt. Quòd si granum, vel lignum, vel lapis, aut aliud tale corpusculum in aures ceciderit extrahatur hoc modo. Inungatur auris exterius oleis,& vnguentis calidis, vt marciatõ, agrippa, dialthea, oleo laurino, chamo. sambucino, pulegino petroleo, & similibus, deinde sternutationes prouocentur, & teneant semper nares, vt propter magnum impetum spiritꝰ possunt extraduci. Quòd si cum hoc non curatur, accipe baculum subtilem, & leuem, bene politũ, & terebinthina, vel visco, vel gũmi pini, vel pice nauali liquida, vel aliquo alio simili in capite intingatur,& ponas in aurẽ, ita quòd gũmi supra ipsum lignum, vel lapill. huiusmodi adhæreant, & sic extrahatur. ¶ Quòd si cum hoc extrahi nõ posit, tũc vẽtosam sine scarificatione supra auriculam, in qua sunt huiusmodi corpuscula sæpè, & sæpius appone. ¶ Quòd si extrahi non posit adhuc positis prius oleis,& vnctionibus dictis in aure, apponatur galbanum supra petiam extendatur,& supra foramen auris ponatur, & iaceat patiens supra aurem lęsam, expertum est.

Signa.

Cura vermiũ.

Ad extrahendum lapillum & alia.

De Fluxu sanguinis à naribus,
Cap. XXXVI.

SANGVIS fluit à naribꝰ diuersis modis: quãdoque vi symptomatũ, quãdoque vi naturæ. Vi symptomatum vt ex materia sanguinis abundante, & repletione: quod cognoscitur ex repletione venarum ex dięta præcedente calida, & humida, & multi sanguinis generatiua, & habitudi-

Causa & signa.

bitudine corporis ſanguinea, & plethorica & qa
quantitate multa à narib. fluere cōſueuit. ¶ Qua-
doq; fluit ex fumoſitate, & acuitate humorum,
quod cognoſcitur colore ipſius cū ſanguine cro-
ceo. Et ex hoc, quod in exitu ſuo nares mordicat,
& inflammat, & ex diæta calida & ſicca præcedē
te, & ex habitudine corporis cholerica, & etiam
quia in tempore æſtiuo magis cōtingit vel veris,
propter humores tunc vltra modum excreſcen-
tes. ¶ Quandoq; ex phlegmate fit, quod fit p* na-
rium frigiditates, patientis iudicio ſcrutari poſſu
mus. ¶ Quandoq; fluit ſanguis à narib. vitio ſple-
nis, quod cognoſcitur per tumorem, & graue di-
nem ipſius ſplenis, & per oppreſsionem ipſius hy
pochōdrij ſiniſtri, & etiam quia ipſe ſanguis fluit
per narem ſiniſtram. ¶ Quandoque fluit vitio he
patis, & hoc ex grauedine dextri hypochondrij,
& ex coloratione in vrina, & quia magis fluit per
narem dextram, hoc cognoſcitur. ¶ Fluit itaque
ſanguis per nares per viam criſis, vi naturę die cri
tico veniens, dum materia per nares tranſmiſſa
venas ibi abrumpit, & exit inde ſanguis, ex febre
continua, & maximè, & frequentius accidit hoc
in ſynocho inflatiua, & in ſynocho putrida, in
phreneſi & huiuſmodi ſimilibus ægritudinibus,
vnde quandoque ille ſanguis per duos vel tres
dies fluit, & patientem ad mortem deducit, vnde
ſemper ſis cautus, antequam ipſum patientem
ad totam debilitatem deducas, quòd reſtringas
ipſum ſecundum quòd in ſequentibus dicam.

*al. aeris fri giditatem.

Cura.

¶ Si ex nimia humorum abundantia per inconti-
nentiam fluit ſanguis, fiat minutio de vena ce-
phalica dextri brachij, ſi à dextra nare fluat: ſi au-
tem à ſiniſtra, de ſiniſtra vena. & ponantur ven-
toſæ poſt collum, & ſpatulas, & ſi hæc non pro-
ficiant, fiant remedia localia inferiùs dicenda.
¶ Si ex fumoſitate, & acuitate humorum fluat
ſanguis, fiat aer artificialiter frigidus cum aquis
frigidis deſtillantibus cum herbis frigidis per pa-
uimentum expreſsis, diæta frigida detur. Syrupi
frigidi violati, & roſati, nenupharis, & ſimilia, quę
in capitulo de dolore capitis, ex cholera facto, di-
cta ſunt, fiant: Et ſi cum his non curentur, tunc
ad localia remedia ſubſcribenda recurramus.
¶ Si ex aeris frigiditate fiat fluxus ſanguinis, con
ſtituatur patiēs in loco calido, & tota facies cum
aqua calida fomentetur, & ipſe coram ſe habeat
mattonem vnum in igne fortiter calefactum, &
ſuper ipſum mattonem permittat ipſum ſangui-
nem de naribus fluentem cadere, & fumum in na
ribus recipiat, quia ſtatim reſtinguetur: & hoc eſt
probatum. ¶ Si vitio ſplenis, fluat ſanguis à nari-
bus, fiat minutio de vena ſplenis, & ventoſa ſine
ſcarificatione ſupra ſplenem ponatur, & cætera
remedia ad curationem ipſius ſplenis, ſecūdum
quod inferiùs in proprio capitulo dicam de paſ-
ſionibus ſplenis, fiant. Si ab hepate procedat, fiat
minutio de vena hepatis dextri brachij, & vento
ſa ſuper hepar apponatur, & emplaſtrum iſtud
ſuper hepar apponatur: Rec. roſ. * ℥. s. ſandal. al.
& rub. ana ʒ. quart. ſpodij ʒ. 4. berberis, ſucci ab-
ſynthij, ſpicæ ana ʒ. 1. camphoræ * ℈ s. farinæ hor-
dei ℥. 1. temperentur in aqua roſacea & aceto om-
nia prędicta, prius pulueriſata, cribrata, & empla
ſtrum ex eis factum ſuper hepar apponatur. ¶ I-
tem fiant trochiſci de carabe: Recipe carabe, aca-

*al. ʒ. s.

*al. ℈. 1.

A tię, aduſtorum & ablutorum, gummi arabici, ſpo
dij, ro. ru. balauſtiarum ana ʒ. 5. opij ʒ. 1. s. maſti-
cis ʒ. s. corallorum rub. ʒ. 2. terátur & cribrellen-
tur omnia, & conficiantur cum mucilagine cydo
niorum, & fiant trochiſci, quorū vnuſquiſque pō
deret ʒ. 1. & detur vnus cum aqua frigida patienti
ad quemcunque fluxum ſanguinis narium, quia
mirabiliter ſtringit. ¶ Item emplaſtrum optimū,
quod ſi fronti & temporibus applicetur ſangui-
narium fluxum qualitercunque manantem ſtrin
B git: Recipe maſticis, olibani, ſan. dra. pilorum le-
poris combuſtorum, & vitri combuſti, an. omnia
puluериſata optimè cum albu. oui conficiantur,
& fronti & temporibus applicentur, &c. ¶ Aliud
emplaſtrum, quod fronti & temporibus appoſi-
tum per noctem, ſimiliter fluxum ſanguinis na-
rium reſtringit, ſtercus caprinum, terra figuli, &
argilla, quæ ſub mola ferrarij inuenitur, tempere
tur cum aceto, & albumine oui, & prædicta loca
emplaſtrentur: vel ſolum de argilla ferrariorum,
C ſucco verbenæ, aceto, & albumine oui, vel ſolum
bolum ar. & lapidem hematitem, & maſticem te-
ras, & cum albumine oui, & aqua roſ. & pauco a-
ceto omnia inſimul conficias, & fronti & tempo
ribus applica. ¶ Item fiat naſale ſecundum Magi-
ſtrum meum, & naribus immittatur: Recipe cor
ticum, cucurbitæ, vitrioli, aluminis, omnium cō-
buſtorum, opij, olibani an. ʒ. 1. puluериſentur om-
nia, & cum aceto temperentur, & fac naſale de pi
lis leporis, vel de bombace, & prædictis rebus in-
D tingatur, & naribus immittatur. ¶ Aliud ad idem:
Recipe pul. thur. ʒ. 1. aloes, telarum aranea. ana ʒ.
3. terantur & diſtemperentur cum albumine oui,
parum aceti, & aquæ roſ. & elichnium ex bombi-
ce factum intingatur, & naribus immittatur, vel
pili leporis cum gummi arabico & filtro combu-
rantur in igne, & cum ſucco plantaginis, & albu
mine oui conficiantur, naſale ex bombice intin-
gatur, & naribus immittatur. ¶ Aliud elichnium
meum expertum: Recipe ſtercoris caprini, peco-
E rini, equini, aſinini, filtri, cornu cerui, omnium
combuſtorum per ſe, ana ʒ. 2. pilorum leporis cō
buſtorum ʒ. 3. maſticis, olibani, boli, gummi arabi
ci, ſanguinis draconis ana ʒ. 1. terantur omnia, &
conficiantur cum albumine oui, ſucco plantagi-
nis & modico aceti, & elichnium in his intinctū
naribus immitte: hoc enim elichnium compoſui
ex me, & ſum ipſum expertus pluribus vicibus.
Puluis etiam ex prædictis factus naribus inſuf-
flatus, ſanguinis fluxum ſtringit peroptimè. ¶ I-
F tem ſuccum vrticæ naribus immitte, valet. Item
ſuccus faſolaria bibitus reſtringit fluxum ſan-
guinis vndecunque manauerit: Item verbena,
quinqueneruia, porri & mentha terantur & cum
puluere coralli miſceantur & coquantur in vino
veteri, & in potu dentur, quia faciunt ſanguinem
ſiſtere: Item ligentur pedes ſub genubus patien-
tis, abluantur pedes, & tibiæ eius in aqua frigida:
Madefiant teſticuli in aceto: item petiæ lini in
ſucco faſolariæ, & aceto miſtæ & fronti & tempo
G ribus applicentur. ¶ Item elichnium optimum:
teratur lapis hæmatites ſupra porphirium, & du
catur cum ſucco ſanguinariæ, quouſque in ſan-
guineum vertatur colorem, & bombix in eo in-
tinctus, naribus imponatur, ipſum etiam ſuccum
patiens naribus ſugat, & attrahat, quia mirabili-

Emplaſtrum fronti.

Naſalia.

ter valet, vel intingatur bōbix in pul. rosſ. ſumach, maſti. ſang. drac. ſandal. al. & rub. cum aqua roſ. diſtemperato. ¶ Item detur in potu athanaſia, cum ſucco plantaginis, vel aqua roſ. miſta, & elichnium in his intinctum naribus immittatur, elichnium etiam in fæce atramenti intinctum, naribus impoſitum valet. ¶ Item fumus ad hoc valens: Recipe foliorum ſorbi, meſpilæ, piri, balauſtiarum, radic. ſalicis, corticis malorum granatorum, gallarum, myrrhæ, thuris, maſt. gummi arabici, dragacanthi, omnia in aqua pluuiali, vel roſarum bulliant, & patiens fumum per nares recipiat. ¶ Puluis optimus reſtringens ſanguinem, vndecunque manauerit. Recipe ſanguinis draco. ſimphiti, carabe, boli armen. ana ʒ. ʒ. lapidis hęmatitis, corallorum rubeorum, cornu cerui vſti ana ʒ. 2. puluis iſte naribus inſuffletur, cum cannello ſubtili, & dentur ex eo ʒ. 2. vel ʒ. cum apozemate ex ſucco plantaginis, & ſaccharo facto, vel cum athanaſia, vel cum aqua roſ. vel pluuiali diſtemperata, quia quemlibet fluxum ſanguinis reſtringit. ¶ Puluis alius, qui naribus inſufflat⁹ ſanguinem ſtringit, & eſt expertus per Magiſtrum meum: Accipe ſpongiam marinam bene lotam in aqua dulci, & ſiccatam: & exprime eam, ſeu infunde eā ſuper picem græcam liquefactam, deinde combu rantur in pignato nouo, puluis ex eo factus naribus inſuffletur: vel comburantur pili leporis, & filtrum cum ſanguine, qui fluit à naribus patientis, prius infuſa, & puluis hic naribus inſuffletur. ¶ Item puluis teſtarum ouorum, & antimonium pulueriſatum. ¶ Item puluis foliorum ſambuci ſupra tegulam combuſti, naribus inſufflatus ſanguinem ſtringit. ¶ Hęc ſunt, quę reſtringunt omnem ſanguinis fluxum, & etiam alios fluxus, vt ventris, hęmorrhoidum, menſtruorum, & huiuſmodi, corallus, bolus, terra ſigillata, carabe, poma cypreſſi, myrthus, acatia, gallæ, ſumach, hæmatites, plantago, ſuccus ſolatri, ſalix, gummi, draga. gummi arabicū, cinis tamariſci, balauſtiæ, hypoquiſtidos, mumia, ferrugo, virga paſto. alumen, tutia, pentaphilon, portulaca, ſanguis vaccæ, & columbæ, ſtercus aſininum, porcinum, vaccinū, equinum, caprinum, pecorinum, combuſtum vel ſiccum, cinis cornu cerui & vaccę, & pili leporis vſti, vitrum vſtum, ſpongia vſta, cortices ouorum, cinis, gypſum, argilla, ſuccus barbariæ bibitus, thus conſtringit conſolidando, hiacinthi, antimonium, atramentum vſtum, cydonia, ſem. plantaginis vſtum, corna, ſorba, meſpila, pira, mora celſi immatura, mala punica, cancer, locuſtæ marinæ, puluis conchilia. coagulum leporis, lac caprinum, & aſininum, in quo tres vel quinque lapides fluuiales igniti, vel chalybs ignitus extinguatur, caſeus, amidum, riſum, milium, glans, fabæ, ſem. papaueris, myrrha cum aceto roſa. folia cypreſſi, maſt. berberis, ſpodiū, ſan. dra. bolus, & multa alia, quæ difficile eſſet omnia numerare.

Pulueris inſufflandi.

Stringentia ſanguinem vndecunq.

ADDITIONES.

IN cura fluxus ſanguinis narium, multū valet diuerſio ad oppoſitum, cum ventoſis ſiccis ſuper hepar, ſi egreditur de dextra, vel ſuper ſplenē, ſi de ſiniſtra, & cum aqua feruenti in cruribus, & brachiis, cum fricationib⁹ aſperis factis ad infrà, & infrigidare teſticulos, & virgam, multum valet. ¶ Si fluxus ſit ex acuitate ſanguinis dentur ʒ. 2. pillularum aurearum Nicolai, & poſt purgationem ponatur medicamen conſtrictiuum ad nares: Recipe nouem al. ouorum, acetum fortiſſimum, argillam, miſce & extende ſuper pannum, & teſticulis applica in viris, & in mulieribus mā millis tepidum, reſtringit enim fluxum ſanguin. narium. ¶ Quidam in Mōtepeſſulano paſſus eſt fluxū ſanguinis narium per tres dies, & noctes: & cum feciſſem omnia, quæ credebam vtilia, non potuiſſem ſanguinem reſtringere. Quædam vetula fecit infundi pannos lineos in forti aceto, & fronti eius, & circa collum ſæpè, & ſæpius applicauit, & applicabat, & dedit ſibi mētham ad odorandum, & reſtrictus eſt. ¶ Quidam habebat fluxum ſanguinis narium cum multis remediis rationabiliter factis, curari non poterat, tādem hoc remedio curatus fuit: folia vrticæ piſtata in modum naſalis naribus fuerunt immiſſa, & fuit reſtrictus. ¶ Cum quidam pateretur, quaſi continuum fluxū ſanguinis narium, & ipſum reſtringere non poterat cum aliquo medicamine, de cōſilio cuiuſdam ſapientis viri accepit pannum, qui facit reſidentiam ſupra atramentum, vt ſcribunt ſcriptores, & combuſſit ipſum pannum ſuper teguiam bene ignitam in igne, & poſtea pulueriſabat & cum bombace in aceto intincto, naribus immiſit, & curatus fuit ſtatim. ¶ Vnguentum optimum, quod fronti & temporibus appoſitum ſtatim ſanguinem de naribus fluentem reſtringit. Recipe puluerem corticum ouorū, gypſi, ana temperentur cum albumine oui & aceto. ¶ Experimentum, quo dicit Galenus in libro ſecretorum, ſe curaſſe quendam iuuenem Romanum, cuius complexio erat decliuis ad cal. & humid. à ſuperfluo fluxu ſanguinis narium: Recipe tartari pul. papyri combuſti, corticum cucurbitę ſiccæ, atramenti ſiue vitrioli viridis, aluminis, omnium combuſtorum, vnumquodque ſolūm per ſe, olibani, opij ana ʒ. 1. fiat puluis ſubtiliſſimus ex prędictis combuſtis, omnibus miſtis ſimul elichnium aceto intinctum ex puluere prędicto intingatur, & immittatur naribus. ¶ Et accipe lutum, quod inuenitur in fundo molæ fabrorum, & bolum armenum ana, & cum albumine oui conficiantur, & ſupra frontem, & tempora emplaſtretur, & ambæ manus, & pedes, & duo adiutoria cum fortibus ligaturis ligentur, ſtringantur bene, & eius teſticuli in aceto ponantur, & ſuper ſplenem, & hepar magnæ ventoſæ ſine ſcarificatione ponantur, cum igne, & phlebotometur cephalica ex parte vnde fluit ſanguis, & embrocentur pedes cum aqua calida, vt ſanguis ad inferiora trahatur, dormiat ſupra dorſum ſuum, & fundatur ſupra faciem, & caput ſuum aqua frigida cum aceto ſæpè, & ſæpius propter prædicta reſtringendo ſanguinem vndecunque manauerit, ſecundum Galenum.

Experimentum.

COMMENTARIVS.

EIVS *teſticuli in aceto ponantur*] Ad ſiſtēdum ſanguin. è naribus prorumpentem, hic conſulit Arnal. vt in acetū teſtes immittantur. Pedes antea manusq; valide conſtringi iuſſerat, ea ratione nimirū, vt ſanguis ad inferiora reuellatur. Mirum an eiuſdem reuulſionis gratia, quod de teſtibus dicitur ſanguinis fluxui ſiſtendo cōpetat. Sed acetum tamen (vt paulò antè monuimus) non attrahendi ſed repellendi vim obtinet. Niſi fortè dicas teſtium calore

lore corpus vniuersum,potissimumque sanguinem inca lescere,qui calor testibus aceto refrigeratis infringatur.

De Polypo, Cap. XXXVII.



VM in naribus plerumque accidat ægritudo quædam,quæ polypus ab autoribus appellatur: & etiam quibusdam fœteāt nares, & in naribus aliquorum quædam pustulæ generētur,de omnibus his videamꝰ, sed primò de Polypo. ¶ Polypus itaque ægritudo nariū est ad similitudinem cuiusdam marini piscis, qui etiam polypus nominatur, vnde dicta est,polypꝰ est piscis & est affectus narium. ¶ Polypus itaq; ægritudo plurimos emittit ramos ꝑ nares, qui si sint rubri,molles & bene tractabiles, tūc curabilis est polypus:si verò sint duri,nigri & patiēs melācholicus, malè tractabiles, tūc incurabilis hęc passio existit. ¶Et scias quòd polypus semper fit quasi à frigido humore,raròaut nunquā ex calido. ¶Primò igitur in via curationis polypi subtrahāt omnia indigestibilia & melancholiam generātia: vt sunt caules,caseus,cæpæ,fabę, carnes bouinæ,leporinæ,caprinæ & huiusmodi. Collocetur patiēs in aere mediocriter calido, quoniam aer frigidus hāc passionem & alias passiones frigidas cerebri inducere consueuit. ¶Dicit Gal.in arte,quòd habentes cerebrum frigidum consumuntur catarrhis,brāchis,coryzis,tussi & huiusmodi. ¶ Fit.n. vtplurimū ipse polypꝰ, vt dixi,ex humore rheumatico descendente ad nares, qui ibi condensatur & facit polypum. ¶Purgatur caput cum pill. cochiis vel de quinq; generibus, vel diacastoreis, hierapicra Gal.vel cum hieralogodiō. Detur hierapicra Gal.laxatiua cum aqua in qua decoq.ʒ.3. agarici & ʒ.2.gentianę,detur de ʒ.in ʒ.℥.quart.hieræpicræ Gal. simpl.cum vino calido lymphato: post purgationē sequēti die detur hierapicra vesperi aurea vel musa vel diaolibanū & similia cū vino calido,postea ad localia accedamus. Vinum album cum radice arnoglossæ ad pondus ʒ.4.ex coq.de quo vino tepidè lauētur nares:deinde radix lilij bene mundata & abrasa naribus imponatur,& hoc plurib. vicibus fiat. Vel nasale de malo terrę oleo intinctum,vel de radice borraginis vel buglossæ cum oleo vel axungia gallinæ inuncta narib.impone. ¶Itē si teratur chelidonia & radix lapatij & optimè coquātur in sero pecorino,suppositoriū ex his formetur & naribus immittatur, mirabiliter destruit polypum. Experimentū Magistri mei ad curandū polypum de facili: primò mundificetur cerebrū cum aliquib. conuenientibus,vt sunt pil.coch.& aliqua supradicta,pòst vētosa sine scarificatione in fontinella colli ponatʳ. Pòst R.olibani,myrrhæ,ros.pentaphyl.an.pulueriséntur & cū forti aceto simul diu ducātur & despumētur:deinde omnia ponātur in ollam nouā angusti orificij,quod cum creta vel pasta optimè obtureť & in furnū calidū,ex quo panis fuit extractus,ponatur & sic ꝑ totā noctē maneat,mane verò ollā ipsam accipe & qđ in ipso inueneris tolle & puluerisa & cū vino albo optimo cōmisce. Eo qa ꝑ certo polypū in breui curat. ¶ Puluis alius Magistri mei ad polypū optimꝰ:R.cinnam.pyrethri an.ʒ.3.cymini,castorei,piperis an.ʒ.1.& ṡ.fiat pul.& narib. insuffletur. ¶Pul.alius ad superfluā carnē corrodendam & ad polypum destruendū & consumendum expertus:R.Laureolam vel auream Alexandrinam vel diaolibanum & similia cū vino decoctionis olibani sumant. ¶Quandoq; ʒ.gran.thuris albi.Itē attrahat sæpè patiens aquā calidam,vt humores interius inuiscati dissoluantur & educantur. Quòd si sic educi nō possint,nasale factum ex malo terræ narib.imponatur:deinde humores extrahātur sic dissoluti,& tūc facilꝰ poterūt educi.Itē vētosæ cū scarificatione in occipitio apponātur.Pustulæ verò nariū liquētur cū vnguēto superiꝰ scripto qđ fit ex cerusa, lithargiro, vel etiā cū vnguēto alio albo in ca.de oculorū passionib.scripto:vel cū oleo ros.vel cū quibuslibet aliis,q̃ in cap.de gutta ros.& pustulis faciei describūtur. Vel inūgātur ꝑdictæ pustulæ cum illo vnguēto:R.teneritatū rubi,bedegar, summitatū sambuci an.M.1.hæc omnia subtiliter terantur & cū olei veteris ℔.1.bulliāt,sic qđ solūmodo tertia pars olei remaneat, deinde colētur & ꝑdicto oleo addatur cerę liquefactę alb.℥.s.thuris, mast. pul. an.ʒ.1.cerusę,lithargiri an.ʒ.quar.p.fiat vnguētū.

De Panis & Lentiginibus faciei, Cap. XXXVIII.



VLIERES multæ sunt quę appetunt faciem suam miro modo ornare & pulcerrimam facere. Quibusdam etiam mulieribus apparet post partum quidā panus supra faciem,qui facit eas turpes valde. Quibusdam etiam hominibus & etiam mulierib. deturpatur facies propter lētigines ibi natas,q̃ fiūt ex san.ebullitione vel humore melācholico. Quibusdā verò ꝑ solis ardorē facies deturpatur. Quibusdā mulierib.facies deturpatʳ ꝓpter mēstruorū retētionē. Si igitur facies fuerit deturpata & lētigines & maculæ in ea causatę fuerint ꝓpter fumū incēsi sang. primò fiat minutio de cephalica, & mundificetur sang.cū aqua decoct. quæ sang. mūdificat. Et si humor melancholicꝰ in causa fuerit similiter euacuetʳ, vt in cap. de dolore capitis ex melācholia diximꝰ. Si ꝓpter menstruorū retētionē fuerit,menstrua prouocētur,vt in suo dicetur cap.deinde ad particularia accedendū. ¶ Vnguentū ꝓbatū ad lentiginē & panum faciei & ad dealbandā faciē, & ad mūdificandā ab omni sorde:R.succi ireos,succi cucum.agrestis,succi brioniæ an.℔.1.mellis despumati ℥.5. armoniaci albi ℥.3.capitelli fortissimi ℔.1. bulliant hęc omnia simul vsq; ad succorum consumtionem,& cùm ferè coctum fuerit fel bouinum adde, & puluerem hunc superasperge:R.ossis sepiæ,zing.hermoda. aristoloch.ro.lēticulę,boracis,ammoniaci,cristalli,draga.sem.sinapi albi,omniū pulu.an.℥. quart. part.fiat vnguentū,quo facies vesperi inungatur, quia potentissimū est ad omnia supradicta,prius tamen debet lauari facies cum aq.ros. ¶Aliud expertum ad panum faciei & faciem clarificandam: Accipe cæpam al.& tere eam optimè & cum melle despumato fac eam bullire, depone tunc ab igne:& pul.hūc superasperge:R.zing.ossis sepiæ, cristalli,boracis an.℥.quart. part.hæc omnia puluerisata addātur,& vtere. ¶Item leue experimentum ad omnia supradicta & specialiter ad panum faciei: Intret mulier balneum, & statim accipe

mel cũ borace mixtũ & osse sepiæ an. & in aliqua
testa cõmoue diu & faciẽ vnge. ¶ Aliud cõtra pa-
nũ faciei & lentigines & cõtra omnia p̃dicta: Ac-
cipe tart. de vino albo & inuolue ipsum in stupá
canabinam & sub cinere calido ita inuolutam per
noctem totam dimitte, mane verò ipsum tere &
mel despumatũ admisce & vsui reserua. ¶ Aliud
expertũ ad lentigines & sordes, q̃ in facie nascun
tur: oua integra in acetum fortissimũ infunde, &
tàm diu ea ibidem dimitte, donec ampullæ fiant:
deinde pul. sinapi subtilissimè tritũ admisce & cũ
eis inunge loca. ¶ Oleum etiam frumenti, qđ ar-
tificiosè fit, cũ frumenti grana inter duo ferramẽ-
ta fortiter stringuntur, miro modo valet ad p̃di-
cta. ¶ Aliud ad omnia prædicta: R. Armo. mast &
ceræ alb. an. & cum oleo veteri liquefac & desup
argentum viuũ cum sputo extinctum appone &
vtere. ¶ Aliud expertũ: malum in medio excaua,
& quod inde extrahis tere & exprime, & cũ mel-
le, aloe, armo. & osse sepiæ commisce, & in prædi-
ctum malum impone, super prunas bullire fac &
vsui inũgẽdo loca sordida reserua. ¶ Et huiusmo-
di vnguẽto debet inũgi præcedẽte prius balneo,
vel frictione manus & fomẽtatione, vt in cap. de
gutta rosf. dicemus. ¶ Vnguentum ad faciem deal
bandam, clarificandam, & rubrificandam: R. me-
dullæ vituli ℥. 2. olei ros. muscellini ana ℥. 2. pin-
guedinis gallinæ ℥. 1. corticis sambuci ℥. 1. adde ce
russæ ℥. 1. s. & inunge faciem. ¶ Itẽ ad faciem clari
ficandam & maculas tollendas de facie: illinatur
facies cum sang. tauri calido. Succus ireos inũct⁹
idem operatur, sed caue ne intret oculos. ¶ Item
ad faciem dealbandam & clarificandam, cerusam
in aqua distempera & cum panno subtili & claro
cola & per mensem ad solem sine, mouendo de ʒ.
in ʒ. diem, deinde aquá ros. admisce & pul. marga-
rit. cristalli, storacis & cáphoræ, & super marmor
album vel supra porphidum subtiliter terátur, &
pòst cum aqua ros. distẽpera & cum panno lineo
subtili ad solem cooperiatur: & cùm vis vti, distẽ-
pera parum ex hoc pul. cum aqua ros. vel axũgia
ceruina vel gallina liquefacta, si volueris facere
vnguentum, & vnge faciem cum lectum intras, &
hoc valet etiam ad faciẽ à sole exasperatam. ¶ A-
liud ad faciem vltra modũ propter solem distem
peratá & ad ipsam dealbandá: seuũ ceruinũ in a-
qua bullire fac, & ipsam in aliá aquà cola, & colli-
ge cum manibus cui adde pul. boracis, cristalli,
cerusæ an. & vsui reserua. Aliud ad faciẽ dealban-
dam & ad pilos de facie tollẽdos, calcẽ viuá in a-
qua in modum cerussæ supradictæ per mensem
ad solem tene, deinde mel despumatum admisce,
& vesperi faciem inunge & caue ne oculos tágas.
Mane verò faciẽ cum aqua calida ablue. ¶ Aliud
ad cutẽ subtiliandá & dealbandam & ad maculas
nigras remouendas: R. farinæ lupinorum part. ʒ.
farinæ fabarum part. ʒ. farinæ hordei part. 1. fari-
næ lentium & amidi part. 1. sem. raphani, gummi
dragacanthi an. part. s. sem. cicu. part. 2. omnia
puluer. & de hoc pul parum confice cum lacte
mulieris vel cum aq. ros. vel communi & inunge
faciem per noctem: mane verò cum aqua decoct.
viol. & sem. cicu. contritorum faciem ablue. Tro-
chisci valentes ad cutem subtiliandam & ad faciẽ
dealbandam: R. farinæ fabarum, semulæ, boracis
an. ʒ. 4. croci ʒ. 1. confice cum decoctione sem. fœ-

nugræci, furfu. & hordei & trochis. informa & in
vmbra exsiccentur, cum opus fuerit dissolue v-
num ex eis cum aqua rosacea vel communi & fa-
ciem inunge. ¶ Aliud forte ad omnia supradicta:
Rec. farinæ lupinorum amarorum, rad. cannæ,
rad. lilij cœlestis, amidi, farinæ orobi, an. ℥. 1. costi,
myrrhę, aristo. ro. an. ℥. s. confice cum col. furfu-
ris & per noctem pone supra faciem, mane verò
cum aqua calida ablue faciem. ¶ Aliud probatũ:
R. tegularum veterum tritarum, foliorum vel flo
rum squinanti arboris ana ℥. 8. rad. lilij cœlestis,
gummi arab. ana ʒ. 12. confice cum aqua furfu. co-
lata & trochisci informentur, quos cum aqua ro-
sacea, vel cum communi distempera & per noctẽ
supra faciem vnge: mane verò cum tepida ablue.
¶ Aliud faciens faciem rubicundam vt rosam.
Recipe farinę lupin. cicerum an. part. 8. farinæ tri
tici part. 1. confice cũ alb. oui & trochis. fiãt, quos
in vmbra siccabis, & quando vis operari, distẽpe-
ra vnũ ex eis cũ aq. tepida vel cũ aq. simplici, & fa-
ciem vnge, & sic per tres horas maneat, deinde cũ
aq. frig. laua faciem. ¶ Aliud ad idẽ: Accipe aquá
furfuris cocti colatá & spissam vt syrup. & immit
te in eam pulpá melonis in eadem quãtitate, ita
qđ cooperiatur ea, manu malaxa, adde baurac
quantũ est quinta pars melonis pulpę, & dimitte
in sole quousq; exsiccentur: deinde puluerisa &
cum aq. ros. vel cõmuni commisce, & vesperi fa-
ciem eo vnge: mane verò laua cum aq. frig. Aliud
cutẽ faciei colorans & maculas nigras abstergẽs:
R. scoriæ argẽti, auri an. ʒ 1. auripig. rub. aur. s. cõ-
fice cũ aq. ros. & addito pul. ossium veterũ & pul
pa melonis, vtere. Aliud probatũ pluribus vicib.
quod mirabiliter faciẽ dealbat & panum faciei, p
certo tollit: Accipe armoniacũ album & puluer.
cum aqua ros. vel communi in vas mundum po-
natur & ponatur ad solem per duos dies vel tres,
pòst cum illa aqua vesperi faciem laua, mane ve-
rò cum aqua calida faciem lauabis, & hoc faç plu
ries, quia mirabilẽ videbis effectum. Aliud albifi-
cans faciẽ & rubedinẽ inducẽs & multũ durat:
R. farinæ fabarũ ʒ. 12. amyg. dul. ʒ. 10. farinæ tric.
ʒ. 15. ster. passerũ ʒ 10. farinæ lupinorũ ʒ. 6. cõfice
cũ aq. deco. furf. cola & p noctẽ supra faciem po-
ne: mane verò cũ aq. deco. viol. vel chamo. faciem
ablue. Aliud ad idẽ: R. trit. sem. cucur an. tere cũ
pulpa melonis & addito pauco croco & myrrha
trochis. informa quibus vtaris vt suprà. ¶ Aliud
optimum ad grossitiem cutis, faciei & manuum:
Recipe pinguedinis hirci ℔. 1. medullæ ceruinæ
ʒ. 10. vitell. ouorum numero octo. myrrhæ ʒ. 1.
liquefiat pinguedo cum oleo violaceo & cera, &
additis prædictis fiat vnguentum & vtere. ¶ Et
nota quòd quando prædicta cura fit, vt si vnguẽ-
ta apponũtur, prius debet præcedere balneum, si
fieri potest & in balneum debent poni salices,
pręcedente etiam prius frictione loci, sic vt locus
prius rubeat, vel saltem debet locus prius cum
aqua calida lauari & pòst fricari & pòst invngi.

De Pustulis faciei, Cap. XXXIX.

QVIDAM sunt homines habentes in
facie pustulas rubeas, & facies eorum
est in tantum præter naturam rubea, i-
ta vt videantur esse leprosi. ¶ Quidam
verò habent faciem totam plenam carbunculis:
quidam

quidam habẽt faciem plenam ſcrophulis, & cer-
tè iſti de facili quandoque fiunt leproſi. ¶ Acce-
dit enim hæc paſsio iſtis, qui plurimùm vino for-
ti inebriantur, & comedunt quotidie cibos acres,
vt alliatos, piperatos, ſalſos, & aliis mordicatio-
ne præditis. ¶ Curetur itaque hoc, modò viri-
bus & ætate permittentibus fiat minutio de ce-
phalica brachij vel de ambabus venis capitis am
barum manuum. ¶ Poſt accipiant pro digeſtione
oxyſacch. ſyrup. viol. & ſyrupũ de fumoterræ de
quolibet iſtorum ana vnciam ſemis. in æſtate cũ
frigida: in hyeme cum tepida. ¶ Digeſta materia
cum iſta decoctione purgetur: Recipe capil. Ve.
hepat. ſcolopend. ana M. vnum. violarũ, florum
borrag. ana ℥. s. polipodij quer. recentis ℥. 1. ſem.
fœnicul. ℥. quartam partem. ſem. cõ. ℥. 1. ſem. ſca-
riolæ, portulacæ, lactucæ ana ℥. quartam partem.
radic. apij & ſcariolæ ana manipulum vnum. pru
na Dama. numero viginti quinque. iuiub. nume
ro quindecim. ſebeſten numero decem. hæc om-
nia in ſ. q. aquæ bulliant, colentur & col. addatur
catarthici Imp. ℥. s. pulpæ caſsiæ fiſtul. ℥. 1. hieræ
Rufi ℥. 8. ſucci roſ. ſimplic. ʒ. 5. col. omnia, &
col. tepidè in aurora propinetur. ¶ Vel purgetur
cum pill. de 5. generibus. vel cum pil. de rheubar.
vel cum pill. de fumoterræ, vel cum cocchiis vel
cum aureis & ſimilibus. ¶ Sequenti die fiat ſtuffa
hoc modo: Recipe abſynthij, mal. parietariæ,
brancæ vrſinæ, palearũ hordei, auenę, chamom.
ana manipulum. decoquantur & fiat balneum.
In exitu ſtuffæ, detur patienti cum tepida rubeæ
trochiſcatæ ʒ. 3. theriacæ bonæ ʒ. 1. ¶ Alio verò die
fiat phlebotomia venę, quæ eſt in ſummitate na-
ſi, vel venæ ſub lingua ſtringendo parum collum
cum fuſcia. ¶ Item vtatur diaborrag. bis in die ſc.
mane & veſperi: ventoſæ etiam cum ſcarificatio-
ne de tertio in tertium diem apponantur collo.
¶ Quod ſi ſtuffam commodè intrare non pote-
rit, fomentetur ſolummodo facies eius cum præ-
dictis herbis decoctis, vel abſynthij. teneritatum
ebuli vel ſambuci ana manipulum vnum. cineris
partem vnam. decoquantur & fumum in faciem
recipiat, quouſque ſudet, pòſt tergatur facies e-
ius bene cum panno lineo, & hoc vnguento vn-
gatur, quod optimum eſt ad guttam ro. ruborem
faciei & etiam ad lepram: Recipe ſeui hircini &
caprini, ouorum crudorum triduo in forti ace-
to cõſeruatorum, auripigmen. ſulphur. vtriuſq;,
ſalis gemmæ ana ℥. 2. olei ℔. 2. ceræ ℥. 3. ceruſæ ℥.
s. axungiæ anſeris, gallinæ, anatis ana ℥. quartam
partem. piſtanda piſtentur, & liquefienda lique-
fiant, omnibus ſimul mixtis puluis ſequens ſu-
peraddatur: Recipe vtriuſque helleb. calcis viuæ
ana ʒ. s. oſsis ſepiæ, ſpumæ marinæ, belliculi ma-
rini, ſarcocollæ, entali & dentali, lithargirij ana ʒ.
ſemis. fiat vnguentum, vtere eo & inunge faciem.
¶ Vnguentum aliud probatum quod habui à
domino Gallico ſocio meo: Recipe axungiæ
porci maſculi quantum videtur, quam pone in
acetum fortiſsimum per tres dies & totidem no-
ctes, quolibet die renouando acetum, pòſt acci-
pe de ſulphure viridi crudo, quod nondum eſt
pulueriſatum, ſed adhuc eſt in lapide, vt venit de
monte, parum minus quàm ſit de axungia, & de
calce viua parum minus, quàm ſit de ſulphure:
ſulphur optimè teratur & liquefacta axungia p̃-

dicta optimè ſimul miſceâtur, & fiat ex eis omni
bus vnguentum, quod per ſetaceum coletur &
colatum in aceto conſerua, de quo omni ſero fa-
ciem inunge: mane verò cum panno ſubtili & al-
bo facies tergatur, & non lauetur niſi duabus ho-
ris elapſis: probatum eſt quòd in breui omnia
prædicta remouet. ¶ Vnguentum quod valet
ad guttam roſ. ſecundum Magiſtrum meum,
carbunculos faciei, impetiginem, ſerpiginem, len
tiginem, ruborem faciei à ſole vel alio modo in-
ductam, pruritum faciei & vertiginem etiam tol
lit: Recipe antimonij ℥. 2. s. ſalis gemmæ ſalſæ &
dulcis vnciam ſemis. aluminis de morocho ʒ.
2. camphoræ, aluminis zuccharini ana ℥. 1. armo.
℥. s. corallor. alb. ʒ. 2. viridis æris ʒ. 1. arſenici ʒ. 1. s.
argenti viui cum ſaliua extincti drachmam vná.
boracis ʒ. 1. & s. ceræ albæ ℥. 1. olei ſambucini ℥. 3.
omnia pulueriſentur excepto oleo & cera, quę li-
quefiant ſimul, & pul. ex ſupradictis factus adda-
tur, & fiat vnguentum, vngatur facies patientis
præcedente prius balneo vel fomento prædicto,
& præcedente lotione faciei cum aqua decoctio-
nis furfuris & ſapone, abſterſa facie inungatur &
per noctem ſic quieſcat, magis operabitur hoc
vnguentum ſi per duos vel tres dies remaneat in
facie, quod non lauetur facies, & tunc cum fotu
lauetur, fac fotum cum herbis ſupraſcriptis vel
cum aqua ſimplici intantum, quòd ſudor egre-
diatur à facie, & ſic vnguentum cum ſudore mi-
xtum digitis ſuauiter abſtergatur à facie, hoc rei-
teretur pluribus vicibus, quouſque patiens ſit li-
beratus, quia in omnibus prædictis cauſis eſt ex-
pertum à Magiſtro meo. ¶ Et ſcias quod prædi-
cto vnguento non debemus vti, niſi prius quie-
ſcat ad minus per dies quindecim & quantò ma-
gis inueteraſcit, tantò melius eſt. ¶ Et ſi indure-
ſcat, permiſce parum olei ſambucini, vt liquefiat
vel remolliatur: poteſt etiam liquefieri cum oleo
amygd. vel cum lacte earum, ſed non eſt ita bo-
num, ſicut oleum ſambucinum. ¶ Vnguentum
aliud ad guttam ros. puſtulas & ruborem faciei:
Recipe amidi, colophoniæ ana ℥. 1. cimarum te-
nerrimarum ſambuci & rubi ana manipulum ſe-
mis. thuris, maſticis ana ʒ. 2. terantur omnia &
bull. cum oleo roſaceo & cera, fiat vnguentum &
inungatur locus præcedente balneo vel fomen-
to prædicto. ¶ Vnguentum etiam album opti-
mum ad prædicta eſt. ¶ Vnguentum aliud ad i-
dem: Recipe thuris, maſticis, amidi, florum bor-
ragin. ceruſæ ana ʒ. 2. camphoræ ʒ. s. argenti viui
cum ſaluia extincti ℈. 1. conficiantur cum axun-
gia porcina vetuſta & addatur vltimò parum de
lapide, qui reperitur in hepate canũ, & parum de
oleo amygd. amararum, olei roſati & ceræ, quan
tũ ſufficit. ¶ Aliud ad prædicta: R. ſucci arthemi
ſiæ, lapatij, foliorũ lauri, abſinthij, ariſtoloch. ana
ʒ. 2. foliorũ lauri & ariſto. piſtẽtur & in prædictis
ſuccis bulliãt, quouſque ſolùm tertia pars ſucco
rum remaneat & tũc adde picem liquidam & vſ-
que ad ſucci conſumtionem decoq. adde vitis al-
bæ piſtatæ, olei nucum, fuliginis an. ʒ. 1. facies pu-
ſtulata vel præter modum rubra hoc vnguento
inungatur, prius fomentata cum prędicto fomẽ-
to, vel ſaltem cum aqua decoct. furfur. & ſic re-
maneat per tres vel quatuor horas, pòſt parum
ceruſæ reſoluatur in aqua, & cum ea aqua faciem

lauet,&erit pulcra &clara. ¶Aliud bene ad pustu-
las, faciei maculas & variolas delendas. Recipe
mellis despumati vncias sex. adde lactis ficuum
& succi mali terræ ana ℥. 2. bulliant hæc in malo
terræ concauo super prunas, adde, cùm parum
bullierit, puluerem hunc: Recipe tartari, vini al-
bi, sinapis albi, tritorum ana drachmas duas. &
inunge loca. ¶Aliud vnguentum ad faciem præ-
ter modum rubeam & etiam ad faciem leprosi:
Recipe succi chelidoniæ, brioniæ, serpentinæ, la-
patij acuti, mali terræ, de omnibus istis succis an.
vncias duas. arsenici, lithargiri, euphorb. pyre-
thri, hellebori albi, amidi, coralli albi & rubri a-
na ʒ. 1. s. confice cum oleo rosaceo & cera alb.
quantum sufficit, & inunge faciem, vt suprà.

¶ Aliud quod delet ruborem faciei, pustulas
rubras ex phlegmate salso, & serpiginem ex cho-
lera factam: Recipe masticis, olibani ana ʒ. 2. aloes
ʒ. quatuor. auripigmenti drachmas sex. axungiæ
veteris ʒ. 8. pistentur & conficiantur simul om-
nia & vtere vt suprà. ¶ Aliud expertum ad om-
nia supradicta: Recipe ramos persici & eos minu
tissimè incide, in ollam nouam pone, superpone
tartarum tritum & supra tartarum appone auri-
pigmentũ & iterum ramos persici supra auripi-
gmentũ post tartarum, & iterum auripigmentũ,
sic vnum supra aliud pone cum manibꝰ optimè,
donec tota olla sit plena, post ipsam ollã cum lu-
to magisterij, vel cum pasta optimè obtura, ne ex
spirare possit, in furnũ ponatur, quãdo panis im-
ponitur, stet ibi donec panis à furno fuerit extra-
ctus, tunc accipiatur ipsa olla & in locũ frigidum
& humidũ ponatur, stet ibi ꝑ dies tres vel duos,
vel solũ per diẽ & noctẽ, & tũc aperiatur, & quod
inueneris puluerisa, adde huic parũ camphoræ,
boracis, mellis despumati, omnia simul cõfice &
vtere. ¶Aliud probatũ ad omnia prædicta: Mẽse
Maio collige amarucas & eas in olla dimitte per
tres dies, quarta verò die eas cum corticibus suis
optimè tere, & cũ melle despumato albo eas bul-
lire fac optimè: deinde per setaceum colentur &
colaturæ adde semen sinapis, puluerisatum bo-
racem & vtere vt suprà, adde etiam modicum cã-
phoræ & zingiberis. ¶Itẽ aloes cum succo lapatij
acuti vel cum succo absynthij distemp. & inuncta
facies eo pustulas & ruborem delet. ¶ Itẽ aloes &
tartarũ cum melle albo & succo lapatij distempe
ratum pustulas & ruborem faciei tollit, si inunga
tur ea, fomentationibus prius factis & obseruatis
istis quæ dicta sunt suprà. ¶Et caueant isti à vino
forti à cibis piperatis, alliatis & huiusmodi acri-
bus similibus: vtantur cibariis, quæ bonum san-
guinem gignunt, & quę boni nutrimenti sint, vt
in pluribus capitulis suprascriptum inuenies.

De Impetigine, Cap. XL.



T quia in facie quandoque fiunt ser-
pigo & impetigo & etiam morphæa
alba vel nigra, licet quandoque alias
partes corporis occupent, tamen in
facie magis sunt manifestæ, propter-
ea hoc loco de eis agamus. ¶ Primò igitur si hu-
mor fuerit in causa in serpigine & impetigine di-
geratur & purgetur vt in præcedenti capit. dictũ
est, deinde ad remedia particularia deueniendũ.
¶ Vnguẽtum ad serpiginem vel impetiginem o-
ptimum: R. aloes succotrini, cineris testarũ ouo-
rum combustarũ, ana omnia trita cum melle cõ-
ficiantur, hoc vnguento loca prius lota cum vi-
no albo decoctionis fœn. calido & cum manu for
titer fricata, inunge per noctẽ & hoc pluries fiat.
¶ Aliud ad idem probatum & ad scabiem & ad
omnes corporis superfluitates: R. Lithargiri, a-
lum. argenti viui an. ʒ. s. rosʃ. cerusæ an. ʒ. 1. cineris
lentisci, calamẽthi an. ʒ. s. hæc omnia puluerisata
cum succo menthæ distemperentur & coquant
cum oleo rosʃ. ad consumtionẽ ʒ. s. partis & vtere
eo, probatum est. ¶Syrupus Magistri mei ad ser-
piginem, impetiginẽ & scabiem optimus: R. suc-
ci lapatij, senæ, polipodij an. ℥. 2. tartari, thymi, e-
pithymi ℥. 1. s. hæc omnia terãtur & commisceãn
tur cum ℔. 2. aceti fortissimi, & per duos dies ibi
maneant, postea adde ℔. 2. aq. ℥. 1. s. viol. prunorũ
num. 40. hæc omnia coquantur vsq; ad aquæ cõ-
sumtionem & col. adde mellis ℔. 12. postea acci-
pe succi serpentariæ, lapatij acuti, chelidoniæ, sca
biosæ, baurac, acetosæ, cicho. lactucę, solatri, fumi
terræ an. ℔. 1. & coq. vsq; ad spissitudinem, & de-
tur, de eo ℥. 2. cum calida de ȝ. in ȝ. diem, quia mira
biliter valet ad prędicta per viam purgationis hu
moris nociui. ¶ Oleum frumenti inunctum valet
ad serpiginem & impetiginem, quod fit hoc mo-
do: Accipe frumentum & pone ipsum super incu
dem fabri & desuper pone ferrum calidissimum
quod sit latum & fortiter ipsum comprime super
ipsum granum, & sic inde manabit oleum, quod
inunctum valet ad prædicta, & etiam ad phle-
gma salsum. ¶ Item oleum quod fit de ligno cor-
nu artificiose hoc modo: Accipiantur trunci i-
psius ligni, & inuoluantur stuppis, ponantur sub
prunis ardentib. & stuppa sit infusa & ligna cor-
nu sint viridia, vel quasi, & sic diu stẽt, post remo-
ue ea & videbis sub ipsis trũcis guttare quasdem
guttas in modũ olei, quib. si inũgãtur serpigines
& impetigines pro certo curant. Aliud Magistri
mei: R. succi asphodelorũ, succi lapatij acuti, la-
ctis fici an. ℥. 2. pul. tart. auripig. vitrioli, fuliginis,
alũ. sulph. viui an. ℥. 1. omnia puluerisʃ. cũ ꝓdictis
succis cõficiãtur, & loca priꝰ lota cũ aqua cal. &
cũ manu fortiter fricata inũge, ꝓbatũ est. ¶Aliud
ꝓbatũ ad omnia supradicta. R. rad. asphod. brio-
niæ, chelid. cuc. agrest. flãmulæ an. extrahe ex his
omnib. suc. adde tert. p. omniũ ꝓdictorũ succor.
de optimo aceto & fortissimo, omnia simul bul-
liãt vsq; ad ipsiꝰ aceti cõsumtionẽ: demùm adde
lithargiri optimè puluerisʃ. olei laurini q. s. & mo-
dicũ argẽti viui cũ sputo extincti. ¶Aliud vnguẽ-
tũ ad omnia ꝓdicta: fricetꝰ locꝰ optimè cũ panno
aspero sic vt sang. inde exeat, deinde puluis factꝰ
de pane germano superaspargatur. ¶Itẽ inungatꝰ
serpigo & impetigo hoc vnguẽto: R. pip. sem. sina
pi puluerisatorum an. ℥. s. fuliginis, saponis an. ℥
quart. omnia subtilissimè puluerisata cum aceto
forti cõmisce & loca inũge, probatũ est. ¶ Aliud
ad idẽ. R. succi chelid. succi lapatij acuti, succi fu
miterrę, sulphu. viui an. ℥. s. olei & ceræ q. s. fiat vn
guẽtũ, quo loca priꝰ lota & fortiter fricata inũge.
¶Aliud ad idẽ: R. amurcę olei. vitel. ouorũ an. om
nia simul bullire fac & vtere inũgẽdo. ¶Aliud ad
idẽ ꝓbatũ & ad suborẽ faciei. R. aloes, tartari, auri
pig. an. omnia tere & cũ sapone & succo lapatij cõ
fice & vtere inungendo. ¶ R. rad. lapatij, tere &
frica super serpiginem & impetiginem, mirabi-
liter

liter operatur. ¶ Aliud ad idem & ad omnem maculam corporis: Folia gladioli cõbuſta & cinis eorum cum melle deſpumato & raſura caldarij & pumice tritus & cum oſſe ſæpiæ, mixta omnia ſimul, valent ad omnia prædicta. ¶ Aliud ad prædicta: Rec. tartari, vini albi, plumbi vſti, fuliginis, pyrethri, omnium pulueriſatorum an. conficiantur cum ſucco ciclaminis & oleo com. q. ſ. & inungatur impetigo ſeu ſerpigo hoc vnguento & ſic per dies quatuor ſtet, & non lauet ſe, poſtea balneet ſe, vel ſaltem cum aqua calida ſe lauet, & hoc pluries faciat. ¶ Item ſapo cum auripig. & ſucco chelidoniæ cõmixtus & linitus, valet ad ꝑdicta.

De Morphea, Cap. XLI.

QVIA in facie naſcũtur morpheę, vt etiã in aliis partibus corporis, in facie tamen magis, quę cognoſcuntur, quia viſui magis apparẽt, & nos in hoc libro noſtro primo intendimus de ęgritudinibus, quæ fiũt in capite & in facie, tractare, ideo de morphea hîc dicemus. Morphea igit̃ duplex eſt, vna alba, alia nigra, qđ manifeſtè ꝑ viſum diſtinguimus. Morphearũ alia curabilis: alia incurabilis, ſiue difficilis curatiõis. ¶ Signũ verò curabilis morpheę eſt hoc: pũgatur acu, ſi ſanguis viuus emanauerit, curabilis eſt: ſi verò quaſi aqua alb. vel nigra exiuerit incurabilis ſiue difficilis curationis eſt. ¶ Cũ ergo vtraq; morphea, ſerpigo, ſcabies & etiã lepra nõ poſsint perfectè curari, niſi priꝰ fiat vniuerſalis purgatio, ꝓpterea purgetur infirmus bis vel ter infra ſpaciũ vnius vel duorũ menſiũ, ſi fuerit neceſſe, hoc modo: Syrupus Magiſtri mei ad morpheam albam: Rec. ſucci borrag. depurati ℔. 4. ſucci fumiterræ ℔. 2. ſucci ſcabiolæ & bugloſſæ an. ʒ. 1. omnes iſti ſucci depurentur, & in aqua bulliant pruna Damaſc. 40. num. rad. ebuli, lapatij acuti an. ℥. 3. rad. aſphod. polypod. an. ℥. 1. terantur iſtæ rad. & bull. in aqua quouſq; aqua ferè ſit cõſumta, poſtea colentur, & colaturæ, & prædictis ſuccis depuratis adde ſacch. q. ſ. & fiat ſyrupus, de quo des ℥. 2. cum calida. ¶ Digeſta materia purgetur dãdo 7. pillulas ſine quibus eſſe nolo: vel purgetur cum pillulis iſtis: Rec. epithymi ʒ. 10. polypodij, agar. an. ʒ. 5. hellebori nigri, ſalis indi an. ʒ. 2. s. ſtœchad. ʒ. 3. & s. pul. picræ ʒ. 7. s. conficiantur cum ſucco abſynthij & ſumat ex eis ʒ. 3. digeſta materia priꝰ cum ſyrupo prædicto. ¶ Ad morpheã nigrã fiat ſyrupus talis: Rec. epithymi ℥. 1. rad. bugloſſ. ℥. 2. florum borrag. & bugloſ. an. ℥. s. capil. Ven. lupul. an. M. s. rad. fœniculi, apij, aſparagi & bruſci ana ℥. 1. paſſul. ſine nucleis ℥. 1. s. iuiub ſebeſten. an. numero 25. ſem. com. ℥. 2. rad. prædictæ iaceant in aceto per diem & noctẽ põſt cum prædicto aceto coquãtur & aq. ana vſque quo tantùm vna tertia pars remaneat, colẽtur, addito ſacch. fiat ſyrupꝰ, de quo ℥. 1. s. quolibet mane cum calida ſumat quouſq; materia ſit digeſta, & tũc purgetur cum 17. vel cũ 19. pill. de 5. generibus, vel cũ pill. de lapide lazuli, quas in capitulo de quartana dicam. ¶ Syrupus laxatiuus valens in vtraq; morphea & eſt etiam optimus ad lepram & ad omnes infectiones ſiue puſtulas, quæ in corpore naſcuntur: Re. ſucci ſcabioſæ ℔. 2. ſucci borrag. bugloſſ. ſucci aſphodel. omnium depuratorum an. ℔. 1. ſpatulæ fœtidæ, polipod. an. ℔. 5. eſulæ ℥. 3. agarici ℥. 2. euphor. ʒ. 1 prædicta terantur in 10. ℔. aq. bulliãt ad tertiæ partis conſumtionẽ additis prędictis ſuccis depuratis, ſacch. & mellis q. s. fiat ſyrupꝰ, de quo des ℥. 2. vel 3. cũ calida veſperi cũ intrat lectũ ſemel vel bis in ſeptimana prout videbitur expedire: multa enim relinquũtur arbitrio Medici quæ literis denotare non poſſumus. Purgatis itaq; huiuſmodi patiẽtis morpheam, ſecundum quod pluries videbitur expedire, ad particularia intendamus. ¶ Experimentum Magiſtri mei in vtraq; morphea per me pluries expertum: primò fricetur fortiter locus cum panno aſpero vt rubeſcat quaſi, põſt cum hoc vnguento inunge: Rec. frumenti ieiuno ſtomacho maſticati inter dentes fortiter ℥. 2. ſapo. ſaracen. ℥. 4. hæc duo ſimul incorporentur & ex eis locus inungatur in balneo vel in ſole vel prope ignem, præcedente lotione loci cum calida & frictione forti cũ panno aſpero, vt dictum eſt ¶ Aliud probatum ad vtramq; morpheam: Accipiatur radix ſerpentariæ & teratur in ſucco cucum. agreſt. per duos dies ad ſolem dimittatur: deinde adde ſulph. pulueriſati & vitri an. parum mellis albi deſpumati, & vtere, vt ſuprà probatũ eſt. ¶ Aliud Magiſtri mei expertum ad idem Neapoli pluries in vtraq; morphea: Accipe cortices nucum viridium & bis vel ter in die fricetur. ¶ Item radix viticellæ, ſerpentariæ & radix maliterræ teratur, & ſupra morpheam alb. vel nigram, impetiginem ſiue ſerpiginem ſiue volaticas fricetur, quoniã eas remouet. ¶ Item ad omnia prædicta & etiam ad panum mulierum poſt partum: radices lilij optimè piſtentur, & cum ptiſana hordei ſpiſſa optimè conficiantur & commiſceantur addito modico olei; hoc loca prædicta inungantur, præcedente priùs frictione cum panno & manu; vt ſuprà dixi. ¶ Aliud optimum ad albam morpheã: Rec. Thapſiæ ʒ. s. ſem. ſinap. raphan. hellebori al. rad. rubeæ ʒ. 1. ſulph. q. s. omnia terantur ſubtiliter, & cum oleo nucum vel communi, vel aceto fortiſsimo conficiantur & vtere ad ſolem vel ad ignem vt ſuprà. ¶ Aliud ad idem: Rec. ſerapini, opopon. galbani, gummi hederæ, viridis æris an. ʒ. s. cocognidij, terebinthinæ, lapacioli an. ʒ. quart. hæc omnia trita in aceto fortiſsimo triduo iaceant, quouſq; illud totum acetum conſumatur, adde tunc axungiæ vulpis vel canis liquefactæ ℥. 1. s. ol. viol. & ceræ an. ℥. 1. fiat vnguentum & vtere eo: & ſi induratum fuerit mollifica ipſum cum lacte mulieb. & vtere. ¶ Vnguentum nigrum ad vtramq; morpheam, ſerpiginem & impetiginem probatum: Rec. ſulph. viui, ſaponis ſaracen. ſapon. gallici an. ℥. 3. tartari, fuliginis an. ℥. 2. auripig. ſalis com. helleb. albi & nigri an. ℥. 1. aluminis fiſsi ℥. s. ſucci fumiterræ, lapacij acuti, herbæ flaueæ an. ℥. 1. prædicta omnia pulueriſata cum iſtis ſuccis conficiantur, in balneo vel in ſole præcedẽte frictione cum panno aſpero. ¶ Aliud vnguentũ ad omnia prædicta: Rec. ſulph. viui, tartari, vini albi, ſalis toſti, auripigm. fuliginis lithargiri, argenti viui ſputo extincti, pip. euphor. olibani, ſapon. ſaracenici & gallici an. terantur & pulueriſentur, excepto ſapone, pingued. vulpis, canis, gallinæ, olei laurini & ceræ q. ſ. conficiatur, & vtere vt ſuprà. ¶ Experimentum certiſsimum & probatum per Magiſtrum meum ad morpheam albam: Rec. auripig.

ſalis, argenti viui cum ſaliua extincti an. omnia
hæc ſimul piſtentur & cum ſucco porri cõfician-
tur & in vmbra ſiccentur, iterum terãtur, & cum
eodem ſucco imbibantur, hoc fiat ter vel quater,
deinde locus cum hoc vnguento inungatur, ibi
maneat quouſq; fuerit exſiccatum, tunc locus cũ
aq. frigida lauetur, hoc fiat pluries, q̃a in breui cu
rabitur, probatum eſt. ¶ Item ſi morphea al. fri-
cetur cum foliis ficus fortiter, ſic vt ſanguis inde
exeat, tunc deſuper emplaſtretur mithridatũ vel
theriaca cum ſucco cucum. agreſtis vel ſerpenta-
riæ mixta miro modo valẽt. ¶ Aliud ad vtramq;
morpheam optimum: Rec. foliorum ſaluiæ do-
meſt. & agreſt. q. s. in olla rudi combure, & pul. i-
ſtum cum aceto & oleo confi. vtere vt ſuprà. ¶ A-
liud probatum ad morpheam alb. Rec. viperam
ſiue ſerpentem, caput, caudam & quod in ventre
eius inueneris abiice, impleatur venter intus fu-
mo terræ, in feru aſſetur in modum alterius car-
nis, & cum quaſi cocta fuerit, fumum terræ, quẽ
in ventre viperæ inuenies ſupra albam morpheã
emplaſtra, quia pro certo in breui delebitur. Pin-
guedine, quę inde manauit, vnge loca, quia cura-
bitur, procedat tamẽ frictio & purgatio, vt ſupra
dictum. ¶ Vnguentum ad vtramq; morpheam:
teratur folium oleandri, ſulphur & cantharides
cum aceto & oleo & cera, fiat vnguentũ. ¶ Aliud
optimum ad idem: Rec. helleb. nigri, vitis albæ,
rad. almeſereon, ſulph. dragaganthi, florum æris,
limaturæ ferri, ſpumæ maris, fol. ficus, cort. nucũ
virid. de omnibus ad libitum, terãtur hæc omnia
in mortario metallico & ſupra marmor cũ aceto
fortiſsimo diſtemperẽtur, & ducãtur in modum
ſalſæ ſpiſſæ, in vaſe plumbeo ſeruetur & vtere vt
ſuprà. ¶ Aliud ad idem: frondes laureolę & ſemẽ
eius excorticatum, helleb. niger & piper, piſtata
ſimul omnia, in fortiſsimo aceto coquantur, vſ-
que quo quaſi conſumatur acetum, & tunc adde
cãtharidum, limaturæ ferri, ſpumæ maris omniũ
pulueri. an. & de hoc inungas quamcumq; mor-
pheam, & nõ remoueatur, donec locus fuerit ve-
ſicatus, tunc aperiantur veſicæ & inungantur cũ
vnguento albo, vel aliquo alio ſimili conſolidati-
uo, de quibus ſuperiùs eſt tractatum. ¶ Aliud ad
vtramq; morpheam probatum. Rec. corticũ nu-
cũ virid. ℥. 2. alcãnę nitidę, thapſię an. ℥. 1. s. rubeę
tinctorum ℥. 3. tere omnia & confice cum ſucco
cæparum, vel cum ſucco ſquillæ & erit fortius, v-
tere inungendo, vt ſuprà dixi. ¶ Experimentum
probatum ad morpheam: Rec. 3. vel 4. lacertas
virides magnas, abſciſsis caudis, capitibus, & re-
iectis interioribꝰ decoq. in oleo com. vſq; ad diſ-
ſolutionem ipſarum, illud oleum infrigidari per-
mitte, de pinguedine quæ natauerit ſupra ipſum
vnge morpheam, præcedente prius abraſione lo-
ci, deinde frictione forti cum panno & cum pul.
tartari quouſq; ſanguis ex ea egrediatur, & pòſt
de dicta pinguedine inungatur. ¶ Poteſt aũt de
ſerpentibus ſimiliter fieri, & valet, vt prędictũ eſt.

De Labiorum & Linguæ fiſſuris, Cap. XLII.



LABIA quandoq; findũtur aut ꝓpter
nimiũ æſtum ſeu calorem, aut ꝓpter
nimium ventum, & hoc fit maximè in
pueris & iuuenibus. ¶ Quandoq; etiã
finduntur labia ex humore calidiſsimo, vt in fe-
bribus, & pluribus aliis de cauſis. ¶ Linguæ ve-
rò fiſſura & aſperitas aliquando eſt naturalis vt à
primis parentibus, & hęc non poteſt perfectè cu
rari: ſed tamen, vt dicit Galen. in arte, reducã eam
ad aſperitatem, quæ eſt ſecũdum naturam, & hoc
poſſumus cum rebus ſubſcribendis facere. ¶ In-
naturalis verò linguæ aſperitas accidit multis de
cauſis: nam quandoq; ex vſu põticorum, vt ſunt
porri crudi, allia cruda, poma acetoſa, meſpila,
ſorba, mala, pruna & pira agreſta, acerba & ſimi-
lia. ¶ Quandoq; accidit ab interioribus vt à fe-
bre acuta, vt eſt hęmitriteus, duplex tertiana, cau
ſon & huiuſmodi. ¶ Sciſſura itaque & aſperitas
linguæ ex eſu ponticorũ facta de facili curari po-
teſt hoc modo: mel roſatum cum pauco ſale tri-
to miſce & linguam ex hoc pluries in die vnge,
frica & in ore tene. ¶ Item lac parum calefactum
cum modico melle, linguę ſępius illinitum idem
operatur. ¶ Item caſeus ſubcitrini coloris calefa-
ctus & in die maſticatus idem operatur. ¶ Item
pimpinella vel portulaca vel folium virgæ paſto-
ris, commaſticata valẽt ad nigredinem, aſperita-
tem & fiſſuram linguæ ſiue ab extra ſiue ab intra
procedat. ¶ Item ad idem, & ſpecialiter quando
accidit propter feb. ptiſana ſpiſſa & bene cocta cũ
pauco aceto miſceatur & in ore teneatur, hoc e-
nim ſitim delet. ¶ Item lardum porcinum in ore
teneat, valet, ſtet prius in aqua tantum vt ſal re-
moueatur. ¶ Item trochiſci ad idem: Rec. portu-
lacæ ſiccæ ℥. 1. pimpinellæ, foliorum virgæ paſto-
ris ſicc. an. ℥. s. camphorę ʒ. 3. gummi tragaganthi
℥. 1. ſacch. candi ℥. 1. s. terantur omnia & cum pti-
ſana hordei conficiantur & informentur trochi-
ſci parui, quorum vnus teneatur ſub lingua, vel
diſtemperetur cũ modico aceti & modico tama-
rind. ex eo fricetur lingua, quoniam valet ad om-
nia prædicta. ¶ Mucilago etiam pſyllij & ſuccus
cotoneorum maceratorum, valẽt ad omnia præ-
dicta, ſi in ore teneantur. ¶ Inflatio verò gingiua-
rum curatur hoc modo: primò ponatur ventoſa
ſine ſcarificatione ſub collo: ſecunda die adue-
niente, ſi adhuc durauerit inflatio, ponatur ven-
toſa ipſa cum ſcarificatione ſub mento. Tertia die
ſi adhuc inflatio non receſsit, ponãtur ſanguiſu-
gæ ſupra locum. ¶ Labia verò fiſſa hoc modo cu-
rãtur: Apes quàm plures in olla rudi optimè cũ
paſta, vel cum luto magiſterij optimè concludan
tur & comburãtur in igne, & puluis eorum cum
melle deſpumato conficiatur in modũ vnguenti
& eo labia fiſſa inungãtur, probatum eſt. ¶ Aliud
ad idem probatũ: Rec. rad. portulac. cõburantur,
& pul. eorum cum melle deſpumato commiſcea-
tur, inunge loca, quia vtrumq; iſtorũ duorũ pro-
batum eſt. ¶ Item vnguentũ aliud in capitulo o-
culorum ſcriptum valet ad omnem fiſſuram ſcil.
labiorum, manuum & pedum. ¶ Aliud ad idem,
liquefiat cera cum oleo roſ. & pul. thuris, maſticis
& gummi pini, ſuperaddatur pulueriſata, & ex
hoc vnguẽto loca fiſſa inungantur, quia valet ad
omnia ſupradicta. ¶ Item, tragacãthum vel thus
terantur cum albumine oui, parum remolleſcãt,
pòſt loca fiſſa inungantur. ¶ Aliud ad prædicta
per me probatum & ſpecialiter ad labiorum fiſſu
ras: Accipe pecorinum caſeum pinguiſsimum &
bonum & filla ipſum ſubtiliter & duas vel tres
fillas

fillas ex eo factas supra prunas ardentes fortiter calefacias, & ex eis labia fissa fortiter inunge, quátum patiens pati potest & hoc quinq; vel sex vicibus in die, quia liberabitur patiēs, & ego in me hoc pluries sum expertus. ¶ Axungia etiam capræ, anseris, vel gallinæ & medulla vituli & leonis & axungia arcalenæ calida inuncta ad omnes fissuras siue in manibus, in pedibus, in labiis, siue ad inflationem labiorum. ¶ Aliud ad prædicta, tragacanthum album supra tegulam calidam dissolue, adde semina citoniorum putrefacta in aqua, & loca fissa inungantur. ¶ Vnguentum ad fissuras labiorum manuum & pedum: Recipe medullæ bouinæ, succi ficuineæ, pingued. gallinæ an. vnciā semis. baccarum lauri vnciam semis. olei vncias duas. ceræ vnciam vnam & semis. Aliud ad omnia prædicta expertum: Cæpas albas decoque sub prunis ardentibus & cum oleo ros. vel butyro nouies abluto cum aquis, vel cum oleo misce & tere, & inunge omnia loca fissa. Valet etiam ad ambusta.

¶ Aliud ad omnes fissuras labiorum, manuum & pedum: Recipe farinæ milij, siliginis, thuris puluer. an. misceantur omnia cum forti aceto & fiant in modum pastæ, demum comburantur, & pòst fissuras quascunque ex aceto laua, demum puluerem hunc super asperge.

De fœtore Oris, Cap. XLIII.

ACCIDIT pluribus, quòd os eorum cum anhelitu fœtet multum, pluribus de causis hoc accidere potest. ¶ Quandoque accidit vitio rheumatis siue catarrhi descendentis à caliditate: quandoque ex gingiuarum putredine: quandoq; ex putredine humoris in stomacho existente, sicut in putrida sæpe accidere vidimus, & in iis qui stomachum putridis humoribus habent repletum. ¶ Quandoque fit huiusmodi fœtor ex mala habitudine membrorum spiritualium & ille est continuus ante cibum & post, semper in eodem statu perseuerans, qui quidem nunquam curatur, sed sæpe palliari potest. ¶ Fœtor verò oris propter gingiuarum putredinem visu cognosci potest, ex corrosione gingiuarum manifestè apparente, & ille fœtor per doct. capituli de vlcere gingiuar. curatur: Remota enim causa remouetur & effectus. ¶ Item abluantur os & gingiuæ cum aceto decoctionis menthæ, pòst lingua, labia & gingiuæ fricentur cum puluere menthę. ¶ Deinde duas vel tres baccas lauri commasticet & hoc fiat, cùm surgit à lecto mane & vesperi, similiter cum intrat lectum, & teneat sub lingua pillulas quas infrà dicam, quæ ad omnem oris fœtorem valent, ex quacunque causa fuerit. ¶ Fœtor verò oris vitio stomachi proueniēs maior ante cibum quàm post, hic bene curatur, si primò euacuamus humorem peccantem, & pòst confortatiuis & aromaticis insistamus. ¶ Si itaque humores calidi in causa fuerint, purgabis ipsum cum triphera saracenica, vel cum catarct. vel cum pillulis rheubarbar. secundum Magistrum meum superiùs scriptis: vel cum aliqua ex decoctionibus in capitulo de dolore capitis ex causa calida facto, dictis. ¶ Vel vomat, si habilis est ad vomendum, sumendo aliquam de medicinis vomitiuis, quam in capitulo de vomitu dicam, vel cum pillulis ex aloe. ¶ Quòd si humor fœtorem faciens in stomacho permanens frigidus fuerit, purgetur, cum hieralogodion, vel cum pillulis de 5. generibus, vel aureis, & similibus. ¶ Vel prouocetur vomitus cum vomitorio Nicolai vel Patriarchæ, pòst diamargariton detur. Quòd si fœtor oris fiat propter rheuma à cerebro descendens, purgetur cerebrum, si necesse fuerit cum pillulis cocchiis vel aureis, vel hierapicra Galeni laxatiua, deinde constringatur rheuma dando auream in vino calido vesperi, vel rubeam trochiscatam, vel pillulis de cynoglossa, vel aliquod istorum nominatorum in capitulo de Rheumate. Vel cum istis pillulis expertissimis ad rheuma quodlibet restringendum: Rec. myrrhæ, olibani an. drachmas quinque. opij, hyoscyami an. drachmas tres. radicis cynoglossæ exsiccatæ drachmas sex, cinnamomi drachmam vnam. caryophyllorum ʒ. s. galbani drachmas duas. conficiātur omnia cum succo absynthij & formentur pillulæ in modum ciceris, pòst vesperi cum intrat lectum, dentur quinq; vel sex, rheumate restricto & cerebro mūdificato vtatur aromaticis subscribendis. Quòd si huiusmodi fœtor vitio spiritualium fiat, nunquam curabitur, sicut superiùs dixi, sed potest palliari, inungendo pectus cùm dialthea, butyro & farina tritici cum aqua pectori appropriata, & postea dando electuaria confortatiua aromatica calid. & pillulis aromaticis subscribendis. Detur ptisanum hordei, quia, vt ait Hippocrates, in regimine, ptisana ex hordeo facta flatum bonum facit, sitim extinguit, ventrem laxat, & multa alia bona facit. Digeratur demum humor peccans & purgetur, vt in capitulo de febribus dicam, Deo dante, secundum febriū diuersitatem, & sic remota causa remouebitur eius effectus, & postea aliqua de subscribendis aromaticis exhibeantur.

Pillulæ mirabiles, quæ debent teneri sub lingua, quousque per se eliquentur, vna vel duę mane & vesperi, quæ os olens ex quacunque causa odoriferum reddunt: Recipe nucis muscatę, zingiberis, piperis, masticis, galangę, caryophyllorū, spicæ nardi ana drachmas tres. conficiantur ex his pillulæ grossæ in modum fabæ cum aqua rosacea, & teneat vnam earum mane sub lingua, quousq; deglutiatur, & aliam vesperi cûm intrat lectum.

Aliæ pillulę reddentes os odoriferum ex quacunque causa fœteat, expertæ: Recipe sambuci drachmas decem. xylobalsami, macis, caryophyllorum, nucis muscatę, cinnamomi an. drachmam vnam. cubebarum, cardamomi, galliæ muschatę, spicæ nardi ana drachmas quinque. camphoræ drachmam vnam. temperentur hæc omnia subtiliter puluerisata cum vino odorifero, vel cum aqua rosacea, & fiant pillulæ, quas sub lingua teneat, vt suprà in præcedentibus dictum. ¶ Item puluis moschi, ambræ, ligni aloes & huiusmodi aromaticorum, corrigunt oris fœtorem. ¶ Item baccę lauri & pulegium & serpillū & huiusmodi aromatica ieiuno stomacho cōmasticata, tollunt oris fœtorē ex quacunq; causa proueniētem. Itē

tenere quolibet sero vsque ad septem dies gran.I. salis sub lingua quousq; per se dissoluatur, multum valet ad fœtorem oris ex stomacho prouenientem. ¶ Item omnes tales vtantur purgationibus sibi conuenientibus, ætate, viribus regioni & consuetudini non contradicentibus. ¶ Item caueant sibi omnes quibus os fœtet à caulibus, cæpis, alliis, piscibus, & ab omnibus rebus putridis siue infectis, & à conuersatione leprosorum, & ab infecto aere. ¶ Et nota quod huiusmodi morbus contagiosus est, vnde si vis loqui cum aliqua persona, cui os fœtet, vel si vxor habeat virum, cui os fœtet, vel econtrà, & times ne contamineris simili morbo, teneas in ore aliquam de supradictis pillulis aromaticis, & sume ieiuno stomacho in potu succum absynthij cum optimo vino & galanga mixtum, audacter postea loquaris cum ea persona etiam tota die sine vllo timore. ¶ Mel etiam cum vino calido mixtum & mane in potu sumtum, valet.

De Vlceribus vel pustulis oris, Cap. XLIIII.

ALIQVANDO pustulę in ore vel lingua nascuntur: quæ quidem vel sunt magnæ vel minutæ, & sunt aliquando ex sanguine, & tunc rubent. ¶ Et si cum hoc signa sanguinis apparent magis certificant. ¶ Aut tendunt ad colorem croceum, adest oris amaritudo & signa choleræ adsunt. ¶ Aut sunt pallidæ aut subpallidæ & signa phlegmatis & melancholiæ adsunt. ¶ Curentur itaque huiusmodi pustulæ ex calida causa hoc modo: fiat phlebotomia primò de cephalica, si virtus & ætas permiserit, & corpus fuerit plethoricum. ¶ Deinde secundo die ventosæ cum scarificatione apponantur collo: & si non cessauerint nec euanuerint octauo die secentur venæ sub lingua, & à primo die semper quolibet die quatuor vel quinque vicibus fiant gargarismata. ¶ Hoc modo abluatur os, primo cum succo de moris syluestribus, aut cum aqua in qua fuerint coctæ cannulæ oleastri, sumach & semen berberis & pòst gargariset diamoron, de quo in capitulo de angina dicemus, cum aqua tepida, vel mel.ros. cum aqua tepida mixtum & colatum. ¶ Tamarindos etiam quinq; in ore teneat. Cùm huiusmodi pustulæ euanuerint & exulcerationes oris factę fuerint, tunc succum quinqueneruiæ, vel virgæ pastoris vel pimpinellæ in ore teneat. ¶ Liniantur huiusmodi vlcera hoc vnguento: licium, gummi tragacanthi, gummi arabici, cerusa, acatia, mastix, terantur & cum aqua rosacea distemperentur, & hoc vnguento cum petia lini vlcerata pars liniatur, quia probatum est. ¶ Item si nimius fuerit ardor, vlcera siue pustulæ liniantur succo solatri vel semperuiuæ, aut vermicularis, aut alterius herbæ frigidæ. ¶ Quòd si hæ pustulæ ex frigidis humoribus fuerint, purgetur corpus cum hierapicra Galeni, vel cum pillulis cocchiis vel aureis & similib9, pòst accipe leuistici, agrestæ, fol. saluiæ, foliorum oliuæ, & masticis, quantũ videtur, & cum aceto & sapa an. coquantur, & hoc liquore calido colato os sępe in die abluatur. ¶ Ouum etiam assum durũ calidũ in ore diu teneatur, quia multum valet. ¶ Fiat etiam sæpe gargarisma ex diamoron cum tepida. ¶ Aliud optimum in hac causa: Recipe staphisagriæ, zingiberis, pyrethri, origani ana bulliant hæc omnia cum aqua & vino dulci, gargariset hoc vinum sæpe. ¶ Teneat etiam pyrethrum in ore, quoniam est mirabile. ¶ Cùm verò crepuerint pustulæ, liniantur vnguento suprascripto in calida causa, solùm cum aqua rosacea distemperatum, vel gummi tragacanthum tritum & distemperatum cum aqua ros. addito amido & penidio, si inungantur hoc pustulæ, miro modo valent, & specialiter in causa calida, & hoc est præcipuum in febrib. adurentibus, quoniam propter eas exulceratur os & lingua, & etiam pueris, quibus os vlceratur & apostematur ex acumine lactis.

De dolore Dentium, Cap. XLV.

Causa & signa.

SCIRE debes, quòd dolor dentium aliquando fit vitio cerebri, vt ex calidis vel frigidis humoribus à capite destillãtibus, seu rheumatisantibus per neruos dentium infundentes, dolorem dentium faciunt: qui si sint calidi, dolor est acutus, & pungitiuus cum rubore faciei: si verò frigidi, tunc dolor est aggrauatiuus, & cum capitis grauitate, & pallore & subtumiditate faciei. ¶ Fit etiam quandoq; dolor dentium ex fumositatibus à stomacho dissolutis calidis seu frigidis, petentibus superiora, & neruos gingiuarum & dentium grauantibus, seu mordicantibus, & ita dolorem facientibus. Cuius exemplum in camino ignis ardentis videre possumus, cuius fumus petit superiora. Et si huiusmodi humores emittentes talem fumum, & ipsum dolorem facientes, sint calidi, tunc dolor est acutus cum siccitate, & asperitate gutturis, cum siti, & amaritudine oris: Si verò sint frigidi, adest dolor aggrauans, oris acetositas, vel insipiditas, & certius signum, quod posit haberi, circa hoc est, quia dolor dentium, cum fit vitio cerebri, quandoque per decem horas, vel etiam per totum diem durat sine aliqua interpolatione vtplurimum. Si verò fit vitio stomachi interpolat, & post cibum plus quandoq; affligit, & quandoque non, vnde duabus horis tantùm affligit. Dolor vitio cerebri factus continuè affligit eodem modo, sicut in dolore capitis, vitio cerebri, seu stomachi facto dictum est.

Cura. Si ab humore calido.

¶ Dolor itaque dentium sic curatur: si propter humorem calidum à capite descendentem fiat, minuatur cephalica vena, vel ventosa cum scarificatione in collo apponatu[r]: ventosæ etiam ponantur sub mẽto, & ibi coctura aliqua facta cum cantharidibus ibi superpositis pistatis, vel cùm vite alba, vel cum herba saracenica cum tribus granis salis pistata, & ibi posita, in vtraque causa multum valet. ¶ Sanguisugæ etiam gingiuis appositę prosunt, purgetur etiam humor calidus, si superabundare dignoscatur, cum aqua decoct. in capitulo de dolore capitis ex sanguine vel cholera facto, dicta. ¶ Et gargarismata, & etiam purgationes per nares ibi dictæ, fiant.

¶ Inungatur frons & nares ex populeon, oleo violato vel rosato, & huiusmodi. ¶ Item succus portulacæ, lactucæ, cymbalariæ, vermicularis, vel

vel ſcariolæ, & ſimilium cum aceto miſtus, diu in ore teneatur. ¶ Item radix maluæ domeſticæ puluerisatæ, ſi ipſe puluis inter dentes teneatur, dolorem tollit, & fricentur gingiuæ ex eo. ¶ Item maſtix & cera in quãtitate vnius fabæ commiſta, & diu maſticata, dolorem tollit. ¶ Experimẽtum Magiſtri mei ad dolorem dẽtium intolerabilem, & etiam ad dolorem auris remouendũ, & etiam ad hemicraneam fiant pillulæ: Rec. opij thebaici, hyoſcyami an. omnia cõficiantur cum aceto forti, informẽtur pillulæ, & ex eis vna ſupra dentem dolentem teneatur. Si auris doleat, reſoluatur vna ex ipſis pillulis cum oleo roſato, & auri dolẽti tepida infundatur, & in dolore hemicraneo prædictæ pillulæ cum oleo roſato diſtemperentur, & loco doloris abraſo ſuperponantur, q̃a ad omnes dolores iſtos valent. ¶ Aliud ad immoderatum dolorem dentium, ex quacunq; cauſa fuerit, accipe ſemen hyoſcyami, porri, thuris an. pulueriſentur omnia, & cum cera liquefacta conficiãtur, & parum ex eo ſuper carbones ardentes pone, & patiens fumum recipiat in ore ab his emanãtem. ¶ Item ſi vena, quæ eſt in aure incidatur, & parũ ſanguinis ab ea extrahatur, poſtea cum ferro calido coquatur, prodeſt in vtraq; cauſa multum.

¶ Quod ſi ipſe dolor dentium fuerit à ſtomacho, prouocetur vomitus, & euacuetur, vt in capitulo de dolore capitis, vitio ſtomachi diximus, & poſtea prædicta remedia fiant.

Si ab hum. frigido.

¶ Si verò fuerit dolor propter frigidos humores à cerebro deſcendẽtes, vel à ſtomacho procedentes, purgetur ſecundum doctrinam in capitulo de dolore capitis ex ipſis humoribus in cerebro, vel ſtomacho exiſtentibus, facto, ſecũdum quod ibi plenè dictum eſt, & prædicta remedia infraſcripta in hac cauſa fiant. ¶ Poſt purgationem verò mithridatum, theriacam, adrianum, eſdra, paulinum, vel diaolibanum cum vino calido dentur in ſero. Et ſi ſupra dentes dolentes aliquod prædictorum cum vino diſtemperatum apponatur, ſtatim dolorem ſedat, & ipſum mirabiliter tollit, & eſt expertum. Item galbanum ſuperpoſitum, valet. Item caſtoreum inter dentes poſitum, dolorem tollit, & eſt expertũ. ¶ Aliud ad idem probatum, pulegium, & zingib. in vino coquantur, cum quo mel roſ. vel mel commune diſtemperetur, & calidũ ſæpe, & ſæpius in ore teneatur. ¶ Item origanum, pyrethrum, radix tithymalli, & ſemen hyoſcyami in cauſa frigida coquantur in vino, & vinum ſæpe teneatur in ore. ¶ In cauſa verò calido coquantur in aqua, & idem fiat, quia omnem dolorem dentium tollit. Item ſolſequium maſticatum idem facit. ¶ Item ſal toſtum in ſacculo calidum ſuperpoſitum, dolorem dentium tollit. ¶ Ad idem radix hederæ, fraxini, chelidoniæ, quinq; folij, pyrethri, & parum piperis, omnia ſimul miſta, & piſtata in vino optimo coquãtur, & colẽtur, & colaturæ addatur aurea alexandrina, vel mithridatum, ſeu theriaca vel aliquod ſupradictorum & cal. diu in ore teneatur, quia ꝓ certo ipſum dolorẽ tollit. ¶ Item oleum muſcelinum cum ſucco rutę temperatũ, & in cępe concauo bullitum, & in aure tepidum miſſum, dolorem tollit. ¶ Item ſuccus hederę cum ſale, & melle bullitus, & in auribus miſſus, idem operatur. Item ſi vinũ decoct. rad. aſparagi, vel ſuccus eius in ore teneatur, dolorem dentium tollit. ¶ Experimentum Magiſtri mei ad dolorem dentium immoderatum, tere duas vel tres frõdes ſaluiæ cum tribus granis piperis, & ſalis, & in ſubtili petia liga, & ſuper dolentẽ dentẽ applica, quia ſtatim dolorẽ tollit. ¶ Aliud ad dolorem dẽtium expertũ: R. zingib. zedoariæ, pyrethri, caryophyll. radicis pentaphyllon. rutę, ſaluię, betonicę, rad. ſymphoniacę, cornu cerui an. ℥ 2. terãtur & ſimul in optimo vino bulliant vſq; ad medietatis conſumtionem, deinde colẽtur, & aliqua de prædictis opiatis addita cum prędicto vino calido diu in ore teneatur ſępe: quoniam infallibiliter dolorem tollit. ¶ Quidam ſocius meus patiebatur intenſum dolorem dentium, cum inflatione, & tumore genarum, ſiue maxillarum, ſic quòd videbatur ſibi, quòd dolor eſſet mortalis, quem ſic curaui: feci colligi M. 1. radicis vrticarum pungentium, & feci lauari cum tribus aquis optimè, vltimo ex vino feci eas lauari, & teri optimè in mortario cum ʒ. s. zingib. & ʒ. 1. pyrethri: deinde feci omnia in ℔. 2. vini albi optimi bullire, vſq; ad tertiæ partis conſumtionem vini, & in ſero, cum volebat intrare in lectũ, feci ipſum pluries gargariſare de prædicto vino calido, & prædictas radices optimè piſtari, & ſupra ſtuppam extẽſas, ſupra maxillam tumefactam emplaſtrari, & ſic ſtetit per noctẽ: in mane verò receſsit dolor dentium, & tumor maxillarum, ſic quod perfectè liberatus fuit. ¶ Item ad dolorem dentium, ex quacunq; cauſa fuerit: impleatur cortex maligranati, ex aceto fortiſsimo, & addito ibi ʒ. s. colocynthidis pulueriſatæ bulliatur ad ignem vſq; ad medietatis conſumtionẽ & ex huiuſmodi aceto calido diu in ore teneatur, quantum poteſt: quia dolorem ipſum efficaciter tollit. ¶ Ad idem lumbricos terreſtres in pignato nouo in igne combure, & puluerem eorũ cum oleo camom. & ſambucino, in frigida cauſa, vel cum roſ. in calida cauſa commiſce, & oleum illud parum in cortice colocynthidis bulliat, vel ſaltem in cortice granati, vel oui, & tepidum in aure, quæ eſt à latere ſano, pone, & iaceat ſupra aurem à parte, vbi eſt dolor, quia hoc etiam multum tollit dolorem.

Experimentum.

ADDITIONES.

INfunde oleum cum ligno circumuoluto bombice, imbibito in oleo communi, & ignito, & applicato denti. ¶ Ad dolorem dẽtium vinum decoctionis menthæ, betonicæ, abſynthij, apij an. in ore calidũ diu retentum, pòſt herbæ tritæ ſuper maxillam dentis dolentis emplaſtrare, deinde radix roriſmarini trita, & dentibus per horam com maſticata ſine mora dẽtium dolorem tollit, probatum eſt. ¶ Item ad commotionem dentium, & dolorem fortem: Rec. gallarum corticum, glandium, corticum granatorum an. ℥. 2. medietas iſtorũ bulliatur in aceto, & de aceto abluatur os, & alia medietas in puluerẽ reducatur, & poſt illã ablutionẽ reſiduũ illius pulueris gingiuis aſpergatur, quia miro modo eas cõſolidat, & dẽtes con fortat mirabiliter. ¶ Ebemeſue. In dolore dentiũ quãdoq; vsꝰ ſum retẽtione aceti ſimplicis in ore, quãdo materia calida rheumatiſat, & quãdoq; in hyeme cal. apponebã. Et pòſt oleo oliuarũ, & roſ.

globum bombicis perfundebam, & multum valuit. ¶ Quandoq; acetum cum sale miscui, & etiá est optima medicina in prohibēdo materiá rheumatisantem, & in dissoluendo, & siccando. Et si vernix ei addatur, est optimum medicamen. ¶ Acetum decoctionis ireos cum melle rosato, est optimum, si materia rheumatisat: resoluit enim & prohibet rheumatismū. ¶ Item ad dolorem dentiū: Rec. olei costini, olei nardini, olei de euphorbio, olei castorei, olei laurini an. ℥.s. interiorū colocynthidis, aloes cicotrini an. ℥.s. fiat decoctio, coletur & 2. vel 3. guttę tepidæ iniiciātur auri, expertę ad dolorem dentium, probatum est. ¶ Experimētum, quod habui à quodá Romano, cum quo, vt dixit mihi, attrahebat dentes sine ferro: Rec. auripigmenti armoniaci, & rheubar. an. terantur omnia, & cum aceto fortissimo temperentur, & in modum emplastri supra læsum dentem ponatur per noctē, & sic stet: quia pro certo dens cadet. ¶ Ad idem, quod habui à quodá viro probo, ad hoc similiter expertum: accipe cortices radicis mori celsi, & munda, & rade eas optimè: deinde fac iacere eas in optimo vino albo, p 10. dies & totidem noctes, renouando in eis quotidie vinum recens, postea exsiccentur in Sole, & in furno calido terantur, & cribrellētur, & adde eis tantundem pyrethri puluerisati, & cum sale, & aceto simul distemperatis hunc puluerē tempera, deinde informa capsulam vnam de cera ad modum illius dentis læsi, & ex huiusmodi mistura capsulam imple, & supra dētem læsum ponas, sic quod alios nō tangat, quia ꝓ certo dentē faciet cadere.

Experimentū ad extrahendum dentem sine ferro.

De Dentium vermibus, Cap. XLVI.

ALIQVANDO accidit vermes in dentibus maxillaribus ex humore in eorū concauitatibus putrefacto, generari. ¶ Cognoscitur autē ibi esse ex pruritu & titillatione, & quandoq; visu, quia aqua tepida dentibus lotis aliqui de ipsis vermibus aliquádo cum prædicta aqua proiiciuntur. Extrahantur itaq; vermes hoc modo: Accipe ferrum candens & ignitum, pone ipsum propè foramen dentis, vermes omnes morientur. Vel suffitum facias ex thure, sem. hyoscyami & cera per embotum recipiatur fumus, vermes ex dentibus cadēt, probatum est. Ad idem aliud: Mel in testa oui calefiat fortiter & calidum quantum pati potest supra foramē dentis & intus ponatur, quoniam eos optimè necat. ¶ Aliud ad idem fiat stuellus de colocynth. pipere & rad. apij simul pistatis & mixtis, dētis foramini, in quo sunt vermes, imponatur. ¶ Item succus centaur. cum aloe mixtus, vel absynthij, vel persicariæ vel alterius herbæ amaræ cum aloe mixtus & dentis foramini impositus, ipsos vermes necat. Si impleatur ipse dens perforatꝰ in quo sunt vermes, theriaca optima eos interficit. Quòd si forte adhuc dolor in dente permaneat, eo quòd dens ipse totus intus sit perforatus & lęsus, & etiam à radicibus male teneatur, vtpote quia fortè radices eius sunt fœtidæ & annihilatæ, tunc aliqua purgatio capitis fiat, ex pill. cocch. vel hierapicra Gal. laxatiua vel saltē phlebotomia præcedat, si pharmacia nō competeret, & aere sereno & claro, tēpore temperato, nō multum calido vel frigido dens à perito artifice cum forficibus radicitus extrahatur, & maximè si dēs per se moueatur. Quod si prædictis conditionib. non obseruatis & ab imperito dens extrahatur, vidi pluries quod radices dentis remanserunt in gingiuis, tunc fit fortior dolor quàm prius esset. Quòd si patientis dens cum forfice extrahi non potest, extrahatur per artem nostram hoc modo: Teratur radix colocynth. vel pulpa eius & cum aceto temperetur, supra dentem ponatur & dens cadet. ¶ Aliud quod habui à quodam Romano, cum quo decem mihi extrahebat dentes læsos sine ferro: Rec. auripigmenti, armoniaci & rheubarb. an. omnia terantur & cum aceto fortissimo temperentur, & in modum emplastri supra dentem læsum ponatur per noctem, sic stet, quia dēs pro certo cadet. ¶ Aliud quod habui à quodam alio probo viro ad hoc similiter expertum: Rec. cort. rad. Celsi, pone eos in vinum optimum albū per 10. dies & totidem noctes, addendo quolibet die vinum recens, post exsiccentur in Sole vel in furno calido, terantur & cribrentur, adde parum pyrethri pulueris. & cum sale & aceto simul distempera hunc pul. deinde forma capsulam de cera ad modum illius dentis læsi, huiusmodi mixtura capsulam illam imple, & supra dētem illum læsum ponas, sic quod alios non tangat, quia pro certo dentes facit cadere. Quidam dicunt, quòd si radix chelidoniæ trita supra dentem ponatur, facit ipsum per se cadere. Alij dicūt quòd amurca olei cum lacte tithymalli & farina frumenti in modum emplastri in capsula cerea supra dentem posita, ipsum dentem per se facit cadere. ¶ Idem operatur cum succo rad. Celsi temperatum & simili modo supra dentem positum. ¶ Alij dicunt quòd si dens perforatus siue læsus fricetur pluribus vicibus in die cum radice hyoscyami in igne calefacta quòd infra paucos dies ꝓ certo cadent. ¶ Alij etiā dicunt, quòd si gingiua in qua est dens læsus inungatur tribus vel quatuor vicib. in die optima theriaca, & hoc ad minus per 6. vel 8. dies continuò fiat, quòd pro certo cadit sine adiutorio forficis & hoc ab experto audiui.

De Dentium mobilitate, Cap. XLVII.

LAXANTVR dentes quandoq; & mouentur quod visu discernitur, tunc confert hoc: Rec. rosas. balaust. berberis, cort. mali granati, fructuum mirtill. an. ʒ.i. masticis ʒ. quartam partē. bull. in aceto, & huiusmodi aceto calido abluatur os, postea ex prædictis puluis fiat, additis gallis & alumine & gingiuis inspergatur: post ex ladano & mastice simul confectis fiat emplastrum, quod distendatur super petiam lini subtilem, & supra gingiuas ponatur. Vel illud emplastrū quod efficacius est: Rec. masticis, olibani, laudani, styracis calam. an. styrax & ladanum simul malaxentur, fiat emplastrū quod supra relaxatas & corrosas gingiuas ponatur. ¶ Experimentū Magistri mei ad confirmandos dentes qui se concutiunt: bulliant in vino albo cinnulæ rubi, qui habet grana nigra & folia vt saluia & oliua, & parum masticis addatur, hoc vino lauentur gingiuę & dētes calido sępe: deinde tergantur bene cum panno, hoc fiat cùm vult intrare lectum & statim vngantur dentes melle calido

calido superdormiat, quoniam mirabiliter confirmabuntur in breui. ¶ Item radix anagallidis commasticata dentes miro modo confirmat. ¶ Item ad dentes confirmandos accipiat patiens per embotum fumum de stercore muris super carbones ardentes proiecto: deinde puluerem factum de dente ceruino cum aceto confecto superponas. ¶ Ad dentes dealbandos & ad os fœtes fiat talis puluis Magistri mei: Rec. cinnamomi, garyophyllorum ana, nardi, thuris, masticis, frumenti albi, pedum cancrorum, ossium dactylorum, ossium oliuarum omnium optimè siccorum an. ʒ. 1. omnia terantur ac puluerisentur, pars huius pul. in petiam lineam subtilem ligetur & supra gingiuas & dentes fricetur, & ex ipso pul. quotidie parum super gingiuas spargas. ¶ Aliud ad dentes dealbandos: Recipe marmor album, sal tostum, os sæpię & pumicem, terantur hæc omnia & cribrentur & in subtilem petiam lineam ligentur, & dentes hoc pul. fricentur sæpius in die, prius tamen cum vino lauentur optimè. ¶ Item si sæpe fricentur dentes fuligine, ipsos miro modo dealbat. ¶ Aliud ad dentes nigros candidandos optimũ: Recipe pumicem teratur optimè, adde mel optimum & album, sic quòd fiant hæc duo liquida in modum salsæ, deinde in vase nouo bene sigillato comburantur, quousque fiant vt carbo, tunc terantur cum pauco cinnamomo, garyophyll. & spica in petiam lineam subtilem ligentur & dentes sæpe frica. ¶ Aliud ad dentes dealbandos: Recipe iris flo. ʒ 3. costi ʒ. 5. seseleos ʒ. 12. salis communis ʒ. 8. cinnamo. garyoph. an. ʒ. 1. puluer. omnia, & hoc pul. dentes fricabis. ¶ Item farinam hordei cum aceto tempera, fac panem, & ipsum panem in igne comburas, donec fiat vt carbo, post ab igne extrahe & pulueris a ipsum, hoc pul. dentes frica, quia eos nigros miro modo albificat. ¶ Accidit quandoque stuporem seu congelationem in dentibus generari, quod idem est: quandoque fit ex cibis acetosis siue ponticis commestis: quãdoque ex humore acetoso in stomacho existente. ¶ Si itaque humor acetosus in stomacho fuerit, faciens dolorem & congelationem, quod cognoscitur per acetosam eructationem & per alia signa phlegmatis acetosi, detur oxymel compositum quolibet mane ad quantitatem ʒ. 1. & s. cum aqua decoctionis menthæ & rad. fœniculi. ¶ Materia sic digesta purgetur cum pill. aureis vel pill. sine quibus esse nolo, vel cum pill. de 5. generibus vel cum hierapicra Gal. & similibus, pòst masticet baccas lauri stomacho ieiuno & hoc etiam valet ad os fœtens & ad stuporem dentium. ¶ Item ad dolore dentium ex congelatione ex quacumque causa prouenientem, masticet nucem mosc. vel portulacam cum amygdalis amaris, vel auellanas. hæc omnia vel aliquod prædictorum commasticata stuporem siue congelationem dentium à quacumque causa consumunt statim.

De Vlcere siue Cancro gingiuarum,
Cap. XLVIII.



ANCER seu herpes quandoque fit in gingiuis, quandoque in palato, quandoque in naribus, quandoque etiam in facie, & locus in cir- A cuitu quandoque rubet, pallescit in medio: & aliquando cutem non corrodit, sed carnem interius. ¶ Vnde Cancer est apostema vehemens ex humore melancholico vt plurimum proueniẽs. ¶ Dictus est Cancer ad similitudinem illius retrogradi animalis, quia sicut illud animal retrocedit: sic huiusmodi morbus retrocedit, & interius carnẽ corrodit: vel fortè secũdũ aliquos in carne formã illius animalis repræsentat. ¶ Si hęc ægritudo nascitur in facie dicitur noli me tangere, quia mi- B rabiliter nocet tactus manuum: Si verò in medio corporis nascitur, dicitur cingulum: si in pedib. dicitur lupus, & ille lupus vix aut nunquam curatur, mirabiliter comedit. ¶ Dicitur lupus ad similitudinem lupi nimium comedentis siue deuorantis, siue dicitur herpes deuorans. ¶ Cancer itaque fit ex melancholia, & tunc est sine incendio & feruore, & ille est curabilis: vel fit quandoque ex bile adusta vel æruginosa cum melancholia mixta, & ille est lupus & herpes come- C dens incurabilis quasi à tota sua specie. ¶ Aliquãdo enim infra diei vnius & noctis spacium totam coxam vel brachium comedit, cum maximo incendio & dolore vehementissimo & tunc fit ex æruginosa, vt dixi. ¶ Cum itaque fit ex cholera adusta vel ex melancholia naturali, purgetur patiens, si fuerit plethoricus secundum doctrinã traditam suprà in capitulo de dolore cap. purgatio enim, si necessaria fuerit his ægritudinibus multum confert. ¶ Hoc facto insistamus pul. cor- D rosiuis inferius dicendis & alijs subscribendis. ¶ Prima & melior cura secundum doctrinam chirurgicam est, cum rasorio bene inscindente scindere carnem cancri, deinde argento vel ferro calido ignito vrere, & vitellum oui desuper ponere, donec ignis per se cadat. ¶ Quòd si ignem vel incisionem pati non posset, appone pul. qui cancrum & fistulam interficit & desiccat in quacunque parte corporis fuerit: Recipe auripigmẽti, viridis æris, atramenti, salis gemmæ, cornu cer- E uini, ossis leporum & sterco. humani, aluminis, cap. alliorum, cancrorum fluuialium vstorum, calcis viuæ, sang. drac. cristæ galli, linariæ exiccatæ, pip. nigri, zingib. thuris, masticis, nitri, vitrioli, pul. soleæ combustæ ana, superpone pul. istum loco prius abluto cum vrina pueri virginis vel cum aceto calido ¶ Puluis alius ad omnia supradicta expertissimus: Recipe calcis viuæ cõtritæ & commixtę cum melle in modum pastę q. vis, comburantur hæc duo in vase nouo donec F fiát vt carbo, & si addas eis tertiam partem stercoris puerorum & omnia simul comburas, optimum erit. ¶ Et tunc accipe de illo pul. ʒ. 4. aluminis, vitrioli, auripigmenti, viridis æris, salis gemme an. ʒ. s. terantur omnia & simul misceantur, locis cancrosis & fistulosis audacter impone, quia omnes prædictas ægritudines interficit & desiccat, & ego hunc puluerem composui & expertus sum ipsum pluries in hominibus & etiam in brutis. ¶ Miro modo valet puluis asphodeli ad G Cancrum optimus est, qui sic fit: Recipe succi asphodeli ℥. 6. calcis viuæ ℥. 3. bull. simul vsque ad consumtionem succi & tunc adde ℥. auripigmẽti puluerisati & misce cum eis & remoueantur ab igne & vsui reserua. ¶ Si verò in gingiuis fuerit

cancer,vtere prædicto pul.& ad remouendum o-
dorem auripigmenti ingratũ,adde prædicto pul.
cinnamomi,caryophyl.nucis musc.an.ʒ.1. omnia
pul.& trochisci formentur,cum vis vti tere vnũ
ex ipsis trochis.& pul.superasperge cancro,prius
lauetur os vel locus in quo fuerit cancer. ¶Vel cũ
hoc liquore: Recipe aceti fortissimi cyathum 1.vi-
ni albi cyath. 3. & adde leuistici,saluię, foliorum
oleastri,balaust.an.ʒ.2. bulliant simul optimè &
cum hoc vino calido colato prius abluatur os,
deinde dictus pul.superaspergatur, quoniam est
expertum pluries à me. ¶Et si non inuenies suc-
cum asphodeli coque calcem viuam in aqua tan-
tum,& adde auripigmẽti supradictam portionẽ,
quia tantumdem valet. ¶Alius puluis ad cancrũ
& corrosionem gingiuarum: Recipe auripigmẽ-
ti rub.pip.tritorum & combustorum simul in va
se nouo an.tere & vtere,loco prius abluto cum su
prascripto vino,deinde abluatur locus,cùm mor
tuus fuerit cancer,succo arnoglossæ vel quinque
neruiæ. ¶Alius ad corrosionem & putrefactionẽ
gingiuarum: Recipe cinnamomi,caryophyll.zin
gib.macis, cardamomi, nucis musc. cancrorum
fluuiatilium,pip.nigri & longi, ossium dactylorũ
& oliuarum, ossis sepiæ,pyrethri,balaust.psidi. a-
tramenti,aluminis zuccharini,masticis, olibani,
gallarum,rad.cõsolidæ maioris & minoris, sang.
dra.boli arm.salis gemmæ,salis nitri,origani,cala
menthi,rad.filicis,rad.tapsi barbati sicc.an.ʒ.2. te
rantur omnia, & ore prius loto vino prędicto,vel
solùm cum vino decoctionis pulegij & saluiæ gin
giuæ corrosæ superaspergantur,quoniam in bre
ui eos consolidat. ¶Ad idem aliud: Recipe pannũ
rub.scarlati,ossis sepię,ossis dactylorum,ossis oli-
uarum an.ʒ.2.comburantur hæc omnia in vase
nouo,& huius pul.accipiatur ʒ.1. s. cinnamomi,
thuris,masticis,sang.dra.ros.spicæ nardi, pedes
cancri marini,frumenti al. sicci, hordei mundi,
sem.plantag.scisci,sem.staphisagriæ,nucis musc.
caryophyl. origani, leuistici,fol.myrti siccorum,
saluiæ domest.& agrestis,corall.al.& rub.salis gẽ-
mæ, nitri,rad.consol.maioris, gallarum, nucum
cupressę,balaust.an.ʒ.2.omnia pul.& ore prius lo
to prædicto vino superaspergatur gingiuis corro
sis,quia eas consolidabit,& dentes se concutien-
tes confirmabit. ¶Item Recipe alum.thuris,salis,
cineris tamarisci & lentisci an. simul hæc
commixta & gingiuis inspersa. va-
lent ad prædictam gingiuarũ
corrosionem.

ARNALDI DE VILLA NOVA
BREVIARII LIBER SECVNDVS.

PROOEMIVM.

ABSOLVTO tractatu omniũ
ægritudinum capitis & quæ
in capite nasci possunt, si ni-
mis prolixo, vel rustico ser-
mone locutus sum, supplico
vniuersis doctoribus, Magi-
stris & viris in arte medicinę
prouectis.si ad eorum manus opus istud deuene
rit,vt mihi parcant,quoniam curas prædictarum
ægritudinum cerebri,& totius capitis vtiles & ex
pertas,tam pro diuitibus,quàm pro pauperibus
sub minori compendio, vt promisi,cõpilare non
potui.Et nemo miretur,si in hoc prædicto libro
de phrenesi,lethargo,quę sunt passiones cerebri,
mentionem non feci,quia cum sequantur vt plu
rimum ad febres, in tractatu de febribus de his
duabus ægritudinibus seriatim agere disposui.
In hoc autem meo libro secundo intendo agere
seriatim de ægritudinibus quasi totius corporis
in hunc modũ: Primò n.agam de ægritudinibus,
quæ circa fauces & collum fiunt: postea de ægri-
tudinibus spiritualibus,vt de tussi,asthmate,san-
guinis exspuitione & similibus: Inde de affecti-
bus stomachi,vt vomitu,siti, intemperie,appeti-
tu & bulimia,eructatione,singultu &c. Intestino
rum,vt colica & iliaca passione,lũbricis, lienteria
& diarrhæa, dysenteria, tenesmo, exitu ani: Hæ-
morrhoidalium venarum apertione & adstrictio
ne: Hepatis,vt obstructione, intẽperie,ictero,hy
drope: Splenis vitiorum: Renũ,vt calculo,vlceri
bus & apostematis,dolore &c. Vesicæ,vt stãguria
dysuria & ischuria,diabeta, sanguinis mictu,sca-
bie & pilorum furfurũmque mictu: Genitalium,
vt impotentia coeũdi, libidine extinguenda,go-
norrhœa, inflammatione & excoriatione testicu
lorũ, penis pustulis & fistulis: Peritonæi ruptu-
ra vel ramice,quam rupturam vocant: Articulo-
rum dolore: Partium indefinitarum aut corporis
totius,vt pilis, scabie & pruritu, pustulis & vlce-
ribus,adustione,porris,verruca, & lepra: vbi finie
tur liber noster secundus, auxiliante Deo: & ibi
signa,causas & curas ipsarum ægritudinum, vti-
les tam pro pauperibus, quàm pro diuitibus de-
liberata ratione in commune deducere decreui,
ponendo ibi experimenta dicti Magistri mei,& e-
tiam quæcũque ab ægregijs Doctoribus, & Ma-
gistris communiter, & priuatim temporibus re-
troactis reperi, & quæ expertus sum & vidi ab a-
lijs experiri, certo ordine tradam in scriptis.

De Squinantia, Cap. I.

SQVINANTIA est acuta gutturis præfo-
catio. Est enim squinantia apostema
quoddã, quod quãdoque fit interius in
gutture, sic quòd materia ipsius aposte-
matis tota interiùs in gutture contineatur, vide-
licet,in quodam foliculo, qui est inter œsophagũ
& asperam arteriam,& ibi generatur totum apo-
stema illud,sic quòd tumor, seu inflatio exteriùs
non apparet, & in ore aperto nullus etiã tumor
apparet interiùs,& hæc est prima species ægritu-
dinis, & secundũ Salernitanos dicitur Squinan-
tia. In hac specie adest orthopnœa,& impeditur
vox,adest febris acutissima, & patiens cùm loqui
non possit,locum digito ostendit, hæc species ꝑ
desperata, & incurabili reputatur,de qua loqui-
tur Hipp. veritatis amicus, in libro prognostico-
rum,dicens: Squinãtia pessima & mortifera,quę
in gutture non apparet, nec extra in ceruice cum
ruben-

rubenti tumore, dolore tamen existente acutissi-
mo cũ orthopnœa: hęc enim prima die suffocat,
aut in secunda, aut in tertia, aut in quarta: & hęc
sunt verba Hipp. ¶ Quandoq; tamẽ materia colli-
gitur in minori quantitate interius, & in maiori
extra, & tunc est secunda species, & dicitur sinan-
tia secundum ipsos Salernitanos, & huiusmodi
species cognoscitur per aliquantulum tumorem
exterius apparentem, & minori febri & minori
difficultate respirandi, huiusmodi species cum
difficultate curatur: vnde non oportet, quòd Me-
dicus sit piger ad eam curãdam, sed laboret citò,
& faciat necessaria ad hanc curam, prout inferiùs
enarrabo. ¶ Quandoque vero fit tertia species, &
tũc tota materia apostematis colligitur extrà, vn-
de totus tumor apostematis extrà apparet, & do-
lor aut nullus, aut modicus sentitur: febris autem
nulla, aut lenta, nec adest aliqua difficultas respi-
randi: & hæc species non est periculosa, sed de fa-
cili curatur, nisi fortè tumor ad interiora redierit:
hæc secundum Salernitanos dicitur squinantia.
¶ Sed huiusmodi differentia vocabulorum, vtrũ
scilicet debeat dici prima species quinantia, secũ-
da sinantia, tertia squinantia, secundum Gal. in
aphorismis, non habet locum, nec debemus hu-
iusmodi differentiam in nominibus facere, sed so-
lùm dicere, quòd tres sunt species squinantiæ,
scilicet prima, secunda, & tertia. Prima quę habet
materiam totam interiùs. Secunda, cuius mate-
ria partim est interiùs, partim exteriùs. Tertia, cu-
ius materia tota est extrà, sicut modò dictum est.
¶ Fit enim squinantia à rheumatico fluxu, & quã-
doque peccat in ea sanguis & tunc adest febris a-
cuta, dolor vehemens, rubor faciei, oris dulcedo,
plenitudo venarum, vrina rubea & spissa, diæta
præcedens calida & humida, regio etiam, ætas &
complexio, si in hoc cætera particularia conueni-
unt, reddunt nos magis certos. ¶ Si verò cholera
sit in causa, adest rubor faciei admistus colori cro-
ceo, dolor acutior, sitis, oris amaritudo, & angu-
stia in respirando, febris feruentissima, linguæ a-
speritas, vrina colorata, & tenuis superiùs crocea,
diæta, & complexio, & regio, & tempus anni cali-
lidum, & siccũ: & si in hoc conueniant, magis nos
certificant. ¶ Quòd si phlegma in causa fuerit, ad-
est facies pallida, vel subpallida, oris insipiditas,
dolor magis remissus, nec ita acutus, sicut in prę-
dictis, sed grauatiuus, nec adest sitis: adest etiam
os humidum, lingua grossa, vrina apparet colora-
ta, & spissa per modicum tempus, quandoque ap-
paret discolorata: videtur enim patienti, quòd
maximum pondus circa frontem, & tempora pa-
tiatur, & per totum caput sustineat, & grauatur
in eo auditus. ¶ Ex melancholia nõ fit squinãtia,
sed magis & principaliter ex sanguine secunda-
rio, ex phlegmate, rarò ex cholera. ¶ Qualitercũ-
que igitur fuerit hæc ægritudo, in prima die fiat
minutio de vena capitis, viribus, & ætate permit-
tentibus, nec extrahatur magna quantitas san-
guinis, tunc enim in secunda die scindantur ve-
næ, quæ sunt sub lingua & ab eis dimittatur exire
bona quantitas sanguinis, collo parum stricto cũ
fasciolo. Et si adhuc non cessauerit huiusmodi
ægritudo, apponantur ventosæ tertia die cũ sca-
rificatione, duæ in spatulis, & vna in collo, & ex-
trahatur sanguis secundum vires, & hoc dico cor-

Secunda species.

Tertia species.

Differẽtia vocabulorũ huiusmodi non sunt apud Gal.

Signa sanguinea.

Signa cholerica.

Signa phlegmatica.

Cura communis.

A pore existente plethorico, & viribus, & ętate per-
mittentibus: huiusmodi enim phlebotomijs so-
lùm quamplures squinanticos curaui, & quan-
doque, quia corpus est constipatum, fiat primò
clystere mundificatiuum, deinde mordicatiuum
vt fauces mundificentur, suppositoria etiam le-
nia, & fortia fiant, vt in pluribus locis dixi. Inun-
gatur etiam corpus aliquo de vnguentis laxati-
uis, in capitulo de quartana notha scribendis, vel
aliquod de emplastris laxatiuis ibi positis, supra
B ventrem ponatur, vt ventrem laxet: & hæc fiant
ex quacumque causa fit. ¶ Et si phlegma fuerit
in causa, potest sumere patiens pillulas cocchias,
hîc purgetur cum eis, vel cum pillulis de hiera-
picra, cum calida distemperatis, quæ ei dentur in
potu, & si nihil sumere potest, iuuetur cum cly-
steri, & suppositorio, vnguentis, & emplastris la-
xatiuis, vt dictum est. ¶ Cúmque deiecerit, fiant
gargarismata huiusmodi: Recipe hyssopi M. s. an-
thoræ ℥ 1. corticum nuc. medianarum ʒ. s. omnia
C hæc in aqua bulliant diu, & addito diamorõ, vel
sapa in hac aqua colata, gargarisma fiat calidum.
¶ Aliud probatum ad idem: extrahatur suc-
cus de nucibus viridibus pistatis, quando ad-
huc nucleos bonos non habent, & addita quin-
ta parte sui succi granatorum acetosorum, vel a-
ceti, bulliant simul & depurentur, & fiant in mo-
dum syrupi. In materia calida cum saccharo: in
frigida verò cum melle, & ad gargarisandum de-
tur, quia mirabiliter valet. Et Magister meus fa-
D ciebat in magna quantitate syrupum istum, tem-
pore nucum viridium, & per totum annum pro
istis ægritudinibus reseruabat. ¶ Aliud gargari-
sma ad idem: Recip. gallarum, balau. sumach, ros.
lentium an. ʒ. quart. hæc omnia in aqua bulliant,
& addito diamoron ad gargarisandum tribuas.
¶ Aliud ad idem: ros. consolida maior & cortices
mali granati in aqua bulliant, & illa aqua garga-
risetur. Item succus cuiusdam herbæ, quæ dicitur
amarusca, & est similis chamo. sed tamen differt
E gargarismatibus, mirabiliter valet. ¶ Diamoron
verò, quod in hac causa cum prædictis gargari-
smatibus admiscetur, & gargarisatur fit hoc mo-
do: Recipe succi mori celsi, vel radicum eius ℔. 3.
sapę vel vini cocti ℔. 1. misce simul, & additis sac-
chari, & mellis ana ℔. 2. decoquantur simul vsq;
ad spissitudinem in modum syrupi. ¶ Item vnga-
tur locus, & specialiter si fuerit ibi ardor, oleo vio-
lato, rosato, & butyro simul mistis, vel per se & su-
pra locum cum manu fortiter fricando huiusmo-
F di inunctio ducatur, spõgia vel pannus lini in o-
leo tepido infusa loco dolenti sæpius applicetur.
¶ Item malua, violæ, & cantabrum in aqua & o-
leo, vel etiam cum vino albo & oleo cocta catapla-
smentur. ¶ Emplastrum Magistri mei probatum,
quod si superponatur gutturi, materiam squinã-
tiæ trahit ad exteriora mirabiliter: Recipe lapatij
acuti, vuarum passarum eiectis nucleis, ficuũ al-
barum siccarum, radicis ireos, ana de quolibet,
tere omnia, & cũ axũgia veteri omnia incorpora,
G fiat amplastrum, quod calidum superpone. ¶ A-
liud ad idem peroptimum: Recipe semen lini, fœ-
nugræci, altheæ & maluæ ana ℥. 1. terantur & pul-
uerisentur optimè, & hoc modo conficiantur: In
aqua bulliant radices altheæ, & maluæ eiectis me-
dullis, & cum coctæ fuerint accipiantur ex ipsis

In phlegmatica.

Gargarismata.

Emplastra.

℥.4.& cum dialthea,& butyro conficiátur,& ad-
ditis prædictis pulueribus fac emplastrum,quod
gutturi circũuolue.¶Aliud probatum ad idem:
Accipe panem tritici calidissimum, cum exit de
furno,& micam eius extrahe,& in succo apij mi-
sto cum melle ana infunde eam, & calidam loco
appone,quantum patiens potest pati,hoc fac to-
ties renouando semper ipsum panem,donec fue
rit infrigidatus,& materia ad exteriora trahatur,
quia probatum est.¶Succus porri basiliconis, &
maioranæ quilibet per se valet in omni specie
squinantiæ,nec volo molestari propter hoc, quia
dicitur,quòd tales succi sic calidi peroptimum in
his ægritudinibus habeant effectum,& huic ma-
litiæ sanitatem præstare dicantur secundum plu-
rimos, quia à proprietate dicuntur hoc agere.
¶Aliud emplastrum ad idem : vnge sartaginẽ de
axungia porcina & mitte stercus asini, & absyn-
thij triti,& parum butyri, & frige parum omnia
insimul conuoluendo ea,calidum loco sæpe & sæ
pius emplastrentur:quia materiá ad exteriora tra
hit.¶Aliud mirabile ad idẽ:accipiatur totus nidus
hirũdinis,& cũ aqua calida resoluatur & inuolua
tur supra gulam,vbi est dolor.¶Itẽ lumbrici terre
stres minutim incisi,& in oleo cocti,per diem su-
pra locum positi, multùm valent: post in nocte
fimus columbinus cum radicibus lilij contritis,
& cum axungia,vel butyro mistis, loco prædicto
apponantur:quia mirabiliter valent ¶Aliud em
plastrum ad idem optimum:radices altheæ,testę
alliorum,radices lapacij acuti,& maluæ, radices
ebuli,& carduus benedictus coquantur optimè
in aqua,deinde addito pul.seminum lini,& fœnu
græci,cum axungia porcina,& butyro confician-
tur,& loco emplastrẽtur:quoniam mirabiliter a-
postema maturat.¶Vltimò verò cum sanies fue-
rit ibi generata,rũpatur apostema digito, vel ba-
culo,vel alio simili:cautè tamen & cum discretio-
ne maxima,vel rumpatur hoc modo,& leuiter fa
cere poteris:bulliant in aqua carnes vaccinę dua
bus vel tribus ebullitionibus,& ex eis scinde bo-
lum vnum quadratum cum cultello grossum,
quantum transglutire potest,& suatur ille bolus
cum filo aliquo longo & forti,& detur ipse bolus
ad trãsglutiendum,& cum transglutitum fuerit,
trahatur sæpius per filum,& cum tanget aposte-
ma,statim rumpet ipsum.¶Intercipiatur rheuma
dando aliquas de pillulis in capitulo de rheuma-
te dictis.¶Cibaria calida in hac passione vitari de
bent,cum sint causa maioris fluxus & dissolutio-
nis rheumatis. Nam,vt ait Philosophus in libro
de animalib.cerebrum est frigidum &humidum,
vnde potius iuuatur à moderatè frigidis,& humi
dis,quàm à calidis.Hipp.etiam in 5.aphorismorũ
dicit:Calefactio quidem ex aromaticis vtilis es-
set,si non capitis grauedinem generaret, vel face-
ret.A vino ergo forti,piperatis,alliatis, cæpis, ca-
seo,& ab omnibus speciebus aromaticis, cum o-
mnes sint calidæ,caueant.Lac amygdalarum, a-
mydum,ptisanam spissam, colatura * sulphuris,
& huiusmodi cum butyro recenti cocta, vel sine
ipso apposito ibi frusto lardi recentis, integrè de-
tur,vel hæc cocta cum syrupo iulep.vel cum dia-
traganto dentur.

Ad rumpendũ apostema maturum.

Diata.

*al. furfuris,

ADDITIONES.

IN squinantia:stercus,canis album dissolutum
cum adipe gallinæ vel anatis summopere etiam
valet exteriùs applicatum.¶Remedium Alexan-
dri mirabile ad sanandum squinantiam,quo vtẽ-
dum est omni tempore morbi, maximè quando
intentio est calefacere,& subtiliare,quæ nimis cõ
stricta sunt:Recipe ireos,papaueris, croci an.℥.s.
balau.℥.1.roris siriaci,℥.3.vini sextarium 1. s. mel-
lis ℔.s.confice & vtere. ¶Rob mororum est effi-
cax,rob nucum est optimum,vnctio cũ oleo lau-
rino multa,& ligatura cum fascia valet. ¶Quan-
doque squinantia non resoluitur, neq; mundifi-
catur in quatuor diebus,& tunc tendit ad suppu
rationem,tunc intendatur ad maturandum cum
emplastro facto ex folijs caulium,farina fœnugrę
ci,& butyro simul coctis.¶Squinanticis,qui non
possunt aliquid deglutire, secetur vena brachij,
& lingua,ventosentur in collo sine scarificatione.
Apponatur extra emplastrum attractiuũ ex semi
ne lini,aneti,radice altheæ,oleo aneti, & semine
fœnugræci. ¶Succus radicis ebuli calefactus,
in quo intingatur pannus collo appositus, valet
iterando quando siccatur,& potest misceri cum
eo axungia antiqua gallinæ,vel alterius. Empla-
strum,quod fecit quędam mulier cuidam squiná
tico Romano,& Romæ me præsente,& ille cura-
tus est.Rec:stercoris canis ossa rodentis,& come
dentis furfuris triti ana,confice cum melle,& ca-
lidum sæpe & sepius superpone gutturi super lo
cum dolentem.¶Item stercus canis siccum modi
cum assum,& cum diamoron gargarisatum,& cũ
melle pistum,& emplastratũ gulæ,multùm valet
contra squinantiá.¶Itẽ syrupus de succo nucum
viridium factus,gargarisatus valet. ¶Vinum de-
coctionis tapsi bar.cum melle ros. gargarisatum,
sanat squinantiam,probatum est per Magistrum
Petrum de Reato.¶Gargarisma probatum con-
tra asperitatem gutturis,& squinantiam: Recipe
pulpæ,cassiæfist. ℥. s. medullæ fermenti ʒ. 2. dis-
soluantur ista duo in lacte caprino, sicut mulge-
tur ab vbere,& malaxetur cum digitis,coletur,&
gargarisetur.

COMMENTARIVS.

S*Vccus porri,&c.quia à proprietate,&c.)* Et hoc exemplum
est eorum,quæ non temperamẽto maximè,sed for-
ma:non manifestis qualitatibus,sed occulta speciei vir
tute.Porrum quidem,ocymum,&maiorana suo calore
materialem anginæ causam ad exteriora trahunt, eán-
demq; discutiunt.Hęc tamen occulta proprietate nihil
ominus agere dicit Arnaldus,vt omni anginę qualibet
ex causá procreatæ conueniant.Etsi verò,quæ proprie-
tate morbum quempiã tollunt,perpetuò adhiberi pos
sunt nulla causarũ diuersitatis habita ratione: si tamen
medicamentum aliquod sit, quod occulta quidem vi
morbis conueniat, & suo interim temperamento cau-
sam quę morbum intulit,adaugeat:tum hac id oberit,
illa vero ratione iuuabit:Quæ causa est,vt in his etiam
quæ tota sui substantia iuuant temperamẽtorum ratio
debeat haberi.Quod autem proprietas diuersum quid
sit à temperamento,hinc facile colligitur, cum ocymo
& maioranæ calidum & siccum temperamentum mul-
tis alijs speciebus commune sit.Specificam itaque dif-
ferentiam,qua species scilicet vnaquæq; constituitur,
maximè propriam esse constat,cùm ei soli quam efficit
speciei competat:vt merito speciei cuiusq; vis,qua spe-
cies est ratione, meritò proprietas appellari debeat.
Hic Cardani subtilitatem mirari subit: scilicet. In me-
dicina nullam existimat admittendam esse proprietatẽ
quod Galenus vires medicamentorum specificas ad
substantiæ similitudinem referat.De purgantibus agi-
tur,vo-

tur: volunt enim medicamenta certum quempiam humorẽ attrahere, cui similia fuerint. Similitudo est, (inquit Cardanus) non ergo proprietas est. Id hoc in loco ratum sit, esse similitudinem. Cardani consequentiam expẽdamus. An possit similitudo esse proprietas. Quod simile est, id aliquid habet quod propriũ non est, vtpote quod alij cuipiam rei simili conueniat. Differẽtiam ignorauit Cardanus inter simile, idem, & vnum. Petrus & Iohannes genere sunt similiter, ijdem sunt specie, sed non sunt vnum: siquidem numero differunt. Inter bilẽ & rhabarbarum similitudo quædam est non accidẽtis alicuius solùm, puta coloris, sed totius substantiæ. Verùm hæc similitudo non est identitas, hoc est, nõ oportet vnam esse speciem vtriusq;. Sic contraria genere quidem similia sunt, differunt autem specie. Quod ergo rhabarbarum bilẽ ducat, occulta quædam affinitas in causa est. Sed ea tamen affinitas duplici continetur discrimine, dum actiua est in rhabarbaro affinitas, passiua in bile. Si nulla esset in hac affinitate differentia, nõ similitudo esset, sed identitas, adeoq; bilis bilem æque ac rhabarbarum attraheret. Hic opus est Scaligero ad subterendam hanc subtilis Cardani subtilitatem.

Nam; vt ait Philosophus: Cerebrum est frigidum, &c. Similia cõseruantur similibus, immutantur autem contrarijs. Ergo frigida cerebro, quod frigidũ est, magis amica sunt quàm calida. Cõfirmauit hoc ipsum (inquit Arnaldus) Hippocrates, dum aromata docuit ad multa quidem valere, sed capitis inferre grauitatem. Hanc Arnaldi sententiam probare videtur Fernelius, & alij cõplures, qui cerebrum volunt pituitoso nutriri sanguine. Sed hoc nequaquam admittimus. Aromata vero calore quidẽ cerebrum offendunt, ex accidenti tamen, dum fumis & vaporibus cerebrum oppletur, quos aromatum calor suscitauerit. Deniq; fatemur & illud, similia scilicet cõseruari similibus. Error in eo est, quòd cerebro frigiditas attribuatur, quę nulla tamen est, licet enim cerebrũ corde minus calidum sit, calidum tamen est. Frigidum est (inquit) cerebrum: ergo frigidis conseruatur. Equidem id, quod frigidum est in cerebro, frigidis cõseruatur: sed simpliciter efferendũ nõ fuit, quod secundum quid verum erat. Frigidum neruis, ossibus & cæteris partibus spermaticis inimicum esse docent Medici, magis quàm partibus sanguineis: hac de causa, quòd illæ partes sint hisce frigidiores. Paucis hæc difficultas expedietur. Frigidi calidis, & calidi frigidis oblectantur, vt ex arte parua Galeni cõstat: contrarijs ergo, non similibus. Naturale temperamentum, quod in mediocritate consistit, expendendum est. Id perpetuò conseruandum est similibus. Quòd autem ab hac mediocritate recesserit, contraria poscit, non vt conseruetur, sed vt ad iustum & competentem naturæ modum reducatur. Si naturale cerebri temperamentum frigidum est, frigidis certe potius quàm calidis (vt ait Arnaldus) cõseruandum est. Frigidum esse negamus.

De Vua & Folio, Cap. II.



IVxta epiglotũ nascitur quibusdã quãdoq; quędam passio, quę folium dicitur, ad similitudinem folij arboris, sic dicta. Nam quandoq; nascitur ibi quędam carũcula, vel duę latę ad modũ folij subtilis, quæ per visum patẽt, si inspiciamus in gutture patientis iuxta epiglotum: videntur etenim ibi folia pendere, & obstruunt tracheam arteriam, & vocem impediunt. Cùm verò patiens os aperit ad loquendũ, se eleuant, & foramen tracheæ arterię opilant, & cum os clauditur subsident: vnde patiens vix potest aliquod verbũ intelligibile formare: & hæc passio nunquã curatur nisi beneficio chirurgi. Cuius modus optimè traditur in Albukasi, & in chrirurgia Bruni, & Rolandi Parmensis. Quicũque autẽ hanc curare voluerit, ad prædictas chirurgias recurrat. ¶ Vua verò est quoddã mẽbrũ à palato descendens in modũ vberũ mamillæ, duo habens foramina, vnum superius, aliud inferius: superius quidem latum, inferius verò angustum, & hoc ordinauit natura sagax, quæ nõ deficit in necessarijs, & est sufficiẽs *in omni eo, quo indiget, vt ait Gal. ad hoc, ne in nimia quãtitate humores defluãt ad inferiora, & ne hoc sit causa nocumenti. Officiũ quidẽ vuulæ est expurgare caput à superfluitate humiditatis, vnde dicitur vuula, quasi ad modũ vuæ in se multã habet humiditatẽ, vel propterea fortè, quia foramen istius vuæ est latũ superiùs, inferius verò acutũ in modũ grani vuæ. ¶ Relaxatur itaq; vua siue vuula quãdoq; ex humore phlegmatico, vnde sequitur impedimentũ vocis & alia signa phlegmatis, in præcedenti capitulo dicta. Quandoq; ex humore sanguineo, vel cholerico ralaxatur: ex humore verò melancholico vix, aut nunquam: & hæc omnia cognoscetis per signa in præcedẽti capitulo dicta, videlicet quis humor fuerit in causa. Inflatio itaq;, seu relaxatio vuę cognoscitur hoc modo: iniungas patienti, quòd os aperiat, & linguã eius cũ digito, vel cũ baculo * inferius deprimas, & statim inflatio, seu relaxatio vuę manifestè apparebit. ¶ Cõtra relaxationẽ vuæ fiat hoc gargarisma cõstrictiuũ: R. rof. psidię, balaustiarũ, gallarũ an ℨ.1. gũmi arab. thuris, masticis an. ℨ. qũ. hæc omnia in aceto, & aqua pluuiali bulliãt, & addito melle calidũ gargarisetur mane & serò: sequẽti verò die fiat gargarisma consumtiuum & desiccatiuũ hoc modo: Rec. piperis, pyrethri, zing. zẽdoar. folij garyoph. an. ℨ. quar. vuæ pas. ℨ. 1. & s. ficuum siccarũ 15. omnia hæc in vino albo optimo bulliant, vsq; ad medietatis consumtionẽ, & istud vinum calidum gargarisetur, vel diamoron cum sapa. ¶ Et si in hac ægritudine humor sanguine⁹ in causa esse perpendatur: fiat minutio de vena capitis, & ventosæ cum scarificatione ponantur in collo. Si ex cholera, mũdificetur cholera secũdum doctrinam in capitulo de dolore capitis, ex cholera facto à nobis datã, & fiant gargarismata superiùs tradita. Si ex phlegmate, purgetur phlegma, vt in capitulo de dolore capitis ex phlegmate facto dictum est, & fiant gargarismata, & aliquæ de opilatis in prædicto capitulo nominatis post purgationẽ dentur. ¶ Ad subleuationem uvulæ, quæ ceciderit, puluis cinnamomi, & anthoræ imponatur sub *vua ore aperto cũ digito vel ligno, vel ferro concauo vuæ impresso. Quidã subleuant etiam eam violẽter trahentes infirmũ à parte posteriori capitis, per capillos ter vel quater in die, capiẽdo ipsum per capillos, qui sunt à posteriori parte capitis inter occipitium, & verticẽ, & hoc iuuat maximè in principio. ¶ Itẽ aurea cũ oleo muscellino tepida intra, & tepida supra verticem capitis cataplasmata prius abrasa, valet plurimum ¶ Emplastrũ istud in summitate capitis appositum multũ valet: Recipe baccarum lauri, cymini, pulegij, hyssopi, origani, euphorbij omnium an. ℨ. s omnia terantur, & cum melle conficiantur, & in summitate capitis calidum apponatur. ¶ Emplastrum etiam de pice liquida calefacta, & pul. olibani, & masti. insimul mistis, tepidũ in occipitio apponatur, & hoc multum valet ad relaxationẽ *vuæ, & ad casum ipsius. ¶ Coctura

Quid sit vua & eius vtilitates.

*al. in ori eo, quod

De relaxatione eius & causis & signis.

*al. interius.

Cura.

Ad subleuandum vuam.

* al. uvula

*al. uvulæ,

*al. uvulæ.

De incisione & cauteri, atione.

etiam in occipitio facta, multum valet ad prædictas* vuæ passiones. ¶ Si igitur omnia supradicta nihil valent, & cum prædictis non potest curari uvula, tunc incidatur cum rasorio, vel cum forficibus benè incidentib. Saluemus tamen sentẽtiá Hipp. qui dicit in libro prognosticorum: vuá tumidam & rubescentem timendum est incidere; quia vel sanies sequitur, vel sanguinis fluxus nimius, vnde ad aliam curam fugiendum est. Et si neq; incisionẽ fugere poterimus, & amplius crescit, & liuescit, & quod palato adhæret, subtiliter B tũc incide eá, sed prius totũ corpus purgare festines tẽpore fauẽte & suffocationis timore minus reluctante: hæc sunt propria verba Hipp. in prognosticis. Incidatur itaq; iuxta palatum in subtiliori loco, hoc est, in extremitate sui, & caue ne tágas radicem ipsius vuæ, ne ex nimio fluxu humorum fluxibilium fieret suffocatio, & hoc fiat cum forficib. bene incidentibus, propriè ad hoc factis purgatione idonea prius præcedente phlebotomia: & hæc incisio fiat cum magna cautela tem- C pore sereno, claro, & pulcro, & non nimis calido, nec frigido, & non rheumatico: deinde gargariset gargarisma desiccatiuum superius scriptũ pluribus vicibus, & si sanguis cum his in totum non restringatur, tunc coquatur locus incisionis cum stilo aureo, vel argenteo, vel saltem ferreo calidis supra ipsum, vbi facta fuerit ipsa incisio. Et si incisionem vltra modum timeat, coquatur vua cum prædictis stilis calidis, & fiant alia remedia superiùs dicta: Et post prædicta caueat patiẽs, ne D supinus iaceat, & ne multum dormiat, ad minus quousq; transiuerint tres noctes, quia in somno multum prouocatur rheuma, & à cerebro descẽdit: & aquam, in qua cocta fuerit gallina pinguissima, sæpe sumat, & gargarisma supradictum gargariset. Et nota, quod folium eodem modo potest incidi, decoqui, & curari, quemadmodum uvula, & sic de singulis.

De Raucedine, seu impedimento vocis. E *Cap. III.*

PLVRES sunt quibus accidit impedimẽtum, seu raucedo in voce, quod plurib. de causis fit: quandoque ex siccitate tracheæ arteriæ, & fistula pulmonis coarctante, & sic sequitur raucedo vocis, & etiá adest totius corporis macilentia, colli gracilitas, punctura in spiritualibus sentitur, quasi ex spinis facta. ¶ Quandoque fit ipsa raucedo ex nimia humiditate, quæ quandoque cum caliditate misce- F tur, & talis humiditas raucedinem faciens, quandoque descendit à cerebro destillando, vadit ad vuam, & ad instrumenta vocis, sic vocem impedit: aut huiusmodi humiditas cum caliditate, & sanguine nimis superabundat, & ad venas vltra modum descendit, sic sequitur meatuum coarctatio: & ita per consequens vocis impedimentũ fit, & talis vocis defectus fit plerumque in iuuenibus, & adolescentibus, qui sunt multum sanguinei, venas habent repletas, & longo tempore G minutione non vtuntur: & isti per solam phlebotomiam de vena capitis factam multoties liberátur, sic quòd alia curatione non indigent. ¶ Quádoque deficit, & impeditur vox ex defectu spirituum, & virtutis, sicut accidit pluries post febres A diuturnas, ex nimio ieiunio, fluxu ventris, sanguis menstruorũ, & his similibus, quæ debilitauerunt, macerauerunt & tenue fecerunt corpus: sic virtutib. debilitatis, debilis effecta est vox, & huiusmodi vocis defectus curatur cum electuarijs, syrupis, cibarijs restauratiuis, quæ dicentur Deo concedente in capitulo de hectica. ¶ Quandoq; vox ipsa impeditur ex re aliqua orta in gula, sicut ex squinantia, folio, vua, & similibus: hæc curatur curatione dictarum passionum sicut in proprijs capitulis dictum est. B

Cura.
Si è phlegmate.

¶ Et si ex phlegmate destillante à cerebro fiat hæc passio, fiant remedia in capitulo de rheumate dicta: purgationes, opiata & cætera rheuma cõstringentia, vel dicta in hac causa fiant. Item fomẽtum ex paleis hordei, cinere, storace calamita & laudano, in aqua bullita fiat circa tibias, & supra huiusmodi fomento sudet, & ex ipsa lauẽtur tibiæ, vsque ad genua, & manus vsque ad humeros: deinde partes lotæ pannis fricentur, patiens C optimè cooperiatur in lecto, & dentur illi oua ad comedendũ fracta, super carbones assa, & cinere cooperta. ¶ Item ficus siccæ, assatæ & puluere piperis repletæ dentur, & in vino dulci decoquantur & comedantur, vinum illud gargarisetur & bibatur. ¶ Item pectus & trachea vngantur dialtea, marceaton, agrippa, oleo laurino, chamomil. & similibus, & sacelletur pectus puluere cymini, pulegij, & hyssopi, vel isti pulueres cum melle cõficiantur, & emplastrum ex eis factum, tepidum D pectori apponatur. ¶ Crispellę etiá factæ ex summitatibus vrticarum, vitellis ouorum, modica farina supra lac calidum coctæ, & datæ, multum valent. ¶ Item fumus ex vngulæ caballinæ radicib. supra prunas positis, in ore receptus, multũ valet, quando ipsa raucedo fuerit ex nimia humiditate. ¶ Item, si myrrha teneatur sub lingua, aut cũ ouo sorbili comedatur, multum valet. ¶ Diacyminum Alex. mithridatum, diaprassium, aurea Alexandrina, diazingib. & huiusmodi electuaria E calida, in hac causa bona sunt.

Si à cholera.

¶ Et si ex nimia siccitate fuerit, scilicet si humor cholericus superabundauerit, purgetur, vt in capitulo de dolore capitis ex cholera facto, dixi: deinde syrupis humectatiuis, cibarijs, electuarijs, restauratiuis frigidis, & humectantibus vtantur, in diæta diætentur, & regantur, quemadmodum in cap. de hectica sum dicturus. ¶ Eodem modo debet curari raucedo, quæ fit ex defectu spirituum, & virtutum, sicut superiùs dictum est.

Pillula mirabiles expertæ.

¶ Pillulas etiá sub F lingua teneant, quæ valent ad asperitatem gutturis tracheæ arteriæ, & cannæ pulmonis: Recipe amidi, seminis cydoniorum, seminis bombi, & maluarum ana conficiantur cum ptisana in infusione tragacanthi. ¶ Pillulę alię optimæ ad idem, & contra vocis amissionem, quę debent similiter sub lingua teneri, quousque per se dissoluantur: Recipe liquiritiæ puluerisatæ ℥.1. se. lini, gummi ar. tragacanthi, amili, seminis cydoniorum, medullæ se. bomb. candi. an. ʒ.1. succi liquiritiæ, psyl- G lij an. ʒ.2. se. communium mundatorum ana ʒ.2. se. portulacæ ʒ.3. croci ʒ.1. omnia puluerisata conficiantur hoc modo: in ℔. s. ptisanæ dissoluantur ʒ.3 penidiarum, & coquantur simul, vsque ad cõsumtionem ptisanę & tunc amoueantur ab igne, pulueres prędictos admisce, & pillulas in modũ grosso-

grossorum cicerũ forma, quas sub lingua teneat vnam post aliam, quousq; per se dissoluantur, & deglutiantur per palatum, quoniam sunt mirabiles, & probatæ in asperitate pectoris, & cānæ pulmonis, & cōtra vocis amissionē. ¶Pillulę cōtra vocis amissionē, & raucedinē reddētes vocē sonorā, claram, & valent contra fluxum rheumatis à cerebro: Recipe storacis calamitę, lauda. oliba. mast. an. ʒ.2. opij thebaici ℥.1. cōficiantur pillulæ in modum cicerum, & dētur tres vel quinq; sero, teneātur, & deglutiantur, sic magis valent. ¶ Item ad raucedinem vocis subitā: Recip. sem. apij fœni. anisi, aneti, pulegij an. *ʒ.1. vini *℥.1 vel ℥. s. absyn. menthæ an. M.1. hæc omnia in vino albo bulliāt, & gargarisentur, & si addas ℥.2. se. fœnugræci prędicto vino bonum est, hoc enim vinū per * duos vel tres dies gargarisatum, vocem deperditam restaurat. ¶Et nota, quod ea, quæ valent contra tussim, valent etiam cōtra raucedinem, ex eadē causa prouenientem, sicut in cap. de tussi dicam. ¶Electuarium, valens multum contra vocis amissionem, à Magistro meo probatum: Rec. passularum sine nucleis, ficuum siccarum, liquiritię, omnium an. *ʒ.3. coquantur omnia in ℔. 6. aquæ vsq; ad cōsumtionem medietatis, colaturæ adde tantundem mellis despumati albi, decoquantur vsq; ad spissitudinem additis *ʒ.2. amyg. dulciū, se. papaueris al. ʒ.3. se. lini assi ʒ.2. da in sero ad quantitatē castaneæ cum aqua, vel vino decoctionis liquiritiæ, & hyssopi. ¶Item nota, quòd si quis malam vocem naturaliter à primis generātibus, & componentibus habuerit, nullum medicamē potest illi proficere. Item si quid longissimo tēpore raucedinem vocis passus fuerit, vix aut nūquam curatur, vel si propter vuam incisam raucedinē patiatur, nunquam curabitur.

*al. ℥.1.
*al. ℥.1. s. vel ℥.1.
*al. per tres vel quatuor.
*al. ℥.3.
*al. ℥.2.
Prognostica.

A B C D E F G

ADDITIONES.

AD vocis raucedinem ex frigida causa, piper & saluiam teras, in vino decoqui fac, & eius decoctionē deglutias. ¶Item succus menthæ bibitus, & decoctio saluiæ per tres dies sumta, vocē clarificat, & syrupus factus de menthæ succo, & decoctio saluiæ mirabiliter valet ad vocē raucā, & tussim sanat. ¶Ad vocem raucam succus malorum granatorum in igne coctorum, cum saccharo, & in potu datus mirabiliter valet. ¶Item extremitates animalium maximè vngulæ bouinæ cōmistæ valent ad raucedinē vocis, ex calida causa. ¶Pillulę, q̄ ponūtur sub lingua, cōferūt ad asperitatē gutturis, pectoris, & cannę pulmonis, & abscissionē vocis. Rec. gūmi arabici, tragacanthi ana ʒ.4. myrrhæ, olibani an. aur. 1. s. croci, aur. 1. liquiritiæ aur. s. carnium dactylorum numero 3. vel 4. vini dulcis q. s. ad conficiendum prædicta: fiant pillulæ in modum fabæ cōmunis, & vna vel duæ earum ponantur sub lingua, & ibidem teneātur, quousque deglutiantur per se cum saliua. ¶ Electuarium, quod composui ad vocem deperditā ex causa frigida recuperandam: Recipe diairis, diapenidiō an. ℥.1. s. passularum, liquiritiæ, & succi eius, hyssopi, se. lini assi puluerisati an. ℥. s. confice in mortario cum pistillo, addito syrupo iuiubarum. q. s. sumatur in modum castaneæ & teneatur in ore, donec deglutiatur paulatim cum saliua. ¶Pillulæ, quas composui pro Alexandro, optimè ad vocem deperditam restaurandam: Recipe gummi arab. tragac, olibani masculi, myrrhæ electæ an. ℥. s. liquiritiæ & succi eius an. ʒ. 1. masticis ʒ.1. s. passu. sine nucleis, pulpæ dactylorum an. ℥. s. diapenidij, diatracanthi, pinearum mundatarū, amygdalarum dulcium mundatarum an. ℥.1. cōficiantur cum vino dulci, vel cum melle, & fiant formæ similes lupinis, quarum vna post aliam teneatur in ore, quousq; per se cum saliua dissoluatur. ¶Aliud: Rec. medianū corticē tremuli, deinde in frusta minuta fac bullire in vino, da sero & mane: nam clarificat vocem. ¶Pillulæ sub lingua cōtra raucedinem vocis: Rec. liquiritiæ, tragacāthi, gummi arab. amyg. semi. cydoniorū, cucumeris, melonis, cucurbitæ, portulacæ an. ʒ.4. croci ʒ. 1. penid. ʒ.6. ¶Potio ad vocis raucedinem, & stricturam pectoris, arteriarum dilatationem: Rec. cetrach, ca. Ve. hyssopi, saluiæ, hordei mūdi, liquiritiæ & succi eius, quantum placuerit, coquātur in vino albo vel aqua, & bibatur.

Elettuarium nostrum.
Pillulæ nostræ.

De Botio gulæ, Cap. IIII.



NASCITVR in gula quandoque quędam passio, quę botium dicitur: fit enim grossities quædam in modum mamillarum dependens, quandoq; est vna tantum, & quandoque duæ vel plures: fiunt. n. in quibusdam regionibus forte ex natura aeris, vel aquarum, in quibus quasi omnes mulieres, vel viri sunt strumosi, sicut est quædam regio, quæ est in comitatu ciuitatis Lucę, quę dicitur Cariphiana: ibi. n. quasi omnes homines, & mulieres, vel maior pars eorū sunt strumosi. ¶ Nota itaque si in aliqua regione fuerint in generali homines quasi strumosi, quòd nō possunt curari, nisi ad aliā aquā, vel aerē aliū traducātur. ¶Itē nota, quòd de isto botio maximè curantur iuuenes, qui sūt 25. annorū vel infra, vnde virgines leuius curātur, siue sint masculi, siue fœminæ, quàm alij, qui corrupti sunt in virginitate, vltra verò 25. annū cū difficultate maxima curātur. ¶Caueant omnes, qui curari volunt, à coitu pręcipuè, quia coitus in cura mirabiliter nocet: abstineāt à cibarijs inflatiuis, & vētositatē generātib. à fabis, faseolis, castaneis, à carnibꝰ bouinis, porcinis, pecorinis, caprinis, bubalinis, & ab omnib. grossos humores generātibus, à piscibus, à rebus salsis, & ab omnibus cibarijs alijs viscosis & grossum hum. generātibus. ¶Pul. Magistri mei expertus ad gulæ botium, per cuius assumtionē infallenter curātur omnes strumosi, s. virgines, vel saltē infra 25. annū in ætate prouecti, & castè viuentes: R. spongię marinæ, paleæ marinæ, ossis sępię, piperis longi, & nigri, zing. cinnamo. salisgemmę, pyrethri boni, gallarū cypressi, gallarū quercus, gallarū spinæ, rosa. omniū an. ℥. 2. hæc omnia pul. excepta spōgia marina, & palea, q̄ debēt cōburi, & cinis ex eis factus cū prędictis debet admisceri, & omnia debēt cribrari, de hoc puluere pluries in die teneat in ore, & in nocte, per palatū ipsum descēdere pmittat paulatim, etiā de ipso pul. sumat de nocte, nō expergiscitur à sōno digestione iam cōpleta, qa tūc erit optimū, & in cibarijs suis quotidiè vtatur eo: debent seruari isti pul. in pyxide

Prognostica.
Cura.
Puluis expertus & ipsum verificat.

ligni, vel in sacculo de corio, & debent cooperiri A ne virtus eius exhalet: Et ideò melius est, si fiat iste puluis in parua quantitate, & recēs, quia fortioris erit virtutis. ¶ Item nota, quòd hæc cura debet incipi in vltima die Iouis, quæ est magis propinqua reuolutioni Lunæ, & quolibet die debet vti patiēs eo, vt dictum est, vsq; ad finem alterius Lunæ futuræ, vel quousque fuerit liberatus. ¶ Itē nota, quòd prius debet mundificari cerebrū, antequam aliquid fiat, cū pillulis cochijs, vel hierapicra Gal. & similibus: præcedat etiam venarum minutio, quæ sunt sub lingua, & ad minus semel in mense fiat, quia mirabilem habet effectum minuendi botium, deinde vtatur prædicto puluere secundum prædictam doctrinam: item fricetur sæpe botium cum manu, prius cum axungia inūctū. ¶ Itē nota, quòd gallæ & spinæ rос. debēt colligi mēsę Augusti, Septēbris vel Octobris, & siccari, tunc sunt bonę, quia sunt maturæ, mense autē Maij, Iunij & Iulij non sunt ita bonæ, quia sunt virides: tamen possunt colligi tunc, & siccari. Et nōta, quòd si non inueniatur galla, spinæ rosarum, possunt poni loco eius in supradicto puluere vesicæ, quæ nascintur in vlmis. ¶ Item nota, quòd spongia & palea marina non debent lauari aqua dulci, sed debent optimè ad Solem siccari, & manibus fricari, sic quòd puluis & arena ab eis optimè excutiantur, & postea debēt comburi & cum prędictis rebus misceri, vt suprà dictum est: accipe itaq; vnam spongiam marinam, quæ non sit tacta ab aqua dulci, sed exiccata, & ab arena mundi D ficata, vt dictum est, & pone eā in pignato nouo, cum centum granis piperis nigri, comburātur in igne, donec fiat puluis, qui misceatur cum melle despumato in tanta quantitate, quòd sit in modū electuarij mollis: iterum omnia dimittantur in olla prædicta, & comburantur, vt prius, & iterū omnia puluerisentur, cū melle conficiantur: iterato adhuc similiter cōburantur: hoc facto tribus vicibus, iterum adhuc cum melle despumato cōficiantur prædicta, & fac ex eis 30. pillulas grossas in modum grani grossæ fabæ, & quolibet mane ieiuno stomacho, cū à lecto surgit, teneat vnā ex eis sub lingua, quousq; per se cū saliua paulatim trāsglutiatur, & per palatū ad inferiora descēdat, & incipiat ab vltima die Dominico, vel Iouis reuolutionis Lunæ, vsq; ad finē alterius futuræ lunationis, quolibet die sumat vnā ex prædictis pillulis, & vtatur pul. supradicto, quousq; liberatus fuerit. Et si in prima lunatione nō liberatur, faciat hoc in 2. & in 3. & caueat ab omnibus cōtrarijs suprascriptis, quia pro certo liberabitur, has pillulas & puluerē suprascriptum extraxi à quodā libro secretissimo Magist. mei, quē chariorē omnib. alijs libris reputabat. ¶ Iurauit quidam sacerdos mihi Bononiæ, quòd cum isto puluere plures strumosos liberauit, dando ipsum quotidie in cibis, & sine cibis patiēti botiū: Rec. spongię marinæ, paleę marinæ, crucis marinæ, ossis sepię an. *ʒ.s piperis gr. 100. terantur omnia, & cū vino quolibet mane ieiuno stomacho sumat ex hoc puluere vnum cochlear, vel sero, cū intrat lectum. Similiter addūt quidā *ʒ.1. cuiusdam herbæ exiccatę, quæ dicitur nega, quæ nascitur inter fabas, & destruit eās, terunt. n. eā, & addunt cū prædicto pul. & vtuntur vt suprà, incipientes in reuolutione Lunæ, factā

Alius pul. expertus.

*al. ℥.s.

*al. ℥.1.

A pluries minutione venarū, quæ sunt sub lingua, & purgatione cerebri, probatum est & verum. Itē ipse puluis, vel solùm spongia marina iā dicta, cū cultello minutissimè pistata, & cum ouis in placētulis supra lar cocta & comesta, multū valet. ¶ Itē vinū decoc. radicis nucis tenerę cū pipere coctæ & bibitū, prodest. ¶ Puluis alius probatus ad idē, quem à quodam milite Neapolitano habui, qui passus fuit botium, & cum illo pul. curatus est, vt dixit mihi: Rec. coriādri, euphorbij, piperis, ossis B sepiæ, paleæ marinæ, botiarum, * robori 1. rosarū syluestrium an. puluerizentur omnia, & per staminea cribrellētur, & de isto puluere bis in septimana ieiuno stomacho cum vino, ad quantitatē mediæ nucis, detur, & caueat ab omnibus cōtrarijs supradictis, & cibarijs facilis digestionis vtatur. ¶ Aliud efficax & potens in hac causa: Rec. scanabi ericij, vel pellis eius, spongiæ marinæ, paleæ marinæ, tartari, ossis vrsi, & præcipuè de capite eius, ossis sepiæ an. ℥.4. baccarum lauri, salisgē C mæ, salisnitri, nucis, cypressi, * adarcæ, bedeguar, pyrethri omnium an *ʒ.3. omnia terantur, & in pignato nouo in igne comburantur, deinde extrahātur, & puluerisentur & huiusmodi species puluerisatæ addantur: Recipe nucis muscatæ, garyophyllorum, cubebæ, piperis longi & nigri, cinnamomi an. *ʒ.2. omnibus his insimul commistis de hoc puluere, quātum potest, cū tribus digitis capere, in mane & in sero per palatum transglutiat, & si vis ex hoc puluere, fac electuarium cum mel D le, & de eo capiat mane & sero, ad quantitatē nucis. ¶ Itē mane accipiat in ore fomētum de cruce marina, supra prunas ardentes posita. ¶ Item inūgatur sæpe botium cū axungia, & manibus fricetur: postea emplastrū istud supra botium apponatur: Recipe calcis viuæ, tegulæ rubeę, pumicis, cātharidum omniū an. tere omnia, & puluerisa ea, in vino bono vsq; ad consumtionem vini bulliāt & supra pellem aliquam pilosam omnia extendātur, & aloe puluerisatum desuper aspergatur, hoc E emplastrum calidum supra botium applicetur. ¶ Vel emplastrum de radice lapatij acuti, in vino decocti, & cum axungia porcina, vel vrsina pistata aspersi ℥.1. aloes puluerisati, supra ipsū emplastrum calidum, supra botiū pluribus diebus portet strumosus, prædictis pulueribus & medicaminibus vtatur, quoniam pro certo, si fuerit iuuenis & à cōtrarijs sibi caueat, in breui curabitur. ¶ Vltimū remediū ipsius curationis est, quādo cū his nō pōt curari, quòd per incisionē, & sectionē cu F retur, secūdū quòd à chirurgicis habetur Doctoribus. Sed periculū est valdè magnum, & timorosum, specialiter si botiū sit valdè magnū, & in eo, qui habet ætatem in defectu, & calorē naturalem debilitatū, sicut in sene, propterea non approbo curā per incisionē, vel sectionē: nā propter venas, neruos & arterias, quæ ibi sunt, posset sequi tāta hæmorrhagia sanguinis, quòd patientem interficere posses. ¶ Et dolor etiam nimius posset sequi, & vt ait Gal. subitò prosternit virtutem, & sic pe H ritus Medicus nullo modo cōsilio suo botiū permittat incidi, ne forte in homicidium potius, quā in curationē incidat: sed potius dimittat eum sic esse, & non intromittat se, specialiter si iam strumosus transierit 25. annum, & botium in eo fuerit grossum, & antiquum, &c.

Alius pul. probatus.

*Roberti,

*adiāthos,

*al. ℥.3.

*al. ℥.2.

De incisione quam vituperat.

ADDI-

ADDITIONES.

Experimentũ probatißimũ.

Experimentum probatum contra botium gulæ: postquam patiẽs vsus fuerit pillulis dictis, per totam lunationem, quæ sub lingua teneri debent, donec paulatim per se diminuantur, & deglutiantur, tunc botium diminuetur: in defectu Lunæ antequã deficiat, per tres dies accipiantur plures sanguisugæ, ponantur circumcirca locum quantum fuerit locus capax, & remotis sanguisugis, dum exiuerit de sanguine, competẽter appone plagis, quas ibi fecerunt, puluerem ellebori nigri, & hoc fiat quolibet die in illis tribus diebus reuolutionis Lunæ, semel in die: postea cura plagas illas cum vnguento albo, est enim probatissimum. ¶ Dixit enim quidam mihi, qui fuit passus botium, quòd comedit pluribus vicibus serpẽtẽ albũ, grossũ, abscisis capite & cauda, decoctum cũ aneto, pipere, cinnamomo, & sale, & liberatus est. Dixit mihi alter, qđ liberat⁹ est à botio, propterea q̃a comedit de lacertis viridib. abiectis capite, cauda & intestinis coctis cum aneto, & sale. Et plures scrophulas habẽtes cũ hoc cibo infra 9. dies curauit, dando illi quolibet mane de eo. ¶ Radix scrophulariæ per decẽ dies comesta, quolibet mane ieiuno stomacho, curat botiũ & scrophulas, probatum est. ¶ Medicamen optimum: Rec. testarũ ouorum, vnum plenum calatum bulliendum, tãdem extrahatur pellicula, quæ est intus, & tũc terantur, modicum ponãtur in cacabo ad modicũ, & ponantur in vno potto spisso, terreo, paruum os habente, fortiter claudatur cum argilla, vel cũ luto sapientiæ, & etiã totus potus reuoluatur de argilla ad spissitudinem digiti, & ponatur in fornace vitrariorum tribus diebus & noctibus, erit calx albissima, de qua administretur ʒ.s. paulatim transglutiendo, tenendo in ore continuè, iterum tantum imponatur ita, quòd totam trãsglutiendo continuet, nisi quando comedet vel dormiet, & ita curatur saltem in tribus annis, in æstate, & hyeme per sex, & supra botium ponatur lamina plumbi tenuis, perforata die ac nocte, ligata cũ binda: pro rusticis nõ ponatur succharum, sed pro delicatis potest poni: Rec. zing. ʒ.1. piperis longi ℥.s. garyophyll. ℥.s. salisgemmæ ℥.2.s. rasuræ cornu cerui p.1.s. spongiæ ℥.4. ossis sepiæ ℥.3. thuris ʒ.6. fiet puluis hoc modo spongiam incidendo minutim, & faciendo vnum lectum in olla vitreata, in fundo post vnum aliud de rasura cornu cerui, & sic consequenter quousq; olla sit plena, pòst claude, & luta cum pasta, & pone in furno pane remoto, ter vel quater, deinde pone vel misce alia puluerisata, & fac puluerem de aqua fa cto ruptorio prius apppos ito supra scrophulam, bis in die appone de dicto puluere & pòst desu per folium caulis liga, quia exibit aquositas continua, & inde curabit, & consolidabit: Et si apparẽt grossæ res, appone de caustico supra illas grossas res, & curabit omnes. ¶ Cor talpæ comestum per 9. dies, vel ipsa talpa assata & comesta, liberat à botijs, & scrophulis.

COMMENTARIVS.

Caueant omnes à coitu, &c.) ramicem gutturis vocant hunc affectum Medici, quem botium appellat Arnaldus. Huic mirum in modũ fertur aduersari coitus. Miror equidem maximè, si verum sit, quam ob causam id vsuueniat. Morbis enim cõpetere videtur coitus, qui postulãt exsiccationem. Fortè quòd coitu materia peccans euacuari non possit. Euacuetur autem sanguis, vnde frigidius euadit corpus vniuersum. Dein etiam cùm præter hunc sanguinis calorem, alius quoq; sit, quẽ testes vniuerso corpori contribuunt: hunc etiam nimia seminis effusione contingit imminui. Conuenit autem vterq; calor maximè pituitosis pertinacibúsq; tumoribus, cuiusmodi quoque ramicem hunc esse constat.

De Scrophulis, Cap. V.

Quid sint & quare sic dicantur.



TRACTATVRI de scrophulis, primò videdum est, quid sint scrophulæ & quare nominentur sic. Scrophulæ itaq; sũt quasi glandulæ in molli carne nascẽtes, vt in gula sub axillis, vel in inguinibus: differunt autem à nodis in eo, quòd nõ sunt separatæ à carne, sicut sunt nodi: imò sunt suspensę cũ carne, & dicuntur scrophulæ ad similitudinẽ scrophæ. Nã sicut scrophæ quandoq; 7. vel 8. filios pariunt, ita & scrophulę simili modo quandoque 5. vel 6. vel 8. vel plures vel pauciores, quandoque in vno loco nascuntur: Glandulę verò, vel nodi non sic vèniunt, sed vnus vel duo tantum in vno loco veniunt. Scrophulæ verò nunquam ad minus in minori numero trium in vno loco. ¶ Scrophulæ itaque quandoque cum medicinis laxatiuis per os datis, per secessum educuntur, & sic liberatur patiens, quandoque per vnctiones & emplastra superposita, & inunctis scrophulis ex ipsis, sicut dicturus sum inferius: vltimò cũ fortissimo puluere mortificantur, & cum ferro extrahuntur per modum chirurgię, quod debemus, quantum possumus, euitare. ¶ Curantur enim facilè in infantibus, difficilius in iuuenibus, difficilimè autem in senibus, & nunquam curantur per medicinam aliquam, seu vnctionem.

Prognostica.

¶ Qualiter autẽ in pueris, & iuuenibus curari debeãt, videamus, & primò quomodo curentur per viam medicinę sumtæ per os, secundò qualiter curentur per emplastra & vnctiones, tertiò qualiter per puluerẽ mortificantem, & per incisionem.

Cura.

¶ Potio ad scrophulas probata: Rec. radi. asphodeli, radi. caudæ vulpinæ, hellebori nigri, polypodij, laureolæ, radi. asparagi, brusci, ciclaminis, radi. ireos, & aristo. ro. herbæ occasionis, fabæ lupin. hermodactil. omnium, an.* ʒ.2. hæc omnia bene lota, & trita in optimo vino vsque ad medietatis consumtionem bulliant, deinde colentur, & adde tantundem mellis, quantum est ipsum vinum: & quolibet mane sumantur de hac ℥.2 cum pauco pipere trito misto. ¶ Vel purgetur patiens cum pillulis de aloe & masti. vel cum alijs pillulis laxatiuis, sic quòd incurrant quasi dysenteriam: postea succurrant dysenteriæ cum medicinis, quas in capitulo suo nominabimus, & hoc non solùm in scrophulis, sed etiam in hemicranea valet & in omni ægritudine, quæ lædit corpus à collo superiùs secundum Magistrum meum & secũdum Hibernicum. ¶ Pillulæ, quarum vna laxat 15. vel 20. vicibus, quæ dantur in scrophulis, purgant. n. miro modo humores grossos: & Magister me⁹ vtebatur eis cõtra scrophulas: Rec. hellebo. nigri, euphor. portulacæ marinæ an ʒ.3, aloes succotrini ad pondus omnium, masticis ʒ.1.s. formentur pillulæ ad modũ cicerũ, & detur ʒ.1. ¶ Itẽ crispellę contra scrophulas optimę: Rec. radicis raphani, viticellæ, lapatij acuti, & ciclaminis ana terantur optimè & cum farina tritici, & vitellis ouo-

*al. ℥.2.

rum conficiantur, ſupra lar coquantur, & dētur. ¶Item dragea, quā dicā in capitulo de arthetica, valet contra ſcrophulas. ¶Itē phlebotomia de vena capitis, per interualla facta, valet contra ſcrophulas. ¶Itē aqua decoc. capparum, aſparagi, & bruſci in principio ſcrophularū multū valet. ¶Itē radix ſcrophulariæ cū ouis, & farina miſtis, datis in criſpellis, vel quocumq; modo dari poteſt, mirabiliter valet contra ſcrophulas. Eſt autē radix ſcrophulariæ plena paruis nodulis, in modū ſcrophularum. ¶Itē euphorbiū puluerisatum, & cum ouo ſorbili datum, ſcrophulas per ſeceſſum educit.

Expertum.

¶Aliud probatū ad idē: accipiatur talpa, elixetur benè: deinde ad Solē exiccetur, pulueriſetur & per ſetā optimè extrahatur puluis, & cū melle al. conficiatur, & fiant pillulæ in modum cicerum, & omni die in ſero dentur 3. vel 5. quouſq; materia ſcrophularū per ſeceſſum educatur. Iurauit mihi Hēricus Anglicus, quòd pluries hoc experimentum probauit. ¶Item aliud optimum ad idē: Rec. corti. radicis laureolæ, in aceto per noctem & diem infuſæ, exiccatæ ℔. 1. terantur, & in bono vino albo vſque ad medietatis cōſumtionē bulliant, addatur ℥. 1. piperis pulueriſati, & per vnam noctem ſtet ad ſerenum & 20. diebus quolibet mane ſumat de iſto vino patiens, quouſq; ſit expletum. ¶Item puluis florum geneſtæ in cibis, & in potib. ſumtus, ſcrophulas curat. ¶Aliud ad idem: accipe caricas, & in qualibet illarum mitte 3. vel 4. guttas lactis tithymalli, mitte eas in ſereno aere ſic per noctem iacere: mane verò dabis, quia mirabiliter valent: ducent enim ad 15. ſellas vel plures. Et ego ſum expertus hoc in pluribus ruſticis robuſtis, quia materiam groſſam & viſcoſam mirabiliter educunt

Puluis mirabilis.

¶Puluis alius mirabilis Magiſtri mei, & Magiſtri Michaelis Scoti expertus, valens contra ſcrophulas miro modo: Recipe ligni aloes, margaritarū perforatarū, oſſis de corde cerui, ſpicæ nar. blattę bizātię, nucis, caryophyl. galāgæ, thuris, coriādri, nucis muſcatæ, piperis, diagridij in pomo cocti, omniū an. ʒ. 1. ambræ gra. 2 euphorbij ʒ. 1. s. hæc omnia terantur vnumquodq; per ſe, cribrellentur, & miſce, & quātum teſta nucis capere poteſt, cum aqua frigida, ducit .n. 15. vel 20. ſellas & ſcrophulas per ſeceſſū purgabit. Et hæc de curatione ſcrophularum per viam medicinarum laxatiuarum, dicta ſufficiant.

Applicanda exterius.

¶Facta igitur vniuerſali purgatione in ſcrophulis, abluantur primò ter vel quater in die cum aqua calenti: quia, vt ait Hipp. aqua calens primò membrum inflatum præter naturam plus inflat: deinde planum efficit: radix linguæ bouis teratur, & radix lilij abiecta medulla radicis linguæ bouis, & deſuper emplaſtretur. ¶Item emplaſtrū diaquilon, vel apoſtolicon ſupra ſcrophulas poſitum valet. ¶Emplaſtrum à Magiſtro meo probatum ad ſcrophulas: accipe lac capræ nigræ & excaua radicem brioniæ, & ipſam cauitatem prędicto lacte imple, ſupra prunas ardentes bulliat prædictum lac, quouſque cōſumatur quaſi, deinde piſtetur, & ſupra ſcrophulas hoc emplaſtrum calidum apponatur, & quolibet die renouetur, quouſque ſcrophulæ reſoluantur, probatum eſt. ¶Aliud probatū per Magiſtrū Hēricū Anglicum ad ſcrophulas, fiat vnguētum: Recipe armo. ſaliſgemmæ, pyrethri, ſucci marubij, ana terantur

A omnia & adde ceræ, q. s. & cum modico oleo fiat vnguentum, ex quo vngantur iuxta ignem, & ſtatim hoc emplaſtrū deſuper pone: Recipe ſquillæ, radi. *lauri, ſerpentariæ & panis porcini an. terantur cum axungia porcina & calidum deſuper pone, probatum eſt.

** al. yarri.*

¶Item emplaſtrum ex ſolo armoniaco, in vino reſoluto, & ſupra ſcrophulas mediante petia extenſum, eas reſoluit, ſi addas puluerem ariſto. ro. prædicto armoniaco, & parū croci, erit emplaſtrum hoc efficacius. ¶Empla-

B ſtrum aliud optimum ad ſcrophulas, & ad apoſtemata dura: Recipe radicis lilij, ſtoracis, armoniaci, medullæ cruris vituli, adipis capræ, ana terantur omnia, & cum melle diſſoluantur, & fiat emplaſtrum ſupra ſcrophulas. ¶Item radix ireos trita, & aſphodeli, radix cucumeris agreſtis, radix filicis, mali terræ, radix ebuli, & viticellæ, & ficus ſiccæ, omnia in aceto fortiſſimo, vel quædam eorum coquantur, addito pauco colophoniæ tritę, & ſupra ſcrophulas emplaſtra, quia miro modo

C reſoluit eas. ¶Aliud emplaſtrum reſoluens, & deſtruens eas: tere vites, cum radice linguæ bouis, & cū capitello, & felle porcino diſtempera: quia reſoluit eas, probatum eſt. ¶Aliud emplaſtrum, qd ſcrophulas infra hebdomodā reſoluit purgatione, & fricatione loci priùs facta: Rec. ſe. ſinapis, & vrticę, ſulphuris viui, ſpumæ maris, ariſto. ro. bdellij armoniaci ana, olei antiqui, & ceræ, quātū ſufficit ¶Modus quidem cognoſcendi ſcrophulas à nodis talis eſt: accipiatur hedera terreſtris,

D folia iuniperi, & cedri, benè piſtentur: deinde in oleo communi bulliant, & tepid. ſuperponatur per tres dies, ſi glandulæ ſint, diminuentur, & tunc cum hoc medicamine inſiſtas tantummodo: ſi verò rubeſcant, ita quòd ad ſaniem vel maturationem videantur induci, incidantur. Sed tamen inciſio ſcrophularum fugienda eſt, quantum plus poſſumus. ¶Quod ſi eas non poſſumus deſtruere cum medicaminibus, intus & extra reſoluentibus, tunc mortificentur cum hoc rupto-

Mortificanda ſcrophulæ.

E rio, & poſtea ſine læſione, & dolore nimio extrahi poterunt. Ruptoriū autē ipſum ſic fit: Recipe calcis viuæ, cinerum fabarū aduſtarum an. de his fac capitellum, & cola ipſum: deinde calcis viuę, & ſaponis an. cum hoc capitello reſolue, & in capſulā glādulis, vel capſulā cerę pone, & ſupra ſcrophulas ſic per noctem ſtent: Vel mortificentur cum puluere aſphodeli, vel cum alijs puluerib. fortiſſimis in capitulo de gingiuarum corroſione, & de cancro in gingiuis nato dictis. ¶Cúmq;

F mortificatæ fuerint bene ipſę ſcrophulæ, cū ferro extrahantur à prouido & diſcreto chirurgo, conſolidetur vulnus cum medicaminibus conſolidatiuis, & carnem generatiuis, hæc cura per mortificationem & inciſionem periculoſior eſt omnibus alijs, & magis fugienda. ¶Oleum optimum quo mediante ſcrophulæ nouæ & recentes, in pueris ſpecialiter, citò ſanantur: Rec. radicis thapſiæ, & raphani ana *ʒ. 1. olei communis veteris ℥. 2. ponatur hoc oleum ipſis radicibus tri-

** al. ℥. ij. olium.*

H tis in eo, poſitis in ampullā, vel in vas aliquod: & illud vas in caldariū aqua plenū bulliente ponatur, ſic quòd ſemper in ipſa aqua iaceat quouſq; medietas ipſius aquę conſumatur, & de hoc tepido oleo 2. vel 3. guttę inſtillentur in aurem patientis in illa parte, vbi ſunt ſcrophulæ & hoc fiat

fiat pluribus vicibus. Si propter illud oleum auris calefacta fuerit, vel tumuerit ita, quòd aliqua putredo exhalare incipiat, scias tunc, quòd solũ ponendo sic qualibet nocte parum de illo oleo calido in ipsam aurem curari poterunt huiusmodi scrophulæ, & earum materia per illã euacuabitur, tunc cum eo aurem insiste, secundum modũ prædictum, quousque patiens liberatus fuerit. Si verò auris non intumuerit, vel aliquid nõ emiserit, tunc cum prædictis medicaminibus laxatiuis, & cum vnctionibus & emplastris superiùs scriptis insistas: his omnibus non proficientibus, quod maxime fiet in scrophulis antiquatis, tunc cum ruptuorio superiùs scripto, & cum incisione per viam chirurgiæ insistendum est.

ADDITIONES.

Experimentum.

Experimentum probatum ad sanandum scrophulas sine ferro, & plagam absque incisione: accipe corticem nucum viridium, vel radicẽ nucis valde tritam, & per duos dies ibi appone, deinde per duos alios dies radicem linguæ bouis tritam in aceto prius coctam, & post tres dies remoue hoc emplastrum, pone ibi plures sanguisugas, & sanguinem sufficienter dimitte eas extrahere, vel sugere, & cum eas remoueris, appone ibi cerotum ex cera, oleo ros. thur. & masti. factũ, & hoc fieri debet circa reuolutionẽ lunæ si fieri potest quia tunc melius est. ¶ Item comedat patiens interdum de radice scrophulariæ cum ouis. ¶ Itẽ sumere bis in hebdomada pondus duorum denariorum olei iuniperi, multum valet. ¶ Vnguentũ probatum ad sanandum scrophulas, secundum fratrem Ioannem: Recipe semen vrticæ maioris, sulphuris viui, arist. ro. bdellij, spumæ maris, siue pumicis, semen sinapis an. ℥ 1. armoniaci ℥. 2. olei antiqui, & ceræ quantum sufficit, vngatur bis in die, probatũ est. ¶ Succus rutæ, caprariæ & agrimoniæ bibitus, & etiam emplastratus supra scrophulas addito armoniaco eas resoluit. ¶ Item flãmula contrita cum succo panis porcini, & albumine oui, mista & emplastrata supra scrophulas resoluit eas similiter. ¶ Item semen raphani, cum amygdalis amaris cõtritis. ¶ Item cinis factus ex radicibus caulium combustis, & cum pice liquida confectis, hæc omnia supra scrophulas emplastrata, eas resoluunt. ¶ Item dicit Gal. in libro simplicium medicinarum, quòd si vngãtur scrophulæ felle testudinis, & oleo lilij, & de radice lilij, supra eas emplastretur, delentur. ¶ De rumpentibus autem sine ferro, est sapo cum calce, & capitello mistus. Item cinis filicis, cum axũgia mistus & superpositus. Item sapo cum quarta sui pulueris rubei. ¶ Postquã verò scrophulæ fuerint mortificatæ cum primo emplastro, vel aliquo prædictorum, axungia porcina cum vitello oui, superponatur vsque ad casum crustulæ: postea pone de vnguento citrino cum vnguento fusco, donec fiat perfecta sanatio. ¶ Frater Bartholomæus quẽdam iuuenem, qui diu fuerat passus scrophulas, cum vnguento hoc diuina virtute liberauit: Accepit virid. æris, solatri, lapatij, aspalti, an. confecit omnia pistata cũ succo porri, & supra scrophulas posuit, & in breui liberatus est iuuenis.

Vnguentum probatum & supra etiam.

Rumpentia.

***

De Tussi, Cap. VI.

Post tractatũ scrophularũ cõpletum, & tractatũ ægritudinũ, q̃ in gula fiũt, intus & extra gulã de ægritudinibus latẽtibus in pectore, & spiritualib. tractare proposui & primò de tussi. ¶ Tussis vt ait Gal. in cap. de accidenti, est fortis motus virtutis expulsiuę: Vel tussis est offendiculũ spiritus, in trachea arteria, quod idem est. ¶ Fit enim quãdoq; tussis per compassionem, quãdoque per passionẽ. Per compassionem, vt quãdo est symptoma alterius ægritudinis, siue morbi: vt quãdo fit vitio stomachi, vel hepatis tumore, & hydropisi, inflatione splenis, vel ex pleuresi, vel ex peripneumonia: quæ omnia per præcedentes ægritudines, & pręsentes cognoscuntur: fit etiam tussis ex siccitate, faciẽte inæqualitatem attractionis aeris, & asperitatem in trachea arteria. Fit etiã propter frigiditatẽ coarctantẽ ipsas fistulas pulmonis, vel tracheæ arteriæ, vnde spiritus offenditur, cùm non possit inde liberè transire, & sic sequitur tussis. Quãdoq; fit tussis ex humoribus à capite descendentibus, quod cognoscitur per narium mucum per sputũ & saliuæ abũdãtiã, cũ titillatione vuæ & palatus. Quia si ipsi humores ad spiritualia currãt, tũc fit tussis absq; titillatione vuę & palati & muco nariũ. ¶ Tussis verò ꝓueniẽs ex siccitate, cognoscitur ex fumo à pulmone procedẽte, q̃a patiẽs quãdoq; pũcturã sentit interius, quando tussit, & est sine superfluitatis emissione, & quandoq; corpus efficitur macilentum, & specialiter si diu durauerit. ¶ Tussis verò ex aeris frigiditate, vel ex frigida causa cognoscitur ex pallore faciei, & ex eo, quia calida prosunt, & frigida obsunt, & per pallorem & discolorationem vrinæ. Tussis verò ex causa calida vel sicca cognoscitur ex calore, siti, & ex asperitate linguæ per colorem vrinæ rubeum vel citrinũ, vel circulum igneum. ¶ Si ergo tussis fuerit ex causa calida & specialiter ex sãguine, quod per venarum plenitudinem, faciem præter modum rubeam, & per totius corporis dispositionẽ sanguineam cognoscimus, tunc fiat minutio ex basilica, postea fiat syrupus talis, in qualibet tussi: Recipe capill. Ve radicis arnoglossæ an. M. 1. hordei mundi p. 1. iuiubarum, sebesten an. 25. se. papaueris, portulacę an. ℥. 1. se. cõmuniũ cõtusorũ ℥. 2. gũmi arab. & tragacãthi an. ℥. s. cõfice cũ saccharo in ęstate, & in hyeme cum melle albo despumato, & detur cũ aqua decoctionis hordei mũdi, liquiritiæ & tragacanthi. ¶ Syrupus etiam ex aqua extracta de cucurbita in pasta cocta, in qua coquatur semẽ cydoniorum, gummi arabicum, tragacanthum, & saccharum quantum sufficit: valet enim iste syrupus calidè & siccè tussientibus, & etiam phthisicis, & hecticis. ¶ Item sub lingua teneat pillulas istas, q̃ miro modo valent ad tussim calidam & siccam: Rec. papaueris albi, succi liquiritiæ, amidi, tragacãthi an. ʒ 4. pinearum amygd. dulcium, vuarum passarum enucleatarum an. ʒ. 10. sem. commun. [illegible] cydoniorum, & maluæ viridium mũdatorum an. ʒ 3 seminis lini, gummi arabici, sem. bombacis munda candi. an ʒ 4. temperentur cum penidiis, & syrupo violato, fiãt pillulæ in modum fabæ, & vnam post aliam sub lingua teneat, quousq; deglutiatur per palatũ. ¶ Et ptisanã hordei, cũ penidiis, & tragacantho bibat

Definitio.

Causæ.

Signa.

Cura.

Si a sanguine & cholera.

distemperatam, quia mirabiliter valet in hac causa, & lenit pectus, & cannam pulmonis. Itẽ semen cydoniorum, & succum liquiritiæ in ore teneat quandoque. ¶ Item vngat pectus hoc vnguento, malu & fœnugræcum; & semen lini cum oleo violato bulliant, quod supernatauerit, collige, & eo vngatur pectus. ¶ Et si dolor capitis, & vigiliæ affuerint, fiat embrocatio capitis, cũ aqua tepida, in qua bullierint rosf. viol. hord. & capita papaueris. ¶ Etsi cũ his perfectè nõ curatur, dẽtur pillulę ad quãlibet tussim, ex parte rheuma restringẽtes mirabiliter. Recipe myrrhæ, radi: cinoglossæ exiccatæ, olibani an. ℥. 1. hyoscyami, opii an. ℥. s. confice cum mucilagine gummi dragacanti, & fiant pillulæ in modum piperis, dentur 5. vel 7. prout tibi videbitur sero, vel dentur aliquæ de illis pillulis rheuma restringentibus, quæ in capitulo de rheumate dixi. ¶ Diæta illorum sit talis, si febricitauerint, farina hordei, succus furfuris; lac amygda. coctum cum mica papis, ptisana cum penid. & dragacanto detur, & locetur patiens in loco frigido, & humido, & diairis, & diadragacantum, quandoque da illi. Si verò non febricitauerit, aues, præterquam in aquis degentes, hœdos, phasianos, perdices, turdos, sturnos, & huiusmodi comedat: Vinum cum aqua hordei lymphatum bibat.

Si à frigiditate.

¶ Si verò tussis ex frigiditate, vel ex causa frigida fuerit, quod cognoscitur, quia à quocumque frigido læditur & à calore iuuatur, & vrina apparet alba, seu discolorata & pinguis, fiat syrupus: Rec. hyssopi, prassij an. *M. s. liquiritiæ ℥. s. ireos, calamenti, metastri, capill. Ve. radicis fœniculi, & apij an. *℥. 1. iuiubarũ, sebesten an. *℥5. vuarũ passarum ℥. 2. masti. cinnamo. zingi. an. ℥. 2. amygd. pinearũ mũdarũ, se. fœniculi, & ansi. an. ℥. s. omnia in aqua coquãtur, & additã lib. 1. mellis despumati, penidiarũ, & sape. an. ℔. s. fiat syrupus, de quo sumat quolibet mane ℥. 1. & s. ¶ Et si frigidi humores in causa fuerint, digesta materia, purga eos cum hierapicra Gal. vel cum pillulis cocchijs, & similibus diapras. diairis, diamargariton, diacyminum, diahyssopum, garyophyllatum, & huiusmodi per se, vel cũ aquis, quę mũdificant pectus, quas in sequenti capitulo dicam, dentur. ¶ Inungatur pectus eorum ex dialtea, agrippa, marciaton, oleo laurino, & similibus, vel ex vnguento, quod in sequenti dicetur capitulo. ¶ Collocentur in domo calida, & ignis de lignis siccis coram ipsis constituatur. ¶ Lauetur caput eorũ cũ aqua decoctionis florum chamomillæ, meliloti, aneti, & corã igne optimè siccẽtur capilli eius, & caput panis inuoluatur optimè. ¶ Lymphetur vinum cum aqua in qua bulliant baccæ lauri, cyminum, zig. & galanga. Et si causã multum fuerit rheumatica, sumat pillulas de cinoglossa, vel alias pillulas quascumque contra rheuma valentes, quas in capitulo de rheumate scripsi. ¶ Pillulę Magistri mei ad tussim antiquam frigidam peroptimæ: ¶ Recipe galbani, myrrhæ, opij, piperis, storacis calamitæ an. fac pillulas in modum piperis, quas cum pistillo calido confice, & da 5. vel 7. cum calida sero. ¶ Pillulæ aliæ ad tussim frigidam optimæ: Recipe succi liquiritiæ, sacchari, piperis an. fac pillulas in modum fabæ, de quibus tres vnam post a-

*al M. 1.
*al. ℥. 1.
*al. 25.

A liam sero sub lingua teneat, quousq; per se dissoluantur. ¶ Pillulæ ad tussim humidam, secundum Hibernicum: Recipe storacis calamitæ, croci, costi, succi liquiritiæ, prassij an. ℥. 4. myrrhæ, galbani armoniaci, opoponacis, terebinthinæ an. ℥. 6. informentur cum succo raphani. ¶ Pillulę ad tussim subitam: Recipe myrrhæ, castorei, galbani, piperis, storacis, prassij, cardamomi an. terantur omnia & cum melle conficiantur, & in modum orobi informentur, & sero da 5. vel 7. ¶ Trochisci Ma-
B gistri mei, cõtra tussim fortem, seu rheuma acre, Rec. amygdalarum dulcium, & amararum, liquiritiæ, fœni. anisi, olibani, fabarum excorticatarũ, se. lini, costi, pinearum mũdarum an. ℥. 2. myrrhæ, croci, cinnamomi an. ℥. 1. s. omnia terãtur peroptimè, & per *stamineã subtiliter trahãtur, cõfice cũ melle, penidijs, & amido an. de omnibus secũdũ quod sufficit, & fac trochiscos, quorũ quilibet sit pondus *℥ 1. s. & teneat sero vnum ex his sub lingua, quousq; per se paulatim dissoluatur, & descẽ-
C dat. ¶ Experimentũ Hibernici, quod dicit se probasse ad quãlibet tussim: accipe pomum vnũ bonũ & viride, ipsum munda optimè à cortice exteriori, & fac inde rotulas plures, quas in sanguine porci recentes frige, addito melle, da pa. ad mãducandũ sero, cum vadit dormitum. Item potes facere de pane ca. cum exit de furno, accipiẽdo medullam eius, & frigendo eam in sanguine porci, & dando eam cum melle: dicit. n. Hibernicus cũ hoc solo experimento multos curasse tussientes.
D ¶ Quia si tussis propter cõpressionem splenis, vel hepatis fuerit, curetur splẽ vel hepar, prout in ꝓprijs, Deo dãte, dicetur capitulis. ¶ Si verò ꝓpter ventositatem vel indigestionẽ stomachi esset ipsa tussis, aquã decoc. masti. se. fœn. & anisi bibat quotidie, & electuaria cõfortantia, & ventositatẽ carminantia dentur, sicut sunt diacyminum, diacalamẽtũ, dianisũ, & similia, à cibis vẽtositatẽ, & indigestionẽ generantibus, abstineat, & sic de alijs.

*al. setam
*al. ℥. 1.

ADDITIONES.

E DIxit mihi quidam, se pluries in pluribus esse expertũ, quod decoctio cristæ galli, & puluis illius herbæ cum melle, plures liberauit à tussi, etiam inueterata & antiquata & hoc intra paucos dies. ¶ Trochisci ad tussim siccam experti: Recipe gummi dragacanti, amyg. succi liquiri. an. ℥. ℥. se. cydoniorũ ℥. 1. s. pulpę passularum, sebesten, se. maluæ, bombacis an. ℥. 2 confice cum syrupo viol. ¶ Dum quidam pateretur tussim inueteratam & facta essent illi diuersa medicamina, &
F nil proficerent, quidam docuit eum, quòd acciperet cimarum basili. siccl. M. 1. fœnugræci, se. fœnicimini, masti. an. ℥. 1. & faceret bullire in aqua, & vteretur dicta aqua omni hora, quod fecit & liberatus fuit, ligauit tamen quamlibet dictarum rerum, & seminum in petia lini subtili. ¶ Ad mundificandum pectus, ab omnibus viscosis, & phlegmaticis humoribus, fiant pillulæ ex radice enulæ exiccatæ & cinna. an. & vtatur quotidie. ¶ Cuidam mulieri tussienti prægnanti clamosæ subue-
H ni, dando has pillulas, sub lingua assiduè: Recipe thur. masti. storacis, calamitæ an. ℥. 1. opij, croci, myrrhæ, an. gr. 15. fiant pillulæ sicut lupini, cum vino cocto, vel aqua sacchari, & vngatur cum cerote de lilio.

De

De Asthmate, Cap. VII.

ASTHMA est difficultas inspirãdi, vel respirandi, vel vtriusq;. Idem enim est asthma quod dispnœa, & fit hæc passio vtplurimum, quãdo nimia siccitas constringit, & coarctat pulmonem, ita quòd pulmo ipse non potest debitè dilatari, & sic sequitur asthma. Fit etiam ex nimia humiditate, vt quãdo humor superfluus abundat exterius in superficie pulmonis, & sic pulmo cõpressus non potest debitè dilatari: quandoq; humor abundat interius, videl. in fistulis pulmonis, & sic pulmonem non permittit liberè dilatari, vnde sequitur asthma, & mala inspiratio. ¶ Primò igitur ad asthma fiat talis syrupus: Rec. squillæ assæ ʒ.ʒ rad. lilij, cælestis ℥.s. prassij, hyssopi, capil. Ven. an. M.I. mel. q. s. vel detur syrupus, in capitulo pręcedẽti scriptus, quo sumto des pillulas Magistri mei ad asthma expertas: Rec. agarici *ʒ.2.s. rad. lilij, ireos, prassij an. *ʒ.s. turbith boni & gummosi ʒ.2. pulpæ colocynthidis, sarcocollæ an. ʒ.s. hieræpicræ *ʒ.ʒ. conficiantur cum vino, & dentur secundum vires. ¶ Item ʒ.1. de pul. facto de *pulmone vulpis, exsiccato cum vino albo, vel syrupo de hyssopo dato, miro modo valet ad asthma. ¶ Item *ʒ.1. stercoris lacertæ, vel vermium, qui faciunt sericum cum dicto syrupo hyssopi, vel cum vino data, multum valet. ¶ Potio ad asthma experta: Rec. hyssopi, saluiæ, capil. Ven. marubij an. M.I. rad. enulæ, consolidæ ma. cynoglossæ an. ℔.s. liquirit. ℥.4. corticis pinearum viridiũ ℔.s. hęc omnia per hebdomadã vnã infundantur in vino albo optimo, puro & odorifero, supra eas nõ minus vnius palmę natet ipsum vinum, deinde colẽtur, addito melle despumato, quantum sufficit, bulliat vsq; ad vini consumtionem, deponantur ab igne, tunc adde ʒ.ʒ. succi liquir. puluerisati, & sumat ex ea decoct. quotidie, quia solùm cum hac potione data multos asthmaticos curaui. ¶ Item dẽtur electuaria, sicut sunt diahyssopus, diaprassium, diairis, & huiusmodi distemperata cum aquis, pectus mundificantibus à phlegmate, & humoribus viscosis, si huiusmodi humores in asthmate peccare cognoueris, sicut cum aqua decoct. armoniaci, aqua decoctionis liquirit. ficuum siccarum, hyssopi, prassij, rad. fœn. & apij, vuarum passarum, & pinearũ, cum ręsina sua, in aqua decoct. vel in aqua in qua zingib. vel prassiũ & radix ireos, iuiubę, sebesten, pruna sicca. hordeum mundum, & radix fœnic. cum qua etiam electuaria distemperẽtur, vt diapenid. tragacanthum, & penidiæ, quoniam miro modo mundificant pectus à superfluitatibus viscosis, & phlegmaticis humoribus, adhærẽtibus in spiritualibus, & quando patiens nihil excreat, valent hæc omnia ad tussim, & asthma. ¶ Pillulę asthmaticis, tussientibus, ad dolorem cordis, vocis, & stomachi: Rec. sem. communium mundorum de cydoniis, sem. borrag. liquir. & succi eius, galangæ, tragacanthi, gummi arabici an. ʒ.1. cinnamomi, caryophyll. nucis musc. papaueris albi, ligni aloes, sem. basilic. zingib. storacis, amili aromatici, *mẽthę, *opij an. ʒ.2. confice cum aqua infusionis, confectionis tragacanthi. ¶ Quod si ex asthmate fiat pectus, vel caput dolorosum, abrasa capitis summitate, apponatur ibi sacculus isto

A pul. plenus: Rec. florũ camomil. pulegij, hyssopi, origani, baccarũ lauri an. ¶ Deinde vngatur hoc vnguẽto pectus: Rec. florum camomil. meliloti, hyssopi an. *ʒ.1. se. lini, fœnugr. an. *ʒ.s. fiat puluis subtilissimus, & distemperetur cum oleo camomillæ, butyro, sine sale, & cera, iuxta ignẽ hoc vnguẽto inungatur pectus. Et si vis ex hoc vnguento facere emplastrum, adde tãtundem de maluauisco, prius cocto peroptimè & pistato, quãtum est ipsum vnguentum, & emplastrum ex prædi- B ctis omnibus confice, pectori cal. applica, quia mirabiliter valet ad pectoris dolorem, ad tussim, & ad asthma. ¶ Vnguentũ aliud optimũ ad dolorem pectoris, ad dilatationem ipsius, & mundificationem saniei, propter tussim, & asthma: Rec. succi prassij, & senationum an. olei, viol. thuris, mast. & ceræ quantum sufficit, pinguedinis gallinæ, anseris, porci, medullæ bouinæ, q. s. de omnibus fiat vnguentũ, vngatur pectus prope ignem, ante & retro, & tota spina, fricentur bene omnia C dicta loca, & hoc fiat cũ vadis dormitũ, superponas stuppã canabinã, vel bombacẽ, vel pellẽ leporis, & teneat se patiẽs optimè calidũ, & coopertũ.

*al.ʒ.1.&s. *al.℥.s. *al.ʒ.2.&s. *al. hepate *al.ʒ.2. *al. myrrhę *al. apij *al ℥ 1. *al ℥.s.

ADDITIONES.

Confectio ad asthma educens humores grossos, & saniẽ ex pectore: Rec. succi liquir. hyssopi, siccæ squillæ, rad. lilij cœlestis an. ʒ.8. capill. Ven. siccorum ʒ.7. sem. vrti. ireos, cardamomi, piperis, aristol. ro. nasturtij, baurach, carui, campe- D stris, amygd. amararũ an ʒ.5. conficiãtur cum tantundem mellis, quantũ omnia prędicta, detur ex eo ad quantitatẽ nucis mane & sero cũ decoctione hac: Rec. ficuũ siccarũ, dactylorũ an. num. 10. rad liquir hyssopi, calamenti, prassij, capil. Ven. an. ℥.1. rad. apij, fœn. & sem. eorũ, se. vrticę fœnug. an. ℥.s. Est etiã cõueniens ad asthma, dyspnœam tussim, & saniem plurimæ humiditatis, ipsos humores ex pectore, & ex cannalib. pulmonis mundificans. ¶ Electuarium ad asthma, dyspnœam & E orthopnœã, de mirabiliũ libro extractũ: Rec. sauinæ ʒ.1 butyri ℥.4. mel. ℥.ʒ. da stomacho ieiuno. Alij addũt ireos, prassij, hyssopi, liquir. an. ℥.s macis, folij cubebarũ, zingib. cinnam. subtilis boni & electi an. ʒ.1. mel. quant. suff. ¶ Asthma, dyspnœa & orthopnœa, difficultates sunt anhelandi, quæ maximè cõtingunt in hyeme, & senibus. Electuarium semper accipiat, vbi sint orobus, aristol. ro. hyssop⁹, calamentũ, cẽtaureæ, radix cassię lignee, radix costi, spica & similia, pect⁹ vngatur cũ oleo F anetino, camom. &c. gutta armoniaci, cũ oxymellite trita, valet: dentur electuaria extenuatiua, vt diacalamentũ, diaprassiũ, diairis. Pillulæ de cinoglossa valẽt, vngatur pectus cũ dialtea marciaton mistis, detur diatrionpipereon, crispellæ factæ ex foliis cristæ galli, contritæ cũ vitellis ouorũ, & farina hordei, valẽt. ¶ Pillulę probatæ ad hoc: Rec. storacis, calamitę, galbani, castorei, piper. an. ʒ.2. opij ℈.4. conficiãtur cũ ptisana, in infusione tragacanthi, dentur 9. vel 11. Balsamũ prodest, & au- G rea alexandrina ℈.4. Puluis gẽtianę cum vino, vel oleo prosunt, splen, pulmo, vel coagulũ leporis, cum vino, valẽt. ¶ Optimũ remediũ est cauteriũ in nodo furculę pectoris, in grossa & humida materia, diacamerõ, & potio muscata, valent. Oleũ in quo lepus coct⁹ bullierit, vsq; ad dissolutionẽ,

colatum & vſum in cibariis, valet in aſthmate. A
¶ Item: Rec rad.ariſtol.ro.quantum vis,confice cum ſaccharo, detur ſero & mane bolus in ſtrictura pectoris,& thoracis. ¶ Expedit vti diapen. diadragãto frigido,diapapauere,& ſaccharo viol. vngatur pectus butyro, & dialtea miſtis,& gula, quando venit ex ſiccitate,& in macilentis ¶ Sed ſi pectus ſit ſtrictum ex humore,quod ſcitur ſputo multo,tuſsi,& ſitis ablatione,detur diairis,dia calamentum,diapraſsium,diatrionpipereon. Vngatur pectus marciaton, & oleo laurino, ſumat B pillulas hieræpicræ ſero,& ſemel auream alexandrinam cum vino calido,fumigetur cum auripigmento,ſtuphetur cum enula, calamẽto,cum vino,ficus cum hyſſopo, & picra ieiuno data,antimoniũ ſumtum cum ouo ſorbili, valet,phlegma viſcoſum in pectore diſſoluit,cum calamo aromatico ſolo, vel cum terebinthina, ſanant accepta ſero, intercipiunt fluxum ex frigida cauſa: auri pigmentum non applicetur extenuato corpori.

De Sanguinis ſputo, Cap. VIII.

C SANGVINIS ſputum quandoq; tuſsim ſequitur,& cum tuſsi fit:& ille ſanguis quandoq; eſt miſtus cum excreatione: quandoq; fit ſpumoſus, quandoq; clarus emittitur. ¶ Si cum tuſsi, & ſpumoſus emittatur, malum ſignum eſt: vlcerationem enim pectoris & pulmonis ſignificat,vnde ſæpiſsimè mors vicina ſequitur. ¶ Cum excreatione & rheumate fit à cerebro,ſeu à capite. ¶ Quandoq; D ab hepate venit,& tũc eſt rubor faciei,dolor dextri hypochondrij. Et quandoq; emittitur etiam per narem dextram ſanguis. ¶ Et quando adeſt grauedo ſiniſtri hypochondrij, tunc emittitur à ſplene,oculi glauci ſunt. Et quandoq; ſanguis ꝑ ſiniſtram emittitur narem. ¶ Quandoq; à fundo ſtomachi,& tunc emittitur vomitu,& eſt viridis, ſeu niger ſicut amurca olei, & hoc vidi in quodã religioſo,qui emittebat ſanguinẽ, ſicut eſt amurca olei nigri,& erat ab omnibus Medicis deſperatus. E Cui quidem ſuperueniens feci fieri balneum aquę decoctionis teſtudinum optimè coctarum, & in eo pluries intrauit,& liberatus eſt. Aliquando venit ſanguis à gingiuis & labiis,& cura huius dicta eſt ſuperiùs in capitul. proprio.

Prognoſtica.

¶ Eiectio itaq; ſanguinis ab interioribus procedens ſemper timoroſa,& periculoſa eſt, ſecundum quod dicit Hip. in aphoriſmis. dicit enim in ſanguinis ſputo, ſaniei ſputum, in ſaniei ſputo phthiſis & mors. Eiectio itaq; ſanguinis & cum clara excreatione F curabilis eſt. ¶ Qualitercunq; fuerit excreatio ſanguinis, hoc modo curatur: Fiat phlebotomia de baſilica,& poſtea infra 5. vel 6. dies detur decoct. caſsiæ fiſt. viol. prunorum mannæ, ſem. communium,iuiubarum,& ſi conſtipatus fuerit,clyſtere fiat. ¶ Syrupus ad ſanguinis ſputum, expertus ſecundum meum Magiſtrum: Recipe ſandal. al. & rub. acatiæ, fructuum myrtil. ros. ſumach, berberis,balauſtiarum,hypocyſtidis,boli armen. carabæ an. ℥. s. virgæ paſtoris, arnogloſſæ, lactucæ, G endiuię,cycoreę hepaticę,capil. Ven. an. M. I. ſem. communium vncias duas. hordei aſſati, P. I. omnia bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, & addito ſaccharo taberſet cum alio bono,& ſaccharo roſ. an. ℔ I. s. fiat ſyrupus & perfectè decoquatur, & quotidie ſumat de eo ℥. I. s. cum aqua myrtillorum & boli: Pręcedente tamen minutione de vena mediana,quæ à ſpiritualibus venit, vel de vena mediana,ligentur brachia,& coxę patientis,cum petiis eas amplexãtibus.

Electuarium expertum.

¶ Item detur ſibi electuarium Magiſtri mei ad hoc expertum: Rec ſucci liquir. tragacãthi, gummi arab. amygd. & pinearum aſſatarum an. ʒ. 10. ſem papau. alb. penidiarum an. ʒ. 20. *amygd. ſem. cydoniorũ, portulacæ an. *ʒ. s. ſem. communium mundorũ, maluę, lactucę, ſandal. al. & rub. roſ. an. ʒ. 4. ſpodij, ſplenis vulturis, an ʒ. 2. cinna. ℥. I. ſanguinis dracon. boli arm. ſymphiti, cancrorum fluuialium, folij an. ʒ. I. s. cõfice ipſum electuariũ cum ſyrupo ſupradicto, vel ſolum cum ſaccharo roſ. & accipiatur ex eo in modum caſtaneę cum aqua hordei aſſati mane & ſero.

**al.amidi*
**al.ʒ.s.*

¶ Trochiſci optimi ad hoc: Rec. tragacanthi, boli arm. gũmi arab. lapidis hematitis, ſanguinis drac. thuris, maſt. balauſt. an. *ʒ. I. ſem. plãtaginis, riſi aſſati, hypocyſti. acatiæ, mumiæ, coralli al. & rub. ſpodij an. ℥. quart. rad. conſolidæ maioris, & minoris, fructuum myrtillorum, cinnam. an. ʒ. 2. conficiantur hæc omnia cum ſyrupo roſ. vel ſaccharo roſ. & ſit quilibet trochiſcus ʒ. I. & detur vnus cum aqua pluuiali, & roſata.

**al.℥.I.*

Syrupus mirabilis.

¶ Syrupus etiã iſte eſt mirabilis in hac cauſa: Rec. ſucci plantaginis, & verbenæ depurati an. ℔ 2 in quo bulliãt gummi arab. tragacanthi aſſati, ſucci liquir. an ℥. quar. mumię, ſanguinis drac. boli arm. an. ʒ. I. s. ſacchari roſ. q. ſ. hic enim ſyrupus miro modo valet ad ſanguinis ſputũ, vndecunq; proceſſerit. ¶ Syrupi etiam conſtrictiui pul. electuaria & pillulæ: & quæ in capitulo de dyſenteria ſum dicturus, in hac cauſa valent: & etiam ea, quæ in capitulo de fluxu ſanguinis narium dicta ſunt, huic paſsioni competunt. ¶ Item emplaſtrũ iſtud pectori applicari poteſt, quod valet mirabiliter ad hanc paſsionem: Rec. boli, gummi arab. maſt. olibani an. ℥. quart. terantur omnia, & cum albumine oui temperentur, & ſupra pectus emplaſtrẽtur. ¶ Bibant ſubtiliſsimũ vinum, & lymphatũ cum aqua decoct. gummi arab. tragacãthi aut ſucco liquir. far hordeum, & riſum, coctum, granum coctum, & ſimilia, amidum, & colaturam furfuris, ptiſanã, cancros fluuiales & huiuſmodi cum bolo & ſan. drac. & cinnam. pulueriſatis ſumat.

De phlebotomia.

¶ Si huiuſmodi ſanguis à ſpiritualibus fluat, fiat minutio de vena cordis. ¶ Si à ſplene de vena, quæ eſt inter medium & minorem digitũ ſiniſtrę manus, & ventoſa cum ſcarificatione ſpleni applicetur. ¶ Si à cyſti fellis, fiat minutio de ſaphena, quæ eſt ab interiori parte tali. ¶ Si in muliere fluat huiuſmodi fluxus propter menſtruorum retentionẽ, prouocentur menſtrua. In viris ꝓpter retentionem hæmorrhoidũ, prouocentur hæmor. vt in ꝓpriis dicetur capitulis. ¶ Si propter humorum furioſitatẽ, & putredinẽ, purgentur humores, vt prædictum eſt. ¶ Si à cerebro fluat ſanguis vel à gula, vel à faucibus, ponatur ventoſa cum ſcarificatione poſt collũ, fiat etiã minutio de venis, quę ſunt ſub lingua, & minutio de cephalica, poſtea emplaſtrum iſtud ſupra locum, vbi fluit ſanguis, apponatur: Rec. cartæ pecorinæ, pilorum leporis, & filtri, omnium combuſtorum, boli, mumiæ, ſymphiti, lapidis hæmatitis, ſan drac. an. ℥. s terantur omnia, & cũ albumine oui & aceti modico conficiantur

ficiantur, & emplaſtrum iſtud apponatur loco,
vbi fluit ſang. ſi à cerebro ſuper cerebrum, ſi à pe-
ctore ſuper pectus, ſi à faucibus ſuper fauces, ſi à
gula ſuper gulam. Item dentur ſyrupi, & electua-
ria ſupraſcripta. ¶ Item pillulæ factę ex gummi a-
rabico, & ſemin. plantaginis vſto, mumia, ſang.
dra. boli ar. maſt. thure, lapide hæmatitis; radice
conſolidæ, ſymphito, acatia an. omnib. pulueriſa-
tis, & cōmiſtis cū athanaſia, & rub. & ſuc. planta.
iſtæ pill. omnem ſang. cōſtringūt, & cōpoſitæ &
exptę pluries ꝑ me in hac cā, & in quolibet fluxu.

ADDITIONES.

SYrupus Magiſtri mei ad ſputum ſang. propter
venæ rupturā in pectore: R end. ſcariolæ, lin-
guæ ceruinæ, hepaticæ, lentiginis, aquæ iuolariæ,
cetrach, polytrichi, adianthos an. M. I. viol. florū
nenupharis an. ℥. 3. liquiritiæ mūdæ cand. penid.
ſe. portulacę, quinqueneruię, ſe. omnium frigido
rum an. ʒ. I. amidi, trag. gummi arab. an. ʒ. ʒ. iuiub.
ſebeſten an. ʒ. 10 hordei mundi, p. I. ſacch. ℔. 2. ſu-
mach, ſpodij, balauſtiarū an. ℥. s. ¶ Trochiſci ex-
perti in ſputo ſang. & in quolibet fluxu: R. roſ. ſe.
cydoniorum, boli, corall. alb. & rub. lapidis hęma
titis, pſidiæ, balauſtię, fructuū myrtillorum, ſe. pa
paueris albi, gummi arabici, tragacanthi, ſpodij,
ſumach, ſang. drac. carabe, vernicis, maſt. cinnam.
mummiæ, conſolidæ maior. acatiæ, amidi, ſemin.
plantag. corrigiolę, ſe. accedulę, hypocyſtidos, oſ-
ſium cancrorū combuſtorū an ʒ. I. quidam cōbu
rūt omnia ſupradicta, quidam aſſant ſolùm ſupra
tegulam, & conficiunt inde electuariū: Alij cum
ſucco plantag. faciunt inde trochiſcos ʒ. I. de qui-
bus dant vnum in mane cum electuario cydonio
rum, & cum ſacch. ro. Alij ſero, contra quemlibet
fluxum ſang. vel ventris. Alij ſunt, qui non cōbu-
runt ſupradicta, ſed combuſta fortius conſtrin-
gunt, & aſſata minus, fiat autem ſecundum quòd
neceſsitas magis, aut minus requirit.

Cauſa.

De Empyemate, Cap. IX.

ET quia, vt ait Hip. ſang. ſput. ſaniei ſpu
tum ſequitur: iccircò de ſaniei ſputo
poſt ſan. ſputū dicēdū eſt. Saniem igi-
tur ſcreantes dicuntur empyici. ¶ Et
huiuſmodi paſsio modis diuerſis fit. Fit enim ex
apoſtemate in inſtrumētis ſpirituum creato. ſ. in
pulmone, vel ſub coſtis ex pleureſi, vel peripnue-
monia. Quādo enim huiuſmodi ad purgandū ni-
mis moratur ſanies, vel non perfectè cutatur, tūc
pulmo inficitur, ex cuius infectione nutrimentū
veniens corrumpitur, & tunc cū crepuerit huiuſ-
modi apoſtema, & ſaniem emiſerit, bonum eſt, ſi
multum non durauerit. Et quandoque per ſcrea
tionem huiuſmodi ſaniei ſequitur ſcreatus ſang.
qui malus eſt: vnde feſtinandū eſt citò, vt pectus
mundificetur, ne ſanie in corpore manāte phthi-
ſis ſequatur, & mors. ¶ Signa empyicorum ſunt
hæc: ſputum ſaniei, corporis macilentia, colli gra-
cilitas, anhelandi difficultas cum tuſsi: quando-
que etiam cum aſthmate, facies ſubtumida, rotū-
ditas oculorum & tumor: aliquando etiā febriūt
empyici, ſicut per calorem in volis manuum, &
pedum cognoſcere poſſumus, & per alia ſigna fe-
bris communia. Nam quandoq; ſentiunt dolorē
in ſiniſtra parte, in medio thoracis, quandoq; re-

Signa

A tro ſecūdū diuerſa loca infecta, & maximè in tuſ-
ſiendo, & exſpuendo ꝓpter motū emiſsionis, vel
euulſionis in locis prædictis dolor ſentitur. ¶ Et
nota, quòd patientes pleureſim, ſeu peripneumo
niam, ſi non purgentur in 14. die poſt rupturam
apoſtematis, fiunt empyici. Empyici verò facti ex
præcedenti apoſtemate, ſi non purgentur infra
diem 40. à quo fit ruptura, fiunt phthiſici, & hoc
habemus ab Hippocr. in aphoriſmis quintæ par-
ticulæ: Quicunq; empyici fiunt, ſi purgentur à
B 40. die, à quo ruptura fit, ſoluuntur: ſi verò non,
vtplurimum in phthiſim cadunt, de phthiſi autē
peripneumonia, pleureſi, & cardiaca, in tractatu,
ſeu libro febrium tractabo ¶ Ad hāc paſsionem
fiat ſyrupus talis: Rec. hordei mundif. P. I. capill.
Ven. M. I. fœnugræci ℥. I. mellis ℔. I. s. detur cum
aqua ficuum ſiccarum, & paſſularum, vel cum a-
liqua de aquis pectus mundificantibus in pręce-
denti capitulo dictis Et dentur etiam ipſæ aquę
cum diapenid. & diairis, vel detur eis mel roſ. cū
C ipſis aquis diſtemperatū, vel cum aqua hyſſopi,
tragacanthi, vuę paſſæ, & hoc modo detur illi per
dies quatuor cum ſapa, ſi non febricitauerit, & ſi
cum his pectus noueris non fore mundificatum,
mūdificetur cum aliqua lotura, vt cum aqua fru-
ctuum, & ſimilibus. ¶ Inungatur pectus cū vn-
guentis in præcedenti capitulo dictis, vel ex dial-
thea, marciaton, agrippa, & ſimilibus ¶ Item ſpi-
ca celtica, apium, anetum, branca vrſina, ſerpenta
ria, maluauiſcus in vino & oleo decoct. ſupra pe-
D ctus cataplaſmentur. ¶ Saponaria & centaurea
ſimiliter decoct. cataplaſmētur ſæpe & ſæpius ea.
¶ Item ſi nō febricitauerit ſpicam, myrrhā, caſsię,
lig. & piper longū an. in optimo vino diu fac bul-
lire in vaſe, quod habeat os longum optimè ſigil-
latum, ne reſpirare poſsit, & cum bullierit pat. o-
ptimè coopertus, fumum in ore recipiat per em-
botum, & hoc bis vel ter fiat in hebdomada, & de
ipſo vino colato cum ptiſana hordei accipiat ro-
ſatam nouellam, diarrhodon, vel iſtud electua-
E rium: Rec pinearum amygd. ſem. papaueris albi
an ʒ. I. hyſſopi, *ſacchari, caricarū paſſularū, ſem.
bōbacis, liquiritiæ, & ſucci eius, tragacāthi, gum-
mi arabici, boli arm. rubei an. ℥. I. memithæ, peni-
diarium an. ℥. 2 mell. roſ. & ſapæ, quātum ſufficit,
confice ſic, pineas paſſulas, caricas, amygd. diu te-
re & puluerem terendorum admiſce, & confice
cum melle roſ. & ſapa, vt dixi, & mane & ſerò ca-
piat ex eo, ad quantitatē nucis paruæ. ¶ Si febri-
citauerit, farinam hordei cum lacte amygd. coctā
F comedat, ſemulam, aquam furfuris, frumentum
huiuſmodi diſtēperata, & cocta cū lacte amygd.
comedat, aquam hordei, gummi arabici, & traga-
canthi, cum ſaccharo. penidiis & tragacantho bi-
bat. Si verò non febricitauerit, pullos, hædos, pha
ſianos, perdices, turdos, ſturnos, oua ſorbilia, vi-
tellum etiā cum ouis, iuiubis, & vuis paſsis con-
ditum, & huiuſmodi comedat, vinum lymphatū
cum aqua decoctionis hyſſopi, vuarum paſſarū,
ficuum ſiccarum, & iuiubarum bibat, à coitu & à
G nimio labore abſtineat.

Prognoſtica.

Cura.

*al. papaueris, zingib.

Diæta.

ADDITIONES.

SYrupus optimus ad empyema expertus, per
me compoſitus: Rec. ariſtol. ro. bene mundif.
& per quatuor partes diuiſæ ʒ. ʒ. ſem. myrti ʒ. I. il-

lud quod reperitur in foliculis radicis consolidæ maioris, hyssopi, vngulę caballinę, cristę galli, vermicularis, quinqueneruiæ, cimbalariæ ana P.1. san.dra.ʒ.3.se.maluę,& bombacis, ana ʒ.1. hordei mundi. P.1. hæc omnia in sufficienti quantitate aquæ bulliant,& addito sacchari, quantum sufficit, fiat syrupus.

De passione Stomachi: & primò de Vomitu prouocando, Cap. X.



CVm de passionibus stomachi, in hoc libro meum propositum sit tractare, & cùm stomachus à multis passionibus per vomitum prouocatum curetur: visum est mihi, prius de prouocantibus vomitum tractare: Multos enim vidi, qui ciborum & potionum multam receperunt quantitatem, qui ilicò ægrotare inceperunt: Et nisi, immediatè illis prouocassem vomitum, in ęgritudinē, vel febrem periculosam, & fortè mortem incurrissent, qui statim liberati sunt propter vomitum prouocatum. Competit etiá his, qui stomachum habent repletum phlegmaticis, viscosis, & malis humoribus, & etiam febricitantibus ex plenitudine, & repletione nimia: cōpetit etiam his, qui habent nimiam grauitatem corporis, abominationem, venarum extensionē & rigorem cum calore: hæc enim plenitudinem stomachi significant, & vomitus in his competit.

Vomitiua simplicia.

¶ Medicinarū igitur vomitiuarū aliæ sunt leues, alię fortes, aliæ fortissimæ: leues sunt cortices vel radices ebuli, succus sambuci, fumiterræ, semen atriplicis, semen rapæ seu radix, acetum cum aqua & oleo hidroleon, persicaria, & vomitiuum Nicolai inferiùs describendū, vomitiua verò fortia sunt, sicut raphanus, squilla, iarus, thapsia magna, cataputia, nux vomica, castaneolam indica, semen pentaphyllon. dactyli, pentadactylus, crocus hortulanus, succus cu. agrestis, lac ficulneæ, centaureæ maioris, viride æris, helleborus niger, & vomitiuum Scarpellæ subscribendum. Vomitiua virò fortissima sunt, sicut fel porcinum, taurinum, vaccinum, & similia. ¶ Medicinæ iterum grossos & viscosos humores attrahentes per vomitum sunt helleborus al. condisi, narciscus, cataputia, bellirici, grana tithymalli, castaneolæ rotūdæ cum melle, & aqua tepida, & syrupo acetoso, & hæc omnia fortia sunt in attrahendo ipsos humores viscosos, debiliora verò eis sunt in attrahendo prædicta sal indicum, semen rad. semen atriplicis, & sinapis. Quæ verò choleram nigram per vomitum educunt, sunt semen atriplicis, aqua fasiolorum, radix ireos, malua cocta cū porris, oxymel cum aceto, radix narcisci cocta.

Vomitiua composita.

¶ Vomitiuum Nicolai est istud. Recipe thapsiæ collectæ in mense Iunij ℥.3. croci Africani ℥.1. s. nucis vomicæ ℥.s. asari ℥.1. hæc omnia trita in aqua salsa, vel salmentina vsque ad medietatem bulliant & additis ℔.2. mellis despumati, & * ℥.3. succi asari, vsque ad consumtionem succi, & aquæ bulliant. Cùm ipsum autem dare volueris, distemperabis ex eo ad quantitatem castaneæ cum caliditate per noctem ad serenum resideat, manè verò propinetur, vel cum syrupo acetoso, vel aqua calida detur, valet delicatis hominibus, & ad nauseá à superfluis, & acutis humoribus factam, valet etiá contra tertianam veram seu notham, & contra quotidianam & quartanam.

*al.℥.4.

¶ Vomitum Patriarchæ ad idem valet, quod sic fit: R. thapsię ℔.1. croci Africani * ℥.3. cinnamomi asari, an. ℥.2. mellis, quātum sufficit, detur cum omnibus supradictis ad quātitatem castaneę.

*al.℥.4.

¶ Vomitiuum verò Scarpellæ fortius his duobus sic fit: Rec. thapsiæ ℔.1. cinnamo. asari, ana ℥.1. croci * ℥.3. amygdalarum amararum * ℥.1. cataputiæ ℥.1. gummi arab. ℥.1. in aqua salsa, vel salmentina, coquantur hæc omnia trita, & cum melle conficiantur, & detur de eo ad quantitatem castaneæ contra ęgritudines vomitiuo Nicolai dictas. Si detur cum calida, vomere facit, si cum frigida, per secessum educit.

*al.℥.4. *al.℥.2.

¶ Vomitiuum Magistri mei expertum, inducēs vomitū, & sellas suauiter: Rec. corticum radicis laureolæ, radicis ireos, sem. raparū & rapistrarum an ℥.1. terantur hæc omnia & in tribus ℔. aquę vsquequo ad vná deueniat, & coletur, & addita ℔.1. sacchari prædictæ colaturæ, coquantur optimè vsq; ad consumtionem ipsius aquę, & tunc cum puluere isto admisceatur: Rec corticum radicis laureolæ siccarum, asari, condisi, sem. raparum, rapistrarū, gladioli, masti. an. ʒ 5. de hoc vomitiuo detur ℥.1. distemperatum cum calida. Et plus valet si antequam detur, iaceat per totam noctem sub aere sereno, & mane tribuatur, valet enim mirabiliter, etiam q̃ plus de vomitiuis aliquib. supradictis ad omnia iam dicta. ¶ Si cataputiæ mundæ cū melle, & saccharo an. mistæ in modum castaneę cum aqua distemperatæ dētur, dicūt, quòd si collecta fuerit trahendo versus terram, tunc ducit per secessum: si versus cœlum, quādo colligitur, trahitur, tunc ducit per vomitum, probatum est. ¶ Aliud vomitiuum optimū: Rec. sem. atriplicis, raparum rad. rapistrarū an ℥ s. terātur & in ℔.3 aquæ bulliant quousq; ad vnam deueniant, coletur, & addito pauco sacch. ad serenum per noctem stēt: in mane verò dabitur in potu. Vomitiuum aliud: Rec. cortices radicis salicis, sem. atriplicis, rapæ, radicis aneti, raphani an. ℥.s. bulliant in ℔.3. aquę vsquequo tertia pars remaneat, & additis syrupi acetosi compositi ℥.2. & olei communis ℥.s. totū in potu sumatur, valet enim huiusmodi vomitiuum in arthetica, & vitio lapidis, & post comestionem salsorum piscium, radicum, & cæparum, & post multam potationem vini lymphati. ¶ Vnctio vomitum prouocans: Rec. succi hellebori, & esulæ vel pul. ipsorum an. & cum felle taurino, & albumine oui commisce, de quo ventrem vngas ab vmbilico superiùs, & vomet: hoc etiam vomitiuum vermes ascarides interficit, & educit. ¶ Vnum verò vomitiuū facimus quandoq; pro istis, qui alios vomitiuos capere non possunt, hoc modo: Rec. esulæ, radicis laureolæ, hellebori albi, se. raparum, atriplicis, raphani, rapistrarum an. ℥.1. hæc omnia bene trita, & lota in ℔.3. vini bulliant quousq; ad vnam redeant, & colentur, & postea admisce alterius vini, & mel. an ℔.1 croci ℥. quar. & per noctē iaceat ad serenū, & detur ex eo ℔.1. Panis verò prouocans vomitum fit ex farina tritici, cum succo hellebori, vel laureolæ vel esulæ, vel lacte tithymalli, vel prædictarum pul. in malo dulci in medio excauato ponantur, & ipsum malum in pasta inuoluatur, & ipsa pasta desuper cū acu perforetur, & decoquatur in furno, & ipsum pomum

pomum comedatur, quoniam ſuauiter vomet, & hæc fiunt pro delicatis, & pro illis, qui abhorrent ſumere medicinas, ducunt enim eos ſuauiter.

ADDITIONES.

EMplaſtrum, quòd ſi ſupra ventrem ponatur, vomitum prouocat: Rec. hellebori albi ℥.I. piperis ℥.s. cōfice cum felle taurino, vel vaccino, q. ſ. & ſtomacho applica. ¶ Item expertum eſt, quòd ſi flores geneſtæ citrinę coquantur in aqua, & potetur dicta aqua, ſtatim prouocat vomitum, & ſi addatur ſemen raparum, rapiſtrarum, & atriplicis, citius operatur: vomitus ſuauis, & leuis fit de floribus ſambuci, tritis cum melle miſtis, da ℥.I.

De Vomitu reſtringendo, Cap. XI.

ACCIDIT quandoq; pluribus vomitus ſuperfluus, & immoderatus, q̄ niſi reſtringeretur, patiens poſſet citò deficere, & virtus eius debilitari, annihilari, & proſterni, qui vomitus quandoq; fit ex ſtomachi defectione, quandoq; ex calidis humorib. quandoq; ex frigidis & viſcoſis. *Signa.* ¶ Si itaq; ex frigidorum humorū abundantia accidat, facit eructationes, vel inſipiditates, & in vomitu phlegma viſcoſum, vel aquoſum, vel permiſtū apparet, & grauedo in capite, & in ſtomacho frigiditas ſentitur: nam cerebrū compatitur ſtomacho, propter colligantiam, quam habet cum eo. ¶ Si verò ſola frigiditas ſine humorum vitio fuerit, tunc adeſt grauedo ſtomachi, vel frigiditas in profundo, & nullius humoris vomitus abundantiam demonſtrat, frigida obſunt, & calida ꝓſunt. Quod ſi humores calidi ſint in cauſa, tunc in vomitu quandoq; vomit choleram croceam, & quandoq; viridem, & cûm emittitur, os miro modo amarū eſt. ¶ Si verò ſola caliditas ſine humore fuerit in cauſa, adeſt*dolor, & ardor ſtomachi, ſitis, & ſiccitas oris, nec vomitus aliquorū prædictorū colorum eſt tinct⁹, calida exhibita magis vomitū incitant: frigida verò ipſum reprimunt. **al. calor,* ¶ Si verò vomitus fuerit propter ſuperfluitatē cibariorū, vel acumē ipſorū, hoc ſcimus per indicium patientis, qui fatetur nimis comediſſe, vel ſalſa cibaria, acria vel acuta. ¶ Quandoq; etiam accidit vomitus ꝓpter acuitatem medicinæ aſſumtę. ¶ Si itaq; vomitus fuerit propter humores frigidos, & viſcoſos, purgetur cum pillulis aureis, vel ſine quibus eſſe nolo, vel cum pillulis hieræ pic. Gal. & ſimilibus: poſtea vinum decoct. nuciſmuſc. cinnam. & maſt. cum diacymino, vel diamargariton, vel diapenidion, vel diazingiber, vel triphera magna, vel cū aliquo ſimili electuario detur. *Cura ſi fuerit propter humores frigidos.* ¶ Poſtea applicetur hoc emplaſtrū ſtomacho: Rec. menthæ ſiccę, abſynthij ſicci an. ℥.s. coſti, zingib. piperis, cyperi, calamēti, galliæ, ſquinanti an. ℥. quart. fiat emplaſtrū, & diſtemperetur cum ſtorace liquida, vino veteri, & oleo nardino, vel oleo muſcellino, & applicetur ſtomacho, quia mirabiliter valet in hac cauſa, & etiam in vomitu ex ſola frigiditate facto. ¶ Aliud emplaſtrū ad idē: Rec. baccarū lauri, cymini, maſt. olibani, cinnam. nuciſmuſ. ligni aloes an. puluerisentur, & cū oleo muſcellino, vel laurino, vel communi theriaca, & albumine oui conficiatur, & ſupra ſtomachum apponatur. ¶ Si verò fuerit vomitus propter defectionē ſtomachi, dentur electuaria confortātia, vt ſunt pliris arcoticō, muſcata, diamargaritō, diacyminū & ſimilia. Dētur etiā ipſa electuaria in vomitu facto ꝓpter cibi & potus abundantiā, prius tñ cū vomitu aquę calidę ſtomacho optimè mundificato. *Si à cibo.* ¶ Si verò ꝓpter medicinā aſſumtā contingit, mittatur patiēs in balneo aquę pluuialis, in quo decoctæ ſint cyminū, gallæ, roſ. myrtus, fructus iuniperi, mētha, & radix filicis, & ſimilia: vel in ipſa aqua calida ſpongia vel pannus infuſus ſtomacho ſæpe & ſępius applicetur. *Si à pharmaco.* Et emplaſtrū factū ex bolo, maſtice, ſang. drac. lapide hęmatitis an. cōfectum cū ſucco menthę, & albumine oui & mica panis trita ſtomacho applicetur, quia omnē vomitū ſtringit, probatū eſt. ¶ Quod ſi*cholera in cauſa eſſe cognoſcatur, purgetur cū oxymelle laxatiuo, vel triphera, & huiuſmodi: & aliqua clyſteria fiant conuenientia. **al. calida* *Si à cholera.* Et ſi fuerit oportunū, ſi plenitudo venarū affuerit, de vena ſtomachi minutio fiat, deinde hoc emplaſtrū ſtomacho applicetur: Re. ro. ℥.s. ſandalorū alb. & rub. hypocyſtid. ſpodij, acatiæ an. ℥. quar. panis biſcocti torrefacti, & in aceto infuſi ℥.I. fabarū nigrarū torrefactarū ℥.s. fiat ex his puluis ſubtiliſsimus, & cum ſucco cydoniorum, oleo roſ. & cera, cōfice emplaſtrū & ſtomacho applica, quia valet in omni vomitu ex cauſa calida, tam in febri quā ſine febri. ¶ Aliud emplaſtrū ad idem ſimile: thus, maſtix, & aloes terantur: & cū albumine oui & aqua roſ. diſtemperentur, & ſtomacho applicetur. ¶ Aliud expertiſsimū, quod ſtatim quemlibet vomitū conſtringit: fermētum forte cum ſucco mēthæ & aceto commiſce, & fac tortellū calidū & ſtomacho applica, quia ſtatim vomitū ſtringit. ¶ Aliud emplaſtrū probatum ad omnē vomitū reſtringendū: Rec. ſtercus porcinum, & ſpecialiter comedentiū glandes, & radices filicis, terantur, & coquantur in aceto, vſq; ad aceti conſumtionē: hoc emplaſtrū calidū ſupra orificiū oris ſtomachi applicetur, ter vel quater in die: quia mirabiliter ſtringit. Item pinea cocta cum aqua pluuiali, ſtomacho applicetur. ¶ Item aqua decoct. millefolij, & antiflorum. i. florum vuarum acerbarum in potu data, vomitū ſtringit. ¶ Item ſpōgia vel panni in aqua decoct. gallæ balauſt. ro. *myrti, cymini, cinnamomi, coſti, corticis maligran. & huiuſmodi conſtrictiuorū, infuſi, & calido ſtomacho applicati, ipſum vomitum reſtringunt. **al. mēthæ* ¶ Quod ſi vomitus cum fluxu ventris fuerit, detur ſyrupus roſ. & myrtinus, ſyrupus de ſucco plantaginis, trochiſci, electuaria & alia conſtrictiua: quę in capitulo de dyſenteria dicam: comedant cibos leuiſsimæ digeſtionis, pullos, phaſianos, perdices: & huiuſmodi aues comedentes ſemina iuniperi, & fructus myrtillorū, aſſatas, & intus plenas frōdibus, vel fructib. myrti, vel cum aceto, vel agreſta, vel ſucco limonū, vel citrangulorum paratas: ſalſa etiā ex mentha, caryophyll. ro. maiorana, cinnamomo, & mica panis aſſata, ſupra prunas, in aceto intincta, & cūm ſucco limonis, vel agreſta vel aceto: hæc ſalſa facta & data, multum confert. *Si fuerit cum fluxu.* ¶ Emplaſtrū, quod vomitū reſtringit, & ſtomachū confortat: Rec. roſ. maſt. olibani, nuciſmuſc. ſtoracis, boli, ſang. drac. laudani an. ℥. quar. ligni al. muſci, ambrę an. ʒ.s. mēthę, maioranæ ſiccę an. ℥.2. croci*℥.s. cōficiātur cū ſucco menthæ, oleo roſato, & cera: & emplaſtrum ex **al. ℥.s.*

his factũ applicetur stomacho, & sic de singulis.

ADDITIONES.

CVra per me composita, qua curaui quãdam mulierem, quæ ad minus 10. vicibus deiicie-
bat, & toties vomebat, & habebã eam pro despe-
rata: feci ei fieri hoc emplastrum, & stomacho ap
plicari: Rec. lapidis hęmatitis, boli arm. gummi a-
rabici, tragacan. mast. cinnamomi, ros. an. ℥. 4. hęc
omnia in pul. redigantur, & cum cera & oleo ros.
vel masticino conficiantur, & supra stomachum
supra petiam extẽsum calidum applicetur. Item
feci illi dari in potu saccharum ros. antiquum, cũ
aqua decoct. mast. & assę distemperatum: postea
feci illi fieri syrupum ex aqua decoct. mẽthæ, cy-
mini assi, corticis granati, & masticis assi, sacchar.
ros. & sacchari al. quantum sufficit, & vsa est his
omnibus, & infra spatium duorum dierum libe-
rata fuit. ¶ Quidam patiens phlegmaticus intan-
tum vomebat, quòd nihil poterat retinere de ci-
bo: & huiusmodi vomitum in principio nolui re-
tinere, sed cum ægritudo esset in declinatione, vi-
dens vltra modum virtutem debilitari, constrin-
xi hoc modo, timens casum virtutis: accepi de
succo menthæ domesticę satis, & addito modico
aqua ros. & mast. bene mistis, panem diuisum per
medium, & bene ad ignẽ assatum prędicto liquo-
ri infundi feci, & cal. supra stomachum, mediante
petia lini, multoties apposui mutando ipsum, re-
strictus est vomitus, cõfortatus est patiens & con
ualuit. ¶ Emplastrum mirabile ad vomitum re-
stringendum: Rec. ros. menthæ, fungorum, qui
nascuntur ad pedem ros. caninæ, radicis consoli-
dæ maior. boli, gummi arabici, lapidis hęmatitis,
cinnam. ana ʒ. s. quinqueneruiæ, succi verbenæ,
succi menthæ, succi foliorum consolidæ maioris
an. ℥. 1. panis torrefacti, & in aceto infusi, quãtum
videbitur, terantur omnia simul, & ex eis fiat em-
plastrum, & calidum supra stomachum ab vmbi-
lico superiùs applicetur ¶ Pira etiam assata, & cy-
donia grossa comedat, mespila, sorba, fructꝰ myr-
tillorum, & similia: milium, risum, & huiusmodi
cocta comedat, cinnamomum etiam sæpe masti-
cet. ¶ Ad vomitum: Rec. succi malorum grana-
torum acidorum ʒ. ʒ. succi menthæ quart. 1. pul.
sumach ℥. 1. coquantur, & colentur succi optimè.
¶ Ad idem vinum decoct. galangæ, caryophyllo-
rum, menthæ, mast. an. si bibatur, valet, &c.

De Siti, Cap XII.

Causæ & signa.

SITIS pluribus fit de causis, quandoq;
ex calore spiritualium, & hæc sitis vt-
plurimum mitigatur per attractionem
aeris frigidi & humidi, est enim vt plu-
rimum appetitus frigidi & humidi. ¶ Quandoq;
fit sitis ex hepatis calore, & isti sentiunt calorem
in dextro latere, & postquam bibunt, maximè si
ambulant. ¶ Quandoq; fit sitis propter cholerã
nimium superabundantem in stomacho, & tunc
isti habent amaritudinem oris, & bibita aqua fri-
gida sentiunt alleuiationem. ¶ Quandoq; fit si-
tis propter ebullitionem, & ardorem stomachi,
vt in febricitantibus, & cibaria comedentibus ca
lida & salsa: talis sitis per potationem aquę frigi-
dæ sedatur. ¶ Fit etiam sitis quandoque propter
frigidos humores, abundantes in stomacho ¶ A-
liquando fit sitis propter nimium vsum piscium
salsorum, & aliorum indigestibilium. ¶ Quòd si
quis mihi obiiciat, dixisti, sitim esse appetitum fri
gidi & humidi vtplurimum: sed pisces sunt fri-
gidi & humidi: igitur debent sedare sitim. Re-
spondeo: quia cum pisces sint phlegmatici, & in-
digestibiles, & cum phlegma sit primum indige-
storum secundum Philosophum, cùm immode-
ratè comeduntur, multum de phlegmate gene-
rãt, quod mirabiliter repugnat digestioni: & hoc
modo pisces, & omnia cibaria indigestionẽ gene-
rantia generant sitim. ¶ Quandoq; fit sitis ꝓpter
nimiam membrorum inanitionẽ, vt in hecticis &
consumtis, & hoc per ea, quæ dicũtur in capitulo
de hectica, curatur. ¶ Quandoque ex phlegmate
salso, in stomacho superabundãte fit sitis, & tunc
fit oris salsedo: & hęc sitis propter potũ aquæ fri-
gidæ mitigatur. ¶ Quandoq; fit vitio renũ & ex
diabete, tunc enim renes totam attrahunt humi-
ditatẽ ab hepate, exsiccantur nimium, calefiunt,
sic propter nimiam calefactionẽ, & desiccationẽ
hepar desiccatum attrahit à stomacho: vnde de-
siccatur stomachus, & arescit: & isti tales curãtur
cum vnctione olei viol. populeon, vel rosati circa
renes desuper posita tabula plumbea subtili, & ꝑ
dicenda in capitulo de diabete. ¶ Quandoq; si-
tis fit ex nimio potu vini fortis, seu ex superfluo
cibo sumto, & hæc sitis curatur per vomitum, &
postea superdormiat patiens: similiter curatur
sitis, facta propter nimium esum pisciũ, & indige-
stibilium ciborum. ¶ Quòd si humores frigidi,
crudi & indigesti, faciẽtes sitim in stomacho fue-
rint, prius digerãtur cum oxymellite composito,
vel de radice raphani facto, deinde prouocetur
vomitus post comestionẽ salsorũ &*incisiuorum
ciborum, cum vomitiuo Nicolai, Scarpellæ, & si-
milib. suprascriptis. Et si fuerit grauis ad vomen-
dum, purgetur cum pillulis aureis, & similibus:
*postea detũr electuarium aromaticum, nardi-
num, & diacostum, vel diahyssopum, vel diacy-
minum, & istud electuariũ est optimum ad hoc:
Rec. mast. trochiscorum, diarrhodon, trochisc. de
rosis an. ʒ. 5. carabæ, menthæ siccæ, cardamomi
maio. & min. xyloaloes, serici crudi, zingib. nucis.
musc. cinnamo. an. ʒ. ʒ. mellis despumati ℔. s. su-
mach ℥. s. cũ vino odorifero. Quòd si sitis fuerit
propter malam complexionem stomachi frigi-
dam, sine humoris vitio, detur ʒ. 1. theriacę vel mi
thridati, cum vino odorifero albo decoct. mastic.
aut ambrosia cum aqua menthæ. ¶ Quod si sitis
fuerit propter calorem abundãtem in stomacho,
purgetur cholera cũ vomitu, vel cum aliqua de-
coctione cõuenienti, postea dentur isti trochisci
cum syrupo acetoso de saccharo, & aqua: Reci-
pe spodij, sandali albi & rub. semin. communium
mundorũ, sem. portulacæ an. ʒ. 5. ros. siccarũ ʒ. 8.
berberum ʒ. 5. camphorę ʒ. 1. conficiantur cum a-
qua ros. & succo portulac. Et si cum hoc super-
uenerit fluxus ventris, adde bolum, & sang. drac.
prędictis trochiscis. Si verò sitis fuerit propter ca
lorem spiritualium, vt in febricitantibus, vel etiã
ꝓpter malã complexionẽ stomachi calidam, sine
humoris vitio, fiat aer artificialiter frigidus cũ in-
fusione domꝰ, ex aqua ros. & aspersione frigidarũ
herbarũ ꝑ domũ, & similiũ. Syrupi frigidi: vt ros.
viol. nenupharis, & syrupus de psyllio, & de aqua
cucur. & saccharo facti dentur. ¶ Sitis verò, quæ
fit

Cura, si ab humor. indigestis in stomacho.

**al. viscosorum*

**al. prius*

Si à caliditate stomachi.

Si à caliditate spiritualium.

fit vitio spirituum, siue spiritualium, hepatis, vel pulmonis, sedatur, cùm patiens sugit aliquid de acetositate citri, vel limonis, vel alicuius rei acetosæ: hæc enim res acetosa prouocat in sitiente quádam leuem tussiculam, quę faciet ipsam sitim cessare: stet supra aquam currentem, vel destilletur locus eius psyllio, vel semé cydoniorum in aqua infusum, in ore teneat, syrupi frigidi supradicti dentur. Syrupus etiam acetosus, & oxysacchara, syrupi, iulep, & electuaria frigida: sicut sunt triasandali, diarrhodon abbatis, saccharum ros. viol. diaprunis, & etiam electuarium cophonis, & specialiter si cholericus humor fuerit in stomacho. ¶ Pillulæ istę teneantur sub lingua: R. semin. portulacæ, tragacanthi an. ʒ. 3. sem. communium, lactucæ an. ʒ. 2. sand. al & ru. gummi arabici an. *℥. 1. temperentur cũ aqua ros. & fiant pillulæ in modum fabę, quarũ vnam sub lingua teneat, quousque per se dissoluatur. Item emplastrum ex semperuiua, solatro, rasura cucur. & similibus exteri⁹ apponatur. ¶ Quod si sitis fuerit cũ catarrho, pulueris gummi arabici, amili, & tragacanthi ana, omnia insimul conficiantur, & fiant pillulæ, quarum vna sub lingua teneatur, quousq; per se dissoluatur. Item detur syrupus specialis ad hoc: R. amili, gummi arabici, dragacanthi an *ʒ. s. semin. communium contusorum ℥. 2. semin. apij, aneti an. ℥. s. bulliant hæc omnia in lacte amygd. adde tamen viol. ros. an ℥. s & fac syrupum cum saccharo, & tragacantho, ana, quátum sufficit, & detur cum ptisano hordei quotidie. Syrupus etiam factus de succo melonis palęstini, & saccharo, miro modo valet contra sitim. ¶ Si propter inanitionem membrorum fiat sitis, sedetur per ea, quę dicta sunt in capitulo de hectica, vel cum tali mistura: Recipe diarrhodon abbatis ℥. 3. rosatæ nouellæ *℥. 3. tragacanthi vncias sex. Et hæc de siti dicta sufficiant.

*al. ℥. 1.
Si fuerit in catarrho.
*al. ℥. s.
Si propter inanitionem membrorum.
*al. ℥. 4.

COMMENTARIVS.

RESPONDEO *quia cùm pisces sint phlegmatici*] Antea dixerat sitim quandoque fieri propter frigidos humores abundantes in stomacho: quod certè mirum videbatur, cùm horum natura sit, vt sitim sedent potius, quàm inferant. Sed si tamen hi simul etiã glutinosi sint, vt in ventriculo morentur diutius, putredine conquirũt acrimoniam, quæ sitim efficere potest. Hic autem pisces ait sitim ob id inducere, quod concoctionem sua frigiditate remorentur. Mirum an sitis ex cruditate fieri possit: cũ sitis perpetuo vel calorem vel siccitatem sequi videatur. Nutritione partes humectantur, quæ vel manifesta vel insensili euacuatione fuerant exsiccatæ. Si non ergo nutriantur, neque humectabuntur. Hinc forte crudiores cibos sitim excitare dixit Arnaldus, vtpote qui minus concoctioni & nutritioni conueniant. In stomacho duplex est humiditas, quarum alia substantiam eius constituit, alia est adscititia. Hęc si discutiatur humidorum cõtactu facilè restitui potest: illa verò non facilè, nisi nutritione id fiat. Quamobrem si tanta fuerit in ventriculo cruditas, vt chylus ex cibis procreari non possit: qualem ipsius ventriculi & stomachi refectio postulat, certè si vel fames vel sitis adfuerint, neutra præ nimia cruditate propelletur.

Si propter inanitionem membrorum, &c.] De tabidis dictũ est alias, nihil eis accidere commodi, vsu medicamentorum humectantium, quia scilicet eorũ siccitas cum substantialis sit, non accidentali sed substantiali opus est humiditate, quæ cibis acquiritur non medicamentis: nam ab his alteratio quædam fit in partibus: sed illis generatio substantiæ, quæ similis amissæ sit. Hic similiter de iis

A sentiendum est, qui ob nimiam corporis extenuationem supra modum sitiunt. vt in diabete contingit: Sugunt. n. membra dum sistatur appetitus: non autem prius sistitur, quam membra nutritione redintegrentur. Hinc etiã fit vt in maxima siti, sæpè nihil frigida iuuet, quin ei modicum aceti adiiciatur ad penetrationem.

De mala Complexione stomachi, calida seu frgida, dolorẽ faciente, & de Ventositate stomachi, Cap. XIII.

B STOMACHVS patitur quandoq; propter malam complexionem calidam, seu frigidam in eo prædominátem: item patitur quandoque propter ventositatem in eo generatam. Quandoque etiam propter apostema in eo natũ, cura huius apostematis stomachi in tractatu feb. ponetur: cùm istud apostema non posit esse in stomacho sine febre. ¶ Si ergo calida cõplexio stomachi prædominatur indebitè, signa erunt hæc. C Primò, quia eius digestio velocissima, & robustissima est, & plus digerit, quàm appetat, & specialiter si dura & frigida cibaria sumat. Si verò leuia cibaria, & conuersioni facilia sumat, citò corrumpuntur in eo: & calida cibaria, & potus inferunt nocumentum. Frigida verò, prout expedit, si accipiantur, proficiunt: adsunt etiam hæ accidentia, inflatio orificij stomachi, sitis vehemens, dolor pungitiuus, quandoque eructationes palatũ vrẽtes, oris amaritudo, vomitus, vel secessus cho- D lericus, & magis aggrauat patientem in tempore nimis calido, vrina crocea, tincta colore magis solito, cum resolutionibus emunctoriis, sicut grana ameos, & sicut fracturæ orobi, in fundo vasis. Et quandoq; per medium vrinæ natantibus, q quãdoque sunt coloris rubei vel cocei, aliquantulũ oblongi, vel rotundi: huiusmodi enim humores calidos & adustos significant: & quandoq; est febris & sitis. ¶ Si verò frigida complexio prędominatur in stomacho, his signis cognoscitur. Primò E quia stomachus naturaliter frigidus plus appetit, quàm digerat, & frigida cibaria, & dura eum aggrauant: cibaria verò leuia, & digestioni obedietia citò cõuertũtur in acetositatẽ, & nõ multũ sitiũt: adest dolor grauatiu⁹, quandoq; adest vẽtris cõstrictio, quandoq; aquosum phlegma, vel viscosum, vel vitreũ p vomitũ vel secessum emittitur: vrina pallida, vel subpallida, caropos lactea, vel al. cũ substantia mediocri spissa, frigida autẽ obsunt, calida prosunt. ¶ Quòd si ventositas fue- F rit in stomacho generata, adest rugit⁹ cũ gurgitatione, multæ eructationes ab hu. abũdãtia procedẽtes, ex quarũ emissione pa. alleuiatur. ¶ Si igit̃ fuerit mala cõplexio stomachi cal. mista cum humiditate, fiat primò minutio de vena stomachi, virib. & ætate permittentib. detur etiá decoctio san. purificãs, in cap. de dolore capitis ꝓpter san. facto dicta. Si verò ca. materia, cũ siccitate in stomacho mista, ꝓdominat̃, & ipsum aggrauat: ꝓuocetur vomit⁹ cũ his, q̃ sunt dicta in ꝓprio cap. vel G si nõ fuerit facilis ad vomẽdũ, mũdificetur cholera cum aliqua decoctione ad hoc conuenienti. Postea syrupi, electuaria, & quæ in cura sitis ex caliditate facta dari iussimus, in hac causa exhibeãtur. ¶ Trochisci ad calorem stomachi optimi: R. spodij, sand. al. & ru. se. cõmuniũ, se. portulacæ

Signa calida.
Signa frigida.
Signa ventositatis.
Cura calida.

an.ʒ.5.roſarũ ſiccarum ʒ.8.berberis drach.quin- A
que.camphoræ ʒ.1.confice cũ aqua roſ.detur vnꝰ
cum ſyrupo acetoſo, vel oxyſacchara cum aqua
frigida. ¶Electuarium optimum contra calorem
ſtomachi,& dolorem:R.ſucci malorum granato-
rum dulcium,& acetoſorũ,ſpodij, & portulacæ,
ſand.alb.& rub.ana ʒ.10.maſt. tragacanthi, ſucci
liquiritiæ an.ʒ.5.*galangę,carabę ana ʒ.3.croci,li-
gni aloes,ſpicæ ana ʒ.1.[al.g.c. berberis ʒ. 4. cam-
phoræ,cubebarum,cardamomi maioris& mino-
ris,ſpicæ, lignialoes an.ʒ.1.]ſac.℔.2.¶Syrupꝰ va- B
lens ad extinguẽdum calorem ſtomachi,propter
caliditatem & appetitum confortans:Recipe ſuc
ci pomorum citrinorum ℔. 3. ſucci granatorum
acetoſorum ℔.5.aceti ℔.3.pruna damaſcena 200.
iuiubæ 50. violæ mannæ ana ℥. 1. ſandalorum al-
borum,&rubeorum ana ʒ.3.myrobalanorum ci-
trinorum ʒ.10.omnia terantur,& in ℔.5.aquæ cõ
fectæ coquantur,& additis prędictis liquoribus,
fiat ſyrupus, de quo dentur ℥. 2. cum ca. & ſi vis,
quòd magis purgetur in qualibet receptione po C
*al.gra.6.
ne *gra.5.diagridij in pomo cocti. ¶Vngatur ſto-
machus oleo roſaceo,violaceo & mandragoræ &
ſimilibus. Et epithymetur ſtomachus ex cimba-
laria,vermiculari,ſolatro,& ſimilibus. Vel hoc e-
pithemate,quod valet contra dolorem, & chole-
ram ſtomachi, & hepatis aduſtionem, choleram
rub.refrigerat,& cæteris febricitantibus confert:
Recipe ſandal.alb.rub.farinæ hordei ana ʒ.4.roſ.
viol.ana ʒ.2.opij,memithæ,galliæ, boli arm.cam-
phoræ ana ʒ.1.fac puluerem & tempera cum ſuc- D
co cucurb. ſiue ſolatri, vel cum mucilagine pſyl-
lij. ¶Comedant piſces marinos, vel petroſos, ſa-
litos,conditos cum aceto,vel agreſta,vel ſucco li-
monum, vel citrangulorum, & roſarum, pullos
gallinaceos,vel etiam ſturnos, perdices, phaſia-
nos,etiam in paludibus degentes, & huiuſmodi
carnes comedant humectantes,cum prædicto a-
ceto conditas,pruna damaſcena,ſuccum granati,
cum tamarind. miſtum,&amygdal.lac,cucur.pi-
ra & ſimilia comedant,& vinum clarum, ſubtile, E
lymphatum bibant: à melle, & à conditis cum i-
pſo, & ab omnibus cibariis, nimis calidis, & vn-
ctuoſis,& etiam à facilè cõuertibilibus abſtineãt,
huiuſmodi enim cibaria citò digeſtibilia in cho-
Cura frigida.
leram rub.cõuertuntur. ¶Quòd ſi mala comple-
xio ſtomachi frigida peccauerit in ſtomacho,ſine
humoris vitio, tunc da in potu ʒ. 1. theriacæ, vel
mithridati,cum vino antiquo bono &odorifero,
aut ambroſiam cum aqua menthæ, vel mithrida-
tum cum aqua maſtic.ſpicæ,abſynthij, & galãgę: F
& hæc dari debent iam morbo in declinatione e-
xiſtente. ¶ Si verò ipſa mala complexio calida ſto
machi fuerit cum humoris vitio, tuc prouocetur
*al. viſcoſorum.
vomitus poſt comeſtionem ſalſorum, & * inciſi-
uorum. Si verò non fuerit facilis ad vomendum,
purgetur cum pillulis de quinque generibus,vel
pillulis aureis,vel hiera rufi,& ſimilibus,vel cum
pillulis de ſpeciebus, quas ponit Serapio in anti-
dotario ſuo, dentur electuaria calida, vt diazing.
diatrionpipereon,electuarium aromaticum,nar- G
dinum,diaſpermaton, diacalamentũ,caryophyl-
latum,& ſimilia. ¶ Vel aliud electuarium, quod
eſt expertum ad frigiditatem,& ventoſitatem ſto
machi:Rec.maſtic.trochiſci,diarrhodon, trochiſ.
de roſ.an.ʒ.3. menthæ ſiccæ,carabæ, cardamomi

A maioris &minoris.xyloal.crudi.zing.nuciſmuſc.
*al.℥.s.
cinnamomi an.ʒ.2.mel.deſpumat.℔.1.detur*ʒ.s.
pòſt bibat vinum odoriferum. ¶ Electuariũ Gal.
valens contra frigiditatem ſtomachi, ac renum,
groſſam diſſoluit vẽtoſitatem,& phlegma, quod
eſt in ſtomacho attenuans:memoriam corrobo-
rat, canitiẽ retardat, tuſsim ex phlegmate curat:
Rec. piperis alb.zing galangæ,liquiritiæ, caſsiæ-
lig.maratri an.ʒ.6.ſpicæ,piper.lon.&nigri, aſari,
carpobalſami,xylobal.carui,cymini, caryophyll.
B an.ʒ.3.roſ.ʒ.4.s.ameos, apij,cardamomi minoris,
cuſcutæ,nuciſmuſ.lignialoes, macis, calami aro-
matici, coſti,ameos,calamẽti, origani, ſquinanti,
pyrethri,folij, radicis eryngij an.ʒ.2.ſacchari,pe-
nidi.an.ʒ.15.terantur omnia, & cum melle confi-
ciantur,&in modum auellanę detur ante cibum,
Dianiſum.
& poſt, cum vino odorifero. ¶ Dianiſum valens
cõtra frigiditatem ſtomachi, ventoſitatem & in-
flationem phlegmaticam, & tuſsim compeſcit:
*al.ʒ.1.
Recipe aniſi ʒ.20.liquiritiæ,maſti.an.*ʒ.10. zing.
C galangę,cinnamomi,maratri, carui an.ʒ.5.caryo-
Stomachicon.
phyllorum,cubebar.cardamomi,ſpicæ,croci ana
ʒ.2.s.mellis,quantum ſufficit. ¶Stomachicõ con
tra frigiditatem & humiditatem ſtomachi,& de-
fectionem: Recipe caryophyllorũ, foli. caſsię lig.
cinnamomi an.ʒ.2.aſari,piperis longi an.ʒ.1.s.pi-
peris alb.& nigri,calami aromatici an.ʒ.3.zingib.
maſt.ſpicæ an.ʒ.4 coquatur ſaccharum, quouſq;
Aliud.
indureſcat, quod ſupra porphyrium proiiciatur,
& tunc puluis prædictorum admiſceatur. ¶Sto-
D machicon aliud confortans, & calefaciens etiam
os reddens odoriferum: R. cinnamomi, piperis
*al.ʒ.s.
al.& nigri,zingib.cardamomi,galliæ,muſ.lignia-
*al.ʒ.1.
loes,caryophyll.croci,maſt.nuciſmuſ.an.*ʒ.1.mu
ſci,ambræ an.*ʒ.s.omnia terantur,& cum ſaccha
ro bene cocto,puluis prædictorũ addatur. ¶Phi-
lonium, diarheubarbarum, cõfectio anacardina,
diacoſtum,diaoriganum,& ſimilia electuaria dẽ-
tur contra frigiditatem, & ſtomachi ventoſitatẽ.
¶Item ad ventoſitatem ſtomachi:vẽtoſa ſine ſca-
E rificatione ſupra ſtomachum poſita, miro modo
valet.Item balſamum in potu datum.Item granũ
hederæ, in quantitate trium pillularum datum,
valet. ¶Puluis optimus contra ventoſitatem ſto-
machi:R.coſti,ſe.fœniculi,aniſi,cinnamomi, ga-
langæ,nuciſmuſcatæ.zing. caryophyll.carui, cy-
mini an.℥.1.muſci ℥. quart. terantur omnia, & v-
tatur in cibariis ſuis iſto puluere & ipſum etiam
ſumat quãdoq; cum vino odorifero calido. ¶Ci-
baria calida & ſubtilia comedat, carnes pullinas
F in vino odorifero coctas,cũ ſaluia,&prędicto pul
uere comedat, vinum rubeum & maturũ bibat.
¶Contra frigiditatem ſtomachi,vngatur ſtoma-
chus oleo laurino, nardino, pulegino, abſynthi-
no, maſticino, chamo. & ſimilibus cum marcia-
ton,dialthæa,& agrippa miſtis. ¶Item pulegium
in vino coctum,& ipſum vinum bibitum,& ſpõ-
gia in ipſo vino calido infuſa, & ſtomacho appli-
cata,multum valet. ¶Item abſynthium & parita-
ria in vino cocta,& deſuper emplaſtrata dolorem
G mitigant. ¶Item ſtercus bouinum,calefactum in
tegula, ſuperpoſitum valet. ¶ Item cinnamomũ,
menthaſtrũ, abſynthiũ, & baccæ lauri: hæc om-
nia ſupra tegulá cal.calefiãt, & in ſacculo ponãt,
& ſupra ſtomachũ apponat̃. Stomachꝰ tñ prius
ſit vnctus aliquo ex ſupradictis vnguẽtis & opti-
mè ca-

mè calefactis. ¶ Cataplasma stomachum calefaciens, & confortans: ℞. caryophyllorum croci, xylobalsami, costi, masticis, chamomillæ meliloti ana *ʒ.3. calami, aromatici absynthij, lignialcato. sambsuci, aneti, pyrethri, basiliconis, carpobalsami, myrrhæ, thuris ana ʒ. 2. terantur omnia exsiccata, & cum oleo chamom. & terebinthina, & cera conficiantur, & supra stomachum emplastrentur. ¶ Aliud ad idem: Recipe costi, spicæ, squinati, nucismuscatę, sambsuci, basiliconis, menthæ, calamenti, florum chamom. rorismarini, saluiæ exsiccatæ, frondium mirthi, absynthij, cyperi, ligni aloes, macis, zedoar, pyrethri, zingib. cinnamomi, piperis longi & nigri, caryophyllorum, folij castorei ana ℥.s. terantur omnia, & in vini odoriferi *℔.1. olei sisamini ℔.1. per noctē iaceant: mane verò ad consumtionem totius liquoris coquantur, & addita cera, terebinthina, & mastice, fiat emplastrum, & stomacho applicetur, quoniā mirabile est.

*al. ʒ.2.

*al. ℔.2.

ADDITIONES.

DIcit Rasis habui quendam socium, qui conquerebatur de arsura, & calore stomachi: & maximè in principio digestionis, cui dedi sacchari rosati, & viol. ana ℥.1.s. ambræ ʒ.s. olei nenuphari ℥.s. omnia insimul misceri feci, & hoc medicamine vsus fuit pluribus diebus, & in breui fuit curatus. ¶ Quidam dolorem, & defectum stomachi passus, cum ab aliis non inuenerit remedium, per somnium fuit sibi annuntiatum, quòd furfur frumenti, cum optimo vino albo bulliret, & in tela idem sueret, & calidum, quantumcunque pati posset, stomacho applicaret, quod fecit, & curatꝰ est. Et si refrigeraretur, tegulam calidam desuper apponeret, quod fecit, & curatus est. Et post idem patiens eodem remedio plures curauit. ¶ Epithema valens ad puncturam, stomachi calorem, & incisionem, quæ fit de citrina cholera. ¶ Quidam iuuenis, nepos Papæ Alexandri, cùm esset ꝓpe mortē propter vomitū immoderatum, qui non poterat restringi, fecit me vocare: & ego recepi ros. frondium, & fructuū myrtillorum, menthæ bonæ, sumach, balua. corticis granatorum ana, & feci de his duos sacculos paruos impleri, & in aqua & aceto bulliri, deinde modò vnum, modò alium feci applicari stomacho pluries: & dedi saccharum rosaceum antiquum, & conseruam cydoniorum sine speciebꝰ, feci post inungi stomachum ex oleo masticino, & in illa nocte restrictus est vomitus, & liberatus est. ¶ Electuarium, quo nihil est melius ad dissoluendam grossam ventositatem stomachi, & ad remouendam frigiditatem, & dolorem ilij, & lumborum, qui à ventositate consueuerunt procedere: Recipe zingiber. ʒ.5. caryophyllorum, piperis, macropiperis, nucismusca. cinnamomi, galliæ, muscatæ, cardamomi maioris, & minoris, cubebarum ana ʒ.1. carui, anisi, petrosel. apij, fœniculi, nasturtij ana drachmam vnam, semis. cymini, nigellæ, ameos ana drachmas duas, semis. origani, menthastri, foliorum rutæ siccorum ana ʒ.10. castorei ʒ. 1. baccarum lauri, nucleorum persicorū, amygdalarum amararum, ireos, aristol. longę, serapini, opoponacis ana ʒ. 4. detur cum vino tepido, ad quantitatem auellanæ, & si fit rectè, liberatur à dolore ilij, & lumborum, quantumcunq;

Ad vomitū.

Electuarium expertum.

fortis sit, probatum est. ¶ In dolore stomachi, si materia est phlegmatica, apta euomitioni, prouocetur vomitus, & si syrup. sumatur oxymellitis compositi ℥. 4. sine aqua sumatur diacyminum, diagalanga, & detur, & vngatur oleo rutæ, vel costino Almansoris, vel apponatur emplastrum de laudani drachmis duabus. ceræ vncia vna. costi ℥.s. & apponatur calido stomacho. Oleum: Recipe olei chamomill. ℥ 2. mastic. ʒ. 2. olei de absynthio ℥. 2.s. olibani ʒ.1. aloes hepatici ʒ. ʒ. ceræ ℥. s. fiat vnguentum, quo vngatur stomachus. ¶ Puluis optimus ad confortationem stomachi, ex cyperis, caryophyllis & corticibus citri, fiat puluis optimus ad confortationem stomachi, & digestionis sumendo ʒ.1. post cibum. ¶ Item: Recipe panis assi, ros. menthæ ana cum vino arabico, vel aceto, infunde & stomacho superpone. ¶ Vnguentum: Recipe ros. storac. calamitæ, masti. ceræ, olei nardini, balsami an. drachmas quatuor. vel sic: Recipe storac. cinnamom. caryophyllorum, nardi, cost. ana &c.

De Defectu appetitus, & de innaturali appetitu, vt de appetitu comedendi crudas carnes, & huiusmodi, Cap. XIIII.

QVANDOQVE accidit appetitum in pluribus deficere, quandoq; ex humoris plenitudine, quandoque ex distemperantia caloris, & ex defectione naturalis virtutis: Aliquandò accidit appetitus defectus propter compassionem cerebri, sicut patet in phreneticis, qui non appetunt. Accidit etiam propter incisionem neruorum ipsorum à cerebro ad stomachum descēdentium. Accidit etiam propter chymos calidos, seu frigidos, vltra modum in stomacho abundantes. ¶ Si itaque humores calidi peccauerint, mundificentur, vt in præcedenti capitulo dictū est: & emplastra confortantia, quæ in capitulo præcedenti dicta sunt, & quæ in capitulo de vomitu restringendo dicta sunt, stomacho applicentur: & cibaria etiam salsa ibi dicta exhibeantur. Si indiguerit minutione, de vena stomachi minuatur, diarrhodon abbatis, triasandal. rosata nouella, & huiusmodi electuaria tribuantur. Syrupi etiam frigidi & cætera in capitulo de mala complexione stomachi calida dicta dentur, & trochisci ibi dicti. ¶ Electuarium appetitum confortans, & sitim mitigans: Recipe interiorum granatorum acetosorum in tegula assorum, drachmas decem. seminis myrti, gummi arabici, tragacanthi, seminis portulacæ ana drachmas duas. cinnamomi, galangæ ana ʒ. 1. s. sacchari albi ℔. 1. Item lac vaccinum, in quo decoct. sit M.1. mēthæ, multum valet in hac causa. ¶ Syrupus valens cōtra calorem stomachi, & ablationem desiderij, ꝓpter choleram, vomitum etiam cholericum restringit: Recipe interiorum granatorum acetosorū *50. & prunorū 100. succi vuæ agrestis, succi cydoniorū agrestiū, aceti, pomi citri an. ℔.1. sem. cōmunium agrestium *ʒ.4. aceti *℔.1. sacch. ℔.ʒ. aromatisetur cū pauco cāphorę & detur. ¶ Quod si defectus appetitus fuerit propter frigidos humores in corpore existētes, purgetur cum vomi-

Cura. Si furrit à calidis humorib.

*al. ℔.1.

*al. ℥.4.

*al. ℔.5.

tu, vel medicina, vt in præcedenti capitulo dictū
est. Vbi de mala complexione frigida curam po-
sui, & vngatur, & epithemetur. Syrupi, vt ibidem
dixi, & electuaria calida ibi tradita in hoc casu, dē
tur, & vngatur stomachus cum isto ceroto : Rec.
costi, masti. berberis, olibani, caryophyllorum, a-
na terantur, & cum oleo, & cera conficiantur in
modum ceroti, & thorax etiam vngatur, den-
tur electuaria calida superiùs dicta, comedant ci-
baria calida, & quibus delectentur etiam, si sint
parum contraria : quia parum deterior cibus, &
potus laudabilior, est quidem ex melioribus, vt
ait Hip. in aphorism. Plantæ pedum & manuum
aceto, & sale fricentur. Et salsa ex serpillo, men-
tha, saluia, petro. cum puluere specierum prædi-
ctarum, & modico allio cum aceto, vel agresta, &
mica panis trita cum carnibus assatis, vel elixatis
detur, mostarda etiam cū ipsis carnibus ¶ Quod
si defectus appetitus propter opilationem cutis
fuerit : quod etiam per prædicta cognoscere po-
tes, dentur diuretica confortantia stomachum,
& poros aperientia, sicut syrupus de absynthio,
& squinanticus, apozema radicis, oxysacchara &
huiusmodi epithemata, & balnea fiant, electuaria
confortantia, & calida tribuantur, dormiant etiā
moderatè. Nam vt ait Hippocrat. in aphorismis:
Somnus, vt moris est, naturalis est, vt noctem nō
effugiat, & diē nō impediat, dicta etiā salsa dentur.
¶ Quod si propter febrem nimium ieiunium, &
corporis consumtionem fuerit defectio appeti-
tus, dentur cibaria, & electuaria restaurātia, quæ
dicentur in capitulo de hectica, & in capitulo de
siti dicta sunt multa, quæ competunt in hac cau-
sa. Oua lixata in quatuor partes scindantur, & e-
tiam salsa facta ex mentha, pulu. cinnamomi, &
nuce muscata, rosa marina, serpillo, medulla pa-
nis assata supra carbones, cum succo limonum,
vel citrangulorum, vel aceto, vel agresta, vel aqua
rosacea distemperetur, & detur cum his ouis:
quia mirabiliter temperāt spiritus, tollunt enim
fastidium & abominationem, & excitant appeti-
tum. Et etiam valet huiusmodi salsa contra fluxū
ventris, cum ouis prædictis data: odorent panem
assum supra carbones, & in aceto infusum ¶ Ac-
cidit etiam quandoque mulieribus, & etiam vi-
ris innaturalis appetit⁹, ita quod stomachus quā
doque appetat acuta, quandoque pontica, seu a-
cetosa, quandoque lutum, quandoque cretam,
quandoque carbones, & similia. ¶ Et causa huius
ægritudinis sunt humores corrupti, seu putrefa-
cti in villis stomachi clausi, q aut sunt in eo crea-
ti, aut aliunde fluxerunt, qui humores faciunt di-
uersitatem in appetitu rei contra naturam, secū-
dum diuersitatem ipsorum. Nam si sint nigri i-
psi humores, in villis stomachi clausi appetunt
carbones : Si verò albi, & phlegmatici, appetunt
cretam albam & huiusmodi. Si rubei, rufos & ma
tones rubeos appetunt, & huiusmodi. Et ego vi-
di multas mulieres has passiones patientes, &
specialiter frigidas naturas habentes, & mulie-
res quamplures prægnantes primo, secundo &
tertio mense hanc passionem pati consueuerūt,
propter sanguinem menstruorum, qui non om-
ninò suo nutrimento conuenit. ¶ Hæc itaque
passio sic curetur : purgetur humor nociuus cū
pillulis de speciebus, quas ponit Serapio in anti-

Si fuerit ab opilatione cutis.

Si fuerit ab inanitione.

De innaturali appetitu.

Causa.

Cura.

A dotario suo, vel cum pillulis de hierapicra, vel
cum pillulis aur. vel cum pillulis de quinque ge-
neribus : postea detur de hoc medicamine ad
quantitatem * ʒ. I. s. de tertio in tertium diem,
quod ad hæc est bonum, & expertum: Recipe cu
pularum glandium drachmas quatuor. aloes ʒ.
8. succi eupatorij ʒ. ʒ. radic. squinanti ʒ. 2. myrrhę
ʒ. I. coquantur in ℔. I. aquæ, & exprimantur, & co
lētur, detur de tertio in tertium, vt dixi. Item fiat
theriaca ad hoc optima : Recipe cardamomi ma.
B & mi. cubebarum ana vnciæ quart. carui, ameos
ana ℥. s. anisi, fœnicul. ana ℥. I. sacchari albi & bo-
ni ℔. I. sumat de eo ad quantitatem auellanæ se-
ro, post bibat aquam calidam.

*al. ℥. I.

De Appetitu canino, & Bulimo, Cap. XV.



C PPETITVS caninus recipit de-
nominationem à cane: quia sicut ca-
nis quotidie appetit, quotidie come-
dit, si inuenerit aliquid : sic isti quoti-
die appetunt & comedunt plus, quā
eorum stomachus possit digerere, seu continere.
¶ Bulimus verò dicitur multitudo famis à βοῦ
particula, quæ magnum quid indicat in compo-
sitione, & λιμὸς, quod est fames : vnde ex eisdem
causis fit appetitus caninus, & bulimus : & eadē
signa in vtroque, hoc excepto, quòd in bulimo
membra sunt magis debilitata, quam in canino
D appetitu. ¶ Accidunt itaque hæ passiones pro-
pter humorem acetosum, aut ex mala complexio
ne stomachi frigida, aut ex inanitione. Si ex fri-
giditate, vel ex humore acetoso fuerint, sequitur
ventris solutio, & defectus corporis, ex inanitio-
ne fit, ex defectu regitiuæ virtutis, & exeunt cibi
ferè eadem quantitate, qua sumuntur. Accidit
quandoque propter nimium calorem, ad quem
non sequitur multa ventris solutio, quia isti ta-
les, quantum appetunt, tantum per corpus eo-
E rum diuiditur. ¶ Si ex acetoso, vel frigido humo-
re fuerit hæc passio, si corpus fuerit plethoricū,
& virtus fortis, digeratur materia cum oxymel-
lite composito de melle, cum pillulis aureis, vel
cum hiera, vel aqua zingiber. deinde dentur ele-
ctuaria calida, dicta in præcedentibus capitulis.
Et vinum rubeum, spissum, dulce, amabile, & vi-
nosum, sicut esset vinum Calabriæ, detur. Ele-
ctuarium, quod competit ad caninum appeti-
tum, & bulimum: Recipe cardamomi maioris &
F minoris, macis, nucismuscatæ ana drachmas sex.
piperis, macripiperis, leucopiperis, zingiberis
ana drachmas septem & semis. cinnamomi ʒ. ʒ.
caryophyllorum ʒ. I. croci ʒ. s. amomi, spicæ, ma-
sticis ana drachmas duas, semis. musci, xyloaloes,
ambræ ana aur. semis. mellis despumati ℔. 2.
¶ Quod si fuerit hæc passio propter malam com-
plexionem stomachi frigidam, sine humoris vi-
tio, tunc dentur cibaria pinguia, & vnctuosa, si-
cut carnes pingues porcinæ, lardum, butyrum,
G lac & similia. ¶ Magister meus quendam Ianuen-
sem curauit, qui propter malā complexionē sto-
machi frigidam, patiebatur appetitū caninū, & in
cura multorū steterat Medicorū, qui eū non po-
terāt curare, hoc modo: faciebat ipsum infunde-
re panē in amurca olei, & post vinū dulce, & spis-
sum

Causa.

Cura.

Si fuerit à frigiditate.

um dabat illi in potu, postquam panem prædictum in amurca olei comederat. Et sic in breui fuit fastiditus, & curatus ab illa ægritudine. ¶ Vidi alium quendam qui ℔. 1. adipis vaccini in ℔. 1. olei simul fecit liquefieri, in modum vnguenti, & totum comedit, tantũ fastidiatus est, quòd stetit per quinque dies, quòd non comedit, & sic ab illa ægritudine curat⁹ est. ¶ Quod si fuerit hæc passio propter calidã causam, si humor in causa fuerit, purgetur, vt est conueniens cum decoctione aliqua competẽti, postea syrupis frigidis, electuariis frigidis, epithematibus frigidis, & aliis rebus frigidis vtatur, vt in capitulo de siti ex causa calida dictum est. ¶ Et quia multoties in bulimo specialis accidit syncope, propter hoc fiat frequens aspersio aquæ rosatæ supra faciem patientis. Vinum odoriferum purum, in quo misce parum xilobalsami puluerisati, & parum ambræ in potu detur. Et emplastrum istud à latere sinistro sub axilla sinistra, videlicet supra cor apponatur: Recipe ros. *℥. s. galliæ, musca. lignial. ana ℥. quart. cãphoræ. *℈. s. croci. ʒ. 1. musci ℈. 1. distemperetur cum succo myrti, & aqua ros. & fiat emplastrum, fiat etiam cætera remedia in hac causa, quæ in ca. de syncopi, &c. cardiaca in tractatu febris dicturus sum.

Si fuerit à caliditate.

*al. ℥. s.
*al. ℥. 1. ℈. s.

De Eructatione. Cap. XVI.

Causa & signa.

ERVCTATIO alia fumosa, & hæc ex calido humore fit, & habet os amarũ, sitim, ardorem stomachi, vrinam tinctam colore citrino, cum substantia tenui. Alia eructatio est acetosa, sed hæc aliquando ex sola ventositate est, sine materia in stomacho coadunata, & non est cum grauedine multa stomachi: sed ventositatem & rugitum quandoque in stomacho sentiunt, & acetosam eructationem. Aliquando est cum humoris vitio, & isti quandoque sentiunt grauedinem, & frigiditatem circa stomachum. ¶ Si hæc passio fuerit ex sola caliditate, sine humoris vitio, sola potatione aquæ frigidæ in bona quantitate, consueuit curari: & si non, dentur trochisci, electuaria, & syrupi in capitulo de siti ex calido facta, dicto. ¶ Si verò hæc passio fuerit ex calida materia cum humoris vitio, tunc digeratur materia cum oxysacchara cõposita, & vomitus prouocetur cum decoctione seminis raparum, & rapistrarum, syrupis, & similibus. Et si non fuerit facilis ad fomendum, purgetur cum triphera, oxymellite, & similibus, vel cum pillulis de quinq; generibus, vel cum pillulis de rheubarb. & similibus: postea dentur trochisci, electuaria, & syrupi, in capitulo de siti ex calida causa facta, dicto. ¶ Quod si hæc passio fuerit ex sola ventositate sine humoris vitio, tunc curatur solummodo dãdo electuaria extenuatoria ventositatum, sicut est diacyminũ, dianisum & similia superiùs dicta. ¶ Si igitur fuerit hæc passio cum humoris vitio ex causa frigida scilicet, tunc digeratur cum oxymellite composito cum aqua maratri, & mast. deinde purgetur cum hierapicra Gal. vel pillulis aureis, vel puluere petro. qui sic fit: Recipe esulæ ʒ. 10. masticis, anisi ana ʒ. 1. cinnamomi ʒ. 2. detur cum brodio, vel cum aqua contra omnem frigidam, vel phlegmaticã superfluitatem, vel purgetur cum pillulis de agarico, quæ sic fiunt: Recipe agarici ʒ. 2. masticis, aloes an. ʒ. s. sem. ameos ℈. 2. conficiantur cum succo fœniculi, & dentur secundum vires: Sumant electuaria calida, & stomachum frigidum confortantia, in dictis capitulis dicta, & vnguentis, & oleis calidis stomachus vngatur. Et epithematibus calidis epithemetur, quæ omnia seriatim scripta sunt in capitulo de mala complexione frigida stomachi. ¶ Cibus modicus, leuis, & facilis digestionis detur: & vinum maturum & rubeum bibant, ab acetosis, & acerbis caueant.

Cura.

De Singultu, Cap. XVII.

SINGVLTVS quandoque fit ex inanitione, quandoque ex repletione, aut nimia stimulatione, aut ex corruptione cibi & potus, vel ex pauco, seu frigido cibo, & potu. ¶ Singultus itaque fit sono violentæ commotionis stomachi, ex spasmosa eius dispositione prouenients: qui si fuerit ex repletione, sequitur grauitas stomachi, & indigestio, fit maximè in decrepitis, & quietis hominibus, & vtentibus largo cibo, & potu. ¶ Quandoque fit ex inanitione, vt fortè, quia præcessit febris acuta, nimius fluxus sanguinis narium, mẽstruorum, vel hæmorrhoidũ, vel ventris, vel vomitus nimius: & patitur patiens nimiam extenuationem, & siccitatem in stomacho, & extensionem, vel nimiũ calorem. ¶ Singultus itaq; ex inanitione vix, aut nunquam curatur, tamen est possibile in principio ipsum curare hoc modo: detur vinum rubeũ, spissum, odoriferum, & bonum, cibaria facilis digestionis. ¶ Si ex causa cal. fuerit, & humor cholericus in causa fuerit, purgetur, vt est supradictũ cum vomitu, vel cum decoctione aliqua conuenienti. Syrupus ros. vel violatus & huiusmodi electuaria, & syrupi frigidi, in capitulo de siti ex causa calida facta, dicti dentur, & trochisci ibi dicti. Spongia marina, in aqua infusa, stomacho sæpè & sæpius applicetur. Malua, bismalua, sem. lini & fœnugræcum, in aqua decocta stomacho sæpe & sæpius applicentur. Et si fuerit nimis cõsumtus, balnea & cætera, quæ in capitulo de hectica dicturus sum, in hac causa fiant. ¶ Si verò fuerit singultus ex repletione, purgetur materia cum vomitu, vel cum pillulis conuenientibus, si non facilè vomit, vt in capitulo de mala complexione stomachi frigida dictum est: vel purgetur cum pillulis de speciebus, quas ponit Mesue in suo antidotario. ¶ Experimentum Magistri mei expertum ad singultum tollendum, castoreum, cum succo menthæ misce, & in potu detur tepidum, spongia etiam marina, vel petia in tali succo tepido infusa, sæpè & sæpius stomacho applicetur, quia pro certo singultum specialiter ex repletione tollunt. Diacastoreum etiam cum succo menthæ distemperatum & datum, vel supra stomachum emplastratum, mirabile est ad hoc. Itẽ sternutatio, prouocata cum puluere hellebori. ¶ Diacastoreũ in capitulo de paralysi dictum, cũ succo rutæ distemperatum, miro modo valet, ligentur etiam extremitates. Aqua anisi, carui, mẽthæ, & cinnamomi, detur. Et spongia in prædicta aqua infusa, stomacho sæpè & sæpius applicetur. Electuar. cal. vt diacy. dian. caryo. magnũ, &

Causa.
Signa.
Prognostica.
Cura.

similia dentur. ¶ Quod si singultus ex materia fri
gida stimulante fuerit, detur medicamen ad hoc
expertum: Recipe castorei, costi ana ʒ. s. semin.
petroselini ʒ.1. corticum fisticorum rubei exterio
rum, & masticis ana ʒ.2. cinnamomi, galangæ an.
ʒ.1. casiæ lig. ʒ.s. mellis despumati ℔.s. ¶ Quod si
singultus fuerit propter esum ciborum acuto-
rum, vt piperis, zingiberis & similium, tollitur, si
detur syrupus rosatus, vel violatus, & huiusmo-
di frigida.

De Inflatione, Lubricitate & debilitate stomachi, Cap. XVIII.

INFLATIO stomachi est pessima
ægritudo, cuius cura talis est, vt vtã-
tur quotidie ista tragea: Recipe cy-
mini torrefacti, semin. anisi, fœnicu-
li, apij, petrosel. carui, sileris monta-
ni, masticis ana ʒ. 2. casiæ ligneæ, caryophyllorũ,
zingiber. ana ʒ. 1. sacchari siccissimi albi & boni,
ad pondus omnium, vtantur hac tragea ter vel
quater in die, & à cibariis ventositatem generan-
tibus, & inflatiuis abstineant, electuariis, & ciba-
riis calidis, & ventositatem extenuantibus vtan-
tur. ¶ Item vngatur stomachus eorum ter vel
quater in die, iuxta ignem fricando cũ manu hoc
vnguento: Recipe baccarum lauri, ℥. quart. succi
rutæ, *ʒ. 2. *olei ʒ. 4. nigellæ, laudani, & castorei
ana *ʒ.s. ceræ, quantum sufficit. ¶ Lubricitas ve-
rò stomachi quandoque fit ex humore cholerico
pungente, cuius signa & causas in capitulo dysen
teriæ intestinorum Domino dante sum dicturus.
Quandoque fit defectu contentiuæ ex nimia fri-
giditate, quæ sic curatur: fiat emplastrum hoc, &
stomacho apponatur: Recipe laudani, cyperi, ma
sticis, squinanti, calami aromati, galliæ. *xylobal.
nucis, caryophyllorum ana ʒ. 2. substantiæ men-
thæ, substantiæ absynthij, infusorum in vino pon
tico per noctem ana *ʒ.1. olibani, acatiæ, hypocy-
stidos ana ʒ.s. olei ros. succi cydoniorum, & ceræ
quantum sufficit. Valet enim hoc emplastrũ con
tra debilitatem, & lubricitatem stomachi. ¶ Em-
plastrum aliud Hypernici ad idem probatum: R.
sandal. alb. & rub. ros. ana ℥. quart. storacis, spicæ,
calami aromatici ana * ʒ. 2. substantiæ absynthij,
& menthæ, in aqua ros. lotæ ana ℥. s. cymini tor-
refacti, laudani ana ʒ.s. olei ros. chamom. & ceræ
quantum sufficit, & pone ibi parum de terebin-
thina probatum est in prædictis causis, & in resur
gentibus à morbis. ¶ Aliud emplastrum Magistri
mei expertum contra debilitatem & lubricitatẽ
stomachi: Recipe ros. sansuci, cubebarum, ozimi,
anisi, fœniculi, spicæ, galangæ, caryophyllorum,
cinnamomi, masticis, sumach, cimarum myrti,
panis vsti, menthæ communis, balsamitæ, succi
absynthij, storacis calamitæ, laudani, costi ana ℥.
quart. siccentur siccanda, & puluerisentur opti-
mè, per stamineam ducantur, & ex his omnibus
fiat emplastrum confectum cum oleo rosac. tere-
binthina, & cera, quantum sufficit, portet ipsum
patiens super stomachum quotidie, quia valet ad
omnia prædicta.

*al. ℥.2.
*al. olei aneti.
*al ℥.s.
De lubricitate.
*al. xyloaloes,
*al. ℥.1.
*al. ℥.2.

ADDITIONES.

EMplastrum, quod composui ad confortandũ
stomachum in sui digestione: Recipe mẽthæ
siccæ, absynthij, calamenti ana ʒ. s. costi, zingib.
cyperi, calami aromatici, ligni aloes ana ʒ. 2. thu-
ris, myrrhæ, masticis ana ʒ.1. florum chamom. cy-
mini ana ʒ.ʒ. laudani ℥.2. ceræ, olei nardini, & te-
rebinthinæ, quantum sufficit, apponatur stoma-
cho. ¶ Oleum bonum pro stomacho: Recipe suc-
corum ros. absynthij, maioranæ, abrotani, men-
thæ, hyssopi, vini maluatici, vel alterius vini for-
tissimi ana ℥. 4. olei, quantum de omnibus, bul-
liant vsque ad succorum consumtionem supra
prunas, & in fine adde masticis puluerisati ʒ.9. &
thorax inungatur. ¶ Emplastrum ad defectum
appetitus: Recipe panis duri, assi, & infusi in vi-
no ℥. 2. masticis, olibani, ros. cimarum myrti ana
ʒ.ʒ. costi, ligni aloes ana ʒ.2. sumach ℥.s. laudani ℥.
1. menthæ siccæ M.1. calami aromatici ʒ. 4. confi-
ciantur cum succo menthæ, vino bono, & tere-
binthina, quantum sufficit. ¶ In dolore ventoso
stomachi, hepatis, & coli. Recipe castorei, galan-
gæ, piperis albi ana ℥.s. pyrethri non antiqui ʒ.2.
fiat puluis & confice cum melle, vel sacch. ¶ Pillu
læ ad hoc expertæ: Recipe calami aromatici, sera-
pini, opopon. piperis, castorei, centaureæ mino-
ris an. confice cum vino, & da in die quinque vel
septem secũdum vires: clystere cum ʒ.8. olei cha-
momillini, vel aneti valet.

Ad defectum appetitus.
Ad dolorem ventosum.

De Debilitate stomachi cum siti, Cap. XIX.

CVM stomachi debilitas cum siti &
tarda descensione cibi ex stomacho
fuerit, & acido ructu, fuerint, quia
prædicta parua, neque vetusta, sto-
machus cum trochiscis de rosis est
curandus: Recipe pulueris rosarum rubea-
rum ʒ.ʒ. xyloaloes, spicæ, masticis, casiæ lig. squi-
nanthi, cinnamom. absynthij an. ʒ. 1. aspergantur
cum vino veteri, & formentur trochisci aur. 1. &
s. & detur mane 1. cum ℥ 1 potionis de seminibus
quotidie, quæ est: Recipe cymini, ameos an. ʒ.1.
bulliant in mina 1. aquæ, donec aqua sit rubea, de
qua sumatur cum eo. Nutriatur verò cum his, q̃
sunt facilis digestionis, & paucarum superfluita-
tum, quæ cum redolentibus speciebus, & semi-
nibus sint condita, & potentur vino veteri. ¶ Si
autem prædicta accidentia vetusta fuerint, suma
tur diacymini, & diaolibani aur. 1. cum vino ve-
teri puro, vel diacyminum solùm detur, si venter
strict⁹ fuerit: si autem solutus, detur diaolibanũ,
horum autem confectiones sunt notæ. ¶ Si au-
tem hæc non suffecerint, squamma ferri cum vi-
no danda erit, cuius confect. Recipe seminis ani-
si, fœniculi, apij, cymini, ameos, origani, carui, se-
minis coriãdri, piperis longi, melanopiperis, cin-
namomi, thuris, spicæ, caryophyll. nucis muscat.
cyperi, zingiber. an. aur. 5. scoriæ ferri aur. 10. his
omnibus sextuplum vini addatur, & coquantur,
donec ad medietatem redeant, & coletur: deinde
æger quotidie de hoc ʒ. 30. sumat, & nutricatio-
nem alleuiet, abstineat à fructibus, herbis, cibis &
potibus frigidis, & ab aqua specialiter frigida, li-
cet eam appetat valde. ¶ Emplastrum Hiberni-
ci, confortans stomachum, & est temperatum, sa-
num, & expertum: Recipe foliorum ros. sandalo-
rum rubeorũ, & alborum, pulpæ sumach. an. ʒ.2.
spicæ,

ſpicæ, ſquinanti, ſtoracis calamitæ ana ʒ. ʒ. ab-
ſynthij ſicci, loti in aqua roſ. menthę ana ℥.s. lau-
dani, cymini torrefacti ana ʒ ʒ. olei roſacei, & cerę
quantum ſufficit. maſticis ℥.s. ¶ Emplaſtrum a-
liud, quod ſtomachũ reddit robuſtũ, & calefacit:
R. ſtoracis, ſpicę, ſqnãti, abſynthij, calami aroma-
tici, maſticis an. ʒ. 2. Ex his cum vino veteri, & ſuc
co cydoniorum aſperſis, fiat emplaſtrũ, & ſuper-
ponatur ſtomacho. ¶ Item emplaſtrum in anti-
dotario Franciſci Pedemon. poſitum, calefaciens
& confortans, & ſtomachicon Gal. in delicatis, vt
panis ſuffumigatus cum ligno aloes madefacto,
in vino odorifero ſuperpoſitus, calefactus ſuffici
enter, & diu retentus prodeſt. ¶ Pillulæ Magiſtri
Ioannis Caſamizulæ contra ſtomachi debilitatẽ,
& purgant: R. roſa. maſticis, rheubarbari ana ʒ.5.
aloes optimi ad pondus omnium, ſaliſgẽmæ, pul
pæ myroba. chebulorum, & citrinorum ana ℈. 1.
conficiantur cum ſucco menthæ, & formentur
pillulæ, de quibus ſumantur 5. vel 7. ante cibum,
& poſt cibum. ¶ Pillulæ Pauli facientes ad defe-
ctionem ſtomachi, & debilitatem appetitiuę vir-
tutis, & vomitum, & defectionem virtutis dige-
ſtiuæ, quę ſit ex fortitudine ſenſus ſtomachi, quá
patiuntur aliqui poſt pharmaciã, vel ebrietatem,
vel ingluuiem: Re. roſarum, maſticis, gallarũ ana
ʒ. 1. s. ligni aloes, charabę, ſem. berberis, ſumach
ana ʒ. 2. caryoph. maſculorum, cubebarum, carda
momi ana ʒ. 5. ligni aloes, ſeminis acidæ, coralli
incenſi, boli armeni ana ʒ. 1. ſpicæ, cinnamomi, a-
ſari ana ʒ. 1. fac puluerem, & frica cum oleo roſa-
to, deinde adde ſacchari ʒ. 20. da bibere ʒ. ʒ. cum
aqua fructuum, vel cum ſyrupo roſ. ſi vis eos cõ-
temperare. Oleum maſticinum, valet ad ſtoma-
chi debilitatem. ¶ Electuarium de cinnamomo,
ſecundum Abo. & de xyloaloes ad frigidam, &
ad calidam ſyrupus de agreſta. Abo. dicit: Coral-
lus rubeus, ſuſpenſus ad collum, ita quòd tangat
ſtomachum, confortat ipſum, & præſeruat à do-
lore eius.

De Colica, & Iliaca paſsione, Cap. XX.

Signa colica.

OLICA ſecundum Auicennam eſt
paſsio doloroſa inteſtinalis, cũ qua
fit difficilis exitus ei⁹, quod egredi-
tur per naturam. Et fit propriè hæc
paſsio in inteſtino groſſo, quod di-
citur colon. Accidit his vomitus, nauſea, & dolor
dextræ vel ſiniſtræ partis ſupra pectinem: eſt do
lor in colica ab vmbilico inferius proueniens, &
ilia, vſq; ad anum & renes, eſt dolor iſte in eis in-
tenſus, quòd videtur, quòd collum illius inteſti-
ni terebello quodã perforetur, aut ſit ſciſſum, de
qua, vt ait Gal. videtur mihi, quòd inteſtina mea
quodam terebello perforẽtur, & clyſteriſatus ex
oleo & melle cali. liberatus ſum. Et ego cum hoc
clyſteri multos curaui & addidi ſuccũ rutæ præ-
dictis. ¶ Signa ſunt colicæ mortalis, quando do-

Prognoſtica.

lor fixus remanet, & non mutatur de loco ad lo-
cum, ſed ſemper idem permanet fortiſsimus &
intolerabilis, & ſpecialiter quando per clyſteria
nihil extrahitur, non alleuiatur patiens, & quan-
do vomitus poſt vomitum perſeuerat, ſudor ſe-
quitur frigidus, & frigus extremitatum, & quan
do ſingultus ſequitur poſt ſingultum, perturba-
tio rationis, ſpaſm⁹, etiam malitia anhelitus: hæc
A enim omnia ſigna mortalia ſunt. Si verò his ſi-
gnis cõtraria ſigna appareant, infirmũ alleuiátia,
tunc eſt bonum ſignum. ¶ Iliaca verò paſsio eſt
dolor difficilis inteſtinorum ſubtiliũ: hęc enim

Signa iliaca.

paſ. fit in ilijs, & ſubtilioribus inteſtinis: dolor i-
ſtius intolerabilis eſt ab vmbilico ſuprà, ita vt ab
vmbilico inferius nullus dolor ſentiatur. Adeſt
tertio nauſea, vomitus frequens, & oculorum e-
minentia, retentio fæcum, frigus extremita-
mitatum. Et quandoq; vomunt ſtercus, quando
B que vermes, & aſcarides, & fœtet eis os multum,
quẽdoq; totum corpus, eructatio earum fœtida
& quandoq; frigiditas extremitatum, vomitus,
ſubuerſio, anguſtia, vigilia, tremor cordis, & ſyn-
copis ſequitur in hac paſsione magis, quàm in co
lica. Et quandoq; valde citò interficit magis, quá
colica: & ratio eſt, quia fit in inteſtinis ꝓpinquio
ribus ſtomacho, quàm colica. Quandoq; etiam i-
liaca permutatur in colicam, & colica in iliacam,
& quandoq; ſunt ambę ſimul in eodem corpore.
C Salubrior itaque iſtarũ paſsionum eſt illa, in qua

Prognoſtica.

non eſt vehemens retentio fæcum, alleuiatur ꝑ
clyſtere & medicinas ſibi exhibitas, & in qua do-
lor eſt permutabilis & alleuiatur per exitum ven
toſitatis. Contraria verò peſsima eſt, vt eſt ſuprà
dictum. Et iliaca fit plus à malitia complexionis

Cauſa.

diuerſæ, vt ex humoribus frigidis, vel cholericis,
vel pungitiuis in ſuperiorib. exiſtentibus inteſti
nis, quàm colica. Fiunt etiam iſtæ paſsiones ex
ventoſitate, & ſigna huius, quando dolor eſt de-
D ambulatiuus, & iſte iuuatur per clyſteria ventoſi
tatem carminantia, & etiam per ventoſam ſupra
loca poſitam: iuuatur etiam per febrem ſuperue-
nientem. Quandoq; etiam fiunt huiuſmodi paſ-
ſiones ex apoſtemate in inteſtinis nato, cuius cu
ram dicam in capitulo de apoſtematibus inteſti-
norum in tractatu febrium: & hoc per ipſius for-
mam apoſtematis cognoſcitur. ¶ Quandoq; fit
ex compaſsione renum, apoſtematis vel veſicæ
vel lapidis vitio, dolorem generantium, cuius cu
E ræ ſuperiùs ſunt dictæ. ¶ Si huiuſmodi paſsiones

Signa cholera

ex cholera fuerint, adeſt amaritudo oris, vomitus
cholericus, dolor acutus & pungitiuus, vrina co-
lorata, & tincta etiam tenuis. ¶ Si verò ex phle-

Phlegmatis.

gmate, non ſitiunt, dolor eſt aggrauatiuus, non i-
ta acutus, & cum egeſtione quandoq; phlegma
viſcoſum, & vitreum emittitur. ¶ Si ꝓpter ſterco

Fæcum.

ris duritiem fiant, eijciunt ſcybala ſicca, dura, &
rotũda in modum ſtercoris caprarum per ſe vel
cum clyſteribus. ¶ Si igitur humor in cauſa fue-

Cura.

F rit calidus, quod ex ſignis præcedentibus cogno

Si ab hu. ca-lido.

ſcitur, tunc loca doloroſa inungantur oleo roſ.
vel vio. vel populeõ, vel emplaſtra herbarum fri-
gidarum deſuper apponãtur, vel etiam ſyrupus
vio. & roſ. & ſitim extinguẽtes dentur, vt in cap.
de diabete dicemus. Et ſi per hoc non curentur,
fiant ſuppoſitoria leuia ex lardo ſolo, vel ſapone
gallico, in oleo roſ. vel vio. intincto, & etiam cly-
ſteria ex malua mercuriali, frondibus viol. man-
na, caſsia, & ſimilibus. Et ſi perfectè cum his non
G curentur, mũdifica corpus cum pillulis de quin
que generibus, vel cum pillulis de rheubar. vel ſe
rapino ad quálibet iliacam, vel colicam expertis:
vel cum deco. vt in cap. de dolore capitis ex cho-
lera facto, diætentur etiã, vt ibi. ¶ Emplaſtrũ opti
mum ad colicam, & iliacam ex cauſa calida: Rec.

quinqueneruiá maiorem, & minorem, solatrum, A
ros.& viol.omnia pistentur,& in patella cum pau
co aceto,& aqua ros.frigantur,& supra locum em
plastrētur.Item vrtica & hordeum simul cocta in
Si ex ventositate.
aqua,& pistata & desuper posita,idem faciunt. Si
ex ventositate fiant huiusmodi pas.quod per do-
lorē ambulatiuum cognoscitur, ventosa sine sca-
rificatione supra dolorosum locū ponatur, dein-
de fiat hoc clystere:R.aquæ ℔.4.cymini, se.rutę,
se.aneti,ameos an.℥.1. terantur omnia, & in præ-
dicta aqua bulliant,quousq; ad ℔.1.veniant,&co B
lētur,& adde*ʒ.1.pinguedinis anatis,vel gallinæ
&℔.1.s.olei &*ʒ.2.succi ru.& clysterisa.Itē locus
** al.℥.1.* ** al.℥.2.*
inungatur ex oleo chamo.laurino,sambucino,&
similibus. Item sacculus sale plenus, calidus su-
pra locum apponatur. ¶ Aliud clystere optimum
ad colicam,& iliacam ex ventositate factam:Rec.
hyssopi,origani,rutæ,se.agnicasti, anisi,fœniculi,
tribuli marini,centaur. aneti, florum cha.petros.
an.℥.s. terantur omnia,& in succo rutæ bulliant
vsq; ad consumtionem tertiæ partis, deinde om- C
nia colentur, & cum tantundem olei communis
coquātur, quousq; solum oleū remaneat, in quo
oleo dissoluatur adipis anatis *ʒ.1.opopo.serapi.
**al.℥.1.* **al.℥.quar.*
castor.& assæ an.*ʒ.quart.& immittātur per cly-
stere. Item clystere factum ex solo oleo rutaceo,
vel raphanino, in quibns resoluatur castor. assa,
&storax liquida,multum valet in hac causa.Item
philonium in potu datum, cū vino decoct. semi.
rutæ & carui,multum valet in hac causa : balneū
etiam ex aqua decoct.asparagi, brusci, graminis, D
maluæ,paritariæ,caulium rad.communiū,quin-
quefolij,senationum, absynthij, & similium her-
barum,multum confert:vel solum balnei simpli-
cis aquę calidę,emplastra etiam, inunctiones ca-
lidæ subscribendæ in hac causa valent. ¶ Quod si
Si ab hu. frigido.
humor frigidus,vel viscosus fuerit in causa,quod
per signa iam dicta poteris cognoscere, curetur
hoc mō:fiant primò clysteria mollificatiua,dein-
de mundificatiua,& abstersiua,& suppositoria le
uia,& acuta:postea purgetur humor,deinde vn- E
ctiones & emplastra præscribenda,& etiá balnea
fiant. Sumat igitur secundū Magistrū meū 5.pill.
de serapino & 7. cochias sero : mane verò detur
decoctio,siue lotura talis:R.ca.Ve.scolopendrię,
**al.℥.1.s.* **al.℥.1.* **al.℥.s.*
rad.communiū an.*ʒ.1.s.agarici,polypodij quer
cini,viridis esulę an.*ʒ.1.hermodactyl.epithymi,
viol.cuscutæ,assæ,fœnicu. anisi an.*ʒ.s.pruna da
mascena 30. hæc omnia in ℔. 3. aquæ decoquan-
tur,quousq; ad vnā redeant, & colaturę addātur
**al.℥.2.* **al.℥.1.*
casiæfi.*ʒ.2.benedictę simplicis,catholicon, my F
robalanorum citrinorum,& chebul.an.*ʒ.1. Vel
purgentur cum pillulis de quinq; generib.vel cū
aureis,vel cū artheticis,siue cū aliis pill.in hac cá
cōpetentibus,postea fiat huiusmodi vnctio circa
locum : R. castor.succi rutæ,assæ fœtidæ, ameos
an.olei aneti, & ceræ,quantum sufficit. Vel hæc
vnctio ad idē experta:R.olei benedicti,chamo.&
aneti an.bulliant in eis parum se.fœnug.& inun-
gatur locus,in quibus est dolor,quoniam est mi-
rabile,probatū est:Item filū crudū cum cinere vi G
tis,& oleo bullitū,& suprapositū miro modo va-
let.Item emplastrum ex chelidonic,cast.&baccis
lauri tritis,& in vino puro coctis,suppositum mi
ro modo valet.Et allium tritum,in vino coctum,
bibitū addita pauca theriaca,multū valet.Itē pul.

A cornu cerui vsti,antimonij,& cicadarū an.ʒ.1.cū
vino in potu datus,ad vtramq; harū passionum
est optimus,& probatus. ¶ Et nota qđ quidā in
principio harū passio. vtuntur clysterijs mordi-
catiuis,se credentes bene facere: vnde magis de-
siccant stercora.& indurant,& inde plures mori-
unt ex culpa fatuorū Medicorū: iō in tali causa,
nec in similib.debem⁹ clysteria facere mordicati
ua,nisi mollificatiua pcedant,& hoc faciebat Ma
gister me⁹. Primò igitur fiant clysteria simplicia
B ex aqua deco. viol. maluæ, brancæ vrsinæ, mer-
curialis,hordei & similiū, qa lenient & mundifi-
cabunt stercora:deinde fiāt clysteria fortia attra
ctiua phlegma.sicut hoc: R.tribuli marini,poly-
podij, fœn. turbith,colocynth.agarici,epithymi,
**al.℥.1.*
se.fœn.anisi,centaureæ mino.viol. rutæ an. *ʒ.1.
radicis sambuci,ebuli,foliorū cauliū radicis volu
bilis,cucu.agrestis an.M.s.ficus siccas 10. hordei,
se.lini,maluæ, saluiæ an.P.1. hæc omnia in aqua
salsa,vel salmantina bull.& colentur prius, tñ in
C tantū bull. quòd de 8. partib. ipsius aq̃ nō rema-
neat,nisi vna pars & additis ʒ.2.casiæfi.hieræpi-
**al.℥.1.* **al.℥.1.s.*
crę,benedictæ simplicis an.* ʒ.1. mell. & olei ana
* ʒ.1.s. Itē ius galli veteris sumtū in hac causa cō
fert multū:quoniá ego sum expertus, quoniá la-
xat & mundificat phlegma.Itē sumat de medici-
na,quæ dicitur liberator ad quantitatē castaneę,
vel nucis paruæ,valet multū in hac causa, & det
cum vino deco.se.fœni.& anisi. ¶ Cùm verò hu-
iusmodi passiones fuerint pter apostema sto-
D machi,curetur ipsum apostema,sicut in proprio
ca. in tractatu febriū dicetur. Quòd si ex vitio he
patis, lapidis renū, vel vesicæ fiant,curentur, si-
cut in pprijs dictū est capit. ¶ Si verò propter ve
nenum sumtū fiant, prouocetur vomit⁹ cum a-
liquo de vomitiuis superi⁹ dictis:postea theriaca,
vel mithridatū cū vino deco.menthæ detur. ¶ Si
verò nimis vomitū continuat, constringatur vo-
mitus,vt in proprio cap.dictū est. ¶ Quòd si pro-
pter vermes, & ascarides in stomacho existentes
E fiant hæ passio. curentur, vt in sequēti cap. dicā.

ADDITIONES.

Pillula nostra.

Pillulæ, quas composui pro quodá patiente i-
liacá passio.R.turbith, agarici,pulpæ, colo-
cynth.diagridij an.ʒ.1.se.fœ.masticis,anisi,nastur
tij,ameos,salisgēmæ an.ʒ.s.serapi.ʒ.ʒ. aloes boni,
ad pondus omnium,cōfice cum succo rutæ. Em
plastrū pbatū ad dolorē intestinorū: Re.tegulæ
pulueris.cū sulphure viuo an.p.1.calcis viuæ ter-
F tiam partē,confice cū melle & aceto,& calidum,
quantum pati potest,loco dolēti apponatur. ¶ I-
tem fila cruda bullita in aq. cū cinere & oleo em
plastrata,tollunt dolorem. Item emplastrum fa-
ctū ex radice ebuli,cū ruta, & stercore columbi-
no,cū oleo veteri confectum, valet in huiusmodi
Pillula experta.
pas.& etiá dolorib spatulæ,ancharum brachij,&
similiū ¶ Pillulæ ante cibum, & post cibū cōtra
dolorem iliacum, retentionem vrinæ, grauedi-
nem capitis, & contra indigestionē stomachi ex
G grossis humorib.prouenientib. ita quod inconti
nenti faciunt digerere,& bene asellare: Re.myr-
rhæ,opopo.gentia.galbani armo. an. ʒ. quart. se.
iunipe.℈.13.aloes hepatici ℈.12.serapi.ʒ.s. dentur
5. vel 7. sunt enim expertæ ad prædicta, & eti-
am in omni specie artheticæ. ¶ Experimen-
tum

tum Hybernici ad colicam, & iliacam, intret patiens balneum, factum ex aqua, in qua cineres sarmentorum sint coctæ, deinde fiat emplastrum supra locum doloris ex melle, & ca. cinere simul mistum. Et clystere ex oleo, & succo rutæ an. fiat, se. etiam rutæ, & se. nasturtij, cum vino cocta, mista cũ bono mithridato, vel theriaca, in potu detur: & hoc specialiter valet in omni causa frigida.

Clystere expertum.

¶ Clystere à me expertum ad colicam, & iliacam, ex frigida causa: R. rorismarini, saluiæ, pulegij, origani, sauinæ, menthastri, centaureæ ma. & mi. rutę, absynthij, herbæ paralysis, chamędreos, chamæpitheos, hyssopi, florũ chamomæ, hordei mũdi, aneti, pyrethri, petrosel. an. M. I. hæc omnia in bona vini quãtitate rubei optimi, vel albi, bulliãt vsque ad consumtionem tertiæ partis, & colentur, adde parum salis, olei & mellis, & per clystere iniiciatur: balneum etiam ex prædictis herbis in aqua coctis multum confert. ¶ Ad colicam & iliacam: Recipe euphorb. ℈. I. da cum ouo sorbili, & vnge latera cum vnguento hoc: R. vitella ouorũ sub cineribus vsque ad duritiem coctorum octo, ceræ ʒ. I. s. olei ros. olei chamom. an. ʒ I. sang. drac. ʒ. 2. terebinthinæ ʒ. I. s. fiat vnguentum, quia subito liberat.

De Lumbricis, & Ascaridibus, Cap. XXI.

Causa.

LVMBRICORVM sunt variæ species secũdum varietatem phlegmatis, ex quo generantur: ex phlegmate. n. salso generantur lumbrici longi & rotundi, ex phlegmate acetoso curti & rotundi, ex phlegmate dulci, fiunt longi & lati, ex phlegmate naturali, fiunt breues & lati, & isti dicũtur cucurbitini: sunt enim facti ad modum seminis cucur. & quidam dicunt, quòd isti cucurbitini generantur in ventre cuiusdam maximi lumbrici, qui aliquando emittitur longior vno, vel duobus bragchiis, qui *folium siue cingulum dicitur: ex phlegmate verò vitreo generantur lumbrici longi, rotundi sępi⁹ generantur in subtilib. siue gracilib. intestinis, & maximè in cæco. Ex cho. verò nũq̃ generantur lumbrici, seu ascarides, quoniã cho. est amara, & omne amarum destruit & interficit eos, & ideo ex sola frigiditate, seu hu. phlegmatico, seu frigido generãtur. ¶ Signa itaq; lumbricorum sunt appetit⁹, priuatio, nausea, stomachi fastidiũ, fœtor oris, oculorum luciditas, & cõcauitas plus debito, dolor & torsio in intestinis sentitur, & quandoq; febricitant, in pueris discretiuũ signum est pruritus narium: semper. n. scalpunt nares ꝓpter colligãtiã intestinorum ad ipsas nares, & in somno clamãt, & stridẽt dentib. Certius autẽ signum est, qñ emittunt p vomitum, vel per secessum, & signũ *solij seu cinguli est, qñ patiuntur pdicta symptomata intensiora, & fortiora, & quandoq; syncopisant: & si quandoq; emittunt lumbricos cucurbitinos, tunc certius signum est *solij, vel cinguli. ¶ Primò igit de solio, vel cingulo dicã, experimentũ ad solium vel cingulum interficiendum: R. rutæ siccæ *ʒ. s. piperis gra. 20. succi rapistrarũ ℥. s. diptami ʒ. I. minus terr. olei ℥. quart. hæc omnia cum vino distempera, & da ad potãdum. ¶ Aliud ad idẽ: R. 2. vel. 3. capita alliorum, & succum ab ex eis extrahe, & succo extracto radicis malig. ipsum succum alliorum, vel saltem ipsa pistata allia mis. additis gra. *25. piperis puluerisati, totum in potu cum vino tribue, quia statim interficit. ¶ Aliud ꝓbatum ad idẽ, piper, allia, myrobal. citrini, cortex maligra. terantur omnia, & in aceto p noctẽ iaceãt: mane verò colent, & acetum illud in potu detur, vel p clystere iniiciatur, quia solium vel cingulum ꝓ certo interficit & educit. ¶ Experimentum Magist. mei, cõtra omnes lumbricos & cucurbitinos, & cingulum eiiciendum: primo vtatur tali syrupo: R. corticis radic. fœn. apij, eryngij, stœchados, arist. long. polypodij, quercini recentis, absynthij, rutę, omniũ an. *ʒ. I. senæ *ʒ. s. ca. Ve. M. I. passularũ *ʒ. I. s. aceti *ʒ. 2. sacch. al. *℔. I. omnia coquantur in aqua sufficienti, & addito sacch. fiat syrup. detur pluribus diebus mane ad quãtitatem ℥. I. & s. post detur de hoc medicamine ad quantitatem nucis, sero cũ vino decoct. diptami, & absynthij. ¶ Aliud: R turbith albi & gummosi ʒ. I. s. cataputiæ gran. 15. spicæ, piperis longi, zing. an. ℈. s. diagridij in pomo cocti ℈. s. drag. ℈. I. conficiãtur cum melle. ¶ Item succus sisimbrij cum pauco vino & oleo in potu datus, cingulum eiicit per secessum. ¶ Itẽ si fiat clystere ex felle vaccino, & succo absynthij marrubij & olei, rutæ, omnes lumbricos cuiuscunq; materiei interficit & educit. ¶ Hæc sunt, q̃ necant vermes lumbricos, absynthium, farina lupinorum, polium, aristo. menthastrum, myrtus, centaurea maior & minor, abrotanum siccum, armoniacũ, persicaria, petros. persici, fraxinus, thymus, amarusca, ameos, origanum, carui, mentha, nigella, cornu cerui vstum, cortex maligr. cortex radicis celsi, centonici se. saluia stomacho ieiunio comesta, omne fel, &, vt etiam generaliter dicam, omnia amara comesta, vel supra ventrem emplastrata, vel per clystere iniecta, necant lumbricos, & expellunt. ¶ Quòd si lumbrici in corpore fuerint interfecti, & vis eos educere, detur aqua decocti agarici, & interiora colocynthidis, vel cũ pillulis, quæ fiunt ex farina orobi, & lacte anabullę, educantur, quæ speciales sunt ad hoc, vel cũ pillulis cochiis, vel cum hierapicra, hieralogo. & similib. educentibus, Clystere optimũ ad educendũ lũbricos: R. rad. cucu. asinini, mali terræ, turbith, cẽtaureæ, hyssopi, cartami rub. pulpę colocynth. aloes an. ʒ. s. salis ʒ. ʒ. coquantur omnia simul, colentur, & additis fellis vaccinis ʒ. 4. olei amyg. amar. vel de nucleis persicorũ, aut chrysomilorũ ʒ. 2. fiat clystere, quoniam est mirabile. Vel clystere solũ ex aq. salmãtina, vel salsã decoct. rad. celsi, & malig acetosi, addito succo absynthij, vel foliis psici, & aloe, est optimũ ad hoc, aliquo felle addito. ¶ Quòd si cũ hoc fuerit flux⁹ vẽtris, restringatur cũ his, q̃ in ꝓprio cap. dicentur. ¶ Et quia huiusmodi lũbricorũ pas. est familiaris & amica puerorũ, iccirco, quia nõ possunt p os recipere huiusmodi amara, videam⁹ de emplastris, & vnctionibus illis cõpetentib. ¶ Experimentũ Magist. mei ad lũbricos interficiẽdos: inũgatur vẽter ex melle cal. & stet ibi p horã, deinde superponatur hoc emplastrũ: R. hypocyst. acatiæ, aloes an. *ʒ. ʒ. sumach *ʒ. s. tere omnia cũ aq. ro. & succo absynthij distẽpera, & ventrẽ emplastra: & detur, si possit accipere, parum de electuariis lumbricorum, cũ syrup. ro. vel viol. ¶ Aliud emplastrum ad idẽ,

Simplicia.

Educentia mortuos.

In pueris.

*al. folium

*al. folij

*al. folij

*al. ʒ. s.

*al. 30.

*al. ℥. I.

*al. ℥ s.

*al. ℥. I. s.

*al. ℥. 2.

*al. ℔. 2.

*al. ℥. s.

*al. ℥. fere.

Rec. farinæ lupinorum combustorum, aloes, ab- A
synthij, rutæ, colocynthidos ana conficiantur o-
mnia cum succo absynthij, & ebuli & modico a-
ceti, & supra emplastretur. Experimentum pro-
batum ad omnes lumbricos eijciendos: R. aloes,
galbani, & fuliginis, ana & cum pauco olei ad ig-
nem parum bulliant, hoc vnguento vnge patien
tem à gula vsq; ad pectinem, & retrò à collo vsq;
ad nates prope ignem, deinde accipe absynthiũ,
mentham, & farinam lupinorum amarorum, &
cum forti aceto distempera, petiam lini infunde B
in huiusmodi liquore, & ca. antè & retrò empla-
stra supra loca inuncta: & si post vnam horam,
vel duas non deiecerit, fac ei suppositorium, vel
clystere, quia pro certo omnes lumbricos emit-
tet. ¶ Aliud ad idem: R. centonicæ, absynthij viri
dis, menthæ, farinæ lupinorum amarorum, fellis
tauri, & bouis, medullæ ceruinę an * ʒ. 1. ceræ * ʒ.
ʒ. aloes * ʒ. 2. olei * ℥. 1. confice insimul, & supra vm
bilicum hoc emplastrum pone.

*al. ℥. 1.
*al. ℥. 3.
*al. ℥. 2.
*al. ℥. 1. s.

ADDITIONES.

QVidam puer dum esset in mortis periculo constitutus propter multitudinem lum-
bricorum ʒ. s. se. portu. triti, cum lacte sumsit, &
emisit multos lumbricos, & liberatus est. Dixit
Magister N. de Ferrarijs, quòd cũ duo filij sui gra
uarentur ad mortem ex vitio lumbricorum, con
suli Ma. Petrum, qui erat Ferrariæ, supra hoc, &
dixit: Recipe aloe caballinum, & tere ipsum cum
melle, & fiat sicut pasta mollis, & fac emplastrum
pone supra stomachum die ac nocte, cum desic-
catur renoua ipsum, vt suprà: & supra vmbilicũ
pone, & da semel in hebdo ℈. 1. rheubar cum mo
dicę aqua, qui fecit hoc per plures dies, & suos fi-
lios, & infinitos alios curauit cum hac cura à vi-
tio lumbricorum: vel vngatur venter ex melle ca
lido, & stet ibi per horam, deinde aloe caballinũ
puluerisatum superaspergatur. ¶ Quidam puer
patiebatur vomitũ, & fluxũ vẽtris, & lumbricos
habebat, cui feci inungi stomachũ pluries in die E
oleo decocti. absynthij, masticis, & de amyg. ama.
& succo menthæ, ana & dedi illi syrupum, factũ
ex succo cydoniorum, aquæ ros. & viol. gra. an. &
curatus est. Emplastrũ pro his, qui habent lum-
bricos & febricitant, & nõ possunt medicinas ꝓ-
pter lumbri. capere, sicut sunt pueri: R. radi. gra-
minis, & violariæ & portu. in aceto decoqui, & te
re & calidũ stomacho sæpe & sæpius appone. E-
lectuarium ad lumbricos necandos: R. lupi. ama.
pul. centonicæ, quæ alio nomine herba babiloni F
ca appellatur, cornu cerui vsti ana ℥. 1. pul. radi.
graminis ʒ. 3. conficiantur cum melle, & des ʒ. 2.
aut 3. Fomentatio aquæ deco. radicis graminis à
stomacho & intestinis lumbricos expellit. Cùm
alia remedia vermibus non valent, Re. croci ʒ. 1.
olei sistani 1. vel 2. cum aceto forti tempera, & bi-
catur totum, moriuntur citò, & si ano immitta-
tur mellis modicum, vel clysterisetur mulsa, citi-
us emittentur. ¶ Item: Re. absynthij, stœchados,
citri, prassij, menthæ, apij, aloes ana ʒ. 2. fellis tau- G
ri ʒ. 1. ceroti de oleo absynthij, vngatur venter, mo
riuntur & expelluntur. Oleum de semine lini o-
mnes expellit bibitum, & vnctio eius vermes mo
lestat valde, si fel tauri vel colocynth.
admisceatur.

De Lienteria, & Diarrhœa, Cap. XXII.

LIENTERIA est fluxus ventris cum le- *Causa.*
uitate stomachi, & intestinorũ, in qua
cibus & potus indigestus quasi in ea-
dem qualitate, in qua sumitur, per se-
cessum emittitur. ¶ Diarrhœa verò est fluxus vẽ-
tris cum sola humoris emissione. Et fiunt hę pas-
siones peccato virtutis cõtentiuæ ex indigestio-
ne & viscoso phlegmate in villis stomachi, vel in-
testinorũ adhęrẽte, & tunc in egestionib. apparẽt
mucilagines & grossum phlegma: ex pręcedente
dysenteria etiá fiũt, quod scitur ex sanguinea vel
cholerica vẽtris egestione. Ex apostem. etiá inte-
stinorũ fiũt, quod scitur p inflationẽ & dolorẽ in-
testinorũ diu pręhabitũ: vitio etiá cerebri fit lien
teria & diarrhœa, cuius signa manifesta sunt, quia
fiũt periodicè. i. quòd aliqñ stát p 2. vel. 3. dies, qđ
patientẽ nõ infestát, sic quod nihil egerit, & vide-
tur esse sanus: postea subitò in multa quátitate e-
gerit, & signũ distinctiuũ ad hoc est, qđ facit ege-
stiones spumosas, q̃a vt ait Hippo. in aphor. Qui-
buscunq; in diarrhœa & lienteria egestiones spu- *Signa.*
mosę fiunt, his à cerebro eductio fit. Signa itaque
lienterię sunt hęc, egestio subalbi coloris, fluxibi-
lis substátiæ & quasi vnctuosa, ac si parũ olei de-
super sparsum fuerit: & nõ multũ fœtet, sicut in
dysenteria: ampullæ quasi vesicæ in fine emissio-
nis secessus habẽtur, & ante sellá grauamen circa
ventrẽ habẽt, emittunt egestionẽ indigestá: quan
doq; apparẽt sellæ eorũ solũ masticatæ, nec à vir-
tute digestiua immutatę, & eructant insipidũ ꝓ-
pter phlegma in ore stomachi superabundás. In
diarrhœa verò fit soli⁹ humoris emissio cũ fluxu
vẽtris, vt dictũ est suprà. In his itaq; pas. primo si *Cura.*
humor superabũdauerit peccás, & corpus fuerit
plethoricũ, & natura pa. fortis, purgetur cum de-
coct. myrobal. citrino & chebu. aut cũ aliqua me-
dicin. sibi conuenienti, vt in pluribus locis dictũ
est: si possibile fuerit, materiá p vomitũ posse eua
cuari, prouoca vomitũ cum aliqua de medicinis
vomitiuis, in cap. de vomitu prouocádo dictis:
postea sacch. ro. detur cũ aqua pluuiali deco. ma-
sti. & hoc fiat, si rheuma à cerebro descẽdit, quod
semp quasi in his ægritudinib. accidit, vt dixi, per
spumosas & ampullosas egestiones cognòscitur.
Intercipiatur rheuma cum pill. de cinoglossa, vel
cum aliquib. similib. ad hoc valẽtib. de q̃b in cap.
de rheumate satis dictum est. Item deriuetur ma-
teria ad nares cũ sternutatorio, facto ex castoreo
euphor. an. mistis, & cum felle gruis, vel galli, fa-
cias inde trochis. & pul. eorum narib. insuffletur:
hoc. n. sternutatorium multũ valet in hac causa,
valet etiá in paraliticis, epilepticis & lethargicis:
vel cũ helleboro alb. cõdisi, pipere lõgo, & similib.
sternutatio ꝓuocetur. Item vtatur lienteriam &
diarrhœam pa. syrupo tali: R. hypocystid. laureo-
læ, scolopend. bistortæ, acori ana M. 1. radicis cino
glossæ, tapsi barbati & buglossæ an. M. s. hæc om-
nia in aqua pluuiali, vel cisternę bulliant, & colẽ-
tur, colaturæ addatur tertia pars sui aquę ros. &
fiat syrupus, cum saccharo ros. & saccharo alb. du
ro an. de quo die ac noctu sumatur cum aquę plu
uiali decoctionis menthæ & cinnamomi. ¶ Item
athanasia, & micleta, cum aqua pluuiali, vel cũ sy-
rupo p̃dicto dẽtur quotidie. Succus etiá plátagi-
nis, cũ gũmi arab. vel psyllio mixt⁹, & cũ mastice
assato

Ad omnem fluxum.

assato in potu datus, valet mirabiliter. ¶ Inungatur stomachus oleo masticino, vel oleo ponticorum, quod sic fit: R. leuistici, myrti, acatiæ, spodij, sumach, corticum quercus, maligra. risi, semen plantaginis, boli, masti. gummi arabici, corticum sorbæ, mespilorũ, bdellij, coralli albi & rubei, sanguinis dra. pilorum leporis vstorum, sem. citoniorum, cinnamo grossi, & insipidi, radicis maligrana. hæc omnia puluerisata in oleo, quousq; tertia pars remaneat, coquantur. Vel ex eorum puluere cum succo menthæ & plantaginis formentur pillulæ & dentur: quia stomachum miro modo confortant, & restringunt quemlibet fluxum vẽtris, seu hæmorhoidalium venarum, & menstruorum: possunt etiam prædicta in aqua pluuiali decoqui, & inde potest fieri syrupus, vel clyster ad prædicta, quoniam miro modo operantur. ¶ Emplastrum istud stomacho apponatur, quod ad lienteriam & diarrhœam valet: R. masti. hypocystidos, ros. laudani, storacis liquidæ ana ℥. s. olei ros. succi cydoniorum, succi menthæ & ceræ q. s. vel solum emplastrum ex farina tritici cum succo menthæ & aceto misto, valet ad idẽ. ¶ Emplastrum aliud probatum, quod in omni fluxu ventris, vel etiam contra debilitatem stomachi valet: R. ro. sambsuci, ozimi, cubebarum, anisi, fœ. spicæ, galangæ, garyo. cinnamo. masti. sumach, cimarum myrti, panis vsti, & in in aceto extincti, succi menthæ communis, succi absynthij, vel substantiæ eius, in aqua ros. lotæ: quod melius est, balsamitæ storacis, calami aromati armoniaci, costi, laudani, ana ℥. s. resoluantur omnia cum oleo ros. terebinthina & cera, & fac emplastrũ, quod continue portet supra stomachum. ¶ Omnia cibaria indigestibilia, & viscosos humores generantia subtrahantur, carnes pingues, & vnctuosa cibaria dentur, brodium etiam gallinarum vel caponum, & castrati pingues dentur, cum quibus duodecim glandes vel ℥. 1. acatiæ cocta sint, sumat granum risi, & similia: dentur sorbę, mespila, fructꝰ, myrtillorum, pira, & cotonea assa, & similia restrictiua comedant. ¶ Balneum ad lienteriam, diarrhœam, & quemlibet fluxum patienti vtile: R. rubi & myrti mespilorum & cotoneorũ agrimoniæ, buglossæ, linguæ auis, tapsi bar. nu. cypres. lauri, balau. corticis maligra. & similium stypticorum in aqua bulliant omnia prędicta, & balneetur in ea patiens, vel sedeat in aqua saltem, & prædictæ herbæ stomacho sæpe applicẽtur, vel spongiam in ipsa aqua infusam stomacho applica. ¶ Electuaria etiam confortantia, sicut dyacyminum, dianthos, diarrhodon abbatis, & similia tribuatur. Electuaria etiá trochis. & alia cõstrictiua, quę in sequent. capitul. dicentur, tribuãtur ad vltimum. Et si lienteria, vel diarrhœa ex apostemate stomachi fiat, vel intestinorum, curetur vt in tractatu febriũ capit. de apostemate stomachi & intestinorum. ¶ Lienteria verò ex præcedenti dysenteria facta est incurabilis, eo quod in dysenteria amplius pili non renascuntur. Emplastrum valde valens ad diarrhœam, lienteriã & dysenteriam: Recipe acatię, psidiæ, gypsi, arillorũ vuæ, boli, hypocystidos, roris syrici, balaustiarũ, euisci, galbani, myrti, masticis ana ℥. s. omnia insimul conficiantur, & stomacho, & ventri applica. ¶ Item garyophyllos, cinamomum, myrtillo-

Ad omnem fluxum & debilitatem stomachi.

A rum cimas, & rosas in aceto forti fac vt bulliant: & spongiam in hoc imprime, & calidum stomacho sæpe & sæpius appone: si cum prædictis farina tritici misceatur, à stomacho emplastres, valet miro modo ad lienteriam, diarrhœam & vomitum. Item salsæ in capitulo de vomitu dictæ cum carnibus assatis dentur.

ADDITIONES.

B Experimentum Magistri Petri Hispani ad lienteriam, & dysenteriam: elixentur quatuor oua in aceto forti, & vitella ouorum extrahas, pone ea supra prunas ardentes, infundendo super ea cum forti aceto, & sic facias quousque denigrentur: deinde remoue, & puluerisa, & puluerẽ ipsum in corpore gallinæ vetustissimæ depilatæ mundatæ & lotæ optimè ponas, & dimitte eam in tãtum decoqui in aqua pluuiali, vel cum rebꝰ stypticis mista, quousque caro ab ossibus separetur, & tunc eam des ad comedendum, & brodiũ C ad bibendum: & puluerem garyophyll. nu. mus. & cinnamo adde, & si eam sic sumere nequit, fac tostam. ¶ Et da syrupum, quem probaui in me, dum paterer fluxum ventris immoderatum, qui constrinxit me statim: Recipe sumach, balau. granorum granati acetosi, coriam risi, rosarum immaturarum, se. myrtillorum omnium assorum, ana ℥. 1. sem. plan. masti. gummi ara. anthoræ, spodij, amidi, assorum ana ℥. s. coquantur in aqua cisternæ, & in ℔. ʒ. colaturę adde succi cydoniorũ D ℔. s. succi plan. depurati, aquę ros. ana ℥. ʒ. sac. ℔. s. & in oleo bulliant cinna. boni puluerisati ℥. s. garyophyll. ʒ. 2. ligatis in petia linea addidi consolidæ maioris, & mino. & plan. capil. Ven. ana M. 1. ¶ Syrupus valens ad diarrhœam, & lienteriam: Re. sang. dra. spodij, ros. sand. alb. & ru. sumach, risi assi, fructuũ myrtillorum ana ℥. s. se. portu. lac. plan. gummi ara simphiti, balau. berb. mumiæ, acatiæ, masti. assatorum ana ʒ. 5. sacch. ro. & al. ana, aquę ros. partes ʒ. ¶ Emplastrum, quod contra E fluxum ventris, & lienteriam composui: R. menthæ siccæ, balau myrti. corti. maligra. & sem. eius & anthoræ, florum rorisma. ℥. 1. myrrhę, masti. gũmi ara. ana ʒ. s. confice cum vino veteri, & succo cydonorum. ¶ In fluxu ventris, & lienteria confert electuarium: Recipe caudæ æquinæ, balau. menthæ, masti. ana ℥. 1. fol. myrti, se. li. ana aur. 5. quodlibet per se pistentur, propter substantiæ grossitiem, & cribrelletur subtiliter, & confice F cum syrupo myrti, dosis eius sit mane & serò ʒ. 2. & sic de alijs.

De Dysenteria hepatica, & intestinorum, Cap. XXIII.



Dysenteria est fluxus ventris cũ excoriatione intestinorum, & sanguinea ventris egestione. ¶ Cuius tres sunt species: Prima species est, quando egestio est similis loturæ G carnis, & hæc leuiter curatur, si Medicꝰ fuerit studiosus. In secunda verò specie emittitur egestio similis rasuræ chartarum, quæ ab intestinis abraditur, & hæc est difficilis ad curandum, tamen bene curatur. In tertia verò specie emittitur quandoque frustum intestini paruum, & tunc signifi-

Triplex fl. ciat.

cat paruum intestinum esse læsum, & hæc species est incurabilis. Dysenteria tripliciter considerari potest .s. materialiter, localiter, & effectiuè: Materialiter, quia alia fit ex sanguine adusto: alia ex phlegmate salso: alia ex phlegmate naturali, qualitate & quantitate peccante, secundum qđ habemus ab Hip. in 7. apho. In cholerico secessu, &c. Si verò sit alb. cum phlegmate est: si sit niger, ex cholera nigra: si citrinus, ex cholera, & niger quidem est mala, vt ait Hipp. in apho. Dysenteria si à felle nigro inchoauerit, mortalis. Localiter etiam consideratur dysenteria, quia alia fit vitio stomachi, vel intestinorũ, alia vitio superiorũ, alia vitio inferiorum. Si fuerit dysenteria vitio superiorum intestinorũ, tunc dolor supra vmbilicũ sentitur, & videtur patien. quod totũ corp⁹ suũ ab vmbilico superi⁹ dolore circumcingatur, & sang. egestioni mist⁹ egreditur. Si vitio intestinorũ inferiorũ fiat dysenteria, dolor ab vmbilico inferiùs sentitur supra pectinẽ, & circa renes, nec est sanguis egestionib. valdè cõmistus.

Tripliciter cõsideratur dysenteria.

De hepatica.

¶ Et est alia dysenteria, quę vitio hepatis fit: & hæc dicitur dysenteria hepatica, in hac .n. dysenteria nil aliud, quàm sang. purus emittitur, & hæc dysenteria periculosior alijs est. Accidit .n. ex abundantia sanguinis hepatis, vel venarũ, & ex defectu contẽtiuę virtutis hepatis, vel ex incisione man⁹, vel pedis: sang. n. illas venas nutriturus, in hepate remanens, per meseraicas venas ad intestina deducitur, & per secessum emittit. ¶ Nota qđ in dysenteria quandoq; adest febris & defectio appetit⁹, quod est pessimũ: iuxta illud Hip. in apho. In longis dysenterijs abstinentia cibi malũ, & cũ febre peius: ardor etiã pudici, sitis, fastidiũ, & torsio vẽtris, mala sunt signa. Item cũ apparet egestio viridis, vel nigra, vel ęruginosa, semper malũ signũ est, & mortale.

Cura. Si fuerit materia in intestinis superioribus.

¶ Si igitur materia dysenteriæ in superiorib. fuerit intestinis, & corpus fuerit plethoricũ, euacuetur cũ deco. myrobal. citrinorũ, & chebulorũ ana ʒ. 1. s. tamarindorũ, casiæfi sac. ro. noui, ana ℥ 1. conficiatur cũ syrupo vio. vel ro. & dentur, postea restringantur hoc modo: R. myrobalan. citrinorũ adustorũ, supra tegulam ignitam, anthoræ parũ assę ana ʒ. s. masti. gũmi ara. ana ʒ. 1. ʒ. sacchari ro. antiqui ʒ. 1. aquę ros. vel syru. ros. q. s. omnia insimul distemperentur, & in potu dẽtur, probatũ est, quia miro modo restringit. Syrup⁹ adstrictiuus in dysenteria Magistri mei in omni fluxu cõueniens: R. sandali albi, & ru. rosarũ, spodij ana ʒ. s. se. portulacę, se. acetosellę, amidi assi, se nasturtij assi, castanearum põticarũ, masti. assi, absynthij ana ℥. 4. opij ʒ. 5. rad. cynoglossæ, & consolidæ maioris, & mino. virgę pastoris, ca. Ve. siccarum scolopendrię, ana м. 1. sacchari ros. & saccha. al. ana q. s. & in fine adde succi cydoniorum ℔. s. quotidie detur iste syrupus, quoniam est mirabilis. Item si detur in isto syrupo ℥. s. de triphera magna cum pauco vino deco. masticis assati, est mirabilis, & probatum ad hoc. Syrupus etiam myrtinus, micletæ, diarrhodõ, athanasia, trochis. de spodio dati cum succo plantaginis, aqua ros. & vino, mirabiliter valent. ¶ Pillulę Magistri mei probatæ ad dysenteriã, & ad omnẽ fluxum ventris: R. myrti, croci, thuris, licij, boli, masticis, opij thebaici ana puluerisentur omnia, & confice cũ aqua ros. & 5. vel. 7. dẽtur in sero ꝓbatũ est, & ego loco licij posui sang. dra. & expertus sum. ¶ Fiant etiã emplastra in fronte ad somnum ꝓuocandũ, de quib. in ca. de phrenesi dante Deo dicam. Sacch. ros. antiquũ, caseũ subtiliter incisum, & assatũ cũ melle, comedant pira, cotonea, mespila, corna, sorba, & huiusmodi fruct⁹ constrictiuos: comedant aues, pullos, turdos, & huiusmodi elixos in aqua pluuiali: vel assatos, q̃ impleantur frondib. myrtil. & pauca cera noua ibi apponatur cũ coquũtur, & dẽtur ad comedẽdũ. Semẽ etiã plantaginis supra tegulã assum, & tritũ cũ ouo sorbili detur: quoniã miro modo fluxũ stringit, & dysenteriã, in hoc concordant Aui. Gal Ra. Platearius, & quasi oẽs autores medicinæ. Idẽ facit se. nasturtij simili modo assatũ, ꝓbatum est, detur ʒ. s. cũ sacch ros de quocunq; vis.

Si materia fuerit in intestinis inferioribus.

Quòd si materia dysenteriæ contineatur in inferiorib. intestinis, quod per signa superius dictam cognoscitur, tunc in principio fiat clystere mundificatiuũ, hoc modo: R. hordei fracti. p. 2. furfur. p. 1. ros. ℥. quart. omnia decoqui fac perfectè, & colentur, adde colaturę mel. ros. ℥. 2. olei ros. ℥. quart. inde fiat clyste. deinde fiat clyst. constrictiuum, hoc modo: R. ros. gallarũ acatię, hypo. bala. fructuũ myrtill. gũmi ara. trag. masti. cinna. grossi, & pontici, sumach, spodij ana ʒ. quart. risi torrefacti, lentiũ torrefactarũ ana ℥. quart hæc omnia trita in aqua pluuiali, & in vino, ana coquantur, & colentur, & colaturæ misce facch. ros. antiqui ℥. 2 seui renum hircorum liquæfacti ℥. 1. s. vitella duorũ ouorũ in aceto elixatorũ, & si sit ꝓfunditas vulneris in intestinis, adde cerę liquæfactæ ℥. s. Vel fac clystere solũ ex bolo, lapide hæmatitis, sang. dra. & masti. tritis, & distemperentur cũ succo plãtaginis & corrigiolæ. Syru. plãtaginis, vel myrtinus, vel alius syru. cõstrictiu⁹ ꝑ clystere inijciatur, addito seuo hircino, vel caprino recenti, & cera liquefacta. ¶ Item intret patiens mane & sero, si sit fortis, balneum istud, quod valet ad omnem dysenteriam, lienteriam & fluxum ventris. R. corticis castanearũ ℔. 1. radicis quercus, prunelorum, granatorum, pirorum, mespilorum, & cotoniorũ, & foliorũ p̃dictarũ arborũ, an fasciculũ vnũ, myrti, grãdiũ ros. siccarũ, radicis filicis tyriones rubi, foliorũ borraginis, corrigiolæ, balausumach, risi, milij, ana ℔ s. omnia hæc, vel q̃dam eorũ in aqua pluuiali bulliant, & in isto balneo stet & sedeat mane & sero, quantum patienti placet, & ibi sumat athanasiã, vel micletã cum succo plantaginis, vel sacch. ros. antiquum saltẽ vel aliqua constrictiua, & vtatur alijs constrictiuis dictis superius. ¶ Itẽ fiat epithema: R. corticis mali gra. balau. laudani, galbani, ros. masti. menthæ, cõmunis, gummi ara. sand. al. & ru. ana terantur, & omnia cum aqua ros. distemperentur. Et si materia dysenteriæ fuerit in inferiorib. intestinis, epithemetur pectẽ, & renes, & venter ab vmbilico inferius: si verò in superiorib. intestinis materia dysenteriæ fuerit, tunc supra vmbilicum: si verò fuerit in medijs intestinis, qđ ꝑ dolorẽ supra vmbilicũ cognoscitur, tunc dictum epithema supra vmbilicũ apponam⁹. Emplastra etiã & epithemata in cap. de diarrhœa. & de vomitu p̃ter naturã cõstringẽdo, in his causis cõpetũt. Itẽ si materia, vt dixi, fuerit in medijs intestinis, partim ꝑ medicamẽ expressiuũ, partim per syrupos constrictiuos,

uos,trochiſcos,balnea,clyſteria,&epithemata,ſuperiùs dicta,curetur. ¶ Item ſi fuerit dyſenteria cum teneſmo, fiant ſedatiua teneſmi, & omnia neceſſaria in capitulo proprio dicta. Quòd ſi fuerit dyſenteria hepatica, dentur ſyrupi, & electuaria & puluis trochiſci cōſtrictiui dicti.

Electuarium ad omnē fluxum mirabile.

¶ Electuariũ,quòd valet ad omnē dyſenteriæ ſpeciē,& diarrhœæ,& ad quēlibet fluxũ vētris: R. ſumach, gummi arabici,boli,acatiæ,hypocyſtidos, myrtillorũ an. ʒ.3. lapidis hęmatitis, maſt. ſang. drac. an. ʒ 2. s. mumiæ,cinnam. amidi pſidiæ,ſimphiti,roſ. an. ʒ.2. coralli albi,& rub. ſem. cydoniorũ, & papaueris albi an. ʒ.1. s. ſpodij, corrigiolæ, ſem. acetoſellæ,plantaginis, anthoræ, tragacanthi, chamædræos an. ʒ.1. maioris cōſolidæ minoris,& mediæ an. ʒ.1. carabæ, ſem. maluæ, florum ozimi an. ʒ.1. ſucci arnogloſſæ,ſucci cimarum rubi,ſucci cydoniorum,& virgæ paſtor. & plantaginis an. ʒ.1. ſacchari roſ. veteris,& ſacchari albi q. ſ. vtatur eo patiens quotidie,quoniam eſt mirabile.

Troch. ad omnem fluxum mirabilem.

¶ Trochiſci mirabiles ad conſtringendum dyſenteriam,& omnem fluxum: Rec. roſ. ſpodij, berberis, acatiæ, balauſtiarũ,hypocyſtidos, gũmi arab. thur. myrrhæ,ſem. coriandri, ſem. naſturtij,ſtœchados, eupatorij, fructuum myrti, coſti, pſidiæ,ſymphiti, carabæ,ſandalorum alb. & rub. ſem plantaginis, ſem. acetoſæ,mirobalanorum,chebulorum an. ℥. quart. omnia hæc terantur,& in aceto fortiſsimo per diem & noctē iaceant,ſeu infundantur: deinde adde puluerē boli,lapidis hęmatitis,ſanguinis drac. an. ʒ.1. & cum aqua pluuiali, vel ro. vel ſucco plātaginis cydoniorum,vel myrtillorum, trochiſcos informa, quorum quilibet ſit ponderis ʒ.1. & dentur 10. vel puluis eorum per clyſtere iniiciatur, quoniam in omni fluxu, ſeu dyſenteria ſunt experti,& ſic de aliis.

ADDITIONES.

Pul. expertus ad omnē dyſenteriam.

PVluis probatus ad omnem ſpeciem dyſenterię,ſiue ſit hepatica,ſiue inteſtinalis. Accipiatur turtur cum pennis ſuis,& interiora extrahantur,& puluis boli arm. ſang. drac. mumiæ cũ forti aceto,& vitellis ouorum q. ſ. cōficiatur, & ex hoc turtur impleatur,& in ollam nouam ponatur, & optimè ſigilletur in furno panis comburatur, & de hoc puluere des quotidie cum ſucco plantaginis,vel aqua roſ vel ſaccharo roſ. antiquo, vel aliquo ſyrupo conſtrictiuo,probatũ eſt. ¶ Syrupus conſtrictiuus in dyſenteria valēs,& in fluxu ventris: Rec. roſ. ſiccarum ℥. s. ſandal. alb. & rub. an. ℥. quart. hordei mundi & aſsi. P. 1. capil. Ve. M. 1. ſpodij ʒ. quart. bulliāt omnia inſimul in aqua pluuia li,& adde ſucci arnogloſſę vel qnqueneruię, ſucci virgæ paſt. depurati an. ℔. s. ſacchari q. ſ. fiat ſyrupus.

Syrupus experta.

¶ Et detur ſyrupus plantaginis, ꝓbatus ad omnem ſpeciē dyſenteriæ,& fluxũ ventris: Rec. ſucci plātaginis depurati ℥. 4. aquę pluuialis vel roſ. quod melius eſt, ℔. 1. ſpodij,nucis cypreſsi,bauſtiarũ, ſumach, ſang. drac. gummi arab. maſt. thur. gallarũ, hypocyſt. lapidis hęmatitis, reſinę an. ʒ. 2. terātur omnia in p̄dicto ſucco,& aqua roſ. vſq; ad medietatē coquantur,& addito ſacch. fiat ſyrupꝰ, de quo detᷣ quotidie cũ aqua pluuiali decoct. ſpodij, gũmi arab. maſt. aſſatorũ, quoniā eſt mirabile,& ꝓbatũ.

Troch. experti.

Trochiſci ꝓbati ad dyſēteriā, & ad omnē fluxũ ventris: Rec. glandiũ licij,fructuum tamariſci, thuris, balauſt. an. ℥. 1. opij, gummi arab. maſtic. aſari an. ℥. s. fiant trochiſci,quorũ quilibet ſit ʒ 1. & cum aq. roſ. cōficiantur, des vnũ cũ ſyrupo plātaginis, vel myrtino, vel ſaltem cũ ſacch. roſ. vel aq. ciſternæ, ſtringit enim fluxũ vētris,& valet contra dyſenteriam. ¶ Experimentũ fratris Alberti contra fluxum ventris, accipe caſeum duriſsimum,& antiquatũ, teratur,& ponatur in aquā pluuialē,in qua decocta fuerint balau. thus, ſumach, gummi arabicũ, & multùm in dicta aqua coquantur,& poſtea remoueantur,& deſiccentur cum prædictis rebus: deinde caſeus grattetᷣ cũ modico p̄dictarum rerũ pul. ſuper lagana paſtæ leuata bene cocta ponantur,& dētur pat. quia quēlibet fluxũ ſtringũt ſecundũ Albert. Nota,qđ pul. myrobalanorũ vſtorũ ſuper lar,vel ſuper tegulā ignitā,donec nigreſcant,datus cum ſacch. ro. veteri,vel cũ ſyrup myrtino,vel cũ ſyru. ro. vel aliquo alio conſtrictiuo, mirabiliter ſtringit omnem fluxum ventris. Et nota,quòd ſi fluxus eſt cholericus,debent eſſe citrini, ſi phlegmaticus,chebuli,ſi melancholicꝰ indi: & habeas,qđ in omni fluxu ſunt experti: da ℥.1. ad plus,& quidam addunt, vt maſt. ſe. plantaginis aſſatorũ an. ʒ.2. gummi ara. aſsi ʒ.3. de pul. myrobal. ℥.1. & detur bis vel ter in die pa. ¶ Dyſenteria vtplurimũ fit ex phlegmate groſſo,viſcoſo,adhærente fortiter inteſtinis, quia diu retinetur & caleſit: & ex hoc acuitatem acquirit, ita, vt finaliter mordicet inteſtina,& vlceret,inducit ani exitum,dolorem, preſſuram,vel expreſsionem & pōdus: tunc melior cura eſt, ſi paſsio eſt infra vmbilicum, clyſtere quod fit: R. aquæ ℔.1. s. mellis ℥.4. teneat multum & iteretur ſæpius, & in declinatione ad roborandum inteſtina, in dicto clyſteri poſſunt addi roſæ in decoct. vel aliud ſtypticũ. Et ſi materia declinet ad cholerā,valet vnctio olei ro. & aſperſio pul. & ro. Et ſi materia eſt phlegmatica, fiat cũ oleo maſt. & pulueriſetur puluis eiuſdē,& apponatur faſcia, & ſupra ventrem faſcietur. ¶ Sed ſi materia eſt cholerica, faciens morſuram & aduſtionem, in aqua hordei ſpiſſa bulliat plātago,vel ſolatrum,& diſſoluantur duo alb. oui,& fiat clyſtere: & poſſunt addi ʒ.4. papau. alb. vſti, poſſunt addi olei roſ. ʒ.2. gummi ara. ʒ.2. poſſunt ligari extrema,&fieri ventoſę circa hepar. ¶ Item bibat de hac aq. in qua bulliant ro. aſſatæ in tegula, gummi ara. aſſatum, bolum ar. integrum aſſatũ, bulliat in aqua ad cōſumtionem quartę partis, bibat quando vult bibere manè & ſero. ¶ Electuariũ: R. conſeruæ ro. & ru. coral. ʒ.2 s. carabæ ʒ.1. hyacintorũ granatorũ, ſaphyri ana ℈. s. margar. ʒ. s. ſi eſt dyſenteria chol adde acatiæ ʒ. s. & de cryſtallis ʒ. 2. Emplaſtrum ex ſe. hyoſcyami alb. triti cũ al. oui, & modico aceti ſuper pectinem & renes, ſi materia eſt cholerica,vel etiā herba piſta. ¶ Emplaſtrũ ex oleo ro. maſt. nucibus veteribus, & glandibus recentibus ſimul piſtatis, ſi vmbilico ſuperponatur,valet dyſenteriæ. ¶ Emplaſtrũ ex maſt. gũmi, trag. bolo,ſan. dra. granis granatorum acetoſorũ, & granis vuarum acerbarum, acatiæ & corticæ granatorum & ſucco polygoniæ ſiue linguę paſſerinæ,valet. ¶ Rheubarbarum aſſum, datum cũ ſucco plantaginis, & modico vini, valet. ¶ Lana ſuccida oleo ro. infuſa,calida ſuperponatut ventri dolenti. ¶ Emplaſtrum ex gallis, cortice

granatorum myrti, sumach, floribus maluę, rosſ. siccis, capreol s vitis siccis, dactylis in vino stypti co coctis, pone super locum dolentem. ¶ Pillulæ ad diarrhœam: Rec. hypocystidos, balau. lapatij acuti, ana ʒ.2. mumię ʒ.1. fac pillulas, da. 5. añ prandium, & 5. ante cœnã, & post bibat parum de succo myrti, vel vini austeri ¶ In cholerica dysenteria: Recipe carabæ, se. acetosæ, plantaginis, berberis, gummi assi, crystalli, ana ℥.2. acatiæ, coral. papaueris albi ana ʒ.ʒ camphoræ gra 7. fiat puluis, qui sumatur cum syrupo berberis, vel plantaginis, vel misce puluerem cum saccharo antiquo, & sumatur ℥.s. ante prandium, & cœnam, & m̃ matutinis. ¶ Syrupus de myrto: Recipe succi myrti ℔.1. succi cydoniorum ℔. s. sumach, acatiæ ana ʒ.2. rosſ. ʒ. s. spodij, hypocysti. ana ʒ. 1. masti. ʒ.2. gummi ara. tragaga. ana ʒ.1.s. aquæ pluial. q. s. fiat syrup. cum melle, vel saccharo, & potest addi succi plantaginis ℔.s se. papaueris al. ʒ. 1. aquæ ℔.s. Succi plantaginis, & portulacæ & lapatij acuti valent si cum eo bibatur ℈. 1. coaguli lepo. vel hœdi. ¶ Mumia cum succo plantaginis clysterisata, valet in dysenteria, diapapauer nigrũ valet. ¶ Syru. de berbe. valet, quia vincit choleram, & sitim remouet, ventrem retinet cõfert rasuræ, & fluxui ventris. se. acetosæ valet in prędictis, & sit finis huius capituli.

De Tenesmo, Cap. XXIIII.



TENESMVS est vehemens commotio ani ad aliquod nociuum expellendum: vel tenesmus est difficultas egerendi cum maximo conamine. ¶ Fit enim hæc passio ex frigiditate, & viscoso phlegmate, quod dum in inferiori intestino nimis superfluè abundat, ipsum intestinum aggrauat, & onerat: illud intestinum intendens se exonerare laborat, & inde sequitur voluntas egerendi. Ipsum autem phlegma frigidũ, & humidum ibi existens sua frigiditate constringit, & sua viscositate cohæret, inde conatus & difficultas egerendi nimia, & emmittit patiens quasi mucilaginem quandoque cum stercore mistã, quæ est vt gelu piscium: & quandoque sentit ita magnum dolorem in intestino, quod videtur sibi, quòd quodam terebello ipsum intestinum ꝑforetur, & dum sedet ad assellandum, non concupiscit surgere, & dũ surgit statim se inclinat, quod quod fit à ponderosis humorib. grossis & viscosis, quorũ natura est apta petere deorsum: omnia enim prædicta ostendunt, humores frigidos esse in causa. ¶ Calidi verò humores esse in causa discernuntur ex punctione loci, & ardore, ex egestione quandoq; crocea, in qua aliquando quædam guttæ sanguinis apparent, quia quandoque rumpuntur venæ, quæ sunt circa anũ propter nimiũ conatũ assellandi. ¶ Curetur hæc passio hoc modo: primò ne materia acuta vlterius in rectũ intestinum defluat, in tenesmo epithemetur hepar hoc modo: R. farinę hordei par. 1. sanda al. & ru. ana * ʒ 4. hypocysti. ℥. s. rosſ. ℥ 1. spodij * ℥. 4. distemperentur cu oleo rosſ. aqua rosſ. & succo agrestæ, & super hepar emplastretur. ¶ Postea fiat clystere, ex aqua deco. fœnugrę. & hordei triti, quoniã sedat dolorẽ: deinde istud aliud clystere restrictiuum fiat: R. myrtillo. balau. ana ℥.s. risi torrefacti ℥. 1. cupularũ glandiũ, radicis filicis ana ℥. 1. s. coquantur in aqua pluuiali, & additis ℥.1. sac. rosſ. & ℥.1. olei de lino, & vitello vno oui elixati, in aceto ꝑ clystere inijciatur. ¶ Itẽ fiat nasale optimum ad hoc: R. croci ʒ.2. myrrhæ, stor a cala mitæ, castorei, opij ana ʒ.1 mumiæ, boli ana ʒ.s. confice cum oleo rosſ. & cera alba & axungia anseris, vel gallinæ, & formetur nasale in modum digiti, & intromittatur in anũ: sit tamẽ prius vnctũ lacte mulieris: probatum est, & per me compositum. ¶ Et si humor nimiũ superabundauerit, vt fortè, si hæc ægritudo superuenerit subitò nulla precedente infirmitate, purgentur cum solutiuis suis, vt succus myrobalani citrini, chebuli & huiusmodi: & prædicta remedia fiant. ¶ Experimentum probatum ad tenesmum, & etiam in dysenteria, & diarrhœa, calefiat vt rubeat fortiter lapis molaris, deinde folia porrorũ superponãtur. & acetũ fortissimũ superaspergatur, & patiens pannis vndiq; bene coopertus fumum recipiat in inferioribus, & in ipso fumigio inungãtur renes eius, anus & anchæ ex melle calido, & statim pul. factus ex se m. nasturtij, pulegij, hyssopi, sic ꝑ noctem ligatus iaceat: quia mane liberatus erit: probatum est. ¶ Item ad sedandũ dolorem in tenesmo, absynthiũ, parietaria, malua, bismal. menthastrũ, pulegiũ, hyssopus, origanum, flores chamo. folia porrorũ, hęc omnia, vel quædã in vino optimo bulliant, & patiens fumũ recipiat in ano, vel saltẽ tegula ca. apponatur, & irroretur vino, & patiens suffumigetur, vel solum vinum, siue fumum ex vino rubro super tegulam rubeam in igne adsperso recipiat, quia mirabiliter sedat dolorem. Item fumigium de thure, & pice græca, super carbones viuos proiecta, est mirabile, & ꝓbatum ad hoc. ¶ Experimentum probatum ad idem: fiat primò suppositorium ex radice tapsi bar. oleo vio inuncta, & prouocabitur sella, deinde immittatur cum digito in intestino parum de pul. sambuci combusti, subtiliter puluerisati: deinde aliquod de prædictis fumigijs recipiat, & etiam super tegulam calidam sedeat. Item de tertio in tertium diem sumat pillulas, de cinoglossa, & athanasiam cum vino veteri decoct. masti. & thur. ¶ Carnes pullinæ castratinæ, perdicum, & similium assatæ, vel in vino coctæ, facto brodio apposito cymino, cinnamomo, & croco dentur: & caueant à cibarijs grossis, frigidos & viscosos humores generantibus, & piscibus, oleribus, fructibus, carnibus pinguibus & vnctuosis, & similibus.

Causæ & signa. Cura. *al.℥.quar. *al.℥.quar. Probatum nostrum. Probatum.

ADDITIONES.

SVppositoriũ optimũ ad thenasmonem: R. lilij, thur. gũmi ara. croci, opij ana ʒ.1 sepũ taurinũ, caprinũ, ceruinũ, & oleũ, & cerã insimul misce, & liciniũ in hoc vnguento intinge, & ano immitte: quia dolorem sedat. ¶ Ad tollendũ dolorẽ in thenasmone: impleantur duo sacculi sulfuris triti, & in aceto bulliant, & modò sedeat super vno, & modò super alio calido, quantũ potest pati, quia statim tollit dolorem, & est expertũ. ¶ Curaui quendam patiẽtem thenasmonem, hoc modo: primò feci sibi fieri clystere cum axungia porcina oleo viola. & ptisana, deinde constrictiuum

aliud

aliud sibi feci fieri. Dixit mihi quidã Iudę⁹, quòd curabat tenesmum, & exitum ani hoc modo: faciebat lapidẽ molarẽ calefieri, & igniri fortiter, & super frondes porrorũ ponebat, & irrorabat eas aceto, & fumũ in ano faciebat per horam recipere pati. deinde intestinũ ex eis inungebat ex melle cal. & se. nasturtij pulueris. superaspergebat, ꝓbatum est. ¶ Caules elixi pisti actualiter calidi & emplastrati sedant dolorem in tenesmo, & fiat sæpe emplast. de cæpe concauato, pleno oleo vel axungia, & cocta & pista valet. Saccul⁹ de sulphure in vino bullitus, ano applicatus, valet. Clystere restrictiuũ ex deco. ros. balau. pãnico riso, albu. ouorũ. oleo ros. valet. Vaporatio ani cũ colofonia deinde sedere super acculo arthemisiæ calefactę in tegula calida, vino aspersa, valet. Suppositoriũ in tenesmo ventoso: Rec. castorei opij, oliba. storacis, calamitę ana ʒ. 1. ceroti de camo. ℥. 1. vitellũ oui vnum appositum cum bombace.

De Exitu intestini ani, Cap. XXV.

ALIQVANDO etiã accidit anũ exire, ꝓpter nimiã expressionẽ & relaxationẽ lacertorũ: & quandoq; non sentit stercora exeuntia. Qualitercunq; etiã hoc fiat, patiens curetur hoc modo, vt prius fundamentũ cũ oleo & maluæ succo inungatur, & puluis picis græcæ, boli, sang. dra. masti. & huiusmodi rerum constrictiuarũ ano exeunti, superaspergatur, & leuiter intromittatur. Sedeant etiam supra lapidẽ molarẽ calidũ, supra quẽ lapidẽ folia porrorũ vino irrorata stẽt. Fumigia etiã constrictiua ex gallis, balau. tapso bar. & similib. in vino, vel aqua deco. in ano recipiant, & athanasia vt nucleata, diacostũ, & huiusmodi cõstrictiua detur.

ADDITIO.

AD exitũ ani, vel matricis, valet suffumigatio, facta ex corio anguillæ salitæ. Idem facit suffumigatio, facta ex limatura plumbi. Cinis cancri fluuialis est bonus scissuris ani, & pillulæ de bdellio sunt bonę.

De prouocantibus, & stringentibus Hæmorrhoides, Cap. XXVI.

HÆMORRHOIDALES venæ sunt 5. iuxta caput recti intestini infixę: & qdã homines habent illas venulas extrà pẽdentes, & quidam tantũ tres, quidam tantũ vnam, alias habent intus: per illas venulas plures homines purgantur, quemadmodũ mulieres per menstrua, & à diuersis ægritudinibus præseruantur, cùm fluunt secundum debitũ cursum. Cùm verò immoderatè fluunt, faciunt hominem in hecticã phthisim, hydropisim & in alias plures ægritudines incidere, vnde isti homines, qui habent huiusmodi fluxũ, si sciant se præseruare in prouocando ipsas hæmorrhoides, & etiam in stringendo ipsas, cũ fuerit oportunum, mirabiliter viuunt sani, & ab ægritudinibus illęsi: hemorrhoides dicuntur ab αἷμα quòd est san. & ῥόος fluxus: vnde fluxus sang. ab illis venulis procedens propriè hæmorrhoidalis fluxus dicitur. ¶ Caro verò superflua, quę pendet circa anũ dicuntur attriti. ¶ Caro verò nascens circa foramen ani superflua, inter duas nates, habens granulas quasi ficus, nominatur ficus, ex quibus sanies quãdoq; procedit, quę quandoq; ex frigidis quandoq; ex calidis generantur humorib. & hęc passio grauiter curatur. Quandoq; verò inflantur huiusmodi venę hæmorrhoidales, qđ per indicium patientis cognoscitur, etiã quia venarũ ipsarum capita tumefacta apparent, & hoc malũ est in febre. Retẽtio verò ipsarũ hæmorrhoidum, indicio patientis cognoscitur: quia fatetur, quòd hæmorrhoides ex lõgo tẽpore transacto, sibi nõ fuerunt apertæ, & quia diu à purgationib. quas facere consueuit, cessauit, & etiam, quia caput habet grauatũ, faciẽ pallidã, seu liuidã, põderositatẽ renũ, pectinis, & thoracis. Imoderatus verò flux⁹ ipsarum hæmorrhoidũ indicio patientis cognoscitur, & ex fluxu quandoq; nigro, qñq; croceo secundũ humorũ diuersitatẽ. ¶ Et nota, quòd in hac passione multi & plures decipiuntur, credẽtes eos, qui hæmorrhoid. fluxũ patiuntur, esse dysentericos, vel tenesmo parati, vel è conuerso: eo quòd in istis passionib. fit cõsequenter fluxus vẽtris, & sang. per inferiora, & signum discretiuum ad hoc est, quòd patientes hęmorrhoides primo emittunt stercus, postea sang. hæmorrhoidalem & absq; fluxu, quod nõ faciunt dysenterici, & emittunt ipsum sang. absq; conatu & difficultate assellandi, quod non faciunt patientes tenesmũ. Cũ itaq; hæmorrhoidales venę fuerint vltra modum restrictę & necessarium fuerit eas aperire, & prouocare, ne qs ex earũ retentione in ægritudinẽs pestiferas incidat, aperiantur hoc modo: si fuerint extrà, apponantur supra capita ipsarũ venarum sanguisugæ, vel incidantur cũ lanceola barbitonsorum, vt sanguis ab eis fluat, & pãnus lineus vel charta bombacina supra capita earũ, albumini oui infusa, ponatur, & ibi exiccari permittatur: deinde subitò & violenter abstrahatur, vt à subita & violenta remotione aperiantur orificia ipsarum venarum, & sanguis effluat ab eis, & hoc fiat, si ab extra apparuerint. ¶ Item fiat minutio de vena saphena pedis, quæ est sub talo, vel in cauilla ab exteriori parte tali. ¶ Quod si hæmorrhoidales venę intus fuerint, nec extra appareãt, fiat suppositoriũ in modũ digiti, & ponatur in anum hoc modo: Rec. succi squillę * ʒ. 1. succi cicutæ ʒ. 2. suc. mercurialis ʒ. 3. serpentariæ, salis communis ana* ʒ. 1 mellis ʒ. 2. bulliant omnia in frixorio, & fiat quod dixi, quia ꝓ certo prouocat eas, si per noctem teneatur in ano, & est expertum. Aliud ad idem Magistri mei probatum: Recipe radi. ciclaminis, hellebori albi, & nigri, calamenti serapini, euphorbij ana ʒ 5. conficiantur hæc omnia cum succo ciclaminis, vel sauinæ, vel cum galbano, & fiat suppositorium, quod probatum est. Item suffumigium ex aloe in olla combustũ, per embotum in anum receptum, postea tencha de spergula in anum missa, hæmorrhoides purgat. Item suffumigium de cotula fœtida, rubea, mentastro, ciclamine, & gith in vino bullita, hæmorrhoides prouocat. ¶ Item helleborus niger, & gith puluerisatum, & cum succo cæpæ & melle mistum prouocat hęmorrhoides, si liniantur eis. Quòd si hæmorrhoid. immoderatę fuerint, stringantur hoc mõ: videlicet vt seruem⁹ dictũ Hipp. Hæmorrhoides antiquas, &c. Vnde si quinq; venę hęmorrhoidales fuerint apertę quatuor clau-

Attriti. Ficus.

Signa.

Hæmorrhoid. differunt à dysenteria & tenesmo.

Si fuerint restrictæ.

*al. ℥. 1.

*al. ℥. 1.

Si immoderate fluant.

dantur,& vna dimittatur aperta, si verò tres vna aperta dimittatur, duæ claudantur: Omnis.n. fluxus sanguinis,vt ait Gale. est pręter naturam pręter fluxum sanguinis hæmorrhoidum, nariũ & menstruorum moderatus. Huiusmodi .n. moderatus flux9 non est sedandus. Cũ verò naturá debilitat, & fit immoderatus,tunc sedandus est, & statim, specialiter cùm per multũ tempus fluxerint huiusmodi hæmorrhoides, & cũ patiens incipit perdere appetitum, & tunc sedatur hoc modo ille fluxus: fiat electuarium.R. sem.porrorum ʒ.3.myrobalanorum indorum,cum butyro vaccino frixorum,sem.fœn.anisi ana ʒ.2.sem. nasturtij ʒ.3.cinnamo.ʒ.quart.facch.ros.℔.1.de hoc electuario detur quolibet sero ad quantitatẽ nucis,cũ vino decoc.florũ tapsi.bar. & cinnamomi.

*al.9. *al.ʒ.10.

¶Item dentur 7.vel 11.de istis pillulis optimis ad hoc in sero:R.limaciarum, quæ stant supra folia combustarũ ʒ.7.carabe ʒ.3. bdellij* ʒ.4.myrobalanorum indorum bellericorum,emblicorum,ana ʒ.10.conficiantur cũ succo porri. ¶ Itẽ recipiát hoc fumigium per embotum:R.turbith. arsenici rub.anacariorum ana puluerisentur,& supra carbones ardentes proiiciantur, & patiens fumum recipiat per embotũ. ¶ Itẽ fiat suppositoriũ tale ad hoc optimũ: R.thuris, balaustiarũ.gallarum, antimonij,aluminis,acatię ana terrantur,& cum mucilagine gummi arab.vel tragacanthi conficiantur,& supponantur. ¶ Experimentum Magistri mei ad constringendum hæmorrhoides, cõmedant omni mane flores tapsi bar. cum vitello oui,mica panis, & allijs,tamen in maiori quátitate de florib ponatur, vesperi accipe lapidem molarem,calefacias ipsum fortiter in igne, donec rubescat, deinde frondes tapsi bar superaspergas, & patiens fumum accipiat in ano, sedens in scáno perforato ¶ Item vtatur quotidie syrupo facto ex vino deco.filipendulæ, & melle, quia pro certo ipse hæmorrhoides constringit.

Experimentũ certum. * al.consolid. maior. * al. foliculorum * al.myrrhæ *Expertus.*

¶Fumigiũ optimũ, & probatũ ad hæmorrhoides constringendũ:R.tapsi bar.pulegij,calamenti, absynthij, corrigiolæ,acori,radi.* consolidæ mino. & *foliorum eius,ana M.1.omnia in vino rubeo,vel in aq. pluuiali bulliant,& patiens fumum diu ex eis recipiat,deinde in eis sedeat, quousq; fuerint infrigidatę,deinde pul.pineæ cõbustæ,saluiæ,* myrthi,& attramenti ana supra ipsas venas aspergatur,quia statim pro certo constringet. ¶ Experimentũ probatum ad hæmorrhoides constringẽdum:decoquatur calendula in succo porrorum, & supra epithymetur, quia pro certo statim restringit,ꝓbatũ est.Itẽ gũmi hæderæ, & granũ,cũ quo tingitur scarlatũ cũ oleo cocta, si ex illo oleo venulæ vngantur,statim stringit, pix etiam liquida superinuncta idem operatur.Itẽ micletæ cum triphera ferruginea,vel athanasia,cũ succo quinqueneruiæ,seu corrigiolæ,arthemisiæ, vel portulacæ in potu datæ, hæmorrhoidum fluxum stringunt. ¶ Ventosæ etiam in renib.positæ, & in anchis cũ scarificatione & sang. extracto, miro modo valent, & specialiter si ex causa calida fluxerint.

Syrupus expertus.

¶ Syrupus ad hæmorrhoides constringendas probatus:R.pimpinellę, radicis tapsi bar.eiecta medulla ana facch.ro. & mell. quantũ sufficit sumat omni die de syru.isto,& herbas prædictas cũ ouis,& farina in scrapulis, vel crispellis, quotidie comedat.Item fiat fomentum probatum ad hoc:R. marrubij, radicis tapsi bar.origani, menthastri,corticis castanearũ,radicis cucurbi. siccę, solearum vetustarum combustarum, picis grææ,cupularum glandium,corticũ maligra.balau. ana omnia hæc puluerisentur, & super carbones ponantur,vel in aceto forti bulliant,& patiens fumum recipiat per embotum, & ex ipso aceto lauet se,postea cũ oleo lini inungatur, & pulueris aprofici, & malamatiæ, ana in olla combustorũ addita pauca vernice,superaspergatur, quia pro certo constringit. Vnguentum optimũ Stephani,ad fluxum hæmorrhoidalem constringendũ: R.antimonij,plumbi,sem.porri,lithargiri,omnium per se vstorum ana puluerisentur omnia, & cum oleo de se. lini conficiantur, & hæmorrhoidũ venulas inunge. Aliud vnguentum ad idem: R.plumbi vsti puluerisati, olibani,lithargiri, gũmi ara.cerusæ ana * ʒ.2. temperentur cũ oleo lini vel rosarum in mortario de plumbo, quoniam est mirabile. ¶ Aliud ad idem:fac vnguentũ ex fauarolis,quæ reperiuntur sub lapidibus, lithargiro, cera, & oleo lini,vel ros.& vtere. ¶ Item inungantur butyro,vel oleo,deinde pul.soleæ veteris desuper aspergatur, postea ficum siccam apertá desuper liga,quia hæmorrhoides cum ficu curabis hoc modo,probatum est. Emplastrum ad hæmorrhoides constringendas,quod super anchas, & renes debet poni.R.san.dra.lapidis hęmatitis, boli,conchularum marinarum incẽsarum,olibani,masticis,bdellij balau.colophoniæ, corticum maligra.ana * ℥.1. minus quart.accipe parum de puluere dictarum rerum,& superasperge hęmorrhoidi,de alio fac emplastrum cum oleo lini, vel cõmuni,& cera, & ipsum supra dictis locis pone. Item fumigium ex rad.tapsi bar. filicis, foliorum porri,calendulæ,radicis celsi, & maligranati acetosi,in vino vel aqua pluiali coctorum, & postea si patiens in prædicta aqua sedeat,miro modo valet ad hanc pasionem.

*al.ʒ.2. *al.℥.2.minus quart.

ADDITIONES.

FRater Ioannes ostendit mihi quandam herbam,quæ habet frõdes quasi in modum yuę, subtiles multum, & acutos,sed non pilosæ, sicut sunt folia yuę, & nascitur inter lapides & parietes,quam qui ligauerit in brachali suo, & eam secum detulerit,cum ipsa fuerit exsiccata, & exsiccabuntur oẽs venę hæmorrhoidales: & vlterius sang.non emittent. ¶ Experimentum Magistri Michaelis Scoti ad omne genus fici in ano seu hęmorrhoidum:accipiantur tegulę rubeæ antiquæ,& confractę igniantur fortiter in igne & aspergatur desuper acetum fortissimum,& desuperasperge post sulphur puluerisatum, & patiens in sella perforata sic sedens, illum accipiat fumum in ano:postea fac emplastrũ de pul. fimi columbini combusti in igne,in aceto forti immisto,& ponatur super ficum & teneatur dictum emplastrũ ibi per noctem:mane verò accipe succum lapacij acuti, foliorum rubi, & menthastri ana, & in his succis intinge bombacem,& suppone quando ibit ad sellam,deinde cum folijs tapsi bar.anus tergatur,& ex succo ipsi9 madefiat, & hoc fiat ꝑ plures dies,& curabitur. ¶ Ad tumorem hæmorrhoidum:cimulæ abrotani contritę cum melle calido

cat æ

cataplaſmentur. Itẽ pul. tapſi bar. cõtriti, vel com
buſti, & cũ melle miſti & emplaſtrati, etiá come
ſti mirabil. valet. Dixit mihi dñs Abbas S. Pauli
de Setia, qđ quidá habuit hæmorrhoides int⁹, &
maximũ dolorẽ patiebat̃, continuè accepit plãta
ginẽ & tapſum bar. an. cõtriuit eũ aliq̃liter. & ſup
poſuit ano ter in die renouãdo dictũ emplaſtrũ,
& ter in nocte, infra paucos dies liberat⁹ eſt. Ele-
ctuariũ M. Nicolai ad hęmorrhoides reſtringen-
dũ: R. myroba. embli. chebul. an ʒ. 5. ſpicę, ſq̃náti,
cyperi, piperis, ameos, olibani an. ʒ. 2 ſcorię ferri,
infuſę in aceto per hebdomadá vná, & poſtea tor
refactæ ʒ. 15. cõficiant̃ hoc modo: R. chebulorum
20. emblicorũ 30. terantur & coquantur in ℔. 3.
aquę, donec ad vná redeant, deinde colẽtur, & co
laturę addatur ſacch. roſ. & mell. an. ℔. s. & fiat e-
lectua. de quo quolibet mane in aurora detur ad
quátitatẽ nucis. ¶ Vnguentũ probatũ ad dolorẽ
& ardorẽ hęmorr & ficuũ: R. litij. tragacá. pſyllij,
cerusę an. ʒ. s. medullę bouinę ʒ. 3. frõdiũ iuſquia
mi M. s. olei ro. ℥. 4. omnia inſimul cõfice, & adde
vltimò vitellũ oui aſſum vnũ. Item R. ceruſę, lac
cę ceruſæ alb. olei viol. an. ʒ. 2. fiat vnguen. & tol-
lit dolorẽ. ¶ Emplaſtrũ de porris nõ tráſplanta-
tis, coctis in aq. & piſtatis cũ oleo, ſedat dolorẽ,
ſimiliter lingua canis, vel biſmalua. ¶ Si dolor ſit
cũ calore forti, fiat emplaſtrũ cũ herbis frigidis,
vt viol. lact. oleo roſ. & album oui valet. ¶ Hęmor
rhoides paulatim auferri debẽt cũ ſuauib. corro-
ſiuis, vt: R. fæcis aceti cõbuſtæ, ſalis nitri, ſaliſgẽ.
mellis an. partẽ 1. axũgię antiquę partes 2. fiat vn-
guentũ: hæmorrhoides mollificãtur cũ oleo de
lilio, & terebinthina, & nigella trita. Ad fluxũ hę
morrhoidũ ſumantur 7. pillulę ante prandiũ, &
7. añ cænam: R. myrobal. nigrorũ emblicorũ, cu-
curbitæ ſiccę cõbuſtę an. ʒ. 2. s carabę, gum. arab.
torrefacti an. ʒ 2. s. bdellij ʒ. 4. & gummi, diſſoluã
tur cũ ſucco roſ. vel aq. eius, fiant pillulę. Suppo-
ſitoriũ ex gallis, balauſtijs, gummi arab. diſſoluto
in aq. valet. ¶ In dolore hæmorrhoidũ: Re. olei de
lilio, butyri loti, cærę albę, fiat vnguẽtũ, adde cro
ci puluerıſ. ʒ. 1. ¶ Oleũ laurinũ reſoluit inflationẽ
hæmorrhoidũ, & oleũ de lino, vitellum oui cum
oleo roſ. ſedat dolorem ani. ¶ Sedere in aqua de-
coct. fœnugræci & radicis altheę, valet, oleũ de
hyri valet: phlebotomia de baſilica vel ſaphena,
aloes cum vino dolorem ſanat: radix cardi dolo-
ri valet, & cum vino coctus curat.

De diſtemperantia Hepatis in Caliditate, ſeu Frigiditate ex obſtructione, ſeu duricie ipſius, Cap. XXVII.

HEPAR multoties diſtẽperat̃ ex calidi-
tate, aliqñ ex frigiditate, & aliqñ etiam
obſtruitur. Diſtemperantia itaq; in ca
liditate ſeu frigiditate, aliqñ eſt cũ hu-
vitio, aliqñ ſine humoris vitio. ¶ Si fuerit diſtem-
perantia hepatis calida ſine homoris vitio, co-
gnoſcitur per diſpoſitionem corporis: quoniam
non eſt plethorica, cognoſcitur etiam per vrinã:
quia nõ eſt vehementer tincta, dolor etiam ſuper
hepar nõ ſentitur nimis intenſus, & etiá egeſtio-
nes non ſunt multũ tinctæ. Si verò fuerit calida
hepatis diſtemperantia cum humoris vitio, tunc
vrina apparet multũ tincta, rubea vel ſubrubea
vel citrina, vel ſubcitrina, cum aliquali croceitate

[Margin: Signa mala cõplexionis calida.]

ſuperiùs. Quandoq; pungitiu⁹ dolor à latere de-
xtro ſuper hepar ſentitur, calorẽ patitur infirm⁹,
ſitim, & oris amaritudinem, & color faciei citrin⁹
apparet. ¶ Calida verò hepatis diſtemperantia ſi
ne humoris vitio curari ſolũ poteſt per localia ad
iutoria alterantia: ſicut cũ vnctione olei roſ. vel
vio. cum populeon, & aceto modico, inungendo
ſupra hepar, vel cũ epithemate tali. R. roſ. ℥. s fari
næ hordei ℥. 1. * ſanda. al. & ru. cora. al. & ru. an. ʒ.
2. temperentur cũ ſucco endiuiæ, & ſolatri, vel
vermicularis, aq. roſ. vel oleo viol. & epithemetur
ſuper hepar. ¶ Aliud ad idem: R. ſanda. al. & rub.
ana * ʒ. s. gummi arab. ſem. portu. tragacanthi, ſpo
dij ana ʒ 2. terantur & diſtemperentur cum ſuc-
co cimarũ rubi, & aq. roſ. & pannus liquori ipſi
infuſus hepati ſuperponatur. Dięta etiam frigida
ſyrupi frigidi, & electuaria frigida, &c. ſecundum
quod dictum eſt in cap. de dolore capitis, ex cali-
da aeris diſtemperantia facto ſine humoris vitio,
in cauſa exhibeantur. Quòd ſi cauſa hepatis diſ-
temperantia cum humoris vitio: ſiue fuerit cor-
pus plethoricũ, & virtus & ætas permiſerint, fiat
minutio de vena hepatis brachij dextri, pòſt de-
tur de ſyru. roſ. & oxyſacch. ana ℥. 1. cum frigida.
Vel des de iſto ſyru. quolibet mane ℥. 1. s. cum aq.
decoctionis endiuię & ſcariolæ: R. * viol. endiuię,
hepaticæ, cycoreæ, capil. Ven. ſcariolæ, radicis a-
pij, aſparagi, & bruſci ana M. s. hordei mundi * P.
2. ſem. communium ℥. 2. ſandal. al. & rub. ana * ℥.
3. ſpodij ʒ. 2 ſaccha. ℔. 1. ſucci ſolatri ℔. s. ſucci gra
natorum acetoſorum * ℥. 3 ſumat de iſto ſyrupo
quouſque materia ſit digeſta, pòſt euacuetur hu-
mor non cum medicina ſcamoñeata, quia mira-
biliter nocet hepati, purgetur ergo cum decoctio
ne in capit. de dolore capitis ex colera facto ſcri-
pta. Vel cum iſta: Recipe capil. Ve. ſcolopendriæ
hepaticæ ana M. 1. iuiubarum * 15. pruna ſicca 30.
hęc omnia in ſufficiẽti quantitate aquę bulliant,
& colaturæ addatur ſacchari viol. tamarindorũ,
caſſiæ fi. ana ʒ. 1. rheubar. * ʒ. 3. ſacchari roſ. ℥. 1. * vel
purgetur cum triphera, aceto ſquillitico, vel dia-
catholicon, & ſimilibus. Et poſt purgationem dẽ
tur triaſandal. & diarrhodon Iulij, ſyrupus etiá
violatus vel roſ. epithemata dicta ſuperiùs, ſupra
hepar ponantur. Et ſi fuerint quandoq; conſtipa
ti, fiat eis clyſtere lenitiuum, diætentur, vt in capi
tulo de dolore capitis ex colera facto dictum eſt.
¶ Quòd ſi ſit hepatis diſtemperantia frigida, cũ
humoris vitio, vrina erit alb. glauca, tenuis, color
faciei pallidus, & labia alba, pallida, dolor ſupra
hepar, & circa dextrum hipochondrium, defe-
ctus digeſtiuæ ſtomachi, & poſt comeſtionem
magis moleſtantur, & grauedinẽ & inflationem
patiuntur. ¶ Quòd ſi ſit hepatis diſtemperantia
frigida, ſine humoris vitio, tunc adſunt prædicta
ſymptomata, ſed non ita intenſa, corpus non eſt
plethoricum, ſed extenuatum, & tunc ſolũmodo
localib. adiutorijs, vel remedijs curatur. Inun-
gatur hepar oleo laurino, muſcellino, agrippa,
marciaton, dialthea, & ceroto in cura ſtomachi
frigidi dicto, & etiam vnctionibus & emplaſtris
ibi dictis, fomẽtetur hepar ſpongia marina intin-
cta in vino deco. baccarũ lauri & cymini & eã he-
pati ſemp applica. Si verò hepat. diſtẽperátia fue
rit frigida, & fuerit cũ humoris vitio, digeratur
mate. cũ oxymelle cõpoſito, vel cũ ſyru. * Re. flo-

[Margin notes: Cura. — * al. ſand. al. & ru. ℥. quart. coral. al. &c. — * al. ℥. s. — * al. vio ℥. s. end. &c. — * al. P. 1. — * al. ℥. tert. — * al. ʒ. 3. — * al. 25. — * al. ℥. tert. — * al. & ſucci roſ. ℥. 1. — Mala complexionis frigidæ ſigna. — * al. Recipe]

capill.Ven. chamędre os, chamæ pyteos ana M s.radicis & ſe. com. infuſorum in aceto per horas 4. ana ℥. s. ſquinanti ʒ. 1. cyperi & tertiam ſpicæ ʒ. 2. mel.&c.

* al. diazingiber

Obſtructionis hepatis ſigna.

Cura.

Syrupus diaquilon.

Duriciei hepatis cura.

A rum abſynthij,chamo.ana ℥. s.ſquinanti ℥. 1. cyperi ℥. 3. ſpicæ ℥. 2. mel. ru. & deſpumati in hyeme ℔.1. s.in æſtate verò confice cũ ſaccharo, poſtea cũ materia fuerit digeſta, purgetur cum hierapi. Gal.vel hieralogodion,vel decoct.in cap.de dolore capi.ex phlegmate facto dicta. Et fomentetur hepar vnctionib. & epithematib. in eodem cap.dictis. Emplaſtrum quod confortat ſtomachum,& hepar, quod ponit Rhaſ. in diuiſionib. vtile eſt in hac cauſa:dentur electuar.calida,ſicut

B diacyminum,diaſpermaton,* diarium caryoph. & huiuſmodi Vel hoc elect.Re. cinna.ameos,caryophyl.nucis muſca.maſt.folij,galangę ana ʒ. 2. ſpicę,cardamomi maioris, & mino.carui,& zing. ana ʒ.1.lignial.piperis longi ana ℈.4.ambrę ℈.3.ſyru.ro.℔.2.¶ Quandoq; obſtruitur hepar, quòd à frigidis ſeu ca.accidit humorib. ſi ex frigidis humorib.aut eſt in gibbo hepatis, & tunc vrina erit alba, aquoſa, & ſubtilis, aut in concauitate hepatis,& tunc apparet egeſtio liquida & alba, vrina pallida,& ſubpallida,& dolor ſub diaphragm.

C dextro,& tumor. Aliquando verò accidit ex retentione hæmorrhoidum,vel menſtruorũ,cuius cura eſt hęmorrhoides,vel menſtrua prouocare, vt dictum eſt. ¶ Cùm itaq; ipſa obſtructio ex frigidis humorib.in concauitate,ſeu gibbo hepatis fuerit,digeratur materia cum ſyrupo nunc proxime ſcripto, & electuaria dicta dentur, purgato prius corpore, vt dictum eſt : vt in diſtemperantia frigida cum humoris vitio. Vel digeratur materia cũ iſto ſyru. ad obſtructionẽ hepatis ex fri-

D giditate optimo.Re. radicũ cõmuniũ ℥.1.ſe.aniſi, ameos,apij,ſquinanti,ſpicæ,galangę,zing.cinna. ana ℥.s.vtatur quotidie eo,purgetur, vt ſuprà dixi,& vtatur electu.prius dictis.Quod ſi hepar ex calido humore fuerit obſtructũ, dolor eſt ſupra hepar,& quandoq; tumor, vrina rubea, vel ſubru.vel citrina,tenuis,& ſitis : Solet.n.huiuſmodi obſtructio vtplurimũ accidere diuturnis febribus,ſeu ęgritudinib. Digeſtio igitur & purgatio, inunctiones,& alia,quæ in hepatis calida diſtem

E perantia valere diximus, & in hac cauſa valent. Syrupus,diaquilon,ad obſtructiones hepatis ex caliditate,& obſtructiones ictericiæ & renum,valens contra dolorem:R.ſucci ſcariolæ,apij,fœniculi depurati ana ℔.s.coquantur in aqua,ſe.communiũ contuſorum ℥.2. ca. Ven. hepaticæ ,ſcolopendriæ,radicis , & ſe. fœnicu. & aniſi ana ℥.1. & cũ cocta fuerit prædicta , adde colaturæ ipſorũ ſuccos prædictos, & ſacchari. q. ſ. & rheub. pul-

F ueri.℥.1.inunctiones emplaſtra,& omnia ſupradicta in hac cauſa fiant. ¶ Quod ſi duricies hepatis affuerit ex cauſa calida; radices vrticarũ & frondes earum,& ficus ſiccas in aqua fac decoqui, & addita farina hordei,& parum aceti , vel agreſtæ, fac emplaſtrum: Si verò ex cauſa frigida fuerit,in vino coquantur prædicta & hepati applicentur. Item ſemen lini,fœnugræ.& radix maluauiſci,in ſimul coquantur,& addito butyro fac emplaſtrũ & hepati applicetur. Aliud ad idem:butyrum, ab

G ſynthium,oleum, & acetum inſimul diu coquantur,& addita cera fiat in modũ vnguenti,& inungatur hepar hoc vnguento. ¶ Fructꝰ capparis comedant hepatici,aſparagos,bruſcos,lupulos,ius cicerũ,pullos,hædos, & huiuſmodi vinũ ſubtile, & lymph. bibant. *ADDITIONES.* Syrupus per me compoſitꝰ ad hepatis obſtructiones frigidas,& etiã ſplenis:R.ſcolopendrię,ca. Ve lapatij acuti,leuiſtici,rutæ ana M. s.radi.cõmuniũ, radicis acori,gladiolæ ana ℥.1.ſe.cõmuniũ ℥. 2. ſe. ſinapis,apij,fœn. petro.macedonici ana ʒ. 2. chamædreos, chamępyteos,valerianę an. M.1.hordei mundati P. 1.radices & ſem.cõmunia prædicta per noctem iaceant in forti aceto: mane verò in vino & aqua bull.& colentur addito melle deſpumato fiat ſyrupus : & dum coquitur,irroretur ſemper cum dicto aceto.

De mala Complexione calida hepatis,ſeu frigida,humida,vel ſicca, Cap. XXVIII.

Signa cõplexionis calidæ.

*al.℥.2.

Signa malæ complexionis ſiccæ.

Cura.

Signa malæ complexionis frigidæ.

CVM de paſsione hepatis ad pręſens tractemꝰ,videamus de mala complexione hepatis calida,frigida, humida & ſicca. ¶ Complexionis igitur calidæ plus quàm oportet ſigna ſunt hæc: Facies citrina,amplitudo venarum,vrina colorata,& tincta,egeſtiones etiam tinctæ : dolor dextri hypochondrij,& etiam ex manifeſta cauſa. ¶ Cura hęc eſt,ſicut dicit Auicen. vt fiat primò ſubtiliatio in regimine, & non dentur res aquoſæ vehementis frigiditatis,licet ſit dyſcraſia calida, quia obſtruitur hepar. Et propter hoc cum infrigidantib. docet nos dare aliquod aperitiuũ, ſicut apium, endiuia,vel cycorea,quę eſt melior. Fiat ſyrupus ad hoc expertus:R.ſucci endiuiæ,cycorę,apij,fœn. coriandri humidi,de omnib. iſtis ſuccis depuratis an. ℥.3.croci ʒ.1.s ſucci granatorũ acetoſorum ʒ.5.ſacchari albi ℔.2.s. ¶ Aliud ad idem expertũ, & ſpecialiter,ſi vis educere choleram: Reci.aloes hepaticę* drachmas duas.ſucci cycorę depurati ℥.2.ſaccha.℥.1. Idem valet,ſi des prædicto loco ipſius aloes ℥.quart.rheubar. cum ſucco cycorę, vel ſcariolæ depurato:& ℥. 1. ſacchari:mirabiliter enim choleram educit.Item dentur trochiſci, ad hæc experti:Re.berberis ʒ.10.endiuiæ,citrullorũ excorticatorum,ſe.portulacæ ana ʒ.3.ro.ʒ.2.ſpicę ℈.1.confice cum ſucco endiuiæ,& ſit quilibet trochiſcꝰ ʒ.1.& des eum cũ ſyru.acetoſo,de ſacch.Et ſi fuerit conſtipatus,cum aqua prunorum, & tamarindorum detur, & aliquod clyſtere lenitiuũ, ſi fuerit neceſſarium,fiat.¶ Quia ſi fuerit mala cõplexio hepatis ſicca,his ſignis cognoſcitur: adeſt corporis extenuatio,vrinæ tenuitas,venæ duræ, & vniuerſaliter corporis habitudo ſicca. ¶ Cuius cura generalis eſt,humectare hepar cum cibis & potibus,& emplaſtris humectantibus, quæ omnia in cap.de hectica Deo dante dicentur. Item electuarium ad reſtaurationem humiditatis, ſyrupus humiditatem reſtaurans, balneum aquę tepidę vel deco.nenuphar.ro.hordei triti, & florũ chamo.Et emplaſtra fiant ſupra ipſum hepar humectantia,quæ omnia in cap. de hectica dicẽtur,& ꝓpter hoc ad pręſens de ipſis nõ facio mẽtionẽ. ¶ Quòd ſi fuerit mala cõplexio hepatis frigida,adeſt diſcoloratio faciei, hipochõdrij dextri dolor aggrauatiuꝰ,vrinæ diſcoloratio,mala digeſtio,& corporis habitudo frigida,venter & hipochõdria nuda pilis,& venę anguſtę, ſecundũ quod dicit Gal. in techni. Fiat ſyru. in hac cauſa optimus:R.ſe.fœ.apij,aniſi ana ℥.s.maſti. ʒ.2. corticis radicis fœnic.& apij ana ℥. 1.eupatorij,abſynthij, ana M. s. lactucæ lotæ, calami aromati. ariſto.ro.

coſti

costi dul. & amari ana ʒ. ʒ. squinanti ʒ. 4. sacchari ℔.2. detur cum calido & scias, quòd iste syrupus valet in omni specie hydropis. ¶ Item dentur trochis. qui mirabiles sunt: Recipe spicæ, masticis, cyperi, squinanti, calami aromat. croci ana ʒ. 1. s. se. fœnicul. anisi ana ʒ.2. conficiantur cum succo absynthij, & sit quilibet trochiscus ʒ. 1. detur vnus cum decoctione eupatorij. Electuaria calida & diæta calida & vnctiones, & emplastrationes calidæ, vt dictum est in capitulo de mala complexione frigida, stomachi inungantur. ¶ Quòd si fuerit mala complexio hepatis humida, adest inflatio faciei, spissitudo vrinæ, abundantia saluiæ frequens, inuenitur corpus vniuersum molle. ¶ Et cura eius est inungere abstinentiam cibi & potus multi, & specialiter piscium, lactis, aquæ frigidæ potum euitare, & similia. Exercitium ante comestionem iniũgatur, & cibaria, sicut siccus panis biscoctus, durus, parum vini odoriferi, puri, detur parum, & lymphetur vinum cum aqua decoct. radicis fœnic. spicæ, cinnamomi, & squinanti: cibaria sicca & assata exhibeantur. ¶ Item dentur isti trochisci: Recipe laccę lotę drachmas tres. spicæ, semin. apij, ameos, masti. squinanti, semin. asparagi & iuniperi, costi amar. rub. tinctorum, amygdalarum amararum, succi eupatorij, aristo. ro. asari, gentianæ ana *ʒ.ʒ s. informentur trochis. cum succo fœnicul. quorum quilibet sit ʒ.1. detur vnus de mane cum decoct. spicæ, squinanti, & radicis fœnicu. vel cum syrupo meliloti. ¶ De apostemate verò hepatis hîc non loquar, quia de hoc tractabo in tractatu de febri cum huiusmodi apostema sine febre esse non possit.

Signa malæ cõplexionis humidæ.

*al. ʒ.6. & s.

ADDITIONES.

QVidam dixit mihi, quod passus fuit tãtam calefactionem hepatis, quòd oculi eius erant omnes citrini, & ipse totus erat citrinus effectus, dolorem etiam in latere dextro sentiebat intẽsissimum, quasi omnia bona sua consumserat, in consiliis proborum Medicorum, nec curari potuit, cui quidam peregrinus superueniens dixit: Accipe vnum ouum gallinæ, euacua ipsum facto foramine in eo, & eiice vitellum, cum albumine misce tantum aquę rosatæ bonæ, quòd sit plenũ, & misce bene, & bibe omni mane per nouẽ dies, qui fecit hoc, & liberatus est, & omnis illa calefactio recessit. ¶ Dixit mihi Magister Ioannes de Peru. quòd probauit in se, & etiam in pluribus, qui habebant hepar calefactum, erát citrini sicut icterici, dedit eis de quadam herba, quæ vocatur vua canina, tres cimas ieiuno stomacho, per tres dies, & liberati sunt, vel si succo eius & aceto hepar inungatur, valet etiam tãtum si homo totus fuerit ictericus.

De Ictericia, Cap. XXIX.

DE ictericia primò videam⁹, q̃d sit ictericia: ictericia est immutatio coloris innati in natiuũ: dicitur icteria ab ictere, q̃ est auis quædá, q̃a in modũ auis icteris viridis efficitur in hac passione. Cõsequenter etiã dicitur alio nomine iste morbus arcuatus morb. ad similitudinem arcus cœlestis, vel etiam alio nomine morbus regius, ad similitudinem regalis auis: quoniam qui patitur hũc morbum, habet colurem ictericum, totum viridem, quẽadmodum regalis auis, secundum ægritudinis varietatem & humoris; variatur color cutis in morbo. ¶ Sunt etenim ictericiæ species tres, scilicet ictericia crocea, ex cholera naturali: ictericia nigra, ex cholera nigra: & ictericia viridis, ex cholera viridi. ¶ Fit enim ictericia hoc modo, dum cholera existens in hepate inficit sanguinem, & sanguis trahitur ad cutim, cutis tunc tingitur, & coloratur. Et secundum quòd variæ sunt species choleræ, vt dictum est, sunt variæ species ictericiæ: quandoque fit ictericia ex obstructione inferioris pori, cistis fellis: quandoque ex obstructione superioris cistis fellis: quandoque ex solius sanguinis feruore. ¶ Si ergo fiat ab obstructione inferioris pori cistis fellis, corpus ab vmbilico inferius est infectum, ab vmbilico superius non est infectum, aut minus: oculi crocei sunt, adest oris amaritudo, & dolor capitis, ventris indigestio, & egestio est valde cholerica, vomitus verò adest cholericus. Si verò porus superius fuerit obstructus, corpus ab vmbilico superius est valde infectum, egestio valdè cholerica: vomitus verò nõ est sic infectus, vrina tamen est crocea, nec sitis, nec dolor capitis, nec tinnitus aurium adsunt. Si verò vterque pororum obstructus fuerit, scilicet superior & inferior, adest vrina valde colorata & crocea, adest etiam fastidium, nec vomitus, nec egestio sunt valde cholerica. ¶ Quod si ex solò sanguine feruente fiat ictericia, adest corporis infectio, corpus tactu calidissimum discernitur, specialiter circa dextrum hypochondrium, sitis, dolor frontis, auris tinnitus, & totius corporis infectio, vrina colorata, cum spuma continua, vomitus & egestio crocea, & cholera infecta. ¶ Et nota quòd in ictericia crocea, ex chòlera naturali apparet spuma crocea super vrinam: In viridi ictericia apparet vrina viridis, & in nigra ictericia apparet in vrina spuma nigra. ¶ Quod si apostema fuerit in hepate, per quod obstructio alicuius pori sit facta, & ex hoc ictericia sit secuta, cognoscitur per signa, quæ in tractatu de apostemate hepatis dicentur in libro febrium. ¶ Ictericia fit quandoque in febribus acutis, quæ si ante diem septimum superueniat, malum significat. Significat enim, quòd materia morbi exteriora petit, vel propter multitudinem ipsius, vel propter sui furiositatem cum augmentatione febriũ, vel symptomatũ, hoc enim est pessimum. Quod si post diem seotimum in acutis febribus superueniat, & specialiter in aliquo die criticò cum diminutione febrium, & remissione symptomatũ, & alleuiatione patiẽtis, tunc bonum signum est. ¶ Fit etiam ictericia cum infectione melancholię vt in spleneticis, & fit cum grauedine quadam in sinistro hypochondrio ipsius patientis. ¶ Secundum igitur varias species ictericiæ diuersificatur etiam vrina: vrina igitur rubicunda, vel subrubicunda in substantia mediocriter tenuis, in principio, vel mediocriter spissa, in statu, vel declinatione cum spuma crocea apparente, superius ictericiam croceam significat. Sed talis vrina cũ spuma viridi superiùs apparente, ictericiam viridem significat, vrina inops, vel chianos in substantia per totum spissa cum spuma nigra ictericiam nigram significat. Symptomata cuiuslibet ictericiæ

Species tres. Causa.

Signa.

Prognostica.

sunt dicta superius, ideò ad curam accedimus.

Cura.

¶ Si ergo ex feruore sanguinis vel choleræ fuerit ictericia, quia quasi vno & eodem modo curatur, si virtus & ætas permiserit, & corpus fuerit plethoricum, *fiat minutio in principio de vena hepatica* dextri brachij: & hoc dico, si non febricitauerit. *Si verò febricitet post quartũ diem fiat minutio*, vt dictũ est, postea detur oxysaccharũ, vel syrupus acetosus, cum aqua seminũ communiũ, vel syrupus diaquilon suprà scriptus, vel syrup. iste optimus in hac causa: R. seminũ communiũ *ʒ.2. radicis apij, anisi, fœnic. petros. asparagi, brusci, acori, & cyperi, ca. Ve. hepaticæ an. M. 1. hæc omnia optimè bulliant, & colatura cũ tantundẽ succi scariolæ & cicoreæ depuratorum apponatur, & addito saccharo fiat syrup. postea cum materia fuerit digesta, purgetur cum decoct. in cap. de dolore capitis ex cholera & sanguine facto, dicta, detur triphera saracenica simplex mane, vel acetum squilliticũ, vel diaprunis, vel sacch. ro. vel aquæ *ʒ.s. rheubarb. quod in succo scariolæ per noctem iacuerit, addito syrupo viol. quia mirabiliter valet. ¶ Et ea, quæ dicta sunt in obstructione hepatis ex calida causa, in hac causa valent. Inungatur hepar bis vel ter in die oleo viol. ro. populeon, & similibus. Succus pẽtaphyllon, in quo distemperatum sit olibanum al. limatum, si in potu detur, soluit ictericiam. ¶ Pillulę optimæ ad ictericiam: R. aloes, scamoneæ an. ℥. quart. agarici ʒ.5. succi eupatorij ʒ.3. formẽtur pillulæ cum succo endiuiæ & dentur secũdum vires. Item ius cicerum rub. datum mirabiliter valet, & specialiter si cũ succo endiuiæ, cicoreę, fœnic. & apij, coquátur. Syrupus etiam diaquilon in capitulo de distemperantia & obstructione hepatis ex calida causa facta, dictus detur, triasandali, diarrhodon, & huiusmodi dentur. Si verò febricitauerit, lactucæ, scariola, & huiusmodi cocta, & cum aceto, vel succo citrangulorum, vel agresta præparata comedant, lac amygdalarum, farinam hordei, & huiusmodi comedant, lac seminum communium bibant: sacch. candi, penidi. micam panis lotam cum sacch. comedant. Si non febricitauerit, pullos, sturnos, perdices, phasianos, pisces petrosos, asparagos, brusculos, lupulos, & brodium cicerũ præparatum, sicut dictum est suprà, & similia comedant: vinum subtile, & lymphatum bibant cum lacte seminum communium. ¶ Si verò ictericia fuerit propter splenis vitium, curetur splen cum syrupis aperientibus obstructionem ipsius splenis, cum purgationibus, vnctionibus, & emplastris, de quibus Deo dante in proprio tractatu loquar.

*al. ℥.2.

*al. ℥.s.

ADDITIONES.

CVra experta ad ictericiam iam sparsam per totum corpus, valde antiquã: vtatur aliquibus diebus syrupo, facto ex caprifolio, scolopendria, hepatica, ca. Ve. adiantho, & seminibus communibus, post sumat hanc loturam: Recipe seri lactis caprini ℔.1. rheubarb. boni ʒ.2. pulpæ colocynthidis, spicænardi ana ʒ.1. sacchari ros. & viol. ana ℈.1. detur in mane. Item detur communis triphera saracenica, diaprunis, & triasandal. quandoque. ¶ Iurauit quidam mihi, quòd cum isto syrupo experimentato plures ictericos curauit: Accipiebat stercus asini recens, & ipsum ponebat in duobus cyathis vini albi, subtilis, & puri: ipsum manibus malaxabat, deinde permittebat ipsum stercus facere residentiam, de vino clariori ad mensuram vnius cyathi tribuebat in potu icterico, deinde faciebat ipsum in lecto bene cooperire, & statim sudabat, & vrinam reddebat, & sic materia ictericię optimè euacuabatur & hoc experimento dixit se vltra 20. ictericos curasse. Quidam curabat ictericos accipiendo stercus antè dictum, faciebat exsiccari, & exsiccatũ permiscebat cum saccharo, simul mista in potu cum vino albo subtili dabat mane ad bibendum. ¶ Syrupus mirabilis ad ictericiam: Recipe succi absynthij, fumiterræ & cicoreæ depurati, seminum communium & hordei mundati, quantum prædicti succi, & sacchari. q. s. Et sumat de eo ictericus quotidie, cum lacte feminum communium, quoniam miro modo valet. ¶ Contra calefactionem hepatis, & ictericiam: Recipe scolopendriæ, hepaticæ, graminis ana M.1. vio. ℥.3. florum borraginis ℥. 1. cassiæfi. mundatæ tamarindi ana ℥.s. myrobalanorum citrinorum, & indorũ ana ℥.1.s. rheubar. ʒ.3. fiat decoctio, in aqua temperentur rheubarbarum & myrobalani, & colaturæ addantur cassiæfi. & tamarindi, & dentur tepida in aurora, succi vel radicis panis porcini ℥.2. valet ad ictericiam, succi rostri porcini ℥. 3. valent si pluries sumatur.

De Hydrope, Cap. XXX.



YDROPS est error digestiuæ virtutis, hepatis tumorem, & inflationem mẽbrorum, p̃ter naturam generans: dum enim virtus digestiua in hepate debilitatur, humores superflui generantur, q ab actione naturæ derelicti à membris ad exteriora expelluntur, vnde exteriora inflantur. Ex distemperantia enim caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis, errat virtus hepatis digestiua, & sic ex errore ipsius contingit, siue consurgit hydrops, vt dictum est. ¶ Ex nimia etiam retentione menstruorum, & hæmorrhoidum, vel fluxus sanguis fit hydrops: dum enim dicta consueta sunt fluere per suas regiones, & retinentur pręter naturam, virtutes opprimuntur, & generantur superfluitates in hepate, ex quib. mẽbrorũ inflatio, & tumor præter naturam sequitur. ¶ Ex superfluo etiam fluxu hæmorrhoidum, menstruorum, & similium, præter naturam exoluuntur spiritus, debilitantur virtutes, & superfluitates ex indigestione cõsurgentes, corpus dissoluunt, & inflatio sequitur, & tumor pręter naturá: & sic fit hydrops etiam ex superflua retentione, & superfluo fluxu prędictorum. ¶ Hydropis quatuor sunt species. s. leuco phlegmatica, hyposarca, vel anasarca, tympanites, & asytes. ¶ Leuco phlegmatica est species hydropis, quæ fit ex distemperantia frigiditatis, vel humiditatis, & dicitur à λευκῷ, quod est album, quoniam ex phlegmate albo fit, vrina est pallida, subpallida, caropos, glauca, lactea, alba, mediocriter tenuis, ad spissitudinem tamen accedens in principio, vel per totum spissa, longo tempore præcedente: in hac specie apparet superficies corporis alba, & mollis, vehemens inflatio totius corporis, & digitus carni impressus

Causa.

Species quatuor.

Leucophlegmatia.

Hyposarca.

pressus, signum foraminis facit, sed postea caro paulatim insurgit. ¶ Hyposarca, vel anasarca, est species hydropis, quæ fit ex distemperantia frigiditatis & siccitatis, & dicitur ab ὑπὸ, quod est sub, & σαρκὸς quod est caro, quasi posita sub carne, vel quia fit de materia posita iuxta carnem, sicut ex sanguine aquoso, per omnia corporis sparso & diffuso, vnde corpus inflatur, sed non vehementer, & caro eorum fœtet. Et quandoque caro putrefacta, emittitur vrina pallida, vel subpallida, caropos, lactea, vel alba, mediocriter tenuis in principio, vel per medium totum, spissa longo tẽpore apparet præcedente. Et istæ duæ species, scilicet leucophlegmatica, & hyposarca curabiles sunt, si bona adhibeat solicitudo & cura. ¶ Et tertia species, quæ dicitur ascytes, quæ fit ex distemperantia calidi & humidi, dicitur ab ἀσκὸς, quod est vter: quia eorũ vẽter, si percutitur cum manu, resonat in modum vtris semipleni. Adest inflatio ventris, & immoderata corporis consumtio, extremitatum gracilitas, narium acumen, oculorũ concauitas & rotunditas, vrina rufa, vel subrufa, & per totum spissa, lõgo tempore præcedente, & liuens. ¶ Tympanites est quarta species hydropis, & fit ex distemperantia caliditatis & siccitatis, & recipit hęc passio similitudinariá denominationem à tympano, quoniam si venter illorum percutiatur, resonat in modum tympani. Adest inflatio ventris & pedum, & alia symptomata q̃ sunt in ascyte, sunt in tympanite tamen intensiora ¶ Et istæ duæ species vix, aut nunquam curantur: fiunt enim ex debilitate virtutis digestiuæ, & expulsiuæ, & immoderata ventositatis abundantia, quæ de facili dissolui non potest, ideò incurabiles sunt istę duę species, non quia omninò sint incurabiles, sed quia difficillimè curantur. Memini .n. me vidisse Neapoli plures ascyticos, quos Magister meus curabat temporibus meis, quando cum eo studebam cum curis infrà scribendis. ¶ Item nota, quòd sitis & tumor pedum, sunt signa familiaria in omni specie hydropis, & non egerunt, nisi modicũ & cum angustia. ¶ Item nota, quòd si tussis superueniat hydropi, est signũ mortale, & specialiter quando cum tussi rem eiiciũt. ¶ Itẽ nota, quod vt Hip. in prognosticis. Hydrops cum febre acuta pessima, & reddit ibi Hippoc. rationem huius dicendo: infestatur enim febris tumore, & grauedine membrorum: & hæc omnia mala sunt in hydrope. ¶ Cura Magistri mei, qua curauit plures hydropicos, fiat primò talis syrupus, de quo sumat quolibet die ℥. 1. s. cum aqua sileris vel squinanti, quousq; materia sit digesta: R. quatuor radicum communium, calamenti, ca. Ve. endiuiæ, scolopendriæ, linguæ bouis, cappa. recentium, querculæ ma. & mi. adianthos mundi, radicis salicis. berber. omnium an. M. 1. asari, ameos, sileris montani ana ℥. 1. squinanti, spicæ celticæ, & indicæ ana ʒ. 6. sandal. alb. & rub. spodij an. ℥. s. se. communium contusorum ℥. 2. & bull. omnia in aqua, & tunc ex decoct. illa accipiantur ℔. 5. succi scariolæ ℔. 3. succi apij, & fœn. ana ℔. 1. s omnium depuratorum, & sacchari, & mellis despumati quantum sufficit. ¶ Digesta materia purgetur cum pillulis ad hydropisin Magistri mei expertis. Purgatione enim illarum vidi quẽdam hydropicum, per eundem fuisse curatum: Recipe 5. generum myrobalanorum ana ʒ. 1. turbith ʒ. s. succi eupatorij ℈. 2. spicæ celticæ, spicænardi, marathri, florum rorismarini, nucis indicę, nucis muscat. ana ℈. 1. cuscutæ, senæ, thymi, epithymi, ana ℈. 2. s. se. anisi, fœnicul. cardamomi ana ℈. 1. rheubarb. rheupontici ana ℈. 1. s. sal. com. sal. nitri ana ℈. s. querculæ maior. & minor. an. *℈. 2. esulę, ℈. 1. aloes hepatici ʒ. 4. lapidis lazuli loti ʒ. 2. s. cõficiantur cum succo absynthij, vel ebuli in cannello, in pasta decocti, quod melius est, vel saltem cum succo fœniculi, & dentur ex eis ʒ. 2. s. patienti, quoniam sunt expertissimæ in hydrope. ¶ Alię pillulæ optimæ ad ascytem: Recipe rheubarb. corticis myrobal. citri ana ʒ. 5. agarici, se. fumiterræ ana ʒ. 1. epithymi, cuscutæ, seminum communium mund. ana ʒ. 2. ro. ℈. 1. se. scariolæ ℈. 2. confice cum succo radicis ebuli, in cannello in pasta cocti, & dentur ex eis ʒ. 2. s. ¶ Item succus radicis ebuli ad quantitatem ʒ. 1. datus prius coctus in cannello, in pasta miro modo valet. Item ʒ. 2. de puluere hepatis lupi exsiccati datę, miro modo valent. ¶ Item ʒ. 1. frondium laureolæ infusæ prius per triduum in forti aceto, postea siccatæ, & puluerisatæ, & datę sero cum syrupo ro. vel viol. omnibus hydropicis, & specialiter in frigida causa nil expertius hoc inueni. Item emplastrum laxatiuum, quod in cura quartanę scribitur à Magistro meo expertum, quia cũ eo plures ictericos & hydropicos curauit. ¶ Trochis. Magistri mei in ascyte optimi: R. ro. siccarum ʒ. 5. berberis * ʒ. 6. se. scariolæ, portulacæ, citrulli ana * ʒ. 2. se. apij ʒ. 1. spicæ masticis, laccæ, rheubarb. ana ʒ. 2. fiant trochisci, ex quibus quolibet die accipe vnum, cum aqua decoct. endiuiæ, vel scolopendriæ, & sit quilibet trochiscus ponderis ʒ. 1. ¶ Magister meus mittebat hydropicos ad sudatorium prope Neapolim, & qualibet die ac nocte faciebat eos intrare bis vel ter, postea faciebat eos ire ad balneum Arcus, & circuli, & in exitu balnei faciebat eos vti dialacca, & trochiscis supradictis, faciebat inungi ventrem, & latus splenis, & hepatis ex marciaton, agrippa, oleo laurino, & similibus. Et si non fueris propè hoc balneũ, fac hydropicos vti balneo salso, sulphureo vel aluminoso naturaliter, & artificialiter facto, vel hoc balneo: R. tribulorũ marinorum, radicum, & teneritatum chebulorum, polycariæ ma. & mi. iuniperi, foliorum lauri, sauinæ, rutæ, pulegij, saluiæ, serpilli ana, hæc omnia in aqua marina, vel salmatina, & modico vino bulliát, instuphetur sæpè, & inũgatur, vt dictum est. ¶ Item si vẽter, pedes, & cætera loca corporis sint inflata ad deponendum tumorem ipsorum mẽbrorum, terantur tribuli marini, cum tãtundem sterco. boum sicci, & epithemetur, vel ex solis limaciis, cum corticibus suis, & pauco sale tritis, quia multũ valent epithemata in hac causa. ¶ Optimum cataplasma ad deponẽdum quẽlibet tumorem: R. florum cham. meliloti, costi, spicænardi an. terantur & cum tantũdem stercoris bouini misce, omnia in forti aceto, vel aqua salsa bulliát, & addita farina hordei, fiat ex eis cataplasma suprá vẽtrem, pedes, & cætera loca tumefacta, quoniam est mirabile. ¶ Item emplastrationes cataplasmata dicta in cap. de tumore testiculorũ, in causa valent, hac & huiusmodi tumorem deponunt. ¶ Magister meus istos hydropicos maximè

Ascytes. Tympanites. Prognostica. Cura.

*al. ℈. 1. Expertissimũ. *al. ʒ. 1. *al. ʒ. 3. Mirabile.

inflatos, & tumefactos in furno calido cùm extra A
ctus fuit panis, ſupra aliquam tabulam in eo po-
ſitá, eos faciebat intrare pluries, & ſudare, poſſunt
etiam ſubterrari ſub arena calida vſq; ad gulam,
& poteſt fieri in tempore multum calido, vt in
diebus canicularibus, vel exponantur Soli, vel in
furno calido ſubterrentur. ¶ Illinitio ad educen-
dum aquam hydropicorum: R. ſucci cucu. aſini-
ni, farinæ orobi, æris vſti ana diſtemperētur cum
aqua vel ſucco lilij cœleſtis, & illiniatur eis vēter,
lumbi, & pectus ſæpe, & purgabitur materia per B
vrinam. ¶ Alia linitio ad idem: R. pulpæ colocyn-
thi. cucu. aſinini recen. an. P. 1. frondium laureo-
læ triduo in aceto infuſorum, tantundem his li-
neatur vēter, quia mirabiliter educit aquam hy-
dropicis. ¶ Item euacuatio aquę in hydropicis fit
per inciſionem, ſcilicet vt incidatur venter tribus
digitis ſub vmbilico, & ſtuello impoſito aquam,
quæ inde exierit paulatim, & per interualla exire
permittas. Quòd ſi exierit ex ventre ipſius hy-
dropici, aqua quædam nigra, & fœtens in modū C
amurcæ olei nigri, & ſpiſſi, tūc os inciſionis clau-
de, & vlterius non intromittas te in talem hydro
pem, quia incurabilis eſt. Quòd ſi exierit aqua
clara, & citrina non fœtens, tunc curari poterit in
hūc modū: immittatur in pdicto foramine ſtuell9
in medio perforatus, in modum ſpinulæ vegetis
factus, ex argento, auricalco, vel ære, vel ligno, &
cum faſcia ligetur fortiter, poſt ſpatulas ipſe ſtuel
lus, & per ſpinulam extrahas de ipſa aqua mo-
dicum, & poſtea obtura, ac ſi extraheres vinum D
de vegete, & deinde conforta naturam cum cibis
& potibus conuenientibus, & iterum de ipſa a-
qua extrahas, poſtea cibum vel potum des, & ſic
per multos dies labores in extrahēdo dictá aquá,
& in confortando virtutem, nō permittas ipſam
aquá ſubitò exire, nec in multa quantitate, quia
ſtatim æger poſſet deficere. Conſideres etiam a-
phor. Hippocrat. in ſecunda particula dicentem:
ſecundum multum, & repentè, &c. Si igitur hu-
ius aphor. ſcientiam memoriæ commēdes in ob- E
ſeruādo eius præcepta, hydropem curare per in-
ciſionem poteris. Si verò ſubitò, inordinatè, & in
multa quātitate ſimul, & ſemel ipſam aquam hy-
dropicorum exire permiſeris, incides in vitupe-
rium & dedecus. ¶ Vidi chirurgū, qui vidit quen-
dam nobilem hydropicū: & inquit, vultis quòd
eum curem, cui parentes dixerunt, volumus, &
ſtatim incidit ipſum ſub vmbilico, & aqua citrina
ſtatim incepit exire, & ipſe tanquam fatuus vná F
lagenam ex ipſa aqua in prima vice extraxit, & e-
uacuat9 eſt venter, & ille ait parentibus: curatus
eſt hydropicus, & liberatus. In ſequenti verò no-
cte propter ſubitá euacuationem & multá, mor-
tuus eſt, & ſic chirurgus fuit in mortis periculo.

Modus incidendi.

ADDITIONES.

PIllulæ expertæ ad hydropem & pedum tu-
morem, & aquam citriná mirabiliter euacuá
tes: R. pulpæ colocynth. ſerapini ana ʒ. 8. diagri-
dij in cotoneo, vel paſta cocti ʒ. ʒ. ſaliſgemmæ ʒ. 1. G
conficiantur cum ſucco abſynthij, da ʒ. 1. s. vel
circa: ſunt enim mirabiles, & in pluribus proba-
tæ. ¶ Syrupus ad quamlibet ſpeciem hydropis:
R. aquæ decoct. radicum communium: & hordei
mundi ℔. 1. & ſucci radicum communium ℔. 1.
ſucci radicis ſambuci, & ebuli, & teneritatum ci-
marum eorum, fumiterrę, abſynthij ana ℥. 3. mell.
quantum ſufficit. ¶ Dixit mihi Magiſter Ioannes
de Florentia, quòd quidá Teutonicus fidedign9
dixit, quòd curabat omnes hydropicos hoc mo-
do: dando eis in potu de tertio in tertium, de cen
taurea maiori puluerifata ʒ. 1. & ſeminis aniſi, car
ui an. ʒ. s. probauit enim in pluribus. Et Magiſter
Ioannes Damaſ. dicit, quòd quando datur cum
aq. deco. ameos, & maſtic. multū vigoratur eius
operatio, & cōfert multū obſtructionib. ſplenis.
¶ Pillulæ, quas compoſui pro quadam Domina
patiēte hydropem: R. trochiſcos, quos ponit Al-
manſor cap. de hydrope: R. pillularum cochiarū
& aur. an. ʒ. ʒ. diagridij boni ʒ. 1. s. confice cum ſuc-
co ebuli, cocto cum cannello in paſta inuoluto, &
in furno poſito, dedi 5. vel 6. vicibus, & eſt alleuia
ta patiens, detur de tertio in tertium. ¶ Electua-
rium Magiſtri mei optimum ad hydropem: Rec.
ariſto. longæ, & ro. centaureæ minoris, quercul
maio. & mino. laccæ ſquinanti, lignial. ro. ana ʒ. 4.
ſpicæ, ſem. apij, cubebarum fiſtici, hyſſopi, caryo-
phyll. marubij, ſtœchados, cinnamomi an. ʒ. 8. a-
meos, menthæ ana ʒ 5. ſacchari mell. ana quan-
tum ſufficit. ¶ Syrupus ad hydropem: R. radicis
ebuli, filipendulæ, herbæ venti maioris mediæ,
& minoris, ireos an. fiat ſyrupus. ¶ Ad hydropi-
ſin de frigida cauſa euacuans aquam: Recipe a-
gar. ariſto. long. & ro. ana ʒ. 2. s. ſucci cucu. aſinini
ſiccati ʒ. s. ſerapini ʒ. 2. quæ diſſoluantur in ſucco
radicis ireos, caryophyllor. vel ſpicæ maſtic. ana
ʒ. s. fiant pillulæ cum vino aromatico, vel decoct.
radicis leuiſtici. ¶ Aliæ pillulæ valentes in frigida,
& tympanite: R. hieræ ʒ. 6. ſerapini, agar. ſalis in-
di, corticis mezereon, florum ſquinanti, ſucci eu-
patori ana ʒ. 1. euphorbij ʒ. 1. s. turbith ʒ. 7. ſucci
abſynthij ʒ. ʒ. ſucci radicis ireos ʒ. 2. fac pillulas,
da ʒ. 1. cum aqua endiuiæ. ¶ Succi ireos ʒ. ʒ. mane
ſumtæ ſoluunt naturam ventris decem vicibus,
& pſeruant longo tempore ab inflatione pedum,
& ab hydrope, & bibitur crudus. ¶ Succus radi-
cis ſambuci cum oxymellite datus, iuuat ad hy-
dropē. Item granum euphorbij, in ouo ſorbili da
tum. Tria grana alkekengi trita, & cùm vino al-
bo & bono data, euacuant multum vrinam in hy
dropicis, ſyrupus de radicibus, & ſeminibus cō-
munibus in omni hydrope valet. In principio
vialet decoctio ſpicænardi, in ſero caprino, ſe-
ro & mane, & quādocunq;, quia longo vſu curat.

De paſsionibus ſplenis, Cap. XXXI.

PLVRES in ſplene generantur paſsio-
nes, ſicut eſt obſtructio, duricies, tumor,
& huiuſmodi. Cùm enim ſplen debeat
depurare hepar à ſuperfluitate melan-
cholica, quandoque impeditur eius operatio, ſic
quod obſtruetur & induretur, & tumeſcat. Et
hoc accidit, quando quis longo tempore vtitur
diæta generante melācholiam, ſicut ſunt carnes
vaccinæ, porcinæ, bubalinæ, caprinæ, dactyli, &
legumina, & cibaria humorem groſſum generan
tia, & cum quis laborat, & fortiter ſudat, deinde
ſubitò infrigidatur, & longa ægritudine, cum qs
ſpecialiter in ea nō eſt vſus bono regimine in diæ-
ta, ſicut eſt quartana, & huiuſmodi; cū multá a-
quam

quã frigidam in ægritudine potauit infirmus. Ex quibus omnibus melancholia generata, in multa quantitate splen, quod est suum receptaculum, replet & distendit, & ipsum præter naturã inflat. Et signum distinctiuum huius est, quia hæc inflatio, & distensio nõ semper eadem permanet, sed nunc aduenit, modò recedit.

Signa.

¶ Signa spleneticorum, & quod humor melancholicus sit in causa, specialiter si nõ fuerit calefactio hepatis, sũt hęc: vrina talium apparet citrina, vel subcitrina, discolorata, limpida, tenuis, & per totũ virgulata: adest tumor sub sinistro hypochondrio, quãdoq; cum dolore & grauedine, ante prandium melius se habent quàm post, & specialiter cũ comederint cibaria indigestibilia, melancholiã generantia, de quib. dictũ est suprà. Sunt enim pigri ad motum, graues valde in coxis, & partibus interiorib. specialiter quando legumina, & cibaria grossa comedunt, vt dixi, & cũ volunt gradus ascendere scalarum, vel montem, multum laborant, anhelitũ cũ difficultate attrahunt, sic quòd si quis obturet os in illo ascẽsu, quã statim suffocaretur. Adest etiã pluries ventris constipatio, & si per longum tempus durauerit, adest totius corporis discoloratio, extremitatum gracilitas, dolor sinistræ partis capitis, & quandoq; sang. per sinistram narem emittitur.

Prognostica.

¶ Quæ passio si diuturna fuerit, & in syrrhũ conuersa fuerit, grauiter curatur, qđ palàm est videre, cùm sinistrũ latus diu extiterit durũ, totus venter creuit, & facies pallescit, collum macrescit, & tibiæ quandoq; rumpuntur, tristatur infirm⁹, & piger existit, & similia accidẽtia apparent. Aliquando obstruitur splẽ ex materia ꝑ calorẽ, & ebullitionẽ ibidẽ inspissata, qđ cognoscitur ex tumore ipsius supradicto ex fe. lenta, si fuerit ipsum apostema ex hu. frig. Si verò ex ca. fuerit, dolor erit acut⁹, & feb. acuta. Apostemata. n. in splene, hepate, stomacho, costis, & in huiusmodi interioribus esse nõ possunt, qn feb. ea semꝑ comitet̃.

Signa cholere.

¶ Aliqñ verò fiũt ꝑdictæ ægritudines splenis ex cho. cùm nimis superbũdat, ita, qđ nõ solũ ad cistim fellis, sed etiã ad splenẽ ꝑ incõtinẽtiã mittitur, & tunc vrina taliũ apparet colorata tenuis, ventris flux⁹, dolor in sinistro hypochõdrio pungitiuus, totũ corp⁹ croceo colore infectum, sitis oris amaritudo, vigiliæ, & similia chol. accidẽtia.

¶ Syrup⁹ Magist. mei ad vitia splenis optim⁹: R. corticis radic. fœn. capparis, apij an. ℥. 1. se. scariolæ, anisi, fœ. an. *ʒ. 3. spicæ squinãti an. ℥. s. ca. Ve. frõdiũ tamarisci, salicis, corigiolę ma. an. M. 1. casiæ fi. cuscutę, cardam. an. ℥ quart. scolopen. frõdium scariolæ, borrag. anisi, frõdium an. 25. aquæ & aceti ℔. 3. cõtusa in prędicto aceto, & aqua per diem & noctẽ iaceant, deinde vsq; ad medietatis cõsumtionem bulliat, & addito sacch. fiat syrup⁹, in quo colato ponatur* ʒ. s. croci optimi puluerisati, & detur mane quolibet ℥. 1. s. de hoc syrupo cum aqua salicis, & tamar. quousq; materia sit digesta. Deinde purgetur cũ pillulis, sine quib. esse nolo, vel cũ aur. & artheticis, vel cũ pil. istis: R. spicæ ʒ. 2. agar. rheubar. amomi, epithymi, mast. croci, costi, chamædreos an. ʒ. 1. s. myrrhæ, cinnam, squinanti, caryophyll. an. ʒ. s. aloes hepatici ʒ. 4. confice cum vino, & dentur ex his pillulis ʒ. 2.

*al. ʒ. 3.

*al. ℥. s.

¶ Vel purgetur cum decoct. tali: Rec. scolopen. ca. Ve. hepaticæ, radicis rubeæ maioris, parietarię an. M. 1. se. fœnic. apij, squinanti, anisi an. ℥. s. se. cõmunium contusorũ ℥. 2. hęc omnia in 3. ℔. aquæ bulliant, quousque ad vnam redeãt, & colentur, & colaturæ addatur ℥. 1. myrobalanorum citri, & indorum ℥. s. subtiliter pulueris. mane verò ꝑ setaceũ coletur, & additis ℥. 2. sacchari detur totũ in potu in aurora.

¶ Eodẽ modo potest dare myrobalanos, citrinos, & indos, si iaceant per noctem in ℔. 1. seri caprini, & mane cum saccharo propinẽtur, valet & hoc mirabiliter, ad hydropem.

¶ Post euacuationem detur vnus de trochiscis istis cum decoctione capparum & scolopendrię, & ponderet quilibet ʒ. 1. Rec. corticis radicis capparum, in aceto infusi, & desiccati ℥. 1. se. agnicasti, aristolochiæ lon. scolopendriæ ana ʒ. 3. opoponacis ʒ. 4. radic. buglossæ ʒ. 8. conficiantur cum aceto prædicto.

¶ Alij trochisci ad idem experti: R. ros. *10. ʒ. spodij, se. communium portulacæ an. ʒ. 3. & grana 15. rheubarbari, scolopẽdriæ siccæ ana *ʒ. 1. s. croci ʒ. 1. camphorę ʒ. s. conficiantur cum succo salicis, & scariolæ, & sit quilibet trochiscus ʒ. 1. s. detur sero cum aqua prędicta, & etiam si fuerit hepatis calefactio, probatum est.

*al. ℥. s.

*al. ʒ. s.

¶ Puluis ad vitia splenis optimus: Rec. ro. *ʒ. s. spodij, rheubarbari, corticis radicis capparum, in aceto infusi, scolopẽdrię siccæ ana *℥. 1. spicæ mast. pulicariæ maio. & min. ana ʒ 2. croci, sacchari ana ʒ. 1. puluerisentur omnia subtiliter, & recipiat patiens *ʒ. 2. s. ex illo puluere mane & sero cum vino calido.

*al. ℥. s.

*al. ℥. s.

*al. ʒ 1. s.

¶ Ali⁹ puluis ad vitia splenis expertus: Rec anisi *℥. 2. zingib. liquiri. capparum corticum tamarisci ana ℥. 1. piperis long. cardamomi siluestris, radicis acori an. ʒ. s. apij, carui, se. rutæ centaureæ, casiæ lig. gentianæ ana ʒ. 2. omnia in subtilem redigantur puluerem, quibus addatur lapidis lazuli, loti, pul. ϶. 1 diasenæ, & dianthos an. ʒ. 3 ferruginis ad pond⁹ medietatis omnium prædictorum, omnia bene lota, & mũda, quæ lauanda sunt, in vino optimo, vsque ad ipsius consumtionem vini, coquantur, deinde siccentur, terantur, & cribrellentur, & v-sui quotidie reseruentur.

*al ℥. 1.

¶ Electuarium ad vitia splenis optimum: R. corticum radicum capparũ, tamarisci, in aceto triduo infusorum ana ʒ. 3. squillæ, assę, asari, pyrethri, centaureæ maioris, piperis nigri, thymi, nigellæ, apij, radicis acrimoniæ, se. fœn. anisi an. ʒ. 1. cinnamomi, zingib. an. ʒ. s. limatura ferri ℔. s. florum rorisinarini ʒ. 2. rheubarbari, rheupontici an. ʒ. s. sacchari, quantum sufficit, sumatur de hoc electuario sero ad quantitatem nucis, cum vino calido. Electuaria calida, sicut diacyminum, diaspermaton, diazing. diacalamentum pliris arcoticon, & similia dentur. Exercitium ante comestionem inungatur: balneum in præcedenti ca. dictũ, vel aluminosum, vel salsum fiat sæpius.

¶ Et si hæc passio antiquata fuerit, & cum in ascytem conuerti videatur, fiat minutio de vena splenis, manus sinistræ circa reuolutionem lunæ, vel ventosæ cum scarificatione, vel sanguisugæ super splenem apponátur, & secundum vires sanguis extrahatur, deinde seuum arietinum, vel caprinum liquefiat, & addita cera, & modico mastic. olibani, & olei fiat cerotum, in quo infundatur petia lini, & supra splenem aponatur calidum.

¶ Vnguentum optimum ad splenis duriciem, & obstructionem: Recipe mucilaginis, fœnugræci, semin. lini, se. altheæ omniũ an

* al.ʒ.3.

℔.s. armo.in aceto infuſi per noctem * ℥. ʒ. ſucci
cyclaminis ℔. s.olei anetini ℥.4.olei roſ.℥.2. ceræ
citrinæ q. ſ. Euaporetur ſplẽ ſæpe ex filtro, vel
ſpongia in aceto infuſa calido expreſſa, deinde a-
ſpergatur cum panno lineo, pòſt prędicto vnguẽ
to inungatur. ¶ Aliud vnguentum ad idem à
Magiſtro meo probatum: Recipe radicum mal.
biſmal.brancæ vrſinę, radicis filicis, brioniæ.ſem.
lini, fœnugræci, & lilij ana terantur, & in aceto
bulliant, & mucilago ab his extrahatur, & addi-
tis olei chamo. ℥.1.olei amyg. & mellis, & ſucci i-
reos ana ℥.1.gummi hederæ ℥ s.butyri, & cerę q.
ſ.omnia in malo terræ cauo bulliãt & inungatur
ſplẽ iſto vnguento. ¶ Emplaſtrum optimum ad
ſplenis duriciem: Accipe malum terræ, mundũ
ab exteriori cortice, herbam cicutam cum radi-
cibus lilij, brancam vrſi.fol.ſinapis, rutam, ſaluiá,
roremmarinum ana rerantur, & in aceto fortiſſi-
mi vini, & oleo ana coquantur, quouſq; omnes
liquores conſumantur, addito armoniaco, & ce-
ra, omnia ſimul incorporentur, & ſupra ſplenem
emplaſtrentur. ¶ Item ſacculus plenus limo, mo-
le ferrarij, & puluere ariſto. in aceto ca. ſæpe po-
natur, & exprimatur, & ſpleni applicetur. Aliud
ad duriciem ſplenis emplaſtrũ probatũ: R.armo-
niaci ℥.2. mane verò liquefac, & in mortario cum
piſtillo ferreo circunducatur diu, permiſcendo
pul.ſpicæ * ℥.2.ſe.lini, fœnu. florũ chamo. farinæ
hordei ana ℥.s. & ſupra corium extendatur, & ap
plicetur ſpleni, & hoc fiat corpore prius purgato
cum ſupradictis medicinis, vel cum diaſene acua
to cũ euphorbio, & ſimilibus. Emplaſtra.n. vt ait
Rhaſis, non debent apponi, niſi prius purgatio
præcedat. Aliud emplaſtrũ ad idẽ: Re.frondium
tamariſci, & ſalicis, ana M.I. coquantur cũ aceto
fortiſſimo, vſq; ad conſumtionẽ aceti, deinde pi-
ſtẽtur optimè, & addita farina hordei, ſe.lini, fœ-
nugræci, & radice biſmaluæ trita, cum axungia
porci liquefacta, omnia conficiantur, & empla-
ſtrentur ſupra ſplenem patientis.

*al.ʒ.2.

Emplaſtrum.

ADDITIONES.

Pillula mirabiles.

PIllulę mirabiles contra vitia ſplenis & hepat.
aut contra obſtructriones & duricies, & ſcyr
rhum ipſorum membrorum: R. myrobalanorũ,
chebulorũ, emblicorum, belliricorum, indorum,
nardi, hellebori nigri, armoniaci, coſti, cymini, ca
parum, centaureæ minoris, ſe.agnicaſti, lapidis
lazuli abluti, dauci, croci, ariſt.ro.colo.polypo. a-
gar.ſenæ, armo. caryophyllorũ ana ʒ.1.ſplenis ca-
nis deſiccati ʒ 2.rheubar.quantũ de omnib.aloes
tantum ad pondus rheubar. & omnia prædicta
confice cum ſucco abſynthij, & ſi vis, acue eas cũ
dyagri. appoſitione de ipſo cocto in paſta ſextam
partem, vel ſecundum quod videbitur expedire
ad ſoluendum magis, vel minus. ¶ Syrupus opti

Syrupus probatus.

mus ad vitia ſplenis, probatus per me: Recipe ra
dicis raphani, bugloſſæ, corticis, radicis fraxini,
& tamariſci, ana M.I. ſenę, marathri, fœniculi, ci-
marum, hederæ, & ebulorum, ſcolopendriæ ana
M.s. omnia in tribus ℔. aquę, & tribus vini co-
quantur, quouſque ad medietatem deueniant,
& additis ſacchari, & mell ℔.1.s. fiat ſyrupus, &
perfectè coquatur, cui addatur rheubar. ʒ. ʒ. &
rheupontici ʒ. 2. da. ℥. 2. omni mane cum deco-
ctione carui, quoniam eſt mirabilis. ¶ Itẽ ſi den-
tur chamomillę, armo. & corticis rad. tamariſci
ana ʒ. 2. cum decoct. carui, miro modo valet ad
prædicta. ¶ Item ſplen hirci coctus, & pul. & da-
tus multũ confert ſpleneticis. ¶ Oleum mira.ad
ſplenis obſtructionem, probatum per Magiſtrũ
meum: accipe florũ geneſtę, & in oleo veteri po-
ne eos ad medietatem, & ſub fimo calido per 15.
vel viginti dies dimitte, fiat ſicut vnguentũ: cola,
& vſui reſerua inungendo, vel fricando ſplenem
iuxta ignem, vel Solem. ¶ Vnguẽtũ ad ſplenẽ: R.
ol.tamariſci, olei fraxini, olei muſcellini, olei ſqui-
náti ana ℥.3.oppoponacis, armo. in aceto per diẽ
naturalem infuſi, ana ʒ.2.ſucci fumi terræ ʒ.1. mi-
ſceantur, & fiat vnguentũ. ¶ Aliud ad idem: Re.
oppoponacis, galbani, in aceto per diem & noctẽ
temperati, ſiue landani ana ℥. 1. ſerapini. ℥. s. co-
quantur in aqua deco. ſcolopendriæ, tamariſci,
fumi terrę, capparis, vel olei eius ana quantũ vi-
detur tibi vſq; ad conſumtionem, ita quòd non
reſtent, niſi gummi, pòſt adde olei fraxini, olei ta-
mariſci, olei ſquillæ, olei muſcellini, olei capparis
ana ℥.s, incorporẽtur omnia ſimul, & de vna par
te fiat vnguentũ, & de alia emplaſtrum. Item cy-
mini pul.ʒ 1.ponatur ſupra teſtam madefactam,
ad vaporẽ aceti ſupra calidũ lapidem proiecti, a-
ſpergat pul. & cal.ſpleni dolẽti applicetur. Aliud
dolori ſplenis valet, agaricus manifeſtè, & ſyrupꝰ
radicis ebuli, valet: & axungia gal. cum ceroto de
lilio, & armoniacum diſſolutum in aceto, addita
fermenti ʒ.1.s.fœnugræci.ʒ 1. ¶ Vnguentum ad
ſplenem durum, & obſtructũ optimũ Magiſtri
mei. R.aggrippæ, dialtheæ, marciaton, olei lauri-
ni, camomillini ana ℥.s. ceræ ʒ.1 s.omnia in malo
terræ cauo bulliant, & in fine addatur cera.

Oleum mirabile.

De vitio lapidis in renibus, & veſica. Cap. XXXII.

IN ſequentibus de paſſione renum,
veſicæ, virgæ, & teſticulorum, & de
crepatura tractare mea eſt intentio:
& primò à lapidis vitio incipiam. Ge-
neratur itaq; lapis in renibus, vel in veſica multo
ties, & materia generationis ipſius lapidis eſt hu
mor groſſus, crudus, qui deſcendit ad renes cũ
aquoſitate, quæ trahitur ex ſanguine in venis,
quod eſt, quia humor groſſus crudus quando
generatur, aut ex crapula, vt in pueris: aut ex de
bilitate digeſtiuæ virtutis, ſicut accidit in decre-
pitis frequenter. Cùm itaque vrina venit ad re-
nes, ſi virtus eſt fortis expulſiua in renibus, & vię
per quas vrina euacuatur, ſunt amplæ, tunc vri
na, quæ euacuatur, eſt groſſa, & homo præſerua-
tur à generatione lapidis. Quòd ſi viæ illæ ſint
ſtrictæ, & virtus expulſiua debilis, tunc neceſſa-
riò retinetur ille humor groſſus in renibꝰ, & tar-
datur ad emittendum, quandoque aliquo tem-
pore paulatim emittitur, & remanet illud, ſicut
fex groſſa, quæ ibi exſiccatur & aduritur ex ve-
hementia caloris, fit ſubſtantia lapidea: ſic patet,
quòd ex groſſa, vel mala diæta, vel inordinatè co
medentibus, ex potu limoſæ aquæ & turbidæ,
ex ſanie renum diutius retenta, non mundifica-
ta, inſpiſſata & indurata, fit lapis. ¶ Fit autem la-
pis in veſica maximè in pueris, quoniam collum
veſicæ eorum eſt ſtrictum, & quandoq; propter
eorum

Cauſa.

eorum gulositatem & frigiditatē, grossi & viscosi
humores generātur in eis, q descendētes ad vesi-
cam, nō possunt liberè pertransire, sic faciunt ibi
residentiam, quotidie autē paulatim augmentan
tur, & fit lapis. In vesica verò mulieris nō genera-
tur lapis, quia collum vesicæ mulieris est curtum
& largum. ¶ Si lapis fuerit in renibus, hæc sunt
signa; dolor & grauitas renum cum punctura &
dolore ambarū ancharū, & pedis dormitatio, il-
lius videl. ad quām partem magis declinat lapis:
Quandoq; etiam renes patiens scalpit, & aliquan
do testiculi illi dolent, vrina sæpe exit cum ardo-
re, & in fundo vrinalis apparent arenæ rubeę, vel
citrinæ: qui lapis generatus in renibus, aut est fi-
xus, & non permutatur de loco ad locum, quod
cognoscimus ex assidua inquietudine infirmi in
illa parte, & nulla est tranquillitas. Aut non est fi-
xus, nec retentus in vno loco, & illud cognosci-
tur ex vehementia doloris, quandoque ex quiete
eius. Si verò lapis fuerit in vesica, signa sunt hæc:
dolor est in collo vesicæ, & in virga, etiam in pe-
ctine apparet prurigo, cum intentione virgæ, &
difficultate mictus, & egestionis, virga etiam ele-
uatur, de facili erigitur, & de facili ftranguriam
patiūtur, vrina eorum alba, vel limpida apparet,
habens in fundo arenulas, quia, vt ait Hippocrat.
in aphorism. quibus in vrina arenosa substant se-
dimina, hi renum aut vesicæ calculo laborant.
Item quandoq; sentitur lapis in collo vesicæ, si
intromittatur digitus ano, sicut faciunt isti chi-
rurgi, qui incidunt lapidosum, quod non appro-
bo. Periculosum enim est, & mortale. Vnde nul-
lus probus Medicus hoc approbabit. ¶ Primò
ergo notādum est, quòd senes, & qui transierunt
40. annum, vix aut nunquam ab illa ægritudine
liberari possunt: quia, vt ait Hippocr. in aphoris.
Nephretici, & senes circa vesicā dolētes, laborio-
sè sanantur, vnde cū patiēs vitiū lapidis vltra an-
num 40 transit, talis nunquam curatur, possunt
tamen ei multa adiutoria fieri, & ad tempus præ-
seruari. ¶ Vbicunq; igitur fuerit lapis, siue in re-
nibus, siue in vesica, notādum, quòd in principio
non debemus insistere cum mundificantibus, &
prouocantibus vrinam, seu cum ipsum lapidem
frangentibus: sed primò vnctiones frequentes,
lenitiuas, & mollificatiuas circa loca faciamus.
Primò igitur fomentemus loca renum, seu vesi-
cæ, si fuerit ibi lapis cum spōgia marina, infusa in
oleo, & aqua calida simul mistis. Deinde inungā-
tur loca oleo camomillino, oleo rutaceo, & buty-
ro simul mistis, & si fuerit ex mala complexione
frigida, admisceatur parum de castoreo, vel vn-
gantur loca isto vnguento: Recipe masticis, ros.
sandalorum alborū & rub. spicæ, ligni aloes an.
ceræ albæ & olei rosacei, quantum sufficit, inun-
gantur renes, vel spatium, quod est inter vir-
gam, & anum, si lapis fuerit in vesica. Item em-
plastrum factum ex farina tritici, succo fœniculi,
& parum aceti, & modico olei, simul mistis, su-
pra locum lapidis mane & sero apponatur, &
qualibet vice renouetur præcedente vnctione
prædicta, vel vnctione dialtheæ, marciaton, olei
laurini, muscelini, petroselini & similium. ¶ V-
tatur balneo aquæ dulcis, vel balneo de Prata,
quod est inter Neapolim, & Puteolum in littore
maris: vsus etenim balnei illius est talis: aqua
in potu sumta, vel syrupus ex ea & saccharo fa-
ctus, & in potu sumtus, citò frangit lapidem. E-
go vidi plures hoc experiri, & multoties vidi,
quia à lapide renum, & vesicæ per virtutem il-
lius balnei liberati sunt. ¶ Vel vtantur lapidosi
isto balneo mirabili ad vitium lapidis renum, &
vesicæ, & etiam ad iliacam passionem: Recipe fo-
liorum apij, petros. sem. vrticæ, caulium veterum,
senetionum, camom. pentaphyl. pulegij, millefo-
lij, origani, mentastri, sauinæ, iuniperi, lauri, na-
sturtij, agrestis, pulycariæ, cinoglossæ, parietariæ,
scabiosæ, graminis an. ℔. 3. stercoris columbini al-
bi ℔. 6. cymini ℔. 2. seminis lini, & fœnugræci an.
℔. 1. s. hæc omnia trita in duabus partibus aquæ,
& tertia vini bulliant, & in tinā proiiciantur, quā
patiens intret, quando poterit ibi competenter
esse, & vngantur loca prædictis vnctionibus. Itē
cùm dolor fuerit maximus, & intolerabilis, mul-
tùm mitigabitur, si accipiantur duæ vel tres cępę
& minutim incidātur, & supra tegulam calidam
calefiant, deinde cum vino albo aspergantur, &
supra renes vel peritoneon emplastrentur. Item
cretami marini, senetiones, mercurialis in oleo, &
vino coquantur, & emplastrentur loca. ¶ Item si
fuerit lapis in renibus, cum apponitur ventosa
sine scarificatione supra ipsum, poterit cum ma-
nibus paulatim, deprimendo ipsum inferiùs ad-
duci, & si patiens in descensu illius lapidis illum
dolorem maximè senserit, fiant clysteria & reme-
dia alia, quæ in capitulo de dolore iliaco dicētur.
¶ Item vtantur philantropos Iustino, vel isto ele-
ctuario per me composito, & experto, quod lapi-
dem vel in renibus, vel vesica frangit: Recipe ra-
dicis saxifragię ℥. 1. chamędreos, camępitheos an.
℥. s. lapidis lyncis al. limaciatur, & lapidis, qui in-
uenitur in spongia an. ℥. quart. cinnamomi, ca-
ryophyllorum an. ℥. tertiam. herbæ, quæ dicitur
virga aurea ʒ. 6. terantur omnia & in succo sca-
biosæ; quousque prædictus consumetur succus,
bulliāt, & addito saccharo, quantū sufficit, fiat e-
lectuarium, de quo mane & sero ad quantitatem
castaneæ sumat, post bibat parum vini odoriferi.
¶ Syrupus Magistri mei ad frangēdum lapidem,
siue in renibus, siue in vesica: Rec. radicis fœnicu-
li, petros. apij, asparagi, brusci, raphani, ebuli, saxi-
fragię, cyperi an. *M. 1. pētaphylon. graminis, mil-
lefolij, philipendulæ, pimpinellæ, linguæ bouis,
linguæ hircinæ, capil. Ven. adianthos, polytrichi,
primulæ veris, hypericon. endiuiæ, scabiosæ, va-
lerianæ, ameos, dauci, cretami, petros. macedoni-
ci, enulæ campanæ, rostri porcini, rutæ an. M. s.
sem. fœnic. petro. apij, asparagi, brusci, carui, sem.
saxifragiæ, sem. vrticæ, anisi, nasturtij, milij Solis,
galangæ, acori, spicænardi, sem. communium an.
℥. s. viol. florum borraginis, & sambsuci an. ℥. 1. li-
quiritiæ, squillæ assæ, tribuli marini, berberum
an. *ʒ. 1. lapidis lyncis, lapidis agapen. & spongiæ
marinæ, lapidis lazuli, & armoniaci an. ʒ. 2. saccha
ri, & mellis an. ℔. 3. ossium acetosorum, cerasorū
℥. 1. tritorum optimè, cinerum corticis ouorum,
ex quibus egressi fuerunt pulli ℥. s. aceti ℥. 3. de-
tur cum vino calido mane & sero. ¶ Syrupus a-
lius ad lapidem frangendum: Recipe succi sca-
biosæ depurati ℔. 2. succi liquirit. ℔. 1. hæc omnia
parum bulliāt, & additis ℔. 1. sacchari & ℔. vnam
mellis ru. despumati, fiat syrupꝰ, in quo decocto

Signa lapidis in renibus. *Signa lapidis in vesica.* *Prognostica.* *Cura.* *Balneum de Prata.* *Balneum mirabile.* *Electuarium.* *Syrupus.* *al. M. s.* *al. ℥. 1.*

*al.30.

perfectè apponantur*70. cantharides contriti, amotis capitibus, qui per vnam noctem in lacte amygd. iacuerint, & de ſyrupo patiens ad minus 15. diebus quolibet ſero ſumat ℥.2. cum aqua decoct. cyperi, cretami marini, ſaxifragię, & virgę aureæ, vel ſaltem cum vino albo, quoniã eſt mirabilis. ¶ Item ſanguis hirci, nutriti ꝑ 15. dies vel*30. frondibus hederæ, vel ſaxifragiæ in diebus canicularibus interfecti, exſiccatus & puluerisat⁹, vel qualitercunq;, ſiue cum pillulis, cum ſpeciebus admiſtis, vel alio modo datus, frangit lapidem in renibus, & veſica: quidam addunt myrrham, & dant, & ſtatim prouocat vrinam, frangit lapidem renum, & veſicę, & debet eſſe hircus quatuor annorum. ¶ Item medicamen expertum ſecũdum Aboali. Rec. cineris vitis, cineris ſcorpionum, cineris radicis caulis nabatij, cineris leporis, & lapidis ſpongiæ, ſanguinis hirci exſiccati, & contriti, cineris corticum oui, de quo pullus egreſſus eſt, & lapidis Iudaici, gummi, nucis, acori. an. partes æquales, petroſelini, dauci, pulegij, gummi arabici, ſeminis altheę, piperis omnium an. partes 15. Conficiantur cum melle, & conſeruentur, dóſis ſit vſq; ad duos aureos, & ſupra, cum aqua tribulorum decoctorum, cum ciceribus nigris. ¶ Item confectio trochiſcorum ſecundum Aboali ex appropriatis, quę frangit lapidem in renibus, & veſica: Rec. ſeminis bauciæ ſyluestris, ſem. cucumeris, berberis, aniſi, myrti, ſem. apij, montani, & hortulani, caſsiæ, cinnam. ſpicæ an. partem 1. terẽ & confice cum aqua ponderis ʒ.1. aut aur.1. & da primum cum calida.

*al.*2*. — *Syrupus noſter.*

¶ Syrupus diureticus aperiens renum obſtructionem ex humoribus groſſis, & educens eos, & prohibens ipſos condenſari in lapidem, & eſt ex inuentione noſtra: Rec. capill. Ven caſsiæ ligneæ, ſpicæ, folij, meu, ſiccorũ, ameos, acori, rad. rubæ, nigellæ, aſari, dauci, ſeſeleos, ſem. agnicaſti, ſquinanti, granorum pini, ſeminis ſolatri, fœniculi, & enulæ an. partes æquales bulliãt in aqua ℔.5. vſq; ad medietatem: deinde adde ſacchari ℔.1. geleniabin ℔. s. aceti ſquillitici ℥.3. & ſyrupentur, doſis ℥.2. cum tepida in aurora decoctionis radicum graminis. ¶ Dixit Aboali. Stercus muris cum thure, & aqua mellis calida, frangit lapidem: nigella aliquantulis diebus adminiſtrata cum aqua mellis calida, frangit vtrumq;, lac ficus, cum lacte mori, cum ramo ipſius, educit arenulas de renibus, & veſica, & ſemen criſtæ galli pulueriſatum cum vino ſubtili, educit arenulas de renibus tantùm.

Syrupus mirabilis.

Syrupus mirabilis pro cura regis Francorum à pluribus Magiſtris & Philoſophis compoſitus, lapidem renũ, & veſicæ frangit, vias vrinales aperiens, trombos diſſoluens, & breuiter omnem renum grauedinẽ diſſoluens, quicquid in eis groſsitiei, vel lapidoſitatis fuerit mundificat, & expellit: Recipe radicum quatuór communium, & ſem. eorum, radicis ſambuci, ebuli, ceterach, polytrichi, hepaticæ, adiantos, ſcolopendriæ, capill. Ven. mercurialis, ſenetionum, philipendulæ, caudæ vulpinæ, & equinæ, pentada. maior. ra. eryngij radicis graminis, bugloſſæ, betonicæ, phu, meu, acori, lactucæ, agreſtis, cicoreę, ſcariolæ, vrticæ citrangularis, radicis milij Solis, diptami, rheupontici, corticis tamariſci, capparũ, fraxini, radicis lilij cœleſtis, hermodactyl. omnium an.*ʒ.2. ſaxifragiæ, virgæ au-

*al.℥.2.

reę, liquir. an.*ʒ.3. ſem. vrticæ, marathri, ſem. ſaxifragiæ macedonici, ſem. paſtinccæ, iuniperi, aniſi, ameos, carui, milij Solis, leuiſtici, ſpicæ celticæ, ſeminũ communiũ, viol. florum geneſtrę, maluarum, cicerũ imperialium* an.ʒ.1.s. amygd. mundarum, ficuum ſiccarũ, albarũ, paſſularum enucleatarum, baccarũ lauri. gummi hederæ an.*ʒ.3. xylobalſami, carpobalſami, galangæ, ſquinanti, cardamomi, aſari, folij, caryophyl. nucis muſc. ligni aloes, coſti dulcis, caſsiæ vel calami aromatici, gith, cinerum ſcorpionũ combuſtorũ, cinerũ vitis, cineris hirundinis, & reguli auis, & caudæ tremulæ auis combuſtæ, cineris rad. caulis, cineris corticum ouorum, à quibus pulli egreſsi fuerint an.*ʒ.2. hęc omnia in vino & aqua, quantum ſufficit, perfectè coquãtur, quouſq; quarta pars tantùm remaneat decoctionis prædictæ, & tunc accipe de prædicta decoctione ℔.5. & miſce cum iſtis ſuccis depuratis, ſcil. ſcabioſæ ℔.3. ſucci apij, ſucci borraginis, ſucci ſcariolæ, ſucci fumiterræ, omnium depuratorũ an. ℔.1. & additis ℔.10. ſacchari, fiat ſyrupus perfectè clarificatus, & perfectè coquatur, & de iſto ſyrupo accipiat bis vel ter in hebdomada, ad quantitatẽ ℥.2. cum iſta aqua, accipiatur lepus integer, & in olla noua, in forti igne cõburatur, & cinis, qui ex eo fit, accipiatur, & deſuper aqua calida aſpergatur in bona quantitate, & fiat ſicut lixiuium, & cum tali lixiuio calido ſumatur prædictus ſyrupus, quoniam eſt mirabilis, & expertus in prædictis. ¶ Item radices, vel folia virgæ aureæ, cum ouis in farina coctæ, & datæ in tragea cum ipſa herba, & radices ſaxifragiæ, & cinnamomũ, & ſaccharum vel in electuario, vel etiam in ſyrupo eſt mirabilis ad frangendum lapidem in veſica, vel in renibus, probatum eſt.

*al.℥.4. — *al.℥.1.s. — *al.℥.3. — *al.℥.2.

Electuarium probatum.

¶ Electuarium optimum ad lapidem in veſica, & renibus expellendum, pro certo à Magiſtro meo probatum: Rec. cineris nitri, ſcorpionum, caulium, pellis leporinæ omnium combuſtorũ, lapidis lyncis, ſpongiæ marinę, lapidis Iudaici, cineris corticum ouorum, à quibus pulli fuerint egreſsi, acori, gummi arab. gummi hederæ an.*ʒ.8. virgæ aureæ exſiccatæ*ʒ.3. ſanguinis hirci in diebus canicularibus interfecti, prius per*30. dies cũ foliis hederæ, vel ſaxifragiæ nutriti ℔.2. ſem. petroſ. dauci, pulegij, gummi arab. ſem. altheæ, zingib. galangæ, piperis an.*ʒ.s. conficiantur omnia cum ſyrupo iulep, & dentur ex eo ſero*ʒ.2. cum aqua cicerum nigrorum, ſaxifragię & tribuli marini. ¶ Pillulæ optimæ ad frangendum lapidem, & ad ipſum expellendum: Rec. turbith, hermodactylorum an.ʒ.3. myrobalanorum, chebulorũ, indorum, & citrinorum, agarici, colocynthidis, aniſi, caryophyl. ſpicæ, zingib. ſem. ſaxifragiæ, macropiperis, apij, roſ. croci, cinnamomi, ſalis gẽmę, macis, milij Solis, carui, ſem. aſparagi an.ʒ.1. aloes hepatici ʒ.10. diagridij in pomo cocti ʒ.3. conficiãtur cum ſucco abſynthij, & dẽtur 15. vel 21. vel ſecundum quod tibi videbitur. Digeſta materia, poteſt etiam purgari cum 13. pillulis Hippoc. & 6. pillulis de Hermodact vel cum doſi, q̃ tibi videbitur ſufficiẽs ad hoc. ¶ Item puluis mithridati, cũ aqua decoct. ſaxifragiæ, pentaphylon, radicum 4. com. bis vel ter in die in potu datus, lapidẽ frãgit. Itẽ ſi loca circũadiacentia lapidi ex ſanguine vulpino calido inungãtur, dicitur q͛ frangit lapidẽ. Quòd

*al.℥.8. — *al.℥.4. — *al.15. — *al.℥.s. — *al.℥.2.

Quod ſi lapis in veſica confirmatus per prædicta expelli nequeat, omninò immittantur hîc medicamina per ſyringam. ¶ Aliud inuncto prius pectine fortiter vnguentis, prius dictis: Re. ſaxifragię, ſem. apij, fœni. granorum ſolis, cinerum ſarmẽtorum vitis, cineris leporis combuſti, lapidis lyncis, ana bulliant omnia in optimo vino bene trita, & addito oleo laurino, oleo terebinthinæ, pulegino, vel petroleo, colentur, & per ſyringam immittantur. ¶ Aliud ad idem: R. pigami, calamẽti, ſaxifragiæ, betonicæ ana ʒ. 10. olei muſcellini, petrolei, mithridati, myrrhę, Adriani, Iuſtini, Phylantropos ana ʒ. 5. olei laurini * ℥. 2. ſucci apij, ſenetionũ, fœniculi, & ſolatri ana ℥. s. bulliant ſucci prædicti, & olea cum herbis, vſque ad medietatem: deinde colentur, & prædicta electuaria addantur, itẽrum colentur, & per ſyringam imittantur. ¶ Aliud ad idem: R. ſanguinis hircini, mẽſe Iulij per 15. dies ex frondibus hederæ, vel ſaxifragiæ, nutriti ℥. 1. s. pul. cicadarum menſe Iulij facti ℥. 1. balſami, muſcellini, nardi, petrolei, ſucci baſilici ana ʒ. 1. pulueriſanda pulueriſentur, & cum oleis conficiantur, & tepida per ſyringam inijciantur, quia pro certo lapidem frangit. ¶ Puluis etiã cuiuſdam auis, cum pennis ſuis combuſtæ, quã caudam tremulam vocamus, ad quãtitatem ʒ. 2. in potu datus, vel per ſyringam immiſſus cum 5. granis piperis, & ℈. 1. folij cum aqua vel vino decoctionis ſaxifragiæ, mirabiliter ad vitium lapidis in renibus, vel veſica valet, &c.

Immittenda per ſyringam.

*al. ℥. 2.

ADDITIONES.

Pillulæ, de quibus ſi dentur omni mane in modum cicerum ſtomacho ieiuno, cum vino, in quo decoctum fuerit pentaphylon, cum ſuis radicibus, infra 12. dies ad plus frangit lapidem, ſiue in veſica, & ſunt probatæ: R. ſaxifragiæ piperis, carui, ſquinãti, nardi, granorum ſolis ana ʒ. 5. acori, aſari, ſe. betonicæ, dauci, petroſe. maſticis, tragacanthi ana ʒ. 2. pul. cicadarũ ſiccarũ, pedũ, & cruriũ galli ſiccorũ ana ʒ. ʒ. ſang. hircini nutriti cum folijs hederæ ꝑ 40. dies, & ſaxifragiæ in diebus canicularib. exſiccati ℥. 1. cum ſucco pentaphylon, confice & da, ſicut dictũ eſt. ¶ Item puluis factus ex radicibus ſaxifragiæ, granorum ſolis, ſem. ſaxifragiæ, meu, ſe. hederæ petroſelini, & lapidis lyncis, ana cum vino decoctionis pentaphylon, & oleo pulegino datus, lapidem frangit. ¶ Item ſolus puluis pedum, & cruriũ galli datus cum dicto vino, frangit dictum lapidem, probatũ eſt. ¶ Experimentũ fratris Thomæ contra vitia lapidum, & arenularum: Rec. florum geneſtæ paritariæ, quæ in muris naſcitur, ana ponantur in cucurbita, & ſuppoſito alembico, deſtilletur aqua in modum aquæ roſ. de qua bibat patiens omni mane ieiuno ſtomacho ſcyathũ vnũ per 9. dies, & liberabitur perfectè, probatũ eſt. Pillulæ quas cõpoſui pro quodã patiente lapidẽ renũ: R. hermodactyl. ireos, ſaxifragiæ, cyperi milij Solis ana ℥. quart. cinnamomi, garyophyll. zing. ſileris montani, coſti, cymini, anethi macedonici, apij, aniſi, ameos ana ʒ. 1. ſe. baſiliconis ʒ. ʒ. aloes boni, ad pondus omnium: conficiantur cum ſucco ſcabioſæ, & ſiccẽtur in furno, vel in Sole. Et iterũ imbibantur cum dicto ſucco, & ſiccentur, & fiat ter vel quater, deinde fac pillulas, de quibus da ʒ. 2.

Experimentum.

¶ De virga aurea vidi experimẽtum in quodam, qui habuit lapidem in veſica, & comedit dictam herbã cum ouis omni mane per 9. dies, & fractus eſt lapis, & ipſe oſtendit mihi manum plenam lapillis, & cum doleret circa veſicã propter rupturam lapidis prædicti, vnctiones feci fieri ex oleo laurino, & agrippa circa loca, & liberatus eſt. Itẽ nota, quod dicit tibi Theophilus mercator, quòd habebat in crure vlcus magnum & malignũ, nullo curari poterat, & quidam docuit ipſum, quòd frondẽ dictæ herbæ ſuperponeret bis in die, mane & ſero, quod fecit & in 9. diebus liberatus eſt, omnia vlcera tam antiqua quam recẽtia ſanat citò valde, ſed inuoluta in carpia, ponatur in vulneribus: hæc duo ſunt experta de herba prædicta. Item nota, quod dicit tibi alter, quòd quando inteſtinum groſſum exit, & quando quis habet dolorem & exitũ hæmorrhoidũ, quod puluis virgæ aureæ datus in cibo, vel potu, citò ſanat. ¶ Electuariũ F. B. Medici Dñi Papę expertũ contra vitium lapidis, & contra cholicã, & iliacã: Rec. ſtercoris columbini galli an. ℥. s. ſtercoris murũ, gra. 4. ſem. apij, vrticæ, petroſ. gummi hederæ an. ʒ. 2. s. & omnia pulueriſata cõficiantur cũ melle, vſq; ad mellis ſpiſsitudinem decocta, & cum vino albo tepido in modum nucis ſumatur, quia valet, ſiue lapis ſit in renibus, ſiue ſit in veſica. ¶ Item impleatur ſacculus vnus parietaria, & furfure triticeo, & ſic bulliat in aqua, qua expreſſa ſacculus ille, pectini ſæpe & ſæpius applicetur, ſi lapis eſt in veſica, & renibus, ſi in renibꝰ, apponatur, quia dolorem mitigat. ¶ Puluis probatus ad lapidem frangendũ, quo Papa Eugenius vtebatur: Rec. ſe. ſaxifragiæ, ſem. cerifolij, cicadarũ ſiccarum, & pulueriſatarum an. ℥. s. ſang. hircini in diebus canicularibus interfecti, & nutriti ſecũdum artem ℥. 1. s. caryophyl. ʒ. ʒ. accipiatur de eo ſæpe in potu cum vino decoct. ſem. apij, petroſ. granorum Solis, ſaxifragiæ & pentaphylon cum exit à balneo, & vngatur peritoneo cum oleo pulegino. Oleum amygdalarum & theriacã magnã accepit, & liberatus eſt. ¶ Syrupus, quem compoſui ꝓ quodã, qui patiebatur lapidem in veſica: Rec. querculæ maioris & minoris, capill. Ven. radicum comm. cyperi, linguæ bouis, ſaxifragiæ, graminis pentaphylon an. M. 1. milij Solis & ſcabioſæ an. ℔. s. mellis ℔. 2. ¶ Dicit Dominus Ioannes de Porcida, quòd vſus radicis cymbalariæ in cibis vel potibus, vel ſyrupis infra paucos dies lapidem frangit, ſiue ſit in renibus, ſiue in veſica, & pluries ꝓbatum eſt. Quidam mihi dixit, quòd fecit decoqui ℔. 2. eſulæ in ℔. 5. aquę, vſquequo ad tertiam partem redeat, & addit ſaccharum, de quo fecit ſyrupum, de quo dedit cuidam patienti lapidem in veſica, & in breui tempore liberatus eſt, & lapidem fractum in paruis fruſtulis emiſit per vrinam, antequam prædictum ſyrupum bibiſſet totum. ¶ Pillulæ ad lapidem frangendum in renibus, & veſica: R. hermodact. rad. ireos, granorũ Solis, ſaxifragiæ an. ℥. s. cinnam. caryoph. zingib. ſileris, montani, coſti, cymini an. ʒ. 1. ſpicæ, fœnic. aniſi an. ʒ. s. zedoariæ, macedonici, oſsiũ ceraſorũ, ſem. baſiliconis an. ʒ. 1. s. confice vt ſupradictas, & da eas, quia valẽt. Item lac ſeminum communiũ, & nucleorum ceraſorum, & amygdal. amararum cum oleo, eorundẽ datum in potu frangit lapidẽ.

Herba virga aurea.

Expertum.

Herba cimbalaria.

¶ Item syrupus de tragea expertus cōtra vitium
lapidis renum: Rec. sem. communiū frigidorum
mūdorum ʒ.4. sem. hyoscyami al. ʒ.2. sem. maluæ,
bismaluæ mundę an. ʒ.1. sacch. ad pondus omniū
detur ℥.s. cum ℥.1. syrupi viol. & lymphetur cum
aqua cicerū nigrorū, vel rubeorū in mane. Et ego
addidi radicis saxifragiæ, granorum Solis ameos
an. ʒ.1. ¶ Cura Magistri mei ad frangendum lapi-
dem in renibus, vel vesica: sumat quolibet die de
Iustino philantropos aqua mistis, ad quātitatem
nucis grossę, cū vino decoc. saxifragię milij Solis,
scolopendriæ, ficuum siccarum albarum, & tri-
bulorum marinorum, & capill. Ven. ¶ Pillulæ o-
ptimæ ad lapidem frangēdum in renibus, vel ve-
sica: Rec. ambræ, balsami an. ℥.1. gummi, hederæ,
mast. fœnic. xylobalsami, sem. communium mun
dorum, acori, cinnamomi, meu, saxifragiæ brusci,
asparagi an. ʒ.1.s. liquiritiæ, tragacanthi, cyperi a-
lexandrini. apij, anisi, sem. citrini an. ʒ.1. pul. sang.
hircini secundum artem præparati, quantum de
omnibus dētur 25. vel 30. in modum cicerū, quo-
niā sunt mirabiles, & secūdum quod tibi videbi-
tur, sufficere. ¶ Dixit mihi prior, quòd si succi a-
cori partes 2. & succi limoncellorū pars 1. miscea-
tur ei, & fiat syrupus, & misceatur ei, quū sumitur
parum de puluere pomorū rub. quę dicuntur al-
kekengi, quod frangit lapidē vbicunq; fuerit, ꝓ-
batum est. ¶ Dixit mihi quidā Medicus de terra
Varro, quòd quamplures vitiū lapidis patientes
curauerit, hoc modo: leporē prægnantē capi fa-
ciebat, & intestina filiorū leporis eiiciebat, dein-
de implebat omnes sanguine matris, & in pigna-
to nouo eos ponebat, & in furno cōburebat, de
p̄dicto puluere semel vel bis in die ad quantitatē
vnius coclearis, cum tantundem sacchari dabat,
in breui pat. lapidem in frusta minuta, per vir-
gam emittebat. Et si vis probare, accipe prædictū
puluerē, & ipsum in aqua vel vino distempera, &
pone in eo vnū lapidē, & in breui frangetur, pro-
batum est. ¶ Sanguis etiam vniuscuiusq; leporis,
& pellis eius cōbusta, in pignato nouo, & puluis
datus ad quātitatem vnius coclearis ieiuno sto-
macho, citò lapidē frāgit. Quidā vir expertus ac-
cipiebat leporē, & eiectis intestinis eius, ipsum im
plebat cū pelle in omnib. mēbris suis saxifragia,
milio Solis, lapide, lyncis, iudaico, spōgiæ, penta-
phylo, & virga aurea, & ipsum in pignato nouo
comburebat, & de illo puluere quotidie vnū co-
clear cum vino, vel alio simili dabat, & lapidē siue
in renibus, siue in vesica esset, frangebat, & expel-
lebat, probatū est. ¶ Alij pellem leporis, sanguinē,
& ossa tantummodò comburūt, & cinerem dant
quotidie, dicūt quòd frangit lapidē vbicunq; sit,
probatū est. ¶ Item succus radicis tribuli, cum vi-
no datus, lapidē frāgit, & vrinā prouocat. ¶ Item
succus herbæ, quæ dicitur centumsemina, q̄ facit
semina minora, q̄ papauer, & stat circa terrā folia
habēs incisa, & est alba, cum vino datus, vel pul-
uis eius lapidē frangit, & prouocat vrinā. ¶ Idem
facit filipendula, pæonia & limatura cornu cerui,
rotundi data in potu, curat lapidē. ¶ Dragea ex-
perta cōtra vitiū lapidis in renibꝰ, vel vesica: Rec.
virgę aureę foliorū, & radicis an. ʒ.2. radicis, & fo-
liorū milij Solis, saxifragiæ, philipēdulę an. ʒ.1. se.
anisi, fœnic. cinnam. zingib. omniū puluerisatorū
an. ʒ.s. sacchari, quantū de omnibus, sumatur de

Pillula mirabiles.

De lepore probatum.

hac dragea, quantum capit coclear cōmune ma-
ne & sero, quoniā est mirabilis, & p̄ me inuenta,
& experta, post eius sumtionē bibat parum vini
boni albi, huic addidi cyperi capil. Ven. an. ʒ.1. cy-
mini, ameos cubebarū an. ʒ.s. ¶ Medicamen for-
te, quod est expertū ad lapidē: Rec. cineris vitri,
cineris scorpionis, cineris nucis indicæ, cineris le
poris, spongiæ, lapilli, & sang. hircini, contriti &
exsiccati cineris corticum ouorū, de quibus pulli
fuerint egressi, lapidis iudaici, gūmi arabici, sem.
altheæ omnis piperis an. partem 1.s. confice cum
melle dos. aurei 2. ¶ Decoctio ad idē in proximo,
decoque folia maluę campestris, & ponatur in e-
ius decoctione mel, & bibatur. Decoctio florum
camom. in aqua ardēte, cola & colaturæ da 1. par-
tem & 2. vini albi, & prodest. ¶ Frater Io. dixit mi-
hi, quòd ꝓbauit: accepit sanguinē, qui exit, quan-
do mulier parit filium vel filiam, & exsiccauit in
vmbra, & ipsum puluerisatū per syringam immi-
sit in virgam, cum aqua calida, & lapis statim exi-
uit, sed frustatim. ¶ Aqua mirabilis, & experta la-
pidem frangens, siue sit in renibus, siue in vesica:
Rec. rad. asparagi, radicis arūdinis, saxifragię, vir-
gæ aureę, milij Solis omnium cum suis radicibus
an. ℔.2 aceti, squillitici, ℔.4. succi limonū ℔.2. vi-
tri adusti, polij montani an. ℔.1. ponantur omnia
parum contrita in vase destillationis, & quod de-
stillatum fuerit, collige, inde da ʒ.2. cum vino de-
coct. euisci, quia mirabiliter valet. ¶ Media cica-
da puluerisata, & bibita cum vino albo, facit etiā
frequenter mingere lapidem. ¶ Elixatura grami-
nis, vel puluis eius optimè curat vulnera vesicæ:
liquiritia idem facit, asarum puluerisatū ex ami-
do & farina fabarum, & aqua addito saccharo, &
oleo amygd. valet vlceribus vesicę. ¶ Puluis gril-
li stantis circa furnos datus cum vino, arenulas
expellit citò. ¶ Sanguis hircinus cum puluere
cicadæ & apozematæ, nardi, & cinnamomi, facit
exire lapidē. ¶ Pinguedo vulpis maximè renum,
& comedere carnes earum, cōfert dolori renum
valde: & sanguis eius liniendo locū, vbi est, con-
fert ad frangendum lapidem. Radix linariæ bibi-
ta ʒ.1. cum vino & aqua lapidem frangit, & expel-
lit. Succus hypocetæ siccatus, & in lacte solutus,
est mirabilis in vlcere renum, cassiafistula cum o-
leo amygd. & sem. plantaginis facit descendere la
pidem. Aqua decoct. rubeæ tinctorum, bibita in
mal. ca. facit egredi lapidem cum vrina.

Aqua mirabilis.

Ad vlcera vesicæ.

De Apostematibus, & vlceribus renum, & vesicæ, Cap. XXXIII.



CCIDIT quandoq; in renibus apo-
stema fieri, & quandoq; in vno rene, &
quandoq; in vtroq;: si in vno tantùm
patiens, iacens supra latus sanum, sen-
tit alterum renem grauem & suspensum, vnde in
hoc apostemate adest dolor pungitiuus in reni-
bus, cum quadam incensione, & vrinæ denigra-
tione. ¶ Si est calidum apostema huiusmodi, hęc
sunt signa, adest febris acuta, sitis nimia, dolor cō-
tinuus capitis, vomitus cholericus, & egestio
cholerica, difficultas mingendi, dolor, ardor, &
grauitas renum, vrina rubea aut sanguinolenta,
aut viridis, in superficie liuida. ¶ Si est frigidum
apostema, adest vrina pallida, vel subpallida seu
alba, cum substantia spissa, febris lenta & do-
lor

Signa calidi.

Signa frigidi.

Cura calidi. lor aggrauatiuus, & alia symptomata supradicta sed leuiora. ¶ In apostemate itaq; renũ, ex calido humore facto, virtute & ætate permittentib. fiat minutio de hepatica, cùm sang. est in causa: & postea de saphena, vel de vena, quæ est supra pollicem, vsq; ad tertiũ diẽ. Et si sola cholera fuerit in causa, tunc fiat minutio solius basilicæ: postea hoc emplastrũ renib. apponatur: R. maluę, saponarię, viol. brancę vrsinæ an. M. 1. coquantur omnia, & exprimantur cũ pauco butyro, & oleo ros. mistis calidis, & supra renes epithimetur. Itẽ syrupus factus ex succo scabiosæ, cardibenedicti, solatri, & scariolæ, succis omnib. depuratis, atq; fœnic. & hordei [illegible] di, & se. comm. & saccharo, cótinuè bibant, [illegible] rupũ superiùs scriptũ, & detur syrup. diaquilon. Itẽ lac seminum omniũ, in quo mánæ, & casstę fist. ana ℥. 1. dissoluta fuerint, sæpe bibant, pòst bibat succum solatri, & scariolæ, depuratũ cũ syru. viol. Item si cõstipati fuerint, fiat quandoq; eis aliquod clystere lenitiuũ, & leniter attractiuũ, & cũ aliqua leui deco. vbi sint diuretica, purgenter.

Cura frigidi. ¶ Quod si apostema renũ ex frigidis fuerit humorib. vngantur renes: primò ex oleis & vnguentis calidis in capitulo de vitio lapidis scriptis. Pòst emplastrũ istud supra locũ apostematis apponatur: Rec. pulegij, absynthij, rutę, parietarię, maluę, brãchę vrsinę, sem. lini, & fœnugræci, farinæ hordei, ana terãtur omnia, & cũ vino albo optimo, vsq; ad consumtionem vini bulliant addito oleo, butyro, & axungia porcina, & melle. Aliud ad idem, ficus siccæ in vino deco. cũ radice altheæ, & epithematæ valent. Item vesica ænea, oleo calido plena, supra locum apposita miro modo valet, & dolorem inguinum mitigat, vẽtosa etiam cũ scarificatione loco apposita, miro modo valet, & dolorẽ inguinum mitigat, vbi est apostema & sanguis mediocriter cum ipsa extractus, mirabiliter mitigat, & multũ contra dolorẽ apostematis valet.

Cura saniati. ¶ Quod si materia deuenerit ad saniẽ, tantum apponimus emplastra prędicta, & demus syrupũ diaquilon, syrupũ ex succo scabiosæ, syrupũ ex succo absynthij, & apij factũ, ptisanã hordei cum saccharo, & lac asininũ: lac etiã vaccinũ, vel iumenti: hoc. n. damus ad saniẽ mundificandũ. ¶ Postea verò sanie mundificata, vlceribus ipsorum renum consolidandis damus hos trochisc. Re. sem. cõmunium excorticatorum, se. cydoniorum, se. portulacę, se. acetosellæ, sem. lini, se. fœnu. ana ʒ. 1. gummi arab. tragacanthi, amyg. dulciũ, ana ʒ. 2. granorũ pini, succi liquiritiæ ana ʒ. 1. s. papaueris nigri ʒ. 3. myrrhæ, croci ana ʒ. s. fiant trochisci cũ infusione tragacãthi, & põderet vnusquisq; ʒ. 1. detur vnus cum sapa, & aqua tepi. ¶ Item dentur ʒ. 2. huiusmodi electuarij, cũ aqua, in qua deco. fuerit mentha viridis. Rec. amygdal. mundatarũ 30. dactyl. *25. pinearũ mund. *ʒ. 1. tragacanthi ʒ. 4. bol. ʒ. 2. cydoniorũ, se. cõmunium, maluę, portulacę, amidi an. ʒ. 1. s. ros. sem. lactucæ se. iusquiami, papaueris, psyllij an. ʒ. 2. sacch. quãtum sufficit. ¶ Accidit etiam quandoque per vulnera renum patientem mingere sanguinem, cuius curam dixi superiùs in capitulo de sanguinis mictu. Diætentur cũ ptisana, lacte amyg. se. communium, lac cũ aqua deco. viol. detur portulaca, scario & huiusmodi sumat, prouocatiuis vrinę vtatur. Et si fe. eos dimiserit, largiori diçta pascãtur.

*al. ℥. s. *al. 15.

De apostematibus vesicæ. A Quandoq; accidit vesicam apostemari, & isti eisdem symptomatibus infestantur, sicut & illi, qui patiũtur apostema in renibus, hoc excepto, quòd iste dolor est in renibus. *Signa.* Illorum verò dolor in pectine est, & quibusdã tumor apparet in pectine, siue supra pectinem febriunt, & nõ possunt mingere, nisi stando, & parum cum dolore. Et quandoq; patiuntur iliorum dolorẽ, retentionem fæcum, extremitatum frigus, alienationẽ & nigredinem linguæ. Et hæc signa nulla digestione apparente in vrina.

Prognostica. B ¶ Et cùm vrina semper emittitur clara, & non permutatur spissa, & ipsum apostema ad maturitatẽ non venit, & dolor perseuerat intensus cum prędictis symptomatibus, tunc signũ est mortis: nimius enim dolor, vt ait Galen. subitò prosternit virtutẽ, quòd si vrina inspissetur, & putredo in fundo vrinalis in modũ hypostasis deuenerit, & symptomata alleuientur, tunc signũ est salutis in apostematibus renum & vesicę. Cura igitur apostematum vesicæ est, quòd fiant omnia, C videlicet in dando trochiscos, syrupos, & emplastra pectini faciendo per ordinem, sicut in apostemate renum dictũ est, hoc excepto, quòd dum illud apostema ad saniẽ venerit, clysterisetur vesica cum syringa, missa in virga cum ptisana hordei colata, cum melle despumato mistis: & hoc pluries fiat, quousq; sanies ipsa à vesica mundificetur per vrinã. Vesica verò optimè mundificata à sanie, quod poteris cognoscere, quia amplius de sanie cum vrina non emittitur, sed vrina veniet D sanguinolenta propter vlcera, q̃ remanserunt in vesica ex apostemate mundificato, tunc mittatur puluis lapidis hæmatitis, vel sang. drac. p syringã cum succo plantaginis mistus, vel aliquod simile restrictiuũ, de quibus in tractatu de fluxu sanguinis narium multa dicta sunt, & in capitulo de dysenteria. ¶ Quod si aliquando nimius fuerit dolor, & vigilię in his apostematibus. s. renum & vesicę: fiat clystere mitigatiuũ doloris, & inducens somnum hoc modo: Rec. sem. lini, fœnugræci an. E *ʒ. 2. sem. papaueris, opij an. *℈. 1. omnia terantur, & in aqua coquãtur, & additis ℥. 2. adipis gallinæ liquefactæ, iniiciãtur omnia per clystere, & ex his omnibus incorporatis informetur suppositoriũ, & supponatur in ano, quia mirabile est.

*al. ℥. 2. *al. ℥. 1.

ADDITIONES.

TRochisci experti ad vlcera renum, qui post mundificationem debẽt dari ad pondus ʒ. 2. cum aqua decoct. radicum communiũ, & raphani, F aut cicerum rubeorum, qui sunt: Rec. quatuor sem. communium mund. ʒ. 5. amili ʒ. 4. succi liquiritiæ ʒ. 8. sem. portulacæ ʒ. [illegible] amygdalarũ dulcium mundarũ, auellanarũ mundatarum, & assatarum, granorum pini mundorũ an. ʒ. 4. sem. apij, dauci, erucæ an. ʒ. 4. gummi arabici, tragacanthi, sem. hyoscyami al. opij an. ʒ. 3. cicerum nigrorum ʒ. 10. croci ʒ. 5. confice cum mucilagine tragacanthi, vel cũ succo cydoniorũ, & sit quilibet trochiscus ʒ. 2. ¶ Experimentum mirabile ad vlcera G renum, & vesicæ secundum Gentilem, qui cum difficultate curantur, quia sunt loca remota valde in profundo posita, ad quem antequã veniunt medicinæ, perdunt virtutẽ. Tum etiam propter continuas expulsiones superfluitatum acutarũ, mordicantium & consolidationem impedientiũ,

Experimentũ mirabile.

& ideo cōtinuè vlcus renouatur: ea namq; cum quibus vlcera curātur, oportet mordicatione carere: ideo oportet ante omnia vrinam dulcorare, quantum possibile est. Igitur consolidaui in multis per hunc modum: miscui namq; puluerē subtilissimum trochiscorum, de thure, quos describit Rhasis nono ad Almansor. cum ℥.1. de syrupo, de papauere, & de prædicto puluere ℨ.℥. deinde distemperaui ℥.1. cassiæ fist. in decoctione seminū communium, cum qua bene temperetur puluis prædictus, & totum hoc tribuatur eunti dormitum, & continuetur hoc regimen, & videbis mirabilia. ¶ Syrupus valēs excoriationi, & scabiei vesicæ: Rec. corticum subtilium, adhærentiū pinearum, nucleis liquiritiæ mund. ros. an. ℥.1. quodlibet per se pistetur, & infundatur nocte vna ℔ 12. aquæ feruentis mane bulliat vsq; ad consumtio-medietatis, tunc addatur syrupus nenuph. & iterum bulliat, dentur ℥. 2. vel ℥. de mane cum aqua ex his, & addito mast. potest fieri elect vtile, &c.

De dolore Renum, Cap. XXXIIII.

DOLOR renū fit multis modis: quandoq; ex calidis humoribus, quandoq; ex frigidis, quandoq; propter lapidē existentem in renibus, & talis dolor, qui vitio lapidis fit, curato & remoto lapide, tanquam eius causa principali tollitur & curatur. ¶ Quod si dolor renū ex caliditate fuerit, humor erit acutus & pungitiuus, & cū calore vrina subrubea, & spissa: quando sanguis fuerit in causa, vel citrina & tenuis, quando cholera superabundauerit, & cætera signa cholerę vel sanguini familiaria, de quibus in dolore capitis dictū est satis, in his causis apparebunt. ¶ Cum itaq; sanguis in causa fuerit, fiat minutio de vena mediana, vel vētosæ in cruribus & renibus, cū scarificatione, apponantur. Si verò cholera in causa fuerit, digeratur materia cum oxysaccharo, vel syrupo acetoso, deinde aliqua lotura conueniens detur, & clystere aliquod lauatiuum sibi fiat. Syrupi frigidi, & electuaria frigida, & cæteræ in capitulo de siti dicta, dentur. Serum caprinum sumant, lac seminum communium bibant, ex oleo rosato, vel violato vel populeon renes vngantur. Summitates myrti in aceto coctæ renibus applicentur, & alia in præcedenti capitulo dicta, tribuantur, & fiat. In hac causa diæta frigida exhibeatur. ¶ Quòd si dolor renū ꝓpter frigidos fuerit humores, adest dolor cum grauedine & frigiditate, vrina alba, & quandoq; tenuis, quādoq; spissa, quandoq; cum longis resolutionibus. Si ergo patiens fuerit plethoricus, præcedente vsu oxymellitis compositi, per aliquos dies purgetur cum pillulis aureis, vel de quinq; generibus, vel hieralogodion, vel benedicta laxatiua, & similibus. ¶ Post purgationē fiat istud clystere, & sæpe: Rec. radicum quatuor communium. semen lini, anisi, turbith, senæ, saxifragiæ, polypodij, & esulæ an. ℥. 1 omnia in aqua marina, vel salmentina bulliāt vsq; ad perfectam decoctionem, & addit. *ℨ. 4. succi mercurialis, & olei communis, fiat clystere. ¶ Item vngantur renes ex marciaton, dialthea, agrippa, oleo laurino, & similibus, intrent balneum ex calidis herbis factum, quod in capitulo de stranguria dictum est: & prædictæ herbæ balnei epithementur renes,

Signa si ex caliditate.

Cura.

Si à causa frigida.

*al. ℥.3.

A sacellētur etiam renes cum pulegio, cymino baccis lauri, floribus camomillę. ¶ Electuaria calida, vt diacyminum, diaspermaton, diazingib. caryophyllatum, & similia dētur, & dięta calida detur.

ADDITIONES.

INungantur vnguento isto, quo ego vtor ad dolorem renum: Rec. olei costi, baccarum lauri, amygdalarum dulcium, anethi, scorpionis an. ℥. 1. dialtheæ, muscellini, axungiæ porcinæ, gallinæ, B anatis, marciaton, nardi an ℥. s. armoniaci, galbani an. ℥. 1. thur. mast. nucis cypresSi an. ℈. 2. succi nepitæ, calamenti, arthemisiæ, melissæ, betonicæ an. ℥ 1. ceræ q. s. fiat vnguentum liquidum ad lentum ignem, & si non reperiantur succi, fiat cum decoctione dictarum herbarum an. M. I.

De Stranguria, Dysuria & Ischuria, Cap. XXXV.

C STRANGVRIA est difficultas mingendi, cum aliquis guttatim, & cum dolore, & maxima difficultate mingit: & fit ex modica obstructione viarum vrinę. ¶ Dysuria est difficultas mingendi, cum ad tempus denegatur vrina, q̄ fit ex maiori obstructione. ¶ Ischuria est difficultas vrinæ cū ex toto denegatur, & fit ex maxima obstructione. Fiunt itaque hæ passiones quandoq; per vitiū lapidis renum, & vesicæ: & tunc cura est curare lapidem, sicut in præcedenti capitulo dictum est, quia remota D causa remouetur eius effectus. Fiunt etiam huiusmodi passiones quandoq; propter frigiditatē, quod accidit sępe, & tūc in hunc modū curetur: detur in potu theriaca vel mithridatum cum aqua decoct. sem. nasturtij, vel cum succo verbenæ. In pueris verò & lactātibus cum lacte mulieris, asinæ, vel capræ vngantur renes, peritoneon & virga dialthea, oleo laurino, & petroleo, & oleo nardino simul mistis. ¶ Experimentum Magistri mei ad prouocandum vrinam, quod statim facit E mingere: bulliant alliorum capita duo, vel tria mundata in vino albo optimo, & parum theriacę & mithridati cum illo vino misce, & cyatus plenus ipso detur in potu, & statim prouocatur vrina. Aliud probatum ad idem: Rec. capill. Ven. frondium *ℨ. 2. terantur, & in modum vnguēti ducantur, & dissoluantur cum vino decoctionis radicis raphani, & apij, & calida in potu exhibeantur: probatum est ab eodem Magistro meo. Item emplastrum factum ex parietaria, senetionibus, & capi- F tibus alliorum in vino coctis, pectini applicatis, mirabile est ad hoc. ¶ Emplastrum aliud ad hoc, quod statim prouocat vrinam: Rec. baccarū lauri, aluminis, meliloti, florū camomillæ, pyrethri, sinapis, baccarū iuniperi, radicis raphani, parietariæ, senetionum, farinæ, cicerum nigrorum an. *ℨ. s. dauci, sem. raphani, apij domest. & syluestris an. ℥. 1. fiat ex omnibus tritis, simul mistis cū oleo lilij, & succo caulium veterum, emplastrū quod pectini & renibus calidum applicetur, quoniam G est mirabile. Item furfur, baccę lauri & iuniperū, omnia trita, & in sacculo posita cum duobus vel tribus capitibus alliorum, & vino bibita, & pectini applicata vrinam prouocant. ¶ Item mittatur patiens in balneum, quod dictum est in capitulo XXXII. Vel solum in isto balneo: Recipe capita allio-

Cura.

*al. ℥. 2.

*al. ℥. s.

alliorum, ſenetiones, apium,parietariá, fœniculum,iuniperum,& roremmarinum,omnia ſimul bulliant,& in eo balneetur:& p̃dictæ herbę contritæ renibus & pectini applicētur. ¶Item ſyrup. factus ex ſucco verbenæ,addito ſaccharo,& rheu barbaro puluerif. in potu datus, vrinam prouocat:vel ſyrupus ex ſucco ſcabioſę &agno caſto,liquiritia, & hordeo appoſitis in fine decoctionis 30.cantaridibus,capitibus ablatis,quæ in lacte amygd.per noctē iacuerint.Iſte.n. ſyrupus in potu datu,svrinam prouocat, probatum eſt. Item ʒ.1. ſtercoris columbini ſylueſtris, cum vrina pueri virginis,calida in potu data, vrinam prouocat, & etiam per ſyringam immittatur.¶Ad idem aliud: R. ſtercoris muris aur.1.aſſæ ʒ.s. miſce cum lacte aſinino, in quo decoctum fuerit anethum,& calidum detur in potu, quoniam vrinam prouocat. ¶Aliud probatum per me, quod vrinam prouocat,& ſeceſſum fiat in ano ſuppoſitorium de ſalegemma, vel de alio ſale albo duro, in modum digiti,quoniam vrinam prouocat, & ſeceſſum expertum eſt: inungatur ipſum ſal oleo, vt facilius intret. ¶ Ad vrinæ prouocationem aliud: mittātur cymices viui,ſeu pediculi viui in capite virgę iuxta foramen,per quod exit vrina,quoniam vrinam prouocat. ¶Aliud ad idem: mittatur totum caput virgæ in oleum chamomillæ, in quo bullierint cymices,& ſit calidum, quantum pati poteſt patiens,deinde liniatur caput virgę, cùm ab ipſo oleo fuerit extractum, & alliis piſtatis, quia pro certo vrinam prouocat ¶Quòd ſi hæc paſsio fuerit à calido, ſemina communia trita, & ſemen lactucę tritum cum vino albo & ſucco granati aceto ſi,dentur emplaſtra, vnctiones & alia remedia ſupradicta, ſecundum quod competere viderit, fiant,vtendo rebus non multũ calidis in hac cauſa. ¶Vrinā prouocantia ſunt acorus aſphodelus, cappares,ciperus,abrotanum,ſquinantum,apiũ, ſe.petro.domeſti.& macedonici, iuniperi, baccæ lauri,betonica,caſsialig.carui,ſauina,condiſi,leuiſtici,hæc omnia decocta,vel in ſyrup.vel electuarijs data, & cataplaſmāta, vrinam prouocant.

ADDITIONES.

QVidam vrinare non poterat, & ſic ſteterat per plures dies:cui quidam ſacerdos decoqui fecit pullum cum petro. ℥. 2. reſinæ pini pulueriſatæ ibi appoſuit, & decocto pullo, donec diſſoluebatur caro ab oſsibus, dedit in potu colaturam, & ſtatim minxit, & multos lapillos per vrinam emiſit. ¶ Quidam mingere non poterat, &feci decoqui parietariam rubeam,maiorem radicem cyperi,& creſſones in bona quantitate, in vino albo, parum cōtrita: deinde feci ſacellari cũ eis pecten, & renes calid. quantum poterat,& ex dicto vino lauit prędicta loca taliter,quòd vrinauit ſtatim. ¶Et nota, quòd allium tritum in modum ſalſæ appoſitum ſuper caput virgæ rectè in loco,vbi mingitur, & in muliere in labiis vuluæ, ſtatim vrinam prouocat. ¶Puluis ad faciendum, vt homo ſtatim mingat,ſi etiam mori debeat: lauentur cortices limaciarum,exſiccentur, & terātur, & de puluere illo cum vino albo & aqua calida in potu dentur ʒ.2.quoniam vrinam prouocat,probatum eſt. ¶Item ſi terantur duæ vel tres limaciæ cum corticibus ſuis, & in panno lineo ſubtili inuoluantur,filo ligentur in capite virgæ, & mulieri in ore vuluæ ponantur, ſtatim prouocat vrinam,probatum eſt. ¶Pillulæ optimæ contra ſtranguriam ex frigida cauſa: Recipe ſauinæ, aſari,amomi,ameos, petroſ.ſem. apij, rubeæ tinctorum,amygd.amararum munda.ſpicæ ʒ.20.ſe. melonum ʒ.10. cantharridum, remotis alis & capitibus ʒ.3 iaceant in lacte amygdal. per noctem, vt virtus excoriatiua,quam habēt,tollatur, deinde diſſoluatur armoniacũ albũ cum pauco vino albo & puluere prædictorum cum eo conficiatur, & fiant pillulæ ex eis, quibus dentur duæ, quoniam mirabiles ſunt in prouocando. ¶In ardore vrinæ:Recipe ameos,aniſi,carui,petroſ.milij Sol.fœnic.ana ʒ.2. radicis ſaxifrag.ʒ.5.fiat puluis, & bibatur mane cũ vino dulci,vel aqua mellis. ¶Quando vrina retinetur,& non à lapide:parietariam,vel gramen in aqua, vel vino dulci coque,& piſta, & pectini applica. ¶ Decoctio radicum acori prouocat vrinam,& ſtrãguriam ſanat. ¶Decoctio pulegij, dolorem veſicæ ſedat, & calculum expellit. ¶ Enula campana, ſemen apij, aſparagi,radices fœniculi in vino contritæ,& potui datæ, efficaciter veſicæ ſanant dolorem. ¶Folia attriplicis eſa,dolorem veſicæ amputant & etiam renum,& etiam folia linguæ arietis cum vino bibita, aqua cicerum vrinam ꝓuocat. ¶ Prouocatiuum bonum vrinæ:Recipe ſauinę coquatur lento igne in aqua, in qua poſsit ſubmergi, quouſque aqua denigretur,& bibatur ex eo ℔.s. deinde comedat cibum ſuum cum agreſta. ¶ Agrimoniæ decoctio in aqua aſparagorum, vel alterius rei appropriatæ,vel in aqua ſola bibita,ſtatim facit vrinare:& eſt expertum.

Pillulæ mirabiles.

De Diabete,& Mingentibus in lecto, Cap. XXXVI.

DIABETES eſt immoderata attractio vrinæ ab hepate ad renes:vnde in hac paſsione deficit virtus retentiua renum & lumborum,diſtemperantur in caliditate & ſiccitate. Virtus itaque actiua viget, vnde renes inceſſanter attrahunt ab hepate: hepar ab exterioribus:& ſic neceſſe eſt, quòd ſequatur fluxus frequens vrinæ,& immoderata ſitis. Accidit enim renum diſtemperantia ex multis cauſis,vt ex immoderato coitu pręcedente,ex vſu diætæ calidæ & ſiccæ, & febri, & calidis vnctionibꝰ,& emplaſtris. ¶Signa diabetis ſunt hęc: calor circa renes & lumbos, ſitis etiam immoderata,& appetitus aquæ frigidæ accepto potu,ſtatim ſequitur voluntas mingendi, vrina alba & tenuis, frequens in multa quantitate mingitur, apparet vrina diſcolorata in hac ęgritudine,quãdoq; prius,quàm in hepate poſsit colorari,attrahitur à renibus,&mittitur ad veſicam:tenuis verò eſt propter ſiccitatem hepatis, & defectũ nutrimenti. ¶ Verùm in hac paſsione oportet nos multũ eſſe ſolicitos,quia hęc paſsio de facili in hydropem tranſire poteſt propter errorem digeſtiuæ virtutis, vel in hecticam propter defectũ nutrimenti. ¶Primò igitur epithemētur renes hoc epithemate: R.ſandal.alb. & rub.roſ.gummi arabi.ſpodij,ſumach,balauſt.acatiæ,hypociſt.an.*ʒ.s.terantur omnia,& cum aqua roſ. diſtemperentur,& pannus in eis infuſus, renibus applicetur.

Cauſæ. *Signa.* *Prognoſtica.* *Cura.* *al.℥.s.

Item fasciculus cymarum myrti, in aceto coctus & renib9 applicatus, idem facit. ¶Ad idem aliud: R. acatiæ, thuris, succi barbæ hirci, laudani, myrrhæ, gallarum an. ʒ. 2. conficiantur cum aqua ros. vel *memithæ, & fiat ex eis emplastrum, quod renibus & lumbis applicetur. ¶Item succ9 agrestis, solatri, virgæ pastoris, cymarum rubi, cucumeris, cucurbitæ, cymbalariæ, vermicularis, semperuiuæ, succi, cydoniorum, granatorum acetosorum, pampinorum, vitis an. accipiantur, & addito puluere boli mast. thuris, acatiæ, sang. drac. hypocistidos, sandalorum alb. & rub. & ros. gummi arabi. spodij, sumach, balaust. & oleo ros. & cera conficiantur simul, & emplastrum ex eis factum renibus & lumbis applicetur. ¶ Item inungantur renes ex oleo ros. viol. populeon, & similibus frigidis, tabula plumbea subtilis, bene polita, & perforata pluribus foraminib9, renibus applicetur, de qua in capitulo de siti mentionem fecimus. ¶ Itē fiant sæpe clysteria cum lacte frigido, & succo herbarum frigidarum, & parum olei ros. & viola. simul mistis, ex prædicto tamen lacte prius butyrum extrahatur. ¶ Trochisci Magist. mei, cũ quibus plures curauit, & ego cum eis quendam iuuenem infra spatiũ quatuor dierũ curaui, qui diabetem patiebatur, & mingebat inuoluntariè in lectũ: R. ros. spodij an. ʒ. 10. se. portulacæ, succi liquiritiæ, boli, sumach an. ʒ. 2. se. lactucę, coriádri, sandal. berberis an. ʒ. 1. tragacanthi, gummi arabici, balaust. an. ʒ. 2. camphoræ ʒ. s. temperentur cum succo malorum granatorum acetosorum, & fiát trochisci, quorum quilibet sit ponderis ʒ. 1. detur sibi vnus mane, & vnus sero cum aqua frigida, & syrupo ros. mistus, quoniam est summũ & expertum remedium ad ꝑdictá passionē. ¶Item detur triasandali, syrupus de psyllio, sacch. ros. & huiusmodi frigida, in cap. de siti ex causa calida dicta. ¶Itē ad diabetem, & mingentes in lectũ: R. myrti, thuris glandium an. coquantur in aqua, & addito pauco oleo myrtino & sacch. detur in potu. ¶Item renes leporis decocti cum aneto, & se. apij & petro. comesti, mirabiliter valent. ¶ Trochisci ad idē: R. carabe, boli, myrobalanorum nigrorũ, torrefactorum, medullæ glandium excorticatorum, sumach, coriandri, torrefacti in aceto positi, ros. spodij, se. lactucæ, portulacæ, gummi arabici an. ʒ. 2. conficiantur cum succo granatorum acetosorũ, & detur ex eis ʒ. 1. s. cum syrupo ros. ¶ Et cessante siti, purgetur cum aliqua leui colatura, choleram mundificante, vel cũ aliquo leui pharmaco, sicut superiùs in pluribus locis dictum est, & ideò de his hîc non loquor.

*al. vitis.

Expertum.

ADDITIONES.

PAtientibus diabetem vngantur lumbi, & renes cum isto vnguento: R. olei ros. viol. & mādragoræ, succi vmbilici veneris, aquæ ros. succi semperuiuæ, aceti albi an. ℥. 3. omnia incorporētur, & aliqualiter calefiant, & hæc eis addantur: Recipe farinæ hordei ℔. 1. ros. ℥. 3. myrtill. ʒ. 2. omniũ sand. an. ʒ. 1. puluerisentur subtilissimè, & cum prædictis liquoribus incorporentur, & renibus emplastrentur. Item vitentur cibaria calida, & similia, & vtantur frigidis.

De Mingentibus sanguinem, Cap. XXXVII.



CCIDIT pluries quibusdam, quòd mingunt sanguinem cum vrina, qui quandoque procedit ab hepate, quádoque à chyli vena, quandoque à vesica vel renibus, quandoque ex saltu vel percussione rumpitur vena in prædictis locis, & mingitur sanguis, & hoc scitur per patientis inditiũ. ¶Quádoque ex sanguinis abundantia, quod cognoscitur ex corporis dispositione plethorica, vel sanguinea corporis habitudine, & ex venis latis & amplis, & ex sanguine multa quantitate fluente. ¶ Quandoque propter acumen sanguinis venas ipsas rumpētis, quod cognoscitur ex colore ipsi9, sanguine aliquantulum croceo, & cum exit, mordicat virgam, & dolorem infert patienti. Si verò à chyli vena, vel à renibus fluit, adest dolor in illis partibus, & adest sanguis multus, non tamen tátus, nec ita purus, sicut in præcedentibus. ¶Si ab hepate veniat, adest dolor dextri hypochondrij, & grauitas, & sanguis multus, & purus per vriná emittitur. Si verò à vesica emittatur, quòd quandoque accidit, adest dolor pectinis, virgæ, vesicę, & partium adiacētium, sanguis turbidus & paucus emittitur. ¶Vnde nota, quòd quando sanguis ab aliis partibus ad vesicam mittatur, cùm vesica non habeat sanguinē, & cùm vesica sit valde membrum frigidum, & calore depauperatũ, infrigidatur ibi ipse sanguis, & ibi globatur, vnde quandoq; emittitur in modum sanguisugæ coagulatus, quádoq; grossus adeò, quòd inducit obstructionē in collo vesicæ, & facit stranguriá, & totaliter priuat emissione vrinæ ꝓpter talē obstructionē, vnde multi perierunt hac de causa. Si ergo fiat mixtus sang. ex abundantia sang. vel ab hepate, fiat minutio de vena hepatica dextri brachij. Si verò veniat à chyli vena, vel renibus, vel vesica, vena saphena phlebotometur ab *anteriori parte tali: postea detur *ʒ. 1. de trochiscis in ca. de diabete dictis, cum syrupo ros. postea hoc empastrũ, vnde venit sang. loco apponatur: R. mast. olibani an. ʒ. s. mumiæ, boli, sang. drac. lapidis hæmatitis ana ʒ. quart. gummi arabici, balaust. an. ʒ. s. omnia terantur cum succo plantaginis, & oleo ros. & album. oui conficiantur, & partibus, vnde venit sang. superponatur, bal. styptica & cætera, quæ in cal. dysenteriæ supradiximus, in hac causa fiant, & simili diæta diætentur. ¶Quòd si sang. in vesica coagulatus fuerit, vel ad ipsam ab aliis membris missus fuerit, vel etiam ab ipsa vesica processerit, comedat cretanos, & cætera diuretica in cap. de cura lapidis dicta. Philonium Iustinum & cætera electuaria ad lapidem sufficienter ibi dicta, sumantur, & vngantur pecten, & peritoneon, ex oleo laurino, pulegino, marciaton, agrippa, & similibus vnctionibus calidis. ¶Syrupus acetosus compositus, & de radice datus cum lixiuio facto de cinere vitis, & aqua calida, vel de cinere ligni abrotani, vel ebuli. Radix eius in potu data, mirabilis est in hac causa. Ius etiam cicerũ nigrorum, in potu cum vino datus, mirabiliter valet, & hepar asini, fel testudinis, coagulum leporis: hæc omnia per syringam iniecta, vel in potu data, valent. ¶Pillulæ optimę ad idem: Recipe sauinæ

Cura.

*al. interiori

*al. ʒ. 1. & s.

*al. ℥ s. *al. ℥. quar.

ſauinæ aſſæ, armoniaci, rubeæ tinctorum an. *ʒ. s. carpobal. blatæ bizan. cardamomi an. *ʒ. quart. conficiantur cum ſucco ſauinę, & dentur cum aqua diuretica. ¶ Item abſynthium, caules agreſtes, ruta, & paritaria in vino, & oleo coquantur & ſuper pecten & peritonęon emplaſtrentur. ¶ Intrent balnea aquæ decoctionis caulium veterum, ſenetionum, paritariæ, pulegij, altheę, maluæ, calamenti, origani, ſauinæ, menthaſtri, foliorum lauri, & teſtarum alliorum. ¶ Sumant trochiſcos iſtos: ℞. ſe. marathri, apij, dauci, violarum, B florum abſynthij an. diſtemperentur cum ſucco fœniculi, abſynthij, & mellis, & ſi ſanies, vel ſang. obſtruxerit collum veſicæ, ſabula, vel ſyringa immittatur, cum ſupradictis medicinis.

ADDITIONES.

AD eos, qui ſanguinem, pus & arenulas mingunt: conſolidat enim vlcera, venas ſtringit, arenas educit: Recipe pedis columbini, cardui benedicti ana ℔. 1. pimpinellæ, quinqueneruiæ, ſcabioſæ an. ℔. s. ſauinæ ℥. s. cymarum rubi tenerrimarum ℥. 8. terantur, & bulliant in 30. ℔. vini boni, donec redeat ad conſumtionem medietatis, C deinde pone tertiam partem mellis deſpumati, cum dicto vino colato, & coquátur vſque ad ſpiſſitudinem, & de hac confectione da quantum teſta oui capere poteſt, bis vel ter in hebdomada ieiuno ſtomacho, vel eunti dormitum, & ſi vis in eodem apozemate aliquid de cinnamomo, caryophyllis, maci, zingib. ſpica & huiuſmodi ſuperaſpergere, erit melioris odoris, & hoc p delicatis. D

De Mingentibus pilos, & furfures cum vrina, & de ſcabie veſicæ, Cap. XXXVIII.

Pili.



ALIQVANDO pili à renibus veniũt cum vrina, qui in renum creátur meatibus, & fiunt ex materia groſſa, calefacta & deſiccata: vnde Galenus teſtatur, ſe vidiſſe hominem, qui minxit per vrinam pilum maiorem, & longiorem palmo vno: Pungũt E autem huiuſmodi pili, & mordicant veſicam, dũ deſcendunt, faciunt dolorem pectinis, & tenſiones inguinum cum morſu veſicæ. ¶ Furfur autẽ procedit à veſica, aut à puſtulis ibi factis, aut ex lapide meatus vrinales claudente, & venit cum dolore modico, facit pruritum genitalium, & tenſionem. ¶ Scabies verò veſicæ cognoſcitur ex adustione vrinæ, & fœtore eius, dolore vehementi cum pruritu, & ſedimento furfureo, & quoniam in modum hypoſtaſis, ſtat quoddam ſedimen album in fundo vrinalis: ſed tamen non eſt F formæ pineatæ ipſum ſedimen, ſicut hypoſtaſis. ¶ Et quandoque cum vrina emittitur ſanguis cuius cura dicta eſt ſuperiùs. ¶ Syrupus mirabilis ad vitia renum, & veſicæ & pro illis, qui pilos & furfures mingunt expertiſsimus: Recipe ſucci ſcabio. ℔. 1. ſucci cardi benedicti ℔. 2. deinde accipe ptiſanæ, hordei prius optimæ mundi, & loti, in tribus vel quatuor ℔. aquæ calidæ in qua G bulliat ℥. s. de ſeta rubea in grana tincta, & ℥. 1. liquiritiæ, & poſtea additis prædictis ſuccis, & ſac. quãtum ſufficit, fiat ſyrupus, de quo ſumat quolibet mane ℥. 1. s. cum aqua diuretica ex ſemine apij, fœniculi, dauci, bruſci, aſparagi, petro. anethi,

Furfur.

Scabies.

Sanguis.

Cura.

A phu & *meu. ¶ Item vtantur iſto puluere optimo ad emiſsionem pilorum, & furfurum cum vrina: Recipe ſeminum communium mund. ſemi. ſcariolæ, papaueris albi & nigri, amygdalarum dulcium, gummi arabici, tragacanthi, amili, ſem. portulacæ, maluæ, altheæ, lactucæ, rheubarbari, omnium an. ʒ. 5. ſpodij *ʒ. 6. boli arme. ʒ. 8 pinearum excorticatarum, ſe. ſolatri montani an. ʒ. ȝ. ſucci liquiri. ſacchari, pſyllij an. ʒ. 5. omnia terantur, p̃ter pſyllium, & ſaccharum miſce, & fac puluerẽ, B dentur ex eo ʒ. 5. cum ſyrupo iulep, & ſi ſumatur cum lactæ aſinæ, magis valet in emiſsione pilorum, & furfuris. ¶ Trochiſci ad prædictos pilos & furfures: Recipe granorum ſolatri montani, & ſeminum communium an. *ʒ. ȝ. s. bol. arm. thur. gummi arabici, ſang. drac. papaueris albi, amygdalarum, ſucci liquiritiæ, tragacanthi, amili, granorum pini an ʒ. 6. ſe. apij, hyoſcyami, carabę, boli, opij an ʒ. 2. da ʒ. 2. cum ſaccharo roſ. ¶ Item prę cedente digeſtione cum aqua decoctionis liqui- C ritiæ, & ſacchari, purgentur cum aqua fructuum, vel decoctione aquę viol. prunorum, iuiubarum tamarindorum, caſsiæ fiſtulæ, mannæ, & ſimilibus. ¶ Item fiat emplaſtrum, quod renibus applicetur ex ſpica, roſ. myrtillis ſiccis, maſtice & oleo roſ. Item vtantur diapapauere in modum caſtaneæ. Item iniiciatur lac mulieris per ſyringam tepidum. Item accipiant bis in ſeptimana mane ℥. ȝ. lactis caprarum tepidi cum à mamilla mulſum eſt, cum pauco ſaccharo. ¶ Quòd ſi veſica ſca- D biem patiatur, tunc primum iniiciatur per ſyringam aqua hordei calida cum melle miſta, & hoc plurib. vicib. fiat, quouſq; videlicet ſcabies & putredo mundificata fuerit à veſica; & tunc per ſyringam ſuccum plantaginis cum ſan. drac. bol. ar. a. atia, lapi. hæmatitis, & ſimilibus pulueriſatis in veſica iniiciamus. ¶ Pecten liniatur, peritonęon, & virga cum calidis vnguentis in præcedẽtibus capitulis nominatis, & cum oleis ibi dictis, & tunc vtantur balneis ſupradictis, & herbis ca- E lidis, vel ſaltem in ipſa aqua decoct. prædictarum herbarum ſedeant diu. ¶ Balneum etiam de Prata, quod eſt inter Neapolim, & Puteolum in littore maris. Si in eo ſtet pluribus vicibus ſe balneãdo, pa. mirabiliter valet, & ſi bibat ſyrup. ex aqua illa, & ſaccharo factum, valet mirabiliter ad vitia lapidis renum & veſicæ, probatum eſt.

*al. & mal.

*al. ʒ. 7.

*al. ʒ. 4.

Ad ſcabiem.

De illis, qui coire non poſſunt, & ad coitum prouocandum, Cap. XXXIX.

F



SVNT quidam, qui coire non poſſunt nec appetunt. Et hæc ſunt ſigna in eis, debilitas, & dolor renũ, non tamẽ multum fortis, & eſt cum corporis extenuitate, vrinam emittunt multã, & al. Et cura eorum eſt dare eis cibaria digeſtibilia multũ nutriẽtia, & cibaria impinguãtia, & ſperma augmentantia, & multiplicantia, & medicinas alias prouocantia coitũ, de quib. inferiùs tractabitur. Tria .n. in coitu requiruntur, quib. abſentib. coitus deficit. ſ. appe- G titꝰ, ſpiritus, & humor. Appetitus qdẽ ab hepate venit: ſpiritꝰ à corde: humor à cerebro. Qui qdẽ appetitꝰ ex phãtaſtica imaginatione procedẽs, tantã delectationẽ inducit in coitu, propter motum & confricationẽ omniũ mẽbrorũ corporis: & dum membra caleſiunt p calorẽ, eliquatur hũ

Tria requiruntur ad coitũ.

mor, qui eliquatus à cerebro, per venas quaſdã, A
quæ ſunt poſt aures, trahitur, & per renes mittitur
ad veſicã, ſic per virgã emittitur ſperma. Quòd per
venas, q̃ ſunt poſt aures, emittatur, patet per Hip.
dicẽtẽ in aphor. Quibuſcũq; venæ poſt aures in-
ciſæ fuerint, ſemen emittere nequeunt, nec gene
rare poſſunt. Quòd ſi iſti tales, quibus venæ poſt
aures inciſæ fuerint, in coitu aliquod ſimile ſper-
mati emittant, ſcias, qđ non eſt ſperma, ſeu ſemẽ
certũ, nec faciens ad generationem, ſed eſt hu. a-
quoſus. ¶ Sunt quidam alij, qui virgam tendunt B
& ſatis ad coeũdũ laborant, & emittere nequeũt,
& alij, qui virgam nec erigunt, nec appetunt, nec
ſemen emittunt. ¶ Fiat ergo in via curationis illo-
rum electuariũ iſtud: quod dicitur electuariũ læ-
tificãs: R. ro. ru. ciperi an. ʒ.5. caryophyll. maſt. ſpi

Electuarium lætificans.

cę, aſari, cinnamomi, croci an. ʒ.2. macis, cardamo.
maior & minor. nucismuſ. an. ʒ.1. s. meliſ. florum
borrag. rad. linguæ bouis, rad. caryophyl. exſicca-
torum in vmbra, folii indi, ariſt. long. tragag. ana
ʒ.ȝ. oſsis de corde cerui, margaritarũ an. *ʒ. 2. s. te- C
rantur omnia, & cribrellentur, deinde rad. prædi
ctæ & flores in *℔.2. aq. roſ. cum *℔. s. myrobal.
emblicorum tritorũ bulliant, quouſq; tertia pars
remaneat, & addito melle, q. ſ. puluerem prędicta-
rum ſpecierũ admiſce, & cũ ſpatula ſalicis, quouſ
que coctum fuerit, ducatur, & deſuper cum coctũ
fuerit ℈.1. muſci aſpergatur, & vtantur omnes eo
prædictũ defectũ patiẽtes. Aliud electuarium pro-
batum, auget libidinem & coitum expertũ: R. ſe.
aſparagi, ſatyrionis an. ʒ.5. budarãgæ al. & ru. beẽ D
al. zing. an. *ʒ ȝ. ſe. rap. cæparum alb. rad. erucę, vr-
ticæ, dauci, omnium iſtorum ſe. an. ʒ.2. ſquillæ aſ-
ſę, zing. an. ʒ.ȝ. carda. ʒ.7. linguæ auis ʒ.1. ſacchari,
vel mellis deſpumati, q. ſ. da 4. ʒ. cum mulſa, vel
cum elixatura ſiliginis, vel cum lacte. ¶ Item ſemẽ
erucæ tritum, vel eius ſuccus, ſi cum vino miſcea-
tur, & bibatur, auget libidinem miro modo. Item
etiã eruca comeſta, vel cũ caſtratinis, vel pullinis
carnib. cocta, idem operatur. Item ſi ſumatur ʒ.1.
raſuræ virgę tauri, vel cerui interfecti, quando eſt E
in amore, & detur cum ouo ſorbili, vel cum vino
mirabiliter valet, probatũ eſt. Item ſi ſumatur ʒ.1.
caryophyll. tritorum cum lacte vaccino recenti,
mirabiliter auget libidinẽ. Itẽ comedere carnes,
& cerebella paſſerum, multa in paſtillo, vel in bro
dio, & oua mollia cũ galanga, caryophyll. cinnam.
& zing. condita, mirabiliter valent ad libidinẽ, &
etiã ſperma augent, probatũ eſt. Itẽ galanga ma-
ſticata, & ſatyrion, vel cũ vino bibita libidinẽ au-
get. Item cicer auget libidinem, & coitum ſupra F
omnia. Et hæc eſt cauſa, quia in coitu tria requi-
runtur. ſ. calor ſtimulans, vẽtoſitas eleuans, & hu
mor abundans, & quia cicer hæc tria facit, ideo
multum competit ad prouocandum coitum. Ce-
pullæ etiam coctæ & fabę & huiuſmodi vẽtoſita-
tẽ generantia ad coitũ valẽt. Itẽ pineę, ficus ſiccę,
amygd. dactyli, paſtinacæ, fiſtici, diaſatyrion, dia-
zing. & huiuſmodi electuaria libidinẽ augẽt. ¶ E-
lectuariũ probatũ in quodam iuuene non valẽte
coire, & ſtatim, cũ vſus fuit eo, coiuit: R. ſe. lini. a- G
ſparagi, papauer. al. ſeſami purgati, farinæ cicerũ,
& fab. amygd. dul. an. *ʒ.1. ſe. vrt. piper. an. ʒ.4. *pe
nidiarum ʒ.ȝ. terantur omnia, & cum melle confi
ciantur, & da ad modũ *ʒ. 1. s. cum vino dormitũ
eunti. Electuarium aliud optimum ad prædicta

Electuarium probatum.

*al. ʒ:2. — *al. ℔.3. vel 7. — *al. ℔.1. — *al. ʒ.5. — *al. ℥.1. — * al. pſidiæ ℥.4. — *al. ℥.1.s.

& probatum: R. cymini, erucę, ſatyrionis an. ʒ.10. A
zingib. ʒ.15. pinearum mund. ʒ.20 aniſi ʒ.8. tere &
frica diutiſsimè cum butyro, & cum melle confi-
ce, da ʒ.5. eunti dormitum, & deſuper bibat elixa-
turam de kerua, cum melle miſtã, & vngatur ven-
ter cum oleo ſambucino, in quo decoctum ſit py-
rethrum. ¶ Aliud electuariũ, quod valet frigidis,
& coire non valentibus: R. zing. aniſi, carui, pyre-
thri an. ℥.6. ſe. hellebori alb. cæparum alb. erucæ,
ameos an. ʒ. 4. piperis nig. & lon. olibani, nucis
muſ. an. ʒ.2. mellis q. ſ. ¶ Pillulæ probatæ ad illos, B
qui coire non poſſunt: R. ſe. cæparũ al. teſticulorũ
vulpis, cerebellorum paſſerum, florũ palmæ ma-
ſculinæ, thuris maſculi an. tempera cum aqua ca.
& fac pillulas in modum cicerum & des 7. ſero, &
nõ plus, quia poſſet deficere. Et ſi volueris quod
ceſſet libido, ſuccum memithæ vel aquam deco-
ctionis ipſius bibat. ¶ Aliud optimum ad idem:
accipe 30. cerebella paſſerum, vel plus vel minus,
ſecundum voluntatem tuam, & duc ea diutiſsi-
mè in catino, & accipe tantundem de ſeuo, quod C
ſtat circa renes hirci, ſtatim interfecti, & ambo fri-
cantur inſimul in ſartagine, adde mellis q. ſ. & de-
coqui facias in modum electuarij quouſq; indu-
reſcat, & trochiſcos forma in modum groſſæ auel-
lanæ, de quib des vnum ante coitũ. ¶ Aliud pro-
batum corroborans valde coitum: accipe radicẽ
bauciæ, & ſe. eius, & aquam decoct. cicerũ nigro-
rum, & mel deſpumatum, & al. an. decoquantur
vſq; ad ſpiſsitudinẽ, & vltimò adde parum croci: D
quidam addunt galangã, cinnam. ſpicã, nucẽ mu-
ſcatã, caryophyll. zin. hoc n. in cauſa, frig. eſt pro-
batum. Aliud corroborãs Venerẽ maximè, & au-
gens libidinem: R. lactis vaccini recentis, & aquæ
an. ℔.1. bulliat inſimul, donec lac ſolũ remaneat,
& aqua euaneſcat, deinde ſuperpone butyri vac-
cini recentis, & mellis deſpumati an. coclearia 2.
& omnia ſimul bulliant, & dẽtur per plures dies,
præcedente tamen vſu alicuius electuarij ex prę-
dictis. ¶ Vnguentum ad coitum prouocandũ mi-
rabile: R. olei ranini, olei ex flore cæpæ canini, o- E
lei in quo formicæ alatæ necatæ fuerint, olei ſeſa-
mini an. *ʒ.1. pyrethri, ſtaphiſagriæ, ſe. vrticæ an.
*ʒ.1. s pulueriſentur omnia, & in prædictis oleis
coquantur, & adde ceræ, quantum ſufficit, & vn-
guentum fac, de quo vngãtur teſticuli, renes, vir-
ga, peritoneon, & pecten, quia mirabiliter valet.
Item oleum de lilio, ſambucinum, coſtinum, vel
abſynthij, vel balſaminum, vel oleum nucis, vel
auellanarum, in quibus bulliant ſem laureolę, &
pyrethri, trita: vnumquodq; prædictorum oleo- F
rum, vel omnia ſimul, ſi inungãtur prędicta loca,
mirabiliter valẽt ad coitũ prouocandũ. ¶ Vnguẽ-
tum aliud, ad prædicta optimum: R. euphorbij,
galbani an. ʒ.2. ſe. aneti, vrticę, caſto. an. ʒ.1. pyre-
thri ʒ.ȝ s. olei, quod fit de floribus cepullæ cani-
næ *ʒ.1. s. cerę *ʒ.7. omnia terantur, & in modum
vnguenti conficiantur, & vngantur prædicta lo-
ca hoc vnguento, probatum eſt. Quod ſi volun-
tatem Veneris volueris extinguere, inũgãtur ge- G
nitalia ſucco apij, vel rutæ, & prædicti ſucci in po
tu ſumantur. ¶ Item nota, quòd moderatus vſus
coitus ſatis vtilis eſt, & competit etiam in regimi-
ne, & cuſtodia ſanitatis. Et homo temperatus v-
tens eo temperatè, diutius debet viuere. Coitus
autem moderatus nõ reſoluit humiditatem, quæ
eſt

*al. ℥.1. — *al. ℥.1. — *al. ℥.1.s. — *al. ℥.6.

est fundamẽtũ vitæ, sed solùm illá, quæ est superfluitas residuitatis, quæ si in corpore tenetur pl⁹ debito, conciperet in se plures malas qualitates, & fieret venenum, nisi per coitum euacuaretur, quod quamplurimum infestaret naturam: plus inquam, quàm aliqua aliarũ superfluitatum. Et in hoc concordant alij autores in commento supra techni Gal. ibi: Venereorũ quidem vsus, &c. & Gal. & alij quamplures autores, & Philosophi, & viri sapientes concordant, vbi veritas reperit: vbi verò nõ, nõ. Et hoc omninò de moderato coitu dico, & hora cõgrua coit⁹ est, qđ nõ coeat quis nisi post somnũ, & iá cõpleta tertia digestione. Ita qđ in illa hora, qñ fit, mẽbra sint cõpletè nutrita, & in ipsis reperiatur adhuc humid. q̃ residua est ipsis mẽbris, q̃ debet esse materia coit⁹. Et q̃dá dixerũt, quòd vti coitu semel in hebdom. satis est, alij bis, alij ter, & in hoc cõcordo. Et si homo vlteri⁹ ꝓcedat, ille coit⁹ est immoderat⁹. Coitus aũt immoderat⁹ resoluit fundamẽtũ vitæ sine dubio, & vitã abbreuiat, q̃a hu. nutrimẽtalẽ euacuat, vnde isti vtẽtes coitu immoderato, sunt breuis vitæ, & citò moriũtur. Ideo dicit Philosoph⁹, qđ passeres sunt valde breuis vitę, q̃a multũ coeũt. Si quis igitur fuerit immoderato coitu nimis extenuat⁹, & cõsumtus: sedeat in conca munda nudus, in qua 30. vel 40. oua sint fracta, & omnia prædicta oua ꝑ anũ attrahat. Cibariis itaq; nutritiuis, & restauratiuis, electuariis, & bal. vtat', secũdũ qđ in ca. de hectica, auxiliãte Deo, dicam in lib. videlicet feb.

ADDITIONES.

Electuarium optimũ, qđ auget libidinẽ, & voluntatẽ coeundi: ℞. rad. dauci domestici, abiectis interiorib. ℔. s. gummi ara. ℥. s. terãtur ambo optimè, & ℥. 1. olei sesamini, & mel. ℥. 3. & omnia simul misce & in stagnato frigantur, donec simul cõdensentur: deinde adde vitella ouorũ 5. & parũ misce super ignẽ, & ab igne statim deponatur, & pul. istarum rerum admisce: ℞. galan. se. erucę, piper. lon. caryophyll. cinnam. se. herbæ sesesis: se. raparum & cæparũ, dauci an. ʒ. 2. croci ʒ. ȝ. cõseruetur in nitido vase, & dentur coire volẽtib. sero in modum ʒ. 2. Si vis reddere mulierẽ valde delectabilẽ in coitu, sic qđ te diligat multum, fac hoc vnguẽtum: ℞. euphorbij, pyrethri, cubebarũ, piper. an. tere subtiliter, & incorporabis omnia cũ duplo sui fellis taurini, vel bouis, & cum vis coire inunge virgam, & in vuluam mitte, quia affectuosè coibit mulier, & te diliget.

COMMENTARIVS.

Et hæc sunt signa in eis, &c.] Multa hoc toto capite recensentur ab Arnal. quibus manifestum fit eum minus fuisse peritum anatomiæ: Quid enim renes ad coitum? Hoc vulgi cõmentum est, vt existiment renes non min⁹ quàm testes ad seminis generationem conducere. Sed cũ nulli meatus à renib. ad testes ferantur, non video quid ad confirmandam hanc vulgi sententiam in mediũ proferri possit: nisi fortè renũm calor lumbis & testib. cõmunicetur. Duos aũt renũ imbecillitatis profert effect⁹, impotentiam nimirum, & totius corporis extenuationem: Hãc absq; dubio fieri censet, cũ ob renũ imbecillitatem vrina multa & alba excernitur. Nũ hæc igitur albedo semen esse docet id ꝙ cũ vrina emittitur? Sit vtiq; gonorrhœa. Dubiũ tamẽ est an hæc, aut quomodo corporis extenuationem inducere possit. Dein id quoq; non dubiũ modo, sed manifestè falsum est: Hãc. s. seminis excretionem ob renum imbecillitatem euenire. Fieri potest equidem, vt gonorrhœæ iuncta sit renũ imbecillitas: Sed hãc ob id illius esse causam, non existimo. Deniq; si medendi rationem qua vtitur Arnal. expendas: ea nõ magis ad hãc facit impotentiæ causam, atq; renes ad coitum. Cibis (inquit) vescetur æger multum nutrientibus, concoctu facilibus, & semen generantibus. Hæccine renum imbecillitatis est curatio? Nihil hoc ad rem: Nam nec impotentia cuius hic mentio fit, nec renum imbecillitas oritur ex alimenti vel seminis defectu. Addit etiam Medicinas coitũ prouocãtes: Error hic priore nocentior est: Hæc enim medicamenta seminis fluxũ promouent poti⁹, q̃ inhibeant.

Appetitus quidem ab hepate venit.] Vulgaris est versiculus:

Splen ridere facit: cogit amare iecur.

Philosophis autem non quiduis licet; quod vulgo licet. Appetitum coeundi iecori tribuit Arnaldus. Sanguinis officina iecur est; & si quis in eo sit appetitus, is nõ ad coitum est, sed ad sanguinis generationem. Imò verò nec in testibus est hic coeundi appetitus, nec in pene, quę partes genitales ad coitum magis quam hepar conducunt. Animalis nimirum hic appetitus est non naturalis; adeoq; phantasiæ potius tribui debet, quàm alicui corporis parti. Dein ait spiritum à corde proficisci: Sed quisnam hic quæso spiritus est? Num proprius an communis? Genitalium certè partium coitus est, non cordis. A corde vitalis & influens spiritus per arterias in vniuersum corpus defertur. Sed seminis spiritus tum ad fœcunditatem, tum ad penis erectionem, testiculis primùm & immediatè adscribendus est: Spiritus enim à corde testiculis communicatus vitam, viresque fouet eorum, quibus scilicet semen generent aptum ad speciei conseruationem; & ad Venereum opus efficax. Id porrò absurdissimum est, quod de cerebro dicitur, inde scilicet humorem ad coitũ educi. Stupenda hæc est insania, quam præstantissimi ferè Medicorum approbarunt, cum ex partibus spermaticis semen asserunt ad testes deduci: qua de re dictum à nobis est alias, in commentariis scilicet, quos in Hipp. de natura hominis libellum conscripsimus.

Quod per venas, quæ post aures sunt emittatur.] Hippocrates in suo de aere & aquis libello harum venarum mentionem facit, quibus sectis sterilitas inducatur. Scytharum id exemplo docet; qui ad compescendos genuum dolores, quos ex equitatione nimia contrahere solent, multum ex hisce venis sanguinem mittunt. Quod autem quandoque steriles euadant, aliam id ob causam contingit, quam hic asserat Arnaldus. Has enim venas è cerebro per renes ad testiculos deduci, quibus seminis materia testibus è cerebro deuehatur, falsum hoc esse docent obseruationes anatomicæ. Quę verò sit eius sterilitatis causa loco antè citato discussimus.

Quare si quid simile spermati, &c.] Quibus hæ venæ sectæ fuerint, hos nihil seminis emittere posse docet Arnald⁹, & si quid fortè sperma referens emittatur, hoc humorẽ aqueum esse, non semen. Qui hoc autem? Humor aque⁹ semini simile non est. Si pituitosum humorem intelligas; exponendum fuerit ex quibus hic partibus emittatur: Nam in coitu nihil aliunde, quàm è testibus extruditur. Hunc ergo humorem qui spermati similis est, meritò semen esse iudicamus. Generatur enim semen in testib⁹, non cerebro.

Si quis igitur fuerit immoderato coitu.] Commentum ecce lepidissimum. Oua quidem competunt extenuatis. Sed vt oua tot & cruda per anum attrahantur, nescio quibus hoc rationibus consultum videri possit. Nondum satis insaniuerat Arnaldus, hoc etiam fuit opus colophone.

De extinguenda libidine, & voluntate coeundi remouenda, Cap. XL.

MVLTI in diuersis monasteriis, & religiosis locis reperiuntur, qui vouerunt castitatem Deo, qui pluribus vicib. diabolo instigante, & etiam qui cibaria ventositatem generantia comedunt quotidie, q̃ augent libidinem, miro modo coire appetunt, &

virgã tendunt: vnde hæc pas. dicitur satyriasis, & fit ex ca. vẽtositate & multa. Et in satyriasi est immoderata erectio virgæ, fit qñdoq; in maiorib. & ętate prouectis, cũ imaginatione, & delectatione: qñdoq; fit in pueris absq; delectatione, seu imaginatione coitꝰ. ¶ Et quia istum lib. in monasterio casę nouę ordinis Cisterciẽsis compilaui, permanẽs cum monachis, amore Abbatis, & Prioris, & monachorũ illiꝰ loci: q̃dã, q̃ faciunt ad remouẽdũ coitum in hoc loco dicã, cùm intersit religiosis castitatẽ ꝑ cunctis aliis hominib. cõtinere. Nota igitur, qđ coitus multis modis remouetur. ¶ Primò ꝑ aliqua, q̃ remouent intẽsionẽ, vel acumẽ caloris, & sic remouetur ꝑ res frig. sicut per infusionẽ testiculorũ in aceto, vel succo herbarũ frig. & ꝑ assumtionẽ rerũ frig. & ꝑ odorẽ cãphorę, q̃ est frigida. ¶ Secũdò remouetur per aliqua, quę resoluũt ventositatẽ, & sic remouetur per anisum, cyminũ carui, & similia ventositatem resoluẽtia. ¶ Tertiò remouetur coitus ꝑ ea, quę resoluunt, & desiccãt sperma, & sic remouetur per agnumcastum, & ꝑ similia ipsum sperma desiccãtia. ¶ Quartò remouetur coitus per vehementem imaginationem in contemplando ipsam causam primã, & sic remouetur in religiosis & sanctissimis viris, qui vehementer cogitant, & contẽplantur. ¶ Quinto modo remouetur per ieiunia, & labores, & per mala cibaria, & per malè iacere. Ista. n. omnia corpus affligũt, & sperma desiccatur, & sic appetitꝰ coeundi amittitur. Remouetur etiam in perpetuum vltimo modo per abscisionẽ testiculorum, sed hoc nemini consulo facere. Et hoc faciunt fieri quidã reges hodie, & principes: faciunt. n. quosdam seruos suos castrari, & amputari eis testiculos, vt seruiant dominabus, & vxoribus suis. Ad extinguẽdam itaque libidinem, & voluntatem coitus amputandam: Rec. lenticulæ aquarum, se. lactucæ & portulacę, papaueris an. *℥.1. coquatur in aqua, & addito sacch. fiat syrup. & in potu detur. Item syrupꝰ ros. nenupharis, & huiusmodi frigida in potu data, valent. Et oxymel factum de semine asparagi, brusci, & se. agnicasti, coriandri, granorum Solis, rutæ & cymini, in potu datum miro modo valet. Syrupꝰ rutæ agrestis, vel etiã ipsa ruta in aqua cocta cum cymino, & aniso, & aqua decoctionis ipsius in potu data, miro modo valet ad coitum remouẽdum. Item odorare cãphoram multũ valet. ¶ Sedere etiã super lapidem marmoreũ multum valet, vel supra lapidem multum frigidum, vel supra terram humidam in illo impetu dum adest maxima Veneris stimulatio, & etiam infundere testiculos, vel peritonęon & virgam, & renes in aceto forti, vel in succo cymbalariæ, vel vermicularis, vel alicuius herbæ frigidæ consimilis, multum valet. ¶ Item circuire, & sternere pauimentum domus, ex herbis frigidis, & facere lectum supra frondes agnicasti, vel etiam manubrium cultelli ex ligno ipsius agnicasti facere fieri, & secum deferre, miro modo remouet voluntatem libidinis. ¶ Item cocturæ factæ in tibiis, & portare eas apertas, vt semper humores emittãt, multum consumunt ipsam humiditatem spermaticam, & faciunt hominem coitum non appetere. Item phlebotomia de vena saphena pedum, quæ est propè cauillam, quandoque facta, multum valet. ¶ Item appositio ventosarum supra pulpas tibiarum cum scarificatione, multum valet. Item castoreum cum syrupo aliquo facto sumtum, valet: & ruta comesta cum aceto, & etiã mucilagine psyllij: Et in succis herbarum frigidarum infundantur testiculi, peritonæon, virga & renes: vigiliæ, ieiunia, diæta frigida, & lectus durus, inungantur, & non expolientur, nec nuda carne iaceant in molli culcitra, & paucis cibis & potibus vtantur, & à calidis cibis, & generantibꝰ ventositatem, vt sunt fabæ, cicera, & similibus se abstineant, quantum possunt.

*al. ℥.1.

ADDITIONES.

EXsiccantia sperma calidum, sunt lilium torrefactum, & non torrefactum, semen rutæ, sem. agnicasti, calamentum, euphorbium, sandaraca, myrrha, cyminum, & de compositis, diacyminũ, est exsiccatiuum spermatis valde, si sumatur cum aceto, si est calefactum. ¶ Exsiccantia sperma frigidum, lentes, & aqua earum propriè, coctæ cum semine canabino, licet etiam ca. nenuphar. coriãdrum, semen portulacæ, succus cannæ, aqua lactis, de qua est extractum butyrũ, vehementis acetositatis, & farina glandium, acetum, semen canabinum, semẽ lactucæ fortissimè abscindit sperma, quando aliquis multum vtitur eo. Et ex oleis, oleum enim minorat sperma, & emplastra cum subtiliatiuis, & herba hyoscyami albi, & nigri: Similiter melones cũ cerusa abluta, & plumbo adusto, & chimolea, & aceto. ¶ Et iterum infrigidatiuum compositum est, semen lactucæ, semẽ hyoscyami albi, citrulli, semen endiuię, psyllium, fiat ex his infrigidatiuũ. ¶ Incessus nudus pedis, aufert desiderium coitus.

COMMENTARIVS.

COCTVRÆ *factæ in tibiis.*] Cauteria proculdubio cocturas appellat Arnal. Ecquid igitur hinc emergit vtilitatis? Scil. cũ tibiarum cutis aperta fuerit, spermaticę materiæ plurimum absumitur. Hoc præter Hipp. præceptum consulitur. Nã quo natura vergit, per eas etiã partes humorem educi iubet. Hoc ipsa tamen vetat castitas. Theologis hoc expendendũ cõmittimꝰ. Suas Deꝰ se. vias fecit, quib. excernatur. Hæc nostra est Philosophia, vt Deũ, naturãq; sequamur, adeoq; peccatũ esse iudicemus, quicquid præter naturã est. Semen age fateamur per apertã tibiarum cutem excerni posse. Facilius hoc tamen per penem educi poterat. Illud castitatis est, hoc verò libidinis. Arnaldum ergo sequemur, non naturam. Si tamen castitatis habenda est ratio, moralis Philosophiæ præceptis excoli debet animus, non exulcerari pes. Viuendum temperanter est, non delicatè. Sed Arnal. consiliũ paulò diligentius expendamus, cauterium tibiis adhibetur, vt multum humiditatis spermaticę discuti possit. Audio id quidem, sed qua ratione fieri possit non intelligo, nisi fortè venæ, de quibus ante mentio facta est, ad tibias etiam à cerebro deferantur. Sed si tamen hoc admiserim, consultius esse videbitur, vt prope seminis scaturiginem, quod cerebrum esse volunt, potius quàm in tibiis cauteriũ inducatur. Nugę sunt: In solis enim seminalibus vasis semẽ generatur, è quibus id ad tibias deriuari non potest.

Item appositio ventosarum, &c.] Per tibias semen excerni non posse, dictum est antea: Materia tamen seminis non è tibiis modò, sed è qualibet corporis parte potest educi. Materia verò est sanguis, vt ad inhibendam libidinem tibiarum scarificatio sit efficacior quàm cauterium. Ferè tamen sanguis ille duntaxat per scarificationẽ educitur, qui vel in cute, vel in venis minutissimis continetur: Quo fit vt venas secari præstet. Verùm enimuerò quacũq; modò ratione sanguis imminuatur, nequaquã ob id generatio seminis inhibebitur: Dum enim sanguinis su-

nis su-

nis supererit aliquid, testes id quauis etiam parte citius ad se rapient.

Exiccantia sperma calida, frigida.] Certissima est ratio castitatis inferendę testes vt exsecentur: Nam quod de medicamentis dicitur, quibus vis inest absumendi seminis, id mihi merito suspectissimum est, nisi fortè facultas eis quædam occulta tribuatur. Agnus castus, ruta, cannabinum semen & similia suo calore semen absumere feruntur. Sed miror qui fiat vt horum vsu semen potius quàm sanguis absumatur. De frigidis idem sentiendum est, vt enim testes assumtis refrigerentur, non leui opus est refrigeratione, sed tanta quæ iecoris etiam calorem extinguere possit. Vis ergo vitę prius quàm testibus inferetur. Vt tamen medicamenta quædam certis quibusdam corporis partibus amica vel aduersa sunt: Sic & inficiàs ire non licet, quin proprietas quædã medicamentis aliquibus insit, qua semen potius quàm sanguis absumatur. Hic locus est experientiæ, non rationi: cumq; fallax sit experientia, longè certior erit topicis successus quàm assumtis: & nullis tamen citra detrimentũ vti possumus. Naturam sequaris optimam viuendi ducem.

De inuoluntaria Spermatis emißione, Cap. XLI.

SVnt aliqui, qui sperma inuoluntariè emittunt, & absq; tensione virgæ, & sine mulieris cõcupiscentia. Et hæc passio gonorrhœa est, & valde turpis passio: & fit ex defectu virtutis contentiuæ, vasorũ sperma retinẽtium, vel ex nimia spermatis abundantia, aut propter aliquod continens membra, aut expellens contenta, vt in epileptico cõtingit: quoniã epileptici spumam per os emittunt cum ceciderint, & parum de spermate per virgam, & etiam de stercore parum emittunt in ipso casu, sicut dictum est in proprio capitulo de epilepsia. ¶ Gonorrhœa autem facta propter abundãtiam spermatis ex multitudine humorum proueniẽs, cognoscitur ex plethorica corporis habitudine, & plenitudine venarum, ex emissione spermatis in multa quantitate, & cum aliquantula delectatione. Si verò ex debilitate virtutis contentiuæ vasorum spermatis nõ valentium sperma retinere fiat hæc passio, non adsunt prædicta repletionis signa, nec in tanta quantitate sperma emittitur, & est absq; omni delectatione, adest pallor, & macies corporis. ¶ Si igitur sanguis noscatur esse in causa, fiat minutio de saphena, vel de hepatica vena, postea syrupi frigidi, electuaria frigida, & diæta frigida iniungantur: lactucę cum aceto comestę multum iuuant: infrigidant enim & inspissant sperma. Item semen lactucę, sem. portul. lenticulæ aquarum, in aqua decocta & bibita, miro modo valẽt, cucurbitas, citrangulos, cum citrullis, & portul. scariolam, & huiusmodi frigida sumant cum aceto, vel agresta cõdita, à cibis nimiũ nutrientibus, & ventositatem generantibus abstineãt, & etiam à cibis nimium augmentantib⁹: vtantur etiam electuariis frigidis, & cibis ventositatem extenuãtibus, sicut etiam diacyminum, anisum, ruta, & anetum, & similia. ¶ Quòd si cum his non curetur, renibus, virgę & testiculis apponãtur hæc: Rec. mast. olibani, storacis, calamitæ an. *ʒ.s. puluerisentur omnia, deinde psyllium tritum, in aqua ros. vel pluuiali, ꝑ noctem infunde, & cum hoc prædicta omnia incorpora, & prædictis locis applica: Coxæ autem & pecten cooperiantur, lana succida infusa in succo semperuiuę, solatri, vermicularis, cymbalariæ, & similium, madefactis oleo ros. viol. vel mandragoræ, vel nenupharis, & similibus, myrrha etiam vel sem. casiæ lign. trita, & in aceto decocta, & cataplasmata, & lamina plumbea renibus apposita, quæ minutissimè perforata fuerit, ea etiam, quę diximus in capitulo de diabete, in hac ægritudine facta, iuuant, & in hac causa competunt.

*al. ℥.s.

COMMENTARIVS.

G*Onorrhœa facta propter abundantiam.*] In gonorrhœa semen præter voluntatem effluit, & absq; tentigine. Seminis copia si quando causa sit effluuij, hoc tamen aliquam infert voluptatem. At verò seminis abundãtiam ex humorum multitudine prouenire, non id est veritati consentaneum. Nam semen vt & lac ex probo sanguine generatur: siq; vel bilis vel pituita, vel melancholia modum excesserint, eò fit sanguis ad seminis generationem ineptior. Nec etiam probi sanguinis copia subitò seminis abundantiam infert. Duo namq; requiruntur ad seminis plenitudinem, vt scilicet ex multo sanguine multum semen generetur, & parum tamen eius discutiatur.

De inflatione, rubore, ardore, & excoriatione Testiculorum, Cap. XLII.

QVANDOQVE inflantur testiculi & virga, & hoc fit quandoq; ex grossa ventositate, sine humoris vitio: quandoque cum humoris vitio, humor in causa esse cognoscitur ex plenitudine venarum, & ex habitudine corporis plethorica. ¶ Inflatio ergo testiculorum cognoscitur, quia visui patet, & est cũ dolore, ardore, & loci extensione, nec in tussiendo dolor augmentatur, vel maior fit extensio in testiculis, quia si hoc esset, iam esset crepaturæ signum, & non simplicis inflationis. In crepatis enim quãdo tussiunt, magis augmentatur eorum inflatio, dolor in pectine, & in testiculis augmentatur. Tunc hæc nota non accidit his, quæ solùm patiuntur inflationem, & per hoc discernitur inflatio à crepatura. Inflatur enim quandoq; virga, & harum inflationum, scil. testiculorum, & virgę eadẽ est curatio. ¶ Curentur igitur patientes huiusmodi tumorẽ in testiculis, vel in virga hoc modo: corpore exsistẽte plethorico, viribus, & ętate permittentibus, fiat minutio de saphena, quæ est supra cauillam pedis, vel si vis, quod melius est, incidatur ipsa saphena sub genu ad mensuram vnius palmi, quia ibi inuenietur, & extrahatur sanguis secundum vires: postea emplastrum istud locis tumefactis apponatur: Recipe fabarum fractarum excorticatarum ℥. ʒ. cymini pul. ʒ.i.s. coquantur hæc duo in vino optimo, & terantur, supra pannum extendantur: prius tamen omnia simul pistẽtur, & cum pauco butyro omnia incorporentur: & hoc emplastrũ pluries in die testiculis calidũ applicetur, vel virgæ tumefactę, quia omnẽ tumorẽ remouet, probatũ est. ¶ Aliud probatum ad quemlibet tumorẽ remouendũ virgæ, vel alterius cuiuscunq; partis corporis: ℞. tribulorum marinorũ ℔.i. stercoris bouini ℔.i. terãtur ambo, & in aqua marina, vel salmatina optimè coquantur, & supra loca tumefacta apponantur, quoniã pro certo omnẽ tumorẽ remouet. Aliud ad idem, fabas fractas, miliũ, vel panicum, vnumquodq; per se cũ oxymellite, vel cũ vino decoqui fac, deinde cũ butyro, & terebinth. incorporẽtur,

¶ Aliud ad idem: Rec.foliorũ maluæ,viol.rad.lilij cœlestis,rutæ,cymini, ficuũ ſiccarum,vuarum paſſarũ,parietariç,abſynthij,cantabri,brancç vrſinç an.terátur omnia,& cũ vino optimo coquantur, & cum axungia, vel butyro incorporentur, pluries hoc emplaſtrum locis tumefactis appone in die. Itẽ ſi fuerit dolor,ardor, & feruor maxim⁹ in teſticulis, vel virga propter tumorẽ eorũ, vngantur tali vnguento: accipiatur butyrũ recens ſine ſale,& ad 10.aquas recentes lauetur,qualibet vice aquá renouando, deinde parũ reſoluatur ad ignẽ,poſtea infrigidari permittatur, adde parum lactis mulieris,& inunge loca dicta. ¶ Vel vngantur oleo ex nouẽ aquis loto, vel ex vnguento populeon,quoniá optima ſunt hæc ad ardorẽ, & ruborẽ, & dolorẽ virgæ & teſticulorũ, ex cauſa cal. factũ. Aliud ad ſupradicta optimũ: R. ſucci cymbalariç vermicularis,ſolatri,ſemperuiuç & huiuſmodi aliarũ herbarũ frigidarũ, & ſuccũ earũ extrahe, cum populeon oleo roſ. vel viol. miſce, & prædicta loca,in quibus fuerit ardor,dolor & incendium,inunge. ¶ Aliud optimum ad ruborẽ, ardorem,dolorẽ,incendiũ & excoriationẽ virgæ ſeu teſticulorum: Rec.chimoleæ vernicis,reſinæ, myrrhæ,colophoniæ, betonicæ an.terantur omnia & cum oleo roſ.viol.vel cõmuni incorporentur: & loca,in quibus fuerit ardor, rubor, dolor, & excoriatio inungantur. ¶ Vnguentum etiam aliud,quod fit de ceruſa,lithargirio,oleo roſ.viol. vel cõmuni vnctum, valet ad omnia ſupradicta.

Ad dolorem ardorem & feruorem.

ADDITIONES.

QVando teſticuli ſunt inflati immoderatè, & per emplaſtra,vnctiones,purgationes & alia remedia,nõ tollitur huiuſmodi inflatio,& apparet pellis teſticulorũ lucẽs extra,& ꝑ tactũ ipſorum cũ manu ſentitur aquoſitas in eis exiſtens, eſt tunc hernia aquoſa: vnde timendũ eſt,ne omnia putreſcát,q̃ ſunt in teſticulis,& ꝓpter hoc apprehendãtur teſticuli ſub radice ipſorũ ad quantitatẽ vnius,vel duorũ digitorũ,& perforetur pellis cũ ferro calido, ſicut ſcis, ponatur ibi laqueus cũ penna gallinæ,exibit inde aqua clara multa,& ceſſabit tumor. ¶ Ad tumorẽ, ſeu inflationẽ virgæ,& teſticulorum, ſcabioſa & fumuſterrç decoquantur in aqua, & in illa aqua calida teſticulos & virgá teneat. Et ex prædictis herbis piſtatis,cũ fabis fractis, coctis, & cymino pulueriſato, cum axungia ſimul miſtis, fiat emplaſtrũ, locis tumidis ſuperponatur: quia eſt mirabile,ſtatim tumorem remouens. ¶ Quidá puer totus inflatus erat, teſticulos inflatos habebat à Medicis deſperatus, cui quædá mulier dedit ꝑ plures dies mane & ſero ℥.2.ſucci parietariæ depurati, & fecit ipſum in die bis balneari in aqua decoct. limaciarũ, & addidit tribulorum marinorũ,ireos, parietariæ, roriſmarini,abſynthij,& foliorum lauri an.& liberatus eſt citò. ¶ Experimentum Magiſtri mei, probatum ad tumorem teſticulorum: accipe ficus ſiccas al.millefolium,roſ.& ſtercus caprinum an. coquantur in vino albo omnia hæc: & pòſt in ſacculo lineo ponantur,dict⁹ ſacculus calidus, quantum poteſt pati, ponatur ſupra teſticulos, & hoc fiat ſæpe & ſepius exprimendo inde vinũ, quia citò tollit. ¶ Ad idem: Rec. vnguenti dialtheæ ℔.s.olei,aneti,quartam 1. miſce,& vngatur.

De puſtulis,carbunculis,& fiſtula in membro virili, & teſticulis,
Cap.XLIII.

ALIQVANDO naſcũtur puſtulæ in virga, vel in teſticulis, quibus eruptis fit vlceratio in prædictis locis, & cancer, ſeu fiſtula,id eſt,puſtula quandoq; excoriatur ibi. ¶ Puſtulæ itaq; dictæ ſic curentur. Primò fiat phlebotomia de ſaphena pedis, & ſi ſuperfluus humor fuerit, mundificetur cum aliqua medicina conuenienti,poſtea inungantur loca ſapone, & cum aqua calida lauentur, deinde maturatiua deſuper ponantur, ſicut ſunt folia maluæ in aqua cocta,& cum axungia piſtata, vel ſcabioſa piſtata, & cum axungia, vel butyro miſta,& ſupra peciam lini,vel folia caulis extendantur,& locis puſtuloſis apponãtur: hoc enim tollit dolorem, & inflationem, maturabit ipſas puſtulas peroptimè: hæc omnia fiant,quouſq; puſtulæ crepuerint, & ſanies ab eis emanauerit. Et tunc lauentur optimè puſtulæ ſic fractæ cum vino decoctionis ſaluiç calido,vel cum aqua calida cum ſapone miſta, & ſic à ſanie mundificabuntur. Et ſi ſub capite virgæ fuerint, inuerſetur virga,& lauetur cum prædicto vino, vel ſi in pueris fuerint paruis, lauentur cum lacte mulieris: deinde puluis conſolidatiuus deſuper ponatur,qui fit de pice Grçca,thure,maſtice,aloe,roſ.caſsiæ lignea,mumia,ſarcocolla, ſanguine draconis,bolo armen.rad.thapſiç, conſolidæ,& ſimilibus an.de quibus in pluribus capitulis,vt in capitulo de fluxu ſanguinis narium dictum eſt,puluis factus ex ſola cortice teſtudinis combuſtç,virgæ & teſticulorum vlcera prius lota cum lacte mulieris, curat, ſi pluries ſuperaſpergatur. ¶ Quòd ſi prædictæ puſtulæ nõ fuerint curatç,& ibi cancer vel fiſtula fuerit generata,apponat̃ puluis tartari ſubtiliſsimè puluerifati,vel puluis ex ſem.aneti,bombacis,& fabarũ nigrarũ,in pignato cõbuſtarũ: vel pulegiũ,puluerifatũ & ſaluiá puluerif.an.cũ aloe, olibano,maſt.& ro. deſuper ponatur, & ipſa loca cum vino decoctionis pulegij, & ſaluiæ lauẽtur: cum his enim ſolis cancer curabitur, ſi leuis,paruus vel nouus fuerit. Si verò cancer fuerit periculoſus,& fortis,lauetur cũ aceto forti,vel cũ vrina pueri virginis calida & puluere aſphodeli, vel aliquid de aliis puluerib.in capitulo de cancro in gingiuis nato dictis,ipſi cancro,ſeu fiſtulæ apponatur: & etiá quæ in capitulo de fiſtula dicentur. ¶ Quod ſi ipſe cancer,ſeu fiſtula intantum fuerit fortiſsima,quòd quaſi iam totũ membrũ occupauerit,& beneficio dictarũ medicinarũ,ſeu pulueris curari nõ poſsit,tũc vltima medicina eſt, ipſũ cácrum cũ raſorio optimè incidere, vſq; ad viuũ, poſtea cum ferro candenti argẽteo, vel aureo coquere ipſam radicem cancri,poſtea loca illa,ſicut cætera vulnera curentur, ſicut in chirurgiis diuerſis pleniùs dogma de hac re traditur.

ADDITIONES.

QVidam habebat multas puſtulas in teſticulis plenas putredine cũ dolore magno,cui apponi feci lapatium acutum, ſcabioſam, maluá an.in vino cocta & cũ axungia cõfecta: & inungi loca cum vino decoct.ſaluiæ & lauri, & citò conualuit patiens. ¶ Ad ardorem & ruborem & gangrænam

grænam quæ fiunt in membro virili expertum, bull.ro.& folia & ſemina myrti in vino albo & ex ipſo ca.lauetur membrum ſæpe & ſæpius:& pòſt puluis aluminis ſaccharini ſuperaſpergatur. Vltimo verò cum mortificatũ videbitur,raſura panni ſubtiliſsimè cum cultello abraſi ponatur,donec liberetur. Contra indignationẽ neruorum & duritiẽ eorum expertũ, radices altheæ in vino albo decoqui fac & cum axungia gallinę tere &ſuperpone,probatum eſt.

De Crepatura, Cap. XLIIII.

Cauſa.

PLVRES incurrũt crepaturam, quæ ſæpe accidit iuuenibus, & robuſtis viris, q. volunt nimis ſaltare,vel currere,vel maxima pondera portare, vel lapides magnos iacere,vel eas viriliter eleuare, vel ex nimio & alto clamore, & ſimilibus. Ex his enim cauſis quandoq; relaxatur ſiphac, vel rũpitur, & fit crepatura in pectine,q̃ quádoq; eſt magna, ſic quòd inteſtina deſcendunt per quendam neruum, qui dicitur didymus, qui per mediũ ſiphac venit ad teſticulos. Eſt enim ſiphac pániculus ille, qui rétinet inteſtina ne cadant in ſcrotum. Cum itaque relaxatur ex prædictis cauſis, & inteſtina deſcendũt,fit magna crepatura,quæ ſi diu durauerit, fit hernia. Quando verò ſola ventoſitas eſt in cauſa, facit paruam crepaturã, & tunc facit ſolam ventoſitatẽ,ſeu inflationẽ in pectine in modũ nucis, vel oui.

Signa.

¶ Signa crepatorũ ſunt hæc: habent inflationẽ ſupra pectinẽ in modum nucis, vel oui: ſicut dixi, ſi crepatura fuerit parua, & dolorẽ ibi ſentiunt. Et ſi inteſtina ad teſticulos deſcendant, habẽt ibi inflationẽ & dolorem, ſi facis eos tuſsire,ſtatim reſpondet tuſsis ad loca prędicta,& dolor & inflatio augmẽtatur.

Cura experta.

¶ Cura optima & experta ad crepatos, etiá ſi quis ꝑ 30. annos paſſus fuerit crepaturam maximá, & cum deſcenſu inteſtinorum ad ſcrotum curatur multoties cum hac cura. Sed iuuenes, & pueri, & qui ſunt nouẽ annorũ,vel parum plus, & etiam paruam crepaturã paſsi ſunt: citò valde infallibiliter cũ hac cura curantur,hoc modo: Collocetur primò patiẽs in lecto,vel ſupra ſcamnũ, ſic quòd caput habeat depreſſum,& pedes eleuatos,& altos teneat cum humeris & coxis,ſic quòd ſi inteſtina eius deſcenderint ad teſticulos , verſus pecten reuertantur, & teſticuli patientis ſuauiter,leuiter,& planè cõprimantur, per talem compreſsionẽ interius reducantur,deinde inungantur loca, in quibus fit crepatura cum ipſis teſticulis,& pectine ex melle calido & puluis lapidis hæmatitis, boli, & maſticis ſuper ipſum mel aſpergatur,& iſtud ſtatim ſuperponatur:

Emplaſtrum de pelle arietina.

Rec.lithargirij, lapidis hæmat. ſang. drac.boli,maſtic.armoniaci,mumiæ,galbani,thuris,coſti,lumbricorum terreſtrium an.*ʒ. s. picis naualis,picis gręcæ,cerę alb.& rub.an.*ʒ.1.radic. conſolidæ maior.mediæ & min.*ʒ.3.roſ.myrrhæ, aloes an.*ʒ.quart. paleæ marinæ combuſtæ, gallarum,balauſtiarũ,ariſtol.rot.an.*ʒ.6. viſci quercini ʒ.2.ſang.hominis rufi ℔.1.minus quart. conficiatur ipſum emplaſtrũ hoc modo: R.vná pellẽ hœdinam,vel arietinã cum omnibus pilis ſuis, & decoquatur quaſi bulliendo ꝑ totũ diẽ, quouſq; quaſi omnia liquefacta ſint, & fiat ſicut colla, & parũ vel nihil de aqua ibi remaneat, deinde exilla aqua accipe ℔.1. optimè cũ ſtamina vel panno colatá,adde viſcum quercinũ,& in pignato nouo lento igne fac liquefieri,& bullire,cũ baculo ſemper & continuè ducas,aut ꝑ alium ducere facias: deinde lumbricos terreſtres poſt ceram & picẽ addas, deinde adde terebinthinæ*ʒ.2. poſtea colophoniá,maſticẽ, myrrhá, armoniacũ, & galbanum adde,& liquefac ſimul, & cum baculo ſemper ducantur. Et ſignũ decoctionis p̃dicti emplaſtri eſt,quod ponatur vna gutta ex eo ſupra lapidem marmoreũ, ſeu ſupra cultellũ oleo vnctum, quę cùm infrigidata fuerit,ſi maſſatur,& optimè coagulatur,tũc ſignum eſt perfectè decoctionis: ſin autẽ intátum lento igne bulliat, quòd ad hoc deueniat,& extendatur ſuper coriũ hœdi vel pecoris,parũ pilis tonſis cum forpicibus, vel etiam ſupra petiam lini fortẽ,& ſupra prędicta ponatur loca,& deſuper cum faſcia ligetur. Et brachale ad hoc competeńs ſupra ipſum emplaſtrum ponatur,teneatur,& iaceat in lecto pedibus & cruribus eleuatis,& capite depreſſo ꝑ 11. vel 15. dies vel amplius,ſi fuerit oportunũ.

Electuarium.

Sumat etiam omni ſero de iſto electuario ad quantitatẽ caſtaneæ: R.picis græcæ,ceræ ru.an.*ʒ.s.lithargirij,armoniaci,galbani,maſt.terebinth.cõſolidę maio.mediæ & minor.viſci quercini,myrrhę,olibani,gypſi,vermiũ terreſtriũ,boli arm.ſang.drac.lapid.hęmatit. cinnam.galágę,ſpicæ,zedoarię,caryop.an.*ʒ.quart. pilorũ leporis minutiſsimè inciſorum,quantum de omnibus,mellis,q.ſ.& poſt aſſumtionẽ prędicti electuarij ad hoc optimi, bibat de iſto clareto cyathum vnum paruũ:

Claretum.

Rec.rad.cõſolidæ maior. radicis rub.maior.an.M.2. bulliát optimè in ℔ 5. optimi vini albi,& ℔.4 mellis deſpumati,cymini ℥.1.nucis muſc.caryophyl.zingib.an.*℥.s.fiat claretum expertiſsimũ ad p̃dicta, de quo bibat poſt aſſumtionẽ dicti electuarij, & etiam in aliis horis quandocunq; vult. Abſtineat à cibis inflantibus, & ventoſitatẽ generantibus, cibaria leuis & facilis digeſtionis comedat,& hic puluis ſupra ſua cibaria quotidie aſpergatur: R.nucis muſc.caryophyll.cinnam.an.*ʒ.3.cardamom. dulcis ʒ.1. rad. conſolidæ maior.& min.an.*℥.1.boli arm.lapidis hæmatit.an.*ʒ.2.zingib.*ʒ.1.fiat puluis & vtatur in cibis,vt dixi.

Signa perfectæ curationis.

¶ Signa perfectæ curationis patientis crepaturá ſunt hæc, factis & obſeruatis omnibus ſupradictis,vel ſaltem emplaſtro prædicto facto,& retento in loco prædicto. Si in prima die vel quarta ſenſerit punctionẽ in loco,in modum morſuræ veſpæ,nec ei amplius euenerit, ſecurè in 6.vel 7. diebus ſurgere poterit, & ambulare planè & parum per domũ,& cauere à ſaltu, motu,coitu, ira & ab aliis cõtrariis. Quòd ſi poſt quatuor vel quinq; dies punctionẽ aliquá ſenſerit ibi,vſq; ad 15.diem,ſurgere non præſumat. Et ſi propter electuariũ, emplaſtrũ, & alia cõſtrictiua nimis fuerit conſtipatus, prouocetur ſeceſſus cum ſuppoſitoriis, vel cum clyſterib.lenitiuis, & mordicatiuis, de quibus in pluribus locis,& capitulis plená tradidi doctriná.

Cura alia experta.

¶ Cura bona & experta à Magiſtro meo, qua mediáte dictus Magiſter meus omnes curabat crepatos, qui etiá ꝑ 30. annos fuerunt crepaturá paſsi. Primò patiẽs collocetur in aliquo loco, ſicut dictum eſt ſuprà, & inteſtina ſuauiter interius mittantur cum manu, deinde brachale de páno forti ſtringatur fortiter

*al.ʒ.6. *al.℥.1. *al.ʒ.3. *al.ʒ.quar. *al.ʒ.1. *al.℥.2. *al.℥.s. *al.℥.quar. *al.℥.s. *al.℥.4. *al ʒ.1. *al.℥.2. *al ℥ 1.

supra locum, & patiens in balneo mittatur, quod sic fit: Rec. anserinæ fasciculos 4. lupili, corigiolę al. volubilis maior. plantę maior. & minor. radic. virgæ pastoris an. fasciculum vnum, bulliant hęc omnia in aqua, & patiens per vnâ hebdomadam die quolibet in illo balneo balneet se semel, & in exitu balnei dissoluatur brachale de pãno à loco suauiter, & emplastrum applicetur cum alio brachali supra locũ, & stringatur fortiter, & in lecto collocetur, caput depressum teneat, & pedes altos: hoc quolibet die fiat per 7. dies, sicut dixi. In octauo verò die supradictũ emplastrũ prædicto loco apponatur, vel istud emplastrũ Magistri mei ad idem optimum: Rec. picis liquidæ, ceræ, colophon. an. *ʒ.s. lithargirij armoniaci, opoponacis, galbani, sumach, mas. bdellij, aluminis, serapini, radicis consolidæ maioris an. *ʒ.1. visci quercini, lapid. hæmat. boli, san. drac. apostolicon, olibani, gypsi, myrrhæ, thuris an. ʒ.6. san. hominis rufi recen. ℔.1. terebinth. aristol. long. & rot. an. *ʒ.1.s. vermiũ terrenorũ, minutissimè tritorũ seu incisorũ ʒ.4. aloes ʒ.5. cõfice cũ aqua pellis hœdinæ secundum prędictá doctriná. Et vtatur puluere de electuariis supradictis, & iaceat, vt dictũ est, probatum est à Magistro meo, & à Michaele Scoto, & à plurib. aliis Magistris hoc emplastrũ. Quod si sit crepatura pauca facta in breui tempore, & specialiter in puero, vel iuuene, & parua de facili curari potest cũ ꝑdicto emplastro, & aliis suprascriptis in tempore breui. ¶ Et quandoq; locus solũ cum brachali, & emplastro apostolicon curatur, in puero & crepatura noua. Si verò in sene fuerit crepatura, seu antiqua, difficilius curatur, tñ cum prædictis remediis curatur. Item nota, quòd puluis factus de aspleniridion, & de foliis maliterræ cum vino datus ieiuno stomacho, valet ad crepaturá. Crispellæ etiá de radicib. cõsolidæ, farina, & vitellis ouorũ datæ valent Item nota, quòd sunt aliqui & specialiter chirurgi, qui intromittunt se curare crepatos ꝑ incisionem, quidá per laqueũ, qui ibi apponatur, quidam per vsturam & quidá per ruptorium, quas curas omninò omitto, quoniam multos perire vidi, & alij, qui euaserunt, tñ in periculo mortis fuerunt, vnde huiusmodi curationes periculosas, de quibus Medicus non potest acquirere famam seu gloriá, vel copiá amicorum, sed potius potest dici reus mortis, nõ approbo, nec consulo probo viro, seu Medico famoso, quod de hoc aliquo modo se intromittat. Per laqueũ verò comprehendẽdo ambo labia crepaturæ, & cum corda stringendo, & desuper emplastrum ponendo vidi plures curatos fuisse: Et hic est modus minus periculosus crepaturæ curationis, quam sit per vsturam, vel per incisionem, vel per ruptorium, & sic de aliis, de quibus, & similibus nullus probus se intromittat.

**al.℥.s.* — **al.℥.1.* — **al.℥.1.s.*

ADDITIONES.

Cardinalis Albus dicit, quòd quicunq; de nouo passus fuerit crepaturam, si omni mane sumserit de succo scabiosæ ℥.2. quòd curatur infra 9. dies ad plus. ¶ Quidam curabat crepaturas hoc modo: raso loco, & missis intestinis intus cũ manu, istud emplastrũ superponebat: Rec. boli, sang. drac. mumiæ, sumach, gummi arabici, mast. tragacanthi, gallarũ, bdellij an. ℥ s. confice omnia

Cura probata.

A cum albumine ouorum, & in charta de corio ducatur, & loco superponatur, & super emplastrum pone laminam plumbi subtilẽ, quæ sit bullita in aceto diu, in quo bolũ & gummi arabicũ fuerint dissoluta, & stringãtur fortiter: patiens iaceat ad minus cruribus eleuatis in otio stãs, nec aliquid conetur facere fortiter, & ab aceto & omnib. tussim generãtibus, vel inducentibus, caueat sibi: da illi quolibet die mane quãtum media testa nucis capere potest, de puluere facto ex puluere chamæ B leonte, id est, cardo, cum cuius floribus lac coagulatur, & herba, quæ dicitur pes columbinus ana siccatis supra tegulam calidá, donec siccatæ fuerint intãtum, quòd puluerisari possint. Et caueat sibi ab omnibus cibariis inflatiuis, & vẽtositatem generãtibus: quia per mẽsem curatur, probatum est. Et si nimis constipatus fuerit ꝑ interualla clysterisetur. ¶ Quidam Hispanus omnes crepatos, & omnes plagas curabat hoc emplastro: Rec. picis naualis, colophoniæ, ceræ rubeæ an. ℥.3. visci C quercini ℥.4. atramenti, lithargirij, galbani, masticis an. ℥.2. boli arm. ℥.5 gypsi ℥.2. radic. lauri, & cõsolidæ maior. arist. long. & rot. mẽthæ domest. herbæ prouincæ siccæ an. ℥.6. myrrhę, thuris an. ʒ.5. radicis fœnic. anisi an. ʒ.2 terebinthinæ ℥.2.s. vermiũ terrestriũ ℥.5. sang. hominis rufi bene sani ℔.1 confice omnia cum pelle hœdina bene cocta: sicut dictum est in capitulo suprà. Item da in potu ʒ.3. vel 4. de istis pillulis, vel cum cibo quotidie crepato, donec sanetur, quæ sic fiunt: Rec. D mast. olibani, colophoniæ, boli, sang. drac. an. ʒ.1. pilorum leporis incisorum minutissimè ʒ.3. mellis, & farinæ orobi, quantũ sufficit: fiant pillulę in modum fabæ. ¶ Audiui à quodá religioso, quòd cinis leporum lactantium sumtus 9. diebus ieiuno stomacho, cõsolidat firmiter crepaturam, etiá antiquam. ¶ Quidam curabat crepatos hoc modo: si intestina exierint, nec poterant intromitti, superponebat stercus asini calidum, & hoc ꝑ tres dies continuabat, quarto die dabat de sigillo sanE ctæ Mariæ & rad. cõsolidę maior. & quolibet mane vnam platellam cum ouis & farina. Et emplastrum de terebinthina, mast. & rad. consolidæ & balneũ superponebat fracturę & ligabat optimè, & iniungebat ægro, quòd esset in quiete, iacendo supinè, vel saltem sedẽdo, & dabat ei de bolo puluerisato, & de pilis leporis minutissimè incisis cũ saccharo ros. bis in die: & sic Magister meus plures curauit. ¶ Electuariũ Magistri mei ad crepaturam probatũ: Rec. rad. consolidæ maior. & mino. F & mediæ, sem nasturtij hortulani, mast. olibani, sang. drac. boli, mumiæ, acatię hypocystidos, pentaphilonis, gummi arab. cornu cerui vsti, carnis leporis assæ, & pilorum eius minutissimè incisorũ, storacis calamitæ, sigilli Salomonis, sigilli beatæ Mariæ, radicis viticellæ, cypressi, cinnamomi, caryophyllorum, galangæ, spicæ, nucis muscatæ, radicis brusci, colophoniæ, omnium an. ʒ.4. confice cum ℔.2.s. mellis, & ℔.1 s. sacch. vtantur eo crepati mane, & sero ad quantitatẽ castaneę, cum G vino optimo, vel clareto superiùs scripto. Quòd si per vsum istius electuarij nimis cõstipatus fuerit, fiat illi aliquod suppositoriũ, vel clystere, vel emplastrũ supradictũ, & supra ipsũ debet teneri brachale, & in lecto iacere, sicut supradictũ est, & abstineant à causis ponderosis. ¶ Quidá curabat omnes

Cura. — *Electuarium probatum.*

omnes crepaturas, etiam si esset antiqua crepatu
ra, hoc modo: accipiebat consolidam maiorem
cum suis radicibus, & azolam exẽpi æqualiter,
& his bene lotis superaddebat quartam partem
seminis nasturtij syluestris, & omnia simul tere-
bat, & omni mane per dies nouẽ dabat ʒ.1. de di-
cto succo in potu patienti cum modico vini, & ex
substantia dictarũ herbarum trita, & cum farina,
& ouorum vitello faciebat crispellam, in oleo fri-
gebat, & statim post dictum succum dabat come-
dere, vel puluerem ex prædictis herbis factum in
ieiuno cum ouo. Item si intestina descẽderint ad
scrotum, faciebat ipsum intrare balneum, & sede-
re in aqua calida, & reducebat ea in locum suum
cum manibus: deinde duo puluinaria parua de
panno, habentia lõgitudinem & latitudinẽ qua-
tuor digitorum, plena coto bene calcato, vel de la
na succida superponebat, & foramini ex parte v-
na vnum crepaturæ, & alium ex parte alia, & liga
bat & stringebat bene puluinaria cum vitta, quæ
habebat quatuor brachios in longum, & iacebat
æger resupinus semper per 14. dies, & non surge-
bat à lecto, nisi ad faciendũ opus naturæ. Et scias,
quòd radix azolæ est multũ efficax in hac causa.
¶ Quidam narrauit Guidoni de Cauliaco modũ
hũc, cum quo curabat omnes crepatos in magno
secreto. Et est quod supposito bono regimine, &
quiescente patiente per 30. dies, & reductis inte-
stinis accipiebat quolibet mane & sero ℈.1. lima-
turæ calybis cum vino decoctionis hepaticæ ter-
restris, & super locum rupturę per 15. dies, de ter-
tio in tertium permutãdo ponebat emplastrum
factum de Magnete grosso, modò puluerisato, &
cum apostolicon malaxando incorporato: post
15 dies alios cõtinuet emplastrum consolidatiuũ
supradictũ, de ruptura, & ligetur cũ brachali, &
iussu Dei erit curatꝰ. ¶ Syrupus mirabilis, & pro-
batus cõtra rupturam: Rec. trium polypodiorũ,
rubeæ tinctorum foliorum, & radicis an. M.2. la-
uentur, & terãtur, & in bono vino albo stent per
duos dies, & duas noctes: post coquantur vsq; ad
tertiam partem cum ℥.2. thur. puluerisati in petia
ligati, in eis existente, de hac decoct. Rec. ℔. 5. de
succo scabiosæ depurato ℔. 6. de melle ℔. 11. de-
spumentur, & coquantur in modum syrupi, de
quo da quolibet mane ℥.2. cũ vino calido. Et em-
plastrum ex aloe thur. mast. tragacantho, gummi
arab. sang. drac. bolo & mumia cum albumine o-
uorum, confectũ fiat, quia infra mensem curãtur.

Syrupus mirabilis.

De Arthetica, Sciatica, Chiragra, Podagra, & Gonagra, Cap. XLV.

De definitione & nominibus.

IN præsenti capitulo intendo tractare de
passione iuncturarũ. ¶ Dico ergo, quòd
arthetica est dolorosa dispositio artuũ,
propter exuberantiã phlegmatis, vel aliorum hu
morum currentiũ ad iuncturas, & secundũ quòd
ipsi humores ad diuersas corporis partes currũt,
facientes dolorẽ, secundũ hoc diuersis nominib.
nominatur hæc passio: vnde si currũt ad iunctu-
ras digitorũ manuũ, faciunt speciẽ arthetice, quę
dicitur chiragra. Si verò currant ad sciam humo-
res, & neruum ipsius sciæ repleant, ꝗ neruus stat
inter lacertos, & coxas, faciunt sciaticã lubricare,
vnde dolor fit in coxis & in anchis, quandoq; in
vna tantũ, quãdoq; in vtraq;, & iste dolor ꝑ crus
ad minutũ pedis digitũ descẽdit: hæc passio scia-
tica nũcupatur. Aliquãdo verò huiusmodi visco-
si humores & grossi ad genuũ iuncturas currũt,
& faciũt speciẽ arthetice, q̃ dicitur gonagra. Quã-
doq; huiusmodi humores vsq; ad nodos iunctu-
rarũ pedũ currũt, & faciunt speciẽ arthetice, q̃ po
dagra nũcupatur. Huiusmodi itaq; passiones sub
artheticæ nomine cõprehendũtur, & nõ differũt,
nisi in denominationibus, quas à locis acquirũt,
vt dictum est. ¶ Fiunt itaq; huiusmodi passiones
plurimũ in hominib. quiete & luxuriosè viuen-
tibus, & purgationes negligentibus. Fiunt etiã in
prȩlatis, & in his, ꝗ fuerũt pauperes, & postea ad
diuitias & ꝓsperitates ascenderũt, ꝗ solũ tendũt
ad eorũ pinguedinẽ corporũ, in quorũ corporib.
multi humores viscosi, & grossi ex indigestione
generãtur, & specialiter, ꝗ negligunt medicinas,
& vilipendunt Medicorũ cõsilium, & iuuamen.
Fiunt etiã in his, ꝗ nimiũ vtũtur leguminibus, &
diæta grossa & viscosos humores generãtia, vnde
Hippoc. in epidemia: Græci, quia comederunt le-
gumina, ꝓpter hoc inuasit eos debilitas pedum.
Mulieribus verò raró fit hęc passio, nisi carentib.
mẽstruis, & luxuriosè viuẽtibus. ¶ Sanguis itaq;
& cholera rubea infecta quandoq; in his passio-
nibus sunt in causa, quod cognoscitur ex dolore
acutissimo, & vehementi ipsarũ iuncturarũ, & ru
bore, ardore, & tumore earum ex diæta calida &
hum. vel cal. & sicca immoderatè sumta, ex vrina
rubea vel ruffa, mediocriter tenui, vel spissa, cum
quibusdã resolutionib. atomis, liuidis, rubeis, vel
citrinis, ex ętate calida, & etiã quia frigida ꝓsunt,
calida obsunt. Si verò ex phlegmaticis & viscosis
humorib. huiusmodi fuerint passiones, adest do-
lor cũ grauedine, & loci frigiditate, & color albꝰ,
tumor magnꝰ, diæta frigida, & humida, vel visco-
sorum humorũ generatiua præcessit: vrina alba,
vel pallida, vel subpallida, & spissa, cũ multis liui-
dis resolutionib. in modũ atomorum, & etiã frigi
da nocent, & calida prosunt. Et nota, quòd si hu-
iusmodi passiones immoderatę & inueteratę fue
rint, & specialiter in senibus, nunquã curari pñt.
Phlegma. n. cũ in iuncturis coadunatur, & ibi diu
remanet, coagulat̃, induratur, & petrificatur, sic
quòd nõ de facili potest dissolui: & exemplũ huiꝰ
possumꝰ videre in albumine oui, quòd si ligatur
in aliqua petia, & ibi diu remanserit, induratur, &
fit in modũ vitri. Ita fit de huiusmodi passionibꝰ,
vnde dicit Ouid. *Soluere nodosam nescit medicina podagram.* Et bene dicit nodosam, quia qñ fiunt hu-
iusmodi passiones. s. chyragra, & podagra, &c. &
diu inueterascũt, tũc cõtrahuntur digiti manuũ,
vel pedũ, & inflatio apparet in iũcturis ipsarum,
quasi in modũ gallę, qđ accidit, vt dixi, ꝓpter er-
rorem in mutatione virtutis malæ, immutãtis in
membrorum essentiam materiam nutrimẽti, vn-
de sicut dixi, huiusmodi passiones ita nodosæ, fri
gidæ & inueteratæ, specialiter in sene, curari non
possunt plenariè, sed cum subscribẽdis remediis
possunt huiusmodi passiones palliari, & ad tem-
pus ꝓseruari, cum purgationibꝰ, videl. & aliis in-
frà dicendis. ¶ Cùm itaq; fuerit arthetica de cau-
sa calida & noua, quæ adhuc non sit inueterata
vltra 40. dies, citò curabitur in hunc modum,
siue fuerit chiragra siue gonagra, vel podagra. Si
chiragra, fiat minutio de hepatica. Si sciatica vel

In quibꝰ plus accidant.

Signa calidorum humorũ.

Signa frigidorum humorũ.

Prognostica.

Cura calida.

gonagra fiat minutio de ſaphena pedum, quę eſt A
inter calcaneum,& nodum pedis.Et poſt ad ma-
al.℥.1.s. teriæ digeſtionem detur quolibet mane℥.s.ſyru
pi roſ. viol. cum aqua hermodactylorum, vel de
iſto ſyrupo:Rec.capill Ven.ſcolopen.adianthos,
endiuiæ,cycoreæ hepaticæ, ceterach, polytrichi
an. M.s.viol.℥.1.hordei part.1.ſem.communiũ con
*al.℥.s. tuſorũ ℥.2.roſ.*ʒ.s.ſandal. alb.& rub.an.℥. quart.
*al.℥.s. ſem.portul.& lactucę an.*ʒ.s.hermodact.ʒ.6.ſac-
chari ℔.1.s.dẽtur quolibet mane ad materiæ prę-
paratione m ℥.2. iſtius ſyrupi, cum aqua hermo- B
dactyl.materia digeſta purgetur cum lotura ſcri-
pta in capitulo de dolore capitis ex cholera facto,
*al.℥.1. dicta, addita*ʒ.s. hermodact. in prædicta decoct.
vel purgetur electuario frigido, colophoniæ, vel
cum electuariis de ſucco roſ. vel cum pillulis de
rheubarbaro,vel cum pillulis de quinq; generib.
vel cum his pillulis in hac cauſa probatis: Recipe
electuarij de ſucco roſ. diaprunis an.℥.s. hermo-
dact.ʒ.5 turbith ʒ.ȝ. conficiantur cum prædictis
electuariis.Et ſi vis multum purgare, acuãtur cũ C
modico ſcamoneæ in pomo coctæ & dentur 15.
vel 17.plus vel minus ſecundũ vires. ¶ Poſt pur-
gationem fomentetur locus ex aqua decoct mal-
uæ,biſmalue, parietarię,brãcę vrſinę,viol.& her-
bæ prædictæ,cum axungia re. porcinam, vel bu-
tyro recenti piſtentur, & emplaſtrentur. ¶ Epi-
thema aliud ad idem : Rec.ſandal. alb.rub.roſ. a-
catiæ,gummi arabici,portulacæ an.terantur om-
nia,& cũ aqua roſ.& albumine oui diſtemperen-
tur,& pannus in eo infuſus ſuperponatur.Aliud D
ſuccus ſolatri, cymbalariæ, vermicularis, raſura
cucur.ſuccus cymarum rubi & agreſtæ,& ſimilia
frigida cũ oleo roſ. & farina hordei diſtemperen-
tur, & loco dolenti epithementur. ¶ Emplaſtrũ
*al.℥.s. ad idem optimum : Rec. opij, myrti an.*ʒ.s. olei
*al.℥.1. viol.aquę ros.an.*ʒ.1.lactis mulieris ℥.1.cerę albę
aceti an. ℥. s. micæ panis triti,& farinæ tritici an.
℥.1.fac ex his omnibus emplaſtrum & ſuperpone
chiragræ vel ſciaticæ,vel cuilibet ſpeciei artheti-
cæ calidæ,quoniam eſt mirabile purgatione prę- E
cedẽte prius. ¶ Item oleum roſ. vel viol.cum mi-
ca panis trita,& cum vitellis ouorum crudorum
miſta omnia, & emplaſtrata, miro modo dolorẽ
tollunt. ¶ Comedant iſta patientes artheticá ex
cauſa calida:lac amygdalarum,& ſpecialiter ſi fe-
bricitauerint, & ptiſanã hordei, micam panis cũ
aqua lotá,& ſaccharo addito eam comedant, ſca-
riolas,lactucas,borraginem,ſpinachias,bletas,ci-
cera,& huiuſmodi cum lacte amygdalarum para
tas,pruna damaſcena,malagran.& huiuſmodi co F
medant. Si verò non febricitauerint, phaſianos,
perdices, pullos, piſces aſpratilos & ſquamoſos
in brodio cum aneto & petroſ.coctos, oua elixa,
mollia,& huiuſmodi comedát, vinum ſubtile bi-
bant.Et ſi aliquando fuerint conſtipati, fiant eis
Cura frigidæ. clyſteria prout cõuenit. ¶ Quòd ſi arthetica fue-
rit ex frigidis, vel viſcoſis humoribus, & recens,
in hũc modum curabitur. Primò fiat ſyrupus ta-
lis Magiſtri mei:Rec.iuę betonicę,ſaluię domeſt.
& agreſtis cum radicibus ſuis,radicum commu- G
nium omnium an.℥.2. capil. Ven. rutæ caprariæ
& domeſticæ,herbæ paralyſis,phu, meu an. M.s.
polypodij,quercini recentis cõtriti ℔.s.ſem.fœ-
nic.aniſi an.℥.1.cinnamomi,pontici ℥.1.s.ſaccha-
ri ℔.ȝ.ameos,ſquinanti an. ℥.s. aſari ℥.1. detur ex

A iſto ſyrupo quolibet mane ℥.1.s. cũ aqua hermo-
dact.quouſq; máteria fuerit digeſta, & tunc pur-
getur cum pillulis cochiis, [*al.*cum decem pillu- *Pillula de hermodact.*
lis aureis & quinq; cochiis.] vel cum pillulis de
hermodactylis:Recipe turbith,chebulorum,her-
modact.colocynth.agar.rheubar.an.ʒ.2. aloes he
patici*ʒ.ȝ.ſcammoneę in pomo coctę,euphorbij, *al.℥.3.
ſtoracis,ſarcocollæ,oppoponacis, ſerapini, bdel-
lij,armoniaci an ʒ.1.croci,ſquinanti, maſt. caſsiæ,
ſalis gemmæ,apij, aniſi, acori, ſem. cicutæ an.ʒ.s.
B temperentur cum ſucco marathri,& fiant pillulę
in modum orobi & dentur 15.vel 19.ſecũdum vi-
res. ¶ Vel purgetur cum pillulis artheticis, quæ *Pillulæ arthe-tica.*
ſic fiunt:Rec.caryophyllorum,carpobalſami,xy-
lobalſami,ſpicæ,ſaxifragiæ,granorum Solis,ſem.
aſparagi,bruſci,roſ. petroſ. apij, amomi, maſt.ſa-
lis gẽmæ,ſem.fœnic.aniſi,macropiperis an.gran.
15.hermodactylorum,aſari, colocynthid. turbith
an.ʒ.2. aloes hepatici, & ſuccocitrini ad pondus
omnium,diagridij in pomo cocti ʒ.s. conficiãtur
C cum ſucco iuæ vel fœnic.in quo prædictum dia-
gridium diſſolutum fuerit prius, & informentur
pillulæ in modum orobi,& dentur 15.vel 17.plus
vel minus ſecũndum vires. ¶ Balnea etiam ſul- *Balnea.*
phurea,aluminoſa,vel ſalſa ex aqua facta his paſ-
ſionibus competunt,vel ducantur ad balnea cir-
culi, ſeu ad fontanam Epiſcopi, quæ ſunt prope
puteolum per miliaria 6.quia illis multùm com-
petunt,vel fiat eis hoc balneum : Rec. pulicariæ,
ſauinæ,ſaluiæ,pulegij,rutę,ſerpilli,foliorum lau-
D ri,baccarum eius foliorũ, ſambuci, mentaſtri,ro-
riſmarini, parietariæ,maioranæ,altheæ,tapſi bar.
rad.filicis,omnium an faſciculum vnum,coquã-
tur omnia in aqua ſalſa, vel ſalmatina, & patiens
in tina optimè cooperta pannis cũ prędictis her-
bis in aqua ipſa ſupra ſcamnum collocetur, vt o-
ptimè ſudet,poſtea cum iſtis vnguentis vngatur,
prius tamen abſterſo corpore ipſius, ſiue ab ipſo
balneo,ſiue à prædictis attrahatur. ¶ Vnguentũ
ad hoc ſic fit:Rec.rad.brionię, cucu.agreſtis,cap-
E parum, euiſci, filicis, mali terræ an.℥.1. terantur
omnia,& cum ℥.1.olei muſcellini,& cum ℔ 5.vi-
ni optimi perfectè coquantur, deinde iterum pi-
ſtentur & addatur ſtorax,laudanũ,& cera:fiat vn
guentũ,de quo vngatur, cùm à prædictis balneis
exiuerint. ¶ Vnguentum aliud Magiſtri mei ad *Vnguenta.*
artheticam optimum.Rec.origani,calamenti,ru-
tæ,ſaluiæ, primulæ veris, lauendulæ, ſauinæ an.
M.s.pyrethri,piperis an.℥.1.pulueriſentur,& mi-
ſceantur cum ℥. 2. arogon. poſtea accipe vulpem
F excoriatam,& ab inteſtinis bene mundatam, ex
his omnib. ſimul bene miſtis impleatur, ſuatur,
in veru conſtituatur,& ſuauiter reuoluatur ad i-
gnem,quod inde deſtillauerit colligatur,poſtmo-
dum cum cera rubea liquefacta admiſceatur, &
tali vnguento vngatur poſt vſum alicuius balnei
dicti. ¶ Vnguentum ad artheticam frigidá: Rec.
ſquillæ,rutæ,vrticæ viridis,ſaxifragiæ an. ℥. 2. te-
rantur,& coquãtur in vino & oleo veteri an ℔.1.
ſic quòd ſolum oleum remaneat, deinde ipſum
G oleum coletur,& ponatur in eo cerę ℥.2.nitri,eu-
phorbij, agarici, piperis, baccarum lauri, omniũ
pulueriſatorum ſubtiliter an. ℥.1. s.galbani,tere-
binthinæ an.℥.2.omnia ſimul coquantur,ſpatula
ducantur & vtere. ¶ Emplaſtrum optimũ ad ar-
theticá,ſeu ſciathicá: Rec.ſucci ebuli,& petroſel.
an.℥.2.

an.℥.2.farinæ hordei,& pulueris ſinapis an.℥.1.s.
olei, & mellis an.℥.s.omnia parũ in ſartagine fri-
gantur,& calida emplaſtrentur,quia valent. ¶Itẽ
ſtercus colũbi cũ melle miſtũ, & ſuperpoſitum,
miro modo valet. ¶Item faba fracta,& cocta cum
farina lupinorum,oleo,melle,pice Gręca,pulueri
ſata,& cum albumine oui confecta,omnem dolo
rem artheticæ frigidum tollunt. ¶Item maſtix,cy
minũ,pulegium,ſaluia,baccæ lauri, ſauina trita,
& cum melle miſta,ſi emplaſtrentur,ipſum dolo
rem amputant. ¶Item vnguentum aureum, arò-
gon,marciaton,agrippa,dialthea,oleũ decoc.flo-
rum geneſtæ,in cauſa hac valent. ¶Item ſi accipia
tur raſura cornu cerui,& coquatur in vino vſque
ad vini conſumtionem, iterum addatur vinum,
& hoc fiat 5.vicibus ad minus, ſi ex eo,quod re-
manſerit,liniantur loca dolentia,mirabiliter am-
putat ipſum dolorem. ¶Item radix linguę bouis,
ſaponaria,& abſynthium,in oleo & vino cocta,&
epithemata valent. ¶Item adeps vrſi,vel galli, vel
anſe.oleũ lau.vel chamomillæ,cum farina hordei
miſta & emplaſtrata valent. ¶Abſtineant artheti
ci à coitu immoderato,& ſi aliquãdo coirent, fiat
moderatè,& raro,à cibis groſſos & viſcoſos hu-
mores generantibus,ſicut ſunt fabæ,lac,piſces &
aues de paludib⁹.caſeus,dactyli,carnes bouinæ,
bubalinæ,& ſimilia:abſtineant à ferculis de paſta
factis, vinum ſit ſubtile & lymphatum, carnes ca
ſtratinas,capriolinas, perdicum, phaſianorum,
gallinarum,columborum,& pullorum comedãt,
porcinas etiam carnes parum ſalitas,cum borra
gine,ſpinachijs,fœniculo,petro.& bletis paratas,
comedãt aſparagos,bruſcos,panem bene fermẽ-
tatum,& bene coctum,purgationibus,balneis,&
emplaſtris ſæpe vtantur:quia ſi arthetica fuerit
recẽs,citò curabitur,ſi verò antiqua alleuiabitur
& palliabitur,factis p̃dictis remedijs mõ valenti.

ADDITIONES.

EMplaſtrum probatum,ſtatim mitigans dolo-
ram artheticæ:Rec.opij,croci an.℥.1.pulueri-
ſentur,& cum tribus vitellis ouorũ, & cum oleo
ro.vel vio.conficiãtur,& locò dolenti emplaſtrẽ-
tur,quia ſtatim dolorem mitigat, probatum eſt.
¶Itẽ agreſta & vitel.oui miſta,& cum farina hor-
dei ibi poſita,& emplaſtrata loco,dolorẽ tollunt.
¶Item contra frigidam artheticam probatum:R.
galbani,ſerapini armoniaci, opoponacis an.ʒ.1.
maſti.ʒ.s.vini decoc.cornu cerui inciſi per fruſta
minuta,diu bulliant ʒ.4. ſucci rutæ,ſucci porri
an.ʒ.3.mell.ʒ.4.bulliant diu,& addantur olei lau.
ʒ.3.ceræ quantum ſufficit,loco dolenti apponan
tur. ¶Item ſi vis probare,vtrùm ſit ex frigida cau-
ſa vel calida, farinam ſiliginis cum aceto diſtẽpe-
ra,ſi ex cauſa calida fuerit,dolor remittetur, & ſi
ex frigida magis intendetur. ¶Quidam dixit mi-
hi,quod accipiebat noctuam bene pinguẽ,eam à
pennis & interioribus bene mundabat, faciebat
eam decoqui in modum pulli,& dabat eam ad co
medendum,& brodium ad bibendum,& hoc ſo-
lo multos artheticos curabat, & dixit & iurauit
quòd probauit. ¶Vnguentum probatum à quo-
dam experimentatore,contra omnem valens ar-
theticam,& ſpecialiter de frigida cauſa inuetera-
tã:Rec.oſſa quorũcunq; animaliũ,quæ potes ha-
bere,& ſpecialiter aſinorũ,& frãgãtur,diutiſſimè

Expertum.

coquantur in aqua,& tota pinguedo ſupernatãs
colligatur,puluis caſtorei,& euphorbij,in quan-
titate ʒ.2.pro qualibet ℔.admiſceatur, & ex hoc
impleatur anſer,vel canis,vel vulpes, quæ magis
valet in hoc caſu,eiectis interiorib. bene ſuatur,
deinde ponatur in veru,aſſetur, donec adhæreat
ſtipiti,& liquor,qui inde exit,totus colligatur, &
recipiatur in aliquo vaſe,deinde vngatur patiens
hoc vnguento mane & ſero exiens à balneo de-
coc.ſaluiæ,rutæ,abſynthij,ſauinę,lauri,cham.mẽ
thaſtri,origani & ſimilium:quoniã pro certo in-
fra 3.dies ſanabitur omnis artheticus cũ hac cu-
ra. ¶Emplaſtrũ ad artheticã calidã optimũ:R.ſũ-
mitates,vel radices iuſquiami,& lapatij acuti, in
ſtupa lini, ſeu canapis madefacta in aqua inuol-
uãtur,& ſub prunis ardentibus ponantur, & de-
coquantur cũ axungia porci,vel butyro piſtẽtur,
& loci doloris epithementur. ¶Item radix cicutę
eodẽ modo,vel in paſta ſub prunis cocta,& cũ a-
xũgia porci recẽtis,vel butyro epithemata, miro
modo valet ad hoc. ¶Pillulę Magiſtri Vrſonis,ad
quãlibet artheticã optimæ:R.hermodactyl. tur-
bith,polypodij quercini,agarici an.℥.s.eſulæ ʒ.3.
radicis ebuli,ſaxifragiæ ro.lapidis lazuli, & arme
nici an.ʒ.1.s.garyophyll.ſpicæ,macropiperis zin-
gib.amomi,apij, ſaliſgemmæ, galangæ,euphor.
macis,cardamomi, fœni. aſparagi, bruſci,aniſi,
maſti.epithymi ana ʒ.1.aloes ſuccotrini, per me-
dietatem omnium prædictorum,rhabar.quantũ
de omnibus,fiant pillulæ in modum orobi, & cõ
ficiantur cum ſucco iuæ,fœni.vel caulium, & dẽ
tur 15.vel 17.ſecundum vires. Valent enim in om-
ni arthetica,epilepticis,& tremuloſis,viſum clari
ficant,& renes confortãt. ¶Quidam podagricus
dixit mihi,quòd multum alleuiabitur à podagra,
accipiebat cucu.agreſtes,vel radices ipſorum, in
forti lixiuio fecit ipſas radices bullire, additis can
taridibus,& in aqua depoſita ab igne tenebat diu
pedem,& faciebat ibi quaſdam veſicas aptas, per
quas optimè materia podagræ euacuabatur. ¶I-
tem vſtura ſub poplite in podagra, vel in bra-
chio,in chiragra confert. ¶Ad dolorem artheticũ
mitigandum,ſal contritum cum melle calido epi
themetur.Syrupus factus de cypero, ſucco ſca-
bioſæ,ſaccharo,& melle,confert miro modo ar-
theticæ. ¶Electuarium contra artheticam,& po-
dogram etiam,ſi fuerit antiqua,& contra quam-
libet paſſionem frigidorum humorum ex reple-
tione factam:Recipe turbith,aſſæ fœtidæ,zingib.
diagridij in pomo cocti,hermodactyl.ana ʒ.2.cy-
mini, optimè pulueriſati, & benè cribrellati ad
pondus omnium: contrita omnia prædicta in-
uoluantur cum melle, quantum ſufficit: detur
de eo ſero in modum nucis,expertum per Car-
dinalem Album. ¶Electuarium domini Papæ
valens contra chiragram,podagram,artheticam,
ſciaticam,iliacam & colicam: Recipe ſucci folio-
rum fœni. ad ignem depurati ℔. 4. mellis de-
ſpumati ℔.2.bulliant lento igne vſque ad con-
ſumtionem ſucci,& tunc deponatur ab igne, in-
frigidari permittatur,tunc permiſce cum eo pul-
uerem hermodactylorum groſſorum, bono-
rum ℥.3.& ſumat de eo in modum caſtaneæ de
mane,ter in hebdomada cum aqua decoctionis
cymini,carui,marathri,ſenæ,agarici ana ℥.1. ¶I-
tem in cura doloris iuncturarum,ſi cauſa ſit ſan-

Electuarium expertum.

guis & totius corporis plenitudo, fiat phlebotomia de vena secundum duas diametros oppositas loco patiēti, quę minutio repletioni correspōdeat: deinde eadem die, vel sequenti fiat minutio de vena opposita, ex directo patienti iuncturæ. Si verò materia sit mista ex sanguine & alijs humoribus, vel vno tantùm cum sanguine, similiter faceam, si in sanguine non sit diminutio, & alijs humoribus abundet. Si non sit ille humor calidus, aut grossus, viscosus, abundans, fiat minutio. Si verò materia dolens, sit materia grossa, phlegmatica, cruda vel viscosa, à minutione penitus est abstinendum. Digestiuis verò vtendum est in materia dicta, oxymel multum confert cum sua incisione, & diuisione, vt Mesue ponit. ¶ Syrupus cōferens sciaticæ & podagrę: Recipe florum squinánti, spicæ nardi, ireos, se. melonis an. ℥. ß. 1. conquassentur, & infundantur in ℔. 20. aquę calidæ, mane bulliát vsq; ad consumtionē medietatis, deinde colentur, & colaturæ addátur ℔. 5. mellis & 1. sacch. oxymellitis ℔. 1. & iterum vsque ad spissitudinem bulliát, & sumat omni mane ℥. 2. cū triplo aquæ tepidę & vngatur locus oleo ro. camo. aneti, pinguedine anatū, & oleo, æquis partibus fiat vnguentum: fomentum ex radice valerianæ, valet in vino artheticis, podagricis, & chiragricis. ¶ Syrupus digerēs materiá grossam & phlegmaticam in arthetica, & alio dolore iuncturarū: Rec. iuæ artheticæ. M. s. thymi, chamædryos chamæpithyos, stœchados arabici, acori, filipendulę, eryngij terrestris & marini, radicis fœniculi, aristo. ro. saluiæ, capi. Ven. anthos, asparagi, brusci, sem. nasturtij, squinanti, ameos, rad. buglossæ, caparum liquiri. menthæ an. ʒ. 1. mellis, sacch. an. ℔. 1. fiat syrupus. ¶ Alius syrupus sedans dolorem, si materia potest prouocari per sudorem, siue per vrinam: Rec. rad. acori, & asari, asparagi an. ʒ. 1. potest addi cyperi ʒ. 1. vel scabiosę, sacchari, quantum sufficit, vel mellis, fiat syrupus detur cū calida. ¶ Alius syrupus: Rec. anisi, asari, anthos, acori an. ʒ. 1. s. saluiæ siccæ ʒ. 1. mellis ro. ℥. 4. fiat syrupus. Oleum oliuarum calidum in panno infusum, & appositum, est anodinum bonum, ante etiam digestionem. ¶ Purgatiuum leue: Rec. hermodactyl. alborum turbith an. ʒ. 1. anisi ʒ. s. zing. ℈. 1. sacch. al. ʒ. 4. bibatur in matutinis cum decoctione conuenienti. ¶ Syrupus mirabilis iuuamenti: Recipe hermodac. ʒ. 30. colocynthi. ℥. 1. bulliant in ℔. 2 aquæ & cum saccha. quátum sufficit, fiat syrupus. Regimen subtiliatiuum & prouocatiuum vrinę, videlicet syrupus iuæ, valet sciaticę: vnguentū de iua, & adipe vulpis, & anatū, valet. In materia cholerica, vel sanguinea digestiuum bonum, est syrupus granatorum: syrupus de infusione rosarum: syrupus de fumoterræ & acori conferunt. Infundatur membris calid. aqua frigida, oleum ro. & de ranis fluuialibus. ¶ Item si materia sit mista de pauca cholera cum multo phlegmate, vide Serapionem: quia purgat in declinatione, vnguentum ex farina tritici cocta in aceto, vel aqua, vel vino albo, vel oleo chamomill. vel aneti, vel lilij. ¶ Caseus antiquus tritus, cum oleo emplastrátus, valet in duritie iuncturarum, extrahit, sicut gypsum post sufficientem purgationem. ¶ In dolore iuncturarum valet vnguentum ex opoponaco, galbano, armoniaco, terebinthina infusa in

Syrupus.

aceto, & vino vno die: deinde soluantur igni, & additis castoreo, myrrha, olibano, bdellio, & dialthea, vel oleo laurino, fiat vnguentum, valet etiam agrippa. Cinis caulium cum adipe & ceroto chamo. valet bdellium, & opoponacum cum adipe, iuuant. ¶ Emplastrum de furfure, vel farina cum aceto cocta, valet dolori genuum. Similiter emplastrū de absynthio & paritaria tritis, cū oleo coctis, valet. Emplastrum de radice altheæ, cum adipe anseris, valet sciaticæ, & caneparia cū aceto mista valet. ¶ Conseruatio sanitatis in consuetis pati dolorem iuncturarum, fit cum assidua vnctione, cum ceroto, & sale modico, vehemēter mistis. ¶ Apostolicon valet in dolore colli, & neruorum, & puncturæ eorum, & incisione apostematibus maturandis. Emplastrum ceroneum Nicolai artheticis, podagricis ex frigida causa valet: opium cū modico ceræ, & succo lactucæ temperatum, sedat dolorem calidum. Fœnugræcum pistatum, coctū in aceto cū melle, valet. Oxymel Iuliani artheticis frigidis est expertum. ¶ Mustella in vino, & oleo cocta, vsq; ad dissolutionem, deinde pistata, & colata per pannum, addita cera, fiat cerotum vtile. Aloes cum succo absynthij, valet. Succus radicis filicis, cum oleo rosarū valet. Infusio verò succi radicis ebulorum. Similiter decoctio radicis eorum & rad. altheæ & sal, velociter iuuat. Potus succi eorum ʒ. 3. prouocat vomitum, & alleuiat, & curat. Oleum laureolę valet, & vrina virorum ad spissitudinē rob. decocta vncta, iuuat. ¶ Linimētum expertum: Rec. vrticarū græcarum, saluiæ an. M. 1. sal. pugillum 1. contundantur, & in vrina frigantur, & de liquore cū penna locus liniatur: aqua mēthæ potata, valet: aqua vel vinū decoctionis raparū sedat dolorem. Et in decoctione cymini, si petia immersa superponatur dolori, & similiter de radice ebuli, & cucu. asini, in podagra de materia acuta, epithementur pedes cum chamo. ros. farina hordei, tritis, & cribratis, & confectis cum aqua ros. Et si ex frigiditate, fac emplastrum ex farina hordei, & cinere cypressi an. mistum cū aqua tepida. ¶ Aliud, quod cōfert tumoribus, in quibus digitus imprimitur, scilicet in podagra melancholica: R. vitellorū ouorum coctorum ad duritiē florū chamo. farinæ hordei, misce cum tepida, & fac emplastrum mollificatiuum. ¶ Vnguētum in dolore iuncturarū: R. fæcis olei, ireos, olei lini, mucilaginis fœnugræci, pinguedinis anatum, fiat vnguentum. ¶ Aliud: R. bdellij, stora. liquidæ, armoniaci, solue cum oleo irino, cum frigida. ¶ Aliud olei veteris ℔. 2. olei lilij ℔. s. stora. liquidæ ℥. 3. ceræ citrinæ ℔. s. terebint. ℥. 2 euphor. ʒ. 2. medullæ cerui ℥. 4. fiat vnguentum, & est optimum.

De Pilis in oculis, vel alibi præter naturam natis, in perpetuum tollendis,

Cap. XLVI.



ACCIDIT aliquádo, quod oculi lacrymantur & rubent, quia pili præter naturam in palpebris oriuntur, qui mordicationes in ipsis oculis facientes, ipsos oculos ad lacrymandum compellunt. Quandoq; etiam nascuntur pili prę ter naturá in locis diuersis corporis, quos remouere est cōueniens. ¶ Si itaq; fuerint in palpebris pili

pili præter naturam, & fuerit ibi carnositas multa, ita quòd pili superflui bene discernantur, tūc primò fricentur palpebræ interius cum folijs paritariȩ, & cùm sāguis inde exierit, & cùm caro diminuta fuerit, pili cum instrumentis chirurgicis, & huiusmodi radicitus extirpentur, postea superponatur albumen oui, & hoc in æstate: in hyeme verò ipso albumine oui misceas parum raphani, & quoties ibi pili renati fuerint, hoc fiat, & palpebris superligetur, sic quòd superiùs cōprimatur. Si verò non fuerit ibi multa carnositas, euellātur pili, vt dictum est, vel cū rasorio abradantur: deinde accipias succum cimarum rubi, & absynthij, & ambo cum al. oui commisceas, & desuper ponantur. ¶ Experimentum probatum ad remouendū pilos superciliorū, vel de quolibet loco corporis vbi volueris in perpetuum. Primò balneetur locus, vbi fuerint ipsi pili, quos remouere volueris cum lixiuio tepido, ter vel quater, deinde inuoluantur digiti in gummi pineæ, pilis prius discoopertis. i. desiccatis, & digitis positis super pilos euellantur radicitus, vel cum instrumentis ferreis extrahantur, vt suprà dictum est. Et loca sic depilata hoc vnguēto infrascripto vngantur, quoniā non permittit eos vlterius nasci. Rec. gummi hederæ, ouorum formicarum, auripigmenti, colophoniæ an. ʒ. I. sanguisugarū combustarū puluerisatarū ʒ. I s. omnia simul puluerisata cōmisce, & confice cum sanguine ranæ, & hoc vnguento parum tepido locus inungatur, quia est expertum. ¶ Item si succo cicutæ cū pauca aqua mista ipsa loca depilata, aut rasa vngantur per triduum, nō permittit in loco pilos vlterius renasci. Item si loca prius depilata vngantur sanguine vespertilionis, & succo hederæ & raphani, & felle hircino, non sinit ibi pilos renasci vlterius. ¶ Vnguētum Magistri mei, de quo si vnxeris loca quæcumque volueris, prius depilata vel rasa, non permittit ibi amplius pilos renasci. Accipe pinguedinem, siue axungiam, quæ melior est, ranæ, talpæ & vespertilionis, & cum gummi hederæ misce, & vnguentum ex his omnibus fac, de quo vnge loca prius depilata pluries, in perpetuum non permittit renasci ibi pilos. ¶ Aliud ab eodem Magistro meo expertum ad idem: Recipe carnes vaccinas, & dimitte eas putrefieri, ita quòd vermibus impleantur, deinde accipe vermes illos, pone eos in agresta, postea pone eos ad desiccandum ad Solem, & desiccati iterum imbibātur in agresta, iterum exsiccentur, & hoc fiat ad minus septies, postea puluerisa eos & de illo pul. super locum prius depilatum vel abrasum pluries pone, & in perpetuū non renascentur ibi pili, probatum est. ¶ Item si loco, vbi pili vel capilli prius sint abrasi, vel depilati fuerint: deinde cū viscositate psyllij, & aceto mista, inungatur, aut opio, iusquiamo & aceto mistis simul, aut cum castoreo, & melle, quod est ad hoc probatum, aut cum sanguine ranæ vel testudinis, si cum aliqua istarum rerum vel cum omnibus simul mistis vngatur locus prædictus, remouet pilos, nec permittit amplius renasci, vt dicit quidā in libro suo, qui Diuus nuncupatur. ¶ Itē: Recipe oua formicarum, & pista ea bene, & conficiantur cum oleo in quo coctus sit ericius, & vngatur locus ¶ Item aliud ad idem: R. sanguinē vespertilionis mistum cum semine cicutæ trito, & super loca, in quibus volueris non amplius pilos renasci, inungatur, quia pro certo non orientur pili ibi. Et nota, quod antequam huiusmodi vnctiones fiant, semper intelligas, quòd illa loca debent depilari prius, vel abradi.

ADDITIONES.

VNguentū meæ intentionis, vt pili nō renascātur in locis, in quibus sunt præter naturam: Recipe gummi hederæ ℥. I. auripigmenti, picis Grȩcȩ, se. cicutȩ an. ℥. s. castor. ʒ. 2. opij ʒ. I. iusquia. ʒ. I. s conficiantur cum sanguine ranæ & succo cicutæ: & fiat sicut vnguentum, vtere post pilorū euulsionem, depilentur cum psilotro ex calce viua facto pars vna, auripigmenti partes ʒ. & aloes pars s. facta vnctione ex eo super fumum aquæ calidæ, siue in aliqua stupha.

Ad faciendum nasci pilos in locis præter naturam depilatis, & superciliјs, barba, & huiusmodi, Cap. XLVII.



ALIQVANDO accidit supercilia depilari, & alia loca præter naturam, propter aliquos humores adustos mordicātes, qui sub cute abscōditi sunt, qui radices capillorum & pilorum corrodunt, sic quòd ibi vllos pilos renasci nō permittunt, & hoc sæpe fit in leprosis, & in his, qui talibus humoribus valde superabundant. Aliquando accidit quibusdam, vt fiant calui prȩter naturam, sicut accidit sæpe istis, qui patiuntur in hepate ægritudines ex cholera in æstate, quorum capita postquam incipiunt ab huiusmodi ægritudinibus surgere depilantur, & caluitiem præter naturam incurrunt, quandoq; etiam depilantur circa loca corporis præter naturā, & sicut barba, vel alia loca, vbi naturaliter pili debēt oriri ꝓpter dictos humores adustos sub cute existentes, vel propter aliquam ægritudinem in loco illo aduenientē, vt accidit propter vsturas, aut percussiones aliquas in locis illis factas, de quibus omnib. multa, quȩ vidi & experiētia habui recitabo. ¶ Vt igitur pili renascātur in superciliјs, barba, & alijs locis videlicet depilatis præter naturā: terātur radices interiores vlmi, & in aqua diu coquātur, & quod supernatauerit colligatur, & denudata loca, pilis prius rasis, fortiter cum panno fricata, sic quòd benè rubescāt ex prȩdicto liquore vngantur, & pro certo, si plurib. vicibus fiat, citò facies eos oriri. Idē operātur stercora tirogallorū cōbusta. ¶ Aliud ad idē: cōburātur apes & cap. Ve. & cinis prædictorū cū ol. ros. cōmisceatur, & vngātur loca prius fricata, vt dixi. ¶ Aliud ad idē expertū: fiat mortariū vnū paruū cū suo pistillo ex plūbo, ita quòd ambo ex plūbo sint, & in mortario apponatur ol. ros. vel myrtinū, & tam diu pistetur, donec in colorē plumbi vertatur, ac si esset quasi vnguētū, & vnge loca depilata, fricata prius sero, & sic per totā noctē maneat. Mane verò cū aqua ca. abluatur, & hoc fac per multos dies, quia hoc ꝓ certo facit oriri pilos in superciliјs, barba, fronte, calua, & in alijs locis præter naturam depilatis. ¶ Aliud ad idē: R ossium dactylorū adustorū ʒ. I. thuris ʒ. 4 carpobal. ʒ. 3. spicæ ʒ. 6. azuli ʒ. 10 fiat pul. subtilissimus, & supra loca depilata ponatur. ¶ Aliud faciēs nasci pilos in omnib. prædictis lo-

Causa.

Cura.

cis,& etiá eos colorans:R.papaueris ru.foliorum A
myrti,cap.Ve.spicęnardi,cyperi,se.apij,embilico
rum,nucis cypressi an ʒ.1.hæc omnia in tribus li
bris aquæ coquantur,quousq; ad vná redeant,&
colaturæ adde ℔.1.olei myrtini, decoquantur in
caldario pleno aqua,vsq; ad consumtioné aquæ,
deinde etiam accipe corticum pini tritarũ, & lau
dani an.partẽ tertiam vnius ʒ. & misce ea & præ-
dictum locum vnge calid. ¶ Aliud ad idem:R.suc
ci foliorum salicum,& foliorum myrti an.℥.s.lau
dani ℥ 1.olei myrti,quod sufficit,misceãtur & in- B
corporentur omnia simul in modum vnguenti,
& inunge loca depilata pręcedẽte frictione, quia
pilos facit nasci,& si sint scissi,facit eos continua
ri,&est probatum. ¶ Aliud leue ad idẽ bonũ:acci
pe ossa dactylorum,& laudanũ an.confice cũ ol.
myrtino,& loca vnge,quia facit pilos in breui re-
nasci. ¶ Aliud ad idẽ:accipe panem hordeaceũ,&
sal an.& in charta pecorina, vel hœdina inuolue,
deinde omnia simul in vase figuli in forti igne cõ
burantur,& pul.ex eis factum cum adipe vrsi cõ
fice,& vtere. ¶ Aliud ad idem:R. lacertas virides,
talpas,ericios cum spinis eorum omnium cõbu-
storum an.partes æquales,deinde accipe apes,ve
spas,muscas,quot habere poteris & pista omnia
optimè,& puluerẽ ꝑdictũ cũ eis cõfice,addito ta-
mẽ eis succo serpentariæ & inunge loca depilata,
prius cum pãno fricata,quia probatũ est. ¶ Qui-
dam erat caluus pręter naturam,quẽ curaui hoc
modo:dedi illi prius oxymel cõpositum cum te-
pida aqua 10.dies,post cum pillulis aureis 5. coc-
chijs 10 ipsum purgaui,post purgationẽ feci for-
titer abradi locum caluitij,cũ psilotro, deinde fe-
ci intantum fricari ipsum locum cũ panno,quod
sanguis inde egrediebatur, post in loco illo feci
superaspergi pul. ex tartaro vini albi facto, hoc
plurib. vicibus, in breui caluꝰ capillos pulcros,
& in multa quantitate,in loco,vbi erat caluities,
emisit, & ego habui florenos auri 30.ab eo. ¶ A-
liud faciens nasci pilos,vbicũq; volueris,locustæ
virides & apes comburantur,& cum oleo myrti-
no vel ro.vel axungia misce,& vsui reserua. ¶ A-
liud ad idẽ,quod etiá valet ad canitiem in senib.
R.gallarum in oleo vstarũ,æris vsti an ʒ.s. tragá-
canthi ʒ.2.temperẽtur cum aqua pluuiali,in qua
bullierint cortices nucum,&loco prius abraso,&
cum pãno aspero prius fricato,vngatur. ¶ Aliud
ad idem,&valet etiam ad scissuras capillorum:R.
succi foliorum salicis,succi menthæ an.℥.3.poná-
tur in olla super ignem leuem,& bulliant tãtum,
quòd sola tertia pars remaneat,deinde adde lau-
dani ℥.1.olei myrtini ℥.6.cõficiantur simul,& vte
re. ¶ Experimentum Hibernici ad faciendum na
sci pilos in quacũq; parte corporis pręter naturá
denudata:primò abradãtur locꝰ optimè, deinde
abluatur cum aqua, in qua bullierit capillorum
Ve. corticis vlmi,& vngulæ caballinæ aquaticæ
an.M.1.post fricetur locus fortiter cũ panno aspe
ro,sic quòd fortiter rubeat,pòst ex melle despu-
mato tepefacto vngatur,deinde super ipsum mel
superasperge istum puluerẽ:R corticũ castanea-
rum testarum,auellanarum, & vngulæ caprinæ
an.terantur,puluerizentur & commisceantur cũ
puluere facto de stercore caprino, & de stercore
catti an.istis omnib. simul mistis,puluerisatis hu
iusmodi puluis super ipsum mel aspergatur, &

Ad caluitiẽ præter naturã expertum.

Experimẽtũ.

A desuper petia ligetur,& omni die semel remouea
tur,quia pro certo in breui faciet nasci pilos vbi-
cumque volueris,&est probatum. ¶ Item mel an-
cardinum valet inunctũ. ¶ Itẽ vnguentũ factum
de cera,pice,& helleboro nigro & al. & oleo myr
tino,& nucum optimũ est in hac causa. ¶ Aliud
ad idem expertum ad faciendum pilos nasci in
superciliјs,vel barba,vel alijs quibuscumq; locis
præter naturam depilatis,vt caluitie, alopitia, &
tinea:R.cantarides siccatas in vmbra,ablatis pedi
B bus,& capite,& line cum eis quæcumq; loca vo-
lueris:primò.n.vesicabitur ille locus,pòst nascen
tur pili. ¶ Item puluis cõdisi, mistus cum oleo de
vitellis ouorum artificiosè extracto,sicut faciunt
alchimistæ,miro modo facit nasci pilos vbicũq;
volueris. ¶ Aliud ad idem:cõburatur lacerta,quę
stat in domibus,& cum oleo myrtino misce,& v-
tere. ¶ Ad idẽ aliud:medulla auellanarum super
tegulam calidá assetur,& in oleo raphani miscea
tur,& vtere,quia mirabile est ad hoc. ¶ Aliud ad
C idem,& etiam ad barbam tardè nascentem: cinis
abrotani combusti cum oleo oliuarum antiquo
misceatur,& vtere. ¶ Idem operatur cinis lilij cõ-
busti,cum aqua mistus & linitus. ¶ Ad idem:acci
pe duas nuces & comburantur quousq; teri pos-
sint,deinde terantur, & subtiliter puluerisentur
cum aureo 1.nucleorum dactylorum,& gra.15 pi
peris,cinnamo abrotani combusti, auellanarum
combustarum,laudani,cantaridum, condisi ana
aureum 1. bulliant hæc omnia puluerisata subti-
D liter in ol.ros.& vsui reserua:quia facit nasci pilos
in superciliјs,& barba,& similibus. ¶ Aliud ad i-
dem:R.thuris aur.3.crocodili stercoris,ericij ma-
rini,rutæ montanæ an. aur. 1. terantur cum vino
styptico,& administrẽtur cum adipe vrsi, & vsui
reserua.Et nota quòd antequam prædictis locis
denudatis quicquam apponatur, semper de-
bet præcedere abrasio prædictorum locorum, &
fricatio fortis cum aspero panno, & hoc seruato
vbicumq; fuerit denudatio pilorum pręter natu
E ram,siue propter ictũ, siue propter vsturá ignis,
siue propter adustos humores sub cute existen-
tes,faciet in breui capillos regenerari.

ADDITIO.

VNguentum Gal. in casu capillorum peropti
mũ facta prius frictione loci cũ pãno aspero,
& pul.tartari,donec rubeat post vngatur vnguẽ-
to ex oleo masticino,& laudani in modũ vnguẽti.

De Scabie,seu Pruritu, Cap. XLVIII.

Causa.

F SCABIES seu pruritus fiũt ex superfluis
humoribus,qui ad cutis superficiẽ trans
mittũtur, in quibus materia aut est san
guis,cui cholera admiscetur, quæ fortè
cõuersa est in melancholiá:aut materia, cui admi
scetur phlegma salsum. Est.n. quędam scabies hu
mida, & quędá sicca, ad grossitudinem decliuis.
Et cæteræ causæ generátes pruritum & scabiem,
sunt similes quasi.sed tamẽ sũt fortiores causæ ge
nerátes materiá scabiei, quá q̃ generát materiam
pruritus,& similes sunt hæ causæ causis generan
G tibus pediculos,furfures,serpigines,& impetigi-
nes,quo ad generationẽ,&quo ad curationẽ. ¶ In
scabie igitur manifestè signa apparent.s. scabies,
pruritus ꝑ totũ corpus,& maximè in inferiorib.
partib. circa nodos,& iũcturas,vrina taliũ appa-
ret citrina,& aliquádo rufa,incẽsa propter ipsum
phlegma

Signa.

phlegma salsum, qđ ibi nascitur quantitate chole
ræ, & adest vrina mediocriter tenuis, cùm adhuc
est indigestum, vel mediocriter spissa, cũ ad dige-
stionem appropinquat, adest corruptio digestio-
nis, salsedo oris, dolor capitis, fastidiũ, prurit⁹, &
scabies per vniuersum corp⁹. ¶ Cura igitur huius
modi ægritudinis consistit in diæta ordinãda, &
syrupis vtilibus exhibẽdis. postea in purgãdo hu
mores adustos, & phlegma salsũ: postea in balneo
ordinãdo, vltimò inungendo corpus; de quibus
omnibus dicam: Primò igitur diȩta ordinetur fri
gida, & hum. dando in cibo & potu, & ca. & sicca
cibaria subtrahantur. ¶ Postea quolibet mane &
sero istius syrupi detur ℥. 1. s. R. rad. cõmun. an. ℥.
1. s. se. fœ. & aneti an. ℥. 1. polypodij quercini recẽ.
*ʒ. 3. hȩc omnia ꝑ diẽ & noctẽ in aceto iaceant, de-
inde in aqua coquãtur vsq; ad medietatis cõsum-
tionẽ, colaturæ adde succi lapatij ℥. 4. succi fumi-
terrȩ, & scabiosȩ an. ℥. 8. succi tapsi bar. ℥. 3. omnes
isti depurati cũ p̃dicta decoc. addantur, & fiat oxy
mel additis ℔. 4. mell. al. despu. cum prȩdicto ace
to, in quo steterint radices marathri, & dentur
quousq; materia sit digesta, vel digeratur materia
cum oxymellite cõposito, de radicib. vel cum sy-
rupo acetoso, vel oxysacchara, vel cũ aqua decoc.
rad. vel se. fœn. ¶ Postea purgetur cum pill. de fu-
moterrȩ, vel cum oxymellite laxatiuo, hiera Rufi
vel hieralogodiõ, vel cum pill. de 5. generibus, vel
cum his pill. Ma. mei ad phlegma salsum, & scabiẽ
expertis: R. hierȩ Rufi, catarctici Imperialis laxati
ui an. ʒ. 1. turbith, colocynthi. agarici, hermodacty
lor. an. ʒ. 1. esulȩ ℈. 1. masticis, bdellij an. ℈. 1. s. se fœ
niculi, aneti an. ℈. s. cõficiatur puluis cũ prȩdictis
electuarijs, & formentur pil. in modum cicerum,
da 15. vel 19. plus vel minus secundum virtutem.
¶ Aliæ pill. ad idẽ optimæ: R. myrobalanorum ci
trinorum, ros. rubrarũ an. ʒ. 2. diagridij in pomo
cocti ʒ. 1. aloes hepatici ʒ. 3. cõficiantur cum succo
absynthij, vel fumiterrȩ, des ʒ. 2. bis vel ter infra
spatiũ vnius mẽsis, præcedenti digestiuo. ¶ Pillu
læ aliæ, optimȩ ad purgandum phlegma salsum,
& humores adustos, probatæ: R. cuscutȩ, epithy-
mi, agarici, hellebori nigri an. ʒ. s. rhabarbari, cor-
ticis myrobalanorum citrinorũ an. *ʒ. 1. s. aloes,
dyagridij an. ʒ. 1. masticis ℈. 1. ro. viol. an. ℈. s. confi
ce eas cum succo fœn. & des ʒ. 2. s. ex eis. ¶ Itẽ pil-
lulæ factæ ex ʒ. 2. hierȩ Rufi & ʒ. 1. hierȩpicrȩ Gal.
& ʒ. s. aloe, formentur pillulæ in modum ciceris,
& dẽtur 15. plus vel minus secundum vires, valẽt
ad idem. ¶ Purgato corpore ducatur ad sulphu-
reũ bal. salsum, vel aluminosum: & si nõ fuerint
ipsa bal. propè, fac artificialiter, & in ipsis bal. co-
quãtur sal, sulphur, & alumẽ, & tinã illã intrẽt, su
dent & lauent se ex illa aqua, postea bene tergan-
tur cum panno lineo, & inungantur subscriben-
dis vnguentis. ¶ Vnguẽtum optimum ad quam-
libet scabiẽ: R. argenti viui cum saliua extincti, ly
thargiri argẽti, sulphuris viui, thuris, lythargirij,
foliorum oleandri, & succi aloes an. partes æqua
les, terantur omnia, & in forti aceto imbibantur,
deinde permittantur quasi desiccari, postmodũ
inter duos lapides ad modum coloris cum ol. ro.
tantum quantum sufficit, ducantur, & inunge lo
ca scabiosa, nec aliquo vnguẽto, quod poros con
stringat corpus inungas, nisi prius præcedat pur
gatio. ¶ Vnguentum ad scabiem, & phlegma sal-
sum, probatum: R. succi scabiosæ, fumiterræ, ana
bull. & depurentur: ol. & axungiã adde, liquefac
simul, deinde pul. staphisa vel cerusæ an. adde, &
post exitum balnei salsi, vel sulphurei, vel alumi-
nosi ex vnguento vngantur & caueãt ne post vn-
ctionẽ sudent. ¶ Aliud vnguentum ad scabiem,
phlegma salsum, optimum: R. lythargiri, cerusæ,
arsenici, aca. marciaton an. ʒ. 1. argenti viui ℈. 2. ce
ræ ʒ. s. axungiæ porci veteris ʒ. 2. aloes hepati. ʒ. 1.
s. cymi pul. ʒ. quart. aquæ ros. & ol. ros. quantum
sufficit. ¶ Aliud vnguentum optimũ ad phlegma
salsum, scabiem, & impetiginẽ: R. auripig. tartari,
nitri, fuliginis, lythargiri, sulphuris viui, psilotri,
æris vsti an. de omnib. omnia subtilissimè pulue
risentur, cribrellẽtur, & cũ succo lapatij, ol. & ace-
to mistis, coquãtur vsq; ad cõsumtionẽ liquoris,
& addita cera q. s. fiat vnguentum, & vnge loca.

Marginalia (left column): *Cura.* — **al. ℥. 3.* — *Pillulæ expertæ.* — **al. ʒ. 2. s.* — *Bal.* — *Vnguenta.*

ADDITIONES.

VNguentum probatum ad scabiem, oleũ lauri
num cum argento viuo, cum saliua mortifi-
cato ana diu mistis, & incorporatis miro modo
valet: prius tamen vniuersalis prȩcedat purgatio.
¶ Aliud vnguentũ quod inueni: Recipe cerusæ ℥.
1. thuris, masti. lythargiri an. ℥. s. ol. ro. loti cũ plu-
ribus aquis, & ducti diu in mortario plumbi cum
pistillo plumbeo q. s. ad incorporandum, proba-
tum est: quia statim sanat, & in vase plũbeo reser-
uetur. ¶ Pro scabie: R. salis cõmunis ʒ. 1. thuris al.
ʒ. 2. axungiæ porcinæ recẽtis ℥. 3. argenti viui cũ
saliua mortificati ʒ. 2. succi plantaginis & fumiter
rȩ an. ℥. 1. ol. laurini ʒ. 2. fiat vnguentũ. ¶ Aliud pro
scabie: R. ol. laurini, olibani, ceræ nouæ, ãrgẽti vi-
ui an. ℥. 2. axungiæ porcinæ ʒ. 5. salis cõmunis pul
uerisati ℥. 1. succi fumiterræ, succi plantaginis an.
℥. 4. fiat vnguentum. ¶ Cura tineȩ: quidã curabat
tineam ponendo in summitate capitis quantita-
tem picis, & diffundebatur per totum caput, &
addebat vtriusq; lythargiri: & omnia vnguenta
ista debẽt teneri ꝑ tres dies supra marmor. ¶ Vn-
guentum ad scabiem: R. butyri ℔. s. terebinthinȩ
℔. qu. vitella ouorũ cocta octo, & fiat vnguẽtum.
¶ Vnguentum ad scabiem: Recipe vrinam homi
nis in magna quantitate, vt patiens in ea lauari
possit vsq; ad genua, & si per totum corpus patia
tur, sufficit tantum si abluit tibias cum illa vrina
disperso pul carbonum. & adde æris, hellebori ni
gri in minori quantitate, quãm carbones sint, &
confice simul & ablue tibias per 15. dies, vel per
mensem: hoc est summum remedium leprosis ti-
bijs, & alijs membris corporis fœdis, & deturpa-
tis, & pustulis & vlcerib. leprosis. ¶ Contra gros-
sam, & crustuosam scabiem in capite puerorũ, vel
alibi: R. butyri recẽtis, terebinthinæ, axungiæ gal
larum recent. olei vio. ℥. quart. ceræ q. s. fiat vn-
guentum, de quo vngatur scabies ter vel quater
in die, & scabies remollita auferatur cũ spatulis,
& pòst vngantur, & folium bletæ superponatur,
vel folium caulium, vel lapatij acuti. ¶ Cõtra sca-
biem in toto corpore, vt videantur leprosi: R. sul
phuris viui ℔. 1. s. salis cõmunis, olei cõmunis an.
℔. 1. terantur subtiliter super mormor terenda, &
incorporentur cũ oleo, & inungatur pòst, stuppa
pluries iterata, vnctione etiã iterata: & sciendum
est, quòd si mordicat multum, est bonũ pro rusti
cis. ¶ Itẽ: R. lardi porc. liquefacti pluries in aqua
colati, quousq; sit albũ, adde succi vermicularis

Marginalia (right column): *Vnguentum probatum.* — *In capite puerorum.*

& ſemperuiuæ,& fac vnguētū,quod valet ad ſca A
biem. ¶Itē vnguētum aliud:℞.radicis ireos,enu-
læ cāpanæ mundæ an.qu.1.ol.℔.1.axungiæ galli
næ recentis ℥.4.miſceantur,&fiat vnguentum li
quidum. ¶Aliud vnguentum ad curādum omnē
Ad omnem ſcabiem.
ſcabiem,ſi vngantur plantę pedum & manuum:
℞.olei laurini ʒ.3.thuris al.ʒ.2.argenti viui cū ſpu
to mortificati ʒ.2.s.pinguedinis porc. recētis ʒ. 5.
ſalis marini bene triti ʒ.8.ſucci plantaginis,& fu-
miterræ ad placitum,confice omnia perfectè mi
ſcendo.Eſt.n.mirabile vnguentum ad omne ge- B
nus ſcabiei.¶ Radix lapatij acuti inuoluatur in
ſtuppis canapis,balneatis in aceto, & coquatur
ſub cinere cal.& cùm radix fuerit bene cocta,tera
tur cum axungia porcina vetuſtiſſima,ſtuppis &
corticibus exterioribus radicis remotis, pòſt ap-
ponatur tertia pars ſulphuris,& fuliginis,q̄ adhę
rēt camino,& parum argenti viui:deinde manib.
cū ſaliua madefactis omnia malaxentur, hoc vn-
guētū ꝓbatū eſt in omni ſpecie ſcabiei.¶Aliud:
℞.pinguedinis porc.℥.5.liquefactæ ad ignē,ſalis C
cōmunis triti ʒ.8.argēti viui mortificati ℥.2.ſucci
plātagi.ſucci fumiterræ ad libitū,ceræ ℥.2. miſce
omnia,& fac vnguentū,quo vngātur plātę pedū,
& volę manuum per 9.dies,in qualibet vnctione
pone ad quantitatē auellanæ in manibus,& tātū
dē in pedibus,& per diuturnā frictionē cōtinue-
tur in pedibus,& manibus,quouſq; totum ſit im
bibitū. ¶Aliud vnguētum, quo vngātur pulſus:
℞.ol.laur.ʒ.9.argēti viui ʒ.3.boracis ʒ.3. ceruſæ ʒ.
2.cymini ʒ.qu.fiat vng.ponātur brachia in aqua D
cal.per horā ad pororum apertionē,vel ſupra fu-
mum aquę cal.pòſt abſtergātur quatuor digiti in
prædicto vng.& circa pulſum brachia inūgātur.
¶Aliud in forma vnguēti expertum:℞.aloes ſuc
cotrini,boracis,omnium an.par.1.argēti viui ter-
tiā partē:cōfice cū oleo laurino,& fiat vng.& vn-
gātur brachia circa pulſum,per vnū palmum, &
dicitur,quòd eſt probatiſsimū ad omnē ſpeciem
ſcabiei.¶Itē vnguētum Saracenicum,quòd ſanat
Vnguentum Saracenicum faciēs ſpuere.
ſcabiē,cācrū,malū mortuū,& ſalſū phlegma edu E
cēdo per os materiā,& dicitur curare leproſos in
principio,& cōfert artheticæ,& podagræ:℞.ſalis
nitri,ſalis puri,plūbi vſti,euph.an.ʒ.2.panici mari
ni,cameleont.an.ʒ.1.s.ceruſę,arg.viui an.℥.2.cōfi-
ce cū veteri axungia,& oleo ſic:prius mortificato
arg. viuo cū axūgia veteri,& oleo antiquo,& pri⁹
addatur puluis,& fac vnguentum, pòſt ſic:duos
ignes,& in medio locetur patiēs ſupra tabulā, &
inūgatur à genib⁹ inferiùs vſq; ad pedes,& ſupra
genua tribus digitis, & fiat iſta vnctio bis in die, F
& caueat patiens multū à frigiditate,& cū phle-
gma incipit diſſolui,recede ab vnctionibus,dięta
ſit tenuis,& bene digeſtibilis, & ſi propter multa
ſputa nimia aſperitas & dolor ſentiatur in guttu
re,da mel.ro.& ſi patiēs multum debilitetur, da
ſacch.ro..vel violatū Si fuerit conſtipatus,bonū
eſt,quòd ante inunctionē purgetur cum catarcti
co:& dum fit hoc,cura,vt cuſtodiatur patiēs à fri
gore,ſicut mulier in partu.¶Itē ſecundum alium
Aliud ſimile.
modum fiat vnguentum ſic:℞.euphorbij,lithar- G
gyri auri.an.℔.s.arg.viui ℔.1.axungię veteris ℔.
1.s.lauetur axungia ſtudioſè, deinde arg. viuum
mortificetur cum ſaliua,& pòſt incorporetur cū
axungia,deinde miſce pul.& bene miſce inungē-
do mane & ſero infra duos ignes,donec patienti

A dētes dolere inceperint,tūc ceſſetur ab vnctione,
& teneatur cal.& ſic ſtet donec ceſſet fluxus phle
gmatis per gingiuas.Hoc verò facto,ſe lauet vſq;
ad 40.dies,& accipiat gummi arab.&axūgiā vrſi,
& ol.ro.an.& aliquantulum balſami,& miſce,vn-
ge manus,tempora,& faciem,vt color redeat,qui
quaſi fuerat mortificatus,&extinctus.Et ſi fuerit
fluxus ſuperfluus,reſtringe,bolum ar.diſſolue in
ſucco plantaginis cum ſan.dra.& in ore teneat,&
caueat ne partes aliæ vngātur,quā quæ dictę ſūt,
B &poſt vnctionem cum panno bene cooperiatur.
¶Dixit mihi dominus Theodoricus de Reato,
quod omnis ſcabies humida curatur hoc modo,
nō comedat patiēs niſi ſemel in die modicum pa
nis.ſ.ad 5. vel ad 6.℥.& vnum cyathum vini lym-
phati albi bibat,& hoc faciat vſq; ad dies octo, &
curabitur.¶Cōtra ſcabiē vbicumq; ſit:℞.corticis
rad.lapatij acuti mundatæ,tere in mortario,&ad
de duas partes butyri,& vtere. ¶ Aliud vnguen-
tum:allijs minutiſſimè tritis cum axungia porci
C cura ſcabiē.¶Aliud contra ſcabiem humidam:℞.
ſulphuris viui ℥.1.lithargyri ℥. s.ceræ & olei q. s.
¶Vnguentum probatum per Ma.Ioan.de Florē-
Vnguentum probatum faciens expuere
tia contra phlegma ſalſum,quod fuit ita intēſum,
quod omnia mēbra vlcerauit in modū lepræ: ℞.
thapſiæ pulueriſatæ,axūgiæ porci liquefactæ ℔.
s.picis Græcæ,argenti viui in ſaliua extincti, auri
pigmenti pul.an.℥ 2.ceræ q.s.fiat vnguentum, &
vngātur tibiæ & à genu vſq; ad pedes, & brachia
à cubito vſq; ad manum,&ſtet ſic:quia emittit to
D tum illud phlegma ſalſum per os:de tertio in ter-
tium diem remoueatur dictum vnguētum, & nō
dormiat,niſi paucum de nocte,ſed ſemper ſtet re
flexus:quia totā illam materiam emittet per os:
ſit autē primò bene purgatus,bis vel ter ſecundū
quod neceſſe fuerit cū pillulis de fumoterræ, vel
hiera Rufi,vel ſimilibus:quia defacili caderēt illi
dētes,ſi primò purgatio nō præcederet. Et ſcias,
quòd thapſia, q̄ hoc vnguētū intrat, eſt in modū
laſulatæ ſiue mēthæ Romanæ, & vocatur piperi
E na,& loco piperis ponitur,in Salſa & in foro Iu-
lij,& in Campoferici tantùm iuxta murum repe-
ritur,& habet acuitatē ſicut piper, & eſt facta ad
modum lapatij acuti,ſiue laſulatæ. Alia verò tha
pſia quæ eſt ad modū ferulæ ſi in aqua coquatur,
& in illa aqua ponātur teſticuli hominis, aſini,e-
qui,vel alterius animalis, dū eſt calidū, propter
iter inflatur multum,& ſi ponantur in aceto cali-
do ſtatim recedit inflatio. ¶Ad phlegma ſalſum:
℞.lithargyri,ſulphuris viui,fuliginis furni an.cō-
F fice cum oleo ad ignem,& vnge locum.¶Ad ſca-
biem vlceroſam curandam vna applicatione,vel
duabus:præmiſſa vniuerſali euacuatione:℞.æru
ginis æris ʒ.6.arg.viui ʒ.3.axungiæ porci q. s. fiat
vnguentum.¶Ad idem aliud:℞.granorum iuni-
peri M.1.ſalis communis coclear 1. terātur ſimul
fortiſſimè,pòſt accipe axungiam porci maſculi,
liquefac,& poſtea proijce in dictam axungiam,
& miſce bene & ca.cola per telam,& de colato vn
ge.¶Ad ſcabiē cruſtoſam:Recipe thuris,ſan.por.
G ceræ an piſtentur ſimul,& diſſoluātur ad ignem,
& fiat vnguentum.¶Ad ſcabiem: Recipe petiam
plumbi pone ad ignem in olla rudi, & agita cum
baculo,vel coriolo, & cum oleo,& ſi vis,
adde tertiam partem aceti, &
fac vnguentum.

De Pustulis, & Vlceribus tibiarum, Cap. XLIX.



AD pustulas, & vlcera tibiarum: primò subtrahantur omnia cibaria calida & sicca & salsi phlegmatis generatiua, purgetur corpus vt dictum est suprà: pòst hoc emplastrũ supra pustulas quotidie bis applica: Recipe fumiterræ, lapatij acuti, thapsi bar. ana M. I. omnia simul bene pistētur, & additis mellis ℔. 2. simul bulliát: deinde admisce farinæ siliginis p. I. & de hoc emplastro supra petiam lini extēdatur quolibet die mane & sero, & hoc fiat quousque rheuma, & humores salsi, & putredo impurarum pustularum sint optimè mundificata, postea in crure circumcirca appone strictorium hoc modo factũ: R. oliba. masti. thuris, boli, gummi ara. san. dra. mumię, balau. an. terantur omnia, & cum albumine oui conficiantur, & circumcirca crura inuoluantur: quia restringit phlegmaticum fluxum, sic quod amplius non descendit ad ipsas pustulas, & postea vngantur pustulæ ex aliquo de vnguentis consolidatiuis ad scabiē valētibus, superiùs dictis. ¶ Vel isto vnguento, quod valet ad phlegma salsum, & pustulas, & scabiē, & etiá ad leprá, & est expertũ. Reci. particul. nitri, lithargyri, fuliginis, tartari cocti sub cineribus in frõdibus caulium, auripigmēti, piperis, olibani, vitellorum ouorum an. ℨ. 4. radi. enulæ, lapatij acuti in forti lixiuio coc. an. ℨ. 2. succi fumiterræ, succi lapatij acuti, & absynthij, chelidoniæ, enulæ, fabæ grȩce, abrotani, de omnibus his succis an. ℨ. 3. hellebori albi. sulphuris viui, saponis saraceni. an. *ℨ. s. omnes succi bulliát, & depurentur, & colentur Et postea radices enulæ lapatij tritȩ apponãtur, deinde sapo. postea pul. specierum, & tunc adde olei communis, & axungiæ porci, & ceræ. an ℥. 2. & argenti viui cũ sputo extincti ℥. 1. & hoc vnguento inungatur scabiosus, vel etiam leprosus, & ipsum per diē & noctē supra se teneat, & per totũ corpus sit fortiter fricat⁹ iuxta ignē, vel Solem & sequenti die balneũ intret, & sic fiat, donec sanetur: verumtamē prius oportet corpus secundum prædictũ modũ purgare: vel saltem sumat per 15. dies antequam vngatur quolibet die de succo fumiterræ ℥. 2. cũ theriaca misto. ¶ Quod si phlegma salsum, & scabies in diebus canicularibus etiam in tempore calido nimis superabundet præcedente aliquo diuisiuo, & corpore leuiter mundificato fiat hoc: Inungatur locus scabiosus cũ stercore bouino, deinde obstruatur arena, vt vnguēto nigro suprà in capitulo de morphea nigra dicto, inũgatur: postea ad balnea salsa, vel sulphurea, vel aluminosa patiēs ducatur: vel in quib. prædicta sint cocta, vel saltē in balneo decoc. fumiterrȩ, lapatij acuti, enulæ, absynthij, abrotani, & chelidoniæ, quæ valet omnib. scabiosis mirabiliter, & caueant à salsis, acutis, & generantibus phlegma salsum omninò. ¶ Syrupus optim⁹ ad purgádũ phlegma salsum omninò: R. rad. apij, liquiritię, scariolę, vio. an. ℨ. s. vel ℥. 1. corticũ myrobal. citrinorũ, indorum, chebulorũ an. ℨ. 20. eupatorij, cētaureæ minoris, rad. filicis mũdati, absynthij an. ℨ. 4. senæ, agarici ℨ. 20. iuiuba. sebestē, pruna sicca an. 50. nu cerasa sicca num. 100. passularũ enucleatarũ mũdatarũ ℥. 1. s.

Vnguentum expertum.

*al. ℥. 8.

Syrupus purgans phlegma salsum mirabilis.

A scariolæ, polytrichi, capil. Ve. an. M. I. hæc omnia in 10 ℔. aquȩ bull. tantũ, quòd solũ tertia pars remaneat, coletur, & colaturæ addãtur succi fumiterræ ℔. 4. succi scabiosæ amborũ depuratorum, ℔. 2. additis sacchari ℔. 8. fiat syrupus, circa finē decoc. adde mánæ, pulpæ cassiæ fi. tamarindo. an. ℥. 3. & sumat scabiosus ex eo quolibet mane ℥. 2. cũ tepidis, quousq; hu. sit optimè p̃ secessum mũdificatus: est. n. mirabilis iste syrupus ad hoc.

ADDITIONES.

B VIdi quendá, q̃ in tantũ habebat tibias vlceratas, quòd ossa suarum tibiarũ apparebát discooperta, & omnia bona in huiusmodi ægritudine consũserat, nec poterat aliquod vtile remediũ reperire, cui quidá extraneus superueniēs dixit: vade & accipe carduũ benedictũ viridē in bona quátitate, & pista ipsum bene: postea fac decoqui in bono vino, deinde axungiá porci liquefactá adde, & iterum simul bulliant: postea admisce tãtũ farinæ tritici cum spatula cũ his, quòd fiat in modum vnguenti liquidi: & de hoc vnge bis quolibet die: hoc fecit, & in breui tēpore liberatus est, Itē folia rubi superposita prosunt. ¶ Experimentũ p̃ tibiarũ vlcerib. & cõtra phlegma salsum, p̃batũ p̃ Ma. meũ. Folia maluarũ in aqua, & vino al. an decoqui facias, quousq; optimè decocta sint: deinde coletur p̃ pannũ rarũ, & additis subtilissimi pul. sulphur. siliginis, in modũ vnguēti simul cõficiãtur, & de hoc pone super petias lini veteris bis vel semel in die, vlceribus vel pustulis applica, & semper sit calidũ, & cũ remoues ipsum, laua semper qualibet vice vlcera cũ vino al. cal. & hoc fac, donec sanies à prædictis vlcerib. optimè mũdificata fuerit, postea loca ipsa cũ ol. loto cum 9. aquis, cũ cerusa in modũ vnguēti misti inũgatur quolibet die, quousq; cõsolidata fuerint: tuti⁹ tamē est, si prius purgetur corpus, & emplastrũ restringēs rheuma circũcirca inuoluatur. ¶ Ad gangrená, in quib. caro putrefacta nõ excedit: R. aquȩ grossȩ & putridȩ putei salsi, vel saltē aquȩ grossæ ℔. 2. succi arengiuarũ ℔. 1. cuperosæ ℥. s. misce in phiala vitri, & agitetur diu, quousq; dissoluatur cuperosa, & infundatur stuppa mũda in prȩdicta aqua, lauetur prius gãgrȩna cũ illa aqua, postea ligetur binda linea lõga diu bullita in aqua pluuiali, & applicetur quãtò calidius poterit. ¶ Aliud, vbi caro excedit, & cura prȩcedēs nõ valet: R. succi asphodeli crescētis in arena maris, qu. I. calcis viuæ ℨ. 1. auripig. ℥. s. arsenici ru. arg. viui sublimati an. ℨ. 2. viridis æris, cuperosæ an. ℨ. 1. puluerisanda puluerisētur, & fiát trochisci, & desiccētur ad Solē, & applicetur bis in die pul. supra gãgrená quãtũ videtur sufficere. ¶ Ad gãgrená, noli me tãgere & vlcera depascētia, & corrosiua: R. arg. viui sublimati, incorporetur diutissimè cũ axungia porc. recēti, & vngatur loc⁹ cũ pluma. ¶ Aliud ad idē: R. arg. viui sublimati, bul. in aqua quousq; fiat blaua qua lauetur gãgrena, & supra ligatura fiat cũ binda posita in aqua ca. fortiter expressa, ne fluát hu. ¶ Ad lupum: R. balsami, & myrrhæ an. puluerisa, pòst R. terrá in qua sit infusa cãpana, quãtum de vno prȩdictorum, & totum distēpera cũ aceto, & fiat vnguētum, tũc ablue primò mēbrũ cũ vrina patiētis, pòst vnge ¶ Aliud: carpina minutissimè pannum lini antiquum, & in bono aceto intinge, pòst supra locum expáde, & cũ panno lineo albo

Ad gangrená

liga, muta semel in hyeme, bis in æstate.

De Adustione, Cap. L.

MVLIERIBVS multoties accidit vt ab igne adurantur, vel ab aqua calida, vel à Sole, vt in diebus canicularib. ¶Ad curationē igitur p̄dictorum taliter accedamus: primò inungatur locus adustus cū sapone Gallico vel saracenico, vt totus calor exeat. ¶Demū R. lardū recētē & seuum arietinum vel ceruinū & liquētur in vase terreo vel ęneo, deinde adde cerā & ol. ros & ouum 1. parū bull. hæc omnia simul misceantur, & in aquā frigidā omnia projiciātur, pòst colligātur ex ea aqua & optimè cum pistillo simul misceātur, hoc vnguēto vnge loca omnia adusta vesperi cùm intrat lectum, quia in breui curabitur patiēs. ¶Aliud ad omnē adustionem ignis p me pluries expertum, succum lētisci cū vitello oui & pauco bono vino & oleo cōmuni misce, & loca adusta cū petia pluries in die inunge, quoniā in breui curabitur. ¶Aliud ad idē: R. seui arietini, sambuci an. ℥. 4. foliorū myrthi ℥. 2. decoq. omnia in aqua vsq; ad cōsumtionē eiusdē aquæ additis ol. ros. ℥. 2. ceræ ℥. 1. gummi arabici tragac. acatiæ, cerusæ, lythargiri, masticis, olibani an. ℥. quartā partē. omnia puluerisentur & cū tribus album. ouorū simul parum bull. fiat vng. & vtere ad omnia supradicta. ¶Aliud ad omnia supradicta, tere absynthiū & cū axūgia porcina recēti sine sale misce, inunge loca lęsā igne vel aqua calida. ¶Itē oleū de vitellis ouorū qd' artificiosè p alēbicū extrahitur similiter inūctū mirabiliter ad omnia supradicta valet. ¶Itē ad omnia prędicta: R. succi mercurialis, vmb. Veneris, vermicularis, solatri, cimarū rubi & oliua. viol. an. ℥. 3 lythargiri plumbi vsti, olibani, masticis & serpētariæ an. ℥. 3. omnia simul bull. hoc vnguēto vnge loca adusta, & frōdē q̃nq; neruiæ, sambuci vel salis superpone vel folia rubi, qd' optimū est. ¶Aliud vng. ad prędicta omnia expertum: R. rad. lilij cœlest. domest. ablue, & cū axūgia porcina veteri aqua abluta fortiter tere, postea puluerē cerusę, masticis, olibani & tragacā adde, & modicū ol. ro. omnia simul incorporabis, & vtere ad oïa p̄dicta, quia etiā valet ad omnes turpitudines faciei, & etiā ad sarpiginē & impetiginē. ¶Itē lutum super cōbustionē ignis vel aquæ calidæ ponatur in principio, dum adustio est recēs valet. Vel vngatur sapone, vt dixi superius, & pòst vng. citrino vel vng. albo, vel aliquo ex supradictis vng. vsque ad curationē perfectā.

De Porris, & Verrucis, Cap. LI.

QVANDOQVE porri & verrucę fiūt in pedib. & manib. & differentia quidē inter hęc est. Si. n. sūnt molles, & sine dolore, & paruæ, ex phlegmate fiunt, & dicūtur porri: si duræ, spissæ, & maiores, de cholera nigra fiunt, & dicuntur verrucæ, & quādoq; super iuncturis, & extremitatib. nascuntur, & sunt lōgi, & hi dicuntur cornua. ¶Quę omnia in hunc modū curātur: si corpus fuerit plethoricū, & hum. nimiū superabūdāt, euacuētur cū medicina cōueniēti, & phlebotomia, si necessitas immineat: deinde ad particularia remedia intēdamus, inungātur primò verrucæ cornua, siue porri ol. costino, vel melle anacardino, vel sapone, vel medicamine acuto: deinde ligētur radices eorum, seu p̄pe radices cum

A capillis vel subtili filo serico & stringātur fortiter, donec cadāt vel cōburantur cū virgis incēsis, vel cum ferro ardēti, vel cū rasorio bene incidēti abscindātur, & san. ab eis exeat: deinde cum succo citrino, q à radice chelidoniæ exit, inūgātur, & hoc fiat sępe & sępiùs, donec patiēs liberetur, p̄batū est, & postea ex butyro cocto inungatur. ¶Experimētū p̄batū ad verrucas, porros seu cornua: R. cineris ramorum vitis, stercoris ouini, & caprini an. misce, puluerisentur, & cū lacte ficus, vel tithy

B malli conficiātur, & emplastrētur: prius tamē cū multis acubus simul ligatis pungantur, ita quòd sanguinēt, aut granum hordei aliquod scindatur vt dictum est, vel saltē cū vrtica viua tāgātur. ¶Aliud emplastrum probatum ad idē: R. æruginis, & auripigmēti, hermodactylorū, calcis viuę, spumæ maris, tartari, vitrioli, stercoris columbini, farinæ siliginis, & nigellæ an. terantur, & cum felle vaccino distēperentur, & eis prius sanguinatis emplastrum hoc superponatur, quia probatū est.

C ¶Aliud ad idē: cātarides, arsenicum, mel anacardinum simul mista, & supposita calorē extirpant. ¶Item farina siliginis, nigella, stercus columbi, vitriolū, & calx viua an. cū lacte ficus, vel tithymali mista, & superposita ca. pro certo ea cum radice sua extirpant, prius tamē sanguinēt, vt dixi. ¶Aliud ad idem: R. corticis nucis humidæ, tragacanthi, calcis viuæ, ana tēperentur cum aceto fortissimo, & superponantur. ¶Item solùm tartarū supra prunas positum ardentes in petia, vel stuppa

D in forti aceto intincta, inuolutum, & decoctum ibidē, & supra porros, cornua vel verrucas linitū, omnia prædicta delet, & extirpat: ¶Vnguēta etiā & pul. & cætera fortissima in cap. morpheæ al. & nigræ, & in cap. de cācro in gingiuis nato, ad hæc sunt optima, prius tamē oportet, quod fricentur, vel pungātur, vel incidātur, vt dixi, sic quod sanguinent, deinde emplastra, & alia supradicta superponantur. ¶Quidā sacerdos, cùm hoc experimento abstulit mihi de manibus plus quàm cen

E tum porros: Iui ad eum, & ipse cepit me tangere cum manibus, & porros tangebat manuum mearum, & ibi faciebat signum crucis, & dixit mihi, recede, & in proximo liberatus eris, & statim iuit ad parietariam, & flexis genib. dixit coram ea: Pater noster totum, & cū deberet dicere: sed libera nos à malo, dicebat, sed libera Arnald. à porris & verrucis, quos in manibus habet: & hoc modo collegit tres cimas parietariæ cū trib. pater noster, sicut dictū est, & istas tres cimulas posuit in terra,

F in loco humido, & priuato, & cū ceperunt marcescere, porri de manib. meis inceperunt abire, sic quod infra spatium decē dierū ab ipsis porris totaliter liberatus sum, & sic omnes curabat.

ADDITIONES.

DIxit mihi Ma. Ioan. de Florētia, quòd si datur ℥. 1. spolij serpētis puluerisati in cibo, vel potu alicui habenti porros, vel verrucas in quacumque parte corporis fuerint, in 5. diebus omnes de corpore recedēt, & dicit se probasse, quòd si char

G tā bombacis vetusta accēdatur, deinde tangatur cum ea verruca sic accensa, & dimittatur supra verrucam cinis eius, & sic fiat de omnibus, quia intra quinque dies vel 6. recedent, expertum est. Quòd si radix tapsi bar. siccetur in Sole, vel in tegula calidā, deinde puluerisetur, & projiciatur supra por-

pra porros,& verrucas,destruit eos. Item succus A
chelidoniæ facit idem: Item lauare locum cum a-
qua saponariæ,curat.

De Lepra, Cap. LII.

SICVT dicit Auic.in fen.3. quarti tract.
lepra est infirmitas mala,proueniẽs ex
sparsione choleræ nigræ in toto corpo
re,quare corrũpitur cõplexio mẽbro-
rũ,& forma ipsorũ & figura ipsorũ,& in fine lepre
quãdoq; rũpitur continuitas ipsorũ mẽbrorũ,ita
qđ corrũpũtur extremitates, vt nasus, & labia,& B
huiusmodi & cadũt. ¶Fit aũt qs lepros⁹ cũ coeat
cum muliere,cũ qua statim leprosus coiuit. Quã-
doq; ab ipsa generatione fit leprosus,vt quis à sã-
guine impuro nutriatur,aut ex corrupto sperma
te generatur,aut cũ generatur in tẽpore mẽstruo
rũ. Fit etiã quãdoq; quis leprosus ex mala quali-
tate & dispositione aeris,& ex vsu phlegmaticorũ,
& melãcholicorũ ciborũ sumtorũ immoderatè,
& ex carnibus asininis, bubalinis, vel vaccinis, in-
fectis carnibus porcinis, commoratis, & similib. C
carnibus non puris. Fit etiam quis leprosus pro-
pter nimiũ vsum alliatæ, & piperatæ & ex immo
derato vsu vini puri, & quia Galli his immodera
tè vtuntur,& Burgundi propterea multi eorum
sunt leprosi. Item efficitur quis leprosus,cùm ni-
miũ cõuersatur cũ leprosis,& secum in vno loco
perseuerat: leprosi .n. inficiunt aerem, & aer infe
ctus cùm attrahitur ab illis,qui conuersantur cũ
illis,intrans eorũ corpora,inficit ea, propter hoc
leprosi à cõuersatione sanorũ hominũ debent se- D
gregari, ne aerẽ ibi corrumpãt, & sanos in leprã
faciant incidere: & ideo in locis remotis habitare
cogãtur. ¶Lepræ quatuor sunt species. s. leonina,
alopitia, elephãtia, & tiriasis. ¶Leonina fit ex cho
lera,in qua rotundãtur oculi,& eminẽt cum emi
nẽtia venarũ,& citrinitate immista rubori,& val-
de mobiles efficiuntur: adest narium gracilitas
cum vehementissima raucedine,sic quòd viden-
tur quasi loqui per nares, gingiuæ eorum & nasi
extremitates corroduntur, cutis eorum exaspe- E
ratur,& supercilia depilãtur. Et cũ vrinã emittũt
aliquãdo aliquas guttas sanguinis,serpigines,im
petigines p corpora eorũ apparẽt, & multũ ster-
nutãt. Et cũ inueteratur hæc species, cadũt extre
mitates, sicut nasus,& huiusmodi, & dicitur leo-
nina,quoniã pluries leonib⁹ hæc species accidit,
& etiã quoniã facit faciẽ patiẽtis terribilem, sicut
est facies leonis. ¶Alopitia est species secũda le-
prę,q̃ fit ex sanguine adusto, & in ista specie tota
depilantur supercilia,& barba,& ꝓpter hoc dici- F
tur alopitia ab alopib. i. vulpib. depilãtur. n. in mo
dũ vulpiũ,oculi eorũ inflãtur,& vehementer ru-
bẽt,pustulæ in facie rubeę,& quãdoq; in toto cor
pore oriũtur,à qbus manat sanies cũ sang mista,
apparent venæ in pectore,& odor eorũ,& sudor,
& anhelitus fœtet,& difficulter odorãt, nasus in-
grossatur,& genæ tumẽt,& san. à gingiuis effluit,
& in vrina aliquæ guttæ sang. quãdoq; emittun-
tur,& istę duę species. s. leonina,& alopitia, quasi
omnino incurabiles sunt,& specialiter cũ fuerint G
antiquatę,& cũ extremitates iã incipiunt cadere
ab eorũ curatione omninò insistas. ¶Elephantia
verò est 3. species lepræ,q̃ accidit elephãtibus plu
ries,& fit ex melãcholia naturali,& in hac specie
oculi rotundantur,& corrugãtur palpebrę,& na
res angustãtur,vox efficitur rauca,tuberã fiũt in
corpore minuta,& dura,partiũ quarumdã circa
superficiẽ fit insẽsibilitas,vngues etiã ingrossãtur
cũ quadã ęqualitate,& quãdoq; apparet his in sõ
nis,qđ significat corp⁹ eorũ habere maximã gra-
uedinẽ,& põdus,& mores multi mali,& dolosi in
eis apparẽt. ¶Est etiã alia species 4. lepræ, q̃ tiria-
sis dicitur,in qua cutis mollescit,& excoriatur ad
similitudinẽ tirorũ,glandulæ oriuntur molles,&
dealbatur cutis,& cũ aspergitur,nõ cohęret,mor
pheæ albæ innascuntur,nares opilantur,vox effi
citur rauca,& hæc 4. species lepræ fit à phlegma-
te. ¶Nota itaq; vt dixi,primæ duæ species lepræ
incurabiles sunt. s. leonina & alopitia: elephantia
verò,& tiriasis,quãdoq; curãtur,licet etiã incura
biles reputẽtur. Omnes. n. lepræ species ꝓ incu-
rabilib. habẽtur,& specialiter cũ fuerint antiqua
tæ,& cũ extremitates iã cadunt,vngues scindun-
tur,& forma corporis fœda incipit fieri, & facies
fit terribilis,color denigratur,sang. cum extrahi-
tur,statim cõgelatur,& currit virus fœtẽs per cor
pus: quãdocumq; hoc signa,vel plura eorũ appa
ruerint in leproso,tũc de curatione eius nõ te in-
tromittas. Et pulsus quidẽ leprosi debilis est pro-
pter debilitatẽ virtutis naturalis,& corruptionẽ
ipsius caloris naturalis in corpore. ¶Lepra igitur
cũ noua fuerit,& specialiter elephãtia & tiriasis, si
signa terribilia p̃dicta adhuc nõ apparẽt, in hũc
modũ secũdũ Mag. meũ curari poterit. Cũ hac. n.
cura plures leprosos in principio, cũ apparuerit
eis lepra,meis curaui tẽporib. Primò fiat phlebo-
tomia in brachio sinistro venæ medianæ, postea
sequẽti die de dextro: postea quolibet die sumat
℥ 2. de isto syrup. cum cal. mane: ℞. succi borragi-
nis depurati *℔. 3 succi fumiterrę depurati *℔. 1.
succi scabiosæ depurati ℔. 1. & radicũ tenerrima-
rũ, rorisma. sansuci, lapatij acuti, & ebuli an. ℥. 1. s.
pruna damas. 50. masticis, polypodij quercini re-
cẽtis, se. fœn. rad. asphod. simul coctorum an. ℥. 2.
violarum, florũ borraginis an. ℥. 1. s. omnia simul
coquãtur perfectè,& accipe tãtum decoc. illius,
quãtum sunt succi,& addito saccha. q. s. fiat syru
pus,& quotidie vtatur,quousq; materia sit dige-
sta, deinde purgetur cum pillulis de fumoter-
ræ,vel cum hiera Rufi, vel cum alijs pillulis eua-
cuantib. choleram nigram,& humores adustos,
q̃ in præcedenti ca. de scabie dictæ sunt,& fiat sic
quod bis,vel saltẽ semel soluatur vẽter leprosi in
qualibet hebdomada,vel quòd saltẽ semel vel bis
assellet quolibet die: Sumat bis in septimana cya
thum vnum seri caprini,cum ℥. 1. cassiæ fistul. ℥. 1.
sacch. *ʒ. 3. rhabarbari puluerisati,quia optimè sol
uit. ¶Postea istud caputpurgium naribus immit
tatur per quoddam instrumentum,quod dicitur
nasale,quantum nares capiunt. ℞ macropiperis,
chelidoniæ,thapsiæ,nasturtij an. ʒ. 1. nucis musc.
pulegij an. ʒ. s. succi agnicasti,olei sesamini an. ℥. 3.
misce,& bul. omnia vsq; ad tertię partis cõsumtio
nẽ,coquãtur & in vase vitreo seruẽtur,per nasalẽ
narib. immittãtur,vt dixi,quãtũ nares capere pos
sunt. Alia etiã caputpurgia data in dolore capitis,
in hac causa cõpetũt. ¶Balneum aquæ simplicis
post purgationem intrẽt quolibet die,& fricetur
fortiter facies eorum oleo ex sem. cucurbitæ ex-
tracto,& oleo viol. vngatur,& totum corpus eo-
rum cum oleo mirthino, masticino, costino, vel

Margin notes: Causa. — Species quatuor. — Leonina. — Alopitia. — Elephantia. — Tiriasis. — Prognostica. — Cura. — *al. ℔. 4. — *al. ℔. 2. — *al. ʒ. 4. — Caputpurgium. — Balneum.

aliqua de vnguentis ſubſcribendis inungatur, & poſt exitum balnei in pannis bene inuolutus vna hora quieſcat, deinde detur illi penna in oleo intincta, præcedente prius potatione aquę calidę deco. ſe. raparum & atriplicis, & vomat qualitercumque poſſit, deinde detur in potu ſtatim* ʒ.2, abſynthij cum vino albo ſubtili. Itẽ theriaca maior Gal. & theriaca diateſſeron, & diaſulphur trochiſci ſquinanti, & trochiſci de tiro cum ℥. 1. vini dati mirabiliter valent leproſis. ¶ Item comedant continuè carnes viperarum in hunc modum paratas. Accipiátur viperæ ſeu ſerpentes, qui in mõtanis locis, & petroſis degunt, & rufæ meliores ſunt, abſcindatur eis caput, & cauda, & quod eſt in ventre ejiciatur, deinde lauentur, & in olla noua coquantur cum aneto, ſale, galanga, petro. modico piperis, parum cinnamomi, & parum olei, & pauco puluere diptami in aqua coquantur, donec caro ab oſſibus ſeparetur, & des carnes iſtas ad comedendum, & ius ad bibendum. Et ſi ſcotomiá paſſus fuerit leproſus, huiuſmodi carnes amplius non dentur, quod ſi dentur dictæ carnes viperarum ad comedendum, & ius ad bibendum, quouſque infletur, & ſcotomiam patiatur, tunc ſufficit, & quieſcat patiens à laboribus ſuis, & vigilet quantũ poteſt. ¶ Caueant ſibi omnes leproſi à frixis, acetoſis, ſalſis, acribus, & à forti vino, & à coitu. Comedát quãdoq; lac caprinum, in quo lapides fluuiales ſint extincti, & borraginem, bletas, cucur. citrullos, lactucas, cicoreá, ſpinachias: & huiuſmodi cum lacte amyg. cõditas, comedát carnes hœdinas, pullinas, caſtratinas, perdicum, phaſianorum, turdorum, & ſimilia. Vinum clarũ & ſubtile, redolens & bene lymphatum bibant. ¶ Vnguentum probatum ad leproſos: Recipe radicis lapatij acuti, abrotani agreſtis, fumiterræ, erucę agreſtis, florum & foliorum tithymalii an. *M. ʒ. hæc omnia bene terantur, & cum axungia veteri optimè piſtentur, & ſic in aliquo vaſe ęreo dimittantur per dies octo: deinde liquefac in ſtánato, & puluis iſte aſpergatur, & per interualla, cum ſpatula oliuæ admiſceantur: Recipe aluminis ſicci, hellebori al. auripigmẽti, ſtaphiſa. omniũ an. ℥. s. vltimò adde ℥. 2. picis liquidę, & ſemper cũ ſpatula ducas, & perfectè decoqui facias: deinde per pánum rarũ coletur, & vſui reſeruetur. ¶ Vnguentum aliud probatum ad leproſos: R. axungię porcinę veteris ℔. 2. olei veteris ℔. ʒ. lythargiri optimi, vitrioli an. ℔. ʒ. cõfice ſic axũgiá & oleũ vetus pone in vas æneũ ad ignẽ ſuauẽ, & cum vno fuſte palmæ viridis cõmoueátur parũ, & cum incipiũt diminui parũ ſpumá, q̃ ſupernatat collige. Lythargirũ & vitreolũ ſubtiliter miſceas, & cũ vno fuſte palmæ viridis, quod ſit fiſſũ in quátuor partes, miſce, & dũ fiunt, coctũ vnũ aliũ fruſtũ ita viride, ita fiſſũ iterũ pone in p̃dicto vnguẽto ad leprá, herpiginẽ, impetiginẽ, morpheá & ad oẽs corporis fractiones, p̃cedẽte quádoq; vniuerſali purgatione, & balnei vſu, & frictione p̃dictorũ locorũ, eſt mirabile. ¶ Vnguẽtũ Mag. mei ad leproſos optimũ, de quo poſt bal. exitũ inũgatur, quia probatũ eſt, impleatur vas terreũ oleo cõmuni bono in quo 7. vel 8. lacertas virides maiores, & venenoſas, quas inuenire poteris, apponas tibi permitátur mori, & iacere per diẽ, & noctẽ, deinde bulliant ſupra ignẽ, donec liquefiát, & quaſi ſint omninò cõbuſtæ, cũ eis bull. 10. fruſta corticis radi. ſambuci viridis, & cũ bullierint diu prædicta fruſta ſambuci abjiciátur, prædictũ oleũ coagulari permittatur, de quo in exitu balnei loca infecta lepra ſæpe inũgátur, quoniá eſt mirabile. ¶ Vnguẽtũ optimũ ad leprá, & ad omnes infectiones corporis: R. ſaponis gallici ℥. ʒ. axũgiæ veteris porci ℥. 4. farinæ lupinorũ, & ſiliginis an. ℥. ʒ. olei & capitelli an. ℔. s. omnia terátur ſimul, & in vaſe figuli coquantur vſq; ad cõſumtionẽ prædictorũ liquorũ, & addita cera q. s. fiat vnguẽtũ, de quo inũgatur purgatione balnei & fricatione, dictis prius factis. ¶ Itẽ nota, quod p abſciſioñe teſticulorũ palliátur leproſi. ¶ Potio optima ad leprã, ſerpiginẽ, impetiginẽ, morpheá, & huiuſmodi infectiones corporis: R. colocynt. agarici, ſquillę, aſſę, turbith ſcamo. helleb. nigri, polypodij, piperis al. & nigri, chamædryos, chamæpityos, centaureæ an. ʒ. 10. ſeſeleos, praſſij, ameos, epithymi, gẽtianæ, euph. poly. abſynthij, cicutæ, ariſto. rotun. & lon. ana *ʒ. 10. coccignidij, tithymalli, ireos, fumiterræ, petro. armoniaci, opoponacis, ſpicæ, xylocaſſiæ, aſari. cinnamomi, amomi, calami aromatici, folio. myr. ſcordeon, cyperi, hypericon, piperis longi, phu. croci, ſpicæ celticæ, ſquinanti, carpobalſami, ſem. rutæ: ſem. & radicis apij, caſtorei ana *ʒ. 2 s. ſerapini, bdellj ana ʒ. 5. carnium citrinorum ℥. ʒ hirundinis coctæ, pinguedinis tirorum an. ʒ. 10 aloes ʒ. 32. hæc omnia cum pinguedine prædicta, & ſapa q. s. conficiantur, & in pillulis, vel qualitercumque poteris, des ʒ. 5. vel ſecundum quod tibi videbitur ex prædictą cõfectione, quoniam mirabilis eſt. ¶ Syrupus expertus propriè ad illos, qui incipiunt fieri leproſi, mitigat enim eos, & non permittit amplius lepram eorum excreſcere, ſed curat eos ſæpe, groſſos & viſcoſos humores purgat, & contra phlegma ſalſum, ſerpiginem, impetiginem, roſulas, & contra omnes cutis infectiones eſt mirabilis & approbatus: Recipe fumiterræ, radi. tapſi bar. altheæ, radicis ſtœchados, aſphodeli, ſerpentarię, cucu agreſtis, rad. ireos, vtriuſque hellebori, chelidoniæ, leuiſtici, & ſi humor cholericus in cauſa fuerit, vermicularis, cymbalariæ, craſulæ, ſolatri, ſemperuiuæ, de omnibus his herbis ana piſtatis in ea quantitate, qua ſuccum haberi poſſet, & omnes iſti ſucci reſidere dimittantur: ſequenti verò die colentur, & pro vnaquaque libra ſucci pone ℔. 1. mellis deſpumati & coquantur ferè vſque ad medietatis conſumtionẽ, tũc ab igne deponantur, & puluis iſte admiſceatur: R. turbith, eſulæ, polypodij, hermodact. cataputiarũ mũda. an. ʒ. 1. ariſt. lõg. & rot. diptami an. ℥. s. hellebo. al. & nigri an. ℥. qu. détur de iſto ſyrup. ℥. 2. ſemel in ſeptimana cũ cal. ¶ Ad palliationẽ leproſorum fiat vnguẽtũ tale: R. limaturę auri, argẽti, plũbi, æris, ſtãni, & ferri an. terantur, & ducantur duæ horæ ſupra porphydum in mod. colorũ, & cum ſanguine teſtudinis, & ſang. puerorũ recentib. & oleo amyg ama. an. ſimul diſtemperentur, & additis parum balſami, myrrhę, aloes, in modum vnguenti confice, & corpus inũgatur, cũ leproſus de balneo exit. ¶ Aliud expertum ad idem: Rec. vnguenti fuſci, balſamitæ, vnguenti auri an. miſce cum terebinthina, limatura ferri, ſanguine puerorũ re. omnib. his miſtis inungatur corpus, cùm exit de balneo & ſtatim pliris arco-

*al. ℥. 2.

Carnes viperarum.

Vnguenta.

*al. M. s.

*al. ʒ. 5.

*al. ʒ. 1. s.

Syrupus expertus.

arcoticō cum limatura eboris, & auri in potu tribuatur, cum vino albo lymphato, & subtili distēperatis. ¶Aqua metallorum experta ad omnem lepram, scabiem, fistulā, morpheam, serpiginē, impetiginem, & cancrum, & cōfortationem omniū membrorum corporis, & omnem morbum contagiosum palliat, & interficit omnem morbū continuæ solutionis: R. limaturæ ferri: chalybis, auri, argenti, æris, stanni, plumbi an. myrrhæ, aloes an. quantum de omnibus, terantur omnia simul, & misce, & ponantur omnia in olla vitreata, vel B alchimica, quæ vas distillationis supra se habet, & supra ignem fornacis apponatur, & aqua, quę per alembicum distillat in vase vitreo collige, & vsui reserua, quoniam est mirabilis ad omnia supradicta. ¶Item aqua betonicæ, chelidoniæ, rutę, erucæ, verbenæ, eodem modo per distillationem abstracta, valet ad omnia supradicta, & pulcritudinem dat coloris.

Aqua metallorum.

ADDITIONES.

Experimētum, si aliquis est leprosus secundū C fratrem Albertum, fiat minutio de brachio, & projiciatur in sanguinem modicum plumbi vsti, puluerisati, si statim petit fūdū, est vel erit in breui leprosus, & si non descēdat, sed supernatet, nō: nūquam enim in sano descendit, sed supernatat. ¶Item sanguis leprosi cùm fuerit infrigidatus, si frices cum digito tuo, senties ipsum arenosum, ac si ibi essent arenæ, & hoc verum est signum leprę. ¶Item hoc modo poteris cognoscere leprosum: Accipe argentum viuum, & cum saliua mortifica D ipsum, deinde cum cera liquefacta malaxetur, & in modum emplastri ponatur in aliqua parte corporis per diem, vel noctem. Si. n. leprosus est, locus ampullatur: Si non, nō. ¶ Syrupus ad omnē speciē leprę, decoquatur succus fumiterrę, & coletur, & in colatura decoquatur thymi, epithymi, sennæ, aristo. ro. gentianæ, myrti, baccarū lauri, tamarindi, cynnamomi, zing. carnium serpentis præparatarum. Accipe serpentem de melioribus, qui habent ventrem album, & in medio ventris lineā E rubeam distinctam, & dorsum nigrum, remotis capite, & cauda, mediū decoquatur de prædictis, vsque ad carnium integram dissolutionem, deinde coletur, & cum saccharo syrupisetur, de prædicto accipiat de tertio in tertium diē, quantū capit testa oui, cum aqua tepida, præcedente vsu electuarij istius. Decoquatur serpens prædicto mō, præparatus in vino albo, remotis spinis, & ossib. teratur caro, & cum duabus partibus diasenæ misceantur, & fiat electuarium contra omnem cau F sam frigidam. In causa calida sint duæ partes rosatæ nouellæ cum tertia carnium serpētis decocti cum porris ad comedendum. Item detur vinum serpentis ad bibendum. ¶Item serpentes decocti cū tritico vsq; ad integram dissolutionem dentur gallinis ad pascendum, & deplumabuntur, & re-

Signa leprosi vel futuri.

A nouabuntur plumæ pōst, & post renouationem assentur, & dentur omnibus leprosis ad comedēdum, ad renouandum cutem Item cum pinguedine defluente inungatur facies, & operabitur illud idem. ¶Ad palliandam leprā: Rec. argenti viui, stanni an. funde simul, misce, pōst tere super marmor, & adde quantum illa de Mercurio sublimato, tere omnia fortiter simul, & postea pone in cellam humidam in vitro, & fiat aqua, de qua appone supra pustulas, facta scarificatione, & dimittatur per diem, pōst vnge cū oleo de vitellis ouorum, & si necesse tibi videtur reitera opus, quia renouat cutem, & palliat lepram cum bono regimine. ¶Ad lepram: Recipe staphisagriæ, lithargirij, plumbi vsti, euphor. an. ℨ.ʒ. succi gentianæ, succi bardanæ an. ʒ.ʒ. olei de oliuis veteris ℥. 2. puluerisentur subtilissimè, & fiat massa cum prædictis, pōst Rec. anabulam minorem, & caulem agrestē, lapatium acutum, radices asphodeli, tere diligenter cum porci axungiæ vetustissimę ℥. 4. & fortiter pistando incorporetur, cui addatur massa supradicta, & fiat vnguentum. Vltimò addātur scamoneę coctę subtiliter puluerisatę ʒ. 6. vnge brachia circa pulsum in cruribus, & miraberis effectum. ¶Pillula vna ad modum ciceram de ambra serò sumta, valet ad lepram, quia inter omnia sanguinem mundificat. ¶Notandum, quòd in pustulis, & rasca faciei multum iuuat appositio ventosarū cum scarificatione in spatulis: & post diem tertiū appone sanguisugas, pōst inunge cum vnguētis, præcedentibus tamen prius purgatione, & balneo. ¶Ad lepram valet aqua sanguinis porci, aurum potabile. Electuarium serpentum, secūdum doctrinam Gal. in 11. pharmacorum, & aurum purum. ¶Syrupus Gal. laxatiuus, ad omnem speciē lepræ optimus, serpiginem, impetiginem, scabiē, stomachum mundificans, & renes purgans: Rec. myrobalanorum citrinorum, chebulorū, & indorum an. ʒ. 10. epithymi, cuscutę, absynthij, borrag. radicis apij, marathri an. ʒ. 2. pruna sicca 25. passularum sine nucleis, belliricorum, liquiri. polypodij an. ʒ. 12. tamarindorum, cassiæ fist. an. ℥. 2. rosa. vio. zingib. an. ℥. 1. iuiubarum, sebesten an. 15. omnia bulliant vsque ad consumtionem tertiæ partis, deinde colentur, & de colatura eorum accipe ℔. 4. & adde succi fumiterræ depurati ℔. 2. succi borraginis, & succi scabiosæ an. ℔. 1. sacchari q. s. dentur ℥. 2 cum tepida bis vel ter in hebdomada. ¶Vnguentum ad pustulas faciei, quod habuit Magister Bernardus Foresten in mōnte Pessulano à quodam peregrino, & vidit effectum: Recipe zingib. albi, granorum paradisi, caryophyl an. ℥. s. sulphuris viui ℥. 1. s. axungię porci recentis ℥. ʒ. puluerisāda puluerisentur, & misce in modum vnguenti, quo vngat se sero morpheatus, seu leprosus, & de mane lauet se cum aqua decoctionis communis furfuris.

Aqua.

Syrupus solutiuus.

ARNALDI DE VILLA NOVA BREVIARII LIBER TERTIVS.

PROOEMIVM.


N hoc meo libro Deo auxiliante de ægritudinibus, quę propriè mulieribus accidūt, tractare intendo, & quia mulieres vtplurimum sunt animalia venenosa, de morsu animalium venenosorum cōsequenter tractabo, & postea de quibusdam apostematibus, & de anthrace, carbunculo, & fistulis: & in hoc finietur liber tertius, postea librum quartum de febribus ordinabo, qui erit vltimus liber breuiarij mei, ad finem cuius sobrio & læto Omnipotens deducat animo.

De Causis impedientibus conceptionem, Cap. I.


NCIPIENS igitur ab impedimento cōceptionis, audeo dicere, quòd ex multis & diuersis causis in mulieribus conceptio denegatur, vt ex nimio fluxu mēstruorum, & ex nimia retentione eorum, & ex apostemate matricis, seu vuluæ, & de vnoquoque proprium capitulū ordinabo, videlicet de nimia retentione menstruorum, & de immoderato fluxu ipsorum, & de apostemate vuluæ. ¶ Quandoque impeditur conceptio propter nimiam matricis constrictionem, quod non potest semper sciri, nisi per mulierem, quæ mulier os matricis tangens digito, quandoque ipsum os matricis ita strictum inuenit, vt digitus intromitti non possit, & hoc est causa sterilitatis in multis mulieribus: propter hanc enim constrictionem oris matricis sperma non potest intrare matricem, nec ad generationem, vel conceptionem facere, vnde curetur, vt infrà dicam. ¶ Quandoq; fit mulier sterilis totaliter, vt quando bibit aquam decoctionis radicis filicis, & aquam, in qua ferrarij extinguūt forfices suas, vel supponunt sibi aliquod suppositoriū, conceptionē impediens, de quibus infrà tractabitur, & hæc sterilitas per medicinam non curatur. ¶ Quandoque impeditur conceptio, sicut mulieres dicunt, p facinora seu maleficia, facta illi mulieri, secūdū plures: & pluribus accidit per artem negromantiæ, vt in pluribus vidi, & huiusmodi sterilitas curationem non recipit, nisi prius facinora tollantur. ¶ Quandoq; etiam mulieres à principijs generantibus, & componentibus efficiuntur steriles, aut ratione ætatis, quia iam transiuerunt 50. annum, vel 60. & huiusmodi sterilitas non recipit curationem, nec concipere possunt tales mulieres, nisi forte diuino miraculo, sicut patet de Elisabeth, quæ iam 60. annum transiens cum diuino spiramine peperit beatum Ioannem Baptistā, & de pluribus alijs. ¶ Causæ autem generales in mulieribus conceptionem impediētes sunt quatuor, scilicet distemperantia caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & humiditatis. Nam, vt dixit Hippo. A aphor. lib. 5. particulæ: Quæcumque frigidas, & densas matrices habent, non concipiunt: & quæcumque humidas habent matrices, non concipiunt, extinguitur enim in eis semen. Et quæcūque siccas matrices habentes non concipiunt, indigentia enim nutrimenti corrumpitur semen, & de his quatuor qualitatibus in virtute excedētibus exemplum in hunc modum possumus colligere. Sperma viri est sicut artifex, & sperma mulieris est sicut materia in creatione: vnde quem- B admodum agricola in agro suo granum seminat, eodem modo & vir in muliere seminat semen suum: si itaq; granum tuum in locis frigidissimis, sicut sunt plures partes Scythię, vel Germanię, vel quando nix, & glacies sunt in terra, & in locis illis volueris seminare, non germinabit, nec fructum faciet: hoc modo semen à te seminatum ibidem, propter nimiam frigiditatē extinguetur, & mortificabitur, & virtus ipsius seminis annihilabitur, & non faciet ad generationem. Idem dico de hu- C miditate nimia: verbi gratia, si seminaueris granū in palude, tāta est ibi humiditas, quòd virtus, quę est in semine, ibidem nō potest oriri. Eodem modo contingit in muliere habente matricem nimis humidam naturaliter, vel accidentaliter, vt accidit meretricibus, quæ tota die coeunt, & habent matricem humidam: in eis enim non fit generatio. Eodem modo de caliditate nimia: vt si in Æthiopia, vel saltem in diebus canicularibus seminaueris, tanta est terræ caliditas, & ariditas, D quòd virtus seminis ibi aduritur, & suffocatur. Simile exemplum accidit de nimia siccitate, vt si seminaueris granum, vel aliquod tale in arenā maris, tanta est ibi siccitas, quòd granū ibi nasci non potest: ita potest dici de muliere habente matricem nimis siccam. Oportet ergo si matrix in aliqua istarum quatuor qualitatum distemperata fuerit, quod ad temperamentum reducatur cum rebus, & medicaminibus, sicut inferiùs dicam. ¶ Frigiditas nimia in causa esse cognoscitur, quia E mulier sentit frigiditatem circa latera, & renes, & matricem, & vrina est tenuis, & alba apparet, & quandoque mediocriter spissa, & omnia frigida nocent, & calida prosunt. ¶ Humiditas verò in causa esse cognoscitur ex pingui vel mediocri corporis dispositione, ex menstruis exeuntibus cū mucilaginibus, & etiam quia circa principium & finem menstruorum mulier quoddam viscosum & aquosum emittit: vrina alba, spissa, & quandoque lactea apparet: adest etiam frigiditas, & gra- F uedo matricis, & vuluæ, & dolor circa latera, & renes. ¶ Nimia verò caliditas, seu siccitas manifestatur per exeuntia, vrina citrina, vel subcitrina, tenuis cum atomis lactis: adest sitis, oris amaritudo, & quandoque totius corporis macilentia, & exsiccatio, paucitas menstruorum, & quandoque aliqua res extenuans corpus præcessit, sicut sunt vigiliæ nimiæ, ieiunia, labor, angustia, acuta febris & similia, & huiusmodi mulieres, quæ naturaliter ad huiusmodi macilentiam sunt dispositæ, rarò & cum difficultate ad temperamentum redeunt

Causæ.

Signa frigiditatis.

Signa humiditatis.

Signa caliditatis & siccitatis.

Ex parte viri.

redeunt,& concipere poſſunt. ¶ Quandoque etiam impeditur conceptio vitio viri, vt ſi ſperma ipſius fuerit nimis calidum,quod ſcitur per mulierem:quia quando tale ſperma in matrice emittitur,ſentitur calidum,quaſi adurens:aliquando ſentitur nimis frigidum, & quaſi ad modum glaciei in vulua mulieris, aut præ nimia lubricitate ſtatim emittitur cum muliere ſperma, incontinẽti lubricum , & aquoſum , & iſti tales non generant:oportet enim , quòd ſperma faciens ad conceptionẽ,ſit condenſatum, & ſpiſſum, & in quatuor qualitatibus temperatum.Item vir, quando habet virgam tortuoſam ſeu curtam, & curuatã, non generat, quia non poteſt ſperma ſuum rectè in matricem proiicere,& ſic non generat. Item nota,quòd dicit Philoſophus in lib.de animalib. quòd ſperma pueri,& ebrij &multũ coeuntis nõ facit ad generationem. ¶ Itẽ nota,ſicut dicit Auicennas,ſperma viri eſt ſicut artifex,& ſperma mulieris eſt ſicut materia in creandis infantibus. Et ſicut videmus in pauco fermento, quòd magnã paſtæ partem fermentat, & eleuat, eodem modo eſt de ſpermate viri , quando cum ſpermate mulieris miſcetur,plus enim eiicit vna mulier de ſpmate quàm facerent 10 viri. Et iſtud modicum ſperma viri , quod cum illo ſpermate multo mulieris miſcetur,eſt ſicut fermentum in paſta poſitum,vt dictum eſt.Et ſi obiiceres contra me fortè,qđ mulieres nõ ſpermatiſant,dico quòd verũ eſt,qđ illud qđ emittit mulier,non eſt verũ ſperma,ſed poteſt dici , quòd eſt ſanguis mẽſtruoſus dealbatus , & ſic habes , quòd nomen ſpermatis dicitur de duobus ſpermatibus, per communitatem nominis tantùm,& vniuoce

Probatio ſterilitatis in viro & muliere.

¶ Probatio ſterilitatis in viro, vel muliere hoc mõ poteſt fieri: accipiat quilibet eorum grana frumenti hordei, & fabarum ana 7. & quilibet eorum madefaciat ſua grana ex vrina propria,& ſeminet quilibet eo rum ſeparatim,& per ſe grana ſua in aliqua gruſta,in qua ſit de terra ad ſufficientiam, vt ibidem naſci poſsint, & quilibet eorum quolibet mane ex vrina propria gruſtam ſuam aſpergat, & ſic ꝑ 8. vel 10.dies vel amplius fiat,& dimittantur prędictæ gruſtæ ſic,quod ſuper eas non pluat,& grana,quæ naſcentur ſignificant,quòd ex parte illiꝰ non eſt ſterilitas. ¶ Aliud ad idem,ſi ſperma viri, vel mulieris ſuper vas plenum aqua proiiciatur, illud,quod ſupernatauerit,ſignificat in iſto ſterilitatem eſſe : quod verò ad profundum iuerit,ſignificat illum,vel illam poſſe generare,vel concipere.¶ Aliud melius ſignum,quod poſsit haberi à muliere,vtrũ poſsit concipere,vel non : eſt qđ facias illud,quod dicit Hippo. in apho.mulieri,ſi vis ſcire,&c.& ſi non concepit,cooperias eam veſtimentis,& ſuffumigia ex aromatib. per inferiora,& ſi odorẽ per nares,& os ſenſerit , ſcias quòd non propter ſe non concepit:eſt ergo culpa viri. Sed hæc ſuffumigatio hoc modo debet fieri , ſedeat mulier in ſcano perforato nudo culo, & ſit bene induta veſtimentis pluribus , & ſupra oẽs pãnos ſuos ſit cincta,& fortiter ſtricta cum cingulo,vel faſcia,ſic quod fumus ab inferiori parte veniens per os , & nares eius accedere non poſsit, & tunc per embotum fumum ab huiuſmodi aromatibus ſupra carbones poſitis in vuluam recipiat,ſicut ſunt laudanũ,ſtorax,calamita, lignũ aloes, muſcus, ambra& huiuſmodi.Et ſi huiuſmodi fumũ ꝑ corpus ſuũ trãſire ſenſerit,& ad nares deuenire,ſcias qđ ex parte huius mulieris nõ impeditur conceptio,ſed potius ex parte viri. ¶ Si verò dictum fumum ad nares ſuas nullo modo ſenſerit deuenire , ſcias quòd à culpa eius procedit ſterilitas. ¶ Item nota,quòd ſi allium mundatũ ponatur in vuluam,& odor eiꝰ ad nares per corpus penetret, ſignum eſt quòd à muliere ſterilitas non procedit,& è conuerſo. ¶ Si itaq; in muliere impediatur conceptio propter nimiam mẽſtruorum retentionem , vel propter eorũ immoderatum exitum , vel propter apoſtema matricis,prouocentur,vel reſtringantur menſtrua,vel curetur apoſtema matricis, vt in propriis dicetur capitulis.

Cura ſi propter frigiditatem.

¶ Quod ſi propter nimiam frigiditatem conceptio impediatur,hoc modo curetur: circa finem reuolutionis lunæ menſtruorũ, curſu completo mulier circa horam matutinam ſtupham intret,in qua matriſsilua,malua,biſmalua, roſæ,iuniperus,parietaria,menthaſtrum, frõdes lauri,myrtꝰ,pulegium,chamo:ſauina, pimpinella,mẽtha, maiorana,folia citri, baſilicon& alia odorifera ponantur,& in aqua bulliant, & in ipſa aqua rumpatur ampulla oleo laurino , muſcellino,vel chamomillino plena, & ibi balneetur ; & ſtuphetur.In 4.die fiat ſcarificatio poſt earum tibias,& extrahatur ſanguis. ¶ Si tamen humores frigidi in cauſa fuerint, prius debent purgari cũ theodoricon,vel cum benedicta,vel cum pillulis ſine quibus eſſe nolo,& ſimilibus. Poſtea prædictam ſtupham intrare debet, & cùm exiuerit balneum , ſumat de diamargariton , vel de muſcata ad quãtitatem nucis,cum vino odorifero , vel de iſto electuario ad hoc optimo:Recipe ſpicæ , nucis muſcatæ,caryophyll.zedoariæ,galangę , piperis longi , roſ.ſtora.calamitæ,aliptę,muſcatæ,an: de omnibus partes æquales,radicis biſtortæ ad pondus omnium:cõfice cum melle deſpumato, & aromatiſetur cum muſco,& omni die,& mane & ſero ſumatur de hoc electuario ad quantitatẽ nucis,cum vino odorifero,omni die balneetur vſque ad 10,dies in prædicto balneo,& de prędicto electuaria ſumat , & vuluam ſuam cũ aqua dicta bene lauet,deinde ſuffumiga ipſam vuluam cum laudano,thure, xyloaloe, ſtorace, ambra, alipta, xylobalſamo,& ſimilibus: & ſtatim ſupponat ibi ſuppoſitorium,factum ex magna triphera,vel eſdra cum puluere olibani, & oleo laurino,vel muſcellino ſimul confectis,& ipſum ſuppoſitorium per totam diem in vulua teneat,renouando quolibet die ipſum. Nocte verò iſtud aliud teneat in vulua:R. nucis muſcatæ,ſtora. calamitæ, aliptæ, caryophyll. muſci,lignialoes, pulueriſentur , & cum aqua roſ.conficiantur, & ſuppoſitorium ex his formetur,& ipſum per noctem totam teneat, vel fiat ſacculus ex ſubtiliſsima petia pãni lini,in modum digiti,& impleatur prædicto puluere,& in vulua per totam diem teneat. In die verò prędictum ſuppoſitorium teneat in vulua,quod ſuprà dictũ eſt,& vtatur balneo dicto ſuprà, & electuario ibi dicto , & hæc ſufficiant per 10. dies. Suffumiget ſe etiam quandoque ex aqua decoc. pulegij,biſtortę,laudani,& oliba , in 10.verò die, & non añ in hora matutinali, vir ſuus accedat ad eam auidè , & coeat cũ ea tangendo eam in ma-

millis,& per corp⁹ cum maxima auiditate,& desiderio: prædicta tamen omnia à muliere vsque ad 10. diem fieri debent quolibet die, & antè coire non debet,& vir illis diebus à coitu abstineat, vt tunc temporis sit magis auidus ad coitum, & illis dieb. vtatur aliquo electuario cal. augmẽtatiuo spermatis, vt diastinci, diaspermaton, & electuaria suprascri. intret etiam quãdoq; stuphá pdictá

Si fuerit propter hu. nimiam.

¶ Quòd si ,ppter nimiá humiditatẽ matricis cóceptio impediatur, si nihil astiterit p 7. dies añ menstrua, purgetur cum benedicta, paulino, theodoricon, empericon, hieralogodion, & similibus. Item vtantur isto syrupo ante purgationẽ optimo contra conceptionis impedimentũ, propter frigiditatem, & humiditatẽ facto: R. sauinæ, calamenti campestris, & fluuialis, ameos, squinãti an. ℥. s. anisi, & fœni. an.* ʒ. 1. bulliant in sufficiẽti quantitate aquæ, vsq; ad consumtionẽ medietatis, & fiat ex colatura syrupus, addendo mellis despumati quãtum sufficit, & his de triphera magna cũ diagridio, vel gith, & mercuriali, tritis, & cómistis supponatur omni sero, & vtatur balneo & suffumigiis supradictis, & suppositoriis, & electuariis supradictis, secundũ doctriná superiùs traditam: & hoc per 12 faciat dies. Deinde cum viro coeat, & si nimis pinguis fuerit mulier, iniungatur exercitium, & diæta calida, & sicca, panem durum comedat, & vinum forte bibat, non iaceat in lecto, & huiusmodi corpus extenuantibus vtatur. Suppositoria exsiccantia fiant, sicut est illud, quod fit de colocynth. & thure cũ vino mistis, & fiat suppositorium, vel istud suppositoriũ ad hoc expertũ fiat, & supponatur: R. colocynth. aluminis, gith, castorei, myrrhæ, galbani, piperis, calamitæ, opopona. an. ʒ. 1. musci, ambræ ana ʒ. s. omnia puluerisentur, & conficiantur cũ vino recenti, & fiat suppositoriũ in modũ glandis, & supponatur per totam noctem, quia miro modo iuuat ad conceptionem. Mulier, quæ propter nimiam humiditatem, vel pinguedinẽ concipere non potest, vtatur & diacoro, diamargaritõ, & electuariis calidis supradictis, & si prima vice nõ concipit mulier, factis omnib. supradictis, alio tempore adueniente menstruorum, mundificentur iterum menstrua, & fiant omnia prædicta secundũ prædictũ ordinem, & hoc bis vel ter fiat, si fuerit oportunũ.

**al. ʒ. 1.*

Si fuerit propter cal. & siccitatem.

¶ Quòd si in caliditate vel siccitate fuerit distemperantia. s. in muliere, impediens cóceptionẽ, purgetur primò humor, si in ea fuerit cũ medicina conuenienti: Deinde mulier intret balneum aquæ calidæ simplicis omni nocte, in quo balneet se, & ibi parũ moretur, & in exitu tripherá magná accipiat cũ vino lymphato, & omni sero suffumigetur matrix de aqua decoct. viol. brancę vrsinę, parietariæ, ros. & pulegij, & suppositoriũ ex ipsa magna triphera, & olibano illi supponatur. ¶ Vel suppositoriũ istud mirabile ad impedimentũ conceptionis: R. sileris montani puluerisati ʒ 2. coaguli leporis ʒ. quart. confice cum melle despumato, & oleo muscellino, vel laurino & per diẽ & noctẽ vsq; ad matutinum supponatur, & extrahatur & coeant tunc. ¶ Item suppositorium factũ solũ ex stercore leporis, & melle simul mistis, suppositum, miro modo conceptionẽ adiuuat: & à salsis & acutis omninò abstineat, vinũ odoriferũ & lymphatũ bibat, & temperata & humida diæta vtatur. Itẽ vinũ deco. visci quercini, in potu datum, valet ad conceptionem, & similiter vinum musci ¶ Itẽ os de corde cerui, serratura eboris, circa finẽ menstruorũ in potu data, iuuat ad conceptionem. Item vrina elephantis potata valet. Itẽ testiculi gallorum, & porcini arefacti, & comesti iuuant ad conceptionẽ. Quidam dant semẽ seseleos pecudib. frigidis, & dicũt quòd facit multiplicare fœtum in eis. ¶ Item radix bistortæ trita, & cum coagulo leporis & vino mista, imposita, data ea nocte, qua ad mulierẽ vir vult accedere, iuuat ad concipiendum mirabiliter. ¶ Crispellæ iuuantes ad concipiendũ: R. radicũ brancæ vrsinæ, arthemisię, enulæ, pigami, herbæ venti, saluiæ, omnium viridiũ an. partẽ 1. radicis bistortæ, quantum de omnib. farinæ subtilissimæ & vitellorum ouorum, quantũ sufficit: fac crispellas, & cum adipe, vel lardo frige eas, & cũ melle comedat ex eis 5. vel 7. mane, vel quod melius est, fiat ex eis placentula sub prunis ardentib. & detur. Suppositoriũ mirabile, adiuuans ad conceptionem: R. spice, croci, masticis, myrrhæ, bdellij an. ʒ. quart. conficiantur cũ adipe anseris, vitellis ouorum, & oleo laurino, vel muscellino, vel cũ oleo de lilio, quod sufficit, & supponantur in lana pręcedentib. prius balneis & ablutionib. prædictis, & quolibet die renouetur. ¶ Aliud expertũ ad idem: Alliũ optimè mũdetur, & in oleo ros. vel sesamino bulliat, quousq; dissoluatur, & recedat ab eo humiditas, & aquositas, deinde teratur, & inuoluatur in lana, & supponatur, quia miro modo iuuat ad concipiendum. ¶ Liciniũ, vt mulier non concipiat, nisi masculos: R. gallarũ, galbani an.* ℥. ʒ laudani* ℥. 1. s storacis liquidæ ʒ. 2. spicę ℈. 1. succi matricariæ, fellis catti, quantũ sufficit, confice, & in lana succida inuoluatur, & præcedente balneo, & vsu prædictorum supponatur per noctẽ, & hora matutina extrahatur, & cũ ea coeat. ¶ Aliud pessariũ, vt mulier non concipiat, nisi masculos: R. ceræ, mellis, butyri, medullę ceruinæ, olei ros. ana ʒ. 2. croci, casiæfi. cinnamomi, hyssopi an. ʒ. 1. myrrhæ, storacis, aloes, terbẽtinæ, calamenti, adipis pullini, & anserini, fœnu. farinæ volatilis an. ℥. ʒ. musci grana 6. fiat ex omnib. pessarium, & in vulua vsq; ad horam coitus retineatur. ¶ Item nota, quòd dicit Philoso. in lib. de animalibus, quòd sperma faciens ad generationem masculi descendit per testiculum dextrum: per testiculum verò sinistrum descendit sperma faciens ad generationem fœminę Vnde quædá domina apud Neapolim dixit mihi, quod propter hoc, quando intendebat imprægnari in ipso coitu, quũ coibat cum viro suo, ligabat cum quadá cordula testiculũ sinistrũ viri sui, prope locũ vbi pendebat, & ipsa masculos semper concipiebat. ¶ Vnguentum optimũ ad conceptionẽ, & ad omnes matricis occasiones, & ad menstrua prouocá da: Et est probatũ à quadá regina nomine Cleopatra ad omnia supradict. Re. mellis despumati phialam vnam, adipis vituli, & vulpis, & olei lentiscini & laurini an. ℥. 2. butyri ℥. 4. adipis vrsi, & ceræ an ℔. 1. succi arthemisiæ phialá 1 hæc omnia prædicta simul dissoluantur, & bulliant, & addegalbani, terebinth. an. ℥. 1. zing. al. cozumbri ʒ. 2. thuris ʒ. 1. s. croci ʒ. 1. s. myrrhæ, masti. casiæ an. ʒ. 2. spi-

**al. ℥. quar.*
**al. ʒ. 1. s.*

ʒ.2.ſpicæ,xylobalſami,ana* ℥.1. ameos,radicis ireos, ana ʒ.2. iuſquiami, hyſſopi,pulegij, epithymi,agarici,ſtora.calamitæ,ſe. petro. dauci, carui, marathri,aniſi ana ℥.1.omnia in ſubtiliſsimũ puluerem redacta prædictis rebus addantur, & hoc vnguentum in vaſe figuli mundo conſeruetur,& præcedente vſu balnei mittatur in vuluam cum lana ſuccida,in eo intincta, & ſupponatur, quia probatum eſt ad omnia ſupradicta. ¶ Item carnes leporinæ aſſatæ ſupra carbones, & torrefactæ, & coagulum leporis cum vino, miro modo iuuant ad concipiendum. ¶ Quòd ſi propter cõſtrictionũ matricis mulier concipere non poteſt, quod per ſupradicta ſigna cognoſcitur,ter in die ſcilicet mane meridie & ſero abluat ſe cum aqua decoctionis maluarum, parietariæ, brancæ vrſinæ,viol.zingiber.fœnugręci, & ſimilium omniũ contuſorum:poſtea maluam, vel radicem brancæ vrſinę,cum medulla ceruina, vel vitulina tritis, ſupponat cum digito qualitercunque poteſt in vuluam. ¶ Aliud ad idem,ſambucum,& radix brancę vrſinæ terantur inſimul,& ſupponantur: Itẽ malua,& ruta trita cum ſeuo vaccino, & ſuppoſita,miro modo valet, vel ſolum ſeuum vaccinum,vel medulla vaccina, vel ceruina cum lana ſuccida ſupponantur, poſt hæc ſi fuerit elargatũ os vuluæ,fiant balnea & vtatur ſuppoſitorijs, & electuarijs ſupradictis,& ſic concipiet. ¶ Quòd ſi ſolummodo in loco,vbi debet eſſe vulua, ſit vnum paruum foramen, & quòd vix puncta vnius fuſi intrare poſſet,quod vidi in quadam puella Bononiæ tunc incidatur, vt amplietur vulua cum raſorio condecenter per manum chirurgi probi, & poſtea conſolidetur, vt vulnera cętera. Et hæc de impedimento conceptionis ad præſens dicta ſufficiant.

Si fuerit propter cõſtrictionẽ matricis.

Si fuerit opilatum os vuluæ.

ADDITIONES.

NOta vltimum & vtile experimentum,vt mulier concipiat,& eſt valde leue,ſi huiuſmodi impedimentum conceptionis propter frigidam cauſam vel humidam eſſe cognoſcatur. Accipiantur herbæ calidæ,ſicut ſunt ſauina,laurus, flores chamo.melilotum,ſambucus,baſilicon,matriſilua,herba paralyſis, folia citri & huiuſmodi aromaticæ & calidæ, in aqua bulliant in aliquo vaſe bene obturato,ſic quòd non poſsit aliquis vapor ab ipſo exire,niſi per cãnam vnam in medio perforatam,cuius caput vnum in vaſe prædicto collocetur, & aliud caput illius cannæ in vulua mulieris teneatur, ſic quòd ille fumus tota nocte in vuluam intret, & mulier ſuperdormiat, deinde poſt matutinum coeat cum viro ſuo, quia mirabiliter iuuat ad concipiendum: & ſi fuerit cauſa calida impediens conceptionem,fiat idem ſuffumigium ex aqua decoctionis violarum vel roſa. ſymphiti,& ſimilium ¶ Suppoſitorium ex ſtercore vulpis,leporis,& coagulis eorum, & ex felli bus ipſorum, & ex felle & ſtercore gazelli,& ex felle leonis,ſi ex illis omnibus, vel aliquo prædictorum cum pillulis ſpecierum aromaticarum, & oleo laurino, vel muſcellino fiat ſuppoſitoriũ, miro modo adiuuat conceptionem, ſi ſupponatur. ¶ Potio probata vt mulier concipiat etſi per plures annos ſterilis ſteterit,& deperditas reſtaurat carnes,& vigorem animæ bonum facit. Recipe viſcaginis, porri, vitis albæ, ana nodos ſynceros,vel pugillos ſingulos melliloti,betonicę,pimpinellę,arthemiſiæ, querculæ maioris, & minoris,linguæ ceruinæ, millefolij,caprifolij, violarũ, craſſulæ,ſauinę,agrimoniæ,hyſſopi,omnium viridium ana faſciculũ 1. piperis gra.100. cymini ʒ.4. caryophyl.cinna.nardi,galangę,nucis muſ.zingiber.coſti ana ʒ. 2. confice ſic,nodos viſcaginis, porri,& vitis albę bene ablutos cum herbis prædictis in vino albo bono,per duos dies iacere dimittas:tertia verò die vſque quò tertia pars dicti vini remaneat coquantur & optimè colentur, & colaturæ adde mellis deſpumati, quantum ſufficit,& poſtea puluerem prædictarum ſpecierum ſuperaſperge,& ſumat de eo mane,meridie & ſero medium cyathum cum tantundem vini lymphati miſti. ¶ Vt mulier concipiat,lanam ſuccidam in lacte aſinę intingat, & ſuper vmbilicum eam liget, poſtea puluerem factum de teſticulis verris, cum decoctione biſtortæ & aqua caryophyll. bibat,cùm vadit dormitũ,& hoc poſt purgationem menſtruorum faciat, poſtea cum viro coeat,& concipiet,probatum eſt. ¶ Aliud:Recipe ſaluiæ,hyſſopi,rutæ ana M.1. terantur, & fac ex illis ſuppoſitorium, & teneatur à muliere in vulua per tres dies,& noctes,qualibet die & nocte renouando dictum ſuppoſitorium, deinde extirpetur virga cum teſticulis à lepore, & exſiccentur in furno,vel alibi, & pulueriſentur, & de illo puluere ſumat,quantum capit teſta vnius auellanæ cum cyatho vno vini calidi,ſero,quando intrat lectũ.In quarta die ſummo mane, accedat vir ad mulierẽ,& concipiet. ¶ Balneum optimum:Recipe arthemiſiæ,roriſmarini,pulegij, calamenti, origani, & ibi balneetur per duos aut tres dies,& in exitu balnei ſumat magnæ tripheræ cum prædicto vino ʒ.3.deinde teratur calamẽtum recens,cum melle,& coagulo leporis confectis inuoluatur in petia lini ſubtiliſsima,& in modum digiti ſupponatur in vuluam; & teneatur per duos dies ibi,poſtea coeat cum viro & eſt expertum. ¶ Item fel anſeris domeſtici,& iuuenis, cum ſucco praſsij,& pulycariæ & parietariæ miſtum, cum bombace in eo intincto, ſupponatur in vulua,vſque ad horam matutinalem, & tunc coeat,quia mirabile eſt. ¶ Vt mulier concipiat, matricem ceruæ ſuper carbones aſſatam comedat,probatum eſt. Item ſtercus leporis ſuppoſitum cum coagulo eius,vel comeſtum, mirabile eſt. Betonica fomentata matrici,& confecta cum melle ad concipiendum valet & ſimiliter ſaluia. Aliud ad idem: Rec. betonicæ ℥.6. ſpecierum aromaticarum tantundem,deinde adde biſtortã, quia iuuat retentioni matricis.

COMMENTARIVS.

SPERMA *viri eſt ſicut artifex,mulieris vt materia.*] Hoc ex Ariſtotelis ſententia protulit Arnaldus: qui tamen hac in parte nequaquam verè philoſophatus eſt. Semen namq; mulieris idem & natura eſt & ſpecie cũ viri ſemine: Cùm enim ſemen vnumquodq; ſuam potẽtia ſpeciem referat, certè mulieris ſemen eaſdem habebit vires ad producendam mulieris ſpeciem,atque viri ad marem progenerandum. Egregiam verò philoſophorum fortitudinem: qui ſuos in muliebre genus

neruos intendunt. At verò dum mulieres ignaræ conticescunt, facile palmam obtinent philosophi. Animal imperfectũ aiunt esse mulierem. Venenatũ dicit Arnaldus, vt seipsum fortè consolaretur, cui fuerat secundũ monasterij leges à mulieribus abstinendum.

Et ficuti videmus in pauco fermento.] Et hic suam cum cæteris insaniam prodit Arnaldus, dum ait vnam mulierẽ plus quàm decem viros fundere seminis: Nec tamen id ipsum quod emittit mulier verè semẽ esse. Falsum hoc est, & illud est falsissimum. Quid enim obstat, quominus probum se non generet mulier, cùm nullo tamen destituatur ex ijs, quæ sunt ad probi seminis generationem necessaria. Calor forsan est imbecillior Hoc nempe potissimum est huius erroris argumẽtum. Sed duplici ratione philosophorum hic imprudentia patet: tum quod non necessarium sit mulieres marib. esse frigidiores: tum quod non calori, sed testium formæ sit adscribenda seminis generatio. Pluribus hoc, vt & illud demonstrauimus argumentis in nostris in Hippo. libellum de natura humana commentarijs, quos aliquando si res ferat emittemus. At verò licet mulieris semen masculo frigidius esse fateamur: Non id tamen inde consequitur, quod ait Arnaldus muliebre semen materiæ solius obtinere rationem: Multo minus id verum erit, quod hoc in loco dicitur, mulieris scilicet virique semen res esse specie differentes, licet nomen idem sit vtriusque. Sunt hæc æquiuoca, non vniuoca.

Probatio sterilitatis.] Cœcus hic disserit de coloribus: dum monachus iste suum de sterilitate fert iudicium. Non sua tamen sed aliorum deliria nobis obtrudit Arnaldus. Prima fœcunditatis aut sterilitis coniectura non à semine, sed ab vrina desumitur: altera verò à semine: tertia deniq; à muliebris corporis cõstitutione. Primã ridiculã esse profitemur & indignã philosopho: Quid enim vrina? Quid vesica, vel renes ad fœcunditatem? Ex vrina quidem iudicium de sanguine fieri potest, quem seminis constat esse materiam. Sed vt massa terrea fructum ferat ex eius vrinæ a persione cuius fœcundum semen est, nequaquam id concesserim: seminis namque fœcunditas in solo mulieris vtero potest exercere: multo minus vrina, cui fœcunditas nullo modo competit, in massa terrea fructum producet. Altera verò cõiectura licet aliquam obtineat veritatis speciem, fallax ea tamen est: Non enim fœcunditas seminis à leuitate vel grauitate pendet, sed à propria eius forma, quæ scilicet ei vt semini, non vt hoc aut illud obtinenti temperamentum. Imo verò si iudicium hoc leuitatis aut grauitatis expendas, id semen quod leuius est videtur esse fœcundius cum grauitas frigiditatis asseclasit, vt Physicis placet. De tertia coniectura quid sentiã efferre non licet.

Item nota quod dicit Philosophus de sinistro testic.] Potissimũ huic errori patrocinium ab Hippocrate est. Sed si tamen veritatis potior debeat esse ratio, quam autoritatis, merito quid sentiam proferre licebit. In dextra vteri parte mares generari volunt: vel si semen maris è dextro testiculo profundatur. Contingit autem in coitu, si positum genitalium expendas, vt è dextro maris testiculo semen in sinistram vteri partem effundatur. Verum omnibus diligentissimè supputatis rationibus, errorem hunc intelliges non minus exploden dum esse quàm ij sint de quibus anteà mentio facta est. Ridiculum verò commentum eximio facinore cuiusdam mulieris Neapolitanæ comprobandũ fuerat, quæ masculam ex viro prolem vt conciperet, sinistrum ei testiculum in coitu constringebat. Philosophum decuit ante rem omnem expendere diligenter, quàm verum esse testaretur. Anatomicæ docent obseruationes glandulas esse quasdam ad penis radicem sitas (parastatæ nuncupantur) in quibus semen à testibus transmissum continetur. Ex his non autem è testibus in coitu semen effunditur. Licet ergo mulier illa sinistrum testẽ in coitu ligauerit: poterat tamen nihilominus sinistri testis semen in parastata contentum emitti.

A

De Signis impraegnationis, & vtrum mulier conceperit masculum, an non, Cap. II.



IGNA conceptionis sunt hæc: menstrua non currunt secundum solitũ cursum, sed minorantur & de eis, quasi nihil emittitur, non appetũt, quamadmodum antè quandoque

B appetebant, ideo appetitus deuastatur, & minoratur, & quandoque appetunt carbones rufos, cretam albam, & similia cibaria: mamillę sunt duriores solito, & etiam vir sentit in coitu vuluam sugentem virgam suam, & sperma à matrice nõ egreditur, & mulier sentit os matricis clausum, & coniunctum valde. Nam vt dicit Hippo. in cõceptione tantum clauditur, & stringitur matricis os, ita vt etiam puncta acus vix intrare posset. ¶ Item potest sciri, si mulier cõcepit aut non, hoc

C modo secundum Hippo. in quarto aphor. dicentem. Si vis scire an conceperit mulier, quando dormitura est, mellicratum da bibere, & si quidem torsiones circa vmbilicum, seu ventrem habuerit, scias quòd concepit: si non, non concepit: mellicratum enim fit ex vna parte vini, & alia aquę cum melle decoctis. ¶ Item dicit Auicen. quòd vrina in prægnantibus spissa apparet, propter retentionem superfluitatũ, & etiam apparet in ea esse quoddam paruum, sicut cotum carpi-

D natum in fundo vrinæ residens. ¶ Si vis scire an mulier fœminam, vel masculum conceperit, ex primi facias vnam vel duas guttas lactis à mamillis ei9, supra aliquod speculum, vel ensem, vel supra vnguem, vel supra aliud corpus simile nitidũ, & si illud lac diffundit se, & lubricat per speculum, vel ensem, scias quòd fœminam cõcepit: si verò coadunatur, vel coagulatur simul ipsa gutta lactis, scias fœtum esse masculinum, probatũ est. Item si mulier masculum concepit, bene colò

E rata est, & leuis ad motum venter eius erit rotundus, & plus pendet ad dextrum lat9, quàm ad sinistrum, quia vt ait Hippo in aphor. Masculi quidem in dextro, fœminę verò in sinistro &c. Item prægnans de masculo citius sentit in ventre motum infantis. ¶ Item nota, sicut dicit Hippo. in aphoris. Si lac fluit ex mamillis mulierum habentium fœtum in vtero, & ipsæ mamillæ lubricant, signum manifestum est fœtum non esse sanum. Si verò duræ fuerint, scias fœtum esse sanum.

F

COMMENTARIVS.

SI vis scire &c. facias exprimi duas guttas] Nihil vel prolo qui vel credere fas est Philosophis absq; ratione. Num mulier marem an fœmellam vtero gerat, hac ratione dignosci posse docet Arnaldus: lac scilicet esse fluidum si fœmella geratur, si masculus autẽ, crassius. Sed quanam id ratione? Fortè quod fœmella sit magis frigidior. Num ergo fœtus lac generat? Minimè verò: Nec id vllius est momenti, quod responderit hisce

G quispiam; corpus scilicet matris à masculo fœtu magis incalescere: Non enim ab hoc calore fit lactis generatio. Quin & id in mediũ proferri possit, quod in suis vulgarib. errorib. refert Ioubertus, dũ quæstionẽ hanc discutit: an si masculus à propria matre nutriri nequeat, nutrix ei danda sit, quæ masculum aut fœmellam gestauerit. Decet enim eius nutrix quæ masculum vtero ge-

ro geſsit, lac eſſe frigidius & fluidum magis: quòd is nimirum ad ſui nutritionem calidiorem & craſsiorem ſanguinis portionem abſumſerit. Si res ita eſt, fallitur Arnaldus: Neutrius tamen ſententia placet, ob rationes, quas loco ſæpe citato protulimus. Probatum eſt, inquit Arnaldus: Id populus credit ſcilicet. Si ſucceſsit ſemel, id fortuito caſu contingit, non ex ratione.

De regimine Prægnantium & de conſeruatione Embrionis & de cautela aborſus, Cap. III.

PRAEGNANTES oportet hoc regimine præſeruari ad hoc, vt fœtus ſuos cuſtodiant ſanos, & nõ abortiant: primò qđ ſint in quiete, & requie, caueant ſibi à ſuperfluo motu, ſaltu, labore, caſu, percuſsione, pedũ eleuatione, à nimia repletione cibi & pot⁹, à coitu caueant quantum poſſunt, iram, triſtitiá & timorẽ euitent. Omne acutũ & amarum, ſicut cappares, enulã, marubiũ, abſynthiũ, abrotanũ, ſinapi, erucã, rutã, oliuas immaturas, apium, alliũ crudũ, cæpas, & ſimilia, quantum fieri poteſt, fugiant: Et ſimiliter fugiant omnia prouocantia menſtrua, de quibus in capitul. dicam proprio. ¶ In primis quatuor menſib. & à 7. menſe à phlebotomia & pharmacia omninò abſtineãt: In principio enim ligamenta, quæ cotilidones appellantur, quib. ligatur fœtus in vtero, ſunt mollia & debilia, vtputa de ſang. creata: ideoq; facilè rumpũtur, procedente verò tempore indurantur, & rurſus in fine mollificantur per maiorẽ ebullitionẽ, quę fit in fœtu, vt patet in ligamẽtis fructuũ, quæ in principio à quolibet leui vento moleſtãtur, & de facili cadunt à quolibet vento tacti, ſimiliter eſt de fœtu: Nam ſi in principio .ſ in primis quatuor menſib. faceres phlebotomiam, vel pharmaciã dares, ſubtraheres nutrimentũ & debilitares ligamenta retinẽtia fœtũ, cũ adhuc nõ ſint indurata, nec fortia bene, & ſic mulier poſſet abortire. In 5. verò menſe, & 6. ſi fuerit multũ neceſſe, poteſt vti medicamine leui, vel phlebotomia minoratiua, quia tunc ligamenta fœtus fortia, & robuſta ſunt, ſicut ſimile exẽplũ de fructib. poſuit, & in his omnib. temporib. mulier nullũ menſtruũ emittit, cũ mẽſtrua cedant in nutrimentũ fœtus. Iterũ in 7. menſe, vel ante nõ minuas per phlebotomiã, vel pharmaciã: tunc. n fœtus eſt prope maturationẽ, ſicut dixi de fructib. & tunc plurimo indiget nutrimẽto: quare pro modica ſubtractione nutrimẽti poteſt mulier abortire, & propterea phlebotomiã vel pharmaciã in prædictis temporib. nullo modo facere debemus ad conſeruationẽ fœtus. ¶ Et debes ſcire quod fœtus in vtero nõ comedit, neq; bibit per os, neq; egerit ꝑ anum, nec mingit per virgã: quia ſi hoc faceret, iá impleret totũ corpus matricis, ſeu matris ſtercorib. & vrina, & ideo natura ſagax, quę nõ deficit in neceſſarijs, & eſt ſufficiens in omni eo, quo indiget, ordinauit quòd fœtus ſuũ nutrimentũ cõpetẽs attraheret inde: ſi verò per phlebotomiam vel pharmaciã ſubtraheretur nutrimentũ fœtus in 7. menſe, vel ſi nõ inueniat nutrimentũ ſibi ſufficiens, vtputa, quia mater nimis ieiunat, vel affligitur labore, febre, vel teneſ. & huiuſmodi, tũc fœtus poſſet calcitrare, & ſi tunc emergeret viuus quodã modo poſſet cõualeſcere. Si verò tũc ipſo menſe 7. nõ emerſerit, nec exierit, debilitabitur valde in ipſo motu, vt ſi in 8 mẽſe exeat, contingit ipſum deficere. Si verò 8. menſe nõ exeat, tantum corroboratur in vtero & fortificatur virtus eius, vt poſtea exiẽs in 9. menſe fœtus viuere poſſit. Et hæc eſt ratio, quia ſi fœtus in * 7. menſe emittitur, nõ viuit. ¶ Vti oporteret pręgnantes cibis bonis, laudabilib. & nutrientib. & vinum odoriferũ bibãt, vtãtur electuarijs confortatiuis, ſicut eſt * electuariũ de margaritis, qđ cõpetit pro Dñab⁹ diuitib. quę ipſum habere poſſunt, quod ſic fit: R. margaritarũ perforatarũ, pyrethri ana ℨ. 1. zing. maſt. an. ℨ. 4. zedoarię, doronici, ſe. apij, caſſiæli. cardamomi, nucis muſ. macis, cinnamo. an. ℨ. 2. been al. & ru. piperis, macropiperis an. ℨ. ʒ. cymini ℨ. 2. ſacchari, quantũ ſufficit, detur cũ vino odorifero mane, & ſero ad quantitatẽ nucis: rectificat. n. diſpoſitionẽ matricis, & ſtomachi ꝑgnantiũ mirabil. ¶ Itẽ ꝓpter perditionẽ appetitus ipſarũ, ſumant ſyrupũ malorũ granatorũ conditũ cũ nuce muſcata lignial. & ſimilib. gallinas, hœdos, ſturnos, perdices, & huiuſmodi cũ vino odorifero, & agreſta, cocta & in patella parata comedãt, & puluis cinnamo. caryo. & ſpicæ aſpergatur, & cætera, quę in cap. de defectu appetitus diximus prout cõpetit, fiant. Et aliquod de emplaſtris ſtomachũ confortantib. ibi dictis, ſtomacho applicetur, vel iſtud emplaſtrũ ſtomachũ miro modo cõfortans: R. cydoniorũ dactyl. al. an. partẽ vnã. ſe. apij, aniſi, fœni. cymini, carui, ameos, calami aromatici, menthę ſiccę, cinna. zing. an. partẽ s. tere omnia, & in vino odorifero bulliãt, & vinũ illud in potu tribuatˀ, omnia ꝓdicta trita ſupra ſtomachũ apponãtur, quia vẽtoſitatẽ & inflationẽ à ſtomacho tollunt, & appetitũ cõfortant. ¶ Et ſi pręgnans appetit rufos. i. lapides, carbones, & ſimilia, curetur vt in proprio capitulo dictum eſt.

**al. in 8.*

Electuariũ de margarit.

** al. electuariũ ad maturitatem.*

¶ Quòd ſi ꝑgnanti mẽſtrua ſuperuenerint, mittatur in bal ex ſtypticis reb. factũ, & emplaſtra conſtrictiua illi pectini apponantur, & cætera, q̃ cap. de menſtruorũ conſtrictione dicã, fiant remedia. Quòd ſi pedes eorũ inflentur, vngãtur de chimolea temperata cum aceto, in quib. decoquatur citrũ, & emplaſtrentur cũ folijs cauliũ, vel ex anetho cũ aceto. Quòd ſi nimis fluxus ventris ſuperuenerit, vel teneſmus, vel nimius fluxus ſang. curetur, vt dictũ eſt in proprijs cap. Fit. n. quandoq; aborſus ex teneſmo, & ex febri acuta, & pluribus alijs de cauſis dictis ſuprà, in quib. omnib. prout poſſumus præſeruatione vtẽdũ eſt. ¶ Quòd ſi fœtus in vtero mortuus ſit, extrahatur, vt dicemus inferiùs. Quòd ſi violentia põderis ſaltus, vel clamoris, vel percuſsionis ſupra dorſum, ventrẽ, & ſimilia ſint cauſa aborſus, & nõdũ fœtus ſit mortuus, quod ex motu infantis perpenditur, ſuffumigetur cũ ſtypticis, quib. nõ eſt aromaticus odor, & in eis balneetur, & ex aq. ipſorũ lauet vuluá. Et hæc ſunt, ſicut gallę, lentes, balau. cortex maligranati, ſymphitũ, alumen, faſiſgallicus, radix filicis, antimoniũ, ſumach, granũ riſi, radix cõſolidæ, & ſimilia in aqua pluuiali decoct. ¶ Item ad conſeruationẽ embrionis, & cautelã, ne mulier abortiatur, ſecundũ Auicen. detur in potu aq. radicis, cũ oleo de kerua, vel deco. alhaſę, vel fœnug. cũ oleo ꝓdicto: Itẽ fiat clyſter ad cõſeruationem embrionis, & ad ventoſitatẽ expellendam.

Si timeatur aborſus.

R.origani,sauinę,ameos,ramorum anethi, florũ chamo.& rutæ,alhasę,fœnu.an.partem vnam.coquantur in trib.℔.aquę,quousq; ad vnã redeant addito oleo sesam. laurino, pulegio,muscellino, & chamomil. & per clystere inijciatur. Experimentum Magistri mei ad lubricitatẽ humidam matricis, nec mulierem permittit abortire. Inueniatur colocynth. campestris integra,& in medio excauetur:deinde impleatur oleo de lilio, & obtureť bene cũ pasta: deinde super prunas ponatur ardentes,& bulliat trib.bullitionib. cũ pessario,vel lana succida in eo intincta, prædictũ oleum in vuluam inijciatur tepidum: Quòd si colocynth.integrã habere nõ poteris cũ cortice, pulpã colocynth. habeto, & cũ prædicto oleo de lilio mistã in vase figuli optimè cum pasta,vel creta sigillato, parũ bulliat,& fac vt supradictum est de dicto oleo. ¶ Pessarium optimum ad idem:R. bdellij,armoniaci,nigellę an.ʒ.s.spicæ,mast. croci,myr.galliæ,muscatæ,castorei,zedoariæ,cardamomi,musci,spodij an.ʒ.2.confice cũ oleo nardino,aut adipe anseris, & in lana rudi inuoluantur,& supponantur post mundificationẽ,vel fiat ex omnib.supradictis suppositoriũ, & supponatur. ¶ Itẽ dianisum: Electuariũ lætificans in cap. de nõ valentib.coire dictũ : deinde been al. & ru. zedoaria,& huiusmodi comesta, miro modo valent ad conseruandũ fœtũ in ventre. Itẽ si lauent sæpe se ex aq.deco.florũ chamo.ameos & anethi, & balneent seipsas quandoque ex illa aqua,multum valet ad conseruationem embrionis.

ADDITIONES.

QVædam mulieres sunt, quæ abortiunt, & non possunt fœtus suos continere, valet multum, si mulier primò suffumigetur cum filato primò cocto, deinde accipiat grassilium gallinę & pelliculam illam,quę est in ipsa,vbi stat cib. discutiat, & lauet eam, & decoquat parũ in prunis , & comedat : & hoc faciat per plures dies quia non abortiet,probatum est. Et ego facio dictas pelliculas puluerisare,& do pul.Item puluis spolij serpentum datus ad quantitatem ʒ 1.valet.

COMMENTARIVS.

COTYLEDONES *appellãt,quib.ligetur fœtus in vtero*] Hæc acetabula vocant patentes scilicet venularũ exitus,quæ in vteri sinum protenduntur. Sunt qui velint hisce vasis ceu ligamentis vterum confirmari,& ita quidem vt si quando præ nimia sanguinis copia distenta contrahantur,vterum ad superiora trahi contingat. Sed horũ sententia mihi nõ fit verisimilis. Sunt etiam qui statuant has vteri venulas ad chorion vsq; membranam deferri,vt in ea cum vasis vmbilicalib. copulẽtur. Huius sententiæ fuisse videtur Arnaldus,cũ scribat cotyledonibus ligari fœtum in vtero.Docet tamen Arantius in suo de humano fœtu libello (cuius vtique descriptio maximè omnium veritati consentanea est) vteri venas interiorem vteri membranam non perforare, sed in ipsam vteri substantiam obliterari : qua de re lo co sæpe citato copiosius à nobis actum est. Imò verò si venas admiserim in chorion membranam implantari,non ideò tamen hisce fœtus alligabitur:Quid hac enim opus sit ligatione,cùm vterus fœtum vndiquaq; complectatur,& in vtero moueri fœtum oporteat.

Quòd fœtus nec mingit per virgam,quia.] Fœtum per os alimentum nõ capessere, satis inde manifestum euadit, cùm nec cibus nec potus in vterum deferri possit , vt solo sanguine nutriri fœtum oporteat. Sanguis autem à ventriculo concoqui non potest. Et hanc ob causam probè natura venas quibus alitur fœtus non ad os aut ventriculum,sed ad hepar,aut venæ portæ caudicem. Quòd vero de mictu dicitur, multas ob causas meritò falsum esse docet Arantius, quę non huc sunt transferẽdæ. Mirari porro contingit, quod Arnaldus ad sententiæ suæ confirmationem profert: *Quia si hoc faceret* (inquit) *vrina totum matricis corpus impleret.* Mingendum certè est fœtui. Quònam ergo lotium emittetur? Num extra matricem? Minimè vero siquidem vterus nunquam toto gestationis tẽpore recluditur. Proinde si mingat fœtus per virgam,seu per vmbilicum, perinde est, nec hac magis quàm illa ratione matrix lotio repletur:Nã si per vmbilicum mingat fœtus, vrina in allantoidem membranam recipitur,vt omnibus ferè medicis in cõfesso est.Si verò per virgam mictio fiat,in amnion mẽbranam vrina,non in vteri capacitatem effunditur.

De difficultate Pariendi, & alleuatione Partus, Cap. IIII.

SVNT quamplures mulieres, quæ cũ maxima difficultate pariũt,sicut mulieres vltra modum pingues, aut debiles,aut timidę,aut habentes vuluã paruam,aut strictam valde, aut si ibi est apostema, vel si fœtus est nimis magnus, aut nimis grossus,aut hydropicus,aut maximum habet caput, aut duo capita, aut monstrum,aut si sunt plures,aut si fœtus sit mortuus in vtero,aut si fœt⁹ nõ exit naturaliter,sicut oportet, & debet exire. Debet.n.fœt⁹ exire naturaliter hoc modo: scilicet,vt primò caput emittat,& manus eius,coxæ extensæ debent esse,& quandoq; emittit pri⁹ pedes extensos,& non distortos , & isti egressus naturales sunt. Alij aũt egressus qualitercunque præter prædictos duos modos exeant, sunt innaturales & præter naturam omninò. ¶ Cùm igitur mulier difficulter, & cum maximo & intolerabili dolore incipit parere, intret aquam deco. mal.altheę,se.fœnu.& lini vel saltẽ in prædicta aqua calida lauentur illi crura,tibiæ, vulua,latera & femur:deinde prædicta loca vngantur oleo irino, vel anethino, vel de lilio, & similibus fricando suauiter cum manibus , pòst moueat se suauiter,& moderatè,& descendat per loca decliua & prouocet sternutationes cum helleboro,cõdisi,& similib.narib.insufflatis, & cum sternutat teneatur per os, & per nares, ne inde respiret: & tunc per motum sternutationis fiet maior impulsio fœtus ad inferius, cùm os & nares tenebũtur constrictè. ¶ Quòd si mulier fuerit in partu valde timida,debet ab alijs mulierib. hortari, & secura fieri,quòd nõ periclitabitur. Quòd si fuerit primariola,neq; partum nouit, debet ab alijs doceri,vt cum hora doloris venerit,spiritus retinendo,ad inferiores partes gemitus omninò impellat: & si deficeret, reficiatur cum pane asso, & similibus ¶ Quòd si fœtus non egrediatur egressione naturali , vt dictum est: sed contra naturã, & pedib.retortis,vel stans reuersus: & sic inde reducatur ad vnum de duob. modis ab obstetrice, vt sit cum capite vel pedibus antè, & cum brachijs plicatis,vt decet,exeat naturali exitu. Quæ alia incantatoria habẽtur,verè fidel. fugiãt. Apozema citò faciens parere,& etiam interdum facit aborsum:R.piperis* grana 14. absynthij, arthemisię,rutę,diptami an.ʒ.1.omnia trita bul.in ℔.1. vini vsq; ad consumtionem tertiæ partis: deinde illud

* al. gr. 9.

*al.3.2. *al.3.1. *al.3.quar. *al.3.5. *al.3.2.

illud vinnum coletur, & adde mellis despumati *3.5. iterum bulliant: adde apij, myrrhæ an.3 1. & totum in potu sumat, quia statim faciet parere. Syrupus optimus faciens citò parere: R. se. fœnugræci 3.2. se. altheæ, maluæ, ana 3.1. cinnamo. corticis casiæ fi. omnium tritorum an.* 3 3. cap. Ven. pulegij an. M.1. assæ castorei an.* 3.4. mellis al. despumati, quantum sufficit, detur in potu difficulter parienti, quoniam est mirabilis. Pillulæ optimæ, & valde alleuiantes partum: R. cinnamomi, sauinæ an. 3.10. casiæ fi. 3.7. cymini, myrrhæ, arist. rot. costi amari an.* 3.s storac. apij an. 3 1. rut. 3.5. armoniaci, assæ, serapini, bdellij, castorei, myrrhæ ana * 3.1. dentur ex eis cum apozemate, vel syrupo prædicto 3.1.s. quia statim faciet parere. ¶ Itē liniatur venter ab vmbilico vsq; ad pectinē ex colocynth. cum succo rutæ decocta, addita myrrha puluerisata, & supponatur etiam in lana, quia fortissimè educit fœtum. Succus porri bibitus, vel cum lacte caprino, & melle per se mistus, statim educit fœtum. Item esdra cum succo arthemisiæ distēperata, & in potu data, & supra vmbilicum posita partum accelerat, & fœtum siue viuum siue mortuum educit. ¶ Item cum infans nascitur, stat inuolutus in quadam pellicula, quæ secundina vocatur, quę quandoque cum ipso infante inuoluta educitur: & quādoq; infans emittitur sine ea. Et quandoq;, postquam puer natus fuerit, statim post ipsum emittitur, & ideo dicitur secundina, quia secundò pluries emittitur .s. primò fœtus, secundò secundina. Et accidit sępè quòd huiusmodi secundina non emittitur, sed interius retinetur, & propterea multæ mulieres incurrunt mortis periculum, & moriuntur plures. ¶ Secundina ergo isto modo educitur, si ipsa ad vmbilicum adhæret, & infans in manus ceciderit obstetricis, tradat ipsum alteri mulieri, & tenet hac & illac, si separari poterit secundina: si moram fecerit, incidatur secunda, & separetur infans, reliquum est tenendum, & si matrix se aperit ad educendum. Si verò ruptum, vel incisum fuerit, & statim se intus absconderit, obstetrix aperta vulua manum intingat in oleo, & in vuluam mittat, & secundinam educat. ¶ Quòd si secundina ad fundum matricis recesserit, sic quòd ab obstetrice cum manu attingi nō posit, oportet festinare citò ad eam extrahēdam: quod fit hoc modo: prouocentur sternutationes cum helleboro, condisi, euphorbio, & similibus apprehendendo os & nares. Item balsamum in oleo tinctum, & suppositum, aut bibitum secundinā educit. Itē succus maluæ bibit⁹ idē operatur. Suffumigatio citò faciēs cadere secūdinā: R. rutę, abrotani, prasij, sauinę, pulegij ana M.1. olei de lilio, olei de kerua quantū sufficit. Ponātur omnia in vase figuli nouo, optimè cooperto, & supra prunas ponantur & bulliant, & per cannam perforatā mulier fumum in vuluā duab. horis recipiat, pannis optimè vndiq; circumfulta. Item suffumigatio cū oculis piscium salsorum super ardētes prunas positorum in vulua recepta, pro certo secundinam cadere facit, suffumigatio ex ficubus siccis, & nasturtio, facta sub vulua. Itē suffumigatio ex galbano, opopo. myrrha, vngulis equorum, sinapi, cicuta, assa fœtida, vsnea, aristo. ro. helleboro albo, stercore columbino, canino, vel gallinaceo, ex his omnib. vel aliquo prædictorum, secundinam educit velociter. Itē vnguētum basilicon, si infundatur in matricē cum pessario, vel alio quocūq;, ita quòd ad fundū matricis penetret, putrefacit, & extrahit ipsam, & cum exit, inijciatur oleum ro. & administrentur medicinæ, quæ abortire faciunt, vt quæ in sequenti cap. dicentur: & si fœtus in vtero mortu⁹ fuerit, extrahatur, sicut ibidem dicetur. Item si sanguis post partum nō exierit, sicut debet, prouocentur menstrua cum his, quæ infrà in proprio cap. dicentur. Si verò immoderatè fluxerint, restringantur, vt in mēstruorum retentione dicturus sum.

COMMENTARIVS.

OMNIBVS *verè fidelibus talia diabolica fugienda esse cēseo.*] Mirum quam vsitata hæc sit medendi ratio: Benedictionē appellant. Sed quam ob causam hæc Arnaldus cēsuerit esse diabolica, nondū id manifestū est: Si verba consulas quæ proferuntur, ea sunt è sacris desumta. Si successus habeatur ratio, dubiū non est, quin hæc benedictio finem sæpenumero consequatur exoptatum. Theologis hæc quidem discutienda competunt, paucis id hoc in loco tamen expendi poterit, cuinam causæ sanitas attribui debeat, quę per huiuscemodi consecrationem acquiritur. Hæc certè verborum efficacia non est, quæ credentis animam spectant, nō corporis affectus. Cùm autem hæc medicinæ ratio naturalis non sit, ad Deum immediatè, vel dæmones referenda est. Seu dicas ad Deum, seu ad bonos dæmones, id mihi iustis de causis erit suspectissimum. Hic enim consecrandi modus nullo in sacra scriptura præcepto stabilitur. Et cùm ad consequendam sanitatem, pijs & legitimis precib. etiam pro alijs intercedere possimus: Non ex tempore tamen quod volumus consequimur. Num ergo Deum vt nos subito iuuet, nostris hisce coniurationibus adigemus? Falsarij sunt, qui scripturis sacris ad alienos vsus abūtur. Nec dubium est quin Deus ad puniendos huiuscemodi compilatores, satanæ vires concedat sæpenumero maximas. Theologos hac in parte paulò deceret esse acriores, qui sunt in cæteris acerrimi.

Item cùm infans nascitur in quadam pellicula.] Secundina quid sit compertum habent paucissimi. Chorios membrana plerisq; secundina nuncupatur. Chorion vocat Arantius eam membranam, quæ Columbo allantoides dicitur. In appellatione res sita non est. Veterum tamen secundina, si recentiorum obseruationibus fides adhibeatur, nulla est: Membranam enim asseruerūt esse id in quo tùm vteri venæ, tùm etiam vmbilicalia vasa terminentur. Hęc autem in homine membrana nō est, sed massa quædam sanguinea iecoris substantiam referens, & vsum, qua de causa probè iecur vterinum appellauit Arantius. Ad sustinenda vasa, (quod de glandulis perhibetur) hanc massam aut placentam iudicat Columbus esse constitutā. Meo quidē iudicio pessimè: Nam quid hac sustentatione fuit opus, si membrana chorios (quam vocat Columbus allantoidem) interiori tunicę ventriculi proximè adhærent? In eum scilicet vsum hanc naturā massam fecit, vt per eā & in ea sanguinē attraherent vmbilicalia vasa: non secus atque venæ cauę radices ex hepate. Iā verò (ne longius efferamur disputando) quod ad secundinæ retentionē attinet, facile quis animaduerterit, quænā sentētia magis ad naturę prudentiā accedat. Vteri vasa docet Galenus non modo in chorion mēbranā implantari, sed cū vasis vmbilicalib. in vnū coalescere: Hoc si ita est: quomodo vasa vmbilicalia liberabuntur? aut quomodo secūdina extrahetur, quin vteri venę disrumpantur? Fiet equidē hac ratione vt ante disruptionem intereant plurimæ, vel post disruptionē vt secundina euelli nō possit. Arantiū ergo sequemur, q per desudationē dūtaxat in vterū existimat deferri sanguinē, vnde placenta generetur, & hac mediante fœtus alimentum alliciat.

De extractione Fœtus mortui, de Mola, & ad faciendum aborsum, Cap. V.



SI fœtus in vtero mortu9 fuerit, quod cognoscitur, quia non mouetur, & est frigidus, & non habet pulsum, si aliter fieri non posit, ipsum obstetrix frustatim incidat, & educat. Si verò sit int9 hora, qua matrix aperitur, obstetrix abscisis sibi vnguib. manum in oleo intinctam, in pugnum redactam, in vuluam immittat, & fœtum præparet, & educat. Quòd si vulua non aperiatur, & mulier sit in mortis periculo, quia fœtũ mortuum in vtero retinet, Emplastrum, quod in cura quartanæ continuæ dicetur, pectini applicetur, quia ipsum fœtum immediatè educit, & suppositoria infrà scribenda supponantur, quæ sunt quasi communia ad educendum fœtum mortuum, & ad molam similiter.

Mola. ¶ Est enim mola quędam pasio, quæ mulieribus plerunque accidit, & specialiter cum menstrua diu retinẽtur in eis, & non currunt secundum cursum debitum, vnde incurrunt dispositionem similem prægnantibus, quia venter earum crescit, & fiunt discoloratæ, & perdunt appetitum cibi & potus, quandoque inflatur vẽter earum, & crescit, sicut si essent hydropicæ, & sentiunt in matrice earum duritiem, & pondus, sicut si essent prægnantes. Et quãdoque accidit eis dolor intensus, & intolerabilis, ac si vellent parere, quandoque solam ventositatem emittunt, & quandoque multitudinem humorum, quandoque in forma sanguinis duri, & coagulati per vuluam emittunt, ac si vellent parere. Et quandoque ipsum frustum * per 5. vel 7. annos, & quandoque toto tempore vitæ earum remanet in corpore earum. Quòd si diu in corpore earum fuerit antiquatum, vix aut nunquam curatur, nec huiusmodi frustum extrahi potest.

* al. per 6. vel 7.

Signa. ¶ Postquam autem transiuerit tempus, in quo fętus in vtero rationabiliter moueri debet, & mulier non senserit ipsum fœtum moueri in corpore suo, & venter inceperit ingrossari, & menstrua retinentur, tunc molã inesse non dubitabis, tunc statim quousq; pasio recẽs fuerit curetur, & nõ permittatur antiquari.

Cura. ¶ Dentur ergo pillulę fœtidæ Alman. Trochisci de myrrha, aqua se. cõmunium, suffumigia, & pessaria menstrua prouocantia fiant, sicut in proprio cap. dicetur. ¶ Medicamen ad molam, & menstrua prouocanda, & etiã si mulier fuerit prægnans confortat stomachum & nõ lædit fœtum, ideo retentionẽ mẽstruorum aperit, vrinã prouocat, & menstrua bono modo: R. castorei, acori, se. apij, ca. Ven. siccorum, * ana ʒ. 2. terantur omnia, & per stamineam cribrellẽtur, & in optimo vino dentur. ¶ Fumigiũ probatum, quod molam seu fœtum moratur, siue viuũ facit cadere citò: R. thimia. ameos, opoponacis, galbani, sulphuris viui ana terantur omnia & cum felle vaccino incorporentur, & fac ex eis omnib. pillulas, quarum vna post aliam super carbones ardentes mulier mittat, & per embotũ fumũ ab illis pillulis resolutum in vuluam recipiat per horam, postea similiter per vnã horã faciat, quia statim educit fœtũ, siue viuũ siue mortuũ, & molam similiter, probatũ. Itẽ teratur ruta cum scãmonea

* al. ʒ. I.

A & suppositoriũ ex eis factũ in vuluam mittat mulier, quia fœtum siue mortuum siue viuum quocunq; tempore, & quocunq; mẽse voluerit, educit, & molam similiter. ¶ Item suffumigatio facta ex vngula asini, vel ex stercore ipsius asini, ad prędicta valet: vel suffumigatio ex spolio serpentis, opoponaco, myrrha, galbano, castoreo, sulphure citrino, rubea, stercore columbino, vel accipitris, si hæc omnia, vel quædam eorum terantur, & cũ felle vaccino conficiantur, & fumus eorum per B embotum in vuluam earum recipiatur, fœtum siue viuum siue mortuum educit, & in faciendo aborsum valet. ¶ Item: R. assæ ʒ. s. foliorum rutæ siccorum ʒ ʒ. myrrhæ ʒ. 2. detur ʒ. I. s. pro vice cũ vino. ¶ Aliud ad prædicta: R. arist. lon. baccarum lauri, gentianæ, myrrhæ, costi, casiæ fi. rubeę tinctorũ, succi absyn. cordumeni recentis, piperis ana ʒ. s. detur ex hoc medicamine quolibet die aur. I. cum vino decoctionis betonicæ & rutę, vsque ad 10. dies & theriaca diatessaron est optima C in hac causa. ¶ Item si detur in potu aqua decoct. ficuum siccarum, fœnugręci, rutæ & origani, fœtum mortuum lubricare facit, deinde extrahatur cum medicaminibus dictis. Pessarium optimum ad educendum fœtum mortuum siue viuũ, formetur pessarium ex bombace, vel lana succida ad longitudinem digiti, & in succo cucumeris asinini misto cum felle taurino, vel bouino intingatur, & supponatur in vulua. Aliud ad idem optimum, medullas cordumeni cum sale armoniaco D & ruta misce, & supponantur. ¶ Aliud ad prædicta: R. armoniaci, opoponacis, hellebori nigri, saxifragiæ, aristo. lon. & rot. pulpæ colocynth. ana confice omnia trita cum succo rutæ, & succo cucu. asinini, & felle vaccino, & suppositoriũ in modum digiti formetur, quoniam fœtum siue viuũ siue mortuum statim educit, & aborsum facit. Et ego hoc suppositorium feci, & probaui in quadam patiente molam, & statim eam liberaui. ¶ Item * ʒ. I. euphorbij sumti aborsum facit, sed multum E est violentũ. Idem faciunt * ʒ. 4. nastur. sumtæ in cibo vel potu. Item myrrha, aristo. ro. & piper per os sumta fœtum interficiunt.

* al. ʒ. 2.
* al. ʒ. 3.

ADDITIONES.

AD fœtum expellendum quocunque tempore volueris, siue viuum siue mortuum: teratur ruta cum scãmonea, in bombace inuoluatur, & supponatur: probatum est per Magistrum meum. F ¶ Suppositorium ad fœtum siue viuum siue mortuum educendum: Re. aristo. rot. sauinæ, nasturtij ana confice cum felle vaccino, & supponatur. ¶ Item citram suppositum, & illinitum in virga facto coitu fœtũ educit siue viuũ siue mortuum. Si mulier in vtero habet fœtũ, bibat lac alterius mulieris, & statim eum eijciet. ¶ Itẽ succus diptami, vel puluis rad. eius ad quantitatẽ ʒ. 2. cũ vino, si fuerit sine fe. vel cũ aq. calida si fuerit cum febri, in potu sumtus educit fœtum sine pericu- G culo. Succus gallitrici per pessarium in vuluam immissus sistit fluxum sang. nimium post partũ, probatũ est. Ad extrahendũ fœtũ, molã aut sang. coagulatum: Recipe myrrhę ʒ. s. cinnamomi, galbani, castorei ana ʒ. I. s. opoponacis ʒ. I. confice cum felle vaccino, sumatur ex eo ʒ. I. proijciatur in car-

in carbonibus,& fiat suffumigatio. ¶ Bal. exper-
tum in hoc casu: Recipe calamenti fluuialis, abro
tani, arthemisiæ ana M. 1. absynthij M. 2. aspalti ℥.
s. ru. tinctorum ʒ. 2. s. florum chamo. melliloti, fœ
nugræ. ana ʒ. 2. bul. omnia in aqua dulci , & fiat
balneum, deinde inungatur hoc oleo: Recipe adi-
pis gallinæ, anatis, ana ʒ. s. olei anethini ʒ. 2. inun-
gatur caput in exitu balnei, deinde da ad potan-
dum illi ʒ. 1 s. pul. cinnamomi ʒ. s pul. ossium da-
ctyl. cum vino subtili detur ℈. 1. & fiat puluis.
¶ Suppositorium factum ex opoponaco extra-
hit fœtum mortuũ, & fumus laudani idẽ: Itẽ suc
ci ireos, quatuor cochlearia cũ brodio, vel vino.

COMMENTARIVS.

MOLA *cùm menstrua diu retinentur.*] Non hæc est ve-
ra philosophia, cùm alicuius rei causas absq; ra
tione proferimus. An mola ex sanguine menstruo gene
retur quæstio est. Asserere videtur Arnaldus. Id tamen
veritati consentaneum non est. Primùm hoc in dubiũ
merito vocamus: *an natura sanguinem in vterum effundat, què
circuitu menstruo in mulieribus est euacuatura.* In nullum vis-
cus nobile natura protrudit excrementa, si possint ali-
ter euacuari. Notum autem est ex anatomicis obserua-
tionibus, venarum alias in vteri substantiam (scilicet
ad vteri fœtusque nutritionem) alias verò in matricis
collum deduci. Per has menstruæ fiunt purgationes:
De illis dubitari merito possit. Præterea si vel hoc ad-
miserim: sanguinem in vterum absque maris congres-
su recipi : nequaquam tamen videtur vterus hunc esse
conseruaturus, cùm seminis, non autẽ sanguinis sit re-
ceptaculum. Non licet euagari longius: & si quod ani-
mus volutat proferre liceret, molam assererem (dubiũ
id tamen esse volo) generari non posse, quin vel solum
mulieris semen, vel ipsius etiam maris in vterum reci-
piatur. Potest enim multas ob causas generatio fœ-
tus impediri, licet vtrumq; semen in vterũ admittatur.

Vt Mulier non concipiat, & vt virgo videatur, Cap. VI.



T itaque mulier non concipiat, suf-
fumiget vuluá suam de vngula mu-
læ supra prunas ardentes posita, &
fumum per embotum in vulua acci-
piat, & pro certo non concipiet in il
lo mense: probatum est: Et illud etiam suffumigi
um menstruum restringit. ¶ Aliud ad idem: bul-
liant simul lac iumenti, & mel supra ignem lentũ
vsque ad spissitudinem, ita vt non sit fumus sub
eis, & in petia lini inuoluatur, & supra vmbilicũ
imponatur, & portetur, quia quot diebus portat
supra vmbilicum, tot mensibus stat mulier, quòd
non concipiet. ¶ Item dicitur, quòd si mulier bi
bat quolibet mane ꝑ tres dies duas minas aquæ,
in qua ferrarij extinguunt forpices suas, sterilis
fit in perpetuum : hoc etiam dicit Ioannes de
Sancto Paulo in suo breuiario. ¶ Item radix fili-
cis trita, & in potu data, tollit imprægnationem:
Aqua etiá, in qua infunditur sesamus in potu da-
ta, idem operatur. Grana etiam iuniperi, semen
hederæ: hæc omnia simul mista, vel quodlibet eo
rum per se cum vino ieiuno stomacho bibita im-
prægnationem tollunt: Item stercus elephantis
suppositum, tollit imprægnationem. ¶ Item se-
men caulis tritum, & puluerisatum in vulua im-
missum post coitum statim, imprægnationem tol
lit, quoniam sperma corrumpit: probatum est. I-
tem mentha viridis tempore menstrui comesta,
imprægnationem tollit, & non sinit mulieres cõ-
cipere eo die, quo comeditur à muliere. ¶ Item si
accipiantur folia salicis , & in aqua bul. & de illa
aqua dentur quolibet mane cyathi duo cum pul
uere pauco de vngula mulæ, impedietur conce-
ptio miro modo. ¶ Et si vis facere, quòd vulua
mulieris corruptæ fiat intátum stricta, quòd qua
si virgo esse videatur. Accipe sanguinariam, alu-
men, plantaginem, gallas, symphitum, gummi a-
rab. acatiá, hypocist. balau. consolidam ma. & mi
norem & huiusmodi constrictiua, quæ in cap. de
dysenteria dicta sunt, & etiam in capitu. de fluxu
sanguinis à narib. & in aqua, vino vel aceto bul.
& ex eo ca. mulier vuluam sibi lauet sæpe. ¶ Sup
positorum ad idem expertum: R. thuris gummi
ara. myrrhæ, aluminis, atramenti ana ʒ. s. hæc om
nia cum forti aceto distemperẽtur, ex eis fiat sup-
positorium & in vuluam inijciatur, post modicũ
temporis mulier videbitur virgo coeũti cum ea.

Vt corrupta apparens virgo.

¶ Apud Neapolim & in partibus illis consuetu-
do est talis, quòd quilibet capiens vxorem ; quæ
nunquam habuerit virum , ea nocte , qua primò
iacet cum ea, facit eam indui camisiam suam , &
si in coitu camisia appareat sanguinolenta, tenet
eam pro virgine, & mane portatur parentib viri,
& mulieris camisia illa , & super illam camisiam
faciũt sibi dona, & custoditur illa camisia: Quod
si non apparet sanguinolenta , non creditur esse
virgo, sed corrupta, quare à viro aliquando expel
litur: Quare matres filias scientes esse corruptas,
suam palliant corruptionem hoc modo : faciunt
lauari vuluas earum per plures dies cum aquis
constrictiuis prædictis, & supponunt supposito-
ria vuluis, de quibus in tractatu de fluxu sangui-
nis à naribus, & in tractatu de dysenteria satis di
ctum est , & illa nocte, qua vir cum puella debet
iacere, accipiunt vesicam alicuius piscis subtilẽ,
plenam sanguine columbæ , & ipsam vesicam in
vuluam puellæ mittunt, & vir cùm accedit ad e-
am, & virgam in vuluam, quam strictam inuenit,
cum difficultate & auiditate intromittit, rumpi-
tur illa vesica, & sang. qui in ea est, exit extrà, & ca
misiam sanguinolentam facit, puella plangit, &
flet, ac si de nouo perforaretur , secundum quod
à matre docta fuit, & sic vir decipitur, credens,
quod non est. ¶ Aliter aliæ mulieres palliant cor
ruptionem, vt virgines esse videantur , lauantes
cum constrictiuis prædictis per multos dies vul
uas ipsarum, & per duos dies, antequam iaceant
cum viris suis, apponunt duas vel tres sanguisu-
gas prope os vuluæ intus, & parũ sanguinis per
ipsas sanguisugas extrahi permittunt: Et pòst re-
mouent eas, & in illo loco, vbi sanguisugæ extra-
xerunt sanguinem fiunt crustulæ , & sanguis ex-
trà manat, & camisiam vel linteamen rubificat, &
puella clamat, quia dolet, quia crustulæ aperiun
tur, & vir putans, quod non est , decipitur in in-
tentione sua.

ADDITIONES.

VT mulier pusillas habeat mamillas , & sibi
non crescant, cicutam cũ aceto tere, & in mo
dum malagmatis mamillis appone, & erũt pusil-
lę, sed lac nõ habebunt. Itẽ fimus leporis cũ aceto
mistus, & coagulũ leporis simili mõ mistũ aceto,
si ex eo mamillę inungantur , eas crescere nõ si-
nit : Item argilla cum aceto distemperata pona-
tur suprà, & fient pusillæ.

COMMENTARIVS.

VT *mulier non concipiat, de ungula mula.*] Mira est in mul
tis rebus proprietas, ad varios effectus producen
dos, quorum ratio manifesta non sit. Quod hic tamen
de vngula mulæ dicitur, hoc ideo mihi videtur esse fi-
ctitium quod mulæ non pariant, vt ob id sterilitatem
inferre possint mulæ quod & ipsæ sint steriles. De mu
labus res in prouerbiũ abijt, vt scilicet mulæ partu de
finiatur id quod nunquam futurum est. Age verò mu-
lam admittamus eo quod & ipsa sterilis sit, steriles effi
cere mulieres: Cùm tamen non vngulæ, sed vtero mu-
læ sterilitas adscribatur: vteri non vngulę pars ad steri
litatem accipienda fuerit. Pręterea vel manifestis hæc
vngula qualitatibus, vel tota substantia sterilitatem in
ducit: Si manifestis solum qualitatibus, hæc vis prius
abolebitur quàm ad vterum perueniat: Facile namque
multiplici coctione qualitates alterãtur. At si tota sub-
stantia id ipsum operetur miror an natura quæ specie
rũ propagationem instituit, aliquid in eum finem fece
rit, vt hæc propagatio inhiberetur. Hæc autem effectu
um est ratio, qui tota substantia non manifestis exerun
tur qualitatibus, vt merito proprij nominẽtur, adeoq;
primum & præcipuum suæ causæ finem expleant.

De retentione Menstruorum & ipsis prouocandis, Cap. VII.



ENSTRVORVM ablatio seu reten-
tio, aut est naturalis, aut accidenta-
lis: naturalis est, quæ fit in senectute, *Cura.*
postquam enim mulieres senescere
incipiunt, amittunt menstrua: & de huiusmodi
ablatione naturali menstruorum Medicus non
debet se intromittere, quia non est posibile Medi
co in talibus menstrua prouocare: ¶ Accidenta-
lis verò menstruorum retentio mulierib. acci-
dit iuuenib. plerũq;, vt ex nimia tristitia, gemitu,
dolore, timore, ira, ieiunio, solicitudine, nimiis vi
gilijs, nimio fluxu sanguinis à narib. vel ex febri-
bus & similib. deficiunt etiã & retinẽtur mẽstrua
ꝓpter apostema matricis, aut ex frigidis & visco
sis humoribus in matrice existentibus. Et huius-
modi accidentalis menstruorũ retentio curatur
in iuuenib. & in his, quæ adhuc 50. annũ nõ trãsi *Signa.*
erũt. Signa igit retẽtionis menstruorũ sunt hæc:
dolor capitis, colli, & dorsi, grauitas oculorũ, gra
uitas & dolor ventris ab vmbilico inferiꝰ, fastidi-
um, malus appetitus, & quandoq; appetunt tus-
sos, cretam, & carbones, lutum, & similia: vrina
alba & spissa cum resolutionibus multis apparet
aut apparet nigra, & æruginosa, aut quasi lotura
carniũ: Et istæ mulieres disponuntur ad hydro-
pisim, maniam, & melancholiam, nisi curentur.
Prognostica. ¶ Et nota, quòd matrix est ita in corpore mulie-
ris locata, tanquam receptaculum omnium su-
perfluitatum corporis, quemadmodum est sen-
tina nauis, ad quam omnes superfluitates nauis
decurrunt. Vnde, vt dictum est, cum huiusmodi
menstrua accidentalia vltra modũ retinentur, &
sunt grossa, venientia ad pedes, faciunt poda-
gram: Si verò mediocria ad hepar veniant & im-
pediant digestiuam virtutem, faciunt hydropi-
sim: Si verò subtilia sint hæc retẽta, ascendunt ce
rebrum, & faciunt maniam, melancholiam & hu
iusmodi diuersas passiones: Nam, vt ait Hipp. in
aphoris. Menstruis venientibus, & non euenien-
tibus accidunt ægritudines. Vnde Medicus de-

A bet esse multum solicitus in eis prouocãdis, quũ
oportet, sicut in hoc dicetur cap. & in his cõstrin
gendis, si indebitè fluxerint, sicut dicetur in se. *Cura.*
capit. ¶ Fiat syru. secundum Magistrũ meum ad
menstrua prouocanda: Recipe calamenti agre-
stis & domestici, capil. Ve querculæ ma. & mi. bu
glossæ an. M.I. sem fœ. & anisi an. ℥.s. rad. apij, ani
si, asparagi, brusci, stœch. pas. sine nucleis, sauinæ, *al. ℥.I.
polij mont. asa an *ʒ.I. *prasij, ameos, dauci, squi *al. prasij
nanti, cuscu. an. ʒ.5 casiæ fi. ari. lon. baccarũ lauri ʒ.2. ameos,
B ana ℥. quartam. reupon. ℥.I. hæc omnia parum cõ d. &c.
trita bul. in aqua, quousq; ad tertiam partem re- *al. ℥. quar.
deant: deinde colentur & addito saccha. fiat syru.
de quo quolibet mane sumat * ℥.2. cum aqua de *al. ʒ.2.
coct. calamenti campestris & sem. fœ. & caprifo-
lij. ¶ Postea purgetur cum pillulis de 5. generibꝰ
vel cum artheticis, vel cum pillulis hyp. vel cum
lotura tali: Recipe capil. Ven.. scolopen. ana. M.I.
sauinæ ℥. s. calamenti campestris & fluuialis ana
℥.I. iuiubarum & sebesten. an 25. verbenæ cimas
C 15. hęc omnia additis prunis siccis 30 in sufficien
ti quantitate aquę coquantur, quousq; quarta
prædictæ decoctio remaneat, & coletur, colatu-
rę addãtur pulpę casiæfi. *℥.2. diaborraginati, ca *al. ℥.1½.
tartici imperialis an *ʒ.I. benedictæ laxatiuæ ℥.s. *al. ℥.I.
¶ Sequenti die post purgationem si fuerit fortis,
in mane intret hoc bal. Reci. sauinæ, iuniperi, sal-
uię, rutæ, ru. tinctorum, paritarię, serpilli, rorisma
rini, arthemisiæ, maluæ, caprifolij, verbenæ, cala-
menti, menthastri, radicis asparagi & brusci ana
D fasciculum vnum: hæc omnia in aqua bulliant,
& ipsa intret cooperta tina, in qua prædicta a-
qua cũ herbis ipsis immittatur & stuphet se vel
solùm cum decoct. herbarum prædictarum suf-
fumigetur matrix. In tertio verò die phlebotome
tur, de vena saphena, cuius situs est prope cauicu
lam pedis: sequenti verò die de vena alterius pe-
dis minuatur: Alio die apponantur ventosæ cũ
scarificatione in cruribus supra nodum, & san-
guis secundum vires extrahatur, & hoc dico vir- *Trochisci de
E tute existente forti. ¶ Itẽ dentur trochisci de myr myrrha.*
rha optimi ad menstrua prouocanda: R. myrrhæ
ʒ.3. farinę lupinorum ʒ.5. foliorum rutæ, mentha *al. ceruini
stri, pulegij, * ciceru. rub. tinctorum, assæ, serapi-
ni, opoponacis ana ʒ.2. formentur inde trochisci,
quorum quilibet sit ʒ.I. omni mane sumat vnum
ex eis cum aqua decoct. sem. iuniperi vel sauinę,
& est melius si in vino albo coquantur. ¶ Quod *Suppositoria.*
si adhuc omnibus prædictis factis menstrua non
veniunt, ponantur ventosæ sine scarificatione su
F pra femur, & in nocte sequẽti suppositoriũ istud
in matrice supponatur: Recipe ciclaminis, helle-
bori albi, calamenti, euphorbij, serapini ana ʒ. s.
omnia terantur, & cum succo sauinæ, menthæ
vel arthemisiæ confice, & in modum digiti sup-
ponatur in vulua. ¶ Aliud ad idem, fac suppo-
sitorium de malo terrę mundato, quod posit in
vuluam introire, & oleo lau. vel pulegino inun-
gatur, & mittatur in vuluam. Aliud ad idem, ar-
themisia, myrrha, ruta, hyssopus, nitrum, piper,
G & serapinum cum felle taurino, vel lacte, & mel-
le confice, & in lana succida vel bombace inuol-
uatur & supponatur. ¶ Aliud ad idem, faba lupi-
na, & radix spatulæ, assa fœtida, verbena, mercu-
rialis, malua, & gith, cum melle trita confice: & in
lana succida, vel bõbace ponantur, & inuoluanr

&in-

& immittantur. ¶ Aliud nasale ad idem: inuolua tur bombax, vel lana succida, deinde in succo ma tricariç & theriaca simul mistis intingatur, & sup ponatur: quia miro modo mẽstrua ꝓuocant om nia pdicta suppositoria, & si matrix acumine di ctorũ suppositorũ doleat, fomentes os vuluç cũ decoctione maluç, bismaluæ, & brancç vrsinç. & inungatur cũ oleo chamo. pulegino, muscellino, butyro & similibus. ¶ Succus cophoratæ: succus rutæ, & arthemisiæ, vel ipsæ herbæ & radix di ptami, sauina, pulegium & calamentum: hæc om nia vel aliqua prædictarum herbarum in come stione data, vel vinum decoct. ipsarum, in quo tri phera magna distemperata fuerit in potu data, sæpe infallibiliter mẽstrua prouocat ¶ Vel si vis, accipe rutæ * ℥.3. diptami ℥.2. *nuces 4. terantur omnia: & cum vino, in quo prædictæ herbç deco ctæ fuerint, vel saltem aliqua earum in potu de tur, quia est mirabile & expertum ad menstrua prouocanda. ¶ Item si detur ℥.1. euphorbij triti cum petro. & asaro. menstrua prouocat. ¶ Item si * teres simul verbenam termoformes 10. & 10. ca ryophyll. in ℔. 1. vini & vsque ad medietatem bul lire facias, & eunti dormitum serò vel in matuti nis detur, quia menstrua prouocat. Syrupus per Magistrum meũ compositus, cũ quo curauit quã dã dominã prope Tranũ, quæ carebat menstru is, & iam incipiebant ei apparere tumores in ven tre, & in lacertis, incipiebat fieri hydropica pro pter menstruorum retentionem: Re. capil. Ven. caprifolij, verbenæ, eupatorij, endiuiæ, scolopen driæ, borraginis, buglossç, calamenti campestris, & fluuialis, rubeæ tinctorũ chamædryos, chamç pityos, valerianæ ana M. s. florum chamo. se. fœn. anisi, cymini torrefacti, radi. fœnic. apij, asparagi, brusci, florum borraginis, buglossæ, passularum sine nucleis ana ℥. 1. se. communium ℥. 2. hordei mundi. P. s. squinanti, asari, ameos ana * ℥. s. sebe sten 40. iuiubarum 20. fœni. petroselini ℥. 2. men thæ cimas 50, sacchari, vel mellis, quantum suffi cit, sumat de eo quotidie ℥. 2. quolibet mane cum aqua decoctionis pulegij, caprifolij, & sem. fœni. ¶ Si retentio vel ablatio menstruorum fuerit ex tristitia, vel nimio gemitu, dolore, & similibus a nimæ passionibus, tristitia commutetur in gau dium, & ita sedetur, & in quibus animus delecta tur, exerceatur: Et si quis amat, quod commodè habere non possit, statim blandis verbis promit tatur. ¶ Si ex constrictione venarum retineantur menstrua, & propter humores viscosos superiꝰ in matrice abundantes, & ora venarum constrin gantur, detur syrupus superiùs scriptus, & pur getur, vt suprà in principio huius curæ dictum est, deinde fiant remedia prouocantia, de quibus superiùs competenter tractaui.

Mirabile expertum.
*al. ℥.2.
* al. nuc. musc. ℥.1.
*al. comedas
*al. ℥. s.

ADDITIONES.

SI mulier continuè comedat betonicam, vel decoctionem eius, in breui recuperat men strua deperdita. ¶ Ad menstrua prouocanda, a qua fluens de quercu fæmina cum ouo sorbili, vel cum vino data, & supposita cum pessario ex bombace vel lana succida facto, menstrua prouo cat. ¶ Succus camphoratæ, rutæ, arthemisiæ per se quilibet eorum, vel omnes in potu dati, vel i psç herbæ in vino decoct. vel in crispellis quali-

A tercunq; datæ, menstrua prouocant. ¶ Supposi torium ad menstrua prouocanda: Recipe stora. calamitæ, lauda. ligni aloes, assæ fœtidæ, serapini, galbani ana terantur, & cum succo sauinæ vel ar themisiæ confice, & supponantur. ¶ Aliud pro batum ad menstrua prouocanda: Accipe radices tapsi bar. & munda eas à cortice exteriori, & inũ gantur oleo laurino, vel muscellino, & puluis nigellç desuper aspergatur, & immittatur in vul uam, quia menstrua pro certo educit. ¶ Aliud B ad idem mirabile: accipe armoniacum, galbanũ, & serapinum, cũ theriaca misce, & supponatur. Sed inter omnia radix lilij trita, cum oleo muscel lino laurino, vel pulegino, & supposita cum lana succida, vel bombace, potissima est ad menstrua prouocanda. ¶ Suppositorium ad menstrua pro uocanda: teratur scabiosa cum stercore porcino, & addatur fel vaccinum ana, & in subtili petia lini inuoluatur, & supponatur per noctem. Sup positorium ex galbano, armoniaco, assa fœtida, C mẽstrua prouocat, & etiam secundinam educit, priùs tamen ex butyro, vel melle inungatur os vuluæ, ne mulier ibi sentiat ardorem propter sup positorium prædictum. ¶ Apozema optimũ ad menstrua prouocanda: R. quatuor radicum com mun. meu, ireos, calamenti, acori ru. ma. arthe misiæ camphoratæ, serpilli ana ℥. 1. ameos, nardi, sem. fœniculi, petro. casiæfi. spicæ celticæ ana ℥. s. hæc omnia in sufficienti quantitate aquç quo usque tertia pars remaneat, bulliant, & colentur, D addito saccharo, vel melle albo despumato quan tum sufficit, fiat apozema, & quolibet mane su mat de eo ℥. 2. cum aqua arthemisiæ, & rutæ: est enim mirabile. ¶ Bombax infusus in succo cen taureæ minoris suppositus, menstrua prouocat. ¶ Et decoctio granorum iuniperi bibita, & hy pericon similiter, & decoctio asari, vel bibere ℥. 2. decoctionis hæderæ mirabiliter prouocat. ¶ Pessarium mundans matricem, fit de da ctylis assatis in stuppis, & ficubus, & radice gen E tianæ & nigellæ.

Apozema mirabile.

COMMENTARIVS.

ET *nota quod matrix est sentina totius corporis*]Nihil hoc di ci poterat absurdius. Matrix enim viscus est nobi lissimum: vtpote quod ad humani generis propagatio nem sit à natura destinatũ. Quis ergo furor hos agitat Philosophos, qui mẽstruũ sanguinẽ, vterumq; tot infe ctantur conuitiis. De menstruo sanguine nondũ satis constat, an is in vterũ effundatur. Et siquidem id admi F serim: non tamen ob id sentina corporis est vterus: Nã probus ille sanguis est & naturæ sola copia grauis, qui sanis emittitur mulieribus. Nec id nos moratur, quod ex menstruorum retentione perniciosa sæpe sympto mata contingant: Inculpatus enim sanguis sola quanti tate graues etiam sæpenumero morbos inducit: vel si præter naturam in aliqua corporis parte contineatur.

De fluxu Menstruorum immoderato constringendo, Cap. VIII.

G ENSTRVA quandoque plus flu unt debito, quod fit aut ex humoris abundantia per incontinentiã, aut eorũ acumine: humorũ abundantia cognoscit ex plethoric. corporis dispositiõe, ex

repletione venarum, ex larga diæta præcedente, ex sanguine per vuluam in magna quantitate decurrente: Acumen verò humorum cognoscitur, quia calor in profundo vuluæ sentitur, & si pannus lineus in ipsis mestruis intingatur, & postea desiccetur in Sole vel circa ignem, remanet colore croceo infectus, & in exitu suo menstrua exeunt cum ardore & incendio. ¶ Et hæc passio si antiquata fuerit, difficile curatur: ex quo orificia venarum diu fuerunt aperta, difficillimè consoli dantur. Vnde ad hanc passionem inueteratam sequitur macies, fastidium immutatio coloris, tumor pedum, & hydropisis. Aliquando exeunt menstrua, sicut fęx vini, aliquando alba, aliquando nigra. Et cùm huiusmodi fluxus diu perseuerauerit, vt dixi, sequuntur inconuenientia dicta, & difficile curatur. ¶ Si itaque sanguis fuerit in causa: fiat minutio de basilica, & ventosas supra mammillas apponamus, sine scarificatione, vel etiam sub mammillis sine scarificatione, vel cum scarificatione. Si verò aliorum humorum abudātia fuerit in causa vt cholera, phlegma, vel melancholia, purgetur, sicut in cap. de dolore capitis dictum est seriatim, & etiam in alijs quamplurib9 locis, & postea restrictiuis medicinis subscribendis insistamus. Et si humorum acumen in causa fuerit, contemperetur cum decoctione prunorū, viol. cassiæ fi. tamarindorū, rheubarbari, & similium. ¶ Qualitercunque igitur fluxerint menstrua vltra debitum modum, purgato prius humore in causa existente, si ætas, tempus, regio, & cōsuetudo permiserint, primò fiet experimentū Hippo. in apho. dicentis: Mulieri menstrua si vis retinere, cucurbitulā maiorem ad mammillas appone, & si fieri potest, sit vētosa ita magna, quod totam mammiliam sub se contineat, & sine scarificatione apponatur, deinde, constrictiuis vtatur, remedijs, proijciatur hoc cōstrictiuum mēstruorum Magistri mei cum pessario in matricem: Recipe succi plantagi. & fasiolariæ an. *℥ 2. gypsi ℥. 1. athanasiæ, boli arm. sang. dra. mumię ana ℥. quar. Succus vrticę in vulua bis vel ter iniectus, menstrua restringit. ¶ Item fiat emplastrum supra pectinem, & renes, ex mastice, bolo, sang. dra. olibano, & mumia ana omnibus puluerisatis & cum aceto & albumine oui mistis, & confectis. Aliud ad idem: squamma ferri subtiliter trita in aceto, & aqua ros. bulliat, vsq; ad consumtionem liquorum: deinde addatur puluis cartæ combustæ & pulueris cornu cerui adusti, quantum est prædicta squamma, postea adde puluerem corticis glādium quercus, quantum de omnibus, & hęc omnia simul mista cū succo plantaginis incorporentur, & vna pars earum pessarisetur, & in vuluam inijciatur. Alia verò pars cum albumine oui & aceto confecta supra renes & pectinem epithemetur. ¶ Nascale factum ex gallis, alumine, sang. drac. mastice, bolo, mumia, symphito, acatia, & castoreo cum athanasia, vel succo plantaginis confectū & suppositum, menstrua constringit. Suffumigatio de vngula mulæ supra carbones posita, si sub vulua recipiatur, constringit menstrua, sed impedit imprægnationem per mensem. ¶ Aliud: suffumigatio menstrua restringens: Recipe balaustiarum, psidiæ, myrtillorum, cocularum quercus, corticum castanearum, rosa. foliorum sorbi, piri, & mespilæ, corigiol. plantaginis, & similium constrictiuorum ana, omnia in aqua pluuiali: vel cisternæ bulliant, & mulier ex aqua fumum sub vulua recipiat, & cum tepefacta fuerit sub ea sedeat, & spongia marina, vel lana succida in eodem liquore intincta pectini, & renibus applicetur: & vltimo prædictis locis prædictæ herbæ pistatæ calidæ emplastrentur. ¶ Puluis cōsolidæ minoris, solearum veterum, & panni blaui, vel scarlati, omnium simul in pignato nouo supra ignem combustorum, & sufflatus in vuluam menstrua constringit. ¶ Et vt breuiter me expediam, quæcunque dixi valere in fluxu, & passione hæmorrhoidum, & in fluxu sang. narium, & dysenteria, prout in proprijs capit. dixi, in hac causa valent, & eadem etiam dicta in hoc casu cō petunt, sicut in dictis dixi capitulis. ¶ Quod si mulier fluxum menstruorum habens, dolorem in præcordijs patiatur, accipe magnam tripherā cum vino decoct. boli, cinna. masti. & sacculus lini subtil. in modū digiti factus impleatur ex pul. facto, ex ros. masticæ, bolo. cinna. sang. dra. spodio, oliba. symphito, mumia, & ra. consolidæ minoris ana.

Prognostica.

Cura.

*al. ℥. 1.

ADDITIONES.

SVccus pentaphyllon. ad quātitatē ʒ. 1. datus, cum ʒ. 2. athanasiæ mane, & modica aqua pluuiali, & sero tantundem, vel saltem decoctio ipsius herbæ cum athanasia data, menstrua constringit, probatum est. ¶ Item suppositorium ex mumia puluerisata factum, statim stringit fluxum menstruorum. ¶ Pillulæ ad constrictionem mēstruorum peroptimæ: Recipe sang. dra. boli ar. coralli, olibani, symphiti, gummi ara. opij, lapidis hęmatitis ana confice cum succo plantaginis, & athanasia detur ex eis ʒ. 1. Et etiam suppositoriū ex eis formatum, & in vulua suppositum mirabiliter stringit menstrua. ¶ Item miclete, saccharū ros. antiquum & diarrhodon abbatis, omnia mista & data cum aqua pluuiali, cum lapide hæmatitis, dum fuerit fricatus, addito succo plantaginis, & etiam athanasia, menstrua mirabiliter stringit. ¶ Item radix consolidæ maioris trita, cum bolo & lapide hæmatitis. sang. dra. cina. & modico masticis simul omnia, cum vitellis ouorū mista, & in fritellis, vel alio quocunque modo data, menstrua sine dubio restringit. ¶ Item Recipe succi planta. ℔. 1. mucilaginis, tragacanth. gūmi arab. ana ʒ. 2. misce & immittatur medietas intus matricem, & alia bibatur.

De suffocatione Matricis, Cap. IX.



QVANDOQVE accidit quædā passio mulieribus, quæ suffocatio matricis dicitur: & quidam Medici ignorātia imbuti, hanc passionem syncopim esse credunt. Alij verò minus bene dijudicantes passionē huiusmodi epilepsiam esse dicunt, sed multum decipiuntur: Nam huiusmodi passiones inter sese multum differunt. Syncope enim fit ex ira, tristitia, longo fluxu menstruorum, vel sanguine aliunde manante, vt ex fluxu venarum immoderato, & ex subita mutatione caloris

Differt suffocatio à syncopi.

caloris in frigidum, & ex pluribus aliis causis, de quibus in tractatu de syncopi, in libro febrium, dicam: & corpus in syncopi calet, & dum pulsatur, statim in se reuertitur, in hac autem passione mulier nõ sentit quicquã: & fit hæc passio per interualla, & non subitò, & tanta fit in hac passione debilitas & afflictio, quòd est maior quàm in aliqua specie syncopis, sic quod mulier priuatur totaliter sensu, & motu: non potest in aliquo percipi vita eius, nisi p̃ lanam carpinatã, vel bombacem naribus appositũ, vel per ampullã vitream, plenam aqua supra pectus mulieris positã, quia ipsa lana per motum quemcunq; respirationis per os mouetur, & aqua in ampulla existens à pectore quocunq; motu mouetur, & effunditur, in hoc percipitur vita mulieris patiẽtis matricis suffocationem. ¶ Dicitur etiam hęc passio ab epilepsia: quia epileptici subitò & repente, non per interualla cadunt, & spumant per os, in casu eorum de stercore vel spermate vel vrina parum inuoluntariè emittunt in accessione eorum, & etiam os eorũ aliquando torquetur, & pedes & manus eorum contrahuntur, quod in hac passione non accidit: fit ergo suffocatio matricis, dum matrix ipsa spiritualia comprimit, & sic mulierem quasi mortuam apparere facit, vt dixi. Fit autem principaliter ex retentione menstruorum, ex aliquo humore venenoso, existente in ipsa matrice, & ex corrupto spermate in venenositatem conuerso, circa testiculos matricis existente: quod frequenter accidit mulierib. iuuenibus, castè viuentibus, & monialibus: accidit plurimum in viduis, quæ cùm fuerint cõsuetæ coire cum viris earum, postmodum abstinent à coitu, & spermata in matricibus earum corrumpuntur, & in venenosam transeunt habitudinem, & sic suffocatio matricis inducitur. Accidit etiam suffocatio virginibus, quæ à parentibus tantùm in domo retinentur, antequam nuptui tradãtur, quod quandoq; 25. annum, vel 30. transeunt: & sic sperma in ipsis superabundans in venenosas transiens qualitates, suffocationem inducit matricis. Dum enim menstrua indebitè retinentur, vel humor venenosus, vel sperma corruptum in matrice superabundat, & per coitum non extrahitur, fumositas ab istis talibus resoluta, vacuitatẽ matricis replet, & descendit: Matrix verò repleta, & superiùs ducta spiritualia comprimit: vnde mulier suffocatur quasi. ¶ Cognoscitur aũt passio hęc ex pręcedentibus causis & signis, ex retentione mẽstruorum, & grauedine capitis, renum & coxarũ, & similib. præcedentibus. ¶ In ipsa itaq; accessione suffocationis matricis, cum mulier stat tacens, ac si esset mortua, ligentur & constringãtur cũ fascia coxæ ꝓpe genua fortiter, & brachia ꝓpe cubitũ. Postea fricentur partes inferiores extremitatũ cum sale, fuligine, aceto, & aqua mistis: prouocetur sternutatio cum castoreo, pyrethro, euphorbio, condisi, pipere, & similibus: apponantur fœtida narib. earum, sicut sunt licinium in amurca olei intinctũ & in igne accensum, & posteà extingui debet, fumus sub naribus earum supponatur, & in narib. intret armoniacum, galbanũ, serapinum, assa fœtida. & similia super carbones ardentes ponãtur, & fumum ab eis resolutũ in earum naribus subintrare facias. Vrinæ etiam fœtidę & stercora humana supra carbones posita, vermes vel carnes fœtidę & quęcunq; fœtidiora istis excogitare potes, narib. apponere debes ad hoc, vt matrix ipsa spiritualia comprimens, illum sentiens fœtorem, ad locum suum descendat. ¶ Item ad hoc, vt matrix ad locum suum descendat, quoniã multum aromaticis confortatur: fiant suffumigationes ex aromaticis sub vulua hoc modo, laudanũ, thus, lignum al. storax, ambra, muscus, nuces musc. caryophyl. pulegium, maiorana, basilicon, & huiusmodi super carbones ardẽtes ponantur, & in vino bulliant & per embotum fumus ab eisdem resolutus, in vuluam transeat, & mulier in sella perforata collocetur, & sic optimè pannis cooperta, & strictè cincta, super pannos sic, quod fumus à prædictis aromaticis resolutus, ad nares per pannos transire non possit, sed solùm vuluam subintret. Cùm itaq; mulier iam ad vitam reuersa fuerit, quæ prius quasi mortua videbatur: scias vtrũ hęc passio venerit propter menstruorũ retentionem, & tunc prouoca menstrua in ea, vt quod in capitulo de menstruorũ prouocatione dictũ est. Et si humores frigidi, vel calidi in ea esse noscantur, purga vt in pluribus capitulis mei breuiarij docui. Si ex spermate corrupto fiat hæc passio, si virum habeat, coeat cum eo: si verò iuuenis puella fuerit, & virum petens, tradatur nuptui: Si verò vidua, vel monacha, vel vouerit castitatẽ Deo, fiat remediũ hoc: salgemma & nitrum an. pului risentur subtiliter, & cum aceto, vel aqua salsa, vel salmatina distemperetur, & bombix in huiusmodi liquoribus intinctus supponatur in vuluam: ex hoc enim fit quædam mordicatio, vnde sperma emittunt. ¶ Quædam Dominę viduæ, & etiã mercatrices, quarum mariti à patria recedunt, & quandoq; stant per duos vel tres annos, non reuertentes ad patriam, quandoq; huiusmodi passionem incurrunt, & nimis appetunt coitum, sed timentes imprægnari nõn audent cum viris coire, & supponunt sibi digitum, vel quendam sacculum paruum, impletũ bombace, factum in modum virgæ virilis; & intantum imponunt intus & extra, quod spermatisant. Et aliæ habẽt quodam vas æreum, vel ex auricalco factũ in modũ virgæ virilis, in medio cõcauum, in cuius summitate est foramen paruũ, & tantùm ducunt in vuluis suis intus & extra, quòd spermatisant, & cùm spermatisare incipiũt, mittunt in vuluis suis per illud foramen per medium vasis illius parũ aquę rosarũ quæ miscetur cum spermate. Et mulieres Thusciæ magis sunt vitiatæ hoc peccato Sodomitico cęteris mulieribus: inueni enim quadã vice summo manè in via in ciuitate Florẽtiæ quoddam instrumentum sic factum in modum virgæ virilis, quod cuidã mulieri ceciderat: Et ꝓpterea scio, quòd in talib. delectantur: sed p̃dicta omnia Sodomitica sunt, & ab ecclesia prohibita: Est.n. maximũ peccatũ hoc facere, vnde potius cõsulo, qđ cũ viris coeãt, & minꝰ peccatũ cõmittent. Abstineãt à salsis, à carnib. vnctuosis, ventositatẽ generãtibus, à carnibus vaccinis, leporib. & similibus, vinum odoriferũ & bene lymphatũ bibant.

ADDITIONES.

Bardana maior supra caput posita, eleuat matricem: ideo valet in præcipitatione, & sub planta deprimit, ideo valet in suffocatione.

Differt suffocatio ab epilepsia.

Causa.

Signa.

Cura.

De præcipitatione Matricis ſeu diſlocatione, Cap. X.



LIQVANDO matrix præcipitatur, ſeu diſlocatur, vnde ipſa quandoque dextrorſum, quandoq; ſiniſtrorſum declinat, quādoq; etiam pars ipſius exit, & venit vſq; ad os vuluę. Fit hoc ex relaxatione neruorum ipſius matricis, & ex ſuperfluis humorib. matricem aggrauantibus. ¶ Cognoſcitur autem matricis pręcipitatio, ſi exierit, viſu, vel tactu obſtetricis. Si verò ad aliquod laterum deſcenderit, cognoſcitur per inflationē, & duritiem ipſius lateris, ad quod deſcendit, per dolorem & grauedinem pectinis, capitis, renum, & brachiorum, colli, & partium matrici adiacentium, ex torſione, & dolore ab vmbilico inferiùs, & ſuprà: quandoq; vſq; ad ſtomachū ex perditione viſus, ſubuerſione ſtomachi, & etiam ex retentione menſtruorū.

Signa.

Cura.

¶ Curetur autē hæc paſſio in hunc modum: primò ponatur mulier in balneis, vbi decoctæ ſint mal. viol. brāca vrſin. cum oleo & butyro, vel ſaltem ex hac aqua fomentetur, & eius vulua lauetur, deinde cum retinacula ꝓpter huiuſmodi balnea vel fumigium vel lotionē fuerint bene relaxata à muliere forti, vel viro fideli & amico, ſit tota extenſa in terra vel in lecto, & eleuentur pedes eius, & per eos fortiter trahatur: ſic quòd præcipitata matrix ad locum debitum reuertatur. Sternutationes cum helleboro & cōdiſi, & ſimilibus prouocentur. Et ſi menſtrua defecerint, prouocētur, vt dictū eſt, & ſi humor in cauſa fuerit, purgetur vt in diuerſis locis dictū eſt. Item apponantur ventoſæ ſine ſcarificatione circa vmbilicum: Item fiat ſuffumigatio ſub matrice ex fuſtibus caryophyll ligno aloes, cymino, hoc modo: prædicta omnia in puro vino per noctē iaceant, poſtea decoquantur in ipſo vino, & mulier fumum illū per embotum recipiat: qui à ꝑdictis reſoluitur, & nares cum bombice obſtruantur. Item fœtida naribus apponantur, de quibus ſupra in præcedenti capitulo dictū eſt. ¶ Et ſi matrix extra exierit, interiùs reponatur ꝑ obſtetricem, deinde fiat ſuffumigatio ſub ea ex gallis, corticibus quercus, & glandibus, ramis myrti. balauſt. corticibus maligranati, roſis & ſimilibus cōſtrictiuis, in capitulo de dyſenteria dictis, hęc omnia in aqua pluuiali, vel ciſternæ bulliant, deinde mulier in ſella ſedens, in vulua ſua huiuſmodi recipiat fumū, matrice per obſtetricem prius immiſſa. ¶ Aliud ſuffumigium ad idem, aſpaltum, colophoniā, capillos humanos, & cornu caprinum, hæc omnia, vel quodlibet prædictorū per ſe mittatur ſupra prunas ardentes, & mulier fumum à prædictis reſolutum per embotum recipiat in vuluam. ¶ Aliud ad idem: feruginē calefac, & acetum ſuperinfunde, & fumum ab ipſa ferugine reſolutum mulier recipiat per embotum in vuluam. ¶ Item arthemiſia cum aqua achatiæ & hypocyſtidos, & cętera conſtrictiua ſumat, quæ in capitulo de dyſenteria dicta ſunt, prout videtur expedire. ¶ Et dū matrix ad propriū locum redierit, fiat ſub vulua ſuffumigatio, ſuprà prope principium huius capituli dicta. ¶ Quod ſi mulier fuerit nimis conſtipata, clyſteriſetur cum aqua decoctionis mal. viol. mercurial. hordei fracti, brancæ vrſinæ, ſem. aneti & fœnic. in qua reſoluantur triphera ſaracenica, vel caſſiæ fiſt. & oleum violatum. Item ſi ſitit multum, detur ſibi de ſaccharo albo, cum aqua hordei, & ex hac miſtura: Rec. diarrhodon abbatis, tragacanthi, & ſacchari roſ. antiqui an. *℥. 3. de qua cum aqua hordei fracti detur, quandocunq; voluerit, & cætera, q̄ in capitulo de ſiti dicta ſunt, ꝓpinentur. ¶ Et ſi febricitauerit, ſumat omni mane ℥. s. oxyſacchari cum ʒ. 2. penidiarū, cum aqua calida: & poſtea humor, qui in cauſa fuerit, purgetur, deinde emplaſtrata ſtomachum confortantia, & electuaria, & huiuſmodi in capitulo de defectu appetitus dicta, fiant in hac cauſa.

*al. ʒ. 3.

De apoſtemate Vuluæ, Cap. XI.



LIQVANDO fit apoſtema in vulua, aut ex ablatione mēſtruorum, aut ex percuſſione, quod apoſtema aut ex calidis, aut frigidis fit humoribus: ſi ex calidis, adeſt dolor intolerabilis, febris acuta, vrina apparet cyanos, & in ſuperficie liuida cum multis reſolutionibus: ſi verò ex frigidis fit humoribus, adeſt dolor in pectine, & anchis, & non acutus, nec continuus: ſed aggrauatiuus, adeſt ſtrāguria, ſeu difficultas mingedi, vrina pinguis, caropos, & cum reſolutionibus multis ſuperius liuida. Item ſi huiuſmodi apoſtemata ſint in prora vuluæ, dolor renum, & pectinis, & ſtranguria adſunt: ſi in puppi, dolor dorſi, & conſtrictio egeſtionis adſunt: ſi in ſuperiori parte, dolor ſupra vmbilicum, & ſupra ſtomachum adeſt: ſi in inferiori parte, dolor ſub vmbilico adeſt: ſi in laterib. dolor eſt in inguinibus, lateribus, cruribus & coxis. Et nota, quòd huiuſmodi apoſtemata, quę in vulua fiunt, ſemper cōcomitatur febris. Si itaq; in huiuſmodi apoſtemate noueris humorem calidū eſſe in cauſa, viribus, & ætate permittētibus, primò fiat minutio de ſaphena dextri pedis, ſecundo verò de ſaphena ſiniſtri, & extrahatur ſanguis ab eis, ſecundū vires: & exhibeatur ſyrupus viol. vel roſ. quolibet mane. Et ſi fuerit corpus cōſtipatū, interim fiant ſuppoſitoria aliqua, vel clyſteria lenitiua, ſi ſuppoſitoria non educerent: poſtea mundificetur corpus cum decoct. prunorū, violarum, tamarind. capill. Ven. ſem. communiū caſſię fiſt. tripheræ ſaracenicę, & ſimilium humorem calidum ſuauiter purgātium, deinde accipe ſolatrum, ſemperuiuū, lactucam, portulacam, & ſimiles herbas frigidas, & piſtentur optimè: cum oleo roſ. vel viol. incorporentur. Et emplaſtrū ex eis pręparetur, & ponatur ſupra pectinē, anchas, & inter pudicum & vuluam apponatur ſæpius: hoc itaq; fiat in principio, vt materia repellatur, & acumen caloris mitigetur, ſi poteſt fieri: poſtea verò malua cum ſemine lini trito, cocta, & piſtata cum pauco butyro & oleo roſ. ſupra pectinem optimè emplaſtretur. Et peſſarium iſtud in matricem mittatur, melilotum, ſem. lini, fœnumgræcū & malua terantur, & coquātur cum axungia porcina, anſeris, & gallinæ, cum oleo roſ. vel viol. cōfice, & peſſarium ex eis formetur, & vuluę intromittatur: & etiam ex prædictis epithemetur pectem, & peritoneon, & huiuſmodi loca circumiacentia. ¶ Aliud ad idem, & etiam ad maturandū omnia apoſtemata: Rec. radicis altheæ, brancæ vrſinæ, maluæ, volubilis, ſaponarię, abſynthij, an.

Cura ſi ab humore calido.

M.I. ſem. lini, fœnugr. an. ℥.I. terantur omnia cum vino albo optimo, & axungia porci liquefacta, melle & modico butyro, oleo roſ. & viol. omnia incorpora, addita farina hordei, ſic quòd omnia ſint liquida ſimul, parum bulliant in pignato nouo, quouſq; parum indureſcât, ex hoc inungatur peſſarium ex bombace vel ex lana ſuccida informatum, & in vuluã intromittantur: & de hoc vnguento ſupra peciã lini extende, & locis circumiacẽtibus vuluæ appone. Eſt enim maturatiuum valde ad apoſtemata, ſupra quæ ponitur hoc vnguentum: & ſi vngantur loca apoſtematis viſcoſitate mal. biſmal. & ſem. lini. Et ſi fuerit nimius ardor, & incẽdium, inungatur ex populeon cum oleo roſ. vel viol. miſtis. Si verò febricitauerit, intret ſæpe aquã calidã, in qua bulliant viol. branca vrſina, ſaponaria, malua, caules veteres, & ſimilia. Et hac aqua lauent, & ſuffumigent ſibi os vuluæ: deinde vnguentum prædictum, & cętera ſupraſcripta in vuluam intromittantur, & partibus circumiacentibus applicentur.

Si ab humore frigido.

¶ Quod ſi humor frigidus fuerit in cauſa, primò digeratur materia cum ſyrupo mellino, vel cum aliquo competenti digeſtiuo, mundificetur humor ille cum pillulis artheticis, vel aureis & ſimilibus: deinde ſimilia emplaſtra prædicta, & epithemata circa loca fiãt. ¶ Aliud: Rec menthæ, meliloti, ſambuci, ficuum ſiccarum alba. & vuarum paſſa. an. terantur omnia, & in vino albo optimè coquãtur, & prædicto vino calido vulua lauetur, & partes circumiacentes, ſcil. pecten, & peritoneon prædictis emplaſtrentur. Et peſſarium ex iſto vnguẽto illinitum in vuluam mittatur: Rec. axungiæ gallinæ, anſeris, & ceræ an. *ʒ.3. medullæ cerui, & vituli an. ʒ.7. maſt. meliloti an. *ʒ.2.s. hyſſopi, pul. florum camomil. ſem. lini, fœnugręci, omnium pul. an. ʒ.2. temperẽtur omnia cum liquefactis axungiis, & oleo camom. & licinium in hoc vnguento intinctum in vuluam ponatur, donec apoſtema maturetur.

*al. ʒ.4. *al. ʒ.2.

Poſt corruptionem.

Et ſi iterum venter fuerit conſtipatus, & non deiiciat, clyſteri opus eſt. ¶ Cùm itaq; ipſum apoſtema crepauerit, & pus ibi factum fuerit, tunc primò intendendũ eſt cum mundificatiuis, conſtrictiuis, & conſolidatiuis. Primò igitur mel diſtemperatum cum ptiſana, vel vino calido, vel cũ aqua calida ad mundificationem ſaniei iniiciatur multoties in matrice, poſtquam verò ſanies fuerit optimè mũdificata aqua roſ. cum licio diſtemperata iniiciatur. Poſtea vnguẽtum iſtud illiniatur, vel peſſarium ex bombace, vel lana ſuccida intinctum immittatur: Recipe olibani, gummi arabici, tragacãthi, lithargirij, aloes, boli arm. maſt. an. ℥.s. ceruſæ ℥ 3. hæc omnia terantur cum oleo roſ. & aqua roſ. diſtemperẽtur, & ſupra vulnus vuluę mittatur, vel peſſariſetur, ſi in profundo fuerit, vt dixi. Item peſſariũ ex licio, bolo, myrrha, ture, ſanguine drac. & ariſtol. roſ. an. omnia terantur, & cum ſucco plantaginis commiſceantur, & formato ex his ſuppoſitorio, & in vuluam immiſſo, mirabiliter conſolidat. Cætera autem in capitulo de dyſenteria, & in capitulo de crepatura dicta, quæ conſolidant, poſſunt in hac cauſa ad conſolidandum apponi.

Ad pruritũ.

¶ Quòd ſi pruritus fuerit in vulua, quod ſæpe conſueuit accidere, & ſpecialiter, quãdo vulnus ſanare incipit, fiat hoc: Rec. albuminis oui, olei roſ. lithargyrij, ceruſæ, & camphoræ partes æquales, miſce omnia ſimul, & licinium inungatur in prędictis omnibus, & ſupponatur. ¶ Si febricitauerit, comedat lactucam, ſcariol. & huiuſmodi, quandoq; cruda, quandoq; cum lacte amygdalarum condita, detur aqua ſeminum communium cum ſaccharo, & penidiis: ſi verò nõ febricitauerit, comedat pullos, hœdos, & phaſianos, perdices, & omnia ſimilia, & vinum bene lymphatum bibat.

De dolore Mammillarum, & generantibus lac, & de apoſtemate Mammillarum, Cap. XII.



LIQVANDO indurantur mammillæ & tumeſcũt ꝑter naturam, ex eo, quod lac quandoq; coagulatur in eis, & fit dolor & tumor: propter q̃ vbera ipſa inflantur. Fiãt ergo emplaſtra dicta in capitulo de dolore, tumore & ardore teſticulorum, ſecundũ quantitatem humorum abundantium, vt ibi eſt dictũ. Farina lentis, cum ſemine lini, & tritici admiſta & ſuperpoſita, dolorem mammillarũ propter lactis coagulationem ſoluit factum. Idem facit mentha cum axungia piſtata, & ſuperpoſita, & lac facit & generat. Item oua teſtudinis cum oleo roſ. cymino & melle diſtemperata, & farina fabarum, emplaſtrata, multum valent. ¶ Hæc ꝓuocant lac, ſcil. lactuca nouella, agnus caſtus, raphanus, aniſum, aqua calci veteris cocti, eruca cocta, fœniculum, & brodium eorum bibitum, anetum, hordeũ, fabæ grana, vlmi, cicer, mel, crocus, brodia pinguia gallinarum, & ſturnorũ cum vitellis ouorum, & carnium caſtratarum, brodium caulium, & cicerũ. Et vt in genere loquar, omnia cibaria & ſpecialiter calida, & humida humorem generantia ſumta, augmentant lac. ¶ Stercus ouium, & folia porrorum contrita, cum mentha, fæce aceti, mica panis, & ſucco apij, hæc omnia ſimul miſta, & emplaſtrata tollunt duritiem mammillarum, & lac reſoluunt. ¶ Quod ſi forſan prędicta mammillarum durities iam in tantum fuerit indurata, quòd reſolui non poſſit, & ideo ad apoſtema conuertatur, tunc videas quis humor fuerit in cauſa. Nam ſi gutta lactis, q̃ ex mammilla trahitur, fuerit alba & liuida, tunc humores in cauſa eſſe cognoſcas frigidos: ſi verò citrina fuerit, vel rubea, tunc humores calidos in cauſa eſſe non dubitabis, quos primò mundificabis, deinde cum maturatiuis inſiſtes, & facta ſanie & mundificata, tunc vltimò conſolidatiuis eſt vtendum.

ADDITIONES.

NOta, quod mentha mammillis emplaſtrata lac prouocat. nigella cum aceto diſtemperata, & ſupra mammillas dolentes emplaſtrata, & poſtea cùm remoueatur ab ea, ſi ex aqua decoct. camom. fomentetur, tollit dolorem mammillarũ propter lac coagulatum in ipſis factum. Item in dolore & tumore mammillarum folia enulæ parum contuſa ſuperponantur: item farina fabarũ cum vitello oui, & melle miſta, dolorem & tumorem tollit. Idem facit marrubium al. cum axungia veteri piſtatum, & emplaſtratum. Item ſtercus columbinum cum melle & cera reſolutum, dolorem & inflationem tollit.

De morsu Canis rabidi, Cap. XIII.


T quia in initio hui⁹ tertij lib. de morsu animalium venenosorum tractare promisi, vna cum pasione mulierum: iccirco ad intentum veniens, de morsu canis rabidi tractare incipio. ¶ Rabies itaq; plerunq; accidit canibus, aut naturali complexione eorum, quæ declinat ad melancholiam malam, fraudulentam & venenosam: aut cùm calor naturalis nimis intensus, adurit humorem eius, & sic fit rabiosus in æstate, aut frigus congelat sanguinem eius, vt in hyeme, & tunc accidit rabies. Fit etiam rabies canis ex sanguine corporum infectorum, quando comedit carnes cadauerum, & bibit ex aquis putridis, cum quibus impletur melancholia putrida, qua fit rabies. ¶ Rabidus itaq; canis cognoscitur per hæc signa: quia aquam fugit, & quãdo aquę obuiat, eam fugit, & timet valde, os vtplurimum tenet apertum, & lingua eius extra pendet, saliua multum spumosa quandoq; de ore eius fluit, & vadit quasi ebrius, oculi eius immersi & rubicundi: auriculæ eius sunt suspensę, caudam inter coxas portat, vocem nullam, aut raucũ emittit, domesticos suos libenter mordet, & etiam interficit si potest. & omnes ferè canes, q̃ vident eum, latrant eũ, timentes: hęc omnia sunt signa malitiæ dominantis in ipso cane rabido, & inficientis ipsum. Et fiunt vtplurimum canes rabidi in vere, & autumno, & fine veris, & hyemis, & æstate, adueniẽte principio prędictorum temporum. ¶ Et quum quis dicit se morsum à cane rabido esse, vtrùm fuerit canis rabidus, vel ne, per hoc signum cognoscere poteris: pistetur nux bona, & cũ medulla panis emplastretur supra morsum canis, & per tres horas ibi stet: deinde alicui gallinę da vel gallo ad comedendũ, & si canis fuerit rabidus morietur gallina vel gallus infra spatium vnius diei ad plus: Si verò non, non morietur. ¶ Aliud experimentum ad idem: frustum panis intinctum sanguine exeunte à plaga morsus canis proiiciatur aliis canibus, & si alij canes refutauerit, & nullus eorũ velit ipsum comedere, non dubites, canem esse rabidum. Ex morsu itaq; canis rabidi talia accidunt symptomata, quibusdã *infra duos dies, aut quatuor, quibusdã intra tertium mẽsem, & nonum, quibusdam post annum, quod patiuntur vigilias, somniant terribilia, & cogitationes corruptas, & dispositi fiunt ad iram, & cõtingit rationẽ ipsorum perturbari, & permisceri, stomachi grauedo, ciborum corruptio, & venter eorum vltimo cõtrahitur ad se, & spasmatur, & rubet facies eorũ, & vox rauca efficitur, & plorant. Et quandoq; volutant se super terram, & timent mirabiliter aquam, vnde hydropici dicuntur. Nam ὕδωρ græcè, aqua Latinè, φόβος timor dicitur: quandoque etiam desiderant aquam, deinde proclamãt: & quandoq; obuiat eis, quandoq; absorbent ex ea, quare strangulantur & moriuntur ꝑ eam: & quandoq;, vt ait Auicen. latrãt sicut canes, & quandoq; mingunt pinguedinem, in qua sunt carnositates, quasi sint animalia, & quasi sint parui canes: & si huiusmodi rabidus alium hominem sanum morderit, statim efficitur homo rabidus ille, qui morsus est. ¶ In principio itaq;, cùm quis morsus fuerit à cane rabido, & antequam terreatur, ab aqua curari poterit hoc modo: Intendamus primo ad tenendum vulnus dilatatum, & apertum, si nõ fuerit amplum & apertum, amplietur & aperiatur, & sanguisugę & vẽtosæ etiam supra vulnus cum scarificatione ponãtur, & sanguis inde extrahatur, sicut quòd nullo modo ipsum vulnus constringatur, seu consolidetur, nisi prius transierint 40. dies. Et si quis fatuus Medicus ante diem consolidationis consolidauerit, aperiatur, & dilatatum teneatur, humectetur, quantũ fieri poterit, cum aperitiuis, sicut sunt opopon. nux, & allia, & similia. Medicina etiam choleræ nigrę purgatiua detur, vt in capitulo de quartana dicemus, & in pluribus aliis locis superius diximus. Fiat etiam phlebotomia, si videtur expedire, cibos accipiãt digestibiles, & leues, & quia ꝑ diuersis phantasiis, quas imaginantur, timẽt aquam, & etiam corpora clara, per hoc infundatur aqua ꝑ fistulã ori eorum, in qua puluis cancrorũ fluuialiũ combustorũ sit commistus, puluis etiã cantharidũ, coagulũ leporũ tritum, & cum mellicrato datũ: coagulũ catulorum canis, succus gẽtianæ, puluis radicis eius cũ mellicrato datus: hæc omnia, siue ꝑ se, siue admista, miro modo valet. ¶ Experimẽtum optimum ad morsum canis rabidi: cancros fluuiales in olla rudi pone, & in furno calido cõsumi permittas, donec ꝑ se teri possint, & caue, ne multũ cõburãtur: de quibus Rec. *part. 10. thuris p. 1. & da quotidie ʒ. 2. mane, & sero ʒ. 2. s. cũ aqua frigida addita ʒ. 1. s. theriacæ, diatesseron, prius tñ pręcedat vniuersalis purgatio corporis, & bonũ regimẽ in diæta, & appositio sanguisugarũ & ventosarũ cum scarificatione super locũ. ¶ Et de medicinis, q̃ extrahũt venenũ, si supra vulnus apponãtur, sunt sicut allium aut cępę, aut sinap. aut eruca, aut nasturtiũ, ruta & axungia cum sale pistata, & incorporata, & superposita, miro modo venenũ extrahunt. Itẽ spica celtica, cum sale & galbano pistata, & incorporata & superposita miro modo venenũ extrahunt. Item auellanę cũ sale & seuo tritę & superpositę omne venenũ attrahunt. Item lapis viridis à membris venenũ extrahit miro modo. ¶ Emplastrum optimũ ad idem: Rec. opopon. galban. an. ℔. ʒ. picis ℔. 1. aceti ℔. 1. s. omnia simul liquefiant, & bulliant, & emplastrũ ex prædictis supra morsum opponatur, quoniã est mirabile. Valet quoq; contra venenũ radix diptami, & tragacanthi, calamentũ, baccæ lauri, aristol. long. & rot. cardus benedictus, hęc omnia, seu quodlibet eorũ per se valet, siue sumta ꝑ os, siue emplastrata. Allia autẽ pistata', & radix thapsi bar. puluis etiã ossiũ vituli incensorũ cum melle cõmistus: valent etiã hæc omnia contra morsum hominis in homine. Item cyclamen & assa fœtida superposita iuuant, & attrahunt venenũ. ¶ Medicina dilatans vulnus, si clausum fuerit est ista: Rec. salis cõmunis ʒ. ʒ. salis arm. ʒ. 4. calcis ʒ. 1. vitrioli *ʒ. 8. squillæ assæ *ʒ. 1. s. rutę ʒ. 5. coral. *ʒ. 11. ęris vsti ʒ. 5. flor. æris ʒ. 4. prassij ʒ. ʒ. Euacua cũ phlebotomia, catarctico, & clysteribus, secundũ quod tibi videbitur expedire, & totum studiũ tuũ sit in tenendo vulnus apertum, quousq; ad minus trãsierint dies 40. vt dixi. ¶ Item nota, quòd si hepar canis rabidi supra vulnus ponatur, & detur patienti ad comedendũ supra carbones ardẽtes assatũ, nesciẽte ipso, est mi-

rabi-

Causa. — *Signa canis rabidi.* — *Signa quod morsus fit à cane rabido.* — *al. 15. dies aut 40. dies — *Cura.* — *al. part. 9. — *al. ʒ. 9. — *al. ʒ. 1. s. — *al. ʒ. 21.

rabile,& probatum ad hoc.Item caro piscium salita,cum aliis cocta & posita,multum valet. Item cinis vitis,nitrum,sal & mentha cum aceto,& vrina pueri virginis emplastrata multum valet,probatũ est.Item tritæ formicæ, flos æris, spuma maris,adeps vituli & anseris,& oleum de alchitram, confectæ simul emplastrentur.Item radix fœnic. volubilis & baurach emplastrata mirabilem habent effectum in extrahendo venenum.

COMMENTARIUS.

ET quandoq; mingunt pinguedinem.] Commentum hoc est nullam penitus veritatis speciem habens. Demorsi mingũt(ait Arnaldus)frusta carnis animaliũ quorundã, aut catellorũ imaginem referentia.Mirum vero,qui fieri possit. Occultam esse dices huius veneni proprietatem, cùm nulla eius rei ratio manifesta demõstrari possit.Hoc si concesserim,hæc tamen animalcula vel in vulnere, vel circa morsum, quo in loco venenum defigitur, generari continget,nec per renes integros emingi poterunt.

De morsu Rutellæ, & Aranearum, Cap.XIIII.

SICVT dicit Auicen. in sexta fen.sui libri quarti: Rutella est quoddã animal simile araneæ,& est venatrix muscarũ, & dicit,quòd 12.sunt species rutellarũ. ¶Primò igitur,cum quis à rutella se esse morsum fatetur, tamdiu in aqua calida permittatur esse, donec dolor quiescere videatur, quia aliquando, dum est in aqua, cessat dolor, & postea redit: deinde epithemetur locus cum aqua, vbi multũ salis sit dissolutũ,& corpus plurimũ calefiat: & die primo & sequenti sudare facias patientem, deinde hoc emplastrum supra locum prædictũ morsus appone:Rec.cineris facti de ligno ficus,calcis & farinę hordei an.terantur,& cũ aqua salsa confice,& emplastrentur:prius tamen detur in potu cum vino,sem. nigellæ & diptami an.ʒ.1. ¶ Item detur in potu theriaca magna,vel theriaca diatessaron,vel hæc theriaca ad morsum rutellæ & aranearum experta: Rec.nigellæ ʒ.10.dauci,cymini an.ʒ 5.sem. iuniperi, nucis, cypressi an.ʒ.3. spicæ indicæ,baccarum lauri,aristol.rot.carpobal. cinnam.sem.arnoglossę,sem.apij,omniũ an.ʒ.2.confice cum melle,&detur cum vino veteri ad quantitatem nucis. ¶ Alia theriaca bona ad idem,& etiam ad morsum serpentũ: Rec.bdellij al.aristol. rot.rad.lilij cœlestis,spicę celticę,pyrethri, diptami,dauci,hellebori nigri,cymini, asphodeli, gentianæ,semni.gellæ,sem citri, foliorum rutæ, carpobal.cinnam.balaust. boli, coaguli leporis, cancrorum fluuialium adustorum,storacis,calamitæ,thuris,sem.papau.an.ʒ.2. terantur, & confice omnia cum vino veteri,& melle, & fiāt trochisci, quorum quilibet sit ponderis ʒ.1. detur cum vino odorifero veteri. ¶ Ad morsum itaq; aranearũ conferunt omnia prędicta,& sudare in balneo,& bibere multum ex vino forti & bono paulatim, & paulatim venenũ eos infrigidat,& vinum calefacit,& cõfert.Item ari.cyminum,nigella, & ruta sicca,cũ vino data ad prædicta,miro modo valet. ¶ Item epithema superpositũ in morsu aranearũ est optimum,vel istud ad vtrumq; peroptimum: Rec.farinæ hordei,radicis virgæ pastoris,foliorũ porrorum,aristol.rot.corticum granatorũ an.terātur,& cum aceto,& vrina hominis,addito pauco salis,confice,& si addideris de cineribus,factis de lignis ficus,est optimum emplastrum ad omnes huiusmodi morsus, &c.

De morsu Scorpionis, Stellionis & Lacertæ, Cap.XV.



PLVRA scorpionum sunt genera: nam quidã sunt colore albi,alij citrini,alij cineritij,& virides,alij aurei,habẽtes caudam nigrã, & niuosi coloris, & fumosi, sicut dicit Auicen. ¶ Cùm itaq; quis morsus fuerit à scorpione,& locus morsus apostematur apostemate duro, & rubeo, sequitur ad huiusmodi morsum sudor,& tremor labij: primò ergo euaporetur locus cum sale & milio,calidis,& similib. his,& ponantur supra ipsum locũ assa,pyrethrũ, cæpæ,alliũ cum sale trita,auellanæ tritę & superpositæ & thapsi bar.allia cũ nucibꝰ,& vino mista, & superposita,cæpæ,squillæ & theriacæ,scil.Gal. & diatessaron,& ea,q̃ est dicta in morsu rutellæ: omnia hęc cõmista,& emplastrata valent,& cum vino sumta in potu,& sudare in balneo, est mirabilis iuuamenti ad hoc. ¶ Theriaca bona ad morsum scorpionis,stellionis,seu lacertæ:R.rad capparum,colocynth.absynth.aristol.lon.gentianæ, baccarũ lauri,bene citrini,vitis albæ an.cõfice cũ melle,& dentur ad modũ nucis cũ vino. Alia theriaca ad idem:Rec.sem.rutæ cãpestris,cymini,alliorũ,nucis,& auellanarũ an.ʒ.1.foliorũ rutæ siccorũ ʒ.1.s.myrrhæ,thuris an.ʒ.quart.castorei,pipe.al.opij an.ʒ.3. opopon. galbani an.ʒ. s. omnia cõfice cũ melle,& detur ex eo ad quantitatẽ grossę fabę cũ vino p̃dicto.Epithemetur etiã locus epithematib.superiꝰ dictis. Radix etiã colocynth. cum sale trita, & epithemata, miro modo valet. ¶ Aliud ad idem: Rec.agar.rad. asphodel.& fructuũ eius,baccarũ lauri, foliorũ, & sem. raphani, arist.rot.pyrethri an.terantur & cũ farina hordei & succo rutæ cõmisce, & epithementur. ¶ Item furfur tritici cũ fimo columbino,& sambsuco sicco,& sale & vrina mistis,emplastratis, valde conferunt: & aqua decoct. camom. vrticarum ca. desuper embrocata, mirabilis est effectus. Quod si stellio,vel lacerta momorderint,fiãt omnia prędicta remedia: quia q̃ valent ad morsum scorpionis & rutellę,in hac causa simili modo cõpetunt, & si dentes dictorũ animaliũ in carne remãserint, faciendo dolorẽ,& pruritũ, extrahãtur cum feta: vel si solũ desuper oleũ & cineres posueris,extrahẽt ea:postea dẽtur de theriacis p̃cedẽtibus,& in morsu rutellę dictis, & fiãt remedia suprascripta.

Ad morsum stellionis.

ADDITIONES.

AD morsum serpentũ,canis rabidi, viperæ, & cuiuscũq; animalis venenosi,probatũ:da bibere coclear vnum succi radicis ebuli cum vino, quia infallibiliter omnem morsum venenosum animalis venenosi eiicit, & etiam venenũ sumtũ per os.Ruta etiam data satis iuuat prædictis, sed ebuli succus specialissimè valet. ¶ Si quis punctus fuerit ab vrticis,vel succo squillæ,summa cura est inungere loca læsa ex oleo, expertus sum hoc. ¶ Signa,si quis morsus fuerit à serpente venenoso,sunt hæc,quòd dolet mirabiliter in loco illo cum punctura, quod denegatur in eo vrina, & stercus. ¶ Item scias,quòd sunt plures serpen-

tes,qui non habent venenum:& illi sunt propriè
venenosi, qui sunt impetiginosi,& nigri,& habẽt
caudam subtilem, & prope anum, & isti habent
venenũ in capitibus eorum in quadam capsula,
quod bene potest tolli per scientem.

De morsu Simiæ,seu Catti, Canis domestici, vel Hominis, Cap. XVI.



D morsum simiæ fiat emplastratio cũ
cinere, aceto, & melle, aut cum amy-
gdalis,ficubus,& propriè immaturis.
Item lithargyrium cum sale, radix fe-
niculi,nigella etiam,& mel cum farina orobi mi-
sta,superposita,miro modo valent. ¶ Cùm verò
catus momorderit,accidit quandoque dolor ve-
hemens, & viriditas seu liuiditas loci: liniantur
itaque loca læsa cũ emplastro de cæpis facto trito
& calamentum campestre emplastratum,& com
mestum,etiam est mirabile: nigella etiam & sesa-
mus emplastrata valent. ¶ Cum verò mulier,vel
homo hominẽ momorderit, ponãtur supra mor-
sum cæpæ,& sal multũ per diem & noctẽ, deinde
inungãtur cum vnguento facto ex adipe, cera,o-
leo, & galbano. Item cinis confectus cum cæpis,
trito sale & melle. Item sal tritũ cum melle,& ci-
nere radicum caulium combustorũ, aut radix fœ
niculi,cum melle & farina fabarũ,& cera cõmista:
& emplastro ex eis facto, & superposito,miro mo
do valent.Itẽ thus cum vino,oleo & melle & pul-
uere osiũ vitulorũ combustorũ commistis,& su-
perpositis,mirabilis sunt iuuamẽti. ¶ Morsus ve-
rò canis domestici, curatur superponendo clarũ
oui,cum pilis eiusdẽ canis, qui momorderit, vel
pilis alterius canis minutissimè tritis,& supra pla
tulam de stuppa positis, & supra vulnus positis,
& ea,quæ dicta sunt in curatione morsus homi-
nis,in hoc casu valẽt. Emplastrum ex cæpe, ruta,
amygdalæ amaræ, sal, mel simul mixta & super-
posita,valet. Item arnoglossa,sal,folia cucumeris,
citrulli, & farina orobi, cum melle omnia mista,
& superposita,valẽt. Item si timeatur de rabie ca-
nis,teneatur vulnus apertũ, lauetur cũ aceto, &
ex aceto & nitro emplastretur per 3. dies. aut 4. Et
ad cætera remedia in capitulo de morsu canis ra-
bidi dicta,si fuerit necesse, recurrendum est.

De morsu Apum & Vesparum, Cap. XVII.



ESPAE quandoq; & apes mordicant,
sed vehemẽtius incendit,& adurit mor-
sus vesparum,quã morsus apum. Acci-
dit enim quandoq; ex morsu vesparum
dolor,rubedo,& inflatio loci: & sunt vespæ quę-
dam magnæ,habentes capita nigra, aculeos plu-
res,& morsus ipsarum est pessimus. In paruarũ
etiã morsu quandoq; fit tumor magnus, & acci-
dunt vesicæ & aggrauatur lingua talium. ¶ Cura *Cura.*
itaq; huiusmodi morsuũ talis est, quòd desuper
vngantur,& emplastrentur loca lęsa ex rebus fri-
gidis,& succis frigidarũ herbarum. Succus mal-
uæ,bismalue,solatri,vermicularis,cymbal.citrul.
cucum.cucur.& similia,vel aceto & oleo viol vel
ros. & album. oui immista, & superillinita, miro
modo valent. Item de sedãtibus dolorẽ,expertũ:
mittatur membrũ morsum in aqua calida forti-
ter,hora vna: deinde extrahatur, & mittatur su-
bitò in aquam salsam, vel salmatinam frigidam
cum aceto mistam: deinde liniantur loca læsa cũ
muscis pistatis,quia mirabiliter valent. Item ster-
cus vaccinum cum aceto. Item panis infusus in
aceto,vel luto mistus,vel muscus cũ terra pessali,
& inuolutus,miro modo valet. Item apium,sem.
hyoscyami,lenticulę,aquę cum aceto & terra su-
perposita,miro modo valent:ad vltimũ,si linian-
tur loca cum lacte ficus,cum sale & aceto,cantha
ridibus mistis,simul faciũt loca vesicari, & exibit
ab eis aqua clara,in qua stabit malitia illius vene-
ni immissa,quæ est p vespas, vel apes,in membro
aliquo corporis humani. ¶ Eodem modo curen-
tur,qui morsi fuerint ab apibus. Item vtãtur istis
syrupis frigidis: sicut viol.ro.nenuph & similib⁹
& diæta frigida & humida iniungatur eis. Si cum
succo maluæ aceto commisto quis se inungat,nõ
timebit morsum vesparũ,nec apum. Simile ope-
ratur,si inungatur eodem succo,vel succo altheæ
cum oleo misto. Item effugantur apes & vespæ,si
suffumigentur cũ sulphure viuo,vel auripigmen
to,& cura formicarũ volantium, & animalium si-
bi similium, quum mordent, est similis morsui
vesparum, secundum Auicen. in lib. 4. fen. sexta.

De morsu Serpentis, Viperæ & similium, Cap. XVIII.



VOD si serpẽs,vel vipera,seu aliquod
simile animal venenosum quenquam
momorderit, ligetur cum fascia forti-
ter,vel cum forti corrigia prope locum
morsionis: postea fiat hoc secũdum Magistrum
meum probatum: Accipiatur caput lacertæ viri-
dis, vel illius animalis, quod momorderit,vel si-
mile, vel caput cuiuscunq; alterius animalis ve-
nenosi,& pistetur fortiter,epithemetur supra lo-
cum morsionis: attrahit enim venenum, & sic fit
attractio à simili. Item sanguisugę vel ventosæ cũ
scarificatione supra locum appositæ miro modo
iuuant. Item apponere supra loca medicinas ve-
sicantes & excoriantes,sicut sunt cantharides,si-
napis,& huiusmodi, valet mirabiliter, ex hoc e-
nim vesicabitur locus: vltimum verò remedium
est,quòd abscindatur membrũ venenatũ,vel cau
terisetur cum ferro candẽti,vel oleo & pice liqui-
da,calidissimis, & nõ permittatur aliquo modo
vulnus consolidari,nisi prius vulnus fuerit à ve-
neno mundificatũ, & quasi amissum abscindatᷣ.
Et si hoc nõ fit,vlterius possunt infici membra,&
totũ corpus in periculo mortis subest: quandoq;
venenũ forte petit cor, & sic subitò interficit pa-
tientẽ. Itẽ detur theriaca magna,vel mithridatũ,
vel diatesseron,& huiusmodi theriacę superposi-
tę,& vinũ decoct.calamenti & castorei. Item mu-
stella,& mus in domo habitans, cocta cum aceto
& faba,& emplastrata, miro modo iuuant. Caro
autem viperæ elixata,comesta,allia,cæpæ, porri,
sinapi,raphanus, ruta, squilla pistata cum aceto,
& emplastrata iuuant. Coagulũ siccum cum vir-
ga cerui assa,comesta & emplastrata,iuuant. Coa-
gulum leporis cum vino decoct. diptami & gen-
tianæ,datum,vel cum succo rutæ,sambsuci,& fo
liorum malorum,& vino detur, quia miro modo
valet. Emplastrum ex calce, & stercore caprino,
vel ex testis alliorum,& cæpe pistatis,& cum suc-
co porri, & calamenti confectis, & emplastratis,
valet, quoniam attrahit venenum miro modo.

ADDITIONES.

Nuga.

EXperimentum probatum per Magistrum H. Anglicum ad morsum serpẽtis, vel viperę, cũ dicebatur, qđ talis homo est mors⁹ à serpente, ipse faciebat ei deferri vnum cyathum aquæ benedictæ, vel alterius aquæ plenum, & dicebat supra ipsam aquã tribus vicib⁹: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen: manay paracleti spiritus sancti. s. libera hunc famulum tuum de veneno serpẽtis, hoc dicto trib. vicib. dicebat hanc orationem: Deus, qui beato Brandino cõfessori tuo mirabili potentia tua virtutem expellendi venenum contulisti, da seruis tuis credentib. vt quisquis morsu viperę occupat⁹ fuerit, meritis & precib. beati Brandini valeat liberari, per dominum nostrum Iesum Christum, &c. Et tunc detur illa aqua ad bibendũ, vel nũtio q primo portauit noua de eo, & ipse nuntius vomet venenũ, & pa. liberabitur. Quod nõ laudo aliquib. sed quia in principio hui⁹ mei operis dixi, me velle omnia experimenta peritorum Medicorum & simplicium aggregare, visus sum & hoc obscœnũ in mediũ adducere, attamẽ qlibet debet ista omninò euitare.

Ad effugandum Animalia venenosa, & nociua, Cap. XIX.

SI quis animalia venenosa effugare voluerit, habeat secum rutã. Est. n. tãtum abominabilis ruta vnicuiq; animali venenoso, qđ ipsius odorẽ sentiẽs statim fugit: vnde vidi tẽporib. meis, qđ Magist. me⁹ habebat viridarium in Neapoli, in quo tota die tot serpentes & animalia venenosa apparebãt, quòd ibi periculosum erat esse, & ipse iussit, qđ in plurib. locis viridarij plãtaretur ruta, quo facto quũ incepit virescere, omnia illa animalia venenosa fugerunt, & nõ vltra apparuerũt. ¶ Vt itaq; mures fugiant de domo, fiat hoc fumigium à Mag. meo probatũ: ℞. realgar, salis cõmunis, corticum granatorũ, rad. helleb. nigri, lithargyrij, sulphur. corticum locustæ marinæ an. terantur omnia, & supra carbones ardẽtes aspergantur, & fumigetur domus, quia omnes mures fugient longè, & non redibunt amplius ad locum vbi steterunt, & fugias ab huiusmodi fumo, quia malus est valde. Aliud ad idem: rasuram cornu cerui, picem & atramentũ, omnia insimul puluerisata, cum oleo confice, & cum papyro, vel aliquo simili inuoluãtur & supra carbones ardentes ponantur, & suffumigetur foramen domus. Item realgar datum cum caseo, vel pane tritum, interficit mures. Idẽ facit lithargyriũ, hellebor⁹ niger, se. hyoscyami, radix caulis, scãmonea, vel squama ferri, crocus & squilla. ¶ Suffumigatio autẽ faciens fugere omnia animalia venenosa, hæc est: suffumigẽtur foramina, in quibus habitant, ex galbano, serapino, assa fœtida, & ex cornu, vngulis, & pilis bouis, equi, arietis, capræ, & similium. Itẽ fumus ligni granati, & corticis granati, omnia animalia venenosa fugat. Itẽ aspaltum fumigatum, radix lilij, assa, apiũ, nigella, sulphur, folia lauri, & se. ei⁹, cornu cerui, & cornu caprę, storax, hyoscyam⁹, radix mandragoræ, pili capitis, calamentum, galbanũ, opoponacum: hęc omnia animalia venenosa fugant. Itẽ, si quis sub lecto suo posuerit sisymbriũ, rutam, ozimũ, calamentum, folia lauri, agnumcastum, & assam, nunquã aliquod animal venenosum appropinquare, nec lædere poterit ipsum. Sputum ieiuni, proiectum in os serpentis, interficit ipsum. Itẽ interficit scorpionem raphanus masticatus, cum tangit eos Suffumigatio educens scorpiones: ℞. storac. arsenici, adipis, zirbi omnium an. terantur omnia & dissoluantur cum vino, & fiat fumigium ex eis prope foramen, vbi stant scorpiones. Item radix raphani superponatur, vel ex ipsa radice fumigẽtur foramina, in quibus sunt scorpiones, educit eos sine aliqua læsione personæ alicuius, & tunc interficiant eos cum exierint. Dicta fumigia etiã serpentes fugant, & specialiter sulphur, radix lilij, cornu cerui & pyrethrum, suffumigata. Itẽ si aspergatur loc⁹, in quo degũt huiusmodi animalia venenosa, aq. decoc. sinapis, in qua dissolutum fuerit armoniacum, fugiunt. ¶ Itẽ si quis liniuerit manus suas succo, seu spolio dragonteæ nõ mordebit eum vipera, seu serpens, etiamsi in manib⁹ ipsam tenuerit. Item si quis inungat manus suas cerebro leporis, storace, aceto, & oleo mistis, non poterit ab aliquo animali venenoso morderi. Itẽ radices asphodeli, pini recentis, grana iuniperi, folia agnicasti, cypressi, dauci, abrotani, nasturcij, radicis cordumeni, rad. mandrag. carpobal. an. terantur hæc omnia, vel quodlibet eorum optimè, & in aceto & oleo ad spissitudinẽ bul. & ex eis mẽbra inungãtur, & nullum animal venenosum poterit nocere, nec venenare. Muscę interficiuntur, si fumigentur cum thure vel helleboro nigro: itẽ si hellebor⁹ niger, puluerulentus, vel arsenicũ mistum cum lacte, vel melle, & per parietes proiiciãtur, cum muscæ currunt ad ipsum, sugunt ex eo, statim moriuntur. Canes etiam & leopardos interficit helleborus. Item amygdalæ amaræ comestæ interficiunt vulpes. Pulices interficit absynthium, & amarusca aspersa per domum, & decoc. eorum, & colocynth. fo. rubi & oleandri, & odor caulis interficit eos. Et si ponatur san. vel pinguedo *vrsi in fouea, vel in sartagine sub lecto, currũt pulices illuc, & necantur & moriuntur ibidem. Item si liniantur camisiæ vel brachale vel linteamen in aqua, in qua decoct. sit absynthiũ, corpus cõseruat à pediculis, lentibus & pulicib. & similibus. Et si puer in dicta aq. ab infantia plurib. hebdomadis balneetur, non timebit pulices, nec animalia iam dicta, pediculos, seu lendines: debent aũt lauari in prędicta aqua absynthiaca quolibet sero per 2. vel 4. menses & nunquam timebunt de morsu pulicum, & similium prædictorum.

Contra mures

Contra muscas.

Contra pulices.

*al. hirci

De his, qui venena sumserunt in cibo, vel potu, & de cautela circa venenum habenda, Cap. XX.

SI quis in cibo vel potu venenum biberit, statim aquam calidam cum oleo sesamino, vel cõmuni, vel cum vomitiuo Nicolai, vel Patriarchæ mistis bibat, & vomitum prouocet, sicut dictum est in cap. de vomitu prouocando: & si vomere non posset, comedat cibaria multa, & bibat lac multum cum decoct. vrticæ & butyro, & nitatur prius, si posit ad vomẽdum, etiam bis vel ter si posit. Et si venenum ad inferiora descenderit, fiant clysteria, & detur aliquod laxatiuum, quod ipsum venenũ expellat.

¶ Pillulæ de ſerapino optimæ ſunt in hac cauſa, theriaca magna Gal. vel dyateſſaron, miro modo ſunt experta cõtra venenũ: Itẽ theriaca in morſu ſcorpionis, vel rutellę valet. Theriaca mirabilis, q̃ ſi detur in principio, cũ q̧s venenat⁹ fuerit, facit euomere venenũ: R. rad. ireos, terræ ſigillatæ, bac. lauri an. ʒ. I. terãtur omnia, & cũ oleo cõmuni cõfice, detur quãtũ I. auellana: Itẽ ſtercus galli cũ ſucco praſsij datũ, facit ſtatim vomere venenũ. Item ʒ. ȝ. galbani: & ʒ. I. myrrhę in potu iuuãt ad vomẽdũ ipſum venenũ. Theriacę. n. dictæ ſunt cõtrarię veneno, & non ꝑmittunt ipſum ire ad cor. Itẽ granum iuniperi tritũ, in potu datũ, miro modo venenũ expellit. Aliud ad idẽ: R. carpobal. hyſſo. ſicci, ſe. canabis, piper. al. & nigri & lon. acori, *fœ. petro. aſari, cymini, ſileris montani, rutæ, caſtor. bacca. lau. an. ʒ. 5. ſe. hyoſcyami, ſpicę, ſcœnãthi an. ʒ. ȝ. caſsiæ ʒ. 4. confice cum melle, & detur ſicut faba groſſa.

*al. aniſi,

Signa mortis. ¶ Cũ ergo ſuperuenit ſyncope venenatis, & vẽter eorũ incipit tumeſcere, & ꝑmutatur pupilla oculorũ, & occultatur nigredo pupillæ, vel ſi rubeant oculi eorum, & cadat pulſus, egrediatur lingua eorũ, ſudent ſudore frig. tũc ſunt ſigna mortalia, & in breui moriuntur.

Signa ſpeciei veneni quod ſit medicina acuta. Si verò venenatus ſentit in corpore ſuo ſimile mordicationi, & inciſioni, & punctionẽ & corroſionẽ, tunc certi ſumus, quod venenum eſt de genere medicinarũ acutarum calidarum & mordicantium: ſicut eſt arſenicũ, & argẽtum viuũ cum ſputo extinctum, vt dicit Auic. in lib. 4. fœ. 6. de venenis. Et tũc lac, butyrum crudum aut coctum, ſe. mal. lini & fęnu græci & altheæ cum butyro, & adipe anſeris, vel gallinæ, & ſimilia dare debemus, q̃ confrangunt acuitatem, & mordicationem rerum venenoſarũ, ſumtarum in cibo vel potu.

Si ſit medicina calefacta non correcta. ¶ Aut ſentit venenatus inflammationem maximam in corpore, & rubedinem oculorum & anguſtiam, ſitim exuberãtem, & tunc ſignificatur venenum ꝓpter caliditatẽ fuiſſe, ſicut eſt euphor. ſcam. corſeni. cuius malitia nõ fuit repreſſa per idoneam decoct. &c. & tũc infrigidem⁹ eũ cũ ſyrup. nenupha. ro. ſyrupo de ſandal. aq. ro. & ſucco cucur. cum cãphora, & cum ſyrup. ex herbis frigidis factis: Item lac vaccinum infrigidatum, de quo extractum fuerit butyrum prius, & lactucæ & ſimilia frigida dentur, & phlebotomiã, ſi fuerit neceſſaria, etiã adhibeamus, & loca ex frigidis herbis ſternam⁹, & aerem, qualitercunq; poſſum⁹, ad frigiditatẽ alteremus.

Si ſit medicina nartetica. ¶ Quòd ſi venenatus ſtet ſtupidus, & profundiſſimè dormit, & eſt frigid. valde, tũc ſignificat, qđ venenum eſt de genere narcoticorum, ſicut eſt opium, mandragorę, & ſimilia in multa quantitate exhibita: tũc damus theriacam, mithridatum, aſſam fœtidam, & allia trita, cum vino puro data, proſunt: odorent etiam muſcum & ſimilia, & ex rebus calidis fumigentur veſtes eorum. Quidam nobiles, & barones, quãdo cõedunt, tenent ſupra menſam cornu ſerpentis, vel linguam ipſius in vaſe ſupra vnum panem, & dicitur, quòd ſi venenum coram eo portaretur aliquod ſupra mẽſam, ſtatim illud incipit ſudare.

Præſeruatio à veneno. ¶ Qui venenũ timent, habeãt ſemper fidelem famulum, & ſemꝑ ſibi credentiam faciant fieri, & caueant à cibis in ſalſedine & acetoſitate, aut acuitate, aut dulcedine dominantibus, aut nimium redolentibus. Ipſi. n. qui volunt dare venena in huiuſmodi cibis ponunt ea, vnde caueant ſibi ab his in fame & ſiti vehementi. Si quis ante comeſtionem, vel poſt ſumat 5. vel 6. cimas rutæ, & cum vna nuce comedat, non poterit à veneno lædi. Aliud ad idem: R. rutæ cimas 7. ſalis ʒ. s. ficus ſiccas 5. boli ar. ʒ. ȝ. hæc omnia terantur, & cum vino ſumantur in potu, quoniam venenum corpus lædere non poterit. Item caueãt ſibi omnes à potione vini, in quo fuerit animal venenoſum, ſicut lacerta, ſerpens & huiuſmodi necata animalia, nam miro modo libenter bibunt vinum, & quandoq; cadunt in ipſo, & ibidẽ moriuntur, & quandoque in ipſo vino inebriantur, & vomunt in eo, vnde ex tali vino periculoſum eſt bibere, & propterea cum muſtum in vaſe ponitur, opilari debet ſic, qđ non remaneat, niſi quoddam foramen in cocone, in quo forſan digitus poſsit intrare, vt fumoſitas ab ipſo vino procedens, per ipſum foramen poſsit euaporare, & foramen ſit ita ſtrictum, quod per ipſum aliqđ animal venenoſum intrare nõ poſsit. Cum verò ipſum muſtum bullierit, & clarificatum fuerit, debet opilari totaliter, quia tunc reſpiratione non indiget.

De Fiſtulis, Cancris, Lupo & ſimilibus, Cap. XXI.



FISTVLA fit quandoq; ab humorib. corruptis, & in interioribus tranſmiſſis ad aliquod membrum, ipſum corrumpentibus: quandoq; ab exterioribus, ſicut apoſtemate male curato, & diſcuſſo, & vulnere malè ſanato: dicitur fiſtula per ſimilitudinem, quia ſicut fiſtula à parte ſuperiori habet foramen anguſtum, & à parte inferiori in latum extenditur, ita fiſtula vtplurimum os habet ſtrictũ in profunditate, reconditur in latum.

Cura carnoſæ fiſtulæ. ¶ Si itaque fuerit fiſtula in loco carnoſo, vbi tenta poſsit apponi ad foraminis elongationẽ, primò intẽdam⁹ imponẽdo in os tentam factam de radice laureolæ ſiccæ, vel maliterræ ſic. rad. gentianæ, ſerpentariæ, vel brioniæ ſiccarum, vel cum medulla ſambuci, vel cum *tenta panilea, vel cum tenta de canabo intincta in ſucco linariæ, aperto ore fiſtulę: bene abluatur fiſtula cum vino & melle, ana ſimul miſtis, & hoc fiat ter vel quater in die. Secundo verò die cum vino & aceto, ana ſimul miſtis. Tertio die balneetur cum vrina patientis, vel vrina pueri virginis, & cum ſucco linariæ, ana ſimul miſtis, & hoc fiat ter vel quater in die, cum tentis optimè abſtergatur, & tenta vſque ad profundũ fiſtulæ mittatur, vncta vnguento viridi, cui ſuper aſpergatur pul. de ſale cõbuſto, & viride æris facto, hoc fiat per 7. dies: demũ ex hoc alio vnguento vngat̃ tẽta, & in ea ponatur ſuccus tithymalli maioris & axũgia porci vetuſta, liquefacta ſimul & in eis apponatur viridis æris *ʒ. I. ſaliſgemmę *ʒ. s. cuparoſę *ʒ. I. deinde fiat tenta de ſtuppa canabina, & humectetur caput tẽtæ cũ ſaliua hominis ieiuni, deinde inũgatur hoc vnguẽto, & immittat̃ in fiſtulã, & ſupra os fiſtulæ apponat̃ emplaſtrũ factũ de melle, oleo & ſucco apij, & farina trit. & ſic ꝑ diẽ & noctẽ maneat, & in quolibet die tẽta p̃dicta, & emplaſtrũ p̃dictũ ſupra eã ponatur ſemꝑ, donec fiſtula mortificet̃. Et ſcias, qđ quouſq; ſanies, & virus ab ea exit aquoſum & ſubruſum, viuit: & quandoq; exit inde ſanies modica alba,

*al. tenta de paulino

*al. ℥. I. *al. ℥. s. *al. ℥. I.

alba, globoſa & magis ſpiſſa, & cum labia vlcerũ rubere incipiunt, tũc iam ſcias fiſtulam eſſe mortificatam, & tunc tentam intinge in vnguento, facto de alumine, de pluma vel zuccharino, lithargyro, atramento & melle deſpumato, ſimul in modum vnguenti confectis: vel ſolùm fiſtula inungatur melle, & ſolus puluis aluminis de pluma ſuperponatur. Et ad inducendum cicatriſationem carni, cùm tibi videtur expedire, vnge labia vulnerum cum vnguento citrino vel vnguento fuſco. ¶ Quod ſi fiſtula fuerit in loco oſſuoſo, vel neruoſo, vbi tenta poni non poſsit, fiat tale collyrium: Rec. ſuccum chelidonię & parum vini albi admiſce, & parum ſucci apij, & mellis ru. deſpumati, poſtea aloe hepatico alumen de pluma, & mẽtham ana miſce & modicum viridis ęris, & modicum ſaliſgemmę, & iſta ſubtiliter puluerita & cum prædicto ſucco & liquoribus miſce in modum vnguenti, fiſtulæ inungantur, prius lotæ cum vrina vel aceto, ſeu liquoribus ſupradictis. Iſtud quidem penetrat vſq; ad profundum radicis fiſtulæ, etiã ſi fuerit in oſſe & neruo, mortificat potenter. Et ſi ponatur de puluere realgar ad quantitatem lentis vnius in eam, mortificat ipſam, & cancrum & lupum etiam. Sed quia eſt res nimis venenoſa, & violenta, ideo debet temperari hoc modo: Caleſiat lamina ferrea, ærea vel cuprea, & dum fuerit bene ignita, ſuperaſpergatur realgar pulueriſatum & in aceto forti extinguatur, & ita fiat ter vel quater: vel ſi ſolùm teratur & in aceto forti albi per noctem ſteterit, dein de ſoli ſiccetur, eius malitia, & violentia reprimetur. Et quia quandoque non vult Medicus, quòd pa. ſciat quid ſit, videatur ipſam diuerſimodè mutare, ſi cum eo miſceas, poſtea puluis alum. zuc. vel de pluma, vel pul. huiuſmodi erit al. ſi mediã partẽ prædictorũ ibi admiſceas. Si rutæ deſiccatę folia admiſceas, erit viridis coloris, & valet iſte pul. potiſsimè mortificata fiſtula, cãcro, & noli me tãgere. Itẽ fiſtula mortificata, ſi immittatur in ea ſucc⁹ chelidonię, in quo diſſoluta ſit ſaliſgẽmę, viridis æris an. ʒ. 1 ſucci prędicti, & vini al. an ℔. s. Item probatũ ad fiſtulã: impleatur olla limaciis ſine aqua, & ponatur cooperta ſupra ignẽ, & eleuabitur quædam ſpuma ſuper eas, quæ colligatur & deſiccetur, quoniã eam mortificat, probatũ eſt. Sed ſi à limaciis aqua deſtilletur per alembicum, melius eſt. Quædam vetula curauit quẽdam, qui fiſtulã inoſſatã habuit hoc modo: tẽtam tinxit in melle & ſucco abſynth. & poſuit in ea, donec ſaniẽ al. incepit emittere, deinde accepit florẽ cameleõtis, vnde fit coagulũ, & cõbuſsit ipſum parum in bacili, ſic qđ pulueriſ. poſsit, & de hoc pulu. & aloe an. cũ tenta impoſuit quotidie, donec curata fuit fiſtula. Itẽ corium bufonis, & teſta teſtudinis ſicca, & pulueriſ. vel etiã cõbuſta & pul. vel cinis ex eis fact⁹, fiſtulæ immiſſus, ſanat eã prius mortificatã. Emplaſtrũ factũ ex linaria quinquenervia, ebul. melle & farina ſiliginis, ſuperpoſitum fiſtulæ, ſanat eã prius mortificatã. ¶ Potio experta cõtra fiſtulam: R. pimpinellę, abſynthij, acatię, betonicæ, vtriuſque plantaginis an. M. 1. coquantur in *4. ℔. vini, quouſque redeat ad ℔. 2. & additis tribus ℔. mellis, ſumat cyathum vnum mane, & alium ſero de hac potione. Item de ſucco betonicæ, marubij, agrimoniæ, millefollij, rutæ, & senecionum an. & de radicibus ipſorum fiat potio cũ melle, vel ſaltem cum decoctione prædictarum herbarum, deſiccant fiſtulam infra decem dies, ſi de hac potione ſumat infirmus quolibet mane cyathum vnum. Item ad fiſtulam: R. caulium ru. rubeę tinctorum, ſemin canapis an. ℥. 4. vini ℔. 3. mellis ℔. 2. bulliant omnia iſta, & bibant de iſto vino cyathum vnum omni mane, & ſemper omnia prædicta remaneant in vino, donec fiſtula deſiccetur, quia pro certo in breui liberabitur. Item anantia & filipendula multum valent, data. Item videatur, ſi corpus eſt plethoricũ, & quis humor in eo peccat, ſecũdum quod ꝑ ppria ſigna diſcernitur, & diuidatur, & alteretur, poſtea competenti cartartico euacuetur, vt in pluribus locis edoctus es, & ſi indiget minutione, ſi in capite de cephalica, & ſi in pectore vel circa, de cardiaca: ſi circa vmbilicum de hepatica, ſi circa inferiora de ſaphena. ¶ Item puluis de ariſt. rotun. ſi accipiatur ex ea, vel in pillulis formatus ʒ. 1. mane & aliam ſero, in breui tempore fiſtulam deſiccat: Item herba, quæ dicitur caryophyllata, & cardus benedictus, & agrimonia in vino cocta addito melle, & in potu data, & etiam hermo. dictæ pulueriſatæ in fiſtulam immiſſę, ſanant eam. ¶ Potio mirabilis ad fiſtulam, & etiam oſſa fracta de vulneribus & vlceribus eiicit: R. *potentillę, caulis ru. fragarię, abrotani, tanaceti, ſummitatum & radicum lapatij acuti, *tormentillæ, rubeæ tinctorum, plantaginis vtriuſq;, muſcatę, caryophyl. cardi benedicti an. M. 1. ſe. fœ. apij, aniſi, petro an. ℥ s. ſe. canabis parum triti ℔. s. coquãtur in 10. ℔ vini al. vſque ad conſumtionem medietatis, & additis ℔. 3. mellis, fiat apozema, & detur de eo quolibet mane & ſero cyathus vnus, quia mirabilẽ habet efficaciam. Item ſi vis probare, ſi fiſtula vel vuln⁹ antiquum ſit curabile: R. plantagin. vtriuſq;, pedis columbini, calendulæ, conſolidæ maioris, millefolij, primulæ veris, danetæ, violariæ, lapatij acuti, an. M. 1. ſicca, & de hoc pul. da pa. mane, meridie & ſero, quãtum cum tribus digitis capere poteſt, ſi ſtatim euomit eũ, eſt incurabilis. Conſtantinus in antido. Cinis de capite canis combuſti, fiſtulis vel cancro immiſſus, ipſum pro certo ſanat. Item lauetur fiſtula cum vino decoct anabulæ vel ſucco centaureę & porri, ſimul bullitis, & in fiſtulam immittatur, quia ſanat eam pro certo. Itẽ ſolummodo ſuccus pedis columbini iniectus in fiſtulam ſanat: in potu datus ſimiliter, mirabilem habet effectum: Item ſi fiſtula multa habeat foramina, & vnum initiauerit, & nõ ſint recta foramina, dicta ad hoc, vt medicamẽ intrare poſsit, & etiam ſi locus ſit tumidus & ſtrictus. Stercus caprinum ſiccum pulueriſa, & cum melle in modũ emplaſtri miſce, & ſuperpone, quoniã tumorẽ & dolorẽ tollit, putredinẽ attrahit, & neruos confortat mirabiliter vitiatos, expertum eſt. ¶ Item ſuccus thapſi bar. cũ melle an. coque, donec dictus ſucc⁹ ſit conſumtus, & tunc adde de puluere pſidiæ & oſsium myrobalanorum citrinorum in modum emplaſtri incorpora, & pone ſuper fiſtulam vel cancrum, quoniam mirabiliter iuuat. ¶ Item ſerpillum & arnogloſſa trita cum modico ſale, & ſuperpoſita ſanat fiſtulam: Item comburatur ſtercus humanum in teſta noua, deinde addatur eis tertia pars ſui piperis pulueriſati ſubtiliter, &

Marginal notes: Cura oſſuoſa & neruoſa. — Potio ad fiſtulam experta. — *al. ℔. 3. — Alia potio. — *al. tormentillæ, — *al. rad altheæ, fol. pimpinellæ, ru ma. plant. &c. — Ad fiſtulam & cancrum.

de isto pul. proiicias in fistulam, seu in cancrũ, q̃a eum interficit pro certo. Item panem fermentatũ per noctem vnam in forti lixiuio pone, deinde fistulæ suppone, quoniã attrahit de ꝓfundo putredinẽ, & sic sanat fistulam secundum Gal. & Isaac. Item alius pul. mortificans fistulam: R. vitrioli, arsenici, fimi humani, & atramenti, an. incorporentur simul, & comburãtur, fiat pul. est. n. valde fortis in causa hac. Item puluis de auripigmento, sulphure & calce viua, cum sapone gallico incorporatus, & tenta cum eis facta, in fistulam immissa, in tribus vel in quatuor vicibus fistulam mortificat. Item si fistula sit in manu, interfice murilegũ vesperi & teneas illam manum, vbi est fistula per totam noctem in visceribus dicti murilegi, & si fuerit alibi fistula, ponatur supra per noctem murilegus scissus, & hoc fiat per quatuor, aut 2. noctes, & de 4. aut 2. murilegis, & pro certo sanabitur, secundum quod dicit Petrus Lucrator, & dicit probatum esse. Itẽ dicit, qđ succ⁹ pimpinellæ immissus fistulæ, & herba ipsa superligata, sanat fistulam. Item pul. expertissimus ad fistulam: R. stercorum gallinarum, milij & salis cõmunis an. tere & combure in olla rudi omnia, & adde ʒ. partem de radice vel corticib pomi, fellis terrę, id est, colocynth. & aperta orificia cum radice ireos, vel mali terræ secundum quod suprascriptum est, & dictum pul. iniicias: & quidem addũt p̃dicto pul. costi, tart. agar. agrimoniæ, pimpinellæ, arnoglos. viridis æris an. & cum melle conficiantur, & tentę inungantur, ponantur in fistulis, quoniam eas mortificat, & ossa fracta attrahit, & malam carnẽ corrodit Item tithymallus cum sua radice in furno siccatus, & pulueris. & puluis eius fistulæ immissus, eam pro certo mortificat, sicut dixit Gal. idem facit sal alcali immissum, & pul. marmoris, qui videtur esse sal, & dicitur petrosal, immissus idem facit. Item caput gruis, oculi, & venter siccentur, assentur & pul. cum omnibus cõtentis in eis, quia fistulam, cancrum, & omnia vlcera sanaui, Gal. ibidem. Item radix lapatij acuti, quolibet die bis. s. mane & sero bene rasa in fistulam pone per tot dies, vsque ad profundum fistulæ, donec aqua nitrosa non exeat, sed putredo alb. & spissa venire incipiat, & tunc scias fistulam mortuam esse, quam tunc cum carpia & vnguẽto fusco vel citrino curabis, sicut cętera vulnera. Gal. ibidem. ¶ Item caryophyllata cum vino cocta, & vinum illud bibitum, & herba supra fistulã quotidie emplastrata, sanat eam in breui secundum Albert. & dicit expertum esse. Item agrimonia eodem modo facit, sicut dicunt prædicti autores, & est mirabilis in omnibus fistulis, vlceribus & cancris. Itẽ fimus columbinus cum lacte caprino distemperatus, datus putredinem vulnerum in visceribus & exterius positus miro modo etiam sanat, & apostematibus & fistulis optimus est Item puluis asphodeli fistulam & cancrum occidit. Item accipiatur bufo maior, qui haberi potest, & eiectis interioribus totus impleatur ex radice laureolæ trita & stercore gallinæ, & sale cum dialthea commistis, & ponatur in veru, & assetur in igne donec combustus sit, sic qđ cum omnib. prædictis rebus pulueris. possit: & pinguedo, quæ ab eo exierit colligatur, & de ea quandoq; modicũ in fistula, & de pul. omnium prędictorũ ponat᷑: quoniã quidam rusticus dixit mihi, quod cũ hoc pul. curabat omnes fistulas abundãtes in aliqua parte corporis. Itẽ pul. contra fistulam & cancrũ periculosum expertus: R. calcis viuę, auripigmenti, alum. zucch. tartari, vini al. an. ℥. 2. terantur & in pãno lineo ligentur, & per tres dies in fortissimo aceto iaceant, quarta verò die in igne comburantur in pignato nouo, bene obturato, & puluis iste vsui seruetur, quia in duabus vel tribus vicibus cancrum, vel fistulam mortificat pro certo, quæ mortificata curantur cum vnguento fusco, & cęteris adminiculis, secundum quòd cætera vulnera curãtur. Et nota, qđ omnia, quæ fistulã curant & mortificant, similiter curant & mortificãt cancrũ, & lupum, & huiusmodi similes ægritudines.

ADDITIONES.

AD remouendum cicatricem, seu quodcunq; signum remaneat post vuln⁹, vel apostema: infundatur petia lini in succo sisimbrij domestici, quod est simile menthę bonæ, & ponantur supra cicatricem, & cùm fuerit desiccata iterum in ipso succo infundatur, & superponatur cicatrici, & fiat toties, quousque tollatur cicatrix & omne vestigium eius, & caro ibi æquetur, & remaneat sine signo & vestigio aliquo. Item aqua vitæ superficatricem posita, simili modo destruit eam. ¶ Quidam habens fistulam longo tempore in pectore, non reperiens apud Medicos remedium, vsus consilio cuiusdam peregrini, accipit qualibet die cum oleribus, carnibus & ouis, de herba dicta cauda equina, & curatus est in breui. ¶ Vnguentum quod misit Rex Franciæ Domino Gregorio PAPAE IV. valet ad fistulam, cancrum & apostemata, & ad omnes durities: Rec. axungiæ marmotæ, cerui & porci masculi, ceræ virgineæ, picis al. & thuris masculi ana puluerisati, & cum axungia liquefacta & cola per stamineã, confice vnguentum, & vtere, & loco axungiæ marmotæ potest poni axũgia tapsi, catti syluestris, & domestici. ¶ Item aqua vitæ cum alumine zucchari no in fistulam, vel cãcrum missa, bis vel ter in die curat, probatum. ¶ Quædam mulier habens fistulam in manu quotidie apponebat in ea succum chelidoniæ, & herbam tritam, super fistulam bis in die ponebat, & in breui curata fuit.

¶ Quidam sumsit omni mane corda quinque ranarum aquaticarum, in modum pillularum, & in breui curatus est de fistula supra stomachum, quæ aliquando curari non poterat. ¶ Quædam Domina curabat omnes plagas hoc modo: succum pentaphyl. bis in die superponebat, deinde ipsam herbam tritam, & sic in breui tempore curabat omnia vulnera, & incisiones in quocunque loco corporis, etiam cum fractura ossis.

¶ Item ad fistulam probatum: filiginem cum succo porri distempera, & pone in ea bis vel ter in die, quousque mortificetur, deinde fiat vnguentum consolidatiuum, quod valet ad cõsolidãdum omnes plagas, ex succo plantaginis & tapsi barbati & axungia veteri, colophonia, & cera, ana simul modicum bullitis, & in modum vnguenti confice. ¶ Cancer & fistula curantur, si sępius abluantur cum aqua sanguinis destillata, & superaspersa calce sanguinis. Item accipe succũ apij, herbę Roberti, nympheę aquaticę, laua fistulam,

lam,& pone tentam de medulla ſambuci,&appli ca emplaſtrũ. Idẽ facit ſuccus betonicæ iniectus, & radix chelidoniæ cum ro. & vino bullitis,ſi inde lauetur locus,curat.Item: R.agrimoniæ, pimpinellæ,foliorum oliuaſtri,centaureæ maio. ſtœchados arabici,ſaluiæ,piloſellæ, vtriuſq; conſolidæ,arnogloſ.ſanamundæ rubeæ ma. caul. ru. pedis colũbini,gallitrici,abſynthij,tanaceti, linguæ auis,hederæ terreſtris,fragariæ,bugloſſæ,gentianę,betonicę,verbenæ an. M.s.pul.in tribus quarteronibus vini, quouſq; redeant ad quarteronũ 1. & in fine addátur mellis ℥. 8. poſtea deſtilletur ad modum clareti,& ponatur in amphora,& adminiſtretur,vt ſuprà.

De Anthrace, ſeu Carbunculo, Cap. XXII.

SICVT dicit Almáſor,anthrax ſeu carbũculus fit ex ſanguine groſſo,& corrupto, & negociatione, & labore poſt ſatietatem, & huiuſmodi quidem apoſtema aut eſt rubeum, aut citrinũ,aut viride, aut nigrum,& vnumquodq; ipſorũ eſt mortale, propter ipſius materiá venenoſam, & habet ſupra ſe virgulas citrinas nigras vel rub.liuidas& virides: & videt ægro,quòd ibi habeat grauedinem,ſicut ſi plumbum ponderoſum ibi haberet,&eſt ſuper ipſum,ſicut lenticula nigra. Auic.tamẽ dicit, qđ rubeum eſt minus periculoſum, deinde citrinũ, & ex eo,quod declinat ad nigredinem,nõ euadit aliquis,& eſt magis periculoſum,quando accidit in locis emunctoriis, propter vicinitatem membrorum principaliũ. Et fortaſſe hoc modo: quoniam inducit malitiam per viam arteriarũ ad cor, & fit inde vomitus,& pulſus cordis,& ſyncope,q̃ omnia ſunt ſigna praua. ¶Et cura huius ægritudinis eſt per phlebotomiam & ventoſas,& ſolutionem ventris cum myrobal.citrinis,ſenæ & fumoterræ,prunis,iuiubis,& tamarindis, & ſimilibus in potu ſæpe ſumtis, & non curet comeſtionem dulcium, neq; vinum dulce, & groſſum bibere & cibaria multum replentia comedere. Et dentur ei omnia velociter cor confortantia, cum ſtypticitate,aromaticitate: ſicut ſunt granata aceto ſa,& acetoſitas citri,& caro pullorũ vel hędorũ cũ agreſta,vel cum aceto forti cocta,& cõfert odoramẽtũ rerũ redolentiũ cum infrigidatione,ſicut ro. cãphora,& huiuſmodi. Super locũ autẽ nihil ponatur, niſi qđ reſoluit, maturat & rumpit: & ex eis eſt emplaſtrũ de ſale, & fermento, aut ſolũ frumẽtũ maſticatũ ieiuno ſtomacho,&ficus pingues cũ ſinapi,& oleo de lilio,vel terátur ficus ſiccę,aut vuę paſſæ cũ nitro,oleo & ſale,& ſuperponãtur:& vitrum & terebint.aperit, & ſaniẽ mundificat. Quòd ſi poſt tardet aperitio,ꝑforetur cũ aliquo inſtrumento, & dũ ſanies expulſa fuerit, imponatur mel coctum ad tertiá parté, & ſarcocolla pulueriſ.an.&fiat vnguentũ,quoniá totum mundificat,& remouet virus,& poſt vnguẽto fuſco & aliis carniũ generatiuis vtatur.Frater Theodoric⁹ in principio anthracis,curabat ipſum hoc modo:vitellũ oui crudum, cum tantundem ſalis pulueriſ.ſimul cõficiebat, & ſuꝑ anthracẽ ponebat, quouſq; rũpatur, & tota aquoſitas egrediatur,deinde illud emplaſtrũ ſuperponebat:R.ſucci apij,mellis deſpumati an.farinæ ſiliginis,&tritici tantundem coquantur ad ſpiſsitudinem & ſuperpone. Quod ſi fiat cordis ebullitio propter emplaſtra ꝑdicta,cõfortetur cor epithemando ſuper ipſum emplaſtrũ,ex aq.roſ.ſand.al. & ru.corall.& huiuſmodi.Et detur ſuccus gran.acetoſorum,ſacch.roſ.triaſand.ſtomachicũ roſ.& huiuſmodi,& abluatur loc⁹ cum aqua ca.Item fel porcinum deſiccatũ in furno ponatur tantum,quantum tenet carbunculus ſuper ipſum, ſi adhæret apoſtemati, attrahit apoſtema cũ tota radice ſua & curabitur æger. Idem facit galbanum ſupra petiam lini extenſum, & ſuperpoſitum anthraci, ſi enim eſt curabilis, adhæret ſtatim ei, & non poteſt inde remoueri, donec radicem anthracis attrahat. Et ſi non fuerit curabilis, tunc non adhæret ei, & hoc experimẽto vtebatur ſemper Magiſter meus in anthrace. Item cõſolida minor trita inter duos lapides, & anthraci ſuperpoſita diuino miraculo anthracem citò deſtruit, & mortificat.Idem facit ſcabioſa trita cum ſale an.&ſuperpoſita. Item puluis coriandri cum melle miſtus, & ſuper carbunculum poſitus ipſum deſtruit, & conſumit,probatum eſt. Item da de ſucco ſcabioſæ & conſolidæ *minoris an.tritis &piſtatis,quãtum capit teſta vnius oui & in potu patienti datum per aliquos dies,quia citò liberabitur. Item agrimonia data cum vino in potu, vel ſuccus vel puluis eius multum valet contra anthracem, & contra morſum animalium venenoſorum. Item tangere ſæpe anthracem in die cum ſapphiro, & tenere ſapphirum ſupra ſe, cõfert anthraci. Itẽ apium,riſus, pes colũbin⁹,& naſturtium,trita,anthracẽ curát ſuperpoſita. Idem facit radix vel herba,quæ dicitur cauda equina, ſuperemplaſtrata. Itẽ cardus benedictus,abſynthium, limaces nuclei nucis magnę,ruta, frumentum maſticatum, mora terreſtria,vel mali,cappares an. vel quodlibet ꝑ ſe confectum cum melle,& felle bouis ſuppoſita anthraci,cũ apoſtematib.quibuſcunq; venenoſis,citò ea maturat,rũpit, & quẽlibet tumorẽ eorũ diſſoluit.Itẽ ſi vis ſcire, vtrum pa.anthracem debeat liberari,an nõ: ſi nõ febricitat,des illi modicũ bonæ theriacæ cum vino, & inunge anthracem ex theriaca bona, & ſi theriaca aduritur citò ſuper ipſum & maneat ibi, & nõ melioretur æger:ſignum eſt peſsimum mortis vel longitudinis nimiæ ęgritudinis. Si verò nõ aduritur,ibi eſt ſignum ſalutis,& ſpecialiter ſi pa.in hoc ſentit alleuiationem.Item non permittas ægrum dormire in principio,vſquequo ſecur⁹ ſis de ſalute ipſi⁹ in omnib. cũ cymbalis & huiuſmodi, fac ibi cõtinuè fieri ſermones, qa ſi dormiret, materia venenoſa poſſet rapi ad cor,& ſubitò ęgrũ interficere.

*al. maioris

ADDITIONES.

IN cura bubonis, ꝑcedentibus purgationibus: emplaſtrũ qđ ante collectionẽ reſoluit: R.rad. eryngij, & marini pul.coquátur in aqua, & cũ axungia porci fiat vnguẽtum,quod applicetur bis in die. Vnguentum reſolués apoſtemata,& ſedãs dolorẽ:R.duo vitella ouorum, vſque ad durum ſub cineribus coctorum,terebinth. ℥. s. olei chamom. vel communis vel ro.℥.2. adipis gallinæ ℥. 1.ſang.dra.ʒ.2.miſce,ſuccus ebuli,vel ſambuci cũ farina miſtus,ſoluit tumorem apoſtematum, pellis cuniculi cum butyro ſuperpoſita loco, valet.

ARNALDI DE VILLA NOVA BREVIARII LIBER QVARTVS.

De Febribus, Cap. I.

Quid sit feb.



RACTATVRI de febre, videndum est, quid sit febris. Et vt ait Galenus super aphoris. Febris nihil aliud est, quam calor naturalis in igneum mutatus. Vel sic secundum Isaac: febris est calor naturalis, cursum naturæ supergrediens, procedens à corde in arterias, suoque lædens effectu. Duplex enim in corporibus nostris est calor naturalis: vnus videlicet, qui ab elementis innascitur, quæ nostra corpora constituunt, vt partes, & iste calor dicitur potentialis. Alius verò est in nostris corporibus calor naturalis, qui actualis & sensibilis nuncupatur: & iste innascitur à spiritibus, & humorib. in corpore existētibus: & cùm iste calor naturalis actualis distemperatur à vitali spiritu, fit febris.

Calor naturalis duplex.

¶ Febris igitur aut fit ex principali vitio, siue distemperantia spirituum, & dicitur ephemera: aut principali distemperantia humorum, & dicitur putrida: aut ex principali vitio, seu distemperantia membrorum, & hectica nuncupatur, de quibus omnibus, prout melius potero, tractare proposui. Hæc enim tria genera febrium comparantur tribus, quæ sunt in balneis, aeri videlicet, aquę & parieti. Aer enim balnei calorem citiùs suscipit, & citiùs susceptum deponit, quàm aqua, & hæc assimilatur ephemeræ, spiritus citiùs inflammantur, velociùs & citiùs curatur, si Medicus fuerit solicitus, quàm aliæ febres: sicut inferiùs euidentur apparebit. Aqua verò balnei putridæ assimilatur, quæ cum maiori difficultate calefit, quàm aer, & tardiùs infrigidatur: Similiter putrida cum maiori difficultate accidit, & difficiliùs est eam curare, quàm ephemeram. Paries verò balnei hecticæ assimilatur, in qua membra consumuntur: nam paries ipsius balnei est, sicut hectica, in qua membra consumuntur: ideò difficiliùs, quàm prædictæ curatur. In vnoquoque genere febrium est sciendum, quòd hîc tria quádoque distinguuntur, siue distemperantur, scilicet spiritus, humor, & membra secundum magis & minus, vt dicam inferiùs.

COMMENTARIVS.

ET *iste calor dicitur potentialis.*] Duplicem hic Arn. statuit in humano corpore calorem, quorum alter elementaris est, alter animaliū est: Hic rursum in duplici est differentia: Insitus.n. est, aut influens. Spiritib. inesse dicitur vterq;. Sed insitus tame, qui solidarū corporis partiū substātiā cōstituit, feb. inferre nō potest. Si namq; febris est, cū calor naturalis in igneū cōuersus fuerit, nō insit⁹ certè calor, sed influēs febres inducit, vt manifestissima ratione liquet. Nō antè tollitur febris, quā calor naturalis restituatur. Insitus calor amplius restitui nō potest. influēs aūt potest, saluo eius fonte. Cor ingenitū quendā obtinet calorē, quo suāipsi⁹ vitā tuetur, spiritusq; vitales ꝓcreat, quib. aliæ quoq; corporis partes sustētētur. Hic spirit⁹ & quē deferūt calor influens appellat⁹, si præter naturā afficiātur, periculū tamen lōgè minus inferūt, q̃ si vel cordis vel alteri⁹ cuiuspiā partis calor insit⁹ noxā patia-

A tur. Nā calor influēs ab insito ꝓuenit, & in perpetuo motu cōsistens, licet etiā subinde discutiatur, subinde tamē subministratis aliis spiritib. restituitur. Insitus aūt calor fontē aliū nō habet, cuius scaturigine restauretur. Sed aliud hoc loco subit, quod paucis expediendū est. Elementaris calor Arnal. potentialis appellatur, ea fortassis ratione, ꝙ elementa reb. cōpositis inesse dicātur potestate nō actu. Sūt tamen Medicis ea potestate calida, quæ cū nullū actu, tactúue percipiendū calorem obtineāt, calefaciēdi vim habēt nihilomin⁹. Hic calor, vel potius calefaciendi facultas elementaris nō est, elemēta namq; suas habēt in seipsis qualitates nō agendi virtute modò, vti cęlestia,

B sed etiā patiendi, qua. s. easdem in sese qualitates cōcipiāt, quas aliis inferunt corporib. Agentia vocātur hęc ὁμοειδῆ quæ dū agūt etiā patiuntur. Ignis cætera calefacit, quę apta sunt vt patiātur, & seipsum quoq; maxime calefacit, vt qui patiendi quoq; vim habeat, & sibiipsi proxim⁹ existat. Formā calor ille sequitur quo calefaciens est ignis: Hic vero materiā quo calidissimus esse dicitur. Itaq; si calor hic, cuius mentionē facit Arnal. potentialis est, agēdi vel patiendi potentia definietur. Dicat vtrùm volet Arn. absurdū id erit: Nā quæ solam agendi potentiā habent, hāc ipsam elementis acceptā ferre nō possunt, vtpote q̃ simul etiā actu calida sint. Quod aūt patiendi potentiā

C habet, id nondū est, cuius potentiā obtinet: vt ouum gallina nō est, sed erit, cū potentia eius in actū redacta fuerit. Potentialis est (inquit Arnal.) hic in homine calor ab elementis proueniens. Quando igitur in actū redigitur? Nūquam certè, cū statim à prima hominis generatione sit id ipsum ꝙ esse debet. Frustra verò esse nouimus potētiā, quæ nunquam in actum redigitur. Proinde si quis elementaris est in homine calor, hunc etiā actu inesse statuimus, licet is percipi nequeat: obfuscatur. n. ab influente, qui cùm multò sit & maior & manifestior solus tactū afficere videtur, cætera quoq; corpora calorem ab elemē-

D tis habent, qui tamen non magis ac in cadauere conspicuus est: Frigida namque nobis viuentibus esse videntur omnia, nisi quæ calorem ab igne obtinuerint adscititiū: cuiusmodi ferrum est, aut aqua feruens.

De Ephemera, Cap. II.

EPHEMERA, sicut dictum est superiùs, est febris, quæ fit ex principali vitio, seu distemperantia spirituum, & dicitur ephemera ad similitudinem

E cuiusdam piscis, qui ephemeron dicitur, qui in mari nascitur, & non viuit, nisi per vnum diem, eodem enim die, quo nascitur, moritur: simili modo febris ephemera, vix vltra vnum diem extenditur: peccato verò Medici, vel infirmi interueniente, aut opilatione pororum nimia, si vsque ad tertium vel quartum diem durauerit, & per periodos currere incipit in putridam, vel hecticá conuertitur. Febris enim ephemera non debet habere nisi vnam periodum, nec cum rigore, seu

F horripilatione incipit: corpus patientis, cùm tangitur, non sentitur multum calidū nec pungens, nec mordicans calor apparet: vrina talium non multum distemperatur in colore, vel in substantia à naturali dispositione vrinę. ¶ Ephemera aut est morbus per se, & hoc pluribus de causis accidit: aut ex nimio labore, calido aere seu frigido, ira, tristitia, angustia, solicitudine, nimio studio, tem, aut est symptoma alterius morbi, vt bubonum, & apostematum aliorum calidorum, aut

Causæ.

aut pro-

aut propter nimiam ſeſsionẽ in aqua frigida, aut ꝓpter nimiam moram in balneo, vel ſi balneum ex mala aqua factum fuerit, vel ſi ex malis lignis venenoſæ qualitatis balneum fuerit calefactum, aut propter medicinam calidam ab imperito Medico datam: aut propter ſuperfluam comeſtionẽ, vel potionem vini fortis: vel propter nimium ieiuniũ, aut propter coryzã & rheumatiſmum.

Signa facta à calore Solis vel aeris.

¶ Si igitur ꝓpter ſolis calorem ſuperuenit alicui ephemera, pa. habet caput calidius reliquo corpore, & facies feruet & rubet, quandoq; rheuma calidum per nares & palatum deſcendit. Si verò ex calore aeris fuerit, corpus magis incendit̃, quàm caput, ſitim magnam patiuntur, & deſiderium attrahendi aerem frigidũ, vrina apparet ſemper colorata plus ſolito, & pulſus etiam mutatur, & poſt cibũ grauius moleſtari ſolet, & ſi æger ſudauerit, alleuiatur. In hoc .n. vt dixi, differt ephemera à putrida, q̃a putrida in ſecũda afflictione ſortius affligit q̃ in prima, cùm calor ſit acutior ꝑ putredinis ebullitionem. In ephemera autem non eſt ſic, quia vt dixi, non currit per periodos. Secunda autem acceſsio ephemeræ nullam infert moleſtiam aut paruam, & raro tranſit ad aliam acceſsionem, niſi fortè in putridam vel hecticam mutetur, vt dixi.

¶ Cùm ergo ephemera fuerit propter calorẽ Solis, vel aerem calidum, curetur hoc modo: in aqua bul. mal. viol. folia ſalicis, & vitis, roſę & huiuſmodi: hac ipſa aq. fomẽtetur caput eius, vt ſudet, poſtea manus, tempora, & pedes prædicta aqua cal. lauentur, & abſtergantur bene cum panno lineo, deinde inungantur oleo roſ. vel viol. cum agreſta & lacte mulieris. Item agreſta, ſuccus cymarũ ru. & oleum viol. & ro. ſimul miſce, & in huiuſmodi liquore pannus lineus infuſus tẽporibus & frõti applicetur ſæpe & ſæpius. Itẽ conſtituatur æger in domo frigida, & feneſtræ ſint apertæ, vt ventus frigidus poſsit liberè intrare: & ſi non fuerit domus naturaliter frigida, fiat hoc artificialiter, vt ꝑ artem ſuppleamus defectum naturæ: ars. n. ſicut dicit Ariſt. immittatur naturam, inquantum poteſt: accipiantur itaq; *10. vel 15. ſpongiæ marinæ magnæ, & infundatur in aceto, & circundantur circuncirca lectum pa. aqua currens naturaliter, vel artificialiter deſtillãs, vel ſaltem ante infirmũ conſtituantur folia frigidarum arborum, & herbæ per domum aſpergantur, ſicut ſunt cymbalariæ, vermicularis, craſſulæ, ſolatri, frondium cannarum, pampini vitis, & rami ſalicis, roſ. viol. & ſimilia, his artificiosè infrigidabitur domus. Et cãphoram etiam odorent, etiam intrent bal. aquæ tepidæ, & ibi ſuauiter & molliter fricentur cũ manu p̃cipuè in locis articulorũ: deinde ſuauiter cũ panno lineo abſtergantur, & ex oleo ro. vel viol. inungantur: & hoc fiat bis vel ter, ſi fuerit opportunum. Syrupum & iulep, qui ſolum fiunt ex aq. & ſacch. bibant: vel ſi nimium conſtipati fuerint, ſyrup. viol. bibant, & ſyrup. etiã ro. ſi non fuerint cõſtipati plus debito: lactucas, portulacas, aſſas, pruna damaſcena, ſcario. cichoream, cucur. aſſatas, farinã hordei, amygd. micam panis prius lotã in aqua 5. vel 6. vicib. addito pauco ſacch. Similiter ſuccum granatorum bibant cũ aqua: poſſunt etiam vinum ſubtiliſsimum, optimè lymphatum bibere, ſi ipſum appetunt: tamen in parua quantitate detur, tutius eſt non dare, quàm dare: collocetur in loco molli, & dormiant plus ſolito: emplaſtrum etiam prouocatiuũ ſomni, quod in cap. de phreneſi dictum eſt, fronti & temporibus applicetur. Et ſi poſt hoc aliquod veſtigiũ laboris, vel laſsitudinis apparuerit, ad bal. iterũ ducatur: & omnia prædicta remedia fiant quouſq; pa. liberetur. Et ſi diſpoſitio corporis pa. fuerit plethorica, & ſang. valdè abundauerit, fac phlebotomiam venæ baſilicæ dextri brachij, & ſecundum virtutem ęgri ſang. extrahas, ne forte infirmus in ſynochum incidat, & hoc dico virib. ętate, complexione, & tempore permittentib. conſuetudine non contradicente. Et ſi cholera nimium ſuperabundauerit, leuiter & ſuauiter educatur cum decoct. in cap. de dolore capitis ex cholera facto, dicta, nẽ æger in cauſon. fe. incidat: deinde ſuꝑ aſcripto regimine regatur infirmus. Et ſi febrem huiuſmodi pa. per interualla fuerint nimis cõſtipati, fiat eis clyſtere aliquod lenitiuum, vt ex mal. mercuriali vio. & furfurib. additis caſsiafiſt. oleo viol. ſaccha. vio. & ſimilib. aq. roſ. oleũ, viol. vel roſ. & acetum ſimul miſce, & petia in tali liquore infuſa fronti & temporibus pa. applicetur: hoc. n. modo curabitur ephemera propter calorem Solis, vel aeris cal. vel propter dictam bullitionem per Solẽ vel aerem calidum factam, iterando prædicta remedia, quouſq; pa. liberatus ſit.

Cura facta propter balneum.

Si verò aliquis ephemerã patiatur, propterea quòd vſus eſt bal. naturaliter ca. indebitè, vt ſulphureo, aluminoſo, ferreo, calcháteo & ſimilib. Et etiã propter balneum aq̃ artificialiter calidæ, quod ſcitur per manifeſtationem ipſi⁹ pa. tunc curetur hoc modo: intret bal. aquæ tepidę, ibi lauetur, & ſuauiter fricetur, deinde cum panno lineo abſtergatur, & cum ſupradictis oleis inungatur, & epithemate iſto frons & tempora epithementur: R. ſandal. & al. & ru. roſ. ſemin. portulace an. ʒ. s. ſpodij, gummi ara. dragacanti an. ʒ. 1. terantur omnia, & puluerif. & cum aqua roſ. diſtemperentur, vel de ſucco ſolatri, vel oleo ro. & ſucco cucu. & agreſta ſimul miſtis idẽ facere poteris, detur ſyrupus ro. vel viol. & iulep & nutriatur ſecũdũ ſuperiorẽ doctrinã.

Cura facta à potu vini.

¶ Si verò quis hãc fe. incurrat ꝓpter nimiã potationẽ vini fortis & puri, detur ſyrup. iulep, & ſyrupus acetoſus cum frigida, & vomitus prouocetur, vel cùm vomitu Patriarchæ Nicolai, vel Scarpellę prouocabis vomitũ, & à vino omnino abſtineat, quouſq; liberat⁹ ſit. Super fluuium aliquem, vel riuum conſtituatur pa. vel ſaltem in domo fiat aer artificialiter frigidus, ſicut ſuprà dictum eſt. Cãphorã odoret, & huiuſmodi frig. & cum fe. ſedata fuerit, ponatur in bal. aquæ tepidæ, ibi leuiter fricet̃ cum manu: deinde abſtergatur & inungatur, vt ſuprà, diæta ſuperius ſcripta tribuatur: parentur cibaria ipſius cum aceto, cum agreſta aq. roſ. ſucco granatorum, & ſimilib. poma etiã elixa comedat.

Cura facta à cibis calidis.

¶ Quòd ſi quis ephemeram pa. ꝓpter comeſtionẽ cal. ciborum, ſolummodo curetur, ſicut p̃dicta: vomitum prouocando, & omnia per ordinem faciendo, ſicut nunc dictum eſt. Et cum feb. parum ſedata fuerit, aqua hordei cum ſaccha. in bona quantitate, in potu detur. Et quia hic fe. p̃dicta, q̃ fit ex vini fortis potatione, multoties in putridã conſueuit conuerti: propter hoc oportet Medicum valde eſſe ſolicitum in cura earum. Si itaq; iſti patiãtur capitis grauedinem, oculorum

*al. 20.

extéſio & rubedo ſupuenerit, venarũ plenitudo, etiam vrina rufa, cum ſubſtantia ſpiſſa, oris dulcedo, & alia ſigna ſang. apparuerint, tunc extrahat̃ ſang. cum phlebotomia, & etiam cum ventoſis, clyſteria mollificatiua & lenitiua fiant, & ſoluatur venter, ſi fuerit oportunum cum decoct. dicta in cap. de dolore capitis, ex ſang. facto.

Cura facta ab aere frigido, vel aqua frigida.

¶ Si verò quis ephemerá patiatur ex fri. aere, vel frig. aquæ introitu, qđ cognoſcitur, quia color cutis mutat⁹ eſt in plumbeũ, vel obſcurũ: pulſus eſt paru⁹, & velox, vrina rubea, parũ immutata: quãdoq; apparens alba, aut plumbea, oculi & facies parum tument, caput graue & frig. cutis dura: durior tamẽ, ſi ſit ꝓpter bal. aq. frig. pa. etiá fatet̃, ſe læſum fuiſſe à frig. aere, vel bal. vel infuſione aq. frig. Cũ itaque hæ feb. his de cauſis veniant, curentur hoc modo: intret pa. ſtupham aquæ calidę, & ibi moram trahat quouſq; ſudet: deinde leuiter fricetur & abſtergatur corpus eius, & inũgatur oleo chamo. & optimè collocetur in lecto molli, bene cooperiatur, ſudet, & dormiat ibi, cibos ſubtiles ſumát, & boni nutrimenti, & bonum ſang. generantes, vinum forte & ſubtile in parua quantitate bibat, parum comedat: & dum quieuerit, ſi póſt iterum aliquid de feb. remanſerit, ad balneũ iterum ducatur, & ad totum regimen dictum: Electuaria etiam calida, vt diacyminum, diacalamentum, & huiuſmodi, cùm fuerit in conualeſcentia, dentur.

Cura facta ab ira vel triſtitia.

¶ Quod ſi ex ira hæc paſ. fuerit, oculi rubẽt, extrà eminent, & citò mouentur, facies rubet, pulſus eſt magnus & fortis, vrina plus ſolito coloratur parum. Si verò ex triſtitia, vel anguſtia oculi excauantur, & quieti ſunt, totius corporis debilitas & pulſus debilior eſt ſolito, facies palleſcit vel citrinatur parum, & ſimiliter mutatur vrina etiam parum à ſuo colore naturali. ¶ Primò ergo mittant̃ iſti tales in bal. aquæ tepidæ, & oleo ro. vel viol. leuiter inungantur: poſt hoc aqua roſ. ſuper caput eorum infundatur. Epithemetur pectus eorum, ſupra caput & ſupra cor apponatur hoc epithema: ℞. ſandal. al. & ru. ro. an. ℥. 2. camphoræ ℥. s. terantur, & cum aqua roſ. confice. Syrup⁹ iulep detur in potu, cum ſucco granatorum acetoſorum. Cibaria ſua ſint frigida, & condita cum rebus frigidis, ſicut acetoſitate citri, aceto & agreſta, & ſimilia, à vino, & rebus calidis omnino abſtineant, quoniam hæc plus incenderent, & augmentarẽt ipſam febrem: Ira. n. nil aliud eſt, quam accenſio ſang. circa cor, vt dicit Ariſt. cùm itaq; in ira fiat ebullitio ſang. & feruor circa cor, ſi nos daremus, res naturaliter cal. magis augmentaremus feruorem & incendium, & ſic feb. magis augmentaret̃ & incenderetur. Intendendum. n. eſt cum frigidis ſupradictis, qñ ex cauſis prędictis hęc fe. venit. Inducatur etiam lętitia & cantus Muſicorum, & inſtrumentorum coram pa. pulſentur, & parentes eius dent illi ſolatium & gaudium. Et ſi propter amiſsionem pecuniæ vel alterius rei hoc patitur, promittantur ſibi ſimiles res à parentibus & amicis.

Cura facta à ſuperfluo ieiunio.

¶ Quod ſi propter nimium ieiunium acciderit hęc paſ. cognoſcitur per corporis diſpoſitionẽ macilentam ſiccam, & oculorum cauitatem, pulſum debilem & velocem, vrina rubea quandoq; apparet, & patiens fatetur ſe nimium ieiunaſſe. Curatur hoc modo pa. reficiatur cibis reſtauratiuis, & potib. bal. electuariis, & inunctionib. quæ in ſequenti cap. de hectica ſum dicturus.

Cura facta à ſuperflua cogitatione.

¶ Quod ſi aliquis ephemeram patiatur cauſa multarum cogitationum, vel multæ ſolicitudinis, quod cognoſcitur indicio pa. & etiam quia facies, & totũ corpus quandoq; citrinatur, oculi concauantur, palpebræ graues & molles, & ad mouendum tardus fit, vultus tumidus, vrina tenuis, pulſus paruus, in bal. aquę tepidę immittatur, & leuiter abſtergatur, vngatur ſecundum prædictam doctrinam: deinde nutriatur cibis faciliter digerentib⁹, & nutrientib. vinum optimum & nutritiuum parum lymphatum bibat, prouocetur ſomnus in eo cum emplaſtro, qđ in cap. de phreneſi dictũ: In domo frigida collocetur: remoueat̃ ab huiuſmodi ſolicitudine verborum interpolatione, & aliqui ludi, in quibus delectetur, fiant coram ipſo, inſtrumenta muſicalia coram eo pulſentur, ſi in eis delectatur.

Cura facta à cibo ſuperfluo vel malo.

¶ Quod ſi aliquis in ephemerá inciderit eo quòd plus ſolito comederit, aut cibũ multum nutrientem, aut groſsi nutrimenti ſumſerit, aut cibum malæ & venenoſæ qualitatis: primo ergo ſtatim ꝓuocemus vomitũ cum vomitu Patriachę, Nicolai vel Scar. vel cum aliquo vomitorio conuenienti. Quod ſi hęc fe. per plures dies durauerit, ſic qđ quaſi ſynochus eſſe videatur, non eſt materiei digeſtio expectanda: quia ſynochus & ſynocha, anthrax & ſquinantia materias crudas euacuare iubent. In his. n. ægritudinibus & ſimilib. non debemus materię digeſtionem expectare, ſed ſtatim phlebotomare & ventrẽ ſoluere cum aqua cal. fructuum, vel aliqua conuenięti medicina, & detur ſyrupus acetoſus, ptiſana detur ſolummodo, lac amyg. & mica panis ter vel quater lota cũ ſacch. in aqua. Cumq; feb. aliquátulum alleuiare inceperit pa. in bal. aquæ tepidæ imponatur, in quo moram magnam non faciat. Et fricetur corpus eius furfure diu, deinde lauetur bene, & abſtergatur, & in panno lineo inuoluatur, in lecto molli ponatur, quieſcat, & nutriatur, vt dictũ eſt. Quod ſi feb. diminuta fuerit, ſed non in totum receſsit, iterum virtute exiſtẽte forti in bal. mittatur, & plus moretur ibi, quàm pri⁹, omnia frigida ſecundum ſuperiorem doctrinam exhibeantur. In principio tamen huius feb. abſq; magna cautela bal. ingredi non debet: cauẽdum eſt. n. ne pa. in huiuſmodi bal. laborẽ patiatur, & ne corpus ipſius calefiat.

Horripilatio in balneo eueniens ſignificat febrem eſſe putri.

Quod ſi cótingat ipſum in bal. horripilationem pati, illicò extrahẽdus eſt: & hoc dico de quolibet ephemeram pa. Cum. n. quis patitur horripilationem in bal. per hoc cognoſcitur, ipſam feb. non eſſe ephemeram, ſed putridam: & hoc ſpeciale ſignum ad cognoſcendũ, ephemerá diſtingui à putrida. Cũ. n. æger ſe balneauerit, & horripilatio non ſuperuenerit, ſcias illam feb. eſſe ephemerá: & tũc vomitus prouocetur, cùm adhuc materia fuerit in ore ſtomachi, à qua fumi reſoluti inficientes ſpiritus induxerint, vel ſi venter fuerit ſolutus, ſi materia in fundo ſtomachi fuerit, vrina prouocata phlebotomia etiá facta, ſi fuerit oportunũ, & ordo diætæ, & intrandi bal. & inungendi corpus obſeruat⁹ fuerit, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt, citò curabitur quælibet ephemera, nec in putridam cõuertetur.

Cura facta à ex dimiſsione bal.

Si autem error in prædictis contingat, in feb. putridam, vel in quotidianam, vel in ſynocham, & ſimiles citò tranſibit. ¶ Quod ſi aliquis hanc feb. patitur, propterea

ptcrea

pterea quia vſum bal. prætermiſit, & non balnea-
A
tur, vt conſueuerat, quod ſcitur indicio pa. in bal.
aquæ tepidæ immittatur, & multa aqua tepida
ſuper eum fundatur, corpus eius fricetur furfu-
re, ſe. communib. tritis, pauco nitro ſimul miſtis:
deinde lauetur bene ex dicta aqua, & abſtergatur
eius corpus, ponatur in lecto, & nutriatur cibis fa
cilis digeſtionis, & cibis extinguentib. calorem:
vinum clarum albũ valde ſubtile illi exhibeatur
in potu, die ſequenti, ſi nõ liberatus fuerit, balnee
tur, & prædicto regimine regatur. ¶ Quod ſi mul
B
tam ſitim habuerit, vel ſi quis hãc feb. ꝓpter ſitim
habuerit, dentur extinguentia ſitim in cap. de ſiti
dicta. In bal. aq. tepidę mittatur ptiſana hordei,
& etiam aqua frigida cum ſacch. detur, aqua etiã
frigida detur, & nutriatur cibis humectantib. &
frigidis, à labore abſtineat. ¶ Quod ſi aliquis hãc
feb. patitur propter dyſenteriam, quam habet, vel
fluxum ventris, aut vomitum vel teneſmum: ſuc
curratur prædictis ægritudinibꝰ, & curetur vt in
propriis cap. dictum eſt. ¶ Si verò patiatur quis
C
hanc feb. propter rheumatiſmum, ſeu coryzã, tuſ
ſim, & ſimilia, ſuccurrendum eſt citò cum phlebo
tomia, vel ventoſis, ſecũdum Rhaſim, pectus eo-
rum mollificetur, tuſsis, & rheumatiſmꝰ ſedetur,
vt in propriis cap. dictũ eſt. A carnib. & vino om-
ninò abſtineant, ptiſanam, farinam hordei, lac a-
myg. & ſimilia comedat. Cumq; feb. quieuerit, in
bal. mittendus eſt, & ordinatim paulatim ad con
ſueta trãſeundo: huiuſmodi. n. feb cum ex huiuſ-
modi cauſis ꝓcedit, & cura eius negligitur, mul-
D
toties in pleureſim conuerti conſueuit. Cũ verò
hanc feb. quis patitur ꝓpter bubones, ſeu apata,
quod viſu diſcernitur, & eſt pulſus magnus & ve
lox, etiam ſpiſſus, vrina al & cruda, facies rubea &
inflata, & in fine ſudor aliquis, tunc infirmus, ſe-
cundum Rhaſim, ex parte contraria minuendus
eſt, & locus infrigidandus eſt, quemadmodum
de apoſtemate calido oſtenſum eſt: bal. verò nul-
lo modo ingrediatur, nec vinum bibat, donec il-
lud apoſtema ſedetur, & eius calor, & ardor de-
E
primatur: ſoluatur venter eorũ, & calor eius na-
turalis mutatus in igneum ad temperiem reduca
tur cum his, quæ in præcedentib. dicta ſunt, cibis
frigidis nutriatur, ipſum apoſtema ad maturitatẽ
perducatur, & pus extrahatur. Maturato. n. apo-
ſtemate, & ſanie extracta, tollitur dolor & feb. qa
remota cauſa, remouetur eiꝰ effectꝰ: Nam idẽ di-
cit Hippocr. in aphor. Circa generationem, &c.

Cura facta à ſiti.

Cura facta à fluxu.

Cura facta à rheumate.

Cura facta ab apoſtemate.

COMMENTARIVS.

CVM *enim quis patitur horripilationem in balneo*] Age ve-
rò, ariolare quid hæc ſit horripilatio. Ea fortaſſis af-
fectio corporis eſt, qua pili tum erigi videntur, cùm cor-
pus vniuerſum vel frigore vel horrore, vel rigore concuti
tur. Sit vtiq;. Sed quam ob cauſam in balneo putrida nõ
autem ephemera febris horripilationem inducit? In prõ-
F
tu cauſa eſt. Spirituum enim calor febrilis ephemeram
inferens, balnei tepore facile contemperatur aut diſcuti-
tur. Humores aũt putrefacti pertinacius obſiſtunt ſuáſq;
vires magis exerunt, cum balnei calore concitantur.

De Hectica, Cap. III.

HECTICA feb. habitualis dicitur, quia
corpori aduenieris in habitum conuer
ti conſueuit, & habet fieri diuerſis de
cauſis. Quandoque enim fit ex præce-
G
dentibus febribus diuturnis ex paſsione ani-

mæ, vt ex longa ira, ſolicitudine, triſtitia, nimio
ſtudio, ex nimio ieiunio, nimio coitu, ex longo
menſtruorum, vel hæmorrhoidum fluxu: quan-
doq; fit ex præcedente phthiſi, pleureſi, vel peri-
pneumonia: & hęc ab auctorib. incurabilis repu-
tatur. ¶ Hecticæ ergo tres ſunt ſpecies, prima, ſe-
cunda, & tertia. Prima ſpecies hecticæ fit ex con-
ſumtione humiditatis ad regimen membrorum,
ab hepate venientis, quæ nõdum eſt digeſta, nec
dealbata, nec membris aſsimilata, & vrina appa-
ret citrina, vel ſubtrina vel mediocriter tenuis, &
mediocriter ſpiſſa cum petaloidibus reſolutioni
bus, calor continuus & leuis, in volis manuũ ſem
per eſt calor: ſed minor poſt prandium, quàm an-
te, hoc eſt familiare ſignum in omni ſpecie hęcti-
cæ, & alia ſigna communia cóueniunt: adeſt tuſ-
ſicula modica, membrorum conſumtio, & graue-
do, in poris extẽſio, oculorum concauitas, nariũ
acumen, & calor, vt dixi, continuus in volis ma-
nuum & pedum. Et hęc ſigna magis intendũtur,
ſi ad ſecũdã ſpeciẽ deuenerit, & magis ſi ad tertiã.
¶ Secunda ſpecies fit ex maiori hu. conſumtione
membrorũ aſsimilatæ, nec ex toto incorporatæ,
ex parte digeſtæ, & ex parte dealbatæ: cuius ſi-
gna ſunt omnia, quæ in prima ſpecie dicta ſunt,
ſed fortiora & vehemẽtiora ſigna ſunt in hac ſpe-
cie, vrina citrina, vel ſubcitrina, mediocriter te-
nuis, vel mediocriter ſpiſſa, in qua apparent cri-
noidales reſolutiones, & ſupnatat ipſi vrinæ q̃dã
craſsities, vt tela araneæ, q̃ craſsitiẽ Hip. in prog.
vituperabilem appellat, vbi dicit: craſsities in vri
na, vt araneæ tela, vituperanda eſt: & hæc ſpecies
vix aut nunq̃ curatur. ¶ In tertia verò ſpecie he-
cticæ cõſumitur ipſa humiditas tertia, quæ ex to-
to dealbata, & ferè vnum cum membro: in qua v-
rina apparet, etiam colore, & ſubſtantia oleaginõ
ſa, cum quibuſdã atomis albis, & rotundis in mo
dum parui fruſti carnis venientis, in qua quãdo-
que oculi ſunt valde concaui, tempora plana, na-
res valde acutæ & contractę, facies fit terribilis &
collum valde gracile fit, & valde ſubtile, oſſa pe-
ctoris diſcooperiuntur, ita quod poſſunt omnia
viſu & tactu computari, vox etiam fit rauca, quã-
doque exilis & debilis, quandoq; vix auditur, pũl
ſus fit valde debilis & ſubtilis, totum corpus de-
ſiccatur, ſic quod nõ videtur, niſi corium & oſſa:
omnis pulcritudo, & claritas corporis recedit, vẽ
ter attenuatur & dilatatur, ſic qđ videtur quaſi
coſtis adhærere, quaſi nihil in eo videtur eſſe, cu-
tis etiã ſi eleuetur per ſe non reſidet: vltimô cadũt
capilli & conſtringuntur vngues, q̃ omnia mor-
tem propinquam pronunciant, & citius ſi fluxus
ventris, vel ſang. ſuperuenerit. Contingit eſſe he-
cticam quandoq; cum putrida, quod cognoſcit̃,
quia ceſſante typo pu. calor hecticæ leuis perma
net: & hæc eſt valde difficilis ad curandum, quia
ſicut dicit Gal. nihil eſt difficilius ad curandũ, q̃
duæ ægritudines contrarię ſimul in eodem tem-
pore in corpore exiſtentes: nam ſi das aliquod e-
uacuatiuum, iuuas ad curationem putridæ & læ
dis curationem hecticę: ſi econuerſo nõ euacuas,
ſed circa reſtaurationem infirmi inſiſtas, augmẽ-
tatur putrida multum, licet proficias hecticæ. Et
ego quendam curaui hoc modo: cum cibis con-
uenientibus ad reſtaurationem per plures dies
ipſum nutriui, & naturam ipſius fortificaui: quia

Species hecticæ tres

Signa primæ ſpeciei.

Signa ſecundæ ſpeciei.

Signa tertiæ ſpeciei.

Signa hecticæ cum putrida.

ait Gal. Naturæ forti nihil est impossibile: educit .n. saniem per medium ossis. Natura verò fortificata leui lotura, putridam mundificaui: Et post modum ad hecticæ curam infrascriptá adhibui, & sic pa. conualuit. In omni itaq; specie hecticæ, licet tertia incurabilis sit, & secunda cum difficultate curetur. Primò ordinetur diæta, cùm diæta sit potissima pars curationis. Comedát ergo hectici pullos cum farina hordei coctos, & si carné masticare non possint, si fortè iam ad nimiam debilitatem deuenerint, prædictorũ pullorum succus exhibeatur, lac amygd cum penidiis & tragacantho, lac asininum & caprarum calidum, cùm ex vberibus extractum fuerit, addito pauco sacchāro, & mica panis, vel sine ea quotidie sumant, & hoc dico, si non multum febricitauerint. Vnde post assumtionem lactis videndum, si aeris attractio, vrina & alia accidentia fortificentur, tunc nõ dam⁹ ipsum lac, sed alia prędicta cibaria, vinũ clarũ & odoriferũ cum ptisana hordei, optimè lymphatum bibant. ¶ Syrupus optimus & expertus hecticis, & consumtis: R. hordei mũdi pugillum 1. se. communium ʒ.2. succi liquiritiæ, berberis, sebesten, amyg. ʒ.5. se. mal. se. bombacis an. ʒ.3. vio. ʒ.s. rof. ʒ.1. se. fœn. petrof. an. ʒ.1.s. fiat syrupus hoc modo: Accipe quamplures testudines, & discinde eas per membra abiectis earum conchis, & cũ vino albo optimo, & pauco sale ablue eas bene: deinde coquantur optimè in aqua, sic quod caro ab ossibus separetur, & omnes res prædictæ addantur, & sit os ollæ taliter obturatum, vt fumus respirare non possit, & addito sacch. q. s. fiat syrupus, quo vtatur quotidie, quia mirabiliter restaurat pththisicos à consumtione. Item comedant ipsas testudines coctas cum hordeo mundo quotidie. Alius syrup. ad hecticam optimus fit ex aq. decoct. pimpinellę, linguæ canis, tragacãthi, hordei mundi, addito sacch. q. s. Alius syrup. ad hecticam bonus: R. ca. Ven. scolopend. hepaticæ, pimpinellę, buglossæ, florum borrag. an. M. 1. corticis citri ʒ.1. sebesten 40. num. liquir. mundæ *ʒ.1. sandal. al. & rub. sem. cydoniorum, portulac. sem. papauer. alb. gũmi tragacanth. passul. an. ʒ.s. rof. spodij an. *ʒ.3 gummi arab. berberis, se. communiũ, sem. bombacis, crassulę, testic. virid. satyrionis an. ʒ s. iuiub. 25. sem. fœnugræci ʒ.s. sacch. q. s. & ꝓpe finẽ decoct. istius syrup. imponatur in ea de bona aq. rof. al. in bona quantitate, & vtantur eo quotidie hectici, q̃a hic syrup. cõpositus fuit à Magist. meo, & expertus in hac causa. ¶ Syrup. etiá de cucur. bonus est hecticis, qui sic fit: cucurbitas virides in pasta inuolue, & in furno decoqui facias, aquam cum manib. exprime, in qua gummi arab. tragacanth sem. mal. lactucæ, bombacis, cydoniorum, papa. al. & sand. al. & ru. rof. an. fac bullire, & addito sacch. fiat syrup ¶ Syrup. de psyllio, qui fit hoc modo, optimus in hac causa est: R. sandal. al. & rub. rof. tragacanth. gũmi arab. an. ʒ. 1. s. spodij, berberis, sem. portulac. lactuc. sem. communium an. ʒ.3. psyllij in petia lini ligati ʒ.2. omnia in syrupo rof. bul. addita aqua, & iterum vltimò addito sacch. q. s. fiat syrup. & cùm coctum fuerit aromatisetur cum ʒ 2. camphoræ, & detur cum ptisana, & si fluxus ventris superuenerit, detur cum aqua decoct. gummi arab. tragacanth. & fiant remedia in cap. de fluxu ventris, seu lienteria dicta. Ponátur hectici in balneo omnib. consumtis vel ex nimio coitu vel qualitercũq; fuit illa cõsumtio: R. maluæ, brancæ vrsinæ, viol. pimpinellæ, florum cham. culices tritę, auena, verbena. hordeũ excorticatum, poma dulcia in quatuor partes diuisa: & horum omnium accipe ad libitum, & in aqua optimè excoquantur: deinde aquam dimitte tepe fieri, & proiicias in eam centum oua fracta eiectis corticib. eorum, & in ipso bal. fricetur suauiter cũ palma man⁹ pueri vel puellæ: cùm verò exire voluerit balneum, abstergatur bene corpus ipsius cum páno lineo subtili, & inungatur hoc vnguẽto per totum corp⁹ & maxime circa spinam: R. gummi tragacanthi ʒ. 1. terantur & infundantur per noctẽ in ʒ.3 & s aq. rof. deinde sand al. & rub. pul. rof. an. ʒ.s. olei viol. rof. an. ʒ.1. medullarum de spina dorsi arietis, cap. bouis & ouis an. ʒ.s omnibus simul liquefactis, adde ceræ nouæ, q. s. & fiat vnguentum, de quo spina dorsi & totum corpus inungatur, vt dixi. Aliud vnguentum ad idẽ: R. ceræ alb. olei rof. an. & parum axungiæ recentis, omnia simul conficiantur, & in exitu bal. inunge corp⁹ vt dixi. Aliud vnguentum ad idẽ: infundãtur gummi tragacanthi in aq. rof ꝑ noctẽ, & cum illa mucilagine misce oleum viol. rof. sem. papau. tritũ, parum mellis tritum, parum mellis despumati alb. & puri, & parum lactis mulieris, & omnia simul fortiter incorpora & fac vnguẽtum, de quo inungatur corpus, vt suprà dixi: itẽ portent hectici quotidie supra stomachum de oleo lentiscino, sumach pul. & cera liquefacta simul mistis: itẽ nota, dicit Gal. qđ omnis hectica & omnis cõsumtio corporis curari potest, si pa. ponatur sæpe & sæpius in tina plena lactis tepidi & ita sæpe & sępius balneetur. Item vtantur hectici ex mistura à Magist. meo ordinata: R. diapenid. diatragacan. fœ. dianthos, cum eo misce rof. nouellæ, diarrhodon abbatis, pliris arcoticon an. misceátur simul omnia electuaria, & de hac mistura sumat pa. mane & sero ad quantitatẽ castaneę. Alia mixtura ꝑ q̃ ꝓseruaui lógo tẽpore fratrẽ quendá Minorem hecticum, sic quòd curaui eum: R. Diarrhodon abbatis, triasand. pliris arcoticõ, diapenid. an. omnia ista simul fecit cõmisceri, & vtebatur hac mistura mane & sero ad quantitatẽ castaneæ. ¶ Electuarium ad restaurationẽ hu. pro hecticis, phthisicis, & cõsumtis ex quacunq; causa fuerit, optimum & expertum: R. sacch. rof. an. ʒ.4. tragacan. gummi arab. an. *ʒ.2. sandal. al. & rub. an. ʒ.7. sem. papauer. al. ʒ.1.s. succi liquir. amili, sem. port. *scariolę, spodij an. ʒ s. caryoph. ʒ.4. cinnam. ʒ.1. zing. stor. an. ʒ.2. croci ʒ.1. penid. ʒ 2. sem. com. *ʒ.1 s. se. cydoniorum ʒ.3. amidi, cádi, sebest. an. ʒ.1. se. mal. viol. an. *ʒ.2. cõfice cũ syrup. rof. in quo sit de bona aq. rof. & sumatur de eo ad quátitatem nucis grossæ mane & sero. ¶ Electuarium verò, qđ dicitur diapapauer, est optimum in hac cá: R. succi liquir. tragacan. gummi arab. an. ʒ.10. se. papauer. al. amyg. amidi, se. cydoniorũ, portulac ro. an. ʒ. 20. se. communiũ, lactucæ, mal. bombacis, sang. drac. an. ʒ.3. Syrup. rof. etiam sæpe, si nõ febricitauerit multum, q. s detur, vt est probatũ. Aliud electuarium optimum ad hecticá: R. se. papauer. alb. pinearũ penid. gũmi arab. tragacan. an. ʒ. 5. ligni aloes, cinnam. mast. se. com. mund. se. cydoniorũ, sang. drac. an. ʒ.3 syrup. rof q. s. Quod si flux⁹ vẽtris

Cura.

*al. ʒ.1. & s.

*al. ʒ.4.

Syrupus de cucurbitis.

Syrupus de psyllio.

*al. ʒ.s.

*al. scariolę ʒ.s. spodij ʒ.s. car. &c.

*al. ʒ.s.

*al. ʒ.1.

Diapapau.

tris superuenerit, detur syrup. cõstrictiu⁹, in cap. de dysenteria posit⁹. Trochisci etiam de spodio, & trochisci de camphora, quos ponit Almansor in cap. de hectica, propinentur & alia remedia cõstringentia in cap. de dysenteria dicta, si hæc non sufficiant. Caueant sibi hectici à salsis, frixis, acetosis, & etiam ab ira, tristitia, & à coitu maximè, & ab omnibus cibariis indigestibilibus, quantum plus possunt. Sint semper in gaudio, & lætitia, toto posse eorum, instrumenta musicalia audiát, & choreas & ludos, in quibus delectátur, quotidie videant: Et hæc de hecticis dicta sufficiant.

ADDITIONES.

Quidam iuuenis videbatur hecticus, de quo Medicus considerauit, quod patiebatur siccitatem hepatis, qui est vsus syrup. viol. & aqua hordei per multum tempus, & vnctione olei viol. super hepar, & diæta frigida, & sanus factus est. ¶Syrup. mirabilis: accipe testudines, quæ repe- riuntur in nemore, vel loco testudinũ, puras carnes. Et si non habes, accipe cerebella caponum, & lauentur cum vino, & aqua, & ponantur in olla rudi plena aqua, prius tamen in mortario conquassentur, & cum illis admisceantur liquiritiæ & succus eius, ros. tragacanthi, gummi arab. an. ʒ. 1. s. se. papaue. alb. se. portul. lactucæ, amidi an. ʒ. s. se. cucur. melonum, cucu. citrulli an. ʒ. s. sem. mal. viol. an. ʒ. 2. spodij ℥. 2. hordei ℔. s. penidi. ʒ. s. sem. bombacis, cydoniorum an. ʒ. 4. pinearum, amyg. vuarum, passularum, sebesten, berberis an. ℥. 2. s. ponantur in olla, & os cum pasta & argilla obturetur, ne fumus exeat, & decoque ad consumtionem tertiæ partis, colentur inter duos baculos p pannum, & latè admisceatur sacch. & syrupiset, & de hoc quantum testa oui capit, sumat cum tribus partib. aq. tepidæ, vel aquæ hordei. Syrupus mirabilis ad hecticam: R. florum borrag. se. lactucę, quinqueneruiæ, crassulę, testiculorum viridiũ satyrionis an. part. 2. se. portulacę, basiliconis, se. papau. mal. an. part. 4. se. cydoniorum, bombacis mundi, mal. an. ʒ. 1. iuiub. sebesten an 25. cucur. mundæ ʒ. 2. se. fœnugræc. ʒ. 1. & s. spodij, berberis, sand. al. & ru. gummi tragacanthi, gummi arabic. ro. an. ʒ. 1. viol. ʒ. 6. prunorum coctorum 25. & hęc duo addantur, si nõ fuerit fluxus ventris, & si fuerit non ponantur. Et ponantur omnia prædicta in aqua ros. & addito sacch. optimo, fiat syrupus & cum pauca camphora aromatisetur. ¶Syrup⁹ optimus hecticis confortatiuus, restaurans subtilem humiditatem, conferens his, qui sunt desiccati, & facti sunt macilẽti: R. succi borrag depurati ℔. 4. bulliant in eo florum borraginis florum rorismarini, sem. bombacis, sandalorum citrinorum, berberum, ros. capreolorum vitis an. ʒ. s. se. basiliconis ʒ. 2. sacchari quantum sufficit, & ponatur in fine decoct. ipsius musci, ambræ an. ℈. 1. & detur in potu quotidie, mane, meridie & sero, quoniam est mirabile. ¶ Clystere secundum Serapionẽ in capit. de hectica humectans, & impinguans corpus, competit multum hecticis. Accipe caput arietis, & pedes eius, & cõtundantur, & proiiciantur in olla limpida, & fundatur super illud aquæ, quantum sufficit, tritici & hordei mundian. pugillum vnum. aneti, chamom. an. ʒ. 1. passularum absque nucleis suis ℥. 1. ficuum numero

Syrupi mirabilis.

Clystere.

10. coquantur tantum, donec ad tertiam partem redeant, & colentur: sumant ex hac decoctione colata ℔. s. butyri vaccini ℥. 1. olei sesamini ℥. 2. olei de been ℥. s. misce totum & clysterisa semel in tribus diebus, & sic fiat, donec corpus humectetur, & impinguetur. Renes & totum corpus nocte vngantur oleo masticino vel rosato cum cera alb. mista, & sorbeat mane vitellum oui, & parum vini insipidi, deinde ingrediatur balneum & parum moretur in eo.

De Syncopi, Cardiaca passione, & Tremore cordis, Cap. IIII.



QVONIAM syncope seu cardiaca passio plerunque superuenit febricitantibus, licet etiam non febricitantib. plerunq; superueniat, de ea ad pręsens tractare proposui. ¶Syncope igitur, vt ait Gal. est defectus spiritus in corde, & accidit ex multis causis, prout dicit Gal. in commẽto illius aphor. Qui exoluuntur fortiter, & frequẽter, &c. Dicit enim ibidem, quòd hæc conditio, sine manifesta causa, sit bene posita ibidem ab Hipp. dicit enim, quòd quidam stetit diu in balneo, quod non fuit calefactum ex bonis lignis, & sic syncopisauit. Fœmina quædam etiam passione matricis molestata syncopisauit, seu exoluta est: & hoc non fuit in his causa subitæ mortis, q̃ fecit eos syncopisare. Syncopis, & exolutio, & lipothymia idem significát: sunt enim nomina synonyma. ¶Fit ergo syncope per fluxum sang. per nares vel per hæmorrhoides, vel per menstrua, vel ex nimio fluxu ventris, vel ex vomitu nimio, aut ex retentione menstruorum, vel hæmorrhoidum antiquarum. Accidit etiam propter nimium studium, & illis, qui molestationibus hepatis & stomachi infestantur, & ex suffocatione matricis. Accidit etiam syncope ex passione animæ, vt ex nimio gaudio, tristitia, timore, & ita propter nimium gaudium fit tanta cordis dilatatio, quòd totus calor naturalis expirat & exit de capsula cordis, & sic subitò quis moritur. Et sic mortua est quędam Domina in Lombardia, cuius filius peregrè paruus iuit per mundum, quem mater credens esse mortuum, infrà 20. annos reuersus est ad matrem. Episcopus vnius magni epatus fuit, de quo mater intantum gauisa est, quòd syncopisauit, & mortua est. Vnde Galen. cum de patria sua pauper & exul exiuisset, cum rediit ad patriam, iussit patrem & matrem certos fieri, quod redibat, & timens ne propter nimium gaudium syncopisarent, misit per alium nuncium, quòd de quodam ponte descẽdens fregerat sibi crus, & sic tristitia secuta obstetit, ne alter eorum syncopisaret præ gaudio. Aliquando etiam propter nimium timorem fit tanta cordis constrictio, quòd subitò quis moritur. Similiter accidit propter nimiam iram & tristitiá. Itẽ febrib. multis multoties superuenit syncope: Item si quis intret, & moretur in balneo, quod calefactum fuit ex lignis venenosis, potest subitò syncopisare & mori: nam calor ignis inficit aquã & aqua infecta inficit aerem, & aer infectus cum attrahitur per os subitò vadens ad cor potest inducere syncopim, post mortem sua ventositate. ¶Ligna autem, quæ maximè venenosa sunt, se-

Quid sit syncope & eius causis.

Ligna venenosa.

cundum Magiſtrum meum ſunt arbores haben- A tes radices, quæ ſtant ſupra cauernas ſerpentum, &aliorum animalium venenoſorum, aut quę diu ſteterunt in locis putridis, & fœtidis, & hæc habent venenoſitatem non propriam, ſed acquiſitam, aut ſunt quædam ligna quæ ſunt à tota ſpecie venenoſa, ſicut eſt quoddam lignum, quod dicitur laudrum, quod in Sardina, & in Sicilia, & in partibus marinis, & Inſulis maris, & in pluribus aliis locis reperitur, & eſt ſimile illud lignum lauro, &ſimiles frondes habet, de quo quidam homi B nes in naui exiſtentes fecerunt veru, cum peruenerunt ad quandam Inſulam vbi erat ſatis de illo ligno, &in ipſo aſſauerũt carnes, de quibus quotquot comederunt, mortui ſtatim ſunt. Et eſt herba quædam, quę dicitur thorax, quæ eſt venenoſa à tota ſpecie. Et eſt quædam alia herba, quæ dicitur napellus, quæ eſt venenoſa, & multa alia reperiuntur. ¶ Signa verò ſyncopis ſunt hæc, cadit patiens ſubitò quaſi mortuus, vel inuoluntarius ſupra terram, vel lectum, & ſi ponas illi manum C ſuper partes adiacẽtes cordi, nimia anxietas adeſt, frequentia ſpiritus, pulſus, & diſpoſitio caloris: aliquando priuatio ſellæ & vrinæ, & cum pa. incipit ſurgere parum, incipit vrinare, & aſſellare. Fit etiam hæc paſsio ex humore aliquo adunato in capſula cordis, qui ſi ſit calidus, adeſt tremor cordis, calor & ſitis, & pulſus frequens, & anhelitus altus. Si frigidus, adeſt tremor cordis, pulſus rarus, triſtitia, pigritia abſque ſiti. ¶ Si itaq; ſang. fuerit in cauſa, fiat minutio de cardiaca. Si chole- D ra, vel phlegma, vel melancholia in cauſa fuerit, purgetur, ſicut in cap. de dolore capitis, ex eiſdẽ cauſis facto, dictum eſt. Si propter plenitudinẽ cibi & pot⁹ fuerit hæc paſ. prouocetur vomitus cũ vomitiuo Nicolai vel Patriarchæ, vel aliquo ſimili, in cap. de vomitu ſcripto. Si propter triſtitiam & timorem fuerit, inducatur gaudium, lætitia, & inſtrumenta Muſicalia coram eis conſtituantur. Si propter nimium fuerit gaudium, inducatur aliqua cogitatio, vel dolor aliquis pronũcietur, vt E de amiſsione aliquarum pecuniarũ maximè, vel de percuſsione alicuius parentis, ſicut fecit Gal. patri, vt dictum eſt. Si ex nimio fluxu ſang. menſtruorũ, narium, vel ſimilium ſupradictorũ curẽtur prædictę paſ. ſicut in propriis cap. dictum eſt, & dicetur. Et cibaria nutritiua & electa & boni ſang. generatiua, &reſtauratiua, in pręcedẽti cap. dicta, dentur. His itaq; dictis, ad ſpeciales curas ſyncopis ſeu cardiacæ veniamus. In ipſo caſu, cũ F quis ſyncopiſat, ſtatim aqua roſ. vel aqua frigida ſimplici facies ipſius aſpergatur, pedes, manus, & nares ipſius fricentur cum petia parum infuſa in aqua roſ. Item ſtorax calamita in optimo vino, in olla rudi bul. & pa. per os & nares fumũ recipiat. Item fac pa. fumum recipere ex aſſafœtida ſuper carbones poſita, per os & nares. Et ſi huiuſmodi fumum abhorreat, ſpes boni eſt. Item des in potu modicum boni vini lymphati cum aqua roſacea optima, & odorifera: Nihil enim immediatius cõ- G fortat cor hominis, quàm vinum in modica quátitate ſumtum, & ex illo vino lauentur teſticuli in viris, & pudenda in mulieribus, & petia lini infuſa in aqua roſacea ſuper cor apponatur, quod eſt tribus digitis ſub axilla ſiniſtra, deinde remota petia, hoc emplaſtrum in pręDicto loco ſupra cor

Signa.

Cura.

A apponatur, vbi ſteterit prædicta petia: Recipe ſandal. al. & rub. ana ʒ. quart. roſ. ʒ. s. corall. al. & rub. an. ʒ. 2. macis ʒ. ʒ. muſci *℈. 2 panis biſcocti torrefacti, & in optimo vino infuſi ʒ. s. maioranæ ʒ. 4. confice cum aqua roſ. & ſucco bugloſſæ & apponatur ſupra cor. Et hęc omnia prædicta debent fieri in ipſo impetu, cùm quis ſyncopiſauit & poſtea purgetur humor ſecundum ſcriptum modum, qui fuerit in cauſa. ¶ Syrupus optimus in ſyncopi, & cardiaca etiam, ſi fuerit cum fe Rec. B ſucci borraginis, ſucci bugloſſæ & endiuiæ omnium depuratorũ an. *℥. 4. coral. al. & rub. lignial. an. *ʒ. 4. *margaritarum, been al. & rub. an. ʒ. 2. s. roſ. ʒ. s. macis ℈. 2. omnia pulueriſata in ſacculo lini ponátur, & addita ℔. s. aq. roſ. ſuccis prædictis bul. & addito ſacch. fiat ſyrupus, & adde ibi parũ camphoræ. Item dentur trochiſci etiá in hac cauſa experti: R. ſpodij ʒ. 4. lignialo. galliæ muſcatæ an. ʒ. 2. cardamomi, caryophyl an ʒ. s. camphoræ ℈. s. maximè ſi ſit febricitans, & non apponas ibi C tunc caryophyl. coral. al. & rub. been an. ʒ. 1. terátur omnia, & cũ ſucco bugloſſæ confice, & detur vnus ex iſtis trochiſcis diſtemperatus cum frigida, ſi febricitauerit, ſi non, cum vino odorifero. Item ſi non febricitauerit, detur diamuſcum maius, detur pliris arcoticõ, diábra vel electuariũ Io. Damaſ. de gẽmis, qđ ponitur in antidotario Meſue in cauſa probatum. Itẽ odorifera & aromatica naribus apponátur, & cum ipſis ſternutatio prouocetur, ſicut ſunt ambra, muſcus & ſimilia: bal. D etiam ex herbis odoriferis huic paſ. vtilia ſunt, ſi ſine feb. fuerit. Syrupus Mag. mei ad cardiacam & ſyncopim, & tremorem cordis optimus: R. foliorum bugloſſę exſiccatorũ, ro. fol. ozimi, cicerũ, ca. Ve. caryop. an. ʒ. ʒ. granatorũ cydoniorum inciſorum ʒ. 8. mandragoræ fruſtum vnum paruũ, in quo ſint herbæ, & radices: hæc omnia in 25. ℔. aquæ bul. donec tertia pars remaneat, & coletur, adde colaturę vini boni græci, vel alterius boni ℔. 8. mellis al. deſpumati ℔. 9. & in eis bulliant E ſpecies iſtæ in ſacculo lineo poſitæ: Recipe carabæ tritæ, ſerici crudi, & inciſi lapidis lazuli loti, zedoariæ, nuciſmuſcatæ, doronici, been alb. & rub. margaritarum, ſpodij, berberis, lignial. boni & crudi, maſticis, thuris ana drachmam vnam. hæc omnia pulueriſata in ſacculo lini poſita in prædicto ſyrupo bulliant vſque ad perfectam decoctio. & cum fuerit prope decoct. aromatiſetur cum drachma vna. muſci boni, & drach. 1. s. camphoræ, & vtatur eo quotidie. ¶ Item vtantur i- F ſtis trochiſcis: Recipe maſtic. ſpicæ, xylobalſam. cinnamomi, caryophyllorum, nuciſmuſcat. cubebæ, cardamomi maioris & minoris, corticis citri omnium ana ʒ. s. muſci ℈. s. confice cum vino optimo. ¶ Si febricitauerint, diætentur, vt inferius dicam: ſi non, carnes gallinarum, phaſianorum, perdicum, pullorum columborũ, capreolorũ, & ſimiliũ aſſatorũ, cũ ſalſis huiuſmodi comedát, aſſetur mica panis ſupra prunas, & aceto in- G fundatur, teratur & pul. cinnam, macis, nuciſmu. caryoph. addatur, omnia ſimul cũ aceto & modica aqua roſ. in pignato nouo bulliát, & cum prædictis carnibus dentur. Alia ſalſa. roſma. ſambſucus & mentha terantur, & cum cinnamomo, caryophyll & mica panis in aceto infuſa, & cum aceto diſtemperata, des cum dictis carnibus, loco etiam

*al. ʒ. 1.

*al. ʒ. 4.
*al. ʒ. quar.
*al. caryop. ʒ. s. been al. &ru. lignia. ʒ. 2. roſ. &c.

etiá aceti poteſt poni ſuccus citrangulorum, lymoncellorũ, & limonum, quod melius eſt, vinũ odoriferum bibát, modicum lymphatum, & hoc dico, ſi non febricitauerint, piſces etiam de locis petroſis, quandoq; poſſunt comedere.

De Pleureſi, Cap. V.

PLEVRESIS eſt apoſtema naſcens in pelliculis coſtarum, & lacertorum inter coſtas exiſtentibus. Fit itaq; hoc apoſtema quandoque in velamine coſtarum, quandoque in lacertis inter coſtas & in diaphragmate. ¶ Ad cuius euidẽtiam notandũ eſt, quod pectus ex 24. coſtis compoſitum eſt, inter quas coſtas, ſunt lacerti, qui faciunt ad conſtringendũ: aliqui alij ad dilatandum propter attractionem aeris, & furculorum, & ſuperfluitatum expulſionem: & quandoq; velamen eſt cooperiens ipſas coſtas. Vnde fit quandoq; ipſum apoſtema in velamine diſtinguente, & tunc dicitur vera: quandoq; in lacertis inter coſtas exiſtẽtibus, quãdoq; in panniculo cooperiẽte, & tegente coſtas, & tũc in ſiniſtro latere, vel dextro, & non vera dicitur.

Signa.

¶ Signa ergo pleureſis ſunt hæc: quòd fit ex calid itate & humiditate, adeſt febris indeficiens ꝓpter vicinitatẽ cordis, adeſt dolor pungitiuus ꝓpter panniculoſitatẽ, & ſenſibilitatẽ membri, qui dolor aliquãdo ſentitur in principio, aliquãdo verò non, niſi cũ mouetur ad tuſsim, ſicut dicit Gal. in expoſitione cano. pleureſis, ſuper regimine acutorũ. Tertiũ ſignũ eſt conſtrictio anhelitus, & paruitas conſequentiæ eius, & hoc accidit ꝓpter coarctationẽ factã ab hepate. Quartum ſignũ eſt pulſus ſerrinus, cuius cauſa eſt diuerſitas, quæ augmentatur propter ſtatum ægritudinis, & debilitatem virtutis. Quintum ſignũ eſt tuſsis in principio, quandoq; ſicca, quandoq; nõ, deinde cum ſputo. Tuſsis quandoq; accidit, quia pulmo lęditur ex vicinitate apoſtematis, & q̃a reſudat iam, tunc reſoluitur, quod collectum eſt cum ſputo.

Differt ab apoſtemate hepatis.

¶ Et quia huiuſmodi apoſtema aſsimilatur apoſtemati hepatis, per ſigna dignoſcitur. Primò ponam differentiam in vtroq;, deinde ſigna veræ & non veræ pleureſis aſsignabo: nam in apoſtemate hepatis pulſus apparet vndoſus & nõ ſerrinus, vt in pleureſi. Item in apoſtemate eſt dolor grauatiuus, nõ pungitiuus, vt in pleureſi: & hoc ratione hepatis, quòd eſt paruæ ſenſibilitatis. Item in huiuſmodi apoſtemate eſt tuſsis ſine ſputo, & cũ ſcreat, adeſt ibi conſtrictio anhelitus nõ vehemẽs valde, ſed quandoq; eſt motus ordinatus ex expiratione & inſpiratione Item nota, quòd eſt tanta vehementia febris quanta in pleureſi: adeſt citrinitas faciei in huiuſmodi apoſtemate, vrina groſſa valde, nigredo linguæ, egeſtio ſanguinolenta, quandoq; ſimilis loturæ carnis propter debilitatem virtutis

Differt vera à non vera.

¶ Differentias inter veram pleureſim, & non veram, hæc nota: Veræ pleureſis, quę fit in velamine tegente coſtas, dolor huiuſmodi non aſcẽdit ad oſſa pectoris, ſed plus aſcendit ad mammillas. Cùm verò in diaphragmate eſt pleureſis, dolor aſcendit ad oſſa pectoris, & ſæpius accidit permiſtio rationis. Cum verò eſt in velamine tegente coſtas, tunc nunquam vel raro accidit miſtio rationis. Et illa ſigna, q̃ diximus, non ſunt

tantæ fortitudinis cum vehementia in pleureſi quæ fit in velamine, ſicut quando fit in aliis locis. Si verò fuerit pleureſis in panniculo, inter coſtas apparet tumor extrà. Item vt plurimum conuertitur ad ſaniem, cùm exit exterius per viam criſis, & interius per viam ſymptomatum. Item ſi ſolũ digito parum tangatur locus, mirabiliter dolet, cùm ſit apoſtema in ſuperficie natũ. Item febres, & alia ſigna, quę diximus, lentiſsima ſunt. Quandoq; autem vera, & nõ vera pleureſis non diſtinguitur penes membrum, ſed penes materiam, & tunc dicitur vera, qñ eſt ex cholera, vel ſanguine cholerico: non vera, qñ eſt ex phlegmate, vel melãcholia.

Signa verę à ſanguine.

¶ Signa veræ pleureſis ex ſanguine, ſunt vrina à medio inferiꝰ rubea, ſeu ſubrubea, & ſpiſſa & ſuperius cũ appoſitione manus liuet, & obumbrata, videtur tuſsis modica, ſputum ſanguineum, vel ſubſanguineũ in excreando emittitur multũ, oris dulcedo, dolor continuus, ſitis modica, venarũ plenitudo, pulſus velox & plenus, dięta calida, & humida præcedens, ætas, tempus, & regio in hoc cõuenientia magis certificant.

Signa verę à cholera.

¶ Signa veræ pleureſis, quæ fit ex cholera vel ſanguine cholerico, ſunt fortiora, q̃ prædicta: quia adeſt idem dolor lateris pungitiuus, propter panniculoſitatem, & ſenſibilitatẽ membri, & eſt, quia cholera eſt humor valde pungitiuus & mordicatiuꝰ, qui dolor aliquando ab ipſo principio ſentitur, aliquando non, niſi cùm mouetur ad tuſsim, adeſt ſtrictura anhelitus, ſputum citrinum, tenue & cũ anguſtia attrahunt anhelitum, adeſt ſitis, febris indeficiens, oris amaritudo, pulſus velox & acutus, vrina citrina, & tenuis mediocriter propter choleram, quæ habet attenuare diæta præcedens calida & ſicca, ætas, regio, & tempus anni in hoc conueniẽtia magis certificant.

Signa facta à phlegmate.

¶ Si verò ex phlegmate fuerit pleureſis, non vera dicitur, cuius ſigna ſunt hæc: adeſt dolor grauatiuus, & non ita vehemẽs, ſicut in prædictis, neq; ita pungitiuus, oris inſipiditas, fe. remiſsior, quàm in prædictis, ſputum ſubalbidũ, pulſus tardus & plenus, vrina in principio pallida ad ſpiſsitudinem tendens, & circa ſtatum ſubrufa, & in ſuperficie liuida.

Signa facta à melancholia.

¶ Signa verò eius pleureſis, quæ fit ex melancholia, q̃ non vera dicitur, ſeu melancholico ſanguine facta, ſunt hæc: dolor lateris ponderoſus, ſputum tendens ad plumbeum colorem, & nigredinem, vrina eſt ſubcineritia, vel ſubnigra, ad citrinitatẽ tendens, & ſuperius liuida, & febris adeſt lenta.

Prognoſtica.

¶ Item nota, quòd ſi pleuriticus parum tuſsiendo multum & leuiter excreat, bonum ſignum & ſalubre eſt: ſi verò non, malum: & ſi à principio vſq; ad 6. vel 7. dies ſputum ſanguineum, vel putridum apparuerit, virtute exiſtẽte forti, bonum ſignum & ſalubre eſt. Si circa ſtatum, & in fine iam, virtute debili exiſtente, peſsimum & malum ſignum eſt. Item ſi vrina clara, & non liuida apparuerit, malum ſignum eſt.

Cura ſanguinea & cholerica.

¶ Si itaque pleureſis fuerit ex ſanguine vel cholera, curetur hoc modo. Primò fiat calefactorium ex vitreo vaſe, vel æreo, & veſica porci plena aqua calida inuoluta in panno lineo, vel ex ſpongia marina, in aqua calida: nam calefactorio tali incepto cum ſit ſignum, ſi corpus eſt repletum, curatur ſi materia eſt modica in minera. Quòd ſi corpus ſit repletum, & materia ſit cholerica, ſiue ſanguinea,

& etiam si parum fuerit phlegmatica, vel melancholica, virt⁹, ætasq; ꝑmiserint, fiat phlebotomia de basilica, quousq; sanguis in cõtrarium colorẽ mutetur, vt saluetur dictum Hippocr. dicentis in regimine acutorum. Et si materia est in fluxu, fiat ipsa minutio per partẽ oppositã, & si materia fuerit multa, & virt⁹ fortis vsq; ad defectionẽ ducas. Et specialiter, qñ dolor descẽderit vsq; ad furculam, considerãdo semper, si sufficiat ægrotãs, & si fortis fuerit in virtute. ¶ Postea inungatur locus butyro, & emplastretur, desuper mal. bismal. brãca vrsina, & huiusmodi simul cocta, & viol. cantabrum, in aqua decoctũ, & emplastratum, vel sem. mal. bismal. lini & fœnugr. terantur simul, & coquantur in aqua, & cum earũ viscositate misce butyrum, & oleũ viol. & vnguẽto inungatur locus, quia mirabiliter maturat, & reprimit dolorẽ. Itẽ emplastrũ factum ex florib. camom. & farina hordei cum oleo ros. in principio, aut in ꝓcessu, cum mell. & butyro decoct. superpositũ multũ valet. Item nota, quòd nihil actu frigidum, nec aliquod repercussiuum debet superponi, sed calefactoria vnguenta & emplastra ꝑdicta. ¶ Item detur syrupus iuiubinus ad hoc vtilis: Rec.*iuiubas 50. sebesten grana 25. hordei mundi pugillũ vnũ, sem. communiũ, tragacãthi, sem. mal. succi liquiritiæ, gũmi arab sem portul. sem. bombacis, psyllij, papau. al. an. ℥. 2. capill. Ven. M. I. & in hyeme, specialiter si fuerit pleuresis nõ vera ex phlegmate, vel melãcholia, appone in ꝑdicto syrupo hyssopi M. I. sacchari q. s. detur cum aqua hordei mũdi, in qua saccharũ cum penid. mistũ fuerit. Quod si multitudo humoris fuerit in causa, euacuetur cum leui pharmaco post dies 7. tutior tñ via est euacuare in principio ꝑ phlebotomiã vsq; ad syncopim, si sufficiat ægrotãs: quia quosdã credimus multũ purgare, & parũ purgam⁹, & econuerso: hęc pluries accidit mulieribus, specialiter in quibusdam monialib. de ordine Cisterciensi. Dedi enim cuidam moniali vice quadã pillulas 33. cocchias bene acutas cũ scammonea, & nõ assellauit, nisi bis ex eis: & cuidã alteri dedi 7. pillulas de supradictis, & assellauit*20. In 10. igitur vel 12. purgetur cum decoct. purgante cholerã, & sanguinẽ mundificante, posita suprà in principio huius libri in capit. de dolore capitis ex sanguine, vel cholera facto: & antequã detur decoctio, ꝑparetur materia cum syrupo iuiubino suprascripto: & clysterisetur ęgrotans, si fuerit nimis cõstipatus aliquo lenitiuo clysteri, vel aliquod supositorium illi immittatur. Eorum dięta sit ptisana hordei, cum lacte amygd. parũ furfuris colatũ, pruna sicca & elixa huiusmodi dentur, bibãt aquam decoct. sem. communiũ tritorũ, ptisanã colatã, & syrupus etiã acetosus cum ꝑdictis, ptisana seu aqua tragacanthi, detur. Quod si de phlegmate & melãcholico sanguine in autumno, vel in vere, vel in hyeme fuerit pleuresis, ignis de lignis siccis, vel de prunis ante infirmũ fiat. Itẽ oxymel factũ tantũ de sapa & melle detur, vel syrupus iuiubinus cũ melle addito hyssopo, miliũ calefactũ in testa, vel sartagine cũ sale in sacculo supra locũ apponatur: postea verò rad. lilij parũ tritę cum farin. hordei coquantur, & supra petiam extendãtur, & loco dolenti applicẽtur. Item sem. mal. lini, fœnugræci in aqua decocta, idem operantur. ¶ Item ficus siccę in aqua decoctæ, & superpositę post diẽ septimũ apostema ipsum rumpunt. Idem facit cãtabrum cũ vino & oleo distemperatũ. Item clysteria suppositoria fiant cõuenientia, si fuerit oportunum. In octauo vel 10. vel 12. die purgetur humor cum pillulis ex assafœt. seseleos & marathro in capit. de dolore capitis ex phlegmate facto dictis, vel cũ decoct. ibi scripta. Quòd si in sene fuerit hæc passio, quod raro accidit: nam, vt dictũ est suprà, hęc passio plurimũ fit de materia calida, & in iuuenibus. Senes verò ꝓpter phlegmatis abundãtiam, & frigidã complexionẽ eorum peripneumoniæ mortis vitio condemnantur, cui cõsonat illud dictum Hippoc. plures ex his, ꝙ grandes sunt peripneumonica collectione pereunt, alij verò aliis collectionib. magis. Cùm igitur in sene fuerit hoc apostema iam dictũ, tunc inungatur locus sæpe & sæpius ex dialthea, mista cum butyro, & pellis leporina calefacta ad ignem desuper ponatur, patiens stet iuxta ignẽ de lignis siccis, vel de carbonibus. Item mal. bismal. branca vrsin. parietaria, flores camom. sem. lini, & fœnugræci cum axungia porcina veteri, fortiter terantur, & cum butyro, oleo & vino simul supra locũ apostematis ꝓpter maturationẽ, & eruptionẽ ipsius apostematis sæpe & sæpius apponantur. ¶ Syrupus etiam iste detur: Rec. hyssopi, prassij, liquir. passularum sine nucleis an. ℥. I. ficus siccas*40. tragacãthi ℥. s. pinearũ cum resina ℥. 2. rad. apij & fœnic. an. ℥. I. s. hordei mundi p. I. cõfice cum melle despumato, detur quotidie cũ ptisana calida, & specialiter circa eruptionẽ apostematis, frumẽtum coctũ cum lacte amygd. detur etiã diapenidion, diairis, diatragacãthum, lac amygd. & ptisana cocta, amidũ, pineæ, & circa finẽ ius gallinę cũ hordeo decoctę cum mica panis detur: aquã bibant, in qua tragacanthũ, prassiũ, ficus siccæ, & hordeum mũdum cocta fuerint cum saccharo, vel cum penidiis, vel cum syrupo suprascripto.

Syrupus iuiubinus.

*al. iuiubas vel sebestẽ 25.

*al. 26.

Cura phlegmatica & melancholica.

Si fuerit in sene.

*al. ficas 15.

De Peripneumonia, Cap. VI.

TRACTATO de pleuresi, de peripneumonia videamus. Est ergo peripneumonia apostema, quod fit ex materia cholerica. Peripneumonia alia vera, alia non: vera est illa, q̃ fit ex phlegmate: non vera est illa, quæ fit ex alio humore, & fit maximè hæc passio in vere, & in fine hyemis. Cuius signa sunt hæc: febris continua, rubor faciei, & maximè sinistræ maxillæ, dolor mammillæ sinistræ, vel spatulæ sinistræ. Febris in die modica, in nocte verò fortis, & magis succensa: difficultas anhelitus cũ tussi, vrina rufa, vel subrufa, vel charopos, & ꝑ totum spissa à media regione superiùs distinctè liuens cum quadam spuma continua, & lucida. Et quandoq; sputum subsanguineũ, rubeum, vel saniosum in principio eiiciunt, quod est optimũ: si verò non, malum. Item si à primo die vsq; ad tertium fluxus ventris superuenerit, bonũ, sed circa finem & statum, pessimũ. Item eius sputum proiectum supra carbones ardẽtes fœtet. Item nota, quòd si peripneumonicus desideret vinum cum asperitate & nigredine linguæ, pessimum signũ est mortale. Et etiam quia hæc passio maximè fit in senibus, & ita prouectis, iuxta illud Hippocr. plures ex his, qui grandes sunt peripneumonica colle-

Signa.

Prognostica.

Cura. collectione pereunt. ¶ Primò igitur in hac ægritudine, si corpus fuerit phlethoricum, fiat minutio de vena pul. cuius situs est iuxta grabatum, vel de vena cardiaca, vel basilica: & ignis de lignis siccis sine fumo vel carbonibus ardentibus coram patiẽte fiat, vt aer artificialiter sit calidus, & detur postmodũ quolibet die mane, & sero de isto syrupo cum aqua decoct. hordei mund. tragacãthi, & amidi: R. hyssopi, eupatorij, prassij, marrhubij al. an.*M. s liquir. mũdę ʒ.1 s. hordei mundi, pugillũ 1. sebesten 20. amygd.*ʒ.2. tragacanthi ʒ.1. mel. ℔.1. sacch.*℔.s. Detur etiá ptisana, colata cũ saccharo & penidiis. Syrupus etiá iuiubin⁹ in p̃dicto capit. notatus datus, optimus est. Colatura furfuris cocta cũ amido, & tragacantho, detur. ¶ Item detur de isto medicamine ad quãtitatem castaneæ, quod valet ad omnẽ tussim frigidá: Re. succi liquir ʒ.1. sesami ʒ.s. se. lini torrefacti ʒ. quar. gũmi arab. & tragacãthi an. ʒ.1. tertiá. cõfice cum melle despumato. Inungatur pectus butyro, & dialthea. Itẽ emplastretur postmodũ cũ mal. bismal. brãca vrsin. simul mistis, & sępe & sæpius innoua. Itẽ sem. lini & fœnugr. trita, & calefacta, & imposita vel cataplasmata, valet. Aliud ad idẽ: R. rad. sambsuci tritę, seu corticũ fabarũ. Ad idẽ sem. lini cũ fœnugræco decoctũ, vel cantabrũ in vino, vel aqua decoct. & cataplasmata valẽt. Et omnia, q̃ dicta sunt in capit. de pleuresi in hac passione cõferunt, excepto syrupo acetoso, q in hac passione nõ cõpetit. ¶ Emplastrũ optimũ, quod si supra pectus apponatur, miro modo confert huic ęgritudini: Rec. succi nasturtij ℔.s. axungiæ porci liquefactę ℥.2. mellis despumati ℔.1. florũ camom. ʒ.1. sem. lini torrefacti ʒ.s. sem. fœnugræci torrefacti ʒ.2. omnia terãtur optimè & insimul confice & emplastrũ ex his omnib. factũ tepidũ pectori applicetur, quoniá est mirabile. ¶ Et si cõstipatus fuerit vẽter, fiat ei aliquod leue suppositoriũ, vel clystere lenitiuũ, seu mollificatiuũ, teneat pillulas sub lingua, & paulatim eas trãsglutiat, quas in capit. de tussi posui. Tragacanthũ, sem. cydoniorũ, succus liquir. & se. cõmunia in aqua decocta cum saccharo, & penidiis quandoq; sumat.

*al. M. 2. s.
*al. ʒ. 1.
*al. ℔. 1. s.

De Phthisi, Cap. VII.

Causa. POST tractatum de peripneumonia, de phthisi videamus: Phthisis quidem est cõsumtio spiritualis humiditatis corporis, ex vlcere pulmonis ꝓueniens. ¶ Fit igitur phthisis diuersis modis. Quandoq; n. fit ex humore frigido, vel calido, à capite destillãte, qui diu repercutiẽs pulmonẽ cauat ipsum, & facit ibi vlcus ad lapidis similitudinẽ, iuxta illud: & durum lapidẽ gutta cadẽdo cauat. Fit etiá ex nimia siccitate arefaciente, & desiccante ipsam pulmonis substantiá, qua pulmonis substantia arefacta & desiccata de facili rumpitur. Fit etiam ex saltu, clamore, põdere, vel percussione & similib⁹: rumpitur. n. tunc aliqua vena in ipso pulmone, & tũc sanguis, cùm exit extra venas, & locum non habeat ꝓprium, vertitur in saniem, & sanies inficit, & vlcerat pulmonẽ, vnde Hippoc. in aphoris. Ex sanguinis sputo phthisis, & mors. ¶ Signa igitur phthisis sunt hæc: calor cõtinuus secundũ magis & minus in volis manuũ, acutior sitis cũ asperitate linguæ, colli gracilitas, cõstipatio vẽtris totius

Signa.

A corporis macilentia, vnguiũ & extremitatũ consumtio, & cauitas oculorũ. Et familiare signum ad hoc est dolor sinistræ spatulę vsq; ad humerũ: potes etiá phthisicum hoc signo cognoscere, fac ipsum ore aperto fortiter anhelare, & si flatus ei⁹ fœtet, scias ipsum esse phthisicum, nisi hoc fuerit à natura, aut ꝓpter alias causas in capitulo de fœtore oris dictas. Et quod certius signũ est, fac qđ dicit Hippocr. in aphor. videl. fac phthisicũ super accensos carbones expuere, & si odor ille, q cum B sputo resoluitur, fœtet, ꝓnuncia ipsum esse phthisicum, maximè, si signa supradicta vel aliqua eorum cum hoc concordant. ¶ Item nota, quòd qñ phthisis fuerit confirmata, vix aut nunq̃ curatur, quia sanguinis sputo, saniei sputum, in sanie sputo phthisis, &c. sicut dicit Hippoc. Et tunc distingue, quia aut phthisis superuenit iuuenib. aut adolescentib. ante 40. annũ, & hęc vltra annũ portare nõ potest, quoniá infra annũ interficiet, aut sanatur patiẽs in termino anni: aut superuenit seC nib. & vltra annũ 40. & in ętate ꝓuectis, & hęc nõ ita citò interficit si beneficio medicinæ iuuetur: tñ semp est mortalis, in quacunq; ætate ꝓueniat, si vsq; ad confirmationẽ peruenerit Et hæc est ratio, quia si pulmo fuerit vlceratus, ipsa vlceratio nõ potest cõsolidari: primò q a pulmo est ordinatus in modum flabelli, & aere attrahit, & cor quotidie refrigerat, vnde si cor nõ reciperet tale refrigeriũ mediãte cooperatione pulmonis, táta esset caliditas cordis, quòd subitò suffocaretur homo. D Cùm ergo ipse pulmo vlceratus fuerit, cùm semper sit in cõtinuo motu, nullá recipit medicinã, q̃ retinere possit, qua vlcus suum cõsolidare possit: in vlcere n. requiritur quies ad hoc, quòd cõsolidetur. Primò supponamus, quòd aliqua medicina illi p os mittatur, prius transit p tot vias anteq̃ ad ipsum pulmonẽ perueniat, qđ suá amittit virtutẽ, & ideò vlcus pulmonis, quum cõfirmatum fuerit, & in phthisim conuersum, consolidationẽ nõ recipiet. Item nota, quòd fluxus vẽtris, vel caE sus capillorũ phthisicis superueniẽs signum proximum morti est futuræ, secũdum Hippoc. in aphor. ¶ Primò ergo in via curationis huius ægritudinis nota, qđ nulla minutio sang. seu purgatio p medicinã aliquã cõpetit in phthisi, nec in hectica, vt ibi dictũ est, & maximè coitus & nimium ieiunium in dictis ęgritudinib. sunt nociua, cibaria desiccãtia, & cõsumtiua aut nimiũ salsa. Curetur igitur phthisicus sic, si confirmatus fuerit in phthisi, accipiamus ipsum tanquá mortuũ in cuF ra, & ꝓcedamus in hunc modum. Si ex catarrho phthisis ꝓcessit, quod p signa præcedẽtia manifestè dignoscitur, & p relaxationẽ, & titillationẽ palati, p mucilaginis & sputi abundantiá, p lacrymarũ effusionẽ, & similia Primò cum ex his causis ꝓcessit phthisis, intercipiamus rheuma cum pillulis de cynoglossa superi⁹ in cap. de catarrho dictis, & in cap. de tussi, vel cũ aliquib. aliis pillulis rheuma restringẽtibus, in p̃dictis capit. dictis. Et iterum aliqua dicá hîc: non enim credo in viG tium nugationis incidere, si vtilia sæpius & sæpe repetá. Pillulę ergo ex croco, myrrha, thure, opio, an. distẽperatis cũ album. oui in modũ orobi factæ, si 5. vel 7. ex eis sumátur, vel vna post aliá sub lingua teneat̃, & trásglutiatur miro modo valẽt, vel cũ vadit dormitũ si transglutiat tria grana o-

Prognostica.

Cura.

libani, miro modo rheuma restringunt. ¶ Pillulę etiā factę ex gūmi arab. & amido in trochis. cū ptisana hordei spissa confice, etiā in modū cicerū formentur, & sub lingua teneātur, donec dissoluantur, fumus ab eis resolutus petat cerebrū, postea transglutiātur. Detur etiā illi de isto syrupo: Rec. prassij, hyssopi an. M. I. iuiubarum & sebesten an. quinquaginta, mellis ℔. 2. & detur sibi de isto electuario: Rec. ros. ℥. s. gūmi arab. tragacanth. farinę fabarū an. ℥. quart. succi liquiritię ℥. 2. amygd. & pinearū mundatarū an ℔. s. sacchari ℔. 2. ¶ Dētur etiam illi aquę facientes screare, si ipse screare nō possit, sicut est aqua hyssopi cū melle, vel aqua ficuum siccarum, aristol. rot. ireos cū saccharo ros. mista & similia, quæ in capit. de screatione saniei, seu empyemate dictā sunt, si oportunū fuerit exhibeantur. Et si constipatus fuerit venter eius nō curo multū, qa, vt dixi superiùs, hectic⁹ & phthisicus cùm ad solutionē vētris deuenerit, citò moritur: tñ si p plures dies steterit, quod nō deiecerit, ꝓuocetur cū aliquo suppositorio leui ex lardo, vel aliquo clysteri leuissimo. Et si ad solutionem deuenerit, statim cum restrictiuis succurrere debemus, exhibendo trochiscos, syrupos, electuaria, & huiusmodi restrictiua, quæ in capitulo de lienteria, & dysenteria dicta sunt. Item mittantur phthisici in balneū, quod in capitulo de hectica dixi, & inungantur vnguento, quod in ipso capit. scriptū est, & vtantur eadem diæta & eisdem electuariis, vt hectici. Lac etiam caprinum, vel asininū, in quo chalybs vel lapis ignitus sit extinctus, detur. Et cibaria in ipso lacte pręparata exhibeantur, & hoc dico feb. & dolore capitis non existentibus, vt saluetur aphoris. Hippocr. Lac dare caput dolentibus malum.

De apostemate Hepatis & Splenis, Cap. VIII.



ACCIDIT quandoq;, quòd hepar apostematur, quod fit quandoq; ex calido humore, quādoq; ex frigido, quandoq; ipsum apostema nascitur in gibbo hepatis, quandoq; in sima. *Signa calidi.* Calidus humor p hæc signa discernit esse in causa: adest dolor dextri hypochondrij acut⁹, & pungitiuus. Febris cōtinua, sitis, oculi crocei, vel rubei, & quandoq; totū corpus inficitur colore croceo, vel rubeo, & multoties terminatur hoc apa in acuta, vel peracuta febri in die 7. per fluxū sang. nariū. Vrina apparet rubea, subrubea, seu rubicūda, vel subrubicūda, vel inops, spissa, & quādoq; crocea, cū quadā tinctura in superficie liuescit, & obscura in eius superficie apparet. *Signa frigidi.* Frigidus verò humor p hæc signa cognoscitur esse in causa: adest febris magis lenta, sitis aūt nulla, aut modica, dolor grauatiuus sub hypochōdrio dextro. Vrina discolorata, & turbulenta, superiùs liuida, oculorum liuiditas, & corporis figura pallida est. *Si fuerit in sima.* ¶ Si huiusmodi apostema fuerit in sima hepatis, grauitas siue dolor sentitur in ꝓfundo, adest singult⁹, & vomitus ex cōpressione stomachi, & appositione manus, nō irritatur dolor. *Si fuerit in gibbo.* Si verò huiusmodi apostema fuerit in gibbo hepatis, sequit difficultas anhelandi, tussis ex cōpressione spiritualiū, vix etiā patitur patiēs, dū manus in loco illo apponatur: tumor etiam apparet in dextro hypochondrio in

modū lunæ nouellę, vel semicirculi, patiēte iacēte supino & extēso. *Differt ab apostemate musculorum.* Et nota, qđ aliquādo fit apostema sub diaphragmate in longū, & trāsuersum extensum, & videtur apostema hepatis, quod nō sit, & ꝓpter hoc scias, quòd apostema lacertorū formā habet modò in longū, modò in transuersū secundū formā, & positionē ipsius lacerti, apostema verò hepatis, formā habet semicirculi. *Cura.* Apostema igitur calidū hepatis in hūc modū curetur, si virtus & ętas permiserit. Primò minuatur de media vena dextri brachij, deinde ab ipso principio detur syrup⁹ de seminib. cū aqua ipsorū seminū, & inungatur locus oleo ros. vel viol. & malua in aqua cocta cū sem. lini & fęnugr. & frondib. hyoscyami, & maluauisci apponatur, & huiusmodi, q̄ diximus in capit. de pleuresi. Et si cōstipatus fuerit, fiat clystere suprà in præcedentib. scriptū: & primò fiat lenitiuū, deinde mundificatiuū tantū. Quod si post dies 7. apostema nō rūpetur, detur de trochiscis superiùs scriptis in capit. de dolore capitis ex sanguine, seu cholera facto, detur etiā syrupus, diaquilon superiùs scriptus, q valet post rupturā apostematis, & detur lac seminū comm. in potu. Quod si frigid⁹ humor in causa fuerit, nō fiat minutio, nisi corpus fuerit valde repletum & plethoricū, quibus conditionib. existentibus fiat minutio de prædicta vena ad hoç, quod facta minutione natura supra residuū cōfortetur: deinde radices altheæ, fœnugræci, sem. lini tritæ & ficus siccæ in aqua omnia decoquantur, & supra cataplasmētur. Aliud ad idē: radix asphod. vuæ passę, ficus siccæ in vino vel lixiuio, & oleo cocta, & desuper posita, miro modo maturat. Item frumentum cū oleo confectū, vel ruta cocta in vino, & oleo, & huiusmodi q̄ dicta sunt in pręcedentib. capitulis de apostematib. intrinsecis, fiāt. Rupto apostemate, quod cognoscitur. quia sanies p vrinā vel secessum emittitur, mūdificetur locus à sanie, quia cū substātia hepatis sit tenera valde, cito rūpitur, nisi mundificetur ab eo sanies: hepar. n. vt ait Galen. nō est, nisi sanguis coagulatus. Si frigidus humor p vrinā purgetur, iuuetur natura, & dētur ꝓuocantia vrinā, q̄ in capitulo de strāguria dicta sunt: detur decoct. sem. apij, & fen. q̄ in prædicto capit. dicta sunt. Si verò calida materia p vrinā purgetur, detur decoct. sem. comm. cū succo scariolæ & huiusmodi. Quòd si hæc materia p secessum purgetur, & sit frigida, detur decoct. thymi, epithymi, polij, sem. fœn. agarici, apij, petrosel. brusci, asparagi, scœnāthi, asari, spicę & huiusmodi, q̄ in capit. de quartana vera dicā, q̄ quandoq; cum melle ro. post rupturam apostematis dētur: mūdificata sanie emplastrū consolidatiuū desup apponatur, de spica, mastice, thure tritis, & cū oleo cōfectis. ¶ Vltima verò cura est p incisionē in istis apostematibus, dādo prius opiū patiēti, pòst incidēdo, & materiā euacuādo, q̄ facit apostema, deinde suendo, & consolidatiua superponendo.

De apostemate splenis. ¶ Apostema verò splenis ex tumore ipsius, ex pūctura sinistri lateris, & ex febre p̄sente cognoscitur. Et nota, quòd nūquā potest esse apostema in interioribus, vt in diaphragmate, in pleura, in hepate, in splene, in stomacho & in intestinis, & in huiusmodi interiorib⁹: quin semper hoc apostema febris comitetur: & hoc est signum distinctiuum ad omnia apata in interioribus existentia.

Si ve-

Si verò febris acuta, & dolor acut⁹, & pungitiuus fuerit in huiuſmodi apoſtematibus, ſignũ eſt, qđ eſt materia calida: ſi verò febris fuerit lenta, & dolor põderoſus, & aggrauatiuus, ſignũ eſt, quòd ex hum. frigido ſunt. ¶ Curetur ergo hoc apoſtema ſplenis, vt apoſtema hepatis ſecundũ diuerſitatẽ humorũ in cauſa exiſtẽtiũ, vt ſuprà dictũ eſt. Eodem modo curetur apoſtema factũ in lacertis, ſicut in p̃dicta. Diæta eorũ ſit ptiſana amygd. cum lactuca cocta ſcariola, lactuca & huiuſmodi, aquá ſem. communiũ bibant & huiuſmodi, quouſq; febris durauerit, & apoſtema fuerit mũdificatum: cùm verò receſſerit, & apoſtema quaſi mundificatum fuerit, pullos, hędos, & caſtratinas carnes, merulas, turdos, perdices & huiuſmodi comedere poſſunt. Vinũ lymphatũ, cũ aq. ſem. comm. bibát. Fiát etiá remedia dicta in cap. de duritie, & obſtructiõe ſplenis, cũ fuerit ap̃a in hepate & ſplene.

De apoſtemate Stomachi, & inteſtinorum, Cap. IX.

IN cauitate ſtomachi quandoq; apoſtema generatur, & tunc, antequam cõfirmetur illud apoſtema, ab ipſo principio aliqñ de eo emittitur p̱ vomitũ, ex cibis aſſumtis, grauedo ſentitur in ſtomacho. Quandoq; etiá in cauitate inteſtinorũ generatur apoſtema, cuius ſignum manifeſtè in principio ipſius ap̃atis ante confirmationẽ ipſius eſt, qđ aliquid de ipſo emittitur, quia p̱ inteſtina tranſiens dolor, & grauedo ſentitur in ipſis inteſtinis, quandoq; ipſum ap̃a eſt in ſuperficie ſtomachi, vel inteſtinorum, & tumor ibi apparet cũ circumſcriptis ſignis, nec vomitus, nec ſeceſſus aliquid habẽt de materia ipſa admiſta. Quandoq; aũt inter pelliculas colligit, & generatur ibi apoſtema, qđ eſt difficile cognoſcere. Generatur aũt huiuſmodi apoſtema ex materiebus cal. aut frigid. Si ex calidis, dolor eſt acutus, & pungitiuus nimis, & febris cõtinua cũ ſiti, & linguæ aſperitate, incenſione & ardore corporis, ipſius manus ſuperpoſita loco, vbi eſt apoſtema, maximũ calorẽ & ardorẽ ibi ſentiet, & aliqñ ſingultũ patiuntur, fumoſam eructationẽ, & vrina etiá taliũ apparet tincta citrino colore, vel ſubcitrino, mediocriter tenuis, vel ſpiſſa. Quòd ſi frigidi humores in cauſa fuerint, adeſt dolor grauatiuus, & nõ ita acutus ſicut prior. Febris lẽta, ſitis modica, acetoſa eructuatio: ſpiritus etiá fit ſpiſſus & paruus, ꝓpter diaphragma ſtomacho vicinás. Vrina pallida, vel ſubpallida cũ ſubſtátia mediocriter ſpiſſa, vel mediocriter tenui. Et quandoq; abominationẽ & anguſtiá pectoris, ſpatularũ & cubitorũ ſtrictionẽ patiuntur, & alia multa ſigna ad hoc familiaria apparẽt. Febris tñ eſt in his omnibus ap̃atibus in intrinſecis exiſtẽtib⁹, & ꝓpter hoc capitulũ de his ap̃atibus in tract. p̃ſenti inſerere volui, cùm ad ipſa ap̃ata, vt dictũ eſt, ſemper concomitetur febris. Cura ap̃atis ex materia cal. Si igitur huiuſmodi ap̃a ſtomachi, vel inteſtinorũ ex humore calido eſſe perpẽdatur p̱ ſigna p̃dicta: Primò fiat minutio in trib. vel quatuor dieb. viribus & ætate permittentibus, de mediana vena ſtomachi: poſtea vtantur tali ſyrupo: R. *endiuię, apij, ſolatri, cymbalarię, vermicularis an. M s hordei mund. p. 1. olei ro. ʒ. s. ſacch. ℔. 1. Cataplaſmetur locus ex ro. ſandal. alb. & rub. pul. & cũ aceto miſtis, vel ex ſucco corrigiolæ, plátaginis, mercurialis, cymbalariæ, lactucæ, ſcariolæ & huiuſmodi tritis, & ſuperpoſitis, miro modo valet. Cataplaſma optimũ contra ap̃ata cal. ſtomachi, inteſtinorum, viſcerũ, & peruſtionẽ hepatis, & ſtomachi, ꝓpter humorẽ cal. R. farinæ hordei ʒ. 20. ſandal. alb. & rub. ʒ. 10. viol. rad. mal. an. ʒ. 6. menthæ, roſ. an. ʒ ʒ. camphorę, acatię an. ʒ. 1. tẽpera cũ ſucco ſolatri, & ſuperpone. Et ſi vis facere ex prædictis in modũ ceroti, confice prædicta pul. cũ oleo roſ. & cera inunge, ſeu cũ petia lini cataplaſma: prius tñ purgabis humorẽ antequá cataplaſmata apponas cũ decoct. viol. prunorũ, & cętera dicta in capit. de dolore capitis ex ſang. vel ex cholera facto, ſi expedierit, fiát. Poſtea des trochiſc. de roſis alb. q̃ multũ cõpetunt in hac cá, & ſpecialiter, qñ materia extenditur ad diẽ ſeptimá. Alij trochiſci optimi in hac cauſa: R. caſſiæ fiſt. mund. ro. carabæ, maſt. apij an. ʒ. ʒ. ſe. mal. meliloti, pſyllij, ſandal. al. & rub. ſpicæ an. ʒ. 2 ſem. endiuiæ ʒ. 1. s. liquiritiæ, apij, aniſi an. ʒ. 1. tẽpera cũ ſucco ſolatri, & da ʒ. 1. cum aqua frigida. Alij trochiſci ad idem, & ad dolorẽ fluxus humoris cholerici ad locũ: R. ro. liquiritię an. ʒ. ʒ. ſandal. alb. & rub. an. ʒ. 2. berberis, meliloti an. *ʒ. 2. s. ſem. cucu. ſpicæ, macis, carabæ an. ʒ. 1. ſpodij, mánę an ʒ 2. croci *ʒ. 1 s. fac trochiſ. põderis ʒ. 1. quorũ * vnũ dabis cum ſucco endiuiæ.

*al. ʒ. 1. s. *al. ʒ. s. *al. ſex

Quòd ſi ꝓpter hoc materia nequeat repelli, imò ad ſaniẽ tẽdat, qđ cognoſcitur p̱ grauedinẽ ſymptomatũ, & febris incenſionẽ iuxta illud Hippoc. Circa generationẽ ſaniei, &c. tũc maturatiua fortiora, & potẽtiora ad maturandũ loco ap̃atis ſuperponenda ſunt. Farinę hordei cũ axungia porci recẽti, & ſucco mal. cõmiſta addito vitello oui, vel fermentũ ſolũ cũ vitello oui cõmiſtum, ſuper poſitũ, miro modo maturat. Aliud ad idẽ: liquefac axungiá porciná, & additis florũ camom. ſe. lini & fœnugræci pulueriſ. an. incorporẽtur, & ſuperponátur. Aliud ad idẽ optimũ: R. farinæ hordei, viol. an. ʒ. 5. ſandalor. alb. & rub. an ʒ. 6. cáphorę, acatię, cátabri, gallarũ, croci, gũmi arab. an. ʒ. 2. maſt. meliloti, ſem. mal. an. ʒ. 1. pulueriſ. omnia, & cum ſucco ſolatri, & oleo roſ. cõfice & vſui reſeruetur. Quod ſi hęc apoſtemata ex materia frigida eſſe dignoſcátur, fiat hoc apoſtema, & detur quotidie in potu cũ lacte ſem. comm. vel amygd. Rec. meliloti, rad. apij, ſcœnáthi, marathri an. ʒ. 6 rad. mal. liquir. an. *ʒ. 5. rheubar. maſt. aniſi, ſpicæ, ſambſuci, baſilici, cymini, apij, cardam. an. *ʒ. 2. hordei mund. p. 1 paſ. ſine nucleis ʒ. 10. omnia coquátur in *4. libris aquę, quouſq; ad vná redeát, & addita ℔. 1. mell. fiat apozema, de quo quotidie dẽtur ʒ. ʒ. cũ amygd. vel aq. decoct. liquir. & paſſul. enucleatarũ ca. Rupto apoſtemate, quod cognoſcitur p̱ vomitũ ſaniei, ſi materia fuerit in ſtomacho, vel p̱ ſeceſſum mundificata, ſi materia fuerit in inteſtinis, dẽtur mundificátia ſaniẽ, ſicut ſunt ſyrupus factus ex ptiſana hordeacea, & ſucco ſcabioſæ depurato an. factus cũ melle deſpumato in materia frigida, vel cum ſacch. in materia cal. & iſte eſt ſpecialis ad hoc, & ſpecialiter qñ datur cũ eo in qualibet doſi ʒ 1. coralli puluer. probatum eſt, addito puluere nitri per ſe vel cum prędicto ſyrupo datus, multum mũdificat. Quòd ſi materia per vrinam purgetur, dentur diuretica dicta in tractatu ſtranguriæ. Et ne locus vlceratus remaneat, den-

Margin notes: Signa calidi. — Signa frigidi. — Cura calidi. — *al. endiuię, ... ſolatri, cym. &c. — Maturantia. — Cura frigidi. — *al. ʒ. 6. *al. ʒ. 3. *al. in 3.

tur poſtmodum aliqua de medicinis conſolidan A
tibus, quas dixi in capitulo de dyſenteria. Quòd
ſi propter hoc materia non tendat ad ſaniem, vel
repelli poſsit, cataplaſmata & vnctiones fiant, &
huiuſmodi iuuatiua. Fiat igitur cerotum iuuati-
uum optimũ ad hoc, de quo inũgatur ſupra apo-
ſtematis locũ, ſiue in ſtomacho, ſiue in inteſtinis
fuerit mane, meridie, & ſero iuxta ignẽ, quod ſic
fit: Rec. aloes, maſt. an. ʒ. s. florum camom. melilo-
ti, abſynthij an. ʒ. I. ro. ʒ. 2. hæc omnia in ſubtilem
puluerẽ redigantur, & cum oleo camom. & cera B
liquefactam, fiat cero, & vſui reſeruetur. ¶ Cata-
plaſma vtile contra dolorẽ ſtomachi, propter fri-
gidum apoſtema: Rec. menthæ, ſem. apij an. *ʒ. s. (*al. ʒ. 3.)
maſt. aniſi, ſpicę an. ʒ. 2. s. dauci, cymini, lignial. xy
lobalſami, caſsię, cardam. ſquinanti an. ʒ 2. ex de-
coctione prædictorũ, & melle deſpumato fiat ſy-
rupus, & quotidie detur in potu cum mulſa, vel
cum aqua hordei, & prædicta omnia, q̃ in fundo
vaſis decocta remanſerint, calida terantur, & apo
ſtemati cataplaſmentur. ¶ Cataplaſma valens ad C
diſſoluendũ duritiẽ apoſtematis, & dura apoſte-
mata ſtomachi, & inteſtinorũ: Rec. meliloti, ſqui-
nanti, camom. mal. bdellij an. ʒ. 4. abſynth. *ʒ. ʒ. (*al. ʒ. 4.)
myrrhę, armoniaci an. ʒ. 2. ficus ſiccas numero 10.
omnia terantur, vnumquodq; ꝑ ſe, & coquantur
in vino, excepto armoniaco, & bdellio, & myrrha,
quæ vltimò debent apponi, & liquefieri in eis, &
fiat cataplaſma. ¶ Aliud cataplaſma ad idem, & e-
tiam ad ſplenis duritiẽ: Rec. armoniaci ʒ. 20. bdel-
lij ʒ. 10. aceti acerrimi ʒ. 6. hęc omnia ſupra ignem D
diſſoluantur, deinde adde ceræ ʒ. 10. olei ſeſamini
ʒ. 2. s. croci, thur. maſticis, caſtor. an. ʒ. ʒ. omnibus
pulueriſatis his, & deſuꝑ poſitis, fiat cataplaſma.
¶ Aliud ad idẽ, & ad omnia ſupradicta: Rec. aloes,
maſt. bdellij, armoniaci, caſtor. thuris, tragacãthi,
myrrhæ an. ʒ. s. ſeui vitulini, & gallinacei an. ʒ. I. o-
lei muſcellini, & ſambucini, & ceræ, quantũ ſuffi-
cit. ¶ Item fabæ fractę in vino, & oleo coctę, & ca-
taplaſmatæ ad omnia apoſtemata citò maturãda
mirabiliter operantur. ¶ Item cæpæ in vino & o- E
leo cum puluere coctæ mirabiliter valent ad om-
nia apoſtemata maturãda. ¶ Item radix mal. biſ-
mal. brancæ vrſin. & lilij in vino coquantur per-
optimè, deinde terãtur, & addito pulu. fœnugræ-
ci, ſem. lini & florũ camom. fiat cataplaſma, & lo-
co apoſtematis apponatur, q̃a omnia apoſtemata
maturat mirabiliter, & omnẽ duritiẽ hepatis, vel
ſplenis, vel cuiuſcunq; alterius partis remollit.

De Phreneſi, Cap. X.

ET quia de apoſtematibus in interiorib.
ortis ſufficiẽter tractatũ eſt, de apoſte-
matibus, quæ fiunt in toto corpore, vi-
del. de phreneſi, & lethargo tractabo.
Eſt igitur phreneſis apoſtema, quod naſcitur in (*Quid ſit phreneſis.*)
membranis: ſunt aũt duo panniculi, q̃ diuidunt
ipſum cerebrũ à craneo, in his apoſtema fieri ſo-
let. Dicitur phreneſis à φρένες quod eſt mens, eò
quòd in hac paſsione maximè mẽs lęditur: & no-
ta, vt ait Gal in lib. de accidenti & morbo: Phrene G
ſis eſt accidens morbi, quia nunquã ꝑ ſe induci-
tur, ſed ab altero morbo inducit̃, vel ſuperuenit
ei. Phreneſis itaq; vtplurimũ ſuperuenit in iuue-
ne cholerico, & æſtate pa. hæmitritæum mediũ,
vel tertianã cõtinuam, cauſonem, vel pleureſim,

A & huiuſmodi febres acutas. Sãguis enim calidus
& humidus circa cor & hepar, & pectoris conca-
uitates cum putreſit, cerebrũ quadam groſſa ven
toſitate percutiens, ibi apoſtema generat, quod
poſſumus videre ꝑ ſimilitudinẽ ignis in camino:
nam fumus quotidie caminũ attingens, fuliginẽ
ibi generat. ¶ Phreneſis aliqua vera, aliqua nõ ve- (*Duplex phreneſis: vera & non vera.*)
ra Phreneſis vera fit ex humore cholerico, vel ex
fumoſitate cerebrũ aſcendẽte, & ibi apoſtemata
generante. Cum itaq; ibi apoſtema generatur, in
B ipſis panniculis cerebri, cerebrum ipſum, in quo
ſenſus fundatur, grauatur, & ideo ſenſu & ratio-
ne priuatur infirmus, vnde ſequitur mentis alie-
natio, vigilarũ inſtãtia propter humoris feruorẽ:
febris indeficiens, mentis inſania, oculorum mo-
bilitas præter ſolitum, ſtridor dentiũ, æger ducit
manus hincinde, tanquã aliquid de pariete euul-
ſurus, vel aliquid poſiturus. Aliquando ſurgit æ-
ger furioſus de lecto, volẽs aſtantes percutere, vel
volens ſe de feneſtra pręcipitare, vel capere arma,
C quandoq; cantat, quandoq; plorat, quandoq; vi-
detur illi, quòd hoſtes armati inſidiãtur ei, aliena
& fatua loquitur: vrina diſcolorata, & tenuis: q̃
omnia ſunt ſigna verę phreneſis. In nõ vera phre-
neſi eadem ſunt ſigna, excepto quòd vrina non a-
deo eſt diſcolorata: nec adeò tenuis, nec adſunt
accidentia ita fortia, nec ſunt ita cõtinua, ſicut in (*Signa futuræ phreneſis.*)
vera phreneſi. ¶ Poteſt ſiquidem peritus Medi-
cus per vrinam futuram phreneſim cognoſcere,
vt vrina in huiuſmodi febribus, quibus ſuperue-
D nit phreneſis, ſubitò de die in diem mutatur, ver-
bi gratia: ſi hodie vrina in febris cauſone, ſiue ter-
tiana duplici, vel mediano hæmitritęo, & ſimilib.
nigra apparet, cras verò ſubitò, & ſine aliqua ma-
nifeſta cauſa mutatꝰ eſt color ipſius vrinæ in ſub-
citrinum, & pallidum colorem: tunc enim ſignũ
eſt, quòd materia rapitur ad cerebrum, & fit phre
neſis, tũc Medicus cautus & ingenioſus ſit & in-
tentus ad curandum eam, antequã confirmetur:
quia poſtquam confirmata fuerit, incurabilis eſt,
E & tunc ſolis prognoſticis relinquendus eſt æger: (*Cura.*)
Non enim nouit Medicus mortuos ſuſcitare. ¶ Si
igitur phreneſis nondum cõfirmata fuerit, cura-
bitur hoc modo: videl. vt particularibus curatio-
nibus ſpecialiter intendamus. In hac enim ægri-
tudine oportet multũ particularia inſpicere: ſe-
cundũ enim quod vult Galen. qui vniuerſale co-
gnoſcit, particulare aũt ignorat, multoties in cu-
ratione peccabit. Et ꝓpter hoc Pariſienſes & Vl-
tramontani Medici plurimũ ſtudent, vt habeant
F ſcientiã de vniuerſali, nõ curãtes habere particu-
lares cognitiones, & experimenta. Memini enim
vidiſſe quendam maximũ in artibus, naturalem
logicum & theoricum optimum, in medicina tñ
vnum clyſtere, ſeu aliquam particularem cura-
tionem nõ nouit ordinare, & vix ephemerã ſcie-
bat curare. Et Medici *mõtis Peſſulani, ſicut Ma- (*al. Neapolitani)
giſter meus, & alij probi viri, q̃ fuerunt ſcholares,
qui ſtudent ſatis habere ſcientiam de vniuerſali,
non pręternittentes ſcientiam particularẽ: vnde
G magis reſpiciũt ad curationes particulares, & di-
daſcola & vera experimẽta habere q̃ ſemper vni-
uerſalib. incũbere. Attẽdamus igitur particularia
hoc modo. Collocetur primò patiẽs in domo ob-
ſcura, in lecto nõ rutilante, nec habeat ſuꝑ ſe pan-
nos diuerſorũ colorũ, nec quos odio habuit tem-
pore

pore ſanitatis ſint ibi, nec aliquę confabulationes hominũ, poſſunt tñ eſſe aliqui amici ſui, q ſedeát in pace, & nõ loquátur. Infrigidetur aer artificialiter hoc modo. Accipiátur 10. vel 15. ſpongię marinę maiores, quas inuenire poteris, & facias eas in aqua dulci optimè lauari, deinde imbibantur omnes in aceto optimo vinaceo, & circumcirca lectum ſuſpendátur in pariete, vt aer infrigidetur, & purificetur in loco illo, nec ſint picturæ ſeu imagines aliquæ, & frondes vitis ſalicis, cãnarum ſemperuiuæ & huiuſmodi herbarum ſimilium, per cameram ſternantur, & aqua frigida deſuper irroretur. Si ergo fuerit plethoricum, viribus & ætate permittẽtibus, fiat minutio de vena mediana brachij, ſecundò de cephalica, tertiò ſi adhuc durauerit ęgritudo, de vena frontis fiat minutio, poſtea prouocemus ſeceſſum cum aliquo ſuppoſitorio leui, vel faciamus clyſtere lenitiuum, poſtea mordicatiuum & forte, tribus vel quatuor vicibus inter diem & noctem. Cùm itaque patiens aſſellauerit mediantibus ſuppoſitorijs, & clyſterijs, faciamus radi totum corpus eius, & ſtuppam canabinam in aceto tepido infuſam, capiti apponamus, quod non niſi actu frigidum capiti debet apponi, ſecundum Auic. & Alexandrũ: deinde catulum paruum, & lactentem retrò per dorſum ſcindi faciamus, & abiectis interioribus, capiti calidum ſuperponi faciamus, vel gallum ſciſſum per medium, vel pulmonem pecoris, ſeu arietis, ſtatim cum à corpore animalis extrahitur, capiti apponamus: Itẽ capſula cordis arietis, ſeu pecoris calida, cum à ventre extrahitur animalis & oleo viol. infuſa, & capiti appoſita valet. ¶ Poſt autẽ appoſitionẽ catulorum, & prædictarũ rerũ epithemetur caput hoc modo: accipe ſuccum apij, lac mulierum, oleum vio. & parum opij, & liquori tepido petia infundatur, & capiti applicetur, quoniam eſt mirabile, & expertum ad hoc. Et fiant magis hæc cataplaſmata in anteriori, vel circa mediã cellulam capitis, cum phreneſis fiat in anteriori cellula capitis, vt dictum eſt, & media cellula anteriori compatitur. ¶ Aliud epithema ad idem: Recipe ſucci ſolatri, ſemperui. craſſulæ cymbalariæ, & raſu. cucur. & corrigiolæ & hypoſelini aquatici, addito modico lacte mulieris, aceti, agreſtæ, & olei vio. omnia ſimul miſta, & in huiuſmodi liquore tepido petia infundatur ter, vel quater, & bis in nocte applicetur. Vel extrahatur ſuccus ab hypoſelino aquatico, depuretur, fex abjiciatur, & in claro ſucco apponatur farina hordei, & fac emplaſtrum capiti mediante petia lini, vſque ad frontem ter vel quater tepidũ in die apponatur. Item radix lilij trita, farina hordei, & parũ olei & aceti miſta, & cataplaſmata valẽt: pedes eius, & man⁹ vſq; ad brachiũ ex aqua decoc. mal. myrti, ro. & huiuſmodi lauẽtur. Prouocetur ſternutatio, nõ cum vehemẽter diſſolutiuis, ſed cum leuib. ſicut cum pul. cãphoræ narib. iniecto, vel cum petia, ol. viol infuſa, & in naribus profundè immiſſa. Et ſi cum his omnibus materia reprimi nõ poſſit, ſed iam aſcẽderit, vtatur prędictis phlebotomijs, ſi corpus fuerit plethoricum, apponantur etiam duæ vel tres ſanguiſugæ naribus, vel etiã ſang. cũ ſetis porcinis de narib. educatur, quia per hoc materia minuitur. ¶ Diæta eorũ ſit ſubtilis & frigida. Syrupũ iulep bibát, vel ſyrupum factũ ex iuiubis, ſebeſtẽ, viol. prunis ſiccis, & ſacch. deinde purgentur cum decoc. in ca. de dolore capitis, ex ſang. vel cholera facto, dicta. ¶ Emplaſtrũ iſtud prouocatiuum ſomni tepidũ à media parte frõtis, vſq; ad mediã partẽ capitis patiẽti apponatur: R. ro. vio. ſanda. al. & rub. an.* ʒ.3. opij ʒ.1.s. ſe. hyoſcyami, papaueris al. lactucæ, portul. an. ʒ.2. corticum mãdrag. ʒ.s. ol. ro. vio. lactis mulieris, & aceti alb. quãtum ſufficit. Et nota, quòd prędictis remedijs cõuenienter factis, vt decet, ſi adhuc inſania perſeuerauerit cum vigilijs, & diſcoloratione vrinæ, maximè in die tertia, deſperandum eſt de patiente Opium ſolum cum lacte mulieris diſtemperatum, & naribus illinitum, vel 2. vel 3. guttę ex eo in naribus inſtillatę ſomnũ prouocat. Itẽ ſolam rad. mãdrag. tritam, & cum ol. viol. & cum farina hordei, & ſucco lactucæ, & al. oui ſimul miſce, & frõti & tẽporibus applicetur, præcedente fricatione loci cum manu, quia ſomnum prouocat. Item ʒ.1. ſe. lactu. vel papaue. al. poſita in cibo & data, idẽ facit. ¶ Syrupus ad ſomnum prouocãdum optimus: R. ſebeſten *℥.2. linguæ canis *℥.1. vio. ʒ.4. ſe. papaue. al. portu. lactu. an. ʒ. s. hordei mundi ℔. s. ſe. mal. ℥.2. corticum mandrag. ʒ.1. ſanda. al. & ru. an. ʒ. quart. ſacch. quãtum ſuffi. ¶ Emplaſtrum Mag. mei, quo ſemper vtebatur in hac ægritudine, & in omnib. alijs febribus, vbi eſt neceſſe ſomnum prouocare: R. ſanda al. & ru. ro. an. ʒ.2. ſe. papauer. alb. hyoſcyami an ʒ quart. ſe. portul. lactucæ an. ʒ.2. corticũ mãdrag. ʒ.2.s. opij thebaici ℥.2. gummi arab. ʒ. 3. caſſiæli. ʒ. 1. s. terantur omnia, & confice cum al. oui aqua ro. & lacte mulieris, vel cum aliquo prædictorum, & frõte prius fricato cum manibus leuiter, & temporib. applicetur. ¶ Pomũ, quod ſi odoratur, ſomnum prouocat: R. folia mandrag. & cortices radicũ ipſius, lac papaue. hortenſis, & folia ipſius, & farinã hordei, & confice in modum pomi, & da ad odorandum, quia ſomnum inducit. Aliud ad idem: R. opij, croci an. partem vnam, ceræ albæ par. 2. & iunges eis ol. ro. & ex his omnibus vnge faciem, nares, aures, & frontem: quia citò prouocat ſomnum pro certo. Suffumigium ſomnum prouocans: R. ſtoracis armoniaci, bdellij, corticis radicis mãdrag. opij an. *ʒ.1. vel quantum vis, fac pul. & magdaleones forma in modum auellanæ cum ſucco mãdrag. & hyoſcya. pone vnum vel duos iuxta carbones ardentes cum volueris, & patiens fumum recipiat ex eis, & dormiet. ¶ Item ad ſomnum prouocandum ita fortiter, quòd totus homo poteſt incidi, quod nõ ſentiet aliquid, ac ſi eſſet mortu⁹, & eſt experimẽtum Mag. Michaelis Scoti: R. opij thebaici boni, corticis mandrag. rad. hyoſcya. leuiſti. an. *℥.1. tere fortiter, & cum aqua frigida agita & dimitte reſidere, quod ſi vis hominẽ ſuere, vel ſcindere, quòd nõ ſentiat, infunde ibi pannum lineum, & vnge frontem ab vna aure vſque ad aliã & nares ſimiliter, & citò dormiet, & ita fortiter quòd poteris facere, quod volueris. Et cũ volueris eum excitare, infunde pannum in forti aceto, & pone ad nares ei⁹, & ſtatim euigilabitur, & hoc eſt optimum in phreneſi, quando nõ potes phreneticum facere dormire. Item hyoſcyami radix cum mentha trita, & fronti cataplaſmata inducit ſomnum, quod ſi non, morietur phreneticus. Item vngula cum populeon trita, & fronti appli-

Emplaſtrum ſomniferum.

*al. ʒ.4.

Syrupus ſomniferus.

*al. ʒ.2.

*al. ʒ.1.

Emplaſtrum.

Pomum.

*al. ℥.2.

Somnum fortiſſimè prouocans.

*al. ʒ.1.

cata somnum inducit, quod si non, moritur febri-
citans. Itē si vis scire, si phreneticus, vel quis alius
moriatur ex ægritudine, quam patitur ad præ-
sens, vel non: Accipe pannum lini albi, & lotum,
& desiccatum bene, & infunde ipsum in vrina pa
tiētis, postea per horam ablue ipsum in aqua: Et
si aliqua liuiditas, vel color plūbeus, vel pallidus
in panno remanserit, non euadet. Item certum si-
gnū ad hoc, & in alijs febribus est istud, quòd fri
cetur frōs infirmi cū lardo, pane, carnibus vel ali
quo simili, & proijciatur canib. & si comedūt, si-
gnū est, quod euadet: si nō, signū est, quod morie
tur. Hæc sunt somnifera: opiū, mādrag. hyoscya-
mus, papauer, portu. lēticulę aquarū, psylliū, vio.
ro. nenuphar. lactuca, sēperui, anetū, armoni. &c.

ADDITIONES.

DIcit Rhas. cùm essem plurimū solicitus circa
medicamina, oportebat me in nocte pluri-
mū vigilare, & tandiu feci, donec somno omninò
carui, & vsus fui rebus diuersis, quæ mihi nihil
profuerūt: vltimū verò naribus meis imposui ol.
nenuph. incepi comedere lactucas, quibus sum
vsus omni tempore meæ iuuētutis: & somnū re-
cuperaui, & nil vtilius inueni in hoc. Item dicit
Rhas. egò nòn indigui in hęmicraneis acutis alia
medicina, nisi apponere ol. nenupharinū narib⁹,
& inungere eo tempora: hæc.n. vnctio olei prædi
cti valet ad cephaleam calidam, vaporibus ad ce-
rebrum ascendētibus, ad vigilias in phrenesi mi-
sto cum cera alba, ol. ro. valet in apostematib. ca-
lidis stomachi, & hepatis, & valet in vlceribus ve
sicæ & renum clysterisatum, & immissum per sy-
ringam valet ad ardorem vrinæ. Fiat autē ol. ne-
nupha. ex floribus nenupha. sicut ol. ro. de ros. &
oleo de violis. Expertus quidam in omnibus in-
differēter febricitantibus, & nō febricitātibus ex
quacūq; causa: somnū prouocabat hoc modo: R.
succi hyoscyami partem 1. & de succo cimarū sam
buci partes duas, & dictos succos in cannello po-
nebat, & opilabat bene, seu claudebat os dicti cā-
nelli cum stuppa, vel aliquo simili, & ipsum can-
nellū in aqua in caldario ponebat, & faciebat diu
dictam aquam bullire, ac si essent carnes, quę de-
coqui deberēt: deinde de prædicto succo inspissā
to inungebat frōntē, tempora, & venas pulsatiles
brachiorum, & tibiarum, ac pedū, statim prouo-
cabat somnum. ¶ Spongia, cū qua chirurgi pro-
uocant somnum, quando volunt hominem inci
dere in aliquo loco, vel suere, vt nil sentiat: R. suc-
ci mandrag. hyoscyami papaueris, hederæ arbo-
reæ an. ℥. 2 opij thebaici ʒ. 1. teratur opium subti-
liter, & cū succis prædictis distēperetur, & in his
omnibus spongia imbibatur, & siccetur in Sole,
& serua quantum vis: & cùm volueris somnum
prouocare, vt etiā incidere possis, ponatur spōgia
in aqua calida ex vna parte, vt aliquātulū resolua
tur, & ex illa parte naribus applicetur, & prouo-
cabitur statim somnus fortis: cùm verò eum vo-
lueris euigilare, habeas spōgiā imbibitā in succo
fœniculi, apij, cum aliquantulo anisi, fœn. & cymi
ni exsiccatorū in Sole. & in vino ca. resoluatur, &
molliatur, naribus applicetur, statim euigilabit.
¶ Suffumigium probatū per M. meū ad faciendū
dormire, quousq; volueris: R. myrrhę optimæ, se.
lactucæ, papaueris al. corticis radicis mādragoræ
an. quorū quodlibet puluerisetur per se, & omnia

Spongia somnifera.

Suffumigiū.

simul mista temperentur cum felle vaccino, & fa
ctis ex eis pillulis in modū cicerum, ponātur su-
per carbones accensos, & suffumigia, quousq; vo
lueris: quia dormiet statim. ¶ Ad idem: bdellium,
stercus columbarum, & radices mandrag. an. mi-
sce cum dicto felle, & suffumiga, vt dictum est su
prà, quia quousq; volueris soporabitur: vel suma
tur opium bonū, euphorbiū, & muscū purissimū,
fiat, vt sup. tamē nō fugies, nisi linire nares, aures
plātasq; manuū, & pedū butyro vaccino recenti.

De Lethargo, & Subeth, Cap. XI.

LETHARGVS est apostema, qđ fit in po
steriori cellula capitis: & dicitur à λήθη
quod est obliuio, quia reddit hominem
obliuiosū: causatur passio à causis diuer
sis, ex phlegmate peccante secundum substantiá
& quantitaté existenté in essentia cerebri, vel ab
alio loco ad ipsum cerebrum transmisso. Et acci-
dit hæc passio in quotidiana, continua, in minori
hemitritæo, & in peripneumonia: vnde non est
morbus per se, sed prædictis superuenit morbis,
in quib. phlegma ex actione caloris ebulliētis ra-
pitur ad cerebrum, & in posteriori cellula capitis
colligitur, & fit hoc apostema in ipsa posteriori
cellula capitis, ita quòd nō in alia parte. Letharg⁹
siue subeth, quod idē est, alius verus, alius nō. Ve
rus fit ex plegmate quādoq; cū admistione chole
ræ: nō ver⁹ fit ex phlegmate salso. ¶ Signa lethar-
gi sunt hæc: grauedo totius corporis, & maximè
capitis, quādoq; insensibilitas, oculos semper te-
net clausos & oppressos, & somnus phātasticus:
æger si vocetur, vix respōdet, & si loquitur, loqui
tur aliena, adest frigiditas extremitatū, ęger iacet
supinus. Si à Medico, vel ab alio super aliquod la
tus cōuertatur, iterū supinatur: adest febris cōti-
nua, vrina discolorata & spissa, priuatio loquelæ
propter obstructioné originis neruorū vocaliū,
frōtis & palpebrarum liuiditas, priuatio egestio-
nis: iacet patiens vt trūcus in lecto, omnes opera-
tiones animę sūt impeditę, ita quòd si p capillos,
& p barbā trahāt huc & illuc, quādoq; nō sentit.
¶ Cui passioni in hūc modū est subueniēdum, vt
quatuor regulas attendamus. Prima, vt posterior
cellula capitis abradatur, qua abrasa nihil actu fri
gidi apponatur: 2. est, vt nihil repercussiui capiti
apponatur: 3. vt Medicus elaboret ad ingeniādū,
ne patiens dormiat: 4. regula est, vt insistamus sē-
per cū suppositorijs, & clysterijs acutis & mordi
catiuis, vt materia ad inferiora trahatur: & si cum
hoc nō potest plenariè mareria trahi ad inferiora,
quod mūdificetur corpus cum aliqua medicina
cōpetenti. Primò igitur cōstituatur patiens in ali
qua domo clara, lucida, multoties & sępe infeste-
tur, pulsetur, clametur, sonetur, & per capillos &
barbā trahatur, per pilos etiam coxarum & pecti
nis. Magister meus iussit suspendi ad caput lecti
cuiusdam militis Neapolitani, qui lethargicus e-
rat, suem vnam per pedem, qui audiens cōtinuū
clamorem suis vociferantis intantum terrebatur
quod dormire non poterat. Cuidā alteri fecit ca-
put abradi, postea iussit, quòd caput illius inūge-
retur melle, quod factum est: & sic muscæ incepe
runt eū intantū infestare, vt dormire nō poterat
percutiendo semper muscas, & sic curatus est à
lethargo. ¶ Fiat minutio de vena, quæ est in me-
dio frontis, & vsq; ad ℔. s. sang. ab ea extrahatur:
nam

Signa.

Cura.

ná ſicut dicit Hippo. Poſteriora capitis dolentia, &c. vel ſanguiſugę in medio frõtis apponátur. Itẽ fiát clyſteria, & ſuppoſitoria acuta, quoniá ſępe & ſæpius in hac paſſione ſunt multũ vtilia, fricétur extremitates manuũ, & pedũ ſæpe ſale, nitro, fuligine, & aceto ſimul miſtis. Itẽ fiat ſuffumigiũ ex capillis cõbuſtis ſub naribus, vel de cornu ceruino, caprino, vel arietino, vel elychnium de bõbace ol. intinctum, accẽdatur, extinguatur, & fumus eius ſub naribus patiẽtis ponatur. Suffumigatio etiá ex aſſa fœtida, ſerapino, opoponaco, & huiuſmodi valet ad idẽ. Itẽ ſternutatiuũ fiat non cũ helleboro, nec condiſi, & ſimilibus vehementer diſſolutiuis, quia propter nimiam diſſolutionẽ, quá faciunt, lędunt multum cerebrum: ſed cum caſtoreo diſtẽperato cũ ſucco fœn. & mittatur in narib. ꝑ quoddá inſtrumẽtũ, quod dicitur naſale, vel alio quocũq; modò, quia mirabiliter neruos cõfortat, & virtutẽ animalẽ cerebri. Itẽ ſuccus bletæ tepidus ſpeciale eſt remediũ ad hoc. Itẽ fiat gargariſma ad hoc probatũ ex aurea Alex. cũ vino calido miſta. Item virtute exiſtente forti, purgetur lethargicus cũ *℥.1.s hieræpicræ Gal. quia mirabiliter valet cum deco. vio. prunorũ: ſe. communiũ polypodij. & ſe. fœn. addita ʒ.1. myrobal. chebulorum. ¶ Experimentum Hybernici ad inducendũ memoriá lethargicis, & ad eũ curádum expertũ, detur *ʒ.qu. pul. piperis, cum bono vino puriſſimo, calido in potu patiẽtis, poſtea poſterior pars capitis abraſa, melle inungatur calido, & puluis iſte ſuperaſpergatur: R. cinnamomi. ʒ. quart. anacardi ʒ.s. ſtercoris caprini deſiccati ʒ.1. pyrethri ʒ.s. omnia ſubtiliter pulueriſata, ſupra prædictum mel aſpergantur, & poſtea tegula calida ſæpius ſupponatur: hac enim cura fatetur Hybernicus multos curaſſe lethargycos. Aliud experimentũ Magiſtri mei ad inducendum memoriam lethargicis, accipe ficus ſiccas, & ſi corpus hominis fuerit pingue, decoquantur in aceto, ſi verò macilentum, decoquãtur in aqua, & cũ decocti fuerint, terantur, cum ſe. ſinap. fiat ſinapiſmus, & in poſteriori parte capitis abraſa ponatur tepidũ. Aliud ad idem: acetum & caſtoreum tepidum epithemetur: Aliud ad idem: agnuſcaſtus, apium, ſaluia coquantur in aceto, vel agreſta, vel aqua ſalſa calida ſalmatina, & fricetur ex eis poſterior pars capitis ſæpius. Aliud: Recipe pul. caſtorei. capillorum hominis combuſtorum, ſaluiæ, ſauinæ ana terantur, & temperentur cum ſucco apij, tepidum occipitio applicabis. Item emplaſtrum factum de ſucco mẽthæ Romanæ vel cõmunis, pulueris ſtaphiſagriæ & caſto. occipitio raſo, mediãte frictione manus, appoſitũ, ter vel quater in die renouatum, miro modo valet. Et ſemper cum renouatur emplaſtrũ, lauetur occipitium cũ vino, vel aqua decoctionis ſaluiæ domeſticæ vel agreſtis: hæc. n. paſſio pro deſperata habetur, & huiuſmodi lethargicos tãquá mortuos in cũra accipere debemus. Inſtilletur vinũ lymphatum, vel purum per os: detur ſyrupus factus de ſaluia agreſti & mẽtha cõmuni, tamẽ maior quãtitas ſit mẽthę, q̃ ſaluiæ. Epithema aliud optimũ: caſto. in ſucco rutæ bul. & aceto. & facta frictione manus in occipitio, epithemetur ibi. Itẽ ſinapiſmus ibidẽ poſit⁹ ex ſucco apij, pul. ſinap. aceto, & humiditate anacardorũ, idẽ operatur. Et hæc de emplaſtris & e-

*al. ℥.s.

Expertum.

*al. ʒ.qu.

A pithematib. in lethargi cura dicta ſufficiát. ¶ Nota tamẽ, quòd ſi maior diſcoloratio vrinæ, & tremor in mebris ſuperuenerit, tũc lethargicũ relinquamus, ipſum S. Spiritui comẽdemus, & tradamus ipſum Sacerdotib. & ab eo fugiamus. Si verò vrina incipiat colorari, ſymptomata minui, & medicamina, quæ fecerimus, proficiunt, tunc de ſalute ſperemus, tunc purgationem ſupraſcriptá & alia neceſſaria faciamus. ¶ Quòd ſi ex nimia dẽtium conſtrictione ſequeretur amiſſio loquelæ, B ſicut ſæpius accidit, aperiamus dentes artificialiter cum cultello, & linguam lauemus cum vino decoc. ſaluiæ, & caſtorei, & ipſe puluis caſtorei fricetur per linguam, & theriaca vel mithridatum inclinato capite, vt ſaliua poſſit effluere: Et nota, quòd quando phreneticus fit lethargicus, malũ ſignũ eſt, & quãdo lethargicus fit phreneticus, optimũ ſignũ eſt. Vnde quidá ponũt lethargicũ in bal. de cal. herbis facto, vt eam ſoluat, vel ſaltem phreneſim inducat, quod nunquá facere volui, C quoniã valde timoroſũ & periculoſũ eſt. ¶ Quòd ſi denegetur vrina lethargicis, in aqua bulliát farina tritici, farina hordei, farina cicerũ, mal. apium æqualiter, ſenetiones, & ex iſta aqua lauetur patiẽs vſq; ad vmbilicum, & pòſt dicta ſupra pectẽ emplaſtrentur, & aliqua remedia in cap. de ſtranguria dicta, fiant, ſi fuerit oportunum. Ius gallinę decoctum cum petro. & apio detur, ſaccharũ & penidiæ & ſyrupus vio. dentur interdum. ¶ Nota quòd liuiditas faciei, ſudor fact⁹ in capite, tremor D & inordinatus motus manuum, cùm ſanguiſugę fronti apponuntur, & non adhærent, ſunt ſigna mortalia in lethargico. ¶ Experimentum, quòd dicit ſe probaſſe pluries Magiſter Petrus Hiſpanus, & cum eo multos lethargicos curaſſe. Primò fecit radi occipitium, deinde fecit ibi euaporationem cum aceto decoc. ſaluiæ & ſaturegiæ, prædictas herbas fecit lóco apponi per horam, deinde remoueri iuſſit, cinerem thymi combuſti, & cantarides & pul. ſe. ſinapis pulueriſatum cum em- E plaſtro apoſtolorum cõficere fecit, & hoc emplaſtrum occipitio fecit apponi, & ſtatim attraxit ad partes exterioris cutis materiá, quę faciebat ibi apoſtema, & curatus eſt patiẽs. ¶ Experimentum quòd habui à fratre Ioan. probatum ad lethargũ: primò radatur poſterior pars capitis infirmi, deinde lauetur fortiter cũ forti aceto tepido, & diu fricetur cũ páno aſpero, donec rubeſcat: deinde puluis cãtaridũ ſuperaſpergatur, petia lini ſubtilis in aceto madefacta ſuperponatur, pul. & frõdẽ F caulis pone ſuprà, dimittatur ſic eſſe per vná noctẽ vel per vnũ diem: deinde diſſoluatur locus, ſi inueniãtur ibi multæ ampullæ, nõ rũpantur, ſed ſuperponãtur plures frõdes lapatij acuti, quater in die remouẽdo vſq; ad 4. vel 5. dies, & liberabitur patiẽs. Et nota, quòd ſi locus nõ ampulletur, ſignũ eſt, quòd apoſtema iá cõfirmatũ ſit in loco, & quod patiẽs liberari nõ põt: ſed ſi ampulletur, ſpes eſt ſalutis. ¶ Et ſi cũ toto hoc nõ poſſit excitari, apponãtur ſcarabei viui, qui voluunt ſtercora G animaliũ ſub media cortice nucis, duos vel tres circa occipitiũ, bene raſum prius, & ſuper muſculos brachiorum à parte anteriori in vnoquoq; vnum, & ſub plãta pedis, vnũ ſub vnoquoq; pede, bene ligentur ibi, quia mirabiliter excitãt. Et Ma. Ioan. de Florẽtia hoc remedio excitauit quendá,

Prognoſtica.

Si abnegetur vrina.

Experimẽtũ.

Aliud.

Aliud.

qui excitari non poterat per septem dies elapsos, & cũ cãtharidibus fecit vesicationes in occipitio, & liberatus est: scarabei etiam, qui stant sub lapidibus, vel in balneis boni sunt.

De cognitione vniuscuiusq; Humoris per vrinam in sanis & ægris, Cap. XII.

QVONIAM in corpore humano quatuor sunt humores secundum naturã tẽperamentum ostẽdentes, secundũ quod corpus est sanũ, vt multũ, & vt tunc: sed in hoc contingit eos quãdoq; excrescere, & minui, vt quandoq; excrescit cholera, aut sang. aut phlegma, aut melãcholia, & tũc ipsius hu. excessu immutatur vrina in colore & in substãtia. Caliditatis n. est colorare vrinam, frigid. discolorare, humiditatis inspissare, & siccitatis attenuare.

Vrinæ cholera

¶ Verbi gratia: si dominatur chol. rubea homogenea, tũc eius vrina erit rufa, & tenuis per totũ. Quòd si ipsa cholera rubea putrefiat, facit causon. quandoq; tertianã & huiusmodi, tunc ipsa vrina apparet similiter rufa, magis incẽsa, & p totũ tenuis, cũ quadã liuiditate. Si verò dominatur cholera citrina, tũc erit eius vrina citrina, cum substantia non multũ tenui. Si verò putrefiat, & facit tertianam, tunc ipsa vrina erit citrina, vel rufa, magis incẽsa, in substãtia tenuis, ad quãdã mediocritatẽ tẽdẽs. Si verò cholera vitellina dominatur, tunc eius vrina apparebit subcitrina, remissa cum quadã paruula spissitudine, similis in colore vitello ouorũ. Si verò facit tertianã, tũc in eodẽ colore vrina apparebit, sed magis incendetur color eius, & cum quadã spissitudine apparebit. ¶ Quòd si phlegma salsum in corpore dominetur, vrina apparebit citrina, vel subcitrina remissa cũ quadã spissitudine mediocri. Quòd si putrefiat, fiet vrina rufa: vel subrufa, incensa in colore, & in substantia mediocriter spissa, si faciat quotidianam de phlegmate dulci, tũc in eadẽ substãtia & colore manet vrina, sed magis incenditur in colore, & in substãtia per totũ apparet spissa. Acetosũ verò phlegma, quod infectũ est melãcholia, facit vrinã pallidã, vel subpallidã, glaucã, lacteã & albã, mediocriter spissã: cum verò putrefit, & facit quotidianã, magis incenditur ipsa vrina in colore. Phlegma verò vitreũ, quod est coagulatũ propter debilitatẽ caloris naturalis, facit vrinã spissam, & globosam per totum, eodẽ modo apparet, cũ facit quotidianã, & semper in principio apparet vrina globosa, & spissa: cum verò iã appropinquat ipsius digestio humoris, ipsa vrina incipit attenuari. Vnde signũ digestionis in vrina qualibet, quæ in principio apparuerit tenuis, in initio cuiuscũq; morbi est eius inspissatio: in phlegmate verò vitreo, in quo in principio vrina apparuit spissa, & globosa, signũ digestionis ipsi⁹ est attenuatio ipsius vrinæ.

Vrinæ sanguinis.

¶ Sãguis itaq; rubeus est, & spissus. Debet esse eius vrina rubea & mediocriter spissa, præterquã si sãg. fuerit aquosus, spissus, & adust⁹: quia tũc vrina talium erit rubicũda, & spissa: & si vltra modum extẽdatur, faciet synochum, & huiusmodi, nisi cum phlebotomia, & alijs inferiùs dicendis, citò succurramus.

Vrinæ melancholiæ.

¶ Melãcholia aũt naturalis facit vrinã pallidã, glaucã, lacteã, vel albã, & cũ magis accẽditur facit quartanã: nã coloratur magis vrina, & apparet tenuis.

De significationibus vrinarum & primo de alba.

¶ Vrina alba, tenuis multũ, & sæpe micta, diabetẽ significat. Vrina alba & tenuis longo tempore ægritudinis præcedẽte, hydropisim significat. Vrina alba, & tenuis, micta multũ in fine febri. deficientiũ, ephemerã significat, & quotidianã de phlegmate vitreo. Vrina alba & tenuis, cum granulis in circulo superiori distinctis arthe ticã, seu catarrhũ significat. Vrina alba & tenuis, quasi virens in circulo plumbeo superiori, epilepsiã significat. Vrina alba, & in substãtia per totũ spissa, phlegma naturale sine feb. abundare significat. Vrina alba, & mediocriter spissa, phlegma acetosum sine febre abundare significat. Vrina alba, & mediocriter tenuis, in febre veniens, lethargiam significat. Vrina alba in substãtia mediocriter spissa, cum quadã gleba indigesta, quotidianã ex phlegmate vitreo significat. Vrina tenuis alba, in puero veniens mala: nam vrinæ aquosæ in pueris pessimæ sunt, Hipp. testante. Vrina tenuis & alba in sanis hominibus veniens, multam potationem significat, cum largo cibo, & maxime si sit vinum exile, sicut dicit Theophilus: in senibus verò talis vrina veniẽs, debilitatẽ virtutis digestiuæ significat. Vrina tenuis, & alba in tertiana, & causone, vel huiusmodi feb. adurẽtibus veniens, phrenesim futurã significat.

De vrina pallida.

¶ Vrina pallida, vel subpallida, charops, glauca, vel lactea, in substãtia per totum spissa, phlegma naturale sine feb. significat abundare. Vrina pallida, vel subpallida, charops, lactea, vel glauca, in substãtia p totũ tenuis, melancholiã naturalẽ sine febri significat. Vrina pallida & in substãtia mediocriter spissa, phlegma acetosum digestum, sine febri, abũdare significat: tenuis verò, indigestionẽ ipsius phlegmatis acetosi esse, significat. Vrina lactea, tenuis in principio feb. adurẽtiũ veniẽs, mala: in declinatione in multa quantitate veniẽs, significat solutionẽ ęgritudinis. Vrina pallida, & p totũ spissa, in feb. acuta veniẽs, lethargiã significat. Vrina pallida, in substãtia per totum spissa, sine febri, lõgo tẽpore prę cedẽte leucophlegmatiam .i. hydropisim de phlegmate generatã, significat.

De vrina subcitrina.

¶ Vrina subcitrina, & pallori vicina, in substãtia p totum tenuis, melancholiã innaturalẽ abundare significat. Vrina subcitrina tenuis, nõ pallori vicina, & parum incẽsa cholerã naturalẽ sine feb. significat abũdare. Vrina subcitrina, in substantia p totũ spissa, quotidianam de phlegmate naturali significat. Vrina subcitrina, & in substantia mediocriter tenuis, plus ad mediocritatẽ accedẽs, quotidianã de phlegmate acetoso indigesto significat. Vrina subcitrina, in substantia mediocriter tenuis, plus ad tenuitatẽ accedẽs, choleram vitellinam sine febri significat: si fuerit incensa multum, tertianam, de cholera vitellina, significat. Vrina subcitrina, incẽsa, in substantia per totum tenuis, in iuuene cholerico veniẽs, cholerã naturalẽ sine febri significat abũdare. In puero verò duplicẽ, vel minorẽ hemitritęum, in muliere, vel in sene melãcholico & phlegmatico simplicem quotidianã significat: talis n. vrina, longo tempore præcedente veniens, erraticam vel quartanam significat.

De vrina citrina.

¶ Vrina citrina, & in substantia per totũ spissa, in iuuene cholerico, phlegma dulce sine febre abundare significat: in sene melancholico & phlegmatico, vel muliere, quotidianã de phlegmate dulci: in puero veniẽs duplicẽ, vel minorẽ hemitritęum nõ lõgo tẽpore præce-

præcedente vitium guttæ, vel hydropisim significat. Vrina citrina, in substantia mediocriter spissa, in iuuene cholerico phlegma salsum sine feb. abundare significat: in melancholico sene & phlegmatico, vel in muliere quotidianã de phlegmate salso: in puero duplicem vel minorem hemitritæũ, lõgo tẽpore præcedente, scabiẽ significat. Vrina citrina in substãtia mediocriter tenuis, plus ad mediocritatẽ spissitudinis, quã ad tenuitatem accedens, in iuuene cholerico phlegma salsũ sine febri abundare significat, & indigestionẽ: in melãcholico sene, & phlegmatico, vel muliere quotidianam de phlegmate salso: in puero duplicẽ, vel minorẽ hemitritæũ, significat. Vrina subcitrina, cũ spuma crocea, icteritiã croceã significat, cum viridi viridẽ, & cum nigra nigrã icteritiam significat. ¶ Vrina rufa, vel subrufa, in substãtia per totum tenuis, in iuuene cholerico simplicem tertianam significat: in melancholico sene phlegmatico vel muliere, duplicem tertianam significat: in puero verò minorem hemitritæum. Vrina rufa vel subrufa, limpidissima, vitium splenis & hepatis significat. Vrina rufa, vel subrufa, in substantia per totum spissa, & si liuens, quotidianã de phlegmate dulci significat. Vrina rufa, vel subrufa, p totum spissa & distincta, liuens cum appositione manus, pauco tempore præcedẽte, peripneumoniam seu pleuresim significat, vel quotidianam de phlegmate dulci cum rheumate: materia principali existente in spiritualibus, vel in matrice mulieris, vel guttam de causa cal. vel ascytem. Vrina rufa, vel subrufa in substãtia mediocri, & nõ liuens, quotidianã de phlegmate salso significat. Cùm verò appositione manus fuerit liuens, duo potest significare: vel minorem hemitritęum, vel quotidianam de phlegmate salso, cum rheumate principaliter existente in spiritualibus, vel in matrice in mulieribus. Vrina rubea, vel subrubea in substantia mediocriter tenuis in principio febris apparens, quotidianam de phlegmate salso indigesto, significat: Si in fine verò veniat hæc vrina in iuuene cholerico, materia existente digesta, tertianam simplicem significat: in sene verò melãcholico, vel phlegmatico & muliere veniens, duplicem, materia existente digesta, in principio veniens, minorem. ¶ Vrina rubea vel subrubea in substantia per totum tenuis, in iuuene cholerico simplicem tertianam, vel calefactionem hepatis significat: in sene melancholico, vel phlegmatico, vel muliere duplicem: in puero minorem hæmitritęum significat. Vrina rubea vel subrubea & distinctè liuens manu apposita, pleuresim significat. Vrina rubea vel subrubea in substantia mediocriter tenuis, non liuẽs materiam indigestam in duplici tertiana, significat. Vrina rubea vel subrubea mediocriter tenuis, & distinctè liuens à media regione superiùs cum appositione manus medium significat hemitritæum, materia existẽte digesta. ¶ Vrina rubicunda, vel subrubicunda, in substantia per totum tenuis, & liuens velut ignis, & cũ spuma fe. causon, quæ fit de cholera putrefacta in subtilissimis venis stomachi, pulmonis & hepatis significat: talis enim vrina in substãtia per totum spissa, & non liuens, significat synochum, hæc est febris facta de sanguine putrefacto intra vasa. Item huiusmodi vrina in substantia mediocriter tenuis causonem significat. i. feb. de sanguine & cholera putrefacta intra vasa: ex maiori tamen quantitate choleræ & minori sang. Item huiusmodi vrina in substantia mediocriter spissa, synochũ significat, & febrim factã ex sang. & cholera intra vasa putrefacta, ex maiori tamen parte sanguinis & minori choleræ. Vrina inops. i. sicut vinum inferiùs obscurum, & turbatum, rubeum vel subrubeum, cum quadã liuiditate crocea, superiùs apparẽs obscura, apostema hepatis vel renum significat. ¶ Vrina inops in acutis febribus & maximè in causone superueniẽs, maiorem adustionem significat, & quandoq; mortem propinquam huic febri superuenientem. Vrina kianos superueniens subcitrina, rupturam venæ in renibus, vel hepate, tam in viris, quàm in mulieribus significat. ¶ Vrina kianos in sanis hominibus superueniens laborẽ viæ, aut cursum multum significat esse factum: si verò in sene superueniat, lõgo tempore perseuerãs, calculũ significat. Vrina sanguinolenta in mulieribus apparẽs, mẽstruorum fluxum significat: in pueris vel mulieribus, pauco tempore præcedente, rupturam venę in renibus significat. ¶ Vrina nigra & pauca, fœtens, in acuta febri micta, mortem propinquã indicat esse futurã: hoc dico nihil mali habẽti in vesica. Vrina nigra præcedente viridi colore lucido, vt cornu lucidum, calorem significat adurentem. Vrina nigra, liuido præcedente colore, frigiditatem mortificantem significat. Vrina nigra, cũ substantia spissa in bona quantitate, in quartanarijs veniens, multitudine humorum, purgationem ostendit, & solutionem quartanæ significat. Vrina cuiuscumque coloris fuerit, habens arenulas rubeas in fundo vasis, vitium lapidis significat fore in renibus: si verò arenulæ in fundo matulæ existentes fuerint albæ, tunc lapidem fore in vesica significant.

De vrina rufa. De vrina rubea. De rubicunda. De inops. Kianos. De nigra.

De Febribus continuis & putridis, Cap. XIII.

PVTRIDA febris alia intra vasa, alia extra vasa. Materia extra vasa, vt quotidiana, tertiana febris erraticę, quartana & huiusmodi. Tales enim febres dicũtur putridæ, eo quòd ex principali vitio putridorũ humorum fiunt. ¶ Causæ autem putrescentium humorum sunt, sicut larga diæta & grossa, quies multa somnus multus & immoderatus, vigiliæ immoderatæ, passiones animæ, sicut tristitia, ira, & huiusmodi: aer etiam valde calidus, seu frigidus, regio, tempus, & huiusmodi. Causæ. n. putredinis sunt quinq;. s. multitudo humorũ grossities, & viscositas eorũ, obstructio pororũ, & fumositatũ retentio: quarum duæ vltimæ sunt magis potentes, & sufficientes ad putredinem faciendã. Obstructio. n. pororum ex quacumq; causa retinetur talis fumositas, ideò dissoluuntur, & corrumpuntur humores, putrescunt in vasis, vel extra vasa (vasa autem appello venas & arterias.) Tractaturi itaq; de continuis, dicamus quòd febres continuæ sunt illæ, quæ fiunt ex humore putrefacto intra vasa, & continuè affligunt patientem vsque ad criticam declinationem, sicut sunt synochus inflatiua, synochus putrida, causon & huiusmodi. Causę autem continuæ afflictionis sunt

Causa putredinis.

scilicet putredo continua, respiratio putredinis ad cor, & defectus materiei, propter principalem corruptionem sanguinis. Et ideò in synocho est requies nulla, cum in ea istæ tres causæ continuitatis congregantur. In alijs autem continuis, in quibus, nisi duæ causæ continuitatis concurrũt, aliqua requies fit, & licet cholera, & phlegma, & melancholia altera, sine vtraque qualitate putredini repugnant, tamẽ propter admistionem sanguinis cal. & humidi, qui cum eis miscetur, per interclusionem venarum continuè putrefiunt, sed in quibusdam horum plus, in quibusdã verò minus: & rursus licet humores sint admisti, tamen quãdoq; vnus tantũ corruptus est, & non alij. Et quia de eadẽ diæta humor vnus ad corruptionẽ, & ad putredinem habilior generatur, cõtingit interdum, quòd vnus de quatuor humoribus putrefit. Continuarum febriũ aliæ sunt simplices, aliæ sunt compositæ: simplices sunt, quæ ex vna tantùm materia in vasis putrefactæ fiunt, vt synochus. Compositæ verò sunt, quæ ex vna materia putrefacta intra & extra, vel ex diuersis humoribus putrefactis intus tantum, vel intus & extra fiũt, vt hemitritęi: & priꝰ de simplicibus agamus.

De Synocho inflatiua, Cap. XIIII.



Cvm sanguis superabundat in copore vltra debitum modum, præcipuè in spiritualibus, superaccendatur, & nõ putrefit, facit quandam febrem continuam, quæ inflatiua synochus appellatur: & dicitur inflatiua propter multã fumositatem, quæ pectus & pulmonem inflat, & etiam totũ corpus in hac febri inflatur. ¶ Differt autẽ synochus inflatiua à synocho putrida, & ab alijs putridis: qa in hac febri vrina non fœtet, & pulsus est fortis: in putrida autem vrina fœtet, & pulsus est inordinatus, constrictio velocior est, quàm dilatatio. Itẽ in hac febri apparet vrina rufa, vel subrufa, in substãtia per totũ spissa, & nõ liuens: in putrida verò liuet ipsa vrina. Sunt autem signa alia in synocho inflatiua. s. membrorum grauitas, venarum plenitudo, calor continuus, rubor oculorum & faciei, dolor frontis & temporum. In somno videtur infirmo, quòd videat lampadas quasi luminatas, & rubea corpora sicut scarlatum, corpus rubeum, sanguinem, rubeas picturas, & huiusmodi: hęc. n. feb. nisi citò curetur, in pleuresim terminari consueuit multoties. ¶ Curetur ergo hoc modo: Si nil obstiterit, fiat minutio in principio de basilica, vel quod melius est, de vena mese: quæ est inter basilicã, & cephalicam: extrahatur sanguis vsque ad lipothymiã: multi. n. sola minutione huiusmodi sunt liberati. Postea, si eius vẽter fuerit laxatus, competenter detur ℥. I. s. syrupi ros. vel viol. cum frigida: si fuerit constipatus, vsque ad quintum diem dentur ei cibaria refrigeratiua, & bonũ sanguinem generãtia, sicut sunt spinachia, borrago, lactucæ, pruna damas. in aqua elixata, succus granatorum, portulaca, scariola, mica panis ter vel quater cum aqua lota addito saccha. & similia dẽtur: & si nimium fuerit cõstipatus aliquod suppositoriũ ex lardo, & huiusmodi fiat, & aliquod clystere leue ex mal. mercuriali frõdibus vio. & furfure decoctis, additis cassiæfi. olei viol. sacchari viol. & huiusmodi, & fiat clystere. Post diem verò septimum si adhuc plenitudo durauerit, purgetur cum decoctione cap. Ve. hepaticæ, iuiubarũ, sebesten, scariolæ, prunorum & vio. in qua resoluatur cassiæfi. *℥. 2. tamarindorum & mannæ an. *℥. I. saccha. vio. *℥. I. s. Vidi quendam puerũ, qui patiebatur synochum inflatiuam, qui erat in tantum tumefactus & inflatus, quod omnes Medici ipsum pro desperato habebãt, cui quidam senex pauper petens eleemosynam superuenit, parẽtes dixerũt, vade cum Deo frater: & ille ait, quid habetis? & illi dixerunt vide quid habemus, & ostẽderunt illi puerum, & ille dixit: ite & accipite parietariã, & omni mane detur in potu de succo eius ℥. I. s. cum syrupo ros. vel vio. vel cum saccharo solo, & dictam herbam detis illi comedere in crispellis coctam, & hoc fecerunt vsque ad dies 19. & liberatus est patiens. In quarto verò die emisit maximam vrinæ quantitatem, & curatus est perfectè. Quòd si huiusmodi ægritudo cum apostemate fuerit, detur ptisana hordei, & cętera suprà dicta in præcedentibus capitulis. Pro dolore capitis fiat inunctio ex oleo nucum, vel viol. vel pulegio & similibus, vel epithementur frons, & tẽpora de sand. al. & ru. vino distemperatis cum aqua ro. & succo semperuiuæ, lauentur manus, & pedes in aqua decoc. florum chamo. vio. & mal. & ro. In febribus continuis: Recipe absynthij M. I. fac bullire in aceto, quousque virtus absynthij demundentur ab aceto, post: Recipe farinæ hordei ℥. 3 farinæ fœnugræ. ℥. I. fiat emplastrum à stomacho vsque ad vmbilicum.

*al. ℥. I. *al. ℥. I. *al. ℥. I. s.

Differt synochus inflatiua à putrida.

Cura.

De Synocho putrida, Cap. XV.



Synochvs est febris quæ fit ex sanguine putrefacto, & superaccenso, in qua vrina apparet rubicũda, vel subrubicunda, in substantia per totum spissa, & liuens superius, & etiã fœtens, si odoretur. ¶ Et notandum, quòd tres sunt species synochi. s. homotonos, epacmastica, paracmastica: nam secũdũ proprietatẽ materiei, & calorum tenorẽ diuersificãtur species synochi. Cùm enim materia est multa, ad succensionem inepta, calor est fortis valde, à principio calor fortis operatur: & quia materia est multa, cõsumtioni diutius resistit, vnde status ægritudinis citò incipit, & diutius vsque ad finem perseuerat, & fit species synochi, qui dicitur homotonos ab ὁμός, quod est vnũ, & τόνος, quod est tenor, quia vnius dicitur esse tenoris, & videmus in multis lignis siccis simul aggregatis, in quibus ignis accensus fortiter agit, & diutius perseuerat æqualis, vrina apparet: sicut dictum est, pulsus magnus, plenus & inordinatus: facies rubea, sitis magna, lingua sicca, & aspera. Et vtiliter scias, quòd in synocho nulla requies vera, vel falsa inuenitur, & durat quandoque vsque ad diem tertium, vel septimũ, quandoque vsque ad 9. quandoque vsque ad 11. & vltra non protenditur. Et nota, quòd vrina rubicunda, vel subrubicunda in homotono apparens, eadem perseuerat vsque ad finem, nec mutatur aliquo modo in colore: in epacmastica verò vrina rubea vel subrubea apparet, deinde rubicũda, vel subrub. efficitur: in paracmastica verò è cõtrariò accidit, & hæc vltima species saluior est. ¶ Epacmastica est secunda species synochi, qui dicitur

Species tres homotonos.

Epacmastica.

dicitur epacmastica ab augendo: & quãdo materia est multa, & accensioni inepta, & calor est debilis, tunc.n. ab ipso principio calor leuiter, & debiliter operatur, & paulatim augmentatur, & longiori tẽpore manet, cuius simile est videre in viridib. lignis, in quib. si ignis accẽdatur, ab ipso principio est debilis & lentus: sed paulatim incipit fortiter operari, & accẽdi, & diu durat. In principio autẽ nota leuiter incipit, sed valde grauiter finit, sic q^{d} in tertia vel quarta die grauissimè & potissimè patiẽtẽ infestat.

Paracmastica

¶ Quãdoq; verò materia est pauca, & calor est fortis: & tunc calor à principio agit fortiter, & materiã paucitate sua citò consumit: vnde citò incipit declinatio, & sic fit febris, q̃ dicitur paracmastica, quasi decrescẽs: quod est videri in stuppa, in qua si ignis accẽdatur, à principio fortiter agit, & inflammatur, citò tamen incipit decrescere, & lẽtescere: & omnia symptomata supradicta in hac specie synochi leuiora sũt, & ad bonũ veniunt, & isti tales, qui patiũtur paracmasticam, sine auxilio medici liberantur, quia materia, licet sit habilis ad accensionẽ, tamẽ est pauca, & citò consumitur.

Cura homotoni & epacmasticæ.

¶ Homotonos etiã, & epacmastica hoc modo curentur: fiat minutio secũda die de vena prædicta, vel de vena hepatis, & non tanta, sicut in synocho inflatiua: sed fiat, quòd sãguis exiens in contrariũ mutetur, vt saluetur dictum Hipp. in regimine acutorum dicentis: Quòd non debes venam obturare, quousq; sanguis in cõtrarium mutetur colorẽ. Et purgatio, dięta, suppositoria leuia, clysteria, inunctiones frontis & temporum, & epithemata frontis fiant simili modo, sicut in synocho inflatiua dictum est. Syrupus ro. vio. cum aqua frigida vel sacch. ro. cũ frigida detur. Syrupus optimus ad huiusmodi febres: Rec. pruna sicca, & lota in aqua cal. 30. se. portulacæ, lactucę, sand. al. & rub. berberum ro an. ʒ. qu. vio. ʒ. s. gummi ara. tragacanthi & psyllij an. ʒ. qu. iuiubarum num. 25. bul. in aqua cum seminibus prædictis & gummi in subtili sacculo lineo ponatur, & addito saccharo in prędicta decoc. fiat syrup9, & aromaticetur cum ʒ. 2. camphoræ. Syrupus etiam de aqua citrullorum, vel cucur. decoc. in pasta, vel ipsa aqua cucurbi. & huiusmodi cũ prædicta decoc. misceatur, & fiat syrupus cum saccharo. Epithemetur frons & tempora ex sanda. al. & ru. ro. cum aqua ro. mistis, & supra cor, & hepar apponatur petia in prædicto liquore intincta. Ex populeon oleo ro. vel viol. succo solatri, semperuiuæ & similibus loca prædicta inungantur, & epithementur.

Mitigatio siti.

¶ Ad sitis etiam mitigationẽ detur syrupus de psyllio: impleatur etiam sacculus lineus subtilis, parum se. psyllij vel saltem se. lini trito, & ponatur in aqua frigida, & cum ipsa aqua quãdam mucilaginem fecerit, cum illa mucilagine lauetur lingua, & cum ipso sacculo fricetur: semen etiã cydoniorum in ore teneatur, & eius decoctio sitim aufert. Spongia, vel pannus lini infusus in aqua decoc. mal. se. lini & fœnugræci tepid. pectori & thoraci applicetur. Quòd si materia fuerit indigesta, & sitis valde incitet patientẽ, detur vas vitreum, æreum vel argẽteum magnũ, quod teneat vnam octauam, vel plus, plenum totum aqua clarissima, & frigida in potu detur: nam vt ait Hipp. in regimine acutorum: Aquæ autem nullum inueni vsum, nisi quia in febribus acutis exhibetur, &c. Et ego hoc solo vidi quamplures ab huiusmodi febribus acutis liberatos fuisse. Radatur quoque lingua cum canna, vel ligno, & fricetur cum spongia, vel saluia infusa in aqua, & succum lactucæ & portula. in prædictis ad sitim mitigandam in ore teneat.

Prouocatio somni.

¶ Pro vigilijs lauentur pedes, & crura in aqua, in qua myrtus, violę, mal. frõdes salicis, lactucę, hyoscyami, & papaueris cocta fuerint: de hac enim aqua lauentur pedes, manus, frons & tempora, & pulsus: & deinde leuiter abstergantur: postea aliquod de emplastris ad inducendum somnum dictis in capitulo de phrenesi, fronti & temporibus applicetur. Cùm autẽ in his passionibus & in alijs acutis febribus est tanta febris & vigiliæ, quod ferè passionibus ad mortem deducitur, & nullo modo eos possumus prouocare ad somnum. Vltimum remediũ quod possumus facere in prouocando somnum est istud: Recipe ros. *ʒ. 3. se. portulacæ, lactucæ, se. portulacæ, lactucæ, se. melonum, anisi, liquirit. croci, opij thebaici an. ʒ. 1 conficiantur cum aqua frigida, & succo apij, & syrupo rosa. & detur in potu.

*al. ℥. 4.

Alteratio aeris.

¶ Aer etiam alteretur cum spongijs in aceto infusis circumcirca lectum suspensis, & frond. cãnarum vitis, salicis, myrti. gladioli, & huiusmodi per domum sternantur, & desuper aqua frigida distilletur. Constituatur etiam distillatio aquę frigidæ, vel coram eo: quia sic stupor in eorum oculis euenit, fricentur extremitates manuum & pedum eorum cum stamina infusa in aceto, sale, fuligine & aqua ro. simul mistis. Et fiant, si fuerit necesse ea, quæ dicta sunt in capitulo de lethargo videlicet, si ad lethargum videatur tibi parari ægrotans. Clysteria fiant ex mal. viol. branca vr. paritaria & vrtica. an. *M. 1. se lini triti ʒ. 2. in aqua bulliant & colentur, & addito succo bletę, mercurialis an. *ʒ. 2. saccha. vio. olei vio an. *ʒ. 1. s. cassiæ fist. ʒ. 3. *mel vio. ʒ. 2. inijciatur per clystere, mica panis ter vel quater in aqua lota, cum aqua frigida, & saccharo mista detur. Quòd si in 8. die non terminetur ęgritudo, purgetur cum lotura superiùs dicta, vel fiat syrupus de se. communibus, psyllio, capill. Ve. & viol. in quo ponatur ʒ. 1. rheubarbari puluerisati, & detur totum in potu, scilicet ℔. s. in ℔. s. sar. viol. apostemate prædicto rheubarbaro, & detur totum in potu.

*al. M. 2.
*al ℥. 2.
*al. ℥. 1 s.
*al mel. viol. olei vio. an. ℥. 1.

Prouocatio sanguinis narium.

¶ Et quia hæc ægritudo per fluxum sanguinis narium terminari consueuit, si in die critico non fluat ipse sanguis ex naribus, & signa denunciatiua ipsius sanguinis ex naribus debentis fluere, pręcedũnt: sicut sunt dolor capitis, frontis, stomachi, & huiusmodi, & scintillationes velut ignis coram oculis infirmi apparent: prouocetur cum setis porci in naribus immissis, vel cum spargula, vel cum phlebotomo naribus imposito, vel cum sanguisugis naribus & frõti appositis, vel fiat phlebotomia de vena, quæ est in medio frontis. Quandoque etiam in vere superuenit fluxus sanguinis in naribus, & soluitur ægritudo per se. Interdum durat diutius ipse fluxus sanguinis à naribus, à nobis dictus: & etiam quandoque natura fortis facit crisim per fluxum sanguinis vẽtris, qui non restringatur nisi febris prius recesserit. Et si vlterius ipse fluxus ventris durauerit, dentur trochisci de spodio, & fiant alia remedia in cap. de fluxu ventris, dicta.

De Causone, Cap. XVI.



AVSON febris à καῦμα dicta est: quoniam maximum corpori infert καῦμα & incendium, & fit ex pura cholera in venis subtilissimis, & arterijs stomachi, pulmonis & hepatis putrefacta. Est enim causon de genere tertianæ, sed tamẽ fortior existit & maioris caloris. Vna tamen die fit fortior, alia vera die remissior, nec tamen à corpore separatur, & non accidit horripilatio in causone, sicut accidit in alia, & accidentia sunt vehementiora in causone, quàm in tertiana, secũdum quod inferiùs distinguemus. ¶ Signa igitur in causone sunt hęc: Vrina rubicunda, vel subru. vel citrina, & tenuis, & liuens, velut ignis, in hac febri apparet: adest calor continuus, & acutus, totius corporis incẽdium, & cauma forte, dolor capitis, frontis & temporum fixus, ac si claui figerentur in capite, & præcipuè in dextra parte capitis, & oculorum: consumtio cordis, stomachi morsus, vigiliarum instantia, os amarum, alienationes multæ, pulsus velox & acutus, vel subtilis, sitis perseuerans, vt eis bibentibus nil sufficiat, lingua combusta, & desiccata, aspera, & quandoque nigra: facies squalida, apparet aliquantula citrinitate perfusa, constipatio ventris propter nimiam siccitatem choleræ ex feruore vigenti, & semper continuus est dolor, & incendium acutissimum, & sine intermissione in hac febri, nisi quia in mane circa horas matutinales aliquantula fit incendij & feruoris remissio, non tamẽ plena requies. Et hoc accidit propter horas sanguinis, qui tunc spargitur per membra, qui illa hora dominatur.

Signa.

¶ Et nota, quòd si in causone hypostasis in fundo vrinæ permanens sit alba, significat futuram quotidianam, si fusca tertianam, si nigra erraticá, vel quartanam. Item nota, quòd si in hac febri & etiá in alijs acutis fuerit hypostasis rubea in fundo vrinæ, continua & perseuerans & formæ pineatæ, est optimum signum: significat. n materiam sanguineá, quæ citò digeritur, & erit digestioni obediens. Itẽ nota, quòd si in hac febri, & in alijs feb. acutis apparet vrina discolorata, & pauca mictura, valde malum signum est, & specialiter si nullá facit residentiá in fundo vrinalis, dũ quiescit per duas vel tres horas: Si tamen in multa quantitate micta fuerit, & frequenter, & faciat residentiá, bonum signũ est, quia est signũ digestionis & purgationis per vriná. Itẽ nota, quòd in hac feb. & in alijs acutis vrina pauca fœtida, pinguis vel nigra, & huiusmodi, & mingatur cũ difficultate, mortẽ proximam protẽdit.

Prognostica.

¶ Curetur igitur huiusmodi passio in hunc modũ: detur omni mane syrupus acetosus, vel oxysacch. vel succ⁹ malorũ granatorũ, cũ sacch. mistus, cũ aqua se. cõmunium, seu cũ lacte se. prædictorũ. In 2. vel 3. fiat minutio de mediana vena, & hoc dico si virtus, ętas & similia particularia in hoc cõueniant. Pueri .n. & senes non sunt phlebotomádi, sicut vult Aui. Itẽ si vomitus, vel fluxus vẽtris in principio superuenerit, vel patiẽs macilẽtus fuerit vltra modum, minutio non est faciẽda. Item in tempore nimis frigido nec nimis calido nõ debet fieri minutio, nec in tẽpore nimis ventoso, nisi maxima immineat necessitas: & hoc in omnibus acutis feb. & in omnib. alijs ę-

Cura.

Prohibentia phlebotomandi.

A gritudinibus & etiá in sanis locũ habet. Itẽ nota, quòd in cõtinuis in die 2. vel 4. ad plus minutionẽ faciamus, & nõ vltra: & ratio est, quia vsq; ad quartũ diẽ harũ ęgritudinũ materia est fluxibilis, & virtus fortis: à quarta verò die in antea virtus debilitatur, & materia residet, & ꝑpter hoc à quarta die in antea nõ debet fieri minutio: quidá verò minuunt in quarto die, quod nõ approbo. Itẽ nota, quòd si in huiusmodi cõtinuis sequatur flux⁹ vẽtris, vel vomitus, est malũ signũ valde: fit .n. ex B abundátia humorũ, aut symptomatis, & de 10. vix vnus liberatur, quibus hoc accidẽs propter minutionẽ sang. superueniat. Facta minutione, detur syrupus viol. vel ro: cũ aqua frigida, vel sacch. ro. vel triasandal. diæta tenuis iniũgatur, quia dicit Hipp. in aph. Ad vltimas. i. acutas ægritudines vltimæ curationes, &c. Sit igitur dięta eorũ mica panis ter vel quater lota cũ sacch. scariola, lactuca, portulaca, farina hordei, amygd. & huiusmodi dentur in quarto vel octauo die, purgetur cũ ista C decoctione: Rec. capi. Ve. hepaticæ, scariolæ, borraginis an. *M. s. vio 3. s. seminũ cõmuniũ cõtusorum 3. 2. pruna 30 iuiubarum, sebesten. an. *20. hæc omnia in quátitate aquæ sufficienti coquantur, & colentur, colaturæ addantur pulpæ cassiæ fist. 3. 2. oxymellis simplicis, tamarindorũ, dia prunis, sacch. viol. an. 3. 1. sacch. ros. *℥. 1. s. rheubarbari triti, & positi in succo scariol. depurato 3. 3. Et si maiori indigeas purgatione, adde myrobalanorum citrinorum puluerisatorum 3. 1. s. aquę de D coctio. plantaginis *3. 2. hæc enim decoctio in omni tertiana, & omni ægritudine de cholera facta, conueniens est & bona: in his tamen ægritudinibus tutior in 14. vel 15. diebus, quàm ante si competenter possumus differre. Quando verò materia fuerit furiosa, currẽs subitò de loco ad locum, tunc statim purgamus, nec digestionem materiei expectamus: nam synochus. phrenesis, squinantia, & anthrax, passio iliaca, & colica, tenesmus acutissimus, & similia, materię digestionem E in ægritudinibus nõ expectabat Magister meus, sed statim humorem peccátem euacuabat etiam materia existente cruda. Vtatur patiens causonem syrupis frigidis, in præcedenti capitulo traditis, sicut est syrupus de succo cucur. & sacch. syrupus de se. cõmunib⁹, syrupus psylliatus, acetosus, vio. ro. & huiusmodi sitim extinguentibus in prædicto cap. dictis. Detur etiam syrupus rubeus qui fuit inuentus in Vltramarinis partibus, qui fit de quadam herba, quæ sub niue oritur, & sac- F charo optimo in hac febri, & omnibus febribus ex calidis humoribus factis, mirabiliter confert. Prouocetur somnus lauando pedes, manus, frõtem & tempora cũ aqua in dicto cap. dicta, & apponendo tempori, & frõti emplastrum aliquod, ex dictis in cap. de phrenesi. Epithemẽtur stomachus, frons, hepar, & tempora, cum epithemate dicto. ¶ Aquæ frigidæ febribus adurentibus competenter propinentur, sicut est aqua panis bene cocti, & bene fermentati, & de bono tritico facti, G in aqua frigida ponatur, & tandiu ibi iaceat, donec optimè mollificetur, deinde cum páno lineo mundissimo coletur, & si vis, adde parum sacch. & colaturam dabis: hoc. n. in acutis febribus plurimũ valet, bene nutrit, calorem mitigat, & aqua cal. decoc. tragac. sacchari & penidiarũ, medulla

*al. 3. 2. s.

*al. 25.

*al. 3. s.

*al. ℥. 2.

citrul-

citrullorum in frigida aqua infusa, & data. Et hoc dico, si huiusmodi febris fuerit sine apostemate, sine punctura, & dolore pectoris, quia tunc huiusmodi aquæ frigidæ nõ competunt: nam vt ait Hipp. in aph. Frigidum inimicum est neruis, pectori, ossibus, &c. ¶ Aqua melonis Palæsti. in his febribus data optima est, quæ hoc modo extrahi debet. Accipiatur melo Palestinus, & perforetur, & per illud foramẽ immittatur saccharum in prędicto melone, & tandiu manibus moueatur huc & illuc, quousq; saccharum liquefiat, deinde ipsa aqua detur in potu. Alia aqua optima in huiusmodi febribus quæ dyscrasiam febrilẽ, incẽdium, & sitim mitigat, & vrinam prouocat: terantur semina cõmunia ad quantitatẽ ℨ.3. plus vel minus, secundum quod volueris, & super ipsis tritis infunde ptisanam hordei ferueñtissimam, vel saltem aquam simplicem calidam, sed non tãtum valet, coletur, & adde sacchari & penidiarum, & in potu da. Quòd si fuerit vẽtris cõstipatio, detur hæc aqua optima, quæ quasi vino assimilatur: & multum confert in huiusmodi febribus, & in simplici & duplici tertiana: alterat enim febrilem dyscrasiam, & purgat aliquantulum: bulliant aliqua frusta rheubarbari in aqua, & ipsum rheubarbarũ aquã colorabit sic, quod quasi vinum videbitur, & addito saccharo vel penidijs, vel syrupo viol. detur in potu. Clystere lenitiuum vel suppositorium fiat, si necesse fuerit, pro asperitate linguæ, & pro dolore capitis fiant remedia superius dicta in præcedenti capitulo.

De Hemitritæis, & primò de Minori, Cap. XVII.


EMITRITAEI tres sunt species. s. maior, medius & minor: medius & minor curari possunt, si Medicus fuerit prouidus, & circa infirmum solicitus, maior verò potius diuina, quã humana manu curatur, auctoribus omnibus testantibus: Hemitritæus quidem est febris continua ex duobus humorib. vno in venis, & altero extra putrefactis: & dicitur hemitritæus ab ἡμι quod est medium, & τριταῖος quod est tertiana, inde dicitur ἡμιτριταῖος, quasi habens mediam partem sui, materiam tertianam. s. choleram. ¶ Minor itaq; hæmitritæus fit ex phlegmate putrefacto intra vasa, & cholera extra: vnde talia debent esse symptomata: vrina rufa, seu subrufa, seu citrina, & mediocriter spissa, superius liuens cum appositione, pulsus velox & plenus, lingua apparet aliquantulum nigra, & limosa, patiens cõtinuo frigore infestatur à primo die vsq; ad tertium, vel quartum diem vesperi, & postquã frigus minuitur, permanet extremitatum frigiditas. s. manuum, pedum, nasi, & sic manet infirmus per *18. horas, quas habet in sũmo labore. s. ab hora vespertina vsq; ad matutinam, & est cum oculorum grauitate & falso somno, & sic à quibusdã Medicis imperitis min⁹ bene iudicãtib. propter huiusmodi accidẽtia, & stuporẽ oculorũ letharg⁹ esse creditur: & propter sex horas. s. à tertia vsque ad vesperas, quas habet in falsa quiete, à qbusdã imperitis quotidiana esse creditur, cùm nõ sit. Vnde quisq; probus Medicus infirmũ suũ debet assiduè visitare, vt assidua visitatione, qua patiẽtẽ curare debeat, cognoscat, & nõ semper in sola aspectione vrinæ cõfidat, cùm vrina sit fallax nũcius, præterquã in quibusdã morbis, & specialiter in his morbis, q̃ habẽt materiã intra vasa. ¶ Medius verò hemitritæus fit de cholera putrefacta intra vasa, & ex phlegmate extra vasa putrefacto. In principio apparet vrina rubea, vel subrubea, mediocriter tenuis, in statu verò aliquantulũ inspissatur, seu augmẽto, & in superficie aliquantulũ liuiditatis, vel viriditatis, vel nigredinis adest: vigiliarum instãtia, sitis, linguæ ariditas, & asperitas, dolor frõtis, tẽporum & aurium: constipatio ventris, pulsus velox & subtilis. Rigor in hac specie hemitritęi de tertio in tertiũ diẽ inchoatus, sexta vel nona hora diei, habẽs *26. horas in summo labore, & 12. in falsa quiete. ¶ Maior verò hemitritæus fit ex cholera putrefacta, intra vasa, & melãcholia extra, & habet 40. horas in sũmo labore, & *11. in falsa qete, infestãs patiẽtẽ intẽtissimẽ eisdẽ accidentib. sicut in medio hemitritæo diximus, sed magis valde, & cum pessimis & malis significationibus & mortalibus: vrina apparet in eo viridis vel nigra, & tales, sicut superiùs dixi, sunt S. Spiritui cõmendãdi, & solis signis prognosticis relinquẽdi. Et nota, quòd quandoq; solet fluxus vẽtris, vel vomitus in principio minoris, & medij hemitritæi superuenire, q̃ si fiat vi symptomatis tã debili existẽte infirmo, mortẽ ꝓximã pronunciabis: si verò cum fortitudine virtutis, & vi materiæ pugnãtis cõtra morbũ, tũc ægritudinẽ breuẽ & bene terminabilẽ fore pronũciabis. ¶ Curetur itaq; minor hemitritæus in hunc modũ: à principio detur syrup⁹ acetosus, vel oxysacch. cũ aqua frigida vel tepida: in tertia vel quarta die fiat minutio, virtute, & ętate permittẽtib. de vena hepatis, & sang. secundũ virtutẽ patiẽtis extrahatur. Post minutionẽ verò detur syrup⁹ ro. vel vio. cũ aqua frigida, vel sacch. ro. nouũ, propter cõfortationẽ stomachi in 8. vel 10. vel 12. dieb⁹, vel vltra, qa huiusmodi ęgritudo. 7. 9. 11. 14. vel 19. die terminatur vtplurimũ, & quandoq; vsq; ad 20. vel *24. diẽ ad plus protenditur, prolõges itaq; quantum plus potes dare medicinã, si videretur periculũ immineri. Des itaq; decoc. in decima vel duodecima die: ℞. polypodij quercini boni, & recẽtis, bene rasi & mundati à cortice exteriori ℥.4. terantur bene simul cum ℥.1.s. se. fœn. & bulliant cum 25. prunis siccis, & additis ℥.2. myrobal. citrinorum sero, mane colatura propinetur. Vel detur hæc decoct. optima ad hoc: Recipe capi. Ve. hepaticæ ana* M.1. vio. ℥.1. pruna damascena sicca 30. iuiubarum sebesten ana 25. polypodij quercini mundati ℥.1.s. hordei mundi p.1. sem. fœnicul. anisi an. ℥.1. omnia perfectẽ coquantur, & colentur & additis tamarindorum ℥.2. pulpæ cassiæfi. ℥.1. myrobalanorum citrinorum *ℨ.s. qui totam diẽ iaceant ad serenũ, & addita ℥.1. sacchari vio. mane in aurora tepida exhibeatur in potu, vel detur aqua rheubarbari cũ syrupo vio. & si in hyeme fuerit, in autumno detur oxymel. squilliticũ, vel diaprunis, vel electuarium de succo ro. quòd si necesse fuerit, sæpe fiat, & si in *14. vel etiã 24. trãseat ęgritudo. Et etiã si fluxus vẽtris vel sang. vel vomit⁹ superuenerit, & ęger nõ videatur tibi in totũ liberatus, propter hoc nõ stes, quãdo cũ prædictis decoc. & electuarijs purges ipsũ, dũmodo virtus patiẽtis sit fortis. Quòd si phlegma extra vasa re-

Causa & signa maioris. *al.17. Causa & signa medij. *al.36. Causa & signa maioris. *al.12. Cura minoris. *al.28. *al. M. s. *al.ℨ.1. *al.20.

manserit, prouocabis vomitum cum aqua se. rad. raparũ vel rapistrarũ, atriplicis, seu raphani, vel cum vomitiuo Nicolai, Scarpellæ, vel Patriarchæ & similibus in cap. de vomitu positis. Quòd si stupor superuenerit, seu subeth, fiãt fricationes, seu cætera remedia in capitulo de lethargo dicta, vt sunt clysteria, emplastra, & huiusmodi, in occipitio, facta frictione prius forti, sicut in capitulo prędicto plenè dixi. Diæta tenuis exhibeatur, si virtus vsq; ad statum durauerit, sicut est ptisana colata cum saccharo, & penidijs, mica panis, ter vel quater lota in aqua cũ saccharo, & penidijs: pruna damascena elixa, scariola, lactuca, cucurbita, portulaca, citrulli & huiusmodi elixa cũ agresta, vel aceto parata dẽtur: lac amygd. farina hordei cũ eodẽ lacte parata, & huiusmodi dẽtur. Quòd si infirmus fuerit valde debilis, & virtus non sufficiat vsq; ad statum, detur succus parui pulli cum hordeo mundo decocti, vel ipsa caro ipsius pulli intantum decocta, quòd caro ab ossibus separetur, pira grossa & matura, & poma grossa dari possunt, etiam vuæ Iudaicæ, succus granatorum, & similia dari possunt.

Cura medij. ¶ Medius verò hemitritæus eodẽ modo curatur per omnia, sicut minor, hoc excepto, quia in patientibus medium hemitritęũ debemus insistere, quãtũ possimus cũ emplastris & alijs remedijs prouocantibus somnum in capitulo de phrenesi dictis: cum isti patientes mediũ de facili fiant phrenetici. In minori debemus fricationes. & huiusmodi facere, inhibere somnum, sicut dictum est cũ his, quæ in capitulo de lethargo dicta sunt, cùm de facili huiusmodi minor hemitritęus in lethargum conuertatur: vnde in aliquo præterquam in hoc nõ differt cura minoris & medij hemitritęi. Eodem. n. modo purgamꝰ, & digerimus materiá, & huiusmodi alia facimus in vno, sicut in alio: nec differt cura vnius & alteriꝰ, nisi in duobꝰ dictis.

Cura maioris. ¶ Maior verò hemitritęus incurabilis est, vt dixi, cùm inuenimus patiẽtẽ, inquantum possumus, ipsum pro desperato, in curam recipiamus, & insistamus cũ prędicta cura in ca. de minori hemitritæo dicta. Itẽ purgemus pãtiẽtẽ cum decoc. senę, thymi, cuscutæ, epithymi, viol. ca. Ve. scolopẽdriæ an. M. s. vio. ʒ. 1. pruna 30. omnibus decoc. addatur colaturæ cassiæ fi. tamarindorum, sacchari vio. diaprun. an. ʒ. 1. lapidis lazuli ʒ. 3. rhabar. ʒ. 4. myrobalanorũ citrinorum ℥. s. per noctẽ hæc simul iaceant, mane verò colatura propinetur in potu, & faciamus quod possumus, tamen semper huiusmodi patientẽ maiorẽ hemitritæum pro desperato habeamus.

De Tertiana vera, Cap. XVIII.



TERTIANAE duæ sunt species: alia vera, alia non vera, & hæc dicitur notha. Sed primò de vera agẽdum est: vera tertiana fit ex cholera rub. naturali pura, & potiꝰ in iuuene cholerico sicco, & macilento magis intensa, in æstate, & in calida regione & sicca, diæta etiam calida & sicca, multæ choleræ generatiua præcedente, & talis tertiana inter acutas nominatur, quæ tantum per 7. periodos durat est vera, & si trãsit 7. periodos est notha.

Signa. ¶ Habet igitur vera tertiana 12. horas in summo labore, 12. in leptopicijs, & 24. in vera quiete. Vrina talium rufa vel subrufa, per totum tenuis, & quãdoque crocea, vel aurea apparet, & patiens de tertio in tertium diem infestatur à tertia hora diei in antea, prima cum ingẽti rigore, sed parum durat, postea sequitur calor magnus, pulsus magnus, & velox, sitis, amaritudo oris, & etiam vlceratur os, dolor frontis & temporum, & quandoq; continuus. i. vomitus continuus, & cholericus sequitur. Et nota, quòd cùm dicitur tertiana vera, vel quartana, & huiusmodi febris habet tot vel tot horas in labore, intelligitur, qđ eas haberet ad plꝰ: aliquãdo. n. huiusmodi tertiana vera nõ affligit, nisi ꝑ 9. vel 10. vel minꝰ si materia fuerit pauca, & sic de alijs.

Cura. ¶ In principio itaq; huiusmodi febris detur ad diuisionem materiei quolibet mane ℥. 1. s. syrupi violati, vel oxysaccharum cum aqua frigida, nisi fuerit cũ hoc dolor pectoris, vel lateris, quia tũc miscemus cum prędicto syrupo *tertiam partem ℥. penidiarum, & damus cum tepida: & si fuerit cũ hoc fluxus ventris, vel vomitus, admiscemus prædicto syrupo ℥. s. sacchari ros. antiqui, vel damus syrupum ros. Si verò venter fuerit cõstipatus, damus syrupum viol. cum tepida vel oxysaccharum, miscemus saccharum viol. & damus. Post verò tertiam, vel quartam accessionem, valet in octauo vel decimo die, si materia fuerit in stomacho, quod cognoscitur per nauseam, vel vomitũ, vel per alia signa supradicta, ad hoc conuenientia, educatur materia ipsa cum vomitiuo Patriarchæ, vel Nicolai & similibus in capitulo de vomitu dictis, vel in ipso feruore caloris aqua frig. in multa quantitate exhibeatur in potu, & digitis in ore immissis, vomitus prouocetur: multi hoc solo curantur, videlicet cum materia est in stomacho, quæ faciat huiusmodi tertianam veram. Quòd si materia sit in intestinis, quod cognoscitur: quia dolor & torsio sunt circa ventrem, & quandoque adest fluxus ventris, ægritudo cholerica, tunc educatur materia cum clysterijs acutis, & mordicatiuis superiùs dictis partim, & partim etiam cum medicinis inferiùs dicendis. Si verò materia sit in hepate vel cysti fellis, quod cognoscitur per vrinam multum intensam in colore, & etiam ad quandam spissitudinem accedentem, & calor est valde acutus. Si verò in spiritualibus fuerit materia, tunc adest sitis intensa, & per potum mitigari non potest. In quocumque prædictorum locorũ fuerit materia. s. in intestinis, hepate vel cysti fellis vel in spiritualibus, digeratur secundũ doctrinam superiùs dictá, in 10. vel 12. diebus purgetur patiẽs cum decoc. ista: R. ca. Ve. hepaticę, scolopẽdriæ, borraginis an. *M. s. florũ viol. florũ borraginis an. ʒ. 1. se. cõmuniũ ʒ. 2. hordei mũdi P. 1. pruna 30. iuiubæ, sebesten an. 25. hæc omnia perfectè coquãtur & colentur, colaturæ addatur tamarindorũ, oxymellis simplicis an. *ʒ. 1. sacchari ro. vio. an. ʒ. s. diaborraginati ʒ. 1. s. rhabarbari triti, & positi in succo scariolæ depurato per noctem ʒ. tert. aquæ decoc. plantaginis ʒ. 2. hæc omnia simul mista per noctem simul iaceant ad serenum, mane verò in potu dentur: quoniam hac decoctione vtebatur Magister meus in tertianis veris etiam & in causone, & in omnibus ægritudinibus ex cholera factis.

Syrupus laxatiuus. ¶ Vtebatur etiam syrupo laxatiuo ad hoc: Recipe viol. ʒ. 2. pruna 50. iaceant hæc per noctem in aqua feruenti, mane verò bulliant & colentur, & fiat syrupus cum ℔. 1. s. saccha-

*al. tert. part. ʒ.

*al. ʒ. 2. s.

*al. ʒ. 3.

*al. ʒ. 3.
*al. ʒ. 3. & 4.

sacchari, in quo adde rhabarbari puluerisati ʒ. 3. aquæ ro. *ʒ. 4. de hoc syrupo sumat patiens *℥. 3. vel 4. de quarto in quartum diẽ in die quietis, & hoc post tertiam vel quartam accessionem, vel purgetur solùm cum decoctione myrobalanorũ citrinorum, & cũ ʒ. 2. sacchari in aqua cal. per noctem ponantur, mane verò exhibeatur colatura eorũ habẽti stomachũ frigidũ cũ ca. habenti verò stomachũ cal. cũ frig. exhibeantur. Et nota, quòd myrobalani dati cũ cal. faciũt plus vrinare, & minus assellare, cũ frig. verò dati contrarium faciũt: B

Vt infirmus retineat pharmacum.

¶ Quòd si patiens valde timidus fuerit in accipiẽdo decoc. nec consuetus talia sumere, antequam detur ipsa medicina seu decoc. per 5. vel 6. dies fiat hoc emplastrum constrictiuum, & stomachi confortatiuũ, & stomacho apponatur: R. san. dra. masticis, olibani, gummi ara ro. an. omnia puluerisata cum succo menthæ conficiantur. Cũq; medicinã dare volueris, ligetur summitas lacertorũ, brachiorũ & crurũ circa musculos, digiti manuũ, & pedum cum aliquibus corrigijs subtilibus, seu C cordis ligentur, & fiat frictio extremitatum & lauetur illi os cum aceto, vel agresta, vel succo aranciæ, vel limonum vel pomo acetoso siue malogranato acetoso, & nil de eo deglutiat, & ex succo alicuius prædictorum, vel aceto infundantur oculi. Postquam autem biberit medicinam, aspergatur facies eius aqua ros. vel aqua frigida ad quãtitatem vnius cyathi proiecta supra eius faciem, odoret panem assum in aceto, & succo menthæ infusum, aut pulegium vel muscum, quod me- D lius est. Quòd si abominatio venerit patienti & medicinam eijcere voluerit per os, panem assum in aceto infunde, addito succo menthæ, vel ipsa mentha teratur, & spongia marina, vel lana succida intincta in huiusmodi liquore, orificio stomachi sæpe apponatur, & in ore eius salsã teneat, & si vult, parum de ipsa transglutiat, vt sapor medicinæ aboleatur, deinde quiescat in lecto calido nec dormiat, nec etiam deambulando vadat, nisi prius medicina mouere incipiat. Cúmque medi E cina iam soluere inceperit, vadat parum deambulando per domũ passum post passum.

Si medicina non bene soluerit.

¶ Quòd si ipsa medicina non bene soluerit, des parum de rhabarbaro pul. cum sero caprino, vel de electuario de succo ros. vel diaprunis, vel aliquod tale cum tepida, vel cum frigida, vel cum aqua prunorum, quod melius est. ¶ Quòd si propter frigiditatem aeris, seu stomachi, medicina non duceret, sicut debet, tunc panis calidus, sicut exit de furno, per medium scindatur, & in panno lineo in- F uoluatur, & stomacho apponatur, vel locum cal. vino albo irroratum in pannis inuolutum, imò olla lutea, vel vesica ænea, vino, vel aqua plena, inuoluta pãnis, & similia calida stomacho applicentur. Quòd si vomitus superuenerit, succurratur cum his, quæ in ca. de vomitu restringendo sunt dicta.

Si medicina nimis soluerit.

¶ Quòd si medicina nimis duxerit, teratur axungia, & cum cinere conficiatur, & fiat ex eis emplastrum & supra vmbilicum ponatur. Mittatur patiens in balneũ aquæ decoc. radicis filicis, G thapsi, corticis granatorũ, & huiusmodi stypticorum, & dentur syrupi & electuaria constrictiua in cap. de fluxu vẽtris, & dysenteria dicta. Et nota quòd si in tertiana fuerit dolor pectoris, propterea fortè, quia in spiritualibus materia continetur, A vel alia quacumq; de causa ab inferioribus proueniẽte, nõ debet dari medicina, nisi prius ipse dolor sedetur, & recedat, tũc omnia particularia cõsiderari debẽt.

Syrupus mirabilis.

¶ Syrup⁹ mirabilis cõtra tertianã: R. succi plãtaginis, scariolę & cycoreę an quilibet istorũ succorũ depuretur, & omnes simul misceãtur & bulliãt, & addito saccharo fiat syrupus, in quo addatur parum crystalli puluerisati, & detur, quia miro modo valet, sitim extinguit, & calorem reprimit in ipso.

Ad sedandã exacerbationem.

¶ Hora accessionis, pedes & cru- B ra ponantur in aqua frigida decoc. myrti, maluæ, viol. & similiũ. & frons & tẽpora supradicta aqua lauentur. Postea in ipso calore & feruore intensissimo, cùm patiens videtur totus comburi & sitit mirabiliter, detur illi in potu vas æneum vel vitreum magnum, plenum aqua frigidissima, & potet ad satietatem, crura, brachia, & pedes suos in aqua prædicta frigida teneat decoc. myrti & cum substantia. Postea prædicta membra inungantur oleo ro. & vio. prius tamen cum panno li- C neo subtili abstersa, & etiam in lecto ponatur patiens, hoc enim solo plures tertianarios curauit Mag. meus. Et hoc debet fieri post tertiã vel quartam accessionem, materia iam digesta. Syrupus etiam diaquilon in potu detur pro siti, & syrupus superiùs scriptus, psyllium ablutum in ore teneat. Fiat etiam aer artificialiter frigidus cum adspersione frigidarum herbarum, & aquarum, & huiusmodi per cameram. Electuaria frigida, & syrupi frigidi, & huiusmodi, & alia frigida in capitu- D lo de causone dicta, dentur. Pro vigilijs prouocetur somnus cum his, quæ in capitulo de phrenesi diximus.

Ad dolorem renum.

¶ Pro dolore renum vngãtur renes ol. vio. ro. agresta, & lacte mulieris, simul mistis: Item fasciculum cimarum tenerrimarum myrti in aceto decoqui facias, quoniam miro modo huiusmodi dolorem tollit, & hoc sæpe fac. Aliud idẽ acetum, agresta, fructus solatri, vermicularis, portulacæ, cymbalariæ & huiusmodi frigidarum herbarum simul misceantur, & addito oleo viol. & E ro. tepido fiat, & in hoc liquore pannus, spongia, vel lana succida infundatur, & renibus sæpius applicetur.

Ad vlcerationem oris.

¶ Pro oris vlceratione penidiæ, saccharum, amidum cum saccharo vio. & aqua rosa simul distemperentur, & ex hoc vlcerata loca liniantur. Aliud acetum decoctio. myrti, masticis, & rosarum gargariset, quia miro modo valet. Item aqua de floribus myrti, per alembicum abstracta, & gargarisata, ad hoc mirabiliter valet. Aliud expertissimum, vitella ouorum bul- F liant diu in sartagine & desuper aspergatur puluis penidiarum, sacchari, & amidi, & ex hoc locus vlceratus seu pustulatus sæpè liniatur.

Ad tinnitum aurium.

¶ Pro tinnitu aurium succus semperuiuæ, coriandri, solatri, vermicularis, hederæ terrestris, vnumquodque per se, vel omnia simul mista cum pauco lacte mulieris, & aqua rosata auribus instilletur, quia dolorem tollit. Aliud ad idem, per me expertum, elixentur duo vel tria vel quatuor oua gallinæ, sic quod fiant dura, & ab albuminibus i- G psorum aqua extrahatur, exprimendo ea fortiter cum petia lini subtilis, & talis aqua cum oleo ros. mista tepida, ac si in Sole stetisset, auribus infundatur, quia auribus nihil actu frigidum debet imponi. Pro dolore ergo renum, pro vlceratione oris, pro tinnitu aurium & huiusmodi, si ea, quæ

dicta sunt hîc non sufficiát, sunt remedia ad hoc conuenientia, sicut in proprijs capitulis dictum est superiùs ¶ Item nota, quòd in omni tertiana tam notha, quàm vera post tertiam, vel quartam accessionem alumen, & trifolium cum triphera saracenica, ante horam accessionis, tollit ipsam tertianam, & patientem liberat, secundum quod dicit Ma. Petrus Hispanus senex in secretis suis. Itẽ aliud optimum ad hoc, post purgationem ferrentur sandali albi, & ru. cum serra, cum qua fiunt pectines, vel cum simili serra, & illa serratura cum succo vermicularis, vel semperuiuæ cum syrupo ro. vel vio. vel syrupo facto de herba rhibes, in potu detur: vel cum aliquo succo herbarũ frigidarũ, & saccharo in potu detur. ¶ Diæta eorum sit mica panis, ter vel quater in aqua frigida lota, deinde cum saccharo, vel penidijs, lac amygdalarum, ptisana hordei, farina hordei, speltæ cum prædicto lacte condita, pruna damascena elixa, medulla citrulli, & melo Palęstinus, vuæ Iudaicæ, granatorum succus, cruda herba acetosa, vel elixa satis est vtilis, scariola, lactucæ, cycorea, spinachia, portulaca, cucu. hæc omnia elixa, & cum lacte amygdal. condita, & pauca agresta, vel aceto desuper infuso dentur, asparagi etiam elixi optimi sunt. Abstineant à carnibus, & vino omninò: quia non pura corpora quanto magis, &c. vt ait Hipp. aph. 10. particulæ secundæ. In die verò accessionis, vel nullus cibus detur, vel detur cibus tenuissimus per quinquę vel saltem quatuor horas, ante paroxismum, quia in paroxismis subtrahere oportet, &c. vt ait Hippo. apho. 10. particulę primæ. Nihil igitur in ipso paroxismo dandum est de cibo, & hoc intelligas, nisi virtus esset valde debilitata, & vltra modum dissolueretur, sicut accidere cõsueuit in cholericis, in his enim cum apparuerint accidentia virtutem dissoluentia, illicò cibus est dádus, scilicet in paroxismo: & ante paroxismum etiam in statu, & hoc vult Gal. in commẽto super regimine acutorum, & in commento apho. 9. primæ particulæ. In accidentibus itaque virtutem dissoluentibus, illicò cibus est dandus: & hũc modum tenebat etiam Magister meus in diætando infirmos suos: dabat igitur corpore debili existẽte. & in huiusmodi febricitantibus, & in alijs etiá febribus pultem, vel tortam oui, vel prædicta olera, cum lacte amygdalarum condita, apposito in eis pro condimento frusto vno integro axungię recentis: Cùm verò iam patiens conualuerit, vtatur confortatiuis, & restauratiuis, sicut est rosata nouella, diamargariton, triasandali, diarrhodon abbatis, electuarium ad restaurationem humiditatum, & similia in ca. de hectica dicta, dentur. ¶ Syrupus confortatiuus, & restauratiuus, substátialis humiditatis: R. succi borraginis ℔.4. florũ rorismarini, florũ borraginis, se bõbacis, berberis, endiuię, sandal. al. & ru. capreolorũ vitis, se. papaueris albi omniũ an. ℥ vniꝰ tertiá. se. basiliconis ℥. qu. omnia hæc terátur, & in succo borraginis prędicto bulliát, vsq; ad tertiæ partis consumtionem, & addito saccharo fiat syrupus, & in fine decoc. adde ambræ & musci an. ℈.1. & vtatur quotidie, quoniam confortat spiritus & restaurat miro modo. Item intestina porcellorum, vel hœdorum bene præparata & data, gallina etiá vel perdix, quæ est melior, decoquatur in pasta in furno inuoluta, cum zirbo, vt sua bona humiditas reseruetur, & parum de maiorana, vel basilicone cum puluere cinnamomi, spicæ, vel galangæ ibi apposito detur, quoniam miro modo restaurat. ¶ Ad tollendum paroxismum tertianæ accipe foliorũ vrticæ, foliorum salicis, vitis an. M.1. terantur, & cum forti aceto conficiantur, & circumcirca pulsus brachiorum inuoluantur, per duas horas in accessionem: & similiter circa pulsus probaui in Domino Petro Can. Experimẽtum Magistri mei alleuians valde, & quandoque diminuens: & tollens totaliter paroxismum sic, quod amplius patientem non lædat: Recipe oxysacch. ℥.1. s. succi cycoreæ depurati ℥.2. aquæ ℥.4. omnia dentur in potu. Item os de corde cerui puluerisatum, & datum in potu est mirabile, & probatum. Et digesta materia electuarium de succo ro. vel diaprunus datus, multum confert. Item triphera saracenica ad quantitatem ℥.s. data cum ℥.1. syrupi ro. & aqua frigida data mane in die quietis, vel in duplici tertiana in die minoris accessionis, mirabiliter diminuit, & tollit quádoque tertianam. Syrupus laxatiuus, competens in tertiana feruida materia iam digesta, & in acutis & in calore hepatis secundum Ma. Tadæum. Recipe viol. cap. Ve. beris an ℥.4. pruna damascena 30. mannæ ℥.2. myrobalanorum citrinorum ℥.1. rhabarbari ℥.s. radicis plantaginis ℥.2. graminis penthaphyll. an. ℥. 2. terantur & stent in aqua per diem & noctem, deinde coquantur ad medietatem, & fiat syrupus cum saccharo, da de eo ℥. 2. vel 3. cum aqua tepi. Experimentum contra tertianam Franc. V. Domini Papæ Medici probi. digesta materia da ℥.1. centaureæ minoris mense Maio collectæ, vel saltem ipsa herba cum ℥.2. syrupi ro. vel vio. vel cũ ℥.1. tripheræ saracenicæ cũ aqua frigida, probatum est. Item fiat emplastrum: Recipe cymini, armoniaci, masticis an. terantur, & cum mucilagine psyllij distemperẽtur, & pone super venas pulsatiles manuum & pedum per horam vnam, ante accessionem. Et hæc de cura veræ tertianæ sufficiant.

Ad prohibendum paroxismum.

Diæta.

Syrupus confortatiuus & restauratiuus.

Ad tollendum paroxismum.

De Tertiana notha, Cap. XIX.

VIDEAMVS nunc de tertiana notha, seu nõ vera: Notha igitur tertiana, seu non vera est illa, in qua omnia accidentia suprascripta, vel plura cõueniunt. nam differt notha à vera in hoc, videlicet: quia patiens notham infestari debet de tertio in tertium vespertinis horis: Primo rigore maiore, quàm in vera tertiana, & calor sequitur, nõ tam magnus, pulsus tardior est in hac quàm in vera: vrina minus incensa est, quàm in vera: variatur enim vrina secundum diuersitatem humorum, complexionum, & temporum. Item differt notha à vera in hoc, quia tertiana vera in 7. periodis longissima iudicatur, vt ait Hipp. apho. 59. quartæ particulæ: vnde tertiana vera nunquam transit septimá periodũ, & si vlterius extendatur, non est vera, sed notha. Item tertiana notha, quáuis in æstate fiat sæpè, in iuuene, & cholerico nõ fit, sed magis in sene, & si forte in cholerico fiat, fit in hyeme, vel autumno. Tertiana vera, vt dictum est, fit solùm, cùm cholera ru. peccat: in notha verò quandoque cholera citrina peccat, & quando-

quandoque vitellinam. Vrina igitur ſubcitrina, & in ſubſtantia citrinæ choleræ remiſſa, ad tenuitatem magis accedens, quàm ad ſpiſsitudinem, tertianam notham, de cholera vitellina, oſtendit: vnde adeſt ſtomachi nimia repletio, capitis grauedo, faſtidium, & patiens prædicto modo debet infeſtari. Quando verò peccat cholera citrina, vrina apparet citrina, & in citrino colore remiſſa, tenuis mediocriter, magis tamen ad tenuitatem, quàm ſpiſsitudinem accedens, tertianam notham de cholera citrina oſtendit eſſe, & prędicta ſymptomata debent eſſe. Cholera verò ęruginoſa, & cholera praſsina non colliguntur ad putredinem propter facilitatem, & furioſitatē motus: & ideo nō inducunt febrem, nec vrinam immutant, vt ait Iſaac in libro fe. ¶ Curetur itaque tertiana notha de cholera citrina vel vitellina, hoc modo: detur patienti ℥. 1. s. ſyrupi acetoſi, de radicibus communibus facti, quolibet mane, cum aqua tepida decoct. ſem. aniſi, fœniculi, ſcariolę, & maſticis, & hoc fiat vſq; ad decimum vel * vndecimum diem, & tūc purgetur cum hierapicra Gal. *ʒ. 1. vel cum benedicta, aut cum decoctione iſta: R. polypodij quercini optimi, & viridis benè raſi, & abluti ʒ. 3. ſe. fœni. ʒ. 1. hæc duo ſimul conterantur, & admiſceantur cum radice fœni. petro. apij, aſparagi, bruſci, an. * M. s. vio. ʒ. 1. pruna damaſ. 30. numero, agari. ʒ. quart. turbith, eſulæ ana * ℥. tertiam. hæc omnia optimè decoquantur in quinq; ℔ aquę quouſq; ad vnam redeant, deinde colentur, & colaturæ adde pulpæ caſſiæ f. tamarindi an. ʒ. 1. s. myrobalanorum citrinorum, & chebu. an. ʒ 1. rheubarbari *ʒ. quart. ſacchari viol. & ro. ana ʒ. 1. ſi eſt aliqua obſtructio in hepate prædictum rheubarbarum teratur, & in ſucco endiuiæ per noctem iaceat, deinde in decoctione prædicta ponatur, & in matutinis tepida exhibeatur. ¶ Quòd ſi prædicta cholera vitellina, vel citrina in ſtomacho fuerit, prouocetur vomitus ſecundum doctrinam ſuperiùs ſcriptā in cap. de vomitu. Si dentur ʒ. 2. de ſe myrti trito, & diſtemperato cum oxymellite & aqua calida in potu, vomitum prouocat, quod in quodam ſene, qui longo tempore paſſus fuit tertianam notham, probaui, & poſtea dedi illi, & vomitum prouocaui, poſtea dedi illi hieræpicræ Gale. ʒ. 1. cum tepida, & purgatus eſt optimè, & cōualuit. Quòd ſi poſt purgationem amplius inuaderet febris acceſsio ante horam acceſsionis, detur aur. alexandrina, vel rubea calida. ¶ Si in æſtate fuerit, diætetur, vt in vera tertiana, & alia remedia ibi dicta fiant, ſecundum quod oportet. Si in hyeme, aut tempore frigido, & in ſene, vel puero, dentur pulli, hœdi, perdices, phaſiani, fœni borrago & ſimilia. Et nota, quòd ſi dolor in pectore, ſiue in ſpiritualibus fuerit, ſemper debemus obſeruare illud, quod ſuperiùs dictum eſt ſ. quòd infirmo de penidijs tragacantho ſemper apponamus aliquid, & etiam quòd non purgemus patientem, donec dolor quieuerit, & cætera ibi dicta obſeruari debēt. ¶ Expertus ſum in tertiana vera, & in quotidiana poſt 14. diem digeſta materia, & purgata per vnā horam, vel duas ante principiū paroxiſmi dare ʒ. 2. rubeæ trochiſcatę, & ʒ. 1. cum vino deco. rutæ, & abrotani & ſaluiæ, quia tollit febrem in breui.

Cura. — *al. 12. — *al. ʒ. 1. & s. — *al. M. 2. s. — *al. ʒ. 3. — *al. ʒ. 4. — Expertum.

De duplici Tertiana, Cap. XX.

DVPLEX tertiana fit de cholera in diuerſis locis putrefacta, & in diuerſis horis affligitur infirmus quotidie, vna die grauius, altera verò leuius. Adeſt calor magnus & feruens, pulſus velox, & acutus: dolor capitis intēſus, vomitus cholericus, oris amaritudo abominatio, rigor paruus, ita quod deficiente vna acceſsione cum ſudore, alia acceſsio inſurgit quandoq; Vnde quidam exiſtimāt, hāc febrem eſſe quotidianam, vel continuam, ſed continua rigore & ſudore cognoſcitur. Sed quandoque acceſsio durat per 12. horas, vt quotidiana, ſed in paruo rigore, & acuto calore, & cholerico vomitu diſcrepat quotidiana. Vrina in hac febri apparet rubea vel ſubrubea, vel crocea, in ſubſtātia per totum tenuis in principio, vel mediocriter ſpiſſa in ſtatu, vel declinatione ſuperiꝰ obumbrata, & non liuens. ¶ Curetur duplex tertiana per omnia, ſicut tertiana vera curatur: excepto quòd in hac debet fieri minutio in ſecundo, vel tertio die de vena mediana: detur ſyrupus ro. cū frigida. Vtantur eadem dięta eodemq; regimine, & eodem modo purgationis, & in omnibus his, quæ in curatione tertianę dicta ſunt.

De Tertiana continua, Cap. XXI.

TERTIANA continua fit ex cholera putrefacta in vaſis, affligit per 24. horas in ſummo labore, & per 23. horas in falſa quiete: differtur autem à cauſone, quia materia cauſonis eſt in locis vicinis cordi: materia verò huius eſt in locis remotis à corde: ideoq; ſymptomata, quæ in cauſone emergunt, eadem igitur ſigna in vtraq; ipſarum apparent, ſed differunt in quantitate malitiæ, vtraque enim fit ſine rigore, & vtraque iſtarum vno die affligit magis, quàm alio. Tertiana itaque continua eodem modo debet curari, ſicut cauſon, hoc excepto, quòd in tertiana minus frigidis expedit vti, & minus tenui diæta, quàm in cauſone. Vtatur eodē regimine, & eadem purgatione in cap. prædicto dicta, exceptis his dictis nunc.

De Quotidiana vera, de phlegmate naturali, Cap. XXII.

QVOTIDIANA alia continua, alia interpolata, alia vera, alia notha. Et primò de vera & interpolata dicamus. ¶ Quotidiana vera de phlegmate naturali habet fieri vtplurimum in hyeme, & tempore frigido in ſenibus, & mulieribus phlegmaticis. Cùm enim ipſum phlegma naturale putreſcit extra vaſa, & non colligitur ad apoſtema, facit quotidianam interpolatam, quæ incipit affligere in tertia hora noctis: Primò rigore, deinde calore, & habet 12. horas ad plus in laborem, & ſex de falſa quiete, ſcilicet in declinatione, & ſex in vera quiete. Vrina apparet ſubcitrina, vel pallida, & per totum ſpiſſa: adeſt indigeſtio ventris & lateris extenſio, capitis grauedo, pigrities ad ſenſum & ad motum, ſomnolentia, oris inſipiditas, ſputi & ſaliuarum abundantia. ¶ Curetur huius modi febris hoc modo: omni mane ſumat *℥. 1. *al. ʒ. 1.

Signa. — Cura.

oxymellitis de radicibus cum aqua tepida, vel syrupum acetosum de radicibus fœni. petro. apij, asparagi, brusci, & radice lupulorum. ¶ Digesta materia, quod fiet in 10. vel 12. dieb. ad plus, purgetur cum syrupo laxatiuo Magistri mei in quotidiana vera optimo, qui sic fit: Recipe polypodij quercini ℥.3. videli. viridis, & bene mundati, & triti* cum ℥.1 se. fœni. turbith boni, & gũmosi, esulæ, agarici ana ℥. 3. pruna sicca 25. prædicta terenda terantur, & omnia per noctem in aqua calida iaceant: mane verò quousq; tantũ tertia pars remaneat, bulliant, & addito saccharo fiat syrupus, de quo des ante horam accessionis digesta materia * ℥.2. vel ℥.3. cum calida. ¶ Vel purgetur cũ decoct. ista: R. capil. Ve. hepaticæ, scolopendriæ, adianthos, polytrichi, cichoreæ, radicis asparagi, brusci, petro. fœni. ana ℥.s. agari. hermod. ana ℥ 3 polypodij quercini, contriti cum pauco sem. fœ. ℥ 1.s. marathri ℥.3. hæc omnia per noctem iaceant in ℔.3. aquæ: mane verò bulliant, quousq; ad vnam redeant, colentur, colaturæ addatur pulpæ cassiæ fi. tripheræ saracenicæ, sacchari ro. & sacchari viol. ana ℥. 1. myrobalanorum chebulorum ℥.1.s. plus vel minus, secundum quod magis vel minus vis purgare. ¶ Vel purgetur cum benedicta laxatiua, vel cũ catartico, vel cum blanca, vel cum oxymellite squillitico, vel cum clareto laxatiuo, quod sic fit: Recipe ℔. 1. polypodij quercini viridis & boni, & cum ℥.2 se fœni. terantur, & bulliant in ℔.3. vini boni, quousque tertia pars minuatur, postea cola ipsum vinũ, & adde * ℥.3 mellis, vel sacchari, cinnamo folij spicæ, cardamomi, fustium caryophyll. & terantur species istæ, & in prædicto vino ponantur, & colentur per fasciam vel sacculum, & detur in potu ℔. 1. quia bene purgat. Et Magister meus cum huiusmodi clareto purgabat delicatos & specialiter Gallos, qui mirabiliter abhorrent sumere medicinas & ipse loco medicinæ dabat huiusmodi claretum, cum quo optimè purgabantur, & libenter ipsum sumebant. ¶ Item purgabat quosdam cum tragea quadam sua laxatiua, quæ sic fit: Recipe turbith boni gũmosi ℥.1. foliculorum senę, esulę, hermodactylorum, polipodij ana ℥.s mastichis, semi. fœni. & anisi ana ℥. quart. terantur, & omnia cribrellentur, & addatur sacchari ad pondus omnium, dosis est ℥ s. & in qualibet dosi adde gra. 5. diagridij in pomo cocti, quia mirabiliter valet contra excessum phlegmatis, etiam artheticis mirabiliter valet, si vtantur bis in hebdom. Vel si vis potes purgare cũ puluere petro. supra in passionibus scripto. ¶ Quòd si post purgationem patiens stomachum suum adhuc sentiat repletum fore, prouocetur vomitus cum his, quæ in cap. de vomitu prouocando scripta sunt. ¶ Post purgationem vel vomitum, si adhuc febris durauerit ante horam accessionis detur mithridatum, vel aur. alexandrina, vel Adrianum, & similia cum calida, & inungantur renes cum aragon, cum marciaton, agrippa, oleo laurino, pulegino, & similibus: balneum etiam, quod in cap. quartanę dicturus sum, corpore mundificato, antequam frigus eum inuadat, intret & ibi aliquas de dictis opiatis suscipiat. ¶ Dentur illi electuaria confortatiua: sicut sunt diamargariton, diacalamentũ, dianthos, & similia. ¶ Comedat carnes hœdinas, phasianos, perdices, sturnos, minores aues, & hoc dico postquam ægritudo iam 13. diem transiuerit, & virtus valde debilitata fuerit, alioquin si virtus fuerit fortis, & sufficiens vsq; ad statum, & declinationem ægritudinis, comedat solùm farinam hordei cum lacte amyg. cõditam, amygdalarum colaturam furfuris fœn. & borraginis cum eodẽ lacte conditam, pira & poma grossa, assata, quandoque aquam, in qua coquatur radix fœni. mista bibant cum sacch. Cùm verò in conualescentia fuerit, vel cùm ægritudo nimis protẽditur, & virtus incipit debilitari, debemus dare prædictis carnes, aures & pedes prædictorum cum fœniculo & borragine coctas, oua sorbilia, & similia: demus etiam vinum album, & subtile cum prædicta aqua lymphatum bibant.

*al. cuscutę ℥.1. se. fœn. &c.

*al. ℥.2. vel in causa calida purgetur cum decoct. &c.

*al. ℥.1.

Claretus laxatiuus.

*al. ℥ 4.

Tragea laxatiua.

*al. ℥.4.

Prohibentia paroxismum.

Dieta.

De quotidiana Notha, & primo de ea, quæ fit ex phlegmate salso, Cap. XXIII.



QVOTIDIANA notha fit diuersis modis: quandoque ex phlegmate dulci, quandoque ex phlegmate salso, & quandoq; ex phlegmate acetoso: De phlegmate verò salso sæpius habet fieri: & fit quotidiana notha in æstate, quandoque in autumno, quandoque in vere: Vnde in quolibet tempore anni potest superuenire. ¶ Signa igitur quotidianæ nothæ de phlegmate salso factæ sunt ista: Vrina rufa, vel subrufa, mediocriter tenuis in principio, vel mediocriter spissa in statu, & in declinatiõe, & nõ liuẽs apparet: adest oris salsedo, digestionis corruptio. capitis dolor, pruritus per corpus vniuersum, & quandoq; scabies, & maximè adest pruritus in inferioribus partibus corporis, circa nodos & iuncturas. Patiens in nona hora diei in antea incipit affligi: primò rigore, deinde lento calore, & maximè vsque ad mediam noctem affligitur. ¶ Curetur in hũc modum: sumat omni mane * ℥. 1. syrupi acetosi, compositi de radicibus, facti cum calida, in quo misceatur* ℥.1. sacchari ro. noui: post verò quintã vel sextam accessionem materia iam digesta, prouocetur vomitus cum aliquo de prædictis vomitibus, in cap. de vomitu dictis. ¶ Quòd si non fuerit facilis ad vomendum cum oxy. catartico, vel benedicta laxatiua purgetur, vel cum decoc. ista: Recipe polypodij ℥ 2. agari. ℥.s. epithymi, viol. an. ℥ 1. sem. fœni. & anisi ana * ℥. 1 s. terantur hæc omnia, & bulliant cum tribus ℔. aquę quousq; ad vnam redeant, colentur, & in colatura ponantur ℥.2. myrobalanorum citri. &* ℥.2.s. sacchari, & sic per noctem iaceant simul: mane verò colatura propinetur. ¶ Vel cum ista decoctione alia purgare poteris ad hoc optima, cum qua Magister meus huiusmodi febricitantes purgabat: Recipe scariolæ, scolopen. borraginis, capil. Ven. ana M. 1. radicis fœniculi, petro. apij ana ℥.1 florum violarum, & borrag. ana ℥.s. hordei mundi P. 1. pruna 25. coquantur omnia & bulliant cum tribus ℔. aquæ, quousque ad vnam redeant, & colaturę addantur pulpę colocynthidis, *cassiæ fi. an. ℥.2. sacchari viol. tripheræ saracenicæ ana ℥. 1. sacchari ro. ℥.s. rheub. ℥.4. pulpę myrobalanorũ citri. che. ana ℥.s. ¶ Quòd si post purgationem infirmus non

Signa.

Cura.

*al. ℥.s.

*al. ℥. tert.

*al. ℥.6.

*al. ℥.3.

*al. cassię ℥.1 sacch. rof. ℥.1. rheub. &c.

non perfectè curatus fuerit, & remáserit aliquid de typo ante horá accessionis, detur musa ęnea, & mithridatum Adrianum, esdra, vel aurea alexandrina, & similia: quia mirabiliter valent, diætetur, vt in cap. de tertiana notha dictum est.

De Quotidiana, quæ fit ex Phlegmate dulci,
Cap. XXIIII.

Signa. PHLEGMA dulce quandoq; corrumpitur, & facit quotidianam, quæ similiter notha est, sicut prædicta. ¶ In hac enim febri apparet vrina rufa, vel subrufa in substantia, per totum spissa, sicut in colore sanguinis obumbrata parum superiꝰ. Circa mediam noctem incipit affligere inter horas phlegmatis, & sanguinis lento calore, typum nó debet habere: quia materia non est ita frigida, & humida, vt frigus inducat, nec ita calida & sicca, vt rigorem inducat: nec ita frigida & sicca, vt horripilationē inducat: adest oris dulcedo, digestionis corruptio, & ciborum sumtorum putrida, & fumosa eructuatio, tanquam ex ouorum putridorum comestione, fœtor nimius egestionum, grauedo capitis, sputi & saliuarum abundantia dulcis. Cura ¶ Curetur sic: mane sumat oxymel, vel syrupum acetosum de radicibus cum aqua deco. prunorum & marathri, farina hordei, lac amyg. borrago cum lacte amyg. cocta, asparagi elixi, lactucę: cichoreę elixatę, mica panis lota, & huiusmodi exhibeantur. Cùm verò materia fuerit ad expulsionem parata, quod fit in * 24. die, vel infrà: detur hæc decoct. Re capil. Ven. scolopendriæ, cicoreæ, ceterach. polytrichi an. M. I. radicis fœ. petro. asparagi, brusçi ana M. s. agarici ʒ. s cuscutæ * ʒ 2. radicis bletæ ʒ. I. viol. florum borragi. ana ʒ. s. pruna damasce * 25. omnia in aqua bulliant, vt suprà dictum est, & colaturę addantur pulpę casşiæfi. ʒ. 2. tripheræ sarracenicæ, sacchari vio. ro. mãnę, an. ʒ. I. myrobalanorũ chebu. citri. cum 6. amyg. dulcibus ʒ 2. Quòd si post purgationem aliquid de tepido remanserit, dentur aliquæ opiatæ ante accessionem, vt aurea, esdra, adrianum, & similia.

* al. in 14. vel in 20. die
* al. ʒ. 3.
* al. 26.

De Quotidiana de Phlegmate acetoso,
Cap. XXV.

Signa. CVM itaq; contingit phlegma acetosum putrefieri, & quotidianam notham in eo accendi: tunc eius vrina apparet in principio mediocriter spissa, cum appropinquat ad digestionem: & est in colore glauca, lactea, vel alba, parum in colore huiusmodi intensa: hæc enim febris serò incipit affligere inter horas phlegmatis, & melancholię. Primò horripilatione cum lēto calore: phlegma enim acetosum proprietatem habet cum melancholia, & ideò inducit horripilationem: Adest oris acetositas, capitis grauedo, indigestio ventris, constipatio venarum & lateris inflatio. Facies in cōtrarium mutat colorem, quia pallidior fit quá à natura esset: permutatio. n. mali coloris non fit ob aliud, nisi propter malam digestionem, & necessariò sequitur malus color: vnde cum dico, iste vel ille est malè coloratus, necessariò sequitur quòd malè digerit. Cùm itaq; in phlegmate acetoso excessiuè superabundante, duæ qualitates peccent principaliter, scilicet frigiditas & siccitas digestioni contradicens: non est mirum, si colorē in contrariũ permutent. ¶ In hac ergo febre primò ordinetur diæta non nimis tenuis, grossior tamen in hyeme, quàm in æstate, farinam hordei cum lacte amyg. conditam, borraginem, lactucas & huiusmodi cum prædicto lacte conditas, asparagos elixos, pullum paruum perdicem, & minores aues comedant: vinum subtile clarum, & benè lymphatum bibant. ¶ Sumant quolibet mane * ʒ. I. & s. huius syrupi cum calida: Re. radicis asparagi apij, brusci, petro. fœni. an. M. I. corticũ radicum interiorum, sambuci, & ebuli an. ℥. 3. hordei mundi P. I. bulliant perfectè & addito melle despumato albo, & sacch. an. fiat syrupus, de quo omni mane detur ad quantitatē prædictam, quousque materia sit digesta. Vel digeratur materia cum oxymellite squillitico, cum syrupo acetoso, de radicibꝰ, vel oxymellite facto de radice raphani in vino, in mulieribus verò detur quolibet mane mel cum aqua decoctionis radicis fœni. Digesta materia, quod cognoscitur per anticipationē accessionis, vel per vrinam mediocriter spissam, purgetur patiens cum decoctione ista: Re. senæ, thymi, epithymi, cuscutæ ana * ʒ. s. capil. Ven. politrichi, adianthos, cychoreę, scolopendriæ an. M. s. viol. ʒ. s. radicis bletæ, asparagi, brusci, fœni. ana ʒ. I. hæc omnia in tribus ℔. aqua bulliant, quousque ad vnam redeant, & addantur colaturæ pulpæ casşiæfi. & mannę ana ʒ. I. s. tripheræ saracenicæ ʒ. I. s. facch. vio. & ro. ana ʒ. s. myrobala. indorũ emblicorum, & chebulorum cum 8 amyg. dulcibus contritorum ana ʒ. I. hæc omnia per noctem simul stēt, mane verò colentur, & colaturæ ad vnius gobeleti quantitatem patienti detur in potu. ¶ Et si medicinam abhorrere videatur fiat ad hoc emplastrum supra stomachum, & cætera in cap. de vera tertiana dicta. Quòd si stipatus fuerit eius vēter, suppositorium aliquod, vel clystere fiat. ¶ Vtatur etiam balneo ante cibum mane, in quo positę sint rosæ & flores chamo. & cùm exit, sumat aliquod de prædictis opiatis. ¶ Et inungãtur renes talium, & spina dorsi oleo laurino, chamomil. & similib. cum butyro mistis, & hoc post balneum & huiusmodi inunctiones. ¶ Et detur opiata post purgationem, antè enim, quàm euacuatio fiat, siue purgatio per naturá, siue medicinam, non competunt prædicta.

Cura.
* al. ʒ. I. s.
* al. ℥. s.

De Quotidiana, ex Phlegmate vitreo,
Cap. XXVI.

QVANDO phlegma vitreum inducit quotidianam, quæ similiter notha est sicut & prædictæ, tunc vrina talium in principio morbi apparet alba, glauca, vel alba cum gleba humida apparente in ea. vnde in ipso dominio phlegmatis vitrei, vel cum febre vel etiá sine febre vrina apparet spissa, & globosa. Cùm verò iam appropinquat digestio, quotidie de die in diem attenuatur vrina: phlegma et enim vitreum in principio suæ dissolutionis calore existente debili, dissoluitur in quadam frustula, vnde reddit vrinam discoloratam & spissam: in fine verò suæ dissolutionis calore in eo agente fortius, tanquam in materiam subiectam, in subtiles & aquosas partes dissoluitur, siue resoluitur, Signa.

quæ vrinæ admistæ reddunt ipsam tenuẽ & multam. Cuius simile videre possumus in niue, quæ si soli exponatur in principio resoluitur in grossas partes, calore verò solis in eam fortius agente, in fine resoluitur in partes subtiles: & hæc symptomata sunt in hac febri. Post tertiam horá noctis incipit inuadere. Primò adest typus, deinde sequitur calor lentus: adest maxima extremitatũ frigiditas, & sentitur circa loca, in quibus materia continetur: & etiam ibi sentitur tanta frigiditas, ac si ibi esset frustũ glaciei maximũ, vbi materia continetur, quod nimis onerat patientẽ, adest maxima indigestio: & quandoque per vomitum, & quandoque per secessum quoddam modicum, in modũ glaciei vel vitri, emittunt: nimiꝰ adest intestinorũ dolor & corrosio. Vnde quádo Gale. huiusmodi passionem pateretur, inquit, videbantur intestina quasi in eo quodammodo terebello perforari, sed clysterisatus sum ex melle calido, & emisi phlegma, quale Catagorax vitreum appellauit. ¶ Curetur hæc febris sic: non nimis tenuis diæta iniungatur: carnes pullinas, & minorum auium, perdicum, sturnorum, phasianorum, & huiusmodi similia, & comedant olera prædicta: Vinũ odoriferum & clarum cum aqua deco. radicis fœni. & sem. eius bibant, à principio quolibet mane sumant ℥.1. s. oxymel. conditi de radicibus raphani, vel oxymel. squillitici, quod sic fit: Accipe squillam, & mundetur, & frustatim incidatur, & in aceto dimittatur per duos dies cum M.ʒ. de radice fœ. apij, asparagi, & petro. deinde bulliant prædictæ radices cum aceto, & prędicta squilla, & addatur eis sem. fœni. petro. apij, anisi, & asparagi an.* ℥. 2. & coquantur perfectè: quousq; tertia pars remaneat: deinde colẽtur, & colaturæ addatur tantundẽ mellis despumati, & perfectè coquantur. Istud .n. est oxymel squilliticum, & compositum, quod valde competit in his febribus. ¶ Digesta materia: quod cognoscitur ꝑ vrinæ attenuationem, sicut superiùs dictum est: & anticipationem accessionis, purgetur patiens cum hieralogodion, vel benedicta laxatiua, cum aqua mediani corticis, radicis sambuci, ebuli, & interiorum colocynth. Et nota, quòd ista deco. est expertissima in erraticis febribus, vel purgetur cũ deco. aliqua de supradictis. ¶ Si verò dolor fuerit in ore stomachi, prouocetur vomitus cum aliquo de vomitiuis in prædicto cap. dictis. ¶ Si verò in intestinis contineatur materia, fiant clysteria acuta, sicut est istud: R. mal. mercurialis, senetionum, parietariæ, vrticæ, viol. brancæ vrs. rad. sambuci, ebuli ana M I cantabri pugillũ I. addantur tripheræ saracenicæ ʒ.2. mellis & olei an. ʒ.1. s. salis puluerisa. vel vsti ℥.1. Et si in ipsa deco. addatur cucu. agrestis, maliterræ & parũ de turbith agarico, colocynth. esula, & hermodacty. vtatur, magis acutum & magis forte clystere fiet sæpe. ¶ Si dolor est in aliquo membro, & frigiditas, inungatur membrum istud vnguento aureo, aragon, marciatõ, oleo laurino, pulegino, chamomillino, & similib. Cataplasmetur locus cum parietaria, origano, calefactis simul. ¶ Cùm febris recesserit, detur diacalamentum, diamargariton, vel diacyminum, cum vino decocti pulegij, & origani. Gal. etiam, quod in cura quartanę verę dicá satis est vtile in hac febri post corporis mundificationem. Et nota, quòd in phlegmate vitreo, siue cum febri, siue sine febri, semper debet apparere vrina discolorata, propter frigiditatis vehemẽtem excessum.

Cura.

Oxymel squillitic cũ cõpositum.

*al. ʒ.2.

De Febre quartana vera, Cap. XXVII.

FEBRIUM quartanarum alia vera, alia non vera, & notha dicitur. Vera quartana fit de melancholia naturali, cùm putrefit, & fit magis in autumno, sene & melãcholico, per* 20. horas affligit, & per* 44. interpolat: magnus tremor cũ frigore fit in principio accessionis, vt ossa confrangi, & distingui videantur, sequitur calor leuis, & non nimis acutus, & magis durat in tertia accessione. Pulsus in principio paruus, tardus, & occultus adest, deinde verò magnus, & plenꝰ. Vrina in principio pallida & tenuis per totũ, deinde citrinescit, & fit citrina, & tenuis per totum: in fine verò resolutionis ipsius quartanæ, quandoque emittitur vrina nigra & spissa, & hoc est bonum, si in bona quantitate emittitur, quia tunc signum est, quòd materia faciens quartanam per vrinam purgatur, & si etiam durities splenis in quartana vera consueuit esse. ¶ Curetur quartana vera hoc modo: primò, subtrahantur omnia cibaria, grossum & viscosum humorem & melancholicum generátia, sicut sunt pisces, lac, caseus, fabæ, caules, carnes bouinæ, bubulinæ, scrophinæ, & similia: hæc .n. sunt maximæ durationis causæ quartanæ. Vnde primò dentur omnia cibaria, bonum sanguinem generantia, sicut carnes pullinæ elixatæ, gallinarum, capreolorum, perdicum, phasianorum, hędorum, & huiusmodi coctas, & conditas cum fœniculo, borragine, trifolio, petroleo & huiusmodi & puluere canellæ & zingib. in parua quantitate potest super dicta aspergi: vitella ouorum mollia in aqua elixata, & panem triticeum bene coctũ, bene fermentatum comedant, & recentem vniꝰ diei. Vinum clarum, & odoriferum bibant, lymphatum cum aqua decoct. radicis fœ. borraginis, scariolæ: in die verò accessionis nihil comedant, si abstinere possunt, vel comedant saltem in modico de prædictis ferculis, & parum. Si .n. potest abstinere à cibis, quousq; febris incipiat declinare satis, melius est non comedere, quàm si comedant. ¶ Ordinata diæta, quæ est satis potissima pars curationis secundum Gal. & etiam Auicenna, dicit, quòd non omnis ægritudo suo curatur cõtrario, sed sufficit quandoque solummodo bonũ regimen in curatione ægritudinis: Et ad alia remedia medicinalia recurramꝰ. ¶ Primò igitur ponã curá Magistri mei ad quamlibet quartaná expertam: & in plurib. per experientiam vidi, quos in breui spatio curauit hoc modo: ad materię pręparationem ipse dabat quolibet mane de isto syrupo cum tepida: R. succi endiuiæ, succi borraginis, succi fœni. omnium per se depuratorum ana ℔.1. succi pomorum dulcium ℔. ʒ. pimpinellæ, linguæ bouis, calendulę, lauendulæ, capil. Ven. scolopendriæ ana M.s. prædictæ herbæ bulliant in aqua quousq; tertia pars remaneat, & colẽtur, & colaturæ addantur prædicti succi depurati, & additis sacchari ℔.ʒ. fiat syrupus. ¶ Post purgetur hoc modo, dum materia digesta fuerit: R. myrobala-

Signa.

*al. per 28.

*al. per 48.

Cura.

Cura experta.

balanorum citri.chebu.indorum ana ℥.s.violarũ
* ℥.1.florum borraginis ℥.s.pruna ſicca & lota 30.
omnia ſimul perfectè bulliant, & cũ fuerint qua
ſi decocta, adde epithymi * hortenſis ʒ.1 bulliant
in tribus bullitionibus, & tota nocte ſub ſereno
reſideant: mane verò colentur, & addita * ʒ.1. pe-
nidiarum, tepida exhibeatur. ¶ Item fiant pillulæ
& detur 3. vel 5. ante horam acceſsionis per duas
horas: Recipe pœoniæ, gentianæ, caſtorei, abſyn.
ana ʒ.1. myrrhæ, opoponacis, centaureæ maioris,
chamædryos, chamepityos, ſenę, lapidis lazuli a-
na ℈.2. conficiantur cum theriaca optima, & ru-
bea trochiſcata ana, & fiant pillulæ groſſæ in mo-
dum ciceris parui, & dentur quinque ante horã
acceſsionis per duas vel tres horas: quia miro
modo valent. Et vtebatur Magiſter meus in die
acceſsionis ante horam ſolùm quinq; pillulis par
uis, factis de optima theriaca & myrrha ana, & no
tabiliter valebant. ¶ In die verò quietis quolibet
mane & ſero dabat ad quantitatem caſtaneæ de
iſto electuario, quod chariſsimum inter cætera
reputabat, & nemini in ſcriptis vnquam cedere
voluit: Recipe carnium myrobalanorum citrino
rum, chebulorum, indorum, aga. viol. ana ʒ.3. ani-
ſi, reub. fœ. ca. Ve. eupa. ſcœnãthi, capparorũ, galã
gæ, ligni aloes, epithymi * hortenſis, nucis mu-
ſcatæ, cardamomi, lapidis lazuli, ſaliſgemmæ ana
ʒ.2. confice cum melle & ſaccha ana & des, vt di-
xi. ¶ Poſt purgationem verò mittatur in balneũ
aquæ decoctionis iſtarum herbarum per horam,
antequam inuadat eum frigus, vel ſaltem pedes
& crura in aqua decoctionis ipſarum calida tene
antur, quæ ſunt iſtæ: Recipe ſaluiæ, ſauinæ, roriſ-
marini, pulegij, ſerpilli, pulycariæ maioris & mi-
noris, chamædryos, chamepityos, origani, florũ
chamomillę ana faſciculum vnum, fomentetur,
& ſtuphet ſe bene in prædicta aqua, & aliqua de
dictis opiatis ſumat, & hoc poſt purgationem fie
ri debet. ¶ Syrupus Magiſtri Petri Vicentini ad
quartanam expertus: Recipe chamædryos, cha-
mepityos, ſenæ, thymi, epithymi, diptami an. ʒ. s.
florum borraginis, & ſe. eius * ana tres partes, ra
dicis fœ. petro. aſparagi, bruſci an. M.s. * bugloſſę,
capil. Ven. ſcolopendrię ana M.1. * ſacchari & mel
lis q.ſ. detur ex eo quolibet mane ℥.1. cum calida.
¶ Digeſta materia purgetur cũ deco. iſta ad hoc
experta: Re. thymi, epithymi, ſenę, cuſcutę, helle-
bori nigri, chamędryos, ſcœnã. ſtœchad. ſe. fœ. &
ani. petro. lupuli, cyperi, bugloſſæ, fumiterræ, ra-
dicis fœni. apij, aſparagi, bruſci petro. ſcolopen-
driæ, capil. Ve. omnium ana ʒ.s. hæc omnia in tri
bus ℔. aquę bulliant quouſq; ad vnam redeant,
colentur & colaturæ addatur myrobalanorum
indorum ʒ.1.s chebu. ʒ.1. lapidis lazuli optimè lo
ti ʒ.2. diaſenæ ſimplicis ʒ.1. ſacchari ro. ʒ 1.s. detur
calida hæc decoctio in matutinis, propè diem, vi
delicet in aurora, vel parum antè. ¶ Quòd ſi de-
coctionem ſumere non poteſt, purgetur cum his
pillulis in quartana vera, & notha expertiſsimis:
Recipe ſe. fœni. aniſi, melonum, cucurbitarum a-
na ʒ.2. interiorum colocynthidis, agarici ana ʒ. 5.
filipendulæ, ſcœnanthi, caſsiælig. viol. maſticis, pi
peris albi, euphorbij, lignial. meliloti, centaureæ,
ana ʒ.2. antherę, aſſę fœtidæ ana ʒ.3. ſenæ, myroba
lanorum indorum, chebulorum, cuſcutæ, epithy
mi, lapidis lazuli, armoniaci ana * ʒ.5. aloes hepa-

*al. ℥.2. — *al. creten ſis — *al. ℥.1. — *al. creten ſis, — Syrupus expertus. — *al. ʒ. quar. — *al. bugloſſæ an. M. s. ca. Ve. &c. — *al. ſacch. & mel. ℔.1. — Decoctio experta. — Pillul. expertiſsima. — *al. ʒ.s.

A tici, diagridij in pomo, vel paſta cocti ana ʒ. 1. mi-
nus quarta, ſquillę aſſæ ʒ.1 conficiantur cum ſuc
co abſynthij, addita aqua modica deco ct. caſto. &
formentur pillulæ in modum orobi, & dentur 11.
vel 13. vel 15. vel 17. vel 21. vel plus vel minus ſecũ-
dum virtutem recipientis. ¶ Vel purgetur cum
Paulino, vel hierapicra Gal. vel theodoricon, em
pericon, vel hiera fortiſsima, vel cum pillulis de
quinq; generibus, vel cochijs, & his ſimilibus.
¶ Trochiſci optimi ad quartanam veram, ſiue no
B tham poſt purgationem dandi, qui valent con-
tra frigus febricitantium, & extremitatum ſpe-
cialiter: Recipe ireos, ſucci eupatorij, abſynthij, fu
miterræ ana ʒ.1. ſemi. apij, aniſi, fœni. an. * ℈.1. ſaliſ
gemmę * ℈.1. & grana 4. ſe. cicutæ, chebu. an. * ʒ.
1. agari ʒ.1.s. ro. rub ℈.4. ſucci liquiritiæ, ſpicæ an.
* ʒ.2. ſpodij, eupatorij ana ʒ.s. turbith ʒ.3. conficiã
tur cũ bono vino, vel cũ ſuc. fœ. & fac trochiſcos,
quorum quilibet ponderet ʒ.1. des vnum cũ pau
co bono vino albo, ante horam acceſsionis in qua
C libet fe. cum frigore: quia miro modo valent con
tra frigus quartanæ & etiam quotidianæ, conti-
nuæ, vel interpolatæ. ¶ Experimentum quoddã
ad remouendum infallibiliter frigus quartanæ:
accipe ʒ.1.s. bonæ theriacæ, & miſceatur cum ʒ. 1.
ſucci menthæ communis, depurati, & cum * ℥. s.
boni vini puri albi, & odoriferi, & detur hæc mi-
ſtura ante horam acceſsionis per duas horas: &
dę eo quod in fundo cyathi remanſerit, inunga-
tur os ſtomachi, quia mirabiliter valet contra fri-
D gus ipſius quartanę. ¶ Item ſi ſumantur * ℈. 4.
mithridati cum ʒ.2. ſucci plantaginis depurati an
te horam acceſsionis, remouet infallibiliter quẽ-
libet typum quartanæ. ¶ Item ʒ.2. ſucci radicis
thapſi bar. miſti cum tantundem boni vini albi,
puri & odoriferi, in potu datę, quartanarios libe-
rat omnes, ad plus infra tertiam vel quartam ac-
ceſsionem: & hoc ſum expertus in me, & in pluri
bus alijs quartanarijs. ¶ Item os de corde cerui
pulueriſatum, & in potu datum cum vino deco.
E diptami, ſaluiæ, chamædryos, chamepityos, an-
te horam acceſsionis bibitum, mirabiliter valet.
¶ Item puluis tartari, & blattæ biſantiæ, & pul.
de cornu cerui, qualitercunque hæc omnia, vel
aliqua eorum data in potu, ante horam acceſsio-
nis, valent. ¶ Item theriaca cum vino decoctionis
maioranæ ante horam acceſsionis bibita, & ſuc-
cus hiari ante paroxiſmum naribus immiſſus, mi
ro modo valet. ¶ Item oleum rutaceum per os &
nares infuſum, in principio paroxiſmi, & ſtatim
F ſumat in potu patiens vnum granum muſci, cũ
vino puro odorifero, & albo optimo, tollit quem
libet quartanæ typum infallibiliter. ¶ Vnguentũ
expertum in qualibet quartana, tam vera quàm
notha: & iurauit mihi Magiſt. Hector Anglicus,
ſe cum hoc vnguento quamplures quartanarios
curaſſe: Recipe ſucci abrotani, ſucci rutæ & ar-
themiſiæ ana ʒ. 1. olei communis ʒ. 2. olei laurini
ʒ.1. omnia ſimul lento igne bulliant, & addatur
ibi parum thuris pulueriſati ʒ. tert. & iterum bul
G liant, quouſque ſucci conſumentur, & adde tunc
* ʒ.1.s. ceræ liquefactæ nouæ, & fac vnguentum,
de quo vnguento per vnam horam ante acceſsio
nem inter duos ignes inunge renes, & ſpinã dor-
ſi, vſque ad caudam, crura, ſplenem, vmbilicum,
ventrẽ, & plantã manus ſiniſtræ & pedis ſiniſtri,

Trochiſci optimi. — *al. ʒ.1. — *al ʒ.1. — *al. ʒ.s. — *al. ʒ.3. — Abſcindentia frigus paroxiſmi. — *al. cum ℥. ʒ.s. — *al. ℈.3. — Vnguenta. — *al. ʒ.1.

pulsus & tempora, & statim collocetur in lecto, & bene cooperiatur, dato aliquo succorum prædictorum in potu cum vino odorifero & hoc pluries fiat, quia pro certo in breui curabitur quartanarius, & specialiter si præcesserit vniuersalis purgatio. ¶ Aliud vnguentum ad idem, de quo simili modo loca prædicta inungi debent: Recipe succi querculæ maioris, succi matricariæ ana cyathum vnum, misce cum axungia porcina, & oleo communi ana & bulliant simul vsq; ad succi consumtionem, & tunc admisce masticis & olibani puluerisatorum ana ℥.1. ceræ & salis communis, ana ℥.ß. inungantur prædicta membra, & fricenter fortiter membra hoc vnguento sic per totum, quod quasi nigredo videatur per membra patientis, postmodum collocetur in lecto, & fiat vt supra, & fiat hoc vnguentum in qualibet quartana expertum, quo vtebatur Magister Petrus Maronus, de Salerno. ¶ Aliud vnguentum, quo vtebatur Magister meus ad idem: Re. castorei, theriacæ an. ℈.5. myrrhę, olei laurini an. *℈.4. musc. ambrę ana ℈.1. conficiantur cũ ℔.s. mellis despumati, & de hoc inungant stomachum, cùm incipiunt frigescere plantæ manus & pedis sinistri simul, tempora, & pulsus, & frons similiter: quia hoc vnguẽtum est expertum in prædictis. Et fiat statim duo stuelli de panno vel bombace, & in prædicta mistura intingantur, statim naribus intromittantur, hoc fiat iuxta bonum ignem, quo facto statim sumat patiens in potu ℥.1. de bona rubea trochiscata, cum bono vino albo, & statim pannis mundis calidis optimè cooperiatur in lecto, ad minus fiat in qualibet accessione in trib. vel quatuor, quia pro certo hoc solo infra tertiá vel quartam accessionem ad plus Magister meus quartanarios curauit. ¶ Quidam etiam Gallus iurauit mihi, & erat homo fide dignus, quòd quamplures quartanarios cum hoc emplastro curauit: Recipe farinæ tritici cribratę, thuris masculi, siue albi puluerisati ana ℥.2. temperentur cum succo menthæ, fiat inde emplastrum, & supra petiam ante paroxismum tepidum applicetur à primo spondili spinæ vsque deorsum supra caudam, & tamdiu ibi remaneat, quousque per se cadat, tunc pro certo liberatus erit, vt dixit mihi & iurauit ille bonus homo Gallus, cui non fuisset officium boni & probi viri, mendacia in damnum proximi dicere, eo maximè, quia vbi tractatur de humanorum corporum sanitate, & ecõuerso de mortifero medicamine, seu non bono, non potest esse, quin de exhibentium animarum damnatione tractetur, & verè dixit in se, in pluribus hoc experimẽtum probasse. Tamen nota, quòd huiusmodi emplastrum & vnctiones prædictæ maiorem habẽt efficaciam, si fiant corpore purgato, quàm si fierent corpore repleto. ¶ Quidam dixit mihi, quòd passus fuit quartanam ferè per annũ, & quamplures curæ sibi factæ fuerunt, non potuit liberari. Cùm autem quadam die inuadere inceperat eũ febris erat eques bene armatus, & inuaserunt eum inimici sui, sic quod oportuit cum eis prælia-ri, & transiuit hora accessionis durante prælio, & sic liberatus est, & non habuit amplius quartanam. ¶ Vidi quẽdam quartanarium, qui in principio paroxismi iactatus fuit in quodam paruo flumine, eo ignorante, & propter illum timorem, quem habuit, liberatus est. ¶ Vidi etiam quendam alium, apud quem factum est quoddam artificiale tonitruum, in principio accessionis, qui intantum timuit, quod liberatus fuit. ¶ Vnde nota, quòd hæc febris multoties propter timorem expellitur, & specialiter quando est in declinatione: multi etenim decipiuntur Medici in hac febri curanda, & specialiter, nisi sint benè soliciti circa ipsam curam, & quandoque etiam cum tota eorum solicitudine, & studio ipsam quartanam expellere nequeunt, propter hoc quartana vocatur à quibusdam vituperium Medicorum. Quidam .n. Medici sunt, qui in hac febri semper assistunt cum purgationibus, non attendentes circa alia particularia experimenta, & nunquam veniunt ad finem curationis ipsius ægritudinis. Si quis igitur secundum infra scripta experimenta processerit, auxiliante Deo in breui ipsam quartanã de possessione corporis, quod inuasit, citò tanquam indignè & indebitè possidentem, eijciet sine dubio, & eam perfectè curabit. ¶ Aliud ad idẽ: Recipe myrrhę electę ℥.2. fiat puluis & cum theriaca, quantum sufficit, fiant pillulæ ad magnitudinem ciceris, & da quartanario quolibet die vnam. In die accessionis, longè ante horam accessionis, da quinque. ¶ Ad idem: R. myrrhæ ad quãtitatem ciceris, tere, & cum succo absynthij & rutæ depurato ante horam accessionis detur: Et si ex hoc soluatur venter, optimum est.

De Quartana vera, siue notha, Cap. XXVIII.



QVANDOQVE accidit cholerã adustã putrefieri, cum ipsa accenditur: & fit febris quartana, quæ nõ vera, siue notha dicitur. Et tunc vrina talium debet apparere rufa vel subrufa & tenuis, patiẽs quarto in quartum diem affligitur: Primò rigore potius, quàm frigore, vel tremore: calor acutius magis, quã in vera sequitur, pulsus velox & spissus: & sitis, quæ consueuit in tertiana vel aliqua acuta esse, in hac febri adest. ¶ Si materia quartanæ est in stomacho ab ipso principio, cùm incipit paroxismus, est dolor stomachi: Et tunc cura istius quartanæ est prouocare vomitum in principio paroxismi .i. antequam incipiat cùm aliqua medicina vomitiua. ¶ Si verò materia est in intestinis, est dolor intestinorum & torsio, & cum incipit paroxismus, egestio pauca emittitur, sic quòd multum sunt constipati: & hæc partim per clysteria acuta, & partim per medicinas laxatiuas dictas superius curatur. ¶ Si materia fuerit in hepate patientis huiusmodi quartanam, vrina accedit ad spissitudinem & nigredinem: & hæc per prædictas purgationes, & per vrinam prouocantia curatur. ¶ Et signum quartanæ, cuius materia in spiritualibus continetur est, quod ampullæ apparent in superficie vrinæ, & sitis non de facili corrigitur ex potu. ¶ Quòd si materia quartanæ fuerit in splene, ab ipso principio adest duríties splenis, & etiam in principio paroxismi sentit patiens punctionem & dolorem in sinistro latere circa splenem: Et per purgationem, medicinas & inunctiones in præcedenti capitulo, & in cap. de vitio splenis dictas curatur. ¶ Cura etiam quarta-

quartanæ nothæ est, quòd ordinetur diæta in quartana vera dicta, & eodem modo regantur isti, sicut & illi. Postea in digestione materię detur patienti quolibet mane * ℥.1.s de oxymelle composito cum radicibus raphani, vel solùm cum oxymelle composito, vel oxisaccharo cōposito & dentur hæc cum deco. florum borraginis, & fœ. ¶ Cumque materia ad expulsionem parata fuerit, purgetur patiens cum deco. ista: R. capil. Ven. scolopendriæ, ceterach, polytrichi, adianthos an. M.s. radicis fœni. petro. asparagi, apij, brusci an. ʒ. s. sem. fœ. & anisi, senæ, thymi, epithymi ana ʒ. tertiam. violarum, florum borraginis ana ʒ s. se. communium ʒ.2. pruna damascena 25 hordei mundi P.1. rheupontici ʒ.1. hæc omnia bulliant in ℔.3. aquæ, quosque ad vnam redeant, & colentur, colaturæ addatur myrobalanorum citrinorum, & indorum ana ʒ.1.s. & quarta pars ʒ. vnius rheubarbari puluerisati, quod prius iacuit per diē in succo apij depurato, sacchari viol. & ro. ana ʒ.s. tamarind mannæ casiæfi ana ʒ.s Et si fuerit de phlegmate adusto, adde agarici ʒ. quartarium, vel purgetur cum oxymellite laxatiuo, vel cum catartico imperiali, vel cum triphera saracenica. Syrupus etiam diaquilon detur in potu. Et si patiens fuerit fortis complexionis, etiā sanguineus multum, celebretur sæpius minutio. ¶ Et si de phlegmate fiat quartana notha vel vera, cuius signū est, quòd vrina apparet alba & spissa, frigus maximum adest, & multum durans, calor verò nō durans, tunc huiusmodi febris vt vera quartana, & vera quotidiana curatur: hæc tamen species, quę fit ex phlegmate cum difficultate, & vera quartana, & etiam ea, quæ fit de cholera adusta, curantur: vnde si Medicus processerit ad curam earū, secundum superiùs scriptam doctrinam, liberabit eos.

*al. ℥. 2. & s.

Quartana fit ex phlegmate.

De Febribus erraticis, Cap. XXIX.

Signa.

CONSVEVERVNT aliquando in quibusdam hominibus & mulieribus, & specialiter in autumno febres accidere, quæ erraticæ seu planeticę nuncupantur, eo quod certum terminū accessionis nō seruant, neque certum numerum in accessione habent. Interdum enim mane vsque ad tertiam, vel meridiem, vel in sero, vel in galli cantu, vel in media nocte patientem affligunt bis, quandoq; ter, quandoq; quater vel sępius: quandoq; semel, quandoq; nullo modo affligunt patientē, & post ea incipiunt, & nullo ordine seruato procedunt. Fiunt .n. ex phlegmate, melancholia, vel cholera simul mistis in aliqua parte corporis, & specialiter in autumno, vt dixi: & frequenter mutantur in quartanam, quia reliquis humorib. pro maiori parte consumtis, quod remanet sumit melancholiæ habitudinē, & facit quartaná. ¶ In primis in huiusmodi feb. ordinetur dięta non multum tenuis, nec multum grossa. Postea dentur omni mane, vel die * ℥.2. oxymellitis compositi, vel de radice raphani, facti cum aqua calida: postea euacuetur humor cū aliquib. quæ cholerá, phlegma, & melancholiam euacuant: sed magis apponantur de respicientib. melancholiam, sicut est lapis lazuli, sena, thymū, epithymum, & huiusmodi vt scriptum est superiùs in cura quartanæ veræ, vbi scripta est deco. ad hæc optima. Dentur etiam quandoq; illi pillulæ factæ ex galbano, casto. sese leo, pœonia ana ʒ.2. aloes hepatici, vel succotrini * ʒ.3. epithymi ʒ.4. formentur cum vino, & malaxentur cum oleo laurino, & fiant grossæ in modum ciceris, & dentur 5 vel 7. bis vel ter in septimana sero. Et si frigore molestentur post purgationem, balneum, quod in cura veræ quartanæ scriptum est, satis est vtile, & mithridatum, musa ænea, aurea, esdra, & similia cum vino calida dentur. Et si etiam de dolore capitis conquerantur, post purgationem, detur etiam rubea trochiscata. Et nota, quòd in hac passione non est vtile multum cum purgationibus insistere, nisi patiens ex vsu habuerit.

Cura.

*al. ℥.2.

*al. ʒ.4.

De Quotidiana continua, Cap. XXX.

QVOTIDIANA est febris de phlegmate putrefacto intra vasa, cuius signa sunt hæc: vrina apparet rufa vel subrufa, & æqualiter spissa, non manifestè, sed cum manus appositione parum liuens, & inęqualis: quia quandoque fit fortis, & quandoque debilis, facies tumida, & subalbida, sitis modica aut nulla, & habet 18. horas in summo labore, & 6. in falsa quiete. Et nullo frigore seu rigore molestatur infirmus propter totius materiei positionem intra vasa. Et per hoc à laborantibus minori hemitritæo differunt. ¶ Subueniendi sunt isti & sunt curandi, quemadmodum patiens minorē hemitritæū in diæta, & in omnib. excepto, quòd in minori hemitritæo euacuam⁹ phlegma & choleram: in hac verò febri principaliter insistēdum est cum euacuantibus phlegma, sicut decoctione agarici, polypodij, turbith, myrobalan. chebu. & huiusmodi, secundum quod in capit. de tertianis interpolatis scriptum est. Suppositoria & clysteria etiam fiant, phlegma educentia, & si fiant stupidi fiāt fricationes, & alia huiusmodi in cap. de lethargo dicta. Diætentur simili modo, sicut patiens hemitritæū minorē, & si nimis debiles fuerint, detur pull⁹ cū hordeo, vel succ⁹ eius. Quòd si appetitus in eis deficiat, quod sæpè accidere cōsueuit, in istis prouocetur hoc modo: panem assum in aceto infusum odorent calidum, & salsam ex prædicto pane in aceto asso infuso, & menthá in ore teneant, & ex ipsa salsa fricentur manus eorum, & pedes. Item costus, mastix, & olibanum cum oleo rosato in testa oui bulliant supra ignē: & ex his inungatur stomachus patientis. Et alia remedia in cap. de defectu appetitus dicta, si fuerit necesse in hac causa, fiant.

Signa.

Cura.

De Quartana continua, Cap. XXXI.

CONTINVA quartana est febris quæ fit ex melancholia putrefacta intra vasa tātum, & habet * 24. horas in summo labore, & 48. in falsa quiete. Et fit sine frigore & rigore: pulsus initio est paruus, tardus & occultus, postea magnus & plenus: de vrina enim non datur certa regula in hac febri, quia diuersimodè mutat vrinam. Sed certius signum, per quod potes eam cognoscere, est illud, quod dixi:

Signa.

*al. 23.

videlicet tot horas habet in ſummo labore, quot & vera quartana, & tot habet horas in falſa quiete, quot quartana vera habet in vera quiete. Similiter quotidiana tot horas habet in ſummo labore, quot quotidiana vera interpolata, & tot horas habet tunc in falſa quiete, quot ipſa quotidiana interpolata in vera quiete: ſimiliter & tertiana cõtinua tot habet horas in ſummo labore, quot & tertiana vera in ſummo labore: & etiam quot habet horas in vera quiete tertiana vera, tot habet horas ipſa tertiana continua in ſummo labore: Vnde in continua quartana nulla eſt quies. Similiter in quotidiana continua, & etiam in tertiana continua. Sed quartana etiam fortius affligit de quarto in quartum, & tertiana continua fortius affligit de tertio in tertium, & ſic de alijs.

Cura.

¶ Conſueuit itaque quartana continua multoties vſq; ad 40. diem, & vltra protendi: & tunc non debemus inſiſtere nimis cum ſubtili diæta, cũ ſit chronica ægritudo, poſtquam iam 14. diem tranſiuit: quia vt ait Hip. aph. 23 ſecundæ particulę: Acutæ ęgritudines in 14. diebus iudicantur: cùm autem 14. diem tranſiuerint, iam non nominantur acutæ ſed chronicæ. Cùm itaque alibi dicat Hip. aporiſ. 5. particulę primæ: In tenuibus diætis peccant, &c. Et tenues & certæ diætæ in diuturnis ægritudinibus, & acutis, quibus non conueniũt, &c. vt ait Hippoc. aphoriſ. quarto particulæ primę. Et ideo ab ipſo principio detur farina hordei ptiſana colata, furfur, oua mollia, & huiuſmodi ſimilia cum lacte amygdalarum condita, pruna elixa, ſuccus malorum granatorum, & huiuſmodi. cùm verò ægritudo tranſiuerit 14. vel 20. diem & virtus incipiat debilitari, debemus pullum & ſuccum eius, & carnes minorum auium & huiuſmodi ſimilia dare. ¶ Clyſteriſetur cum clyſteribus, in quib. educentia phlegma & melanchol ponantur, ſicut eſt hoc: Re. polypodij, agar. turbith, ſenæ, thymi, epithymi, cuſcutę, centaureæ minoris ana ʒ.1. colocynthidis tritæ ʒ.s. radi. ebuli & sambuci ana * ʒ.4. radicis cucu. agreſtis ʒ 2. furfuris, ſe. lini & fœnugræci omnium ana P. 1. ſalis P. s. hęc omnia decoquantur, quouſque ſolum * tertia pars remaneat in fundo cacabi, & colaturæ addatur mellis * ʒ.1. olei * ʒ.s. tripheræ ſaracenicæ ʒ.2. caſsięſi. * ʒ.1.s. benedictę laxatiuę * ʒ.1. fiat clyſtere hoc ſæpius. Vel ſoluatur venter cũ decoct. quę educit phlegma & melancholiam, quæ ſcripta eſt in cap. de quartana vera, vel cum pillulis, vel cum electuario ibi ſcriptis, vel emplaſtrum laxatiuum ſuper ventrem ponatur: In hoc enim loco emplaſtra laxatiua, & vnguenta laxatiua, quæ in locis diuerſis habui diſperſa, ſimul aggregabo.

* al. ʒ.3.
* al. 4. pars
* al. ℥.1.
* al. ℥.1.
* al. ℥.1.s.
* al. ℥.1.

Emplaſtrũ & vnguenta laxatiua.

¶ Emplaſtrum laxatiuum, quod ſi ſupra ventrem ponatur, & ibi per noctem teneatur, ventrem ſoluit in hac feb. & in omnib. alijs ægritudinib. in q̃bus eſt ventris conſtipatio, competit, & ſpecialiter materia digeſta: Recipe centaureę, gith, abſynthij, farinæ lupinorum ana ʒ.s. maſticis * ʒ. quart. aloes ʒ.2. conficiantur cum ſucco abſynthij, & fiat emplaſtrum, & tepidum ſupra vmbilicum, & ventrem apponatur. ¶ Aliud ad idem, bulliant in oleo communi, aloés ſuccotrini * ʒ.3 & fiat in modum vnguenti, & tunc pul. polypodij, & turbith admiſceatur, & ſupra ventrem totum emplaſtretur. ¶ Aliud emplaſtrum laxatiuum expertum, ſi ſupra ventrem ponatur, & ibi per noctem, teneatur, mirabiliter laxat, & eo vtebatur multoties Ma. meus in hydropicis, ſpleneticis, ictericis, & in omni ægritudine repletionali, & in pueris hydropicis, & alijs qui non ſunt apti ad capiendum medicinam: Recipe radicis ciclaminis ʒ.1. radi. cucu. agreſtis & foliorum eius ana ʒ.1. fellis taurini, vel vaccini cyathos ʒ. colophonię, hellebori albi pulueriſati ana ʒ. 2. hellebori nigri puluer. ʒ.2. ceræ & picis ʒ. 5. olei veteris ʒ.4. omnia diligenter terantur, & liquefiant & in vnum corpus conficiantur in modum vnguenti, & inſpiſſentur: deinde ſupra pannum huiuſmodi emplaſtrum extendatur, & ſupra ventrem calidum apponatur, ita vt totum ventrem ab vmbilico inferius, & etiam parum ſuperius cooperiat, & ponatur in gallicantu: deinde patiens in lecto ſuo quieſcat: & ſit bene munitus à frigore, plus enim ſoluit quàm catarcticum. Et cùm vſque ad 10. ſedes habuerit, tunc patiens iuxta focum in manſione calida collocetur, & diligenter totum emplaſtrum de vẽtre ſuo radatur, ita quod antequá ab aqua venter tangatur, ſit benè raſum inferius prędictum emplaſtrum, & venter cum panno optimè ſit abſterſus: deinde vẽter vngatur ex melle: hoc fiat huiuſmodi hydropicis, ictericis, & ſpleneticis, & ſimilibus his, ſemel vel bis in ſeptimana, ſi virtꝰ ſufficiat, quouſq; ſint perfectè curati, quia expertum eſt. ¶ Aliud vnguentum laxatiuum, quod ſolum fit ex felle taurino, oleo & ſale gemma ſimul miſtis ¶ Vnguentum aliud laxatiuum: Recipe ſaluiæ bene tritæ M. 1. hellebori ʒ.1. olei ʒ.3 omnia bulliát in vino albo, prius trita bene, quoſque vinum conſumatur, & ſit tanta quátitas vini, quod ſupernatet ſaluię: poſt coletur cũ vinum fuerit conſumtum, & colaturæ addatur maſticis, hellebori albi, aloes ana ʒ.1. omnia pulueriſata, & in vinum confecta ſimul incorporentur, & addita pauca cera liquefacta, fiat vnguentum, de quo vẽter vngatur, & petia ſuperponatur: Et cùm reſtringere volueris, ducatur patiens ad balneum vel ſaltem iuxta ignem, & radatur optimè emplaſtrum à vẽtre, & inungatur venter melle calido, deinde adſpergatur ſuper ipſum mel.

¶ Emplaſtrum aliud, quod multoties ſum expertus, quod ſi ſupra ventrem ponatur, celeriter ſoluit: ſi ſupra ſtomachum, vomitum prouocat: Si ſupra renes, vrinam prouocat: Si ſupra pectinem mulieris fœtum mortuum educit: Sed caue ſtatim cùm operationem ſuam ad effectum deduxerint, quòd ipſum ſtatim remoueas, quia nimis educere poſſet, & Magiſter Henricus Anglicus Neapoli commorans dixit mihi, quòd in his omnibus hoc emplaſtrum erat expertum: & nunquam ibat ſine eo, & ſic fit: Recipe * lacticinij ʒ. 1. cataputiarum, interiorum colocynth ſucci tithymalli ana ʒ.6. ſucci cucu. agreſtis, hellebori nigri, terebinthinæ ana drachm. 4. coccignidij ʒ.1. ſem. laureolæ ʒ. 2. ſucci maliterræ drachm. 6. ſcámoneæ drachm. 3. omnia pulueriſentur, & cum melle ſimul conficiantur, & vſui reſeruetur: quoniá hoc emplaſtrum ad omnia prædicta eſt expertũ.

* al. arteticę lactucæ

Vnguentum aliud optimũ laxatiuum, quod valet lapidoſis, conſtipatis, nephreticis, iliacis, & hydropicis ſupra pectinem, & ventrem inunctum: & cum inungere volueris, caueat ſibi patiens

quòd

quòd non comedat, nisi prius 6. horæ transeant: A Recipe succi cucum. agrestis, succi interiorum squillę, radicis anabulæ, succi maliterrę, succi radicis ebuli, succi radicis corticum medianorum sambuci, lactis tithymalli, chimoleę an. drachmas 2. viol. succi cucu. agrestis, & pomorum eius, chamomillę, succi mercurialis, succi radicis polypodij, succi herbæ catapuciæ, laureolę, capil. Ve. ana *ʒ.2. diagridij ʒ.1. s. nucis indicæ ʒ.1. euphorbij ʒ. 1. fellis tauri, aloes hepatici, vel succotrini an. ʒ. 2. omnes supradictę herbę in mense Maij colligan B tur, & conficiantur sic: succos cataputi ę cum *℔. ʒ olei. 7. diebus misce: octauo verò die tandiu coque, donec succorum quantitas consumetur, & tunc adde cerę al. ʒ.1. & fellis tauri, & semper agites, donec fel & cera liquefiant: postea pul. terendorum addatur, & vsui reseruetur. Et hæc de vnguentis & emplastris laxatiuis in hoc loco ad præsens sufficiant.

*al. ʒ.3.

*al. ℔.1.

De Febribus pestilentialibus, propter aeris corruptionem factis, & de regimine sanorum in pestilentia obseruando, C

Cap. XXXII.



T quia quandoq; contingit aerem corrumpi, & morbos pestilentiales ibi generari, vbi hæc corruptio aeris fit: ideò de huiusmodi aeris corruptione agamus, tam in sanis, quàm in ægris vtilia aliqua aggregantes. ¶ Isti enim morbi vt pluri D mum fiunt in fine æstatis, & in principio autumni, quorum signa sunt hæc: aliquando in eadem die minatur pluuiam per tonitua, & corruscationes: & quandoq; per tempus nebulosum, & non pluit, apparent in aere velut ignes rubicundissimi, multiplicantur animalia ex putredine generata, sicut sunt formicæ alatæ, muscæ, & huiusmodi apparent: apparent supra terras modi mirabiles animalium, & serpentum, quæ fugiunt à locis suis propter vehementem aeris corruptionem, E aues etiam, quæ quandoq; de die volare consueuerunt, de nocte quandoque volant, & dimittũt nidos suos & oua, & non flat ventus aliquis, aut flat auster: & tunc est signum, quòd pestilentia est ibi propinqua ¶ Cùm itaque hęc febris superuenit alicui homini, vel multis hominibus, simul in principio non videtur multa caliditas & acuitas in huiusmodi ægrotantibus, neque multum calidi sentiuntur, cùm tanguntur huiusmodi infirmi, cùm in occultis corporis partibus, & ipsius F profunditate maximum lateat nocumentum ex ipsius aeris corruptione generata: sunt enim huiusmodi febres valde lentæ & deceptoriæ, & sentitur in eis anhelitus valde fœtidus, egestio etiã valde fœtida, & omnes superfluitates, quæ ab eorum emittuntur corporibus, sitim maximam, dolorem, & angustiam in spiritualibus patiuntur, eorum anhelitus augetur: quandoque cum vomitu & egestione aliquid valde fœtidum & durũ emittunt: deinde aliquando eis superuenit syn- G copis, & subitò moriuntur. Vnde propter huiusmodi accidentia reputantur periculosissimæ & perniciosissimæ huiusmodi febres. ¶ Primum itaque & tutius consilium, quod possit in huiusmodi ægritudinibus exhiberi, & etiam sanis, est

Signa futura pestis.

Signa febris pestilentialis.

A hoc: videlicet, quòd statim, cùm apparent signa pestilentię superius dicta, fugiant incontinenti ab illo aere tam infirmi, quàm sani, & ad alias regiones tendant, seu portentur, si cõmodè fieri potest. ¶ Quòd si ad prædicta loca sana cõmodè se transmittere nõ possint, fortè propter maxima discrimina, vel propter alias causas cõtradicentes, succurratur prædictis febribus in hunc modum: Aer vnius particularis camerę alteretur, in qua sit infirmus, & infrigidetur hoc modo: Recipe fo- B liorum myrtillorum *℔.1.s. sandalorum alborũ & rubeorum an. ℔.s. ros. ℔.1. bulliant omnia hęc in aceto & aqua: deinde ex ista decoctione parietes & pauimenta cameræ irrorentur, herbæ frigidę, sicut sunt frondes salicis, cannarum vitis, cymbalariæ, vermicularis, & huiusmodi per domum sternantur, vel ex solo aceto fiant hæc: Et 15. vel 20. spongię marinę lotę in aqua dulci & extortæ circumcirca parietes cameræ aceto forti repletæ suspendantur, vel in prædicta decoctione infusę, C hęc enim fortia sunt in rectificando aerem. Aqua etiam frigida per cameram in modum riuuli ducatur, vel coram patiente destilletur, & coram eo ventiletur aer quotidie cum flabello, quia ex tali ventilatione per motum flabelli facta purificatur aer & prohibetur ipsius aeris putrefactio: aqua ros. multoties in die super faciem eorum aspergatur. ¶ Syrupus acetosus vel oxysacch. & syrupus etiam ro. & nenuphari. cum pauca camphora aromatisati cum frigida in potu dentur pluries in D ter diem & noctem. Farinam hordei comedant, amygdalas, cicera, scariolas, lactucas, & similia cum pauca agresta, vel aceto, vel cũ succo pomorum citrinorum conditas, postea in aqua elixas. Et si vltra modum fuerint debiles, succum pulli, vbi fuerit parum de agresta, vel de prædicto aceto demus eis. ¶ Pomum etiam istud semper odorent, quod optimum est pro sanis, & etiam pro Medico: quia mirabiliter valet cõtra putrefactionem aeris: Recipe *ʒ.1. camphoræ, pulu. sanda- E lorum alb. & rub. ana ʒ s. ros. *ʒ.1.s. foliorũ *myrti, & sem. eius ana ʒ.2. thuris, myrrhæ ana ʒ.1. laudani ʒ.2. aceti fortis ʒ s. gummi arabici, & tragacãthi ana ʒ.1. resoluantur omnia prædicta in aqua ro. & ex his sic resolutis pomum vnum conficiatur, quod de manu in manum sæpe mutetur. Odorent infirmi, necnon Medicus etiam, cùm vadit per terram, visitando infirmos, quia multum confortat, & inhibet aerem corruptum. Pomum etiam citrinum nenupha. & similia odorent. ¶ A- F liud pomum optimum, & expertũ, quod si odoretur, & specialiter à sanis hominibus, mirabiliter præseruat corpus illæsum ab omni aeris putrefactione pestilentiali, & corrupto ab omni fœtore: lætitiam generat, & confortat spiritus, & totum corpus in sterilitatem facit conuerti: Recipe ambræ, musci, laudani ana drachm. vnam, caryophyllorũ cinnamomi, aliptæ muscatæ ana ʒ. ʒ. gummi arabici, camphoræ ana pondus vnum: omnia hæc puluerisata cum aqua rosata simul G ad ignem dissoluantur, & incorporentur simul, ex quibus omnibus pomum componas ad libitum perforatum, vel non perforatum, & odorandum exhibeas non febricitanti tamen, quia in sanis magis valet.

*al. ℔.s.

*al. 20. vel 25.

Pomum.

*al ʒ 1. & s.

*al. ʒ s.

*al. mẽthę.

Suffumigatio optima valens ad omnia præ-

Suffumigatio.

dicta,ad quæ valet pomum, & specialiter de sanis
loquor: Recipe ambræ, musci ana ʒ.1. xyloaloes ʒ.
s. camphoræ ʒ.3. fiat hoc modo: ambra prædicta
ponatur in vase pulcro, & nitido supra cineres ca
lidos, & cũ parũ aquę ros. agitet diu, donec inspis
setur: deinde apponantur dictæ species cribratæ
subtiliter, & moueantur, coquantur, vt durum fi
at in modum marmoris: sic quod proijciatur su-
pra marmor oleo inuncto, & vsui reserua: quia fu
mus eius receptus in pannis, & in corpore super
carbones accensos, valet magis, quàm credi pos-
sit. Confert enim in tẽpore pestilentiæ miro mo-
do sanis, & etiam infirmis: huiusmodi enim fu-
mus epilepticis, cardiacis, naribus, auribus, & ori
fœtentibus, putridis dentibus, & gingiuis, coitũ
prouocat, stomachum confortat, & ad omnia, ad
quæ prædictum pomum valet, & istud fumigiũ
similiter valet, & ad alia quamplurima. ¶ Syru-
pus continens sanguinem, ne ebulliat: variolas
prohibet, & etiam sudorem compescit, in aere ca
lido, & in tempore pestilentiæ valde vtilis est: R.
succi malorum granatorum acetosorum, vuæ a-
cerbæ ana ℔. s. castanearum mundarum, aquę ro
satę ana * ʒ.4. succi polytrici, & aceti acerrimi an.
℔.1. Malorum acrium, & malorum cydoniorum
ana ℔.1. coquantur omnia cum ℔. 4. s. sacchari,
& fiat syrupus, quotidiè vtantur eo infirmi & sa-
ni, quia ad prædicta omnia miro modo valet, &
efficax est. ¶ Quòd si pestilentialis aer ab inferio-
ribus insurgat, vt ab apertione fossæ terreæ, vt ac
cidit meis temporibus prope Neapolim, vbi ceci
dit in ruinã quidã mons, & exiuerũt de illo mon
te serpẽtes quasi infiniti, & monstruosi, & corru-
ptus est ibi in tantum aer, quòd omnes de terra
quasi mortui fuerunt. Si igitur à tali apertione
simili modo consurgat aeris corruptio, vel fortè
à cadaueribus mortuorum, vt hominum, vel e-
quorum, vel aliorum animalium putridorum, in
loco aliquo existentium, ipsum aerem inficienti-
um: vel si fortè à malis herbis corruptus sit aer, si
cut sunt ebuli, sambuci volubilis, succus cicutæ,
& huiusmodi herbę similes, aut minera sulfurea,
vel aluminosa, & hæc per visum discernuntur.
Vel fortè corruptus fuerit aer à corruptione prin
cipali, & putredine à subterraneis partibus pro-
cedente, quod cognoscitur per egressum diuerso
rum, & monstruosorum serpentum, & animaliũ
de suis cauernis exeuntium, & supra terram ho-
minibus apparentium, quæ sentiunt corruptio-
nem aeris ab inferioribus prouenire, nec possunt
in suis locis esse, & sic fugiunt supra terram, tunc
qualitercunque huiusmodi aeris corruptio secũ-
dum prædictos modos ab inferioribus proueni-
at, tutior via, & melior est, quòd huiusmodi homi
nes à ꝑdictis locis tàm sani, quã ægri habitare fu-
giant, si cõmodè hoc fieri potest. Sin autem quæ-
rantur hospitia alta, & agitata à ventis, & fene-
stræ sint apertæ, & aer cum flabello verberetur,
& infrigidetur cum superiùs dictis.

Quòd si ipsa aeris corruptio à superiorib. infe
ratur, quo cognoscitur per volatum auium, con-
tra naturam, quia aues, quæ de nocte volare con
sueuerunt, volent de die, & econuerso: & per si-
gna alia in aere apparentia, quæ superiùs in prin
cipio huius cap. dicta sunt. Similiter tutior via
est, quòd tam sani, quàm ægri à prædictis locis se
moueant, & quærant sana loca. Si autem sint in
locis subterraneis, non per terram ambulent, nisi
prius aer per Solem depuratus fuerit, vt accidit
circa tertiam: & ab illa hora in antea infirmi in
prædictis locis subterraneis collocati sint, & fene
stræ sint clausæ, infrigidetur aer in ipsis: Et om-
nia supradicta remedia fiant in hoc cõuenientia.
Aquę etiam rectificentur destillando, vel saltem
coquendo eas, & postea infrigidari permittãtur,
& exhibeantur, vt decet. Caueant sibi tunc sani
à coitu, quia multũ nocet in passionibus his mẽ-
bra principalia debilitando: & nõ ambulent per
terram, vt dico, nisi prius Sol depurauerit aerem
& si necessitas cogat aliquando eos ire, portent
semper in manu pomum aliquod, de suprascri-
ptis, & semper odorent ipsum: tutius tamen est
stare in camera, in qua sit aer particulariter alte-
ratus, secundum quod superiùs docui. ¶ Dięten
tur ægri, secundum quod dixi superiùs. Sanis ve
rò hœdinæ, pullinæ, castratinæ & huiusmodi car
nes cum aceto, vel agresta paratæ dentur, quoni-
am declinare ad acetosa in hoc tempore est val-
de tutum. Et sint carnes, quibus vtuntur sani, vel
ægri animalis sanissimi, & non ægri. Si enim in
prædictis animalib. fuerit pestilentia, caueant si-
bi homines ab eis, quia huiusmodi carnes solum
essent sufficientes ad pestilentiam inducendam,
etiam si non esset pręsens in omnibus eis vtenti-
bus. Vinum, quantò plus fieri potest, fugiant, &
si non clarum, odoriferum, & subtile sit, lymphe-
tur cum aqua clara destillata, vel cocta, & infrigi-
data, & declinent, quantum plus possunt, ad ace-
tosa, vt dixi, tam sani, quàm ægri.

De febre Epiala, & Lipyria,
Cap. XXXIII.

SICVT dicit Auicenna in libro suo
quarto, vbi de febribus loquitur, &
Serapio libro sexto cap. de epiala, &
lipyria febri. ¶ Epiala febris fit de
phlegmate vitreo, quod est frigidius inter cæte-
ras phlegmatis species, quod aut vincit in toto
corpore, aut in membro vno, & illud, quod vin-
cit in toto corpore, aut putrefit totum, aut non
putrefit ex eo aliquid: & tunc ipsum generat in
corpore frigus, quod non calefit absq; febre. Et si
totum putrefit, aut putrefit extra venas, & facit
febrem, quæ dicitur ephemerina, habens perio-
dos: aut putrefit intra arterias mesaraicas, & ve-
nas, & facit febrem continuam: Si autem putre-
fit pars eius, nominatur epiala, & ipsa quidem fa-
cit interius frigus, & calorem exterius. ¶ Et vri-
na quidem patientis epialam, est magis tendens
ad digestionẽ frigiditatis, quã vrina pat. epheme
rinam, & magis cruda, & grossior ea: & pulsus
est grossus, superatus, tardus, rarus, & fortasse fit
fortis omni die, & fortè fit fortior in omni tertio
vel quarto die, cum materia huiusmodi in corpo
re est parua, & paruæ putrefactionis ignea: for-
tasse periodus est quatuor horarum, quando-
que 9. quandoq; etiam * quatuor horarũ, fortasse
plus secundũ grossitiẽ materiei, & multitudinẽ
secundũ spissitudinẽ corporis, & grossitiẽ ei9, &
debilitatẽ virtutis, & tẽporũ anni. Et hęc quidem
fe. nõ permanet multũ, qd᷑ est: q̃a fortasse morat᷑
20. die-

Syrupus præseruans.

*al. ʒ.3.

Causa epialæ.

Signa.

*al. etiam 24.

20.dieb.& fortasse super illud addit, & minuitur
febris. ¶ Febris autem,quæ fit in omnibus 5. die-
bus,aut in omnib.7.aut in omnib.10.diebus,non
accidit,nisi ex phlegmate grosso , aut cholera ni-
gra,& secundum quantitatē grossitudinis mate-
riei,& eius spissitudinis ex qua generatur , proce
dit vehementia periodi eius , & postponitur, &
vrina,& pulsus,& secundum quantitatem mate-
riei,sicut dicit Serapio cap.prædicto. ¶ Lipyria
verò est febris in qua extremitates membrorum,
& quod apparet ex corpore,infrigidatur,& adu-
ritur in ea profunditas corporis, vt stomachi cū
siti vehementi , & cum asperitate linguæ : pul-
sus est paruus,& lentus: vnde lipyria cōtraria est
epialæ,iuxta illud : Semper in epiala frigescunt
interiora,exteriora calent,cedit lipyria contrà.Et
materia huius ægritudinis,siue febris vt plurimū
est phlegmatica , & quandoque est cholerica ex
cholera grossa. ¶ Sed simus soliciti in epiala in
prouocando vomitum , demus syrupum aceto-
sum,cum calida,& secundum Auicen.cum aqua
fasiolorum,raphani, aneti,calamenti , & diureti-
corum.Et simus in eis ambabus febribus soliciti
de facto valde in vomitu prouocando, & de-
mus aquam seminum communium, & prouocā
tium vrinam,potus infrigidantes,& stomachum
mundificantes,sicut aqua apij,& fœni.cum sem.
canabino,& geleniabin: & cum fuerit digestio fa
cta,demum secundum Auicen.& Serap.infusio-
nem de aloes,quam prædicti auctores in suis an-
tidotarijs describunt,quoniam multum confert.
Et demus pillulas de eupatorio, hierampicram
Galen & similia. Secundum Auicen.& Serap.si-
cut chamomilla,melilotum,furfur,medulla car-
thami.vrtica,& centau.minor.anetum almuri,&
mel.comedant aquam cicerum,muri, cyminum,
& ficlas,& asparagos , & fœnicu. cum oleo de a-
mygalis dulcibus condita, secundum Serapionē
pullos,perdices, & parua volatilia in campis , &
nemoribus habitantia,vinum subtile,& odorife-
rum mediocriter lymphatum bibant. ¶ In practi
ca verò Rogerica dicitur, quòd in epiala digera-
tur materia cum oxymellite squillitico, & purge
tur cum hierapicra,vel cum hieralogodion secū-
dum descriptionem antidotarij particularis,ter-
tio die post purgationem fiat stupha,cum herbis
istis:scilicet calamento,origano, mentastro,ruta,
folijs lauri,chamomilla,mentha,saluia,rore mari
no,& similibus herbis calidis,& odoriferis:& cū
exit à balneo,tergatur cum panno, & hoc vnguē
to inungatur supra spinam,renes,stomachum,&
circa brachia,crura,& tibias,quod sic fit: Recipe
succi absynthij,fœniculi,abrotani,balsamitæ , a-
grimonę,verbenæ ana ℥.2. coquantur in oleo cō
muni , vel in oleo nucum vsq; ad consumtionem
succorum,& additis ℥. 3. ceræ, fiat vnguentum.
¶ Quod si propter hoc non fuerit ægritudo iam
dicta curata, dentur opiatæ , sicut rubea trochi-
scata,aurea,& huiusmodi cū apparuerint alices,
& oscitationes ter vel quater ante horam acces-
sionis:item reiteretur prædicta purgatio Dentur
etiam electuaria calida,sicut diacalamentum,diā
thos,& huiusmodi.Item fiat fricatio in tibijs , &
ventosæ circa spatulas,& renes apponantur.Sci-
as verò , quòd lipyria sicut dicitur , fit de cholera
subcitrina putrefacta,& ex phlegma.& melācho-
lia in stomacho , vel intestinis putrefacta , accidit
in æstate de trib. in tribus diebus periodus eius.
Et primò superueniunt ei alices , & oscitationes,
deinde rigor,postea frigus,deinde calor, & in me
dio caloris superuenit frigus intolerabile, in inte
rioribus. Et ratio est, quia dum putresit cholera
subcitrina,pars trahitur ad cor , & facit ipsum fe-
bricitare,pars trahitur ad stomachum , & intesti-
na,dissoluit phlegma vitreum, & melancholiam,
& ipsum calefacit,vt potest videri de Sole & gla-
cie. Ex illorum igitur dissolutione membrorum
interiorum sequitur infrigidatio. In principio i-
gitur lipyriæ confert geleniabin, secundum Sera
pionem cum se.caniabino & in fine infusio de a-
loe,& hierapicra,& aqua fœni.& masticis , endi-
uiæ,apij& trochisci de ros. & vniuersaliter opor-
tet,vt regimen lipyriæ magis declinet ad subtili-
tatem,& sic minorem caliditatem , quā regimen
epialę secundum Serapionem:Rogerius verò di
cit curam huius esse,quòd fiat stupha cum salici-
bus cum frondibus vitis: quinqueneruiæ,solatri
morella,absyn.& parum de fol. fœnicul. ad alte-
randum & aperiendum poros , & bene fricetur
patiens per totum corpus cum herbis illis, & tūc
reponatur & cooperiatur in lecto,vbi sudet. Cor
pore non adhuc existente calido & poris apertis
adhuc,fiat inunctio ex hoc vnguento: R. succi so
latri,& cum tantundem aceti permisce ipsum, &
bulliant super ignem , & tum adde tantundem
olei viol. & decoquatur vsque ad succi consum-
tionem:& tunc pone aliquantulum de cera al &
fiat vnguentum,& inungatur ter vel quater per
totum corpus,si necesse fuerit.Item fiat scarifica-
tio in anterioribus & partibus posteriorib. tibia-
rum. Item apponantur ventosæ supra spatulas
vel circa renes,cùm autem soluta fuerit febris,di-
geratur phlegma & melancholia cum oxymelli-
te , purgetur cum hierapicra vel hieralogodion,
vel cum pillulis supradictis,tertio die fiat iterum
stufa siue balneum ex aqua simplici , & detur ei
in exitu balnei aurea Alexandrina:nam supradi-
cti humores si in stomacho vel in intestinis rema
neant post febris recessum,& non euacuarentur
per medicinam aliquam,& huiusmodi non fue-
rint quæ dicta sunt,possunt patientem in
colicam vel iliacam passionem
de facili facere
cadere.

ARNALDI DE VILLA NOVA
PRACTICA SVMMARIA, SEV REGIMEN.

De dolore Capitis, Cap. I.


ICET IN nostris curis generaliter tractauerimus de morbis membrorum, & curis eorum à capite vsq; ad pedes, tamen hic videtur sub cõpendio de aliquibus morbis, qui sæpè accidunt in membris huiusmodi corporis, tractare, & de aliquibus expertis à nobis multoties approbatis. Et primò:

IN DOLORE capitis, si venter fuerit constipatus, protinus constipatio cũ clysteri tam cũ fe. quàm sine febri cũ decoc. asari. s. ℥. ʒ. ad ℔. 4. aquæ, in cuius tribus ℔. dissoluantur ℥. 2. mellis ros. & ponatur ℥. 1. olei viol. prius tamen, quá ponatur oleum, coletur dicta mistura, & postea dissoluentur ibi ʒ. 2. salisgemmæ, & addito oleo totum tepidum per clystere inijciatur. ❡ Soluta cõstipatione si rubescãt oculi, siue cũ febri, siue sine febri, fiat phlebotomia de cephalica illius partis in qua notabilior erit in oculo rubedo vsq; ad ℥. 6. ad minus: vel si æqualiter rubeant, quælibet cephalica aperiatur, & de qualibet ad minus ℥. ʒ. extrahantur, facta phlebotomia. Vel si oculi non rubent, tunc si febris affuerit, sic cibus erit auenatũ, vel hordeatũ, vel colatura furfuris, aut caules rubei priùs cocti in aqua, & sale, & oleo amygda. dul. tantundem addetur lac amygdal. priùs bullitum, & in eo perfectè decoqui dimittuntur sol. pull. perfectè coctis: tunc in eorum brodio ponátur oculi caulium prædictorum, & perfectè coquantur. Et tunc in singulis prædictorum ferculorum sumatur de pul. coriandri præparati, quátò plus delectabiliter sumi poterit. Si verò feb. absit, cibus erit prædicti caules perfectè in brodio carniũ iuuenis bouis, postquam carnes perfectè fuerint coctę: post sumtionem verò cauliũ absq; carnibus, tunc poterit sumi assatura caponum, aut iuuenum gallinarum, in quorum ventre coriandrum crudum puluerisatum, & conquassatum cum vitellis ouorum abundanter includetur, vel lingua porci, vel lumbi per noctem antea ponentur in aceto, in quo fuerit coriandrũ recẽter bullitum, cui moderatè salis adiungetur: & sic calidum supra carnes proijciatur, & in crastino assabitur, sed nihil de pinguedine, vel cute comedatur. Iterum vice prædictarum assaturarũ poterunt administrari pulli membratim pastillati, cum puluere coriandri, & modico cinnamo. & quadratis ac paruis lardonibus. Sapor autem tá in febre, quàm sine febre, vel sit agresta de teneritatibus vitium per se, vel agresta de racemo cum puluere coriandri præparati, vel salsa camel. facta de cinnamomo, & amygdal. & apponitur acetum. ❡ Locale remedium, quod capiti applicabitur, si fuerit cum febri, erit pannus madefactus in aqua ros. cal. in qua per vnam noctem prius steterit coriandrum crudum puluerisatum, vel contritum, scilicet ℥. 1. & s. ad ℔. 1. pannus verò mersus in ea, & expressus applicabitur: & priùs quá infrigidetur, amoueatur, & reiteretur: absente verò febri coriandrũ fortiter conquassatum supra lentissimos carbones in vase argẽteo torrebitur, deinde conspersum cum modico aceto al. saccellabitur, & applicabitur illi parti capitis, vbi dolor notabilior fuerit, vel toti, si æqualiter totum occupet.

De Tinnitu Aurium, Cap. II.

IN tinnitu aurium sufficit abstinere à cœna, & potu vespertino, & introitu lecti sumere cochlear vnum de carui bullito in aceto, & exsiccato: vel in eius defectu sumatur tantundem anisi, vel coriandri conditi, quibus sumtis nihil superbibatur, aut valde parum, & bene lymphatum vinum.

De Vertigine, Cap. III.

IN vertigine quamdiu durauerit, fiat de quarto in quartum diem in ieiuno stomacho prædictum clystere: cœna verò & potus vespertinus vitabuntur, in introitu lecti quolibet sero sumetur media testa nucis plena de pillul. subscriptis. Recipe pul. coriandri præparati ℥. 1. pul. rasuræ ebo. ℥. s. olibani ʒ. 2. incorporentur cum succo ro. vel cum aqua decoctionis berberis, vsq; ad densitatem, cui addi potest colatura parum de pane sacchari. Cùm aũt massa fuerit facta reseruabitur sic prius formẽtur saltem per tres doses: deinde fiant pillulæ sicut cicer, aut pisum: & sumantur per se glutiendo, vel cum vino, vel in nebula.

De tenebrositate Oculorum, Cap. IIII.

IN tenebrositate oculorum omnes frixuræ vitabuntur, & caules ru. & ficus, & fabæ, cœna quoq; minorabitur: & de quarto in quartum diem sumentur in introitu lecti pillulæ sequentes: Recipe pul. euphrasiæ albi flo. ℥. 2. carui bulliti in aceto & exsiccati ℥. 1. se. maioranæ ℥. s. ligni aloes crudi, pilorum spicænardi ana ʒ. 2. se. acedulæ ℈. 4. incorporentur cum iulep ros. & fiat massa, nec formentur, nisi die, qua debent sumi: tunc verò ad minus ʒ. 2. formentur, & sumantur per se, vel cum vino in introitu lecti.

De Dormitatione, vel Stupore membrorum, Cap. V.

IN DORMITATIONE, vel stupore membrorum sufficit exercitium vniforme totius corporis stomacho ieiuno vsque ad initium fatigationis, & de quarto in quartum diem omittatur cœna, membrum stupidum supra fomẽtetur cum vino calido, in quo per diem ante remollietur stœchados citrin. ℥. s. stœchad. arab. ℥. 1. meliloti ℥. 1. & s. Post longam verò fomentationem

tionem inuoluatur membrum panno lineo, ſuffumigato cum vna de pillulis ſubſcriptis: Rec. raſuræ ligni iuniperi excorticati ℥. ʒ. ligni aloes ℥. 1. olibani ℥. s. pilorum ſpicænardi ʒ. 2. incorporétur cum ſapa vini, & fiant pillulę ad pondus ʒ. 2. panno vero ſuffumigato inuoluatur inde membrũ, & inuolutum, quãtum poſsibile fuerit, teneatur in lecto.

De aſperitate Gutturis, Cap. VI.

IN aſperitate gutturis ſi cum catarrho fuerit, vel coriza, ſufficit abſtinere à cœna & potu veſpertino, in introitu lecti ſumere. i. cochlear de coriandro condito, & nihil ſuperbibere. Si verò fuerit abſq; prędictis, gargariſabit diu in principio lecti vinum bene lymphatum cum aqua calida, in qua per diem ante fuerint remollitæ iuiubæ piſtatæ. ſ. 1. ℥. ad 2 libras aquæ, & cum eiſdem vnico feruore bulliant, & 2. partes talis aquæ ponantur in vino: poſt gargariſma verò deglutientur grana tria, ſicut citri de gũmi arabico, vel tragacanthum per ſe, vel cum ſaccharo.

De difficultate Anhelandi, Cap. VII.

IN difficultate anhelandi, ſi fuerit cum dolore lateris, aut thoracis, aut hypochõdriorum, fiet ſicut in huiuſmodi dolore infrà dicetur. Omnes fructus vitabuntur exceptis ficubus, & vuis paſsis, piſces, maximè non ſquammoſi vitẽtur, & aues fluuiales, pedes, caput, & cutis omniũ quadrupedũ, & frequẽtabuntur caules rub. cocti cũ gallinis, vel albi: dum tamẽ cum eis in principio ſumatur cochlear, id eſt, de ſemine caulium quorumcunq; puluerisato. Veſperi autẽ dimiſſa cœna ſumentur paulo ante in introitu lecti 60. vel ad minus 40. gra. pinearũ, dum tamẽ immediatè prius aſſa fuerit cum teſta, ſub cineribus bene calidis, & tunc ſumantur cum aniſo crudo, vel condito & ſuperbibatur vinum non valde frigidum.

De difficultate Deglutiendi, Cap. VIII.

IN difficultate deglutiẽdi ſi fuerit cum coriza, vel catarrho, frequẽter in die fiat gargariſmus cum aqua decoctionis iuiubarum, in qua poſtquam fuerit colata, diſſoluatur diamoron. ſ. ℥. 1. ad ℔. 1. & poſt gargariſmum ſumetur vnum ouũ recens ſorbile, cum tribus granis gummi arabici, ad quantitatem piſi, vel ciceris: & nihil ſuperbibatur, aut valde parum de vino dul. Si verò fuerit ſine prædictis, tunc in oleo amygd. dul. ad calorem aquę feruentis in vaſe argenteo frigatur ſpolium ſerpẽtis. ſ. ʒ. 1 & s. in ʒ. 1. vel ℈. 1. croci, & prius hoc in tali oleo vngatur pannus ſubtilis lineus, & exprimatur, & cum eo circumquaq; collum inuoluatur, & ſic inuolutum teneatur die ac nocte.

De tremore Cordis, & iectigatione, Cap. IX.

IN tremore cordis, aut iectigatione ſi cum febre fuerit ieiuno ſtomacho ſumentur 40. gra. ſem. cucumeris mũdi, & immediatè pòſt bibatur, ſicut vna teſta vino plena, de ſucco malorum granatorum acidetur, & regioni cordis ſuperponetur cerà alb. commixta cum oleo roſ. & incorporata cum puluere ſandal. muſcatel. ſ. ℥. 1. ad ℔. 1. vel in defectu eius ponatur puluis factus de 6. ʒ. ſandal. citrin. & 2. ʒ nenuph. Si verò fuerit ſine febri, ſumatur ieiuno ſtomacho ʒ. s. de puluere oſſis, de corde cerui inuoluto in ℈. 1. foliorum auri, quæ ſumẽtur per ſe, vel cum vino aromatico: Regioni verò cordis applicabitur cera noua cõmixta cum oleo nucis indi, & incorporata cum puluere ſubſcripto: Rec. lignial. ʒ. 1. ambræ ʒ. 2. doronici ʒ ʒ. croci ℈. 1. fiat puluis & incorporata cum ℔. s. ceræ imbibitæ cum oleo prædicto, vel in defectu illius cum oleo pinearum: in ambobus aũt caſibus eſt vtilis vſus coriandri.

De Dolore immobili in quacunq; parte clibani, Cap. X.

In dolore cum febri.

IN quacunq; parte clibani, ſcil. à furcula pectoris infra fuerit dolor immobilis, & cum febre ſoluta conſtipatione fiat phlebotomia de baſilica, vel ea non apparente, de mediana illius brachij, quod erit propinquius parti dolenti, & extrahatur ſanguis ad minus vſq; ad ℥. 6. poſt phlebotomiam verò immediatè ſumetur media teſta nucis plena de puluere liquiritiæ cũ decoct. ſem. bombacis ſic, ſcil. quod ℥. 1 ſem mundi & ʒ. 1. myrtillorum bulliant in ℔. 1. & s. aquæ vnico feruore ad lentiſsimum ignem, deinde colaturæ addatur ℥. 1. panis ſacchari, de qua ſumantur ℥. ʒ cum puluere prædicto, & pòſt ſi placuerit parum de muzo. ¶ Cibus autẽ erit pultes factæ de farina hordei, vel milij, vel ſpelte cocta perfectè cũ brodio pullorum perfectè coctorum, & in ſcutella ponetur cochlear, id eſt, de ſem. melonũ piſtato in vaſe argenteo, & ſaccharo, ſi placuerit, aliter non ponatur. ¶ Supra locũ verò dolor. ponetur pannus lineus lenis, & duplicatus, aut triplicatus, & imbibitus in ſubſcripto liquore: Rec. ireos ℥. 1. ſem. bombacis mundæ ℥. s. medullæ nucis indicæ ʒ. 2. piſtentur, & in ℔. 1. olei amygdal. dul. ad calorem aquæ feruentis bulliant, & in fine addantur ʒ. 2. ceræ virgineæ. ¶ Si verò dolor fuerit ſine febri & ſupra diaphragma in lateribus, vel thorace ſoluta conſtipatione, vt ſuprà, propinabitur cum prędictis pultibus cochlear, id eſt, de puluere ſequẽti: Rec. florum & foliorum hyſſopi ℥. 1. rad. lilij ſiccæ ℥. s. ſcariolæ ʒ. 2. fiat puluis, poſt ſumtionem verò pultium ſumatur aniſum conditum. ¶ Supra locum verò dolor. ponatur ſacculus ſequens: Rec. meliloti ℔. s. fortiſsimè conteratur in vaſe argenteo ſupra lentiſsimos carbones aſſetur, ſuauiter mouẽdo cum cochleari argenteo, & cum calefactum fuerit, notabiliter deponatur ab igne, & immediatè admiſceãtur hæc tria puluerisata, ſcil. florum camom. ℥. 1. ſtœchados arab. ℥. s. croci hortẽſis ʒ. 2. croci oriental. ʒ. 1. ¶ Si verò dolor fuerit ſub hypochondrio dextro ſoluta cõſtipatione, vt ſuprà, pultes p̃dictæ ſumãtur cum ʒ. 1. pul. camom. Supra hypochondriũ verò ponatur ſequens ſacculus: Rec. roſ. rub. ℔. s. aſſentur poſt æqualem contritionem, vt dictum eſt de meliloto, amplius tamen calefiant, & in fine addantur puluerisata ſtœch. citrin. ℥. 1. florum camom. ℥. s. ſpicæ nardi ʒ. 2. ¶ Si verò dolor fuerit ſub hypochondrio ſiniſtro, ſoluta conſtipatione, pultes p̃dictæ ſumantur cum ʒ. 2. florum tamariſci, vel ʒ. 1. de puluer. aſari. Et ſupra hypochondrium ponatur ſequens ſacculus: Rec. ſtœch. citrin. ℔. s. leuiter aſſetur, vt ſuprà, & in fine addatur pul. aſari ℥. 1. xylobal. ℥. s.

In dolore ſine febre ſupra diaphragma.

Si ſub hypochõdrio dextro.

Sub ſiniſtro.

Si in stomacho.

rosʒ. 2. spicæ nardi ʒ.1. ¶ Si verò dolor fuerit in A stomacho, soluta constipatione, vt suprà, prædictæ pultes sumantur, & cum eis vnum cochlear de puluere sequenti: Rec. carui bulliti in aceto, & exiccati ℥.1. coriandri similiter præparati ʒ.2. melanopiperis excorticati ʒ.1. fiat puluis. Supra stomachum verò ponatur lapis azini ligatus in pannum lineum, vel in eius defectu cera imbibita oleo absynthij, & incorporata cum puluere coralli rub. sic. scil. vt ad ℔.1. ceræ, coralli ℥. 2 ponátur.

Si in intestinis.

¶ Si verò dolor fuerit in intestinis facto clysteri B supradicto, pultes de farina milij, supradicto modo præparatæ propinabũtur cum vno cochleari sequẽtis pul. Rec. cymini bulliti in aceto, & exsiccati ℥.1. melanopiperis excorticati ʒ.2. sem. peucedani ℥.1. vel in defectu eius corticis citrin. ʒ.1. & s. Supra vmbilicum verò ponatur sequẽs cataplasma: Rec. herbæ peucedani, vel cort. rad eius ℥.4. stœchados citrin. ℥.2. ambo diligenter pistata, frigantur in oleo amygd. amararum ad calorem aquæ feruentis, & in fine dissoluantur ibi ʒ.ʒ. ceræ C & deposita ab igne commisceátur in vase, in quo fuerit frixa: deinde totum extẽsum in panno tepido applicetur.

Si in renibus aut vesica.

¶ Si verò dolor fuerit in renib⁹, aut vesica, soluatur prius venter cum clysteri facto, sic: Rec. tribuli marini, vel in defectu eius berulę ℔.1. vuarum passa. mund. ℥.2. fœnugræci ℥.1. remolliantur per 6. horas ad minus in 4 ℔. aquę: deinde vnico feruore bulliant, & in colatura dissoluatur ℥.1. medullę cassięfist & addatur ℥.1. olei persicorum vel amygd. amararum, & fiat clyster D sine vllo genere salis, vt diu retineatur. Post operationem clysteris ingrediatur balneum temperatum, in quo sedebit supra sacculum de meliloto, & lingua canis: sic scil. quod linguæ canis M.1. incidetur, & non pistabitur, meliloti verò ℔.1. fortiter cõteretur, & in sacculo posita leuissimo feruore bulliãt, vel in aqua feruenti mersa protinus extrahentur, & proiicientur in balneum, in quo tantum sedeat, quãtum delectabiliter poterit sustinere: tunc ante exitum propinabitur cochlear E vnum de sequenti puluere cum iure cicerum, & cum vino: Rec. sem. cydoniorum ℥.1. seminis vel florum camom. ℥.s. pilorum spicæ nardi ʒ. 1. fiat pul. Supra renes verò, aut pectinẽ ponatur pannus mersus, & expressus in sequenti oleo. Rec. axungiæ anatis recẽtis ℥.1. sanguinis cuniculi ℥. 2. croci hortensis, vel in defectu eius cartami. ℥. s. pistentur, & vt suprà frigantur in oleo amygdalarũ amararum, scil. in ℔. s. & in fine addantur ʒ.2. ceræ. Ferculum verò sit carnes pullorum, aut iuuenum gallinarũ, cum multo petroselino coctarũ. F

De constipatione Ventris, & Lumbricis, Cap. XI.

IN constipatione verò ventris sufficit in principio prandij sumere ℥ 1. medullę casiæfist. more solito præparatæ: vel si magis placuerit, sumantur quatuor caricę farcitæ cardamom. mundato, vel in defectu eius repleantur sem. melonũ excorticatorum, vel si magis placuerit, fiat primo G clystere suprascriptũ: aut M. 2. siclæ & 1. bor. contundantur & in 4. ℔. aquæ leuissimè bulliantur, in colatura dissoluatur medullæ casiæfist. ℥. 1. deinde addatur olei viol. ℥.1. salis gemmę ʒ.2. & ʒ. ℔. vel circiter iniiciantur. ¶ Contra lumbricos assiduetur sumtio coriandri, præparati cum cibis, maximè in principio, & vitabitur vsus cymini, semel autem in mẽse ad maiorem securitatem sumatur stomacho ieiuno ʒ.1. de semine Alexandrino, cum aqua frigida.

De fluxu Ventris, Cap. XII.

IN fluxu vẽtris potus solitus minuatur: in principio refectionis assatura sumatur maximè turturum, aut perdicum, aut iuuenum gallinarũ, vel caponum, vel bouis iuuenis, aut pisa pilata, & cocta cum brodio bouis, & electi baconis, aut fabæ cum cortice similiter coctæ vsq; ad dissolutionem: vel caules rub. cocti cum gallinis: vel in diebus nõ carnium omnia prædicta cum dulci oleo condiantur, aut oua frixa sigillatim vsq; ad indurationem, & postea posita in aceto, & coriandro sumátur: fluente quoq; ventre, si offæ placuerint de biscocto fiant, & tunc vitẽtur carnes porcinæ, nisi per noctem ante steterit in aceto, & sale. In crastino verò perfectè assentur, nec quicquam de cute sumatur, neq; de pinguedine, quãtum possibile fuerit. Si verò fluxus fuerit cum sanguine, facta phlebotomia de hepatica, frumentum coctum ad perfectionem cum brodio carnium bouinarum, aut gallinarum sumatur in principio, deinde assatura porcinarum carniũ prædicto modo præparatarum, & vinum sit rub. in fluxu sine sang. melius erit album, aut medium.

De obstructione Hepatis, Cap. XIII.

IN obstructione hepatis fiat salsamẽtum de tribus partibus spicæ nardi, & quarta coriandri præparati, & quinta darsenici, additis tribus aut quatuor amygd. & cum forti aceto distemperentur: mane verò in ieiuno sumetur ʒ.1. de semine scariolę, sic scil. in ℥.2. malorum mucorum ponetur, & addita tertia parte aquæ feruentis super rosa saccharo, sicut placuerit, quo semine sumto 7. diebus vel 8. sumetur ʒ 1. rheuba. electi, cum sero caprino recenti, & bullito, & colato, vel cum succo ros. vel aqua cicerum rub. aut si magis placuerit cum vino albo debili, vel bene lymphato.

De obstructione Splenis, Cap. XIIII.

IN obstructione splenis salsamentũ fiat ex quatuor partib. raphani, & quinta arsenici, & sexta coriandri additis amygd. & aceto. vt suprà: mane verò stomacho ieiuno sumatur ʒ. 1. & s. de flore tamarisci cum aqua cicerum nigrorum, aut rubeorum, & hoc septem diebus, & octaua die sumatur ʒ.1. & s. foliculorum senę cum eadem aqua vel sero caprino. ¶ In ambabus autẽ obstructionibus expedit plus solito minuere potum, & vitare fercula de passa, & totam substantiá pastillorum & carnes porciculorũ, & porcinas recentes, nisi supradicto modo præparentur. Et si de quarto in quartum diem sumatur ʒ. 1. de limatura argenti, cum sapa vini: mane hora, qua supradictæ medicinę debent sumi, efficacissimè resoluentur intantum in vtraq; obstructione prædictarum, si grauedo, vel ponderositas in spatulis, vel in dorso percipietur, prius quàm aliud fiat, debet fieri phlebotomia de brachio partis opilatæ. s. de hepatica si in hepate, & de splenetica si in splene semper cum larga incisione, & ad minus vsq; ad ℥. 6.

De diff

De difficultate Vrinandi, Cap. XV.

IN difficultate vrinandi fiat encatiſma ſequẽs: Rec. linguæ canis M.4. berulæ M.2. ſenationis, M.1. apij, M.s. leuiter conquaſſata bulliant vnico feruore in aqua: deinde totum in chonca proiiciatur, & addatur tunc ℔.1. vini albi, & cùm fuerit circa tepidum, ſedeat ibi ſic, ſcil. quòd aqua ferè contingat vmbilicum. Et in principio prandij ſumatur petroſ. multum leuiter coctum in brodio pullorum cum ciceribus rub. Si tamen conſtipatio ventris adeſſet, prius ſoluatur cum clyſteri illo ſupradicto in dolore veſicę aut renum, quã aliquid fiat. Tunc etiam erit multum vtile ſumere medullam caſsiæ, frequenter ſaltem in hebdomada ſemel, tunc etiam maximè frequentabitur vſus pullorum, aut auium minutarũ, elixorum, vel in paſtillo, aut hœduli elixi, vel paſtillati cum pulu. zingib. & modico pipere.

De ardore Vrinæ, Cap. XVI.

IN ardore vrinæ plus ſolito lymphetur vinum, & ſalſamẽta & aſſaturæ vitentur, niſi eſſent hiſpanicæ, id eſt, malæ coctæ: tunc verò abiecta ſuperficie poterunt comedi: Regulariter autem in principio prãdij ſumatur per ſe, vel cum cibo, aut brodio cochlear, id eſt, de ſemine melonum excorticato, & tunc vice petroſelini coquantur cum carnibus folia borrag. tunc & caules rub. vitabuntur: 8. verò die poſt vſum prædictorum ſumetur ʒ.1. & s. rheubarb. electi cum ptiſana tertiæ decoctionis.

De Tertiana ſimplici, Cap. XVII.

IN tertiana ſimplici, cuius paroxiſmus terminatur cum ſudore ſpontaneo qualibet die, ſumatur malum gran. acidũ vel ceraſa acria ſuo tempore ieiuno ſtomacho, & in die paroxiſmi nihil aliud ſumat, donec paroxiſmus tranſierit: ſed tũc cæteriſq; diebus cibus erit brodium pullorum, abſq; bacone coctorum cum multa agreſta. Si tamen lactucæ inueniantur, ſumantur à principio cum aceto, vel poma cruda præteriti anni, vel pedes porci cocti vſq; ad diſſolutionem, & diu in aceto merſi, ſed in fine poterunt pira ſumi. Potus verò in menſa erit vinum al. debile, vel multum lymphatum: extra menſam verò aqua fontis pura, vel cum modico aceto. Poſt tertiũ paroxiſmũ in craſtino ſumãtur ʒ.2. vel ʒ.1 & s. rauetſeni cum aqua fontis, vel ſi placet addatur aqua ſacchari, & illa die ſolùm cœnet, hoc excepto, quòd per tres horas antè bibant ad minus ℔.1. de brodio ſupradicto, & hora cœnæ, cibus erit aures, & roſtrum porcinum fortiſsimè cocta, & in forti aceto diu merſa. Quòd ſi à principio corpus fuerit conſtipatum, ſoluatur cõſtipatio cum clyſteri, facto de ptiſana tertiæ decoctionis, ita quòd in ʒ. ℔. ipſius diſſoluetur ℥.1. & s. mellis ro. ad ſolutionem confecti & ℥.1. olei viol. & ʒ.1. ſalis gemmæ. Si verò paroxiſmus non finiatur cum ſudore, ſequens ſyrupus ſumatur quolibet mane: Rec. tribuli marini ℔.1. ceterach ℔.s. ſcolopen. quart. 1. cõtundatur, & per 6. horas ad minus remolliantur in 4. ℔. aquæ fontis, deinde bulliant vnico feruore, & in colatura ponantur ℥.8. panis ſacchari, & immediatè poſt clarificationem deponetur ab igne, & proiicientur in ea ʒ.2. ſandal. rub. per minuta fruſta inciſi, de qua decoct. ad minus ℔.s. propinabitur qualibet vice admiſta ℥.1. fortis aceti al. Poſt quartum verò paroxiſmum ſumentur ʒ.2. vel ʒ.1. & s. rheubarb. cum ℥.4. ſucci roſ. additis ℥.2. aquę cal. ¶ Cibi autem in tali tertiana erunt pulli cocti cum croco, agreſta, & paucis foliis borrag. & petroſ. & interdum hœdulus lactẽs ſimiliter elixus, vel paſtillatus cum multa agreſta, & modico coriandro: diebus verò non carnium fiat cibus de ſpelta mũda, ſicut de auena, vel de hordeo, & pureta cicerum, aut piſorũ cum agreſta, & tunc pira vitentur. Poma verò ſi fuerint aſſa in furno, & frigida poterunt ſumi ante & poſt, & ceraſa acria, & bene matura, tũc poterũt ſumi à principio: vel in mane mora celſi, antequam nigreſcãt. In hac verò tertiana poſt ſumtionẽ rheub. tertia vel quarta die fiat phlebotomia de hepatica in brachio dextro, vſq; ad ℥.4. ad minus, & tribus dieb. poſt phlebotomiã, ſumetur mane cochlear 1. de ſem. acedulæ, & floribus borrag. æquis ponderib. miſtis, quibus maſticatis, & deglutitis, ſuperbibetur quantum placuerit de vino ſubtili, & aromaticõ debili, vel lymphato.

De Tertiana duplici, Cap. XVIII.

IN tertiana duplici quotidie ſumatur mane cõchlear 1. de ſeminis acedulæ, cum ptiſana ſequenti: Rec. hordei mundi ℔.1. bull. vnico feruore duabus vicibus, & qualibet vice coletur, & in ʒ. vice ponatur in ℔.12. aquæ, addita media ℔. virgarum graminis, ſcil. quòd poſtquam mundatæ fuerint à foliis & lotæ, incidantur minutim, & addantur hordeo: deinde ſupra lentum ignem, & clarum coquantur vſq; ad perfectam medietatis conſumtionem, & tunc depone ab igne, & reſidere permittatur. Et poſt reſidentiam ſeparabitur à fęcibus, de qua ſumatur ad minus ℔.s. cum prædicto, ſem. etiam frigida, ſi magis placuerit. Et 8. die ſumetur rheubar. vt dictum eſt in tertiana ſimplici, ſupradicta: tertia verò die, vel quarta fiet phlebotomia de hepatica in dextro brachio, vſq; ad ℥.4. ad minus, cum larga inciſione, pòſt ſumentur quolibet mane ʒ.2. ſem. portulacæ conquaſſati leuiter, & media coriandri, bulliti in aceto, & exſiccati ſic, ſcil. quòd coriandrum pulueriſabitur, & pòſt adiungetur ſem. portul. quę ſimul cum prędicta aqua ſumentur. Refectio verò ſemper ſequatur paroxiſmum ex alimẽtis, quæ dicta ſunt in pura tertiana, vel ferculo facto de ſpelta, vel de hordeo, vel pureta cicerum, vel piſorum cum agreſta. Hîc & ſi neceſſarium fuerit, ſoluatur conſtipatio cum clyſteri, quod in pura ſuperiùs fuit ſcriptum, hîc & pira, & poma, & alij fructus expreſsi ſuprà poterunt copioſiùs accipi, & perſica perfectè matura, ſi de ſolo fuerint non aquoſo.

De Tertiana continua, Cap. XIX.

IN tertiana continua ſoluta cõſtipatione, cum clyſteri puræ tertianæ mox fiat phlebotomia de hepatica, vſq; ad ℥.6. ad minus, deinde quotidie ſumẽtur mane ʒ.2. ſem acedulæ pulueriſati cum decoct. ſequenti: Rec. berberis ℥.3. ſem. cucu. ℥.2. conquaſſentur, & in ℔.3. aquæ fontis per 6. horas remolliantur, deinde ſupra lentum ignẽ,

& clarum vnico feruore bulliant, & in colatura dissoluantur ℥.4.panis sacchari additis ℥.2.aquę ros. Et immediatè cum clarificatum fuerit deponatur ab igne, de qua sumentur ℥.4. cum prædicto semine, postquam, si placuerit proderit sumere malogran. acidum. Quinta die pòst reuscenisumatur, sicut in pura tertiana, & eadem sint alimenta: sed supra regionem cordis, & orificij stomachi pannus tenebitur mersus in sequenti mistura: Rec. sandal. muscatel. ℥.1. nenupharis citrini ℥.s. sandal. ru ʒ.2. fiat puluis, & misceatur cum sequenti liquore: Recipe olei rosſ. ℔. 1. ponantur simul in vase argenteo, vel aureo ad calorem aquæ feruentis commisceantur: deinde deponantur ab igne, & puluis prædictus admisceatur, & in mistura mergatur pannus.

De Continua ex sanguine, Cap. XX.

IN cōtinua ex sanguine soluta cōstipatione, vt in pura tertiana, mox fiat phlebotomia dę mediana dextri brachij vsq; ad ℥.8. ad minus: deinde sumetur quotidie mane cochlear vnum de sequenti mistura: Recipe seminis acedulæ puluerisati ℥.3. sem. cucu. conquassati ℥.1. florum borraginis ℥. s. coniungantur, & inde sumatur cochlear vnum cum ℥.3. succi malorum gran. recenter expressi per pannum mūdissimum. De quarto vero in quartum diem, vel ad minus in quinto sumentur ℥. 3. de succo radicum albarum iunci addita ℥.1. prædicti succi acidorum. Cibus autem erit hordeatum, vel sola aqua pullorum cum agresta, & potus ptisana tertiæ decoct. vt suprà patuit: sed hîc loco graminis ponetur ℥.1. & s. cucu. & ℥.1. seminis melonum.

De Febre continua ex phlegmate, Cap. XXI.

IN continua ex phlegmate, siue quotidiana soluetur constipatio cum tali clysteri: Rec. asari ℥.4. vuarum passarum mundatarum ℥.2. fœnu græci ℥. 1. agar. ℥. s. remolliantur per 6. horas in ℔.4 aquæ, deinde vnico feruore bulliant ad lentum ignem, & in colatura dissoluatur ℥.1. cassiæ fist. & addatur ℥.1. olei amygd. amararum & iniiciatur. Quolibet autem mane sumetur cochlear 1. de rad. peucedani recenti, & pistata, sumetur aut tem cum ℥.3. sequenti decoct. Rec. rad tribuli marini, vel in eius defectu eryngij marini ℔. s. brusci, asparagi an. ℥. 1. xyloaloes ℥.s remolliantur in ℔. 4. aquæ fontis per 6 horas, deinde vnico feruore bulliant, & in colatura ponatur ℔.s. sacchari. Cumq; clarificatum fuerit totum statim deponatur ab igne, sicq; reseruabitur vsui de qua ℥.3. propinabuntur addita ℥.1. aceti potentis, in quo fuerit diu bullitum coriandrum, scil ℥.1 ad ℔.1. & fiat bullitio ad lentissimum ignem. Prædictis verò sumtis 7. diebus, tunc 8. sumetur sequens laxatiuum: Recipe chebulorum ℥.1. belliricorum, turbith an. ʒ.2. remolliantur in ℔. 1. aquæ per 6. horas cum ℥. 2 vuarum passarum, postmodum ad calorem aquæ feruentis quasi feruere permittentur in vase argenteo & cum inceperint feruere, statim colentur, & colatura propinetur. ¶ Cibus autem erit in his febribus, alaudæ coctæ in aqua cum modico electi baconis: & petrosel. vel aliæ paruę aues: vel pulli cocti cum rad. 1. zingib. & 4. caryophyllorū, in quo casu loco agrestæ debet administrari acetū decoct. coriandri. Sumto verò prædicto laxatiuo, poterunt ministrari perdîces assę, si cum auibus captæ fuerint, vel assatura vituli vnius, aut duorum annorum, vel capreolus elixus, & cum prędicto aceto conditus, & valde modico piperis. Potus verò erit vinum albū, aut mediocre, debile, vel mediocriter lymphatū. Hîc autem vitabuntur omnes fructus, exceptis caricis, & vuis passis, de quibus antè & pòst sumatur, vt placuerit: vel in fine sumatur cydoniū perfectè assum, vel in optimo vino coctum, vel in pistello cum carnibus gallinaceis, & bacone diuisum in duas partes.

De Febre erratica, Cap. XXII.

IN erratica febre quolibet mane sumetur cochlear 1. de sequenti mistura: Recipe florum camomil. ℥.1. & s. sem. acedulæ ℥. 1. stœchados citri. rasuræ ebor. an. ℥. s. fiat puluis, & incorporetur cum ℥.4. mellis ros. confecti ad solutionem, & conditi: incorporatio verò fiat in vase argenteo cum pistillo cypressi, vel eboris, de qua mistura sumetur cochlear vnum, continens ad minus ℥.6. & superbibatur vinum subtile, & debile, vel mediocriter lymphatum: de quinto verò in quintum diem sumatur cassiafistula, qua sumta bis fiat phlebotomia in brachio sinistro de splenetica, vsq; ad ℥.5. ad minus cum larga incisione. Cibus autem vtplurimum sit elixatura pullorū, aut iuuenum gallinarum, & hœdi lactentis, vel hordeatū, aut pureta pisorum, aut cicerum cum agresta, & petrosel. hîc fructus, qui appetuntur in quantitate modica, conceduntur.

De Febre quartana, Cap. XXIII.

IN quartana sumatur sequens puluis quotidie: Recipe florum borraginis ℥. 2. stœchad. citri. ℥.1. ossis de corde cerui ʒ. 6. foliorum auri ʒ.ʒ. primis tribus medicinis puluerisatis, postea cum eis folia misceātur, de qua mistura cochlear vnū, continens ad minus ʒ. ʒ. cum saccharo ro. sumatur: immediatè pòst superbibatur, sicut vna testa oui de vino puro subtili, & odorifero: deinde qualibet 8. die siue fuerit paroxismalis, siue interpolationis, sumentur ad minus vnciæ quatuor de subscripta decoctione: Recipe folliculorum senæ ℥.3. vuarum passularum mundarum ℥. 2. epithymi ℥.1. agarici ℥.s. remolliantur per sex horas in duab. libris aquæ: deinde ad lentissimum ignem, quasi vnico feruore bulliant, & postea colentur: colaturæ addātur drachmas decem manne lotæ cum aqua fontis, & contritæ in vase argenteo, vel si magis placuerit, sumatur ℔.1. vel circiter de sequenti clareto: Recipe folliculorum senæ ʒ.10. myrobalanorū indorum ʒ.6. arsenici ʒ. ʒ. caryophyllorum, zingib. folij an ʒ. 1. fiat puluis, & cum libra semis. panis sacchari coletur per libras tres vini. Sequenti verò die post laxatiuum sumetur mane vncia vna. vel circiter de semine cydoniorum & bombacis mundi, æqualiter mistis, & sumetur masticando, & deglutiendo: deinde superbibatur vnus gobeletus de vino subtili, & aromatico: & si fuerit græcum non fumosum,

ſum, melius erit. Quibus ſumtis applicabitur regioni ſplenis, & ante & retro ſpongia imbibita cũ ſequẽti miſtura: Recipe olei perſicorum ℥.4. olei pinearum ℥.2. ponantur in vaſe aureo, & in aqua calida collocetur taliter, quod aqua non poſsit ingredi, & tunc phlebotometur aſinus iuuenis, ſanguis recipiatur in dicto vaſe vſq; ad quantitatem olei ad minus, & fortiter commiſceantur, & in miſtura immergatur ſpõgia, vel pannus lineus mollis, & ſupra totum latus ſiniſtrum teneatur per diem naturalem. In craſtino verò fiat phlebotomia de ſplenetica vſq; ad ℥. 4. ad minus, & immediatè poſt ſumatur ſequens miſtura: Recipe raſuræ eboris ʒ.1. oſsis de corde cerui, foliorum auri. an. ʒ.s. hyacinthorum ℈.1. incorporentur cũ ℥.s. ſacchari alexand. & ſumatur totum, & ſuperbibatur aliquantulum vini vernacei, vel alterius aromatici, & aliquantum dul. ¶ Hîc vitabuntur omnes carnes ſylueſtrium animalium, exceptis phaſianis iuuenibus, & pinguibus, & perdice fœmella, & iuuene, vel pulli phaſianorum, aut perdicum. Item vitabuntur bouinæ carnes, & anſerinę: de porcinis verò poterit ſumi aſſatura, vt ſuprà ſcriptum eſt præparata, ſed vtplurimum frequentabuntur carnes iuuenum gallinarum, vel caponum, aut vituli, vel hœduli lactẽtium. Cùm elixaturis autem coquantur foliorum borraginis, & ſaluiæ, & circa finem crocus. ¶ Hîc omnino vitabuntur caules rub. ſed oculi alborum, poterunt bis in hebdomada ſumi, & in diebus non carnium amygdalatum ſpiſſum, vel pineatum, aut pureta cicerum, vel piſorum & oua ſigillatim frixa, & mediocriter mollia, & colatura piſorum al. dum tamen coquantur cum brodio pinguium gallinarum, & bacone dulciſsimo. ¶ Hîc autem vitabuntur fructus, exceptis ficubus recentibus in principio, vel ſiccis, & aſsis in fine, & exceptis fiſticis viridibus in principio, vel piris de Franſoreau, vel Calleau in fine non ſumantur, niſi perfectè matura, & aromatica. Pira verò primitiua, quæ ſunt parua in quantitate, ſi perfectè matura fuerint, & aromatica poterunt ad votum in fine ſumi, ſed fiſtici virides, & mũdi in principio ſumti ſunt ſemper vtiles, hoc balneum temperatæ caliditatis factum cum decoct. meliloti, & ſtœchad. citri. ſic ſcil. quod melilotum ſit ℔.1. & ſtœchad. ʒ.4. erit vtile, ſi fiat ſemel, aut bis poſt ſuprascriptam phlebotomiam.

De exituris exteriorum Membrorum, Cap. XXIIII.

IN exituris membrorum exteriorum ſoluenda eſt conſtipatio cum caſsiafiſtula vel cum tali clyſteri: Recipe ſiclæ M.2. ſenecionis M.1. vuarum paſſarũ mundarum ℥.3. conquaſſata remolliantur in quatuor libris aquæ per ſex horas, deinde vnico feruore bullita colentur, & in colatura ponatur ℥.1. olei viol. & ʒ.2. ſaliſgemmæ. Soluta conſtipatione, ſi exitura fuerit rub. coloris, aut rufi vel nigri, aut viridis, aut citrini, protinus fiat phlebotomia de brachio eiuſdem partis, & poſt phlebotomiam granatum acidum ſumatur abundanter. Supra exituram verò ponatur vitellum oui, cõquaſſatum cum oleo extracto recenter de ſemine melonũ, vel in defectu eius ipſum ſem. mundum piſtetur, vſq; ad exudationem, & tunc miſceatur cũ vitello, additis duab. aut trib. guttis olei amygd. dul. vel butyri recẽtis, & quolibet ſero remouetur, quouſq; ſaniauerit, & tunc aperiatur cum phlebotomo, & mundificetur ſimiliter cum panno merſo in hydromellite. Cùm autem perfectè ſaniauerit, & fluxerit ſanies, tunc plantago conquaſſata deſuper ponatur, vſq; ad cicatriſationem. Si verò exitura fuerit albi coloris, ſoluta conſtipatione, ſtatim deſuper ponatur ſcabioſa piſtata, & frixa ad calorem aquæ feruentis in oleo amygd. dul. & poſt apertionem mundificetur cum panno merſo in vino, in quo mel fuerit diſſolutum, & deinde folium hederæ deſuper ponatur.

De Apoſtematibus interiorum membrorum, Cap. XXV.

IN apoſtematibus membrorũ interiorũ, quando grauedo, & dolor immobiliter aliquam partium opprimunt, maximè concomitante febri tunc neceſſe eſt, vt de brachio, propinquiori loco apoſtemato fiat phlebotomia ſoluta conſtipatione prius de vena manifeſtius apparente in plicatura brachij, ſaltem vſq; ad ℥.6. immediatè verò poſt phlebotomiam ſumentur ℥.4. de ptiſana decoct. tertiæ factę cum gramine, vt ſuprà deſcribitur, in qua diſſoluetur ℥.1. mannę mundiſsimę, vel in defectu eius ℥.1. de conſerua ſucci roſ. facta cum pane ſacchar. qui potus quolibet mane ſumetur in aurora frigidus, aut calidus, ſicut magis placuerit. Melius tamen erit, vt in hyeme calido actu ſit, & ſi lap. aſini habeatur, tunc ℈. 1. de puluere ipſius admiſceatur eidẽ potui. Hîc alimenta erunt hordeatum, factum de hordeo cocto cum gramine, vt ſuprà: vel pultes de farina hordei factæ cum brodio pullorum, abſq; bacone, vel de farina milij, facta cum brodio gallinarum, vel in diebus non carnium coquatur prius farina cum aqua ſimplici, deinde addatur lac amygdal. & in fine ſaccharum pro libito. Item folia paſtinacę cocta cum pullis, vel accipiatur trifolij partes duæ, berulæ pars 1. borraginis quantum medietas omnium, inciſa per fruſta latitudinis vnius pollicis, coquantur cum pullis, & electo bacone in modica quantitate. Item pureta piſorum aut cicerum. Hîc fructus vitabuntur omnes exceptis caricis, aut vuis paſsis, aut pomis aromaticis concauatis, & aſsis cum ſaccharo, & infrigidatis: cùm autem apoſtema fuerit reſolutum, aut ruptum, ſicut ſanies per aliquam partem egrediens iudicabitur, & alleuiatio doloris atq; grauedinis tunc proderit interdum ſumere brodium fabarum cũ cortice coctarum vſque ad diſſolutionem in brodio gallinarum. Tunc etiam poterunt ſumi auiculæ paruæ, elixæ cum pullis vel gallinis, aut in paſtillo coctæ cum croco, & paucis lardonibus. Potus ante diſſolutionem apoſtematis ſit ptiſana ſupradicta, poſt verò vinum debile, vel naturaliter dulce.

De defectu Appetitus, Cap. XXVI.

IN defectu appetitus ſi adſit conſtipatio, ſoluatur cum clyſteri proximo ſuprascripto, & ieiuno ſtomacho fiat exercitium inambulando, & interdum partes ſuperiores inclinando ad ali-

quid colligendum vsq; ad sudoris initium, vel fatigationis, post quod orificio stomachi applicabitur spongia mersa in supradicto aceto, & fortiter compressa: Recipe coriandri ℥.2. corticis cydoniorum ℥.s vel in defectu eius antofilorum, arsenici an.ʒ.1. conquassata remolliantur in ʒ. ℔. aceti per sex horas ad minus, deinde bulliant ad lentum ignem, quantum sufficit, decoctioni perfectè vnius cydonij, & tūc deponatur, & coletur, in qua colatura cal. moderatè mergatur spongia, & cum duabus tabulis planis fortiter comprimatur, & applicabitur, & antequam frigeat, remouebitur prædictum acetum, & in cunctis saporibus apponetur, vel vice agrestæ sumatur, & carnes aut pisces, quæ in sulso ponentur, cum ipso condiantur. Si autem tęderet post exercitium applicare prędictam spongiam orificio stomachi, tunc sumatur immediatè vnus de limonibus conditis in sulso proprij succi, & sumatur cum cortice, in cuius defectu sumatur malumgranatum acidum. In mensa verò sumatur succus limonum cum cibis vel citrāguli, dum tamen fuerint perfectè maturi, sic scil. quòd limo sit vndiq; croceus, & in citrangulo reperiatur medulla à cortice separata.

De Siti immoderata, Cap. XXVII.

IN siti, si fuerit immoderata, sumatur cassiafistula & immediatè post bibatur poculum vnum de aqua decoct. sequentis: Recipe berberis rub. vel rufi ℥.2. sem. acedulæ ℥. s. conquassata remolliantur in ʒ. ℔. aquæ fontis ad minus per sex horas, deinde ad lentum ignem bulliatur quantū sufficit vni pomo coquēdo, deinde coletur. & de colatura sumatur, vt dictum est, tepida, vel frigida: tamen si venter fuerit laxus, non administrabitur cassiafistula, sed vice ipsius carnes cydoniorum, & immediatè post bibatur prædicta aqua, quæ & per filtrum albū distillata miscebitur vino, ad libitum. In defectu verò berberis suprascripti exprimetur succus maligran. acidi, & addetur ei tertia pars aquæ feruentis, & de tali mistura bibetur vnus gobeletus per tres horas, vel quatuor ante cibum. Et tunc vitabuntur falsa, & acuta: & tosta excepto succo allij, qui in modica quantitate poterit brodiis adiungi, & excepto cæpe al. per sex horas antea remollito in forti aceto, in hoc autem casu limones conditi, vt supradictum est, & ieiuno stomacho sumti, efficaciter eam extinguunt.

Vt Venenum nequeat corpori imperare, Cap. XXVIII.

VT venenū corpori nequeat imperare, trochisci subscripti fiant: Rec. sem. citri. mundi ℥.ʒ. sem acedulæ ℥.2. sem. cydoniorum, & bombacis mundi rad. polomenon. rasuræ cornu cerui an. ℥. s. nucum munda. ad pondus omnium incorporentur cum sapa vini, & fiant trochischi ad pondus ʒ.6. de quibus vnus ieiuno stomacho, vel ante cibum sumatur, & absque potu vel in introitu lecti, & tunc poterit superbibi.

Vt venenosa reptilia de habitaculo effugentur, Cap. XXIX.

VT venenosa reptilia de habitaculo effugentur, fiāt pillulæ subscriptæ: Rec. rad. herbę tunicis ℥.ʒ. thuris ℥.4. rasuræ cypressi ℥.2. sandal. citri. ℥ 1. storacis calamitæ, spolij serpentis an. ℥.s. galbani armoniaci an. ʒ. 2. incorporentur cum terebintina, & fiant pillulæ ad pondus ℥. s. & cum illa suffumigetur habitaculum de quarto in quartum diem post occasum Solis.

INTER simplicia à proprietate valentia primum, & vltimum est elixior maioris operis alchimiæ, si ad vltimam ducatur perfectionem: deinde lapis, qui in fronte aspidis surdi generatur, deinde cornu ipsius polomenon, tormentilla, vincetoxicum, gentiana, ireos: sed in proposito nulla melior, quàm quæ dicta est ad pręseruationem continuam.

SIMPLICIA à ꝓprietate in morbis sequentia valentia sunt: primo in epilepsia comestio talparum, in apoplexia seto in fontinella occipitis profundus: in colica & iliaca corrigia de dorso lupi viui: in hydropisi vrina pueri septēnis cum suo calore: in fluxu ventris membra animalium à proprietate valentia, sunt hepar hirci, assum iecur, & hepar gallinæ assæ, iecur gruis assum: fructus omnes vitentur, exceptis cytoniis assis, vel coctis cū gallinis, aut brodio bouis cocta, in principio cibi sumta, pisces omninò vitentur. In paralysi recurrendum est ad causam stuporis in regimine, sicut in dolore capitis sine febre, sed illa quæ ibi fiebant de quarto in quartum, fiant hic quotidie. In ophthalmia, ad curam doloris capitis recurrendum, cum non sit sine capitis dolore hoc addito, quòd infra oculum potest destillari succus capill. Ven. recen. & mundi in panno, cuius panni, extremitates cum duobus baculis exprimuntur, sicut fit in expressione decoctionis syruporū, & cum alio baculo mundo super pannum compressum, fortiter concutitur, nec debet tangi cum manu. In phrenesi fiat, quod in dolore capitis cum febri, & in siti est ordinatum, & in fluxu ventris. In stupore fiant moderatè stupidorum membrorum fricationes: aqua frigida in febre danda, si fontina sit, potest sumi sine bullitione: putealis verò vel fluuialis bulliat in vase argēteo, vel aureo, & cum infrigidata fuerit, propinetur. Physicæ ligaturæ sine obseruantia constellationis debitæ parum, aut nihil prosunt.

ARNAL-

ARNALDI DE VILLA NOVA
DE
CAVTELIS MEDICORVM.



IDENDAE sunt cautelę circa vrinas, quibus possumus nos cauere à deceptoribus.

¶ Prima vtiq; cognitio sit: an sit vrina hominis, vel alterius animalis, vel alter liquor, & si hominis, quatuor modis cognoscuntur. ¶ Secunda cautela est circa portantem vrinam: tu enim debes ipsum fortissimè respicere, & tenere oculos fixos supra ipsum, vel faciem eius, & si velit te decipere, aut ridebit aut color suæ faciei mutabitur, cui debes dare maledictionem perpetuam, & æternam. ¶ Tertia cautela quoq; est circa portantē siue sit socius siue socia: tu enim debes videre an portans sit discoloratus, vel discolorata, & postquā certificatus fueris, quòd hominis est vrina ista, dic illi in veritate, ista vrina est similis vobis, & dicas de discolorato, quoniam statim patefiet tibi de ægritudine sua, & communiter est hoc de pauperibus, vel mediocribus, quòd si sint fortissimè grauati, vadunt ad Medicum. ¶ Quarta cautela est circa sexum, vetula vult scire à te, tu inquire cuius est, & dicet tibi vetula, nónne scitis vos? respice igitur ipsam quodammodo oculo distorto, & quære, quid attinet vobis? & si non sit nimis fallax, dicet, quòd est cognatus, vel cognata, vel aliquid ex quo scies distinctionem: si dicat non attinet mihi, quære igitur, quid consueuit facere in sanitate, & ex actione poteris cognoscere vel arguere sexum.

¶ Quinta cautela est, quod debes quærere an sit senex, si dicat, quòd sic, debes dicere, quod multum patitur in stomacho, & quod multum spuit: & quòd mane plus quàm alio tempore, nam senes naturaliter habent stomachum frigidum.

¶ Sexta cautela, an hic morbus diu durauerit, an non: si dicat quod sic, debes dicere, quòd totus est iracundus, & quod potest illi seruire, & similia: & si dicat, quod nō, dic, quôd totus est grauatus, quia communiter in principiis morborum est multa materia aggrauans membrum. ¶ Septima cautela est, & est fortè multum generalis, tu fortè nihil scies, dic, quòd habet obstructionem in hepate: dicet, non Domine, immò dolet in capite, vel in tibiis, vel in aliis membris, tu debes dicere, quod hoc venit ab hepate, vel à stomacho: & specialiter vtere hoc nomine obstructio, quia non intelligunt, quid significat, & multum expedit vt non intelligatur locutio ab eis. ¶ Octaua cautela est de conceptione, quærit vetula, quod non potest imprægnari, fortè tu ignorabis causam: sed dic, quod non potuit retinere semen mariti sui, quòd bene faceret, si esset bene disposita. ¶ Nona cautela est de muliere, an sit senex vel iuuenis, & habebis hoc per dicta, si sit vetula antiqua, dic quòd habet omnia illa mala quæ habent antiquæ, & hoc, quòd habet multas superfluitates in matrice. Si verò sit iuuenis, dic, quòd dolet in stomacho, & quandoque inferius & venit à matrice, vel à renibus, & quandoque in anteriori parte capitis, & venit à stomacho, & quandoque in sinistra parte, & venit à splene, & quandoque in dextra & venit ab hepate: immò quod plus est quandoq; impedit visum quasi, & quod dolet, seu sentit grauitatem in crurib⁹ potissimè quādo laborat. ¶ Decima cautela tu debes te reddere multum occupatum in spuendo, vel mungendo nasum: & si vetula infestet te de vrina, dic sic quasi negligendo quid attinet vobis, aut quare infestatis me tantum: si dicat sic, habebis sexū: si dicat quod non, quære, vt prius patuit in quarta cautela. ¶ Vndecima cautela sumitur à vino al. vel citrino, si tu dubitas de hoc per aliquam cautelam depone coopertorium vrinalis, & effunde modicum taliter, quòd effundendo vinum tangat digitum: postea debes illi dare vrinale, & facere apparentiam, quôd velis mungere nasum, ponendo digitum intinctum supra nasum, vel iuxta, & senties odorem vini, postea debes iterum capere vrinale & dicere vade cum confusione.

¶ Duodecima cautela sumitur ex liquore facto de ficubus, & etiam vrticis, quamuis hoc posses cognoscere per primam cautelam: tamen videbis patenter, quòd residentia iuxta circulum tāgendo vrinale intendit, nec facit rotunditatem, nec pineam, sicut vera hypostasis. ¶ Decimatertia cautela, quandoque vetula quærit quam ægritudinem habet: tu debes sic dicere vos non intelligeretis me, si dicerem vobis, sed melius esset vobis, si quæreretis, quid faciendum illi: & tunc videbit, quod habebis rationem, & tacebit: sed fortè dicet, Domine multum est calidus, quare videtur habere fe.: ita videtur vobis, & aliis laicis, qui nescitis distinguere inter febrem, & alios morbos. ¶ Decimaquarta cautela, cùm fueris vocatus ad patientem, prius tangas pulsum, quā respicias vrinam, & fac eos loqui, vt tibi appareat dispositio animalis virtutis, quibus cognitis, melius & certius poteris facere iudicium de vrina, & sic procedas. ¶ Decimaquinta cautela est, si patiēs fuerit in mala dispositione, sic quòd credas ipsum mori in crastinum, nō vadas ad ipsum sed mitte famulum, vt portet tibi vrinam: vel dicas eis, quòd cras portent tibi de bona hora, quia tu vis, quòd parent pro prandio: & tu visa vrina dices, quid debent sibi administrare, & sic ex relatione portantis tu poteris scire iudicium super infirmum, vtrùm sit in bona dispositione, vel mala. ¶ Decimasexta cautela est: quòd quando venis ad patientem, quòd semper velis aliquid facere de nouo, ne dicant, quod nihil scis facere, nisi cum libris. ¶ Decimaseptima cautela est: qd' si per infortunium tuum venis ad domum patiētis, & inuenis eum mortuum: & fortè dicet ibi aliquis, Domine ad quid venistis? dicas, quod nō propter hoc sed dic, quòd bene sciebas ipsum moriturum in hac nocte, sed volebas scire in qua hora moriebat. ¶ Decimaoctaua cautela est, qd' si habueris socium concurrentem quem credas esse proteruum, & deceptorem, sis sollicitus, vt

vadas ad domum patientis, primò forte pertur-
babit tibi vrinam, ex qua non poteris habere cer-
tum iudicium. ¶ Decimanona cautela est: quod
si præsententur tibi duæ vrinæ eiusdem patien-
tis, & velis scire, quæ sit prima, quære qua hora
surrexit de nocte, quia si in aurora, vel intra secre-
tum tempore digestionis, quæ magis est digesta,
& rubra illa erit prima, si sit fæculenta. Si verò an
te medium noctis surrexit, vel circa temp⁹, discer
nas quæ minus digesta est, & minus rubra est vri
na prima. ¶ Alia deceptio nõ potest fieri, quin sint
istæ, tamen teneantur ista in mente, & caueas ti-
bi, quoniam magnus honor est Medico, si sciat si-
bi cauere, quia multoties interrogatur. ¶ Nota
quòd Medicus debet esse in cognoscendo studio
sus, in præcipiendo cautus & ordinatus, in respõ
dendo circumspectus, & prouidus, in prognosti-
cando ambiguus, in promittendo iustus, & non
promittat sanitatem: quia tunc extirparet diui-
num officium, & facit Deo iniuriam: sed promit-
tat fidelitatem, & diligentiam, sit in visitando dis-
cretus, & diligens in sermone, modestus in affe-
ctione, beneuolus patienti debet esse.

MEDICE, cum ad ægrotum vocaberis, ad
iutorium sit in nomine Domini Angelus,
qui comitatus est effectum mentis, & e-
gressus corporis concomitetur interiùs. Scias ab
initio quamdiu infirmus laborauerit, & qualiter
ægritudo eum inuaserit, & symptomata inqui-
rendo, si fieri potest, de ægritudine certifica te.
Hæc autem sunt necessaria: quia visa materia, &
vrina, & dispositione pulsus, licet post ægritudi-
nem non agnoscas: & si symptomata annuncia-
ueris, confidet de te, tanquam in auctore suæ sa-
lutis, quia ad symptomata scienda summo opere
laborandum est. ¶ Cùm igitur ad domum acces-
seris, antequam ad infirmum accedas, quære an
confessus fuerit, & si non sit statim confiteatur,
vel permittat tibi statim se confiteri, & hoc abu-
tendum non est, quia multæ ægritudines pro-
pter peccatum emergunt, quæ lacrymis continẽ
tiæ sordibus mundatæ à summo curantur Medi
co, secundum id, quod dicitur in Euangelio: Va
de, & amplius noli peccare, ne tibi aliquid dete-
rius contingat. Ingrediens ad infirmum, nec su-
perbiens multum, nec cupidus te protendas,
& assurgentes tibi pariter, & salutantes humili
gestu resaluta: quibus sedentibus sedeas tandem
ad infirmum conuersus, quomodo se habeat quę
re, & brachium pete, & quæ dicemus sunt neces-
saria, vt omnibus tuis moribus astantium com-
pares fauorem Et quia sensus vitæ ex itinere mo
ti sunt, & infirmus quidem tuo aduentu delecta
tur, vel quia iam auarus de precio cogitat diuer-
sa, & ideò tã ex culpa tui, quàm ex culpa infirmi
pulsus efficitur diuersus impetuosus, motu spiri-
tuum, ex vtraque parte cessante pulsum in bra-
chio sinistro, consideres: quia licet in dextra par-
te sufficeret, tamen motus cordis ex propinquita
te faciliter cognoscetur in brachio sinistro. Et at-
tende ne super latus dextrum iaceat, quia per
compresiones impeditur motus sensus, nec di-
gitos habeat extensos, nec reducat in pugnum:
sed cùm dextrę manus opponas digitos, cum si-
nistra tua sustentes brachium: quia ex maiori sen
sibilitate, & facilius diuersos motus discernẽs at-
que varios, & ægri brachium tuo, tanquam debi-
le, indiget adminiculo. Si brachium est multum
plenum & carnosum, digitos multum compri-
mas, vt in occultis approximes: si debile & exte-
nuatum sit tibi in superficie satis pulsum perci-
pere potes vsque ad excesiuam, (*al.* centesimã)
percusionem, saltim pulsum consideres ad mi-
nus, vt diuersa pulsuum consideres genera, &
astantes à longa percusione percipiant verba
tua. Demum pręcipias vrinam afferre, & si pul-
sus mutatio ipsum ægrotare significat, genus ta-
men ægritudinis melius significat vrina, & ad æ-
gritudinem non solùm per vrinam, sed etiam per
pulsum te significare putabunt, & cognoscere.
Cùm autem vrinam diu aspexeris, intendas ad
colorẽ, substantiam & quantitatem, & ad contẽ-
ta, ex quorum diuersitate diuersa ægritudinum
genera cognosces, sicut in tractatu vrinarum do-
cetur, deinde ægro ab ore tuo pendenti sanitatẽ
promittas. Cùm autem ab eo recesseris, domesti-
cum verbum dicas, ipsum multum laborare,
tunc enim si liberatus fuerit, maioris virtutis &
laudis eris. Si autem mortuus fuerit, testabun-
tur amici sui te de illo desperasse. ¶ Vnum præ-
terea moneo, ne ancillam vel filiam, vel vxorem
respicias oculo sinistro, nec cupido, nec funis te
decipiat mulierum: habent enim operationes me
dicinæ excitantes animum cooperantem, ne sen
tentiam immutant, & de infirmo te modicum ef-
ficiunt damnosum, & de te minus sperabunt: sis
ergo in sermone blandus, in operationibus me-
dicinalibus diligens, & curiosus: expetens iuua-
re, & hoc sine fallacia teneatur.

Mulieres non respicias oculo sinistro.

CVM autem ad prandium te inuitauerit, nõ
te oportunum ingeras: nec in mensa pri-
mum locum occupes, licet sacerdoti & Me
dico soleat primus locus seruari. Potum ergo a-
liquem non contemnas, nec cibos vituperes, nec
fastidium habeas, quia forte de genere, & iure ru-
sticorum, pane milliaceo ventrem esurientem
consueueras vix satiare, quod si feceris animus
tuus in te acquiescat: cùm enim ferculorum va-
rietate intentio fuerit occupata, per aliquos enim
astantium specialiter infirmum, seu statum infir-
mi requiras, quod si feceris, infirmus de te mul-
tum confidet: quoniam videt te inter delicias ob
liuisci non posse. Cùm à prandio surrexeris & ad
ægrotum intraueris, tibi optimè ministratum
fuisse dicas, de quo infirmus valde delectatur, q̃a
ad hoc fuerat valde solicitus. Si verò locus vel tẽ-
pus fuerit cibandi infirmum, ipsum cibabis, tem-
pus autem cibandi oportet, vt illi eligas, scilicet
in interpolatis, quando sunt in vera quiete in
continuis, quando tempus est cum quiete ali-
qualiter: quia vsque ad criticam declinatio suæ
feb. non inuenitur: in interpolatis ante tempus
afflictionis, seu actionis tanto tempore cibandi
sunt, vt veniente actione in toto cibo cibus sit
digestus: aliter enim in duplici bello erit natu-
ra, cùm effecta inoportunè exhibita non valebit
digerere, nec hostem infirmitatem poterit supe-
rare. Si autem actio febris inceperit, exspecta, do-
nec actio cessauerit, & per duas horas pòst, vel
ad minus per vnam: quia membra ex præceden-
ti bello, & hostis insultu fatigata, vnum onus
ex cibo sibi nolunt vt imponatur, sed tanquam
post

post triumphũm quietem de hoste desiderant.

CIBABIS infirmum iuxta tempus anni, & secundum varietatem temporum, & morbi, & secundum aliquos varietur quantitas, & qualitas cibi: nam ampliori cibo cibabis patientem in interpolata, quàm in continua, & frigidiori in continua quàm in interpolata, ampliori in hyeme & vere: minori in æstate & autumno, grauissimè enim ferunt. Considerabũtur ætates, pueros sæpius reficies, quàm iuuenes, qa in eis maior fit consumtio propter liquiditatẽ humorum, & quia indigent augmento: naturale enim est, vt vbi quotidie fit deperditio, quòd ibi fiat sic restauratio. Senes pauciori cibo reficies, propter caloris debilitatem, & virtutis, tum secundum consuetudinem, vt in pluribus: quia si ampliori & grossiori cibo vti consueuerunt, non est cibi æqualis exhibitio, sed sorbili vel mediocri: timere enim te oportet ventris constipationẽ siue fluxum, quia si fluxus fuerit, à grossiori cibo incipias, vt piris cotoneis, sorbis, & mespilis: quia grossitie sua opilant. Si verò constipatio fuerit à sorbilibus incipies à leuioribus: dabis igitur pruna, & aquæ prunorum damascenorum decoct. q̄ grauitate sua citiùs eiiciant. Si verò medium inter ista, à subtilioribus, & liquidioribus incipies, quia satis est vtile ægro, & præseruans à maiori nocumento. Si verò venter effectum habuerit da hoc, quia diuersa mẽbra alleuiat. Dabis ergò primò prunas decoctas in aqua, vel granata vel lac amygd. quæ sic præparabis: amyg. enucleatę ponantur in aq. cal. deinde terantur fortiter, & aliquantulũ aquæ frigidæ addatur, & omnia simul moueantur per pannum lineum purũ, coletur, & propinetur. Si verò in olla decoquatur aliquátulum panis, scilicet cum mica perfectiùs digeritur, quàm si crudum bibatur. Postquá lac amyg. fuerit præparatum, aliquantulum debet dimitti, & post exsufflando, vel cum penna debet remoueri vnctuositas, quę est in superficie, quia fomẽtum calidum est: hoc etiam facto aliquoties propina ius, in quo gallina est cocta, vel aqua, in qua resoluitur mica panis & semper propina. ¶ Item dabis farinam hordei, & facies eam sic: hordeum sit primo mundatum, aqua frigida infusum, & aspersum supra lapidem fricabis, vt excorticetur: deinde fricetur, & pistetur in mortario, vel inter molas conteratur, & fac vt graciliores partes optimè decoquantur, circa finem decoctionis adde aliquantulum lactis amygd. & offeras ægrotanti. Si verò ptisanã volueris, illas partes hordei grossiores in aqua decoque, & ptisanam ei in potu dabis, siue aquam, vbi potus est panis, siue bullitus, siue non. Et nota, quòd cibo existente in stomacho nec aquam diureticam inter syrupum exhibebis, quia illa cogunt cibaria indigesta exire, vel digestionem retardant. ¶ Nota præterea, quòd Medicum in principio morbi cum digestiuis expedit obuiare: ille enim minister naturæ est, & debet eam iuuare, sicut. n. natura ad faciendam crisim ad triumphũ procedit de morbo, vires morbi minorare volebat, materiam à dispositione sua & qualitate alterando, & illa mẽbra spargẽdo, vt partibus alterutrum separatis, toto effectu, debili expulsione, quam intẽdit, facilius celebret: sed Medicus ad expellendum materiam necessariam sibi debet præparare iuxta illud Hip. primo aph. digesta medicari: consideratio, causa ęgritudinis, variatur digesta humorum: nam si cholera fuerit cum ægris, dabis syrupum acetosum, si hu. frigid. dabis oxymel, vel omnia, sicut dixi in alio capitulo, qui incitabatur.

O Medice, DEO gratias.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE MODO PRAEPARANDI CIBOS ET POTVS INFIRMORVM IN ægritudine acuta.

DE cibis præparandis & potu infirmis, videamus, & quia eorum malitia reprimatur, si quid fuerit in quo infirmus delectetur, secundum Magistrum P. de Mussadi. Et primò in febribus acutis, in quibus subtilis, & tenuis diæta tenetur dari: dięta autẽ aut sumit largè, aut strictè, largè sumitur pro exhibitione rerũ nõ naturaliũ, strictè pro exhibitione cibi & pot⁹ vel recta administratione ciborum & potuũ, & sic accipitur hîc. In acuta febri amygd sic præparatur: R. nucleos integros amygdalarum, & nulla earum sit marcida, nec amara, & mitte in paropsidem, & superpone aquam calidam, dimitte donec cortex incipiat subleuari à nucleo, postea munda bene, & iterum, si vis, pone aquam calidam, & dimitte, donec crescant bene, & tũc poteris plus extrahere: quia plus resoluitur, & si bene molles, & tenues fuerint: deinde tere eos in pulcro vase, quia si vas pulcrum fuerit, magis delectabitur infirmus, & postquam tritæ fuerint bene, superaspergamus aliquantulum de aqua calida, & tam diu ducas bene, donec sufficiat, tandem per pulcrum pannum colando exprime, quia illa colatura lac erit, quam colaturam mitte in ollam, vel in aliud pulcrum vas, & ad ignem ponas, dimitte leuiter bullire, semper mouendo, & cum aliquantulum bullierit, micam panis inter manus bene tritam, & quasi in farinam redactam, paulatim lacti semper mouendo impone, &c. Scias tamen, quòd panis iste non debet esse nimis durus, nec nimis mollis, sic quòd bene possit bullire ter, & cùm cæperit bullire, semper moue, ne vasi adhæreat, & de fumo sapiat: hoc facto aliquantulum salis pone, & si infirmus de-

lectetur dulcibus, adde parum de ſacchari vel pe
nidiorum, vel ſyrupi de end. tepefacti in pulcro
vaſe, & infirmo exhibeatur. Si autem vis, quòd
lac prædictum ſit magis album, quo quandoque
magis delectatur infirmus, cum aqua frigida nu-
cleos ſupradicto modo excoriabis, & piſtabis qđ
tamen tardiùs fit, ideoq; lac tardius erit, quia hoc
modo minus reſoluitur de ſubſtantia amygdala-
rum, quàm cum aqua calida. Alius cibus ad idē:
accipe panem recentem bene coctum, & auferas
corticem, & poſtea incide in taleolas ſubtiles, &
pone in paropſidem, & ſuperinfunde aquam ca-
lidam, & cooperi, donec mollis fiat. Deinde tere
multùm, poſtea ſubſtantiam amygdalarum, quæ
remanet, lacte expreſſo, & alias amygdalas ſimul
tere, & bene tritas ad ignem ſemper mouendo
bullire permitte: paulatim lacti amygdalarum
ſemper mouendo, parum ſalis impone, & parum
de ſacchari, vel penidiorum, aut ſyrupi, deco-
quatur, poſtea præparetur, iſte cibus videtur ei
quaſi micata. ¶ Item alius: accipe micas panis, &
tere eas modo prædicto, mitte eas in mundum
vas & ſuperinfunde aquam frigidam, & da ei ad
bibendum: hic eſt cibus & potus, & multum va-
let in acutis, & valde acutis febribus.

CONTINGIT quandoque in febribus
acutis, quòd venter eſt conſtipatus, vnde
propter hoc, & febris calorem talem para-
mus eis cibum de oleribus: Recipe ſolatrum, &
para ei cibum, vt de aliis herbis, & condias cum
lacte amygdal. vel cum eius ſubſtantia, & miſce
parum ſalis, & poſtea detur, ſalem ponimus, vt
ſaporem præſtet. Eodē modo poteſt fieri de atri-
plicibus, blytis, maluis, & ſcariola, ſed ſi non ha-
bueris iſta, capias cichoream, id eſt, ſponſam So-
lis teneram, quæ eſt ſimilis ei in interioribus, ſtel-
lis, & muſculis, coque in aqua eò, quouſque
inter digitos mollis eſſe videatur, poſtea ali-
quantulum exprime, & in paropſide poſitas ſu-
perinfunde agreſtam, & parum ſalis, ſic infir-
mo exhibe. Eodem modo poteſt fieri de portula-
ca, ſed ſpacioſè, multùm cocta. Si verò non ha-
bueris agreſtam, pone acetum, quod non ſit mul
tum forte, & parum ſalis, patienti da: etiam de ci-
choreo, & portulaca, ſicut dictum eſt: non datur
enim, vt ventrem conſtipatum relaxet, ſed con-
tra febris dyſcraſiam, & calorem. Eſt parāda etiā
teneritas portulacarum crudarum, cum agreſta,
vel aceto non forti, & parum ſalis: ſed indigeſti
ſunt, multum tamen infrigidant. ¶ Si venter ita
conſtipatus fuerit, vt aliquo prædictorum cibo-
rum non relaxetur, accipe pulpam caſsię fiſt. re-
ſolue cum manibus, & cum aqua calida cola,
quam colaturam adde iuri, ſupradicti cibi cocti
& ſolatrum, vel atriplicis, vel alterius cibi, & di-
mitte bullire, cibus conditus ſimiliter cum oleo
amygdal. & eius ſubſtantia, & ſic infirmo propi-
na. ¶ Et notate, quòd herbæ, quæ naſcuntur
in locis humidis frigidiores ſunt illis, quæ naſcū-
tur in aridis. Vnde quando volumus aliquid de
prædictis cibis præparare alicui patienti febres
acutas, illas herbas accipimus, quæ in locis hu-
midioribus reperiuntur. In prædictis febribus
quod eſt magis iuxta terram, colligere debemus,
qa qđ eſt iuxta terram, eſt magis humidum, quā
illud quod eſt ſuperiùs. ¶ Item nota, quod oleum
commune, id eſt, de oliuis, & pinguedinem, ſicut
lardum porcinum, non audemus dare in febrib.
acutis, quia ſunt fomentum caloris. ¶ Itē pa. feb.
acutam ſumat quæ infrigidant, & humectant: &
ideo accipe cucur. recen. etiam teneram, quæ nō
ſit magna, ſed mediocris, & ſit integra aſſa ſupra
prunas, vel ſub cinere ca. miſto cum prunis. Si-
gnum decoctionis eſt, cum tota cucurbita ma-
gna fuerit, & cortex combuſtus, poſtea inde ex-
trahe medullam, & bene mundam alium expri-
me, & poſtea ipſam fruſtatim incide, & in agreſtā
pone cum modico ſalis, & ſic pa. exhibe. Ad idem
citrullos ſcinde per medium, vel per tres, vel per
quatuor partes cum ipſo cortice, ſic coque in ā-
qua, & inde extrahe, & manibus exprime aliquā-
tulum, poſtea auferas corticem & miſce: reliquū
verò in agreſta incide, & ei tribue. Si calorem ma
ximum, & ſitim intolerabilem habuerit, ita quòd
non poterit per potum aquæ ſedari, corticem ci-
trulli ſic cocti ei da ad comedendum: ſi autem
cortex prædictus ſit indigeſtibilis, infrigidat, &
humectaț: hoc idem eſt de citronibus.

CONTINGIT quandoque, quòd patien
tes febrem acutam debiles ſunt, & faſtidiūt
prædictos cibos, & affectant carnes, tunc
debemus eis ſatisfacere, vt natura cōfortetur, vn-
de nihil valet eis dare, niſi natura adiuuet, hinc
Gal. in techni: natura omnium operatrix, Medi-
cus verò miniſter. Debemus autem eis dare extre
mitates minorum cuium, ſcilicet gallinacei pulli,
& phaſiani, ſicut ſunt alæ & colla: quia ſaniores
ſunt, vt faciamus cupidum, quia parum habent
carnis, ideoque oſsibus diu delectantur ipſi infir
mi. ¶ Et eſt intelligendum, quòd non alia de cau
ſa febricitantibus caro pinguis denegatur, niſi
qđ vnctuoſa, & omne vnctuoſum eſt initium fe.
vel qa eſt fomētū fe. vel caloris, vnde periculū eſt
ne fe. accēdat ſed & eis appetitum prouocemus,
dam9 pdictas auiū extremitates, vel ſummitates,
.ſ. alas, & collū cū ſucco malorū granatorū, vel a-
greſta, vel in aceto ſubmergat pdictas carnes, &
comedat. Eſt. n. ſciēdū, qđ pdictarū auiū extremi
tates parū nutrimētū pbēt, qa ibi eſt parua caro,
vnde ſi infirmus multū debilis eſt, & vis eum
magis nutrire: R. gallinā bene pinguē, & ppara
eā ſic: pone ipſam integrā in magnū vas plenum
aq. & dimitte eā diu coq, donec caro ſeparet ab
oſsib. deinde ex vaſe illo extrahe, & in alio pulcer
rimo diu piſta, & tere cū oſsib. donec vnū corpus
videat, poſtea ſuperinfundēdū eſt de aq. in qua
cocta fuerit gallina, & iterū tam diu ducas, donec
vnū efficiatur corp9: rurſ9 accipe panis tritici mi-
cam bene tritā, & miſce cū ea, & hoc totū da ei ad
comedendū. Si autem non poſſunt trāsglutire,
quia fortè habent guttur ſtrictū, accipe panē be-
ne cal. & immiſce cum aq. decoct. prædictæ, & di-
mitte, donec illam aquam attrahat ad ſe: & poſtea
illum prædicta decoctione plenum, per mundiſ-
ſimum pannum fortiter exprime ſupra ſuccum
prædictæ gallinæ & miſce bene: da ei ad ſorben-
dum, hoc erit cibus & potus, leniens guttur, qua-
ſi vnguentum. Vel aliter: Recipe prædictum ſuc-
cum gallinæ, & adde ei de prædicta aqua decoct.
gallinæ, & mitte in vas ad ignem, accipe micam
panis tritā, & intromitte, & dimitte bullire, ſem-
per moue, ne adhæreat vaſi, & ſic ei propina.

Sed ſi habuerit fluxum ventris, propter quem non audeas dare medicinam, ſi fuerit diues hoc fac, quia fluxum reſtringit, & naturam multum confortat: Recipe ergo bonam gallinam & bene præparatam integram & in vaſe magno aqua roſ. pleno decoque, vt diximus, donec caro à membris diſſoluatur, deinde eam in vaſe magno pulcro cum oſsibus tere, & per pannum mundum bene exprime, ſicut ſuprà diximus de alia, ſic eſt de iſta omnibus modis, prout videris expedire, præpara, & propina, &c. Si autem fuerit pauper, & parum habuerit de aqua roſata, gallina prædicta coquatur in aqua communi, & poſtea piſta, & per pannum expreſſa; vt ſuprà diximus, perfundatur aqua roſ. & miſce: deinde coletur, & fiat cibus, da ei cũ mica panis, ſicut ſupra diximus: fluxũ cõſtringit, appetitũ ꝓuocat, animã, & omnia mẽbra cõfortat, q̃a aq roſ. mirabiliter cõfortat. Accidit etiã q̃ndoq;, qđ infirm⁹ miro modo debilis eſt, & nõ poteſt pati, donec præparata ſit gallina, tũc R. frixorium, & mitte ad ignem cum aqua, & cum cæperint bullire, frange inde duo oua, vel tria abiectis albuminibus, & miſce, & cùm cæpit coagulari, auferas ab igne, & ad ſorbendum da, & ſtatim: nam eum multum cõfortabit, vitella ouorum multum nutriunt, & confortant. ¶ Contingit etiam quod patiens multum optat vinum, vnde, licet ſit aliqualiter contrarium, debemus dare quandoq; ſecundum maliciam eius: tamen, in quantum poſſumus, reprimamus. Accipe igitur tres partes aquæ, & vnam vini albi clari, & miſce ſimul, & poſtea accipe panem bene calidum, & infunde ibi, vt ſugat ipſum, poſtea per pannum bene exprimendo cola, & dimitte infrigidari, & poſtea patienti tribue ſic præparatum, &c.

De præparandis cibis in febribus cum apoſtematibus intrinſecis.

POSTQVAM diximus de cibis præparandis in febribus acutis continuis, quæ ſunt ſine apoſtemate, nunc dicendum eſt de his, quæ danda ſunt quando affuerit apoſtema: ſicut pleureſis, vel peripneumonia. Licet .n. febris ſit acuta, tamen magis debemus attendere circa apoſtemata, quæ periculoſa ſunt, ne tamen febris interim augmentetur: Recipe igitur leuamẽtum frumenti, & tempera in aqua calida, & manibus malaxa, donec totum diſſoluatur, & poſtea lento igne ſupra prunas in pulcro vaſe coque, ſemper agitando cum ſpatula, vſque ad decoctionẽ: & in fine, cùm depoſitum fuerit in paropſidem, radatur deſuper ſaccha. vel penid. ¶ Si autem vis, quòd diæta ſit magis maturatiua, vel cibus, accipe hyſſopum vel liquiritiam, & rade ipſam quantum ſufficit, & pone in aquam tepidam, & dimitte per diem vel plus, & per noctem, poſtea cola, deinde accipe illam aquam, & diu bulliat cum myrobal. & paſſulis arillis eiectis, & vuis paſsis: accipe frumentum, & diu manibus in dicta aqua malaxa, prædicto modo coque, & tribue: nota, quòd frumentũ eſt multum aperitiuum, & maturatiuum. ¶ Item de colatura furfuris fiat decoctio cum lacte amygdalarum: Recipe furfur, & pone in aquam feruentiſsimam diu, manibus malaxa, & poſtea per rarum pannum cola, iſtud qđ egreditur prædicto modo coque, & cum lacte amygdal. condias, in fine ſuperponatur pul. ſacch. vel penid ¶ Et ſi vis, vt magis ſit attenuata: Rec. ſe. citrulli, melonum, cucur. & piſta, poſtea malaxa manibus tuis bene, & in aqua calida vbi prius furfur malaxatum fuerit, deinde cola & prędicto modo propina. Sed ſi timeamus ſiccitatem pectoris, iſtud idem furfur prædicto modo malaxetur in aqua, vbi ſit coctum hordeum, & aliquando gummi ara. tragacanthi, & ſit aqua feruentiſsima, vt ſupradictum eſt, coletur prædicto modo, & ægro ꝓpinetur. Et eſt notandum qđ dicta cibaria debent dari in his feb. in quibus apoſtemata in tẽpore hyemali fiunt maximè de frigida cauſa. ¶ Si autem apta fuerint calida, & de materia calida: R. farinam hordei, & diutiſsimè coquas in aqua; quoniam duriſsimę ſubſtantiæ eſt, cui pòſt addatur lac amygd. & ſuauiter coquatur. Poſtea ſacch. vel penid. ſuperponatur, fiat autem ptiſana ſic: Recipe hordei mundati partem vnam, & nouem aquæ, bulliat vſque ad medietatem, deponas ab igne, & cùm tepidum fuerit, grana illa bene malaxa manibus tuis in eadem aqua, poſtea cola ꝑ pannum, qui non ſit multum ſpiſſus, nec multum rarus: deinde coque lento igne ſupra prunas, & condiatur cùm lacte amygdalarum ſed cũ bullierit, paulatim pone lac de amygdal. ſemper miſcendo, ſic decoque, quouſque incipiat coagulari, ita quod ſit ſorbilis, poſtea pone in ſcutella, & ſuperaſpergatur puluis ſacch. aut penid. Si vero non delectetur ſorbili, ſed ſpiſsiori, bulliat, quouſque non remaneat, niſi tertia pars: poſtea per pannum prædictum cola, ſic quoque prædicto modo paratum exhibe. ¶ Sunt quidam delicati patientes febres acutas, qui non poſſunt comedere antequam communicantur apoſtemata, vt pleureſis, vel peripneumonia, quibus iſte cib⁹ fiat: Recipe ptiſanam tepidam, & in ea pone micam panis recentis, dimitte bene infundi: poſtea micam panis ſolam, ſine ipſa ptiſana, ſiue cum ipſa ptiſana pone in pannum rarum, & cola manibus comprimendo, & malaxando: hoc facto, pone in paropſidem, & ſuperſparge puluerẽ ſacchari, vel penid. vel ſyrupi viol. vel roſ. Si conſtipatus fuerit viol. vel pruna damaſ. tria vel quatuor, & iuiubas da tres vel quatuor abluta in aqua calida, vt malus ſapor auferatur: ſeruantur enim in oleo, vel aceto quandoq;: ideo non bonũ reddunt ſaporem, pòſt coquantur cum ptiſana. Sed ſi ſolutionem habuerit, pone roſ. quæ confortant, vel debet eſſe ſyrupus ſimplex, & ſic patienti propina. ¶ Et ſi panis durus fuerit, tere ipſum multum bene, vt quaſi in puluerem redigatur, poſtea mitte ipſum in pannum rarum, & pone in ptiſanam bene calidam, vel tepidam, quòd melius eſt, & dimitte, donec molleſcat, poſtea malaxa manibus, & in ea ptiſana miſce, & exprime id quod liquidum fuerit, & cum ſaccharo vel penid vel ſyrupo roſaceo vt diximus, damus. ¶ Iſte enim cibus & prædictus bene nutrit, & ſitim expellit, apoſtemata maturat, vel damus farinam hordei cum oleo amygdal. vel cum lacte earum, poſt paucam ſpeltam inde renouemus (quia duræ ſubſtantiæ eſt), cum aqua calida & trahimus ad prædictum modum coquentis. Item reſoluimus prædictum amygd. in aqua, & lento igne, iuxta prędictum modum prępiaram⁹. ¶ Item circa cauſam prædictam, ſcilicet pleureſis & peripneumonię, & hoc dico, ſi fuerit de frigida, & hum. vel calida, ſcilicet cum febre acuta, & in

In apoſtematibus calidis.

tempore frigido, tũnc alio genere cibariorum vti mur: R. summitates asparagi, & brusci, simul dimitte bullire quousque simul bene decocta sint, & aqua sit pauca: postea cum amygdal. vel penid. bene mundatis, tritis condias, & sic patienti propina. Quidam autem abiiciunt primam aquam, quia est multum amara, & postea ponunt aliam calidam, & dimittunt bullire, & prædicto modo condiunt, sed non est tantæ efficaciæ: Bruscus enim, & asparagus cognatione sua multum purgant: iste cibus materiam in spiritualibus contentam attenuat, maturat, & vrinam prouocat. Quidam enim ponunt in foliis, siue petia, vel stupha madefacta prædictas summitates brusci, asparagi sub prunis, & sic dimittunt coqui, postea tribuũt conditos, vel cum amygdalis contritis, & hoc est maioris efficaciæ, sed magis desiccat. Alij accipiunt prædictos sacculos, & bene coctum in aqua, postea inde trahunt, ponunt in paropsidem, & cum agresta dant patienti febrem acutam, similiter faciunt de cichoreo. ¶ Item ad febrem acutam causa spiritualium cum apostemate vel pleuresis, vel peripneumoniæ: Recipe borraginis, incide eas minutim & ablue eas bis, vel ter multum bene, extrahe aquam illam, quia multum viscosa est, postea pone in aliam aquam ad ignem, & sic fac bullire: accipe deinde illam aquam, & pone aliam, & sic dimitte coqui: condias cum lacte amygd. & cum penid. bene tritis, & propina: hoc tale bonum sanguinem generat, & apostemata maturat. Similiter apij teneritates elixas, & conditas exhibemus, vel eorum elixaturas cum lacte amygdalarum, &c.

ARNALDI DE VILLA NOVA
COMPENDIVM REGIMENTI ACVTORVM.



NOTA, quòd quinque sunt considerationes libri regimen ti acutorum. Prima considera tio est de contradictione Medicorum: secunda de diæta infirmorum: tertia de digestione morborum: quarta de euacuatione humorum: quinta de vsu balnei.

Medicorũ sectæ quinq; errantes.

PRIMA consideratio continet quinque mẽbra, quia quinque fuerunt sectæ Medicorum: prima secta fuit, quæ inaniebat infirmos in principio, & implebat in statu, taliter quòd quidam dabant ptisanam cum toto, quidam ptisanam colatam, quidam aquam tantum, & omnes errabant: Primò, quia minus debemus dare in statu, quàm in principio, & vlteriùs: quia faciebant subitam mutationem, sed tamen minus errabant, qui dabant aquam tantùm, quàm alij. ¶ Secunda secta fuit, quæ replebat infirmos suos in principio, in fine autem nihil dabat, & hoc tripliciter: quidam dabant ptisanam cum toto, quidam ptisanam colatam, quidam aquam tantũ: & similiter isti errabant in principio, quia quando virtus est fortis & ægritudo breuis terminationis, tunc nihil est dandum: secundò quando virtus est debilis, tũc semper est dandum: Tertiò, faciebant subitam transmutationem. ¶ Tertia secta, quæ toto tempore ægritudinis nihil dabant, isti etiam errabãt, quia interficiebant infirmos suos fame. ¶ Quarta secta, quę in quolibet tempore ægritudinis replebant infirmos suos, isti errabant, quia suffocabãt eos replendo. ¶ Quinta secta fuit, quæ replebat eos in statu tantũ carnibus & vino, isti etiã errabant, quia in statu, in quo nihil est dandũ, dabãt.

De ordinatione diæta.

SECVNDA consideratio est sumta ex diæta: & est sciendum, quòd diæta ordinatur per comparationem ad virtutem: aut virtus est fortis aut debilis, si fortis aut absolutè aut comparatè, si absolutè, nihil est dandum: si comparatè, hoc est duobus modis, aut ægritudo est breuis terminationis, aut non: si sit breuis terminationis, tunc damus hydromel, vel aquam ptisanæ, & vtrum hoc, vel illud, industriæ relinquitur Medici. Si autem ægritudo sit longæ terminationis, damus à principio vsque ad statum, sicut præcipiunt autores. Si autem virtus sit debilis, aut multum aut parum, si multum, aut in se, aut comparatione ad morbum, & si in se, sic semper est dandum. Si per comparationem ad morbum, sic semper nihil est dandum, nisi ægritudo sit liquefactiua: & hoc cognoscimus per egestiones spumosas. Si virtus sit parum debilis, aut ægritudo chronica, aut acuta: si chronica sic dabimus: si acuta, aut virtus est debilis, aut debilior, aut debilissima: si debilis, aquã tantum dabimus, si debilior, aquam colatam dabimus, si debilissima, tunc subtilissimam ptisanã cum toto dabimus, & in eadem mensa subtilior cibus debet præcedere, & grossior subsequi. Si ægritudo sit acuta, dabimus subtiliorem cibum vesperi & grossiorem mane. Si sit chronica ægritudo, vltimò potest addere, si habeat fęces in intestinis, tunc nihil dabimus, nisi ventre prius purgato. Et si virtus est fortis, & alia particularia conueniant, clysterisabitur: si non sit fortis, superpositum supponetur. ¶ Vlterius, si velimus dare ptisanam, aut dabimus in via cibi, aut in via medicinę: si in via cibi, sic dabimus cũ toto: sed in via medicinæ, dabimus aquã tãtùm. Vlterius aut vis facere ptisanam in via cibi, aut in via medicinæ: si in via cibi, debem⁹ accipere quatuor partes aquę, & vnam hordei, & decoquere vsque ad spissitudinem: si via medicinæ, debet ponere 20. partes aquæ, & vnam hordei, & decoquere vsq; ad quintæ partis consumtionem: vlterius aut vis facere aquam via strictionis aut non: si via strictionis, non debet excorticari hordeum: sed si non, debet excorticari. Vlterius debet magis decoqui, si vis dare aquam tantùm, quam si velis dare aquam cum toto. Vlterius hordeum debet colligi maturum & ponderosum, & aquæ fontis, quæ frigiditatem habeat, & aqua, quæ non debet immediatè accipi à fonte hausto, sed postquam per spatium inhæserit, & mundificata fuerit. ¶ Vlterius post ea post comestionem non debet immediatè dormire,

mire, ſed poſt ſpatium: & ſi multum repletus fue- A rit, dormiat multum, vel vadat paulatim: & in no ćte parũ, vel nil cœnet: & qñ ibit dormitum, bibat aliquantulũ vini puri, ſi licitum ſit. Item ſi in ſani tate conſueuit bis comedere in die, da illi bis, & ſi ſemel, ſemel da. Tertia cõſideratio attenditur penes digeſtiua, & iſta ſunt quatuor. Primũ eſt vinũ: ſecundum eſt hydromel: tertiũ ſecaniabin: quartũ aqua. Vinũ diuerſificatur multis modis, quia aut eſt dulce, aut põticũ, citrinũ, ſtypticũ, rubeũ, nigrũ, groſſum, ſubtile, albũ, aquoſum. Vinũ dul B ce cõpetit in fe. aut fe. eſt cũ apoſtemate aut ſine: ſi cum apoſtemate, aut in ſpiritualib. aut in nutritiuis: ſi in nutritiuis, aut vẽter eſt lax9, aut nõ: ſi nõ, aut apoſtema eſt ruptũ, vel nõ: ſi nõ, nõ competit vinũ: ſi ſic, tunc cõpetit. ſi ſit in ſpiritualib. aut eſt de genere cho. aut phlegmatis: ſi chol. nõ cõpetit: ſi phlegmatis, cõpetit. Si aũt fe. ſit ſine apoſtemate, aut eſt chronica, aut acuta: ſi chronica, tũc cõpetit: ſi acuta, aut eſt feb. terminationis, aut nõ, ſi ſic, nõ cõpetit: ſi nõ, aut virtus eſt fortis, & mate- C ria eſt viſcoſa, aut virtus eſt fortis, & materia non eſt viſcoſa, aut virtus nõ eſt fortis, & materia non eſt viſcoſa: aut ſi virtus eſt fortis, & materia nõ eſt viſcoſa: aut ſi virt9 non eſt fortis, & materia eſt viſcoſa, aut virtus eſt debilis, & materia non eſt viſcoſa. Si virt9 ſit fortis, & materia ſit viſcoſa, & nõ timeamus alienationem mentis, nec dolorẽ capitis, tunc dabim9 vinũ forte. Si aũt virtus ſit fortis, & materia non eſt viſcoſa, & non timeamus p̃dićta accidentia, adhuc dabimus forte vinũ. Si non D ſit virtus fortis, & materia ſit viſcoſa, nõ dabimus vinum forte: ſi virt9 ſit debilis & materia non eſt viſcoſa, dabimus vinũ al. ſubtile, & aquoſum. Vinum ponticum, groſſum, nigrum, & ſtypticum competit in fluxu ventris, ſed vinum ſubtile, aquoſum, al. eſt magis iuuatiuum in feb. Secundũ digeſtiuum eſt hydromel, & fit ex melle & aceto. Hydromel ergo cõpetit in feb. aut ergo eſt feb. cũ ap̃ate, aut non, ſi cum ap̃ate, aut in nutritiuis aut in ſpiritualib. ſi in nutritiuis, aut venter eſt laxus, E aut nõ: ſi ſit lax9, non cõpetit, quia magis laxaret: ſi nõ, aut eſt miſtũ, aut non: ſi non, non competit, ſi ſic, tunc cõpetit. Si apoſtema eſt in ſpiritualib. aut eſt de genere chol. aut nõ: ſi non, tunc competit: ſi ſic, nõ cõpetit. Si feb. ſit ſine apoſtemate, aut chronica, aut acuta: ſi chronica, non competit, q̃a nõ ſufficit. Si acuta, aut eſt breuis terminationis, aut non: ſi non, non competit, ſi ſic, tunc competit. ¶ Tertiũ digeſtiuũ eſt ſecaniabin paucæ acetoſitatis, & fit ex aqua, ex melle, & aceto: & ſcien- F dum eſt, quòd ſecaniabin quoddam eſt paucæ acetoſitatis, quoddam verò multæ, ſecaniabin igitur cõpetit in feb. aut igitur feb. eſt cũ ap̃ate, aut ſine: ſi cum ap̃ate, aut in nutritiuis, aut in ſpiritualib. ſi in nutritiuis, aut eſt ruptum, aut nõ: ſi non, nõ competit: ſi ſic, tunc competit. Si apoſtema ſit in ſpiritualib. aut eſt de genere chol. aut phlegmatis: ſi chol. non competit: ſi phlegmatis, tunc cõpetit. Si feb. ſit ſine apoſtemate, aut virtus eſt fortis, & materia eſt viſcoſa: non eſt fortis, & materia G eſt viſcoſa: aut virtus eſt fortis, & materia non eſt viſcoſa: aut virtus eſt debilis, & materia nõ eſt viſcoſa. Si virtus ſit fortis, & materia eſt viſcoſa, tũc dabim9 oxymel maximæ acetoſitatis: ſi virtus ſit fortis, & materia non ſit viſcoſa, tunc etiam dabi-

De digeſtione morbi.

De vino.

De hydromele.

De ſecaniabin.

A mus oxymel acetoſitatis magnæ: ſi virtus non ſit fortis, & materia viſcoſa, dabimus ſecaniabin par uę acetoſitatis. ¶ Quartũ digeſtiuũ eſt aqua: aqua aũt cõpetit in fine, vnde ſi patiens fuerit iuuenis, & materia ſit digeſta, & tempus ſit cal. & nõ ſit obſtruct9, nec habeat apoſtema in inteſtinis, & ſit cõſuetus potare aquam, & alia particularia conueniant, dabim9 aquam frigidiſsimam fontis puri, quantum poterit potare vna vice. ¶ Quarta conſideratio eſt de euacuatiuis. Euacuatiuarũ quędã B euacuãt ſenſibiliter: q̃dã inſenſibiliter. Inſenſibiliũ tria ſunt genera: primũ eſt hu. & fit ex aq. cal. in vaſe æneo, vel vitreo poſita. Secũdũ eſt inciſiuũ, & mordicatiuũ, & fit ex hordeo, orobo & aceto. Tertiũ eſt deſiccatiuum, & fit ex ſale, & milio. Primũ, quod eſt ex humećtantib. competit in apoſtemate cholerico: ſecũdũ, qđ eſt inciſiuũ, cõpetit in apoſtemate phlegmatico: tertiũ, quod eſt deſiccatiuũ, cõpetit in apoſtemate ſanguineo vel aquoſo. Euacuatiuarũ, quæ euacuãt ſenſibiliter, C ſunt duo genera. ſ. phlebotomia & pharmacia. Phlebotomia aũt cõpetit in apoſtematib. ſed diſtinguẽdo, aut corp9 eſt plethoricũ, aut nõ: ſi non ſit plethoricum, nõ cõpetit: ſi ſit plethoricum, & dolor aſcendit ad ſpatulã, diſtinguo: aut materia eſt fluxa, aut fluens: ſi fluens, fiat phlebotomia ex parte oppoſita, primò de baſilica, poſtea de mediana. Si materia ſit fluxa, faciemus phlebotomiã ex eadẽ parte, primò de baſilica, poſtea de mediana. Si volum9 euacuare per pharmaciã cum hel- D leboro nigro, adiungendo elećtuarium daucum, & ſeſeleos adiungendo aſſa. Sed quia natura noſtri corporis non eſt ita fortis propter malũ regimẽ, euacuam9 cũ prunis, & caſsiafiſt. & tamarindis, & ſimilib. ¶ Vltima cõſideratio eſt de balneo, & eſt notandũ, quòd balnea ſunt triplicia: quia quoddam vocatur ſolium, aliud ſtupha, aliud piria. Solium fit ex aq. ca. & tina: tina debet eſſe ampla, & non debet habere parietes eleuatos. Stupha debet eſſe triplex dom9, prima debet eſſe te- E pida, ſecunda cal. tertia calidiſsima: & prima debet habere oſtium oppoſitum ſecundæ, ſecunda tertiæ, & in tertia debet eſſe patiens per magnum ſpatium, & parum in aqua. Itẽ piria fit tripliciter: vno modo ex lapidibus ignitis. ſ. poſitis in fouea, & teruntur penitus deſuper cum corticibus hellebori, ſambuci, & ſimilib. & ibi moretur patiens longo tempore, vt exeant humiditates. Alio modo ponimus patientẽ inter duos ignes magnos: tertio modo ponimus ipſum in arenam calidiſsi- F mam: & hæc ſunt dićta in generali. In ſpeciali verò balneum competit febricitãti: aut igitur febris eſt cum apoſtemate, aut non: ſi cum apoſtemate aut eſt ruptum, aut non: ſi non, non competit: ſi ſic, tunc competit. Si autem febris eſt ſine apoſtemate, aut eſt acuta, aut chronica: ſi acuta, dupliciter: aut corpus eſt plethoricum, aut non: ſi ſic, nõ competit: ſi nõ, dupliciter, aut materia eſt homogenea, aut heterogenea, ſi ſecundum, non compe- G tit: ſi primum, dupliciter, aut eſt calida, ſubtilis, aut groſſa, frigida: ſi primum, tunc competit: ſi ſecundum, non competit. Si autem febris ſit chronica, tunc aliquoties competit, vt in quartana, propter nimiam frigiditatem.

De aqua.

De euacuatiuis.

De balneo.

ARNALDI DE VILLA NOVA REGVLAE GENERALES DE FEBRIBVS.

- PRAECEPTA *curandarum febrium versatur in*
  - Euacuatione, *quæ fit per*
    - Phlebotomiam: *ad hãc obseruantur hæc*
      - An *sit secanda vena, quod exquiritur ex*
        - Aetate.
        - Tempore *anni.*
        - Consuetudine.
        - Corporis *cõstitutione.*
        - Morbi *natura & symptomatis.*
        - Naturali *vel acquisita potẽtia, vel impotentia, Reg.2.*
      - Tempus *sectionis ex astrorum situ, & morbi tempore, Reg.5.*
      - Præparatio *ad sectionem, Reg.2.*
      - Euacuationis *modus: an vna vice vel pluribus fieri debeat: paruo vel magno foramine, Reg. 4.*
    - Sanguisugas, *Reg.* 11. 12. 13.
    - Vomitum, *qui promouendus est in nausea, Reg.22.*
    - Vrinam, *Reg.23.*
    - Sudores *criticos, q promouẽdi sunt habita ratione symptomatũ: vt*
      - Ariditatis, *Reg.18.*
      - Sitis, *Reg.19.*
      - Virium *imbecillitatis, dyspnœæ, inquietationis, Reg.20.*
    - Purgationẽ, *in qua hæc obseruanda veniunt,*
      - An *purgandum sit: Hoc docent symptomata: vt capitis dolor aluo constricta, Reg.16.*
      - Ne *validioribus vtamur pharmacis in acutis febribus: in principio vel in fine, Reg.7.*
      - Vel *in imperfecta ob cruditatem crisi, Reg.21.*
  - Alteratione *q̃ spectat vel*
    - Humores *febrem inferentes: in hac obseruetur, ne syrupis aliisue medicamentis vtamur valde calidis ante purgationem, Reg. 5. vel in acutis febribus, ibid.*
    - Symptomata, *vt est*
      - Corporis *extenuatio. In hac inungitur corpus vnguentis humectantibus, Reg.14. Lacte muliebri, Reg.18.*
      - Corporis *plenitudo ex ponderis sensu quæ dignoscitur, vnguẽtis corrigenda discutientibus, Reg.14.*
      - Alui *fluxus. Hic tum demum sistendus est, si modum excedat, Reg.15.*
      - Cerebri *siccitas, quæ iunctum habet alui fluxum, & nihilominus curatur humectantibus, Ibid.*
  - Refectione, *quæ per cibos fit. Ciborum autem administrandorum ratio sumitur à*
    - Natura *febris, Reg. 4. Cibus enim maximè tenuis est in acutissimis. Hæc verò febris natura etiam ex terminis exquiritur, Reg.5. Febris hectica cibis refrigerantibus propellitur vitando sitimq; famemq;, Reg.26.*
    - Ventriculi *constitutione. Nam si frigidior is fuerit, à fructibus horariis & similibus abstin. Reg.9.*
    - Accidentibus, *vt est tussis sicca ob quam cauendum est ab omnibus acetosis, Reg. 6. Stomachi vexatio, cui medetur vinum meracius, Reg. 8. Alui fluxus, Reg. 25. Linguæ ariditas, Reg.17. Sitis in crisi, quæ potu frigidæ sedatur, Reg.19.*

REGV.

Prima regula de cibatione.

REGVLAE generales de febre cõtinua tam acuta, quàm peracuta, & hoc nomine absoluto: vnde primum consilium siue prima regula Hipp. in primo libro acutorum est, quòd si febris continua superuenerit paululum post receptionem cibi, & feb. sit cum dolore, aut sine dolore, primo debemus eum euacuare per clysteria, vel suppositoria, antequam demus ptisanam, vel potum alium, vel cibum secũdum, quod natura febris exigebit. Et hoc probat Hipp. in duobus locis, vbi dicit: Incipiente itaque, & ibidem, vbi dicit: quòd si antiquus cibus non descenderit, &c.

Secunda regula de phlebotomia.

REGVLA II.

Est, quòd si infirmus est bonæ habitudinis, vel non bonę, & solum habeat venas latas, grossas, & apparentes bene sustineat phlebotomiam, quòd non syncopiset: phlebotometur, nisi in eo ista accidentia fuerint, scilicet constipatio ventris, nausea, vel fastidium, dolor stomachi, raucedo vocis, si tunc phlebotomia fieret, raucedo semper maneret, vomitus cholericus, & fluxus ventris: omnia ista sunt cõsideranda in phlebotomia, tã in fe. quàm in sanis. Aduerte etiam quod in omni phlebotomia, antequam phlebotomes aliquantulum cõfortes orificium stomachi cum pane infuso in vino acerbo, vel agresta, vel in vino malorum granatorum, vel alio vino odorifero, vt fluxus chol. vel alterius humoris ad ipsum peruenire prohibeatur, maximè in cholericis, istum fluxũ habere consuetis, & in non cõsuetis phlebotomari, & in debilibus: quia iste fluxus consueuit facere syncopim, & alia mala accidentia, & quandoq; mortem. Et vide vt Luna sit in bono signo, & non sit dies Ægyptiaca, nec infortunata: & in duab. primis quadris lunationis cuiuslibet phlebotomari facies iuuenes, citra 40. annos existentes. Et in vltimis quadris duab. lunationis, post pleniluniũ phlebotomentur senes à prima senectute, quando trãsiuerint vltra 49. annos, iuxta dictũ Gord.

Luna vetus veteres, iuuenes noua luna requirit.

Vnde in tertiana nõ debet fieri phlebotomia statim, sed post tertiam & quartam accessionem, vt sit facta separatio maligni à benigno.

Tertia regula de tẽpore phlebotomiæ.

REGVLA III.

Est secundum Auicen. quòd si phlebotomia non est facta infra quatuor dies, nõ sit prætermittenda, quin fiat in omni tempore morbi, vsque ad quadraginta dies, si virt⁹ infirmi fuerit fortis. Item dicunt aliqui autores quod homo quinquagenarius non est phlebotomandus: dicitur Magister Barthol. quòd ista regula est intelligenda in conseruatione sanitatis, sed in curatione ægritudinis nõ: vnde dicit, quòd si quinquagenarius patitur ægritudinem, phlebotomia fienda est.

Quarta regula de quantitate phlebotomiæ & de cibatione.

REGVLA IIII.

Est, quòd in febricitante omnino cholerico non est extrahendum multum sanguinis vna vice, quia exasperaret magis choleram, nam humiditas sanguinis est frenum choleræ. In aliis febricitantibus bene complexionatis phlebotomia debet copiosa esse, dum virtus est fortis. Vnde euacuato corpore per phlebotomiam, & solutionem ventris factam per clysteria, & suppositoria, infirmus est cibandus secundum formam feb. quia si feb. est acuta nomine absoluto, competit ptisana non colata, aut auenatum & similia, & amidum lactuca & similia, extremitates animalium, vt pedes capreti, mutonis & similia, vt aures, & hoc in processu, & facta aliqua crisi, alias non, nisi esset multum debilis. Sed quando est acuta, conuenit dare ptisanam colatam, aut auenatum colatum, lac amygdalarum, pruna fugiat, & poma sine pane: sed in peracuta nihil debet dari, nisi potus aquæ: tamen cum succis granatorum, vel cum modico aceto, vel cum syrupis simplicibus, vt iulep oxysaccharo, syrupus acetosus simplex: vnde illa quæ possunt dari in peracuta, possunt dari & in acuta nomine absoluto, & non econuerso.

COMMENTARIVS.

IN *febricitante omnino cholerico, &c.*] In febribus tertianis continuis, quæ sunt inter cæteras æstuosissimæ sang. ob id tamen mitti nolunt Medici, vel saltem eius exiguũ emitti iubent, eò quòd sang. flauæ bilis frænum esse perhibeatur. Biliosis equidem alia ratione raro mittendus est sang. quod summus in hisce calor sanguinis multum absumat, vnde siccior euadit corporis constitutio. Sed argumentum hoc mirari subit, sang. ob id mittendum non esse, quod bilis sanguine contẽperetur & mitescat: Humidus est sanguis: fateor: sed calidus est etiam, & in hac morbi specie calidissimus: vt sua caliditate bilis feruorem augere videatur magis, quàm eundem humiditate contemperare possit. Et si sanguis emittatur, simul etiam bilem euacuari continget. Quin & natura suo quadamtenus onere leuata sanguinem alium in emissi locũ substituet, qui tum medicamentis, tum competenti victus ratione frigidior existens, bilem magis contemperet.

REGVLA V.

Quinta regula de syrupis dandis in principio.

Est, quòd Medicus non debet dare syrup. cõpositum, vel diureticũ in principio fe. donec materia videatur digesta, vt Auic. dicit. Vnde sciendum est quòd in fe. acuta non conuenit syrupus compositus, vel diureticus, quia materia feb. istarum est materia subtilis, & acuta, non indiget subtiliatione, sed solùm alteratione cum istis syrupis supradictis, & aliis simplicibus, prout tibi videbitur, & dicentur inferiùs. ¶ Et est sciendum, quòd terminus febris acutæ nomine absoluto est decimaquarta dies, ideò in ista est diætandum pleni⁹, vt natura sit fortis propter longum terminum, quem habet. Et terminus febris peracutæ sunt septem dies, quare conuenit ei diæta magis tenuis, propter terminum suum, qui est magis breuis: sed terminus peracutæ est quatuor dies, quare conuenit ei diæta magis subtiliatiua: quia terminus suus est magis breuis omnium aliarum febrium: vnde in tali febri solus potus aquæ sufficit, quia si aliter cibaretur, mortis periculum induceretur.

De diæta.

COMMENTARIVS.

QVOD *Medicus non debet dare.*] cùm in hac regula moneat Arnal. ne compositus aut diureticus syrupus acute febricitãtibus in principio exhibeatur: in aliis morbi temporibus exhiberi posse fatetur: vbi. s. materia concocta fuerit. Nam & hanc etiam ob causam in principio non conuenire docet, quòd cruda & indigesta materia nõ sit ad euacuationem habilis & idonea. Post tamen ex Auicen. dicit huiuscemodi syrupos simpliciter hoc modo febricitantib. exhibendos nõ esse, nullo. s. habito tempo-

rum morbi discrimine. Febris namq; biliosæ materia cū tenuis sit, incidentibus nequaquam indiget. Hāc ob causam diuretica dari posse videntur etiam in principio: Nā quæ materia tenuis est, ea fluxilis etiam est, & euacuari potest facilè. Nisi fortè dicas hanc suo feruore & acredine partes obl̨esuram esse, per quas transitus esse debeat, vt citra molestiam euacuari non possit, antequam probè contemperata sit. Attamen signis concoctionis apparentib⁹ exhiberi poterunt, vbi materia concocta fuerit, & ad expulsionem probè comparata. Negat hoc etiam Arnaldus statuens in reg. 7. nec in principio nec in fine syrup. eiusmodi exhibendos esse: Verùm ea ratione duntaxat, quòd materia nondum digesta si commoueatur in venis periculum mortis inferat. Hæc ad principium morbi, non ad finem accommodari possunt, vinum in declinatione cōceditur, & alia, quibus sudores promoueantur.

REGVLA VI.

Sexta regula de prohibendis acetosis.

Est, quòd Medicus debet perpendere pectus infirmi, vtrum habeat siccum, vel tussiat: quòd si tussim, vel strictum seu siccum habeat, vitanda sunt omnia acetosa tam in cibis, quàm in potib⁹.

REGVLA VII.

Septima regula de exhibitione pharmaci.

Est, quòd Medicus non debet dare Medicinā eradicatiuam in acutis febribus hîc nominatis, neque in principio, neque in fine: quia materia, quæ nondum est digesta, quæ ebullit in venis, cōmoueretur magis, quòd esset periculum mortis, & ego vidi inde plures mori. Sed medicina lenitiua, & lauatiua & extinctiua febricitanti est danda, sicut est medicina facta ex cassiafistul. vnde ista non ducit, nec commouet humores: sed ducit tantum fæces, quæ sunt in intestinis Sciendum est, quòd medicina, quæ fit ex medulla cassiȩfistul. multipliciter componitur, si infirmus habet pectus strictum, & siccum, & tussiat, medicina illa debet componi, sicut inuenitur in capitulo de phthisi, & in capitulo de hemopthoica passione, & cap. de tussi, & pectoris strictione in cōtinuis, & potest esse talis: Rec. iuiubarum, sebestē ana numero 20. passularum enucleatarum liquiritiæ ana ℥.1. viol. ʒ.s. medullæ cassiæfist. ʒ.1. & s. penidiarum ʒ.s. fiat colatura. Et si habet bonum pectus, & non tussit, fiat sic: R. medullæ cassiæfis. ʒ.15. conseruæ ros. ʒ. 8. dissoluantur in aqua calida, & non coletur: mane ante aurorā accipiat: vnde tales medicinæ sunt dandȩ in febribus acutis, vt probatur per glossatorem in aphorism. canone primo: in acutis passionibus rarò in principiis pharmaciis vti, &c.

REGVLA VIII.

Octaua regula de angustia stomachica.

Est, quòd Medicus perpendat, an in febri infirmus patiatur angustiam, vel vexationem in stomacho, nam aliquoties credunt se mori, tunc Medicus debet eis in continenti dare ad potandum de optimo vino mero, & infirmus bibat statim parum, statim aliud parum, & miscetur ei panis tostus in vino puro madefacto: & pòst ponatur supra stomachum tale emplastrum: Recipe ros. rub. redolentium ʒ. 2. absynthij ʒ. 1. sandali albi, rubei & citrini ana ʒ.3. ligni alo. chamomil. ana ʒ. 1. miscetur furfur. tritici, quantum sufficit, totum bulliat simul cum aqua ros. bene, vsque ad spissitudinem emplastri, & tepidum supra stomachū apponatur. Istud accidens cognoscitur per vexationem infirmi, & per molestiam stomachi, de qua infirmus multum conqueritur, vt videatur illi, quòd deficiat, & credat se mori, vnde infirm⁹ non facit aliud, nisi vertere se huc & illuc, & omnia membra tanquam dissipata hinc inde agitantur. Vnde sciendum est, quòd in isto casu Medicus non debet timere dare vinum purum, propter febrem, quamquam sit valde acuta, quia ego vidi, & curaui multos de tali accidenti, & infirm⁹ febricitabat acutè cum dolore capitis, terminus febris erant septem dies, curata fuit: quia remoto illo accidente, febris recessit.

COMMENTARIVS.

S*I patiatur infirmus angustiam & vexationem.*] Quisnam hic nobis describitur affectus? Omnis morbus est vexatio: morbi species est angustia compressionem denotās, onus aut obstructionem, quæ maxime locum habet in spiritus instrumentis. Sed affectam sedem expressit Arn. inquiens in stomacho vexationem hanc esse. Cùm verò minus latè pateat angustia, morbum hæc forte melius quàm vexatio designabit. In hoc affectu calor intensus est, inquietatio, capitis dolor, & ingruens syncope, quàm mors quandoque consequitur. Itaque per angustiam stomachi compressio vel grauitas, aut spiritus difficultas intelligenda non est, aliàs enim hoc emplastrum adstringens minimè competeret, quod in hoc affectu præscripsit Arnal. Hæc cardialgia quædam est ex malignis, putridis, aut etiam venenatis humoribus aut halitibus proueniens, quibus orificium stomachi plurimum infestatur, vt & vires eius concidant, & corde in consensum rapto, syncope consequatur. Quæ mala vino meraciori cum mica panis exhibito solent auerti. Nihil enim est quod & stomachum roboret magis, viresque vitales tueatur.

REGVLA IX.

Nona regula de stomacho frigido.

Quæ est vniuersalis omnibus infirmis, est, qđ Medicus debet perpendere stomachū infirmi, vtrum habeat stomachum frigidum, phlegmaticū & ventosum, in talibus enim non sunt administrandi fructus, nec herbæ, nec aqua hordei, nec hordeum coctum, quia augmentarent hæc frigiditatem, & ventositatem stomachi, quod est magnum periculum in febri continua: vnde auenatum, & semola, & lac amygdalarum cum pane loto in aqua calida est eis melius. Et si vides, quòd cum istis infirmus non bene se habeat, da ei pullum paruulum, & brodium eius, & da illi vinum leue, parum valde, secundum quòd stomachus suus delectabitur, & sit lymphatum secūdum delectationem suam, & panis torrefactus, madefactus in vino, est valde bonus.

COMMENTARIVS.

Q*VOD est magnum periculum in febre continua.*] An in omni febre continua stomachi frigiditas & flatulenta cōstitutio periculosa sit, dubitabit merito quispiā, cùm in tertiana continua nihil inde mali videatur imminere, nisi contrariorum affectuum complexus dicas esse malos. Sed quotidianam continuam Arnaldum intellexisse iudicauerim, quȩ ventriculum ob pituitam infestat maximè: quò fit vt in pituitosis febribus Medici potissimam stomachi rationem habeant.

REGVLA X.

Decima regula de hypostasi in vrina.

Est, quòd Medicus non decipiatur in hypostasi vrinæ, quia videmus multoties, quòd in principio febris in vrina apparent dependentia in media regione, aut in fundo, & talis dependentia apparens non est hypostasis vera, sed humoralis, vnde talis hypostasis prouenit à multa repletione humorali, & plenitudine corporis, & non dicitur hypostasis. Antequam hypostasis vera appareat,

pareat, primò oportet, vt vrina rubeſcat, & poſt conturbetur, & poſt conturbationem clarificet: deinde hypoſtaſis appareat, & talis hypoſtaſis eſt vera, & laudabilis. Si infirmus critiſauerit perfectè, aut imperfectè ſolùm, in illa die critica habuerit aliquam euacuationem criticam. Vnde illi, q critiſant perfectè in bona die critica, & cum bonis ſignis, prima die critica venienti, debet deliberari de reſiduo, ſi tenent bonum regimen.

COMMENTARIVS.

ET *talis dependentia non eſt hypoſtaſis.*] Quod hic monet Arnaldus, id obſcurum quidem eſt, ſed iucundiſſimum & vtiliſſimum. In vrina febricitantium quandoque craſſum quidpiam in medio vel in fundo conſpicitur: caueãt (inquit Arnal.) medici ne ſedimentum eſſe iudicent. Ad prædictionem hoc primo ſpectat non ad praxim. Ecquid eſt igitur. Humor quidam craſſus eſt, non ex vrina progenitus, ſed aliunde procedens cum vrina euacuatus. Sed quibus id ſignis intelligetur? Morbi principium hoc docet, in quo cruditas eſt magna: Sedimentum autem prius apparere non poteſt, quàm concocta ſit morbum inferẽs materia. Quid eius intereſt? certè plurimi: Nam niſi quis cruditatem & concoctionem in febribus ex vrinis expendat, nunquam dexterè curaturus eſt. Quid præterea? Signum nos docet Arnaldus quo veram hypoſtaſim dignoſcamus. Craſſi quidpiam in principio febris in vrinis apparens humorum copiam denotat, qui prius euacuandi ſunt, quàm ſedimentum proferre poſſit vrina. *Vnde antequam hypoſtaſis appareat* (inquit Arnaldus) *primo oportet quod vrina rubeſcat, &c.* Vrina quandoque rubicunda emittitur, paulò pòſt conturbatur: hæc cum frigore condenſata ſit, aqua calente clareſcit. Num hoc docere voluit Arnaldus? Nequaquam certè. Sed de diuerſis vrinis hoc intelligendum venit, quæ primùm quidem rubræ ſunt ob cruditatem, dein turbidę, non ob frigus, ſed ob humorũ expurgationẽ: Et morbo ad cõcoctionẽ tẽdente ſimul & rubedo & craſſities diſcutitur: Tũ demũ ſi craſſi quidpiã in vrina cõſiſtat, id ſedimẽtũ eſſe merito iudicabimus.

REGVLA XI.

Vndecima regula de ſanguiſugis.

Eſt, quòd ſi Medicus in principio febris clyſteriſauerit infirmum, & phlebotomauerit, & adhuc infirmus habeat faciem plenam, conſtãtem, & rubeam, & infirmus ſit cum dolore capitis, aut ſine dolore, in continenti apponatur vna ſanguiſuga in acumine naſi, & duæ vel tres in medio frontis.

REGVLA XII.

Duodecima regula ſimiliter.

Eſt, quòd ſi materia febris ad caput deriuetur, in continenti eiſdem locis ſanguiſugæ apponantur: nam valde ſunt bonæ & ſunt vniuerſales iſtæ duę regulæ, poſtea venter procuretur cum medicina, facta de caſsiafiſtul. ſupradicta.

REGVLA XIII.

Tertiadecima regula de rapta materia ad caput.

Eſt, quòd ſi Medicus videt in principio vrinã rubeſcere, & paulatinè qualibet die dependentiã habeat, incipiat clarificari, tunc iudica, quòd materia ſe recipiat ad caput. Sed ſi in perturbatione vrinæ ſuperuenit fluxus ventris, vel vrinæ multiplicentur in quantitate, & infirmus ſit cum bonis accidentibus, & vrinæ dealbentur ante ſeparationem, non eſt ſignum, quòd materia recipiatur ad caput: nec eſt ſignum mortis. ¶ Et ſi quantitas vrinæ diminuatur, & fluxus ventris augmentetur, non eſt periculum: ſed ſi econuerſo, eſt minus tutum. Si clarificetur ante ſeparationem, & quantitas vrinæ diminuatur, fluxus ventris non appareat, ſignificat materiam receptam ad caput, & mortem. Et Medicus in iſtis caſibus intendat ad diminutionem materiæ cum ſanguiſugis naribus appoſitis, & in planicie frõtis, & cum clyſteribus, & medicinis de caſsiafiſt. factis, vt prius dictũ eſt. Vino non eſt multũ confortandus: quia in dolore capitis, & in grauamine rationis vinum ſummoperè cauendum eſt, vt dicitur 3. regimenti acutorum.

COMMENTARIVS.

QVOD *ſi Medicus videt vrinam.*] Quæ in hac regula deſcribuntur, ad decimam referri poterant: Agitur enim de humorum plenitudine, quam dependentia cum rubore in principio febris indicant. Diſcrimen hic tamen animaduerti poteſt, quòd in decima regula vrinam contingat ſubinde reddi craſſiorem, dum ſatis euacuatum fuerit. Hic verò quæ prius craſſi quidpiam obtinebat ſubitò clarior euadit: Ex quo vel mortem vel capitis dolorem, vel virium imbecillitatem portendi docet Arnald. cum humores euacuandi ad ſuperiora deferantur. Affecto corde vires collabuntur: pulmone ſpiritus euadit difficilior: & cerebro, capitis dolor conſequitur. Mors verò non leuiter, & temerè in hoc caſu prædicenda eſt, niſi vel admodum maligna ſit & venenata materia, vel magna ſit ægrotantis infirmitas: Et criſeos imperfectæ potiſſima eſt ratio: quemadmodũ de ſudoribus nec à toto corpore, nec copioſè prorumpentibus ex Hip. ſententia in noſtro Medicę prędictionis methodo dictũ eſt.

Sed ſi clarificetur ante ſeparationem, &c.] Obſcurum eſt quod hiſce verbis docetur. Fortaſſis hæc Arn. ſententia eſt. Quãdoq; clareſcit vrina per calorem: quandoq; per expurgationem, quandoq; per anarropen: & quandoq; per depoſitionem. De calore nihil hic agitur. Per purgationem clareſcit vrina, cùm humores, vel alui fluxu, vel craſſis, turbidis & copioſis vrinis euacuati fuerint. Per depoſitionem cùm aliquãdiu conſiſtens vrina quicquid craſſum & turbidum eſt, ad matulæ fundum deponit. Iam itaque ſiue expurgationem, ſiue depoſitionem humorum intellexerit Arnaldus, inquiẽs ante ſeparationem claram vrinam capitis dolorẽ & mortem portendere; nihil eius intereſt. Humores præter naturam in corpore contentos euacuari conuenit: Hi verò ſi turgeant, & maximè ſi ad ſuperiora ferantur malum eſt, metu ne princeps aliquod vel lædatur. In humorum ergo copia merito craſſas & copioſas vrinas commendat Arnal. tenues verò paucas & clariores improbat: Hac tamen conditione, niſi per aluũ hos humores contingat euacuari. Sudoris mentionem non fecit, nec ſang. fluxus, nec vomitus: Humores. n. craſſi per hæc euacuationũ genera non ſolent expurgari cõmodè: Siquidẽ intra venas contineantur: cuius iudiciũ præbet vrina. Sed vt iudiciũ hac in re ſit certius, id potiſſimũ obſeruari iubet Arnal. an melius habeat æger, vel deterius.

REGVLA XIIII.

Quartadecima regula de tuſſi in febre.

Eſt, quòd ſi Medicus videt febricitantem extenuatum, emaciatum & aridum: & infirmus tuſſiat cum difficultate tuſsim ſiccam, ſentiat dolorem in lumbis, & per omnia membra, iudica, quod illud proueniat ex ſiccitate, & tunc inungendus eſt patiens cum vnguento, facto de oleo viol. & modica cera, & vnguentis, quæ dicunt in cap. de hectica. Oleum de amyg. dul. eſt bonum lumbis, & omnia alia mẽbra inũgãtur cũ oleo viol. & ro. ſimul tepidè linitur cũ fruſto bõbacis: & poſt inũctionẽ cum panno lineo abſtergatur, ne per viſcoſitatẽ olei pori claudantur, & obſtruantur. Sed ſi Medicus percipiat in pectore infirmi rugitus, & ſonitus cum aliquali ventoſitate, & infirmus tuſſiat, & dum tuſsit, ſentiat dolorem cum ponderoſitate, & ſi doleant poſtea omnia alia membra, & ſentiat ea ponderoſa, iudica quòd illud prouenit ab humore ibi congeſto: vnde talis inungendus

est cum oleo chamomil. vt materia resoluatur, & euaporetur, dicit enim Gal. quòd omnia olea resoluũt ex proprietate eorum, & regatur, vt dictũ est. Dicit Magister Bar. quòd omnes dolores, & lassitudines membrorum, quę proueniunt ex siccitate, & arefactione feb. plus læditur infirmus in hora acerbationis feb. quàm in alia hora, & etiam plus tussit, & hoc verum signum siccitatis, quia est incuratus. Sed si infirmus sentiat dolorẽ continuè sine interpolatione cum ponderositate mẽbrorum, tunc copia humorum est causa: quia cõtinuatio doloris indicat quòd materia est in causa, vel humor, &c.

COMMENTARIVS.

Duplicis hic lassitudinis mentionem facit Arnald⁹, quarum alia ex siccitate prouenit, alia vero ex humorum plenitudine. Gal. 3. de sanit. tuend. cùm lassitudinis triplex discrimen constituisset, quartum iis adiecit, ꝙ non ex humorum copia, sed ariditate potius ortum habere dicitur: & impropriè tamen vult dici lassitudinem. At verò si res paulo diligentius expendatur, propriè dicta lassitudo ex inanitione fit, cùm vehementi vel assiduo motu non modo spiritus, sed ipsum etiam humidũ absumitur, quo mouẽdas partes foueri contingit. Hinc lassitudo dicitur omnis affectus in genere, quo difficilior est cum dolore mot⁹, seu iam is ex nimio motu processerit, seu quapiam alia ex causa. Gal. itaq; loco ante citato lassitudinem inter symptomata referens, & eius causam esse statuens partium mouendarum intemperiem, lassitudinis species octo constituit, simplices nimirum quatuor, & totidem compositas. Sed omissis cęteris, duas tantum lassitudinis differentias, de quibus hic agit Arnal. expendemus: quarum alia siccitatem & ardorem febris sequitur, alia verò fit ex humorũ copia. Signis vtraq; diagnosticis describitur. Humorum copia cum dolore & lassitudine simul etiam grauitatem & ponderis sensum inducit: quod siccitati nequaquam competit. Aliud autem signum adiicitur, quod paulò diligentius expendendum venit. Quam febris ardor infert ex siccitate lassitudinem, ea per insultus febriles etiam exacerbatur: Cùm enim causam sequatur effectus, vtiq; febris ardor quò vehemẽtior fuerit, eò quoq; maior euadit & dolor & lassitudo. Quæ verò fit ex repletione lassitudo, ea nec remissior euadit, nec intenditur, calore febris vel aucto vel imminuto: quia (vt inquit Arnaldus ex sui Magistri sententia) *continuatio doloris dat signũ, quod materia est in causa vel humor.* Atqui verò Gal. apoplexiam hac ratione docet ex humore quopiam fieri, non ex siccitate, quod ea non assiduò, sed per insultus laborantes adoriatur. Quid quod & febres etiã ex humoribus genitæ putrefactis, vel intermittentes ferè sunt, vel si continuæ sint, ipsę tamen exacerbantur. Rationi consentaneum hoc est maximè: Sicca scilicet intemperies pertinacior est, nec tam facilè variis afficitur mutationibus, vt ea, quam humores intulerint. Ecquid igitũ an malè sumus edocti? Dicam quod suppetit. Si non in vniuersum: in hoc tamẽ casu discrimẽ hoc ab intermissione & assiduitate sumtũ valere potest. Si lassitudo prima sit ex sola siccitate, magis assidua erit, quã quæ ex hu. est: Hæc .n. persistit nõ modo paroxismis, sed ipsa etiã fe. discussa. Verum hic nõ tã intẽperies intelligitur, q̃ ipse dolor & lassitudinis sensus, qui potissimũ ab ardore febrili procedit. Iam ergo quæ fit ex siccitate lassitudo, persistit ipsa quidem, sed ardore paroxysmorũ febriliũ exacerbatur. Quæ fit ex humorũ copia nõ exacerbatur: maximè vero si hu. pituitosi fuerint & frigidiores. Hęc de signis: de curatione nõnihil adiiciemus. Vtramq; lassitudinẽ oleorũ inũctione curat Arn. Olea discutientia ꝙ attinet, nõ inficias eo, quin hæc lassitudini cõpetãt ex repletione. Nõ videtur tamẽ olea primę lassitudini cõuenire: tũ ꝙ (vt ex Gal. dicitur) oleũ omne vim quandã obtineat discutientẽ: tũ ꝙ in calidis affectib. olea calori pabulũ subministret. Sed olea tamen, inquies, hic adhibentur, q̃ refrigerandi vim habent: Violaceum est & ros. Exigua sanè frigiditas in his est: Sed sit agè maxima. Frigiditate iuuant aduersus febrilem calorẽ: hum. siccitatẽ corrigunt. Nõ tamen humectat ros. Miror etiam ad siccam corporis intemperiem an oleosa cõpetat humiditas. Quale scilicet est id, quod per hanc intemperiem absumtum est: tale id etiam esse decet quod restituit. At verò seu alimentariũ, seu dicas id humidum absumtum esse, quo partium substantia complebatur: neutrum humiditatem refert oleosam: Licet enim pingue sit humidum illud vtrumq; alia tamen est, & tota specie differens in oleis pinguedo. Dictum est aliàs ex Arnaldi sententia, cibis potius quàm medicamentis huiuscemodi morbos esse profligandos.

REGVLA XV.

Decimaquinta regula de fluxu in feb.

Est, quòd si Medicus videt febricitãtis ventrẽ fluere, non restringat eum, imò dimittat fluere, tamdiu, quamdiu videbit eum stare in sua bona habitudine, & si infirmus sentiat se debilitare, in continenti Medicus procuret restrictionem per illum modum, quem inuenies in capitulo de fluxu ventris.

REGVLA XVI.

Decimasexta regula de dolore capitis.

Est, quòd si infirmo doleat caput, & non deiiciat imponatur ei clyster, vel suppositorium salis gemmæ, intinctum oleo: post ligentur crura ligatura dolorosa, & fricentur tibiæ & pedes frictione leui per tempus aliud, pòst dissoluantur tibiæ & ponantur in aquam, in qua decoctæ sunt cannæ, salices, & modicum chamom. vel in aqua tepida cum pauco aceto mista, vel in aqua, in qua decocta sint palea hordei cum modico chamom. vel cum aqua tepida, cùm istis tibiæ & pedes vsq; ad genu, & brachia vsq; ad cubitum possunt ablui. Istud facit euaporare materiam tam in cõtinuis, quàm in interpolatis tertianis. Et si dolor nõ cessauerit omnino in continenti, des ei colaturam de cassiafist. sicut superiùs dictum est: item si infirmus sentit manus, & pedes multùm calefieri, fiat euaporatio in extremis cum illa aqua calefacta, cum modico aceto, vt suprà dictum est.

REGVLA XVII.

Decimaseptima regula de ariditate linguæ.

Est, qd' Medicus intueatur linguã febricitãtis: si lingua inuenitur nigra, malũ est, significat magnam adustionem materiæ, tunc infirmus appetit valde bibere, & linguam refrigerare, propter adustionem: Medicus faciat excorticare pruna sicca, & perforentur vsq; ad os in diuersis locis, cum punctura gladij, & ponãtur in paropsidem, plenã aqua frigida per totam diem: & illis bene remollitis, in ore frequenter teneantur, & de illa aqua, in qua steterint, teneat in ore, aut bibat. Item pruna præparata imponantur syrupo viol. in sereno, & ille syrupus cum aqua tepida in hyeme, in æstate frigida lymphetur, accipiant, & pruna illa comedãt: tenent enim ventrem laxum, auferunt sitim, siccitatem corporis, & linguæ, si in ore teneantur. Item aliud remedium optimum est, si teneant oleum violaceum in ore, & collum retrò fomentetur cum aqua tepida, & si vultis ponere in aquam oleum violaceum, est summũ iuuamentum.

REGVLA XVIII.

Decimaoctaua regula de tinnitu aurium.

Est, quòd si febricitans parat⁹ est sudare in die critica, & hoc cum digestione materiæ ex laudabilibus signis est: si Medicus videt, quòd infirmus

mus sit valde desiccatus in facie, collo & pectore, & arefactus, & conqueratur, aut non conqueratur de sibilatione aurium: tunc Medicus faciat infirmum irrigare caput, collum, & pectus de lacte mulieris, puellam lactantis, & hoc mulgendo in magna copia.

REGVLA XIX.

Decimanona regula de prouocatione sudorum cū aqua frigida.

Est, quòd si infirmus incipiat sudare in die critica, & sit cum laudabilibus signis, & materia digesta fuerit, si infirmus affectat multum bibere, propter ęstuationem magnam, quam sentit: tunc Medicus accipiat vnum poculum magnum aquâ frigidissima repletum, & det infirmo ad potandum tantum, quantum attrahere poterit infirmus in vna attractione, & nō plus: & si totum poculum exhaurire potest in vna attractione, totum attrahat, quantumcunq; sit magnum, quia istud non impedit sudorem, sed eum prouocat. Et est sciēdum, quòd si in tali casu per istum modum non succurreretur infirmo, cor infirmi & totum corpus arefieret, & desiccaretur, sudare perfectè non posset, morietur propter inflammationem, & cordis arefactionem.

COMMENTARIVS.

IN hisce regulis de criticis euacuationibus agitur. Equidem id Medicorum præceptum est, si crisim futuram esse intelligamus die quadam critica, concoctionis signis præcedentibus, ne vel cibis vel medicamentis naturam remoremur. Si tamen vel humorum expellendorum vitio quopiam, vel symtpomatis quibusdam natura impediatur: tum mouendo: tum remouendo naturam adiutabimus. Mouendo quidem, si vel attenuantibus, vel discutientibus medicamentis humores per vrinas aut sudores excutiantur: vel si propellendis humoribus materia vehiculi loco subministretur potu scilicet liberaliore. Natura quoq; remouēdo iuuabitur, si robur ei symptomatis quibusdam impedientibus amotis adiiciatur. Huiusmodi symptoma est ariditas magna, & sitis. Illā lactis muliebris vsu temperat Arnaldus: hanc aqua frigida exhibita, quantum eius æger bibere voluerit. Hoc vt sæpe iuuat plurimum: sæpe tamen etiam periculo non vacat. Quibus autem conditionibus exhibenda sit aqua frigida sitientibus, alio loco exponi decet. Duplici modo competit hocce remedium, mouendo nimirum & remouēdo: quod sitim sedet, sudoremq; validè promoueat.

REGVLA XX.

Vigesima regula de regimine infirmi in sudore.

Est, quòd Medicus debet facere, quantum potest, custodire febricitantem de omnibus seruientibus ei, quòd si sudor superuenerit febricitanti, quòd nō cogatur infirmus sudare per coopertu- ram aliquā: sed dimittatur infirmus in tota sua libertate, & delectabitur, quòd si molestat eum tenere desuper, vnū linteamen remoueatur, & stet nudus. Et si vult vertere se hincinde non impediatur, aliàs mortis periculum incurreret. Sed si febricitanti placeat stare coopertum, tunc teneat tantum coopertura̅ desuper, quantum delectabitur, & non plus: & sustineat illum sudorem cum illa coopertura, & delectabili tamdiu, quamdiu infirmus delectabitur: & dum incipiet vexari & angustiari, & anhelitum frequentare: tunc in continenti discooperiatur, & faciatis infirmū vertere se per lectum huc & illuc, & euentetur, vt non sudet: quia si taliter non fieret, mortis periculum incurreret. Et dicit Magister, quando isti febricitantes sudant cū coopertura, quando incipiunt anhelare, tunc est terminus illius sudoris, quare in continenti debent discooperiri. ¶ Et est sciendum, quòd si Medicus inueniat febricitantem sudantem coactè cum coopertura, & infirmus sustinuerit per aliquā pausam illum sudorem coactè & cum angustia, in continenti discooperiatur infirmus, & euentetur, & infirmus vertat se hinc & inde, & cum aqua rosacea facies, pectus, & sua mammilla sinistra refrigeretur: supra mammillam sinistrā pannum lineum duplicatum, & balneatum in aqua rosacea frigida apponatur, detur infirmo offa panis torrefacti in vino puro, & potet aliquantulum de vino puro ad confortationem cordis, & reparationem somni. ¶ Et est sciendum, quòd omnia ista in omnibus febribus sunt obseruanda: & est de maioribus secretis artis, in quo omnes Medici & gē- tes vulgares errant: & ego vidi multos mori, quia sudabant coactè, & multoties liberari, quia sudabant cum libertate: vnde si quæratur, quare illi moriuntur, & alij liberantur, in capitulo de coopertura nimia, inuenietis causam.

COMMENTARIVS.

INter cætera bonæ criseos indicia ferè potissimum est facilis tolerantia: Nam si vel magnus dolor, vel magna infirmitas adsit, crisis probè succedere non potest. Dolor ille quidem materiam indicat, vel à natura nondum euictam esse vel non competenti modo, vel nō per vias conuenientes euacuari. Natura verò si fuerit infirmior, in hoc casu maximè periclitabitur. Proinde prudē- ter admonet Arnaldus, vt in futura crisi laborātibus obsecundemus, quo criticum naturæ motū facilè tolerent.

REGVLA XXI.

Vigesima prima regula de regimine infirmi in crisi.

Est, quòd si febricitans critisauerit ante signa digestionis materiæ, propter multitudinem materiæ, & acuitatem eius: caueat Medicus, quòd reliquiæ materiæ ægritudinis, quę remanserunt, non educantur per medicinam acutam, vel eradicatiuam, vt est medicina scammoneata, electuarium de succo rosaceo, sed infirmus regatur in illa diæta, & teneatur secundum illum modum, secundum quem regebatur in principio ægritudinis. Si febricitans critisat post signa digestionis, cognita per vrinam, & infirmus non perfectè critisauerit, reliquiæ illius materiæ poterunt educi per medicinam scammoneatam, vel eradicatiuá, secundum quod conuenit in materia morbi: vt est electuarium de succo ros. & similia.

COMMENTARIVS.

COncoctio securitatis indicium est, vt tum demum humores probè possint euacuari, cum iustā adepti fuerint concoctionem. Quę verò fit euacuatio crudis adhuc existentibus humoribus: ea ferè vel imperfecta est, vel minus etiā secura. Quandoq; tamen non infelici successu contingit, vt in primis etiam diebus humores euacuentur, eò quod turgeant vel ob copiam, vel ob acredinem. Hæc in febribus acutis est: illa in diuturnioribus. Iam verò cum in febribus acutis humores tenuiores sint calidiores & acriores, valido naturæ potentioris motu perfectè nonnunquam euacuātur: vnde morbus etiam soluitur. Sed in copia frigidiorum humorum id fieri vix vnquam potest. Quamobrem seu febris acuta sit, seu sit diuturnior, si priusquam signa concoctionis appareant, natura humorum expurgationem tentauerit ob copiam vel acredinem, hæc inhibenda non est: maximè verò si robustior æger id sufferre possit. Sed euacuatione cōpleta expendendū est, an supersit quidpiam quod euacuatū non est: Docebit hoc febris quæ superest adhuc, vel om-

ninò ſublata eſt. Febre nondum ſublata probè monet Ar
naldus, ne quod reliquũ eſt vehementibus medicamen-
tis adoriamur: ſcilicet priuſquam id bene concoctũ fue-
rit: cùm enim quod expulſioni fuerat idoneum, id ex-
pulſum ſit, vtiq; quod ſupereſt præparatione aliqua in-
diget priuſquam expellatur: maiusq; periculum ineſt, ſi
violentius id exequaris. Natura quandoq; non expectata
coctione noxios humores educit. At quod natura facit,
tutius id eſt, quàm quod medicamentis aggredimur: vt
non abſq; diſcrimine natura ſit in omnibus & ſemper i-
mitanda Medicinam facientibus.

REGVLA XXII.

Vigeſima ſecunda regula, de regimine nauſea in feb. & vomitus.

Eſt, quòd ſi febricitans acutè patitur nauſeam,
& nihil poſsit retinere, Medicus debet iudicare,
quòd infirmus habet in ſtomacho aliquam malá
materiam phlegmaticam viſcoſam ibi imbibitá,
vel habet lumbricos, qui commouẽt ei nauſeam.
Et ſi infirmus euomit cũ febri acuta, iudica quòd
febris eſt interpolata, miſta cum acuta: quia de
acuta febri eſt, vt infirmus nõ euomat ex eo, quia
materia eſt in venis, & venę ſunt obſtructæ, & ita
non poteſt materia refundi in ſtomacho: quare
nauſea non poteſt induci per vomitum: ſed mate
ria febris interpolantis refunditur in ſtomacho:
quare oportet, quòd materia per vomitum edu-
catur. Vnde Medicus debet dare in illo caſu infir
mo ad potandum vnam paropſidem aquæ tepi-
dæ cum modico aceto, pòſt ponat digitos ſeu plu
mas in ore, & conetur ad reiiciendum, & poſt ea
ponat ſupra ſtomachum iſtud emplaſtrum: Rec.
roſarum rub. florum camomil. abſynthij an. ℥.1.
furfuris ℥.2. bulliát in aqua roſata, vſquequo val-
de ſit ſpiſſa, cui addatur bulliendo modicũ aceti.

REGVLA XXIII.

Vigeſima tertia regula de iudicio & regimine criſi per vrinam.

Eſt, quòd ſi vrinæ febricitantis incipiunt deal-
bari, & quantitas vrinæ nõ diminuatur, infirmus
habeat in ſe omnia accidentia bona, ſcil. dormit
bene, comedit bene, anhelat, & bene egerit, Me-
dicus debet iudicare, quòd illa febris critiſabitur
per apoſtema ſub aure, vel in aliquo loco. Sed ſi
contingat, quòd ſuperuenerit fluxus ventris, vel
effuſio vrinæ, & vrina ſit in ſubſtantia groſſa &
ſpiſſa, tunc materia, quæ debebat venire per apo-
ſtema, purgatur per vrinam, aut per illum fluxũ
ventris. Medicus in iſto caſu debet perpendere,
quomodo ſe habeat in expellendo illas ſuperflui-
tates: ſi non bene ſe habet, ſed lentè, iuuanda eſt
natura per illam partẽ, per quam natura eam ex-
pellit: vt dicit Hippoc. vbicunq; natura repit, &c.
Vnde ſi natura repit per vrinam, debet iuuare ad
educendum per vrinam, ita quòd adminiſtret pa
tienti ſyrupũ de capill. Ven. & recipiat eum cum
aqua decoctionis cicerum rubeorum, vel cum a-
qua decoctionis rad. fœnic. & fiat ei ſyrupus diu-
reticus, factus de radicibus fœnic. petroſ. bruſci,
aſparagi, cicerum nigrorum, graminis, ſcolopen-
drię, & accipiat cum aqua cicerum nigrorum, aut
cum aqua decoctionis rad. fœnic. Sed quádo na-
tura repit per ſeceſſum, & non bene, Medicus de-
bet eam iuuare cum agarico colato ſic: Rec. aga-
rici ʒ.1. diſſoluatur cum aqua calida per totam no
ctem, & mane coletùr, cui addantur ʒ.2. ſyrupi de
capill. Ven. & mane ante auroram tepidum reci-
piatur cum rheubarbaro, eodẽ modo potes eum
purgare, & caue, ne velocites eum in dando ma-
gnam quantitatẽ medicinæ propter debilitatem
virtutis, ſed paulatinè debes materiam educere.

REGVLA XXIIII.

Vigeſima quarta regula de recidiua.

Eſt, quòd quando infirmi recidiuant, oportet,
quòd Medicus cognoſcat, an recidiuant propter
malam materiam, quæ remanſit, aut propter ma-
lum cibum, quem infirmus recipit, aut propter
aliquod accidens, vt ira, triſtitia, labor. Quando
infirmus recidiuat propter materiam anteceden
tem, quæ remanſit, cognoſcitur ex confuſione v-
rinæ, quæ ſignificabit tibi febrem putridam, & ta
lis recidiuatio eſt periculoſa, ſi infirmus eſt debi-
lis. Sed quando recidiuatio fit propter mala ciba-
ria, recepta ab infirmo, tempore ſuę conualeſcen-
tiæ, dicit Magiſter, quòd ſi ſit propter receptionẽ
vnius pomi, vel alicuius alterius mali cibi, Medi-
cus debet perpendere vrinam, an ſit confuſa, & ſi
ſit, dicat, quòd illa recidiuatio venit propter ma-
teriam generatam ab illo cibo: ſed ille cibus po-
tuit grauare corpus, ex qua aggrauatione mate-
ria putrida, quæ iam remanſerat de prima mate-
ria, ſuſcitata eſt, ex qua ſuſcitatione raró contin-
git, quin fiat, niſi febricitans perfectè critiſaue-
rit, & completè: ſed quando perfectè non criti-
ſant, raró fit, quin recidiuant, quanquam non re-
ceperint mala cibaria: ſed ſi recipiunt mala ciba-
ria, citiùs recidit. Vnde dicit Magiſter, quòd per
vnum cibum, vel per duos non ita de facili reci-
diuant, niſi materia putrida de prima materia re-
manſerit in corpore, quæ ſuſcitata eſt per aggra-
uationẽ illius cibi: præterea dicit Magiſter, quòd
recidiuatio, quæ prouenit ex receptione vnius ci
bi, vel duorum, & vnius pomi, non facit recidiua-
tionem talem, in qua appareant in vrina ſigna fe-
bris putridæ, nec confuſio aliqua in vrina: ſed e-
rit in corpore aggrauatio tantum, quantum du-
rabit illa aggrauatio, & tantum, quantum dura-
bit digeſtio, & conſumtio materię illius cibi, & nõ
plus: vel fortè poterit ei inducere febres, tamen
parum durat. Sed dicit Magiſter, quòd ſi febrici-
tans critiſauerit perfectè, cum perfecta criſi, dum
erit in conualeſcentia ſua, ipſe vtatur malo regi-
mine ciborum, quòd per octo dies, vel per duo-
decim, vel per quindecim, materia, quæ generata
fuit ab illo cibo, corrumpetur propter debilitatẽ
virtutis digeſtiuæ: quia natura cùm calor eſt de-
pauperatus, non poteſt eam corrigere, neq; de-
purare, & ita corrumpitur, ex illa corruptione fe-
bris putrida poteſt generari, & ſic recidiuatio po
teſt fieri cum febri putrida, quádo conualeſcens
vtitur malis cibis per longum tempus. Sed quan
do vtitur per vnum diem, vel per duos, vel come-
dit vnum pirum, vel vnum pomum, vel racemũ,
ex quo materia putrida non poſſet generari, niſi
materiá inueniret in corpore præparatá, q̃ ſuſci-
taretur ab illo cibo, ſed nõ per ſe tantá fortem nec
tantá longá recidiuationẽ, ſed p̃ accidẽs. ¶ Item
quandoq; fit recidiuatio, ꝑpter iram, vel propter
motum inordinatũ, quando conualeſcens iraſci-
tur, vel laborat inordinatè, ſi de materia putrida
antecedente remanſerit, tunc ſuſcitatur, & facit
recidiuationem cum febri putrida, quod apparet
per conturbationem vrinæ. ¶ Sed labor, nec vi-
giliæ per ſe faciunt recidiuationem in febri, cum
febris putridæ non adminiſtrant materiam pu-
trefactam, ſed tamen cum febri ephemera.

REGV-

REGVLA XXV.

Vigesima quinta regula de fluxu ventris in febri.

Est, quòd si fluxus ventris superuenit in febri cõtinua, Medicus debet perpẽdere fluxũ, qualis sit, vtrũ infirmus ꝑ fluxũ debilitetur, aut alleuietur: & si alleuiatur, signũ est, quòd materia morbi ꝑ illũ fluxũ tunc educitur, vt probatur ꝑ Hippoc. in principio primæ particulę: in perturbationib9 ventris, &c. ¶ Sed quando per fluxũ infirmus debilitatur, tunc Medicus debet perpẽdere, vtrùm infirmus plus deiiciat noctu, quàm in die: & si sic, iudica, quòd ille fluxus est catarrhalis, vel cerebralis, idem quod prouenit à capite: vnde Medicus debet tunc restringere illum fluxum per medicinam positam in capite, & non in stomacho: nec in intestinis, de quo satis loquemur in capitulo de fluxu ventris spumoso. Vnde si in tali fluxu Medicus videt infirmum desiccatum, & per nares nihil egrediatur, tunc est signum siccitatis cerebri, per quam siccitatem humiditas cerebri comprimitur, & descendit in stomachum, & de stomacho ad intestina, & ita causatur fluxus, & tunc Medicus debet procurare primò, quòd mala complexio sicca, quæ acquisita est in cerebro tollatur, & hoc per inunctiones humidas temperatas. Vnde cognitio talis fluxus talium infirmorum est, quòd infirmus debet tussire, & debet sentire aliquod impedimentum in gutture, ac si ibi esset aliquis globus, & quòd infirmus deiiciat noctu multum, in die parum aut nihil. Aliquoties est infirmus siccus, & nihil egreditur de naribus suis, scilicet de mucilaginibus, aliquoties non est siccus, nec extenuatus: vnde Medicus debet conari, vt reducatur complexio circa dispositionem capitis, sicut dictum est: & hoc cum vnguentis humidis temperatis, vnde Magister reducit sic: Primò facit radere commissuram, & pòst facit eam inungere cum vnguento rosaceo, quod ponit Mesueus in Antidotar. suo, & hoc ter vel quater in die: & desuper apponere folia cucurbitarum, & pòst facit vngere commissuram, & frontem, & tempora cum lacte mulieris, puellam lactantis mulgendo: & per nares, aures & collum, & cum hoc vidi aliquos curari: si cum hac reductione fluxus non restringatur, apponatur supra commissuram, quod refert in capitulo de fluxu catarrhali, eò recurratur. Sed sciẽdum, quare plus deiiciat noctu, quàm in die, post somnũ, quàm in alio tempore, causa est: quia humores & fumositates plus ascendũt ad caput, & caput plus adimpletur humoribus, quando dormit, quàm quando vigilat, & ideo talis fluxus plus fit post somnum, quàm alio tempore: & hoc dicit Rogerius cap. de coriza, nihil est, quod magis ꝓuocet rheuma, quàm somnus prolixus, vnde, quanquam non sit prolixus somnus, prouocat rheuma, tamen non tantum, sed secundum magis & minus.

De fluxu stomachali.

Si fluxus prouenit à stomacho, aut est ex debilitate retentiuæ, aut debilitate digestiuæ: si secundo modo fæces erunt inæquales, & erunt sicut aqua turbida, color erit scelerosus, aut obscurus: sed primo modo, si digestio sit bona, egestiones erunt albæ, vt ptisana facta de hordeo. Vnde sciendum est, quòd operatio digestiuæ stomachi est, vt conuertat cibum in chylum, qui chylus est albus, vt ptisanũ: quia quodlibet membrum facit digestionem sibi similem, sic hepar, quod rubeum est, conuertit chylum in sanguinem, qui rubeus est: & ita est de mammillis, quæ conuertunt sanguinem ad suum simile, vt lac, quod est eis simile, scilicet carni albæ: & propter hoc, quando fæces sunt albæ, sicut ptisanum, & pharmaca signum est, quòd digestio bona est, sed retentiua mala. Vnde in istis casibus Medicus debet auferre fructus, lactucas, & omnes herbas febricitanti, brodia gallinarum, multam potationem aquæ, quod diminuat quantitatem: concede ei vinum, si signa digestionis apparuerint in vrina, si non, des ei loco vini, cùm comedere voluerit, succum agrestæ, clarificatum cum aqua, vel vinum granatorum parum cum multa aqua, & comedat pullas in veru, vel cum agresta in ventre, vel inter duas crustas cum agresta: & si cum agresta ventrem sentiat refrigeratum, concede vinum debile, si affectat plus comedere pullum etiã elixum, ponatur in ventre pulli berberis, vel sumach. Si infirmus tussit, non apponatur sumach, quia acetosum est. Et si infirmus fastidium habeat de carnibus, dentur delectabilia ei cum placentia. Si affectat comedere vnum persicum, cum fame ei concedatur de eis, quorum caro remouetur ab osse, & non sit multum maturum, & de racemis semimaturis aliquantulum: quia prouocant appetitum, & constringunt, sorbę, cydonia, & pira dentur, antequã aliud comedat patiens. Item vinum cydoniorum est bonum. Item syrupus myrtillorum est bonus, & comedere myrtillos. Item: Recipe masticis ℥. 1. ros. ℥.s. fiat puluis. Item: Recipe olei ros. olei masticis an. ℥.s. misceátur, & inungatur stomachus, & de puluere prædicto supra stomachum aspergatur in bona quantitate. Hoc facit Magister, vt stomachus retineat, confortetur, & erat cum febre continua. Item quando infirmus est deductus ad aliquam malam debilitationem, Magister facit hoc brodium gallinarum notabiliter sublimatum, cui permisceatur de aqua ros. aliquantulum, & duo pira incisa, sicut scitis: & scindatur de membris gallinæ tota pinguedo, & de illo succo detur plenum ouum mane, aliud meridie, aliud vesperi, aliud in primo somno, & aliud ante auroram, istud super omnia restaurat naturam. Item facit eis tale electuarium restauratiuum, & restrictiuum: Recipe triasandali, sacchari ros. electuarij de arillis, quod inuenitur in capitulo de fluxu ventris an ℥.1. marga. ʒ.s. fragmentorũ granatę, sapphirorum, smaragdorum an. ℈.1. cacabrę ℈.2. misceantur, foliorum auri & argenti an numero 5. fiat electuarium, & detur mane & sero, antequam comedant. Item postea illis vngit ventrem cum oleo ros. calido, & inspergit desuper pulue. ros. rub. bene redolentium ℥.2. sandal. alborum, & rub. & citrinorum an. ℥ s. masticis ℥.s. misceantur, & in bona quantitate aspergâtur supra stomachum. Item: Rec. masticis liquefacti cum oleo ros. emplastri styptici an. ℥ 1. hipocystidos, licij an. ℥.s. misceatur, & fiat emplastrum, & supra stomachũ ponatur tepidũ. Emplastrũ stypticũ, qd' inuenitur in cap. de fluxu ventris, & hæmorrhoica passione. Item: Rec. succi cydoniorũ dulcium 5. sacch an. quart. 1. misceatur, vt hydromel, & detur in potu omni hora, qua potare voluerit, cõfortat, restringit, & aufert sitim. Item: R. farinæ

De fluxu cerebrali.

fœnugræci ℥.ʒ.bulliat in tribus partibus aceti, & vna mellis, vsq; ad spissitudinem emplastri, tepidum supra stomachum apponatur, mirabiliter confortat stomachum, vt dicit Magister. ¶ Aliquando fluxus ventris febribus superuenit, & illud, quod egerunt, est croceum clarũ, in substantia liquida croceum obscurum, & egreditur liquidum bene aquosum. Vnde illa, quæ egreditur in substantia liquida, in croceitate clara, prouenit à cholera, quę refunditur de stomacho ad intestina, pungit intestina, & tingit fæces, quæ egerunt, est in substantia liquida fæcali: & illa, quæ egreditur in substantia bene liquida, & aquosa, & crocea obscura, tunc prouenit ab humore cholerico, qui refunditur de venis ad stomachum, & à stomacho ad intestina. Vnde sciendum, quando egestiones sunt bene liquidæ, & claræ, sicut aqua distemperata cum croco, tunc iudica, quòd materia illa est humoralis, & prouenit à venis: etiam cum medicina fuerit educta, iudicandũ est, quòd à venis prouenit, & est alterata à cholera promota in stomacho: & tunc illa materia est fæcalis, & non tantùm liquida, nec currens. Istæ tales egestiones, quando sic veniunt, videmus infirmos à febribus liberari, & curari, quia signum est, quòd materia morbi educitur: & talis fluxus non est restringendus, nisi multum duraret: vnde si infirmus melioretur, non restringatur, & si parum durauerit. Sed si multum duraret, & infirmus debilitaretur, restringendus est: & hoc probatur per autorem, dicentẽ, quòd actio naturæ non est impediẽda, nisi sit violẽta: vnde Magister istos duos casus per eundem modum curat. Cura talis est: primò cum dięta det ei syrupum rosſ. ex rosſ. siccis, & myrtinum lymphatum cum aqua, & succo cydoniorum. Item det ei propter sitim succum cydoniorum, & succum granatorum, vel seminum cum aqua aliquoties, quandoq; per se lymphatũ cum aqua, aut non lymphatũ cum vino granatorum sustinet lymphatum, sed succus granatorũ parum. Item vinum, seu succus extractus de vino agresti, & clarificatus, est valde bonus, statim de vno solo, vel de mistis administrari debet. Itẽ persica mollia, quæ separantur ab osse, sunt eis competentia, dum non sint multum matura, sorba, & racemi acerbi. Item pullus decoctus cum multa agresta cum sumach, vel cum berberis, positis in ventre pullæ: Itẽ mespilæ sunt bonæ. Vnde sciendum, quòd si febris est fortis, & accidẽtia sint fortia, & infirmus sit sine appetitu, pulsus sit fortis, non cogatur infirmus ad comedendum carnes, sed satisfac infirmo cum fructibus dictis, & potu. Et si stomachus lædatur ab istis frigidis actu, detur vinũ tepidum, dimittat fructus, & bibat brodium pulli. Item Magister vtitur istis emplastris ad restringẽdum fluxum: Rec. hypocystidos ℥.2. dissoluatur cum oleo myrtino, vel succo plantaginis, & extẽdatur super aliutam, & supra stomachum tepidum ponatur, & si apponeretur supra intestina, esset bonum. Item aliud: Rec. panis vsti ℥.1.& s. acatię ℥.s. fiat emplastrum remollitũ cum duabus partibus succi cydoniorum, & vna aceti, & tepidum supra stomachũ apponatur, restringit fluxum, & vomitum, & interficit lumbricos. ¶ Ad idem: Rec. succi plantaginis ℔.s. succi semperuiuę quart.1 aceti ℥.1.& s. bulliant simul, & cũ farina hordei, quantũ sufficit, fiat emplastrum, & restringit ventrem, & vomitum, & interficit vermes. ¶ Item: Rec. succi crasulæ maioris, clarificati quart.1. detur in potu, vel ministretur cum succo cydoniorum, vel granatorum, restringit vẽtrem, & vomitum, & interficit lumbricos. ¶ Item si magis forte, est necessariũ: Rec. thuris, masticis, acatiæ, gallarũ, an. ℥.s. panis vsti ℥.1. aloes ʒ.ʒ. fiat emplastrum cum succo cydoniorũ, & oleo rosſ. & fiat huius receptionis medietas, restringit ventrem, & vomitum, & interficit lumbricos. Multa alia experimenta inuenietis in hoc casu in capitulo de fluxu ventris, & vomitu, & de lumbricis. ¶ Et est sciendum, quæ scripta sunt, plus sunt apponenda in corpore humido, quàm in sicco, quanquam in sicco essent valde bona: vnde in corpore sicco, & robusto competunt plus medicinæ magis siccę, vt sunt emplastra facta de gallis, & psidia, & balaustia, & similibus, vt est istud: Rec. gallarum, balaustiarum, acatiæ an. ℥.s. thuris, masticis an. ʒ.ʒ. aloes ʒ.1. panis vsti ℥.2. fiat emplastrum cum syrupo cydoniorum, & oleo rosſ. & tepidum supra stomachum apponatur, restringit fluxum ventris, & vomitũ, & interficit lumbricos. ¶ Et est sciendum, quòd non est apponẽdum aloes, nisi quando timemus de lumbricis. ¶ Item dicit Magister, quòd isti fluxus possunt venire ꝓpter lumbricos, scil. per istum modũ: quia lumbrici commouent stomachum, & angustiãt cum eo: humor, qui est in venis, commouetur, & fluit ad stomachum, de stomacho ad intestina, & faciunt fluere ventrem. ¶ Ita est de medicinatis: quia quando medicina adhęret villis stomachi, stomachus conturbatur, & inde humores, qui sunt in venis, cõmouentur, fluunt ad stomachum, & inde ad intestina: & ita fit maior fluxus cholericus. Vnde sciendum est, quòd quando multa cholera educitur per vomitum, vel per secessum, & lumbrici sunt in causa, aut medicina recepta: tunc illa cholera non venit de stomacho, sed de venis refunditur ad stomachum, & deinde egreditur per vomitum, aut per secessum, quia cholera non stat in stomacho, sed in venis, phlegma vel cibus in stomacho reperitur. ¶ Et est sciendum, ille fluxus causatus propter lumbricos curatur per Magistrum, sicut curatur fluxus supradictus, tam in pueris quinque annorum, quàm magnis, scil. 40. annorũ: vnde in tali fluxu Medicus debet perpendere signa lumbricorum, si infirmus sentit in gutture formicationem, & ascensionem versus epiglottum, & infirmus reiicit, & noctu plus angustiatur, quàm in die: dolet caput, & est cum magna siti, & non potest dormire, aliquoties euomunt lumbricos, aliquoties egerunt eos, & tamen fluxus non cessat, & multa alia signa, quæ in aliis autoribus scripta sunt, apparent: tunc scias, quòd talis fluxus causatur à lumbricis. Item magister facit inungere orificium stomachi ꝓpter lumbricos cum hoc vnguẽto, & restringit ventrẽ: R. acatiæ, aloes an. ℥.s. dissoluantur in vino cydoniorum calefacto liquidè, ad modum vnguenti, & tepidum orificiũ stomachi inungatur frequenter, & desuper apponatur pannus lineus calidus. Aliud: Rec. populeon, aloes, succotrini an. ℥.s. misceantur ad formã vnguenti, & de isto inungatur vmbilicus intus, & circumcirca frequenter: & postea modicum de panno

De fluxu cholerico.

De fluxu propter lumbricos.

panno lineo apponatur, & poſt inter ſtomachũ & vmbilicum apponatur de emplaſtris, & modicum ponatur ſupra, & aliud de vmbilico vſq; ad pectinem. Item ſi eſt homo magnus, apponit Magiſter tale emplaſtrum ſupra viſcera, & in anchis ad reſtringendum ventrem, & nõ nocet febri: R. hypociſtidos ℥. 4. licij, emplaſtri ſtyptici, quod ſcriptum eſt cap. de fluxu ventris ana ℥. 2. & fiant emplaſtra duo, vnum ante, & aliud retrò: & extẽdatur ſuper alutam, & in tali materia chol. dat ei de ſem. pſyllij torrefacto, ſicut dictum eſt in cap. de fluxu. Et ſi patiuntur compreſsiones, ſuffumigat eos cum colophonia, & ponit in ano infra iſtud vnguentum: Re. thuris, myrrhæ, licij, croci an. ʒ. 1. olei ʒ. 2. diſſoluantur omnia in vino ad modum vnguenti, & cum bombace intincto tepidè apponatur, ſeu intus mittatur, & facit apponere ſupra anum. & ventrem ſacculum milij torrefacti, iſta non nocent febri. De emplaſtris ſupradictis ſupra ſtomachum, & vmbilicum, & inteſtina debet poni, & ſi aliud ſit neceſſe in cap. de fluxu ventris, & teneſmonis inuenietur. Item Magiſter dat eis ſyrupum myrtinum compoſitum per ſe, aliquoties miſtum cum tantundem ſyrupi myrtini ſimplicis, propter malum ſaporem compoſiti, vt infirmus melius recipiat. Vnde dicit Magiſter qđ compoſitus magis ſtypticꝰ eſt q̃ ſimplex, & ſi aliquis arguat, quòd non ſit dandꝰ in fe. propter ſtypticitatẽ, quia ſtypticitas reſtringit, & obſtruit venas, & ita reſeruat fe. Dicendum, qđ Medicus debet ſuccurrere illi, qđ plus lædit, ſed fluxꝰ plꝰ lædit infirmũ, quàm fe. ergo fluxui ſuccurrẽdũ. Ad hoc Magiſter ſoluit, & dixit, qđ ſyrup. iſte nõ multum derogat fe. & ideo poteſt ei concedi, donec fluxus ſit reſtrictus. Item Magiſter dat in fluxib. cholericis cum fe. continua farinam frumẽti, decoctam cum brodio gallinę, tamen farina ſit in furno deſiccata, antequam decoquatur. Itẽ hordeum coctum eſt eis bonum, & ſi apponatur de agarico, eſt bonũ, quia reſtringit. Item ſi infirmus habet compreſsiones, pharmacum, & hordeũ debent dari, quia illæ compreſsiones veniunt à materia chol. propter acuitatẽ chol. quæ pungit ſtomachũ: quare pharmacæ frumenti, & grana hordei cocti ei competunt, quia mitigant chol. & ꝓhibent, ne inteſtina à chol. lædantur, ſeu ſcorientur: & ſi aliquod inteſtinũ ſit excoriatum, intunicat eum, & cicatriſat vlcera facta per punctionẽ cholerę. Sed ſi compreſsiones prouenirẽt à phlegmate, qđ in inteſtinis eſt, ſicut in teneſmone, nõ detur farina frumenti cocta, vt hordeum coctum eſt ei competens: quia phlegma habet generare, & ita multiplicarẽt phlegma, & ita cõpreſsiones: ſed in materia cholerica eſt frenum phlegma: quare eis cõpetunt, ſed riſum poteſt eis dari. Sed quã do compreſsiones fiunt in materia chol. tam in fe. quàm ſine feb. tunc proueniunt propter punctionem chol. quæ pungit inteſtinum, ſicut dictũ eſt: vnde tunc Magiſter facit tale clyſtere ad remouendum punctiones, & arſuras inteſtinorum & cicatriſat, quod vlceratum eſt, & cuſtodit, ne amplius vlceretur: R. riſi ʒ. 30. hordei excorticati ʒ. 20. roſ. rub. ʒ. 10. adipis renum caprarum ʒ. 20. coquantur in tribus libris. aquæ, vſque ad vnam, cui addatur olei roſ. ℥. 1. fiat clyſtere, quãquam ſit fe. continua, tamen dicit, qđ primo debent præcedere clyſteria abſterſiua, & poſtea conſolidatiua, & reſtrictiua: vnde mundificatiua ſunt, ſicut de lentib. ſicut inuenitur in cap. de teneſmone. Et clyſtere de lacte, tñ clyſtere de lacte caprarum eſt conſolidatiuum ratione caſeitatis, & lotiuum, & abſterſiuum ratione ſeroſitatis, & ſedatiuum ratione butyroſitatis. Vnde Magiſter vult, qđ iſtud clyſtere pręcedat primũ: quia plus mundificat, & abſtergit, & fit ſic: R. lactis caprarum ℔ 1. conſeruæ roſ. ℥. 2. fiat clyſtere. Sed ſi infirmus habet cõpreſsiones mucilaginoſas, loco conſeruarum ponantur ℥. 2. mellis deſpumati: ſed quando cõpreſſiones veniunt propter chol. quæ pungit inteſtinum, conſerua valet plus, & melius ſedat illas cõpreſsiones. Vnde ſciendũ eſt, qđ Medicus, quantũ poteſt, vt citius poterit, auferat illas compreſſiones: quia plus lædunt infirmum, & citius portant eũ ad interitũ, q̃ fe. quia per compreſsionem fit frequentia ſurgendi, & aſſellandi: & iſtæ duæ cauſæ portant infirmum ad fatigationem, & tædium, & ad minutionẽ ſomni: & inde corpus debilitatur, & calefit, & fe. ſublimatur magis. Vnde plures ego vidi mori, & moriebantur citius ex illo accidente, quàm per fe. vnde factis clyſteribus ſupradictis, ſi compreſsio non ceſſabit eis, iſta fiãt ſuppoſitoria ad auferendum compreſsiones: R. thuris, licij, croci, gummi arab. an. ʒ s. opij ʒ. 1 conficiãtur ſuppoſitoria, ſicut nucleus dactylorum, & in ano intromittantur: auferunt punctiones, & inducunt ſomnum. Item facit Magiſter ſpolium ſerpentis bullire in oleo communi. & apponere infra, & extra anum, ſedat dolorem, & confortat inteſtinum.

De fluxu ab hepate.

¶ Et eſt ſciẽdum, quòd multoties videmus poſt cholericas egeſtiones, poſtquã ſunt vacuatæ, incipiunt egredi, ſicut loturæ carnis, id eſt, quòd egerit, ſicut ſi eſſet aqua, in qua caro fuiſſet lota, quæ eſt aqua ſanguinolenta: & dicit Magiſt. quod hepar euomit ſang. & tunc eſt timẽdũ de hepate, quòd morbus in eo cõpreſſerit: & tunc ſunt incurabiles, vt dicetur in cap. de dyſenteria. Vnde tũc eſt conſiliũ, quòd in hepate apponant emplaſtra infrigidantia ad reducendam complexionem malam, quæ eſt in hepate, & hoc dicetur in cap. de dyſenteria hepatica: Vnde Magiſter ponit iſtud: R. roſ ℥. 2. vtriuſque ſandali an. ʒ. 2. ſpodij ʒ. 1. camphoræ ʒ. 1. ceræ ℥. 1. populeon ℥. 2. miſceantur, & fiat emplaſtrum, & tepidum ſupra hepar apponatur, & ligetur hæc cum feb continua: & ſi aliud neceſſarium fuerit occurratur in cap. de dyſenteria hepatica.

Vigeſimaſexta regula de reliquiis febr.

¶ Vigeſimaſexta regula eſt, videmus frequenter, quòd poſtquam feb. cõtinua erit terminata bono termino & recto, qđ infirmo remaneant aliquæ reliquiæ febris, de qua infirmus febricitat, & in iſto caſu maior pars Medicorum decipitur: quia non cognoſcunt reliquias febris, quales ſunt, nec ſciunt perpendere de hectica, vtrum ſit hectica, aut putrida, qđ eſt valde neceſſarium perpendere: quia ſi eſt hectica, niſi Medicus ſit bene prouidus vel præuiſus & cautus, quòd ſciat ei ſuffragare febris conculcabitur tantum in membris, quòd poſtea fiet hectica incurabilis, vt Medicus remediũ dare non ſciat.

Signa hecticæ.

¶ Cognitio iſtius febris hecticę talis eſt: ſi poſt terminum feb. continuæ infirmus remaneat valde deſiccatus, & extenuatus per totum corpus, & potiſsimè in facie: quia

caro faciei extenuatur, & consumitur: caro faciei
magis tenera est, & citius, & fortius consumitur
propter eius teneritatem, & post suam comestio-
nem qualicunq; hora comedat, post vnam horã
sentit se calefieri per totum corpus, ac si esset in
aliqua flamma ignis, quę totum eum comprehen
deret, & pòst superuenit modicum sudoris. Pul-
sus eius est frequens, subtilis & durus, & semper
est vniformis, qui non augmẽtatur, nec diminui-
tur, nec in aliquo mutatur, sed est vniformis, infir
mus non sentit dolorem in capite, nec sitim, nec
amaritudinem oris eius, competenter dormit. Et
hæc est vera cognitio hecticæ, & infirmus nõ sen-
tit eam, imò si interrogatur si sentit febrẽ, respon-
det quod non: & propter hoc Medicus debet es-
se prouidus, & cautus, quòd facto termino febris
continuæ festinet per 3. vel 2. dies tãgere pulsum:
& si inuenit pulsum velocem, sicut in febricitãte,
perpẽdat de febri, vtrum sit hectica, aut putrida:
quia per vnum modum curatur hectica, & per a-
lium putrida: hectica illa prouenit à mala quali-
tate calida, & sicca, quę acquisita est in illo corpo-
re per febrem continuam, quæ consumsit humi-
dum radicale illius corporis, & desiccauit eum.

Cura. ¶ Quare est necessarium, quòd talis refrigeretur
ꝑ bona cibaria, & subtilia, & infrigidatiua in par-
te, & non permittatur ei sustinere famem, nec ie-
iunare, nec sitim pati. Vnde multi Medici, qui nõ
cognoscunt, vtrum sit hectica, diætant, & faciunt
eum ieiunare, & abstinere, sicut si esset putrida, &
de curabili faciunt incurabilem. Vnde Magister
diætat eos taliter in omni hora, qua appetunt, dat
eis comedere, & quãdo sitiunt, dat eis bibere, vel
cum aliquo facit os humefieri, vt dicetur diæta
eorum etiam aliàs. Si volunt, persica audacter de-
tur vnum vel duo, antequam comedat. Dat abru-
mesca bene matura, vel poma bene dulcia, & be-
ne matura, vel pira bene matura, & bene dulcia,
& si infra diem sitit, cum eisdẽ sitis auferatur. Co-
medat bonas carnes, vt sunt pulli, galli, hœduli,
perdices, & similia: & si affectãt pisces, eis conce-
dantur, vt sunt, lupi caput, buon, rogen, & pisces
qui nõ sunt multum magni, & sunt squamosi: de
herbis spinachiam, & lactucas comedat, & de ca-
seo recẽti, est bonum. Item quolibet mane detur
ei ad potandũ lac capræ, sicut egreditur de mam-
milla, in quantitate vnius oui pleni, antequam co
medat, & pòst ieiunet, donec lac sit digestum in
ventre, & pòst comedat: & si infirmus habet ru-
gitum in ventre, vel habet ventrem frigidum, vel
dolorẽ in capite, vel sitim, vel grossitiẽ in splene,
vel eructationem, lac non detur. ¶ De vino: bibat
vinum subtile, & clarum valde, bene lymphatũ,
& in continenti maturat eos, vt isto syrupo: Rec.

Syrupus restauratiuus.

carnium testudinum nemoralium ℔. s. liquiritię
mund. succi eiusdem, ros. gummi arab. tragacãthi
an. ℥. 1. sem. papaueris al. amygd. sem. lactucę, por-
tulacæ, sem. citrulli, melo. cucumeris, cucurbitæ,
omnium mund. penidiarũ an. ℥. s. sem cydonio-
rum, sem. bombac. an. ℥. 2. vuar. passar. mund. ℥.
4. pinearum, amygdal. dul. sebesten, sem. maluæ
an. ℥. 3. omnia terãtur cum prædictis carnibus te-
studinum, & coquantur cum aqua decoctionis
liquiritiæ in vase bene obturato, ne fumus possit
exhalari in olla noua, pòst coletur, & cum duobꝰ
baculis bene exprimatur, vt liquor bene extraha-
tur, quibus admisceantur panis sacchari optimi
℔. 2. penid. ℔. 1. fiat syrupꝰ: valde est resumtiuus,
& impinguatiuus, & si post aliud est necessariũ,
occurratur ad curam de hectica: quia ibi inue-
niuntur electuaria resumtiua, & impinguatiua:
& etiam vnguenta, cum quibus membra, & cor-
pus inungantur ad remouendam siccitatem pe-
ctoris, & corporis. ¶ Sed si febris est putrida quę
cognoscitur taliter: pulsus est frequẽs, vt in aliis
febribus, & erit plus frequens in vna hora, quàm
in alia propter eius ebullitionem, infirmus sentit
in se alia accidentia, quæ sequuntur febrẽ putri-
dam: vt est dolor capitis, sitis, amaritudo oris, nõ
bene dormit, & ponderositatẽ sentit in membris,
ista significant, quòd est putrida, & ista febris ꝓ-
uenit à reliquiis derelictis de prima febri putrida
continua, quæ non bene consumta fuerit per cri-
sim primam. Vnde quando Medicus videt, quòd
post crisim febris continuæ talis febris remansit,

Signa reliquiarum feb. putri.

quod cognoscitur per ea, quæ dicta sunt, succur-
rendũ est infirmo, sicut in putrida febri: diæta sua
sit subtilis, vt sunt pulli, galli, perdices, hęduli: ca-
ueat à repletione, vinum, quod potabit, sit acer-
bum, bene lymphatum: in sero cœnet de lactuca
cum aceto, pomis, & piris coctis, infra diem gra-
nata acria, vel acida: si verò habet vẽtrem frigidũ,
& pectus siccum, dentur ei dulcia ieiuno stoma-
cho, & potestis eis dare pruna bene matura, lac
amygd. & ea, quę in febribus administrantur, fiat
ei in continenti syrupus diureticus, & bene ape-
ritiuus de radicibus, & herbis, & granis diureti-
cis, & aperientibus. Vnde ego vidi hominem be-
ne carnosum cholericæ complexionis, tempore
æstatis, mense Augusti, qui patiebatur tertianam
duplicem cum continua insimul, & curatus fuit
de continua: & istis tertianis per crisim debitam
exceptis aliquibus reliquiis, q̃ remanserunt, pro-
pter suum malum regimen, quod fecerat cum ni-
mio potu aquæ frigidæ, quæ opilauit hepar suũ
taliter, quòd oculi illius citrinati fuerunt propter
opilationem acquisitam in hepate ex illo potu a-
quæ frigidæ, & ista opilatio excitauit ei febrẽ. Vn-
de Magister dicit, quòd ei erat necessarium vnus
bonus syrupus aperitiuus, & incisiuus, qui deo-
pilaret hepar, & illam materiam, quæ ingrossata
erat in venis, propter nimiam refrigerationẽ, quę
erat acquisita propter nimium potum aquæ: &
erat necessarium, quòd illa materia educeretur ꝑ
vrinam, & fecit ei talem syrupũ, & dicit, quòd est
incisiuus temperatè: Rec. passularũ enucleatarũ

Syrupus aperitiuus & temperatè incisiuus.

quart. 1. liquirit. mund. ℥. 2. rad. fœn. asparagi, bru-
sci nouelli an. ℥. 1. capil. Ven. recen. M. 2. scolopen.
ceterach, politrichi, adiãthos, enulæ, omnium re-
centium an. M. 1. endiuiæ, scariolæ, rostri porcini,
cichorij, omnium recentium an. M. 1. sem. end. se.
scariolæ, sem. asparagi, brusci an. ℥. s. quatuor se.
frigidorũ, maiorum mundatorũ an. ʒ. 2. viol. ℥. 1.
panis sacch. ℔. 1. & s. succi malorũ granat. quart. 1.
fiat syrupus, & aromatisetur cum sand. an. ʒ. 2. Et
si infirmus tussit, remoueatur succus granatorũ,
& acetum: tamen dicit Magister, quòd Medicus
debet esse cautus, & prouidus in suo dictamine,
quòd pręuidet de grossitie materię: quia si videt,
quòd cholera sit grossa, augmẽtet quãtitatẽ rerũ
calidarum: & si videt, quòd cholera non sit nimis
grossa, augmẽtet quantitatẽ rerũ frigidarũ: & ita

Medi-

Medicus non debet componere ſecundum quãtitatem & comparationem, & groſſitiem eius materiæ, & frigiditatem, & caliditatem eius, etiam ſecundum caliditatem corporis, & virtutem infirmi: Medicus debet remouere, & addere in omnibus ſuis compoſitionibus, tam in ſyrupis, quã in emplaſtris, & electuarijs, & de omnibus alijs experimentis, & compoſitionibus tam pillularum, &c hoc eſt de cæteris artis melioribus. ¶ Dicit Auicen. & non conſulò, quòd Medicus incipiat curare reſiduum, donec ſciatur, quis eſt modus reciduationis. Vnde dicit Magiſter, quòd dũplex eſt cauſa recidiuij, aut propter materiã quæ remanſit, aut propter malitiã regiminis: & hoc accidit aut in acutis, aut in chronicis. Cognoſcitur autẽ recidiuatio propter materiam, quæ remanſit in acutis, aut non anteceſſit criſis manifeſta, aut ſi anteceſſit, non fuit completa nec iudicata per ſigna digeſtionis in diebus iudicatiuis, nec facta eſt in ſtatu morbi, ſed in augmento vel in principio. Cognoſcitur autem illa, quæ fit propter malitiam regiminis conualeſcentis: quia anteceſſit eam criſis manifeſta, completa, & iudicata per ſigna digeſtionis, & per malitiam regiminis conualeſcentis. In chronicis autem, in quibus non fit criſis per euacuationem ſubitam, ſed per reſolutionem paulatinam, cognoſcitur recidiuatio ſimiliter duobus modis, aut propter materiam, quæ remanſit ingroſſata per paulatinam euaporationem, & reſolutiones ſubtilium partium remanſerunt groſſæ: aut ſi non per illud, erit propter malitiam regiminis conualeſcentis, quod diſcernitur & cognoſcitur, quandò per paulatinam digeſtionem, & reſolutionem materiæ ſecuta eſt conualeſcentia vera, quę cognoſcitur per ſigna conualeſcentiæ, determinata ab autoribus per condeſcentiam appetitus, & quòd cibus ſumtus proficit & confortat per bonitatem ſomni, & poſt ſomnum inuenitur quietus, & breuiter nullum de accidentibus præteritæ infirmitatis ſentit, quæ recidiuatio, ſi venit poſt hæc, ſignum eſt, quòd non venit ex materia remanente, ſed præſumendum eſt, quòd venit ex malitia regiminis, quòd ſi infirmus non bene conualuit, quod manifeſtatur per prędicta ſigna, quòd recidiuatio facta ſit per reſpirationem ſubtilis, & remanentia groſſi. ¶ Si contingat in acutis propter remanentiam materiæ, quia materia deficit ab euacuatione completa, regendus eſt infirmus regimine ſubtili, & regimine medicinarum ęgrotatiuorum: quia cum his aut plane conualeſcit, aut recidiuum erit leuius, & facilioris terminationis: quòd ſi contingat ex malitia regiminis, corrigatur, & regimen ſubtilietur, & per clyſteria & alia leuia medicamina ſuperflua materia generata ex malo regimine, vel ex malo cibo groſſo, conſumatur: quod idem fiat in conualeſcente à morbo chronico, quando recidiuabit per malum regimen. Et ſi recidiuat propter ingroſſationem materiæ, & terreſtreitatem eius acquiſitam per euaporationem ſubtilium partium, regatur regimine conuenienti illi morbo, & regimine medicinarum ſubtiliantium groſſitiem eius, & humectantium eius terreſtreitatem, donec perfectè conualeſcet: quod ſi contingat in talibus recidiuatio frequens, ſicut frequenter videmus, frequens fiat prædicta regiminis renouatio, donec perfectè tales racidiuationes morbi in tẽpore longo reſoluantur.

Signa recidiuationis qualia sint.

AD hanc autem formam adhuc indigemus, vt ſciamus, quæ cibaria declinant ad ſubtilitatem, & quæ ad groſſitiem, & quæ ad mediocritatem, vt vtatur his vel illis, ſecundum conuenientiam particularium. Iſte igitur eſt ordo, & modus incipiendi à ſubtili per medium, vſque ad groſſum. Primum igitur, quod eſt in vltimo ſubtilitatis, eſt penitus nihil dare: ſecundò aqua bullita: tertiò ſuccus malorum granatorum cum multitudine aquæ: quartò ſyrupus iulep: quintò ſyrupus ro. vel viol. ſextò hydromel cum multitudine aquæ: ſeptimò lac amygd. colatum: octauò aquam hordei colatã: nonò brodium cicerum, colatum cum multitudine aquæ: decimò aqua, vbi panis fuerit infuſus: vndecimò lac amygd. non colatum: duodecimò ſpinachia, lactucæ & conſimilia: decimotertiò pira, poma, & conſimilia: decimoquartò hordeatum, aut amidum & cibus, qui fit de colatura furfuris, & ſimilia: decimoquintò mica panis ter lota in aqua frigida: decimoſextò brodium paruæ pullæ albæ coctæ cum lactuca: decimoſeptimò brodium pullæ nigrę: decimooctauò extremitates pullorum: decimononò extremitates galli parui: vigeſimò paruas pullas albas, aut nigras, aut gallos paruos, & ſimilia: vigeſimoprimò carnes hœduli lactentis. vigeſimoſecundò extremitates porcorum, & cõſimilium: vigeſimotertiò gallinas, perdices, phaſianos, columbos, turtures, merulos, & conſimilia: vigeſimoquartò vitulum lactentem, & ita de alijs conſimilibus. Ita quòd ex iſtis omnibus ſapiens Medicus conſiderabit formam regiminis, quæ cum morbo eſt conueniens: & ſi aliqua deficiunt, poſſunt intelligi ex prædictis. Et hæc ſufficiant de regulis.

Ordo diętandi à ſubtiliſſima ad groſſiſſimam.

***

ARNALDI DE VILLA NOVA
REGIMEN, SIVE CONSILIVM QVARTANAE.



QVÒD si aliquis se diligenter
secundum terminum rexerit,
erit morbus in suo genere sa-
lubris,& breuis:si verò expo-
suerit se quis iudicio imperi-
torum,& vulgarium,hunc re
mitto. Sed quando per viam
sensualitatis,quod absit,deuiasset à iudicio ratio
nis,sequeretur incursus multiplicis periculi,ple-
rumque ex hoc contingit,vt docet experiētia, &
ideò conuersio & permutatio quartanæ febris in
quotidianam febrē,quæ non paruā minatur rui-
nam. Aliquādo sequitur multiplicatio quartana-
rum,& earum compositio molesta : nam ex vna
fiunt duæ vel tres,vel plures,& ex simplici com-
posita generatur:interdum verò multiplicantur
apparata cum terrea,& sic de multis alijs,quę nō
sunt ea deteriora pro certo,sicut lepra, vt constat
apud virum virtute vigentē,licet obseruatio præ
ceptorum artis aliquid difficultatis habeat: nam
secundum sententiam philosophi & veritatē, vir
tus circa difficilia versatur, quæ tamen exerceri
sunt facilia,parum aut nihil continēt virtuosum.
Vt ergo sanitatem desiderantis vbiq; breuiter,&
prosperè procuremus & malo prædicto Dei au-
xilio occurramus prudēter,vt in processu, quod
absit,non præualeat,sed potius cesset,& proster-
natur,consulimus in primis,vt die crastina, circa
mediam tertiam,præmisso exercitio temperato,
fiat phlebotomia de basilica sinistri brachij ad
quantitatem ℥.4.largo foramine facto. Ad hoc au
tem faciendum mouet nos autoritas rectè loquē
tium in hoc casu, mouet etiam iudicium ratio-
nis,super quod autoritas fundatur, nā cum hæc
sit quartana vt vobis constat,& generata ex cho-
lera adusta in minus, & sanguine adusto in plus,
expedit,vt sanguis moueatur,qui aduri paratus
est,& ne adustio multiplicetur,& febris prolōge-
tur:multiplicata.n.causa,necesse est effectū mul-
tiplicari,& p oppositū,ideo ipsa diminuta,vel ab
lata,vel abbreuiata,necesse est,effectum diminui
vel abbreuiari. Nō debet igitur in huiusmòdi p-
cessu formidare patiens,sed cum euidentibus ra-
tionibus prōtè & voluntariè obedire: propterea
per artem & experimētum constat, quòd phle-
botomia temperat feruorem materiæ & dyscra-
siá mēbrorum ad æqualitatem ducit, & per eua-
cuationem temperat spiritum & calorem innatū.
¶Propterea vt à malitia qualitatis materia corri-
gatur,& expulsioni pręparetur,cōsulimus vsum
digestiui sequentis:R.ra.brusci,asparagi,fœn. M.
1.ramorū pentaphy. M.2.scolopē.cicho.endi.cum
rad.eius,sca.ca. Ve.lactu.dul.crispæ,ramorum fu
mit.vio.omnium recentium an. M. 1. summitates
borra. M.3.flo.buglo.ʒ.1.corticis citri,mēthæ,me-
lissæ an ℥.s.suc.pomorum dul.suc.summitatis fu
miterræ,succi malorum acetosorum,suc.bor. an.
qu.1.polypo.quercini ℥. s. follicu. senæ ℥.2.panis
sacch.℔.2.fiat syrupus ad ℔. 2. & s. reponatur in
duabus ampullis. ¶Post vsum prædicti syrupi,v-

De phlebotomia.

Digestiuum.

Solutiuum.

tatur apozemate summè salubri laxatiuo, quod
sequitur:R.flo.vio.bor.buglo.follicu.senę an.℥.2.
suc.summitatis borra.autumnalium,succi pomo
rum dul.aromaticorum an.qu. 1. mannæ electæ
℥.1.se.cuscu.myroba.citri.flo.stœcha.ara.polypo-
dij quercini,myroba.indo. an ℥. 1. s. epithy. flo.
melissæ,vuarum pas.munda.an.℥.1. myroba. che
bulo.℥.1.lapi.lazuli 20.vicibus loti in aqua forti-
ter:deinde in aqua ro. decies ʒ.s.panis sacch.℔.s.
& fiat apozema ad ℔.s.largè,cuius medietas ad-
ministretur prima vice,& regat,& regimine artis
vtatur. ¶Postea vtetur hoc electuario,sublimis iu
uamēti est:R.cōseruæ borraginis.buglossæ.ro.ru
bea.an.℥.2. corticis citri electi ℥. s. cinnam. ℥.1.s.
coriā.pparati ʒ.2.amica cordi.muscasellini,vel ci-
tri electi ʒ.2.pul.lætitiæ gal.℥.s.pul. diarrhodō ab
batis ℥.s.spicæ nardi,anthos munda.an. ʒ.s. qua-
tuor se.frigidorū mūda.an.ʒ.1.succi pomorū dul.
aromaticorum, vini malorū granatorū acetoso-
rum,suc.citri an.qu.s.hyacinthi ru.ʒ.1. panis sac.
quod sufficit:fiat electuarium bene coctū. ¶Post
applicandū erit hoc emplastrum stomacho:Rec.
absynthij M.2.mēthæ M.1.spicę nardi,ro.ru.florū
chamo.an.℥.1.corticis citri.cardamo.an. ℥. 1. ma-
sticis ℥.1.Ex his fiat emplastrum cum succo men-
thæ,& aceto,& aqua ros. an. admisceatur de lau-
dano loto,& cera,quantum sufficit, ad adhæren-
dum,vel fiant sacculi cum bastis longis consuali-
bus,sicut marsupij componuntur,& calefi.liqui-
dè,& applicabuntur. ¶Notādum,quod istis prę-
cedentibus,scilicet syrupo, apozemate, electua-
rio & emplastro vtēdum est hoc modo:in primis
sumatur ℥.1.syrupi digestiui cū ℥.2.aquæ ca. ante
auroram modicum,deinde masticet malagrana-
ta,& superdormiat, consequenter in ortu Solis
sumat electuarium ad quantitatem castaneæ ma
gnæ & si superbibere placuerit,bibat syrupū ros.
postea exercitando modicum, & leuiter, deinde
comedat. Si verò prædictum syrupum abhorret,
vtatur aliquando sero caprino loco illius, & si al-
ternis diebus accipiatur,potest sumi dupla quan
titas syrupi calidi. Sed secūdò est notandū, quòd
est eligendum arte.s.quòd sumatur ex capris ni-
gris iuuenibus nouiter fœtantibus,vt magis pos-
sibile fuerit,& boni pastus. Iterum verò attenden
dum est,quòd serum est bulliendum duabus,vel
tribus vndis ebullitis,& postea colandum est be
ne, deinde ministrandum. Erunt autē sic duo di-
gestiua administranda,toto tempore duorum pe
riodorum,exceptis in die paroxismi, in quo nul-
lum istorum est tribuendum. Consequenter no-
ta tertie periodo secunda die post accessionē, &
intellige secunda die quietis,detur prædicta quá
titas solutiua:deinde ad vsum digestiui redeun-
dum est,& consimiliter vtendum vsq; ad admini
strationē secundæ potionis apozematis solutiui:
& tunc detur,vt prius. Quibus perfectis,si assistē
tibus,peritiæq; Medicorum visum fuerit, quòd
maior pars materiæ educta fuerit, balnea sunt
summè salubria: circa quod est sciendum, quòd
prima

Electuarium sublime.

Emplastrum stomachale.

Vsus prædictorum.

prima vice ponenda sunt chamomilla, & furfur in aqua temperatæ caliditatis, & ibi permorandum. In alijs verò vicibus dulcis aqua simplex sufficit, & tepidæ caliditatis, paruæ moræ, nec sudare permittatur in eo, vt postea, in prima administratione expedit maior mora, & sudor modicus applicandus ante cibum prandij, vel cœnæ, somno tamen interposito inter prandium & cœnam, aliter nō est balneandum ante cœnam. Notandum est, quòd electuario vti competit bis vel ter in die, scilicet mane in ortu Solis sine potu, & in fine prandij, & cœnæ paruissimo potu sequente. Et si conficiatur cortex citri, & conserua ros. in sufficienti quantitate sacchari, erit vtilis ad idē. Emplastrum verò applicandum erit figuratum, secūdum figuram stomachi, tepidum actualiter, & erit maximè de nocte tenendum & ieiuno stomacho. ¶ Explicatio operationum causarum efficiētiū: operationes & proprietates digestiui sunt illis, quoniam habent siccitatem, & ariditatē humoris adusti, qui est causa febris, humectare & cōtemperare acumen caloris adurētis: electuarium in prædicto humore, & febrilem dyscrasiam in membris impressam adæquare, sanguinem mundare, choleram reprimere omnia membra rectificare. Operationi solutiui digestiui in prædictis operationibus communicat, & præter eas à proprietate eradicat materiá euacuãdo humorē, qui est causa febris cum omnimoda securitate, & leuitate, clarificat spiritū & calorē naturalem, & consequenter disponit non modicū ad lætitiá & gaudiū. Operationes electuarij, & proprietates sunt: stomachum corroborat, cor & omnia mēbra principalia confortat, & rectificat, virtutē corroborat, & multiplicat calorē & spiritū, animam lętificat, causam lætitiæ multiplicando, & prohibentia cōtraria, puta causas tristitiæ amputando. Effectus emplastri sunt isti: appetitum excitat, & acuit, digestiuá stomachi emendat, naturá stomachi fortificat, vt resistat materiæ morbi, quæ fluit ad ipsū, & eá impellit, vt minus inde de ea recipiatur in ipso, & tandē imponamus, nihilominus .n. ipsam particulá patiētē cū capite, quá auctores minerá putredinis vocát. Et quia duo sunt opera sapientis, vnū est non mentiri, de quibus nouit, & aliud est mēdacium posse manifestare: ideo aliquos errores circa regimen quartanarij incidenter in sequentibus excludere ordinamus, desiderio perficiendi dominium, & læsionem vitandi. Non ergò perturbari se permittatur paternitas vestra, præsens constantia rationem, iudicium rationis domãdo à prædicto regimine phantasia dicētiū, quòd quartana est permittēda currere cursu suo, ita quòd nō est alio regimine artis regēda: huiusmodi.n. ignorantię falsitas nō debet suscipi in mēte veri intelligētis: ná cōstat, quòd illud, quod potest fieri. sic & aliter: puta ratio, & cū ratione indigestum primo regulante, vt fiat rectè, & non aliter. Manifestum est autē, quòd quartana & determinata omnis dispositio corporis naturalis, vel contra naturam potest reduci regimine recto, & non recto conuenienti. s. & contrario: planum est ergo, quòd indiget determinata regula regiminis, vt. s. regatur secundū vtilitatem & conuenientiam contrarium vitando: constat autem, quòd regula nō est casus, neq; fortuna, nec sensualitatis

Operationes & proprietates suprà dictorum medicaminum.

Quod quartana non est dimittenda, sed arte regenda.

A aliquis motus. Est igitur habitus intellectus, qui ars medicabilis vocatur, qui determinatæ dispositioni corporis, & specialiter determinatū, & speciale regimen. Præterea certum est, licet omnes res naturales moueantur suis motibus, procedēdo versus suos proprios terminos naturales, qui quidem processus cursus rerum vocatur, patet consequēter, quod ille motus in membris, rebus naturalibus potest abbreuiari, & prolongari, vt patet in motu ignis & aquæ, & in multis alijs cor B poribus naturalibus. Et hoc quidē ex tribus causis cōuenit: vel quia virtus debilitatur maiorum, vel quia quantitas minoratur, vel superfluè augetur, & vltra terminos naturales, vel quia extra locū naturalē deducitur: sed quia quòd parte mobilis diuersitatē recipit cursus iste, vel quia mobilis mutatur quãtitas, vt dictū est de motione, vel eius diuersificatur figura, quę disponit ad motum, vel quia diuersificatur in asperitate, & lenitate, & sic de multis alijs, quæ recitare esset proli C xū. Cùm igitur in quartana sit, quicunq; sit iste motor, & mobile, hoc est, humor melancholicus, naturalis, vel accidentalis, qui ex humore aliquo per adustionē generatur: certū est, quòd durabilitas, quæ cursus eius vulgariter dicitur, vel vocatur, potest intendi & remitti, & abbreuiari, & prolongari secundum diuersorum corporū applicationē ad ipsum. Planum est.n. quòd si eius quantitas augeatur per malitiá regiminis, erit durabilior motus successionis partium facientium paro D xismos: & quantò qualitates eius sunt fortiores, & efficaciores efficiuntur motus ratione: videtis, quòd quantocumq; maior quãtitas aquæ in fōte, frequentius & plus fluere potest, & plures cōchas implere, & plura loca concaua, quantū autē plus diminuitur eius quantitas, tardius & minus potest prædicta facere. Sic ratione videndum est de humore, qui facit paroxismos quartanæ fluēdo à fontibus venarum, & aggregando in determinato loco, vbi putrefit, & generat ibi paroxi E smum: quantum ergò magis minorabitur per bonum regimen humorum quantitas in venis, & qualitatis malitia minoratur, & debilitatur eius motus. Et cùm tandem annihilatur eius quantitas, necessariò cessabunt eius motus paroxismales: cessante enim mobili, cessat motus, & hoc modo curabitur, domino concedente. ¶ Nec seducatur vestra peritia, clemens Pater, dolosis promissionibus, & fraudulentis operibus quorundam sermonum vsurpantium Medicorum, qui pro F mittunt, & interdum videntur facere cessationē febris & sic, cum materia humorali non euacuata à corpore, vel semiplenè euacuata, hoc quidem faciunt cum medicinis narcoticis frigidis, mortificando, & stypticis ad vltimum constringētibus meatus, & ingrossãtibus humorem, & sic humor immobilis redditur, & in determinato loco inclusus, & obsessus quiescens, quod faciunt experimētatores imperiti emittentes, quorū quædam nullo modo curatio morbi potest esse: ná cum mor G bus curetur per abscisionem suæ causæ, sicut & omnis effectus cessat sua causa cessante, manifestum est, quòd remanente causa febris nō curabitur febris: licet motus humoris aliquo modo retardetur. Nō solū autē fallunt hoc modo, sed viá maioris periculi aperiunt: nam cùm post tempus

Non est credēdum promissionibus dolosorum medicorum.

determinatum cesset virtus prædictarum medi-
cinarum fraudulentarum, materia nondum eua-
cuata, multiplicatur eius quãtitas, & augetur ma
litia qualitatum in illo tẽpore medio interuallo:
cùm ergo necessariò redit ad motũ suum, & cùm
mouetur ad locum, vel particulá patientẽ, ad quá
prius mouebatur, redditur febris malignior, quá
fuerit, cùm materia mouetur ad cerebrum, causat
mentis alienationẽ, maniacá vel melácholiá: cùm
verò ad cor, generat cardiacá trementẽ & morti-
feram: si verò ad hepar, & ibi quiescat, causat hy-
dropisin, & plerumq; icteritiam nigram, ex effu-
sione eius per totum corpus, & interdũ causatur
particularis vel vniuersalis. Ab incessorib. istis igi
tur periculosis cauendũ est, sicut ab inimico mor
tali, ne paroxismorũ cessatio procuretur, donec
humor peccans, qui est causa feb. euacuatus fue-
rit, per artem, vel per naturam, vel vtroq; modo.

Quod phlebotomia conueniat.

¶ Item rectitudo vestri iudicij non debet solicita
ri, si ignorátię filij prędicto regimine se opponũt,
dicentes: quòd in quartana nõ expedit sang. mi-
nui, sed potius augeri, sed frigidorum administra
tio, sicut lactu. malorum gra. acetosorum, & simi-
liũ. Excæcati. n. sunt ignorantia, quæ impedit in
eis rationis lumen: iudicant. n. de omni quartana
vno iudicio, ac si omnes essent speciei eiusdem,
quæ cùm sint quatuor species, patet quòd diuer
so iudicio sunt iudicádę, & diuerso regimine sunt
regulandæ. Illi. n curant omnes morbos oculorũ
vno collyrio, contra viam artis, & rationis agen-
tis: huiusmodi. n. quartanæ species nostri propo-
siti cum sit, de sanguine & cholera per adustionẽ
in venis, clarum est, quòd est materia calida natu
raliter, & per adustionem accidentaliter: propte-
rea in parte frigidis & humidis indigemus ad cu
ram. Illi autem, qui dicunt, quòd solum est calidis
vtendum, manifestum falsum supponunt, & cre-
dunt, quòd omnis quartana ex melancholia na-
turali causetur, qui est humor frigidus per natu-
rá: præterea illi venit iudicium, quando fecit dy-
scrasiam, quæ est morbus calidus & siccus, nõ in-
digeat frig. & hu. corrigentibus eum: aliter cura
nõ fieret applicatione causarũ contrariarum, nisi
illud esset verũ. Ad illud verò de minutione sang.
est responsum suprà, circa principium. Nunc ex-
citari debet patientia nec desperatio breuis curę,
licet videantur accessiones fortificari, & eius acci
dẽtia acui, & tẽp⁹ durationis prolõgari. Certũ. n.
est, & demonstratũ in arte, quòd hęc omnia signi
ficant propinquitatẽ status, & crisis laudabilis vi
cinitatẽ, & cõsequenter ægritudinis breuitatem.
Scribit. n. Hipp. quod circa fines & principia mor
borum omnia accidentia sunt imbecilliora: circa
statũ verò fortiora. Et hoc quidẽ est, quia quantò
natura fortius digerit materiam morbi, & domi-
natur ei, mouet eam fortioribus motibus: hæc au
tem fortitudo motus non cessat, nisi totaliter vin
cat eam expellendo, vel consumendo. Quod vide
tur multoties exemplo simili luctantium, quòd
in principio luctæ experiendo vires ad se inuicẽ
debiliter mouentur: appropinquante verò victo
ria mouent se velocibus motib. & efficacib. desi-
derio pertingendi velociter victorię terminũ. Sic
rectè iudicandũ est in feb. in quib. est lucta natu-
ræ cũ morbo: non ergo vacillet vestra spes sana-
tionis, sed potius cõfidentia inualescat. ¶ Conti-

Diæta.

A nuandus est vsus panis cõsueti, si tamẽ vẽter mul
tum cõstipatus fuerit, pane furfureo est vtendũ:
vinum continuetur antiquum, quamdiu lauda-
bile & electum inuenitur, postmodum eligitur
rub. in colore, in substantia mediocre, sufficit ta-
men clarum & quietatum, cui admiscenda erit
medietas aquæ vel plus: tamen considerata potẽ
tia virtutis eius, qua diuersificata diuersificanda
erit plus mistio, plus tamen in die paroxismi, quá
in alijs misceatur. Carnes sunt eligendæ ex vola-
B tilibus, pullorum vtriusq; sexus, gallinarum, per-
dicum, & caponum, auicularum nemoraliũ, pha-
sianorum, pulli hœdorum, & vitulorũ lactentiũ,
propinquioris nutrimenti. Nulla autẽ ex anima-
lium carnibus quadrupedũ est exhibẽda, nec ex-
pediens, sed necessitate quæ legẽ nõ habet aliqua
permittuntur in magna debilitate appetitus, vt
extremitates porcorum iuuenum, & caro annua-
lis agni, & maximè partium propinquarum cor-
di. Et si sumi posset, sunt meliores elixæ, assatæ au
C tem permittuntur, & pastillatæ, gratia appetitus.
In pastillis verò facienda sunt respiracula in cru-
sta superiùs, circa finem decoc. eius cum infusio-
ne agrestæ cum salsa specierum, quæ inferiùs de-
scribetur, cum qua conficientur omnia condita.
Ex piscibus pauci vel nulli conferunt, donec sto-
machus sit melius mũdatus: tolerabiliores & mi-
nus mali tamen sunt squamosi aquarum dulciũ
currẽtium, vt turtures & sophiæ & marini parui
corporis, sicut trelliæ, rogeti, amati, & camarotæ
D rubeæ, & ranelli. Vitella ouorum tremula in agre
sta, & in sellata sunt laudabiliora. Ex herbis super
omnes expediunt borra. cum spinachijs, & pau-
cis folijs lactu. ramis fœniculi, si est venter consti
patus, cum aliquibus folijs siclæ. Ex leguminib.
expediunt aquæ decoc. eorum, & maximè cicerũ
ru. & nigrorum, rorpora omnium leguminum vi
tanda sunt, tanquá multum nociua. Exercitium
temperatum expedit ante cibum, excepto die pa
roxismi, in qua nõ est exercitandum. Somnus est
E ex summè conferentibus, & maximè nocturnus,
& matutinus, vsq; ad finẽ Octobris diurnus, post
cibum per interuallum sufficiens non est obmit-
tendum. Mundificandus est venter à superfluita
tibus omni die ante prádium: Gaudium, lætitia,
iocunditas, & maximè musicales melodiæ, & nar
rationes lætificantium, & aspectus corporum cœ
lestium, & rerum dilectarum. Et conuentus cum
personis dilectis, sunt de rebus multum conferẽ-
tibus isti curæ, & per oppositũ ira, tristitia, & nar-
F ratio mala, & omnia contristantia summè lædũt.
Et nota, dum dico de diæta, quod erit subtilis, dũ
tamen ad saluandam virtutem sufficiat, tãtò erit
breuior cura. Recepta salsamẽti hæc est: Rec. car-
damo. mino. ℥. 2. corian. præparati secundum ar-
tem, ℥. s. corticis interioris, cinnamo. zingibe. al.
electi an. ℥. 1. se. melonum munda. ʒ. 2. se. acedulæ
ʒ. 1. croci. al. citri ʒ. 2. fiat puluis salsamenti subtilis.

COMMENTARIVS.

G *Consulimus vt fiat phlebotomia in sinistri, &c.*) Subiũgit hu
ius sui consilij rationes Arnaldus, quæ tamen sa-
tis firmę nõ sunt. Expedit vt sanguis moueatur (inquit)
qui aduri paratus est. Hoc non ad curationẽ est, sed ad
præcautionem. Quod vero discrimen in emissione san
guinis obseruabitur, vt saltem is effluat, qui paratissi-
mus est vt aduratur? Certè qui tenuissimus est sanguis,
citius

citius & facilius effluit eo qui crassior existit, adeoq; secta vena sãguis crassus & q. facile possit aduri persistet, emisso tenuiori. Præterea cum, vt bilis flauæ phrenum perhibetur esse sanguis, ita quoq; melancholia, vel bilis adusta sanguine cõtemperetur, equidem magis obfutura esse videbitur sanguinis missio quàm profutura. Sed refrigeratur (inquit) sanguinis missione corpus vniuersum, & qui reliquus est sanguis minùs aduritur. Ego tamen non leues ob causas id in dubium reuocari posse iudico, an absq; discrimine corpus perpetuò sanguinis missione refrigeretur: Nam si vel iecur vel cor, vel alia quæpiam pars corporis inflammationem patiatur, cuius calor sanguini communicetur, non refrigerabitur corpus sanguinis missione. Paucus .n. sanguis incalescet facilè, nec inflammationis vim æquè sufferet atque si paulò plenior esset. Verum id hoc loco ratum sit, corpus venæ sectione refrigerari: Non hæc tamẽ sufficiens est causa, cur in quartana venã secari iubeamus, cùm hac ratione materia febrem inferens cõtumacior euadat. Deniq; cum intermittens alia quartana sit, alia verò continua: Non indifferenter hac in re consulendũ fuerat. Quamuis .n. continua quandoq; sectionẽ ferre possit: intermittens ex sese nequaquam hanc admittit.

Quod quartana est permittenda currere cursu suo) Longã hic disputationem instituit Arnaldus, qua nihil euincit aliud tamen, quàm quod omnium consensu est euidentissimum. Quis .n. ambigat an quartanæ motus inhiberi possit, aut etiam praua victus ratione prolõgari? Sed hic quæstio est an interrumpendus sit quartanę cursus. Non est quartana medicamentis irritanda, sed blandè procurandum est saltem, vt naturæ cursus in hac adiuuetur, quæ primum ad materiæ concoctionem contendit, dein ad eiusdem expulsionem. Si tamẽ alius ab hoc A videatur esse morbi cursus, vt cùm res in deterius abit: morbi certè motus medicamentis est inhibendus, aut commoda victus ratione.

Nec seducatur vestra peritia clemens pater dolosis promissionib.) Mirum quàm frequens periculosa sit hæc curãdi ratio. Sũt qui verbis, sunt qui radicibus appensis, aut alia quauis ratione febres discutiant non habita morbi causarúmve ratione. Sed quid hac de re sentiendum est? Successum testatur experientia. Quin & id etiam eadem experientia testabitur, sæpenumero quibus ita discussa febris fuerit, paulò post vel eiusdem febris recidiuam B fieri maiore quàm antea periculo, vel alios induci morbos, qui discussa febre grauiores existant. Quî verò discuti potest febris, eius tempore nondum exacto? Narcoticis, inquit Arnaldus. Adjicere possit quispiam ea quæ occulta proprietate febres propellunt: aut etiã incantationem, quę benedictio dicitur. Quouis autem modo febris quartana discutiatur, merito res erit suspectissima, nisi febris ipsius materia radicitus euellatur, quod purgationibus fit ex sudorificis, non prius tamen quàm morbus probè concoctus fuerit. Quod verò noxia sit hæc empiricorum temeritas, ex ijs, quos recenset Arnaldus, morbis liquidum est. Præstiterit igi- C tur morbi cursum huiusmodi febrifugis artibus non interrumpere: Cùm enim pertinax sit ob materiam cõtumacem quartana: Febris hæc etiam est vtilitas, vt ad materiæ cõcoctionem non nimium conducat: quo nomine multis morbis diuturnis quartanam vsui esse docuit in aphorismis Hippocrates. Ergo si bona est superueniens quartana conuulsionibus, etiam vtilis erit ad materiam hanc discutiendam, quæ febrem ipsam infert, aliósque morbos absque febre complures.

ARNALDI DE VILLA NOVA
CONSILIVM, SIVE CVRA FEBRIS HECTICAE.

De aere.

PATIENS, pro quo tam solicitè quæsiuistis consilium, in forma breui, prius euitet nociua: secũdo verò vtatur iuuatiuis. Inter nociua quoque sunt duo principalia, scilicet aer contrariæ qualitatis, & accidentia praua mentis. ¶Expedit ergo euitare feruidum aerem, & impurum, ac etiam nimis siccum: ideo in æstate fugiat loca marina, petendo montana, non tamen ventosa, vbi sunt prata viridia, & fontes scaturientes: at si cogitur in vallibus degere, vel in depressis locis, eligat mansionem altam, coopertam, & vt habeat spiracula versus Septentrionem aut Orientẽ, nec iaceat in subsolario alto inconcluso. Si autem iacuerit in subsolarijs, sternantur folia salicis, & huiusmodi, quamdiu fuerit æstuosus aer & aridus nimis: quia postea euaporant, & generant rheumatismum, & eo tempore thorax, & spina vngãtur mane ieiuno stomacho diu, & suauiter cum leui manu, tali vnguento: Recipe olei amygd. dul. re. ℥.2. olei extracti de succo cucurbitæ mundæ ℥.1. gummi arab. ℥.2. misceantur, & ad cal. aquæ feruentis permittantur bullire, vsque ad dissolutionem gummi: postmodum cum tepido fiat inunctio, & post inũctionem tergantur suauiter partes nuchæ, & aliæ cum leni panno. ¶Tali etiam tempore competunt alimenta, quę fiunt de medullis gallinarum, & succis carnium, sicut alba commestio de alis gallinarum iuuenum, siue pullorum, incisis ex trãsuerso post D mediocrem decoctionem & postea pistentur cũ lacte amygdalarum dulcium, facto ex brodio eiusdem coctionis. Item bulliant supra lentas prunas, vsque ad densitatem. Tunc etiam est vtile cãdarusum factum ex fruméto cocto per diem, aut in aqua simplici vsque ad dissolutionem: deinde in sequéti die pistetur cũ amygdalis, donec in lac conuertatur cum brodio aut aquá feruenti, & coletur, colatura supra lentũ ignem coquatur, mouendo semper suauiter, donec ad mediocrem dẽ E sitatem perueniat. Tunc etiam est vtilissimum auenatum & hordeatum, si fiat prædictis modis. Tunc etiam frequentari debet vsus pullorũ, nondum coeuntium, coctorum in pastillis siccis, scilicet vt quatuor horarum prius iugulati fuerint: deinde cum cæpa præmollita vel duabus, & puluere coriandri, & lardone baconis nõ rancidi ponantur in pastillum, habentẽ spiraculum magnũ & in extractione de furno ponatur vnum ouum coctum cum agresta, in qua dissolutæ sunt amy- F gdalæ dulces: sic etiam possunt hœdulinæ modo simili præparari, & sumi. Tunc etiam vescendum est carnibus porcinis recentibus, siue elixis siue assis in pastillis coctis, modo prædicto: dũ tamen cutis & pinguedo non comedantur. Tunc etiam optimum erit comedere de rostro, pedibus, & aure perfectè coctis, insulsis cum aceto, in quo dissolutæ sint amyg. dul. & pul. corian. Tunc etiam competit cuniculus trium mensium, elixus cum

lardonibus,aut paſtillatis modo prædicto.Tunc
etiam competit ſumtio pomorum virulentium
ſiue veterum anni pręteriti,vel crudorum,vel aſ-
ſatorum,& infrigidatorum,& ſumtis ante cibum
& poſt cum modico panis. Tunc etiam prodeſt
interdum accipere lactucas cum aceto bene lym-
phato in principio refectionis. Tunc etiam ſunt
vtilia pira quæcumq;,dũmodo ſint perfectè ma-
tura,& aromatica ſumta in fine refectionis.Tunc
etiam vſus piſcium electorum vtilis, dummodo
aſſentur,vel paſtillentur cum cæpa alba & pulue
re coriandri,& 5. parte zingib. & modico croci.
Tunc etiam in feruore diei,ſi occurrat, ſicut eſſet
perutile bibere ptiſanam tertiæ deco.aut conſer-
uæ ro.anni pręteriti,factam cum pane ſacch.ſimi
liter cum ſyrupo,vel cum iulep,ſimili modo.Tũc
etiam eligenda ſunt vina,quæ nihil habeant acui
tatis,& parum ſtypticitatis. Tunc etiam expedit
vti roſ.vino,& condito ro.tẽpore vindemiarum:
haec autem prædicta ſunt propria æſtati. ¶Quòd
De conuenientibus in vere.
autem in vere proprio obſeruabitur,ſit illud : vi-
delicet quòd in fine Aprilis ſumantur ʒ.2. rheub.
electi puluериſati per noctem remolliti in 2.parti-
bus iulep.& ſequenti mane addatur aqua calida
quòd bibi poſſit,& bibatur,& tertio die, vel quar
to,pòſt inchoabitur vſus lactis capræ nutritæ cũ
pane hordeaceo,ita quòd mane poſt perfectã cor
poris emundationem bibatur,inde ad plus ℔.1.
ſicut ęgredietur ab vbere animalis,ſi placuerit cũ
eo ſumere micam panis,vel aliud,poteſt fieri : &
hæc ſumtio lactis cõtinuetur per totum Maium:
hæc enim præſtabitur corpori per totam æſtatẽ.
¶In autumno ſpecialiter obſeruabitur, quòd in
De conuenientibus in autumno.
medio Septembris ſumatur miſtura ſequens: R.
rheubar.electi ʒ.1. flo.borra.ʒ.ʒ.fiat puluis, & per
noctem remolliatur,vt ſuprà,in craſtinum mane
ſimiliter ſumatur, & in die tertio vel quarto in-
choabitur panis recenter factus,cum pane ſacch.
&amygd.20.4.parte pinearum,& ſumatur iii die
ad minus ℥.1. ſero circa introitum lecti, & conti-
nuabitur vſque ad finem Septembris. Omnibus
verò prædictis temporibus ſumere poterit pro
alimento, quando placuerit, oua ſorbilia vnius
diei tantummodò,ſiue cocta fuerint in prunis,ſi-
ue frixa in aqua. ¶Secundum eſt, vt de quindena
Balneum.
in quindenam,vel circiter fiat balneũ in ſero an-
te cœnam in tina,dum tamen aqua ſit moderatè
calida quòd infans poſſit tolerare: & in tali ſede-
bit vſq; ad collum:& ibi ſit modicum de ro. poſt
exitum verò inũgatur tota ſpina dorſi, & thorax
cũ oleo amyg.re.poſtea tenebit moderatè. ¶Ter
tium erit,quòd occurrente conſtipatione ſuma-
tur in principio medulla caſſiæfi. colata cum a-
qua ſimplici,& ſumta cum cocleari vſq; ad ℥.1. Si
verò prædictis temporibus occurreret ſolutio vẽ
tris,vngatur totus venter cum oleo ro.& parum

A diſſoluatur maſti.ſ.ʒ.1.in ℥.ʒ.olei,& ſumatur con
ſerua ro.ſupradicta,&incorporata cum carnibus
cydoniorum,aut cum eorum ſyrupo. Vt autem
ad duritiem fæcũ non ducatur,ſumantur in prá-
dio 5.vel 7.ficus cum totidem amygd. dul. re. vel
prius in aqua ca.diu remollitis, & immediatè ſu-
matur vnum pomum aſſum,&frigidum cũ duo-
bus bolis panis furfurei,vel capiat lardones baco
ni cum eodem pane imperfectè maſticatas,&hoc
maximè in hyeme,in quo maximè conceduntur
B eſus carnium.ſ.carnes caſtrati mutonis iuuenis,
& gallinarum,& caponum,tunc etiam licebit aſ-
ſaturis moderatis carnium porci vti,& iuuenum
anſerum,in modica quantitate : ſed cutis omniũ
animalium,& capita,& viſcera quadrupedum,vi
tabuntur. Tunc licet vti pro ſalſamentis puluere
ſubſcripto:R.zing.℥.s.cardamo.raſurę eboris an.
ʒ.2.croci,been albi.an.℥.1. coriandri præparati ℥.
2.fiat puluis & cum amygdalis piſtatis fiat ſalſa.
Tunc membra protegenda ſunt à frigore,non ta
C men igne:ſed cum beneficio Solis,&modici exer
citij,& cum cooperimentis lineis,& mollibus, &
Ad tuſſim.
depreſſis. Quocunq; verò tempore tuſſis ex ca-
tarrho moleſtauerit,obuiabitur ei cum diminu-
tione potus,& euitatione aquoſorum:vtatur etiã
frequenter miſtura ſequenti:R.pul.diadragan.℥.
1. pulue. diapenidion ℥.s.coriandri præparati,ſe-
ſami,carnium dactylorum an.℥.2.gummi ara.ʒ.2.
panis ſacchari ℔.1.fiat electuarium,de quo ſuma
Ad rheumatiſmum.
tur quantum placuerit, abſq; potu. ¶In impetu
D autem rheumatiſmi fumus ſequẽtis miſturæ per
os ſumatur,& etiam per nares : Recipe laudani,
olibani,gummi ara.an.ʒ.2.ſacchari pinguiſſimi ʒ.
1.omnia incorporentur fortiter,agitatim & com-
miſtim:fiant inde pillulæ ad modum ʒ.1. Supra-
dictis iuxta diſpoſitionem aeris eſt per ordinem
obſeruandum,& ſtudendum, vt aeris mutatio-
nes rectificentur,vitando ſolicitudinem, & ſtu-
dium& coitum per induſtriam exercitantium,&
omnem ſolicitudinẽ & occaſionẽ triſtitię vel iræ
E vel conturbationis,& frequentabitur effuſio bor
raginis,bugloſſæ tam in floribus,quàm in herbis
& ſequẽs conditum:Recipe carnium pomorum
aſſorum ℔.1.carnium dactylorum ℔.1. iuiubarũ
℥.1.florum borraginis,& bugloſſæ an.℥.s. corian-
dri,raſuræ eboris an.ʒ.2.oſſis de cordi cerui, vtri-
uſque ozimi, been albi,& rubei,nenuph.citri.ro.
rubea.an.ʒ.1.ſerici crudi, loti ita, quòd aqua, in
qua lauetur,ferueat,limaturæ auri, hiacinthorũ,
ſmaragdorum, doronici, zingib. electi, anthos,
F cariophyllorum, croci an.ʒ.s.ſandali,muſci, am-
bræ interiorum,cinnamomi,lignialoes an.℈.1.pa
nis ſacchari ℔.2.fiat electuarium, de quo ſuma-
tur,quantum placuerit, & quando pla-
cuerit,& ſuperbibatur parum vini
benè lymphati.

ARNAL-

ARNALDI DE VILLA NOVA CONSILIVM, SIVE REGIMEN PODAGRAE.

REGIMEN sit tale: Primò cauebitis à cõmestione omnium leguminũ, & castanearum: brodio tamen vti poteritis, maximè cicerũ, & pisorũ, licet raró: item cauebitis à cibis factis de pasta, & corsetis & similibus factis cũ melle. Item à comestione pisciũ nõ squammosorum potissimè, vt cancris, anguillis, & similibus. Itẽ à comestione carniũ viscosarũ, vt porci, porciculi, folcarum & aliarũ auium antiquarũ. Itẽ cauebitis à vino nouo, donec fuerit clarum, & à potu vini fortis, & à potu vini de Gręcia, & nectare, vel clareti, vel vini saluiati, & similiũ. Itẽ à caseo & lacte. Itẽ à carnib. leporinis & bouinis antiquis. Itẽ à diuersis cibis in eadem mensa. Itẽ cauebitis à dormitione immediatè post comestionẽ. Item à potu extraordinario. Itẽ ab omnibus acutis: vt à comestione piperis, rutæ, sinapis, alliorũ, cæparũ & aliarum rerum acutarum. Item à salsis piscibus & carnibus. Itẽ à comestione fructuum: suo tempore poteritis vti aliquibus prunis nigris, & acerbis, cerasis & malisgranatis acidis. Item cauebitis balneũ cõtinuare, maximè illo tẽpore, quo cõsueuistis affligi, & corpore non mũdificato prius per medicinã cõuenientẽ, & per phlebotomiã. Itẽ ab omni forti deãbulatione, & fatigatione, & maximè sumto cibo. Itẽ cauebitis tenere pedes in suspenso, & equitare tibijs valde tensis, & ventre pleno. Item cauebitis à coitu. Item ab accidentib. animę: vt ab ira, odio, angustia, tristitia, & nimia solicitudine, item à nimijs vigilijs. Et tẽpore hyemis cooperiatis bene caput, & totum corpus, & pedes defendatis bene à frigore, quantum poteritis. Itẽ cauebitis portare pedalia caligarum nimis stricta: Itẽ foculares nimis strictos, item à piris hyemalibus, cotoneis, pomis, castaneis, & vuis vernalibus, & rapis. Item à gallinis multùm antiquis: item à decubitu supino. Item cauebitis à vino puro, & multùm subtili. Item à continuatione aceti fortis, & rerum multùm acetosarum. Item à pane azymo, odorifero & malè cocto. Itẽ ab auellanis, & nucibus. Item cõseruabitis penes vos infrascripta in istis regulis, seu aphorismis, comesta à vobis: panis vester sit bene coctꝰ, & bene fermẽtatus, & nõ nimis durus, nec nimis albus. Item bonũ vinum vestrũ sit rubeum, & nõ dulce, & à superfluitatibus depuratum. Item carnes sint vituli lactentis, & bouis iuuenis, & mutonis vnius anni, vel vnius cum dimidio: pulli gallinæ iuuenes, perdices, aues paruę, cuniculi parui, siue iuuenes pedes quoque, & rostrum porci, & quandoque ventres vituli & arietis. Itẽ quãtum poteritis, maximè æstate, vinum quod sumitis sit valde aquatum. Item hordeatũ sumere est valde vtile in diebus ieiuniorum, vel amygdalarum, vel quandoq; brodium cicerum: item oua sorbilia. Item pisces paruos riui, & de magno, trilios, i. rogetos, auratas, reulas, cameratas, elixatas & assatas: sit cibus ante comestionẽ tẽpore suo, vnum persicũ bene maturum, vel pruna nigra, vel cerasa, vel modicũ maligranati acidi. Itẽ quantum de herbis, vtatur borragine, blytis, spinachijs, cucurbitis, lactucis, & oculis caulium alborum, & modico petroselini. ¶ Item quãtum ad salsamentum, poteritis vti puluere illo in pastillis vestris in modica quantitate: Recipe zingib. al. ℥. 2. coriandri bulliti in aceto, & exiccati ℥. s. caryophyllorũ, croci an. ʒ. 1. cinnamomi electi ʒ. 6. vnde de illo puluere cum amygdalis pistatis fiat salsamentum, cui modicũ de aceto, vel agresta potest addi, vel de illo modica quantitate condiantur pastilla, & per totam ęstatem ponantur in pastillis, cùm de furno extrahuntur. Item lac amygdalarum factum cum agresta, vel cum succo malorum granatorum, vel citrangulorum, vel fiat sapor communis, vel salsamentum commune, in assaturis carnium, vel cũ piscib. & multis amygdalis, & aceto, & in hyeme potest addi de zingib. modicum. Item frequẽter laudo, vt vtantur coriandro præparato, condito, vel solo sumto sine saccha. cõfecto ante prandiũ, sic post prandium, & post cœnam nihil superbibendo, cuius proprietates expertæ sunt hæ: Coriandrum bullitum in aceto, & exiccatum, si cum cibo sumitur, primò orificium stomachi corroborat, & moderatè claudit, & fumos ascendere prohibet, aures à tinnitu, oculos à caligine, palatum à rheumate, gingiuas à putredine, amygd. à tumore, guttur ab angina, appetitũ viuificat, vsq; ad perfectam digestionem, cibum in stomacho retinet, vltra stomachum ipsum penetrare non permittit, lumbricos prohibet generari, venenis omnibus resistit, ab apostemate venenoso spiritualia protegit, superfluitatibus humoris ad iuncturas efficaciter obuiat, pinguedinem corporis nunquam excedere sinit. ¶ Quantum verò ad regimen nostrum, & quantum ad regimen curatiuũ, est sciendum, quòd expedit vobis facere phlebotomiam in medio Martij, vel in principio Aprilis, vel in medio eius de vena hepatis eiusdem brachij. s magis grossa, vel plena apparẽs, & extrahatur sanguinis ℔. s. vel ad minus ℥. 4. post solutã constipationem vẽtris, si fuerit cum clysteri leui, vel assumtione cassiæfistulæ, & hoc dico, si venter, vel aeris dispositio sua phlebotomiam non impediat, vel aliqua causa notabilis, tũc fiat, sicut fortis vẽtris fluxus, qui quandoq; aliquibus accidit corporibus illo tẽpore, vel hæmorrhoidũ fluxus, vel vomitus superfluus. Item hoc facto accipiatis digestiuũ vestrũ, pòst sumetis modo solito de electuario laxatiuo, quantitate solita, vel loco eius purgabitis vos cum ℥. s. electuarij de succo ros. tenendo illa die, qua vos purgabitis, regimẽ ordinatũ. Item si videretur, quòd hepar circa festum Pentecostes, vel Ioannis, vel circa ista festa inflammaretur, aperiatis iterum venam hepatis; modicum euacuetur extrahendo ℥. 3. vel circà: semper tamen faciatis phlebotomiam præseruatiuam diebus lunationis, & à 17. die vsque ad 30. cauẽdo, ne quando Luna fuerit in Geminis facia-

Salsamenta.

Coriandri proprietates.

Regimen curatiuum.

tis phlebotomiá:nam tunc verenda est phlebo- A
tomia. ¶ Deinde verò à principio autumni, vt
per totum Septembrem faciatis phlebotomiam
de vena basilica sinistri brachij,vsq; ad 2. ℥. prius
soluta constipatione,si fuerit,& leuem purgatio-
nem faciatis modo prædicto : deinde si videritis
motum humo.circa carnisprinium modicá phle-
botomiam faciatis. Item sciendum quod prædi-
ctæ phlebotomiæ & pharmaciæ seu purgationes
consuluntur corpore stante adhuc in statu vsque
ad 22.annos,& causa,propter quam debet fieri, si B
qua fuerit propriè in anno dimittetur,nisi aliqua
cogente ægritudine.¶Quantum verò ad specia-
lia remedia, scilicet ad sedandum dolorem pe-
dum, si aduenerit pedibus actu calidis existenti-
bus & rubedini attinentibus,faciatis primò ad
sedandum dolorem cum oleo ro.omphacino, &
oleo anethino,vel myrtino,& chamomil. sint ve-
rò duæ partes olei ros. prædicti, & vna chamo-
mil.& alia olei anethi,vel myrtini,simul mistis,&
istis oleis simul mistis tepidis loca dolentia inun C
gantur, si tempus fuerit frigidum : si verò cali-
dum,ex illis actu frigidis inunctio fiat. Si verò
prædicta non conferant ad sedandum dolorem,
fiat hoc vnguentum,quo vngatur locus dolens,
& pannus lineus, & pòst locus in illo inuolua-
tur : Recipe farinæ hordei , apij an. ʒ. 2. mistis
cum succo solatri,& tribus vitellis ouorum fiat
vnguentum.Item ad idem valet multum herba
psyllij contrita & cum oleo rosa. frixa modicum,
& super applicata.Si verò prędicta non contule- D
rint, fiat hoc vnguentum : Recipe spodij, cam-
phoræ,memitæ,acatiæ ana ʒ.2.opij grana ȝ.con-
fice cum aqua lactucæ,vel portulacæ,vel planta-
ginis,vel aqua solatri.Item ad idem valet hoc em
plastrum expertum:Recipe aluminis de pluma,
cerusæ, boli armenici ana ℥. ȝ. masticis, thuris
ana ʒ. 2.terantur omnia, & cum quatuor albu-
minibus ouorum, vel cum succo portulacæ, la-
ctucæ eiusdem , vel plantaginis distemperentur.
Item ad idem : Recipe sanda.rubeorum, boli ar- E
menici, corticis malorũ granatorũ an.2.opij ʒ.1.
conficiantur omnia cum aqua decoctionis myr-
tæ, gallarum & ros. æquis partibus. Item aliud
medicamen, quod facit sedare dolorem statim,
& est expertum : Recipe panis albi septem mi-
cas,& pone in lacte vaccino,dissoluatur in lacte,
donec fuerit sicut vnguentum, & addatur quar-
ta pars opij,fortiter misceatur totum cum lacte,
& superpone & cùm calefactum fuerit,remoue,
& aliud appone, & continua. ¶ Sciendum ta- F
men,quòd prædictas inunctiones , & emplastra
facietis in principio ægritudinis,& illa continua-
bitis per tres aut per quatuor dies , scilicet quan-
do passio est in principio,vel in augmento : sed si
in statu,poteritis vti istis : Recipe sandali rubei ʒ.
§.croci ʒ.1.chamomillæ,meliloti an. ℥.s.confician
tur cũ succo,vel cum aqua decoctionis coriandri.
¶Item ad idem : Recipe succi memithæ ℥.s. alo-
es ʒ.2.opij ʒ.s pulue. chamomillæ, melliloti, q.
sufficit,fiat emplastrum,& tepidum apponatur. G
¶Item ad idem : Recipe boli armenici,aloes,cro
ci,ros. myrthi ana conficiantur cum aqua cori-
andri. ¶ Sed in declinatione ad resoluendum re-
liquias materiæ facientis podagram , facies hoc
epithema : Recipe ceræ nouæ ℥.1. dissoluatur in

Luna in gemi nis nõ est phlebotomandum

De localibus. De sedantib dolorem.

In declinatione ad resoluẽdum.

A oleo de lilio, & addatur mucilaginis fœnugræci
℥.s.& seminis lini ℥.1.terantur bene omnia simul
donec bene vniantur,& fiat epithema. ¶ Item ad
idem:Recipe furfuris,se.bismaluæ , florum cha-
momillæ ana ℥.1. conficiantur cum aqua deco-
ctionis furfuris , & pòst supra pannum ponatur,
&tepidum pedibus applicetur.Item ad idem:Re
cipe cerę ʒ.2.olei anethi ʒ.1.& s.dissoluatur in prę
dicto oleo,& pòst addatur chamomil.pulue.cum
suffu.axungiæ gallinæ vel anatis,& simul misce-
B antur,& fiat vnguentum & tepidum apponatur.
Item diachylon cum oleo chamomillæ est vtile.
¶Sciendum, quòd si dolor non sedaretur cum
prædictis,& sic esset intensus,quòd amplius pa-
tiens tolerare non posset,in tali casu manifestè ne
cessario isto esset vtendum : Recipe opij .corticis
radicis mandragoræ an.℥.1.molliter confice cum
aqua portulacæ,lactucæ , vel hyoscyami , & in-
formentur grana,& cùm opus fuerit , dissolue ex
istis granis cum aqua lactucæ,vel portulacæ, vel
C alijs succis frigidis,& vtere. Verumtamen , si do-
lor fuerit ita fortis, quòd istis medicinis non se-
detur , vnge locum cum aceto fortissimo calido.
¶Item in dolore fortissimo podagræ vltimum re
medium est illud , quod confestim dolorem se-
dat , & est expertum : Recipe succi solatri mor.
℔.1.zingibe ℥.1.vitellorum ouorum quatuor,mi-
sceantur omnia,& stuppę canabinæ imbibantur,
& super locum ponantur. ¶ Notandum, quòd
hæc omnia remedia sunt ordinata specialiter in
D podagra, causata in calida materia : nam si esset
materia compacta & frigida,nocerent,& nõ pro-
dessent. ¶ Item tunc calida vtantur triasanda.
prout aliàs per me est ordinatum. Consideran-
dum est tamen, quòd oportet ipsum membrum
confortare, ne materiam ad ipsum venientem
recipiat,quod facies isto modo , faciendo empla-
strum,quo pes emplastretur : Recipe luti sigilla-
ti ℥.1.& s. rosarum ℥. s. scœnanthi,spicę nardi an.
ʒ.1.ceræ nouę ℥.s.laudani ʒ.ȝ.ol.chamomil.quod
E sufficit ad incorporandum,dissoluenda dissoluá-
tur in prædictis oleis, & fiat emplastrum , & po-
natur supra pannum , & inuoluatur pes, vel lo-
cus dolens. ¶Item ad idem:Recipe hermodacty-
lorum ℥.2 pulueriſentur,& deinde addatur fari-
næ hordei ℥.1.& vitellorum ouorum , quantum
sufficit ad incorporandum , & fiat emplastrum,
quo poteris vti à principio ægritudinis , vsque
ad finem.Item:Recipe fabas cum corticibus , &
iuiubas, & coque in aqua, & postea cola , & a-
F quam pone in caldarium nouum , postea accipe
se.maluaui.se. cydoniorum,seminis lactucæ, se-
mi. papaueris albi an.ʒ.2.semi.plantaginis, fœni-
cu.& anethi.ro.sem.caulium mandragoræ, san-
da.citri.an.ʒ.1 coque totum in aqua plantaginis,
ita quòd cooperiantur medicinæ , donec rema-
neat medietas:deinde cola,& misce tantumdem
olei ro quousque consumatur aqua,& remaneat
oleum, postea pondera oleum, & cuilibet ponde
ri ℥.ȝ.appone & ʒ.ȝ. ceræ alb. & rubeæ ℥.ȝ. seui
G de renibus vituli , & misce totum , & vtere cùm
opus fuerit. ¶Item ad idem :Recipe de terra for-
micarũ à loco limpido vncias tres farinæ hordei
vncias duas.folio.ro.℥.s. farinæ fabarum ℥.s.ma-
lum mandragoræ in quatuor libris aquæ coctis,
quousq; ad medietaté redeat,cola & confice reli-
quas me-

Ad vltimum do.

Confortantia membrum.

quas medicinas pulue. postea misce in mortario, & tere albumen ouorum, & tria vitella & ℥.3. croci pastatum benè & superpone: nam emplastrum est mirabile, & probatum. Item ad idẽ confortans membrum, & sedans dolorem, & si quid in membro est contentum, temperatè resoluit, & materiá repercutit: R. ro. rub. ℥.1. nucis indicæ ʒ.2. hederæ terrestris ℥.s. acori ʒ.1. verbenæ ℥.1. florum alcannæ ℥.1. luti sigillati ℥.1. ceræ nouæ ℥.s. dissoluatur cera in oleo myrtino, & chamomilli. æqualibus partibus, addendo de oleis prædictis, quod sufficit ad incorporandum, fiat emplastrum. ¶ Itẽ balnea pedes in aqua decoctionis ros. florum amyg. chamomillæ & florum myrtæ. ¶ Item balneatio pedum in musto recenti confert multum. Item balneatio pedum in aqua decoctionis vsq; ad dissoluẽdum vulpem, valet multum, & ex eo pedes vngantur: & hoc tamẽ veritatem habet maximè præcedente phlebotomia, frictione, & balneo leui, & debili facto. ¶ Item experimentatores aliqui posuerunt, quòd si scindas pedes ranæ & ligaueris ipsos supra pedes podagrici, per tres dies curatur, ita quòd pes dexter ranæ ponatur supra pedem dextrum patientis, & ecõtrà. Item alter Philosophus experimẽtator, qui librum composuit de lapide, dixit, quòd si magnes ligatus fuerit supra pedem podagrici, curat. Item alter Philosophus dixit, quòd si accipiatur calcaneus aquilę, & ponatur ligatus super pedem ægri, curatur, ita quod dexter calcaneus supra dextrum & ecõtrà: & ille iurauit hoc expertum fuisse. Item alter dixit, quòd si pes testudinis dexter ponatur supra dextrum, & econtrà, valet. Item pellis vulpis circumuoluta pedibus, quod carnem tangat interior pars pellis, podagram curat. Item notádum, quòd prouocatio vomitus in cura podagrica est multũ conferens in præseruatione. ¶ Item finaliter, si prædicta non valeant ad prędictam curam, expedit facere cauteria tribus digitis mensuratis sub cauilla, & ab exteriùs, & interiùs à genu tribus digitis: hoc tamen facias consilio periti chirurgici cauterisantis. ¶ Item scias, quòd si prædicto electuario laxatiuo, purgationem facere volueris generalem, prout est ordinatum superiùs, facias isto modo, prius digestiuum sumendo: Rec. endiuiæ, nouellæ lactucę an. M.3. hepaticę M.1. iuę, hipericonis, tribuli campestris an. M.1. graminis, fœniculi, petroselini, brusci, asparagi an. M.1. scolopendrię M.1. capil. Veneris M.3. florum borraginis, & buglossæ, florum viol. an. M.1. seminis melonum ℥.2. quatuor seminum frigidorum an. ℥.2. acori ℥.2. squinanti ℥.2. panis sacchari ℔.2. hordei mundati quart. 1. fiat syrupus ℔.2. Sumto hoc syrupo, & facta digestione materiæ, purgabitis vos cum ista decoctione, vel colatura: R. succi maligranati dulcis & iulep an. ℥.6. & pone in eis ʒ.6. myrobalanorum citrinorũ, & morentur ibi vna die, & vna nocte, & coletur & exprimatur in mane, & calidum bibatur. Vel hanc colaturam, quæ verè est vtilis, & bona: Rec. florum vio. ℥.s. prunorum damasce 20. tamarindorũ hermodactylo. an. ʒ.1. & s. al. ʒ.1. myrobala. citrino. ʒ.3. stent myrobalani in decoctione prędictorum per diem & noctem, & pòst coletur totum, & addantur panis sacchari ʒ.7. & bibatur mane in aurora calidum. Vel: R. istas pillulas, rheubar. electi ʒ.s. electuarij de succo ros ʒ.1. hermodactyl. aloes an. ʒ.s. bdellij opoponacis an. ℈.s. fiant pillulæ cum aqua decoctionis cotoneorum, vel cum syrupo ros. Si verò istæ pillulæ non competenter ducerent vos, accipiatis eas cum quinque granis diagridij, & duobus granis masticis adinuicem.

Balnea. — Experimenta à proprietate. — Cauteria.

***

ARNALDI DE VILLA NOVA DE STERILITATE, TAM EX PARTE VIRI, QVAM EX PARTE MVLIERIS.

PROOEMIVM.

SApientis verbum est istud, data est particularibus virtus generatiua, vt perpetuetur esse indiuidui, quod est tãtæ nobilitatis & excellentiæ, quòd etiam animalia, quamquã sint perfecta in se, quando nõ possunt exercere actum generationis, dicuntur esse imperfecta: nunquam enim animal perfectum dicitur esse, quando non potest suum simile generare in natura. In hoc assimilatur Enti diuino, & immortali secundum Aristo. secundo de anima. Et quia actus generationis exerceri debet per masculum & fœminam: ideò dixit Deus in Genesi: non est bonum hominem esse solum, faciamus enim ei adiutorium, simile sibi, quia, sicut dicit Auic. 6. naturalium, ordinauit Deus virtutem generatiuam, vt quod in se saluari non poterat, saltim in suo simili saluaretur. Cùm ergo opus generationis debeat fieri per masculum & fœminã, quandoq; impeditur ex parte masculi, quandoq; ex parte fœminæ: quia ex parte fœminæ plura accidunt nocumẽta, & melius: & ideo de ea primò dicam. Iste liber habet duos tractatus: in quorum primo determinatur de sterilitate ex parte mulieris: in secundo ex parte viri.

TRACTATVS PRIMVS.

De Causis sterilitatis ex parte mulieris, Cap. I.

ACcidit autem sterilitas ex parte fœminæ, aliquando propter causas extrinsecas, aliquando propter causas intrinsecas. Proptrer extrinsecas, sicut est propter nimium vsum ciborum frigidorum in nimia quãtitate sumtorum, sicut est nimius potus aquæ frigidæ & frequenter, aut propter vsum lactucarum, aut propter papaueris albi & aliorum persistentium malã qualitatẽ, aut accidit sterilitas in ea propter accidentia animæ, sicut est ira, tristitia, timor, & sic de alijs, quæ

constringendo humores non dimittunt materiam trahi, vel semen ad debita vasa: aut accidit sterilitas, quia mulier statim post coitum saltat, & citò mouetur nimis, aut subitò scalas descendit, quæ omnia sunt causa, quare semen viri non retinetur in matrice. Quare post accessum ad virum mulieres modico tempore resupinę debent stare, & post paulùlum debent reuertere iunctis cruribus super latus dextrum, & quiescere longa pausa. Aut quandoque accidit sterilitas mulieribus, quia nimis sunt extenuatæ, aut nimis latæ & apertæ, aut nimis iuuenes, aut antiquæ, aut quia pinguedo est generata in orificio matricis earum, quare impediuntur à commistione earum cum viro: aut quia patiuntur lenitatem matricis, ita quòd semen viri eis à loco surgentibus statim fluit.

De Cura sterilitatis propter nimiam extenuationem matricis, Cap. II.

SI verò accidat sterilitas ex eo, quia sunt nimis extenuatæ, vtantur hoc regimine, quo vtuntur hectici: Cibis videlicet humectantibus & temperatis in caliditate, electuarijs resumtiuis, gaudio, & quiete, cauentes ab ira & tristitia.

De Cura sterilitatis facta propter nimiam pinguedinem in toto corpore mulierum, Cap. III.

SI verò accidat sterilitas propter nimiam pinguedinem in toto corpore mulierũ, particularibus concurrentibus, phlebotometur quolibet mense semel de saphenis, & de hepatica vena dextri brachij in tempore ęstiuo, vel sinistri in tempore hyemali, & bis in anno ad minus recipiat medicinam laxatiuam præcedente debito digestiuo, & si assueta victualia minorentur, super durum lectum accumbant quàm diutius poterunt sustinere. Vtantur pane furfureo & herbis coctis cum carnibus parum nutrientibus: quandoque prouocentur ad iram & tristitiam denuntiando eis tristabilia, sicut est, quòd vir suus habeat amasiam, quã nimis diligit, cui dedit res preciosas atque pulcras, ita quòd præ ira destruat seipsam & consumat.

De Cura sterilitatis factæ propter pinguedinem in orificio matricis, Cap. IIII.

AVt accidit sterilitas propter pinguedinem causatam in orificio matricis tantam stricturam causantem, quòd vir non potest cum ea commodè cõmisceri: tunc laborandum est ad aperiendum orificium matricis taliter, quòd illa difficultas omninò recedat. Remediatur ergo hoc isto modo, vtatur sæpe hoc balneo: Recipe maluæ radicis & foliorum bismaluæ an. M. 4. de palea auenæ M. 4. balneetur mulier in aqua decoctionis istorum, & sedeat ibi diu vsque ad vmbilicum. In exitu autem de balneo suffumigetur bis, vel ter sic, aptato calamo vel emboto, vt fumus ad os matricis veniat, & si possibile est vsque ad profundum ingrediatur. ¶ Suffumigatio autem est duplex: vna necessaria, ex calamento, origano, ruta, marrubio, folijs lauri, & similibus calidis in aqua decoctis, & fiat immediatè. Secunda suffumigatio super carbones thuris, masticis, myrrhæ & aloes, muliere existente super scamnum perforatum, circumtecta bene pannis, vt fumus ad os matricis intus, quantum est possibile, ingrediatur. Deinde habeat paucas formulas rotundas, factas de stanno, ad modum suppositorij, & quasdam graciliores, quasdam grossiores, sicut est
grossus pollex hominis, & gracilior, sicut pluma
vulturis, vel anseris, ita quòd primò intromitta-
tur per os matricis gracilior inuncta modico di-
alteæ, & teneat ibi diu, quamdiu ferre poterit, se-
dens tota die in sua quiete. Secundo verò die fa-
cto balneo intromittatur secunda tenta stannea
aliqualiter grossior inuncta, similiter dialtea, &
si fiat aliqua violentia in mittendo, non est vis, &
teneat similiter illa die, quamdiu poterit, & sic fa-
ciat singulis diebus imponendo semper infra os
matricis grossiorem tentam de stanno, donec vl-
timò intromittatur illa, quæ grossior est. Quo fa-
cto aliquibus diebus debet intromittere, donec
apertio oris matricis ita semper maneat, & tunc
poteris formare magdalionem ad modum polli-
cis de diamargariton, fundendo ipsum calidè in
arundinem intinctam oleo de balsamo, vel o-
leo muscellino, ligatum ex grossiori parte lon-
go filo potest intromittere infra os matricis, &
hoc ad confortandum, illud facere poteris pluri-
bus diebus Vel potest fieri tenta de triphera ma-
gna posita in sacculum lineum rarissimum gros-
sitiei pollicis videlicet, addito puluere cinnamo-
mi, caryophyllorum, nucis musca. spicæ nardi, ca
lami aroma. maioranæ, pulegij, absynthij, omniũ
aut quorundam mistorum: vnde præter quod te
net os matricis in sua latitudine, cõfortat eam, &
tunc raro poterit commisceri, & erit apta ad ge-
nerandum.

De Cura sterilitatis propter ætatem mulierum ad concipiendum, Cap. V.

VEl accidit sterilitas, quia mulieres nimis iuuenes, quæ non perueniunt ad ætatem perfectam concipiẽdi, sicut accidit, quando traduntur nuptui ante decimumquartum annum, aut decimumoctauum. Aut quia mulieres satis antiquæ etiam, in quibus defierunt muliebria, & semen ineptum ad concipiendum, quarum opus perditum est in eis, quãtum ad actum generationis.

De Cura sterilitatis propter nimiam laxationem orificij matricis, Cap. VI.

AVt accidit sterilitas propter laxationem nimiam, aut apertionem oris matricis: & tunc fiat talis stupha: Recipe galbani, psidiarum, balaustiarum, corticis fabarum, cupularum glandium, restæ bouis, corrigiolæ,

giolæ, quinqueneruię, plantaginis, san.dra.boli armenici, acatiæ, hypocistidos, singulorum vel aliquorũ, quæ haberi possunt boná quátitaté, secundũ quod tibi videbitur expedire, decoquátur ista in aqua pluuiali, & si non poteris inuenire, cum aqua de cisterna, vel aqua communi, mista cum aceto, super quam aquam sedeat mulier in scamno perforato, circumtecta pannis. Post verò fumigium à stupha, offeratur ei triphera magna sine opio, cum æquali mistura micletæ, & acuatur cum ʒ.1. sang.drac. quæ distemperentur cum aqua pluuiali, si possit haberi, sicut iam dictum est. Item pluerisentur psydia, hypocist. acatia, colophonia in bona quantitate, vt tuæ prudentiæ videtur, quæ incorporentur cum pistello ferreo calido diu, fiat suppositorium competentis grossitudinis, quod teneat infra os matricis. Item eadẽ puluerisata in magna quantitate, distemperẽtur cum succo plantaginis, & fiant duo emplastra quadrata longitudinis vnius palmi, & quatuor digitorum, latitudinis dimidij pedis, vel parum plus in sacculis lineis aptè siccis, & ponitur vnum ab vmbilico inferiùs, & aliud ponitur supra renes.

De Cura sterilitatis factæ ex nimia lenitate matricis, Cap. VII.

SI autem accidit sterilitas ex lenitate matricis, vtendum est suffumigationibus ex thure, mastice, myrrha, & sang.drac. & bolo armeni. storacalami. ambra myrtill. ana ℥.2. ro.ru.quart.s. quorum puluerisandorum mulier recipiat fumum mane & sero taliter, quod caliditatem plus solito sentiat, vt phlegma calidum seu frigidum matricis consumatur, & matrix confortetur.

De Cura sterilitatis factæ propter menstrua, & de curatione retentionis menstruorum, Cap. VIII.

ACCIDIT autem sterilitas propter passiones intrinsecas matricis, quarũ prima est retentio menstruorum: secunda immoderatus fluxus eorum: tertia suffocatio matricis: quarta præcipitatio eius: quinta caliditas eius nimia: sexta nimia eius frigiditas: septima nimia eius siccitas: octaua nimia eius humiditas: nona nimia eius debilitas: decima nimia eius apertio. Dico ergo quòd quãdoq; accidit sterilitas propter retentionem menstrui, & tunc sapientis Medici est considerare, vtrum accidat ex causa calida, vel frigida, vel humida, vel sicca. Nam si fiat ex causa calida vtpote sanguine, vel cholera, debet eam primò minuere de vena hepatica, deinde digeratur materia & purgetur cum decoctione florum violarum, borraginis, prunorum, in quá resoluatur cassiæ fi. ℥.1. & in parte decoc. infundátur myroba. indorum ana ʒ.1. chebulorum ʒ.3. belliricorum, emblicorũ an. ʒ.2. myrobalani maneant in decoctione tota nocte, colantur mane, & infusio miscebitur decoc. cassiæ fi. & dabitur tepidum in aurora. Rheubar.

Si fuerit retentio à calidu.

vel benedicta, sed aliqua medicina dissolutiua nõ debet apponi, quia magis impediunt menstrua, quàm prouocarent. Quarta die post medicinam fiat stupha, in qua ponantur herbæ calidæ & frigidæ, mistæ aperitiuæ, sicut est ros marinus, fœn. origanum, arthemisia, tanacetum, sauina, rubea maior, mercurial. baccæ lauri, & huiusmodi menstrua prouocantia. Sequente die post balneum minuat sibi de saphenis interioribus. Vel si vis, contra materiam calidam potes facere talem syrupum specialem: Recipe radi. fœni. brusci, asparagi, gramin. pẽtaphlylonis arthemisiæ, tanaceti, gallitrici, end. scariolæ, linguæ ceruinæ, ceterach, politrici, adianthos, capil. Ven. ana M. 2. florum borraginis, iuiubarum, sebesten radi. betonicę, se. end. scario borrag. sem. lactucę, 4 seminum frigidorum an. ℥.1. prunorum 20. succi lactucæ, succi borragi. vini malorumgran. an. ℔. s. saccha. ℔.2. fiat syrupus. Materia digesta purgetur, sicut prius dictum est, sed tamen post balneum fiat fumigatio de ros. mastice, de quolibet an. subtiliter puluerisatis, & de hoc puluere recipiat cochlear 1. & ponat in ollam paruá, iuxta prunas, coopertam, & per embotum recipiat fumum infra matricem, & hoc fiat per duos vel per tres dies. ¶ Si autem accidat retentio menstruorum propter frigiditatem, vtatur primò isto syrupo: Recipe gentianæ, germandreæ, pulicariæ, origani, pulegij, seseleos, roris marini, cymini, costi, sanamundæ, euphragiæ, saturegiæ, mẽtastri, sisymbrij, absynthij, radi. caprifolij, rad. chelidoniæ siluestris, vrticæ maioris, abrotani, hipericonis, acori, ciperi, hyssopi recen. radic. apij, & foliorum eius, caulis rub. sambuci, radicis lilij, prassij, pulegij, raphani, enulæ campanæ, asphodeli, sponsæ Solis, agnicasti, beto. an. M. 1. arthemisiæ M. 4. calami aromatici, spicæ celticæ, maratri, anthos, sem. fraxini, scœnanti, s. sesamini, semin. dauci cretici, se. nigellæ an. ℥. s. chamædryos chamæpityos, se. basiliconis, spicænardi, galangæ, nucismusc. piperis longi an. ʒ.2. anisi, storacis calamitæ, cinnamomi, amomi, cuscutæ, ameos ana ℥. s. mellis saccha. ℔.2. fiat syrupus de prædictis: tamen Medicus sapiens poterit minuere iuxta qualitatem patientis Materia digesta purgetur cum theodoricon emperiston ʒ. 4. esulæ. ℈. 1. fiant pillulæ. ¶ Quarta autem die post medicinam intret balneum istarum herbarum: Recipe arthemisiæ, saturegiæ, sauinæ an. M. 2. costi, chamomi. mercurialis, balsamitæ, mentastri, pulegij, origani, absynthij, sanamundæ an. M. 4. In exitu à balneo Recipe tripheræ magnæ sine opio ʒ.1 cum decoctione sauinæ & saturegiæ sumatur ana M. 1. Item sequenti die post balneum minuat sibi de saphenis in hora, in qua solebat habere mẽstrua. Mane autem phlebotomia facta ponantur ʒ.2. de alcanna ligata in panno lineo cum modica lixiuia, facta cum cineribus vitis, & ibi stet tota die. In nocte autem fiat suffumigatio cum istis herbis: Recipe arthemisiæ, saturegiæ, maioranæ, origani, cala. aromati. pulegij ana M. 1. coquantur in aqua, & fiat suffumigatio cum istis herbis, modo prædicto. Facta fumigatione accipiatur alcanna, expressa à lixiuio, & ponatur in vinum tepidum, & bibat mulier, dum voluerit intrare lectum, & in nocte habebit fluxum menstruorum: Si

Si fuerit à frigidu humoribus.

verò non habuerit in ſequenti nocte: Recipe rad. thapſi bar. & rade ſuperiùs, & fac per modum peſſarij, & illinias cum triphera magna, vbi eſt incorporatus ſcámoneæ ℈. s. & ſuperinunge de oleo anetino, vel vio. & teneat mulier illud peſſarium infrà matricem per totam noctem, & ſic fiet fluxus menſtruorum, & hoc eſt probatum. Item experimentum mirabile ad prouocandum menſtrua: Recipe ſucci mercurial. & mũda. mellis deſpumati an. ℥. 1. farinæ nigellæ quart. s. vel quantum ſufficit, & confice quòd poſſint formari pillulæ: & forma inde pillulas, da mulieri duas vel tres in omni nocte, quando menſtrua debent venire, & tunc menſtrua venient copioſè, non ſolũ hoc menſtrua prouocat, ſed præparat ad conceptum, & matricem mundificat, &c.

De Cura ſterilitatis, propter nimium fluxum menſtruorum, & de cura fluxus menſtruorum, Cap. IX.


VANDOQVE accidit ſterilitas propter nimiam ſuperabundantiam ſanguinis, quandoque ex nimia furioſitate eiuſdẽ. Primò minuatur de baſilica: item ponatur ventoſa maior ſub mammillis ſine ſcarificatione, pòſt vtatur iſto ſyrupo: Recipe virgę paſto. chameleontæ, arnogloſſę, radic. hyoſcyami, coriãdri florum tamariſci, barbæ hircinę, linguę auis, plantaginis mi. vel lanceolatæ, memithę, ſemperuiuæ, foliorum abſynthij, ſumach, rad. ſolatri, foliorum ſalicis, rad. vngulæ caballinę terreſtris an. M. s. ſanda. al. & ru. an. ℥. s. lap. hæmatitis, ſpodij an. ʒ. 1. gummi arabi. tragacan. an. ʒ. ȝ. ſaccha. ℔. ȝ. ſucci cydoniorum ℔. 2 fiat ſyrupus. Item ad idẽ: Recipe coralli albi, & rubei, roſ. an. ʒ. ȝ. ſpodij ʒ. s. ſumach, gall. lap. hęmatitis an. ʒ. 5. berberis, margaritarum perforatarum an. ʒ. 1. carabę, acatię an. ʒ. 2. conficiatur cum ſyrupo iulep, vel roſ. quæ diſtemperentur cum aqua pluuiali, & fiant trochiſci, & ſi poſt conſumtionem ſyrupi non ceſſauerit fluxus, accipiant quolibet die vnum ex iſtis trochiſcis. Item eſt emplaſtrum ad idem. Recipe ſucci ſanguinariæ, virgæ paſto. arnogloſſæ an. ℔. 2. aquæ ro. ℔. s. albumina ouorum 6. iſta miſceantur, & accipiatur pãnus lineus, & infundatur in prædictis, ponatur ſuper anchas & ſuper vmbilicũ verſus inferiꝰ. Si verò fuerit ex debilitate virtutis retẽtiuę matricis, detur diacodij, & ſacch. roſ. alexãdrini an. miſce. Cibaria ſint inſpiſſatiua ſãg. ſicut riſum, milium, frumẽtum coctũ cũ lacte vaccino, offeratur diarrhodon Iulij mane & ſero.

De Cura ſterilitatis propter ſuffocationes matricis, Cap. X.


X matricis præcipitatione aliquando accidit ſterilitas, cui ſic ſuccurratur. Primò vtatur patiens iſto ſyrupo: Rec. arthemiſiæ M. ȝ. ſanamundæ, calamenti, caprifolij, capil. Ven. cæterach. politrichi, enulæ campanæ an. M. 2. maratri, ſe. petro. calami aroma. foliorum ſpicęnardi, adianthi, thymi, epithy. vtriuſque ſandal. nucis muſcatæ, ſe. baſiliconis, chamædryos, chamæpityos an. ℥. 1. mellis & ſac. an. ℔. 2. vini al. quart. 1. ℔. & fiat ſyrupus. Quo facto purgetur cum iſta medicina: Recipe benedictæ ʒ. ȝ. colocynth. præparatæ, turbith, eſulæ an. ʒ. s. incorporentur hæc puluerisata, & ex his fiãt pillulæ, quas recipiat patiens in duabus vicibus, ſi neceſſarium fuerit. Item quarta die poſt medicamen intret balneum iſtarum herbarum: Recipe chamo. meliſſæ, enulæ campanæ, mentaſtri, roris marini, naſturtij, nigellę, mercurialis, coſti, balſamitæ ana M. 2. arthemiſiæ, ſanamund. an. M. 7. ex his fiat bal. Item in exitu à balneo: Recipe ʒ. 1. opopiræ diſtemperatæ cum vino tepido, & recipiat patiens. Sequenti autem die poſt balneum minuat ſibi de ſaphenis interioribus. Item his expeditis fiant ſibi localia remedia: Recipe aloe, ſulphuris, capil. hominis combuſti, pulueriſentur, quæ poſſunt pulueriſari, fiant inde trochiſci cum ſucco ſpatulæ fœtidæ & ſuffumigetur cum his, & multum valet. Poſt acceſſum verò matricis ad locum naturalem fiat illud emplaſtrũ ſuper anchas, & pectinem ad firmãdum matricem: Recipe opopo. bdellij, myrrhæ, myrtæ, aſpalti an. ʒ. 2. caryophyll. cinna. galangæ an. ʒ. 1. ligni alo. ℈. 2. corallorum al. & rub. boli ar. ſan. dra. acatię an. ʒ. 1. & s. ceræ colophoniæ, terebinthinæ an. ℥. s. omnia incorporentur, fiant inde duo emplaſtra, quorũ vnum teneatur ſupra renes, alterum ponatur ſuper parte anteriorem ſupra vmbilicum, & infra, ſint cooperta ſindone rubeo, & aptet ab vtraque parte alterum & alterum, ita tamen, quòd ſemel in die vngatur antè & retrò ad ignem, cum oleo de maſtice & roſ. & myrtino, & tunc ſuperponantur ſua emplaſtra, &c.

De Cura ſterilitatis, propter caliditatem & ſiccitatem, & propter frigiditatem & humiditatem, Cap. XI.


I autem patiatur ſterilitatem propter caliditatem & ſiccitatem, nutriantur cibis humidis, ſicut in hectica. Si autem ex frigiditate eſt & humiditate, vtatur balneis & ſtuphis calidis & ſiccis ſicut ſuperiùs dictum eſt, in cap. de pingui orificio matricis.

De Cura ſterilitatis, propter debilitatem matricis, Cap. XII.


I autem accidit ſterilitas propter debilitatem matricis, vtendum eſt eis, quæ dicta ſunt in cap. de debilitate retentiuę matricis.

De Cura ſterilitatis propter apoſtema matricis, & de cura Apoſtematis eius, Cap. XIII.


LIQVANDO autem præter prædicta impedimenta accidunt, quæ videri non poſſunt, vt eſt apoſtema & mola matricis. Apoſtema autem matricis aliquando fit ex calida cauſa, quandoque de frigida. Si ex cauſa calida, quandoque ex cholera, quãdoque ex ſanguine. Si autem ex frigida, quandoque ex phlegmate, quandoque ex melancholia. Item quandoque fit in interiori orificio matricis, quandoq; in profundo matricis, & quocumq; in

caſu

casu febris concomitatur, maior tamen in calore, minor in frigidis partib. ad hoc conuenientibus. ¶ In quolibet casu fiat phlebotomia de saphena sub cauillis pedum interiorum. Item à prima die, vsq; ad quartam in qualibet causa repercutiatur, & post cum euaporationibus dissolutiuis: repercutiatur autem materia cum emplastro, facto de fabis coctis in aceto, vel cũ farina hordei cum succo solatri, vel herbę Roberti, trita cum substantia & succo cataplasmetur. ¶ Si autem non possit repercuti materia, decoquatur farina tritici, cum axungia gallinæ & oleo viol. & fiat emplastrum, & ea superponatur frequenter. ¶ Si autem fuerit de causa frigida, fiat stupha particularis cum herbis calidis, & tunc vngantur renes, seu anchæ cũ melle rubeo despumato: & tunc terãtur testæ alliorum, & in aqua coquãtur, & fiat emplastrum, & superponatur. Deinde duæ partes de radice lilij, senationũ coctæ sub cineribus tritis cũ axungia veteri porcina, fiant emplastra super renes, & peritonęon ad maturandũ apostema, quod cum fuerit maturatũ bene, per se rumpitur, quod cognoscitur per mundificationem saniei à muliere. ¶ Rupto autẽ apostemate, misceatur tertia pars mellis despumati cum vino tepido, singulis diebus, ad mundificationem saniei: idem fiat cum sero caprino, & melle. Mundificato autem apostemate, quod cognoscitur, quando sanies non eiicitur à matrice, licium distemperatũ cum lacte vaccino, ad põdus ℔.1. trib. vel quatuor dieb. tepidũ intra matricẽ iniiciatur, & sic pfecta erit cura, &c.

De Cura sterilitatis, propter molam, & Cura molæ matricis, Cap. XIIII.

MVLIER verò si impediatur à conceptione, ppter molam matricis, vtatur patiens syrupo dicto in capitulo de retentione mẽstruorum. Item purgetur in mense cum pillulis fœtidis. ¶ Post medicinam verò per quatuor dies intret balneum istarũ herbarum: Rec. arthemisiæ, saturegiæ, sauinæ, hyssopi, sanamundæ, camomil. apij, rad nigellæ, herbæ vio. mercur. rad. caprif. an. M. 4. ex his fiat balneũ, sequenti die minuat sibi de saphenis, vt inferiùs dicetur, sicut est superiùs dictum cap. de suffocatione matricis. ¶ Item his expeditis vtatur isto apozemate: Rec. rad. apij, gentianę, germãdreę, sanamundæ, saturegiæ, roris marini, costi, balsamitæ, pulegij, calam. origani an. M. 1. omnia bulliant in vino albo, & fiat apozema, quo vtatur mane & sero ad quantitatẽ scyphi. ¶ Itẽ in principio prandij vtatur isto puluere in modico vino, vel brodio: R. anisi, marathri, ameos, pentaphyllonis, graminis an. ℥. 1. ex his fiat puluis subtilis, quem in principio prandij recipiat in 6. diebus. Pòst verò vtatur ad idem tali puluere: Rec. anisi, marathri, zingib. origani, pulegij, hyssopi, eupatorij, saturegiæ, cala. an. ℥. s. galangę, spicænardi, folij piperis, borrag. xylobalsami, calam. aromat. an. ℥. s. carui, ameos, eufragiæ, sileris montani an. ʒ. 2. liquiritię mundæ ʒ. 1. nucismusc. macis an. ʒ. ʒ. saluiæ, sambuci, se. basiliconis, sem. petrof. sem. brusci, sem. asparagi. spicæ cělticæ, anthos an. ℥. s. croci ʒ. 1. omnia puluerisentur, & de isto puluere vtatur continuè omni die cum vino, vel brodio in principio prandij ¶ Itẽ inungatur os matricis intus, quantum commodè poterit his oleis: Rec. olei de lilio, olei muscellini an. ℥. 1. misceantur. ¶ Ad idem: Rec. rad. gentianæ & inungatur in oleo de balsamo, & intromittatur. ¶ Item fiat talis fumigatio: Rec. ambræ, lignial. thymi, thuris an. ʒ. 1. omnia inde puluerif. & fiãt inde trochisci cum aqua rof. ex quibus positis supra prunas suffumigetur per embotum. ¶ Cùm autem velis molam extrahere, fiat primò istud vnguentum: Rec. olei de balsamo ℥. 1. olei de camom. ℥. 2. misceatur & inungatur venter sub vmbilico inferiùs, & in vuluã. Postea Rec. folia arthem. decocta in vino albo, & ponatur supra vmbilicum, & obstetrix semper fricet matricem cum oleo prædicto, mouendo molam versus os matricis, & extrahat eam.

TRACTATVS II.

De Sterilitate ex parte viri: & primò de cura Gonorrhææ, Cap. I.

CVM verò nullum impedimentũ est in muliere, tamen prohibetur à conceptione, certum est hoc esse ex defectu viri, quod potest contingere dupliciter: vel ex impedimẽto interiori, vel exteriori. Si est impedimentum ex parte viri à causa interiori, hoc est triplici de causa: qa in generatione ex parte viri sunt necessaria, videl. digerens materiã in calida, & ita secundũ Auic. sensus venit & delectatio à cerebro, à quo principio trahitur materia generationis mediante spiritu & calore, qui cum primo & principaliter causetur à corde. Spiritus verò per arterias, sicut & omnes pulsus corporis primò veniunt à corde, qui immediatè extendit membra mediante calore & sanguine, & principaliter venit ab hepate Desiderium autem naturale ab omnibus his, sed principaliter venit à renibus, & ab hepate, & complementum habet à corde. Vnde cùm multitudo materiæ est cõgregata, digestio stomachi est completa, etiã hepatis & substantia sanguinis, q̃ est in venis, non habet, nec in aliquo extrinseco, vel intrinseco fœcũdus est: tunc enim concurrunt sibi mutuo spermata adinuicem, & alterum alteri commiscetur, & fit conceptio. Sic igitur ex concursu omnium istarũ causatur fœcunditas, ita ex defectu causatur sterilitas: quia si abundat humiditas, & alia sunt ablata, causatur gonorrhœa, quæ est humoris phlegmatici continuus fluxus. Sed ex quacunq; fiat causa, valet multum vsus dyacodion, & sacch. rof. alexand. & similia simul mista. Etiam vti cibis inspissatiuis, sicut sunt risũ, miliũ excorticatũ, pręparatũ cũ lacte vaccino, & caue ab his, q̃ aquosum sang. generãt, sicut sunt herbę frigid. & hum. &c.

De Cura sterilitatis propter Satiriasim, Priapismum, & de Cura istorum, Cap. II.

HVMIDITAS verò si superabundet, & alia deficiant, fit sterilitas, q̃ est immoderata virgæ erectio, communiter fit ex calida causa, fumositate ad testiculos descendente. ¶ Primum igitur consiliũ est, vt offerantur electuaria extenuantia vẽtositates, sicut est dianisum, diapapauer, diacyminũ an. mistis. Pòst verò vsum huius electuarij, sequatur

vsus istius syrupi: Rec. ros. viol. & florum salicis, sandal. alb. & rub. nenuph. sem. lactucę & portul. atriplicis, anisi, omniũ an. ℥. 1. istis omnib. in aceto 3. dieb. infusis, fiat decoct. in aqua, & colet̃ & colaturę addat̃ panis sacch. ℔. 1. fiat syrupus, in fine aũt decoc. addatur cãphorę ℈. 1. & vtatur isto syrupo. Pòst verò fiãt in fine inunctiones circa ilia & renes, sicut oleo viol. & populeon, & huiusmodi.

De Cura sterilitatis factæ propter approximeron, & Cura eiusdem, Cap. III.

CALOR verò si defecerit, qui est complementum aliorum, causatur approximeron, quæ est operatio membrorum generatiuorũ, quando nec virga erigitur, nec sperma emittitur, quod fit altera trium causarũ, vel ex malitia, vel ex phlegmate, sicut in maleficiatis, quorum cura soli Deo est dimittenda, ꝓ ipsos maleficiatorum extirpãda vel remouenda, quanquã aliqui libri medicinæ ponant aliqua remedia empirica, sicut est portatio argenti viui ad collum in testa auellanæ, & suspensio arthemisię in superliminari domus, vbi iacent vir & mulier, & fit ex frigida causa principaliter, aut ex calida, quod raro contingit. ¶ Si verò fiat ex frigida causa, fiat digestio materiæ cum oxymellite, & purgetur cũ benedicta. Tertia vel quarta die fiat stupha de calidis herbis, quæ superiùs frequenter nominatæ sunt: sequenti die fiat phlebotomia de saphenis interius, & apponatur vẽtosa super renes, & tunc fiat inunctio cum tali vnguẽto: Rec. ouorum formicarũ, & testiculorũ vulpiũ bene coctorum, sem. erucę, baccarũ lauri an. terantur omnia fortiter, & admisceantur cum arogon vel marciaton an. & fiat vnguentũ, cum quo fiat inunctio super renes, & virilia. ¶ Item liquefiat axungiæ vulpinæ ℔. 1. & admisceatur ℔. 1. succi erucę, & in eis bulliãt testiculi vulpini, vsq; ad resolutionem, & succi consumtionẽ, tunc coletur, & in colatura resoluatur cera rubea, deponatur ab igne, & adde pul. factum de sem. cæparũ alb. & erucæ & baccarum lauri an. ℥. 1. fiat vnguentũ, de quo fiat inunctio super renes, & virilia. ¶ Item offerantur electuaria calida mane & sero, sicut diasatirion, stomachicũ, vel fiat electuariũ speciale & tale: Rec. testiculorũ vulpiũ decoctorũ in aqua, cerebellorum, passerum, columborũ elixatorũ, & post assatorũ & rad. pastinacæ & eringij elixatarũ, pinearum, carniũ dactylorũ an. terantur omnia ista simul, ponantur in mel rub. despumatũ, & bulliãt parum ad ignẽ, continuè cum spatula agitentur, tunc deponatur ab igne & misceatur pulu. factus ex sem. erucę, cæparũ al. baccar. lauri, caryophyl. lap lincis, cinnam. piperis lõgi an 3. 2. musci, fini. ℈. 1. fiat electuarium, quo vtatur singulis diebus. Dico enim, quòd si muscus cum vino distemperatus fuerit, & inungantur renes & virilia, poten ter excitat. ¶ Si verò ex causa calida fuerit, offerantur frigida electuaria, & similiter syrupi & vngatur frigidis vnguẽtis, quare abundãtes frigiditate & humiditate superflua debẽt cauere ab vsu lactucarum, opij, papaueris, camphoræ & omniũ similium frigidorum: abundãtes autem ventositate, debẽt cauere ab abstinẽtia, vigilia superflua, & similibus, q̃ maturãt corpus, & omnibus leguminibus, q̃ generãt ventositatẽ. Si aũt calor & alia deficiant, vtatur ꝓdictis in cap. de approximeron, caueãt aũt à ruta, & agnocasto, q̃ sua siccitate desiccãt corporis humiditat. & cõsumũt vẽtositatẽ.

Si fuerit à causa frigida.

Si à causa calida.

De Cura sterilitatis viri, propter causas extrinsecas, Cap. IIII.

SI verò accidat à causa exteriori, hoc est, ex vna de 5. causis, aut q̃a homo vtitur his, quæ corrumpunt complexionẽ eius, aut ꝓpter membra genitalia, q̃ sunt improportionata, aut ꝓpter nimiam caliditatẽ, aut frigiditatẽ membrorũ genitalium, aut propter renes, & alia membra generatiua, aut ꝓpter aliquid aliud factũ exterius viro, quod est causa sterilitatis eius. ¶ Si verò accidit sterilitas in homine: quia vtitur his, q̃ corrumpũt complexionem eius, ille debet vitare nimiam crapulam, ebrietatẽ, quod expedit tam viro, quàm mulieri: debet etiam vitare nimiã inanitionẽ, sicut nimiã phlebotomiã, frequentẽ pharmaciã, frequens balneũ, & coitũ specialiter cum vetula & menstruosa, & cum tineosa & fœtida & immunda, vitet etiam mulierem, quæ non venit ad annos ætatis, quia hoc impedit effectus animæ. ¶ Si verò accidit sterilitas ꝓpter hoc, quòd membra genitalia sunt improportionata, hoc est, q̃a virga est nimis breuis, aut nimis lõga: quia hoc impedit effectus animæ. Si verò accidit sterilitas ꝓpter nimiã virgæ longitudinẽ, tũc caueat vir & vxor, ne tota intromittat: ideo quia semẽ posset infrigidari ante eius exitũ, & ideo sic cõceptio impediretur, sicut dicit Auic. 3. can. & in lib. suo de animalibus.

De Cura sterilitatis factæ propter malam complexionem membrorum genitalium, Cap. V.

SI verò accidit sterilitas ꝓpter complexionem nimis calidã membrorũ genitaliũ, vtatur frigidis, vt lacte acetoso, lacte vaccino, in quo bullierit portulaca, & multis aliis frigidis, & vnguẽtis, & emplastris, quæ superiùs dicta sunt, propter calidã complexionem. Si verò accidat sterilitas propter viri malam complexionem frigidam, quod frequentiùs contingit, tunc vtatur istis electuariis, quæ dicta sunt propter complexionem frigidam, &c.

De Cura sterilitatis factæ propter debilitatem membrorum principalium, Cap. VI.

SI verò accidat propter membra, tunc si propter cerebrum, tunc vtatur pliris cũ musco, dianthos cũ musco. Si verò defectus accidat propter cor, vtatur diagalanga, diatrionpipereon. Si verò fuerit defectus propter stomachum & intestina, vtatur diasatirion acuato cum caudis scincorũ. ¶ Si verò fuerit sterilitas propter aliquod exterius factum viro, quod est causa perpetuæ sterilitatis, sicut est abscisio venarum iuuenilium, quę sunt retrò aures, per quas humor spermaticus principaliter venit à cerebro, & descendit ad renes, & ad membra genitalia, iste defectus remedium non habet, nisi à solo Deo per miraculum, &c.

De Cura sterilitatis, factæ propter defectus renum, & genitalium membrorum, Cap. VII.



ETsi fuerit deficiens propter renes, & membra genitalia, vngatur spina dorsi, & renes, & dicta membra cum tali vnguento: Rec. assæ fœt. pyrethri, staphisagrię, erucę, sem. cęparum, piperis, castorei, myrrhæ, storacis calamitæ an. ℥. 1. axungiæ leoninæ ℥. 2. musci fini. ʒ. 1. omnia pul. quæ puluerisata pòst B bulliant in oleo costino ℔. 2. & addâtur ceræ ℥. 2. fiat vnguentũ. ¶ Deinde vtatur ista confectione: Rec. testiculorum vulpis, cerebellorum passerũ, & columborum an. ʒ. 2. decoquâtur in aqua diu, & pòst aliquantulum assentur, & pòst terantur cum floribus palmarũ ℥. 2. & cum ʒ. 1. caudæ scincorum, conficiatur simul cum sacch. & melle ana quart. ʒ. & vtatur mane & sero ad modum nucis, & cum dicto electuario potest vti, quia simplex & vtile. ¶ Et nota, quòd eryngium conditũ, fœ- C cundat, zingib. conditũ, cerebella passerũ, & columborũ elixata primò, & pòst assatą, & si cum lacte vaccino sumantur, faciunt hominẽ fœcundũ. ¶ Deinde vtatur tali medicamine, diuinitus reuelato, quod super omnia valet ad generandũ: Re. vitella ouorum cruda 6. butyri re. seui capræ an. quart. 1. priapi tauri, satyrionis, zedoariæ, zingib. conditi, menthæ, testiculorũ gallorũ & vulpium, & si vult habere masculum, testiculorũ dextrorũ mutonis, & verris: si vult habere fœminã sinistro- D rum an. ℥. 1. cerebellorũ passerum bene coctorũ, & pòst aliquantulum assatorũ ℥. 2. medullę nucis indicæ, pinearũ, pistacearũ, fisticorũ, amygd. dul. dactylorum, auellanarum coctarum aliquantulũ & mundarum an. ℥. 1. & s. sem. maluæ, sem. mercurial. sem. erucæ, caryoph. zingib. piperis longi, & al. & nigri, sem. linguæ auis, cinnam. an. ℥. 2. ista omnia mundificentur, temperentur & coquâtur in lacte ouino, vel vaccino, & pòst fortiter conterantur & addantur caudæ scincorum ℥. s. & con- E ficiatur totũ cum mellis ro. ℔. 2. & pane sacch. ℔. 7. lento igne diu agitando decoquâtur ad perfectionem electuarij: addito musci fini. ʒ. 1. perficiatur electuariũ, quo cõtinuè mane & sero vtatur. Vir & mulier possunt aliquando vti, & sic generabit, si ex frigiditate patit̃, & sic poterit habere, adiuuante Deo, masculum, quod non est omnibꝰ reuelandũ, nisi secretis tantum, quia hoc est preciosum & certũ. ¶ Hæc sunt cibaria, q̃ confortant ad generandũ sperma: caro ouina, caro agni an- F nualis, carnes hœdulinæ, gallinæ pingues, perdices, phasiani: super omnia cerebella passerum, & columborũ, oua sorbilia, oua piscium frixa, mista cum frumento excorticato, cocto cum lacte vaccino, & cicere albo, parata cum brodio gallinarũ, vel cressonis parata cum cæpis, vt moris est: cępę per se coctæ cum carnib. & bonis speciebus multis excitant hominẽ, & multiplicant semen. Ventositatem verò & spiritus multiplicant faba fracta, & alia legumina, risum etiã paratum cum la- G cte caprarum, vel vaccarũ aspersum pul. cinnam. est vtile. De fructibus autem iuuant vuæ dulces, pineæ, fistici, iuiubæ, sebesten, dactyli, amygdal. auellanæ, valent etiam multum rapæ, pastinacæ, & vinum dulce, quod non sit viride.

Electuarium diuinũ, secretum & certũ.

A Ad ostendendum qualiter debeamus procedere in iuuando conceptu, cùm omnia nocumenta dicta superius erunt remota, Cap. VIII.



IMPEDIMENTIS ablatis ex parte viri, & ex parte mulieris, & seruato bono regimine in cibariis, si vis operari ad hoc vt cõcipiat mulier, tene istum modum. Si enim sterilitas fuerit propter causam frigidam B & humidam, quod frequentius accidit, digeratur materia cum hoc syrupo: Rec. rad. rubeæ maio. arthemisię, sauinæ an. ℥. 4. foliorum menthæ, origani, calamẽti, betonicæ, balsamitæ an. ℥. 2. absynthij M. s. spicænardi, scœnanthi, calami aromatici, anisi, marathri, seseleos, ameos an. ℥. 1. mellis, sacchari an. ℔. 1. fiat syrupus, quo materia digeratur. Materia autem digesta purgetur cum hac medicina: Rec. theodoricon, empiricon ʒ. 3. esulæ ℈. 1. misceantur & fiant pillulæ & dentur, quando C debet intrare lectum, considerata tamen virtute patientis. ¶ Corpore autem mundificato 4. diebus post medicinã, fiat stupha, ex omnibus istis, quæ intrant syrupum, præter mel & sacch. & istã stupham ingrediatur multis vicibus, saltem bis in septimana, vsq; ad sequens tempus menstruorum, deinde si matrix fuerit immunda, accipe omnia, quæ intrant syrupum prædictum, præter mel rosarum, absynthij an. M. 1. myrrhę & pulpę colocynth. an. ℥. 1. decoquâtur omnia in aqua ℔. D 6. tamdiu, donec decoctum veniat ad ℔. 1. & s. coletur, & tota decoctio iniiciatur ꝑ clystere in matricem: hoc tamen nõ oportet fieri, si matrix esset munda. ¶ Deinde vtatur tali electuario: Rec. pul. potionis, pul. tripheræ magnæ sine opio, pul. stomachici confortatiui, corticis citrangulorum an. ℥. 1. storacis calamitæ ℥. s. lignialoes, ambrę an. ʒ. 2. musci fini. ℈. 2. panis sacch. ℔. 4. fiat electuarium, quo vtatur mulier mane & sero. ¶ Si verò sterilitas fuerit ex causa calida, digeratur materia E cum hoc syrupo: Rec. rad. fœnic. petrosel. brusci, asparagi, graminis, pẽtaphylon. arthemisiæ, tanaceti, gallitrici, end. scariolæ linguæ ceruinæ, ceterach, politrici, capill. Ven. adianthos an. M. 1. sem. borrag. sem. lactucę quatuor, sem. frigidorum an. ℥. 1. prunorum 20. succi borrag. succi lactucę, vini malorum granat. an. ℔. s. sacch. ℔. 2. fiat syrupus quo materia digeratur. ¶ Et digesta materia purgetur cum hac medicina: Rec. florum viol. ℥. 3. florum borragin. ℥. 1. fiat decoct. vsq; ad quart. ʒ. quæ F coletur, & diuidatur in duas partes, in cuius maiori parte dissoluatur cassiæ fist. mund. tamarindorum an. ℥. 1. in alia parte infundatur myrobal. citrin. & ind. an. ℥. s. chebulorũ ʒ. 3. bellirícorum, emblicorum an. ʒ. 2. quando verò myrobal. sufficienter fuerint infusi, ibidem per vnam noctem, & per vnam diem, colabũtur, & eorum infusioni addetur decoct. vbi fuerit cassiafist. & tamarindi, & totum tepidum dabitur in aurora. ¶ Rheubarbarum verò, nec benedicta, nec alia medicina dis- G solutiua debet dari, quoniã non prouocarẽt menstrua, & lęderẽt patientem. ¶ Purgata materia regatur patiẽs tribus diebus, vt potionatus regi solet. In quarta die intret balneum aquæ dulcis, in qua ponatur arthemisiæ, tanaceti, gallitrici, plantaginis, quinquenerui̧ę, virgæ pastoris an. M. 2. &

In causa frigida.

In causa calida.

Rheubar. nec benedicta conueniunt.

cùm fuerit in balneo abluat matricem, quia lenit. A Caueat tamen ſibi, ne faciat aliquam excoriationem, & in exitu de balneo accipiat de diarrhodon abbatis, ad quãtitatem caſtaneæ, in cuius vna ℔. ponatur bonæ betonicæ ℥.1. ſubtiliter puluerisatę: poſt verò ſequenti die minuat ſibi de ſaphenis interioribus, & extrahatur de ſang. ℔.s. poſtea recipiat mulier per 4. vel 5. dies de diarrhodon abbatis, vt ſuperiùs dictũ eſt. Sequenti verò die poſt minutionẽ vir poteſt accedere ad vxorem, factis & applicatis quibuſdam remediis localibus, quæ B inferiùs continentur. Prædictum verò digeſtiuũ & decoc. poterit mulier bis in anno ſumere ſecurè, reliqua autem ſequuntur. Bal. autem & minutio fiant per competẽtia interualla, vt ſe percipiat concepiſſe, conſiderata tamẽ virtutis tolerantia.

Cibi nocentes matrici.

Vitet ſuper omnia carnes leporinas, & omnia degentia in aquis, vitet ergo carnes agnorum lactãtium, porcos, & anguillas, tongres, & delphinos, & omnes piſces beſtiales: quia replẽt matricem, vitet fabas, lentes, caſeum ſalſum, & vetus: vitet C lac, tamẽ vti poterit caſeo recenti pingui, & molli ſine ſale: vitet perſica, & pruna al. quoniã ſuperfluam humiditatem in matrice generant. ¶ Si verò matrix fuerit phlegmatica, vtatur cibis & potibus, & medicinis deſiccãtibus, & ſtudioſè vtatur pliris, diacameron, ſtomachicon cõfortatiuo, & cum cibis in principio menſæ, & in fine vtatur ſale ſacerdotali, cui ſolum addatur ſiler montanũ pul. Hoc enim conſumit phlegma capitis, & ſtomachi, & totum corpus emundat. ¶ Sal autem ſa D cerdotale ſic fit: Rec. ſalis cõmunis ʒ.18. cinnam. ℥.4. zingib. amomi, ameos, piperis, ſileris montani, hyſſopi, origani, pulegij an. ℥.s. quæ omnia tere, & in pul. redige, & cum omni cibo vtere. Solet etiam matricem mundificare à phlegmate. ¶ Et ſæpe ordina infra os matricis ſuppoſitorium, ſeu peſſarium, factum de myrrha, & ſtorace, calamita, maſtice ſimul piſtatis in mortario cum piſtillo calido ferreo, & quotieſcunque ponetur, fricetur ipſum ſuppoſitoriũ exterius leuiter cum allio ex- E corticato, & illud ſuppoſitoriũ per 15. dies debet applicari ad cõſumtionem phlegmatis matricis. ¶ Ordinatis itaq; menſtruis ad conceptum mulier diſponatur. ¶ Confert etiam ad conceptum, ſi mulier & vir abſtineant à coitu, & ab amplexibus per 5. dies, vel amplius ante menſtrua, & toto tempore menſtruorum, & poſt ipſa menſtrua tribus vel quatuor diebus, vel noctibus. Poſt menſtrua teneat mulier illa ſuppoſitoria de myrrha & aliis ſupradictis, ſed ſine allio, id eſt, loco allij con- F fricetur ipſum ſuppoſitoriũ cum muſco, aut ambra, aut vtroq; diſtemperatũ cum modico aquæ roſ. vel balſamo fino. quarto vel quinto die poſt mẽſtrua mulier tranſglutiat per modum pillulæ ℈.s. vel ℈.1. de coagulo leporis inuoluto in nebula madefacta in vino, aut alio modo ſic ꝑparatũ, quod ab ore eius nullo modo poſsit ſentiri. Eodẽ die veſperi comedat mulier zingib. conditum alexand. & vir ſimiliter, & ſimul dormiant, & venter eorum non ſit plenus cibis, nec crapulatus à G vinis, nec famelicus. Prædictas tamen abſtinentias faciant per annum ſingulis menſibus, vel amplius, videl. ab amplexibus, & coitu, propriè tempore menſtruorum, quia ſic & vir in infundendo ſem. matrici capacior erit, & matrix in retinendo

A tenacior, & in recipiendo auidior. ¶ Eorum verò, quæ ad menſtrua phlegmatica deſiccanda valent, & quæ ad cõceptum, ſcripta ſunt multoties verſus finem, vtatur autem mulier temporibus, quibus debet accedere virum, mane ad modum caſtaneæ diarrhodon abbatis paratum cùm betonica, vt ſuperiùs dictũ eſt. Item teneat aliud ſuppoſitorium per totam noctem, quantum poterit, quando non iacebit cum viro: quod fit de galanga, ſpicænardi, nucis muſc. an. ℥.s. piperis ʒ.2. gal- B bani, opopon. an. ʒ.1. addito oleo muſcellino, q.ſ. & formetur inde peſſarium. ¶ Omne ſuppoſitorium, quod ponitur, & ordinatur infra matricẽ, oportet quòd ponatur in modicum pannum lineum rariſsimũ, & eo inuoluatur: poſtea in matricem ponatur, ita tamẽ quod parte panni pendente, & extra apparente, mulier poſsit trahere, quando ſibi placuerit, & iterum reponere. ¶ Et notandum, quòd hæc ſuppoſitoria plus valebũt, ſi fiant poſt encatiſma, factum de pulegio, arthe- C miſia, origano, calamẽto, nepita, de qua cattę imprægnãtur, & marrhubio al. & rad. petroſ. macedonici minutim inciſi, pulicaria, abrotano, abſynthio, ſaluia, & ſimilia his omnibus, vel quibuſdã fortiſsimè coctis in aqua. Melius quoq; erit, ſi ſtatim poſt encatiſma fumigetur, directo fumo per calamum, vel embotum in os matricis, & ſit ſuffumigatio de optima ſtorace, calamita & galbano al. caryophyl. an. ℥.1. & incorporatis ſimul cum laudano, q. ſ. additis ambræ ʒ.3. muſci ℈.1. & ſtatim D poſt fumigium applicentur prædicta ſuppoſitoria, quę cum longa pauſa tenuerit, vt per ſpatium duarum leucarũ extrahat ſuppoſitoria, deponat & imponat, ſi velit modicum de bombace ad modum amygdal. bene imbibito in aqua ro. muſcata pendẽte filo longo, à parte exteriori, qui cum deſiccatum fuerit extrahatur, & erit tunc tempus, quòd mulier ad virum accedat. Multum etiam iuuabit, ſi mulier ante introitum lecti acceperit de coagulo leporũ ℈.1. vt dictũ eſt, quando vult con- E cumbere cum viro. Vir autẽ, quia mulieres ſunt verecundæ, dum dormierint primum ſomnum, debet mulieris palpare mammillas, & vẽtrem, & excitare, & ad coitum prouocare: & quãdo viderit bene ipſam accẽſam, & calefactã, tunc erit tempus accedendi ad ipſam, quia tunc cõcurrunt ſemina eodẽ tempore, quod eſt de neceſsitate conceptionis, &c. ¶ Hęc enim ſunt omnia veriſsima, certa & approbata, ſi vir & mulier nõ ſint ſteriles à natura, vel à prędictis impedimentis fuerit libe- F ratus: mulier autẽ & vir infra diem, ſi bibere voluerint, bibãt cum zingib. condito alex. & mulier ſumat mane de diacodion, vel diarrhodon abbatis, cùm betonica, vt ſuperiùs eſt dictum, præparato ſero: & poſt prandiũ vtatur ſtomachico confortatiuo. Item mulier trãſglutiat, quocunq; modo poſsit, dimidium cochlear de ſale ſacerdotali ſtatim cum fuerit prãſa, ad conſumtionẽ humorum veniẽtium ad matricẽ. Item multũ aſſueſcat veſperi, in quo fuerit dormitura cum viro in no- G cte, in cœna comedere cibũ calidũ factũ de optimo lacte vaccino, cum vitellis ouorũ, & modico butyro. Sed tamen ſi lac fuerit pingue, non oportet, quòd lac apponatur, & condiatur cibus cum pul. optim. caryophyll. de quo quãtum plus appoſuerit, dum tñ ſapor ſit gratus, tãto melius erit. Totum

Cõcurſus duorum ſeminum eſt neceſſarius ad cõceptionẽ.

Totum hunc ordinem supradictum seruare poterit bis in septimana, dum tamen non sit prope terminos menstruorũ, & tunc mulier poterit accedere ad virum, donec sentiat se cõcepisse. ¶ Caueat tamen vir ab aniso, & cymino, quia ventositatẽ extenuãt, & caueat ab oleribus frigidis, quia grossum sanguinem generant: & caueat à ruta, & agno casto, quia humorẽ consumunt. Vtatur autem vir diacodion & zingib. ro. al. facch. alexãdrino simul misto, ad inspissandum sperma. ¶ Hæc autem sunt, quæ ego probaui sex vel septem annis citrà. Primò in quadã nobili domina, quę morabatur in vicecomitatu Leomaniæ, fuerat p 14. annis cum viro suo, quæ nunquam signum conceptus habuerat, quam feci vti propter importunitatem temporis hyemalis, in quo eramus, electuariis spectantibus ad conceptũ: videlicet diarrhodon abbatis cum betonica, vt superiùs dictũ est, mane & post prandium, & noctu stomachicũ confortatiuum, quibus vsa infra 9. menses concepit, & habuit puerum masculũ, qui adhuc viuit. ¶ Et de quadam alia Domina, quę habet virũ militem, qui est socius & dispensator vicecomitatus Leomaniæ, quæ cum viro fuerat 9. annis, nec vnquam signa conceptus habuerat, data purgatione, & aliis infra 9. menses concepit vnum filium. ¶ Similiter de quibusdam aliis, quæ steterant sine conceptione multis annis, quæ frequentibus vsibus balneorum supradictorum, & vsu cuiusdã electuarij, quælibet concepit vnam filiam, & hoc est electuarium: Rec. fœnugræci ℔. s. arthemisiæ siccæ ℥ 2. betonicę, nepitę, maioranę an. ℥. 5. auellanarum tostarũ mund. ℔. 1. zingib. cinnamomi, caryophyll. piperis longi, granorum paradisi an. ℥. 4. nucis musc. nucis cypressi an. ʒ. 2. musci fini. ℈. 1. mellis mundi, & despumati ℔. 2. fiat electuarium, quo vtatur mane & sero omni die, eius enim vsu, & balneo, & suffumigationibus dictę imprægnatę fuerunt.

Nocentia & iuuantia viro ad cõceptũ.

Experta.

ARNALDI DE VILLA NOVA
DE SIGNIS LEPROSORVM.



COGNOSCVNTVR leprosi quinq; signis, scil. ex vrina, pulsu, sanguine, voce, & à mẽbris diuersis, vt dicetur. Primò qui vult aliquem experiri, debet ipsum facere cãtare: si vox eius rauca est, forte signum est lepre, si sit clara, bonum signum est, ita quod facias sic: capias vnam tabulam & scribas signa bona ad vnam partem, & signa mala ad aliam, & sic non errabis. ¶ Item cognitio sumitur ab vrina, & hoc quatuor modis. Primò vrina leprosorum debet esse alba cum quadã limpiditate: item debet esse clara, tenuis: item quãtum ad contenta trumbosa, & debet apparere ad modum farinæ aut furfuris bene triti. Item si vrinale moueatur, debet facere sonum, etiam ratio est: quia sicut in hecticis debet carere sono, propter oleaginositatẽ resolutam à corpore, sic in illis debet facere sonũ propter terrestreitatem & siccitatem corporum ibi contentorum. ¶ Item cognoscuntur ex pulsu, quoniã debet esse debilis, rationem reddit Auic. quia habet virtutẽ debilem, propter inobedientiam arteriæ, quæ est quasi tota adusta. ¶ Itẽ cognoscuntur ex sanguine, quoniam debes ipsum phlebotomare de vena totius corporis, ita quòd sanguis debet recipi in vas mundum, & dimitti, donec fecerit residentiã, postea debet recipi in pannũ lineum, debet concuti in aqua munda, & modicum comprimi, donec aqua non plus notabiliter tingatur: & pòst capiantur illa, quæ remanẽt in panno, facta compressione, & si videãtur ibi corpora alba & luminosa ad modum milij vel panici, signũ est lepræ. Item sanguine extracto, liquore supernatante, debet poni intus vnum granum salis magnum: ita quod si fundatur, vel liquefiat, bonum signũ est: & si non, sed remaneat integrum, signũ est lepræ: ratio est, quia in tali sanguine non est aliqua bona humiditas calida, dissoluẽs ipsum, sed terrestreitas grossa, à qua non potest dissolui. Item tali sanguini debet infundi acetũ forte, ita quòd si acetũ bulliat, signum est lepre, quemadmodum iniectũ supra terram, propter eius siccitatem in terram ebullit. Item sanguini debet addi vrina, & si submergatur & commisceatur, signum est lepræ: & si non, non. Quare autem magis ponitur vrina, quàm alter liquor? ratio est, quia est corpus magis subtile, & penetratiuum, & propter maiorem conueniẽtiam, quam habet vrina cum sang. cum sit colatorium eius. ¶ Item cognoscuntur membris: primò quia habẽt pilos graciles & subtiles, ita quòd procedunt ingrossando, incipiẽdo à radice. Item habent capillos claros & glaucos, ratio est, quia est paucitas materiæ non potẽs exhalari per poros, ex qua creantur pili, & clausio pororũ. Item capilli eorum debent respici in Sole vtrum sint graciles, & erecti ad modum setarum porci. ¶ Item cognoscuntur in cute capitis: quia cutis habet extuberãtias, ita quòd vna pars superemineat alteri. ¶ Etiam cognoscuntur ex priuatione pilorum superciliorum oculorum, quia leprosi non habent ibi pilos: & maximè iuxta angulos, & supercilia habent quãdam rotunditatem, quia videtur quasi sphærica, & rotunda. Item cognoscuntur à rotunditate oculorũ, quia oculi videntur quasi exire locum eorum, & facies eorum est multùm terribilis, quia est mutata à dispositione naturali, & habet aspectum multùm terribilem & ista sunt signa potentiora. ¶ Item cognoscuntur ex vulnere existente in naribus, & interiùs videntur, sic quòd debet accipi vna parua virga ligni, & bifurcari ad modum tenaculorũ, & debet interponi nasum aperiendo ipsum, & debet respici interiùs cum candela incensa, & si interiùs videatur vlceratio, vel excoriatio in profunditate nasi, signum est propriè lepræ, & illud signum ab aliquo, nisi à sapiente nõ videtur. Item cognoscitur ex summitate nasi ipsorum, debet esse concauitas ad modum fili transeuntis, secundum longitudinem, quia cartilago coniungens illa duo, consumta est, quare apparet profunditas quædam.

A voce.

Ab vrina.

A pulsu.

A sanguine.

Signa à membris.

A pilis.

A cute.

Ab oculis.

A naribus.

A venis. ¶ Item cognoſcuntur ex venis oculorum circum dantib. eos, & venis pectoris, quia apparent multum rubeæ, ratio eſt, quia venæ & arteriæ ſunt multum albatæ propter aduſtionem earũ, & ſanguis eſt rubeus, quare apparent rubeæ, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt. *A lingua.* ¶ Item cognoſcuntur ex lingua: lingua enim debet extrahi cum vno páno, & ſi in radice linguę inueniantur quædá corpora in modũ granorũ milij alba, certum ſignũ eſt lepræ. *A toto.* ¶ Item omnibus iſtis factis debet exui totus nudus vtrum ſit niger, & ſi ſit aſperitas in ipſo cum quadam lenitate, & ſi ſic, ſignum eſt lepræ. Item aqua frigida debet aſpergi ſupra ſcapulas, ſi nõ retineatur, ſignum eſt leprę: ratio eſt, quia vnctuoſitas eſt reſoluta à calore ſuperfluo exiſtente, iuxta cutim, quare ſuper iſtam vnctuoſitatem non poteſt retineri aqua, & eſt ſignum. ¶ Item facias ipſum cooperiri, ne videat, & dic illi caue, quia ego pungam te: & non pungetur, & poſt dic, punxi te in pede, ſi dicat quod ſic, ſignũ eſt lepræ. Item debet pũgi acu, & à minimo digito man⁹, & ſibi vicino vſq; ad brachiũ: ſed quare in iſtis digitis, magis quá in aliis, ratio eſt, quia ſunt debiliores, & ideò citius dimittũtur à regimine naturæ. *Signa specierum.* ¶ Hæc ſunt ſigna vniuerſalia lepræ, non declinando ad aliquam ſpeciem eius, ſed quælibet earum cognoſcitur, vtrum leonina ſit comparando ſigna prædicta, cum ſignis dictis ab Auic. primo cano. fen. 2. cuiuſlibet hu. ſ. ſang. phlegmatis. &c. ſi enim apparent ſigna ſang. erit ſpecies, quę vocatur alopecia, quia eorum pili cadunt, & excoriantur ad modum vulpis, quia nomen ſumtum eſt à vulpe, vt in alopecia dictũ. Si enim apparuerint ſigna phlegmatis, erit ſpecies, quæ vocatur tyria, & eſt nomen ſumtum à tyro ſerpente. Si autem apparuerint ſigna choleræ, erit ſpecies leonina, quæ ſumit nomen à leone, quia habẽt faciem ad modum leonis. Si autẽ apparuerint ſigna melácholię erit ſpecies, q̃ vocatur elephãtia, in qua coriũ & pellis vidẽtur excoriata.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE AMORE HEROICO.

PROOEMIVM.



QVANTO, chariſsimæ dilectionis affectu ſinceritatis dilectionem fuero conſecutus, æſtimo veraciter non latere cognitionis examini: quamobrẽ, ſi petitionibus tuis iamdiu mihi propoſitis dilatoriá excuſatione adiecero, cum actionis legitimæ virtutem illud ſuadere contingit, credo te omni nebula dubitationis expulſa, nulla moleſtiæ perturbatione grauari. Fuit equidem tuæ poſtulationis ſumma hęc, quòd vt vmbram dubiæ cognitionis expelleres, quam in te duplicis rei generauit occurſus, dum Sardiniæ partibus medicinæ laboribus inſudares. Primò ſcil. vnde fiat, quòd tam vehementis, irrationabiliſq; concupiſcentię motus in heroico amore cauſatur, aſſerens hoc tuo intellectu, tam commentariis, quàm commentatis traditionibus non patere dilucidè. Secundò videlicet vnde ſit. quòd in febrib. ſæpiſsimè patientes tuſsi, vomituq; turbãtur, cum tamẽ in pulmone & ſtomacho humoralis morbi materia dignoſcatur, nullo modo cõtineri, ſed potius in elongatis membris cæteris retrudi, totaliter videatur. Soci dilectiſsime diſtuli facere, quod poſcebas duab⁹ refrænatus habenis, tum videl. quòd exiſtit illud meæ facultatis inopiæ, tum quia quòd temporis oportunitas ad ſcribendũ illud modicum, quòd valerem, ſuá facultatẽ hactenus nõ ingeſsit Nunc verò fidelitati tuæ ſi poſſum illud facere, teneor ad maiora tam deuictus, quanquá inſufficiens aliquantulo ſpatio temporis, huius negocij occupationis detento, iuxta ſummæ largitatis auxiliũ conabor in parte, licet ruſticante ſermone tuæ ſatisfacere volũtati, quod à Doctorib. noſtris paucis verbis anguſtiſq; clauſulis eſt expreſſum, intellectui tuo illud ampliori ſermone, necnon orationi reputem labori pro modulo, vt audita faciliter capias, & apprehenſa fortius recommendes. Tu verò, dilecte, quoniam humanę ſolicitudinis actus nõ omninò perfectionis robore fulciũtur, tibi tradita maiori ſumma ventilabis, & in illis, quem labore dignum inuenies, gratiæ diuinæ bonitatis attribuas. Si quid verò repulſum videatur in aliquo promereri humani fragilitatis imperfectę, intue quemadmodum in aliis illud valeat excuſare, intantum non tædeat ampliari. Igitur recipe quod promiſi primo, videlicet amore tractatum quatuor diſtinctum capitulis.

Capitulum primum de deſcriptione amoris heroici, & deſcriptionis notificatione, & qualiter eius partes ex actibus amantium colligantur.

Capitulum ſecundum de origine, & cauſa vehementis concupiſcentiæ, & fixæ imaginationis in amantibus, & nominis interpretatione.

Capitulum tertium de accidentibus, & cauſis accidentium huius morbi.

Capitulum quartum de remediis eiuſdem paſsionis.

De deſcriptione Amoris heroici, & deſcriptionis notificatione, &c. Cap. I.

PRIMI verò capituli ſeries tali ordine deſcribetur: primò ſiquidẽ velut apotheca variis incognitis repleta, ſecretis ſenſib. offeratur, ſic amoris deſcriptio mentalis oculis præponetur. Secũdò verò, prout in armario contenta, eiuſdẽ apertione propria cuiuſlibet rei diſcretione noſcuntur, ſic continuo ſubiungetur partium cuiuſlibet inuentio deſcriptionis, vt via colligendi deſcriptionis particulas explicata, ſufficit ſic notificationis expoſitio iam p̃ſcriptæ. *Quid sit morbus.* ¶ Antea tamen eſt ſciendum, quòd licet in rubricis capitulorũ, ſuperiùs amorem heroicum morbum vocauerim, nequaquá tñ morbus ꝓpriè dicitur. Morbus etenim eſt innaturalis diſpoſitio, ſeu contra naturá membri exiſtit nocumentum, aut quod ex dicta mala diſpoſitione ſequitur ad actionẽ virtutis operantis in organo, ſic cõtra naturam diſpoſito cõuenienti nomine morbi accidens appellatur. Amoris igitur, cùm non ſit mala diſpoſiti mẽbri, ſed potius nociua actio, ſeu mala virtu-

virtutis operantis in organo, quæ causetur ex eiusdem dispositione contraria, dicetur propriè accidens, & non morbus: Medicus verò tanquam (quòd manifestius existit amplectens, quemadmodum alibi videtur) hoc ab accidente denominat maximè, cùm hoc nullum procuretur impedimentum in opere. Cùm etenim ad operis rectitudinem morbi essentiam laboret cognoscere, & hoc rectæ operationis formam non curat morbũ quomodolibet nominare, cùm enim solùm vtat̃ nomine ad doctrinam minoris, & introductioné, in hoc debilitare considerans ab eis, quæ in morbo manifestiora patescunt, nominis impositioné assumunt. Cuius autem actio virtutis mala sit, amor heroicus, & ex qua etiá inepta mẽbri dispositione procedat, an videlicet ex mala complexione indecenti, vel compositione, sequenti cap. lucidiùs exponetur. Hic verò quid ipsum accidẽs sit, est propositum ostẽdere. ❡ Dico ergo nullis aliis præiudicando sententiis, quòd amor talis, videlicet qui dicitur heroicus, est vehemens & assidua cogitatio supra rem desideratam, cum confidentia obtinendi delectabile apprçhensum ex ea. Huius autem notificationis veritas sic monstratur. Primò namq; copia præsentatur alicui, seu deuenit ad apprehẽsum eiusdem, vel per se, vel per resolutionem alterius, vel per simulacrũ aliquod, vel quomodolibet aliter, & ex forma dictç rei, vel accidentibus eius, apprehẽdens aliquod, cõcipit delectabile, sicut ex rebus omnibus, ex gratæ speciei intuitu, aut in homine ex suauitate colloquij, aut liberalitate personæ seu consuetudinis, lenocinio, seu circumstantiis quibuscunq;: tunc si prçdictum delectabile præiudicet existimatiua eius, quod excellentissimum sit in re tali, cuius erroris opinione causa inferiùs ostendetur, exinde sequitur, quòd appetitus, inquantum talis delectabilis sit, quod ipsum vehementer desideret obtiuere, eò quòd excellẽtissimum delectabile iudicat. Et ex hoc necessariò sequitur, quod propter huiusmodi rei desiderium vehemens eius formam impressam phantasmate fortitet retinet, & memoriam faciendo de re continuè recordatur. Ex his verò duobꝰ nascitur tertiũ consequenter, oritur etenim ex vehementi desiderio, & recordatione assiduæ cogitationis impulsus, cogitat namq; talis, qualiter, & quibus ingeniis valeat rem ad libitum obtinere, vt nociui delectabilis cultũ possit assequi, quod concepit. Quòd verò formale, seu perfectum huius constantis cogitationis existit, est species delectabilis obtinendi per cõceptum, nisi naturam de illius consecutione præpararet, nullo modo tali furia torqueretur: quamobrem necessariò sequitur, quòd confidit de illius obtẽtu. Hic autem amor furiosus, cum particulare rei exemplo lucidius pateat inter virum & mulieré, videtur imperio subiugato rationis incendi, propter singularem coitus delectationem, quòd alter in altero notato corrumpitur, vel errandi iudicio per aliquã circumstantiam, seu delectationẽ, quam conceptam ardenter desiderat obtinere. Cùm igitur in amantibus hoc sufficit, inquantum amantes existunt, & in eis prout talem amorẽ irrationabilẽ actu exercent, nihil amplius valeat reperiri: quoniá assidua cogitatio, nó de omni, sed de re desiderata, videlicet & hoc obtinẽdũ delectabile conceptum, de quo vehementer speratur: rationabiliter igitur concluditur, quòd descriptio iam prætacta sufficienter explicat heroici amoris essentiam, vt assidua cogitatio loco generis supponatur. Sequentes verò particulæ intantum differentiarum seruantes dictam cogitationem, hic ad huiusmodi amoris formam specificam contrahunt, & inclinant: hoc igitur de notificatione eius dixisse sufficit.

Quid sit amor heroicus.

COMMENTARIVS.

DICO *quòd amor hic est vehemens cogitatio.*] Multis hic disputat Arnald. vt huius amoris naturam assequatur: Sed cũ docere vult alios, ipse quid amor sit ignorat. Imo verò cum amemus omnes, vix quisquam tamen est, qui vel genus amori constituere possit. Cogitationem esse dicit Arnaldus: Pessimè: Cogitatio namq; vel causa vel effectus amoris est, aut etiam disparatum quiddam ab amore toto genere discrepans. Res, quæ in animum incidunt, sensu vel ratione percipiuntur. Non hoc amor est, sicuti nec cogitatio, quæ reiterata quædam esse videtur rei cognoscendæ perceptio. Multa namq; percipimus, & percepta cogitamus, quæ vel odimus, vel altem nõ amamus. Ecquid igitur appetitus est, aut concupiscentia rei quæ perceptione, vel cogitatione frequenti animo imprimitur? Necdum satis philosophatum est. Desiderium enim amorem consequitur. Et aliud amare est, aliud id quod amatur expetere. Discrimen hinc animaduertitur facilè, cùm amor in multis idem sit, expetentia verò multiplex. Quid appetitus, quid voluntas, & quid amor sit, difficulter id quidem intelligitur, sed vt id etiam verbis exprimatur, id est longè difficillimum. Cùm Philosophis quatuor sint animæ facultates: vegetatrix, sentiens, motrix & intelligens: ad quam voluntas, amor, & appetitus referantur, meritò quis dubitauerit maximè. Naturalis equidem alius esse dicitur appetitus, alius animalis, & alius cum ratione coniunctus: Naturalis absq; sensu est, animalis cũ sensu, sed citra rationem. De naturali nihil, vtpote quem non iniuria fortassis appetitum esse negaueris. Animalem expẽdamus. Hic cum sensu iunctus est: Num ergo sensus est hic appetitus? Non videtur, cùm sæpe sensus sit absque appetitu. Sic & amor aliꝰ ex sensu est, alius ex ratione: Sed amor nec sensus est, nec ratio. Vis ergo quædã est amor animæ nec sentientis, nec intelligentis: sed vitalis, vt cordis vigorem dicere liceat, quo animꝰ alium quempiam cum voluptate & benefaciendi vel fruẽdi desiderio complectitur. Hic cordis vigor radix est & fulcrum omnium animæ virium, quæ vel laudem merentur vel vituperium Porrò quod differentiç loco adiicit Arnaldus, perpetuum non est: *Cum confidentia obtinendi delectabile apprahensum ab ea.* Multi siquidem amant, nullam tamen eius assequendæ spem obtinentes, cuius amore percelluntur.

De Origine, & causa vehementis concupiscentiæ, & fixæ imaginationis in amantibus, & nominis interpretatione, Cap. II.

IAM nunc superiùs dictum est, quòd vehemens cõcupiscentia ab erroneo iudicio causat̃ æstimatiuæ virtutis: hoc aũt, & eiꝰ causa sic poterit inueniri. Cùm.n. alicuius animç sensatũ, de quo mẽtio iá prçcessit, occurrit ex sola imaginaria apprehensione, non operatur, nec aliquod ei cõsequẽdũ aliter mouet aliquo desiderio, nisi causa supra alicuius virtutis intentione conuenientis, seu boni, tanquam nuncia desiderij motum eliceretur ab eo, quæ, inquam, intentio sensu non causatur. Est autem virtus hac intentione eliciens æstimatiua, quæ à sensatis intentionibus extrahit non sensatas:

Concupiscentia vehemens ab erroneo iudicio virtutis causatur.

Virtus æstimatiua intentiones insensatas à sensatis elicit.

hoc enim in talibus, propter delectabile conce-
ptum sensatum aliquo cócipit, non tantum iudi-
cat esse bonum, sed vlterius errore deceptionis
implicito cunctis aliis illud iudicat melius. Et cũ
nullatenus variæ à non sensatis intentionibus a-
nimæ vehementer infixis, penitus occultatur, &
hoc cogit in parte iterum æstimatiuæ iudicio cõ
cupiscibili, quasi stimulata per eam, cogitur hanc
rem, vt singularem, vehementer optare: sic igitur
ex omnium harum virtutum operationibus di-
ctæ cogitationis immensitas continuè procura-
tur. Cùm igitur quasi ad imperium æstimatiuæ
cæteræ inclinent virtutes, patet quod superiùs
dicebatur, scilicet quòd rationis imperium sensi-
bilium virtutum delusionibus subiugatur erro-
neis, cùm decretum æstimationis sustineat, vt in-
formet. ¶ Causa verò, propter quam æstimatiua
virtus in opere, vel iudicio suo claudicat sic, & er-
rat, necessariò sumenda videtur ex parte instru-
mẽtorum, quibus dicta virtus suas perficit actio-
nes, mediæ scilicet concauitatis cerebri, & spiri-
tuum receptorum in ea, virtutes namq; non sene
scunt, nec in operationibus vitium patiuntur sui
ratione, sed organi recepti spiritus, vel etiam ap-
parentis. Nulli autem reuocatur in dubium, quin
in talibus debeat esse mala complexio, & cùm re-
missi ad motum tales non existant, immò potius
promtiores ex forti desiderio animato, non vide-
bitur frigiditas, sed potius caliditas disposuisse
partem organicam, quamuis eiusdem ex conti-
nuata furia videatur aliqua siccitas, quo adiungi
harum qualitatum excessum sufficientem læde-
re tantum, & taliter operationem virtutis, hoc so
la nouit diuina cognitio mensurare. ¶ Sed vt præ
dicta clariùs pateat ex euidentia, sume de ea, qua
liter disponat ad confusionem iudicij: cùm ete-
nim virtus æstimatiua in prætacta parte suos a-
ctus exerceat, cum spiritibus eiusdem cõfusè mo
tis tantum, quantum sufficit ad tale iudicium er-
rans ferendum, eiusdem operatio necessariò cõ-
fundetur. Et ad hoc nõ tantum organicitas ope-
ratur, sed ipsorum spirituum calefactio aliunde
contracta, sicut & bene consideranti apparere vi-
debitur: cùm enim animæ gratum seu delectabi-
le presentatur ex gaudio delectabilis apprehensi,
spiritus in corde multiplicati subitò calefiunt, &
calefacti subitò, prout in tract. de motibus anima-
lium inquisitũ est in ea parte, qua de motu cordis
agitur, delegantur ad membra corporis vniuersa.
Cùm sint igitur calidi, vel quasi feruentes, ad or-
ganum æstimatiuæ virtutis, veniunt copiosè ad
organum, quia siccum, & inde exacuens, aut etiá
calidum, nequit illorum caliditatem reprimere:
tunc quasi motu [illegible] turbatæ voluuntur,
quapropter confundunt virtuale iudicium, & ve
lut ebrij, tales iudicant cũ fallacia, vel errore: hæc
autem non ideo dicta sunt, quod præcipuè veri-
tatem exponant, sed vt faciliorem intelligentiam,
viam præbeant leuiorem. ¶ Ex prædictis iterum
elicere conuenit, propter quod imaginatiua sic
permanet circa rem, vnde talem gradum anima
præconcepit: oportet enim similiter ex organi vi
tio, seu alia [illegible] firma retentio for
marum in multis quibuslibet nequaquam effici
valeat sine sicco, necessariò sequitur; cerebella-
rem partem imaginatiuæ virtutis aliqualiter ex-

Virtutes claudicãt propter organa.

Propter quid imaginatiua sic fixa permanet circa rem.

siccari, hoc verò ex prætactis sic ostendi[illegible]-
detur tamen etiam fortis & frequens sit transi-
tus caloris spirituum ad cellam æstimatiuæ, fluẽ-
tium ad iudicium celebrandum, pars anterior, in
qua virtus imaginatiua residet, propter humoris
consumtionem à calore spirituum relicta, rema-
net necessariò siccior seu minus humida, quàm
fuerit: per hanc igitur introducta qualitate ali-
qua, maximè si aliqua frigiditas coniungatur, qđ
forma imaginationis in organo firmius retinet,
necnon multa solicitudo validiùs excitatur. ¶ Di
citur autem amor heroicus, quasi dominalis, nõ
quia solũ accidat Dominis, sed quia aut domina
tur subijciendo animam, & cordi hominis impe-
rando, aut quia talium amantium actus erga rem
desideratam similes sunt actibus subditorum er-
ga proprios Dominos: quemadmodum etenim
hi timent Domini maiestatem offendere, & eisdẽ
fideli subiectione seruire conátur, vt gratiam ob-
tineant & fauorem: sic ex parte alia proportiona
tur circa rem dilectam, heroici afficiuntur aman-
tes: sed huiusmodi hactenus.

Nominis interpretatio.

COMMENTARIVS.

E*T ad hoc non tantum organicitas.*] Amor hic, quem heroi
cum appellat Arn. animi morbus quidam est, nõ cor
poris: dum vel sensu vehementi, vel ratione praua ad a-
mandum secus quam deceat compellitur animus. Quod
hic ergo de spiritibus dicitur, id mihi nullo planè modo
fit verisimile. Licet enim ebriis mens lædatur: nequaquã
tamen id ex gaudio fieri posse concesserim. Neq; tantus
est in amantibus calor, qui mentem lædere possit, cùm
absque febre sint, & in calidissimis etiam morbis mente
constent ægrotantes. Amor primùm falsa ratione de-
prauatur, hinc & ipsam quoque mentem obcœcari con-
tingit: amore scilicet concepto, non commentitiis Arnal
di spiritibus.

*Pars anterior propter humiditatis consumtionem à calore spiri-
tuum.*] Et hoc ridiculum est Arnaldi commentum. Quod
obstinata sit amantium persuasio, causam eius rei trans-
fert Arnaldus ad cerebri siccitatem, quæ fit à concalefa-
ctis præ gaudio spiritibus contracta. Si tristitia metuque
corpus vniuersum exsiccari dixisset, non gaudio, magis
hoc fuisset veritati consentaneum. Abstinent enim à ci-
bis amantes, & melancholicorum naturam æmulantur.
Sique tandem aliquando potiantur ea, quam depereunt,
hoc tũ demum gaudio, mẽs eis in integrum restituitur.

De Accidentibus, & Causis accidentium huius morbi, Cap. III.

ACCIDENTIA, quæ ex dicta cogita
tione superiùs occurrunt, signa huius
perturbationis Medico possunt esse:
de his, & de eorum causis aliquid bre-
uiter pertranseundo videbitur. Ex hoc igitur im-
petu cogitationis intenso, grauia quamplurimũ
accidentia patiuntur amantes heroici: assidua
namque cogitationis tempestas continuas parit
vigiliarum instantias, quibus sic exsiccatis vigi-
liis, induuntur consequenter omnes eorundem
effectus: humor etenim nutrimento deuotus, in-
sensibili consumtione vaporat, seu euaporatione
vigilando consumitur, quamobrem spiritus &
calor acutiores effecti, quòd nutribile humidum
profundiori, non etiam fortiori actione deuastát
hoc & calidũ atque siccũ, humid. videlicet copio-
sum suscipit nutrimẽtũ. His igitur causis ad exsic
cationẽ instãtib. habitudo corporis extenuata re-
linqui-

[illegible]. Cuius rei necessitatem confirmat insufficiens reparatio perditionis: virtutes namque naturales nequeunt [illegible] fundere, cum earum instrumenta spiritus [illegible] & calor, quibus suas actiones exercent, ad expletionem operum animalium fortiter [illegible] in tantum, videlicet vt appetitum tales comedendi postponant, & vsum negligunt comestionis, & potius macerant. Igitur his de causis membra præcipuè [illegible] & mollitia, & ea, quæ magis sunt [illegible] subiecta, quamobrem facies extenuatur, & [illegible] cauantur, & efficiuntur [illegible] nisi contingat eos in lacrymas [illegible] ex [illegible] tristitia, vtpote cùm elongationem rei desideratæ [illegible] cipiunt, aut [illegible] repudium: In gaudij verò perceptione ob delectationis [illegible] faciem subridentem [illegible] In [illegible] desiderati occursu, seu mentione, pulsus [illegible] sensibiliter inuenitur; cuius causa, quia [illegible] est, ad præsens [illegible] calor etiam in talibus [illegible] scit ex consumptione floris sanguinei & cholerici humoris [illegible]. Similiter & in absentia rei desideratæ tristatur, & cùm ad comprehensionem, diu cordis recreatione copiosus aëris attractus, fortis spiritus cum vaporibus [illegible] præfocatis interiùs expellatur, oritur in eisdem [illegible] suspiriorum emissio. E contra verò gaudent in eiusdem rei præsentia, præcipuè cum ab ea sperant aliquid delectabile consequi, vel [illegible] sermone, vel [illegible] refici, vel amplexibus [illegible] delectari, & similibus [illegible] quibus [illegible] igitur de accidentibus, propter breuitatem, sufficiat.

De Remediis dictæ passionis,

Cap. IIII.

NISI huic celeriter obuietur, melancholiam [illegible] & vt sæpè contingit, [illegible] in maniam, & quod grauius est, languent inde quamplurimi mortis periculum incurrentes.

Cùm igitur [illegible] exemplum proposito [illegible] euidente potius, quàm ex morbo periculi grauius [illegible] excitetur, [illegible] celeriter [illegible] esse videtur. Forma itaque rectæ curationis habetur, si contrarium huiusmodi furiæ distractum [illegible] fetur induxit. Cùm igitur hæc furia fuerit, causa formalis [illegible] cogitatio super [illegible], hoc cum [illegible] erit illis directio, & correctio [illegible] oppositum [illegible] delectabili cogitare, [illegible] modo [illegible]. Hæc verò perniciem compatêter, quæcunque per repræsentationem [illegible] in virtute phantastica [illegible] prædicta [illegible] in toto, vel in parte, aliqua parte saltem veluti formæ rerum, ducentium rem desideratam in odium, sicut rei turpitudines oculo [illegible] rare [illegible] inunt tales formæ, [illegible] delectabilium, quam plurium & diuersorum, tales verò formæ delectationem [illegible] ex omni delectabili, sensibus obiecto, & quorum delectabilium, numero consistit balneum temperatum, confabulatio dilectorum, intuitus pulcrorum, atque delectabilium facierum, & quantum est ex arte, coitus præcipuè, si cum iuuenibus, & magis delectabili congruo, exerceatur, incessus iterum per viridaria, seu prata virentia, florum varietate distincta multiplici, necnon & Musicalium cantus, seu instrumentorum suauitas, profundus somnus [illegible] prædicta. De sumine verò iuuantibus, & distrahentibus, est in partes remotas, & peregrinas recedere. Medicus laudabili ordinato regimine humorem talem facientem maniam, laboret educere, quæ quia patentia sunt, dese relinquo. Experimenta verò quædam ad hoc didici profuisse: sed quia Medici transgrediuntur notitiam huius scripturæ, non curo subiungere, sed sufficiant [illegible] nem perspicacis ingenij superiùs [illegible].

ARNALDI DE VILLA NOVA

REMEDIA CONTRA MALEFICIA.

SVNT quidam, qui maleficiis impediti, cum suis vxoribus coire non possunt, de quorum suffragio librum nostrum volumus denudare, quòd medicamentum, nisi fallor, est sanctissimum: ergo si tibi côuenerit, spera de Deo, & ille dabit [illegible] Sed quoniam maleficia sunt multiplicia: primò de his disputemus. Maleficiorum itaque quædam de animatis [illegible] vt testicu li galli suppositi lecto cum sanguine efficiunt, nè coeant in lecto iacentes: quædam de caracteribus scriptis cum sanguine vespertilionis: quædam verò de terra nascentibus, vnde si nux vel glans separetur, quarum medietas ex vna parte viæ ponatur, & alia ex alia parte, ex qua sponsus & sponsa debent venire: sunt alia, quæ de [illegible] fabarum conficiuntur, quæ nec aqua [illegible] mollificantur, nec igne coquuntur, quod maleficium est pessimum, si [illegible] illarum vel nec sub lecto, vel in via, vel supra ostium, vel circa ponantur. Sunt etiam alia, quæ fiunt metallica, quæ fiunt ex ferro vel plumbo & ferro: sed quæ fiunt ex acu, qua mortui vel mortuæ suuntur in sudariis: & quia hæc diabolica, & maximè in mulieribus fiunt, alij diuinis, alij humanis curantur auxiliis: ergò si sponsus vel sponsa huiusmodi contrahuntur maleficiis, sanctius quidem est de his speculari, quod si non succurratur his, separantur & deiiciuntur, & per hoc maleficium non solùm exercetur in paroxismis, sed etiam in curatione.

SI maleficium lecti extirpari volumus, videndum est, si maleficium superfit, & auferatur: sed si autor istius maleficij in die, vel in nocte ponat, & econuerso, aliam domum quærant, in qua sponsa & vir iaceant: sed si de ea

[illegible]teribus [illegible] hoc maleficium, cognoscitur, quia sponsus & sponsa se adinuicem nō diligunt, quęratur super limē ostij vel infra, & si quid inueniatur, deferatur ad sacerdotem. Sed si nō faciat ea, q inferius ponentur, sed si nux vel glans sit causa illius maleficij, accipiat venenum quilibet, vel glandem eam, quæ separat, & cum illa parte immediatè pergat vir ex vna parte, & ibi ponat: mulier [illegible] altera parte ponat alteram partem nucis, [illegible] sponsus & sponsa accipiant ambas partes [illegible] vero extracta, & sic tota nux [illegible] & firmetur per sex dies, hoc facto, [illegible]. Si autem per fabas magis diuinis, quàm humanis curari potest. Si super acus mortuorum, quęratur maleficium in culcitra, vel puluinari quęrere, si verò non inueniatur, in alia domo, & in alio lecto concubet.

Experimenta contra Dæmones & maleficia.

FEL canis masculi nigri domui aspersum, dæmonem pugnat, ne maleficium damnum inferat. ¶ Canino sanguine parietes domus aspersi, ab omni purgat maleficio. ¶ Fel alicuius piscis, & maximè [illegible]larum, si sponsus & sponsa secum habeant, dum eant dormitum, & ponant supra carbones viuos, & inde suffumigentur, omnia supra dicta maleficia euanescunt. ¶ Si argentum viuum accipiatur à calamo, vel canna immittatur, cum cera cooperta, nesciente sponso & sponsa, nullum maleficium eis obest. ¶ Si fel caprinum in domo tua posueris, omnia dæmonia fugient. Gilbertus. ¶ Item [illegible] fugat & omnia dæmonia à [illegible], & omnes feras, & facit hominem gratiosum omnibus hominibus, & mulieribus, & abundantem & [illegible]. Gilbertus. ¶ Item [illegible] pica, vel assata, vel [illegible] co- mesta, sanitatem reddit velociter infirmantibus, & in incantatione trufatos soluit, & sanat & asperitatem tribuit. Gilbertus. ¶ Ad tollendum maleficium. Recipe de [illegible] magna cum succo hipericon & emplastra renes. Gilbertus. ¶ Item in calamo vel auellana collocata, ponatur argentum viuum, & supponatur ceruicali maleficiorum, vel ponatur sub limine ostij, per quod intrat, soluitur maleficium. ¶ Item corallus, si teneatur in domo, soluit omnia maleficia. Dioscorides. ¶ Item sanguis canis nigri linitis parietibus omnibus domus, in qua est, tollit maleficium. Sextus ab octo. ¶ Item si quis maleficiatus fuerit ad non amandum aliquem, vel aliquam, merda illius, quem vel quam diligit, ponatur in sotulari dextro amantis, & calciet se, quam cito sentiet foetorem, soluetur maleficium: expertum est. ¶ Item arthemisia, id est, matricaria super limine domus posita, vel supposita, facit vt nullum maleficium noceat illi domui. ¶ Item si Luna noua decollaueris vpupam, & cor eius palpitans transglutias, scies omnia, quæ fiunt, etiā mentes hominū, etiā multa coelestia. ¶ Item hipericon, si teneatur in domo, dæmones fugantur: ideo dicitur à multis fuga dæmonis. ¶ Item lapis, qui Magnes dicitur, portatus, discordiam inter virum & mulierem, vel vxorem sedat omninò. ¶ Item fumigetur cum dente hominis mortui trito. ¶ Item [illegible] herbam, quę transiuerit per medium lapidis perforati. ¶ Item squilla integra suspensa in limine domus, tollit maleficium. ¶ Item radic. brioniæ, si tecum portaueris, omnia maleficia fugient. ¶ Item si vir portauerit cor corniciis, & vxor fœminæ, semper bene coeunt. ¶ Item si quis portauerit rad. eryngij, nunq̃ insidias alicuius dæmonis sustinebit. Itē si sub vestibus dęmoniaci ponatur dicta radix, dęmoniacus confitebitur, quis est, quod est, & vnde est, & effugiet.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE VENENIS.

CREATOR omnium Deus, in secula benedictus, percutiens piè ac sanans, emisit ex thesauro vberrimo ineffabilisimę clementię suæ naufragio humanæ saluationis lapsus corporales, & spirituales, ipse largitus contra morbos grauissimos naufragiorum procellosissimorum, læsionis corporis humani, theriacam eximiam in tabulam præcipuissimam, quam fructibus multiplicibus dotatam, quæ etiam ex missibilibus quousque carnalis cognosceret iugiter eam, parat tenere euentus perniciosissimos corpori humano: iubenti autem quanto vel quali exhibita non commodat, sed infert perniciem velut duplicando, vel triplicando quartanam vel mortem forsan. Ipsa enim curans quartanam exhibita cacochymia dominante necauit sumentem, instante paroxysmo: ac exhibita iuueni conualescenti, quatenus calor ipsius naturalis confortatur, interfecit eum statim. Quo circa iuxta charitatem commonet me coaceruare charitatiuis, duce veritate, in quartana ex archiuis exsudantium centralibus physicalium, fructuosiora, quæ de ea & de venenosis propalarent.

¶ Verùm sciendum, quod natura & ars gradauit theriacalia simplicia, & composita tribus sublimationibus. ¶ De venenis sublimauit duas antonomaticè prætectus cæteris theriacam magnam beneuolam vitæ humanæ medelæ viribus omnium venenorum, plantarum, animalium aut mineralium introrsum, vel extrorsum illatorum, seu offerendorum magis, præcipuè lędentium à tota specie vel frigiditate. Gradu secundo exaltauit mithridatum contra venenum: ipsum aût sumtum quantitate fabæ per annum competitur assertiuè securare sumentē à læsione veneni offerendi: dando etiam drach. 4. curat statim morsum scorpionis. Theriacam verò diatesseron adinuentam primitus contra venena omnia eleuauit gradu tertio. Ipsa tamen data cum vino puro,

Cōposita tria sublimia.

puro, vel in defectu ipsius cum decoctione anethi, confert propriè contra venena scorpionis, & aranearum. ¶ Inter simplicia sublimauit smaragdum: secundò exaltauit bezoar: Tertiò eleuauit sem. citri & alia, vt est terra sigillata, diptamus & tormentilla. ¶ Sunt etiam, quæ specificant sibi venenum determinatum, velut cancer fluuialis, scorpio, muscus, & phasianus bibendo cum lima tura smaragdi, viroris vehementis, ac diptami à pondere granorum sex vsque ad nouem. cum vino in venenosis frigidis, & cum frigida in calidis, antequam læserit, liberat confestim ille vomitu expellendo: ipsa etiam tenta in ore confortat cor, dentes & stomachum: suspensa collo attingente ventrem est virtutis mirabilis contra ventris lubricitatem, intestinorum, & hæmorrhoides, pellitque etiam vomitum à deferente, dando pondus granorum sex hordei ex ea, cum modico aquæ, est mirabilis in dysenteria ex venenosa materia. ¶ Pondus granorum duodecim hordei, lapidis dicti bezoar communiter, persice bedzahar id est liberantis à veneno ex animali, figuræ glandeæ coloris viridis, vel gypsei, dissolutus in lartaginem coquendo igne vsquequo pars octaua cõsumatur, liberat potentissimè ab omni veneno, expellendo ipsum per sudorem. Illinitus etiam morsuræ venenosæ confert, manifeste expellendo venenum, curatque ipsam putrefactam: impositus etiam annulo cum sugitur à venenato, confert ei ponendo pondus duorum granorum hordei, ex eo puluerisato in os serpentis, necat eum statim. Tangere aculeum serpentis cum eo, necat potentiam pungendi ab eo. ¶ Galbanum bedzahar addendo ℥.4. ex eo cum vino & aqua est theriaca venenis, quibus imbibuntur sagittæ ac serpentum & scorpionum. Inunctio corporis cum eo, morsibus venenosorum confert, fumigatio cũ eo, expellit animalia venenosa. ¶ Item etiam resistit omni veneno, minus tamen quàm serapinũ, quod ponitur pro eo: dando enim ex eo vergenti ad rubedinem à ℥ 1. vsque ad 1. & s. confert valde veneno: sed quibus imbibuntur sagittæ, puncturis & morsibus venenosorum, superlinitum, confert eis interdum. ¶ Accipere à ℥. 2 vsque ad ℥. ex granis citri dulcis, vt galaciæ vel acetosi mũdi à cortice cum vino, vel in defectu ipsius cum decoctione aneti, in venenis frigidis, & cum frigida, in calidis comperitur resistere potenter omni veneno, etiam mortali interius, vel exterius oblato. Ipsa etiam grana superemplastrata morsuræ seu vulneri cuique vulnerato, liberat à morte. ¶ ℥.2. vel ℥. luti, seu terræ sigillatæ sacro sigillo à sacerdote Lerupini insulæ Libiæ, vel pillularũ eius datæ cum oleo communi dulci vel hydromellite ante illationem veneni, antequam ipsum descenderit de stomacho, vel post, prius quàm ipsum à stomacho descenderit, comperitur conferre valde: non enim cessabit vomitum prouocare, quousque totum emiserit venenum, qui offeratur, quamdiu venenatus affuerit, & si venenum non sit, non prouocabit vomitum: pillulæ ex ea sic fiunt: Recipe terræ sigillatæ vergentis ad rubedinem, baccarum lauri pinguium excorticatarum ana quantum vis, terantur, & liniantur cũ butyro vaccino recenti: deinde incorporentur cum melle quantum sufficit: Ipsa enim terra sigillata cum aceto illinita morsuræ superponendo folium allij agrestis, vel centaureæ minoris, liberat à venenis. Ipsa etiam data cum vino aromatico lymphato, confortat cor, & lætificat à proprietate radicali, auget spiritum, resistitque omni bus venenosis: data etiam cum syrupo rosac. est bedzahar distinctiuè ex venenosis. ¶ Radix diptami scilicet cretensis sumta interiùs, pellit venenũ in oppositam partem. Esu ipsius se. terantur lacertæ vulnere à serpentibus, comestaque à foris eiicit sagittas à corporibus eorum, supposita scorpioni necat ipsum celeriter. ¶ Radix heptaphyllon seu tormentillæ, seu consolidæ rubeæ comperitur à latinis conferre valde contra venenum: ipsa enim trita inter duos lapides superẽplastrata cum aqua ros. confert valde in calidis venenis. ¶ Comedere diebus decem ex pul. cancrorum fluuiorum positorum cum vino in ollam ex ære rubeo, super ignem albarum vitium tantum, quo vsque possint teri ℥. 2. prima die: postea nisi remedietur multitudo ℥. s. quaque die, comperitur fore medicina singularis contra morsum rabidi, antequam teratur ab aqua. ¶ Moschi gran. 4. vel ℥. 1. diamoschi post decoctionem, vt cum decoct. se. napi est propior theriaca contra venenum lethiferum, vel lethalissimum napelli, & generi ipsius necantis ilico esu ℥. 1. vel minꝰ speciem corrumpendo ipsa theriaca venenorum cęterorum. ¶ Scorpio montanus oleo frixus, vel oleum putrefactionis ipsius, aut ipsemet conquassatus, sup positus puncturę, liberat ab ictu ipsius, expellendo venenum. ¶ Phasianus comestus, curat propriè amputationem memoriæ illatam esu medullę arietis non castrati. ¶ Sunt etiam obuiantia à proprietate supposita venenis: secundum enim Galen. in epistola de theriaca ad Cæsarem: pinguedo crocodili superposita morsuræ ipsius, curat ęgrum eadem hora. ¶ Draco marinus, seu murena fissa, vel pinguedo ipsius superposita, sedat statim morsuram ipsius. ¶ Vipera fissa supposita morsuræ ipsius, extinguit dolorem paulatim. ¶ Sunt à proprietate venenum effugantia, velut fumigatio cornu ceruini, & vngula caprina fugat serpentes omnes à domibus, serpentaria serpentem, palma Christi talpam, diptamus scorpionem, assatura hirci armenta caprarum & boum: laurus stratus circa dormitorium effugat venenosa. Illiniuntur fustes lecti, & parietes cum stercore bouino temperato cum aceto forti, comperitur effugare cimices. ¶ Fumigatio domus cum scorpione, vel cum sulphure, fugat scorpiones cæteros. Fumigatio loci, vel villæ cum stercore vaccino, aut cornu ipsius sinistro, non accedent locustæ. Fumigatio cum vitreolo, fugat mures, & offerre muribus realgar, vel auripigmentum citrinum cum caseo, vel farina, necat ipsos: & mittere aliquid ex arsenico trito in lacte, necat muscas sugentes. Fumigatio domus cum pulmone asini, fugat vermes. Cauda lupina sublimata in villa, prohibet ab ingressu lupos. ¶ Refert Paladius, si ferramẽta, quibus plantę plantabuntur, illiniantur prius inscio piscatore seuo vrsino, misto cum oleo, præseruat eas, ne gelu, vel imbres, vel aliquid aliud possit eis nocere. Inquit idem, si mulier menstruans, quæ nunquam fuit grauida, solutis capillis, & nudis pedibus circumeat hor-

tum, effugat erucas, & alia. Rorare domum cum decoctione nigellæ, necat pulices. Fumigare domum cum auripigmento, vel argẽto viuo, etiam necat eos. ¶ Dioſcorides arthemiſia monoglonos habens minutum ſemen, & vnam haſtam foliis plenam, ac naſcitur in locis mediterraneis, & altioribus, eſtque tenera, fugat dæmonia in domo poſita, prohibetque maledicamenta, & auertit oculos malorum. Limatura æris trita, ac diſtemperata cum vino bibendo eam, necat cattos. ¶ Albertus: volucres cùm ſequuntur exercitum, & homines, nunciant ſtrages & peſtilentias futuras. ¶ Sunt conferentia confectionibus læſionis humanę, vt opium, ſtorax, myrrha, crocus, ex quibus ſi multum ſumatur, conferunt, hæc quidem malitiam, illa verò mortem: nocent enim menti, caput plurimum grauant, replendo ipſum multitudine vaporum. ¶ Nequitia veneno ſi per ſeptem frondes ſuas multipliciter inficit corpus: interdum acuitate caloris, cuius deocculratio generalis eſt mordicatio, & corroſio: vt, Lepus marinus prope pulmonem, & cantarides prope veſicam poſitę: aut obeſt inflammando, vt euphorbium, cuius manifeſtatio ſunt inflammatio vehemens, ſudor exuberans, rubor oculorum, anguſtia & ſitis: aut lædit obturatione meatuum, vt plumbum vſtum, ceruſa, & magna opilantia anhelitus, cuius ſignificatio ſunt difficultas anhelitus, præfocatio & alia. Aut lædit frigiditate intenſa, aut incidet, immutatur à totalitate ſubſtantiæ abſque motore naturæ, vt napellus, & generi ipſius neganti, cuius ſignificatio ſunt caſus virtutis, ſudor, frigus, ſyncopis: ac tamen venenatus inciſiuo acuto acuitate caloris regatur, & propriè cum lacte, & butyro recenti, ſupremæque acuitatis. Inflammatum verò regatur, vt cum camphora & vſu moderato coriandri, & lacte extracto, butyro, emplaſtrentur principalia, vt cum lentigine aquæ. Supefactiuum autem etiam necans, extinguendo calorem cordis, & etiam totalitate ſubſtantiæ, curentur magis propriè cum theriaca, & vino: modus ſiquidem, quòd ſtupefactiuorum quædam non intrant corpus noſtrum, vt ſolatrũ maius, cicuta, mandragora excepta cortice ſicca, radix ipſius hyoſcyami, præter ſemen maximè nigri. Quæ verò neceſsitate propriè iam omninò contulerint, intrant, nimium valde nocent & dubitant: ingroſſant enim ac impinguant humores atque ſpiritus, obturantque meatus. Si verò accipiatur plus ex eis, infrigidant totum corpus, ſtupefaciunt ſenſum, adeò quòd ſi modicum plus accipiatur, pernecant. ¶ Sunt etiam, quę offeruntur propriè cum præſeruatione à læſione nequitiæ fraudulenter: quædam verò inter generationem propriè eorum illatorum, quo vtroque munere ipſa theriaca magna ſublimius eſt inſignita, in pręſeruationem etiam propriè datur ante illationem veneni quantitatis nucis paruæ ex theriaca magna ſublimius eſt, inſignita præſente expertiſsima, ne læſionem queat inferre. ¶ Cutis nucleorum nucum ſiccarum, munda ab vtraque cortice, caricarum pinguium ana partes duas. foliorum rutæ domeſticæ, ſiccæ, partem vnam: ſalis groſsi, partes quinque: incorporẽtur, vel dentur cum vino pluries, poſt venenum non ceſſabit vomitum prouocare, quamdiu venenum fuerit

Nequitia veneno ſi multipliciter lædit.

Præſeruantia à nequitia venenorum.

A in corpore. ¶ Vel detur trochiſcus vnus ſubſequentium expertiſsimorum, abſque potu, ante aſſumtionem veneni, vel poſt: Recipe granorum citri dul. vel acetoſi mundorum à cortice, radic. diptami cretenſis, & herbæ tunicæ, raſuræ cornu dextri cerui, ſemin. cydoniorum ac bombacis an. ʒ.s. ribes ſeu acedulæ ʒ.2. terantur, & incorporentur cum vino trito, quantum ſufficit trochiſci ʒ. 3. vel 5. ¶ Vel offeratur ipſa terra ſigillata, vel pillulæ ipſius ante venenum appoſitum, vt theriaca B magna, quæ cæteris theriacalibus maximè liberat corpus humanum à læſione venenorum.

¶ Præſciendum eſt, quòd ſi membrum fuerit vulneratum à venenato, oportet, vt ligetur primitus ſtrictè, ſi fuerit poſsibile indilatè, præcipuè cum corrigia cerui. Item ſi inguinetur, amplietur cum phlebotomo, aut profundetur, & exprimatur ſanies. Deinde confeſtim, vel ſaltem infra triduum, vel plus ſupponatur ventoſa bene inflata, plurimum de ſanguine extrahendo, & iteretur, ſi C fuerit neceſſe: vel ſanguiſugę ſubiunge cum dorſo rubeo, & capite paruo circa vulnus, vel ſaltem ſugatur fortiter ore ſani pręſaciati nucibus ſiccis, caricis al. modico rutæ ac vino forti, loto ore cum vino, tenendoq; oleum roſ. in ore. Amplietur locus, & ſuperpone cineres caulium, vel ficulneæ cum aceto: deinde ſuperẽplaſtretur vulneri ſemper calidè, theriaca magna, vel theriacale aliud ex prædictis, vel aliud ſpecialius. Quòd ſi forſan locus morſus incipiat deuenire ad putrefactio- D nem, vel fuerit morſus à maligno, vt à vipera, abſcindatur ſtatim, ſi poſsibile fuerit ſub ligatura ſtrictiſsima, vel cauterizetur profundè: deinde prouocetur vomitus plurimus confeſtim, maximè ſi venenum fuerit interius oblatum, cum ſimplicibus plerumque, vt replendo ventrem aqua calida, oleo ſeſamino, & butyro recenti, aut cuncta, & oleo cõmuni dulci, quo ſi imponatur baurach, erit fortius, vel prouocetur cum alio ꝓprio veneno illato: vel cùm fuerit fortius neceſſe, offe- E ratur terra ſigillata, vel pillulę ipſius, aut conſimile. ¶ Fert Philaretus, qui ſumſit venenum ignotum, euomat pluries cum aqua calida, & oleo: vel ſaltẽ euacuetur clyſtere fortiori, vt ex hieralogodion, & agarico, cum decoctione centaureæ minoris: ſub directione autem modo vtroque, vt bibendo decoctionem ſemin. vrticæ cum butyro decocto, præcipuè cùm venenum fuerit cibis miſtum, vel cùm ſymptomata deſcendunt ad inferiora, tunc Medicus informatus afferat nutu Dei F theriacam magnam, ſcilicet ʒ. 1. & s. ſuperbibendo decoctionem gentianæ, diptami cretenſis, & ariſto. long. vel alterius proprij veneno, aut theriacale ad proprium, cum cooperanti tribus diebus, diminuendo doſim qualibet die, differatq; cibari, quaſi diebus octo. Deinde ſi ſymptomata inualeſcunt dolorque morſuræ non alleuietur, amoueatur, ſuper vulnꝰ ponatur columbus ſciſſus vnus per pectus immediatè, donec infrigidetur, tunc alius ſuperponatur, continuetur ſubti- G liter, donec calor mitigetur: defectu horum ſuperponatur galli, vel gallinæ, conſimiliter vel ani gallorum viuorum deplumati. ¶ Venenatus effugiat balneum, ne moriatur, ſomnum & frigus, rideat ac ſternutet, fricetur corpus ipſius pannis calidis, pręuideatur vt plaga teneatur diutiſsimè effluens

Cura membri vulnerati à venenato.

Cura ei qui accepit venenũ ignotum.

effluens aperta, velut in morsura rabidi, per anum, superemplastrentur erucæ vel blytum cũ butyro. Si venenum fuerit forsan per venas diffusum, phlebotometur ex vena propinquissima membro læso, nisi fuerit membrum nobile non aspicendo san. præcipuè si insit plethora post reiectionem. Postmodum bibat plerunque lac butyrosum plurimum, postmodũ conetur euomere, postea cibetur cibis pinguibus, ac micis panis recentis cum oleo dulci, & butyro recenti, coagulo quoq; maximè leporis, accipiendo ex eo à ℥. s. vsque ad ℥. I. s. cum modico aceti, ex toto commistis. Coagula omnia sumta cum ℥. I. s. vini puri valent contra omnia venena, cerebri maximè hœduli, cerui, cuniculi, præcipuè gallinarum ac leporum: vtatur nucibus pinguibus passulis, mundatis ab arillis, auellanæ ipsæ sumtę ante cibum obuiant omni veneno, pistatis & maximè coctis cũ vino forti, castaneis mundis, pineis, allijs cæpis, modico rutæ, de corticibus limonum: sale multo, melle cum butyro, ac vino plurimo, etiam cũ cibis. Si forsitan fuerit æstuatus, aquam petens plurimam, edat panem mediocriter fermentatũ, etiã cum modico butyri, effugiat granata, ac poma acetosa, & syrupum eorundem, bibatque lac vaccinum, extracto butyro, emplastrenturq; mẽbra principalia lentigine aquæ, vel coriandro. Si vehementer fuerit inflammatus, edat olera frigida, vt scariolam, coriandrum non multum, & acedulam fructusq; frigidos, non omittendo tamen vsum caricarum pinguium, ac nucis mundæ, & aquam nimis vel fortiter infrigidatam cum oleo ros. Morsus à rabido edat propriè carnes cancrorum fluuialium, præ cæteris cunctis, & caules pullorumq; brodium. *Symptomatibus nequitię veneni compescatis, cibentur post triduum pullis volatilium exceptis columbis. Quibus omnibus, vbi* forsan malignitas veneni perpetraretur naturæ, recurrat propriè ad areolam medelæ curationis venenorum profundissimam arti medicinæ porrigens vnicuique venenorum saluationis proprium, vel debitum.

Quando conueniat phlebotomia.

THERIACA interpretatur domina medicinarum: dicitur magna propter multimoda magna commoda, quę potest offerre corpori humano; vel dicitur propriè sicut humanum edocet, eò, quòd confert illationibus omnium animalium venenosorum dictorum, græcè theriaca. Et etiã eò, quòd cõfert illationib. omnibus venenosorum dictorũ, græcè kaha: inde dicitur theriaca. Syriacè verò dicitur alpharoth .i. saluatrix. Dicit etiam Gal. eam inuentã ab Andromacho pro experiẽdo miscibilia ipsius in condẽnatis, perfecit pondera corrigendo superposuit trochiscos tyrorum, ipsa calida & sicca quasi in fine secundi gradus amplectens modos sanationis omnes. Est medicina communis passionib⁹ diuersis: inanit enim corpus repletum, & replet inanitum, ipsa soluit propriè venenum in vaporem, ac fumum, expellitque ipsum à principalib. membris: vis ipsius est mediatrix inter corpus sanabile, & venenum, ipsaque venena in clipeum respicit propriè venena, & humores phlegmaticos, ac multos pcipuè venenosos, & fortasse cholericos, vel valde egressos à naturalitate vltra fluxum, velut vomitũ perniciosum choleræ æruginosæ, vel viridis. Emittit ac exsiccat cacochymiam, humores omnes superfluos intrinsecos, defluxumque ac putrefactionem prohibet eorũdem. Ipsa præcelsior medicinis cunctis præseruat, ac liberat ab ægritudinibus epidemialibus venenosis. Refert Gal. quod dando ℈. 2. & gra. 8. ex ea cum melle, & cochlearibus trib. aquæ calidæ præseruauit ac curauit Italos ab epidemia, & apostematibus dictis: Romani etiam euaserunt à variolis, & morbillis vsu ipsius. Corpus totum humanum pronum labi in infirmitates duras incolume conseruat, præcipuè decrepitorum, secũdariò senum & cacochymiorum: iuuenibus maximè cholericis, & inculpatè sanis denegatur vsus ipsius, nisi vrgente necessitate veneni. Sensus acuit, colores viuificat, ac confortat: digestionẽmque lęsam frigiditate cõfortat, ac corroborat: nulla medicina est potentior ea in contemperando complexionem humanam, ac in conferendo ei, defendit naturam à contrario, tardat senectutẽ, & caniciem accidentalem, sanitatem conseruat, corroborat corporis vires, & principalia, scilicet cor, hepar & stomachũ: præstat etiam longitudinem vitæ. Corpora autem ex generatione lapsa in frigido, & humido, maximè quibus membra neruosa sunt debilia, procuranturque humores * venenosos, præseruat sumta pluries cum cooperantibus, ne vlteriores lapsus incurrant, velut paralysim, tremorem, apoplexiam, sincopim, aut artheticam. Consumit etiam peculialiter humiditates superfluas, & vsus ei⁹ augetur, vel diminuitur, ac iteratur à pondere lupini I vsque ad ℥. I & s. penes malignitatẽ aut inimicitiã, aut quantitatem *veneni, vel morbi aut distantiam morbi indigentis eius auxilio penes tempus, complexionẽ regionem, & ætatem accipientis* confectionem ipsius. Gilbertus & Rogerius opinantes forsan, quòd imponitur de melle plus, præceperunt dari ℥. 3. ex ea vt in paralysi. Confecta circa quatuor menses agit per virtutem miscibilium operantiũ partialiter, postea agit per virtutem concretam, efficiens operationem infantium, & fortasse valet contra venena debilia: postea pubescens efficit operationem medicinarum fortium, vsq; ad annos 10. in regione cal. & vsque ad 15. in frigida. Confecta ac reseruata in regione temperata asseritur à modernis vigere effectibus theriacalibus 13. anno præstans virilitate sua annis quasi 15. in regione calida, & quasi 20. in frigida scilicet, vsque ad 35. in calida, & vsq; ad 42. in frigida. Postmodum tabescens viribus expirat circa 40. annum. ¶ Vtilitas eius experitur sic: iniecta in os viperæ necans eam illicò, est electa, si minus, non est electa. Item manum illinitam cum ea electa, effugiunt serpentes. Item immitte in os tuum ex ea electa, & spue super scorpionem, & morietur statim. Item cum medicina solutiua, vt scãmonea vel helleborus al. cœperit inducere, offeratur põdus lupinorum ex ea electa, sistit statim operationem pharmaci, extinguendo venenositatem ipsius, confortandoque naturam. Item electa data cani, vel alij animali, quod sumsit ℥. I. opij, vel medicinam aliam lethiferam, liberat ipsum. Item electa data gallo syluestri, liberat ipsum à morsu venenosi. ¶ Inquit Iacobus Alchindus miscendo

Complexio theriacæ & vtilitates eius.

Ætates theriacæ.

Signa bonæ et electæ theriacæ.

quantitatem fabæ cum ea cum digito in pelui pleno sanguine coagulato, cooperiendo per horam, si liquefaciat ipsum, scias quòd est melior theriaca: ipsa electa offeratur contra venenosa, velut est helleborus al. venenum etiam canib⁹ & porcis intolerabilis temporibus nostris.

Venenosa helleborus.

Radix etiam nigri terribilis, necat purgando esu ℥. 2. vel minus, succus etiam ipsius vel condisi coctus quasi ad 7. partem eo succo illinita sagitta necat omne animal sagittatum, vt ceruos. Gilber. nec venenum acutum vomitum super hellebori, vt suprà. Alman. nono, nux vomica secundū Auicen. similis papyro, infert symptomata, helleborus albus & condisi curatur cura eorū.

Condisi.

¶ Species laureolæ, id est, chamelea secundum Nicolaum de Regio, vt dicta in catalano matapolli, & buffabega igneę habentis plurimum de veneno, maximè subnigra, habens colorem pauonis, vt Hispaniæ, necat esu ℥. 2.

Laureola.

¶ Cortex radicis esulæ, lacque ipsius vlterius venenum inutile. Cortex etiam inimica mineræ virtutum, confert sensui, necat esu ℥. 2. ipsum etiam lac iniectū oculis, excœcat vrendo.

Esula.

¶ Colocynthis violenta valde, vt terræ Valentię maximè tiotrus sola planta sua venenum, & prope aquas est perniciosior, necánsque soluendo esu granorum sex hordei ex ea immaturata planta sua, venenum pernecans quantitate modica. Grana modica ex cortice ipsius necant.

Colocynthis.

¶ Scammonea ignea, ac furiosa, inimicaque principalib. membris, ac complicibus, necat esu drachm. duar. maximè viridis, vel Sarracena.

Scammonea.

¶ Radix & cortex condisi, scilicet sancium secundum Galen. in octauo de simplicibus medicinis venenum est: habemus stincum radicem in Arabico, habemus tondes græcè strucion, seu obstracum mar. sem. lanariaque fumigando cum radice ipsius, limpidetur lana, vt in Hispania, vomitum valde prouocat in die esu ℥. 1. & s. de radice ipsius, nisi subueniatur.

Sancium.

¶ Euphorbium igneum maximè sui anni necat triduo esu ℥. ʒ. s. alios esu ℥. 1. vlcerando stomachum & intestina.

Euphorbium.

¶ Anacardus vrcinus inferens morpheam, apostemata in corpore toto & lepram, necat malitia sua esu ℥. ʒ. Ipse etiam suppositus vlceratis, attrahit humiditate ipsius.

Anacardus.

¶ Hermodactylus, seu celtica, seu bulbus agrestis. Diosco. concordat cum Aggregatore, violentus scilicet rubeus & niger, ex eo venenum necans, propriè esu ℥. ʒ. præfocando.

Hermodactylus.

Cucumer asininus.

¶ Succus fructus cucum. asinini, maturus, seu elaterium, effundit in sang.

Tithymalli species.

¶ Species omnes tithymalli, vt solben, seu senæ Hispaniæ, sęu mosayra, vlceratiua ac necatiua, maximè eorum lac tangendo faciem eam vlcerat: aureus 1. dredar secundū alios vlmi 1. fraxini, laxat phlegma cartami maioris, & minoris, vomica phlegmatis, ac cōturbātia.

Cartamus indus.

¶ Habel & graminie, seu cartamus indus, & domesticus, & agrestis adhærens arboribus, vel serpens super terram duobus cubitis, vel trib⁹. Item alio modo, fiduciæ amicabile engesar videtur esse promta, sumta cum cortice sua est peior.

Balanus.

¶ Balanus, seu granum de been maioris vel minoris, quo maiores vtuntur quasi pro pipere, vt Constantinus, & oleum ipsius solutiuum.

Harmel.

¶ Granum de harmel dictę in Hispania alharma, seu staca ossin.

Cataputia.

¶ Grana cataputiæ minoris, ac alberinę, seu pentadactili, seu palma Christi, substantiam etiam granorum ipsius, vel cresomilorum extracta oleoginositate, vehementer interficit.

Staphisagria.

¶ Grana staphisagriæ, aliàs staffiserę vrcina, seu vrticæ, seu oleum ipsius vritiuum laxat ℥. 2. phlegma viscosum.

Nux vomica.

¶ Nux indica, vel vomica ℥. s. castaneolæ prouocat vomitum etiam cum timore & tremore. Decoctum continuè sumendo florum calamenti, eodem modo soluit, vt helleborus.

Herbus.

¶ In iulmar herbi crescens fluuijs, & piscinis, habens ramos rubeos, & folia, vt portulaca, cùm inscinditur, emittit lac ℥. ʒ. ipsius sumtæ cū cibis, laxant & prouocant vomitum.

Coronapodium.

¶ Coronopodion, seu pes coruinus habens folia vt psylium, species lacticiniorum, fert Isaac, lotū ac coctum inspissetur, & suppositum cum lana pluries sine nocumento, amplius prouocat vomitum laboriosè.

Ciclamen.

¶ Radix ciclaminis, seu arthanitæ, vt insulæ Maioricarū, squilla montana magis nociua. Ipsa etiam crescēs in monte sola mortifera, vel mulum ex ea necat, ex diutina etiam dilatione agrestis accidit interdum scoriatio stomachi, & venarum hepatis scil. ipsa etiam necat mures.

Brionia.

¶ Species alfesten, seu vitis agrestis, vt brionia, accipiēdo duas ℥. brioniæ, prouocat aborsum, & accipiēdo plus infert mali tiam volubilis, maximè sagittalis, & magna nequioris.

Cētaurea.

Cētaurea maior, & minor, cortex, radix summitasque sambuci, & ebuli, stipitis flos, & semen genestæ. Cortex mori solutiui expellit plurimum lumbricos.

Thapsia.

¶ Succus thapsiæ vomitiuus, vel cortex, radix ipsius, vel gummi ipsius exhibitus, destruens ac corrumpens complexionem, plus cęteris rubificat faciem, adurit stomachum, & guttur, infert prominentiam oculorum, & saniem in corpore toto. Vapor etiam laterini ipsi⁹ inflat faciem colligentis ipsum die ventoso, ac omne detectum ex corpore ipsius, nisi pręliniatur ceroto styptico, vstionem seu inflationem fraudulentam, superemplastratione ipsius membro horæ quatuor vel quinque, curat, fomentatio cū aceto, potentior medicinis cunctis.

Diasteritium.

¶ Diaseritium crescens summis montibus, habet folia, vt apium & tirsum oblongum, in summitate floris violatum, intrinsecus retinens semen, radix hastam in modum cæpe, & radiculas circumquaq;, habet vires vt thapsia vel aconitū, quare debem⁹ omnia pgustare ac probare.

Verbena.

¶ Succus verbenę ex pellēs vomitu phlegma viscosum, melius cęteris, vt Bengezar asserit.

Nasturtium.

¶ Nasturtium textorum, habens folia longa hastilibus gracilibus, crescens prope vias, ac parietibus, educit choleram per superius & inferius, esuli granorum 16. hordei ex eo clysterisatis, etiam educit sanguinem, & cor rumpit fœtum.

Nesim.

¶ Sumendo drachm. duas vel ℥. foliorum de nesim, facit multum deijcere.

Acnbsen.

¶ Acubsen veneris, secundum Bengezar, alias bengafit: secundum verò Galen. est disaptanas. i. herba fullonum, similis cameleonte nigri, crescens sterquilinis etiam drachm. vn. laterin ipsius prouocat vomitum.

Draguntea.

¶ Draguntea violenta terribiliter etiam inflat guttur, & linguam.

¶ Polipodium, sena, turbith, nigella necat, agaricus, vel agranicus, epithymum, aloes, casiafistula, alias assa fœtida, vrcina, sarcocolla, serapinum, opoponacum, armoniacum, baurach, sem. sagimen inter mala stomachica corruptiua, & subuersiua ipsius, mouent vomitum, educunt phlegma crudū & vis-

Tartarus. & viscosum eradicationis difficilis. ¶ Sumens drach. 3. vel 4. tartari calidi ac sicci, in quarto, & vlcerati aluum mouet decies vel duodecies. Marcasita lapis Armenicus, vel Magnes, lapis indic9, lapis lazuli, soluunt phlegma cum vino. Accipiendo danich. 4. & s. ex calaminari laxat humores grossos. ¶ Limatura ferri quolibet horum, & cõsimilium venenosorum eductiuorum maximè non rectificatorum per superius ac inferius, ac etiam indebitè propinatum, etiam frequentando ea præcipitant, in extremam senectutem lædunt B deijciuntque calorem naturalem corporis bir. & spiritus, inferunt interdum morbos perniciosos. ¶ Brths arabi. i. napellus, seu thora habet folia lõgiora, vicisiora petroselino, radicemque duram, asperam, summitatemq; grossam, & frondes quasi trium palmarum, quasi flores purpureos pulcerrimos, nascitur in montanis, vt in montibus pineis, puta prope podium Seritanum. ¶ Orobus coturnicum est caliditatis, & siccitatis summæ, infert syncopim frequentem, scotomiam, epilepsiam, apostemationem linguæ, nisi superedant confestim radnar, seu radores, seu napellũ Moysi, seu anthoram crescentem ad pedem ipsi9, est similis aristol. sed folia minorat: non floret, nec frondet algasiqui. ¶ Filipendula est species anthoræ, nigra exteriùs, interiùs verò alba, habet radices obrotundas, minores glandibus: & folia pimpinellæ dicta lodomo est theriaca venenorum omnium propriè napelli. Sagitta etiam illinita succo napelli, necat omne animal sagittatũ. D Corona etiã ipsius gesta, capiti infert syncopim, & epilepsiam: Gummi ibidem ipsius est venenũ. ¶ Cornua de sumbel Arabicè. i. spicæ, pro qua translata est in Almansore cornua cerui montani, est nequitiæ napelli, habens odorem napelli. Et secundum eundem aglasi, quæ est herba nascens cum spica celtica, absque stipite valde similis ei: nisi quia folium illius est minus, estque labilior ea. ¶ Norem, seu nerelan, seu rosa lauri secundum Diosco. secundum Volandrum, vt E Neapoli Arabis, à dafra. Sed Oleander, vt soli valentiæ nominatum, Baladiæ crescens prope aquas, habet plures frõdes rectas, & flores, capitellis subrubeis, foliaq; oblõgiora folijslauri, comula cooperiuntur, nõ granis, sed lanugine, venenũ etiam animalibus cæteris. Aqua etiam, in qua crescit nocet eis valde: aqua etiam decoct ipsius necat pecudes: lanugo cornularum ipsius prouocat sternutationem, assa etiam bendæ ex eo necat edentem. ¶ Cassis, vel cassus arbor amarissima, ex qua fiunt ballistæ: vt boling, Magdalenæ, F crescens in Italia, gustato facit fluere ventrem, e fu seminis ipsius impinguantur gallinæ dormiẽtes, vel edentes, subcrescente in Calabria, incurrunt periculum vitæ edẽtes, vel dormientes, sub crescẽte in Arcadia Græci moriuntur. Vasa vinaria ex eo Galliç comperiuntur necare. Innoxius fit clauus æreus arbori infigatur. ¶ Baccæ mascu li Hispaniæ sunt venenum kacilkebi. i. interficiẽs patrem, seu tomarus secundum Galen. & Dio- G sco seu ficus lupi dictus, in Hispania madnohios aliàs sarbos malum stomacho infert dolorem capitis, & fastidium esu fructus ipsius pontici. ¶ Atonicum, alias aconitum dictum, quod saxis innascitur prope Papiam: vocat Diosco. licotorix, se-

Marcasitã & alij lapides. Limatura ferri. Napellus. Orobus coturnicum. Filipendula. Cornua de sumbel. Norem vel nerelan. Cassis vel cassus. Baccæ masculi. Atonicum vel aconitum.

A cundum aliquos dicitur lupus: nascitur in montibus Iustinis Italiæ, habens folia similia platano, sed nigriora ac diuisiora, hastam tenuem, ac leuẽ, longitudine cubiti, vel plassæ in folliculis oblongis radicem, vt astanda. nigerrimaque immissa in carnem bis decoctionis, necat lupos inebriando. ¶ Genus alterum vocant Diosco. & Plinus hedisorion, habet folia quatuor amara ac horribilia, similia ciclami, sed minora ac asperiora, hastam duarum palmarum, radicem lucidam, similem caudæ scorpionis, quæ comesta à scorpione paralytisat ipsum, se. vti helleborus quæ oblata cum pane vel carne necat lupardos, lupos, cæterasq; feras. Galen. atonicum est putrefactiuum, facitq; citò euenire fluxum sanguinis nariũ, & sputum sanguinis; infert scotomiam, angustiam pectoris, stupefacit ac corrumpit, & alia interdum spasmando & præfocando. Ait Bentasim, quod odorẽ ex longinquo necat mures. Radix tamen ipsius secundum Galen. emplastrata putrefacit efficaci C ter hæmorrhoides, & pudenda. Cameshiæ grana pinguia, similia valde nigellæ, necat horis tribus, vel duabus, nisi subueniatur drachm. duab. aluedij, vel aldan secundum Auicen. inferunt pruritum, & apostema mortale. ¶ Alkebeli engi, seu lupinus secundum Auicen. vlceratiuum, necatiuũ, acuitate sua. Apud Diosco. verò bocrathon. Gal. bocrachium: & est herba scelerata seu apium risus, cuius species sunt quatuor, secundum Diosco. & vna species habet folia, vt coriandrum, sed latiora alba, & pinguiora, & florem mellinum interdum purpureum, virgam breuem, radicem alnon amaram fissam vt helleborus: secunda habet longiorem tirsum, & folia ita pluribus locis incisa, ac acerrima: nascitur multum in Sardinia, dicta apium agreste: tertia habet folia paruissima, & radicem similem vermiculo & radiculas paucas tenuissimas, quæ omnes contrahendo neruos videntur velut ridendo necare, ab extra etiã diu superpositæ vlcerat ac excoriat, quæ tamen non sunt operationes lupuli. ¶ Ruta agrestis, semen vel grana ipsius, ipsa etiam putrefaciendo membrum, corrumpit humorem naturalem, vel multum de domestica inferunt egresionem oculorum, adustionem, inflationemque volubilẽ: lanuginosa, quæ cum frangitur, pilos emittit lacteos, venenum effundit, etiam sanguinem. ¶ Agaricus antiquus, vel niger, venenum pestiferum spasmans cum syncopi. ¶ Turbith niger, vel citrinum necat solutione nimia educẽdo sanguinem & liquefaciendo hepar. ¶ Charfatui venenum, quo inest malitia & destructio complexionis innominabiliter algasiki. i. à loco propè Cordubã, sic dictus asserit ipsum fore gũmi, similem opoponaco: deinde species cataputiæ ignea, similis palma Christi, habens intra granum simile linguæ canis, laxat permaximè valde cum illatione tenasmonis. ¶ Radix italinas se. cameleonte nigræ necat fructus similis cornulæ. ¶ Azadaracis arboris magnæ, valde nociu9 stomacho, necat interdum: folia etiam ipsius necant animalia sagittæ armenæ plantæ vrentis, cortex risi apostemans linguam, infert dolorem ab ore vsque ad vmbilicum, visus multus alacoen arab. Et secundum Diosco. crisogonon, seu crisantũ, seu armarantum. Vide in aggregatore tohathaen. verba

Hedisorion. Cameshia grana. Alchebeliengi. Lupinus Bocrathon. Bocrachinũ. Ruta agrestis.

Diosco.& Galen.eodem loco,idem Galen.etiam capitulo amaricium 6.simplicium medicinarum arab. habet artheon Auic.btoen inspice 2.

Tanacetum.

¶ Tanacetum habens flores citrinos & albos,videbis tanacetum dictum in prouincia Madrigal,vt patet per descriptionem Diosco.& per aggregatorem,non Serapioné,sed Bengua fit, & per Simonem,malum stomacho infert subeth,et recés hordeatum facit dormire.

Semē canapis.

¶ Semen canapis mali chymi, malum stomacho infert fastidium, dolorem capitis,amissionemq; visus interdum.

ZiZania.

¶ Zizania inebriat valde cũ proeminentia oculorum, cõturbat guma.

Oleaster.

¶ Oleaster lædens linguá, enumeratur inter lethifera totum continens.

Debdisi.

¶ Debdisi multipliciter necat.

Abdibe.

¶ Abdibe planta infert rugitum, & vertiginem.

Almes brushen.

¶ Almes brushen, arbor similiter secundum Serapionem, venenum mortale est, adustiuum ac putrefactiuum.

Lac ficuum.

¶ Lac ficuum vritiuum ac excoriatiuum, & solutiuum, ac etiam ficulneę vel tithymalli superpositum, quandoque partes corporis vlcerat velociter,& euellit carnẽ solidam.

Rabador.

¶ Crescit in Cathalonia frutex,dicta rahador maior, stipitibus ac folijs lenibus. Zumac habet grana.racemum talis nigra subdulcia, similia mirtillis,folia habet styptica valde, cũ qua parant coria, grana cuius esa dicuntur, ab incolis necare citò, folia eius necant animalia inflando.

Psilium.

¶ Psilium secundum causam,venenum vlceratiuum, vel multum ex eo non tritum infert stuporem syncopim & alia.

Hypomanes.

¶ Hypomanes venenifera, efficit equinos edentes amentes.

Olibanum.

¶ Vsus multus olibani, maximè cum vino vel aceto vrit sanguinẽ,infert vigilias,& alguesgues,& interdum malitiam, vel mortem etiam ʒ.4. & secundum alios enecat,hic superlætificando, vel superfluè etiam ex eo,nocens valde superreplendo caput, & neruos,infert sodam,obtenebratq; sensus, nocet etiam ingenio, bibitus cum vino inebriat,ipse etiã debilitat appetitum.

Databutius filex quercina.

¶ Databutius, secũdum verò translationem Græcam filex quercinus,venenosa à tota substantia, quam credo,Galen. sexto medicinarum, vocat de obturis à duabus quartubus,quod approbat Plinius, inquiens de obturis psilici similis in arboribus nascitur foliorũ subdulcium,tenuis cutis à radice hirsuta est, compositum ex dictione quercus & ptoris.

De obturis.

Filex.

¶ Filex venenũ à tota specie,habet vim putrefactiuá.

Hansimi.

Hansimi medicina armenica,et persica,adustiua,etiam stomacho inferens vomitũ,necat esu ʒ.1.

Hausher, ansurum.

¶ Hausher, seu ansurũ correptis in Auic.arbor Arab.aut Armena,est lacticinium quoddam solutiuum,debilitatq; viscera,secundum aliquos verò taxus,species enim ipsius nocet sedenti in vmbra ipsius, necatque frequenter ʒ.etiam in lacte ipsius, necat disrumpendo hepar.

Vinea sulphurata.

¶ Vsnea seu sulphurata, planta subalbida,salsa,habens ramos longos, graciles,ex qua fit soza,& ex tali necat esu ʒ.10.

Erusitium, erisum.

¶ Erusitium & secundum Galenum erisum, herba mõtana calidissima, similis apio,cum tirso oblongo, flore purpureo & radice rasa, semper enitẽs radiculas habet virides,vt capacia,vel atonicum,myrrha,multis infert subeth.

Ciperus.

¶ Vsus ciperi vrit sanguinem,& forsan infert lepram.

Leuisticum.

¶ Vsus superfluus seminis leuistici vlcerat intestina & vesicam, infert stillicidium vrinæ cum ardore.

Tocula chamomilla minor.

¶ Galen.oleum toculæ seu chamomillę minoris secundum totum commentum est oleum bonũ,putrefaciẽs ac corrumpens,si sumatur,interius necat.

Hanelzi fanuila.

¶ Hanelzigi,seu fanuila vlcerat carnem sanam, Diosc.

Boiho.

semen loti, seu loti agrestis, secundum Galen. cal. est venenum ac intensibile. Diosco. accipiendo obolum, vel ʒ.1.se.similis speciei volubilis nõ spinosæ,infert somnia mala & phantasmata.

Opium.

¶ Opium congelatiuum ac stupefactiuum,necat irremediabiliter esu ʒ.2.

Papauer nigrum.

¶ Papauer nigrum seu cornutum,quod semen nigrum habet narcoticum, ac congelatiuum album est remissius cæteris frigidis.

Hyoscyamus.

¶ Species hyoscyami omnes stupefactiuæ ac mordificatiuæ,albus verò est remissior cęteris habet flores & semen album, secundum Diosco. de quo possum⁹ inuenire genus,habẽs floré purpureum,semen nigrum,& habens flores mellinos,semenq; obrufum,inferunt malitiam & narcotizant, destruunt memoriam, præfocant, ac necant, maximè niger necans biduo esu ʒ.trium semẽ ipsius, nisi subueniatur. Oleum etiam ipsũ somniferum infert subeth. Aristot.conquassatus & proiectus in stagnum, vel flumina inebriat pisces,sub Solinis tantùm crescit esibilis, similis est operationis cum papauere,vel mandragoræ. Mandragora inebriat valde:si verò sumatur multum, pernecat.

Doric. Cacabus.

Secundum Diosc.dorie, aliàs cacabus frutex tota necatiua, habet folia aspera longiora oliuæ,florem album se.vt orobibanum in folliculis,quod communiter fore darfhon: nam loco eodem Galen. simplicium medicinarũ 6. habet in arab.daiffion.Item Auicen.4.cap. ait dirffion habet naturam hyoscyami narcoticam,infert nauseam, puncturam,singultum,somnum profundũ, syncopim, & acutum dolorem ileum, interdum emittit sanguinem, ac prouocat à quarto vsque ad septimum diem, nisi curetur cura cũ esu prædicta,quòd etiam calore ac descriptione Diosco. & aliorum liquet, non fore solatrum kelkengi, nunc somniferum.

Flos cannæ.

Flos cannę incidens infert sæpius surditatem, & lanugo fructus rubi canis nocet cannæ pulmonis.

Mandragora.

¶ Mandragora maximè blanca recens, deinde pomum ipsius auferẽ tis sesum,esu granorum 4.hordei ex radice ipsi⁹: si verò plus accipiatur ex cortice radicis ipsi⁹, remissione ipsius infert apoplexiam ac mortem. Fert Solinus, gustus pomorum etiam ipsius necat vrsos, nisi supermorent formicas.

Nux methel.

¶ Nux methel,mechel debet pronunciari, per literá pręsentem sonum inter t. & c. venenum stupefactiuum, ac soli Valentiæ vel Sibiliæ fructus figuræ auellanæ, maior palma Christi, sed minor folijs, ac stipitibus,cum spinis grossis breuibus, valet.

Xublit.

¶ Xublit nocens cerebro,infert subeth, inimicatur cordi,necat Indiæ esu drachm. duar. fructus ipsius danich, idest,inebriat.

Asech.

¶ Asech assumta vel asserta,species balaustiæ nocet neruis, infert spasmum.

Solatrum maniale.

¶ Solatrum maniale,seu furiale venenum dictum,quia furere facit,quasi triduo esu drach. 2.semen ipsius & ʒ. 4. fructus eius interficiunt drachm. etiam 1. radicis bibita, infert somnia non bona,salatrum somniferum, remissius eo infert in laniam edendo vltra 12.grana, ex semine ipsius.

Faba lupina.

¶ Faba lupina,seu marcillium datum in adipe,necat canes,lupos,vulpes & vrsos.

Shucatam.

¶ Shucatam Arab. seu camos secundum Diosco. seu cicuta venenum inebrians valde, fluxu membra facit

Coriandrum. facit effluere spumam de ore, necatque frigiditate, nisi superbibatur vinum forte. ¶ Potus ab ℥. 4. vsque ad 6. coriandri necat, nisi subueniatur circiter ℔ s. de herba re. ipsius, infert scotomiam, alienationem, ebrietatem ac subeth: vsus etiam ipsius nocet ingenio, & permiscet rationẽ. *Lactuca.* ¶ Succus multus lactucæ extinguit calorem cordis: Ius etiam lactucæ agrestis est, vt papaueris nigri: ex tota continens sabezegi est frigiditatis multæ, adeò quòd si commedatur re necat. *Vitis alba.* ¶ Bemesue nomine curai folia vitis albę exhilarat cor, B adeò, vt eorum vsus phreneticet prę gaudio. *Medulla rancida seminũ.* Medulla fructuum rancida, vel amygdal. vel sem frigida, pariunt syncopim, nauseam & angustiam magnam. *Fungi & tubera.* ¶ Fungi & tubera mala, vel multum de eis lethale, vt nigri, virides, aut coloris pauonis, vel ex terra nõ bona, vel prope res putridas, reptilia, æruginem ferri, aut prope plantas non bonas: inferunt enim syncopim, præfocant, aut necant, nisi subueniatur gargarismo, aut potu cũ oxymellite, & succo raphani, antequam afferatur C theriaca. *Adiporis Ægyptia.* ¶ Fertur in lib. de mirabilibus mundi, planta adiporis Ægyptia, collecta immatura gustata, mitigat sitim, habet odorem cydoniorum, matura verò sensum intercipit, gressum impedit, linguam retardat, læditque operationes mentis & corporis, velut inebriando. *Persica.* ¶ Persica nascentia in Persia, sunt mortifera, fructus humidi proni ad corruptionem, vt grisomila, persica mora, & melones: corrumpuntur enim interdum humores mali, ac bulliunt in stomacho celeriter, nisi forsan in laboriosis, vel etiam sumti cum cibis, D vel pòst corrumpunt reliquum, adeò, quòd interdum efficiuntur venenum perniciosum. Cumq; malę terminationis fe. lac corrumpunt, inferens scotomiam, syncopim, & puncturam orificij stomachi, & interdum cholicam mortiferam. *Lac coagulatũ in stomach.* ¶ Coagulatio lactis, in stomacho pręcipuè cum coagulo, infert sudorẽ, syncopim, præfocationem, &c. *Mel acre.* ¶ Mel acre, vel odoris mali, aut quod araneæ suxerunt aluearibus, vel ex floribus oleandri, vel E consimilium: aut quòd araneam felidonios, aut foris generata ex verme, texens telam circa aluearia, inficit aut corrumpit, aut ex regione Ponti, vel Dabiæ, vel Acatiæ seu cisionis Græcię infert insaniam, excoriationem viscerum, ac hepatis, odoratumque inducit steriliter, sternutationem, & sudorem frigidum. *Vinum forte.* ¶ Potus multus vini fortis, vel ante cibum præfocat interdum, disponitque corpus, & neruos ad spasmum, artheticam, & amentiam, præcipuè dulce, vel grossum, ipsum F etiam vinum forte præmissum est infantibus. *Vinũ in quo moritur stellio aut serpens.* ¶ Vinum in quo moritur ac putrescit stellio, tan quam venenum infert vomitum doloremq; stomachi vehementem. ¶ Vinum in quo moritur serpens, comperitur curare elephantiam, quod idem efficit esus eorum coctorum in olla, aut anguillę. *Vsus lactis & vini.* Vsus lactis, & vini vel lactis & piscium infert lepram, & morpheam albam. *Aqua corrupta.* ¶ Potus aquę corruptæ, vt lacuum putrescibilium, causa corruptionis complexionis, aut febris putridæ, in- G flat splenem. *Aqua frigid.* ¶ Potus multus aquę frigidæ in ieiuno pòst exercitium, aut euacuationem, inducens hydropisim, vel artheticã interdum. *Putrefacta.* ¶ Quæcunque putrefacta intra corpus, vel extra, vt carnes, vel oua corrupta, perniciosa valde. ¶ Dicit

A etiam Aristo. ex superfluitate, humiditate vel siccitate corrũpi aerem, vnde eueniunt ægritudines prauæ, & pestilentiæ mortiferę, febres cholericæ ex sicco, & pestilentiæ ex calido & humido quę itidem ariditatis ægrotant animalia, & pisces etiam. ¶ Sunt etiã morbi contagiosi, inficientes *Morbi contagiosi aerem inficientes.* cohabitantes, vt rubigo, opthalmiæ visã oblata ophthalmisat inficientes, & infectio aeris ab epileptico, & ab vlcerosis cæteris: & vniuersaliter ab ægritudinibus mali odoris, maximè cum quis habitat cũ ipsis, mansiones strictæ, vel sedet sub vento eorum. ¶ Assata suffocata, ne possint euaporari, inferũt symptomata colicæ passionis, pro *Assata suffocata.* funditatis somni, necant interdum. ¶ Pisces frixi iterum reseruati in humoroso, vel qui steterint *Pisces frixi suffocati.* cooperti calido vase, venenum efficiuntur lethiferum, inferũt symptomata fungorum perniciosorum, quæ quandoque non statim contingunt, sed pòst diem, vel pòst biduum. ¶ Vsus diuturnus præparatorũ in vasis æreis, maximè ace- *Cibi preparati in vasis ere.* tosorum, vel dulcium, disponit eius corpus epilepsiæ, cancro, melancholicæ complexionis, dolorique hepatis, ac splenis. Edere cibum, qui stetit in eis die vel nocte, est quasi venenum. Fert Berzenar, pisces etiam in eo cocti, acquirunt veneno sitatem maximam. Esus olerum, quorum radices *Plãta quorum radices comedit bufo.* comedit bufo, vel plantarum, velut milonis aperti, quibus ipse decubuit, vel iuxta quem ipse, vel consimile putruit, perniciosum valde. ¶ Fert Mesue po.ª calidorum iuuenum est interdum *Venenum generatum in iuuenib. calidis.* adeò fortis, quòd quandoque adurit subtilia, ac cõuertit in venenum, quod interdum petens cerebrum præcipitat in casum epilepsiæ. ¶ Cantarides perniciosissimæ maximè membris propa- *Cantarides.* gationis dissipant ab organis rationis, vsque ad genua: superemplastratio certarum ipsarũ, quasi horis tribus, vlcerat valde membrum: ac emplastratus vermis viridis repertus in ligno pini, secundum Galen. est perniciei viperarum. ¶ Caput vespertilionũ. s. tertiariũ necat statim, quod *Caput vespertilionum.* Bemesar verificat de lactante. Ex totũ continens qui comederit linguam, vel cor ipsius, morietur, hydroforbicus nisi curetur. ¶ Species pulmonis catti animalis Arcadię, sup ipsa Tiberis est adeò *Cattus Arcadia.* calidus, & subtilis veneni, vt in momento flãmæ consumat, quæ tetigerit. ¶ Arist. narrat, quòd in fronte equi, cum nascitur, est caruncula quæ *Caruncula in fronte equi cũ nascitur.* dam, necans confestim, quam mater statim lambendo annihilat. ¶ Stellio esa infert inflationem *Stellio.* linguæ, arsuram, sodam, obscuritatẽ visus, & pruritus, & motus. ¶ Caro lacertæ apostemat lin- *Caro lacertæ.* guam, infert pruritũ, dolorẽ capitis, vrit, obtenebrat oculos, & mortificat. Oua autẽ ipsius necãt fecundum filium Patriarchę, nisi statim subueniatur cum stercore falconis, & vino puro: postea cum vomitu nucis vomicæ. ¶ Zocoofi animal *Zocoofi.* paruum, plurium pedum, inuentum viridarijs, penes iniunctum in ficulnea, necat septimo, nisi subueniatur. ¶ Caro muris esa infert obliuionẽ magnam, & abominationem, corrumpitque sto- *Caro muris.* machum. ¶ Corehar animal paruulum, quod cũ tangitur, emittit sanguinem, necat subitò, quod *Corehar animal belzat.* repertum Badbribię, id est, fluuio magno scilicet, Cordubæ, dicitur belzat. ¶ Lepus marinus *Lepus marinus.* obstratus, aut lutosus, nisi interficiat, infert phthisim bibendo, vel edendo sanguinem ipsius apo-

stemat corpus, colorem efficit plumbeum, sperma emittendo, quousque moriatur: illinitio cum oleo ipsius facit cadere pilos. Ex totum continente solo fundatur reptile, & degens fluuijs in mari infert morsu inflationem, pruritum & mutationem coloris.

Reptile quoddam.

Musca.

¶ Musca masticata ac glutita, inducit maximum vomitum.

Rana.

¶ Ranæ lacunales virides, & maximę, iubeum venenum inferunt syncopim, angustiam magnam, pernecantque præcipuè fuso. Si aút euadút, cadunt capilli, & dentes bibendo danich. i. ex carne ranæ siccæ, aut formicæ cutis, ac contritis cum succo squillæ incurrit pruritum, aut scabiem, pustulas pessimas, potando aure. i. ex sanguine ranę viridis, confecto cum auripigmento, obstruitur vrina ipsius.

Borax rubeta.

¶ Borax dicta ru. genus ranę venenosæ, degens in aquis, & in terra, reddit membrum tactu insensibile, ac stupidum.

Rana citrina.

¶ Ranæ citrinæ inferunt abscisionem appetitus, acetositatem, eructationem, syncopim nauseamque, vomitum, dolorem orificij stomachi, apostemationem ventris, ac crurum, ac corruptionem coloris. Galenus lib. de venenis, edenti ranas, bufones, vel baccos euenit tumor corporis, color terreus, gonorrhœa & oris fœtor. Rubeta rana, moratur rubis.

Bufo.

¶ Morsus etiam bufonis est venenosus, vt serpentis.

Anodarca.

¶ Anodarca animal paruulũ, simile pediculo, quem mordit, nec vidit, nec audit, efficitque vomitum sanguineum naribus, virga, ore & ano perducentem ad squinantiam, & necat: forsan venenum eius est vehementis caliditatis & siccitatis.

Harbe vpula.

¶ Harbe arab. i. vpula in Auic. necat. Oua ipsius etiam pernecant, nisi subueniatur confestim, iniunctio temporum cum sanguine ipsius, facit videre somnia teribilia quamuis Ras. & alij asserant, quòd lingua ipsius suspensa super obliuiosum, reddit ei memoriam.

Bengozar.

¶ Bengozar. i. filius carnificis, vel pastinacæ.

Farfa.

¶ Farfa animal degens montibus, ac desertis, intromissum noctet vase plumbeo, post in vase vitreo sublimatum diebus 14. efficitur venenum perniciosissimum celeriter, eò quòd reges gentiũ occultant ipsum sub annulis, sub gemmis.

Sanguisuga.

¶ Item sanguisugæ bibitę, nec occidantur, pernecant disruptione sanguinis, qui peruenięs ad stomachũ coagulatur. Albertus est huius semipedalis cornua candida habens aculeos pro pedibus, venenosus, medio corporis dissoluit totum comedentem adhærendo: nam tunc pedes non potest mouere per se, nec vi. Oua ipsius sunt amarissima, serpentis etiam bibentis cruciantur valde, maximè ieiuno.

Caro vulnerata.

¶ Esus carnis vulneris, vel vulnerati animalis interfecti sagitta toxiccata, venenum valde.

Cerebrum leonis.

¶ Cerebrum leonis esum stupefacit mentem, aure. i. pulmonis cameli sicci, ac triti exsiccati.

Pulmo cameli.

Cauda cerui.

¶ Esus 3. 1. & s. extremitatum caudę cerui, venenum mortale, infert angustiã, & syncopim.

Sanguis tauri.

¶ Sanguis tauri re. infert difficultatem anhelitus, dolorem gutturis, nauseam vehementem, angustiam, rubificat ac corrodit linguam, deinde spasmat ac præfocat.

Sanguis menstruus.

¶ Sanguis mẽstruus necat, vel infert lepra vlcerosam. Genit⁹ tẽpore mẽstrorũ inficitur lepra. Fert Democritus fruges contactę mẽstruis nõ germinabunt, acescunt musta, herbæ morientur, amittent arbores fructus, ferrum rubigo corrumpet, nigrescent æra. Si qui canes inde edant in rabiem efferuntur, nocituri morsibus, quibus lymphaticos facit: Glutinum terra tenax, require in Hugone: quare nec ferro, nec aliquo dissoluitur cruore, ipso pollitri, sponte dissoluitur. Mulier menstruans inficit speculum, ac obfuscat, inficit etiam faciem accipientis. Inquit Apollonides fœminas nasci iustitia, habentes papillas, quæ natæ inspiciendo pariunt.

Alcarden.

¶ Alcarden asserta synomia, quod fit in auribus canũ, si ex eis infundatur, ac detur, quem inebriare volueris, inebriabitur.

Fel leopardi.

¶ Fel leopardi necat vtplurimum illatione vomitus, & icteritiæ mortalis, qui si transeat horis tribus, est ei spes.

Fel viperæ.

¶ Fel viperæ acutissimum, abstersiuum valde oculi, necat vtplurimũ, nisi theriaca diuina liberet eum statim.

Fel canis.

¶ Fel canis pistum, alias canis aquę marinę sumtum quãtitate lentis, asseritur necare post hebdomadam.

¶ Fel canis animaliumque venenorum cæterorũ perniciosum valde.

Sputum rabidi.

¶ Sputum etiã eorum necat indubitanter: Sputũ tñ rabidi, cadens super hominem, vel calculando, ipsum necat rabia.

Sputum famelici.

¶ Sputum etiam hominis famelici iniectum viperę vel scorpioni, necat eum statim: vel etiam si sal armoniacum fuerit liquefactum in ore, vel etiam spuere bis, vel ter supra scorpionem, necat eum, multaque ferarum venenosarum. Sputũ etiam eorũ necat hominem, & è conuerso.

Spuma cameli.

¶ Spuma cameli commista aqua & vino, ac bibita ab ebrio, efficit eum dęmoniacum.

Sudor animalium.

¶ Sudor animalium apostemat faciem cum sudore frigido, ac fœtido.

Sudor equi.

¶ Sudor equi potatus cum vino egrauidat, & proijcitur fœt⁹. Itẽ sudor equi inflat faciẽ. Ferunt Rasis & Albertus cum sudore equi toxicantur cultelli, & sagittæ, & postquam calefiunt rubei, & imbibuntur ex aqua illa, nõ poterit trahi pars aliqua quin efficiat fluxũ sanguinis pernecantẽ vehemẽtiam incisionis.

Vrina muris.

¶ Vrina muris corrodit aliquem, vsq; ad ossa.

Sperma.

¶ Sperma tamen cum corrumpitur, membris propagationis venenum perniciosum. i. infert fe. & apostemata, malitiam, syncopim, suffocationem matricis, interdum necat subitò à sensu ad principalia. Nõ coire quibusdã infert tristitiã, cogitationes malas, grauedinem capitis, debilitatẽ appetitus & digestionis, debilitaret quosdam.

Castor.

¶ Castor etiam rancidum symptomatibus, phrenesis præfocans, necat in die vel narium, vergens ad nigredinẽ venenũ necans, forsan in die, vel accipiendo 3. 1. & s. ex eo necat in die. Castor etiam animal, vt damilon Alemaniæ acutissimi morsus adeò tenacissimus, vt antè crepuerint ossa membri morsi, quàm eradicari queat. Arist. morsus eius dicitur non sanari, vsq; læsus audiat fracturam ossis castoris.

Aurum calcinatum.

Argentum viuum.

¶ Inquit Gener. aurum calcinatum est nequius venenum cæteris. ¶ Argẽtum viuum sublimatum vel extinctum putrefactum aduenit, vt ignis necans præfocando extinctum etiam nisi emittatur, infert puncturas & torsiones intestinorum, deambulationẽ sanguinis, grauitatem linguæ ac stomachi, retentionem vrinę: ipsum etiam bibitũ, nisi emittatur, occidit sua grauitate corrodendo omnem, cui obuiat, iũctum auribus infert dolorem vehementem, alienationem, paralysim, interdum grauitatem lateris illius, & quandoque apoplexiam, & mortem in ventre cum eo inimicatur multum membris venenosis.

Magra sinopida.

¶ Magra seu sinopida mineralis, & neruilo inferunt symptomata argenti viui boni, magnam,

Auripigmentum. magnam infert quandoq; laxationem ventris, & plurimam. ¶ Species auripigmenti bibitæ inferunt angustiam, doloresque fortes, ventris mordicationem, vlcerationemque intestinorum, ac necat, nisi subueniatur: ipsum tritum impositum in aqua, quam bibunt equi, necat eos subitò.

¶ Esu æris vsti eueniunt siccitas oris vehemens, excoriatio, vlceratioque intestinorum. Venenũ viridis æris infert puncturam, & mordicationem gutturis, fortes incisiones, vlceraque in visceribꝰ ac vomitum, destruitque totum hepar. ¶ Etiam *Calx viua.* calx viua infert siccitatem oris, dolorem stomachi, difficultatem vrinæ & solutionem ventris cum sanguine, syncopim, præfocationem, interdum exsiccat linguam, quare pessimum est vinũ, quo ipsa vel gypsum, seu stella terræ, seu calx coctũ in furno, aut tritum immittitur, ipsum tamen conseruat, ac fortificat vinum molle, ac inconueniens sapore. ¶ Sal armoniacum infert *Sal armoniacum. Sapo. Cerusa.* gutturi calorem. ¶ Potus saponis infert puncturas, & vlcera intestinorum. ¶ Cerusa albificat linguam, mollificat membra, infert tussim & singultum vehemẽtem, syncopim, ponticitatem, in gutture asperitatẽ, ac syccitatem in vuula & lingua: puncturam ventris, mordicationem stomachi, tẽsionem hypochondriorum, dolorem in ore stomachi, difficultatem ac stricturam anhelitus, albificationem coloris. permistionem rationis, & syncopim, infrigidat corpus & cerebrũ: & quandoque etiam mingit sanguinem nigrum, præfocat etiam esu drachm. 4. ¶ Species gypsi prædicti *Gypsum.* non cocti, & laminosi, ex quo fiunt laminę, aut infert symptomata cerusæ, sed præfocationem vehementius esu ʒ. 4. ¶ Lithargyrum infert grauitatem *Lithargyrum.* stomachi, torsionem ventris, raucitatem vocis, difficultatem anhelitus, rugitꝰ, priuationem appetitus, retentionem vrinæ ac egestionis, torsionem intestinorum adeò, quòd finduntur, necatque, nisi subueniatur. ¶ Galen. spuma maris *Spuma maris.* non immutat corpus nostrum ob potentiam virtutis suæ. ¶ Plumbum vstum, vel limatura ipsius *Plumbũ vstũ.* infert apostemationem corporis, retentionem vrinæ ac egestionis, fluxumque ventris, immò datum quasi glandulam lapideam superioribus vẽtris accidentia iliacæ præfocat esu drachm. 4. *Lapis morsus à cane.* ¶ Rasis, si lapis morsus à cane imponatur vino, & bibatur vinum illud, facit clamare hominem seu latrare. ¶ Scoria ferri necat indubitanter, nisi ex- *Scoria ferri.* trahatur vtpote drachm. 1. & s. lapidis Magnetis cum vino vel cum theriaca. ¶ Realgar cæteræq; *Realgar, vitriolum.* species vitreoli, vt caparos, seu vitreolum romanum, venenosæ exsiccant pulmonem, necantq; corrosione aliquando perniciosum: infert etiam tussim perducentem ad phthisim. ¶ Aredo, seu *Aredo. Lapis niger vel viridis.* medius dicta à regione Medorum, lapis niger, aut viridis bibendo aquam, qua stramenta ipsius fuerint dissoluta, necat irremediabiliter, & euomendo etiam pulmonem, abluendo etiam faciem cum aqua, qua insit fermentum totum, excœcat oculos statim. Ferunt abluere manus cum aqua ea, in qua ipse tritus fuerit, immissus *Fumus argenti viui.* excoriat membra confestim. ¶ Assiduatio fumi argenti viui destruit neruos, infert paralysim, aufert sensum, & motum, corrumpit sensum, & rationi nocet, auditui ac visui, facitque fœtere os, expellit ac pernecat alia venenosa omnia. ¶ Fumus cerusæ nocet valde cerebro, & neruis. ¶ Odor vaporis plumbi, cùm comburitur, nocet valde. Albertus. fumus rheub. confectionis alchimistarum odoratus necat. Linco Philosophus. *Fumus cerusæ. Vapor plũbi.*

¶ Fumus candelæ extinctæ odoratus, facit abortire equas & mulieres, quod idem asserit Albertus de fumo elichnij. Fumus storacis causat sodam, & subeth. Solinus, frumentorum, arborum myrthi noxius infert forsan ægritudines insanabiles, nisi odore cremante storacis præcaueatur. *Fumus rheub. Fumus candelæ extinctæ. Fumus storacis.*

¶ Contra prædictorum ac consimilium læsionẽ offeratur ipsa theriaca, modo autem dicto in dilatione. ¶ Contra ictum, fixuram, morsuram seu vulnus venenosorum omnium, vt est sagitta illinita succo prædicto napelli, vel hellebori necans ilicò nequitia eius, quod si idem exprimatur super digitum excoriatum, modicum comperitur necare, nisi subueniatur, animal vel homo rabidꝰ necat rabia ¶ Inquit Plinius lib. 16. In India sunt serpentes adeò magni, vt integros vorent ceruos & tauros. ¶ Fuit in Italia serpens interfectus, in cuius ventre puer integer fuit inuentus. *Serpentes in India. Serpens.*

¶ Asseritur montibus Pixaneis serpens interfectus fuisse triceps, in cuius ventre miles inuenit filios suos viuos, os spinæ cuius ostendit in arco lio grossitudinis capitis arietis. ¶ Isidorus, serpentum tot sunt venena, quot sunt eorum genera. Qui drachm. genere asseruntur sapientiores cunctis animantibus. ¶ Maritius aspis non nocet Afris, nec etiam Marcisis Italiæ: ipsi etiã obijciũt aspidi pueros suos suspectos, q si fuerint de eorũ semine nati, nihil penitus nocebit: si verò fuerint adulterini, necat eos. ¶ Inquit Plinius vlti. Niui serpentes incolis etiam dormientibus sunt innocui, vt comperitur in Toletanis, itidem anima animalis scorpio, Persiæ aliorumq; locorũ non sunt mali, alijsq; locis sunt mali, ac maligni adeò, quòd necant morsu hominẽ, omne animal porcosq; etiã nigros, qui si intrant aquã moriuntur citius, an nequeatur etiã iniquitates veneno sorũ conficiendo ac ferendo Luna coniuncta Planetę maliuolo, vt Saturno vel Marti. Albertꝰ monachꝰ, piscis maris Britãnici, q in circuitu capill. habet magnos, in modũ monachi blande nautas vt alliciat, ac demergat vt satietur carnib. eorũ. *Aspis. Serpentes nõ nocentes. Piscis.*

¶ Ferunt Lucanus & Auicen serpentes surdi necant plerunque tribus horis, neque confert quicquam, nisi forsan festina amputatio membri, sub ligatura strictissima: maximè cum corrigia cerui, vel combustio vltima penetrans. ¶ Serpentes sunt nequiores æstate & die, quàm hyeme & nocte: & masculi quàm fœmellæ: famelici, quàm saturati. Basiliscus. i. regulus seu sibulus, vt prouinciæ Lybiæ, seu propinquioris Hispaniæ semipedalis, secũdum verò alios bipalmis albus, secundum Auicenn. niger, vergens ad citrinitatem, maculis lineatus, diademate insignitus, coronatus capite acuto, nequitia cuius est tanta, quòd ne dum tangentem eum etiam mortuum hasta longissima necat extemplò manu tenendo, immò etiam auditu exhalationis sibili flatu, aut aspectu necat inficiendo aerem, itidem serpentes, & aues etiam remotæ volantes, aut omne quod viuit, irremediabiliter etiam plantas, super quas serpit, ac seipsum inspiciendo in speculo, quem mustella prius ruta commesta in- *Serpentes surdi. Basiliscus.*

terficiet, illæsa. Ipse etiam postquam peruenerit ad aquã, efficit bibentes hydropicos, ac lymphaticos. Oua etiam ipsius necãt, vt dicitur in Esaia. Ferunt hyssopus, & Solinus, cathoblessa species eius apud Sperios est mole capitis continuè terram prostratus, ne videndo oculis ipsius deperdatur omne genus animalium. ¶ Harmene stimate longitudinis vsque ad cubitum 1. & s. sunt nequiores regulis: necant etiam visu animal, quod appropinquat eis, cui etiam non confert aliquid. ¶ Serpens coloris hirundinei, cubiti vnius, necat morsu horis duabus. ¶ Cerastes idest cornutus, vt aues, vt in Africa, longitudinis ab vno cubito vsque ad 5. Asseritur supra penultimum gen⁹, quod etiam mordendo vngulam equi interficit, itidem equites. Auic. dicit, quod destruit ratione locoque morso videntur esse claui infixi, cum inflatione labiorum, cuius etiam est genus animalium paruum, & curtum. ¶ Serpens producens dentes super dentes surdus, necans antequã ad cauernam fuerit reuersus, necat etiam odore, vel tactu sputi. ¶ Handrius, seu enidus surdus, degẽs in aquis, habet caput paruum, plurimum necat tribus horis. Sunt etiam quidam arcuati surdi, colores varios habentes, vicinos dentes, vt in Ægypto necantes. ¶ Serpentes sephir, seu putrefacientes, dum eo, quòd morsu alterando dolorosè putrefaciant corpus, habent capita la a, colla curta, lineasq; diuersorum colorum, & caudam curtã. ¶ Salamandra, seu Samabras, dicta, quòd contra incendia valeat, viuit in glatiositate sua flammis illæsus, ignes extinguens. Genus lacertæ seu stellionis maculata trose, nunquam, nisi magnis imbribus apparens summè venenosa, potest necare populos improuidos: nam si arbori irrepserit, inficiendo veneno fructus ipsius necant edentes tangendo lignum, seu crustam panis efficit idẽ: tangens corpus humanum, facit effluere capillos aquas corrumpit putei, quo cecidit, ex aqua qui bibit, moritur: ipsa etiam esa infert dolorem magnum in ano, apostemationem, hydropisim, spasmum, retentionem vrinæ & alia circa supposita stupefacit membrum: fertur in lib. de proprietatibus rerum, genus esse salamandræ cute vellosa, ac pilosa, cuius pili post longam vetustatem, vt comperitur, in ignem proiecti igniti extrahũtur illæsi. ¶ Inquit Hugo aspis dictus abios venenũ, vel eo, quod morsu venena aspergat, vel ab asperitate cutis est ex surditate. Aspides, vt ait Plini⁹, necant percussum corpore, ac somno omnium serpentum minimè sanabiles, immo si venenum eorum sanguinem attingat, ac vulnus recens, necant statim: sed inueteratũ vulnus tardius, velut est hypenal, lõgitudinis à tribus vsque ad 5. cubitos, oculos valde luminosos, necat somno ab horis 5. vsque ad 3. ¶ Dipsas. i. situla, vt Libiæ aspis surd⁹, eo quòd siti moritur, antequam deleat, vel potu vini, antequam ipsa sit mortua, vel esu eiusdem perimat siti validissima, adeò vt antè crepẽt quàm desinant bibere, vt asseritur supra 8. Deutronomij, est palmę vnius exiguus: vt calcatus vix videatur, super cuius corpus sunt nigra, incipiens à collo grosso, vsque ad caudam strictam. ¶ Seps aspis exiguus, coloris cinerici retiferi, calefactiuus, eò quòd morsu calefiat statim putrefaciendo corpus & ossa. ¶ Emorrois, seu effodi⁹ aspis dictus ab emorsan, quod dissoluendo venas necat sanguinis fluxu. ¶ Aspis marinus necat morsu in die dissolutionis hepatis, & venarum. ¶ Aspis horribilis, incedit semper ore patente, & vaporando virus necat infectione enormi, distendendo corpus. ¶ Vipera dicta, quòd vi pariat, est thirus. i. angustia vel tribulatio, serpẽs minimus habens oculos valde luminosos, caudamque curtam, acutam necatque plurimum à 3. vsque ad 7. dies, nisi subueniatur. Aristo 7. de animalibus: est thirus quidam pilosus. quasi cubiti vnius, quem serpentes fugiunt, putrefaciens statim circa morsuram. Estq; ex eo alius paruus in India, cuius morsus irremedicabilis, necat triduo. Septendio ad plus generatum in Æthiopia ex dracone asserit Plinius necare irremediabiliter. Tyrorum etiam ait Plinius sunt genera alia habentia capita duo ante & retro tradentia, & mordentia vtroque, vt amphitibena: Aphricę autem multa minora, pulcherima, vt montibus pirãnis mille serpentum inferiores veneno. ¶ Serpens miliaris, quod colorem habet milij, est pernicie ac cute viperarum malarum. ¶ Ilicius, seu quercinus, quod quercubus inhabitat, est symptomatum ac perniciei viperarũ, necat præsentẽ neci ipsius. ¶ Teristeal, quia ferialiter incedat, infert symptomatum viperarum, ac spasmũ morti ficantem. ¶ Serpens saliens ad duas partes habẽs extremitates ęquales cum medio, est perniciei viperarum, cuius est alius color eiusdem, accidentium remissorum. Famesius animal fanulus, discolor, etiam infert viperarũ obliuionem, & ægritudinẽ hepat. ¶ Iaculus, & volatilis & saliens, par ui dicti, quod ex arborib. iaceant se, vt transfigendo interficiant transeuntes. ¶ Halhar, ciaffur, hadon, biushem necant indubitanter. ¶ Affices varius multas & varias maculas, tot habet species nocendi, quot habet distinctos colores. ¶ Rimatrix. i. violator aquæ: non. n. nocet morsui tantũ, sed inficiendo fontem, quo manet mors æqualis, tard motus, incedit semper erectus, capite eleuato: ait Plinius inflat morsu hydropicũ: dicitur à multis bouis, quod superemplastratione stercoris bouis remedietur. ¶ Sicalis, seu picalis veneni acutissimi, fulget tanta dorso varie: ate, vt necatu rus scilicet transeuntes nautas retardet. ¶ Celidoros dictus antheironta, hydrops aqua, eò qđ aquatilis, & terrestris ac lucanus, per quem incedit fumositatem veneni dorsi, dorsum fumare facit. Si se torserit cùm currit, crepat statim. ¶ Coluber quasi colens vmbras, vel quasi lubricè incedens, ait Isidorus, fugat animal trinam, necat leones, oditque rutam, infunditque venenum dentibus, & cauda videtur facere fulcum. Cæteris infectuosus, perniciosus, incedit erect⁹. ¶ Goas immensus, Calabriæ dictus, quod apparens vberibus sugendo necat armenta boum. ¶ Ceterilia dicta, quod parua sit, & non habet oculos: serpentes qui perleguntur hoc nerui dicũtur igniti nimium, ac veloces vt scintillæ, vel quod vulneratum inflando veneno inebriant tumorem, & ruborem igneum lethalem, quòd spiritus Sanctus non apparuit supra 8. de veneno, de serpente statu adurente in deserto, ego aperire nequeo. ¶ Inquit Plinius hybena, quasi leæna, animal quod apprehẽsa parte hominis resoluit ossa morsu,

Cathoblessa. Harmene stimate. Serpens coloris hyrundinei. Cerastes. Serpens surdus. Handrius enidus. Serpentes Sephir. Salamandra. Aspis abios. Dipsas situla. Seps aspis. Emorrois. Effodius aspis. Aspis marinus. Aspis horribilis. Vipera. Thirus. Septendio. Serpens miliaris. Ilicius. Teristeal. Serpens saliens. Famesius. Iaculus. Halhar. Ciaffur. Hadon. Biushem. Affices. Rimatrix. Sicalis picalis. Celidoros. Antheironta. Coluber. Goas. Ceterilia. Hybena.

morsi, antequam creperint partem fractam: etiã ipsius vmbra obmutescit canes, in cuius pupilla inuenitur lapis, qui facit prædicere futura. ¶ Pediculus elephantis secundum alios, aquilę dictus arab. archa animal paruulum simile pediculo, generatum inter corticem & lignum, palam effundit sanguinem fortis irremediabiliter. ¶ Pediculus vlceris, seu nascens sub assellis, & in inguine forsan erupit sanguinem, & vrinam, nares & stomachum vomitu, & ex pectore & pulmone, & gingiuis adeò interdum, quòd non curatur. Porcus luti, animal plurium pedum, veneni acuti, est nocumenti pediculi elephantis. Draco marinus, seu murenula, & terrestris longius à 5. pedibus, vsque ad 30. cubitos, noceret plus vulnere nisi quando comedunt scorpiones: ipsi etiam aperiendo os alter ad alterum, refert Plinius, per necant iter transeuntes. ¶ Summus super Esaiá lementa. i. additamenta eorum, vel aduersarium draco facit, vt supra 13. spalmum esse piscem in aquis repertum in terram volare in aere, dicti in floribus stomachorum, ipsum serpentem aquatilem velocissimum dirigere spatio longo stercus suum contra ipsum persequens, vt spiculum adurens, vt ignis, quicquid tetigerit, ex quo imago fuit generatus taralcha fortissimus, medius animal, & medius anguis. ¶ Sirena, vt fertur in lib. de proprietatibus rerum, reuera sunt serpentes alati in Arabia, velociores equis, necantes antequam doleat. Dicit tamẽ in catholicon sirenes. i. dulces, monstra in maribus: eò quòd dulcedine cantus attrahendo naues submergunt. ¶ Asseruntur supra Esaiam fore animalia, seu serpentes cristati, ac alati, buco. lisi. expositionum nominum Bibliorum asserit fore fabulosum. ¶ Albertus sirenes serpentes monstruosi, similes sirenis maris, quorum quidem volant, necant morsu antequam doleat. ¶ Rutella similis araneæ, minor tamen dicit Auer. necat morsu, quod Ras. verificat forsan de citrina villosa, ex cuius morsu sequitur dolor vehemẽtissim⁹, tremor, sudor, vẽtris inflatio, mórsque fortassis alba, vel viridis ac stellata, quod lineas habeat lucidas, infert accedentia remissa, Ægyptiaca est deterior cæteris inferens dolorem capitis, profunditatem somni, & mortẽ forsan. Scorpiones alati quasi armati aculeo vel quòd cauda infigant venenũ vulnere arcuata, inferunt dolorem maximum, modo calorem modò frigus, maximè in extremitatibus, sudoremque interdum cum frigore, ex eis habentes 6. spõdiles necant forsan, maximè diebus canicularibus: Odorans etiam carnem ipsius, timeat sibi lepram esu 3.4 & s. cerebri ipsius efficit stupidũ curaturq; cura draconis marini. Mugali sehalhale animal pusillum, simile muri, gulosum atq; rapax animal fingens se mansuetum, cùm quis ei appropinquat, sed mordens infundit ilicò venenum, vt dicitur supra Leuiticum infert dolores fortes & torsiones. ¶ Lupus inquit Arist. equis & mulis infert ampullas, est quã pessimus equæ grauidæ, & vulnera ex morsu vel vnguibus ipsi⁹ sunt valde mala: emittunt. n. transiẽs per ligamẽta, qua curatur, superpone spõngiæ vel forsan cura rabidi canis aspectus ipsius raucificat aspectũ. Rasis, pedes equi incedentis diu per vestigia ipsi⁹ stupefiunt adeò, quod nequit se manere tympanum de corio ipsius insurdit audientes. Si virga eius ligetur in nomine viri, & mulieris alicuius non poterit ille coire, vsq; nodus ille soluatur. Cauda ipsius ligata ad præsepe boũ, prohibet eos comedere. Vestimentum ex lana animalis, quod ipse comedit, est semper pediculosum, atq; corruptibile. Insuper fornicarius, si supposuerit testiculum eius dextrum, perdet desiderium coeundi ¶ Solinus, vonatum animal Asiæ habet caput tauri, dorsum equi corona valde retorta, egerit stercus spacio trium iugerum, vrens quicquid tetigerit. ¶ Sapham Hebraicè euomicũ est. Erinaceus pro quo saphay translatum est 30. parabolarum. Lepusculus diminutiuum, de lepus secundum Hug lepusculum tamen esibilem. Intelligit. G. lib. de alimentis. Hug. & Simon. seu sinicum fore tuniculum, aliàs diminutiuũ ipse eru materius species ericij, dicitur græcè athanicos ab athanta spina, & thirus porcus, quo inde porcus spinatus, aliàs erinaceus. Regulus secundum historiographos, dicitur etiam histrix, quod in Istri fluuio, seu Danubio hinnidet maior. ¶ Hinton animal rapax & lethiferũ. ¶ Tigris bestia velocissima, rabida, distincta maculis, maior leporario, vt hircani est venenum acutissimum. Albertus etiam in interiorib. leonis accidit interdum corruptio, vnde sæpius morsus & laceratio vngulæ ipsius sunt venenosi, vel rabidi. Cicer animal mordens angustiosè, inflat locum confestim, resoluitq; in sudorẽ ac necat. Teneta seu crocodilus dictus à croco colore cutis duræ, quadrupes magnitudinis plerunq; vlnarum 10. in Asia plurimum, etiam prope montem Atlantẽ, tenacitate, pascitur luto, & mordet mandibula superiore. Morsus cuius curatur cura canis rabidi. ¶ Camelon squamus quadrupes magnitudinis ac figurę stellionis. Si crura. n. recta altiora latera, ventre iunguntur, & spina supereminent rostro, cũ cauda prælonga tortuosa, vergit ad nigredinem, quo insunt maculæ nigræ corpore toto, estq; crudele ac venenosum, necans aues edentes ex eo. Fertur in epistola ad Alex. in India esse vespertiliones magnitudinis columbæ, cadentes in faciẽ hominũ, vulnerantes mutilant membra, interdũ stercus talium excęcat oculos. ¶ Vasga Arab. sunt reptilia, vt stellio subnigra dicta in Cathalonia dracones domorum, cùm mordent, inflatur locus vsque dẽticuli infixi extrahantur: velut etiam denticuli stellionis, vel lacertorũ. Fare cauea, seu carne nigra ac crocea, vt Apulius, vel paruulũ gracile, habens pedes 6. ante caput, quasi bracilia lõgitudinis digiti parui, in modum acus quo pungit dolorosè ac acutè, cum cauda extensa, ipsa cadens in vino, infert bibenti vomitũ, ac dolorẽ orificio stomachi, necatq;, nisi curetur. Fertur 7. de animalib. lanuclius, seu lama secundũ Alber. animal quadrupes aquatile, dentib. fortib. exiẽs semper de nocte, amputat ramos arborum morsus cuius non curatur, donec audiat voces animalium. Ioiath specta. ficus liquefacit carnem morsi vt oleum. ¶ Eruca vermis, eruca dicta ab erodendo frondes, secundum Plinium est animal bellosum, lanuginosum lucens de nocte, die deforme, ac multi coloris, texit in arboribus folliculos araucos, depascit frondes arborum, ac arescit: dicitur in Catalano exgenerantur pa-

Marginalia: Pediculus elephantis. Pediculus vlceris. Porcus luti. Draco marinus. Murenula. Pisces volans etiam in inter ra. Serpentes siri Besti & alati. Sirenes. Rutella. Scorpiones alati. Mugali sehal hale lupus. Lupus. Vonatum. Sapham euomicum. Athanicos. Erinaceus. Histrix. Hinton. Tigris. Interiora leonis. Cicer animal. Teneta. Crocodillus. Camelon. Vespertiliones. Vasga. Fare. Lanuclius lama. Eruca vermis.

piliones, & ipſa eſt ex ſtercore papilonum. A

Serpens ſoligna.

¶ Serpens ſupra membrũ hominis calidũ eſt nutritiuum, ac puſtulat ſoligna dicta, quòd die effugiat beſtialia, vt in Sardinia maximè mineris argenteis formæ araneæ ſuper comedentibus eſt pernicioſa, quæ medetur cremare terræ illius.

Torpigo.

¶ Torpigo, ſeu piſcis ſtupefaciens limis occulerꝰ, quòd etiam tenendo in manu ſtupefacit corpus, ſuperpoſita vnius fronti anodiſat dolorẽ ipſius. Ferunt Iſidorus & Plinius, quòd etiam tactus haſta ſtupefacit, & aure ſtantis ab eo ſtupefaciunt B aſtantes ſpinæ. ¶ Criſtæ dorſi trogæ piſcis marini infert cui cruciatũ magnum, quòd remediat fel ipſius. Spina maxillæ ſcorpiæ piſcis ru. cũ capite magno, venenum etiam mortuo pungendo digitum ſtupefacit, ac contrahit manum totam. Araneæ fumus, & nimis nocent apibus adeò, quòd interdum dimittunt aluearia: homo diſpoſitionis malæ iemellus, vel mulier menſtruans, pernicioſus ſecundum totum continens morſus hominis, vel canis nigri eſt deterior.

Troga.
Scorpia piſciu.
Aranea.

¶ San- C guiſugæ croceæ ventribus, vel habentibus capita groſſa, vel coloris antimonij, nigri, virides, languinoſi, ac varij coloris vel laſurini, ſunt. n. venenoſæ inferuntq́; apoſtema ſcropei ſanguinis fluxum fe. laxitatem & vlcera mala. Hinomia. i. cinomia dicta à cinos, canis, muſca peſsima ac fœtida, ſugit ſanguinem vlcerando, & corrodendo, velut aures veterum canum.

Sanguiſuga.
Hinomia cinomia.

¶ Cinifes animal cizala ſecundum Britonem muſca minutiſsima, ac ſubtilis, volitans maximè de nocte tumeloſè. D

Cinifes.

¶ Culex parua muſcella, habẽs fiſtulá in ore qua terrebat aurẽ vt ſanguiſuga habens pedes prolõgos, cum aculeo longiſsimo, moleſtat puncturá.

Culex.

¶ Collíriſatio tumoſæ teſtudinis agreſtis, vel cũ ſanguine eius excœcat canes non rabidos, vulpes habẽt ſeu canis aqua, leopardꝰ ſpecies ſimiæ caudatæ, vel non caudatæ, vt cinotifali Æthiopiæ feri morſus, ac magis rabidi. Daboha in aurenna, ſeu taxus genuſta, ſeu linx, ſeu lupa ternaria, cattus, mus, fureo & muſtela lædunt plus E vulnere, quam veneno.

Teſtudo agreſtis.
Daboha.

¶ Morſus etiam dumillæ eſt venenoſus ſecundum Dioſco. ¶ Ex totum continentis morſus muli, infert dolorem, punctionem ampliat, locum implet humiditatis ſanguinolentiæ, quæ citò putrefiunt, inferuntq́; ſudorem frigidum, & ſtranguriam, qui rabioſus infert maniam. ¶ Fert Plinius animal ſimile lacertæ paruæ aſsimilatum ſerpenti cogamor, infert morſu ægritudinem magnam. ¶ Species aranearum inferunt ventoſitatem plurimam, ventris F emplaſtrationem frigus extremitatum, ex eis cõmunem virgæ & quanto ſugunt venenoſiora.

Dumilla.
Muli morſus.
Animal ſimile lacertæ.
Aranearum ſpecies.

¶ Si ſtincus momorderit quemquam febricitantem, vel febricitauerit antequam piſcis ille, ſeu ſtellio minxerit morietur homo. ¶ Cor lacertæ combuſtum, aut comiſtum cum amurca olei intinctum ſuper membrum mutilando mortificat ipſum adeò, quòd non ſentiat ferrum. ¶ Zabor Arab. ſeu azalus, ſeu tebanus formicæ volatilis ef- G fundunt humorem venenoſum, puſtulãtem hominem ſolum. ¶ Solinus, ſunt etiam in Æthiopia formicæ canis maximi, perſequentes hominem ad necem, veſpæ & apes. ¶ Contra quorum & conſimilium venenoſorum, vt ſunt nefandiſsimæ confectiones poli, necantes incolas ciuitatis

Stincus.
Cor lacertæ.
Zabor.
Azalus.
Tebanus.
Formica.
Contra præſcripta venena theriaca.

A vapore ſuo, lęſionem, offeratur ipſa theriaca magna, modo ante dicto iterando, ſi fuerit neceſſe, ac ſuperemplaſtretur. Verùm contra morſum rabidi detur per annum de 15. in 15. diebus poſt purgationem, vt hieralogodion cum decoctione gẽtianæ anno reuoluto, venenum latens inſurgat, aut interficiat morſum inferendo phreneſim, põdus auellanæ 1. datum quaſi ʒ. 4. decoctionis myrrhæ confert morſo à lacerta. Data necat mures, ſumta ante cibum, vel poſt valet contra cibum B toxicatum: data cum vino decoctionis gentianæ diebus 15. confert hydrophorbiæ. ¶ Inquit Ariſt. cùm ſerpens intrat corpus alicuius extrahitur odore lactis. Extrahuntur etiam ſerpentes, animaliaq́; ſuperemplaſtratione ventris cum pulpa colocynth. diſtemperata cum felle vaccino, data quantitate fabæ magnæ cum drachm. trib. vel 4. aquæ: talem autem cibum poſt quatuor horas, vel poſt, præſeruata à nocumento aquæ corruptæ, vt nauigando ℈. 1. ex ea datus cum vino li- C berat à nocumento aquæ corruptæ qui per annum biberit trãſglutiendo quaque die granorũ 16. diſipiam cum frigida, comperitur non poſſe lędi à veneno aliquo, qui culpa ſanus biberit ʒ. s. ex ea qualibet die, & tempore hyemali cum tepida, antequam comedat ſecurabitur à febre putrida, epilepſia, ac colica membra eius erunt ſana ſemper. ¶ Faba Ægyptiaca, ponderat grana 45. ex ea data cum ʒ. 3. vel 4. aquæ compeſcit rigores, ac vomitus violentos euenientes principio D acceſsionis febris, ex quibus timetur mors. ¶ ℈. 1. ex ea datus cum vino decoctionis germandreæ cacochymia iam diminuta curat quartanam ex melancholia naturali: data cum quadruplo rubeæ trochiſcatæ & vino lymphato, confert quartanæ ſanguineæ: & cum eodem confert quartanæ ex cholera aduſta, & ex phlegmate ſalſo. Ipſa etiam confert febribus ſextanis, dando drachmá vnam ex ea cum vino. Cacochymia diminuta curat quotidianam ex phlegmate naturali: data cũ E decoctione aniſi, & menthæ curat quotidianam, ex phlegmate vitreo, vel acetoſo. Miſtura æqualis ex ea: & aurea Alex. cum vino, confert epyalę.

Ad febr.

¶ Data cum oxymellite ſquillitico, vel ſimplici confert apoſtematibus duris, ac obſtructis abſq́; febri. i. data pluries cum decoctione cæterach, vel cum vino confert cancro, & lupo antiquis: Data cum decoctione agrimoniæ confert fiſtulę frigidæ ac calidæ. Ipſa proiecta offeratur non febricitantibus, ac ſuperponatur anthraci, & car- F bunculo, ter in die, vſquequo rumpatur apoſtema. Confert eis etiam vlceratis, ipſa oblata pluries eſt laudabilior, vel nobilior medicinis cæteris, ſcrophulis, glandulis, bubonibus, pultibus, cæpo ac cancris in interioribus. Bibita ac ſuperemplaſtrata curat puſtulas malignas, quæ quandoque eueniunt, quandoque abſcedunt, quarũ cauſa ignoratur. Galenus aſſerit, quòd ſuperemplaſtrata reſoluit ac aperit apoſtema, etiam vlcera curationis difficilis illiniantur cum ea, quanti- G tas fabæ romanæ ex ea data cum ʒ. 1. & s. aquæ talem præſeruat, ne morbi prolongati inducant formæ corruptionem, ac ne dolores antiqui procreẽt in aliquo membrorum nobilium, vel matricis apoſtemationem. ¶ Fert Gal. dando à 10. parte ʒ. 1. vſque ad ʒ. 1. ex ea vel ex mithridato diebus ſingulis

Ad apoſtemata.
Ad ægritudines neruorũ.

singulis, cum decoctione origani, aut folij rutę, ac saluiæ confert ægritudinibus neruorum frigidis omni tempore, scilicet ante purgationem digerendo ac subtiliando, permutando malitiam complexionis frigidę, nisi dieb. purgationis, post purgationem verò repellēdo residuum materiæ iuuat proprietate neruos manifestè, ac confortat, ipsa est mirabilis in paralysi, alterumque eorū interuallando toto tempore curationis confert molliciei, ac grauedini linguæ: vtraque etiam cōfortat caput continuata, cum vino deco. iuæ, vel rutę, confert artheticis, sciaticis, podagricis, dolorique spinæ fractæ ac dolori, cuius causa ignoratur, dando partem ʒ.1. ex ea in septimana, confert dolori coxæ & tibiæ. Data cum decoctione costi, de 15. in 15. diem confert spasmo repleto, ac ex venenis. ¶ Data cum tepido, confert tethano humido: Data cum decoctine fumiter. post purgationem confert valde ægritudinibus inficientibus cutim, & est scabies inueterata. Serpigo, impetigo, tinea, pruritus, morphea, & barras: verùm locus morpheatus illiniatur cum ea diebus 15. & barras post rubificationem vtatur, quare contra eam data sæpius cum eodem curat abundantiam pediculorum. Dando ʒ.s. pluries cum oxymelle tardat caniciem accidentalē. ¶ ϶.1. ex ea cū alio aureæ Alex. cum succo eodem accipiendo pluries, confert malo mortuo. ¶ ʒ.1. ex ea sumta pluries cum succo menthæ emendat lepras varias, confertque valde in declinatione ipsius. Dando drachm.1. de 15. in 15. ex ea cum succo fumiterræ, endi. melioribus medicinis elephantiæ ac tiriæ, ac leprosis. Infectione post coitum leprosi frigidi, oblata cum 5. partibus trochiscatæ ac succo eodem, & est ex melioribus medicinis leoninæ alopiciæ aut lepræ. Ex infectione post coitum leprosi calidi, confertque guttæ rosaceæ. ¶ Data cum syrupo. liquiritiæ & tepida de 5. in 5 di. confert excoriationi cutis. Data cum decoctione stœchados, confert epidimialem, seu saræ melancholicæ: & sunt tuborositates momentaneæ, pruriginosæ, vt post sudorem. ¶ Data cum calida confert consumtioni corporis, absque causa manifesta, vt ex venenis dando pluries, vt ex 15. in 15. die eleuando à danich.1. vsque ad drachm. vn. ¶ Data cum decoctione saluiæ vel raphani, curat paralysim, torturam, malitiam, tremorem & iectigationem membrorum. ¶ Data cum vino odorifero, confert maniæ melancholicæ ac alguesgues, seu secum loquenti, & leutibut, seu incidenti in via maximè circa sepulcra, seu licotropia dicta secundum Paulum: alias lupus, seu melacholia lupina, vt capra, aquę supernatitans, etiam ad amorem hereos: Inquit donas deuentarum contra lepram varias paralysim, maniam, melancholiam, morpheam, spasmum, torturam, molliciem membrorum, præfocationem spiritualium, epilepsiam, tristitiam, aut anxietatem, datur post purgationem de mane diebus 40. Si verò inualuerit ægritudo detur per annum. ¶ Data cum decoct. hypocistidos sistit omnem fluxum sanguinis, etiam narium, & membrorum. ¶ Data recens circa quatuor mēses cum modico vini lymphati cū ca. prouocat fortiter somnum. Dando ʒ.1. ex ea cum deco. olibani, & balaustiæ sistit decursum humorum, ac catarrhum. ¶ Data cum deco. myrrhæ & rosi. prouocat sudorem diaphoreticum. ¶ Data cum vino veteri, est cura subeth ex frigore exteriori, si dentes litargirici absque febri constringantur: fricentur tamen cum ea, & melle ca. post digestionem, & confert. ¶ Dando ʒ.1. & s. ex ea liberat apoplecticum à paroxismo, præcipuè si fricetur palatum cum ea, dissoluta cum vino ʒ. 1. & s. vel. ϶. 5. & s. ex ea. ¶ Data pluries cum deco. sem. pœoniæ romanæ post purgationem, & post gargarismum cum aceto squillitico, curat epilepsiā. ¶ ϶.1. ex ea, & alius rubeæ trochiscatæ datæ conferunt epilepsię sanguineæ, & aurea Alex. data cū eadem decoctio. confert epilesię seu matri infantium, iniecta etiam naribus cum succo rutę remediat paroxismum epilepsiæ. ¶ Fricando dentes cum ea liberat à paroxismo epilepsiæ. ¶ Gargarisata quantum est faba romana cum aceto squillitico, confert epilepsiæ, grana 4. hordei ex ea cum grano 1. musci iniecto naribus, cum succo maioranæ confert epilepsiæ & paralysi. ¶ Data cum decoctione caryophyll. confert tremori extremorum. ¶ ϶.1. ex ea & alius aureæ Alexan. dati pluries cum vino decoctionis mirtillorum, confert læsioni memoriæ: aufertque obliuionem, & præseruat à corruptione imaginatiuæ. ¶ ϶.1. & s. datus cum decoctione betonicę curat cephaleam hemicraneam, & vertiginem frigidas, ac ex venenis illiniendo caput cum ea, distemperata cum succo menthæ comperitur conferre dolori capitis frigido. ¶ Gargarisata cum aqua calida, demittit phlegma putridum à capite. ¶ Vsus eius cum decoctione euphrasię vel fœniculi, ac iniectio per nares, & aures confert ophthalmiæ frigidæ, collirisata cum melle subterraneo crudo, vel in quo apes fuerint præmortuæ, cōfert pano oculi. ¶ Distemperata cū sene in modico vini dulcis infundendo lanam in ea, sic auribus intromittendo, curat dolorem ac tinnitum earundem, bibita ac emplastrata super temporibus. Tenénsque ea modicum in ore, confert valde dolori dentium à capite vel stomacho: intromissio ipsius in foramen, confert dolori ipsius, linitio cū ea cōfert dolori labiorū ex frigido. ¶ Data cū vino deco. nucismusc. diebus 15. confert fœtori anhelitus, clysterisando prius cum acutis, collutio etiam oris cum ea in summitate, confert fœtori oris ex gingiuis, vel ex humoribus frigidis. Dando fabam 1. ex ea cum infusione absyn. decedit, aufert croceitatem faciei. Fricatio linguæ pluries cum aurea. Alex. & castoreo confert molliciei, ac humiditatibus linguæ. ¶ Data cum diaolibano in ieiuno, confert squināntiæ rheumaticæ & casui vuulæ. ¶ Ipsa data cum succo raphani, curat præfocationem ex fungis, & tuberibus. ¶ Data cum decoctione modici pulegij styptici, quale crescit in Alemannia, sistit rheuma stillans, confertque spuenti sanguinem, & habenti vlcus in stomacho. ¶ Data cum decoctione aromaticorum, vel cum vino odorifero, vt Neapolitano vel Areuolo, confert cordis debilitati, dolorique ipsius cardiacæ, tremori, syncopi, tristitiæ, saltui cordis ex impulsione, vel frigiditate, defectuique caloris naturalis, & amouet tristitiam, anxietatē, malitiamq; complexionis ab eo, lætificat ac clarificat ipsum præ cæteris, & tardat senectutem accidentalem fricando eis cum ea, & potione muscata confert paroxismo

Ad ægritudines cutaneas.

Ad ægritudines melancholia.

Ad fluxum sanguinis.

Ad apoplexiā

Ad epilepsiā.

Ad læsionem memoriæ.

Ad hemicraneam.

Ad ophthalmiam.

Ad dolorem aurium.

Ad dolorem dentium.

Ad fœtorem oris.

Ad passiones cordis.

ſyncopis, & cum vino infuſionis vngulæ confert melancholiæ. ¶ Data cum vino decoctionis olibani confert artheriacis, & epilepticis, vitio pectoris vel pulmonis. ¶ Cum vino cocto dando ʒ.1.& s. ex ea cum aceto lymphato confert ſputo ſaguinis re. recens data pluries cũ decoctione olibani, diuidendo doſim, quantum exiſtit ipſum malignum. Lupinus 1. ex ea datus quaſi vnius ʒ. aceti ſquillitici, confert constrictioni, & difficultati anhelitus. ¶ Data cum aceto ſquillitico poſtmodũ cum vino deco. praſsij, vel in pillulis cum puluere myrrhæ confert parum poſt parum eruptioni cum raucedine vocis ex opilatione, vel rheumate ex cerebro, vel aſthmate teneantur pillulæ ex ea addito ſucco liquiritiæ, poſtmodum in ore ita ex eis cũ tragacantho, & melle, data quantitate fabæ cum hydromellite, vel cum rob vuæ, aut tenta in ore, confert abſciſioni vocis, & constrictioni pectoris, ex quibus timetur mors ſubitanea, cùm prouenit ex cibis. ¶ Data cum decoct. hyſſopi, vel cum melle confert difficultati & ſtricturæ pectoris ex phlegmate. Ipſa recens data cum ore pleno ex ſucco confert vlceribus pulmonis omnib. maximè antiquis Dando etiam auellaná 1. vel 2. ex ea, vel ex mithridato virtuti forti, abſq; fe. feſtinat, ac felicitat lenitionem ac eruptionem pluries, dilatans, abſtergit ac mundificat, etiam membra confortat, felicitatque membra expulſionis. G. cum aqua mellis diminuendo doſim, quouſq; perueniatur ad mel redeatur ad diem vſquequo curetur perfectè. ¶ Aſſerit Meſue ipſa & mithridatum ſunt ex maximè iuuatiuis phthiſicos, expellendo ac exſiccando malitiam, & pòſt dando lupinum 1. ex ea cum decoctione aniſi, vel cum iulep, cùm ineſt febris confert dolori lateris vel pectoris antiquo, vel ex hu. ventoſo vel viſcoſo. ¶ Lupinus vnus ex ea datus cum vino veteri, vel cum ſucco menthæ cófert bulimo, ſingultui, ac vomitui frigidis, nequeuntib. digerere cibum cum defectu appetitus, & illi, in cuius ſtomacho acetat cibus citò humiditate ſtomachi, vel debilitate virtutis, aut caloris naturalis. ¶ Pondus auellanæ vnius ex ea datũ cum ʒ.7. vini fortis confert appetitui canino. ¶ Data cum vino decoct. aniſi, aufert inflationem, & eructationẽ acetoſam, & doloré capitis ex dolore ſtomachi. ¶ ʒ.1. ex ea data cum vino antiquo confert ſtomacho læſo ex frigiditate abſq; materia, debilitatique, ſeu destructioni appetitus frigiditatis. ¶ Dádo ʒ 1.& s. ex ea cũ oxymellite ſquillitico confert apoſtematibus duris hepatis & ſplenis inueteratis. ¶ Dando fabam 1. ex ea cum vino ſubtili, vel cum decoctione fœniculi, confert dolori ſeu opilationi hepatis, ſplenis ac venarum. ¶ Dando fabam 1. ex ea cum oxymellite, vel cum decoctione capparum, confert dolori ſplenis. ¶ Data cum decoct. balauſtiarum confert omni fluxui ventris ex opilatione. ¶ Ipſa data cum vino antiquo rubeo poſt vomitũ, conuenit fluxui ventris diurno, ex humorib. frigidis, & humidis, & eius cauſa ignoratur. Pondus fabæ romanæ ex ea data cũ vino, vel cum decoctione ſumach, vel aqua trinę immerſionis 6. laminarum ferri ignitarum fornace, confert colicæ paſsioni. ¶ ʒ.1.& s. ex ea data cũ decoctione ſumach, vel balſamitæ ſtringit mirabiliter fluxum dyſenteriæ: Data cum ſucco menthæ confert lienteriæ ex vtraq; cauſa: data cum ponticis, & cum decoct. nucis cypreſsi in pluuiali, confert fluxui ventris hepatico, debilitatis contentiuæ. ¶ Data pondere lupinorum 5. poſt vomitum ac potum aquæ hordeaceæ ac hydromellis, ſiſtit ſtatim fluxum ſuperfluum medicinarũ ſumtarum ex humore venenoſo. ¶ Lupinus 1. ex ea datus cum decoctione aniſi, confert puncturę inteſtinorum ex ventoſitate, emiſsioneq; ipſius immiſsionis. ¶ Data cum decoctione aſari, confert icteritiæ chronicę cum vrina, alias ex opilatione, vel venenis: curatq; icteritiam nigram, propriæ frigiditatis hepatis. ¶ Lupinus 1. vel ʒ.1. ſecundũ Auerrhoim ex ea data cum decoctione diure. vel cum ʒ.1.& s. aceti commiſti confert hydropiſi, cõfert in declinatione ipſius. ¶ Data cum decoctione apij poſt clyſtere mollitiuũ ſubuenit hylioſis ex humoribus viſcoſis vel venonſis. ¶ Suppoſita profundè cum bombace, & oleo dicto, arab. de bẽ latinè balá vel muſcatellini, aut cum clyſtere confert colicæ ac tenaſinoni. ¶ Dando ʒ. 1. ex ea cum vino decoctio. ſaluiæ & rutæ confert colicæ ventoſæ vel debilitati ſenſus expulſiuæ. Data pluries cum vino ſtyptico liberat à periculo, & à læſione laniationis, ac rupturæ viſcerum. Dando pluries ʒ.s. ex ea famelico cum decoctione abrotani necat aſcarides, lumbricos, & cucurbitinos, ipſa retinens adhuc vim opij. ¶ Data cũ decoctióe ſaxifragiæ & milij ſolis, nephriticis, & calculoſis, curat eos, mitigat dolorem lapidis ex frigida cauſa, & comminuit eum: ipſa etiam data cum decoctione petro. magis frangit ipſum lapidem renum, & veſicæ, confertque retentioni vrinæ. Datur infanti cum lacte matris, vel etiam ipſi matrici accipiendo ʒ. s. ex ea cum ʒ.1. athanaſiæ triduo cum ſucco. ſ. plantag. in quo hæmatites fuerit fricatus, comperitur conferre valde in Petro Cellerarij editori huius cõtra fluxum ſanguinis, cùm perſequeretur. Nota, quòd in antidotario, quòd dicitur Arnaldi reperitur in c. de athanaſia ſimile dictum, ex quo inferunt multi, quòd illud antidotarium fuit Petri Cellerarij & nõ Arnaldi, quod non eſt inferendum. ¶ Vrias ab amicis Berſabæ darocis acuata, alias euacuata, cum opio & ſan. dra. ac data cum ſucco eodem, & milij ſolis, ſiſtit fluxum hæmorrhoidum. ¶ Data etiam cum athanaſia, & ſucco menthæ confert diabeti, etiá diapini fratris. ¶ Data cum vino nouo, vel decoctione zing. re. confert approximeron frigiditate ſuperemplaſtrata renibus, cum hypericon confert approximeron maleficis. ¶ Data cũ oxymellite cum vino decoctionis caſtorei, ſoluit ſtranguriã humore groſſo, ſanguine coagulato, aut ſumtione narcoticorũ. ¶ Data cum vino dulci cõfert dolori veſicę ipſa decoctionis, vt aſſeritur melior, ac vtilior in diſpoſitione matricis, cui tamen decoct. mandragorę eſt medicina efficax valde. Data cum vino decoctionis ſaluiæ confert præcipitationi matricis ex paralyſi, vel humore frigido ſuffumigata cum vino, & melle ſuper prunas cõfert ſuffocationi matricis, ſuffumigádo cum ʒ.2. & s. ex ea & ʒ.7.& s. bdellij, confert dolori matricis. ¶ Data cum decoctione calamenti fluuialis, confert contra humiditates matricis frigidas, & etiam cum lana ſuccida per noctẽ, poſt balneũ artemiſię, & chameti educit humiditates matricis pluri-

Ad ſputum ſanguinis & alias ægritudines pectoris.

Ad ægritudines ſtomachi.

Ad ægritudines hepatis & ſplenis.

Ad ægritudines inteſtinorum.

Ad icterician.

Ad hydropiſin.

Ad colicam.

Ad vermes.

Ad lapidem.

Ad fluxũ ſanguinis.

Ad hæmorrhoidas.

Ad diabetẽ.

Ad approximeron.

Ad ſtranguriam.

Ad ægritudines matricis.

plurimas. ¶ Data etiam cum decoctione diureticorum compeſcit dolorem euenientem ante eruptionem mẽſtruorum. ¶ Dando lupinum, id eſt, ex ea cum hydromellite decoctionis diptami, & rutæ, expellit fœtum mortuum, debilitatem virtutis, & molam matricis. ¶ ʒ.1. & s. ex ea data nequeunti parere, facit eam parere ſtatim. ¶ Ex ea data ʒ. s. cum ʒ. 1. raſuræ eboris diſtemperatæ cũ modico aquæ calidæ mulieri pingui, vel frigidæ ſterili, fæcundat eam prole, quamuis ipſa data ſterilis ſet perpetuò macilentam. ¶ Peſſariſata cõfert pluries impedimento conceptionis pinguedine matricis. ¶ Bibendo qualibet die ex ea cum vino, confert frigiditati matricis. ¶ ʒ.s. ex ea data cum ſucco porri, vel cum oxymellite ſquillitico accelerat partum. ¶ Data cum decoctione capparis, vel cum vino diebus pluribus, confert elephantiæ. ſ. quæ eſt tumefactio dura carnis, & tibiæ, ſuperillinita confert ęgritudinibus, ne corrumpantur. Ex ſuperadditione filij caſsini de zara medicina corduban razarin. Dando pondus grani ex ea cum decoctione ſtœchados, confert ſcabiei, & pano oculi apoſtematibus duris, apoſtemationibus hepatis, & omni genere hydropiſis. Dando pondus 12. granorum hordei ex ea cum decoctione chamædreos, confert ſingultui ex inanitione, cui nõ confert medicina aliqua. Confert ſcotomiæ continuè, tenaſmoni, omni generi maleficis his, quibus non ineſt complexio bona maniaci, tremori ac debilitati lacertorum, fluxui ventris vehemẽti, & prouocat menſtrua. ¶ Dando põdus 24. granorum hordei ex ea cum decoctione aniſi, confert opilationibus artheticę, potui ſcoriæ ferri, grauedini linguæ, tumori faucium, tineę, alopeciæ, præcipitationi matricis, difficultati vrinæ, & mundificat caput ex humoribus melancholicis. ¶ Dando pondus 22. gran. hordei ex ea cum decoctione apij, cõfert ſpaſmo iuncturarum, ac memoriæ hazaati dictæ arab. ſecundum Serapionẽ quòd habeat foramina valde minuta, ex quo reſudat aqua, & ſaniatio aliquantulum viſcoſa, vt eſt gutta roſacea in facie, conturbationi ſenſus, triſtitiæ, ſciaticæ, ſputo ſanguinis, depuratq; memoriã. ¶ Dãdo põdus gra. 16. hordei ex ea cũ decoctione myrrhæ, confert concuſsioni pectoris, fluxui ſanguinis aquoſi, & groſsi, ſaniei, pleureſi, debilitati appetitus, vomitui, & refectioni, torturæ, & mutationi diſpoſitionis membri, & extrahit ſecundinam. ¶ Dando pondus granorum 16. hordei ex ea cum decoctione chamæpith. cõfert apoſtemati vuulæ, apoſtematibus, febribus paroxiſmalibus, ſcabiei omni, & verſationi palpebrarum, approximeron impedimento conceptionis, caſui, abſciſionique capillorum, amiſsioni loquelę. ¶ Dando pondus granorum quindecim hordei ex ea cum decoctione calamenti montani, confert quartanæ, maciei continuæ, morſui, ac fixuræ reptilium, & rapacium rutelæque hemicraneæ antiquæ, epilepſię inueteratæ, maliciei complexionis frigidæ, debilitati ſtomachi, potui opij, & conſolidat oſſa conquaſſata. ¶ Dando põdus gra. quadraginta hordei ex ea cũ decoctione roſ. rub. confert dolori aurium, ſurditati, torturę, tremori capitis, duritiei capitis, ac matricis, omni genere morpheæ, colicæ dictæ Arab. à qua Deus nos tueatur, vel cuſtodiat, relaxationem iuncturarum, prouocat lac in mammillis, pellitq; illicò fœtum. Dando gran. 47. ex ea cũ decoctione cappar. confert elephantiæ, dolori veſicæ, cataractis oculorũ, humiditati gutturis, omni genere phlegmatis modis omnib. animalibusq; venenoſis, & ſuperfluitate corporis omnis, & minuit lapidem veſicæ.

Ad elephantiam.

Cõpoſitio theriacæ.

¶ Bonũ eſt, vt effect⁹ p̃dictos notauerint, quare Galen. adipiſcatur, fiat à deſcriptione præſente quam Gal. cæteriq; inueſtigatores veritatis aſſerũt, fore laud. per maximę bonitatis potentię poſsibilitatis medicinarũ, ac cõpoſitionis melioris, q̃ ſuperqueat, cui nihil ratione, vel experiẽtia ſuperaddere, vel diminuere voluerũt: R. trochiſ. tiri. trochiſc. andronici. piperis nigri nõ parui, nõ rugoſi, nec corticis groſſæ, opij thebaici, cinnam. ſubtilis, odoriferi an. ℥.4. & s. trochiſ. ſquillæ ℥.6. ſe. naporum paruorũ, ſeu agreſtium roſ. rub. rad. lilij agreſtis, rad. lilij cœleſtis, odoriferæ roſ. agaliai, ſucci liquiritiæ, balſami an. ℥.5. & ʒ.5. myrrhæ rub. croci, zing. alb. rheub. electi, pẽtaphylon, baccarum lauri pinguiũ corticatarũ, ſummitatũ calamẽti fluuialis paſsij, ſtœchad. ara. ac polij montaſe. petro. rad. diptami cretenſis, olibani, florũ ſcœnanthi re. terebinth. caſsiælig. pilorum ſpicænardi an. ℥.1. & ʒ.1. ſtorac. calamitæ, reſ. ac rub. ſe. apij ameos, ſeſeleos, ſe. naſturtij, ſeu ozimi caryo. ſummitatũ chamædreos, chamæpitheos, cẽmeæ mõtanæ, hypericõ ac centaureæ mõtanæ, ſpicæ celgẽtianæ, hypocyſt. marathri, terræ ſigillatæ rub. vitrioli vſti in teſta, quouſq; immutet colores, amomi, rad. acori, raſ. gran. de hermel, dauci, galbani, ſpalti Iudaici, folij indi. caſpos, maſt. gũmi ara. mundi, aniſi, acatiæ an. ℥.1. ʒ.6. bdellij, opij, ſerapini, armoniaci in modũ corticis, capparis, xylobal. pulpę caſtor. recen. ariſtoloch. long, an. ʒ.3. mellis, qđ apes collegerint ex thimo deſpumati, vini tenuis al. rub. ac odoriferi an. ℔.12. & ℥.5. & ʒ.5. Cõficitur ſicut Medicinæ ſiccę, terãtur ſubtiliter, agaric⁹ ſeruet̃ ſedatiuo cõficãdo groſſę, ac põderẽtur gũmi & ſucci remolliantur in modico vini p̃dicti, & incorporẽtur in vaſe vitreo, cum modico mellis troch. terantur liquida. ſ. ſerapinũ, ſtorax, terebinth. & balſamus, incorporẽtur cũ melle p̃dicto, deinde troch. vſquequo fiant velut emplaſtrum, deinde incorporentur bene, Medicinę ſiccæ ſuperponantur ſucci, & gũmi cum caſsia fortiter conterendo, ac ſupermoretur binum qualibet vice ℔.1. bene agitando vſquequo vniantur, perfectè conterantur per diem, ac referuentur diebus multis in aliquo vaſe argenteo, ſtanneo ac plumbeo, ſic quòd remaneat tertia pars vacua, & euaporet obturando bene cum conſimili, vel cum corio bene loto, à calce teneatur diſcoopertum qualibet die per horam menſibus 6. vel qualibet 5. menſium per diem vſq; ad veſperam. Trochiſci tirorum ſic fiunt dando etiam ℥.1. & s. ex eis: vel trochiſcis ſquilliticis, cum ℥.1. & s. vini antiqui cõfert leproſis. Inuenias nõ prope aquas ſalſas vel dulces, ſed prope vbi creſcit fœniculus, viperam ſeu tyrum flauum pinguem, fœminam, ſcilicet pluſquam duos dentes habentem, oculos, & linguam bene mobilis cum mãdibulis magnis, &c. vt in antidotario.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE ARTE COGNOSCENDI VENENA, CVM QVIS PROPONIT EA alicui ministrare.



Timens de venenis, caueat sibi de manu ministrantis cibos & potus suos: & maximè potum vini, obseruet colorem, odorem, & saporem oblatorum: nam quicquid non fuerit dulce, & delectabilis saporis, puta amari, acuti, acetosi, & styptici, & pontici, erit suspectum. Attamen dolosi decipiunt addēdo modicum ex venenis cum cibis delectabilibus, vel delectabilis saporis, & maximè dulcibus acetosis, & acutis cum insipidis: & sicut cum carnibus, & aqua, & brodio carnium, & aqua simplici nō possunt venena addi sine mutatione saporis, quicquid etiam odorem habebit horribilem, fœtidū, & illaudabilem, suspicandum erit & vitandum: necnon & ea, quæ variorum colorum sunt, sicut farcimiam limoniam, & omnia salsamenta variis coloribus colorata: aqua etiam, iuxta quam inhabitant animalia, seu reptilia venenosa, est multū vitanda. ¶ De ingenio resistendi venenis, & nocumentis eorum, priusquam assumantur. Expedit etiam nunc, vt veneno resistentia præsumantur, sicut ficus, nux auellana pistata, vel cum ruta simul iuncta. Ex his etiam sunt cortex pomi citri, & limonis, allia, & cæpæ, quæ omnia ca. sunt, & iccircò sumi possunt tutius tempore temperato, & frigido, quàm tempore calido vel æstiuo. ¶ De signis certificantibus, quòd quis venenum iam assumserit, aut ab animali venenoso morsus fuerit, & de regimine eorum in vniuersali, & primò de modo prouocandi vomitum, & eiiciendi venenum. Si ergò quis assumserit venenum, aut ab animali venenoso morsus fuerit, quod in parte ex signis prædictis sciri poterit, necnon doloribus fortibus, & torsionibus fortibus in stomacho & ventre contingentibus, & angustiam præcordiorum vomitu, & fluxu ventris cum sudore frontis, & vultu frigido & colore pallido, & pulsu debili, inæquali, & inordinato syncopim iuuantibus, conetur celeriter ad vomitum prouocandum, & eiectionem assumtorum. ¶ Sumat ergo magnam quantitatem aquæ decoctionis aneti, & posita in ore pluma intincta in oleo, & digitis, prouocetur vomitus, deinde comedat magnā quantitatem butyri, vel sorbeat multum lactis, quo facto prouocetur vomitus iterato, aut dissoluatur in magna quantitate aquæ calidæ, drachmæ duæ stercoris gallinacei pulli, & sumat ea, & post paululum vomitus prouocetur, & in summa butyrosa, & olea, & axungia cum hoc, quòd prouocant vomitum, interponunt se velut scutum inter mēbra & venenum, & multùm calida sicca, sicut allia, & cæpæ, sal, ruta, & similia, consumunt ipsum venenum, ita quòd interdum in venenis frigidis, sicut in morsu scorpionis, non exigitur alia medicina. ¶ De arte regendi membrum à venenis morsum, vel instrumento venenato vulneratum. Est tamē sciendum, quòd in morsu animalis venenosi ligāda est pars superior strictè, ne venenū membro affixum, seu derelictum per venas superiores possit ire ad cor, & alia membra principalia, & mortem inferre patienti, locus morsus consequenter est scarificandus, & venenum à loco scarificato cum ventosa & igne, fortiter attrahendum, aut erit ore alicuius sugendum, qui nullam excoriationem ragadiam, vel vlcus in ore, aut in dente patiatur, eritque securius, si aliquam rem prius comederit, & biberit, non tamen tantum confert patienti, decet etiam, quòd gargariset prius oleū per se solum, vel cum vino mistū, & cum eodem oleo, vel vino propria labia liniat, seu vngat, & deinde sugat, & hoc satis dictū fuit, & consequenter superponantur medicamina veneni attractiua, & labia morsuræ aperta tenentia, & dolorem mitigantia. Ex quibus sunt mentastrum, stercus columbinum, anatinum, sulphur, assa fœtida, sal commune, lapis Iudaicus, allia, & se. pomi citri: quodcunque igitur istorum primò fuerit repertum bene tritum, & cum melle mistum, superponatur loco, & morsuræ, donec dolor & mala accidentia eius cessant. Quòd si dolor non remitteretur, sed potiùs augeretur, deponantur celeriter prædicta medicamina, & accipiatur columbus per ventrem scissus, aut pullus gallinaceus, aut gallina loco morsuræ actu superponatur calida, & quando patiens percipiet calorem actualem alicuius ex auibus prædictis infrigidari, vel tepefieri, deponatur: & alia eodem modo parata superponantur, quòd si continuetur, donec dolor mitigetur, vel cesset omnino: quòd si prædictæ aues non possint inueniri, superponatur emplastrum de farina tritici cum oleo communi simul cocta, & superponatur loco morsuræ. ¶ De arte ministrandi medicinas theriacales, & liberantes à veneno. Expeditis igitur his, celeriter offetatur eis omnibus, si possint habere pondus 15. granorum ex smaragdis electis subtiliter puluerisatis, & distemperatis cum sufficienti quantitate vini, vel decoctionis aneti, si patiens frigus patiatur magnum, sicut cōtingit in morsu scorpionis, & sumtione similium venenorum frigidorum, vel si statim non patiatur æstuationem magnam, & sitim: tunc enim smaragdus, & cæteræ medicinæ theriacales propinandæ sunt cum àqua, vel lacte potius, quàm cum vino, vel decoctione rerum calidarum. ¶ De efficacia etiam basaar. arab. non est dubium, sed quia non inuenitur apud nos, ideo non curo. De bezaar. etiam minerali licet de eo ferantur partes aliquæ, tamen quia potior ex sapientibus in hac materia non approbat efficaciā eius, ideo non curo: verumtamen qui non poterit habere smaragdum, portet secum se. pomi citri dul. vel acetosi, ex quo tempore prædicto à cortice suo mūdato, & trito sumat ʒ.2. cum aqua vel vino secundum exigētiam accidentium præfatorum. ¶ Ex compositis autem medicinis potior est theriaca magna electa, & bene fermētata,

Præassumenda resistentia veneno.

Signa veneni assumti.

Smaragdus.

Semen citri.

ex qua offerendum erit tunc à ʒ. s. vsque ad ʒ. 1. cum vino, & cum aqua sicut dictum fuit, & post ipsam est mithridatum compositum bene, & bene etiam fermẽtatum, ex quo etiam erit tunc offerendum eodem modo tantundem, vel parum plus. Et post has est diatessaron, de quo etiam offeratur eodem modo à ʒ. 1. vsque ad ʒ. Et aliæ theriacæ compositæ multum vtiles in proposito, sed theriaca ex nucibus ex inuentione Gal. & theriaca ex alliis, quam inuenit Auenzoar: & plures aliæ: sed quia prædictæ sufficientes sunt in omnibus: ideo non curo, præterquam de theriaca ex cancris fluuialibus, à Gale. composita, ipsa enim non habet parum in morsu carnis rabidi, nec est dubium de eius efficacia, cuius cõpositio est hęc: Recipe thuris, gentianæ án. partes quinque. cancrorum fluuialium vstorum partes 6. terãtur, & in puluerem reducantur, ex qua prima die ʒ. 2. offerantur, & augeatur dosis omni die per ʒ. s. ita, quòd nona die sumat ex ea ʒ. 6. distẽperatus semper cum vino, vel aqua, vel vtroque simul. ¶ De significantibus egressum, & expulsionem veneni à corpore, & perfectionem operationis medicinæ theriacalis, & conuenientia regiminis, patientis etiam in somniis, vigiliis, cibis, & potibus recepta. Cessante autem dolore interiùs, & exteriùs, & pulsu patiẽtis roborato, & ordinato, reparato ipsius calore naturali, poterit ligatura membri, si violenta fuerit, relaxari, prouocato tamen vomitu, sed sicut prius dictum fuit, & sumpta medicina theriacali, non tamen permittatur interim patiẽs aliquo modo dormire, vel labia morsuræ claudi, seu super eam crustula generari. ¶ Et postquam medicina sumpta à stomacho exiuerit, & opus suũ perfecerit. Ad hoc autem ad minus exiguntur 8. horæ. Reficiatur patiens cibis congruis in proposito, & cerebrum quidem gallinarum assatum cõfert sua proprietate, tam morsuræ à venenosis, quàm his, qui per os venenum sumserunt, vitella autem ouorum prosunt in proposito, & similiter facit cortex limonis in cibo sumtus, ficus, nux, ruta, mel, cæpæ, & allia, & auellanæ pistatæ, & multum sal, præterquam in morsu canis rabidi, & panis bene præparatus, & brodium pullorum gallinacearum prosunt ex proprietate ei, quem mordit canis rabidus: etiam esus caulium, & carnes cancrorum fluuialium, & ipsorum decoctio plus cæteris cibis, tam via cibi, quàm via medicinæ, & confert ei brodium auium laudabiliũ, puta turturum, perdicum, & sternellorum, sed non columborum: & omnes morsi à veneno debent vitare in generali omnes carnes, sed hi, qui assumserunt venenum, possunt bene vti pullis gallinaceis, competit etiam eis, & specialiter morsis à scorpione, multus potus vini fortis. ¶ Est sciendum tamen, quòd prędictum regimen competit prædictis, qui patiuntur frigus, sed nequaquam patientibus æstuationem magnam, vel calorem & sitim: immò reficiendi sunt tunc pane mediocriter fermentato per se, vel cum modico butyro: debet fugere poma acria, vel malagranata acetosa, & si etiam fuerint vehementer inflammati, comedant herbas frigidas, puta lactucas, rostrum porcinum, endiuias, & cucumer. non tamẽ omittant omnino esum ficuum, atque nucum, parum tamen ex eis assumant, nec sumant in potu, nisi secaniabin, vel aquam cum modico vini, & cum duobus, vel tribus diebus, sic cibatus fuerit, sumat iterato aliquantulum ex prædictis medicinis theriacalibus, secundum modum prædictum. Et postquam omnes eius operationes naturales omnino saluę fuerint, redeat paulatim ad consuetudinẽ suam. Est tamen continuandus vsus emplastrorum, & linimentorum, & ciborum medicinalium, qui morsus est à cane rabido, vsq; ad 4. diem, licet vtplurimum eius mala accidẽtia consueuerint apparere circa 14. vel 13. diem. ¶ De ingenio resistendi nocumentis animalium venenosorũ, & reptilium venenosorum. est sciendum, quòd sicut esus prædictorum cibariorũ theriaca lium præseruat à nocumento venenorum sumẽdorum, sic suffumigium ex galbano factum, & vnguibus caprarum, & capillis humanis, sulphure, & sinapi, & opio fugant omnia animalia reptilia, & venenosa, & similiter suffumigium scorpionis, omnes scorpiones. Horum autem omnium articulorum certificatio inutilis est omninò, nisi à Deo benedicto, & efficaci protectore omnium aduersorũ misericorditer dirigatur.

Theriaca ex cancris fluuia libus.

Cibi conuenientes venenum sũ ptis.

Cibi conuenientes venenũ lędis.

Fugantia venenosa.

ARNALDI DE VILLA NOVA CONTRA CALCVLVM.

De Medicinæ scientia, eiusq; potentia, Cap. I.

REOR, qđ medicina est sciẽtia, quã diuina statuit prouidẽtia, fore auxiliatricẽ hominiq; cõtra incommoda, necessitatẽ, q̃ genus humanũ ob præuaricationẽ primi parẽtis incurrerit, delictuosè psuadẽs remediũ medicinale adhibere forte inter creata in creata diuina virtute excepta, apicẽ nobilitatis, actuitatis à creante tñ Auic. testãte 1. can. cap. de necessitate mortis ei⁹ limitãt potestates, necessitates, & indigẽtias humani generis suo auxilio subleuando: videlicet in ꝓhibitione putrefactionis, & defensione hu. radicalis eiusdẽ, ne veloci⁹, quàm secundũ ordinẽ resoluatur. Ex quo liquidè patet, qđ neminẽ à lege mortis absoluit, actuali lęsione extrinsecarũ defendit, nec ad vltimũ terminũ cõstitutũ adeò omnem hominem producit. Cùm ergo sapienti sit imponere precium rebus, nequaquã in hac arte ab eodẽ omnimoda spes sospitatis ponatur, & si vitæ humanæ retinendæ salutis, secundum Boetium, omnimoda sit cura.

De Medico, eiusq; officio, & de his, quæ necessariò concurrunt ad curam cuiusq; morbi, Cap. II.



ROFECTO Medicus à ministro humanæ naturæ ministri nomen sumit ab etymo: causa vocabuli, Medicus custos

medij, id est, virtutis cordialis sanitatis, fas est à principali ministerio appellari à secundario: Veruntñ ægritudinum, qđ vtrunq; nihil aliud est, q̃ eidẽ naturæ auxiliũ impẽdere. Ex quo euidenter apparet, qđ naturæ humanę operari, nõ Medici, Ga. teste, Natura inq̃t, est omniũ opatrix, &c. Et secundũ eundẽ alibi, nã quicquid operatur, facit per seipsam, Medicus aũt alio s. cõmuni essentia artis ad artificẽ. Est ergo ministeriũ in his auxiliũ, quo ex idoneitate, aliq̃n ex indigentia aliquid fit, nõ tñ ex certitudine, teste Philosopho. Oportet operantes multas operationes & cõsiderationes attẽdere, queadmodũ in medicinali, & nauigatiua propter multifariã varietatẽ, certitudinẽ nõ habentes. Infelix est ergo, q̃ in auxilio Medici ponit omnimodã spẽ, & eius consiliis omnimodã sospitatẽ: quoniam in curando humani corporis ægritudinẽ cõcurrũt necessariò duo, agẽs vniuersale. s. virtus, & ipsa natura instrumentũ ei⁹ informans corpus humanũ, sine quib. nihil fit verũ: agẽs ipsum vniuersale operat instrumento hoc, secundũ quod dispositiones corporales productas in eodem corpore. Dũ ergo naturã eandẽ in hac duplici operatione suæ directioni subiecit, viam erroris eidẽ operãtis obstructio, q̃ natura animæ regitiua appellatur, ꝓut natura est habẽs tres potentias, vt dictum est, amplius in contẽplatione neophita super corpus humanum de gratia Dei. Quod ꝓbatur ex hoc, qđ ipsa vegetabilis anima operatur ad duo, ipsa est alens & operat ad id, qđ alitur est duplex, vt cib⁹, & instrumẽtũ, vt calidũ, cib⁹. n. calido coquitur. Quantũ ad primã operationẽ dicit Gal. qđ natura habet sapientiã, quantũ aũt ad secundã, ille idem in tertio de criticis dicit, quòd inest virt⁹, qua expellit omne illud, qđ sibi est contrarium. Cui alludit Philosoph⁹ 11. de animalib. dicens: natura semꝑ laborat in dando virtutẽ adiuuantẽ, & remouentẽ distemperantiã corporis cuiuslibet ꝑ contraria, & hoc ordinatè ꝑ debita medicamina, & ad debitum finem & sensum tendens, non quòd se ad ipsum finem determinet, licet ipsum intẽdat. Non. n. cognoscit, sed per aliquẽ determinatur intellectum: & proinde quæ sunt dispersa in natura, sunt in intellectu vnita, aliter esset in infinitum abire. Oportet ergo ponere vnũ intellectum primum, q̃ omnia agnoscat, sicut Deum. Medic⁹ aũt ministrando naturę substantiã rerum non naturalium. s. moderatè secundum debitam quantitatẽ, & etiam qualitatẽ & tẽpus adiutor ei⁹ inscribit, ægro verò inimic⁹.

De Curatione Medici fidelis, Cap. III.

SIT Medicus in sua curatione fidelis, vt caueat, ne per imperitiam sauciet, per negligentiam vulneret, vel dolosis fraudib. imprudenter occidat. Tenetur. n. Medicus ex imperitia obligari in cura, & si potiones lętiferas machinationib. dolosis ingesserit, re⁹ ipse sanguinis horrendus, & ipsius homicida. Sit honestus in thalamis, delitescat in eo flamma libidinis, nec tactu adeat, nec aspectu mordescat. Sit in silendo cautus, vt taceat, quæ reuelare non expedit, & futurus sit cognitor futurorum secretorũ. Occultaq; colliget in scrinio cordis pectoris, sub sigillo claudat. Ad pharmacias non sit immatur⁹: & ad finalia remedia non declinet festiuus, sed semper ad cutatoria consimilia. Nec sunt ferro curanda vulnera, quæ fomentorum possunt blandiciis recipere sanitatem. Nouis experimentis fidelis Medicus non studeat, quia solẽt nouitates pericula inducere, cum experimentis artis quærere rationem sua discusione repudiet, & prouida debilitate contentum: quia casus aut alia dispositio corporis aliàs reformanda restituit, languidisq; exhibitio reperisse creditur experimenti fallacia plerunq;, qui videtur æger cõnualuisse cõtrariis, & creduntur debile nocentia confortare, sed aliis natura confortata remediis per diætæ beneficiũ exhausta furoribus, & ad conualescentiam remediorum blandimenta peruenit, quæ contrariorũ non induxerat. Contingit multoties experientia Medici, quæ prohibet, quæ manducare debuerat consultus prohibere. Quid ergo mirandum, si diuersi ab vno & in vno diuersis viis intendunt ad idem, quod fit aut propter imperfectam artis cognitionem, aut inæqualem experientiam & industriam, aut propter vtrumq;. Sanè perfectus Medicus est, aut Deus in iudicio, & sanans ipsum, quantum in se est, duntaxat obire non habeat ꝑ inobedientiam infirmi, infirmi errorem, assistentium siue ministrantium: nec aliquod extrinsecus accidentium, à quibus raro absoluitur, ideóque contingit rarissimè, quin cadat in curatione error, vt per me latius dictum est in neophita doctrina gratia Dei.

De Doctrina scrutinij rationis curatiua huius calculosi languoris in renibus, Cap. IIII.

QVIA nihil certius est in auctore, quã obseruantia præmissorum in executione: ideoq; vt huius man⁹ Dei ordo exequatur fideliter, ratione solerti, industria & experientia salutari. Et quia passim & passim, magis & magis natura humana corporũ: itaq; olim multa experimẽta veterum Medicorũ salubria, q̃ ꝓpter defectum ipsius hodie sunt mortifera, nõ ergo negligendus Prothomedic⁹. Hipp. fuit ante aduentum summi Medici Iesu Christi, spatio annorum multorum. Gal. verò princeps Medicorũ dictus à quodã claruit in scientia medicinæ. can. 11 Sane senescit iam mundus, veterascit vterque macrocosmus, & microcosmus, & quantò vtriusque prolixius senectus producitur, tantò deteri⁹ natura debilitata & exterminata prosternat. Moderamini ergo Medici moderni, quod mundi labor agitat dogmata, & experimenta antiquorum tempora diuidendo. Nec mirandum, Christo viuente, si per modernos agitetur, quod adimpleri non potuit per antiquos. Proinde ergo sic moderatis antiquorum experimentis, ac suis dogmatibus ad nostrum intellectum conuersis, quibus in medicatione nostra dicim⁹, gratia Dei, summi Medici, pr̨ nostra cõfidentium in curatione huius languoris prælibatæ meæ experientiæ ratione probatæ adhæsi. Iam eius promissio scrutinio rationis, qđ est operationis thesaurus, more conuenit prudentis Medici, cuius est ægritudinem sibi manifestare, periculum eius detegere, & eidẽ remedium adhibere, inquit quidam prudẽs, qđ languor calculosus est renum dispositio præter naturam, immediatẽ & sensibiliter actionem debitam

bitam hominis, vel solitam paroxisma. lędens, salubris tamen aliqua specie sine modo, nisi imperitia, vel negligentia Medici, vel inobedientia, vel diffidentia, & defectu virtus impediatur infirmi. Cuius rabida generatio, non nisi ex materia præcedente & causa efficiente completur. Materia verò tam vesicæ, quā renum humor est grossus, & viscosus ad hęc membra descendens, & sanies, vel sanguis in his aggregatus, licet rarò: Cui9 medicinæ causa duplex est. ¶ Prima est retentio humiditatis expellendæ à corpore descendentis in renibus, retentæ diutius, aut humiditatis, aut aquositatis ad renes, attracta à superioribus membris ante digestionem integram, ex vehementia caliditatis in eis. ¶ Secūda verò causa est materia assumtorum grossa, viscosa, indigestibilis, humorem grossum viscosumque generans, & maximè quando digestio hominis est debilis, aut propter debilitatem virtutis digestiuę, aut multorum assumtorum destruētium virtutem, aut ordinis, & horæ ipsorum malitiam, & exercitij super repletionem immoderatā, aut propter apostemata calida, vel erysipilam, aut vlcera in renibus. ¶ Causa efficiens generationis huius lapidis est, caliditas renum ab æqualitate egressa, desiccans & adurēs ex vehementia caliditatis materiam quarumcunque humiditatum prædictarum, descendentium & retentarum in eis, quousq; ad causam lapidis conglobetur. Hæc autem caliditas ignea, aut est inseparabilis, aut propter laborem accidit, aut calefactionem assumtorum, aut propter humiditatem aggregatarum opilationum, aut propter frigus accidens, aut propter apostema opilás, & hoc est plurimum, & frigida & dura communicatio membrorum vicinorum, & propinquorum, sicut intestinorum & aliorum, quādo comprimuntur renes, tūc accidit opilatio ab eis, & illæ res omnes sunt communes ad renes & vesicam, quamuis lapides differant vtriusque. Etenim ille, qui in renibus generatur, est leuior parumper, & minor, ad rubedinem magis declinans propter naturam loci & calorem, propter quod forte in eis lapis figitur tempore longo. Qui aūt in vesica generatur, est maior, & vehementioris duritiei, ad albedinē, cinereitatem declinás, & magis propter ipsius generationis loci naturam, in eo figit̃ tempore longiori. Et cui aduenit lapis renum pinguis est: cui verò aduenit lapis vesicæ, extenuatus est. In senibus autem plurimum aduenit lapis renum, quá vesicæ: econtrà verò infantibus, & qui eos sequūtur, quod vtplurimum est ab infantia ad pubertem. Et illud ideo, quoniam virtus expulsiua infantium adolescentiumq; est fortis à superiorib. ad inferiora expellens: & eorum sunt subtiliores humores, facilè in renibus eorum, penetrant velociter illos propter vehementiam caliditatis naturalis ipsorum expellētis ad vesicam. Et iterum, propter appetitum gulosum ipsorum, & motum super repletiones ipsorum: & etiá, quia lac potát, & propter constrictionem meatus vesicæ ipsorū. In senibus, quia causæ his contrarię sunt, in renibus eorum lapidis generatio fit. Cæterum vt per signa distinguantur, fateor quòd principium lapidis renum, est vrina, quæ cùm in primis fit grossa, deinde propter retentionem turbidi attenuatur, tunc eius generatio efficitur. Veruntamen prima significatio est sanitas virtutis, & debilitationis meatuum, & quandoq; est cum ea sedimen plurimum simile, & quod est in ægritudinibus hepatis infirmi. Et quantò est vrina vehemētiùs assiduaq;, clara, & paucioris sedimenti, significat, quòd lapis est durior. Horum verò omniū significatio confirmat̃, si arena tendens ad rubedinem, & citrinitatem, resideat in vrina, necnon & roboratur significatio ipsa, si dolor & grauitas sentiatur, & si quasi aliquid retineat̃ super eum, & mouetur in eo, quod sequitur alchatim, significat magis fortitudinem virtutis expulsiuæ, & meatuum amplitudinem, & vehementior dolor, quæ fit propter lapidem renum, cùm generatur. In primis est, quia stringit, propterea quia nutritur, cùm mouetur super eum, & incedit in meatibus, & propriè vesicæ doloris, & cùm mouetur ab eo, in dispositione verò conglutinationis ei9, & quietis, patiens ipsum, cùm nō est repletio vehemēs coarctans, & mouens lapidem, inuenitur retentio & grauitas eius tantum, & repletio cibi facit vehemētius excitare dolores, & propriè qn̄ descendit cibus ad intestina, & pertrāsit ea. Cūm autem euacuantur, & expelluntur superfluitates ex eis, dolores sunt quietiores. Signa verò lapidis sunt grauitas doloris, eius vehementia, & descēsio eius ad chatin, & vsq; ad inguina, & emunctoria, cui aliquando associatur feb. ephemera, propter dolorem, nausea, vomitus, fastidium, cibi indigestio, sitis assidua, non nimis intensa, sed cum oris siccitate, vrinæ tenuis effusio & alba, & quasi videatur dissuria: cùm autem iam peruenit lapis ad meatum vesicæ, tunc sedatur dolor, & reliqua euanescunt. Iam liquidè ergo patet ex hoc fideli rationabili scrutinio rationis pętitulati languoris, quod est eius curationis initium. Repellatur ergo detractio inuidorum, & non illumināntium, sed obtenebrantium, non corrigentium, sed corrumpentium hanc doctrinam, & dicentiū: Quādo hic Medicus absens est, valet rectè tractare de curatione prælibati pastoris fidele se agens prætendendo. Sanè tales arbitrantur sapienter obuiasse, cùm in magnum inciderint errorem, an ignorent, quòd calculoso laborans languore, cuiuscunq; sexus, ætatis, figuræ, complexionis, regionis, consuetudinis, & artis sit, quòd eadem materia lapidis est vtrisq;, videlicet humor grossus, & viscosus, eademq; est causa efficiens generationis, videlicet caliditas ab æqualitate egressa: si ergo cuiusq; morbi trahetur ab essentia eius, non omissa per te præiacentis salua: & ordo curationis naturalis ab eius trahitur, causa accidentis verò à morbo aliquādo, & aliquando ab accidente, vt consequenter dicetur: iamq; horum omnium spiritu sancto duce habito sic, & conscripta cognitio non me lacerent dente canino: nec quærunt ab aliis vituperari, cùm seipsos vituperent. Non tamē negligatur, quod additur ad sermonē, reor quòd ab olim complexionem & ętatem Domini prælibati cognouimus, & vidimus, etsi nō sit certo annorum numero determinare ætates: transeat ergo obsecro prælatus meus Dominus, confidens super hoc opus manus Dei, quia iam subito fortius fundamentum construimus semper cum consilio fidelis Medici bono Damasce. dicēte: Æger vni fideli Medicorum committend9

est, vnus error à rei distantia rarus est, quòd si plu res consulit in errorem plerumque cadit.

De Curatione huius calculosi languoris, Cap. V.

SANE natura humani corporis operatur cum organis, & dicitur organum ab origine, non quæ sunt membra spermatica substantia carnis, & spiritus substãtia, mediante qualitate quanta, & qualitate naturali suas cũ his operationes perficiens, quæ sunt substantia virtutum dic & ipsius minister naturę ministrat cum ministris, & dicitur instrumẽtum mentem instruens ministrantis: neq; enim Medicus aliquid propter instrumenta, quæ ad eius opus pertinent, exercet: sed instrumenta potius propter artis studium præparantur, quia sicut vtilia sunt peritis, ita superflua his, qui experientiá eius ignorant. Ordine tamen curationis duplici vtuntur Medici, instrumento .s. naturali, & accidentali. Similiter quidem naturalis ordo curationis ægritudinis cùm in ea incipit, ab eo, quo facto reliquum fit, & non econuerso. Ordo ergo accidẽtalis, vt in curatione incipiat ab eo, quod magis namq; infestat cum eius timetur defectio: tũc enim timens artificibus ministratur sperãtibus, tale autem ægritudo est, & aliquando accidens. Cùm igitur in curatione artificiali concurrunt necessariò hæc tria, causa tamen prima, quæ dicitur antecedens scrutinij rationabili curationi, q̃ sumitur ab essentia morbi, intentio curatiua, quę dicit᷑ actio iudicata ab ipsa essentia, & forma causarum curatiuarum scil. ciborum, potionũ, & huiusmodi, quæ est conceptio ab intentione præcedente indicata, conseruando semper præiacentẽ salutem. Ordine quidem naturali Spiritu Sãcto duce huius languoris prælibati Domini mei cõplebitur sanationis intentio, qui ordo consistit in abscisione materiæ lapidis, & prohibitione genẽrationis ipsius, causam abscindendo ex rectificatione eius, deinde mundificatione, & comminutione, & fractione eius, compresione eius, & eradicatione eius, & ex suspensorio suo cum medicinis illud efficientibus. Deinde ex trãslatione ei⁹, & subtiliatione in ipso, & ordine eius. Illud autẽ completur cum medicinis prouocatiuis, & cum adiuuantibus de foris, deinde ad complementũ operationis præfatæ: regimen symptomatis huius languoris concurrit ex ordine secũdo id, qđ inde de dolorib. sequitur, & rectificatione ipsius, quod in eis accidit de vlcerib⁹: deinde maiorum hui⁹ salutis doctrinę desideriũ, pertrahente mox ad curationẽ fideli experientia, solerti ratione & industria, condescendo, vel de his, quãtum est in me, omittendo, quod charitati potius, q̃ iactantię imputetur, cùm simplicem omnem gratiam Dei participatam mihi gratis per hanc conscripsero veritatem. Confido.n. nec apud prelibatum meũ Dominum de debilitate huiusmodi retributionis, quinimo de fideli labore mercedem, cũ merces labori, & non fructui debeantur: licet Medici summi gratia, & intentione deuota iam fructum huiusmodi laboris optatum diutius comprehendam, & Dominum prælibatum sospitati corporis restitui languidum, nec conscientiam meá de amisione veritatis mendacij crimine incurram.

A Ordine igitur naturali præmisso, à materiæ incisione inchoandum eius præparatur digestio, cũ hoc experto, & efficaci syrup. sanè, sicut lima serrá disponendo ad meliorẽ lignorũ sectionẽ, dicitur lignum secare, sic syrup. huiusmodi disponendo calorem naturalem, q̄ est instrumentum naturæ, dicitur digestionem facere: R. aq. rad. fœ. petro. asparag. brusci, apij alexandrini, saxifrag. destillatę per alemb. an. ℔.1. Item se. omnium prædictorum an. ℥.s. se. com. munda. an. exagæ 2. se. dauci aur. ʒ. amyg. excorticatarũ, passul. enucleat. ana aur. 5. rad. liquir. mun. & succi ei⁹ an. aur. 2. & sem. costi dul. aur. 2. seseleos, acori an. aur. 1. & s. rub. tinctorum aur. 1. scolop. ca. Ve. an. M. 1. omnia terẽda terantur, & ponantur in aq. bona sufficienti ad madefaciendum per 2. dies, & noctes. Postea ponantur in alembico, & destillentur, huius aũt destil. & destillationis rad. prędictarum accipias an. ℔.3. cum ℔.10. sacch. & ℔.2. opt. mell. & fiat syru. delicatus, de quo sumat omni mane ℥.1. cum aur. tribus oxymel. squil. cum aq. cal. & apud somnũ ℥.1. siue oxymel. Similiter sumat, quousq; digeratur materia, quod cognoscitur per mutationem colorũ, & substãtiæ, & hypostasi laudabili vrinæ, deinde purgetur cum electuario benedicto: Rec. polypod. recen ℥.s. fœn. aur. ʒ. se. com. excorticatorum an. aur. 1. & s. liquir. mund. ʒ. 2. sacch. viol. ℥.1. & s. penid. ℥.2. cand. ʒ.s. opt. rheub. ℥.s. turbith boni, & gũmosi ℥.1. vel mutetur proportio eorum secundum peritiam fidelis Medici, si expedit cũ prædicto syrup. additis ℥.2. medullæ cassię fi. fiat electuarium, de quo in mẽse Maij circa principiũ vel circa medium, vel circa finem in regionib. nõ cal. assumet mane ℥.1. Notandum tñ, quod in vere bis potest vti hoc electuario benedicto ad pondus ℥.s. mẽse aũt Iunij, Iulij, Augusti, semel vtatur hoc ad ℥.s. dieb. canicularib. obseruatis, qui sunt tempore illo, quo Sol est in Leone. s. à medio Iulij, vsq; ad mediũ Augusti, summariè loquendo: semper tñ ante assumtionem huius electuarij benedicti, si potest, præmittatur clystere cum aqua decoctionis maluę violarię, nenuphar. & florum chamomillæ aur. ʒ. addita medulla casiæ fist. ℥. s. sacchari viol. olei chamomillæ, & mell. an. ℥.1. Sequenti die purgationis intret balneum in domo artificialiter exteriori balneo ęquipollẽs: ibique tantum immoret, quòd sumat de humectatione balnei, de contrario verò nequaquam: exeunti verò à balneo offeratur optimæ theriacæ cum vino, tepidè ad pondus trium caricarum, vel cicratrum, exceptis mensibus tribus, in quibus satis est, vt sumat ad pondus vnius cira. Post purgationem verò vniuersalem in mense Maij & Septembris, die sequenti post balneum ventosæ cum scarificatione super venam saphenam domesticam, vtriusque partis ponantur. Porrò si materia grossior, viscosior, frigidiorque fuerit, vel esset aliqua materia in vesica, similis globa terræ æquali proportione, hic syrupus cum oxymellite squillitico propinetur, quoad materia digeratur, deinde temporibus purgationis vniuersalis propinetur cum aqua calida, circa mediá noctẽ ℥.1. benedictæ simpl. factæ cum syrupo infrascripto. Aliis aũt tẽporib⁹ bis in mẽse sumatur eius benedictæ simpl. ℥.s. prædictis similiter obseruatis, vt continua abscisione materię, vel saltẽ ei⁹ modica mora in re-

in renib. lapidis generatio tollat, vel impediatur
in eis, ad quod consequitur prædicta. Nempe in
his completur expertius, vt experientia didici, in
q̃ pluribus regionib. mundi intentio abscisionis
materiæ lapidis, prohibitio generationis ipsius,
mũdificationis & rectificationis eius. Comminu-
tionis autẽ lapidis aliter intentionem cõsecutus
sum, diutius mihi expertum assumendo syrupũ:
Rec. saxifragiæ, granorũ Solis, cicerum, sem. aspa-
ragi, scœnanthi, asari, spicæ celticæ, rasuræ eboris,
sem. brusci, apij, petro. an. fen. ozymi, spicæ aroma-
ticæ, camom. lapid. lincis, sileris mõtani, iuniperi,
galangę, cinnam. hermodactyl. sandal. alb. & rub.
turbith, enulæ, raphani, arthanitę, lapidis spõgię,
fellis porci, xylobal. plũbi vsti, violarũ, ros. berbe-
ris, senæ, thymi, epithymi, zing. nucis musc. folij,
rheupont. rheubarb. zedoariæ, carpobal. caryo-
phyll. corticis capparum, medianæ lauri, cyperi,
cardamomi, sem. portul. lactucæ, scariolæ, papaue-
ris al. an. ʒ.ʒ. nucleorũ persicorum, baccarum cy-
pressi, cantharidum, cicadarum, liquirit. mund.
passularũ sine nucleis, galangæ, cyperi an. ℥.s. pru-
norum 20. chamædryos, peucedani, pimpinellæ,
menthæ, borraginis macedonici, rad. filicis, sene-
tionis, cretani marini, graminis, vtriusq; hederæ
an. M.I. aceti ℔.s. vel loco eius limicellorũ, adian-
thos, polypodij, rad. fœnic. petrosel. apij, asparagi,
brusci an. M.I. terãtur terenda, & ponantur in ma-
defactione p̃ 2. dies, & noctes in aqua, postea po-
nantur ad alembicum, & destillẽtur & cum trib.
℔. istius destillationis ponatur mellis albi despu-
mati ℔.I. sacchari q.s. & fiet syrupus, de quo suma-
tur omni mane ℥.I. & s. cum aqua calida. Profectò
vsus istius syrupi nõ solum comminuit lapidem
in renibus, & materiá lapidificam in vesica, sed e-
tiam manifestè frangit leniendo ventrẽ, mihi cre-
datur experto, si placet: si autem cõmisceatur ℈.I.
istius cõfectionis nostræ inuentionis expertæ mi-
rabiliter in fractione lapidis operatur, ita vt scil.
fragmenta lapidis educantur cum vrina: Rec. li-
thontribon ℔.I. lapid. lazuli, vitri vsti an. ʒ.ʒ. lapi.
agatis ℥.s. lapidis spongię ʒ.2. nucleorum ceraso-
rum, granorum Solis an. ℥.s. fiat puluis subtilissi-
mus, philantropos ℔.s cõmistis simul, vel vtatur
hoc electuario in balneo cum lacte caprino: Rec.
cicadarum ablatis alis & pedibus, & capite, grano-
rum Solis an. ℥.I. piperis galãgæ, cinnamomi an.
ʒ.2. lignialoes ʒ.I. mellis q.s. conficiatur cum syru-
po prædicto, & fiat electuariũ expertum, cumq;
iam præsentitur euentus, mox fiat clystere prędi-
ctum, nisi recens cibus in stomacho impediret, q̃
cum vomitu educatur. Et si sit difficilis ad vomẽ-
dum, bibat decoctionẽ seminis atriplicis, rapha-
ni, radicis lilij, & raparum, & liquiritię, post quod
clystere vomitus ꝓuocetur: cumq; expediat rei,
clystere fortificetur cum ʒ.ʒ. benedictæ simplicis,
serapini ʒ.I. mell. crudi ℥.I. & s. post quod, si dolor
non euenerit, spongia vel philtrum infusa in de-
coctione camomillæ, meliloti, vel fœnugræci, vel
radicis maluauisci, & aceti ponatur super renes,
& ilia, post inungantur hæc loca oleo aneti, vel
scorpionis, vel cum hoc vnguẽto, mihi experto:
Rec. sinapis, bdellij, opoponacis, acori an. nume-
ro 50. adipis anatis aur.ʒ. ceræ citrinæ aur.I.s. fiat
vnguentum. Vel fiat hoc emplastrum expertissi-
mum: Rec. rutæ viridis M.I. vel seminis eius ℥.I.
cymin. ℥.I. baccarum lauri ℥.2. terenda terantur,
mellis quantum sufficit, bulliant inuicem, & fiat
emplastrum, vel fiat tale: Rec. baccarum lauri, a-
momi, meliloti, farinę cicerum nigrorum, florum
camomillæ an. ʒ.9. dauci, seminis apij hortulani,
& montani an. ʒ.7. olei de lilio ʒ.10. conficiantur
cum aqua caulis armeni. Si autem dolor fuerit
vehemens, loca cum sinapi, pulegio, fimo colum-
bino, cõfectis cum aqua raphani, addita aue, quę
dicitur Græcè tragaliduridas, emplastretur, nec
minus ponatur ventosa sine scarificatione super
vesicam, deinde balneum in tina factum, & ple-
num aqua, in qua coquatur camomilla, melilotũ,
ruta, capil. Ven. scolopen. sem. dauci, aneti, fœnic.
fœnugræci, radix maluauisci, & similia: hæc autẽ
fiant frequenter in exitu, aut à balneo exhibeatur
dosis huius decoctionis ex parte: Rec. milij, salis
triti ʒ.15. capill. Ven. ʒ.7. petrosel. ʒ.10. ficus albas,
pingues, siccas numero 7. hęc omnia coquátur in
℔.4. aquæ, donec vna remaneat, pòst coletur, &
colaturæ addatur parum sacchari: & si cum hac
decoctione commisceatur ʒ.I. optimæ theriacæ
opitulatur: parum pòst dormiat in lecto modi-
cum, si potest, sin autem deambulet per gradus
scalarum ascendendo, & descendendo super alte-
rum pedem, & sustendẽdo alternatim duntaxat
locus deambulationis sit calidus. Amplius licet
sine verecundia nequeamus affari, tamen quia
medicinæ ipsius necessitas cogit, fiat si qua fortè
inuerecundia fuerit denudata, suscipiantur à no-
bis, etenim mundis munda sunt omnia: indua-
tur ergo virga indumento facto ex galbano, opo-
ponace, serapino, bdellio, & incuruetur patiens
super genua sua, scil. vt supinet, & postea eleuatis
anchis eius concussis pecten cum manibus sua-
uiter confricetur, vt lapis ex suo suspensorio era-
dicetur, & transportetur ad vesicam, & extradu-
catur. Si autem propter grossitiem figatur in vir-
ga, tunc instrumento frangatur sine timore alicu-
ius periculi, cum tenaculis, positis in foramine
virgæ cautius, vel necessitate cogente scindatur
desubtus. Cęterum tempore magni doloris pro-
pinetur hoc medicamen mirabile: Rec. seminum
communium excorticatorũ ʒ.15. amili ʒ.10. succi
liquiritiæ ʒ. 8. sem. portulacæ ʒ.ʒ. & s. amygdala-
rum dulcium excorticarum, auellanarum adu-
starum ʒ.4. granorum pini ʒ.10. & s, seminis apij,
dauci, erucæ omnium an. ʒ.ʒ. tragacanthi, gummi
arabici & amygdal. hyoscyami albi, opij an. ʒ.ʒ. ci-
cerum nigrorum ʒ. 10. croci ʒ. 5. omnia pulueri-
sentur, & cõficiantur cum rob. & formentur tro-
chisci, quilibet ʒ.I. de quibus sumatur vnus cum
aqua ciceris nigri, vel raphani. Et si dolor fuerit
vehemens, iniiciatur per syringam cum lacte mu-
lieris, seminis papaueris al. opium, adeps gallinę
& hoc potest clysterisari, & superponi hoc em-
plastrum super renes, & vesicam: Rec. rad. scolo-
pen. polij, canapis, capil. Ven. foliorum virgæ pa-
storis ana ℥. I. ficuum siccarum, quantum suffi-
cit, & conficiantur cum oleo chamomil. & fiat
emplastrum. Deinde scribo expertum remediũ,
salutare, sedans dolorem renum, & somnum pro-
uocans post modicum spatiũ iam assumtum, die
autem sequenti vias aperiendo vrinæ, lapillos
multos facit mingere: Rec. zingib. piperis nigri,
al. & longi, spicæ, cassiæ lignee, carpoba. pyrethri,

cardamomi,caryophyllorũ,maſticis,ameos an.ʒ. 2.apij,aniſi,mẽthæ an.ʒ.2.ſem.ſaxifragiæ ʒ 2.& s. granorum Solis ʒ.1.& s.ſucci trifolij ana ℥.3.mellis,& ſacchari q.ſ. ſuccus trifolij apponatur in fine decoctionis, & fiat electuarium, doſis ſit ʒ.2. quandocunq; voluerit, generaliter ſumat, tñ ter in ſeptimana: quãdo verò à dolore torquetur, bis vel ter in die ſumat. Sufficit hucuſq; ad curã p̃libati Domini opitulamen Ieſu Chriſti, quod de hydria rationabilis experientiæ deuotè effudi.

De Remediis ſymptomatum particularium huius languoris, Cap. VI.

POST hæc autem, quia conſcientia mea videl. fidelis, ne mentiar, veritatẽ diſciplinæ. O ſanctiſsimè pater patrum, fateor corã ſummo Medico, quod nõ mentior, quod ipſe ad idem docuit me, quantũ ſalubre remedium cõtra præfatum languorẽ. quod mox in vna nocte tollit dolorẽ vtplurimum, dũtaxat exhibeatur hoc ordine. Verbi gratia: cùm languens à dolore calculoſo torqueatur, præmittatur clyſtere prædictũ, in quo apponatur benedictę ſimplicis ℥.1.ſerapini ʒ.2. mellis ℥.1 & s. olei camom. ℥.1 poſt quod ſequatur vomitꝰ, poſt quod vnius vel duarum horarũ ſpatio exhibeatur electuariũ ſaluato, ſcil. ℥.1.vel ʒ.1. minus tertia, nihil pòſt bibendo, vel modicũ vini cum aqua calida pòſt bibatur. Nec terreat vos diagridiũ, quod ingreditur in hoc Antidoto, cum repreſsione prima & ſecũda malitiã, fugatur, & excelſim, acquiritq; ei diſpoſitiones incolumes: Rec. ſpicæ, zingib. vtriuſq; piperis, cinnamomi electi, caryophyll. pyrethri an ʒ.5. maſticis, roſarum, ſalis gemmæ, rad. carpo balſami, petroſ. ſpicæ celticæ an.ʒ.1.ſaxifragiæ, xilobalſami, carui macedonici, granorũ Solis, bruſci, cardamomi, macis, galangæ, ſeminis aſparagi, hermodactyl. an.ʒ.5. diagridij ℥. vnius tertiã, ambræ ℈.2.ſacchari q.ſ.& fiat electuariũ, cum aqua deſtillationis primi ſyrupi in tabulis, & deauretur. Modus autẽ rectificationis ſcãmoneæ benedictus ex inuentione noſtra eſt hic, vt illius fruſta nutriãtur in oleo roſ. per diem vnam, poſt ea voluantur inter amygdalas purgatas, & tritas, fiatq; ſicut magdalion, quod totum poſtea inuoluatur in paſta, & coquatur in furno perfectè. Porrò cũ paroxiſmo languoris torquetur Dominus prælibatus, tunc diæta ſubtili regatur, vt eſt ius cicerũ, aſparagi, & ius ptiſanæ cum lacte amygdalarum, & ſem. communia cocta & cõdita cum ſaccharo. Et ius pulli cocti cum petroſel. & collaticiũ pulli, & vinum ſubtile clarũ, multa aqua calida miſtũ, ſi non ſit prohibens. Et ſicut grauis, & ſolidus cibus eſt vtilis ſano, ita pernicioſus eſt ægrotanti: non enim poteſt ſumentem lædere, niſi ei ad noſcendum virus adiecerit particularis infirmitas. Cumq; abſolutus fuerit perfectè ab hoc paroxiſmo ꝑ tranſpoſitionẽ lapidis, vel ꝑ fractionẽ, & eius extraductionem, regatur ſicut, qui medicinã laxatiuã aſſumſit, & tanquã ab ægritudine conualeſcens regatur proueniẽdo ad regimen ſuum cõſuetum. Iugiter verò vtatur in cibis ſuis, ſecundum quod viſum fuerit magis expedire ſemel in die, aut ter, vel quater in ſeptimana, vtatur hoc puluere: Rec. aſparagi, ſem. fœn. petroſ. apij, dauci, aniſi, ameos, ſileris montani macedonici, leuiſtici, milij Solis, ſem. lactucis, portulacæ, papaueris albi, ſcariolæ an.ʒ.2.ſaxifragiæ, pimpinellæ an. ℥.1.pul. liquiritiæ mund. ℥. 2. cinnamomi electi ℥. 1. zingib. cardamomi ana ℥. s galangæ, piperis nigri an.ʒ.3. lignialoes ʒ.1. ſacchari ℔. s. fiat puluis. Hic enim puluis eſt mirabilis ad eductionem arenularum, & comminutionẽ lapidis in eis, & fortificatur addẽdo ℥. s. trochiſcorum de cicadis infrà ſcriptorum: tunc enim educit lapillos, & fragmenta calculi de renibus patientis, licet hic puluis mox ſcriptus fortior ſit ad hoc: Rec. horum trochiſcorum, ſcil. de cicadis, milij Solis, vitri adu ſti, ſem. dauci, ſem. carabæ, auis, quæ grecè vocatur drugmiduridos, cinnamomi, ſaxifragriæ, galangæ, piperis nigri ana fiat puluis, de quo accipiantur ʒ 2. cum aqua cicerum nigrorũ ca. in nocte, vt ſupra dormiat. In tempore autem interpolationis vtatur ſingulis menſibus vomitu poſt cibum acruminum, & piſcium ſalitorum, ſaltem ꝑ horam reſidentium, poſtquã vomitus cum aqua ſuperiùs dicta ꝓuocatur, ſingulis diebus vtatur ſyrupo prius de duabus deſtillationibus compoſito, cum aqua calida. Efficacior tamen eſt cum aqua raphani per totam hyemem: in vere autem bis ſufficit in ſeptimana. In autumno verò de tertio in tertium diẽ, & ſimiliter vtatur antidoto hoc pontificali neophito aur.2. cum aqua cicerum nigrorum. Ordine huius dicti ſyrupi non eodem. In ęſtate verò ſit doſis huius electuarij aur. vnius in hora ſomni: Rec. ſem. dauci, carpobal. ſpicæ, aſari, petroſ. aniſi, cinnamomi, caſsiæ fiſt. amomi, cymini an.ʒ.4. ſanguinis hirci præparati ʒ.7. trochiſcorum de cicad aur. nouem, conficiantur omnia cum ſyrupo prædicto: primò trochiſci de cicadis ſic fiunt: Rec. milij Solis, pentaphylon. ſem. vrticæ, nucleorum ceraſorum, ſem. naſturtij, petroſ. alexãdrini, tartari albi an.ʒ.s. ſanguinis hirci, cicadarum an.ʒ.3. pul. galangæ ℥.1. olei muſcatellini, olei nardi, olei balſami an. aur.1 & s. ſucci ſaxifragię ʒ.3. cõficiantur in trochiſcis ʒ. vnius, ſiccentur in vmbra, & cuſtodiantur à puluere. Sanguis hircinus ſic præparatur: aſſumatur autem hircus rufus annorũ quatuor, & nutriatur per tres menſes ſaxifragia, poſt decoletur, & ſanguis eius primus, & vltimus emanans eiiciatur: medius verò recipiatur in vaſe mundo, & conſeruetur donec coaguletur, poſtea incidatur in parua fruſta, ponatur in reſtricta, poſtquã fuerit balſamata, & ponantur ad Solem, donec deſiccentur, & ſemper à puluere cuſtodiantur, vſui reſeruentur. Vt luculentior ſit hæc mea doctrina, memoriã faciã quorundã generaliũ, tam ſimplicium, q̃ compoſitorũ ad hoc vtiliũ: ſimplicia vero ſunt omnia, ex quibus componuntur prædicta pleraq; alia: vt radix coſti, radix rubi, bdellium, ſquilla, ſe. altheę, carpobalſamum, xilobalſamũ, oppobalſamũ, philipendula, phu, chamædryos, chamępityos, polium, ſe. raphani, extremitates vitis albæ, ruta agreſtis, myrrha, armoniacum, camomil. rubea tinctorũ, cantharides, licet trahant cum magna violentia, lepus cõbuſtus in olla rudi cum ſanguine ſuo, & veſicę muſtellæ, cuius doſis ſit ʒ.2. cum vino odorifero, & ſubtili, zingiber, aſarum, lapis ſpongiæ, & plures ex lapidibus. Ex oleis autẽ oleum ſcorpionũ, quod eſt præcipuum, oleum camomillæ, vel de ſtorace, vel pulegium, & de ruta, de amygda-

gda.de nucleis persicorũ,& sem.comm.multa ex oleis tã seminũ,q̃ florũ, q̃ rad. & similiter omnia, q̃ diuretica sunt. De cõpositis aũt ℨ. theriacæ,scil. Gal.Esdrę,& magni Mithridati,lithõtribon,philantropos,iustinũ,& electuariũ ducis,& trochisci regales,& de philipendula, diacucurma,electuariũ de ambra,& multæ aliæ confectiones: Nec est negligendũ,qđ vẽter eius semp̃ teneatur apertus cũ his,q̃ sua virtute semp̃ phlegma educunt,sicut puluis turbith, cuius dosis sit aur. 4. cũ aqua cal. & maximè in hyeme in hora somni, vel fiat inde tragea,confecta cũ sacch.de qua sumat in maiori quãtitate,post quá bibat aquá calidá, vel loco eiꝰ sumãtur ℨ.2.istius syrupi destillati: R.anisi,carui, sem.fœnugr.an.ℨ.ʒ.agarici ℨ.1.polypodij ℥.2.spicę aromaticæ,cinnamomi,galágæ,caryophyl.ligni aloes an ℨ.1.& s.passularũ enucleatarũ ℥.1.terẽda terãtur,& ponãtur ad malefaciendũ in sufficienti aqua p̃ duos dies,& noctes, postea ponãtur in alembico,destillãtur,& syrupẽtur cũ melle duplo: expertũ est. Non omittatur cõfortatio stomachi cum emplastris,& vnguẽtis: R.mast.℥.1.olei ros. aur.2.pulueriset̃ mastix, & incorporẽtur in mortario æreo,ponãtur ad ignẽ leuẽ,postea superproiiciatur puluis istarũ specierũ, scil.cinnam. nucis musc.an.ʒ.s.calami arom.ℨ.1.ceræ ℥.1.extendãtur super coriũ,& ponatur sup̃ stomachũ p̃ duas horas ante cibũ,vnamq́; post cibũ retineatur,& hoc in tẽpore frigidissimo:cumq́; senserit defectũ digestionis in stomacho,& appetitus præmissa purgatione fiat tale vnguentũ, ex quo fiat inunctio, p̃cedens appositionẽ ceroti: R.absynthij M.1. ponatur in optimo vino albo p̃ dies tres,ita quòd cooperiatur à vino,postea cõquassetur,& exprimatur,& coletur,& colaturę addatur succi betonicę camom.saluię syluest.& mẽthæ,addita cera pauca,& puluere specierũ præfati ceroti, cõficiatur.

De doctrina sanitatis Domini prælibati, Cap. VII.

CVM lapis in renibus, & eius secundum paroxismos infixio, necnon etiã cõmotio,transpositio & eius descensio ad vesicã, si cũ dolorib. aduenientib. nunc in renibus,nũc in vesica,nũc in iliis,nũc in alcatim, nunc in pectine & in inguinibus,cura cõpleta nõ erit,nisi p̃ sedationẽ dolorũ, nõ omittẽdo curam lapidis,&hoc dupliciter.s.directè & indirectè.Indirectè primo cũ narcoticis, quod nõ laudo, nisi exquisita necessitate: tunc aũt melius est virtutẽ aliqualiter lædere,q̃ infirmũ deficere. Secũdò aũt exhibetur aperitiuũ,remollitiuũ,præparatiuũ,& prouocatiuũ, ad meliorẽ huius lapidis eductionem,& euaporatiuũ ventositatis,& plenitudinis descendentis, de his remediis dictũ est superius, superest de remediis aliorũ symptomatũ fideli experientia pertractare, vt sunt ardor vrinæ: excoriatio canaliũ vesicę,& virgę, & vlceratio eorum, & renũ,& pulsus cordis, q̃ ab his cõtingit. Ad ardorem aũt vrinæ efficax remediũ est syrupus destillationis aquæ plantaginis,ita quòd in ℔.ʒ.huius aquæ ponatur mellis albi despumati ℔.s.sacchari albi q.s.fiat syrupus,q̃ assumatur. Ad vlcerationẽ quidẽ membrorũ pręditorũ diuretica misceantur cum stypticis,sicut perito Medico videbitur conuenire, ꝓpinetur: ergo syrupi primarũ destillationũ duarũ ℥.1.syrupi destillationis plantaginis ℥.1.misceantur: tempore tñ calido cũ frigida aqua vt materia petrificata non remaneant, & vt vlcera cõsolident: necessitate tñ vrgente vnus de trochiscis p̃dictis contra dolorẽ cum ℥.1. destill.syrupi plantaginis,aqua mista calida: nec minus loca excoriata cõfortentur extrinsecꝰ emplastris,& epithematib.scriptis consolidantibus, & cõfortantibus: Rec.carabæ,boli arm.al.vernicis,thuris pinguis an.℥.s cartæ cõbustæ ℨ.2.succi plantag. vel virgæ pastoris q. s. bulliant inuicem, fiat emplastrum,vel epithema, & apponatur pudendo,vesicę,& aliquádo super renes.Detur etiã diatragacanthum bis in die ante cibũ:cumq́; cognoscitur, quòd fuerit in vesica, & specialiter in locis neruosis,simul cũ vlceratione virgæ,& maximè in summitate,hoc remediũ apponatur: Re. cerusæ ℥.2.lithargirij ℥.1. thuris ℥.ʒ. masticis ℨ. 2. pulueriset ur vnumquodq; p̃ se,deinde pul.cerusæ,primò cum modico oleo ros.cui primo adiungatur lethargirum,postea mastix & vltimò thus, cum pistillo semper mouendo paulatim,tandem apponantur rosæ,& cũ inceperit inspissari,addatur oleũ ros. & aqua ros. & tádiu ducatur, donec fiat nec multũ liquidũ,nec multũ spissum: quod aliquando cũ tenta imponitur, aliquando iniicitur cũ instrumẽto,simili instrumẽto clysteris. Nõ negligas aũt à tota specie vesicã cõfortantia,sicut vesica apri syluestris,& aliorũ porcorũ,epigloten galli ex cõbustione, ex his aliquando cũ cypero, caryophyll.cinnam.& saccharo fiat electuariũ vtile. Amplius,si hęc excoriatio fuerit cũ debilitate virtutis retentiuæ, vesicæ sæpius emplastretur, emplastris dictis cõfortantibus: necnõ fiat inunctio cũ oleo de lẽtisco. Nec te deterreat à curatione huius multitudo humiditatis extraneæ, cũ vrina fluentis,non.n.pura sanies,nec purꝰ humor, sed quasi humoralis aquositas mittitur à superioribus mẽbris ad renes,& descendens ad vesicam vlceratã miscetur cum sanie: ibiq́; collecta emittitur cũ vrina,& proinde quanquã in renibus generetur lapis paruus crescere nõ valet ꝓpter impulsionẽ materiæ nõ residẽtis multũ,sed cõtinuè refluentis ad vesicã. Cæterũ si vlceratio in renibꝰ fuerit,primò vtatur isto syrupo: Rec.hyssopi,tribuli marini, & cãpestris, marrhubij al. chelidon. cõsolidæ maiorũ foliorũ,cauliũ rub.foliorũ sambsuci,corticis fraxini,corticis tamarisci,rubeę minoris, virgæ pastoris, pimpinellæ, chamædryos, chamępityos,solatri,hortulani,barbę hircinę,fol. exiccatorum,lingu ę auis,ra.bursæ pastoris,radicis narcisci,rad. nenupharis, foliorũ salicis, radicis pẽtaphyllonis, graminis,lilij,auriculæ muris, lenticulæ aquaticæ,& solis lilij,assati rubi,asphodeli,lactucarum agrestiũ,mediani corticis,salicis, cameleontæ, caudæ equinæ, eupatorij, ireos an. M.s.plantaginis, been alb.& rub.sem. psyllij, coralli alb.& rub. vtriusq; stœchados, cinnamomi, nucis cypressi,hipericonis,rosarum,lilij, sem.nasturtij,cubebarũ, amygd.tragacãthi assi,gummi arabici, cancrorũ marinorũ adustorum, hermodactylorũ,al.liquir.mund.sumach.sem.sesami,se. cydoniorum,sem.citri hortulani,anethi,papaueris albi assi,& lactucarũ an.℥.s.viol.ℨ.10.hæc buliãtur in ℔.6.aquæ,quousq; remaneat medietas, tunc ponatur ad alembicum, & destilletur, & in

tribus ℔. huius destillationis ponatur mellis rosati ℔.s. sacchari albi, quantum sufficit, fiat syrupus. Cuius dosis sit tẽpore frigido ℥. 1. cum aqua calida: in tempore verò calido cum frigida aqua. Postea purgetur cum ista decoctione: Rec. capill. Ven. ireos, dentis equini M. 1. seminum communium excorticatorum an. ʒ. 1. viol. ʒ. ʒ. pulpæ, cassiæ fist. ℥. 1. Die autem ʒ. fiat illud clystere: Rec. casei veteris valde ℔. s. decoquatur in aqua, cum aqua distemperetur cassiæ fist. ℥. s. deinde apponatur hoc emplastrum: Rec. farinæ hordei ℔. 1. succi barbæ hircinæ ʒ. 2. bulliãtur inuicem, & fiat emplastrum. Aliud clystere expertum: Rec. olei cydoniorum, olei masticis, olei myrti an. ℔. 5. fiat clystere, fortius autem remedium est, quod detur cum illo syrupo, vnus de prædictis trochiscis contra dolorem renum, inungantur renes cum isto vnguento: Rec. storacis liquidæ ℥. 1. adipis anseris quart. 1. ceræ albæ ℥. s. olei cydoniorũ, olei masticis an. ℥. 4. ex his conficiatur vnguentum: non negligatur medicatio, communis est ad vlcerationem vesicæ. Ad cardiacam autem accidentem ex calculoso languore, remedium expertissimum: Rec. ʒ. 1. vel 2. vel ʒ. electuarij diacameron, semel autem in septimana, aut bis, aut ter de istis pulue ribus mihi expertissimis accipiat ʒ. 1. sero: Rec. succi borragin. ʒ. 2. zedoariæ, radicis sigilli sanctæ Mariç an. ʒ. 8. conficiantur cum optimo vino pilulæ grossæ, & deaurẽtur: hoc autem remedium est de secretis, participatis mihi à summo Medico artis: nec soluunt, sed stomachum confortant, & mox cardiacam stomachalem tollunt.

ARNALDI DE VILLA NOVA REGIMEN CVRATIVVM, ET PRAESERVATIVVM CONTRA Catarrhum.

De Catarrho, Cap. I.

SI infestiui catarrhi molestia vos non incitat ad eius præscindẽdum insultum, saltem timor ipsiꝰ dispositionis morbidæ vos terreat: ipse enim innumeros, & varios parit lãguores, secũdum diuersitatẽ membrorum, quæ percutit, verbi gratia: Si indigestus rheumatiset, catarrhus ad ventriculos cerebri epilepsiam, & aliquando apoplexiam inducit. Si ad nares, coryzam, & aliquando polypum: si autem ad palatũ. alcola gignit, siq; ad gingiuas relaxat, & corrodit, doloremq; dentiũ, & aliquando putredinem, & casum facit: Si ad aures, rheumatisauerit dolorem, aliquando surditatẽ & apostemata affert: si verò ad oculos, dolorem & ophthalmiam, aliasq; ægritudines parit: si ad guttur, brãchos, & anginam facit. Cùm autem in visceribus destillauerit, percutiens stomachum, tussim simul & nauseam prouocat, dolorẽ causat, & corrumpens aliquãdo fluxum ventris perniciosum inducit, quandoque ex eo generatur colica, & propriè mucosa cruda. Si verò venerit in pulmone, tussim causat cum spumosis sputaminibus: aliquando cum raucedine, aliquando cum apostemate. Quòd si sanguinẽ expuerit patiẽs, in phthisim transit, & aliquãdo moritur: Si autem in pectus destillauerit asthma, aliquando causat sanguinis sputum, phthisim transit, & aliquãdo moritur, aliquando pleuresim, & quod deterius est, plerumq; subito destillans in cor, mox suffocat, vel in panniculo, quo tegitur ipsum, & parit cardiacam. Cæterùm si rheumatiset, in nucham dislocat spondilia, causatq; gibbositatem aliquãdo. Si verò in neruos, paralysim, & aliquando sciaticam facit: præter has autem infirmitates alias parit, quas propter breuitatem numerare omitto.

Quid sit catarrhus, & quot sunt genera eius, Cap. II.

CATARRHVS quippe est dissolutio morbida humorum in ventriculis cerebri, & eorum ad inferiora descensio, cuius genera sunt tria, scil. coryza, branchus, & tussis, & duæ species, scilicet calida & frigida.

De regimine, & causa catarrhi multiplicati, Cap. III.

VT autẽ ex hoc dogmate sufficiens scientia præscindendi, & præcauendi catarrhum appareat, interest mea consequenter origines eius continuare, & causas: nõ enim minima pars curationis est, ægritudinis causas cognoscere. Profectò causa materialis catarrhi remota, est quotidianus excessus valde cibi & potus, vel indigestio eius, ex quo fortè ponitur in numero ęgritudinũ chronicarum: causa verò materialis coniuncta, est humor crudus, sedẽs in cerebro, cuius causa est indigestio in ipso, eiusq; quod ad ipsum prouenit ex alimento, necnõ eius, quod ad idem ex vaporibus ascẽdit. Cæterũ causa indigestionis cerebri est, aut intrinseca aut extrinseca: intrinseca verò, aut est ex generatione, aut ex tẽpore: ex generatione quidẽ, vt est cõplexio frigidior cerebri, q̃ oportet, à frigidis læditur patiens catarrhos, & corizam. Et similiter si cerebri humidior cõplexio fuerit, harum superfluitatum accidit multitudo: ex his verò complexio composita facilè frigore, ac capitis repletione catarrhum, & corizam sua indigestione gignit, post quos calida & humida complexio, & maximè, si abundãtia humiditatis affuerit harũ superfluitatum abundantiam, fortè tñ mediocriter inducere, sicut deinde calida, & vltimò sicca. Habẽs complexionem calidã cerebri, vehementius paratior est recipere causas extrinsecas, facientes coryzam frigidam est, tamen timor minor in ipsa, vt illud, & ex causis corporeis contingat, quam habens complexionem cerebri frigidam: frigiditas complexionis sit fortis, & figitur, vt in senioribꝰ testante

testante Hippoc. branchi & coryza in valde senibus non maturantur: ex tempore verò est, vt omnis mala complexio accidens cerebro excedēs, eius debilitat digestionem, deinde decrescit vltimatè. Extrinseca autem causa indigestionis cerebri generantis catarrhum, aut est ex Sole, aut vento, aut olfactione medicinarum calefacientium, sicut musci, croci, & cæparum, aut frigiditas adueniens extrinsecus ex aliquo frigido, aut in septentrione, cùm caput discooperitur ad vtrosq;, & præcipuè cùm post balneum rheumatisatum fuerit, aut exercitio, aut ira, aut cogitatione, aut locutione multa, aut clamore multo post repletionē cibi, & potus generationis actu post ipsam, aut aliis. Et quandoq; accidit rarificatio aeris, prę parans corpus ad recipiēdum calidum, & frigus, quare accidit catarrhus, & præcipuè si plurima fuerit. fortasſis etiam ex pharmacia hoc accidit. Iam igitur patet liquidius, quia secundum diuersitatem originum, & causarū catarrhi ipse quandoq; gignitur grossus, quādoq; subtilis aquosus, quandoq; calidus, acutus, aut salsus, aut mali saporis, & quādoq; calidus mordificatiu⁹, & quandoq; est frigidus. Non tamen est negligendum, quòd catarrhus, qui frigidus est, maturatur in febribus: calid⁹ verò nequaquā, sed iuuatur ab ea.

Quo tempore anni, & qua regione plus multiplicatur catarrhus, Cap. IIII.

PROFECTO licet omni tempore anni, regione quaq; & omni vento lædente vigeat multum catarrhus, & ægritudines eius: est tamen paratior flante Borea, & ppriè post Austrum, maximè in hyeme, & sub sequētibus æstati Septentrionali pluuiis paucis, & Autumno pluuioso, & aûstrino. Amplius & in hyeme catarrhi multiplificatio fit, & propriè fit in regionibus meridionalibus ob repletionem capitalem. Reor nempe tam experientia fideli, quā ratione solerti veterum auctoritate probādo hæc tria fore necessaria. Primum quidem, quod iam de catarrho fluxum est auferre: secundum est ne iterum fluxum prohibere. Tertium est ipsius fluxum à solo descensu diuertere ad nares declinando, vt purgetur per eas.

De Curatione vtriusq; speciei calidæ & frigidæ, Cap. V.

LICET iussu Dei hoc remedium salutare catarrhi charitatiua compassione ad gregem Christi pastorum dirigatur vt ab ipsi⁹ miseria & infestatione tueantur, vt armis: nihilominus Spiritu sancto duce semper opto ad eorum subiectos defendi ab eadē miseria aliaq; multiplici iam obsessione sanè omnium subiectorum miseria est. Conditio namque illorum miseriam, qui ad aliorum somnum dormiunt, ad aliorum gressum ambulant, & ad alienum comedunt appetitum. Pro his igitur ex amplissimis breuissima colligendo mox scribam generalia & experta, vtriq; speciei catarrhi communia, & p illa tria fundamēta gradiendo ex ordine, vt aut tollatur prius quod iam fluxum est ex catarrho; considerandū est prius, an paruus fit eius fluxus an magnus. Si verò paruus, potetur patiēs hoc poculo: Rec. liquir. mund. passularum enucleatarum an. ℥. 1. ficus albas & pingues, dactylos pingues an. ℥. 5. coquātur in duabus pintis aquæ vsq; ad medietatem: deinde coletur & colaturæ addatur sacchari quantum sufficit, hoc enim miro modo pectus abstergit, quod reiterare est fas vt expedit mane & sero si non lauauerit. Si verò magnus multusq; fuerit, vtatur syrupo infrà scripto 6. vel 8. cum totidem aquæ calidæ mane. Vesperi autem, si non cœnauerit, dimidietur eius dosis: Rec. capill. Ven. recen. hyssopi an. M. 4. enulæ campanæ, ireos, lilij an. M. 2. viol. florum borraginis, buglossæ an. ℥. 1 liquirit. mund. passularum enucleatarum an. ℥. 1. sem. altheę, bombacis, amili, tragacan. an. ℥. 5. sebesten ro. bulliant in duabus libris aquę vsq; ad consumtionē duarum, deinde coletur & colaturæ addatur sacchari quantū sufficit, fiat syrupus perfectè decoct⁹, mihi vt credatur experto. Quod si caput plenum fuerit humore indigesto hoc solo syrupo completur, primum remediandi fundamētum est tollere, quod ex catarrho iam fluxum est. Pòst quod licet ad reliqua duo transire. Si autē caput plenum fuerit humore, porrigantur pillulæ, dosis est à ʒ. 1. vsq; ad ʒ. 1. & s. consideratione conuenienti temporis obseruata. Si verò magis expedierit caput purgare, sumatur tale antidotum mihi expertum: Rec. hierę picræ communis ℥. 4. agarici electi ℥. 1. pulpæ colocynth. rectificatę cum bdellio, tragacan. an. ℥. 1. senæ, epithymi ana ℥. 1. puluerisentur & commisceantur simul: die autem secunda aut tertia post euacuationem recipiat mane theriacę bonę ad quantitatem fabæ grossæ transglutiendo: deinde redeundum ad remediandi fundamentum: secundum si expedit, quod est, vt restringatur ne amplius fluat catarrhus. Vtatur ergo patiens catarrhum pillulis his expertis: Rec. myrrhæ ℥. 6. olibani ʒ. 15. opij, hyoscyami, radicis cynoglossæ an. ℥. 4. conficiātur cum rodostomate & fiant pillulæ ad modum piperis, de quibus omni sero recipiat quousq; optimè sit restrictus: si autem abhorreātur istæ pillulæ propter narcotica, addantur species mox scriptę: Re. castorei, croci an. ʒ. 5. Post hæc ad tertium fundamentum remediandi deueniēdum est, quòd est, quod fluxus ille catarrhi diuertatur à solito descensu declinetq; ad nares, purgetur per eas. Vtatur ergo patiēs post constrictionē prędictam hoc caputpurgio omni mane pluribus diebus: Rec. salis armoniaci, nigellæ an. ʒ. 1. puluerisa & cum succo cucurbitæ agrestis distemperetur & oleo nigellæ quousq; ad modū mellis inspisset. Deinde ponatur in nares & fiat caputpurgium, non tamen frequenter fiat hoc. Quantitas autem cuiusq; immissionis in narem vtramq; sit quantum cicer grossum: deinde olfaciat fortiter, vt vigor ipsius bene ascendat ad cerebrum: idem autē potest fieri ante cœnam. Signū autem operationis eius si bene fiat, est, quòd ilico sternutationem incitat, & ad nares mucilagines adducit, quod cū accidat, non statim nasus mungatur, quinimo patiatur morosius p se fluere, postea mungātur. Si quis aūt nō medicationis pfectio sequitur catarrhi remediū salutare. Nolo aūt hoc secretū latere quēpiā amicorū meorū qđ assumtio solius casiæ fi. ferè supplet vices pdictorū

fundamentorum remediandi. Est enim medicina benedicta vtriq; catarrho tam in omni ętate, quá in omni tẽpore cõgrua, qua in reuolutione duorum mensiũ debet vti in secunda vel quarta quadra Lunę. Et specialiter tempore veris & autumni, quibus magis infestant catarrhi: cuius pulpæ casiæfist. dosis sit ab ℥.1. vsq; ad ʒ.1. & s. vel vsque ad 2. & s. cum aqua calida sufficienti dissoluta, & etiam in matutinis assumta cœna præcedente omissa: deinde dormiat super eam vsque ad diem, quo adueniente excitetur patiens, & deambulet per cameram præcauendo à frigore. Si autem vsque ad tertiam operationẽ suam non compleuerit, bibatur aquę frigidę ciathus vnus: post modicum enim generata ventositate naturá grauante expulsio excitatur, pòst eius vẽtositas perpendetur: deinde vtatur parcè de eadem bonis alimentis, & nihilominus consequẽter moderatè vtatur sanè casiæfist. mundificat sanguinem & omnem acuitatem compescit & sedat, & propriè cum syrupo endiuiæ & similibus. Ipsaq; mundificat & educit choleram & phlegma, & operatur hoc sine nocumento & excessu. Caret enim mordicatione & ipsa lenit guttur & pect⁹, resoluit apostemata, acutat in eis, & confert calefactioni renum sumta cum diureticis & infusione liquirit. & prohibet generationem lapidis in eis, & cõfert febribus calidis aliquando. Cum ea admiscetur rheubarbarum cũ modico masticis & spicæ aromaticæ: fortè autem temporibus humidis nimis, vtputa in hyeme, erit cõuenientius operari, vt patiens tragea subscripta mox vtatur de mẽse in mẽsem, semel vel bis in mense: Rec. myrobalanorum chebulorũ ℥.2. & s. turbith ℥.1. & s. zingib. ʒ.6. ameos domestici, se. fœ. anisi an. ʒ. ʒ. sacchari ad põdus omnium dosis eius est ʒ.ʒ. in mane in aurora postquam bibatur medius ciathus aquæ calidæ: die autẽ eadem omnino caueas à comestione pisciũ, fortè etiam cum ingressu balnei prohibetur euentus catarrhi infestus, quem cõsuetus est pati. Cæterùm non est negligendum, quòd omne fundamentum remouendi catarrhum saltem est, quod diminutio cibi & potus fiat, vt conuenit, similiter ꝓhibitio vini & repletionis omnino maximè in primo fundamento fiat, vt si non possunt in regimine dietæ subduci, quod volunt, saltem velint, quod posint.

NON ero segnior ad scrutãdum etiam, quæ ad hanc operationem conueniunt, etsi fortè in fundamentis contineantur prædictis, quinimò vt vigil diligens, omnem negligentiam relegãdo, in ordinem curationis naturali illa sextuplo numero contineri. Quorum primũ est materiam catarrhi digerere, secundũ ipsam euacuando diuidere, tertium est eandem materiam fluentem ad ignobile membrũ à nobiliori diuertere, quartum est ipsam materiam fluentem catarrhosam abscindere, quintum est eius accidentia corrigere, sextum est dietæ conuenientiam ponere. Ad digestionẽ verò materiæ expedit considerare primò: an calida fuerit & acuta, an frigida, grossa & viscosa. Si verò calida fuerit, inspissantia, & ingrossantia, seu infrigidantia porrigantur. Si autẽ frigida fuerit, subtiliantia & diuidẽtia ministrentur. Materia autem catarrhosa diminuitur phlebotomia, ventris solutione, clysterium, & collyriorum administratione, & similibus. Materia verò catarrhi diuertitur congruè gargarismatũ congruentium, caputpurgiorum, fricationum, extremitatum ventosarum, & similium. Abscinditur autem materia catarrhosa gargarismatibus, suffumigationibus, odoribus, & continuis, quæ in ore tenentur, & quæ lambuntur, & deglutiuntur, & similibus. Accidentia verò catarrhi corriguntur, id est, ægritudines particulares iam connumeratę superiùs, quarum causa catarrhus est: secundũ modũ curationis appropriatũ vnicuiq; eorum. Regimen autem dietę consistit in his, videlicet & diminutione ciborum & potuum, & repletionis, viniq; prohibitione omninò. Et ab Austro & Borea, quãtum posibile est, cauere. Auster enim rarificat, & capita replet: Boreas verò cõstringit, & exprimit, nec minus fuga supple, repletionis cibi, & multitudinis somni. Amplius conuenientia huius regiminis cõsistit in prohibitione à fumo, & ventis, radiisq; Solis & Lunæ, quantum posibile est: sed magis Lunæ propriè, quando per fenestram est ingressus eorum, vaporosa, & replentia caput, & rarificantia ipsum. Et potum aquæ frigidæ vitet: & fortè potus aquæ calidæ maturat catarrhos, & similiter introitus ad sudandum in balneo. Ad hoc enim nocet patientis repletio, somnus, pot⁹, & multitudo somni. Quinimo qualiscunq; sit somnus in die, sitq; percitas in nocte, & nõ iaceat tam supinus, & alleuietur cœna, imò prohibeatur, si est posibile, & quies iniungatur, quoniá ex magnis maturantib. est. Post maturationem aũt catarrhi cõueniens ei, qđ cõsueuerat, regimen est negligendũ, quòd res queq; post medicinã assumtã, cerebrũ & stomachũ rectificant, & totum corpus virtuti restituunt, sicut somnus naturalis conueniens est, & electio, potus, & paucitas eorum, quies, aer temperatus, gaudium, lætitiæ, seu delitiæ, & omne regimen tale. Horũ autem cõtraria, fructus, pisces, alimentaq; pinguia, cibiq; digestionis malæ, & mali nutrimenti, generationis, actus, ira, & similia priora incurrere in morbos cadere, & citò senescere faciunt.

QVONIAM in actionibus prior est quærẽda via, quã doctrina, & quę ex signis habetur, tamen per signa distinguantur confusa, ideoq; interest mea ante ingressum curatiuæ doctrinę catarrhi calidi, ipsum per sua signa detegere: cuius signa maximè sunt rubedo faciei, oculorum mordicatio, & sublimitas eius, quod currit, & caliditas tactus, & quando accidit in eo febris. Et iuuatur ea, & sentitur, & in gutture acuitas, q̃ descendit ad ipsum sputũ, & catarrhus declinát ad rubedinem. Et est etiam hæc opilatio quandoque ventositas, & acuta commotio.

QVATENVS à Medico perito ægritudo cognoscitur, tali igitur cognitione præmissa, catarrhi naturali ordine creationis cogente à curatione morbi, incipe ab euacuatione subsequente, quòd ex infrigidantibus eligantur rarò infrigidantia actu: si verò competunt, nó eleuentur multę infrigidationis in gradu, sed accipiátur secundum plurimum, vt cõuenientia. Magna infrigidantia, q̃ in multa eleuatione graduali sunt, prohibẽtur, qualia sunt balnea dulcis aquæ, quæ ieiuno administrantur, administratio embrocationis ex hordeo, viol. papauere, camom. & effusio

sio aquę calidę super caput, super extrema, & super testiculos: & vnctiones frigida super ea, & super ventrem, sumere cum oleo viol. & oleo chamomil. aut de papauere, & si vigiliæ affuerint, olfacere camphoram, & aquam rosarum camphoratam, & similia. Cæterum ex conferentibus, & digerentibus est potus aquæ hordeaceæ cum penidijs, syrupus de papauere, & syrupus de vio. & violæ conditæ cum oleo viol. naribus applicentur. Amplius expedit inspissantibus cutim, & subtile acutum ex catarrho, quod descendit ad guttur, ingrossetur, & nequaquam ad profundum descendat, imò iam adunatum facilius excreatur, ex quibus est tragacantum, & electuarium eius, mucilago psyllij, semen cydoniorum, aqua viol. & sebesten, & syrupi istorum, loach de papauere, & similia. Phlebotomia autem in hac curatione in tribus casibus congrua cóceditur. Primò si catarrhus sit calidus, corpore calido sanguinem habête, in quo fit oculorum rubedo, & venarum amplitudo, seu plenitudo: secundò si catarrhus sit declinans ad oculos, aut qualiscumq; sit, aut destillans, terminentur in faucibus, aut pulmone, aut costis, aut diaphragmate, & in eis ad collectionem figatur: tertiò, si contingat catarrhus cum febre: in his enim solis casibus catarrho phlebotomiam vtilem inuenimus. Si verò solutionem ventris expedit fieri, pulpa cassiæfistul. cum viol. conditis, vel cũ aqua rheubarbari, vel sine admistione, vt dictum est, porrigatur, vel hierapicra cum viol. conditis cum aqua passularum, siue nucleis, cumq; fluxus catarrhi ad membra nobilia suspectus fuerit, aut timetur in faucibus figi, tunc solicitetur eundem ad nares diuertere, cum caputpurgijs, & sternutationibus, odoramentis, mordicationibus, casus catarrhosę materię timeatur, quę propter inquietationem, & agitationem flui consueuit disruptius. Et quia sternutatio suspecta est in principio, & etiam, quoniam materia quiete indiget, vt maturetur, quia agitatio multiplicat, & materiam dilatat, & facit eam consequi laboriosos, & etiam vehementes motus. Cæterũ post catarrhi mundificationem sternutatio est iuuamenti sublimis, radicem eius mundificans, & adhuc innatam post corporis mundificationem propriam. Gargarismata quoq; necessaria sunt, & eorum iuuamẽtum in tribus casibus reperitur ingrossantibus, & coadunantibus ipsum, vt eius prohibeatur ad fundum descẽsus, fiatq; facilis ad excellendum, & screãdum, quod propter acumẽ, & subtilitatẽ aggregari non poterat. Secundũ ad catarrhũ, cuius materia est multæ viscositatis, & spissitudinis, cuius quæritur subtilitas, & diuisio, vt facilè expellatur. Tertiò quando materia timetur in faucibus figi, & quæritur absterſio, & mundificatio eius. Amplius verò in quatuor casibus gargarismatum administratio suspecta est: primus est suspitio, & timor destillationis catarrhi ad pectus & pulmonem fluere consueti: Secundus est, si catarrhus de genere acutorum fuerit, & subtilium, & mordicantium: tertius est timor in præfocationibus, quæ fiunt: quartus si catarrhus sit vehemens, & multus. Profectò in his casibus gargarismata agitant materias catarrhosas, & conuertunt eas ad vias pectoris, & pulmonis, & multiplicant. Porrò gargarismatum secundum modum communem factorum, aliud partẽ nobilem expurgat per ignobilem, vt administratio diacodiõ cum decoctione balaustiarum & similium: Aliud fluxum sistit, vt administratio granorum salis, & incisiuorum, & similium: Aliud abstergit, fluit, & alterat, vt administratio camphoræ ad calidum, myrrhæ ad frigidum: Aliud verò, quòd duas intentiones, vel plures ex his habet, vim fricationes exterminant, & vnctiones earum ad hos multum conferunt. Excitatio partium inferiorum motio valde est iuuatiua, nẽpe ex diuertentibus, maximè via catarrhi est, vt caput radatur in parte commissuræ coronali, quæ vocatur continuitas capitis, fricetur illud cum cæpis acutis, aut cum squilla, aut cum panno aspero, deinde ponatur super ipsum medicamen rubificatiuum, vsque dum vesicatio fiat, deinde aperiantur vesicæ, & pone aliquid, quod fluere faciat. Quòd si expedieritis, iteretur quousq; apparuerit sanitas. Quòd si hoc non contulerit, cauterisetur in eodem loco, & dimittatur tẽpore longiori: locus autem cauterisationis sit, vbi terminatur maior digitus post radicem manus, in postremò posuerit narium. Cùm autem voluntas fuerit abscindendi catarrhum, nequaquã abscindentia ministrentur, ante eius digestionẽ, & euacuationem totã, dum fluit, & agitat, quoniã est causa multiplicationis & agitationis ipsius: deinde disruptionis vehementer, & negligenter, & experti Medici faciunt, & idiotę. Sanè tempus electũ huius remedij salutaris est post corporis mundificationem, & post sedatioñe agitationis catarrhi, & abscindatur residuus fluxus eius, licet fortassis aliquibus cogatur in principio illud facere, & propriè quando timetur, ne rapiatur in profundum, aut in partes nobiles, & necessariarum operationũ fiat ilicò destructio tãtum, sicut est catarrhus subitò pręfocãs, & fortasse regimẽ sibi diuersiuũ, hoc nobilius & tutius est, quod diximus, & abscisiuum est debitum, & hoc ideo, quia possibile est, vt disrumpat inde fluxum disruptioni, ac timorosiori, quàm prius. Regimen autem diuersiuum, licet dilatet materiam, & multiplicationẽ ad partẽ, tamen nõ timorosam multiplicatam cõuertit. Abscindentia autem alia sunt gargarismata, alia sunt suffumigationes: alia quæ retinentur in ore, quæ odorantur, alia quæ deglutiuntur, alia quæ lãbuntur, vt iam dictum est. Cęterum gargarisma catarrho calido congruũ est, quod fit ex aqua ro. & camphora, & aqua lentium, rosarum, balaustiarum, coriandri, aut aqua corticis, papaueris, & rosarum. Ex suffumigationibus verò congruis est semen lini infusum in aceto, & torrefactum, deinde fiat suffumigatio ex eo, aut ex sulphure & aceto. Sandaraca quoq; cũ aceto est iuuamenti sublimis, & vapor aceti super lapidem molarem ignitum. Et similiter vapor camphoræ cum furfure, & aceto, aut ex cãphora sola super vase vitreo posito super prunas, præterquam quòd descendat vapor eius ad pectus, & ad pulmonem, imò respiretur: & emulgeatur per nares faseoli quoque, & hordeũ infusum in aceto similiter conferunt, & similiter de panno lini infuso in aceto. Ex his autem, quæ retinẽtur in ore, sunt species de* lacur, & quando commasticatur coriãdrũ, & retinetur in ore, cõfert, & quando rętinetur in eo modicũ

*al. de Vacur.

camphoræ. Ex his autem, quæ odorantur est ex-
pertum hoc: R. auellanæ indicæ, ſanda. alborum,
& rub. an. ʒ. 1. ro. ʒ. 1. & s. ſandali citrini ʒ. 2. cápho-
ræ ʒ. s. boli armenici ʒ. 1. omnia terantur, præter
cáphorá, quæ diſſoluatur in aqua roſ quantũ ſuf
ficit, fiant ſicut poma cum gummi ara. diſſoluti in
dicta aqua ro. & odorentur, profectò ſiſtunt catar
rhum, & iuuant valde in febri adurente ſyncopa
li & epidimiali odorentur. Ex his autẽ, quæ lam-
buntur, & glutiuntur, ſunt quidem ſpecies diaca
lamẽti, aqua coriádri, & ſyrupus papaueris, & ſi-
milia, non. n. negligas, quòd ex eis tenetur in ore,
ſublime eſt hoc expertum: R. amygda. dulciũ, fa-
barum excorti. tragacáthi, amili, ſe. papaueris al-
bi, & corticis eius, gummi ara. boli armeni an. ʒ. 1.
conficiantur cum mucilagine pſyllij, & ſe. cydo-
niorum, & fiant formulæ, ſicut lupini, & tenean-
tur in ore. Regimen autem eius eſt per diætá, vt
ſunt tri, & ſorbitiones factæ cum lacte ſeminis pa
paueris albi, & ol. amyg. dulciũ, & ex amido cum
lacte, ſi non eſt febris, & nihil minus obſeruetur
regimẽ diætæ conueniens ſuperius vniuerſale &
commune: & fortè cõferunt olera, vt atriplices,
maluæ, & ſpinachia, cucur. & ſimilia cum lacte a-
myg. dulcium, vel cum oleo earum.

FRIGIDVS catarrhus detegitur frigiditate e-
ius quod currit, ſi eſt in naſo, & commotione
in naſo cum tenſione forti, & vehementia opi
lationis, & nauſeitatis eius, cumq; groſſitie eius
materiæ ſi eſt, arguitur, & ex frigiditate eius, & al
bedine, quod raſcatur, & ſimiliter nõ minus à ſe,
ſi ſuperuenit iuuamentum, ſiue non ſufficit ſolũ,
quòd non neceſsitas abſtergit doctrinę, & proin-
de oportet ſcribere, quamuis compilationem me
dicinæ hęc cura, niſi morbo competat, nequaquá
ad ſanitatem perducit. Catarrhus ergo frigidus,
groſſus & viſcoſus cum ſubtiliantibus, & diuidẽ-
tib. digeritur ſyrupis: vt eſt ſyrupus de hyſſopo,
& de praſſio, necnon alijs, qui proprietate virtu-
tis ſub genere ſubtiliantium, & diuidentium col-
liguntur: qualia ſunt capitis calefactio cum ſale,
& milio, aut cum pulegio, aut cũ ſacellatione gal
larum, cypreſſi, quouſq; ſenſerit calefectionẽ per
ueniſſe ad cerebrum. Aut cum pannis calefactis,
& ſimilibus, ad quod cõfert introitus balnei, poſt
quam caput lauetur, & ſuper extrema aqua cal.
proijciatur multa, & inungantur eidem teſtes, &
femur cum oleo ſambucino aut rutaceo, aut oleo
de been, aut oleo laurino, & de lilio. Et etiá inſtil-
letur de his in aures, & nares cũ lana, & propriè
calefactis. Et cõfert ad hoc vaporatio, ſeu inclina-
tio, ſuper vaporem aquæ, vbi chamomilla, meli-
lo. ſambucus, & anetum cocta fuerint: Caput ve
rò eorum, & frons epithemetur cum caſtoreo, ſpi
ca, myrrha, & pauco caſtorei, & ſimilibus miſtis
cum oleo roſ. in fine autem rei confert introitus
balnei, & lauari in eo, & olfactus redolentium ca
lidorum, ſicut eſt muſcus, ambra, & ſimilia: dein-
de materia catarrhoſa abſcindatur, vel diminua-
tur cum clyſteribus lenificantibus, & ſoluentib.
ventrẽ, qualia ſunt hierapicra noſtrę inuentionis
ſuperius dicta, vel tragea ibidẽ ſcripta, vel hiera.
Archigenis, deſcriptionẽ Pauli, & ſimilia. Si autẽ
expedit materiá à parte timoroſa ad partem com
munẽ diuertere, fiant gargariſmata, caputpurgia
cõmunia, fricationes extremitatũ, & ſimilia: nec-
non cauteriũ capitis prædictũ, de genere valido-
rum diuertentiũ, & rubificantibus, & cauteriſan-
tibus præmiſſæ ſternutationes, ſuffumigationes,
odoramenta & ſimilia, in quibus conditiones ob-
ſeruentur, vt dictæ ſunt ſuperiùs in cap. de cura-
tione catarrhi calidi, verumtamẽ ex communib.
gargariſmatibus ad hoc eſt, vt fiant cũ decoctio-
ne myrræ, olibani, ſandaracæ, & ſimilium. Suffu-
migationes verò ad hoc conuenientes ſunt, quæ
fiunt ex ſtorace ſicca, olibano, xylobal. & ſandara
ca, miſtis cum diuerſiuis: Nigellæ quoq; torrefa-
ctæ, tritæ & ligatæ in panno lini, ſimiliter ex con-
ferentibus ſunt, odor naribus attrahitur, aut ſuf-
fumigatio ſit, quare eſt mirabilis iuuamenti, am-
plius aſſæ, coſti, caſtorei, & nigellæ, ſuffumigium
expertum eſt. Similiter ſuffumigatio ex his for-
mul. Recipe olibani, ſtor. liquidę, coſti, lignial. ſan
daracæ an. ʒ. 1. fiant formulæ, ad quantitatem a-
uellanæ, ex vna earum fiat ſuffumigium per tra-
iectorium, abſcindit. n. fluxum. Et iam verificatũ
eſt, quòd myrrha retenta in ore, eſt iuuamenti ſu
blimis per noctem, aut per diem, & noctem: ſedat
.n. catarrhum, expertum eſt. Similiter hæ formu-
læ retentę in ore: R. oliba. ʒ. 1. myrrhæ, croci, ſpicę,
ſtoracis an. ʒ. 1. fiant formulæ, & teneantur in ore,
præter quod deglutiatur eius ſaliua. Ex odorib.
verò congruiſſimis, vt fiant poma: Recipe ſtora-
cis calamitæ ʒ. 5. olibani, maſticis an. ʒ. ȝ. ſandara-
cæ ʒ. 1. auripigmenti rubei, vel vernicis ʒ. ȝ. coſti,
ſpicæ an. ʒ. 2. ambræ ʒ. s. fiant poma, & odorentur:
Recipe thuris ʒ. 1. ligni aloes electi ʒ. 2. ambræ bo-
næ ʒ. 2. galliæ muſca. ʒ. 6. muſci ʒ. s. fiant poma: &
his cum glutino tragacanthi adminiſtrẽtur: ſunt
enim nobilia, & experta, cor & cerebrum confor-
tantia. Ex his autem, quæ deglutiuntur, quæ con
uenientia ſunt: Recipe thuris maſculi ʒ. 1. fiant
pillulæ, doſis eſt omni nocte 4. vel ȝ. Vel loco hu-
ius vtatur hoc electuario, mihi experto: Recipe
cinnamomi electi, galbani, ſtoracis calamitę, pipe
ris longi, & albi, opij an. ʒ. 4. mellis quantum ſuf-
ficit, fiat electuariũ, doſis eius eſt ad quátitatem
fabę mane & ſero cum aqua mellis. Hoc enim ex-
pertiſſimum eſt mihi, etiam in illis, qui ad phthi-
ſim parantur, & tuſſiunt inceſſanter. Et deinde
non eſt negligendum, quod vſus theriacæ aſſi-
duus ad pręſeruandum à catarrho, & propriè fri
gido opitulatur non modicum. Regimen autem
huius diætæ ſit regimen vniuerſale, cui adiungá-
tur hæc alimenta, ſcilicet pulmenta ex frumẽto,
& furfure, aut ſorbitiones ficuum ſiccarum, & fa-
rinæ cicerum, & ſimilia.

CONTINGIT quandoque frigus in exterio
ri cute, cuius expertum mox fideliter pona
tur remedium. Primò quidem materia ad-
æquata peccante congrua medicina purgetur,
deinde ingrediatur balneum, vt calefiat, & ſudet:
dum autẽ egreditur, mantilibus caput cooperia-
tur, deinde ſuper caput puluerisetur hic puluis:
Recipe ſalis communis, piperis ni. an. ʒ. s. miſceá-
tur, & piſtentur: hoc autem iteretur ſemel, vel bis
in die, vſque ad triduum ſi expedit, & poſtea laue
tur caput ieiuno cum lixiuio, in quo coquatur
puluis nucis cypreſſi, pulegij, & baccarum lauri.
Cumque perfectè lotum fuerit, in fine infunda-
tur ſuper caput decoctio huius vini: Recipe zin
gibe. boni ʒ. 2. caryo. gallarum cypreſſi ana ʒ. 1. &
s. lau-

s.laudani ʒ.ʒ.terenda terantur,& bulliant in me-
dia pinta vini,quouſq; conſumatur medietas,po
ſtea totum calidum ſimul ſuper caput fundatur,
poſtea faſcietur,& cooperiatur caput. Hæc autẽ
duo remedia vltima reiterẽtur,quoties videbitur
expedire,ad quod aduertatur. Et etiam ad catar-
rhum frigidũ inunctio nuchæ, & colli cum pin-
guedine caſtorei,& inunctio plantarum pedis ex
hoc oleo: Recipe caryophyl.ʒ.2.pulegij, baccarũ
lauri,zing.laudani,nucis cypreſſi an.ʒ. ʒ. terenda
terantur,& bulliant in ℔.1.olei cõmunis,8.quod
ſufficit,puta ℔.s.ad cõſumtionem vini. Amplius
autem obſecro dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum,qui eſt ſummus Medicus corporis myſtici
eccleſiæ Dei,vt per ſuam miſericordiam donare
dignetur in me ſenſum,fidem,& motum charita
tis infundere,vt omnem defectum meũ ſuppleat
& in ſocietatẽ omnium ſanctorum, & electorum
ſuorum poſt mortem me collocare dignetur,qui
viuit & regnat in æternum.

ARNALDI DE VILLA NOVA
DE TREMORE CORDIS.

REOR quòd tremor cordis ſe-
quitur omnes ſpecies debilita
tis eius,& malitiã cõplexionis
ipſius, quæ cognoſcitur p co-
gnitionẽ cõplexionis eius na-
turalis, ipſa quæ eſt iudex ſui,
& accidẽtalis. Nec differũt cau
ſę tremoris cordis,ſyncopis & mortis ſubitę,niſi
ſecũdũ magis & minus: & ſimiliter ſigna ipſorũ
nõ aliter differũt. Cũq; eorũ cauſa fuerit debilis,
gignit tremorẽ,cũ verò fortificatur, ſyncopim pa
rit:cũq; ſuperfluit,ſubitã mortẽ facit:ideo cõſulo
qđ ille,cui tremor accidit,de ſeipſo ſit ſolicit⁹, ne
ſubitò ſurripiatur à morte. Eſt aũt tremor cordis
motus tremulus,accidẽs ei ſanabilis à ſuo modo,
niſi defectu Medici,vel infirmi impediatur. Cau-
ſa verò eius eſt omne,quod lædit cor ex eis, quæ
ſunt in ipſo,aut in eius pãniculo,aut q̃ cõtinuan
tur ei ex mẽbris vicinis cõmunicãtib. ei. Et quã-
doq; fit ex materia humoroſa,quãdoq; ex malitia
cõplexionis puræ,quãdoq; fit ab apoſtematibus,
quãdoq; fit à reſolutione ſingulari,& fit à calidi-
tate:quãdoq; fit ex morſu venenoſorũ animaliũ:
& quãdoq; fit à ſerpẽtib. quæ fiũt in vẽtre:& quã
doq; fit à ſenſu vehementi,& materia humoroſa:
quãdoq; eſt ſãguinea,quãdoq; phlegmatica, quã
doq; cholerica,& quãdoq; vẽtoſa,quæ omniũ ho
rũ leuior,& facilior. Tremor autẽ cordis,q̃ eſt ma
litia cõplexionis puræ,ideo eſt, q̃a omnis cõple-
xio diuerſa facit debilitatẽ,& debilitas omnis effi
cit in corde,dũ perſeuerat in ipſo reſiduũ virtutis
.ſ.agitationẽ quãdã,quã ipſũ appellat à ſeipſo ali
quod nocumẽtũ cordi,q̃ quando ſuperfluit,per-
mutatur ad ſyncopin,& quãdo magis ſuperfluit,
permutatur ad mortẽ: & vnaquæq; cõplexionũ
ſimpliciũ facit illud. Apoſtema verò calidum, dũ
eſt in principio,dũ perſeuerat, facit euenire tre-
morẽ cordis,deinde ſyncopim,poſtea mortẽ,& fa
ctũ eſt propinquæ diſpoſitioni eius, ſed quando
interponit ſpatiũ aliquãtulũ. Similiter reſolutio
ſingularis,& ſimiliter opilatio, exiſtens in curſi-
bus ſanguinis,& ſpiritus in corde, & q̃ ſequũtur
ipſum,& in venis ſenſibilibus partiũ pulmonis.
Factus verò à cauſa extrinſeca, eſt ſicut quando
ſtomach⁹ à dolorib. & permutationib. materie-
rũ,apoſtematũ interiorũ,prædictorũ, à potu ve-
nenoſorũ,& factus à morſu ſerpẽtũ,qui ſunt in
vẽtre,& propriè quãdo aſcẽdunt ad ſuperiora .ſ.
mirach in cibo,& fæce. Factus aũt à ſubtilitate ſẽ-
ſus cordis eſt,quoniã habẽti illi,accidit tremor ex
qualibet ventoſitate generata in ſpatio, quod eſt
inter ipſum,& eius pãniculũ,aut in vena eius, &
ex qualibet qualitatũ frig. aut cal. aduenięte ei: i-
ta quod ſuccedit potui aquę,præter quod perdu
cat ad debilitatẽ in operationib. ſuis. Factus autẽ
cũ cõmunitate totius,aut eſt cũ cõmunitate cor-
poris,ſicut accidit in feb. & ꝓpriè peſtilẽtialibus
aut cũ cõmunitate pãniculi ſui,quãdo accidit in
eo apoſtema molle,aut durũ, aut cũ cõmunitate
ſtomachi,quando in ipſo eſt humor viſcoſus vi-
treus,aut corruptus in eo cib. aut cũ cõmunitate
omniũ mẽbrorũ vehemẽter dolẽtiũ. Et quãdoq;
multiplicatur cũ cõmunitate ſtomachi propter
humorẽ,q̃ eſt in ipſo,aut bothor in ore eius, aut
attritionẽ ſuccendentẽ labori,ita vt nõ forſitã di-
ſcernatur inter ipſũ,& nũc cordialẽ. Et quãdoq;
accidit propter tremorẽ in ore ſtomachi, & cõti-
nuatur: illud ei eſt ſimilior res tremori cordiali.
Et quãdoq; fit cũ cõmunitate pulmonis, quãdo
multiplicatur in eo opilatio in parte illa,q̃ obuiat
cordi,& nõ penetrat anhelit⁹ ſecũdũ modos ſuos
& illud indicat cõſtrictionẽ anhelit⁹ nõ ſecurã. Et
quãdoq; fit à cauſis criſis, & motuũ humorũ an-
tecedẽtiũ ad criſim,& ſi quis conqueritur de tre-
more cordis poſt ægritudines,& habet nauſeã, &
euomit cholerã plurimã,& nõ remouetur nauſea
eſt malũ,& indicat ſpaſmũ in ſtomacho. Signa au
tẽ omnẽ cordis tremorẽ detegẽtia, ſumũtur à di-
uerſitate ſenſu percepta in magnitudine,paruita
te,& volocitate,& tarditate & multoties aſſimilã
tur pulſus habẽtiũ aſthma. Cũ aũt cauſæ tremo-
ris,ſyncopis & mortis ſubitæ familiares ſint plu-
res,ne cõfuſione earũ impediatur intẽſio Medici
medicantis, ex quo inducitur incautior erroris,
mox per propria ſigna diſtinguãtur. Signa igitur
tremoris humidi ſũt vehemẽtia lenitatis pulſus,
& ſenſibilitas habẽtis eũ,quaſi cor ſit poſitũ in hu
miditate. Signa eius,q̃ ſanguineus eſt, ſunt,ſigna
caliditatis,& inflãmationis,vel velocitas pulſus,
vel magnitudo in alia hora,quã tremoris cordis,
& iuuãtur ab actu Veneris in ſtomacho, & econ-
uerſo. Signa eius,q̃ cholericus eſt,licet rarò cõtin
gat,ſunt egeſtiones cholericæ,ſequẽtes ipſum,&
durities quædã in pulſu: ſigna ventoſitatis puræ
ſunt velocitas reſolutionis eius, & leuitas lateris
eius,& paucitas diuerſitatis in pulſu eius. Signa
verò tremoris cordis apoſtemoſi propter apoſte
ma ſubſtãtiæ eius,aut pãniculi ipſius,ſũt ſigna a-
poſtematũ diuerſorũ. Signa tremoris ex ſolutio-
ne cõtinuitatis,ſunt ſigna,& cauſa ſua: ſigna tre-
moris à venis,& morſib. ſerpẽtũ, ſunt cauſę ſiue
cũ priuatione reliquarũ cauſarũ. Signa aũt ei⁹, q̃
cauſatur à cõplexione cal. & inflãmatiõe vehemẽ
ti abſq; ſenſatione humiditatis, in qua natat cor,

ſunt velocitates pulſus,& frequētia eius, quáuis
ſit nō in hora cōmotionis ei⁹,&quod eſt poſt cau
ſas paſſionis cum hectica,& ſimilibus. Signa tre-
moris cordis cauſati ex cōplexione ſingulari frigi
da trahuntur à cauſis ſuis,ſicut ex euomitionib.
extinguētib. calorē innatum, & ab ægritudinib.
infrigidatiuis,& ab aere,& ſimilibus : & ſimiliter
pulſus tardus,& rarus nō in horá tremoris cor-
dis.Signa aūt eius cauſati ex opilatione, ſunt di-
uerſitas pulſus in magnitudine,& paruitate, for-
titudine,&debilitate cū priuatione ſignorū reple
tionis.Signa autē eius,qui fit à ſubtilitate ſenſus
cordis,& à qualibet qualitate generata , & nocu-
mēto adueniēte ei,ſumuntur à fortitudine pul-
ſus,& ſanitate pulſus,anhelitus, & incolumitate
reliquorū mēbrorū.Verū fortitudo pulſus,&ma
gnitudo ipſius ſunt ſignificationes propriè ſigni
ficātes ipſum,& ꝓpriè,ſi corpus fuerit cū frequē
tia huius tremoris cordis incolume,& virtus cō-
ſeruata,& cōſuetudo in operationib. ſana, & illē
tremor vtplurimū accidit illis,ſuper quorū facies
apparent veſtigia paſſionum animaliū , ſicut iræ,
aut gaudij,aut triſtitiæ,aut aliorum. Signa autē
eius,qui fit à communitate totius corporis,mani
feſta ſunt in febrib. Signa autē eius , qui fit à ſto-
macho,ſunt per ea,q̄ excelluntur ab ipſo,nauſea,
& punctio,& quod alleuiatur tēpore vacuitatis,
& fit vehemēs in hora,in qua cib. debet digeri.Si
gna autē ei⁹ q̄ fit cū cōmunitate pulmonis, ſunt,
quoniá habēs eū eſt pręparatus ad aſthma,alijſq;
ſignis repertis ſignificātib. humiditatem pulmo-
nis,&opilationē viarū in eo.Signa autē eius , qui
fit propter ſe,ſūt ſigna in capitulis ſuis poſita. Et
ex eis,quæ ſignificāt ipſum,ſunt ſaliua currēs , &
dolor, ſicut fit à conſtrictione vnguiū,& punctio
ne euenientes ſubitò in ore ſtomachi. Poſt hanc
inueſtigationē ſignorum,quibus propriè cauſa-
tur tremor cordis,capitur ſcientia.

Cura tremoris cordis.

IN cura igitur tremoris cordis Hipp. imi
tando, dicentē ex plenitudine quæcūq;
ægritudines fuerint,euacuatio ſanat: or
dine curationis naturalis à ſtomachi e-
uacuatione inchoandū,ex cuius cōmunitate cau
ſatur,quia cura in ſanatione ægritudinis ab eo in
cipit,quo facto reliquum fit,& non econuerſo:ac
cidētalis verò eſt,quòd curatione incipiat ab eo,
quod magis naturá infeſtat. Si igitur hic tremor
ex ſtomachi communitate proueniat,& cauſetur
ex humore phlegmatico exiſtēte in ſtomacho ex
corruptione alimētorū,& eorum malitia genera
ta,ex quib. ventoſitas gignitur,addens in malitiá
eius:nec minus ad ipſius cauſam tremoris cōcur
rit humor mordicatiuus cal.ab hepate ad os fluēs
ſtomachi: cuius ſenſibilitate dolor inducitur ſu-
bitò,vt videatur percuti à ſagitta.Similiter,ſed ra
rius cum fluit cholera aduſta ex ſplene , ex quib.
omnibus cerebrum compatitur in tantum, vt ali
quando vertigine inuoluatur,quæ infelicē mor-
bum comminatur venturum:& quibuſdá imagi
nationib. aliquando illuditur ,vt lacrymas emit-
tat.Merito ergo hui⁹ humoris euacuatio fiat poſt
cibum acrium per horá in ſtomacho detētorum,
cum aqua decoctionis raphani,anethi,ſeminis a-
triplicis,& liquiri.miſtis cum oxymellite cōpoſi-
to,pòſt ſequatur ſyrupus ille,expertus mihi ad di

A ſpoſitiones ſtomachi,hepatis,& ſplenis, quouſq;
digeratur materia plenè laudabili.Rec.cichoreę,
meliſſæ,rad.lilij,ireos,mēthæ , ſambuci,abſyn.ca.
Ve.endi.ſcolopendriæ,radi.enulæ an. M. I. florū
bugloſſæ,borragi.raſurę eboris,zedoarię,galágę,
cinnamo.an.℥.s.oſſis de corde cerui ʒ.2.aniſi, ma
rathri,ameos,thymi,epithymi,ſenæ,vtriuſq; ſtœ-
chados,ra.primulæ veris,myrtillorum , roſarum
an.℥.s.corticis citri,& palmitum tenerorum eius
ana M.2.cary. macis,ligni aloes,cyperi,folij,aſari
B an.ʒ.3.ſpicæ vtriuſq; ℥.2.liquiri.℥.s. vtriuſq; ſan-
dali an.ʒ.2.terenda terantur,& ponantur in phia
la vna aquæ ad madefaciendum per tres dies , &
noctes:deinde ponātur omnia ad alembicum, &
deſtillentur:cuius deſtil.℔.10.ad dātur ℔.2.aquę
diſtillatæ de radicib.R.rad.bugloſſæ,borra.& me
liſſę,& rad.quinq;,tundantur,incidātur,cóquaſ-
ſentur aliquantulum,& ponantur in aqua ſuffi-
cienti,& poſt deſtillationem de hac aqua ℔.2.cō-
miſceantur cum prædictis 10.℔.mellis deſpuma
C ti al.℔.2.ſacch.quantum ſufficiat,fiat ſyrupus de
licatus,& perfectè coctus,de quo aſſumatur om-
ni mane ℥.1. cum ℥. duab. oxymellitis compoſiti
cū aqua calida,& apud ſomnū recipiat ℥.1. Dein-
de cum hoc electuario propoſito purgetur: Rec.
ſenæ mund.medullæ caſſiæfiſt.tamarind.an.℥.2.
rheubarbari optimi,polypodij recentis viridis,a-
niſi,violarū an.℥.1.liquiritiæ mund. ſe. cōmuniū
mundatarum penidiarum an ℥.1.terēda terātur,
& pulueriſanda pulueriſentur,ad cōficiēdum, vt
D habeātur:viridis polypodij ℥.4. marathri ℥.2.bul
liant diu in aqua ſufficienti,poſtea coletur: dein-
de fiat ſyrupus cum ℔. 1.ſacch. & inde cōficiatur
electuarium ad modum catholicon , ita quod in
qualibet ℔.apponātur lapi. lazuli & armenici lo
torum,& tritorum an.ʒ.3.Ars autē in lauādo hos
lapides eſt hæc,terantur cum facilitate in vaſe la-
pideo:deinde lauentur faciliter cum aqua dulci
frigida,aquam renouando vicibus,pòſt lauentur
decies cum aqua roſ.vel aqua bugloſſæ , pòſt de-
E ſiccentur.Hoc autē electuarium benedictum ſi-
ne lapidibus iſtis conuenit omni ætate à pueritia
vſque ad ſenium,& ad omnes ægritudines exce-
ptis fluxib.ventris,choleram,phlegma & melan-
choliá purgat,& ſanguinē mundificat,ventoſita-
tem extenuat,pectus lenit,vriná prouocat, dige-
ſtionē procurat,ante & poſt indifferēter ſumitur
ſine immutatione diætę.Et eſt doſis eius in pue-
ro ℥.5.in alijs autē ętatib. ab ℥.1.vſq; ad ℥.1.& s.cū
aqua cal. vel ſine. Cumq; puluis prædictus lapi.
F addatur,acquirit alias proprietates mirabiles cū
his lętificat triſtes,& melācholicos timidos auda
ces facit,quartanos curat,& cardiacos, ac triceos
ſanat.Cuius doſis tertia pars ℥.vnius vſq; ad ℥.s.
& ʒ.Securiſſima medicina,quod electuarium ſu-
matur circa principium Septēbris , vel in medio
eius,vel in fine,ſi non prohibuerit feruor caloris,
℥.s.cum aqua cal.vel ʒ. 1. minus ʒ. & ſimiliter, in
fine menſis ſumatur,non tamen negligat, quòd
in autumno,& in hyeme non imminente gelu,&
G vere poteſt vti electuario hoc bis aut ſemel in mē
ſe ʒ.3.aut Iunij,Iulij &Auguſti ſemel in menſe vta
tur hoc,diebus canicularib. obſeruatis , qui ſunt
tempore illo,quo ſol eſt in Leone.ſ.à medio Iulij
vſque ad medium Auguſti, in ſumma loquendo,
vel loco eius ſumat in hyeme chebulos conditos,
alijs

alijs autē tēporib. myrobal.citrinos accipiat: nā vsus eorum iuuenescere facit, gaudiū generat, & hilaritatē: cor cōfortat, hepar, & stomachū, cōfert tremori cordis, cōfortant, præparāt, & mundificant stomachum, & multas alias vtilitates adducunt vtentib. semper tamē ante assumtionē hui⁹ electuarij tēpore veris & autumni præmittatur clystere, cū aqua decoc. maluæ mercurialis. vio. florū chamomillæ, meliloti an.℥.1. Die autem sequenti, fiat balneum cum florib. chamomillæ, rosarum, absynthij, & sansuco: in exitu autē balnei accipiat theriacæ ℈.1. cum aqua cal. & vino bono mistis. Non omittatur interim cōsideratio secunda, puta si cholera mordicatiua simul concurrat ab hepate cum stomachi ac cordis communione tremoris loco, oxymellite commisceatur syrup⁹ agrestæ, vel oxysacch. Si verò cholera adusta euo matur ad os stomachi à splene immoderatè, ita quòd sit causa tremoris, sufficiat vsus istarum cōmistionum dictarum, & nihilominus tūc post cibum accipiatur pasta cydoniorum, cydonia & pira odorifera: alienetur tunc omne, quod cōuertitur ad humorem cholericum, & melancholiam, vtendo regimine tēperatè, hepar & stomachū cōfortāte, semper ad vētris leuitatē declinando: Hepar autē cōfortetur cū vnguēto hoc: R. ol. ro. ʒ. 2. rheubarbari ʒ. s. masticis, spodij, sandali ru. an. ʒ. s. aceti ʒ. 2. bulliant vsq; ad cōsumtionem aceti, tūc coletur cum expressione, apponatur ceræ modicum, fiat vnguētum, quo vngatur circa mediam tertiā stomachus. Cōfortetur autē hoc emplastro & vnguēto: R. masticis ℥.1. rosſ. aur. 2. puluerisetur mastix, & incorporetur in mortario, ponatur ad ignē leuem, postea pulueres istarum specierum, cinnamomi, masticis, galangæ an. ʒ.1. zingib. albi, galliæ musca. caryophyll. an. ʒ. s. calami aromatici ʒ.2. ceræ modicum, expandantur super coriū, & ponatur super stomachum per duas horas ante cibum, & vnam post cibum teneatur, & hoc in tēpore frigido. Cumq; senserit defectū digestionis in stomacho, & appetitus præmissa purgatione, fiat tale vnguentum, ex quo fiat inunctio, præcedens appositionem ceroti: R. absyn. M.1. ponatur in optimo vino albo per tres dies, ita quòd cooperiatur à vino, postea conquassetur, exprimatur, & colaturę addatur succi betonicæ, chamomillę, saluiæ siluestris, & mēthę, olei masticis an.℥.1. addatur pauca cera, & puluere specierū præfati ceroti. Similiter autem quādo cib. in stomacho corrumpitur, coquatur cum eo, quod digestionē ei⁹ cōfortat, maximè tamē porrigatur in mane ℥.1. destillationis prædictæ cum ℥. s. syrupi absynthij cum aqua colaturæ mellis ro. factę cum seminib. non omittendo cōfortationem cordis cum medicinis cordialibus, ne illius impressionē recipiat. Quòd autem expertū est mihi hoc electuariū ex inuentione propria: R. rad. buglossæ, ra. enulę an. ℥.1. zedoariæ, zing. galangæ an. ℥. s. margaritarum perforatarum integrarum, coralli albi, & ru. doronici an. ʒ. 2. serici crudi, been al. & ru. an. ʒ. 2. croci ʒ.1. folij. spicæ aromaticæ, cassiæfi. cinnam. electi, caryophyl. castorei an. ʒ 3. piperis albi, nigri, & lō. an. ʒ.1. musci quartam partem ʒ. vnius. aquæ rosſ. & sacch. quantum sufficit, fiat electuarium in formula cuius quæq; pars sit tertia ʒ. vnius. deauretur & accipiat mane vnam earum post quālibet

A modicum vini optimi odoriferi. Splen autem similiter confortetur apponendo absynthiū in vino albo bono, bullitum ante cibum, quousq; fuerit infrigidatum, tunc autem deponatur. Aliquis à tremore cordis diutius torsus, pręmisso digesti uo materiæ purgatus est à me leuiter, & suauiter cum hac medicina mox scripta: Recipe hieræpicræ ℥.1. rheubar. diasenæ simplicis an.℥. s. commi sceantur simul & distemperētur cum hac decoc. R. senæ ℥. 5. zing. ʒ.1. & s. caryo. lignialoes, spicæ B aromaticæ, masticis albi an. ʒ. s. croci ℈.1. bulliant in pinta media aquæ, vsq; ad consumtionem medietatis, & dimittatur in dio per diem, & noctem à puluere & sole custode superueniente aliquo. Circa primum somnum calefiat, coletur & cum ista colatura distemperetur medicina prædicta. Cùm accepisset ieiunus, dormiuit profundè, & mane solutus est breuiter à materia cordis tremo re cessante. Amplius in omni tremore cordis ex cōmunitate siue ex phlegmate, siue ex corruptio C ne cibi, salubre & infallibile mihi expertū est hoc: R. borrag. siccæ, doronici an. ʒ. 2. zedoariæ, radi. sigilli sanctę Mariæ, ambræ an. ʒ. 2. pistentur, & cōficiantur cum optimo vino, & fiāt pillulæ grossæ, & deaurentur, de quib. accipiantur quolibet sero 2. vel 3. vel 4. cùm adest tremoris cordis cōmotio. Cor autem confortetur foris cum hoc emplastro: R. sansuci sicci, ligni aloes an.℥.1. ossis de corde cerui, margaritarum an.℥. s. diambræ, diamusci an. ʒ. 3. vini albi, quantum sufficit, bulliant om D nia bullitione vna, & in fine aspergatur cum ℥. 1. aquæ nimpheæ, vel aquæ buglossæ, vel aquæ ro. & fiat emplastrū, & ponatur super cor. Amplius in hora tremoris cordis iuuetur cum frictionib. extremorum, cum odoratione rerum, & motu odoris, vt infrà dicetur. Notādum quòd si repletio mali cibi recenter, aut inordinatè sumti, aut in nō sua hora in stomacho fuerit, fortè vtilius esset vomitū ꝓuocare, deinde modicū theriacę bonæ accipere ad quantitatē vnius auellanæ, trāsglutien- E do, postquam licet bibere modicum boni vini, aqua calida misti, ad quod consequatur exercitiū temperatum, cui succedat cibus confortans digestionis velocis. Etiā virtus augmentetur cibo laudabili, & vino subtili conuenientius, & odoribus bonis tranquillitate, gaudio, & dimissione eorum quæ contristant, & rixam faciunt, & fuge eorum, quæ constringunt, aut præfocant anhelitum, aut calefaciunt, aut infrigidant, & remotione rerum amabilium, & habitatione cum dilectis. Cæterū F si occasio tremoris cordis fuerit, prædicta cibi repletio, & causa eius fuerit humor phlegmaticus, existens in stomacho, post hæc omnis euacuatio eius succedat cum aliqua euacuatione prædictorum: verū si humori phlegmatico cholera admisceatur, generata in stomacho eodē, cognoscitur ex perseuerātia nauseæ, aut fluat ab hepate ad os stomachi, quod cognoscitur ꝑ dolores in ore stomachi ad modū sagittę ferietis, & ꝓpriè hora, qua vomitur cholera, eius amaritudine præsentitur, G rheubarbari electi, & optimi, huic purgationi addatur. Ampli⁹, si causa tremoris cordis fuerit corruptio cibi in stomacho, vt iam dictū est, iniungatur abstinētia, & diminutio balnei, post quæ, si expedierit, euacuatione succurratur. Quia verò de theriaca facta est mētio, ei⁹ virtus multiplex dis-

feratur: sanè theriaca est sufficiens, & efficax remedium contra venena, & nocuméta hominum, & propriè in venenis, quæ sunt ex puncturis serpentis, scorpionis, canis rabidi, & venenis ebibitis interficientibus, ad ęgritudines phlegmaticas & melancholicas, & febres earū, ventositates malignas, paralysim, & epilepsiam, torturam, tremorem, & ad eum, qui secum loquitur, maniam, lepram propriè, & albaras, confortat cor, acuit sensus, & appetitum, delet pulsum cordis, & retinet sputum sanguinis, confert ad plures dolores renum, & vesicæ, ex quacumque causa sint, frangit lapidem, propriè in vesica, & confert ad vlcera intestinorum, & duritiés intrinsecas in hepate, splene, & alijs ab eis vtrisq;, & ad periodum amborū. Et non efficit operationes has, nisi propter proprietatem totius speciei eius, consequentis complexionem simplicium ipsius, ita vt confortet stomachum, & calorem innatum, qua iuuatur natura per idem supra contrarietatem facientia calida, & frigida, & vincit virtutes earum, præter hoc in sanitate sua virtute præseruat à nocumentis pestilentijs, & venenis, reiuuenescere facit, virtutes omnes corporis reparat ita, vt eo solo videatur effectiuè tota harmonia fabricæ corporis restaurata. Præter theriacam aliæ medicinæ côuenientes sunt mithridatum, & lætitię Galeni, & aliæ confectiones inferiùs connumeratæ. Ex simplicibus sunt caryoph. zedoa. lignum aloes, melissa, cardamomum, folium indum, & enula, quæ mirabilis est ad hæc, & similia.

Regimen præseruatiuum contra Tremorem cordis.



CVM autem quis ab hoc languore fuerit absolutus, studeat solicitè, & festinet ardenter ad obseruandū hâc salubrem doctrinam, si cupit in debita custodiri sanitate, & ne in deterius labatur. Ars enim custoditiua sanitatis, secundum Galenum in libro de regimine sanitatis, hoc promittit obedientibus, in sanitate ipsos obseruare: non obedientibus autem, sic hæc ars existit, ac si vnquam fuisset verum, quia non cum laudabile ab illicitis nocentibus, quasi etiam illicitis iuuantibus, temperetur. Breuiter de illicitis nocentibus subscribatur, & primo de nutrimenti materia, vt sunt omnes carnes grossæ, carnes auium paludestriū, & magni corporis, carnes equi seu cameli, vaccæ, bouis, hirci, & similes q̃ de siluestribus ingrossāt, pisces grossi duri, & viscosi, cibi de pasta, panis azymus, viscosus & crudus, risum .s. pulmentū de semula, sorbitiones de farina lagana, omnia frixa, salsa, oua dura, vinum grossum, aqua turbida, nuces auellanæ, persica, crisomilla, maciana, pira, poma, inter fructus omnes acetosi & difficilis digestionis, castaneæ, & interiora animalium, vt intestina, cerebra, & extremitates, vina nigra, aqua niuis, fructus immaturi, & aquosi, grossi, ficus & fungi, & omnes cibi ex generibus lactis, & propriè spissi, caseus salitus antiquus, & propriè humidus, comestio multa, & potus nimius, & æstus, potus sumtus post cibum indigestum, balneum, exercitium moderatum, actus venereus. Et vt fiā breuiloquus sunt illicita nocētia ea, quę

A digestione sunt impedientia, vt est immoderatio omnium rerum, scilicet non naturalium, & maximè aer epidemicus, corruptus à paludibus, & aquis corruptis, ac mortuorum cadaueribus, aer qui turbatus tristificat animam, & permiscet humores, aer nimis feruidus, vel calidus, vel ventus procellosus, & flans in non hora sua, & potissimè austrinus sufficiat prudentiæ Medicorum, quos mundi labor exagitat, hæc breuis continuatio necessariorum patientibus tremorem cordis ex causis iam signatis, vt addatur ei ad reliqua sapientia.

B Post consequenter ad iuuantia transeundum nihilominus interserendo de nocentibus, quæ in ordine sex rerum non naturalium continentur. Ab aere non alterante interius, & exterius continuè, quia velimus nolimus, aerem attrahimus, in quātum, quòd alteratur moderatè calidus, maximè in diebus canicularibus, cū abstersione herbarum frigidarum, & maximè cum folijs salicis myrti, & vitis, aqua frigida aspersis, & camera inde ornata, & cum euaporatione camphoræ, & aquæ ros. & herbis odoriferis, frigidis, rosis, & similibus: econtra verò frigidus aer cum carbonibus temperetur, & aromaticorum vaporibus, sicut ligni aloes, storacis calamitæ, calami aro. myrrhæ, olibani, laudani, nigellæ, & similibus, cum aspersione herbarum calidarum, sicut calamenti, pulegij, origani, maioranæ, foliorum lauri, & similib. Eligat aerē clarum, & nitidum, iuxta mare, & in hyeme & autumno: in vere verò, & æstate in mōtibus lōgè à mari, fugiat aerē epidimiatū, & corruptū, & non transeat per loca paludosa, vel aquarū corruptarū, maximè in æstate, & per loca, vbi sūt cadauera mortuorum. Motus autē & quies sunt de his, quæ sanitatem conseruant: motus enim naturalis confortat calorem naturalem, & somnū excitat, virtutes corroborat, superfluitates corporis ad conuenientes regiones descendere facit, & alias consumendas consumit: vtatur ergo motu temperato, delectabili ita, vt inde membra nō generētur, neq; sudor prouocetur: cùm autem grauari ceperit, mox quiescat, hoc autem fiat ante cibum. Post cibum autem quiescat omninò, nisi à debili motu, & maximè cùm cibum à stomacho nouerit descēdisse, quod cognoscitur ex leuitate membrorum, & ex subtilitate saliuæ, nec nō perceptione ciborum, saporum, & potuum præcedētium assumtorū, studiosè & sponte eructatione prouocata, equitet equos, & mulos suauiter ambulātes: vitet immoderatos, & repētinos ascēsus, & descensus. Caput verò ieiuno stomacho lauare faciat cum chamomilla, & stœch. citri, nuce cypressi, & pulegio in lixiuia bullitis in hyeme, in æstate cum chamo. & rosis, frequenter pectinare in die suauiter, maximè iuuat, & maximè post somnum euaporare facit fumositates, quæ in somno caput ascendunt. Barbam similiter frequenter radere, multum lætificat: nā Rasa facit iuuenē, barba prolixa senem. Fugiat secretū matrimonij, in quantū potest, & cum amplius non potest abstinere, eligat horam, in qua non sit repletio cibi, nō inanitio, & in qua se senserit incolumem: aliter, talis illecerebrosa voluptas exterminabit tristitiam inducendo. Balneis autē vtatur odoriferis, more solito: Quādo verò in omnibus licitis iuuātib. cōsuetudo obseruetur tanquā paratissimum talē in conser-

conſeruatione ſanitatis, ideoq; ipſa mutare repẽtè non licet, quia naturã inficit. Quies verò corpꝰ humectat, & impinguat: ſit ergò ante cibũ motꝰ, poſt cibũ verò quies: nam ſicut motus fortis ante cibũ generat ſanitatẽ, ita cõfeſtim pòſt generat ægritudinem. Somnus verò & vigilia, licet optima ſint, metiatur natura. Somnꝰ autẽ ſalubris deſcribitur, qui vt moris eſt naturæ humanæ, noctem non effugit, & diẽ nõ impedit, nec ſit immediatè poſt cibum, ſitq; ſupra ſtramẽta odorifera, & mollia, vt ſit de pluma, lana, bombace vel ſerico: id .n. virtutes naturales efficit potentes ad ſuas peragẽdas operationes: aerẽ vero corroborat inducẽdo quietem. Cibi melior celebratur digeſtio, debilitati corporis, & fatigatione, ac reſolutione, animique accidentibus exterminãtibus ſuccurrit corpúſue calefacit, & humectat, ſi ipſum inuenerit in quantitate humorum, & qualitate æquale. Cæterũ quoq; ſomnus ſit poſt cibi à ventre ſuperiori deſcẽſum, cumq; accubuerit, ſuper latus dextrũ primò dormiat, vt proinde cibus deſcẽdat ad fundũ ſtomachi, & melius digeratur à caliditate naturali, ſiue caloris innati opitulata caliditate naturali mẽbrorum adiacentium & potiſſimè hepatis quod ſtomacho ſubſtituitur, vt aceruus lignorũ ardentium adiunctus lebeti. Cũq; moroſius dormierit, vertat ſe ſuper latus ſiniſtrum, vt fundus ſtomachi à pennulis hepatis melius amplexetur, ex quo contactu melius ad digeſtioncm opitulatur: deinde iterum voluat ſe ſuper latus dextrũ, cùm ſaltem æſtimabit digeſtionem completam, vt facilius tam id, quod reſidet ex aſſumtis, quá chylus iuuatiuus, ad inferiora deſcendat, non negligatur. Verumtamẽ, quòd vertere frequẽter de latere in latus liquido digeſtioni impedimentum affert pluriũ ægritudinũ cauſam: amplius ſuper ventrẽ dormire bonũ, ſupra dorſum verò malũ: vigilia verò moderata ſecũdũ cõſuetudinẽ tẽporis, & naturarũ, corpus hominis roborãt, virtutes animales excitãt, corpus calefaciunt, & ſomni immoderati remouent nocumẽta: ex quorũ contrariorum qualitatibus corpori cõtrarius inducitur effectus. Cæterũ verò potior pars obſeruationis ſanitatis in cibo, potuq; cõſiſtit: ideò de his luculentius pertractandum: eligãtur ergo cibi bonos generãtes humores facilè, maximè in prima digeſtione digeſtibiles. Non ergo ſint duræ ſubſtãtię, qualitatis pernicioſæ, neq; multum in qualitate altera excedente. Sitq; panis eius de tritico puro laudabili meſſe collecto bene fermentatus, & modicum ſalis habens, paſtando diutius elaboratus in clibano, commenſurato igne decoctus, & iacẽs duorum dierum, vel trium ad plus, de quo non multum comedãt. Carnes autem de quadrupedibus, ſicut carnes hœdi lactantis pingues, quę cognoſcuntur per eorum albedinem naturalem vituli, & annualis agni, & capreoli ſylueſtris, & carnes porcinæ macilentæ prius per ſex horas ſale aſperſæ, licet rarò. De volatilibus autẽ, carnes gallinarum, perdicũ, phaſianorum, pullorum, colũbarum paruarum, auiũ nõ degẽtium in paludib. ſed paludes inhabitãtia omnia fugiat, & ſimiliter coturnices, quia patiũtur, vt homines morbũ caducũ, fugiat: his autẽ omnib. vtatur ſuæ cõditionis modo. Salita autẽ frixa, & acetoſa, niſi per modũ ſalſamẽtorũ alliciendũ ad eſum ciborũ laudabiliũ, nõ ſumãtur: acria verò vitẽtur omninò, niſi cùm vomitus celebratur: legumina omnia fugiat præter cicera, quibus rariſſimè vtatur: cibos autẽ de paſta omnino fugiat, rarius tamen concedantur, & tunc condiantur cum ſaccharo, & pipere vel cũ paſſulis de Corintho, vel enucleatis amygdalis, nucleis pinearum, fiſticis, & ſimilib. de his autem raro vtatur, ſintq; piſces marini, poſt quos aquæ currentis dulcis, arenoſi, petroſi, carnes albas habẽtes, nõ duras, ſale cũ aceto & porris minutim inciſis, ſimul miſtis ſaliãtur, ſicq; piſces inter duo ſciſſoria aliquo ſpatio immoretur, vt eorum viſcoſitas amoueatur, ſuaque qualitas in cõtrarium alteretur. Si autẽ cum his additis aromatibus condiantur, & coquantur, magis efficiẽtur ſalubres: non autem ſint magni, neq; mucilaginoſi, neq; pingues: ſunt.n aquoſi phlegmatis generatiui, ſitiſq; inductiui, propter quod comeduntur: vinũ aquę miſtũ potetur: de herbis autẽ, quę meliores probãtur, ſunt meliſſa, bugloſ. borrago, anetum, petro. aſparagi, mẽtha, ruta, pimpinella, cichoreũ, fœnug. ſenetiones, paſtinaca agreſtis, trifoliũ rarius, vrtica, parietaria, raphanus, radi. diureticæ, & cal. eryngij, rad. enulæ, & breuiter omnes herbæ eis ſimiles, calidę, duræ, & odoriferæ, ruta & ſaluia cũ carnib. cõdiantur. Et in diebus prohibitis, vt quadrageſima cũ ol. amyg. dulciũ, vel lacte earũ, vel ol. oliuarũ: interdũ autẽ vtatur iure cauliũ ſemicoctorũ, & iure cicerũ. Riſo autẽ rariꝰ vtatur cũ lacte amyg. & quãdoq; cũ carnib. piſciũ prædictorũ ad modũ edulij albi, & hoc in dieb. quadrageſimę. De fructib. aũt comedãt paſſulas de Corintho, vel paſſulas enucleatas: pira verò, cydonia, & mala dulcia comedat, ſed raro, & poſt cibũ, maximè in quadrageſima propter neceſſitatem, & in hyeme: cocta tamẽ magis, quã cruda. Et cũ tragea ex aromatib. vel pipere: rariſſimè autẽ vtatur ceraſis, prunis bene maturis, & celſis tẽperatè: groſſos autẽ ficuũ omninò euitet, quia ſunt apoſtemata ficuũ, & nõ ſunt eſibiles: ficubus autẽ & vuis vtatur, cũ inter cæteros fructꝰ laudabiliores ſint. Eligãtur autẽ ficus albi, duri excorticẽtur, & comedãtur mane ante cibũ, vel in medio & nõ quãdo aſcẽdit feruor diei: vuæ verò eligantur verè dulcedinis albæ, & bene maturæ, & ſine cortice comedãtur, & hoc nõ in hyeme, ſed magis in ſuo tẽpore comedãtur. De perſicis autẽ fugiat fructus acetoſos, præter granata, quæ rarius cum dulcib. comedantur mane, raroq; in æſtate, arẽgijs autẽ, limonibus, cæteriſque, quæ ſunt de genere eorum, non vtatur, niſi aliquando pro ſalſamentis. Peponibus autem nõ vtatur, niſi rarò, cucurbitis, & his ſimilibus non vtatur, niſi in ęſtate, & rarò, & hoc in feruore diei, & ad ſitim reprimendam, & choleram alterandam, ſemina verò meliora ſunt, quàm pulpa: ipſa .n. ſtomachũ grauat, cõuenit tamẽ habẽtibus ſtomachũ calidũ. Lactucas, portulacas, & ſcariolã in æſtate rarò comedat, & parũ: fructus verò immaturos omnino fugiat, eorũ humiditas indigeſta eſt, quæ idẽ operatur, quod venenũ in corpore: fungos omninò fugiat: qa ſunt apoſtemata terrę, & nõ ſunt eſibiles: in omnib. autẽ his cautiꝰ attẽdatur in ęſtate, q̃ in hyeme generaliter. Quę oĩa p̃dicta, & ſpecialiter vehemẽter acuta, & caloris inflãmatꝰ fugiat in fine autũni: hyeme & principio veris poteſt come-

dere in die bis, in æstate verò cibum partiēdo ter si appetit: verumtamē cibum secūdum nunquā recipiat, donec primū à stomacho nouerit descen disse: nihil.n. deterius ad salutē, quā indigestū super indigestum ponere, cùm digestionem impediat. Sit autē in cibo, potuq; ita, vt semper magnę reliquiæ appetitus ad esum remaneat, quæ post modicū spatiū destinentur. Nec comedant in eadē mensa primò cibos difficilis digestionis & duros, & pòst leues, hi.n. prius digeruntur, & supernatant: quia eorū impeditur egressus. Nec similiter cibus permittendus est lubricus, post quē cibū grossus assumtus, & durus: lubricus.n. ad intestina traheret indigestum & durum, quod multarum ægritudinum causa existit: scriptum est enim per Hippo. Vbiq; cibus & potus intrat absq; moderamine quantitatis, vel qualitatis, & temporis, facit, vel comminatur ęgritudinem. Si verò aliquando absque aliquo horum, vel absq; his sumatur, cum regimine proprio sumatur. Nō est tamen negligendum, quòd inter naturā cibi, & naturā stomachi est quædam proprietas, quæ non potest sciri, nisi experto, & quòd nutriens melius est, nisi puræ substantiæ fuerit: sapida verò nutrimēta stomachus affectuosius amplectitur, & virtus retētiua ei⁹ in ipsi⁹ retētione fit auara, & si parū sapido deteri⁹ fuerit, nō sumat frequētare res dulces, quoniā antequā digerātur, propter dulcedinē à mēbris attrahūtur, sicq; opilationes inducūt, ex quib. in posterū ægritudines generantur. Ampli⁹ nec immemor esto, quòd pisces cal. actualiter comedātur: quinimo omnes cibi, q̄ de sui natura indifferētes sunt, quātū ad cal. & frig. in hyeme actualiter calidi, de sui natura meliores sunt frigidis, quā calidis calidi: in æstate verò frigidi, & de sua natura meliores sunt frigidi, quā calidi, maximè in æstate: in hyeme verò antequā comedātur, siue qui ab eis resoluuntur, liniantur: gallina verò, quæ in ventre hœdi vel assatur, quoniam eius cōseruatur humiditas melior est, & ius pulli vehemētius tēperat humores, quā ius gallinarū, non tamē tantū nutrit. Primum nō coueniens in æstate proponitur: secundum verò in hyeme, & etiā pulli columbarum: in ęstate verò pulli turturū. Fugiat frequētationē lactis, est.n. ex trib. substātijs diuersis cōpositū, ex quo est corruptioni paratius, penes tamē differētiā ipsorū differenter mutatur, vt cū in stomachū frigidum inciderit, acescit: cùm autem in calidiorem extenditur, in fumositatem mutatur: Si verò in stomachum tēperatum inciderit, bene digeritur, & facit bonum & copiosum nutrimentum, dum tamē digeritur, inflatio sub diaphragmate, & dolores in capite vt plurimum generantur. Cùm autē conueniat lac, sit caprinum & cum sacch. & cum melle: & similiter fugiat frequentiam casei. Ouis autē recentib. & sorbilibus & vitello maximè vtatur, videlicet gallinarū, phasianorū & perdicū: potius tamē sit cocta in aqua, assa verò igni, & frixa omnino fugiat: præterea præ cæteris attendatur, quod cib. & potus in modica quantitate, perlaudabili qualitate, discreto ordine couenientiq; tempore proponetur: sic.n. sanitatem conseruat, vitā prolongando in melius, aliàs autem sanitatem corrumpunt hominisq; vitam abbreuiant, ægritudines varias inducētes. Consequēter autem eligat sibi vinum

A album, clarum vel citrinum, vel rubeum clarum, splendidum, odoriferum, medium inter nouum, antiquum, vinosum, non dulce, mistū aqua, plus in æstate quā in hyeme, & vini exigat fortitudo, & similiter cùm pisces comederit, & cibaria frigida, vinum minus aqua sit mistū: nec potet vinū, nisi bonam quantitatem cibi sumserit, neq; bibat vinum in fine. Si autem bibat, ante cibum natat, & sui lubricitate trahit cibum à stomacho indigestum: si verò post cibum, natat in ore stomachi, & B punctionem, & scotomiam inducit, nisi cōsuetudo vel frigiditas oris stomachi prohibeat: deinde non negligat, quòd vinum nō solum virtute medicinæ, verum etiam optimum alimentum est. Quæcumque ergo veloci confortatione indiget, merū ipsum bibere oportet: corpus.n. calefacit, digestionem procurat, membra humectat, syncopim & tremorem cordis auffert, & sinę aqua mistum, vrinam prouocat, maximè aqueum, animā lætificat, solatium, libertatem, audaciam & prudē C tiam efficit, pilorum reddit colorem, & oris odorē efficit bonum, virtutes corporis vegetatiuā secundū totū ambitum suum corroborat, auaritiā cōpescit, & bene sperare facit, cor cōfortat: hoc.n. maximè facit in corporib. temperatis, moderatè sumtū. In distemperatis verò corporibus non, vt alimentum solū, sed mala magis operatur. Ideoq; antiqui assimilauerunt vinum theriacæ magnæ, & eius naturę: quoniam cōperiunt eam duorum contrariorū esse iuuatiuā. Vinū similiter reperiūt D esse vtile: quia calefacit corpora frigida, infrigidat calida, humectat sicca, & extenuat humida si moderatè, & non in excessu assumatur. Cumque immoderatè bibitur, inducit vigilias, inflāmationes hepatis, appetitum, digestionem & nutrimētum diminuit, lethargum, subet & tremorem cordis, paralysim, oris epilepsiam, debilitatem neruorum & visus inducit, febrem efficit, præcipuè putridam, & in æstate permistionē sensus, facit malum intellectum, malum oris odorem affert, cerebrum replet, & colorē suffocat, multaq; alia incōE uenientia comminatur. Nequaquam igitur bibat vinum purum ieiunus, aut post exercitiū aut balneum. Si autē necessitate cogēte biberit, & mordicationē induxerit, granata suggat post ipsum cū aqua frigida, & ingrediatur balneum: verùm si vinum clarū non inuenitur, bulliant in eo amygd. excorticatę, & tere & coletur. Et similiter, si cogatur vinum nouum bibere, ponantur in eo cōsimiliter amyg. & radices buglossæ, ipsum clarificādo F melius facit, vt latius dicā alibi. Post quod & de aquis breuiter pertractandum, aquæ quippe, quæ sunt alijs meliores: sunt aquæ fontium terræ, liberæ ab omni dispositione, & qualitate extranea, q̄ est currēs, ventis, & soli discooperta, ex quo nobilitatē bonitatis acquirit. Non currēs autē melior est, q̄ profunda & cooperta: & de currentib. melior est, quæ currit super lutū, quā super lapides, dummodo lutū nō lacuale sit, nō fœtidū, sed sincerū. Et ex eis melior est, quæ ad oriētem currit, G & post ipsam, q̄ ad occidentē, & quanto remotior est à principio, tāto leuior, & melior: debent ergo aq̄ plures pōderari, & leuior etiā eligatur, & q̄ citò calent, & citò infrigidatur, est melior, in qua nec odor aliquis superet, & imaculati saporis delectabilis delectabilior est ex aquis, iterū laudabilibus

libus sunt aquæ pluuiales,& maximè, quæ in æstate veniũt ex imbribus, quib. adsunt tonitrua. Ipsa enim est valde leuis,& de facili venas penetrat,quę si post ebullitionem infrigidetur,laudabilior erit:impedit enim ebullitio eius putrefactionem ipsius:alias verò diuersitates aquarum, ex quibus diuersæ accidunt ægritudines,licet ad aliud valeant,nunc omitto. Omnes tamen, præter dictas,omnino fugiat,eis autem æstate vtatur cum vino,si indiguerit, cum licentia peritorum Medicorum,forte sola ea potest vti,maximè in Iulio & Augusto,& maximè post comestionẽ ficuũ viridiũ,dũtaxat,si digestio non impediat.Et post cibũ melius est,quòd modica aqua bibatur, quã vinum, nisi debilitas oris stomachi resistat. Ipsa quippe illic corrugat calorem naturalem ad loca digestionis eum attrahendo,vtatur etiam ad reprimendam sitim,& ardorem,& multam aquam frigidam bibere,maxime ieiuno stomacho, malum est. Cùm autẽ necessaria fiunt, bibatur post sufficientem comestionẽ:fugiat tamẽ ipsam post exercitium,& balneationem in siti mendosa : fiat tamen cum necessitas vincit,oris ablutio cum aqua,maximè cum aceto:& si hoc nõ sufficit bibat ipsam cum vase stricti orificij. Si autẽ ieiunus abstinere non poterit,prius bibat parum de vino aqua cal.misto:postea bibat aquã frig. Cùm autẽ dictum sit de duobus generibus potuum,& vini, & aquæ,restat videre de tertio genere .s. de syrupis,potest vti in æstate tempore magni frigoris in sua hora syrupo viol.nenupharino,ro. oxysacch. & similib. si expedierit. Vtatur etiam hoc tẽpore sacch.ro.vio.rosata nouella, diarhodon abbatis, dianthos cum aqua frigida mane,sero & meridie, si expedierit,& in eisdem delectatur:in hyeme autem vtatur diagalanda,confectione facta ex corticibus citrinorum,& speciebus,ficis, & cum melle,& diazingiber,sed bono zingibere conditum, diacameron,diamargariton,diambra, diamusco, & electuario præscripto propriæ inuentionis experto:in fine autem comestionis vtatur zing.condito,vel cydonio condito,& saccha. cum musco, pastinacis,vel radicibus enulæ,eryngij conditis, nucibus conditis. Vtatur similiter hac tragea: R. optimi cinnamomi,macis an.℥.1.zing.al.ʒ.2. cubebarum ʒ.2.anisi ʒ.2.sacch.℔.1. Consequens autẽ de inanitione & repletione breuiter pertractandum:repletio autem duplex est, quæ ex cibis & potibus causatur,vna quo ad vasa,alia quo ad virtutem. Prima,quæ conturbat ordinem naturę,& non peruertit:secunda,quæ accidentaliter ægritudinem gignit. Vtraq; tamen diuersificatur secũdum triplex genus causarum.s.primitiuæ,antecedentis,& coniunctæ, ex quibus tribus causatur discrasia.s.futura fieri,fiens,& facta,& istarũ quęlibet habet propriam causam : futura enim fieri dyscrasia habet causam præseruatiuam:fiens autem præter præseruatiuam, & propriè melioratiuam:facta curatiuam requirit. Curatur ergò repletio propter minorationem humorum: hoc autem multipliciter,nunc phlebotomia,nunc pharmacia,nunc exercitio,nunc sudore, aliaq; conuenienti purgatione,vt iam dictum est. Si autẽ fuerit repletio aliorum, scilicet ciborum abstinentia, vomitus frictio,& balneatio est cura, & quãdoq; additur euacuatio per enema : accidentia autem animæ horribilia contristantia vitentur:quæ verò delectant singula, & quæ non generant tristitiam,amplexentur,quantum ad visum, colores delectabiles,quantum ad obstaculum,quę magis inspiciendo delectant. Quantum ad auditum,sonorum harmonia,sicut organa,dulces voces, & melodiæ amœnæ,fabulationes laudabilium,& lectiones complacentes,breuiter omnia, quæ auditum demulcent. Quantum ad gustum, res parentur,in quib. sit delectabilis sapor: horribilitas verò vitetur,quantum ad odoratum, parentur res amœni odoris,sicut vestes & aliarum rerum tractabilium suauis odoris,vt pomum ambrę,lignũ aloes,& similia. Quantum ad tactum,res,in quib. tangendo maxime delectatur, & vt compendiose loquar,omnia parentur,in quibus animus delectatur:contraria verò fugiat, vt adminiculãtia morti. Deinde,quia conseruatio sanitatis in conseruatione rerum non naturalium existit,circa vsum prædictarum, hoc moderamine scripto tua iugis & sedula versetur intentio,vt longæuè & feliciter in hoc mundo possis viuere, & post mortem cum Christo regnare in æternum.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE EPILEPSIA.

MORBVS caducus est ægritudo spasmosa, non spasmo repletionis,nõ siccitatis, sed cõtractionis.Insurgit autẽ cerebrum ad expellendum rẽ impedientem,quæ est vapor,vel qualitas mordicatiua,aut humectatiua malę substantiæ,aut humor causãs obstructionẽ,secũdum Auic.3.can.cap.de epilepsia, prohibẽs mẽbra animata ab operationib. sensus, & motus erectione,non ex integra obstructione anterioris ventriculi cerebri contingens, & spumat,& aliquando aliquod mẽbrum mollificãs,& retorquens:quandoq; verò debilitate ipsa membra animata sensu,& motu nõ captiuãtur. Cuius, etsi multæ sunt causæ,vt subsequẽter dicetur, ex quaque tamẽ illarum fit diuersa species,pro qualitate membrorum,quæ ad illa fuerunt originaliter occupata:distinguitur etenim,cum arcẽ corporis.i.caput vix noxiæ materiæ origo obsidet,epilepticã procreat valetudinẽ : cum verò viscera, intestina,generationis mẽbra earumq; delatoria puaserit,ad analepticã vertitur ægritudinẽ :cũq; illa mẽbra morbida in artubus originatur remotis,catalepsia nuncupatur. Tribus ergo vocabulis vna eademq; materiæ origo distinguitur,quia trium specierum ,vel regionum mẽbrorum occupat. Amplius ratione nõ caret,quòd caducus vocatur hìc lãguor:inopinatus.n.repẽte impetit, vt fulgur impræmediatũ latenter ferit, vt spiculum improuisum seuẽ percutit,vt tonitruum , & tandẽ hominẽ prosternẽdo vbiq;,nũc in pręiudiciũ,

nunc in præcipitium, mox priuat eundem ſenſu & motu, & ſurripit rationem eiuſdem ita, vt ſimilis videatur homini rugienti ad mactandum tracto, ore eius torquente, oculis ſtrabis horrorem inducit videntibus, nunc furit, nunc inſanit, nũc ſpumat, nũc ſuffocatus anheloſus, vel ſtrãgulatꝰ videtur. Poſtremò cùm conſtet opificẽ ſummũ, genitorem Deum commiſiſſe ducatum naturæ ſideris motibus, non modica eorum influẽtia in corpore humano peragit, patet euidentius in planetis, curſum ſuum complẽtibus annis mille. Saturnus quidem frigidus & ſiccus, aſpectũ habet ſuper ſtomachum hominis: Iupiter cal. & humidis, ſuper hepar: Mars calidus, & ſiccus, ſuper renes: Sol calidus & ſiccus, ſuper cor: Venus calida & humida ſuper teſtes: Mercurius frigidus & humidus ſuper veſicam: Luna frigida & humida, ſuper cerebrum hominis. Cùm autem duplex operatio ſit ſtellarum, cõmunis & propria, ſiue particularis: communis ſecundum quam habẽt agere vniuerſaliter eſt: & propria ſecundum quã habent hoc vel illud agere: cõmunis verò eſt in eis per lumen eò, quòd proiectione radiorũ ſuorum habent agere in inferiora, vt patet in generatione ſtellæ Cometę: fit. n. hoc propter aerẽ inflãmatũ, continentẽ calorem ignis, & irradiationem alicuius Planetarum pręter Solem & Lunam. Propria verò, ſeu particularis fit per reuolutionẽ, ſecundum quam incedit per diuerſas partes orbis ſignorũ, ſuntq; in diuerſo eſſe ad inuicẽ, vt quãdo ſunt in hac parte orbis ſignorum, hoc habẽt facere, & quãdo in illa aliud ſecũdũ Ptolomeũ. Criſes, inquit, ſunt horæ ſignificatæ, in quibus declinantur mutationes ad bonũ, vel ad malũ velociter, & ſunt loca Lunę in angulis quadrati concluſiui in circulo recto. Cũ igitur Medicꝰ cõſiderare debeat operatiões Lunæ circa diſpoſitiones ęgritudinũ curãdarũ, vt ſunt in particulari conſtructę, neceſſe, vt etiã cõſideret operationẽ eius, ſecundũ quã ſpecificabitur opus eius, circa ſubſtãtiã operationis medicinæ immiſcẽdo, humores alterãdo, humectãdo, & diuidendo. Iuxta verbũ Ptolomei 5. Humiditates, inquit, corporũ accedunt in prima quadra: in ſecunda verò recedunt, & ſecundum hanc proportionẽ, & ſic in duabus alijs quadris, hoc eſt, quòd humores ab hora cõiunctionis, vſq; ad quadratum aſpectum Solis & Lunę dilatãtur ab interiorib. ſuis, vt appareãt, & à quadrato vſq; ad cõpunctionẽ cõtrahuntur. Cùm autem prima quadra Lunæ ſit cal. & hum. ſecunda cal. & ſicca, tertia frigida & ſicca, quarta frigida & humida, ſecundum cõformitatẽ materiæ noxiæ huius infelicis lãguoris ad quadras Lunæ, vt frequẽtius in conformi quadra vexabit, in diſſimili hoc rarius. Ex quo manifeſtum eſt, quòd oportet hũc lãguorẽ curãtẽ Lunę propriè cõſiderare actionem, atq; motũ reuolutionis eius de puncto ad punctũ per Zodiacum. Sanè ſecũdũ Aſtrologos opus Planetarũ ſimile eſt magneti & ferro: quia ſicut ferrũ eo trahitur, ita omne elemẽtatũ à motu & ptãte afficitur planetarum, quod euidẽtius manifeſtatur in Luna. Ex quibus omnibus liquide patet acutè videntibus, quòd hic languor caducus iure hoc lunaticus ſortiatur à Luna. Cæterùm maiori eiuſdẽ antidoti deſiderio pertrahente mox prius per præſeruationẽ totius humani generis, & petitionẽ fidelis populi ab infelici lãguore experiẽtia ſolerti, ratione induſtria cõſideranda, vel de his, quãtum in eſſe omittẽdo, quod charitati potius, quàm iactantiæ, deputetur: cùm ſimplicẽ omnẽ gratia Dei mihi participantẽ gratis ad hunc languorem vtilem ſcripſero veritatis. Amplius quacumque origine, ſiue propria, ſiue communicata cauſarum, ſit morbus lunaticus, ex opilatione anterioris ventriculi cerebri gignitur, cui vt plurimum reliquorum eſt compaſſio. Eſt namque primum nocumentum in viſu, auditu & in lacertorum motibus, faciei, & palpebrarum, quamuis reliqui ſenſus, & membra mobilia etiam nocumenta communicent: aliter enim non deſtrueretur intellectus, nec lęderetur in eleuatione anhelitꝰ. Morbum verò caducum, vt plurimum antecedit ſpaſmus, deinde poſt ipſũ fit, & illud eſt, quoniã confirmatur: ſpaſmus eſt morbus lunaticus, & cũ expellitur cauſa opilans, aut impediẽs, aut reſoluitur vẽtoſitas, redeunt operationes ſenſibiles & motiuæ, & quãdoq; apparet quidã humor expulſus viſibiliter in vtriſq; naribus, & in gutture, & multoties mittitur ad alia mẽbra reſoluendo eadem. Multoties quidẽ fit morbus ſine ſpaſmo ſenſato: quoniam materia opilans eſt ſubtilis operãs cum multitudine, nõ tamẽ vehementi malitia, ac proinde quãtò materia faciens hunc morbũ fuerit ſubtilior & humidior, tantò ad aſpectum Lunæ per quadram, & partes quadræ mouentur velocius & frequẽtius. Et quidã habent paroxiſmũ huius morbi in die, quidam in nocte, quidam pluries, quidam rarius, quidam tardius, ad quod facit paucitas, multitudo materiæ, regiminis malitia & bonitas.

De Abſterſione radicis huius infelicis languoris, Cap. II.

PLANE res, quæ dando multiplicatur, ſi non datur, ſicut habenda, cùm nondũ habetur: & proinde volens charitatis ſore beneficus, opto hoc opus peruenire ad omnes, licet imprimis ad fideles, vt huiuſmodi doctrina, origo noxia tam ſeni, & deformis languorum ſuccindatur, vt non amplius rugitum, ſuffumigationes, nec in circulationem emittat: quod fit, dum infans nouiter natus, obſtetricis regimine præeunte, ante ſaliatur hoc puluere: Recipe ſalis communis, foliorum viridium roſ. an. fiat puluis ſubtiliſſimus, cum plus vel minus moram trahit, ſecundum maiorem, vel minorẽ abundantiã, cum quibus proſilit ex vterò, cõmune tamẽ ſpatium horæ mediæ, experientia inquã plurimos medicaui: deinde os infantis ſuauiter liniatur cum melle, aures eius ore ſuggãtur, & lauetur in balneo aquę cõmunis tepidę, in qua coquãtur roſæ, folia myrti, & flores chamomillæ, æquo põdere deinde, priuſquã lactetur, leuiter cum digito porrigatur hic cibus: Rec. ſacch. al. duri ℥. 1. ſubtiliſſimè pulueriſetur, & conficiatur cum ol. recẽti amyg. dulcium, fiat ad modum vnguẽti, propinetur digito infãti ad quãtitatẽ cochlearis vnius: ſtatim enim infans ſoporabitur, & dormiet: cùm excitatus fuerit, iterũ hoc cibetur, & fiat per horas 6. aut 7. vel per diem naturalem, vel per duos dies. Hic autẽ cibus ſaluat, & nutrit infantẽ, & purgat ſuauiſſimè noxias phlegmaticas, viſcoſas, & ſordes

ſordes multas per ſeceſſum in ſtomacho,& in inteſtinis infantis,in vterum tractas, iterum & iterum ex quacumque digeſtione nutrimenti eiuſdem, à quarum euaſione Deus indidit naturæ in vtero. Si poſt ortum verò eius illarum ſuperfluitatum à natura fortè euacuatio completa: & ſi cõpleta,non ſine naturæ infantis anguſtia, nec eſt ſimultanea,& feſtina. Ex quo aliquãdo remanet in corpore infantis infectio,& impreſſio,& facilis præparatio ad morbum,maximè alimenti, inopi natus ſubitur hîc morbus infelix,à quo tutus eſt iam infans, purgatione adiutus. Cumque infans leuiter ſic euacuatione mundificatus,tempus eſt conueniens,vt lactetur. Nec perterreat te,ſi feſtinè conuertetur ad mamillam,vt lac ſugat, vt auidè enim & moroſiùs ducatur per nutricem ad lactandum:citius tamen allicitur ad hoc,ſi orificiũ mamillæ liniatur cum prædicto alimento. Poſtquam autem infans extractus fuerit à balneo, & pannis ſubtilibus exiccatus, vngatur corpus eius totum bis in die oleo ſeſamino, vel loco eius oleo chamomillino vſque ad 4. vel 6. menſes, & plus vel minus ſecundum exigentiam humiditatis infantis. Fateor & non mentior, quòd quiſpiã infans genitus ex ſemine eucrato,& non morbido,ſic nutritus & alio congruo regimine ſuo, nõ diſcrepante gradatim ſuæ ætatis, non afficietur morbo lunatico,quinimo à multitudine, & periculo morbillorum,& lepra vallabitur, iam his materijs noxijs exterſis penitus,& abſciſis, quæ homini veneficæ ſunt,& mortales: non enim poſſumus,quamtumque moderatè viuamus, idem eſſe,quod naſcimur. Et ſic ſufficiat innata peccata corrigere,vel ſaltem ſic eiſdem reſiſtere, ne in actum prodeant infirmorum.

De Cauſa languoris caduci,accidentis infantibus,& qui ab eorum natura ſunt remotiores, Cap. III.

NVLLVS aggredi dubitat, quod bene confidit,ideoque confidẽter reor cauſam huius infortunati languoris fore humiditatem morbidam ſuperabundantem infanti, vt plurimum cùm naſcitur, licet facinore ſpermatis eueniat: etenim potior cauſa morborum eſt paſſiui præparatio. Qui verò ab his,antequã naſcuntur,ſunt liberi,ſunt remotiores ab hoc infelici euentu :eorum verò,qui non ſunt liberi ab his cauſis,vlcera bothor & à natura fluxúſque narium accidunt, ſunt remotiores ab hoc, quàm quibus hæc non eueniunt: deinde non negligatur quòd morbus lunaticus infantium,& mulierum omnium, quo rum ſanguis paucus eſt paruus, propter conſtrictionem venarum.

De Curatione languoris caduci,accidentis infantibus, Cap. IIII.

SOLVITVR autem vel ſaltem alleuiatur, cùm ad pubertatem mutatur,niſi malitia regiminis, & omiſſio auxilij medicinæ obſtet:nec non curatur,ſi moderamine continuo regiminis gubernetur, quod conſiſtit potiſſimè in rectificatione lactis,& nutricis ad calidum ſubtile, cum omni bonitate ſubſtantiæ,odoris,& quantitate eiuſdẽ, & proinde prohibeatur nutrici omne, quod lac aquoſum generat & corruptum,& actus generationis ſimiliter. Infans verò alienetur ab omni re, in qua eſt timoris ſubitatio, & coartatio, qualia ſunt ſenſibilia magna,vt ſonus tonitruum,timpani,fulguris,vox malleorum, vox vociferantium, rugitus equorum, & ſimilia. Amplius alienetur quidem infans ab omni alimento,& poculo,lacte nutricis excepto,minuendo tam quantitatem lactis,quàm vices lactandi,& inungatur totum corpus oleo chamomillæ bis in die, & propinetur infanti ſyrupus ex ſucco cichoreæ, per dies quindecim,vel menſem,paulatim ſine aqua, & puer lambet & ſugat:hic autem modus curationis valet potiſſimè infantibus nouiter natis, & ante dentium productionem, & ambulationem eorum. Solet autem maxime accidere hic languor infelix ex lactis corruptione, & dentium productione,cumque iam infans deambulare incepe- rit, ſi ab hoc languore vexetur,propinetur ſyrupus præfatus mane cum vrina eiuſdem calida: hæc enim potio ſuauiter ſoluit ventrem, & educit phlegma ſubtile,& exiccat hoc non negligendo,quia à tota ſpecie curat morbum lunaticum, & quòd pueri nullo violento ſunt purgandi. Alienetur ab omni vino,anguillis, conchis, carne bouina,præcipuè lacte,& caſeo. Similiter alienetur à vigilijs,timore,frigore, calore excedente & à digeſtione mala, & iniungatur ei exercitium ante cibum leue,& interdicatur ei motus poſt cibum. Sanè omnis ſpecies morbi huius accidentis infantibus, qui proprio dicitur nomine mater puerorum, & quando continuantur paroxiſmi eius, mortificat. Amplius,ne omittam,quod gratia Dei mihi collatum, vtile ad ſanitatem huius infelicis languoris, fateor me expertum in quam pluribus infantibus,quòd ſuſpenſio pœoniæ, & ligni vſti quercini,cum argento curant à tota ſpecie morbum caducũ,& lapis ſmaragdi ſimiliter, & ipſorum regimine conſequente, quorum curationis modum,& ſimilium Medico ſummo dicẽte Chriſto Ieſu inferiùs explicabo. Socrates verò recitat hoc experimẽtum pro mirabili, & electo: in pullis,inquit,hirundinum inueniũtur duo lapides,quorum vnus eſt rubeus,alter eſt albus:albus quidem lunatico cadente appoſitus, leuabit eum: rubeus autem acceptus,& ligatus in pelle, collo ei apponitur.

De Cauſa communi omni ſpeciei languoris caduci, cauſiſq; grauioribus accidentis, Cap. V.

HVIVS autem infelicis languoris cauſam fore opilationem anterioris ventriculi cerebri,non completam, noſtri prædicauerunt maiores, quæ à multifaria, multimodaque materia noxia cauſata à phlegmate,ventoſitate groſſa,ſanguinea, melancholica, cholerica & venenoſa, ſonis & impetuoſis exceſſibus, quoſdam ſua inuolutione, quoſdam inculcando, quoſdam ſuffocando afficit. Qui morbus lunaticus aliquando eſt propter paſſionem capitis primitiuam, aliquãdo propter colligãtiam aliorum membrorum ad cerebrũ,vt

ſubſequenter dicetur: & omnis cauſa huius languoris in cerebro, comparatur ex debilitate digeſtionis in ipſo, hinc vapores eleuãtur, & fit aut in ſubſtantia cerebri, aut in velaminibus, & eſt deterior aut in pãniculo ipſius, & eſt leuior: quę verò melancholica eſt trãſitus ſpiritus magni obſtruit. Cæterum omnis cauſa huius languoris, qui originatur in alijs membris, ipſum efficit ſua eleuatione ad cerebrũ, aggregãdo aliquid poſt aliquid, ſiue illud vapor ſit, vel vẽtoſitas groſſa. Nec minꝰ eundẽ morbũ facit venenoſa fuligo, quæ præſentitur, aſcendẽs membrũ, & mẽbratim quaſi furiẽs ventos efficiendo obſtructionem cauſat anterioris ventriculi cerebri, cui vtplurimum cõpatiuntur & reliqua, quæ obſtructio cùm integra fuerit obſtruens nobiliores ventriculos, parit apoplexiam.

De Signis communibus omnis ſpeciei languoris caduci & diſtinguentibus à vertigine,
Cap. VI.

SIGNA communia, quibus omnis ſpeciei languoris lunatici indicia colliguntur, ſunt præcedens corporis à ſua complexione mutatio: pręcedens capitis grauatio, & propriè cùm iraſcitur, aut præcedens in ventre inflammatio: in motu linguæ anteceſſio & coarctatio, ſomniorum malitia, obliuio præteritorum, pauor futurorum, formido pręſentium, locutio ad ſemetipſum, pectoris conſtrictio, ira & acuitas eius, citrinitas lingue, ac venarum, quæ ſub ea ſunt, viriditas. Cæterum differentia eſt inter epilepſiam, & vertiginem: hæc enim fit in ſpatio temporis, epilepſia repente, in vertigine hominum obtenebratur viſus, & impellitur, vt cadat: ſed ſi ceciderit, mox enim ſurget, in epilepſia homini cadit ſenſus, & motus, & omnes captiuantur, & pòſt temporis ſurgit, verumtamen vertigo fortior eſt ſimilis epilepſiæ, ſed non fit cũ ſpaſmo & ſpuma.

De Cauſa curatiua languoris caduci communi omni ſpeciei,
Cap. VII.

SVPEREST, poſtquam cauſa cõmunis huius infortunati languoris, cauſæque illius ſecundum ſpeciem ſui omnem euidentiſſimè patefactæ ſunt, vt illius curatio deſcribatur communis, nemo enim poteſt de remedijs præfati languoris certiſſimè diſputare, qui nõ prius cauſas, atque origines morbidas, cum ſcientia ſancti Spiritus atteſtante, deprehendit, proinde iterum & iterum proſper, & ſi non mente, verbo & opere, ſaltem deſiderio & affectione, obſecro ſummum Medicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt ſua pura miſericordia doceat me liberare quẽquam. Inde ſpiritum confidẽtius aſſumẽdo dico ab huiuſmodi languore peſtifero, quòd duplici ordine hæc communis completur curatio, ſcilicet naturali, & accidentali. Naturalis quidem ordo morbi lunatici curationis eſt, vt incipiatur ab eo, quo amoto euaneſcit, & ipſe, & non reuertitur. Artificialis verò ordo curationis eſt, vt incipiatur ab eo, quod magis moleſtat naturam, cùm eius timetur defectus, quale eſt morbus per accidens. Cùm ergo in curatione artificiali concurrant neceſſariò hæc tria, videlicet indicatio curatiua, actus ſcrutinij curatiui ab eſſentia morbi ſumpti, & intentio curatiua ab ipſa indicatione, quę eſt conceptio ab intentione præcedente indicata, cõſeruando ſemper præiacentem virtutem. Ordine quidem curationis naturali procedendo Spiritu Sancto duce, in hoc lãguore infelici complebitur huius ſanationis intentio, qui ordo cõſiſtit in digeſtione materiæ noxiæ congrua eius euacuatione à diuerſis, & oppoſitum reſidui, conuerſione ſtomachi & inteſtinorum, ſeu interiorum mẽbrorum ab illa materia noxia originaliter occupatorum, & cerebri potiſſimè rectificatione, accidentium correctione, necnon rerum 6. non naturalium adminiſtratione. Digeſtio autem materiæ noxiæ completur his, quæ adæquant, coaptant & habilitant eam ad naturæ obedientiam, cùm ipſius facilis ſit expulſio, qualia ſunt ſquilla, acetum, oxymel, & decoctio ipſius, ſyrupus de hyſſopo, aut alhaſcæ, aut ſtœchados aut acori, aut origani & ſimilium. Congruitas verò euacuationũ completur per pharmacias cõuenientes, per clyſteria & ſuppoſitoria lenia, & acuta, per phlebotomias ſaphenæ, prouocationem hæmorrhoidũ & mẽſtruorum, per ſecretum matrimonij, ſi à priuatione eius fiat, etiam per expulſionem vermiũ, ſi fiat per illos. Conuerſio autem reſidui materiæ ad oppoſitum cõpletur per gargariſmata, & ſternutatoria, propriè per vomitus, maſticationes ſaliuam multiplicãtes, & ſputum ieiuno ſtomacho, fricationes, & ligaturas in extremitatibus, ventoſationes, & emplaſtra rubificantia propriè ſuper membrum mandans, ſi fuerit notum, & fuerit in extremis. Rectificatio autem membrorum mandantium ad cerebrum, completur ſecundum naturam vniuſcuiuſque eorum iam cogniti, quòd origo materiæ noxiæ ſit in cerebro, & ab eodem mandetur. Curatio autem accidentium completur per adminiſtrationem medicinarum, quæ à forma ſpecifica retardant, & mitigant paroxiſmũ, aut citò ipſum ceſſare faciunt, aut prohibent aduentum eius omninò: necnon aliquando fit eadẽ correctio per aliquam febrium phlegmaticarũ, maximè longarum: reſoluit enim, diſſoluit, & cõſumit materiam eius: & quandoque tempore ſolutionis apparet in partibus capitis* ſaaphati, aut albaras, & ſignificat ſalutem: adminiſtratio autẽ ſex rerum non naturalium completur, quando vnaquæque earum moderatè approximatur languenti, vt ſit aer temperatus inter caliditatem & frigiditatem, ſitque ad ſiccitatem decliuior, ad quod confert interdum de regione in regionem aerem mutare, & aliquando conſuetum, ſi ſub eo morbus accidit, licet ſæpe diſſuetus aer addat ad morbum, & conuerti ad conſuetum: & tu Medice, complexionem ægri, & cauſas conſidera, & reuelabitur tibi aer fugiendus, aut non fugiendus: Cibus autem commenſurandus in qualitate, & quantitate eſt, & conuenientia naturalis, & animalis: cibus autem pueri ſit rectificatus cum bonitate diætæ lactantis, & diſpoſitione eius, nec pinguis nec tenuis, nec iracunda, nec pigra, nec multum

*al. ſaphati,

multum laborans, nec multum quiescens, munda vultu, bonorum morum, non luxurians, cuius naturales operatiões sint sanæ, & propriè digestio, & aliæ. Aliorum verò cibus boni nutrimẽti, laudabilis chymi, nõ vaporosi nec corrupti: Et sit cibus, habens mediocritatem cum declinatione sua ad siccitatem modicam, & sit facilis digestionis, non grauans naturam, nõ sumatur ex eo vsq; ad repletionem, nec super cibum indigestũ: ac verò satietatem nauseatiuam vitet, inquantũ possibile est. Amplius autem eligant ex cibis operantibus: inquit enim Dioscorides, ruta confert epilepticis, apium verò suscitat: & fortassis endiuia conceditur, anetum & coriandrum. Prohibentur fructus omnes, nisi quidam styptici supra cibum, vt ascensum ciborum, & vaporum prohibeant, & confortent stomachum, & prohibetur semper porr9, caules quidẽ, & pisces inepti sunt eis: carnes hœdinæ conuenientes sunt, pullinæ gallinarum, caponum, capreolorum, leporum iuuenum, & quæ hoc cursu procedunt: Potus autem eorum conueniens, & vtile est vinum multæ permistionis, nec nimis antiquum, nec nimis nouum, clarum, subtile, odoriferum, stypticum parum, dulce verò & grossum malum est, & similiter etiam purũ, si sit elegans: hydromel quoque est potus eius elegantius, quàm vinum: Vitet autem super repletionem potum, qualiscũq; sit, & quando digestio incipit fieri, potum omnẽ immoderatum, & potum aquæ & potum vaporosum, sicut vinum de dactylis, & similia: famem autem, & repletionem fugiat. Moderatum quoq; ieiunium confert, & melius in hoc casu est esse moderatè inanitum, quàm repletum. Vitent secretum matrimonij, & fortassis apud eas, quæ vetulæ abstinẽt, si moderatè fiat, sanat. Somnus autem, & vigiliæ super repletionem nocent, moderatum verò vtrunque confert: immoderatum verò vtrunq; super repletionem nocet, & ante cibũ motus temperatus iuuat, & omne quod delectat animam confortat: angustia verò & tristitia nocent, & dolor & solicitudo: post hoc autem non negligatur, quod adducitur ad sermonem, sane morbus caducus accidens adolescentibus mutatione, ad iuuẽtutem soluitur, aut alleuiatur, nisi languens huiusmodi obuiauerit suo regimine malo, cum post 17. annum euenerit causa eius originata in cerebro, & propriè in substantia eius, tunc curatione bene agitur, si ipsius morbi prauitas remittatur, aut paroxismus retardatur eiusdem, Hippo. attestante: si enim non valeat curatio complere, quod vult, velit quod possit. Amplius quemadmodum apoplexia immutatur ad paralysim, similiter vtplurium morbus caducus ad paralysim, & melancholiam mutatur: deinde sciendum, quòd permutatio in ætatibus & infantia ad adolescentiam est iuuamentum epilepsiarum. Ordinatè igitur, & gradatim intendendum est in permutatione cerebri languentis, & non subitò reb. calefacientibus, & desiccantibus, & purgantibus. Cumq; hora acciderit huius nocumenti in operationib. suis, desistat ab eo, mox conuertendo ad confortationem cerebri sui, & cum odoribus congruis, emplastris calefacientibus, & pulueribus capiti aspersis de semine sinapis trito, vel pipere nigro, & similibus.

Ad docendum communiter leuitatem, vel difficultatem cuiuslibet specierum huiusmodi, per signa communia.
Cap. VIII.


ICET enim omnes prænominatæ species morbi in curatione sint dispares, & in sanitate differentes: in hoc tamen cõueniunt, quòd leuior & facilior redditur vnaquæq; earum, & communia captatur per signa. Leuitatis verò cuiuslibet ipsarum signa sunt, vt accidentia magis sana, & vt à quauis illarum afflictus, citior sit reditus rationis, & cum sanatur à paroxismo verecũdatur, & vt velociter restituatur saluti, & propriè cum sternutatorijs & odoribus: & ex eis, quæ vomitum prouocant, propinata per os, siue aliter. Signa verò prauitatis cuiuslibet earum sunt difficultas spiritus, & agitationis prolixitas: deinde reditus rationis longitudo post ipsam, & paucitas euacuationis, attractione odoramẽtorum naribus, & sternutatorijs, hæc causa tutior est: Aut in qua elongatur agitatio, & non elongatur conglutinatio, & minoratur agitatio, in qua minoratur vtrumq;: sic ergo quæ ipsarum specierum & robustior sit manifestè eius naturæ, nequaquam purgatio sentitur.

De Signis primæ speciei, quæ vocatur epilepsia, & de signis distinctionis causarum eius, Cap. IX.


VIA nullum grauius in hoc mundo potest homini euenire dispendium, quàm per commotionem subitã repentinamque inuasionem sensu, motu, ratione, memoria & intellectu priuari, in quo ille morbus caducus repentior & seueritate ferocior iudicatur, ideò compatiens, vt omnibus eiusmodi morbo infelici obsessis succurrere anxi9 valeam, & opitulari vtilius spiritu sancto duce, oportet prius per signa tertiam speciem ipsius nomine præsignatam, singularem defigere, & singularem causam similiter cuiusq; speciei ipsius, cùm vnicuique certus modus curationis incumbat, vallatus, secundum circumstantias corporis intrinsecas, & extrinsecas, substantiales & accidentales, & annexas, & ipsius multiplices: quæ etiã oẽs languentes obsederant signo in languente, semper inueniatur capitis & linguæ ei sensuum grauitas, oculorum tenebrositas, in motibus agitatio, in facie citrinitas, vel si absque grauitate fuerit, cum permistione rationis, & intellectus obliuione, assidua stoliditate, amentia. Quorum remissio consequitur fluxum ventris, contingentem ex leuitate naturæ, & alijs eueniẽtibus congruis singulari causæ noxiæ: tunc iudicandũ, quòd passio originatur, & effectiuè in cerebro est, & quòd nil minus confirmatur in eo, & quòd in reliquis membris, cuiuscunque speciei fuerit, nullum impedimentum præscitum, nec etiam languẽs aliquid senserat eleuari ab aliquo eorum ad caput. Cæterùm vt per signa distinguãtur confusa, expedit signa inuenire singularitatis causæ speciei huius morbi: inchoans ergo ab

epilepſia, cuius cauſa eſt ventoſitas, his ſignis manifeſtè detegentur: Primò, vt non ſit cum ea, nec prope eam grauitas, quinimò ſonitus, extenſio, neque ſit ſpaſmus eius fortis: ſigna verò eius, cuius cauſa eſt phlegma, ſunt, vt ſi ſaliua eius calida, ſpumoſa, groſſa, multa, ſitque in vrina eius aliquid ſimile vitro liquefacto, & multiplicentur timor, & pauor, pigritia, grauitas & obliuio. Quandoque cognoſcitur ex vomitu, & colore ſpumę, & cal. eius ſanguinis, nec non ætate & regione, & ex cauſis alimenti præmiſsi, & regimine præeunte, ex quiete & tranquillitate, colore faciei, & oculorum, & ſimilibus phlegmati appropriatis. Verùm ſi phlegma huius fuerit crudum, adhærent hæc ſigna, obliuio & ſtoliditas corporis, capitiſq; grauitas, & ſomni profunditas, plus, eritq; epilepticus niger, laſſus, quæq; involuit languentem, & debilitas, ex quo valde mala ſpes iudicatur: quádo verò hæc ſpecies languoris caduci à phlegmate ſalſo fit, adeſt ſomni profunditas, ſomnus leuis, & motus ſaniores. Signa verò eius, quæ à melanch. cauſatur, ſiue naturali ſiue nō naturali, ſunt, qđ lāguētes declināt ad permiſtionē in ſenſu ſuo, & ad diſpoſitionem, quę eſt cū melancholia, nec intellectus eorum mundatur, cùm ſeparatur, & melancholia ex colore faciei, & oculorum, & exſiccatione narium, & linguæ, & regimine generatiuo melancholię. Verùm ſi fuerit melancholia fæx ſanguinis naturalis, erit epilepſia cum laxitate ex paucitate ſermonis, & cum quiete, eſtq; languens, habens multas cogitationes quietas. Si autē fuerit melancholia non naturalis ex cholera aduſta erit languentis permiſtio rationis, erit dæmonum, & cum multitudine ſermonum, & vocum, eritq; eius epilepſia agitabilis, ſed leuis amotionis: quandoq; tamē erit cum febri, & præcipuè cùm fuerit eius melancholia ſubtilis: cùmque fuerit à melancholia ſanguinea, erunt eius diſpoſitiones cum riſu. Huius autem diuerſitatem aliquando cōcernit viſus, ſi contingat melancholiam educi per vomitum: & ſi fuerit ſimilis fæci ſanguinis, tunc erit melancholia naturalis: ſi verò ſimilis fæci vini, erit melancholia aduſta, vel ſi eſt aſpera, ſubſtātia eius tunc eſt ſtyptica, & ſignificat finem frigiditatis, & ſiccitatis eius: aut ſi eſt acetoſa cum ſpuma, & tunc ebullit ſuper terram, aut eſt ſpiſſa, non habens ſpumam. Signa autem eius, cuius cauſa eſt ſanguis, ſunt iſta: Nam dico, ſi ſanguis efficit epilepſiam, eſt ex ebullitione, & motu abſq; quantitate, & nō apparet ei magna operatio in collo, & quidem neq; eſt diſpoſitio præfocationis in horis, in quibus epilepſia torquet, neq; apparet grauitas, ſtomaticitas, & laxitas, & multitudo ſputi, & mucilaginis, ſicut apparuit in phlegmatica, & cum caliditate, & rubore in oculis, & vapore ſuper caput ſanguineum. Si verò cum qualitate, facit in ſignis exuberationē in guidez, & antecedit diſpoſitio, quæ eſt ſicut præfocatio: ſigna autem experientiæ, quæ ſunt propter eius maiorē colorē, & illud quod eſt, ſecūdum eius ſpecies ſunt nocumētū, & tribulatio ab ipſa vehementiora, & ſpaſmus cum ea fit minor & ſpatium eius eſt breue. Motus verò ſunt materię fortioris agitationis, & ipſam quoq; ſignificāt vomitus, & inflammatio, & vehementia permiſtionis rationis, & citrinitas coloris, & oculorū.

De cauſis Epilepſiæ, varietatibus ſignorum & cura ipſius,

Cap. X.



MAGIS congruè his varietatibus ſignorum præmiſsis, manifeſta eſt nobis cauſa epileſiæ, quam varietatis cauſarum eius cognitio: quia tali varietate curam eis capiat artificialis doctrina. Nulli enim dubium, neminem curare poſſe morbos, niſi ipſorum eſſentiam, & originē cognouerit, & proinde ad curationem cōgruam requiritur cognitio eſſentię & originis morbi, quæ non per experientiam, ſed per doctrinam comparatur. Naturali ergo ordine curationis proſequendo, volente epilepſiam à ventoſitate groſſa cauſatam depellere, tàm cauſa efficiente illius non neglecta, quæ eſt calor naturalis cerebri diminutus, quàm materiali, quæ eſt dum diſſoluitur phlegma, oportet ab eius digeſtione incipere no dimiſſa, vel omiſſa confortatione caloris. Digeratur ergo cum hoc mihi experto ſyrupo: Recipe florum ſtœchados ara. ʒ.3. thymi, calamenti, origani, pulegij ana ʒ.5. vel ʒ.1. an. pyrethri, radicis calendulæ ana ʒ. s. piperis longi ʒ. 3. calami aro. zing. ana ʒ. 2. paſſularum enucleatarum ʒ. 4. terantur terenda, & ponantur ad alembicum, & deſtillentur, & de aqua accipiantur ℔. 2. & ſyrupetur cum ℔. 6. mellis albi deſpumati, & condiatur cum iſtis ſpeciebus: Re. cinnamo. electi, calami aromatici, croci. zing. piperis lon. & nigri an. ʒ. 1. & s. fiat pul. doſis eius ſit mane ℥. 1. & s. cum calida. Veſperi autem, cûm accumbit, accipiat electuarij pliris arcoticon ʒ.1. digeſta materia, quod cognoſcitur per digeſtionem ſubſtantiæ, colorē, & hypoſtaſim laudabilem vrinæ, purgetur cum hac medicina: Recipe calami aromatici, piperis longi & nigri, cardamomi, ameos, ſpicę, ligni aloes, zing. ana ℥.1. agarici, colocynthi. an. ʒ. 2. terenda terantur, & bulliant in tribus libris aquæ, quouſque medietas conſumatur: deinde maneat per 6. horas, poſtea coletur cum expreſsione, in cuius quantitate congrua & ſufficienti diſtemperetur hierapicra ℥. 1. hieralogo ℥. 2. & propinetur languenti ſero, vel loco illius purgetur cum pillulis cochijs, & pillulis aureis, & pillulis ſine quib. eſſe nolo. Die autem ſequenti propinetur languenti, dum accumbit ʒ. s. aureæ alexandrinę cum vino, in quo decoquatur ſaluia, caſto. cardamomum, & ſpica: deinde lauetur caput ieiuno ſtomacho cum lixiuio, in quo bullierit pulegium, nux cypreſsi, baccarum lauri, & in fine infundatur caput cum cyatho vini, in quo decoquantur duæ radices zing. & ℥. s. laudani, & ſuffumigetur cum laudano, thure, lignialoes, & odoret pomum ambræ, quod ſic fit: Recipe ſtoracis calamitę ℥. s. caryophyll. ro. ana ʒ. 4. ligni aloes boni ʒ. 4. muſci ʒ. 1. ambræ ℈. 1. fiat pomum roſa. vel: Reci. laudani ʒ. 6. ſtoracis calamitæ ʒ. 1. caryophyll. viridiū ana ʒ. 2. piſtentur laudano calefacto, & fiat pomū ambræ: reliqua aūt congrua applicētur, quæ continentur in cap. de cauſa curatiua cōmuni omnis ſpeciei languoris lunatici. Hic aūt modꝰ curationis toties reiteretur, quoties perito Medico videbitur expedire. ſ. addendo, quod defuit, non negligen-

gligendo, quòd poſt purgationem ſemel aut bis in hebdomada porrigatur languenti ſero diacaſtoreum * ℥.1 cum vino decoctio. ſaluiæ, calamenti aro. ſpicæ, & ſem. pœoniæ. Nec ſegnior ero ſcribere, quæ expertus ſum ab olim, quantumcunq; vilia iudicentur, cùm licita ſint: Sanè cinis oſsis capitis humani ad pondus 2. denariorum potat⁹ cũ vino, in quo coquatur ruta ſylueſtris addẽdo ei de oleo benedicto pondus denariorum 2. ſi bibatur per menſem, curat epilepſiam ſemper, cum ante bibitionem omni die inungantur nares languentium de oleo prædicto Si verò epilepſia cauſetur à phlegmate naturali, prius eius præmittatur digeſtio cum hoc ſyrupo: Re. hyſſopi ſicci, florum ſtœchad. ara. ana ℥.ʒ. thymi, calamenti, origani, primulæ veris ana ℥.1. rad. ireos, pyrethri ana ℥.1. ſemi pœoniæ, piperis longi, zingiberis, cardamomi ana ℥. s. paſſularum ſine nucleis ℥.5. terenda terantur, & nutriantur in aqua ſufficienti per dies 2 & noctes: poſtea ponantur ad alembicum, deſtillentur, & diſtillatio hęc ſyrupetur cum melle ſimiliter, vt iam dictum eſt: & condiatur cùm his ſpeciebus: Reci. cardamomi, cinnamomi, folij, piperis lon. & nigri ana ʒ.1. & s. ſpicæ aromaticæ quartam drachmæ vnius, fiat puluis, & fiat ſyrupus, doſis eius eſt ℥. 2. cum aqua calida. Materia verò digeſta, quod cognoſcitur, vt dictum eſt, purgetur cum electuario, vocato blanca, & hierapicra ana & diſſol. cum decoctione, cum qua diſſoluitur medicina epilepſiæ ventoſæ: ſi verò cauſetur ex phlegmate dulci, digeratur materia cum hoc ſyrupo: R. hyſſopi, cichoreæ, herbę paralyſis, florum ſtœchad. an. ℥.ʒ. ſambuci, origani an. ℥.1. rad. ireos, zingib. ana ℥.s. ſe. pœoniæ, piperis lon. ana ʒ.ʒ. paſſularum ſine nucleis ℥.ʒ. liquiri. mund. ʒ.1. terenda terantur, & nutriantur in aqua ſufficienti: poſtea ponantur ad alembicum, & deſtillẽtur, & huius deſtillationis ℔. 4. ſyrupentur cum 4. ℔. mellis, & condiantur cum ſpeciebus iſtis: Reci. ℥. 1. cardamo. electi, caryophyll piper. nigri ana ℥.ʒ. ſpicæ aromaticæ ʒ.2 fiat puluis. Digeſta materia purgetur cum his pillulis: Recipe agarici ʒ.ʒ rad. lilij cœleſtis, praſsij ana ʒ.1. turbith ʒ. 2. hierępicrę ʒ 4. colocynth. ʒ 5 ſarcocollæ ʒ 2. menthæ, myrrhæ, zing. ſpicæ, cardamomi ana ʒ.2. conficiantur cum ſapa, & fiant pillulę & deaurentur. doſis eius ſit ʒ.1. verũtamen non negligatur, quòd hæc medicina, vel æquipoliens, ſi expediat, reiteretur, & ſemper in diebus, in quib. non purgatur, porrigatur patienti theriacæ, vel mithridati in quantitate duarum auellanarum mane: ſero verò diamuſci, vel diateſſaron, in quantitate vnius auellanæ in vino, in quo coquantur radices calendulæ, cinnamomi, rad pœoniæ ana ʒ. 4. Reliquum autem regimen fiat ſecundum doctrinam curationis communis præſignatæ. Cæterùm, ſi epilepſia fiat à phlegmate crudo, ſimiliter digeratur materia cum hoc experto ſyrupo: Recipe ariſtol. vtriuſque, radicis pœoniæ, nigellę, cardamomi, aneti, ſeſeleos, carpobal. piperis longi, ſem. cicutę, coriandri, agni caſti, baccarum lauri, ana ʒ.4. terenda terantur, & nutriantur in aqua ſufficienti, vſque ad tres dies & noctes, poſtea ponantur ad alembicum, & deſtillentur, & in ℔. 4. deſtillationis huius ponantur ℔. 4. mellis boni albi & deſpumati, ſyrupetur & condiatur cum iſto pul. Recipe piperis longi ʒ.ʒ. zingiberis, cinnamomi, coſti, cardamomi, caryophyll. nucis muſc. ſpicę aromaticæ ana ʒ. 2. fiat puluis, doſis eius ſit ℥.1. & s. cum ℥.s. oxymellis ſquillitici in mane cum aqua calida. Digeſta materia purgetur cum his pillulis: Recip. euphorb colocynth. inte. agarici, ſerapini ana ʒ. 2. zingiberis albi ʒ. 5. fiant pillulæ cum ſucco porri deaurẽtur, & ſit doſ à ʒ.s ad ʒ.1. Vel purget cũ his pillul. fœtidis minorib. vel purgetur cũ hieralogo. vel hiera Hermetis vel hiera Archigenis: hæc aũt purgatio iteretur, quoties videbitur expedire: in diebus aũt, quibus ab euacuatiõe ceſſatur, mane porrigatur mithridati, vel cõfectõiis diapyrethri vocati inferi⁹, vel theriacę diateſſaron ad quantitatem duarum auellanarũ cum ſupradicto vino: ſero verò accipiat pot. õis S. Pauli tantum cum decenti vino: reliquarum autem regimen fiat, vt dictum eſt. Cumque epilepſia fit ex phlegmate ſalſo, digeratur materia cum illo ſyrupo: Recipe fumiter. ſcabioſę, ſtœch. cichoreæ, hyſſopi, bugloſſæ an. M. 1. rad. ireos myrobalanorum chebulorum, zingiberis, liquirit. mund. ana drachmã vnã. rad. calendulę, radi. bugloſſæ ana ℥ s. cuſcutæ, polypodij, epithymi ana drachm. ʒ. paſſularum ſine nucleis ℥.6. terenda terantur & nutriantur in aqua per duos dies, & noctes, poſtea ponantur ad lembicum, & deſtillentur, & cũ ℔.4. huius deſtillationis ponãtur ℔.ʒ. ſacchari, & 4. ℔. mellis, ſyrupetur, & condiatur cum his ſpeciebus: Recipe ſpicæ aromati. ʒ. 2. folij, cardamomi ana ʒ ʒ. cinnamomi electi ℥.1. piperis longi & nigri ana ʒ.1. fiat puluis, doſis ſyrupi ſint ℥.2 mane cum aqua calida. Hac verò digeſtione præmiſſa, quod cognoſcitur modo prædictorum, purgetur cum pillulis his: Recipe ſerapini, armoniaci, opopona. bdellij, colocynt. interioris, harmel, epithymi ana ʒ. 6 agarici, alſebram ana ʒ. 5. ſcãmoneæ ʒ.ʒ cinnamo. ſpicæ, croci, caſtorei ana ʒ.2. turbith ʒ.4 zingib. ʒ.1. & s. euphorbij ℈ 2. diſſoluantur gummi in aqua porri, & fiant pillulæ, & deaurẽtur, doſis eſt à ʒ.s vſque ad ʒ. 1. & s. Vel cùm iſtis expertis: Recipe pulpæ colocynth. laudani ana ʒ.5. ſucci roſarum laxatiui ℥. 1. fiant pillulæ groſſę vel purgẽtur cum pillulis de hiera Ruffi, & toties purgetur, quoties videbitur perito Medico expedire: reliquorum verò regimen currat, ſecundum doctrinam iam traditam. Amplius ſi fuerit ex melancholia, ex cholera aduſta, ſimiliter digeratur cum hoc ſyrupo: Recip. cichoreę, herbæ paralyſis, borraginis, bugloſſæ, capill. Ven. hyſſopi, chamædryos ana M. 2. polypodij, corticis rad. capparum, liquiritiæ mund. ana ℥. 2. thymi, epithymi, ſpicæ, cuſcutæ, florum borraginis & bugloſſæ, ſe. pœoniæ, carui, roſarum, viol. ana ℥ s. myrobalanorum citrin. indorum ana ℥.1. ſpicæ celticæ, cinnamomi ana ℥ s. terenda terantur, & nutriantur in ſufficienti aqua per diem & noctem, poſtea ponantur ad alembicum, & deſtillentur: huius autem deſtillationis ℔.4. ſyrupentur cum ℔.ʒ. ſaccha. mell. albi deſpumati ℔. 1. & condiantur cùm iſto puluere: Recipe ſpicæ aroma. cardamomi ana ʒ.ʒ. cinnamo. electi ℥. 1. croci ʒ.2. doſis eius ſint ʒ.2. cum aqua calida: cumque materia fuerit digeſta, cum his pillulis purgetur: Recipe lapidis armeni ſecundum artem abluti, hieræpicræ ana ʒ. s. epithymi, agarici ana ʒ. 8.

*al. ʒ. i.

ſcammoneæ coctæ in cydonio 3.ʒ. s. caryophyll.
3.2.s.confice cum ſucco ſolatri,& fiant pillulę, &
deaurentur. Vel purgentur cum diaſena,& hiera
Ruffi miſtis:huius autem purgatio reiteretur, ſi-
cut videbitur expedire: quod autem reſtat fien-
dum,fiat ſecundum formam curationis, iam di-
ctam. Si autem à melancholia naturali,digeratur
cũ iſto ſyru. R. fumiterræ,chamędreos,chamępi-
theos,meliſſę,bugloſſę, herbę paralyſis, ſtœcha-
dos ana M.2 zing.rad.eryngij,radicis enulę,radi-
cis ireos,polypodij,ſenę,thymi,epithymi ana ʒ.1.
myrobalanorum indorum ʒ. 1. florũ ſtœchados
ʒ.1.florum bugloſſę,borraginis, aniſi, carui, car-
damomi,ſpicę aromaticę,ſe.pœonię,piperis ana
3.ʒ.terenda terantur,& ponantur in aqua ſuffici-
enti per 2.dies & noctes: deinde ponantur ad alẽ
bicum,& deſtillentur, in cuius deſtillationis ℔.
4.mellis ℔.4. & ſyrupetur,& condiatur cum his
ſpeciebus:Reci.nuciſmuſcatę,ligni aloes, caryo-
phyll.zing.cardamo.cinna.an.3.ʒ ſpicæ aromati-
cę, acori ana 3.2. Digeſtione verò præmiſſa pur-
getur cum his pillulis:Recipe lazuli abluti 3. ʒ. e-
pithymi, polypodij agarici ana 3. 8. ſcammoneæ,
hellebori nigri, ſalis indi. ana 3. 2. s. agarici hieræ
picræ 3.4.confice cum ſucco endiuiæ,doſis à 3.9.
vſque ad ʒ. 1. & s. Vel loco iſtorum purgetur cũ
his pillulis:Recip.hieræpicræ 3.6.epithymi 3.10.
lapidis lazuli loti 3.1.& s.ſcammonęę,colocynth.
hellebori nigri,ſpicæ ana 3.2.confice cum ſapa &
aqua mell fiat pillul. Vel purgetur cũ his fortiori
bus:Recipe colocynth.ſcammoneæ,bdellij,corti
cis,hellebori nigri ana 3.1.euphorbij, baurach a-
na 3 s.confice cum ſucco caulium, & fiant pillu-
læ groſſæ,& deaurentur:doſis earum eſt 3.1. vſq;
ad 3.1.& s. Si autem à melancholia cauſetur ſan-
guinea,digeratur materia cum hoc ſyrupo: Reci
pe fumiterrę M.2.ſcabioſę,lupuli,bugloſſæ,tene-
ritates citri,cicoreæ,borraginis,meliſſę an 3.1.po
lypodij rubei,radicis pœoniæ,epithymi,ſenę,cuſ
cutæ,myrobalanorum citrinorum, liquir. mun-
datæ ana 3.s.caſsiæfi.paſſularum ſine nucleis 3.ʒ.
tamarind.viol.ana ʒ.2.ro.ʒ.s.terenda terantur,&
nutriantur in aqua ſufficienti: poſtea ponantur
in alembico,& deſtillentur: hæc deſtillatio ſyru-
petur,vt iam dictum eſt,& cõdiatur cum his ſpe-
ciebus:Re.cardamomi,zingib cinnamomi ana 3.
2.croci,ſpicæ ana 3.1.& s.Digeſta materia purge-
tur cum his pillulis,quib.etiam reiterabitur pur
gatio,ſecũdum quod videbitur perito, expedire.
Poſt primam tamẽ purgationem ſeruato ſpatio
trium dierum ad minus, fiat phlebotomia de ſa-
phena:deinde reiteretur purgatio, ſicut videbi-
tur perito Medico expedire, cum medicinis vel
enematibus fortibus poſt hebdomadam. Et ſi ne
ceſſarium fuerit phlebotomia de cephalica, pòſt
de lingua:reliqua verò huius curationis fiant ſe-
cundum omnem regulam iam dictam. Amplius,
ſi fiat ex ſanguine bulliente & efferueſcente, por
rigatur iſte ſyrupus:Recipe lupulorum,cicoreæ,
meliſſæ,ſcolopendriæ, capill. Ven. bugloſſæ ana
M.2.tamarindorum ℔.s.viol.florum nenupharũ
roſ.ſandalorũ rub.ana 3.ʒ.ſpicæ 3.1.liquiri.mund.
3.1.mittantur in aqua ſufficienti per diem & no-
ctem:poſtea ponantur ad alembicũ, & deſtillen-
tur,cuius deſtillatio ſyrupetur cum ſacchara: do
ſis eius eſt 3.1.& s.cum ʒ.s.oxymellitis. Digeſta
materia efferueſcenter purgetur cum triphera
ſarracenica,vel cum caſsiæfi.& tamarind. & cum
decoctione myrobalanorum citrinorum, vel cũ
rheubar. Poſt purgationem verò hanc fiat phle-
botomia, ſicut videbit perito Medico expedire:
& ſi expedierit, reiteretur tam purgatio, quàm
phlebotomia debita interpolatione ſeruata. Si
autem à qualitate ſanguinis fiat epilepſia, multi-
plicata phlebotomia curatur,ſolutione non indi
gens. Deinde ſi epilepſia cauſetur à cholera, dige
ratur cum hoc ſyrupo:Re.cicoreæ, lupuli, plan-
taginis,alleluia, ſolatri, meliſſæ ana M. 2. hordei
mundati,pugil.vnum,pruna num.4 tamarindo
rum ʒ.4.ſeminum communium mund.ʒ.1. & ſe.
florum nenupharis,viol.ana ʒ.2.mittantur in a-
qua ſufficienti per diem & noctem,poſtea ponã-
tur ad alembicum, & deſtillentur, agreſtæ, vel
vini granati acetoſi, addantur cuilibet deſtillatio
nis ʒ 2. & ſyrupetur cum ſaccharo. Digeſtione
præmiſſa purgetur cum rheubarbaro, caſsiæfi.
& electuario de ſaccharo ſimplici, & hæc omnia
reiteretur,ſemper inſiſtendo in fortiori,& hume
ctationi,ſicut videbitur perito Medico expedire:
reliquum verò regimen perficitur ſecundum do
ctrinam communem,traditam ſuperiùs. Deinde
non negligatur medicamen mirabile ad torturá
oris paralyſim,& ægritudines neruorum frigido
rum, & propriè ad epileſiam phlegmaticam per
me expertum diutius: Recipe ſeſeleos, pyrethri
ſtœchados ana 3 20,agarici 3 5.cardamomi,aſari,
ariſtolochiæ rotundæ, aſphodeli, bauciæ, carpo-
balſami,pœonię an drach 2.expreſsionis ſquillę,
& mellis ana quantum ſufficit,coquantur inuicẽ
vſque ad ſpiſsitudinem, & recondantur in vaſe
vitreo:doſis eſt à 3.2.vſque ad tres cum vino pręe
ſcripto:Veſperi in diebus, in quibus non purga-
tur, licet aliquando poſt digeſtionem materiæ
porrigatur cum ſyrupo mane. Aliud medicamen
expertum:Recipe baccarum lauri,piperis albi,ſe
ſeleos,pyrethri ana 3.ʒ.rad.pœoniæ,radi. ariſtolo
chiæ rotundæ ana 3 2 caſtorei,croci, vel trochiſ.
de ſquilla ana 3.1. cõficiantur cũ oxymellite ſquil
litico mane, dum materia phlegmatica ſua crudi
tate,viſcoſitate, frigiditate eſt digeſtioni rebellis.
Puluis veſicæ apri, exſiccatæ in furno ad menſu
ram fabæ, cum oxymellite curat epilepſiam ſpa-
tio dierum paruo. Confectio de pyrethro exper-
ta mihi ad epilepſiam phlegmaticam:Recipe py-
rethri humidi,& humectati ʒ.6. ſecacul ℔.1. mel
lis deſpumati ℔. 5. pinearum purgatarum ℔. 1.
nucleorum piſtaceorum ℔. s. condiantur cum
his ſpeciebus:Recipe zingib.pyrethri ana 3.1 ca-
ryophyl.cubeb.nucis muſcatæ ana 3.1.muſci ʒ. 1.
doſis eius eſt ʒ.s.ante cibum. Succus rutæ ſilue-
ſtris odoratus, vel inunctus naribus mox reſur-
gere facit, & curat:& ſimiliter vſu eius melãcho-
lia & phlegma ſoluitur per ventrẽ, & groſsi hu-
mores,& aliquando expellitur per vrinam. Item
puluerem teſticulorum galli da bibere cum ſta-
phyſagrię 3.8.caſtorei 3.4.opopo.peucedani ʒ.2.
teratur ſtaphyſagria, & ponantur omnia in veſi-
ca capræ, vel ouis,vrina plena, & deſiccetur ad
furnum,& fiat puluis, qui propinetur cum oxy-
melli, vel melle roſ. Ruta quoq;, & caſtoreũ ſe-
paratim,vel cõiũctim odorata cõfert mirabiliter.
Gum. rutæ ſylueſtris facit cũ citò reminiſcere,&
excitat

excitat sepultum à vehementia paroxismi.

De Signis secundæ speciei languoris huius, Analepsiæ vocatæ, causatæ à stomacho, & de signis causæ, Cap. XI.

CONSEQVENTER ne contradictione erubescam, iuxta promissa prosequemur cognitionem analepsiæ, causatæ à stomacho per signa, distincta ab alijs membris, ex quib causatur: cùm perfectio Medici sit vnamquamque causam morbi reddere, aliàs casualiter curaret. Sanè nullum membrum sensibile, & motiuum in analepsia suũ liberè potest exhibere officium, quia illud analepsia impetuosè surripit: si quidem non solum pedis & manus, sed etiam linguæ motus, qua locutio vocis exprimitur, afficitur. Ita aures sensum auditui ꝓprium amiserunt, vt in eo nihil amplius ex homine remaneat quàm immobilis, & sensibilis figura. Eò autem redactus est, vt languori infelici eiꝰ, nullo modo Medicorum peritia subuenire possit, nisi summo Medico Iesu Christo opitulante, qui peregrè proficiscẽs, morbum lunaticum gratis curauit. Ipsum ergo lumen Iesu verum obsecro, vt pro sua misericordia me doceat, similiter curationem huius languoris speciei, quin immò & tertiæ catalepsiæ appellatæ: quo spiritu confidentiæ iam assumto, incipiam à curatione analepsiæ causatę à stomacho singularis causæ ipsius, per signa mox deueniam ad curationem congruam illius singulari causę eiusdem conformem. Analepsiæ verò causatæ à stomacho signa sunt tremor in ore stomachi, & præcipuè cum cibus tardatur, concussio & tremor, dum torquet languẽtem, & murmura percipiuntur in principio, & associatur solutio stercorum, exuberantia humorũ simul seminis virilis, à quo & tremor cordis, & sodafortis huius morbi infelicis, aut ipsius remotio cum administratione vomitus, & dispositiones significantes corruptionem stomachi, & augmentum analepsiæ sunt, propter linimentum stomachi, & purgationem ipsius: quoniam interficit propter frequentiam periodorum. Ex eo vtique est, vt humor phlegmaticus, vt plurimum, quandoque admiscetur ei alius: vt autem per signa distinguantur consueta, sciendum, quòd signa detegentia causam phlegmaticam analepsię, sunt, vt accidant in horis repletionis, & satietatis nausea, & alleuiatur cùm inanitas adest, & cùm venter soluit cibum, & fit secundum iterationem frequentem nauseatiuæ satietatis. Si autem illa fuerit permistio choleræ, inuenitur sitis, inflammatio, mordicatio, & adustio: & si fuerit cum ea melancholia multiplex desiderium in pluribus dispositionibus, & sentitur gustus acetosus, generatur ab ipsa cogitatio, & vt solus loquatur secũ, quamuis secundum quod significationes phlegmatis sunt minores, remissiores, adsunt illa, ex eo est, vt humor, qui est causa, agat sui malitia nõ multitudine sua, & signa eius sunt, quòd analepsia fiat: fiet in horis vacuitatis, & cùm tunc magna, nequaquam inuenit os stomachi vacuũ, & abscindatur analepsia cibo conuenienti, laudabili: Si verò humor fuerit calidus, de genere choleræ, cognoscetur per significationes prædictas.

De Curatione secundæ speciei, distincta per ordinem secundum singularem causam illius, Cap. XII.

ORDINE igitur naturali curationis morbi materialis prosequẽdo, inchoandum à digestione materiæ, non omissa interim parte prę iacentis salutis. Et quia humor phlegmaticus vtplurimũ causam analepsiæ testatur, ideo à sui digestione incipiatur cum hoc syrupo: Recipe rad. fœn. petro. pyrethri, leuistici, eupatorij, asari, absynthij, hyssopi, stœchados, carui, piperis nigri, ana ℥.s squillæ, rad. ireos, zingib. ana ℥.1. passularum sine nucleis ℥.5. radicis capparis ℥.1. & s. mittantur in aceto fortissimo sufficiẽti, vsque ad tres dies & noctes, postea coquantur vsque ad medietatem: coletur cum expressione, & clarificetur, & syrupetur cum melle, & condiatur cum his speciebus: Recipe caryophyll. galangæ ana ʒ.4. spicæ ʒ.2. dosis eius sit ℥.1. & s. cum aqua decoctionis masticis calida, quousque digeratur humor phlegmaticus in superficie stomachi. Digestio verò cognoscitur per doctrinam iã dictam: purgetur cum hiera Archigenis, secundum descriptionem Pauli: Recipe hyssopi agarici, chamędryos, colocynth. inter. stœchad. an. aur. ʒ. opopo. sinap. pyrethri, arisro. piperis albi ana aur. 2. & s. cinnamo. spicæ aroma. polij, citri ana aur. 2. aloes caballi. ℥. 1. mellis quantum sufficit, hieræpicræ, & hæc purgatio iteretur toties, quoties perito videbitur expedire. Post purgationẽ sufficientem accipiat mane confectionem de pyrethro: Recipe secacul ℔.1. pyrethri humidi, & humectati ℥.6. incidatur frustatim, mellis despumati ℔.1. pinearum purga. ℔. 1. & s. condiantur cum his speciebus: Recipe zing. pyrethri ana ℥.1. caryophyll. nucis musca. cubebarum ana ʒ.3. fiat confectio, vesperi accipiat theriacam, diatessaron vt iam dictum est: Et mane electuarium diambrę & electuarium de cinnamomo: deinde cùm cessatur à purgatione, fiat vomitus, masticatio, & reliqua communiter dicta. Si verò causa analepsiæ fuerit idem humor phlegmaticus viscosus, obliniens stomachum in superficie, admistus materiæ cholericæ, secundum prædominium, ante omnia digeratur cum illo digestiuo: Recipe radicis fœniculi, endiuiæ, scariolæ ana ℥. 1. herbæ cichoreæ, alleluia ana M. 2. semin. endiuiæ, fœni. se. carui, florum nenupha. ana ℥.s. terenda terantur, & nutriantur in optimo aceto, & agresta ana ℔. s. aquæ quantum sufficit ad nutriendum per duos dies & noctes, & postea coquantur cum facilitate, donec redeat ad ℔.5. coletur, & clarificetur cũ sacch. boni quãtitate sufficiẽti, fiat syrup. perfectè decoctus, cuius dosis sit ℥.2. cum aqua calida in hyeme, tempore æstatis cum frigida. Digestione facta, purgetur cum hac confectione: Recipe myrobalanorum citrinorum ℥.4. rheubarbari boni ℥.1. agarici, colocynth. inter. chebulorum, polypodij ana ℥.s. viol. ʒ.1. anisi, fœ. ros. ana ʒ.3. spicæ aromaticæ ʒ. 1. prunorum 4. passularum sine nucleis ℥. 6. infundantur omnia in seri caprini quantitate sufficienti, & ponatur in vaso vitreo

ſtricti orificij, obturetur os eius, dimittetur per quinque dies, deinde bulliat bullitione vna, pòſt coletur, & in colatura ponatur caſsiæfi. mund. ℥. 4. tamarindorum ℥. 1. mannæ ℥. 2. manibus fricentur, recolentur, & proijciatur ſacchari albi & boni ℔. 1. & s. ſcammoneæ ℥. 1. & s. coquantur vſque ad mellis ſpiſsitudinem: deinde puluerisentur ſuper illud myrobalani citrini, chebuli, rheubarbari ana ℥. 4. auri, ſpicæ ana drachm. 2. & s. doſis, ab ℥. s. ad ℥. 1. vel purgetur cum tripheræ ſaracenicæ ℥. 1. rheubarbari boni drachm. 1 & s. electuarij de ſuccco roſ. ſimpliciter drachm. 2. ſyrupi cicoreæ ℥. 3. commiſceatur ſimul, dentur noctu cum aqua tamarindorum, & prunorum, vel electuario tripheræ, ſimiliter catholicon: Hæc autem purgatio iteretur, ſecundum quod videbitur expediens: reliquum autem regimen fiat ſecundũ doctrinam iam poſitam amplius. Si cauſa epilepſiæ fuerit phlegmaticus humor admiſtus melácholiæ ex prædominio in ſtomacho, oportet illum priùs digerere cum hoc ſyrupo: Recipe rad. buglosſæ, meliſſæ, radi. pœoniæ, corticis radi. capparum, cicoreæ, radi. lilij, ireos, myrobalanorum citrinorum chebu. polypodij, zingib. ana ℥. 1. ſanſuci, abſynthij, cuſcu. herbę paralyſis, ſtœchados, chamædryos, chamæpityos, thymi, epithymi, origani, calamenti ana M 1. aniſi, calamenti, florum ſtœchados, piperis longi, agarici, ſenę ana drach. duas s. paſſularum ſine nucleis ℥. 4. florum borraginis, anthos, ſpicæ aromaticæ, ſemin. pœoniæ, cardamomi ana drach. 2. nutriantur in aqua ſufficienti per 3. dies & noctes, poſtea ponantur ad alembicum, & deſtillentur, & ſyrupentur cum melle deſpumato, & condiantur cum his ſpeciebus: ita vt aqua deſtillationis ſit ℔. 4. Recipe cinnamomi electi, galangæ, zingib. piperis longi, cardamomi, ligni aloes, ſpicæ aromaticæ, pyrethri ana drachm. duas. Digeſta materia non omitto purgationem eius cum decoctione hac: Recipe vtriuſque ſtœchados, thymi, epithymi, florum borraginis ana ℥. 1. myrobalanorum chebulorũ, indorum ana drachm. vn. citri ℥. s. caſsiæfi. mundatæ, tripheræ ſaracenicę ℥. s. rheubarbari drach. 3. lapi. lazuli bene loti drachm. s. rheubarbari, & myrobalan. colentur, & propinetur hęc decoctio in matutinis. Vel purgetur cum electuario iſto: Recipe ſenæ mund. & electæ, medullę, caſsiæfi. tamarindorum ſex communium mund. candi. peni. ana ℥. 1. terenda terantur, & puluerisentur, & conficiantur cum illo ſyrupo: Recipe polypodij mundati ℥. 4. marathri ℥. 2 paſſularũ ſine nucleis ℥. 2. bulliant diu in aqua ſufficienti: poſtea coletur, & fiat ſyrupus cum ℔. tribus ſacchari, cũ quo fiat electuarium addendo cuilibet ℥. 3. lapidis lazuli, lapidis armenici ℥. 2. bene loti: doſis eſt ℥. 1. vel ℥. 1. & s. vel ℥. 2 hæc autem purgatio iteretur ſecundum quod videbitur expedire: reliquũ verò regimen fiat ſecundum doctrinam præſignatam communem. Deinde ſi analepſia cauſetur, non à quantitate humoris exiſtentis in ſtomacho, ſed ex malitia eius, & cognoſcatur, quod eſt de genere choleræ, ſcilicet choleræ rubeæ, digeratur eius malitia cum ſyrupo cicoreæ, & ſucci malorum granatorum, cum ſyrupo agreſtæ ſimul miſtis. Iram & ieiunium fugiant, vt catulũ: alimentis congruis nutriantur, deinde purgetur cum diaprunis laxatiuo ℥. s. rheubarbari boni 3. 1. reliquum autem regimen fiat ſecundum formã communem iam dictam.

De ſignis Analepſiæ cauſatæ ex mirach, Cap. XIII.



IPSIVS autem ſigna ſunt ructus aſsiduus, & rugitus, dolorem faciens, tardè quieſcens, inflatio in mirach. Et quandoque excitantur inter ſpatulas poſt aſſumtionem cibi pauci, non quieſcens, niſi apud digeſtionem: Deinde redit ad aſſumtionem cibi. Cùm ergo accidit ſecundum vacuitatem, non accidit, niſi cum duritie, & ſtypticitate venarum diſtractè leuitate eius, & propriè, ſi inueniatur extenſio in mirach ad ſuperiora, & tremor, & iſtis accidit vomitus cibi indigeſti, propter reuerſionem cibi corrupti, & opilationem viarum eius. Cùm eſt vapor cholericus in mirach, faciens analepſiam, cognoſcitur ex inflatione contingente in corde, & permiſtione declinante ad rixam, & inquietationem. Cùm vapor eſt melancholicus in mirach, faciens analepſiam, proueniunt cum ea ſigna melancholiæ, vt videatur aliquid colligere, vel excerpere, & timor, & vt ſolus ſecum loquatur: & pauor tenebroſus propter tenebroſitatem materiæ, & accidit ex eo dilectio mortis, aut odium ipſi9, & timor, & reliqua, quæ dicta ſunt in melancholia.

De cura Analepſiæ mirach, ſecundum vnamquamque cauſam ipſius, Cap. XIIII.



NVLLVS expertus Medicus in curatione quærit latentem viam, quæ habeat expertiſsimam ianuam: quia ergo iam ex ſignis manifeſta eſt cognitio cauſarum huius morbi, ideò ex ordine inchoandum à curatione ipſius, quæ cauſata eſt ab humore phlegmatico ſignis prius iam edocta, quæ digeratur hoc ſyrupo: Recipe calamenti domeſtici & ſylueſtris, menthæ, abſynthij an. M. 2 leuiſtici, dauci, ſquinanti, galangæ, maſticis ana drachm. 6. paſſularum ſine nucleis drachm. 5. (aliàs ℥. 5.) ſemin. pœoniæ, piperis, ſpicæ aromati. ana drachm. 2. & s. radi. fœn. petro. rad. calendulæ, zingiberis, pyrethri ana 3. 2. terenda terantur, nutriantur aqua ſufficienti diebus ac noctibus: deinde deſtilletur in ℔. 4. huius deſtillationis ponantur ℔. 1. boni mellis deſpumati, & condiantur cũ his ſpeciebus piperis nigri, & albi, cinnam. galangę, pyrethri, caryophyll. zedoariæ an. 3. 2. ſpicę aromaticę 3. 1. Digeſta materia, quod cognoſcitur per laudabilem qualitatē ſubſtantiæ & coloris vrinæ & hypoſtaſis, nec non per remiſsionem accidentium præmiſſorũ, ſi expedit, purgetur cum hoc antidoto: R. praſsij agarici, chamædryos, pulpę colocynth. ſtœchad. omnium ana aur. 4. opopona. ſerapini, petro. ariſtolo. rotun. piperis al. ana aur. 5. cinnamomi, polij, ſpicæ croci ana aur. 4. terenda terantur, gummiq; ante conquaſſentur, & infundantur in melle quantum ſufficit, & fiat electuar. doſis eius ſit aur.

aur. 4. cum aqua mellilotí, salis communis ʒ. 2. Hęc autem purgatio iteretur, secundum quod vi debitur expedire: regimen aũt sit, vt communiter dictum est. Si autem analepsia fiat secundum vacuitatem, cui associatur stypticitas, & opilatio viarum eius, præmittatur clystere lenitiuum ad fortiora descendendo, si expedierit: & huiusmodi syrupus porrigatur mox: Recipe rad. fœn. rad. pœoniæ, corticis radi. cappar. radicis ireos, zing. zedoarię, liquiritiæ mundatæ, enulæ ana ℥. 1 squinanti, cuscutæ, absyn buglossę, eupatorij, origani ana M. 1. anisi, fœ. leuis, rheubarbari optimi ana ʒ. ʒ. spicæ, asari folij ana ʒ. 2 passularum sine nucleis ℥. 4. terenda terantur, & nutriantur in aqua sufficienti, & ponantur ad alembicum, & destillētur: & syrupentur ista sic ℔. 4. cum tantundem mellis albi, colati, despumati, & condiantur cum his speciebus: Recipe galangæ, zingiber. piperis nigri, cardamomi, cinnamomi electi ana ʒ. ʒ. dosis eius sit ℥. 2. vel ʒ. in mane cum aqua masticis, & ligno aloes ana ante prandium accipiat diagalangæ ℥. s. vel confectionis de zedoaria, & confortetur stomachus cum inunctionibus, & emplastris congruis. Si autem causa faciens analepsiam mirach, fuerit vapor cholericus, digeratur & purgetur, vt dictum est iam in causa curationis analepsiæ stomachicæ. Cæterum si causa faciens analepsiam, fuerit vapor melancholicus, ante omnia detur hic syrupus: Recipe epithymi boni Cretēsis ʒ. 2. myrobalanorum citrinorum, & indorũ ana ʒ. 3. cuscutæ, fumiterræ, senæ ana ʒ. 10. thymi, buglossę, emblicorum, bellericorum, liquiri. mundatę, ra. enulæ, polypodij, radi. sigilli sanctæ Mariæ, agarici, stœchados ana ʒ. 2. & s. prunorum 4. passularum cum nucleis ℥. 4. tamarindorum ʒ. 2. & s. mellis ℔. 1. saccha. quantum sufficit, fiat syrupus, cuius dosis sit ℥. 1. reliqua autem fiant secundum exigentiam morbi, & causę & accidentium. Porrigatur tamen eidem hoc electuarium: Recipe zedoariæ ℥. 1. margaritarum integrarum, carabæ, coralli rubei, & albi ana ʒ. 2. folij spicæ, cardamomi, caryophyllo. castorei, serici crudi ana ℥. ʒ. zingiberis macropiperis ana ℈. 2. musci quarta pars drachmæ vnius, terantur & cum melle crudo conficiantur, dosis eius sit quantitas fabæ magne cum vino.

De signis Analepsiæ, causatæ ab hepate, aut à toto corpore, Cap. XV.



HÆC autem sunt: calor capitis, & capilli, siccitas cutis, & arefactio eius cum nigredine, aut ipsius laxitas, aut pinguedo, aut eius macies, vel multitudo ro. vaporis sanguinis, & significant ipsorum pulsus, vrina, & dispositio ciborum præcedentium, & regiminis præteriti, significat ipsam ad adustionē tendens, vidēs rubedinem coloris, & inundationem venæ, & risus apud casum. Si autem fuerit cholerica, vel phlegmatica, aut melancholica, agnoscitur per signa iam dicta.

De cura Analepsiæ causatæ à toto corpore, Cap. XVI.



CVM morbi & causarum eius per signa pręcedit cognitio, ibi artificialis eius cernitur curatio, quæ nisi morbo congruat, nequaquam ad sanitatem perducit. Cũm autem humor in analepsia sanguinea ad adustionem vergens fuerit, congruissimè phlebotomiam curatur, vt primò phlebotometur hepatica, vel splenetica vena, post spatium autem determinatum phlebotometur cephalica, deinde si expedierit, si at phlebotom. venæ sub lingua. Si verò fuerit similiter causata ex toto corpore, fiat phleboto. ex saphenis ambabus, & postea ex venis nigris brachiorũ cephalicis, licet cōgruentior fit phleboto. ex duab. arterijs apoplecticis: cũm verò sit lōga, vt magnificetur magnitudo iuuamēti eius, maximè cũ fumosæ ventositates ascendentes cerebrum repleuerunt, hanc passionem inducentes. Si autem fuerit à reliquis humorib. digeratur humor singularis peccans causa, congruo sibi syrupo, ex notis. Et similiter idem iam digestus cōgrua purgatione purgetur, pòst non omittatur regimen reliquorum, quæ mandantur in capitulo curationis communis.

De signis Analepsiæ causatæ ex matrice, alijsq; generationis membrorum, Cap. XVII.



SANE analepsiam, cuius causa maximè est cum retentione menstruorũ præter naturam, aut seminis, aut superfluitatum ad matricem effusarũ, præcedit dolor in pectine, & in vtrisq; inguinibus, & partibus dorsi, grauitas in matrice, & aliquando matricis præfocatio.

De cura huius speciei, Cap. XVIII.



LICET homo rem vtilem magis, & illustribus, & peritis, si nunciet, si vtilis est, vel necessaria, gratis suscitet, menstruorum sunt præter naturam præfocatione, & eorum expiatione completa sanatio, vel alleuiatio analepsiæ inducitur. Cumq; ex seminis retentione causatur, regatur regimine eius, quod non lædit, actus generationis dimissio. Cæterum si ex retentione aliquarum quarumcunque superfluitatum noxiarum analepsię fiant, euacuatio illarum remedium est: etenim hæc species morbi sæpius aduenit mulierib. pręgnátibus: cumque pariunt, & euacuare materia menstrualis soluitur.

De signis Analepsiæ, causatæ ex splene, Cap. XIX.

ANTE omnem medicinalem operationem prius est inquirēda via signorum omnium, quàm doctrina: illa autem potissimè ex signis habetur analepsiæ: ergo spleneticæ signa sunt, quando ægritudo est melancholica, & sentitur dolor in latere splenis, & cum ea est inflatio splenis, & durities: aut cum rugit, & communitate corporis, & ipsum pulmonem.

De Cura huius speciei, Cap. XX.

SICVT artificialis curatio est via ad salutem, ita & doctrina ad curationem semita est: hæc autem cognitio trium rerum fulcitur naturalis, & non naturalis, & contra naturam, qua partita ad huius curationis dogma conuersa. Reor ante omnia illam materiam melancholicam digerendam, splenemq; rectificandum cum hoc experto syrupo: R. rad fœni. petro. brusci, asparagi, corticis radi. ireos, corticis tamarisci, rad. pœoniæ, corticis radi. ebuli, corticis radi sansuci, rad. sigilli. Sanctæ Mariæ, zing. rad. buglossæ, radi. calendulæ, zedoariæ, myrobalanorũ indorũ an. ℥.1. cichoreæ, stœchad. eupatorij, pentaphyllon, caryophyl. chamędryos, chamæpityos, buglossæ, absynthij, borraginis, thymi, epithymi, capil. Veneris, scolopendriæ, dianthos, politrici, pimpinellæ ana M.1. senæ ℥.5. se. pœoniæ, cardamom. leuistici, aur. carui, piperis, asari, folij an. ʒ. 2. & s. spicę aromaticæ ʒ.2. florum anthos, florum borraginis, buglossæ, ros. ana ʒ. ʒ. terenda terantur, & nutriantur in aqua sufficienti per duos dies, & ponantur ad alembicum, & destillentur etiam in ℔.4 huius destillationis ponantur illæ species: Re. cinnamom. electi, caryophyll. piperis nigri, & longi, cardamomi ana ʒ.2. & s. spicæ aromaticæ ʒ.2 mellis al. despumati ℔. 1. & s. sacchari, quantum sufficit, fiat syrupus, dosis sit ℥. 2. quousque digeratur materia completè semper omni die ieiuno stomacho inungatur hoc vnguento: Recipe dialtheæ ℥.1. olei spicæ ℥. s. misceantur similiter: Postea apponatur illud emplastrum: Recipe florum chamomillæ ℥. s. corticis capparum ʒ.2. farinæ, fœnugræci, vini boni q. s. Vel. fiat illud emplastrum: R. absynthij, farinę lupinorum, vel siliginis ℥.1. aceti q. s. & fiat emplastrum: Et purgetur cum isto antidoto: Recipe granorum iuniperi, seminis lini ana ℥. 1. terantur, & bulliantur in aqua tribus vicibus, vsque ad consumtionem aquæ, postea addatur farinæ lupinorum, quantum sufficit, donec inspissetur: postea ponatur in sacculo panni subtilis, & superponatur spleni, vsque ad liberationem. Vel fiat tale emplastrum: Recipe myrobalanorum nigrorum, chebulorum, epithymi ana ʒ.15. fumiterræ, absynthij ana ʒ.10. stœch. chamedryos, chamępityos, bedeguarum ana ʒ. 5. prunorum, iuiub. sebesten an. septem, passularum ℔. 1. coquantur in aqua sufficienti, vsq; ad tertiam partem, apponãtur ros. ℔. 2. mellis ℔.1. scammonee repressæ ℥. 2. coquantur cum facilitate vsq; ad mellis spissitudinem, & recondiantur in vase: dosis est à ʒ.ʒ. vsque ad ʒ.6. vel loco eius dentur supradicti electuarij. Et hæc purgatio reiteretur, secundum quod videbitur expedire: reliquum verò fiat secundũ modum pręsignatum communem. Deinde non negligas, quòd pœonia secundum omnem modũ administrationis medicina est electa ad morbum lunaticum. s. radi. & semen: etenim si ea propinetur singulis diebus à ʒ. 2. vsque ad ʒ. ʒ in aqua mellis, aut hyssopi, aut cum oxymellite, mirabiliter confert. Et similiter si fiat caputpurgium, aut gargarisma ex ea cum oxymellite, & si sufflatur ex ea in nares, cõfert, si continuè puluis eius odoretur. Et expertum est suspensionem eius in collo esse iuuatiuam valde, & etiam sumta in cibis & potibus: & fit suffumigatio ex semine eius, & est mirabilis: & similiter, si sumãtur ex semine eius ʒ.2 cum melle, & ros. singulis diebus. Caputpurgium vtile: Reci. nigellæ nutritæ in aceto die ac nocte, exsiccatæ fiat puluis, & odoretur suggẽdo. Item: R. pillularum castor. ʒ.ʒ. & pistentur, & distemperentur cum succo cucurbitarum, vel cucumeris asinini ʒ.5. salis armoniaci ʒ 2. terenda terantur, aut cum succo ireos excipiatur, donec fiat sicut cerotũ, & ponatur in vase vitreo, ex quo inungãtur nares, & aperto ore collocet se super ignem, & vides materiam fluere. Masticatorium purgans cerebrum: R. pyrethri ʒ.1. sinap. ʒ.1. & s. staphisagriæ ʒ.2 salis armoniaci ʒ. s. masticis, cerę ana quantum sufficit, fiant formulæ, sicut auellanæ, & ex eis iugiter ieiuno stomacho masticet. Vel succus rutæ agrestis iniectus in nares, vel semen eius, vel gummi eius expertum est.

De cura Analepsiæ tertiæ speciei, causata ex diuersis membris, & primò ex intestino, vel stomacho à vermibus, quæ Catalepsia vocatur, Cap. XXI.

MEDICVM supremum, Iesum Christũ, obsecro, compatiẽs toti generi humano ab hoc languore infelici obsesso, & potissimè populo Christiano, vt per suam dignam misericordiam tenebras meę ignorãtię dignetur lumine suæ gratiæ illustrare, vt variam doctrinam componere, per quam hæc speciès lugubra morbi lunatici curetur faciliter, & resistatur eidem, quam confidens gratis in munere accipere. Catalepsiæ, quæ ex intestinis vel stomacho à vermib. fit signa sunt saliuę & casus vermium, & ascaridũ: quæ verò ex causa manifesta extrinseca, sicut ex punctione scorpionis, aut rutelæ, aut vespæ & consimilibus, ex qua materia venenosa eleuatur ad cerebrum mediantibus neruis aut veneno intrinseco, quòd sentitur per eleuationem vaporis eius ad caput, quo visus obtenebratur & cadit, siue membrũ sit pes, siue manus, aut dorsum, aut aliud ex visceribus siue stomachus siue matrix: Cuius signa non quæruntur à Medico, cùm nemo quærit latentem viam, cùm habeat apertam ianuam. Vidi enim in duobus iuuenib. infirmitate digiti medij manus dextræ sub vngue originẽ venenosam huius speciei latere, & in quodã alio in summitate pollicis dextri pedis similiter, quòd dum periodicè venenosam suffumigaret caliginem, prius portiones illæ membrorum occupatæ liuore afficiebantur, & frigore: deinde sentiebant aduentum illius veneni frigidi per membra quousque collum, & cerebrum occupare, moxq; stuporem inducẽdo obtenebrationem & casum: Nec mirandum, hanc materiam venenosam in his membris originatã neruos, venas, & arterias aspicientem, & si modica sit, tantam vim virulentiæ & lethalem habere, si consideretur mira mutatio inducta in corpore à veneno scorpionis mordentis, arbitrantur morsi ab illo à grandibus, & niue se fore percussos.

De

De Cura huius speciei Catalepsiæ vocatæ à pluribus, Cap. XXII.



VIDENS causa morbi, & manifesta causæ eius cognitio, morbi ipsius curationem faciliorem per remedia cõuenientia pollicetur. Sicut ergò hui^9 speciei languoris lunatici probationes causę euidentissimæ patefactę sunt, ita cõgruè, spiritu sancto duce, proponemus huius medelam. Cùm autem catalepsia, causatur à vermibus in stomacho, & intestinis existentibus, ante omnia educátur è corpore cum medicinis appropriatis & notis, inter quas maximè approbata, leuis & fructuosa est, vt ter sumantur ʒ.2. cuiusdam seminis herbæ parum amaræ quæ portatur de partibus Romæ; quod deglutitum cum ficubus, vel carne pomi citri, vel cum melle, vel cũ syrupo myrrhæ in quaque ætate educit vermes suauiter. Item fel tauri cum electuario ad modum vnguenti super vmbilicum mouet ventrem, & lumbricos necat. Si autem expedit, recurratur ad doctrinam ampliorem veterum Medicorum de necando vermes, vel serpentes in intestinis. Cumque catalepsia causatur ex venenosa fuligine, causata in matrice, & retentione menstruorum præter naturá, ad cor & cerebrum eleuata gratia breuitatis, recurrat pro curatione ad hoc capitulum de præfocatione matricis, modo licito curationis vtendo, & similiter quando fit ex fuligine venenosa, generata ex retentione sem. multiplici, & infrigidati in vasis virilibus, curetur Doctrinæ illius, quem lædit actus, generationis dimissio cum licitis. Nihil n. mortalius Medico, vel pernecabilius ægro, ergo nihil fœdius coram Deo, quàm ad depulsione languoris, semina prouocare, iuxta illud Bernardi: Vindictam peccati Sodomam, qui fundebat semen in terra percussit Dominus: quia rem detestabilem faciebat. Cui alludit Augustin^9 tertio confessionum: Flagrantur, qui sunt contra naturam vbique atq; semper detestanda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt. Cæterùm, si origo causæ huius languoris ab extremitatib. notis membrorũ fuerit, cauterisetur auro ignito, vel eorum mala rectificetur cõplexio, & vapor iterum venenosus solitus ascẽdere, retineatur, ad quod nihilominus sequatur aliud regimen congruum ad extirpationẽ venenosæ materię, generatę in corpore. Vel cauterisetur potentiali cauterio, licet aliquando remedietur ligatione, fortè prohibẽdo materiam ascendere. Amplius si venenosę materię origo fuerit à renibus, stomacho, siphac, mirach, vel spatulis, quod manifestè percipitur à sensato languente casus hanc speciem morbi: curetur cùm abscissione causarum, facientium eam materiam venenosam. Verbi gratia: in illa, quæ ex mirach fit, & ex stomacho, propter nauseatiuá satietatem à cibis, facit obstructionem in venis, quòd ipsum laudabile nutrimentum suscipiunt, & corrumpitur in eis humor, & remanet in ipsis nutrimentum laudabile, coarctatum propter opilationes, quare corrumpitur, & multotiens redit ad stomachum corruptum, & corrumpit cibum bonum laudabilem, & multotiens accidit propter reuersionem corrupti, & venenosi ad stomachum vomitus, cibi indigesti.

De Causis regentibus, & nocentibus ad morbum caducum, Cap. XXIII.



HÆC autem triplici genere continentur: quędam. n. sunt res non naturales, quædam influentiæ cœlestes, & quædam sunt à tota specie operátes. Eorum verò, qui primi sunt generis, sunt aer calidus & humidus, & huic similes, vt ventus, regio meridionalis, quoniam commouendo humores liquefacientes, & subtiliantes, & vaporem ducẽtes implent cerebrum, ex quo infelix morbus insurgit: & similiter pluuiæ multæ: Verùm aer septentrionalis, quia materias comprimit, & prohibet eas solui, huius commotionem languoris gignunt. Et similiter in hyeme, & autũno propter generátionem humorum in regionibus septentrionalibus non accidit, nisi causa fuerit fortis. Cibi verò & potus immoderantia, satietas nauseatiua, digestionis corruptio, & alimentorum naturalis malitia, sanguinem malum generantia, vt lẽtes, & similia: ex quorum vsu substantialis materia ad malam humiditatẽ conuertitur, vt lac, & dulcia & plurimũ pinguedinis in cibis: necnon illorũ alimentorũ, quę generát humores grossos, viscosos & duros, pernecabiles, vt fungi, quę sunt apostemata terræ vel arborũ, & grossi ficuũ, quæ sunt apostemata ficuũ, & vapore malo caput replentiũ, vt cæpe & potio vini puri, maximè in ieiunio, quod lædit stomachũ in die, & ex vapore lędentis ieiuniũ, habẽtis stomachũ debilẽ, & breuiter omne alimentum grossum, & inflatiuũ stypticum, frigidum: omneq; calidum, & acutum, & nauseatiuum sunt de genere commouentium morbum caducum, quia humores mouent, & ad cerebrum eleuant. Et motus, & quies, & paucitas exercitij sunt ex causis hunc morbum mouẽtibus, & exercitum immoderatum super repletionem, potens mouere humores, & dissoluere, sed non consumere integrè, ex quo cerebri implentur ventriculi. Et omnis calor superfluus, aut igneus, aut solaris, q̃a capiti ex materijs attrahit, quas in partib. corporis prohibet dilatari. Et omne frigus superfluum, & actus generationis, & somnus immoderatus post cibum: quia caput replet vaporib. & inordinatę vigilię indigestionẽ, & debilitatẽ cerebro inducentes. Et passiones animales fortes ex tristitia, ira, & timore, & permutationes repentinę sensibiles, fortes, cor debilitátes, ex auditu vocum magnarum, sicut tonitrui, & percussiones tympani, & rugitus leonũ, & vocũ durarũ, sicut voces molarũ, & stridorum. Et similiter splendorũ visu luminosorum, sicut fulguris rapientis visum, & splendores oculi, Solis, & flatuũ, motuum ventosorum, turbinũ, ventorũ: & speculatio motuũ velociũ, & circulationũ, & speculatio ab alto, & longitudo morę in balneo. Et balneum ante digestionem, effusio aquæ calidę super caput, & odores boni, aliquando aliquo motu mouent. Et medicinæ quædam morbum caducũ faciẽtes: Hæc aũt omnia sunt morbũ caducum commouentia. Illorum verò quę sunt secũdi generis, aspect^9 Planetarũ, & potissimè Lunę, à cui^9 motu & potestate afficit, vt dictũ est suprà, detegẽtia morbũ, & si fortè virtute elementaria detegát, vt suffumigatio galbani & myrrhę, vn

gula,& cornu capræ, secundum quosdam administratio fungorum,& apij, secundum omnẽ modum administrationis eorum. Sunt tamen quædam,quæ à tota specie detegunt ipsum, vt induere corpus lunaticum corio caprino excoriato recenter:& dimittatur in aqua,& causat paroxysmum morbi lunatici:& hepar caprinum,aut hircinum comestum,& odoratum, & aspaltu fumigatum, mox casum epilepsiæ inducit, similiter suffumigatio subuenit rutæ siluestris, potissimè apoplectico: vterque enim ex opilatione ventriculorum cerebri fit.

De rebus Epilepsiæ conferentibus à tota specie, Cap. XXIIII.

SANE nihil promisisi omittit, qui addit quod deficit: & nequaquam deficit, qui non suæ inhæret sapientiæ: sed spiritu sancto duce, documento maiorũ satis nobis experientia nostra,& veterũ sapientũ est reuelatum,& expertum, quòd vnumquodq; elementum dupliciter est dotatum virtute quidem elementari & cœlesti,communi,& propria, & etiam calefactiuum calidum,& frigidum,solutiuum autem non calidum,nec frigidum, sed qa tali virtute est dotatũ, sic ipsius mistionẽ regulantem,& ob hoc aliud sit solutiuũ,aliud prouocatiuum, aliud attractiuum, aliud fugatiuum, aliud stupefactiuum,aliud fixiuum, aliud corruptiuũ, aliud infrigidatiuum,aliud curatiuum,& quidem hoc à cælesti virtute procedens, mediante infusa secundum aptitudinem, & nutrimentũ generationis,& exigentiæ speciei huius. Actio verò solutiui in materias humorales cũ descriptionibus,& limitationib. naturæ est curare, non Medici: ipsius verò dignius est opus naturæ porrigere. Cùm autem quod porrigit naturæ opus vincit, aut quantitate, aut malitia, in præiudiciũ eius effrenem naturæ efficit operationem: verbi gratia: rheubarbarum salubriter & familiariter materiam cholericam sic soluit à virtute cœlesti, & scámonea similiter,violenter tamen. Cùm autem quantitas moderata porrigitur: malitiam autem horum supercrescit, naturam exterminant, & fortè opinaretur in melius innouari. Actio verò prouocatiui in materias humorales similiter fit,vt actio solutiui & illius iuuamenti, & nocumenti simile est iudicium: verbi gratia: sicut sunt semina diuretica,cãtharides,quarum immoderata quantitas,& malitia naturam exterminat, vnde opitulari deberent. Actio verò attractiui in lapide Magnetis,& Adamante, patet liquidius sanè secundum Ambrosium 35. Psalm. Lapis Magnetis tantum naturam habet, vt ferrũ ad se trahat,& transfundat se in illius speciem, ita vt pluribus experiri volentibus, cũm plures annulos ferreos ad eum lapidem admouerent,omnes pari teneantur numero. Deinde si cum amisso,cui adhæserit, lapidi alium admoueas annulum, & rursus per ordinem singulos sustineat,licet penetret in omnes per ordinem, ex illo lapide vis naturæ cum priores nexu vehementissimè cõstringit posteriore remissione Adamantis,generis eximij.vis naturæ tantæ est potentiæ,vt ibi Magnes solito more ferrum attrahit, hoc ipsum præsens ab eo violenter extorqueat. Actio verò fugatiui manifestè apparet in illis,in quibus matrix est venenosa,fugiantur,sicut fumus ligni granati,serapinum,& assa,& similia. Actio verò stupefactiui clarè patet in pisce,de quo dicitur, quòd manus trahentis rete,in quo capitur,sensum aufert. Actio fixiui à parte apparet in pisce, de quo dicit Plinius, quòd est quidã piscis in mari vni⁹ pedis staturæ,qui si nauis nauigantis impulsus à vento inhæreat,mox in ipsa figitur, ac si fune ligaretur. Actio corruptiui manifestatur in napello, qui hominem corrumpit, & coturnices nutrit. Actio confortatiui manifestatur in medicina cordiali, vt est hiacynthus,aurum,buglossa,ambra & similia. Actio infirmatiui prẹter venenum,& rem venenosam patet in hepate hirci, quod comestum & odoratum mouet morbum caducum ex conuenientia,quam habet,cùm sequitur huius morbi à cœlo & ex contraiectatis, quod cum specie membrorum patientium, vt cerebro. Actio verò curatiui ægritudinis patet euidẽtissimè in pœonia, quẹ curat morbum caducum vi contraria huius speciei languoris,acquisitæ à cœlo,& forte cõuenientia species cerebri patientis opilationẽ in ventriculo anteriori cerebri,vt cũ materia huius morbi particularis,in quo consumatur species in tali aspectu Lunæ deceret mouere opilationem facturam anteriori ventriculo cerebri, causante morbum caducum pœoniæ prẹsens per suspensionem ad collum languentis, vi contraria acquisita à cœlo in eodem aspectu, fixionem, & immobilitatem præbet materiæ noxiæ præiacẽti & confortationem naturæ membri passi, & cõuenientiam illius spẹciei,vt à tali præbeatur motum eundem morbum factura, & qua natura iã cõfortata, parte anteriori ventriculi cerebri inest virtus,qua expellit omne illud, quod inest contrarium ei,& refugit, cùm quælibet species morborum hominis habeat suam stellam, sub qua generatur,& viuit,vt dicit Rabi Moyses. Luna quidem cerebro appropriatur,quæ etsi quadraliter operetur, videlicet per lumen receptum à Sole, vt maturarẹ fructus, ostrea, & animaliũ cerebra adimplere Gal. testante,eiusq; materiam infrigidare,& humectare,quantum ad domos secundũ Ptolomæum: propriorem tamen & fortiorem, & conuenientiorem habet aspectum super anteriorem ventriculum cerebri,magis saluatur specificum illius,quia natura creatũ est frigidũ in mense frigiditatis mẽbrorũ decima, remissum & humidũ quinta minutione humiditatis mẽbrorum positum. Etenim hic ventriculus cæteris humidior,& leuior: inde alterationes suscipiens facilius. Medius verò ventriculus ad duritiem tendit: Posterior durior,est elõgatus ab humiditate primo sic quòd analepsia cerebri, Auicẽna testante. Ex quo patet liquidius perspicaciter intuenti,quare pœonia,& similia à tota specie curant epilepsiam & nõ apoplexiá: quia opilatio anterioris vẽtriculi cerebri non integra parit morbum lunaticum: opilatio verò omniũ vẽtriculorũ cerebri morbũ apoplecticũ gignit. Vel forte, sicut Magnes vi suẹ naturæ trahit senbiliter ferrũ, & trãsumit se in illius speciẽ: sic pœonia suspensa collo, vel fumigata cerebro, vel euaporata latẽter & occultè trahit noxiá illam materiam, facturá morbũ caducũ, & se transfundit in illius speciẽ. Et forte de suspensione

sione pyrethri, & ligni visci quercini simile est iudicium: de huiusmodi autem ligni cum argento ligati suspensione certificatus fui in quibusdã pueris: Et lapis smaragdus deferêtes ipsum in annulo à morbo caduco liberat. Et propter hanc causam docêtur Reges, quòd suspendût smaragdum in collo puerorum eorum statim, quando nascuntur, ne superueniat eis morbus caducus. Deinde ad actionem curatiuam morbi lunatici à tota specie obiectio occurrit, acceptio composito rum, sicut theriacæ & similium, mox cùm obijcitur contra hoc: A quo enim res habet esse, habet & operari. Fortè autem licitę vtrũq; diuersis aspectibus sustentetur: sane triplex motus reperitur in rebus, scilicet ex parte compositionis, sicut æs mistum cum stagno facit metallum sonorum: & ex parte complexionis, sicut calidum habet calefacere, & frigidum infrigidare: & ex parte cæli, quod est virtute componentium: quæ non ratione, sed experimento noscitur. Quantum verò ad duos primos fit materia imposita habere virtutẽ, & ex parte simplicium. Quò ad tertium conuerti non refert, si dicatur quòd medicina composita est artificialis, virtus aũt naturalis: fateor, quòd coniunctio illarum rerum adinuicem ex artificio est, sed mistio earum, secundum quod vnũ quid de coniunctione efficitur, à cœli virtute regulatur & perficitur.

De rebus, quarum vsus licitus est in curatione Epilepsiæ, vel priuatur ilicò,
Cap. XXV.



HÆC autem sunt de genere animalium terræ nascentium, mineralium, & lapidum duntaxat absque omni charactere, & superstitionibus applicentur, vt nullum eorum colligatur cũ Symbolo diuino, vel oratione Dominica, & similibus. Nec tamen his & similibus tangãtur, & suspendantur ad collum, vel ad aliud membrum patientis, vel quocunque alio modo portentur. Res enim conuenientes curationi de generibus his sunt materia calidarum, vel causarum salubrium corporis humani operantium in his, in idipsum à sua substantia materiali, & à sua quantitate, & à sua specie tota. Repellantur igitur ignominiosi incantatores, coniuratores, spirituum inuocatores, diuinatores, & augures in ministerio medicinali humani corporis domestici, & ministri iam facti diaboli, de Deo diffidentes, & summũ Medicum Iesum Christum, regnantem in cœlis, occidentes: nempe, secundum Originem, melius est ignorare, quàm à dæmonibus discere, & melius est à physicis discere, quàm à diuino quærere diuinationẽ, quòd per homines dæmonibus reuerentia fiat, sed gentiliũ ritus diuinũ credit esse per qualemcunq; spiritũ profertur. Nos tamẽ ab his discere nihil debemus, ne efficiamur ipsorũ, iubet sacra pagina, vnde dedignans testimoniũ à demonib. accipere ait manifestè, & exi ab eo. Qui ergo à diuersis artibus, & dæmoniorum inuocationib. quærunt futura discere, cupiunt quod nõ expedit Ad destruendum aũt penitus diuinationem, & augurationẽ hoc addemus, quoniam omnes isti animi animaliũ ministerio vtuntur, quę in lege scribantur, & semper homini insidiantur ex quo ministerio dæmonũ opportuna, & digna iudicantur: Nam dracones, & serpentes plutonib. ministrare perhibẽtur augurib. & in his quæ uis credentib. auspicia capita lupi ferè: omnia aũt vulpes, & accipitres, aut corui, aut aquilę, aut huiusmodi, quę Moyses his (credo) de causis immũda appellauit. Et proinde dicit Augustinus de doctrina occulta, cauendam & fugiendã omnem doctrinã, quę ecclesię canonis nõ consueuit, nec cõsentit: nam solũ non suscipimus, sed etiam veluti alienum à fide & veritate damnamus.

De curatione Paralysis,
Cap. XXVI.



QVORVM quippe paralysis permutationem membrorũ spontaneã, sanatur morb. lunaticus, & simili permutatione soluatur, vt plurimũ sunt palpebræ oculorum, os, lingua, brachia, manus, & pedes, quorum sanationis doctrina ex causa paralysis vniuersali congruè medendo captatur, & licet inde captetur, tamen ea quæ à Deo accepi munere, experientia, industria, & doctrina, ad curationẽ huius symptomatis vtilia, tàm fideliter, quàm vniuersaliter explicabo, singulis membris patientis congruè coaptabo, incipiens à paralysi palpebrarũ, à curatione eius inquam, ordine naturali curationis obseruato, qui est post digestionem completam materiæ noxię, congruit tandem purgare reliquorum regimine consequente: pluries apponatur filtrum hoc acẽto infusum super supercilium, & palpebrã paralyticam: R. menthastri orti in loco arido M. 3. bulliant in pinta vna aceti fortis, vsque ad consumtionem tertiæ partis, in hoc. n. inueni remedium salutare: cui si expedit, associetur inunctio vnguẽti suprascripti, à me experti olim. In paralysi verò oris, si per signa detegitur, fore ex sanguinis repletione, phlebotometur ægrotans, vt partes illius venæ, & fortè arteriæ inanitę trahent violẽter materiã noxiã à parte languente, ne vacuum fiat. Post hoc verò debito spatio pręmisso aliquib. diebus continuis, dum decumbit infirmus, porrigatur ei ℥. 2. potionis S. Pauli, cum vino deco. saluię, florum stœchad. & casto. soluit: n. & consumit, & dissolutionem prohibet. Mane aũt porrigatur syrupus de stœchad. & syrupus cichoreæ secundũ proportionẽ cõgruã relictæ materiæ: deinde purgetur cũ pillulis de Mercurio & auripigmẽto, simul mistis. Post, si expedit, fiat caputpurgiũ sero cũ pillulis de castoreo, ore aperto super prunas ignitas. Amplius, si expedit, post hæc omnia da opopiris sero cum vino: & deinde si stupor relinquatur in facie inungatur pars tota cũ vnguento aureo, & potione S. Pauli ana, vel cum vnguento infrascripto, mihi experto olim. Contingit qđ lacertus nimis per se, vel per colicã patiatur, mẽbra, quæ per eum mouentur tunc ad lacertos sibi oppositos detrahentur. Si verò lacrymę inuoluntariè emanauerint ab oculo patiente, porrigãtur sero ℥. 2. aureæ Alexandrinæ, vel esdræ cum vino iam dicto. Cumque per signa cognoueris qđ paralysis oris fuerit causa aliquis de genere humorũ, licet vt plurimũ à phlegmate fiat, tã cõgruitate digestionis, q̃ purgationis, curet secũdũ

modum præscriptum. Paralysis verò linguæ vt-
plurimum ex humore phlegmatico à cerebro ex
pulso fit, cuius fortè curationis congruitas in
phlebotomia duarum venarum sub lingua con-
sistit, eo quòd humiditas infusa in neruis linguæ,
& radice eius trahit à venis, ne vacuum fiat. Dein
de fiat collutio oris, & linguæ pluribus vicibus
cum aceto, in quo coquatur pyrethrum, zingib.
rosa.ana cum quo fiat similiter gargarismus: dein-
de fricetur cum potione Sancti Pauli, de qua si-
militer porrigantur languenti in introitu lecti ʒ.
2. cũ vino prædicto, & nil minꝰ mane porrigatur
de stœch. ℥.1.& s oxymellis squillitici ʒ.2.commi
sceantur simul, postea purgetur cum hac medici
na mihi experta: Recipe hieralogo.ʒ. 6. potionis
Sancti Pauli ʒ 2.salis communis ʒ.1.& s. succi vr-
ticarum pungentium ortarum in loco arido ℥. 2.
cõmisceantur simul, & distemperentur cum mul
sa, quantum sufficit, & propinetur sero: postea
verò porrigãtur sero opopirę ʒ.2. cum vino præ-
dicto. Paralysis verò reliquorum membrorum,
pedum & manuum similiter cum opportuna di
gestione & congrua purgatione curetur, sicut cũ
syrupo de stœchados, oxymellite squillitico, & si
milibus: & purgetur cum his pillulis: Rec. opo-
ponacis, hermodactylorum, serapini, bdellij aro.
colocynth. ana ʒ.5. cen. casto. myrrhæ, zingib. pi-
peris, macropiperis, casiæ lig. myrobalanorum
citrinorum, indorum, belliricorum, & emblicorũ
ana ʒ 1. scãmoneę ʒ.2. turbith ʒ.4. aloes ʒ.12. infun
dantur gummi in succo caulium, & fiant cum eis
pillulæ: dosis autem à ʒ. 1. vsq; ad aureum 1. Post
hæc autẽ porrigatur sero de potione Sancti Pau
li cum vino prædicto: deinde opopirę, vel esdræ
ʒ. 2. Post purgationem verò iteratam vtatur po-
tione hac: Recipe macis, nucis muscatæ, caryo-
phyll. galangæ, spicæ aromaticæ ana ℥. s. ligni a-
loes ʒ.2. sacchari ℔. 2. fiat puluis subtilis, & vta-
tur patiens quocunq; modo poterit. Et similiter
vtatur patiens hoc electuario: Rec. caryophyllo.
macis, spicæ aromaticæ, ligni aloes ana ℥. s. rheu-
barbari ℥.1.& s. cardamomi, blaccæ bizantiæ ana
℥.s. ossis de corde cerui ʒ.2. croci ʒ. 3. cubebarum
℥.1. musci, ambræ ana ℈.2. mellis quantum suffi-
ciat, fiat electuarium, deauretur. Inungatur nu-
cha, & membra mollificata cum hoc vnguento
experto: R. rutæ siluestris, sansuci ana M.1. expis-
sentur, & extrahatur succus baccarum lauri ℥. 2.
butyri ℥.2. dialtheæ ℥.2 Agrippæ, casto. ana ℔. s.
pinguedinis castoris ℥. 2. omnia simul bulliant,
exceptis siccis, quæ parum bulliant retrò, quo-
usq; spumam faciant, & cum cochleari mũdo, re
ponatur vnguentum in vase, & vsui reseruetur.
Aliud expertum, conferens ad morbum lunati-
cum paraliticatum, & spasmatum: Re. bdellij ℥. 3.
euphorbij ℥. 1. & s. serapini ʒ. 2. ceræ ʒ.3. & s. olei
sansuci, vel olei cheirini ℥. 5. bdellium autem &
serapinum dissoluantur in succo rutæ agrestis,
vel in aqua eius, & extra liniantur cum aqua frigi
da, bulliant inuicem, & fiat vnguentum. Deinde
cùm huiusmodi morbus melancholiæ soluatur,
restat melancholiam purgare secundum do-
ctrinam veterum Medicorum, peritia
& industria medicantis.

De Doctrina conseruatiua sanitatis illius, qui passus est illum morbum epilepticum.

SCRIBAM ergo primò de alimenti contrarij materia, & sunt omnes cibi spissi nutrimenti, vt caseus maximè, quia humidus, & carnes grossę, maximè auium paludestrium, vt sunt anseres anates, & huiusmodi animalium magni corporis, vt sunt cameli, boues, vaccæ, hirci & cerui. Et quæ de siluestribus ingrossant, & omnes pisces, maximè duri, grossi & viscosi: cibus de pasta panis quòd nimis viscosus & crudus, risum triticum panicum de semela: sorbitiones de farina, lagana, omnia assa, & frixa salsa, oua dura, carnes salitæ, caules, & lentes & his similes: vinum nouũ, & nimis antiquum, aqua turbida, nuces, auellanę, persica, crisomilla, maciana, poma, pira citri, fructus acetosi, & difficilis digestionis, castaneæ, grossi fungi, & interiora animalium & intestina, cerebella animalium ad extremitates, vina nigra. Aqua frigida * niuis, fructus immaturi & aquosi. Immoderata comestio, & immoderata potatio vini puri & maximè in ieiunio. Omnis assumtio cibi, & potus vini super indigestionem cibi, balneum, & immoderatum exercitium. Amplius sint contraria melancholicum sanguinem generantia, & humorem grossum, & viscosum, & durum, vaporeque malo caput replentia, vt cępę porri potio, maximè in ieiunio, omnia calida, acuta, nauseatiua, vel multa pinguedo in cibo, & similia: Et breuiter omnia, quæ digestionem stomachi impediunt, vel corrumpunt, vt equitatio immediatè post cibũ, & dormitio, immoderata applicatio sex rerum non naturalium reliquarum, & maximè continentes nos alterantis aeris nos interius & exteriꝰ, quem velimus nolimus attrahimus. Fugiat ergo omnem aerem epidimicum, & corruptum, ita quòd non transeat per loca paludosa, & corruptarum aquarum, maximè in æstate. Nec per loca, vbi sunt cadauera mortuorũ aliqua: fugiat aerem calidum, & humidum, & vẽtum meridionalem, & immoderatè calidum, & frigidum: & omnes ventos procellosos: maximè septentrionales. Sufficiat hæc breuis connumeratio perito Medico, vt addatur ei ad reliqua sapientia: Postque mox adiuuantia aduertendũ est, nil minus de contrarijs assimilando aliquando: ordine autem naturali vsu sex rerum non naturalium ab aere incipiẽdo: Eligatur aer sic inter frigidum & humidum temperatum, ad siccitatẽ declinans: cumq; calidior fuerit immoderatè, & maximè in canicularibus, cum aspersione herbarum frigidarum, sicut myrti ramis & foliis eryngij, & palmitibus, & foliis vitis, rosarum, floribus nenupharis, &c. Camera inde teneatur aromatica, vt cum euaporatione aquæ rosarum, & similibus. Econtra verò frigidus aer cum carbonibus accensis alteretur, & aromaticorum vaporibus, sicut ligni aloes, storacis calamitæ, aromat. olibani, & similibus. Et cum aspersione herbarum calidarũ, sicut calamẽti, pulegij, origani, maioranæ, foliis lauri, & similium: deinde autem alium aerem fugiat. Motus autẽ, & quies sunt de his, quæ

* al. nimis.

conſeruant ſanitatem: motus enim temperatus membra confortat, calorem naturalem ſopitum & carnoſum excitat, virtutes corporis corroborat, ſuperfluitates ad conuenientes regiones deſcendere facit, & reliquas cõſumendas conſumit. Vtatur ergo motu temperato & delectabili, ita vt inde membra non grauentur. Cumq; grauari ceperit, mox quieſcat: hoc autem fit ante cibum, poſt cibum autem quieſcat omnino, niſi à debili motu, & maximè donec cibum à ſtomacho nouerit deſcendiſſe, quod cognoſcitur leuitate membrorum, & ſubtilitate ſaliuæ, nec ſi prouocando eructationẽ nullus in ea ſapor ſentiatur aſſumtorum. Equitet equos ſuauiter ambulantes, vitet magnos repentinosq; deſcenſus. Quies verò immoderata vitetur, corpus verò humectat, & impinguat, fiat ergo ante cibũ motus temperatus, poſt cibum verò quies: Nam ſicut motus ante cibum generat ſanitatem, ita confeſtim poſt cibum generat ægritudinem. Caput verò frequentius pectinare poſt depoſitionem fęculẽtiæ naturalis, multùm iuuat: quia facit euacuare fumoſitates, quę caput aſcenderunt. Somnus autem & vigilia menſuretur: ſomnus tamen ſalubris ſic diſcernitur, qui vt moris eſt, naturæ humanæ noctem nõ effugit, & diem non impedit, qui immediatè poſt cibum non fit: ſuper ſtramenta odorifera & mollia fiat: His enim virtutes naturales efficit ad ſuas operationes peragendas fortiores: animalẽ enim corroborat inducendo quietem, ex hoc cibi melior celebratur digeſtio, & debitæ fatigationi, & reſolutioni animę, accidentibusq; ſuccurrit. Corpus enim calefacit & humectat: ſi ipſum inuenerit in humorum quantitate, & qualitate æquale, ac melior quoq; ſomnus eſt poſt cibi à ventre fęculentum deſcenſum, cumq; accubuerit capite eleuato, ſuper latus dextrum primò dormiat, vt per ipſum cibus deſcendens ad ſtomachi fundũ, melius digeratur caliditate naturali, ſine carnis inanitæ opilata, ab influente caliditate hepatis naturali, qui ſubſtituitur ſtomacho, ſicut ignis lebeti: deinde voluat ſe ſuper latus ſiniſtrum, vt ſtomachus amplexus ab hepate melius digerat: & cum fuerit iam completum ad latus dextrum, voluat ſe iterum ſtudioſè, vt quod reſideat fæculẽtum, habilius ad inteſtina deſcendat. Sanè vertere de latere ad latus frequenter, digeſtionis primæ impedimentum manifeſtum, pluriumq; ægritudinum cauſa. Vigiliæ autem ſecundum conſuetudinem, & tempus, & naturá moderatè corpus corroborãt, virtutes animales excitant, corpus calefaciunt, & breuiter ſomni immoderati remouent nocumenta. Ex contrariis verò harum qualitatibus ſomni & vigiliarum, contrarij effectus corpori aduenient: attamen potior pars ſanitatis in cibo potuq; cõſiſtit meritò, horum tractatum eſt locupletius prolongãdum. Eligantur ergo cibi, bonos generantes chymos facilè, maximeq; in digeſtione prima indigeſtibiles: non ergo ſit duritie ſubſtantiæ, quantitatis pernicioſæ, nec multum in qualitate altera excedẽtes: ſit ergo panis eius de tritico bona meſſe collecto, bene fermentatus, modicum ſalis habens, à piſtore elaboratus diutius, & in clibano igne commenſurato, coctus recẽs, & duorum dierum, vel trium ad plus, de quo oportet non multum comedat. Carnes autem de quadrupedibus, ſunt carnes agni lactentis pingues, quæ cognoſcũtur per ipſarum albedinem naturalem, vituli lactentes pingues, quæ cognoſcũtur etiam per ipſorum albedinem naturalem, animales agni, & capreoli ſylueſtres. De volatilibus autem, ſicut carnes gallinarũ, perdicum, phaſianorum, paruarum auium, non degentium in paludibus, quas omninò fugiat: & ſimiliter euitet coturnices, & peſtem patientium, id eſt morbum caducum, vt homines. His autem vtatur omnibus ſuæ conſuetudinis modo: ſalita autem frixa, & acetoſa non, niſi pro ſalſamentis, ſiue ſaporibus alliciendis ad eſum ciborum laudabilium, non ſumantur. Aliis autem carnibus non, niſi ad appetitum ſuſcitandum, modicè tamẽ vtatur: cibos autem de paſta omninò fugiat: ſi autem aliquando conceduntur, condiantur cũ ſaccharo & pipere, vel cum paſſulis enucleatis amygdal. nucleis pinearum, fiſticis, & ſimilibus. Lagana autẽ fugiat, & acria ſemper, niſi cum vomitus celebratur. De piſcibus autem non comedat, & ſi non contineat comedere, ſit raro: ſint tamẽ piſces marini, poſt quos aquæ dulcis, currentis, ſquamoſi, petroſi, carnes albas habentes cum ſale, aut aniſo, petroſel. & poris, ſimiliter ꝑ prius ſaliantur, ſicque per horam morentur, vel ſaltem per dimidiam inter duo ſciſſoria cum pondere preſsi, vt promptius ipſorum amoueatur viſcoſitas, ſuaq; qualitas ad contrarium alteretur. Si verò cum aneto, petroſelino & ſimilibus aromatib. condiãtur, magis efficiuntur ſalubres: non enim ſint mucilaginoſi, nec pingues, nec duram carnẽ habentes, ſintq; ſuauis ſaporis: ſunt enim aquoſi phlegmatis generatiui, ſitisq; inductiui propter quod comeduntur, nõ vt ſolito comeduntur carnes. Vinum aquæ miſtum potetur: de herbis autem, quę meliores ſunt, anetum, coriandrum, fœnic. petro. borrago, buglоſ. meliſſa, cichorea, ruta domeſtica, trifolium, mentha, pipinella, & his ſimiles, cum carnibus comedantur: Et diebus ꝓhibitis, & quadrageſima cum lacte amygdal. dulcium, & cum oleo earum, vel cum oleo oliuarũ, interdum iure cicerum nigrorum. De fructibus autem non comedat, niſi ad confortationem oris ſtomachi, & prohibitionem, ne vapores cibales caprinoſi caput aſcendere poſsint. Poteſt tamen ſumere cydonia, & pira ſtyptica, raro tamen, & poſt cibũ, & maximè in quadrageſima, & in hyeme, magis cocta, quàm cruda cum aromatibꝰ, vel pipere, vel tragea: aliis autem fructibus non vtatur, niſi aliquando pro ſalſamentis. Cucurbitis, & cucumeribus, & peponibus nõ vtatur: fructus non maturos fugiat, eorum enim humiditas indigeſta eſt, quę idem operatur, quod venenum in corpore. De ſeminibus autem vtatur carui, fœniculi, aniſi, ſeſami. Vtatur oleo de nucleis, fiſticis, & amygdalis: in fine autem autumni, & in hyeme, & in principio veris poteſt bis comedere in die, ſobriè tamen: fortaſſe ſit iuuantius comedere in die ſemel, in æſtate verò partiẽdo cibum ter ſuſcipiat, ſi appetit: veruntamen quòd non cibũ ſuſcipiat ſecundum, donec primum à ſtomacho nouerit deſcendiſſe: nihil enim eſt deterius ad ſalutem, cùm vtriſq; corruptio indicatur.

De horis Comeſtionis.

NVSQVAM enim comedat, niſi prius deſiderium affuerit: ſit autem in cibo, potuq; modeſtia, non comedat in eadem menſa poſt cibos difficilis digeſtionis, & duros cibos leues, digerentur enim hi prius, & ſupernatant, & corrumpuntur, quia eorũ impeditur egreſſus. Nec ſimiliter cibus pręmittendus eſt lubricus, cibum groſſum aſſumendo poſt ipſum ſecum ad inteſtina durum trahit nondum digeſtum, & ægritudinum multarum cauſa exiſtit, vbicunq; cibus & potus intrat abſq; moderamine qualitatis, & quãtitatis temporum, facit vel comminatur ægritudinem: ſi verò ſic ſumatur, aliquando ſuccurratur debito regimine. Non eſt tamen negligendum, quod nutriens melius eſt, quod melius ſapit, niſi prauæ ſubſtantiæ fuerit: ſapido enim nutrimẽto ſtomachus & virtus retentiua auidius applicantur, etſi parum nõ ſapido deterius extiterit. Fugiat frequentare res dulces, quæ antequam digerantur, ſua dulcedine trahuntur à membris, opilationem inducentes, ex quib. ægritudines variæ generãtur. Amplius omnes cibi, qui de ſui natura ſunt indifferentes ad caliditatem & frigiditatem, in hyeme actualiter calidi propinentur: in æſtate verò frigidi: hœdi enim de ſua natura meliores ſunt frigidi, quã calidi, maximè in æſtate, in hyeme verò, antequã comedantur fumi, qui ab eis reſoluuntur, finiantur. Oua autem gallinarum, perdicum, phaſianorum, recentia comedantur, ſorbilia vel tremula, de quibus ſolum vitellum ſumatur cocta aqua, vel igne frixa omninò fugiat. Præterea, prę omnibus attendatur, quòd cibus in debita qualitate diſcreta conuenienti, & tempore propinetur: ſic enim ſanitatem cõſeruat, vitam prolongando in melius, aliàs ſanitatem corrumpit, & vitam hominis abbreuiat, inducens ęgritudines varias. Conueniens vinum odoriferum, ſubtile, clarum, ſtypticitatis parum habens, medium inter nouum & antiquum, aqua multa miſtum, bibat: & ſi ponatur in vino radix calendulæ eſt melius, & fortè non eſt inutile, vt liniat vas, in quo ponitur vinũ, artificialius tamen fit, dum in torculari ponitur, & conficiatur cum melle, & puluere cinnamomi electi, & radicis calendulæ. Dulce vinum verò, & groſſum malum eſt, & ſimiliter vinum de dactylis, & ſimilia: neq; potetur vinum, niſi prius bonam quãtitatem cibi ſumſerit, neq; bibat vinum in fine. Si autem ante cibum ſumſerit, vinum natat, & ſua lubricitate trahit cibum à ſtomacho, antequam digeratur. Si verò poſt, natans in ore ſtomachi punctionẽ & ſcotomiã generat, & proinde ſemper poſt cibum vinum copioſum hauſtum aquæ frigidæ detur, ſi frigiditas oris ſtomachi non prohibet: hydromellis verò elegantior eſt potus lunaticis, quàm vinum, licet antiqui aſsimilauerint vinum theriacæ magnæ eius natura ſperatæ ſumtum: quia comperierunt duarum contrarietatum eſſe iuuatiuum, ſimiliter reperierunt eſſe proficuum: Calefacit enim corpora frigida, & infrigidat calida, humectat ſicca, & ſiccat humida: eius calefactio, & deſiccatio eſt naturalis infrigidatio, & humectatio accidentalis. Cumq; immoderatè bibitur, inducit vigilias, calefactiones hepatis, appetitum, digeſtionem & nutrimentum minuit, lethargum, ſubeth, tremorem cordis, paralyſim oris, maximè morbum lunaticum, debilitatem neruorum, & viſus inducit, febres efficit, malum intellectum, malumq; oris fœtorem cauſat: cerebrum replet, & calorẽ ſuffocat, multaq; alia incommoda comminatur. Nequaquam autẽ vinum bibat ieiunus, aut poſt exercitium: ſi autem in neceſsitate bibat, & mordicationem induxerit, ſugat granata acria cum aqua frigida: poſt quod, & de aquis breuius pertractandum, & recurras ad primam determinationem. Reſtat videre de genere ſyruporum, ſecundum induſtriã & peritiam Medici, in æſtate ſyrupo cichoreæ, & ſyrupo bugloſſę, aut ſimilibus vtatur, & diarrhodon abbatis, vtatur etiam & ſimilibus in autumno, vtatur diabugloſſa, & in principio veris: in hyeme vtatur diambra, electuario de cinnamomo, diamuſco, zingib. cõdito, & bona tragea. Accidentia animæ horribilia, & timorem, & triſtitiam, & iracundiam inducentia vitentur: quę verò delectant, & delitiam parant, quantum ad viſum, coloris debilitas, quantum ad obiecta, quæ magis in aſpiciendo delectant. Quantum ad auditum ſonorum harmonia, vt ſunt organa, voces, & melodiæ amœnæ, fabulationes, recitationes delectabilium, & lectiones complacentiũ, & breuiter omnia, quę auditum demulcent. Quantum ad guſtum, præparentur delectabiles ſaporum, ex congruis iuuantibus: horribilitas verò vitetur omninò, quantum ad odorem, parentur amœni odores, vt poma ambræ, & ſimilia: quantum ad tactum, res, in quibus maximè delectatur in tangendo, & omnia parentur, in quibus licitè & congruè delectatur, & circa quæ verſatur imaginatio ſua ſtudioſa. Cæterùm, quia conſeruatio ſanitatis in conſeruatione ſex rerum non naturalium, quibus impoſsibile eſt humanum corpus non approximari, conſiſtit circa vſum prædictarum in debita qualitate, tempore & ordine, tua magna & ſedula verſetur intentio. Deinde, quia de theriaca facta eſt mentio, quia vtilis eſt à tota ſpecie contra morbum caducum, cùm numerantur iuuamenta eius, cuius multitudo experientia ab antiquis acquiſita: Sane theriaca ſufficiens, aut efficax remedium contra venenum, & nocumenta hominum, & propriè, quæ ſunt in venenis ex punctura ſerpentum, ſcorpionum & canis rabidi, & venenis ebibitis interficientibus, ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & febres earum, & ventoſitates malignas, ad paralyſim, epilepſiam, torturam, & ad eum, qui ſecum loquitur, & maniam, & lepram, & propriè albaras, confortat cor, & acuit ſenſus, & appetitum, cõfortat ſtomachum, alleuiat anhelitum, & delet pulſus cordis, retinet ſputum, confert ad phlegmaticos dolores renum, & veſicæ, ex qua cauſa ſoluit, & frangit lapidem in veſicam, confert ad vlcera inteſtinorum, & durities interius in hepate, & in ſplene, & in aliis ab eis vſq; ad periodicos ambarum, dolorum: & non efficit operationes has, niſi propter vim naturæ eius, & à cœlo acquiſita, & conſequentem complexionem eius reſultantem ex commiſtione ſimplicium, ita vt confortet ſpiritum calidum innatum: quare iuuatur per illud ſuper contrarietatẽ facientia, & frigida, & calida,

vt vincit earum virtutes. Amplius, qui theriaca in ſua ſanitate vtitur, præſeruatur à nocumentis peſtilẽtiæ, & venenis, & reminiſcere facit, omnes virtutes corporis reparat, ita vt videatur reſtauratiua, tota fabrica cordis denuò reſtaurata. Et proinde ſuadeo quempiam theriaca vti per totá vitam ſuam, vel minus fideliter obſecrans, vt iugiter in mane tranſglutiat de optima theriaca ad quantitatem ciceris in potu ſuo, vt longæuus & fideliter viuat.

De Epilepſia adhuc.

IN cura epilepſiæ ponatur diæta: vitet panem azymum, recẽtem, & offas nimis molles, cruſtas nimis coctas: vitet carnes bouinas, maximè porcinas & agninas, iuuenes anſeres, & anates, vitellos, lepores, ceruos, pinguia, & vnctuoſa. Sumat pullos, perdices, hœdulos, mutones iuuenes, & quandoq; de vitulo, piſces, quos accipit, ſint carnoſi, ſquamoſi, & maximè aſſati, cum bona ſalſa ex pipere, & zingibere. Vitet cæpas, allia, erucam, ſinapi, porros, frixa: vitet legumina, ſed non eorum brodia, vitet caſeum, & lac, vitet nuces, & amygdalas, auellanas, ſpinachias, & atriplices, & omnia cruda, vt lactucam & portulacam, vitet ouorum albumina, & vitella nimis cocta: ſumat vitella aliquando mollia, & maximè præparata, vitet crapulam, & maximè nocturnam, vitet coitũ, exercitium, ſomnũ immediatè poſt cibum, exercitetur antequam comedat. Bibat vinum ſubtile, mediocriter lymphatum, vitet potum aquæ: non potet ieiunus, remoueat de aſſatura, quod exterius eſt combuſtum, vitet caules & rapas per ſe, niſi vbi fuerint borrago, petroſ. vitet iram, cogitationem, ſonos magnos, vt tubarum, tympanorũ, & tonitruorum, & aſpectum rotæ molendini: vitet odorem hircorum, ſuper omnia vitet odorem apij. Et ſuper omnia teneat ventrem apertum, non comedat multum ſimul, nec comedat, nec bibat in hora paroxiſmi. Caueat à frigore ſuperfluo, & calore, & à mari. Ponet quandoq; in balneo modicum rutæ; & in cibis ſimiliter: vitet fructus recentes, pręter pira, & cotonea poſt cibum, cùm ſint cocta: vitet balnea, vẽtos, & ſuperfluam vigiliam. Teneat caput altè, fiat frequens & fortis pedum, & tibiarum frictio, maximè in hora paroxiſmi: Syrupus digerens materiam: Rec calamenti, abrotani, ſambſuci, origani, vtriuſq; ſtœchados, capillorum Veneris, endiuiæ, polypodij, fumiterræ, borragin. meliſſæ an. M. 1. aniſi, ameos, aneti, epithymi, ſenæ, electi hyſſopi, radicis enulę campanæ, pœoniæ an. ℥. 1. viſci quercini, ariſtol. rotundæ, ſpumæ maris an. ℥. 1. rutæ ℥. 2. hermodactylorum ℥. 1. mellis ℔. s. ſacchari quantum ſufficit, pro duabus libris ſyrupi, de quo ſyrupo accipiat tria cochlearia vel 4. cum 12. cochlearibus decoctionis colophoniæ, miſti in ſummo mane, & noctu, cùm intrabit lectum: nec cœnabit, niſi parum, & citò, cuius ſyrupi medietate ſumta accipiatur iſtud laxatiuum: Rec. hieræpicræ ℥. s. rheubarbari agarici an. ʒ. 1. euphorbij, eſulæ, pulpæ colocynthidis an. ℈. s. miſceatur: qua ſumta, regatur regimine pharmacati. Poſt quieſcat per ſeptem dies, vel longius, vel minus, & accipiat ſyrupum, ſicut prius, quo ſumto purgetur iterum eadem medicina, ſicut prima, ſi neceſſe videatur, addendo vel diminuendo, item ipſo poſt purgationem balneato detur illi in exitu balnei ʒ. s. theriacæ diſtemperatę cum brodio carnium, vel mithridati per tres vices, & ſi non timeas, de nimia infrigidatione cerebri phlebotometur de ſaphena, & quandoq; de vena ſub lingua, vel de cephalica. Et ſi poſt paroxiſmum vomitum poſſet prouocare, bonum eſſet, & vtile, maximè ſi ſit repletio ſtomachi ex cibo, vel humore. Item conferunt illi clyſteria, vbi ſit centaurea, pulpa colocynth. ciclamen, ſeſeleos, ſambſucus, & agaricus. Et quandoq; confert caputpurgium, factum ex cucumere aſinino, & agarico, ireos, nitro, nigella, & ſtaphyſagria cum ſemine rutæ. Item vtatur iſto electuario omni hora, qua voluerit: Rec. diacydonites, pliris an. quart. 1. ſucci roſ. zingib. conditi, roſatæ nouellę an. quart. s. carnium cydoniorum in ſaccharo conſeruatarum, dialigni, diamargariton an. ℥. 1 cubebarum, macis an. ʒ. s. ſeminis rutæ ʒ. 5. viſci quercini ℈. 2. ſem. pœoniæ Romanæ, croci an. ℈. s. omnibus tritis fortiter nutriantur, de quo poſſunt accipere ter vel quater in die ad quantitatem vnius caſtaneæ ſiue nucis, & ieiunus ſine potu, ſi voluerit cum potu, tamen pauco. Item poteſt vti illo puluere in ſuis cibis, vel in ſuis ſalſis: Rec. cinnamomi electi, caſsięligneæ, piperis an. ℥. 1. ſem. pœoniæ Romanæ ʒ. 1. viſci quercini ℈. 2. ſeſeleos ʒ. 1. croci ℈. 1. zingib. aniſi an. ℥. 2. fiat puluis ſubtiliſsimus, de quo accipiat ad quantitatem vnius dimidij cochlearis frequenter, & continuè odoret rutam, & in ſinu deferat ſemper. Et nota experimentum certum, & probatum multoties, ad cognoſcendum, vtrum epilepſia ſit curabilis, vel non: & ſi ſit curabilis, curatur cum iſtis. Primò fiant illæ pillulæ: Rec. ſeſeleos, ariſtol. longæ, caſtorei, ſalis nitri an. ʒ. 4. rad pœoniæ, trochiſcorum ſquilliticorum an. ʒ. 6. hieræpicræ, ſtœchad. epithymi an. ʒ. 10. polypodij ʒ. s. agarici ʒ. 12. interioris colocynth. ʒ. 11. turbith electi ʒ. 15. myrobalanorum Indorum, belliricorũ, emblicorũ an. ʒ. 3. lapidis lazuli abluti ʒ. 13. myrobalanorum citrinorum, hellebori nigri, chamædryos, chamæpityos an. ʒ 8. terantur, & cribrellentur, & cũ aceto ſquillitico temperentur, fiant pillulæ. Prius tamen digeratur materia cum aliquo ſyruporum electo, à practicis poſito: deinde exhibeantur patienti 3. pillulæ de prædictis, & ſi ſatis ſubitò cadat, poſt receptionem pillulæ curabilis eſt: ſi verò non cadat, incurabilis eſt, & caue, ne corpꝰ fiat repletũ, quia patiens citò ſuffocaretur. Vel ſic purgetur, primò cum phlebotomia, vel pharmacia aliqua, ſecundum quod materia eſt peccans: & tunc exhibeantur prædictæ pillulæ, & regatur regimine bono, & curabitur ſine dubio: omne enim hoc in pluribus experimentatum infallibiliter eſt.

De regimine Infantium præſeruatiuo ab Epilepſia.

REGIMEN pręſeruatiuum infantium ab epilepſia tale eſt: mater quamdiu prægnás eſt, & nutrix quamdiu lactat, vitare ſuperfluũ potum, & omnes fructus, exceptis ficubus, vuis paſsis, nucibus, amygdalis, auellanis aſsis, piſcibus non ſquamoſis, & cęteris elixis, ſi fuerint recẽtes, & porcello lacten-

te, & anate, atriplice, & apio. Item vtatur vtraq; scilicet mater, quamdiu pręgnans est, & nutrix subscripta confectione: Rec. corticis interioris, cinnamomi dulcis ℥.1. salis nitri ℥.s. nucis muscatæ, cardamomi, coriandri præparati an. ℥.2. rosarum rub. rasuræ eboris an. ʒ.1. cubebarum ʒ.s. sambsuci, myrtillorum, olibani an. ʒ.1. panis sacchari ℔.2. fiat tabula, de qua sumatur, quantum placet in A introitu lecti, sed sit ad minus ℥.s. sine potu: in defectu verò prædictę tabulæ sumantur ad plus 20. grana vuarum passarum mundatarum, vel ad minus 12. cum tribus amygdalis mundatis, & assis: infans autem portet smaragdum ad collum, & in iacendo teneat caput super puluinar, factum de farina panicis.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE ESV CARNIVM, PRO SVSTENTATIONE ORDINIS CARTVSIENSIS, CONtra Iacobitas.



ADVERSVM me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebát B vinũ. Christus his verbis conqueritur de Pharisæis, & legis peritis, quibus datum erat sedere in porta regni Dei, dupliciter: scil. per auctoritatem iudicandi, & per quietem contemplandi. Quæ porta est scientia legis, & mandatorum Dei, de qua scientia scriptum est in psalmo: Hæc est porta iustitiæ, &c. Et huius scientiæ, vel doctrinæ vinum bibebát: documenta namq; siue præcepta veteris testamenti vino C comparantur eo, quia pungitiua fuerũt populo veteri: nam punctiones timore temporalis pęnę obseruabantur. Documẽta enim noui testamenti comparátur lacti, quia suauitate gratiæ & amoris seruantur tátummodo. Et ideo dicitur in canticis: Meliora sunt vbera tua vino. Eisdem ergo verbis, quibus conqueritur sponsus æternus de illis, qui gloriantur de peritia legis diuinæ. Conqueritur eius spósa, scilicet ordo Cartusiensium de regularibus, & secularibus clericis, qui ad gu- D standum sapientiæ diuinæ dulcedinem sunt admissi, quoniam absq; freno pudoris, cõtemnunt, dicentes, quòd eius status sit periculosus, idcircò quia languentibus in extrema necessitate, carnes non concedantur. Ex hoc arguunt, quòd personæ dicti ordinis ex defectu charitatis in tali casu periculũ damnationis æternæ incurrunt: quamobrem conquerendo dicit eadem sponsa in canticis: Percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt mihi pallium meum, percusserunt molestá- E do, vulnerauerunt diffamando, tulerunt pallium meum condemnando: nam pallium protegens ab æternis algoribus est charitas: hæc est enim illa vestis nuptialis, pro qua Dominus ait in Euangelio, quòd exclusus fuit à sacra mẽsa, quod eam non habuerit, & ideo condemnantur ęternaliter, qui auferũt ipsam. Percusserunt ergo baculo detractionis, vulnerauerunt gladio diffamationis, tulerũt pallium meum vnguibus fallacis opinio- F nis. Huiusmodi enim opinio in se falsa est, & profana: quia expressè sapit hæreticam prauitatem, est in radice sua phantastica & mendosa. Quod autem sit falsa, declaratur ex hoc, quia quod ex summa fit charitate, non adimit charitatem: cùm ergo regulariter in ordine Cartusiensi carnes denegentur quibuslibet Regulæ subiectis, virtute generalis statuti, constat, quòd non sit in odium proximi, sed solùm amore Domini, qui amor iam ad obseruationem constitutionis illius omnes & singulos obligauit. Ridiculum, & abusiuum est dicere, quòd aliquis ad obseruandum statutum omninò esum carnium denegans, se obliget ad illud, nisi amore Dei: sed illa charitas est suprema, quæ Deum respicit pro obiecto: ergo falsum erit assentire, vel asserere, quòd charitati aduersantur filij prædicti ordinis in denegando carnes languentibus, cùm illud faciant constitutioni generali, propter Deum obediendo, & nunquam in odium proximi. Quod autem prædicta opinio sapiat hæresim, & inde sit profana, per hoc declaratur: quoniam vt habetur ex sacrorum traditionibus canonum, hæreticus est, qui Romanę Ecclesiæ aduersatur, & qui nouum dogma fingit in his, quæ pertinent ad vniuersalem statum fidelium: itaque vtroq; reatum inuoluitur auctor prædictæ opinionis tacitè vel latenter. Constat enim, quòd Romana Ecclesia, quæ de ordine supradicto tanquam pulcerrima, & gratiosissima filia gloriatur, & approbat statum, & tolerat statuta ipsius, non solùm moderna, sed magis antiqua, quorum nullum antiquius isto: qui ergo statutum hoc improbat, consequenter aduersatur vel approbationi Ecclesiæ Romanæ, vel tolerantiæ ipsius, quapropter est aduersarius illius. Fingit quoque tacitè nouum dogma, quia supponit, quòd languidi nequeunt interdum à mortis periculo sine esu carnium liberari: & per consequens docet esse necessarium vti carnibus ad vitæ longitudinem consequendam. Antecedens autem huius consequentiæ est radix totius opinionis, & cõtrouersiæ, quam radicem ostendunt esse phantasticam, & mendosam considerationes medicinales, quæ solidis innituntur rationibus. Inquiunt enim peritissimi Medicorũ, quòd mortis periculum non timetur in languido, nisi virtutis vitalis defectus emineat: illa namque deficiente, necesse est, vt vita deficiat: hæc autem, vt aiunt, eleganter nequit in ægris deficere, nisi vel propter malitiá morbi, resoluentis causa, vel propter defectum alimenti conseruantis & restaurantis perditionem ipsius. Et in vtroq; casu languens euadit mortis periculum per abscisionem causæ prosternentis virtutem prædictam, in primo per medicationem congruè dissipantem, ægritudinis acerbitatem: in secundo verò per exhibitio-

hibitionem alimenti, celeriter confortantis, & re-
staurantis virtutem prædictam: nec est tutum in
proposito remedia permutare. Nam vt princeps
clarissimus Medicorum, scil. Hippocr. ait in ægri-
tudinum regimento: si deficientibus præ furia
morbi cibus exhibeatur suffocationis, vel alteri⁹
vexationis grauamine superaddito, vitam cogũ-
tur finire celeriùs: deficientibus autem propter
penuriam alimenti, si denegetur cibus, & medi-
cationi subdátur, exspirant velociùs tabefacti. Ex
quibus patet, quòd cùm carnes ad edendum nõ
propinentur, nisi pro alimento, quòd carnes ad
deliberandum ægrum, qui timetur deficere præ
morbi malignitate, nõ proderunt, sed nocebunt:
deficienti verò propter alimenti penuriam, si car-
nes exhibentur, proculdubio confortabunt vir-
tutem prædictam: sed tamen ad eam tunc con-
fortandam, & reparandam non est necessarium,
vt cibus carnium magis exhibeatur, quàm alte-
rius alimenti, quod patet ex eo, quod dictum est,
scil. quòd deficienti propter hãc causam debetur
alimentum velocissimè, & abundanter reparans
virtutem deficientem. Talia enim sunt vinum, &
vitella ouorum sorbilia, vt testantur Medici sic
probantes, quòd nihil ita abundanter & velocis-
simè potest virtutẽ reparare in corde: & per con-
sequens in arteriis cunctorum membrorum, nisi
potens fuerit, velocissimè generare spiritus co-
piosos in membris prædictis: tale verò alimentũ
est, quod in laudabilem, & multum sanguinem
velocissima digestione conuertitur, quale est il-
lud, quod habet qualitates conformes naturali-
ter sanguinei, & in sua substãtia paucissimas con-
gerit fæces: imò habet substantiam adeò puram,
quòd quasi tota mutatur in sanguinem. Prę cun-
ctis verò nutrientibus habent in his prærogatiuã
hæc duo, videlicet mediocre vinum, maximè aro
maticum, & vitella ouorum. Cæteris verò aliqua
prædictarum conditionum deest: nam si genera-
tiua multi sanguinis fuerint, aut non ita citò in
sanguinem conuertentur, vel non ita purum, aut
econuerso: quia si adeò celeriter in sanguinem
conuertantur, vt ista non tantus erit, vel non tam
purus. Brodia quidem carnium, & earum succi,
vel latenter, vel apparenter abundant in vnctuo-
sitate superflua, quæ est potius pabulum caloris
extranei, quàm materia sanguinis puri, & spiri-
tuum laudabilium. Ex his ergo est manifestum,
quòd languentes, quibus defectus virtutis vita-
lis causatur ab alimenti penuria, mortis periculũ
ingerit citius ac securius, eis succurritur per ex-
hibitionem ouorum & vini, quàm carnium: vn-
de patet, quòd non est necessarium carnes admi-
nistrare languentibus, ad euitãdum scilicet mor-
tis periculum: quapropter oppositum asserens
ꝓfanum inuenit nouitatem, aut ex malitia, sicut
Iudæi, qui studiosè impugnant veritatem mani-
festam propter odium Christi. Similiter, & qui
perfectioni Cartusiensium inuident, non erube-
scunt aduersus eos calumnias falsitatis adinue-
nire, aut ex concupiscentia, vel animi languore,
seu passione: nam passionati, vt ait Philosophus,
malè iudicant de veritate virtutum moralium: si-
cut incontinens & gulosus de medio, in quo tem
perantia consistit: quoniam ibi quandoq; dicunt
temperamentum esse vsum Veneris & escarum,

A vbi proculdubio est superfluus: Sic & amatores
carnium præ concupiscentia ipsarum, languente
animo & obnebulato rectè iudicare nequeunt de
ipsarum effectu in sanabili corpore, quibus eue-
nit, sicut Medico intemperato & stolido, qui de
seipso facit indifferenter regulam aliorũ: & ideò
quæ sibi prodesse nouerit, aut placuerit, cæteris
nedum sanis, verumetiam ægris testatur esse salu
bria, & ad vtendum eis hortatur, tanquam neces-
sariis, vel ad regimen sanitatis, vel morbi curatio-
B nem: ita & his ad euasionem periculi carnium e-
sum necessarium esse languẽtibus asserunt: sicut
& assueti bibere tantùm aquam puram & frigi-
dam, cõstanter affirmant ægros absq; potu ipsius
liberari non posse. Tertiò verò cõtingit aliquibus
illud asserere præ ignorantia, & maximè physica-
lium considerationum, quarum est determinare
naturam, & rationem atq; diuersitatem eorum,
quæ possunt vitam corporalem sustentare, siue
protrahere, vel periculum eius recta contrarieta-
C te ducta ad suam causam abscindere, sicut patet
ex distinctione causarum introducentium defe-
ctum virtutis vitalis, suprà memoratæ: & etiam
ex distinctione virtutum, quam Medicus tradi-
dit, dicẽs, quòd earum quędam est, per quam an-
helitus exercetur, & pulsus in toto corpore, sine
qua nequit in aliqua parte corporis vllus actus
vitæ manifestari. Et ideo vocauit hanc absolutè
vitalem: alia autẽ est, per quam exercetur cogni-
tio, quæ pertinet animali, sicut sentire, imaginari,
D existimare, & memorari, ꝓpter quod animalem
cognitiuam nominat eam. Alia aũt est, per quam
motus voluntarius exercetur: & ideo cõgruè vo-
cat eam animalem, motiuam voluntario motu.
Considerans igitur sapiens Medicus prædictarũ
virtutum diuersitatem, rationabiliter distinguit
inter confortantia, dicens, quòd ad confortatio-
nem virtutis vitalis & cognitiuæ plùs valent ali-
menta subtilia, & quæ in sanguinem purum faci-
lè cõuertuntur: quia illæ virtutes perficiunt spe-
E cialiter operationes suas multitudine spirituum
laudabilium, qui generantur ex sanguine puro,
& temperato. Ad confortationem verò virtutis
motiuę supradictę prosunt amplius cibaria gros-
sa, quæ densum & tenacem, seu glutinosum gene
rant sanguinem: quoniam motus voluntarius
perficitur soliditate, seu robore neruorum, & la-
certorum: sanguis verò densus & tenax, membra
facit robusta & valida: quoniam difficulter ab
F eis per motum & laborem humiditas nutrimen-
talis resoluitur. Cùm ergo respectu vini electi, &
vitellorum ouorum tenacem sanguinẽ generent
carnes, constat secundum hoc respectu illorum
commodiores erũt ad imprimendũ robur mem-
bris languentibus, propter alimenti penuriã: sed
ad ea viuificanda illa erunt vtiliora. Per hõc enim
maximè detegitur error prædictorum: nam (vt
ait Galenus) non est necessaria confortatio virtu
tis motiuæ in ægris decumbentibus, quia modi-
cum indigent operatione ipsius, quapropter nec
G carnibus indigent necessariò. Ex quo apparet,
quòd assertores oppositi prædictas Medicorum
ignorant distinctiones: & ideo sicut ignari virtu-
tis nominum, quibus vtantur, sibi ipsis paralogi-
sant, & propriis argumentis falluntur, cùm illud
quod est necessarium ad confortationem vnius

virtutis, dicunt esse necessarium ad confortationem, vel reparationem alterius. Ex quibus patet, quòd eorum opinio phantastica deluditur cogitatu, cùm sit eis contraria doctrina Medicorum, quibus conuenit specialiter in hac materia agnoscere veritatem. Nec eis dicere potestis, quòd documenta sacræ Scripturę prębeant fulcimentum eorum assertioni: quia nusquam legitur, quod carnium esus necessarius sit languentibus, cùm tamen hoc de vino legatur. Ait enim Apostolus ad Timothæum: modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Ait etiam ad Romanos: qui infirmus est, olera manducet, & non dicit carnes. De pane quoq; & vino, quòd confortent virtutē vitalem, expressè dicit Psalmista, quod vinū lætificat cor hominis, & panis confirmat ipsum: cor autem principium est, & materia virtutis vitalis, & omne lætificans cor, confortat virtutem vitalem. Quòd si opera Domini attendantur, quibus vt exemplis instruimur dicēte Apostolo: quòd omnis Christi actio nostra est instructio, reperimus nō prębuisse carnes his, quibus timetur virtutis vitalis defectio, sed panem, & pisces. Ait enim, vt habetur Marci 8. misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos in domo sua, deficiēt in via. Cùm ergo triduo ieiunassent, & aliqui eorum essent infirmi (quia multi eum sequebantur, vt à languoribus sanarentur, sicut habetur Lucæ 6. & etiam Ioan. 8.) patēter instruimur ex opere Domini, qui errare non potest, quod ad euitandum in languidis defectum virtutis vitalis minantem periculum mortis, propter alimenti penuriam, non est necessarium carnes administrare: quia aliàs dedisset discipulis suis Dominus exemplum erroneum, vel diminutū, & imperfectum, quod nefas est opinari. Legitur quoq; primo Regum 3. quòd puero Amalechitarum, qui nudiustertius cœperat ęgrotare, nec tribus diebus, vel noctibus comederat, vel biberat, Dauid fecit offerri panē, & aquā, & fragmentum massæ caricarum, & duas ligaturas vuæ passę, qui cùm comedisset, vt habetur ibi, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: constat autem, quòd reuersio spiritus, & refocillatio nihil aliud sunt, nisi reparatio virtutis deficientis. Vnde patet, quòd in quibus deficit virtus propter penuriam cibi, non est carnium vsus necessarius. Quis etiam audet asserere, quòd nemo vitæ longitudinem consequatur sine vsu carnium, cùm in monasteriis Cartusienses octogenarij, & cētenarij mundorum sensuum crebro inueniantur. Constat etiam, quòd in prima ætate mundi vixerūt homines diutius, quàm in aliqua aliarum: in qua tamen nulli communiter vescebantur carnibus, sed terræ nascentibus: adde, siquidem fuit dictum: comedes herbas. Noe verò & filiis eius, à quibus inchoauit secunda ętas, dictum est: omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Illā verò primi temporis victus tenuitatē cōmendat. Boetius in libro de consolatione, dicens: Fœlix nimium prior ætas cōtenta fidelibus aruis. Nec inerti perdita luxu, faciliq; sera solebat ieiunia soluere glande. Quo contra nos dicere possumus, infelices & miseri illi sunt, qui cęlibem vitam professi, denuò statuūt oculos suos declinare in terram, & ollas carnium Ægyptiacas suspirantes, cœleste manna fastidiunt: at per hoc ad sepulchra concupiscentia à Domino prosternuntur. Completurq; in eis illud psalmi: sepulchrum patens, est guttur eorum: hoc est, gutturis ingluuies manifesta est causa perditionis ipsorum. Igitur qui potest ascendere montem obseruantiæ Cartusien. audacter ascendat: quoniā ibidem pascuis mundioribus refocillabitur cor ipsius. At verò quicunq; sunt mundiores corde, limpidius vident Deum, Domino dicente: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hi verò clarius ipsum cernunt, quibus familiarius ipse loquitur. Qui verò verticem huius montis ascenderit, cibabitur manna deuotionis, & adipe frumenti, videlicet ex nimia charitate Christi, & hoc pane cōfirmabitur cor ipsius, & vino amoris agni cœlestis, inebriatus dormiet, non sentiendo mundana: & requiescet in pace bonę voluntatis, ipsius iucunditatem sperando æternarum deliciarum. Qui verò montem prædictum ascendere non valuerit, seu noluerit, ambulet per loca demissiora, iustus in opere, & rectus in corde, vt lucem consequatur immarcessibilem, & lætitiam sempiternam: quia iusto lux oritur, & rectis corde lætitia. Quomodo verò in proposito iustè & rectè ambulet, docet Apostolus, inquiens ad Romanos 14. Qui manducat, non manducantē non spernat: & qui non manducat, manducantē non iudicet. Non igitur vltrà, quâm liceat, de proximis iudicemus, maximè cùm non deceat, nec expediat: sed illi relinquimus iudicium, cuius oculis cuncta patent, & cui est laus & gloria.

ARNALDI DE VILLA NOVA RECEPTA ELECTVARII MIRABILIS PRAESERVANTIS AB EPIDIMIA, ET CONFORTANTIS MINERAM OMNIUM VIRTUTUM.



ACCIPE roris Maialis, collecti de mundissimis herbis, quantum videbitur tibi, & destilla p alembicum de vitro: postea accipe saccharum albissimum in quantitate proportionabili, ad ipsum rorem, scil. ad libram roris destillati ℥.4. sacchari: postea ad lentum ignē de lignis salicis siccis, & sine fumo dissolue saccharum prędictū in ipso rore, & fac bullire leuiter & studiosè, vsq; ad consumtionem ipsius roris, quo deposito ab igne, pone in vase mundo argenteo, vel terreo vernisato, aut vitreo. Et tunc habeas de aqua florum pomi citri destillata per alembicum vitri,

vitri, quòd si de prędictis floribus habere non poteris, destilla aquam corticis pomi citri eleuando ipsam corticem simul cum aliquantulo de albo, sed valde parum: & accipe de ipsa aqua vnciam I. Item ℥.I. aquæ similiter destillatæ, melissæ siue citrariæ, quæ alio vulgari nomine vocatur tarongina: & dictas duas aquas, de qualibet vnciam vnam incorpora ad Solem fortissimè, cum supradicto saccharo bene agitando cum spatula: & sic permitte stare in vase, panno subtili cooperto per aliquod spatium, scilicet per duos vel tres dies, donec inspissetur. Postea extrahe aquam de sanguine humano mundissimo, ac purissimo, & sanissimi hominis: tamen non mulieris, & iuuenis, & recentissimus, qui poterit haberi, destilletur, per alembicum de vitro ter: aqua ista vocatur hycohy. Tunc accipe mediam vnciam de electissimo sanguine draconis, & distempera cum duabus vnciis ipsius aquæ hycohy, & postea misce totũ simul cum iam supradicto saccharo, & fortiter incorporetur ad Solem: deinde habeas 4.℈.I. ad pódus 4. denariorum, de puluere croci orientalis & I.℈. de electissimo balsamo, & ℈.s. de musco optimo, & simul cum prædictis omnibus incorpora fortiter ad vmbram suauis caloris in vase argenteo. Item habeas ℥.s. de pul. ros. siccarum: Item ℥. I. lignialoes peroptimi, subrufi, bene & subtiliter puluerisati: & aspergendo hos puluers super dictam massam incorpora fortiter: & sic permitte vas coopertum dicto panno, donec exsiccetur: & sic reserua, & semper conseruatur. Est tamen bonum, quod ponatur aliquãdo ad lentum Solem. Additur etiam pro personis quinquaginta annorum, & supra scrupulum vnum auri de payuola, quod aurum est in modum folij subtilis, propter suam præciositatem, coralli rubei puluerisati ℈. s. margaritarum electarum orientalium ℥. s. Notandum autem, quòd in his proportio est seruanda secundum hanc formam in maioribus ponderibus, vel minoribus. Est autem cauendum summè, ne dictus ros corruptus sit, sed recens, quod per eius turbulentiam, & acerbitatem, & odoris grauedinem cognosci potest. Vsus autem huius medicinæ talis est: in mense, vel in septimana semel secũdum indigentiam vniuscuiusq;, in quantitate, videlicet vnius nucis mediocris, id est, vnius bonæ auellanæ accipiatur cum vino albo, vel aurei coloris purissimo, maturo & odorifero, calido tamen: cum quo prædictum electuarium

A dissoluatur, & sic bene tepidum bibatur ante auroram, & per totam noctem antè steterit in prędicto vino aliquantulum de lignoaloes, nõ côquassato, sed integro: & stet ibi etiam dum calefiet, pòstea reseruetur. Statim autem cùm illud biberit patiens, intret lectum, & caueat à frigore: nec inde surgat, nec comedat, vel bibat, donec sudauerit per totum corpus vniuersaliter: ita quòd transierint ad minus quatuor horæ, scilicet postquã ipsam medicinam sumserit, vsq; ad horam, qua sumet cibum: & tunc comedat bona, & electa, & tẽ

B peratè. ¶ Hęc est vtilitas huius medicinæ accipiẽtis, cor lætificat, calorem naturalem, & spiritus, & principalia membra adiuuat, confortat humidum radicale, ab omni accidẽtali & festinanti corruptione conseruat, corruptioni stomachi & venarum obuiat, ab ęgritudinibus pestilentibus, & ab omnibus venenis conseruat, venenum consũmit & fugat, totum corpus ab humoribus corruptis & superfluis per subtilissimam resolutionẽ,

C & euaporationem per circũferentiam totius corporis purgat & mũdat: iuuẽtutẽ plongat, senectutẽ retardat: hominẽ in suo vigore naturali tenet, & cõseruat, ac periodũ eius facit sine ægritudinib. terminari, vniuersaliter omnib. ægritudinib. omnib. ætatib. cõplexionib. & temporib. confert: sed maximè debet sumi tẽpore epidimiæ & pestilentiæ. Quãdo pomi citri nõ possunt haberi, accipias saluiã, scolopend. buglossam, de qualibet M. 2. & florum roris marini M. 2. & abstrahatur inde aqua

D per alembicum de vitro, & ponatur cum prædicta aq. ℥. I. rad. ireos, & ministretur de ipsa quantũ est aq. citri. s. ℥. I. Omnes aũt destillationes prędictę fiant per alembicum de vitro: quia multò melior destillatio est, & naturalior. Vas etiã, in quo dictum electuarium cõseruatur, debet habere orificium, factũ ad modũ vẽtosæ. Si aũt electuariũ sæpè dictum, non posset de facili fermẽtari, pone ipsum vas cũ electuario bene clausum, ne aliquid valeat subintrare in sacco, seu arca furfuris triti-

E cei: & ibi bene sepelias, & sit ibi, donec ipsum videas bene fermentatũ. Et quia contingit aliquando, imò valde necessariũ est, vt guttosi, siue ex causa, seu materia calida, siue ex cholera recipiant, qui per prędicta impediri possent, vt dictum electuarium in eis efficaciam nõ haberet, ordinetur quod per duos vel tres dies antè bibant tales oxysacch: simplicem, & postea de ipso electuario recipiant in nomine Domini.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE ORNATV MVLIERVM.

QVANDO vult Domina corpus suũ depurare ab omni sorditie, intret primitus balneum, sed nõ nimis calidũ, quia com bureretur superficies corij, & fierẽt inde bardi, & pustulæ in facie, vel in aliis partibus: deinde intus in balneo remoueat cum psilotro superfluos pilos, vbicunque sint, per hunc modum: Recipe pulueris calcis viuę vncias quatuor auripigmen. ℥. I. cymini ℥. I. isti tres pulueres po-

G nantur in quadam olla noua parua, in qua sit a-

F qua feruens, & bulliat parum totum mouendo cum ligno, & remoueatur ab igne, & ponatur aliquantulum de cinere: signa decoctionis sunt, si mittitur pluma gallinæ intus depilatur. Vngatur locus pilosus, & post paucam horam cum manu remoueatur: deinde vngatur locus cum furfure remollito in aqua calida, vt locus excorietur, & furfur sit inuolutum in panno lineo, quando remollietur. ¶ Fit alio modo psilotrum: tere omnes supradictos pulueres in panno lato, vel sacculo, in aquam bullientem pone, & tandiu dimitte bullire, donec coctum sit eadem

probatione decoctionis, ex illa aqua vngatur lo-
cus pilosus. ¶ Fit alio modo, mirabiliter: quia
remouet ab omnibus locis pilos. Accipiantur
tres partes aquæ in quadã scutella terrea, & qua-
tuor de calce viua, & totum stet per 3. dies, colet,
& in colatura ponantur iterum 6. partes calcis vi
uæ: deinde ponatur ad Solem cum 6. vel 7. parti-
bus auripigmenti: & si nimis spissum fuerit, pona
tur aqua, & si nimis clarum, calx & auripigmen-
tum decoctionis, vt suprà. ¶ Psilotrum ad remo-
uendum pilos de facie, corium attenuandum, &
remouendum corium maculosum, & pánosum,
& ad faciendum pulcrum colorem: ℞. succum fo-
liorum cucumeris agrestis, lac amygd. amar. an.
℔. s. bulliant cum auripigmento, & calce ad ignẽ:
postea ponatur ibi parum de galbano remollito
per diem & noctem in vino duro, & simul coqua
tur: hoc bene decocto substantia galbani remo-
ueatur, & ponatur oleum ros. vel viol. Signa de-
coctionis sunt, vt suprà: si forte nõ fuerit satis, po
natur calx, & auripigmentum, commisceatur pa
rum de puluere masticis, ros. cymini, caryophyll.
nucismus. quia per comestionem istarum specie-
rum aliquantulũ redolet. Cùm igitur aliqua Do-
mina ex hoc psilotro se inũxerit, sedeat in stupha
non multum calida, & non multum fricet se: quia
membra fricata, quandoq; scoriantur, cũ per ali-
quam horam sederit, extrahere pilos tentet, si le-
uiter cadant, faciat aquam tepidam super se mit-
ti, & trahat palmam suauiter, vt pili cadant: hoc fa
cto intret aquam tepidam, & lauet se bene, postea
accipiat furfur, & distemperet cum aqua tepida,
& coletur: de hac colatura lauetur se: quia bene
mundificat faciem, & cutem, & si remanserit ibi
aliqua arsura, accipiat sanguinem gallinæ, & di-
stemperet cum albumine ouorum, & inungat lo
ca supradicta: quia eam remouet, cutem reddit
lucidam & lenem: hinc abluatur se aqua tepida,
& exeat à dicta stupha. ¶ Aliud virtuosum fit ad
remouendum pilos, si velis de facie, vel de alio lo-
co, vt ex tota radice: ℞. colophoniæ ℥. 10. armonia
ci ʒ. 2. masticis bora. ceræ an. ℥. 1. resoluatur totum
parum, postea pistetur & fricetur in manus ad i-
gnem, & postea ponatur supra locum cal. sub for
ma emplastri, deprimendo manum, vt melius se
teneat: & post paululum remoueatur subitò, & si
omnes pili in vna vice non fuerint eradicati, re-
ponatur iterum, & potest illud psilotrum reser-
uari per annos duos. ¶ Potest etiam fieri: ℞. colo-
phoniæ ℥. 1. armoniaci ʒ. s. hoc totum fundatur in
patella, & minando ponitur subitò in aqua frigi-
da, malaxetur sicut cera ad ignem: postea in aliã
aquam redigatur, & etiam in tertiam aquam, vt
pulcrius fiat, & operetur de eo, sicut de alio psilo-
tro ad pilos, & ad corium: potest reiterari ter vel
quater.

Prohibentia [pi]los renasci.

¶ Pili remouentur artificialiter medicinis
vel pincetis, vt nunquam regenerentur: ℞. ouo-
rum formicarum ℥. 2. & confice cum succo hyo-
scyami, & sanguine vespertilonis, & cum hoc fri-
cetur locus, in quo pili eradicati fuerint bis vel
ter in die, & nunquam renascentur. ¶ Alio modo:
Recipe calcem viuam, auripigmen. & stercus la-
certi coctũ aut in aceto, addita multo succo hyo-
scyami coquatur: deinde locus vngatur, & nun-
quam renascentur. ¶ Item aliud: Recipe oua for-
micarum, succum hederę, & auripigmentum, bul
liant in aceto, & facit idem. ¶ Aliud: coquatur eri-
tius diu in oleo, & postea cum eodem oleo tem-
perentur oua formicarum, vel sanguis testitudi-
nis, vel de rana, quodlibet istorum valet per se, &
maximè si componantur. ¶ Aliud: Recipe ouo-
rum formicarum pondus duodecim. de calce vi-
ua, & auripig. ana pondus 4. denar. & de sapone
℥. 1. aceti ʒ. s. sed omnia coquantur in quadam ol-
la parua, & fiat vnguentum, de quo locus pilosus
vngatur, & postea lauetur cum aceto, vel succo
hyoscyami, vel cum aceto, in quo bullitum fuerit
psyllium, vel se. hyoscyami, & opio thebaico cum
aceto, vel cum aqua vitæ, vel cum oleo ros. vel
viol. admisto, vel cum humore de canna, quando
crematur viridis. ¶ Item aliud: vngatur locus, in
quo eradicati fuerint pili cum felle anguillæ ma-
sculinæ, misto cum oleo ros. vel sanguin. vesperti-
lionis. ¶ Aliud: Recipe auripigmen. rad. lilij sem.
papauer. cum succo hyoscyam. temperetur cum
sanguine vespertilionis. ¶ Item aliud: vngatur lo-
cus cum oleo, sem. hyoscyam. misto cum puluere
auripigmen 5. vel 6. vicibus. ¶ Oleum hyoscyam.
sic fit: ℞. se. hyoscyam. tritum, & in quodam folio
caul. inuolutum, & sub caliuo coquatur, postea
exprimatur per quendam pannum lineum, & il-
lud quod exstillat dicitur oleum, & reseruetur in
vitro. ¶ Sanguis ex vespertilionibus sic extraha-
tur, decollatur sub aure, & sicut fluit calidus, sic
ponitur: iste sang. & supradicta omnia simplicia
& composita auferunt pilos ad tempus, & in per
petuum, si multoties ponantur fricando locum.

Facientia capillos flauos.

FLAVI fiunt capilli, si bulliat in aqua clara
cinis vitis, cum palea hordei, & fusceto, & ligno
liquiritiæ excorticato, & trito pomo citri: colatur
& factum est lixiuium, lauatur caput, & per se de-
siccentur capilli. Hoc autem fiat sæpe, & erunt ca
pilli lucidi, & flaui vt aurum. ¶ Aliud: accipiatur
rasura buxi in multa quantitate, stœchados ci-
trin. lignum liquiritiæ tritum, radix vngulæ ca-
ballinæ, capilli Vener. & ponitur aliquantulum
de croco, coquantur in aqua, colatura lauetur ca-
put, quando se pectinauerit, madefiat pecten ad
Solem cum illo lixiuio supradicto. Ista supradi-
cta, quæ faciunt capillos flauos, faciunt spissos &
longos, remouent tineas, quæ frangunt ipsos, &
post omnes ablutiones supradictas, quando pili
desiccati fuerint, Domina manus in oleo vitelli-
no ponat supra capillos, suauiter ipsos vnguen-
do ¶ Oleum vitellinum sic fit: Recipe vitella o-
uorum coctorum sub caliuo, & in quadam lami-
na ferrea fricentur agitando supra ignem cum li-
gno, & dissoluetur, sic misceatur in alia caccia fer
ri, seruetur in vitro.

Ad fissuras & tineam in capite.

SI TINEAE fuerint in capite, & fissuræ ali-
quando propter phlegma salsum: aut pro-
pter choleram rubeam, quibus subuenien-
dum est cum viscositate psyllij, lini, fœnugræci,
& lupinorum, si senex sit, valet ad hoc balneum,
si Domina gracilis fuerit, humida cibaria, quies
& gaudium: & si pinguis, fiat per contrarium. A-
liud: fac lixiuium de cinere vitis, in quo rubus co
quatur, & misceatur puluis aluminis, auripigmẽ-
ti & croci, seruetur, & madefiant capilli, stent sic
per totam noctem & diem. In sequenti die laue-
tur cum lixiuio vitis, & paleæ hordei, & stœchad.
citrinæ, liquiritiæ, lupinorum, & croci.

Facientia capillos albos.

TINCTVRA ad capillos albos: R. ſtercoris hirundinis, enulæ ſiccæ, ſulphuris an. miſce cum felle bouis, & aceto, & vngátur capilli: prius tamẽ ſuffumigentur cum ſulphure, & erunt albi, & cũ albeſcunt, vngátur cum oleo albo.

Facientia nigra.

¶ Vt nigri fiát capilli diſtemperetur alcanna cum oleo, & vngatur. Item decoquatur in oleo lacertus abſciſſo capite & cauda, & cûm vngantur capilli ſæpe, erũt nigri, longi & pulcri. Itẽ coquantur cortices maligranati dulcis, & citri, & cortices nucis in aceto, coletur & colaturæ miſceatur puluis gallarum atramenti: & cum hoc vngantur capilli, & ſupercilia. Caueatis tamen, ne caro vngatur, quia difficile remouerentur.

VT SVPERCILIA nigra fiant: R. ℥. 1. gallarum frixarum in oleo calido, quòd fortiter crepentur, ſalis armoniaci, carthami an. ℥. 1. ex iſtis fiat puluis, & ſeruetur: & quando volueris, pone in ſuperciliis, & palpebris temperatis cum aqua, vel aceto, in quo ſit coct9 cortex nucis, vel cypreſſi, vel leuiſtici, vel alcannæ vel corticis rubi, vel mori celſi: & fiat emplaſtrum ſuperciliis, & ſic inuolutum in foliis bletæ teneat per diem vel noctem: poſtea lauetur cum aqua calida: Item poteſt diſtemperari dictus puluis cum aqua alcannæ. ¶ Aliud ad idem: Recipe cortices nucis, alcannæ, aluminis, coquantur in oleo, & vngantur capilli, & ſupercilia bis vel ter in die. ¶ Ad idem: Recipe gallarum frixarum in oleo ʒ. 20. feretri, aſari, vitreoli an. ℥. 10. alcannæ indi. ſalis armon. an. ʒ. 7. fiat pul. & temperetur cum aqua, & ponatur, vel cum aqua decoctionis calcis, lythargiri, ceræ, & nõ eſt melior iſto. ¶ Ad capillos denigrandos: R. gallarum ℥. 1. frigantur & pul. Item: R. feretri ʒ. 3. ſalis armo. vitreoli an. ℥. 1. calcis viuæ ℥. s. fiat pul. & pone cum aqua decoct. nucum, vel maligranat. iſta eſt mirabilis, & bona. ¶ De ſimplicibus medicinis, quę tingunt capillos & faciunt nigros, ſpecialiter dicemus, & ſunt hæc: Sem. myrrhæ, ſem. papauer. nigri, cortex nucum, mori celſi, ſumach, alcanna, folia & lac ficus, folia cypreſsi, fumus picis liquidę, fumuſterræ, quodlibet iſtorum per ſe denigrat capillos, & maximè ſi cõpoſita ſint. Notandum eſt, quod capilli dum vncti ſint, & tincti fuerint, per ſe debẽt exſiccari, poſtea poſſunt ablui & dirigi, &c.

Ad faciendũ naſci capillos & creſcere.

VT creſcant capilli, & naſcantur, & longi fiant & plani, & ſpiſsi, lauentur cum aqua decoct. acrimoniæ, ſtercor. lacerti ſine capite & cauda, corticis vlmi, & verbenæ, corti. ſalicis, abſynthij, abrotani, ſem. lini combuſti, pul. rad. cannæ, vel cinis eius, & lauentur cum lacte capræ miſto. ¶ Aliud: Recipe pomum vnum colocynth. & extrahatur, quod interius eſt, & impleatur oleo laurino, & auripigment. & foliis hyoſcyami, & bulliat per ſe ſupra ignem in ſeipſo, & cum iſto vngantur capilli.

Ad lanugines faciei.

ALiquando in facie & capite fiunt lanugines, ſiue furfures, & ſunt quædam ſuperfluitates ad modum corticis grani frumenti, ſiue furfuris: & fit aliquando ab humoribus calidis, aliquando à frigidis. Quocunq; modo fiat, purgetur humor peccans, & poſtea remoueantur lanugines: ſic de quocunque fiat humore: R. farinæ cic. ʒ. 100. farinæ fœnugræc. & furfur. tritici ʒ. 100. nitri ſe. ſinapis an. ℥. 15. totum tritum pul. & piſtetur cum aqua vel aceto, lauet inde facies, & caput cum aceto calido, & oleo roſ. intret balneum, & caput lauetur cum multa aqua calida, in qua ſit farina ciceris, & furfuris. ¶ Aliud: Rec. fellis bouis, hirci, & arietis miſceatur cum vitro trito, & melle, hoc illiniatur facies, &c.

Ad caſum capillorum.

CAdunt capilli aliquando in mulieribus à capite, aliquando à ſuperciliis, & dicitur alopetia & tinea, & ſi fiat ex hu. purgetur, poſtea, vt in omni loco renaſcátur capilli, fiat emplaſtrum tale: R. ſpõgiæ marinæ ʒ. 4. bor. ſulphur. ſe. ſinap. euphor. cort. ru. cantaridũ an. ℥. 1. omnia miſce cum oleo veteri, & fricetur locus fortiter cum hoc: poſtea ponatur ſupra locũ cepa trita, & ſi locus puſtularetur, nihil ponatur poſtea per 1. diẽ. Poſtea iterare debet, donec locus ſit mũdus: deinde vngatur locus cum ſagina, vel ſanguin. anatis, poſtea ponitur ceruſa cum oleo myrtino, vſquequo locus ſit ſanatus, & capilli naſcantur. Item vt pili naſcátur vbicunq; fuerint: R. porcellanas, folia porrorum, apes, & de ſtercore caniculorum, piſtetur ad modum vnguenti, & fricato loco prius cum panno aſpero, ſuperponatur. ¶ Abiit tinea, & locus fuit iam denudatus capillis: experimentum vt renaſcantur: R. ſtercoris muris, cineris apum ana terantur, & piſtentur cum oleo roſ. vngatur locus depilatus, & capilli naſcentur: etiam ſi palmæ vngerentur cum hoc vnguento, pili naſcerẽtur. ¶ Aliud ſtercus caprinum combuſtum, temperatum cum oleo, & vnctum raſo capite, crines multiplicat.

Ad tineam.

AD tineam, & capitis & frontis & ſuperciliorum, barbę, & ad morpheam, ſerpiginem, & lanuginis rugas, & ad vitium capitis, medicina bona & experta: R. gallarum ℥. 4. ſe. ſtatoraci virid. ℥. 20. ſulphur. citri ℥. 2. auripigmenti, zedoariæ an. ℥. 1. & s. ſalis ar. tegulæ rub. amyg. ama. colocynth. conchularum marinarum vſtarum, radic. chelidoniæ, lythargiri, foliorum ficus ſic. rad. cannæ ſic. virid. æris, aluminis, pedum vituli ſilueſtris, memitæ, vrticæ, aloes, thuris an. ℥. 1. omnia cum oleo, & aceto piſtentur, in quo ſit diſſolutum laudanum, & cum hoc vngatur locus. Aliud: Recipe pul. ſtercorum muris, vitis alb. cineris rad. cannæ, piperis alb. laudani ana ℥. 1. & s. fiat emplaſtrum cum aceto, & melle. Idem faciunt lẽticulæ cum melle piſtatæ, &c.

AD tineam nouam, & veterem: Recipe cerebri vaccę iuuenis, auripigmenti rub. ſulphur. croci, citri, hellebori alb. an. ℥. s. puluer. & piſtentur cum ſucco de ranno & ponatur ſupra caput, teneat tantum, quod ſit ſiccum, poſtea remouetur. Deinde ponitur vitellum oui coctum in aqua, & miſtum cum prædicto emplaſtro ſupra caput ſępe cum oleo vitellino, & curabitur. Si non inueterata fuerit, depiletur cum pſilotro ſuperius poſito. Ad tineam puerorum: radatur caput raſorio, vel pſilotro, & vngatur melle, & ponatur emplaſtrum hoc: R. picis ℥. 4. agarici, thapſiæ an. ℥. 1. fiat pul. & ponatur, & cooperiatur cum pãno, & ſtet per 3. dies: & hoc fiat ter vel plus vſquequo depilata ſit tinea, deinde ponatur pul. apum combuſtarum, hoc fiat bis vel ter, & renaſcentur pili & curabitur. Aliud: R. lythargiri, ceruſæ, boli an. ℥. 2. acatiæ, ſulphuris, argenti viui an. ℥. 2. piſtentur cum oleo vel aceto, vngatur caput raſum.

Ad interficiendvm lentes, lagastas: R. pyrethri, capparum, sulphuris, auripigmenti, nitri al. lythargiri an. ʒ. s. argenti viui, parum, fiat cum aceto, & oleo, vngatur locus, & non est melior medicina in mundo. Nota, quòd quælibet istarum per se, & cum oleo faceret idem, vel cum sanguine porci, &c.

Ad colorandum oculos.

Vt Dominę habeant nigros oculos: R. antim. lauati, & sic ℥. 5. lapis lazuli ℥. 1. musci camphoræ an. gra. ʒ. lignialoes cũ oleo, vel fumi thuris vel picis an. ℥. 2. croci ℥. s. fiat ex omnibus pul. & nocte ponatur in oculis. Nota, quòd fum⁹ picis, laudani, thuris facit oculos nigros per se. ¶ Quod al. & varij fiant nigri: Recipe pul. gallarũ & attramẽti immittatur in oculis, albedines denigrabũtur. ¶ Vt oculi fiant glauci, vel pallidi, & varij, & si fuerit lippitudo, vel plaga vel macula ab omnibus curetur: R. sarcocollæ dissolutę in lacte asinæ vel mulieris ℥. ʒ. aloes succotrin. vel sacchari ℥. 1. & s. croci ℥. s. fiat pul. & ponatur in oculis, & erunt varij.

Ad remouendum maculas oculorum.

¶ Ad remouendum albedinem oculi, & panum, & telam & maculam, si fuerit 30. annorum: Recipe tutiæ, spongiæ marinæ, stercoris lacerti, sacchari, nitri, chelidoniæ siccæ an. ℥. 1. fiat pul. & ponatur in oculis bis in die, vsquequo remotę fuerint albedines. ¶ Item aliud, & acuit visum: Recipe colocynth. cucutæ ana ℥. 2. sal. armon. ℥. 1. æris combusti ℥. 1. nitri pharaonis ℥. s. camphoræ grana tria: fiat pul. & mittatur in oculis. ¶ Aliud: Recipe ossis sepiæ, carui vsti, aloes, sarcocollæ, tutiæ an. ℥. 1. nitri pharaonis, salis armo. an. ℥. s. fiat pul. & mittatur in oculis. ¶ Super omnes medicinas ad albedinem oculorum, & panos, hæc est: Recipe spumæ maris, stercoris lacerti, sacchari, nitri, antimonij, æris vsti, salis armon. atramenti, nitri al. aloes, thuris, tutię, os austuri an. ℥. 1. fellis, piperis nigri, lythargiri æris an. ℥. s. succi chelidoniæ, lilij, croci, terantur in mortario marmoreo ad modum colorum, omnes species supradictas faciatis desiccari ad Solem, & postea fiat collyrium, & ponatur in oculis cum annulo aureo mane & sero. Nota, quòd quodlibet istorum supradictorũ remouet albedinem oculorum, &c.

Ad lacrymas & lippitudinem.

Ad rvborem oculorum, lacrymas, lippitudines & sanguinem remouendum, inflationem & apostemata: Recipe rof. rub. ℥. 70. lythargiri ℥. 24. antimonij ℥. 2. croci ℥. 4. viridis æris & limaturæ æris an ℥. 2. opij ℥. 4. spicæ, myrrhæ an. ℥. ʒ. gummi arab. sarcocollæ an. ℥. 5. succi chelidoniæ ℥. s. fiant inde pillulæ ad modum lenticulæ cum succo fœniculi, vel aqua rof. & ponatur in oculis mane & sero. ¶ Mirabilis medicina ad lippitudinem, sanguinem, & lacrymas oculorum: Recipe rof. ℥. s. fœnugræc. cydoniorum, lini, psyllij an. ℥. ʒ. omnia ista cum melle mittantur in aqua rof. multum ca. & stet per noctem: deinde bulliat totum parum, & refrigerescat, & coletur, & colatura sit in pelui, postea mittatis ibi istos pul. Recipe cerusæ, amidi an. ℥. ʒ. gummi arab. ℥. 1. & s. sarcocollæ, croci, opij an. ℥. 1. plumbi vsti, lythargiri de auro an. ℥. 2. omnes isti pulu. pistati cum aqua rosacea: incorperentur fortiter, & multum agitãdo misce cum dicta colatura, & stet ibi per tres dies. Postea ponitur ibi camphora, & muscus de quolibet grana tria, & fiant pillulæ in forma lentium planæ, & siccentur ad Solem, & ponitur de hoc distemperatum cum aqua rosa. tribus vicib. vel cum lacte mulieris, &c.

¶ Ad vngulam, & albedinem oculorum: Recipe viridis æris ℥. 2. æris vsti ℥. 6. auripigmenti rubei, nitri, spongiæ marinæ, sarcocollæ ana vnc. 1. salis armo. ℥. s. armon. ℥. ʒ. dissoluatur sal armo. cum succo rutæ, & cum succo chelidoniæ, & postea commisceantur dictæ species cum succo, & ponitur cum aqua rosacea in oculis, vel cum succo fœnugræci. ¶ Ad lacrymas frigidas: Recipe tutiæ ℥. 10. coralli rub. corticis myrob. citri, aloes succotrini ana ℥. 2. piper. ℥. s. fiat pul. & ponatur in oculis. ¶ Ad lacrymas calidas: Recipe rof. siccarum tutiæ, lythargiri auri, sandali rub. an. ℥. ʒ. fiat puluis, & ponatur in oculis mane & sero, probatum est. ¶ Ad dolorem intrinsecum & extrinsecum oculorum: Recipe rof. se. psyllij, & cydoniorum an. ℥. 1. albuminis ouorum, lactis mulierum, succi vitis viridis, ęqualiter de vnoquoque, & parum de camphora, & coquatur in aqua rosacea fiat emplastrum supra oculos. ¶ Aliud: Recipe rof. se. psyllij, semin. cydoniorum, albuminis ouorum, lactis mulierum, aquę rosaceę, succi vitis viridis, æqualiter de vnoquoque, & parum de camphora, & misceatur totum, & in hoc intingatur bombyx, & super oculos ponatur.

Abstergentia faciem & clarificantia.

Depilatoria, & clarificatoria faciei Dominabus multum sunt necessaria: & secundum rationem conuenit eis tenere faciem clarã, fulgentem pulcram: & quæ sunt ponenda ponere à sagacitate: quoniam sunt aliquę, quæ habent corium grossum, aliæ habent panos, aliæ pilos, vel barbas in facie, alię habent faciem nimis albã, aliæ nimis rubeam, & sic de omnibus cauendum est: quoniam forte corium sustinet fortia depilatoria: subtile autem leuia & subtilia. Sed qualiscunq; fuerit facies, frigida, grossa, siue tenuis, potest bene clarificari, & pulcra fieri cum sapone muscato, vel lauatura furfuris: vel cum pane cocto in aqua, vel cum medulla panis temperata in aqua calida, si facies est rubea: quia si est alba cũ aqua frigida. ¶ Item si pani, vel lentigines, vel barbę fuerint, vel si facies depilatur, potest vngi cum oleo tartari, vini al. quod sic fit: R. tartarum albũ, & puluerisatum, & ligatum in quodam panno lineo, madefacto in aqua: & ligamen madefactum in superficie in aceto al. & rursum sub caliuo per noctem, vel per diem extrahatur ab igne, & ponatur ad serenam sub dio, per tres dies in quadam paropside decliui ad vnam partem, & oleum cadat decurrendo: & sub illa sit alia, in qua cadat, & seruetur in vitro. ¶ Alio modo fit melius, & pulcrius, & clari⁹: R. pul. tart. al. & ligatur in quodam pãno lineo, madefacto in aq. sed tart. non madefit in aceto: sed ponit̃ siccum in clibano sub caliuo p noctem 1. in hyeme, vel per totam diem in æstate: & quando exierit, erit in superficie, quasi carbo, & tunc ponit̃ suspẽsum illud ligamẽ super calderiam feruẽtẽ, plenã aqua, & vbi recipit humorem, postea cum duobus lignis comprimẽdo extrahitur oleum pulcrum, seruatur in vitro: istud oleum attenuat corium, & faciem colerat, & locum, vbi ponitur remouet panos, lentigines, bardos, & omnes sordities nouas & veteres.

Depilantia faciem.

Si vultis, qđ coriũ faciei depiletur: R. bor. & argẽti viui an. ℥. 2. misc. cũ parua cera fortiter, & ponantur

nantur in faciem, & remouebit corium: deinde A abstergatur, si conuenit. Vel commisceatur cerusa, & argẽtum viuum cum sanguine gallinæ, vmbilici marini, porcellanæ, cum oleo tartari, vel cũ aqua lymonum, & fiat vnguentum amicabile, qđ est contra pannos, lentigines, bardos, & grossum corium remouet, faciem dealbat, & clarificat. Potest fieri cerotum ad idem: R. oleum ro. vel viol. vel sanguinem gallinę, bulliat cum pauca cera al. & cum cerusa, & fortiter mistum coquatur in captia, & parum ponatur de camphora, & puluere B nucis muscat. & caryophyl. & quando volueritis, vngatis locum, scilicet faciem, & collum, pectus, & manus, & erunt splendida.

Quomodo cera fiat alba.

CERA fit alb. si calefit in catia super ignem, & dissoluitur, & accipitur quædam camphora parua, plena aqua frigidissima, & inuoluitur in dicta cera dissoluta, & subitò extrahitur, & in aqua frigida subitò mittatur: cera ampullis cohærens, remouetur: & sic fit de tota, postea cera ponitur in quadam tabula expersa, & ad Solem exsiccando irroratur cum aqua frigida, & hoc multoties: & sic fit alba, & talis cera est multũ bona in vnguentis faciei.

Alia depilantia.

¶ Ad forte coriũ grossum, & lentigines nec fit pilatorium bonum: R. oua recentia, temperata in aceto forti, & pul. sinapis, & de tali vnguento pone super faciem & stet multum, & grossi panni, & lentigines nouæ & veteres hoc vnguẽto curantur, & corium grossum inde attenuatur. ¶ Pilatorium mirabile ad lentigines, bardos, pannos, & ad omnes sordities faciei: R. aloes succotri D ni, bora. aluminis, de pluma salis, cardamomi, cerusæ, argenti viui an. ℥. 1. masticis, camphoræ ℥. s. fiat pul. & pistetur cũ sapone gallico, & felle hircino, ponatur in facie per 3. dies, vel per 6. totum quousq; corium maculosum remotum sit: deinde ponatur cerusa cum aq. rof. & in sequenti ponantur pulcri colores, & clarificatorium. Aliud, R. aloes succotri. boracis, salis, cardamomi, ossis sepię, blanceti, de dragũtia an. ʒ. 2. camphorę, masticis, argenti viui an. ʒ. s. pistentur cũ sapone mol E li, & felle hircino, & ponatur. ¶ Aliud bonum: R. saponis musc. ℥. 1. aloes succotrini ℥. 3. vitella ouorum tria, fortiter cocta, argenti viui pondus quatuor denariorum, mellis, & fellis tauri an. ℥. 1. boracis, ossis sepiæ, cerusæ de draguntea an. ʒ. 1. omnia pistẽtur cum felle & melle, & ponatur. Et nota, quòd ista depilatoria possunt semper tempera ri, & pistari cum melle, vel vitello oui cum sapone, & cum felle hircino, & cum argento viuo. ¶ Pilatorium ad idem, siue vnguentum, remolliã F tur porcellanæ in aqua lymonum, vsquequo dissoluantur, & fac inde vnguentum, si vis, & pone bocatem, camphoram, cerusas, quæ faciem clarificant. ¶ Aliud: fundatur ibi cerusa in oleo ambrę in captia super ignem, & ponatur ibi parum de bocate, & camphora, & zing. & cerusas, quas volueris, pone, quæ faciem clarificant, & fac vnguẽtum, vngatur facies, & alia loca si necesse fuerit.

Quomodo cerusa coquatur.

CERVSA plumbi multis modis decoquitur, accipitur puluerisata, & ligata in panno li- G neo, in pasta missa, coquit̃ in furno diu. Alio modo accipitur pul. cerusæ in quodam calamo amplo, de canna, & bene cooperto in panno lineo, & inuoluto, coquitur in aqua in plumbum, & excolatur ad partem: & iterum decoquitur inuoluta in panno lineo, in pasta, in furno multum, sicut prius. Alio modo accipitur puluis eius, & scatarisetur cum aqua feruenti, & colatur & residet, & extrahitur illa aqua, quæ supernatat, & reponitur alia aqua frigida, & sic fit per septem dies reponendo aquam bis in die, & stet ad Solem, & ad dium & de duabus libris vertatur ad vnam. Cerusa sic cocta, ista clarificat faciem mirabiliter & non obest dentibus, nec aliis. ¶ Si propter fortitudinem pilatorij facies Dominæ esset arsa, vel aspersa, vel traheretur nimis, vel fierent pustulę, oportet Dominam esse in hoc prouisam, quòd quando res scriptas hîc posuerit, vel alias fortiores in facie sua, si comburitur facies in remotione pilatorij, vel nimis trahitur, vel pustulatur, vngat faciem cum sanguine gallinæ, vel cum sanguine misto cum camphora, vel melle, vel spuma albuminis ouorum, vel aqua furfuris, vel aliis lenificatiuis, & mollibus. ¶ Ad faciem dealbandam, & corium extenuandum: Recipe farinæ ciceris, hor C dei cerusæ, tritici, tragacanthi, semin. raphani ana vnciam vnam. fiat puluis & pistetur cum lacte fœminæ, ponat in facie, sicut superiùs.

Clarificans est bono colore.

¶ Clarificatoria Dominarum faciem, collum, pectus, & manus multimoda sunt, quorum vnum sic fit: Recipe pul. cerusæ coctæ, vel scatarisatę libram vnam. dragunteæ ℥. 1. camphoræ ℥. s. salisgemmæ, radic. viticellę an. vnciam semis. ex omnib. istis fiat pul. & addatur ℥. s. boracis clari in aqua lauati ℥. s. salis armon. ista duo scilicet borax & sal ar. mittantur cum aqua rosac. in quadam ampulla vitrea, & calefiat ad ignem tantum, quod dissoluatur: & ista aqua misceatur cum prædictis pulueribus & desiccetur ad Solem, & fiat iterum puluis subtilis: & si vultis remaneat integrum, & de hoc accipiatis ad quantitatem grani fabæ, & temperetur cum aqua frigida, & ponatur mane super faciem iam lauatam, & mundatam. Puluis iste facit claram faciem in colatura in similitudinẽ colorum naturalium.

CLARIFICATORIVM de cerusa, cornu cerui, quod datur diuitibus, & pauperibus Dominabus, & est multum bonum: comburatur cornu cerui, & fiat puluis de superficie eius alba, & proiiciatur illud nigrum, quod est intus, puluerisetur dicta superficies, & fiat cerusa. Sicut fit cerusa tritici cum aqua, & sic fiat de riso: accipiantur duæ partes de cerusa, cornu cerui, & tertia pars de cerusa risi, & misceatur cum pauco borace, & camphora, ponatur in facie cum aqua ro. & alia aqua, F vel albumine ouorum, & hoc fiat sero & mane, lauetur facies cum aqua rof. vel auenæ vel fabę, vel furfuris, postea ponatur color muscatus, & alius color, & erit pulcritudo Dominæ. ¶ Mirabile clarificatorium contra panos, lentigines, bardos nouos, & veteres, & omnem sordiciem faciei, & vt grossum corium fiat subtile infantile, & bene coloratum: R. rad. cucu. agrestis, lilij, brioniæ & boracis, asphodeli, draguntea, ossis dactyli, amygd. amar. nucleorum persicorum an. ℥. 1. coralli alb. farinæ fabarum, lupinorum, crystalli, ossis sepiæ, boracis, nitri, sal. gemmæ, viticellæ, risi, marmoris albi combusti, sarcocollæ ana vncias duas. cerusæ, plumbi ℥. 5. omnia supradicta puluerisentur, pistentur cum felle bouis, aut hirci, & fiant trochisci ad formam lupini, & siccentur. ad Solem

ponantur cum melle, distemperati cum felle bo- A
uis aut hirci, vel albumine ouorum, teneatur in
facie per tres horas,& magis,secundum quod co
rium magis grossum fuerit,&postea lauetur cum
aqua furfuris, & nunquam facies transmutabit,
immò semper erit in eodem statu,& cum clarissi-
mo balsamo vngatur, sicut aurum super omnia
metalla, sic istud clarificatorium est supra omnes
ornatus faciei. Valet ad omnes sordities, quæ in-
ueniri possunt vbicunque sint in facie, collo, pe-
ctore,manibus, & aliis locis cuiuscunque Domi- B
næ, & quæcunque Dominæ istud habent, nullo
auxilio pulcritudinis indigent. ¶ Aliud: Recipe
porcellanæ ℥. 2. masticis, sarcocollæ, ossis sepiæ,
nucis,rassa,coralli albi, crystalli,gypsi cocti,bora-
cis,cerusæ de draguntea,cucumeris agrestis,brio
niæ,asparagi an.℥.1 gummi arab.tragacanthi alb.
& marmoris alb.combusti, nitri alb. aluminis,de
pluma antalis,& dentalis an.ʒ.s.cerusæ de cornu
cerui, & brusci an. ℥. ʒ. cum cerusa plumbi cocti
℔.1.& s.fiat de omnibus puluis subtilis,& cribre C
tur per pannum spissum,& seruetur ad ornatum
faciei, quando ponere voluerit, temperet cum a-
qua ros. & parum de camphora,& musco, & erit
corium infantile, & color vt rosa purpurea, & de
isto puluere potest fieri vnguentum, sicut vnguē
tum citrinum,& possunt fieri pillulæ & trochisci
in forma fabæ panni cum aqua ro.& sal.seruatur
per duos annos, & magis. ¶ Lauatura mirabilis
ad faciem,accipe cerusæ cornu cerui ℔.1.& ceru-
sæ risi ℔. 2.cerusæ plumbi ℔.s.ossis sepiæ ʒ.1. fiat D
puluis,ponantur in aqua ros.camphorata, & mu
scata,vt dictum est superiùs. ¶ Lauatura ad idem:
Recipe cerusæ plumbi coctę ℔.1.thuris,masticis,
sarcocollæ,ossis sepiæ,coralli albi,gypsi cocti,bo-
racis,costi,cerusæ frumenti dragunteæ an.℥.s.gū
mi arab.tragacanthi alb.an.ʒ.2. fiat puluis, vt su-
prà. ¶ Triformis lauatura est ista,quoniam tribus
modis fieri potest,scilicet puluis pillulæ,vnguen
tum,seruatur multum: Recipe cerusæ tritici,cry-
stall.sarcocollæ, amygdal.dulc. & amar. antal. & E
dentalis,gypsi cocti, vmbilici marini, ossis sepiæ,
porcellanæ,thuris,masticis, tragacanthi, cerusæ
marmoris,boracis,& cerusæ auenæ an.℥.1.cerusę
plumbi ℔.1.camphoræ ʒ.1. musci ʒ. 1. fiat puluis,
vnguentum,vel pillulæ. ¶ Vnguentum autem fit
de suprà dictis sic:sanguinis gallinæ, anatis,ouis,
cerui, porci recenter æqualiter dissoluantur, &
misceantur simul cum pulueribus supradictis, &
cum hoc fiat vnguentum. Pillulæ fiant sic: puluis
dictus pastetur cum aqua rosac.& albumine oui, F
formentur in modum ciceris,& siccentur ad So-
lem,seruentur in clepsedra enserata, vt virtus eo-
rum non euaporetur: & quando ponantur, dis-
soluatur vna pillula cum aqua ros. & trita, emol-
liatur,vel in aqua simplici,& ponatur in facie fri-
cando fortiter, & hoc potest fieri mane, & sero si
vis,& facies lauetur pòst cum aqua furfuris, po-
stea cum aqua ros.& camphora,& musco, puluis
ponatur cum aqua ros.vel cum aqua simplici,fri-
cando faciem manibus bene lotis. ¶ Cerusa de G
draguntea fit sic: radix eius eradicetur in mense
Iulij, vel Augusti lauetur cum aqua, & depiletur
gladio tritici,& temperetur cum aqua frigida,co-
latur per pannum subtilem, & iterum quod sub
aqua remanet accipiatur,& iterum coletur, & sic

Cerusa de draguntea.

A fit ter vel quater vsquequo tota substantia transi-
uerit colando,colatura ponitur ad Solem, vel se-
renum per 18. dies, & qualibet die mane & sero
extrahatur aqua,quæ supernatat, & in fundo re-
manet substantia,postea super illam substantiam
remanentem in scutella de terra infundetur alia
aqua clara,&commiscetur mouendo cum ligno,
& sic fit bis in die:decimo autem die excolatur
bene aqua per se,sed non cum colatorio, & ad So
lem desiccetur fortiter, & desiccata iterū fiat pul-
B uis,& temperetur cum aqua ros.camphora, mu-
sco,& formentur trochisci in quantitate nucis,&
super marmor vel postem ad Solem siccentur,&
seruentur in vase vitreo,vel plumbeo. Simili mo-
do fiunt omnes cerusæ de radicibus,scilicet de a-
sparago,brionia,lilio,& brusco. ¶ Puluis ad reti-
nendum iuuentutem,reddit faciem claram,iuue
nem,coloratam, mundam,attenuat corium com
petenter,& non frangit faciem,nec rugat, immò
iuuenescit: Recipe cerusarum frumenti ℔.1. aue-
C næ ℥.2.succæ ℥.s.margaritarum,crystalli combu-
sti,coralli alb.an.ʒ.s.nitri al. ʒ. 2. marmoris com-
busti,gypsi combusti an.℥.1.fit subtilis pul. & cri
bretur per subtilem pannum lineum,ponatur cū
aqua ros.camphora,musco,& vngat faciem,& nū
quam facies transmutabitur,immò semper erit in
eodem statu, vngatur tamē cum balsamo postea
de cerusa tritici. ¶ Cerusa tritici sic fit: accipitur
triticum alb. & remollitur in aqua per tres vel
quinque dies,donec crepuerit,& mollis fit, tera-
D tur parum & temperetur cum aqua clara, & co-
letur per pannum lineum, & fricetur fortiter in
frigida mane, & extrahatur succus cum multa a-
qua,vt melius potest,ponitur colatura ad Solem
vsquequo resideat,deinde extrahitur illa aqua,su
pernatatilis & ponitur alia,sic lauatur& siccatur,
sicut cerusa de draguntea. ¶ Cerusa marmoris sic
fit: abluitur tabula marmoris alb.& de eodē mar-
more fit quidam molledar,cum quo mollitur su-
per eam aquam infundendo semper super lapi-
E dem,& hoc fit diu:& aqua decurrens seruatur in
quadam scutella terrea, & ponitur ad Solem, &
suauiter extrahitur illa aqua supernatatilis,poni-
tur alia recens:& hoc fit semel, aut bis in die, de-
siccatur ad Solem sicut aliæ cerusæ,& est bona p
se ad clarificādam faciem, maximè si commiscea-
tur cum aliis,quę idem præstant. ¶ Cerusa frumē
ti sic fit: accipitur triticum, & remollit in lixiuio
calcis viuæ,extrahitur prima aqua, & ponitur a-
lia multoties, postea siccatur ad Solem, ponitur
F in facie cum melle despumato, & mundificat fa-
ciem mirabiliter,stet in facie per tres horas vel 4.
& postea suffumigetur facies calida aqua, vsque-
quo sudet, vel intret balneum, postea abluatur
cum sapone muscato. ¶ Cerusa de radicibus est
multum bona,faciem clarificat,albificat, & mun
dificat,panos remouet,bardos,lentigines,& om-
nem sorditiem: Rec. pomi citri, brioniæ, viticel-
læ asphodeli,aaronis,dragunteæ,iris,cucumer.a-
grestis,omnes istæ radices recentes abluantur,&
G mundificentur,& terantur, & cum aqua tempe-
rentur, & colentur fortiter per pannum subtilē,
ponantur ad Solem, resideat, extrahatur aqua,
mittatur aqua bis in die per septem dies & in o-
ctauo die & in nono die mittatur lac asinæ aqua
ros.bis in die,& in decimo distemperetur cum a-

qua

Conseruans faciem iuuenē.

Cerusa tritici.

Cerusa marmoris.

Cerusa frumenti.

Cerusa de radicibus.

qua rоſ.camphora,lacte aſinæ, & ſiccetur ad Solem,quando ponitur, temperetur cum aqua roſata cum aqua ſimplici. ¶Item teratur borax,& cāphora,commiſceantur cum aqua roſ.& per duos dies ſtet ad Solem,vt fiat albus,& ponitur. ¶Item borax,& camphora,cum melle ponitur,clarificat faciem, remouet bardos pingues, & panos. ¶ Itē quædam Dominæ diſtemperant ceruſam plumbi cum aqua , & ponunt ad Solem , & deſiccatur illa aqua,& ponitur alia, & hoc fit multoties , vſquequo fit alba:& poſtea ſiccetur bene , & ſeruetur. ¶Item commiſceantur tres partes nitri,& vna de camphora cum melle, vel duas partes ſalis armoniaci, & vna de camphora, temperentur cū aqua roſ.& ponatur ad Solem , & cōſumatur illa aqua, & ponatur alia: ſic fiat per tres dies, & ſiccetur & ſeruetur. ¶Item radix barbæ Iouis mundatur, & lauatur ſic: ſimiliter cum aqua roſ. ceruſæ de draguntea,nimis fortis eſt, & propter hoc cōmiſcetur cum ea ceruſa auenæ : quia excoriaret corium,vbi hoc eſſet, panos remouet , & corium groſſum attenuat,& ſubtilem comburit. Clarificata ſic ponenda eſt,& pulueres: primò facies bene lauanda , & bene abſtergenda, deinde puluis temperatus cum aqua roſ. vel ſimplici ponatur, & cum palmis locus fricetur, & dimittatur parū ſtare,vt melius ſe teneat,poſtea lauetur cum panno lineo,& non aſpero., Vnguentum ad crepaturas faciei,quæ fiunt propter violentiam expilatorij,&contra crepaturas oris,narium,&manuum. R. ceruſæ plumbi ʒ. 2. lithargiri de plumbo ℥. 1. plumbi combuſti ℥.1.maſticis ʒ.s.thuris ʒ.1.ſi vultis,quod ſit multum,ponatur liueta,&macaic de vnoquoque ℥.3.fiat vnguentum cum oleo roſ. & aqua roſ.& ponatur ℥.1. de camphora , & de muſco gran.6.de argento viuo pondus denariorum 6.conficiatur,& ſeruetur in vitro,vngatur ad Solem,vel ad ignem bis in die locus vlceratꝰ. Et eſt notandum , quòd poteſt fieri ſine argento viuo, & erit vtilius:nam argentum viuum,& aqua roſ. lythargiri, ceruſa plumbi,cāphora, & omnia frigida, & ſpecies frigidæ, & oleum roſ. de pileo capillorum forficibus,& cincturæ,quæ claudūt poros faciei,& capitis,& ſomnus longus,& repletio cibi & potus nimia , hæc omnia generant canos, & ſeneſcunt,& putrefaciunt dentes , & dant oris fœtorem,generant glandulas in ore, & faucibus, ſi multum vtantur,& ſæpe bene cauendum eſt à talibus.

DOMINAE deſiderantes colorem nigrum, vel ſubnigrum in facie, vel alibi,iſta componant: R.lythargiri,gallarum aluminis an.℥.1.terātur,& temperentur cum aceto,& ponantur ſuper locū, & locꝰ denigrabitur,&hoc fiat bis,vel ter,vel amplius,poſtea lauetur cum clarificatorio, vel cum quo voluerint. ¶Color niger poteſt fieri albus:R. acetum,in quo fuerit coctum lac acetoſum,vel acetoſitas pomi citri, & fricetur locus , & fortiter, pòſt abſtergatur cum farina cicerum , vel cum aliis rebus,quę abſtergunt faciem. ¶De colore croceo.In omni loco fit color croceus : R. cyminum tritū, & crocū cum albumine oui temperatū pone, & aliter poteſt fieri,ſi comedatur cyminū diu in ſuis comeſtionibus : hoc faciunt & potatio aquę,vel eſſe in aliquo loco ſubterraneo, vbi fuerit multum cymini, vel fumus eius. ¶ Trochiſci ad faciem declarādam,& ad ad lentigines , & panos nigros,&ad omnes maculas:R.radicis ireos,farinæ hordei,& fabarum an.℥.1.ſaliſgemmę ℥.s.cornu cerui combuſti, arſenici an. ℥. 4. tēperetur cū felle hirci,vel cum aqua,& fiant trochiſci, ſiccentur ad Solem , ponatur cū albumine oui per tres horas,poſtea intret balneum. ¶Aliud ad omnem ornatū faciei:R.amyg.amar.ceruſæ, tritici, nitri, lentis,maſticis,ſem.melonum, & caulium , & raphani , & lupinorum ana ʒ. 4. ponatur in facie, ſicut ſuperius . ¶ Trochiſci fiunt boni ad faciem decorandam:R.amyg.amar.& dul.fabarum,& cicerum,lentium,& lupinorum,hordei mund. an. ℥.s.gummi arab.tragacant.ceruſæ,tritici , ſe.melonū,ſe.cuc.an.ʒ.6.fœnugr.rad.lilij, dul.mun. liuidi,coſti an.ʒ.4.hellebori al.croci,nitri,myrrhæ, aloes,ſe.raphani an.ʒ.2. fiant trochiſci, ſiccentur, ad vmbram ponantur, temperati cum aqua , poſtea lauentur cum aqua cal.melle, & aquis mundificatiuis. ¶Ad faciem,manus,collum & pectus vnguentum ex melle abſterſiuū ad colorandum faciem, & alia membra, & quod remouet panos, bardos,declarat corium, & attenuat in omnibus locis:R.mel.℔.1.& ſit albū, ſpumetur ex alia parte,diſſoluatur armoniacum parum cum melle,& miſceatur cum prædictis,& accipiatur parum de ſubtilibus pul.ſinapis al.zing.piperis,ſal.gemmę, gypſi clari,coralli al.agapitis,nitri al.cryſtalli,tragacant.boracis,lythargiri,argēti,vmbilici marini, procellanę,marmorum,claſſę, pulueriſentur pulueriſanda,& diſſoluātur,& miſceantur cum melle, & miſceatur parum de ſucco radicis draguntеæ colatæ,& de ſucco cæpæ al. & dimittatur totum inſimul cum melle per diem vnam,&noctē: & in die alia bulliat parum mouēdo cum aliquo ligno,& leuetur ab igne,&ponatur parum de cāphora temperata cum melle, & totū bene incorporatum ſeruetur, & quādo intrabitis balneum, vngatis vobis faciem , & totum corpus cum iſto melle confecto , & quando exire volueritis . abluatis vos cum aqua calid. & cum albumine oui, & facies erit pulcra,ſplendens,&ſuauis,& tere rugas &totum corpus. ¶Sequitur de alio melle cōfecto,contra panos veteres, & lentigines veteres, contra rugas,& omnes ſordities,quę poſſunt fieri in toto corpore Dominę: R.ſucci aaron. & pedis vituli,ſucci rad.lilij,cucu.agreſt.brioniæ,viticellæ an.℥.3.farinæ lupinorum ℔. 1. & ℥. 3. mellis alb.deſpumati ℔.2.ſal. armon. ℥. 3. lixiuiæ calcis viuæ, & cucu. æqualiter facti cum aqua cal. ℔. 1. ſucci,& mel & lixiuium bulliant,& ſit vſq; ad cōſumtionem ſuccorum,poſtea mittatur ibi fel bouis, & parum de puluere nitri , vel de gall. vel de ſipa & zing.& hermodactyl.lenticulæ, orobi,boracis,gypſi clari, cryſtalli, *tragacanthi, vmbilici marini,ſemiſinapis al.an.℥.1.omnia iſta pul.&cōmiſceantur cum melle dicto,ad modum vnguenti,& de hoc melle vngantur omnia membra corporis ſtatim, quando intrauit balneum , & fiat ſicut de prædicto melle,vt dictum eſt. ¶Aliud mel fit abſterſiuum ad idem : pone folia,& ramos caprifolij in fundo,id eſt, in olla, habente fundum amplum,& os ſtrictum, & de foliis dictis fiat vnꝰ locus,pòſt fiat alius de pul.auripigmenti,replicetur quouſque olla fiat plena, cooperiatur cum argilla,vel cum paſta,& ſtet tantum in furno vſque

*al.draguntеæ.

quo combustum sit, quod est interiùs extrahatur A & ponatur in loco discooperto, vel ad serenū per duas noctes, & fit mollis, postea commisceatur cum melle despumato, camphora, borace, & vngatur facies sicut suprà. ¶ Mel optimum ad omnia prędicta: R. amygd. amar. mund ʒ.3. succi caulium nouellarum ʒ.3. mellis ℔.s. despumetur, & coquatur parum cum aliquantulo costi, sem. rutæ, orobi, ossis sepiæ combustę, vngatur facies, vt superiùs. ¶ Mel contra panos omnes mirabile ad faciem, & colorem: R. farinæ orobi, cerusæ, tritici, B hordei, risi, & pul. cannæ, farinę ciceris, lupinorū, & fabarum, amygd. amararum an. ℥.1. fiat cum lacte fœminę ponatur in facie de nocte, & mane lauetur cum lauatura furfuris, & viol. brasill. Omnia ista ingrediētia mellis remouent pigas, lentigines nouas & veteres, grossas, subtiles, bardos grossos, nouos & veteres, & omnes sordicies à facie, collo, pectore & manibus: & de omni loco rugas, & dant claritatem & pulcritudinem si ponātur in competenti modo, sicut superiùs dictum C est. Si contingat quòd balneum Domina non habeat, suffumiget se, donec sudet cum aqua calida & hoc potest facere de facie, & de toto corpore.

Ad colorem rubeum faciē dum.

¶ Ad colorem rubeum faciendum, intingatur bombax in tinctura granæ, aluminis, & aqua ros. desiccetur, seruetur & fiat sicut dictum est de brasillo: tinctura granæ, aluminis, & aqua ros. sic adhibeatur & apparebit color naturalis, nisi per violentiam remoueatur, alij faciunt hoc de rubea, sed non valet tantum. ¶ Nota, quòd ex his omni- D bus supradictis, quæ faciunt ad ornatum & pulcritudinem faciei potest fieri vnguentum ad ornatum totius corporis, & membrorum. Similiter faciunt pulcrum colorem & clarum, citrulli mundi cum medulla eius, & farina cicerum, & fabarū, pistati & siccati ad Solem, postea temperetur cū aqua ros. & ponatur mane, & vesperi, & quando vis remouere, fumigetur cum aqua auenæ, & postea lauetur cum aqua furfuris cal. vel alia aqua. ¶ Item farina orobi, & fabarum recentium cum E melle facit claram faciem, pulcrum colorē, & remouet panos, bardos, & lentigines. ¶ Cerusa draganteæ sic fit: R. pul. eius temperetur cum aqua ros. stet ad Solem, donec aqua sit consumta, postea commisceantur cum ea tres partes cerusæ plumbi coctę, temperatę cum aqua ros. & iterum stet ad Solem per quatuor dies, & in vltima die ponatur ibi vna pars camphoræ, siccetur fortiter ad Solem, & seruetur, facit pulcram faciem albam, & nitidam.

VNGVENTVM citrinum clarificat corium, F & omnibus faciem mundat. Vnguentum citrinū cum pul ossis sepię mistum, cum cerusa draguntææ, vel cum aqua ros. & fit sic: R. boracis ʒ.4. cāphoræ, coralli al. amygd. dul. an. ʒ 1. vmbilici marini, tragacanthi alb. crystalli, cerusæ, tritici entalis, & dental. cerusæ plumbi an. ℔.s. nitri, marmoris alb. combusti, an. ʒ.2. cerusæ draguntęę, axungiæ porci recent. an. ℔.1. & s. seui hircini ʒ.4. axūgiæ gallinæ vel anseris ʒ.3. species pulueri sentur, G & cribrentur per pannum subtilem, & omnes axungiæ dissoluantur in quadam caccia, quæ sit super caldariam vnam, plenam aquæ feruentis, super ignem bulliat caldaria, & à calore aquæ feruentis dissoluantur axungiæ: colentur in mortario marmor. & si ponitur ℔.1. de pul. ponantur ℔.3. de axungiis, & totum fortiter commisceatur terendo, & seruetur in vase vitreo, habente os strictum, ponatur parum de musco temperato cum aqua lymonum, & cum aqua cocta in pomo citri. & ideo dicitur vnguentum citrinum, facit pulcrum colorem, & pulcrum corium, & remouet lentigines nouas & veteres, panos nouos & veteres, bardos nouos & veteres, pustulas ex phlegmate salso generatas: ponitur autem sic: dissoluitur supra ignem in testa mali arātij sicci vel recentis, vel in testa pomi citri, & ponitur ad Solem, vel ad ignē, seruatur per annum. ¶ Quòd color rubeus fiat albus: R rad. barbæ Aaron viridis teratur, & cum lythargiro & cāphora misceatur, & oleo, in quo cocta sit cortex sambuci, postea ponitur argētum viuum, pòst vngatur facies de nocte, & suffumigetur cum aqua calida. ¶ Aliud: R. pul. lythargiri cum sanguine gallinæ vel anseris, vel medulla cerui, vel oleo amygd. amar. commisceantur, vel ponantur amygd. amar. tritæ cum forti aceto temperatæ. ¶ Vnguentum ad idem: coquatur radix lilij, teratur, & commisceatur cū sanguine porci recentis, dissoluti, & colati: ponatur pul. thuris, masticis, cerusæ coctę, camphoræ, gypsi combusti, testarum ouorum, cerusæ frumenti, omnes pulueres misceantur cum dicto sanguine calido, & ponatur flos sambuci, de rad. autem lilij ponantur tres partes, & de aliis de vnoquoq; vna: de sanguine verò ponatur quantum sufficit: ponatur de nocte, vel in balneo, sicut alia vnguēta: faciem reddit albam, claram, mundam & nitidam. ¶ Aliud ad idem: coquatur seuum cerui in aqua, postea refrigeretur in aqua frigida, & cum eo commisceatur borax, pul. crystalli, camphoræ, cerusæ plumbi coctæ, & frumenti: hoc totum distemperetur cum seuo, & fiat vnguentum: remouet ruborem Solis, & venti de facie, & facit eam pulcram, mollem & albam. ¶ Ad remouendum nimium ruborem de facie, & pustulas, & faciem clarificat, sequitur emplastrū: commisceatur seuum hircinum cum cantaridibus, & ponatur sub mento: item ponatur ventosa ibidem: Item fiat phlebotomia de vena capitis in brachio: Itē fiant scarificationes sub ventriculis tibiarum retrò, vsque ad cauillam pedis. ¶ Vnguentum ad cremationem faciei propter Solem, & ad omnia prædicta vtilissimum: R. medium corticis sambuci teratur, & stet in oleo ros. per tres dies, pòst coquatur in eodē satis, coletur & in colatura ponat cera alba, & supaspergatur puluis camphorę, crystalli, boracis, & bene hoc totū misceatur: postea ponatur parum de argento viuo extincto cum saliua, vel cinere. Item ponatur pul. cerusæ coctæ, & aliquantulum rad. viticellę, vngatur facies, & stet per noctem sic, vel magis: mane, quando vnguentum remouebitur, antè abluatur cum bombace remollito in aq. cal. & suauiter cum bombace remouetur, & post stuphetur cum sapone bene, vel aqua furfuris: istud faciem mundificat, declarat, albificat, lenificat, & valet ad omnem sordiciē faciei. ¶ Aliud ad idem faciem consonādam: R pul. crystalli, boracis, tragacanthi alb. camphoræ ana ʒ.3. cerusæ plumbi cocti ʒ. 1. sanguinis gallinæ ʒ. 2 fundatur & commisceantur dicti pul. cum eo vngatur facies, & stet sic per totam noctem: sed sit

Ad ruborem nimium in facie, & etiam à Sole.

ſit antè fumigata facies, & mane lauetur bene cũ aqua furfuris.

MVLIERES multæ ſunt, quæ appetunt faciem ſuam miro modo ornare & pulcrã facere. Quibuſdã etiam mulierib. apparet poſt partum quidã pan⁹ ſupra faciẽ, qui facit eas turpes valde. Quibuſdã etiã hominib. & etiã mulierib. deturpatur facies ꝓpter lentigines ibi natas, quæ fiant de fumo ſang. incenſi vel hu. melãcholico. Quibuſdã verò per Solis ardorem facies deturpatur. Quibuſdam mulierib. facies deturpatur propter menſtruorum retentionem. Si igitur facies fuerit deturpata & lentigines & maculæ in ea cauſatæ fuerint propter fumum incenſi ſang. primò fiat minutio de cephalica, & mundificatur ſang. cum aqua decoctionis lupulorum, fumiterræ, &c. ſanguinem mundificante. ¶ Et ſi humor melancholicus in cauſa fuerit, ſimiliter euacuet̃ ſecundum quod in capitul. de dolore capitis ex melancholia ſuprà diximus. Si propter mẽſtruorum retentionẽ fuerit, menſtrua prouocentur, vt in ſuo dicitur capitul. deinde ad particularia intẽdamus remedia. Vnguentũ ꝓbatum ad lentiginẽ & panum faciei, ad dealbandam faciẽ & ad mundificãdam ab omni ſorde: R. ſucci maliterræ, ſucci ireos, ſucci cucum. agreſt. ſucci brioniæ, ſucci matrisſiluæ, omnium an. ℔. 1. mellis deſpumati ℥. 5. armon. al. ℥. 3. capitelli fortiſsimi ℔ 1. bulliant hæc omnia ſimul, vſq; ad ſuccorum cõſumtionẽ, & cùm ferè coctæ fuerint, fel. boum adde, & puluerem ſpecierum ſequẽt. ſuperadſperge: R. oſsis ſepiæ, zing. hermodact. ariſtolochię long. & rotũdæ, lentic. bor. arm. cryſtalli, ſemulæ gran. tinctorum, tragacant. antali & dentali, belliculi, ſem. ſinapi al. omnium pulueriſatorum an. ℥. quart. fiat vnguentum, de quo facies ſero inungatur, quia potentiſsimum eſt ad omnia ſupradicta, prius tamen debet lauari facies cum aq. roſ. Aliud expertum ad panum faciei & faciem clarificandã: Accipe cæpã al. & tere eam optimè, & cũ melle deſpumato fac eam bullire, & leua tunc eã ab igne, & pul. hunc ſuperadſperge: R. zing. oſsis ſepiæ, & cryſtalli, bor. vitri armo. antali dentali an. ℥. quar. hæc omnia pulueriſata addantur & vtere: Itẽ leue experimẽtũ ad omnia ſupradicta & ſpecialiter ad panum faciei: Intret mulier balneum & ſtatim accipe mel cũ borace miſtũ & oſſe ſepiæ an. & aliqua teſta cõmoue diu & faciem vnge. Aliud contra panum faciei & lentiginem & cõtra omnia p̃dicta: Accipe tartarũ de vino al. & inuolue ipſum in ſtupa cannabina & ſub cinere cal. ita inuolutũ ꝑ noctẽ totam dimitte: mane verò ipſum tere & cũ mel. deſpumato admiſce & vſui reſerua. Aliud expertũ ad lentigines & ſordida, quæ in facie naſcũtur: Oua integra in aceto fortiſsimo infunde, & tã diu ea ibidẽ dimitte, donec mollia fiant: dein de pul. ſinap. ſubtiliſsimè trit. admiſce, & cũ eis inunge loca. Oleũ etiã frumẽti, qđ artificiosè fit, cùm frumẽti gran. inter duo ſerramenta fortiter ſtringuntur, & miro modo valet ad p̃dicta. Aliud ad omnia p̃dicta: R. armon. maſt. ceræ al. an. & cũ oleo veteri liquefac, & deſuꝑ argentum viuũ cum ſputo extinctum appone & vtere. Aliud expertũ: malumterræ in medio excaua, & qđ inde extrahis tere & exprime, & cũ melle & armon. & oſſe ſepiæ cõmiſce, & in p̃dictum malum excauatum groſſum omnia ſimul pone & ſuper prunas bullire fac, & vſui, inũgẽdo loca ſordida, reſerua. Et huiuſmodi vnguẽto debet inungi pręcedẽte pri⁹ vſu balnei vel fricatione manus & fomentatione, ſecundum qđ in capitul. de Gutta roſ. dicemus. Vnguentum ad faciem dealbandã, clarificãdam & ſubtiliãdam: R. medullæ vituli ℥. 2. olei roſ. muſcellini, ceræ an. ℥. 2. pinguedinis gallinæ ℥. 1. corticis ſambuci ℥. 1. appone ibi de ceruſa ℥. 1. & s. & inunge faciem. Itẽ ad faciem clarificandam & maculas tollendas de facie: Illiniatur facies ſang. taurino cal. Succus ireos inunctus idẽ operatur, ſed caue ne intret oculos. Item ad faciem dealbandã & clarificandam: In mortario marmoreo optimè loto aq. claram appone, & cũ lapide marmoreo albiſsimo diu fricando aq. illam per mortarium moue, donec aq. albeſcat, & qđ in fundo permanſerit, reſidere permitte, & qđ inueneris quaſi amidum congregabis & ꝑ 2. dies ad Solem pone, cura vt ceruſam ſibi mulier ponat in facie. Pul. ad faciem dealbandam & clarificãdam: Ceruſam in aqua diſtẽpera, & cũ pãno ſubtili & claro cola, & per menſem ad Solem cura aquam imponẽdo & remouendo de ʒ ad ʒ. diem, quotidie deinde cum aqua. roſ. admiſce, & pul. margaritarum, cryſtalli, amon. ſtor. nitri & cãphorę admiſce, & ſupra marmor al. vel ſupra porphydũ, ſubtiliter terãtur, & pòſt cum aq. roſ. diſtempera, & cũ panno lini ſubtili ad Solẽ cooperiatur, & cùm vis vti, diſtẽpera parũ ex hoc pul. cũ aq. roſ. vel axũgia ceruina, vel gallina liquefacta, ſi volueris facere vnguentũ, & vnge faciẽ, cùm lectum intras: & hoc valet etiam ad faciem propter Solem exaſperatam. Aliud ad faciem vltra modũ propter Solem diſtẽperatam, & ad ipſam dealbandã: ſeuum ceruinũ in aq. bullire fac, & ipſam in aliam aquam cola, & collige cũ manib. cui adde pul. borac. cryſtalli, armon. & ceruſę ana, & vſui reſerua. Aliud ad faciem dealbandã, & ad pilos de facie tollẽdos. Calcẽ viuã in aq. in modum ceruſæ ſupradictę per mẽſem ad Solẽ cura, deinde mel deſpumatũ admiſce, & veſperi faciẽ inunge, & caue ne oculos tangas: mane verò faciem cum aq. cal. ablue. Aliud ad cutẽ ſubtiliandam & dealbandam, & ad maculas nigras remouendas: R. farinæ lupinorũ p. 3. farinæ fabarũ p. 3. farinę hordei p. 1. farinæ lentium & amidi p. 1. ſem. raphani, gummi tragacant. an. p. s. ſem. cicu. p. 2. omnia pulueriſentur, & de hoc pul. parũ conſice cum lacte mulieris, vel cum aq. roſ. vel cõmuni, & inunge faciẽ per noctẽ: mane verò cum aq. decoct. viol. & ſem. cicu. cõtritorum faciẽ ablue. Trochiſci valentes ad cutem ſubtiliandam, & ad faciem dealbandam: R. farinę fabarũ, ſemulæ, borac. an. ʒ. 4. croci ʒ. 1. conſice cum decoct. ſem fœnugr. furfur. & hordei, & trochiſ. forma, & in vmbra exſiccẽtur, & cũ op⁹ fuerit diſſolue vnũ ex eis in aq. roſ. vel com. & inunge faciẽ. Aliud forte ad omnia ſupradicta: R. farin. lup. amar. rad. cannæ tritę, rad. lilij cœleſt. amidi, farinæ orobi, riſi loti, orobi an. ℥. 1. coſti, myrrh. ariſtol. ro. an. ℥. s. cõfice cũ colatura furfuris, & per noctẽ pone ſupra faciẽ, mane verò cũ aq. ca. ablue faciẽ. Aliud faciens faciem rutilare probatũ: R. tegulæ veteris tritæ, foliorum vel florum ſcœnan. an. ℥. 9. ʒ. 8. rad. lilij cœleſt. gummi arab ʒ. 12. cõfice cum aq. furfuris colata, & trochiſ. forma, quos cum aq ro. vel com.

distempera:& per noctem faciem vnge,mane ve-
rò cum tepida ablue. Aliud faciens faciem rubi-
cundam vt roseam:R.farinæ lup.cicer.an.p.8. se-
mulæ tritici p.1.confice cum album.oui,& troch.
forma , quos in vmbra siccabis, & qñ vis operari
distēpera vnum ex eis cũ aq. tepida , vel cum aq.
simpl. & faciem vnge, & sic per ʒ. horas mane, ac
deinde cũ aq.frig.laua faciē.Aliud ad idem: R.A-
quam furfuris cocti,colatā & spissam,vt syrup. &
mitte in eam pulpam melonis,in eadem quantita
te,ita ut cooperiatur ex ea,&manu malaxa,&So-
li appone,& adde baurac,quātum est quinta pars
melonis pulpæ,& dimitte in Sole,quousq; desic-
centur.Deinde puluerisa,& cum aq. ro. vel com.
cōmisce,& in sero faciē ex ea vnge, mane verò la-
ua cum aq.frig. Aliud mundificans cutem , & fa-
ciem colorans, & maculas nigras abstergens : R.
scoriæ argenti,auri,cretæ an.ʒ.1.auripig. rub. au-
reum s.confice cum aq.ros.& addito pul.ossium
veterum,& pulpa melonis & vtere.Aliud proba-
tum perbellè plurib.vicib.quod mirabiliter faciē
dealbat,& panum faciei pro certo tollit:R.armo.
al.& pulcrum,& cum aq.ro.vel com.in nitido va-
se ponatur, & ponatur ad Solem per 2. dies vel ʒ.
pòst de illa aq. in sero faciem laua , mane verò cũ
aq.cal.faciem lauabis,&hoc fac pluries,quia mira
bilem videbis effectum. Aliud albificans faciem,
& rubedinem inducens,& multùm durat:R.fari-
næ fabarum ʒ.12.amyg.dul.ʒ.10.semulæ trit.ʒ.15.
sterc.passerum ʒ.8.farinæ lup ʒ.6.cōfice cum aq.
decoct. furfuris colata, & per noctem supra faciē
pone,mane verò cũ aq.decoct.viol. vel cham. fa-
ciem ablue.Aliud ad idem:R.trit.se.cucu.an.tere
cũ pulpa melonis,& addito pauco croco & myr-
rha,trochis.forma,quib.vtaris,vt suprà. Aliud o-
ptimum ad grossitiē cutis,faciei & manuum : R.
pingued. hirci ℔. 1. medullæ ceruin. ʒ. 10. vitella
ouorum 8. myrrhæ ʒ.1.liquefiat pinguedo cum o-
leo viol. & cera,& adde omnia p̄dicta, fiat vnguē-
tum, & vtere Et nota, qđ qñ p̄dicta lauatura seu
vnguenta apponũtur , prius debet p̄cedere bal-
neũ,si fieri potest,& in balneo debēt apponi , vel
saltē exeũti balneum præcedente pri⁹ fricatione
loci, sic qđ loc⁹ pri⁹ rubeat, vel saltē debet locus
prius cũ aq.cal.lauari,& pòst fricari,& pri⁹ inũgi.

Simplicia ad faciem mundificandam.

SEquitur de simplicib. medicinis ad faciē deal
bandam,& remouēdos liuores,&rubicundũ
colorē faciendũ, & ad remouendũ panos,len
tigines,bardos, vel sang.mortuum , & ad omnes
maculas faciei. Scil.lythargirium al.cerusa dragũ
teæ,frumenti,brioniæ,cucu.agrest. & domestici,
auenæ,risi,ciceris,mellis,citrulli, spōgię marinæ,
sarcocollæ,amyg.amar.& dul.aristol.ro.bet. se.ra
phani,sterc.columbi,pass. & lacerti , medulla pa-
nis,acetositas pomi citri, faba lupini ; & fœnugr.
hæc vti bona diæta , generant bonum sang. Item
faciunt bonum colorē,& pulcrum, mastix, thus,
borax,camphora,armon.galb. dragũtea, gummi
arab.radix lilij al.asparag.nitrum,gypsum,cornu
cerui cōbustum,mel,aloes succot. fel bouis,aqua
furfuris.De istis potes operari simplicib. & com-
positis.Hæ sunt medicinæ simplices,quę faciunt
grossum corium à facie remouere,morpheam,pa
nos,lentigines oleum de sinapi,eruca,nastur.ce-
rusa,sarcocol.fel bouis,se.sinap.al.raphanus,myr
thæ,borax,armon.sal ar.mel.vinum bonum,tha-
psia,bet.rub.calx,cera, vitella ouorũ, draguntea,
succ⁹ raphani,& se.eius,cucu.agrest.brionia , rā-
nus,radix lilij al.ex his omnib.potest fieri depila-
torium ad coriũ faciei,&ad morpheam,&omnes
maculas corporis de simplicib.vel cōpositis. Alia
simplicia p̄ter dicta ad mũdificandā faciem sunt,
aq.florum alcannæ,&aqua florũ sambuci,aq.na-
phea,aq. rad. lymonum tenerrimarũ , & frondiũ
cannarum,aq.succi lymonũ,aq.rad.colobrini, &
hiari,lac amygd.amar.lac asininũ sine butyro,vbi
velles quòd luceret inter omnia mundi valet aq.
balsami in remundificanda, & clarificanda facie.

De Morphea.

MORPHEA al.nigra & rub. fit in facie,
collo,& manib.Dominarũ: aliqñ locus
est mundus capillis,vel si nascātur,sunt
cani,& est eis subueniendũ.Ad omnem
morpheam,& sang.mortuum,ad liuorē , & gros-
sum corium,maculas nigras,panos,lentigines,&
ad signa senectutis, & sordiciē faciei, & remouet
corium grossum morpheæ,& declarat faciē:Rec.
draganteæ ru.se.raphani helleb.al.sem.sinap.an.
℥. 1. distēperet totum tritũ cũ aceto , ponatur ad
Solē in facie,post lauetur cũ aq.furfuris,& si fue-
rint pustulæ vel plagæ, sanātur cum vnguēto ad
scabiē.¶Aliud ad idem: R.sem.raphani,crystalli,
helleb.al.an.ʒ.1 costi ʒ.s.fiat emplastrũ, & ponat.
Aliud, quod faciat remouere scabiē, & morpheā
de facie, & depilat corium faciei, vel de alio loco:
R.thapsię,cucu.agrest.cātarid.se.sinap.an.℥.1.fiat
cataplasma cũ aceto,& ponatur,teneat per horá,
& depilabitur locus,sanetur cum vnguēto ad sca
biē.Nota,quòd in omni morphea debet pręcede
re purgatio hu.peccantium,vel phlebotomia,vel
vētosa in occipitio , superi⁹ pones sub mēto san-
guisugas , & emplastrũ de cantaridib. & qđ vta-
tur bona diæta,caueat sibi à superfluitate cibi , &
potus,fugiat amara,cal.multũ,&sicca:ignē,Solē,
& angustiá,stet in domib.subterraneis,in quibus
sit cyminũ multũ,balneet se in aq.dul.ponat me-
dicinas faciē dealbantes.Sequitur mirabilis laua
tura,quę faciet colorem roseum,remouet omnes
maculas de facie: R.orobi,lupini, cicer. rub. rad.
barbæ Aaron,rad.draganteæ an.℥. s. cerusæ fru-
menti,hoc tritũ pistetur cum album.ouorum,&
fiant trochisci in modũ lupini,siccentur ad Solē,
ponantur cum aq. ros. com. & teneat per horā 1.
postea lauetur cum aq.furfuris,potest seruari per
annũ. Aliud ad liuorē,& sang.putridũ in facie,&
dat pulcrum colorē:R.cicer.ru.lentiginis,aq.thu
ris,marmor.an.℥.1. pistetur totum cum seuo vitu
li,vel oleo rosac. vel oleo ponatur , probatum est.
Quod color al.fit rub.vel si aliqua Domina fuerit
nimis alb.vel discolorata propter aliquá occasio-
nē, ponatur in suo clarificatorio pul.viticellæ.A-
liud:R.pul.brasilij, & alum. mistum cum aq.ros.
& in hoc remolliatur bōbax per diem,& noctē&
ad Solē siccetur : & si nō fuerit bene rub. iterum
reuertatur, intingatur,& siccet mane:vel qñ po-
nere volueris clarificatorium, iā facie lauata ma-
defaciat faciem de bombace remollito in aqua
ro.postea ponatur ex clarificatorio desuper.

Ad liuorē in angulis oculorum.

DE liuore in angulis oculorum,vel alibi,pro
pter percussionem,vel alia causa , vel pro-
pter fluxum menstruorum: R. electæ tole-
tanæ

tanæ ʒ.2.nitri,ſaponis gallici an.ʒ.1.piſtetur cum aceto,& ponatur, & ſtet ibi parum: pòſt lauetur locus cum aq.cal.Item facit faba fracta cum melle piſtata. Idem faciunt vitella ouorum cum melle. Aliud ad liuorem,&ſang.putridum in angulis oculorum collectum,propter percuſsionẽ,vel propter retentionem,vel fluxum mẽſtruorum,& eſt medicina mirabilis:R.ceruſæ plumbi, cymini,fabæ an. ʒ. 1. temperetur totum tritum cum ſucco coriandri,ponatur ſuper locum liuentem,vbicũque ſit. Colorantur,decorantur , & rubificantur buccæ, & gingiuæ Dominarum, & alia membra iſto modo:R.breſill.rubeæ granæ an.ʒ.s.alumin. ʒ 2.carmeni boni ʒ.3 fiat de omnib. pul. cum aq. roſ.in quadam ſcutella terrea,fricetur fortiter infra manus,& pòſt ſiccetur totum ad Solem,& ſiccatum ſeruetur in vaſe vitreo,& qñ volueritis os, gingiuas,vel aliud membrum colorare,remolliatur dictus pul.cum aq. roſ. in quadam teſta oui, & bombax ibi ponatur,& ſic remollitur: pul.ſeruetur vſq; mane,& tũc oblitã iam facie,ore & gingiuis , coloretur locus cum dicto bombace , & ſi forte ponatur in facie , neceſſe eſt declarare cum clarificatorio: poſtea ponatur balſamus , ſi habetur,vel aliud oleum odoriferum, & ſic non veteraſcet,nec naſcentur pili cani.

Ad gingiuas.

AD colorandum gingiuas,& faciem: R. ſuc. brioniæ,cucu.agreſt.ſucci carui,aq.roſ. an. ʒ.1.mellis deſpumati ʒ 4. coquantur parũ ſimul:colentur,& ſeruentur in vaſe vitreo,ponatur ſero in ore,& facie,& mane lauetur cum aqua roſ.vel aqua furfuris, & erit os aptum ad oſculãdum,pulcrum,durum & odoriferum, & corium mortuum faciei remouebitur,& cicatrices faciei. Ad idẽ: R.corticis vngarij,& bet.al. aſſenturi an. ʒ.1.al.ʒ breſil.granæ.an ʒ.s.alum.herbæ marinę, de qua faciunt Saraceni colorem viol.an.ʒ.s. fiat pul.& miſceatur cum aq.roſ. & fricentur os, gingiuæ,facies,& dabit colorem pulcrum,tamen poteſtis idem facere ſine aq. roſ. & ſine herba marina.Poteſtis etiam facere cum aliis ſimplicib. medicinis,colorare os & gingiuas,ſicut cum cortice vngarij,& bet & multis aliis. ¶ Aliqñ Dominę cũ magno calore,& ad Solem,ventum & ad Lunam vadunt: vnde facies earum denigratur , quarum ſubueniendum eſt eis:ſumatur tragacant.&oleũ amygd.& gummi arab.& mucilago pſyllij , & ſe. cydoniorum,& cum album ouorũ aut ſucco portulacæ miſce,& facies in itinere epithemetur: cũ autẽ quieuerit,lauetur,& poteſt hoc fieri de vnoquoq; per ſe,vel de omnib. ¶ De fiſſuris labiorum aliqñ fiunt propter hu.ſiccum,ſuperabundantẽ, aliquando propter conceptum,quæq; nimia fiát, curantur cum hoc vnguento: R.ceræ citrinæ, olei roſ.axungiæ,macis,ceruſæ frumenti,tragacanthi,terebinthinæ,maſticis,hyſſopi, gallarum, fæcis olei,& olei ouorum,viſcoſitatis ſem.cydoniorum,& fiet ſic:diſſoluatur cera cum oleo , & pòſt commiſceatur cum eis viſcoſitas ſe. cydoniorũ, poſtea incorporentur aliæ ſpecies bene tritæ in quodam mortario marmor.vſquequo ſit bene al. ſeruetur in capſide piceata,& qñ opus fuerit vngatur os,manus, vel alia loca, vbi fiſſuræ fuerint. ¶ Aliud:Recipe gallarum ℥. s. terebinthinæ mellis ana ℥.s. miſceatur totum,& vngatur locus fiſſus . Idem facit oleum vitellinum , valet ſimiliter ad idem vnguentum,factum ad ſcabiem faciei,& ad excoriationem eius.

Defenſiuum à calore Sole & vento.

Ad fiſſuras labiorum & manuum, &c.

Ad dentes cõfirmãdos, &c.

DEntifricium bonum ad dentes declarandos,& gingiuas reſtringendas,& os rubeũ faciendum:pumicis,marinę,ſpongiæ,marmor.alb.panis hordei combuſti, cum ſale cardone & melle,nitri alb.zing.cinnamomi,folij caryophyll.lignialoes,nuciſmuſcat.macis an.℥.s. piperis,pyrethri,ſem.ſinapis,ſtaphiſagrię,oſsium dactylor.combuſtorum,helleb. al. tegul. rub. oſsis cerui cõbuſti,aluminis de pluma oſsis,oliuæ, oſsium myrobalanorum omnium iſtorum combuſtorum an.℥ 3. fiat pul. fricentur dentes ante comeſtionẽ, & poſt,& quod nõ remaneat cibus inter dentes,ne putrefiant gingiuę. ¶ Puluis ad dolorem dentium ex frigido,probatum eſt: Recipe pyrethri ʒ.2. piperis ʒ.1. nitri ſalis, cardone cabaceatis,ſe.ſinapi an.ʒ.s.fiat pul.fricentur dentes& gingiuę,fluet maior quantitas phlegmatis,quàm viſcoſitatis,& ideo ſanabuntur dentes,&gingiuę ad dolorem. ¶ Ad dentes dealbãdos: Recipe oſſis ſepiæ marmor.alb.combuſtæ, ſpongiæ, pumicis ſupremi,nitri,ſal.cardoniæ an.℥.1.caryophyll. cinnamomi , pyrethri,granæ ana vncias tres. fiat pul. & fricentur dentes ante comeſtionem , & poſt. ¶ Ad mundificandum dentes : Recipe grana , de quibus tingitur ſcarleta , & contere , & in ſucco intinge fruſtum ſcarleti,& frica dentes, ſuper omnia mundificat. ¶ Nota,quòd ſemper debent dentes ablui poſt comeſtionem ; ſi fieri poteſt cum vino puro.

Ad dolorem dentium.

Ad dealbandos dentes.

Ad cancrum gingiuarum.

DEntifricium Reginarum,& Nobilium Dominarum, dentes albificat, & confirmat carnem , & gingiuas à cancro corroſas: regenerat rubiginem , & putredinem remouet: Recipe caryophyll.nuciſmuſcat.cinnamomi,ſpicænardi, folij, maſticis, panis hordei, confecti ex ſalegemma, combuſti oſsis , locuſtæ , picis combuſtæ , oſsium dactylorum combuſtorum,oſsiũ oliuæ combuſtorum , oſsium myrobalanorum, citrinorum combuſtorum,granę an ʒ.s ſpongię marinæ,pumicis marini,oſsis ſepię,marmor alb. piperis,pyrethri,ſinapi ana ʒ.2.fiat pul.& fricentur dentes. ¶ Si locus eſt canceratus, lauetur primò cum aceto calido , in quo coctum ſit flos maligranati,& oſſa oliuarum,& cum melle ſimul teneat diu in ore inuoluto , in bombace ſuper gingiuas vel ſuper locum cancroſum, infirmitatem remouet:deinde lauetur cum vino,& melle:pòſt ponatur pul.maſticis, thuris , aluminis , ſanguinis draconis,cinnamomi, ſpongiæ marinæ an. ʒ. 1.ſuper locum dolentem,& ſanabitur. ¶ Pul.mirabilis ad cancrum,& gingiuas corroſas: Recipe calcis viuæ,ſulphuris viui, auripigmenti, ſotularum combuſtarum,piperis an.ʒ.s.totum tritum coquatur in aceto vſquequo inſpiſſetur , remoueatur ab igne , & ponatur pul. iſtarum ſpecierum,caryophyll. nuciſmuſcat. cinnamomi,galb. lignialoes,ſpicænardi, pyrethri, maſticis, thuris, nitri alb. oſsium dactylorum combuſtorum , tegul.rheubarb.antiquæ , pumicis marini ana drachmam vnam & ſemis. piſtentur iſta cum ſupradictis, ſiccentur ad Solem,& fiat puluis ,& cũ eo fricentur dentes. ¶ Contra cancrum,& gingiuas corroſas,& diſcoriatos dẽtes,pul.ad dẽtes diſcoriatos,& gingiuas canceratas : Recipe cinnamo-

mi,caryophyll.zing.masticis, rof.aluminis,aristolochiæ, florum caduci maligranati, corticis eiusdem,ossium dactylorum,ossium oliuarum combustarum,thuris,sang.drac.salis armon.marmoris combusti,aluminis de pluma,crystalli, pumicis, ossis sepiæ combusti, eboris an.ʒ.s.testarum cancri ʒ. 2. hoc totum incorporetur, & ponatur supra gingiuas,& fricentur dentes. ¶ Sarta ad idem fiat ex sola gallia muscata, & gallis bene tritis,cum aqua rof.in qua sit gummi arab.tragacanthum, & possunt poni species redolentes, velut ambra,muscus,cāphora,laudanum, storax,deinde caryophyll.& similia. ¶ Sarta bona ad confortandum spiritus, siue anhelitum, & dum portatur ad collum suspensa, remouet fœtorem à corpore:Recipe galliæ muscat.bonæ ℔.1.galangæ ℥. 1. vel laudani in suo loco, spicænard. caryophyll. ana ℥.s.fiat pul.& temperetur cum aqua rosacea, fiant sartæ de magnis,paruis & mediocribus, rotundis & planis,possunt sigillari,& perforari,siccentur ad Solem,vel ad vmbram potest poni muscus & ambra. ¶ Pomum ambræ, & aliæ confectiones bene redolentes, sicut sunt sartæ, fiunt sic:Recipe laudani ℥.s.ambræ drachmas tres. caryophyll.nucismuscat.ana ʒ.2.storacis ʒ.1. musci ℈.2. puluerisentur species, & misceantur omnia, & fiat pomum rotundum infra manus, & perforetur per medium,vt melius portetur suspēsum, mittatur per foramen filum aureum, vel argenteum ingeniosè aptatum,deportatur in manib⁹, aut collo suspensum,cōfortat cerebrum, neruos, spiritus,& omnia membra reddit redolentia.

Ad confortādum cor, spiritus & cerebrū

De fœtore oris:purgato humore faciente fœtorem oris,vtendum est pul.electuariis,pillulis,vnguentis,suffumigationibus,pomis compositis ex speciebus bene redolentibus, vt pomo ambræ, & musco, & aloe lig. caryophyll. & gallia muscata,& sartis collo suspensis,& bene redolētibus pulueribus,& pillulis,& electuariis: debet tenere Domina in ore species & poma, & sartas teneat in manibus, vel collo suspensas: & hoc,quando loquitur cum viro,& quando debet cum eo dormire,de nocte,vel de die.

De Fœtore oris,propter Cancrum.

Ad fœtorem oris.



SI fœtor oris sit propter corrosionē oris,& gingiuarum, factam ex cancro, vel alia causa. Cura:fiat puluis de spongia marina,alumine combusto,ruta,nitro ana vnciam vnam.fricentur gingiuæ,postea lauentur cum vino puro, vel aceto calido, in quo fuerint cocti caryophyll. menthæ,masticis,piperis,pyrethri, nucis cypressi,corticis tamarisci ana ℥.s. ponatur in melle despumato, & coquatur simul cum vino supradicto,cum hoc lauetur os fortiter diu in ore tenendo ter in die,mane,post comestionem & sero. ¶ Item puluis prædictus, & vinum purgant, & sanant mirabiliter dentes & gingiuas, similiter ab omni infirmitate, & post ablutionem,& somnū fricentur dentes,& gingiuę cum panno non multum aspero,& est mirabilis medicina.

De fœtore oris ad cancrum, & fluxum gingiuarum:Recipe florum chelidoniæ,oliuæ,plantagin.acrimoniæ ana ℥.1.radic.pentaphyll.vnc.2. corticis vngarij,beth.ana ℥.s.mellis ℥. 2. coquantur cum bono vino puro totum simul,& lauetur os,sicut superiùs:postea masticetur masticis laudan.caryophyll.nucismuscat ana ℥.s.misceantur parum de cera cum musco,& teneatur parum in ore masticando,vel diu,& spuatur sæpè saliua,& & sic os redolebit, cerebrum,gingiuas, & dentes confortat, remouet rubedinem & eorum nocumentum. Cauendum tamen est,ne cibus in gingiuis & infra dentes remaneat,quia putrefit & putrefacit dentes, gangrænat gingiuas, & dat fœtorem ori: vnde post comestionem semper os cum vino puro abluendum est,& ita erunt dentes cādidi, & Domina erit placentior, & dilectior viro. ¶ Pul.ad redolendum os: Recipe spicænard. cyperi,folij,galliæ muscat.rof.corticis pomi citri, caryophyll.nucismuscat. lignialoes, mast. cinnamom.salis gemmæ,farinę hordei,mellis ana vnc. s. musci, camphoræ ana grana sex. fiat puluis & fricentur dentes, os, & gingiuæ, & erunt pulcri coloris.

De fœtore oris & dentium:Pillulę optimæ ad fœtorem oris, & dentium: R.galliæ muscat. nucismuscat. spicænard. corticis pomi citri, lignialoes an. vncias duas.musci scrupulum vnum.fiat pillulæ cum vino puro in forma ciceris, teneat duo, vel tria mane & sero sub lingua, quando intrabit lectum, & cùm dissoluetur, deglutiatur. ¶Nota, quòd si fœtor oris causetur à corruptione humorum in ore stomachi collectorum, per vomitum, & per alias medicinas debet purgari, deinde electuariis bene redolentibus vtendum est,sicut est pliris,& musco,&c. ¶Nota, quòd pillulę antedictæ super omnia valent in hoc,& tenēda sunt semper aromatica,vt muscus & similia alia,quæ os faciunt redolere.

De fœtore oris,& gingiuarum:Domina si nobilis fuerit,caueat ab ista ægritudine:Fœtor.n.oris, & spiritus fit aliquando ex humoribus ex stomacho ad os ascendentibus corruptis: aliquando ex cibo retento in gingiuis, aliquando ex dentibus putridis,aliquando ex rubigine dentium, & negligentia ablutionis.Item si fuerit à capite,vel erit frigidum,humidum, vel calidum,si à stomacho similiter. Si sanguis minuatur partibus conuenientibus: si cholera in capite, purgetur cum pillulis aureis, vel decoct.myrobal.citri. Si phlegma in capite,purgetur hierapicra,vel cum paulino. Si phlegma in stomacho, purgetur cum benedicta vel decocti. myrobalanorum chebulorum, & cæterorū. Si melancholia,purgetur cum theodorico,anacardino,vel cum decoct. myrobalanorum indorum: pòst si humores sint simplices,purgetur cum medicinis simplicibus:si composítum,cum compositis:hoc tamen fiat cū consilio Medici prudentis.

De Difficultate partus cura.



IN DIFFICVLTATE partus balneetur in balneo aquæ, in qua cocta sit malua, semen lini, fœniculū,herba moly, arthemisia, vngatur ab vmbilico, vsque ad muliebria,& ad coxas cum oleo calido, vel butyro, vel dialthea, moueatur moderatè, & descendat per loca decli-

decliuia, prouocentur illi sternutationes, cum pondere vnius oboli, hellebori nigri, vel piperis, vel salis, vel pyrethri. Itē si primula fuerit, & nunquam nouerit partum, doceamus, vt cùm hora doloris aduenerit spiritum retinendo ad inferiores partes gemitus propellat omnes. ¶ Si secundina non exierit, balsamum suppositum, vel bibitum eam educit cum vino. Idem faciūt omnes suffumigationes aromaticæ. Ad partum iuuandum: radices super pedes pone, & inchoante dolore etiam mortuum fœtum eiicit. Item aliud: se. cucu. agrestis, quod adhuc in herba sit, & lanam de medio fronte arietis collige, & simul repone, cùm opus fuerit, circa lumbos, & renes habeat, sed dum parit, soluatur: si matrix ita stricta fuerit, quòd timeat difficultatem partus, ꝑ quindecim dies ante tempus pariendi intret semper balneū aquæ dulcis.

De superfluo Sudore.

VT corpus nō sudet, capita cardorum comedantur, & semen iuniperi in potu sumatur, aut cassialig. Corpꝰ quoque cum trochiscis, quos in tractatu de fœtore axillarum, & totius corporis nominabimus, fricetur: bibat etiam vinum lymphatum, quia bonum odorem facit, comedat de apio, si nō fuerit Domina prægnās, quia abortiret, vel infans epilepticus nasceretur.

Ad fœtorem pedum.

SI pedes pro sudore fœtorem dant, fricentur cum alumine resoluto in aqua, vel cum foliis cypressi, vel cum foliis tamarisci. Contra fœtorem vini bibiti, masticetur multum cyperi, cubebas, zedoariam, folia & fructus hederæ, & propriè res acetosas, sicut sunt napus & cępæ in aceto conditæ, & acetum bibere, & coriandrum masticare.

Ad fœtorem vini.

Ad fœtorem axillarum, & tot. corporis.

MEDICAMEN ad fœtorem axillarum, & totius corporis, & sudorē, quod bene redolet: fumatur lithargir. albificatum cum aqua ros. in qua sit campho. & aspergatur, & fiāt trochisci cum ro. tritis, seruentur, siccentur, & cū opus fuerit, fiat ex his epithema. Item ad idem: tutia cum aqua & sale lauata, & cum ros. rub. ℔. 1. galliæ, spicæ cyperi, myrrhæ, aluminis ana ℥. s. sumantur ex eis cum aqua ros. & trochisci formentur, de quibus fiant inunctiones, cùm necesse fuerit, &c.

DE fœtore axillarum: aliquando fit in coitu propter nimium sudorem, vel nimiam solutionem humorum putridorū, & tunc purgatio ꝑmittenda est: deinde illiniatur cum myrrha, aloe, & alumine, temperatis cum vino odorifero, lithargirio cum aqua ros. &c.

Ad minorandum & ad indurandū mamillas.

AD mammillas restringendas emplastrū potētissimum: Rec. mentham viridem, ro. sic. pira viridia syluestria, mespillas, sorbas, pruna immatura, acatias, psidias, balaust. cotonea, pineas virid. planta. flor. cameleon. omnia bene trita, & cocta in aceto cum pauca farina fabarum, vel siliginis, fiat emplastrum. Nota, quòd omnia ista supradicta restringunt fluxum sanguinis & ventris, si emplastrentur, vel si cum istis fiant suffumigationes. Item fiat ex istis emplastrum supra māmillas, ponitur ibi pul. mast. thuris, sarcocol. gummi arab. sang. drac. ¶ Emplastrum optimū

A ad mammillas indurandas, & paruas faciendas: Rec. cydonia & pruna immatura, omnia viridia terantur fortiter, & commisceantur cum bolo armeno, sem. plantag. anisi, fœnic. cymini cum succo plantag. & cum aceto cal. ponitur calidū. Item ad idem emplastrum, de farina siliginis, cum thure, mast. temperatum cum succo semperuiui, vel cum aceto calido, vel cum albumine oui. ¶ Item fabæ fractæ, coctæ cum aceto & cymino, si ponitur calidū, valet. ¶ Itē ficus siccę, vuæ passæ coctę

B cum cymino & cum aceto, bene tritæ, & cataplasmatæ faciūt idem. ¶ Item ad māmillas indurandas, & minuendas: accipiatur furfur triticeum, & acetum, simul bulliant, & super mammillas ponatur emplastrum, & stet per totam noctē. ¶ Item gall. masticis, thuris, distemperata hæc cum aceto calido vel albumine oui, vel argilla alba, si fiat emplastrum, facit idem, &c.

Ad rugas ventris & etiam faciei.

C AD rugas ventris post partum: Rec. sæui arietis nonies in aqua frigida loti ℔. 1. misce cum spuma album. ouorū cum pistello fortiter pistato, & modico butyro, & addatur postea pul. mast. thu. incorporetur, & vngatur locus rugosus, & sic tam venter, quā facies curabitur. Itē aliud: coquatur corium cerui iuuenis diu, quasi ad consumtionem, & in colatura ponitur pul. faba. cum corticibus, & misce pul. thu. mast. armo. tragacan. al. gummi arab. sem. melon. fiat emplastrum super ventrem, & stet per 15. dies ad plus, & potest renouari cū supradicta colatura, & poni

D cum spuma album. ouorum. ¶ Item aliud: sumatur pul. cepæ marinę cōbustæ, & pul. cornu cerui combusti, alu. de pluma, salis arm. myrrhę, thu. nigellæ, mast. farinæ hordei, conficiantur omnia cū melle bene trita & abluta, & postea extendantur in quadā aluta, & superponatur, & stet vsquequo curetur: & potest renouari, si necesse fuerit cum dicto melle: sed aliter non est remouendū. ¶ Item terantur fabæ cum corticibus, & coquantur cum aceto, vel cum vrina eiusdem Dominæ & calidū

E ponatur. ¶ Item quod caro mollis induretur: R. aquæ ros. ℔. s. aquæ decoct. faba. cum corticibus suis ℔. 1. alb. ouorū ℔. 1 aquę resolutionis gummi arab. ℔. s. totum agitetur manibus, & intingatur pannus lineus in hoc, & in exitu balnei corpore sudato, dicto panno totum corpus emplastretur: potest poni in supradicta confectione muscus, vel ambra, vel camphora, & ita potest fieri quælibet aqua odorifera.

Ad dolorem post partum.

F DE torsionibus post partū, & fracturis, quas patiuntur Dominæ, cura talis est: vngatur venter, & pecten cum oleo laurino ad ignē, & superponatur parietaria in olla rudi, stagna. bene calida: & super parietaria ponatur tegula ca. fortiter, extincta in aceto, vel vino, & iteretur bis vel ter: si non inuenitur parietaria, ponatur marrhubium album, vel nigrū tostum, vel folia lauri, fœnic. hederæ, rutę, absynthij, vel ponatur sacculus semiplenus milio, vel panico, vel auena, vel hordeo, vel sale tosto. ¶ Item si oleum lauri non

G inueneris, coquatur pulegium in oleo, donec nigrescat, & carbonescat pulegium, inungatur locus, vel coquatur ruta, & semen iuniperi, anethum, vel sinapi & eruca, vtrumq; curat istas torsiones: vel ponatur pul. carui & baccarum lauri, loco inuncto cum aliquo dictorum oleorum.

¶ Item poteſt poni emplaſtrum apoſtolicon. ¶ Item ponatur veſica ęnea, plena aqua cal. loco iam inuncto, cum aliquo oleorum iam dictorum. ¶ Item ponatur cucurbita olearia plena aqua feruẽtiſsima. ¶ Item vinum bibat, in quo coctum fuerit anethum, aniſum, galága, piper, caryophyl. & ſpecies calidę, cibi ſint ſubtiles, facilè digeſtibiles, vt pulli gallinę, perdices, paſſeres & ſimilia. ¶ Tepefiat cæpa marina, concuſſa, & folia hyoſcyami, & parietariæ folia, in olla rudi ſine liquore, & apponatur ſuper locum torſionis: & ſi cępam marinam nõ inueneris, habeas cæpam domeſticam. De iſtis ſupradictis poteſt fieri emplaſtrum cum oleo laurino, vel ſi non inueneris, habeas oleum commune in ſartagine, & quod cæpa, & folia hyoſcyami, parietarię, & marrhubiũ al. totum piſtatũ cum dicto oleo calefiat in ſartagine, & ponatur dictum emplaſtrum ſupra locum torſionis.

Ad conſtringendum vuluam.

VVLVAM poſt partum reſtringamus: Rec. gallarum ℥.4. caryoph. ℥.1. fiat pul. & accipiantur 6. partes dicti pul. cum ℥.1. vini, & miſceatur, & intingatur in hoc pannus, & ſubmittatur. ¶ Item quòd corrupta quaſi virgo redditur: Rec. gallar. aluminis, ſcœnanthi, foliorum lilij, cyperi an. partes æquales: hæc omnia in aqua coquantur, de quo mulier multoties in vulua cũ bombace mittat. ¶ Cùm autem vulua multum ſtricta fuerit, & mulier cum viro coire voluerit, parua pars inteſtini ſanguine columbi impleatur, & vuluæ antequam vir ad eam accedat, ſubmittatur, poſtquam ad eam acceſſerit, & coire cum eo incœperit ſcindatur inteſtinum, & ſanguis exibit. Item ad vuluam reſtringendam, reddens os matricis ſtrictũ, & in hora coitus reddens vuluam placentem, & inter viros & mulieres ſeruat amorem: quia multum placẽs hoc omnibus, & etiam intendit amorem: Rec. roſ. ℥.s. camphoræ, muſci an. caryoph. fiat pul. miſceatur cum aqua roſ. & cum hoc irroretur vulua & cętera membra. ¶ Pul. ad idẽ: Rec. roſ. rub. bene redolentiũ ℥.1. ſandal citri. ℥.3. campho. ℥.2. muſci gran. 5. fiat pul. miſceatur cũ aqua roſ. irrorẽtur membra. Poſſunt fieri inde trochiſci in forma ciceris, vel fabę cum aqua roſ. & cum his ſuffumigant in hora coitus. ¶ Item medicina ſecretiſsima, reddens os matricis ſtrictum, placabile, & conſeruat amorem inſeparabilem inter vitrum & mulierem: & quod in coitu eſt abominabile, facit deſiderabile, carnes molles facit duras, remouet fœtorem in coitu: Recipe aquæ ro. ℔.1. vel 2. vel minus, ſecundum quod neceſſe fuerit, coquatur gallarum, iunci marini, roſ. laudani, nux cypreſsi an ℥.1. caryophyllorum, galliæ muſcatæ, ſpicæ an ℥.s. totum ponatur in aqua roſ. & bulliat parum, poſtea miſceatur ibi muſcus, & camphora, & ſeruetur in vaſe vitreo: & quando neceſſe fuerit, calefiat, & lauetur matrix intus, fortiter ſubmittatur cum bombace: & hoc fiat ſæpe & ſæpius, quouſq; carnes ſtrictæ fuerint, poſtea balneetur Domina in balneo ſupradicto. In fœtore axillarum ſuffumigetur intus cum hoc ſuffumigio: Rec. corticis maligranati, gallarum, aluminis, roſ. menthæ an. ℥.2. thuris, maſticis, boli ſang. drac. an. ℥.1. raſurę vel ſciſſurarum pergamenorum, quæ ponuntur in aqua cocta ℔.2. coquatur in aceto, & cum his Domina ſuffumigetur, & os matricis intus, & extrà lauetur multoties: deinde ſuffumigetur cum ambra, & ligno al. vel aliis ſpeciebus odoriferis, & hoc ſuffumigium fiat in hora dormiendi. ¶ Item aliud, vt violata non cognoſcat: alumen ſciſſum, gallas, cyminum, oleum omphacinũ cum vino tere, & fiat procliſma. Itẽ: Rec. gall. aluminis, ſcœnanthi, foliorum lilij, cyperi, balauſtiarũ, menthę viridis, pineæ viridis, cotonearum thymi, caryoph. roſ. ſic. porrorum ſylueſtrium viridium, meſpilorum viridiũ, pſidiæ, acatiæ, pul. maſt. thuris, plantaginis, ſarcocollę, glandium, gummi arab. boli arm. ſang. drac. an. omnibus iſtis accipiatur, & bulliant multum in aceto, vel aquà, lauent ſe multum, & teneant pannũ intus ſæpe madefactum, ante procliſma, & adiecto procliſmate faciat ſimiliter, & in procliſmate ſupradicta de ſupradictis.

Ad delectationẽ in coitu.

VT deſiderium, & dulcedo in coitu augmentetur: Rec. pyrethri, aſſęfœt an. ʒ.1. olei ſambuci ʒ.10 cõmiſceantur omnia & remaneat per ʒ. dies, poſtea vngatur virga & vulua, & vterq; mirabiliter dulcedinem ſentient. ¶ Item aliud: Rec. piperis nigri, longi, pyrethri, galang. an. ʒ.1. fiat pul. miſceâtur cum melle, & in hora coeundi mittat Domina cum bombace, vel digito in vulua neſciente viro, & vir mirabitur de tanta dulcedine: & ſi vir vngat caput virgæ, mirabitur ipſa ſimiliter. ¶ Vt mulier habeat dulcedinem in coitu: Rec. galliæ muſc. ℥.s. laudani ℥.1 miſceatur cũ aqua roſ. & inde formetur peſſarium, & ſupponatur in matrice, probatum eſt.

AD virgam erigendam: Rec. aſſæfœt. mellis an ʒ.2 temperentur cum ℥.1. vini, & hoc bibat ante horam coeundi per quinq; horas. Item: Rec. ouorum formicarum ℥.4. ponatur in oleo ſambuci, ad Solem in vaſe vitreo, donec minuatur & diſſoluatur: deinde colentur & adminiſto ſemine pul. rutę virga vngatur. ¶ Ad mẽſtrua reſtringenda & dyſenteriam, &c. ¶ Clyſtere ad reſtringendum ſanguinem menſtruorum: Rec. aluminis, gallarum, acatiæ, boli arm. thuris, cartæ combuſtę an ℥.s. ſem. apij, hyoſcyami an ℥ 2. temperentur cum ſucco plantaginis, & aceti & encatiſmetur.

Ad fluxum menſtruorum.

SI nimis fuerit fluxus, reſtringatur cum reſtrictiuis, & conſolidatiuis venarum, ſicut bolus armen chimolea, hypocyſt. acatia, coralli albi & rubri, tragacan. gummi arab. pul. omphacinus, plantago, corrigiola, ſymphitum, myrtilli, mumia, ſe. platag. pſidia, balauſt. roſ. ſiriacus gall. ſumach, berberis, ſang. drac. M. quolibet iſtorũ cum aqua pluuiali, vel cum ſucco plantaginis, vel ſimphiti, & reſtringit fluxum. ¶ Et nota, quòd iſta omnia & ſingula omnem dyſenteriã reſtringũt de quacunq; fuerit cauſa, ſi datur in ſyrupis, vel pill. vel emplaſtris, vel fumigiis & balneis.

Ad prouocanda menſtrua.

AD menſtrua prouocanda, & ſi per 7. annos retẽta fuerint, & educit mortuum fœtum: Rec. calamenti, pulegij, ſemin. diptami rub. an. ℥.1. caſtorei, acori, aniſi, ſeminis apij, petroſelini, ſem. ameos, ſpicæ nardi, cinnamomi an. ℥.3. fiat pul. conficiatur cum melle deſpumato: quolibet mane accipiatur ℥.s. cum tribus ℥. vini decoct. faſeolorum rub. & baccarũ lauri, pulegij, ſe. rutæ, diptami. ¶ Aliud: coquatur ſem. pulegij ru. diptamus in vino & ieiuna bibat ℥.3. ¶ Item aliud electuarium nig. pyrethrum, opoponacũ, ſimul miſce,

misce, bibat vel suppositū, statim abortit. ¶ Item cyminum tritum cum aqua mulsa bibat. ¶ Item bibat pulegium cum vino re. & tritum sine ferro. ¶ Vnguentum ad confortandā matricem: Rec. gall. musc. laudani an. ℥.2. piperis al. lōgi & nigri, pyrethri, galangæ an ℥.1. dissoluta gallia musc. & diptamo cum aqua ros. fiat vnguētum cum oleo sambucino, q.s. ¶ Contra retentionem mēstruorum, vel si sang. post partum non exierit, cum ꝓuocantibus menstrua educunt: supponatur pul. spicænar. bullitus cum oleo pauco bombace intincto. Item omnes species aristol. aperiunt menstrua. ¶ Item triphera magna, sumta cū vino decoct. lignial. educit mēstrua. ¶ Item suppositoriū ex sola assafœtid. cum bōbace menstrua & secundinam educit, prius tñ loco vncto cum oleo aut butyro, vt non lædantur interiora. ¶ Item suffumigium de solo ar. educit mēstrua. ¶ Item arthemisia cocta cum oleo vel nuce musc. facit idem. ¶ Item radix maluæ ad modum digiti grossa, vncta in pinguedine hirci, & sinapisata, pul. scammoneæ menstrua educit. ¶ Item ad menstrua prouocanda, & fœtum educit: Rec. elaterij ℥.1. scammoneę ℥.1. cum succo porri viridis, contere & fac pessarium duorum digitorum, & submitte hoc subitò mēstrua vel fœtum educit. ¶ Item contra retētionem menstruorū magdaliones certissimi, fortissimi ad humores frigidos matricis, ad menstrua educenda, ventositatē extenuandā, matricē confortādam: & reddit aptam ad omnem suscipiēdam: Rec. ficus nigras ℥.3. nigellæ sem. nasturtij, cymini, anisi, ameos an. ℥.2. cataputiæ mund. ℥.s. thuris ℥.3 fiat pul. cōficiatur cum ficubus bene pistatis, & addatur succus apij, vel fellis bouis q.s. ad emplastrū: deinde fac magdaliones in forma digiti, inuoluti in lana exeūti à balneo submittatur vuluæ, scil. vnus teneatur vsq; ad meridiem, & purgabit mirabiliter. Et si vultis, quòd fiant fortiores, addatis puluerem scammoneæ in modica quantitate, vel succum cucu. agrestis, vel puluerē hellebori nigri, & si fortè propter hoc febrē pateretur, balneetur in aqua decoct. maluæ, & sic curabitur à febri. ¶ Hoc idem facit triphera magna: acuatur verò cum scammonea triphera, vel benedicta, vel hierapicra. hieralogodion, si fiant magdal. Item nota, quòd omnia supradicta debent fieri in tempore educationis menstruorum. Item nota, quòd hæc omnia supradicta valent ad conceptionem.

Ad impregnationē humidā.

Si mulier non concipit propter nimiam humiditatē vuluę, quod cognoscitur, quia in coitu nimis humectatur, & menstrua sunt multa & tenuia, fiat hoc lixiuium: Rec. vinum ru. forte & purum, pone cinerem myrthi in vino albo, buxi, & pul. draguntеæ parū, & submittat mulier hoc lixiuium calidum per pessarium, plurimum confert. ¶ Vt cōcipiat quamuis sterilis sit, si mēstrua non desint: coagulum leporis in vino bibat, & vir eius statim ea vtatur, & mulier abstineat ab aceto, ab acrib⁹, & salsis rebus, nō lauetur 7. diebus. Item: Rec. rutæ viridis succum, & in lana collige: post coitum vir statim subiiciat, tamē non priusquam aqua se sublauet. ¶ Ad eam, quæ prius fœcunda fuit, postea sterilis facta est, folia maligranati sicca, tere, & cum melle fac pessarium digitorum quatuor, & post purgationem impone trib. diebus, vt nō tollatur, & per tres dies tolle vuam passam cum granis suis, & fac pessarium, vt dictū est, & quando coagulatum stillauerit, cognoscat virum. ¶ Pessarium conceptionis valde mirificū: fel taurinum in lana inuolue, & appone pridie in orificium matricis, post mēstrua, de nocte tollat, & cum hoc statim concipiet. Item aliud fel caprinum, cū cinnamomo & oleo finicon, & ramuscula centaureæ trita, & oleo ros. confice, & fac pessarium & submitte. ¶ Si mulier aborsa fuerit, suffumigetur cum stypticis, & lauetur vulua cum eisdem, & cum alumine, galla, & simphito coctis in aqua pluuiali, vel vino, in aceto, &c. valet, vt violata virgo inueniatur. ¶ Si mulier sit sterilis vitio ipsius, cognoscitur per signa Hippoc. quòd si mulier tecta vestimentis, & suffumigata deorsum cū odoramentis proiectum supra prunas, & odor aromaticus transit per corpus ad os, & nares, non est sterilitas vitio mulieris, sed viri. ¶ Ad lac augendum: Rec. lumbricorum viuorū ℥.1. tere & cū melle duos scyphos bibat ipsa ignorāte. ¶ Aliud: lac vaccinum bibat, aqua salsa calida, vel marina fomenta, & pòst cum vino tepido vtatur cibis nutritiuis, & digestibilibus. ¶ Vt cognoscas vtrum fœmina prægnās masculum, vel fœmellam in vtero habeat, apium cum rad. sua capiti eius appone ipsa ignorante: & si masculum prius nominauerit dum loquitur, masculum habet: si fœminam, fœminam. ¶ Item aliud: Rec. lac mulieris prægnantis, & infunde in ensem, vel in vngulam, & si coagulauerit, pariet masculum: si vero effunditur, fœminam. ¶ Ad faciem clarificandam: Rec. limaciarum 12. albumina ouorum 6. fella bouis duo, fiat aqua: Rec. camphoræ ℥.s. boracis ℥.2. & ℈.2. misceatur ista, bene puluerisata cum supradicta aqua: & hoc est, quod reperi de istis.

Ad augendū lac.

Ad cognoscēdū si prægnans sit ex masculo vel fœmina.

Ad faciem clarificādam.

ARNALDI DE VILLA NOVA DE DECORATIONE.



FACIEI decor, & venustas nō tantum capiti, sed etiam toti corpori cōuenit: vnde mulierum gratia, quarum nūquam exosum habuimus consortiū, quędam de ornatu faciei compilare curauimus satis experta, quæ viris affectātibus non oberunt. Frequentius igitur facies mendis, maculis, panis, lentiginibus & aliis spurcitiis deturpatur, q̄ omnia aut ex mēstruis, aut ab hęmorrhoidibus retentis, aut ex phlebotomiæ aut pharmaciæ neglectu, aut ex dominio fellis, aut ex spreta cura hepatis euenire cōsueuerunt. Considerata igitur causa, diligēter eius cura remotioni obuiabit. Si igitur tibi videatur necesse, ꝓuocētur hæmorrhoid. vel mēstrua: iteret̄ phlebotomia, & pharmacia, & ad curā reuocet̄ hepatis, & fellis. In cura tñ mulierib. cōsulo

Scarificatio supra talũ faciem serenat.

hoc,quod frequenter supra talum vsque ad medium tibiæ faciant scarificationes,mulieri magis vultum serenat, quàm aliud : educit enim sanguinem resudantem à chylo, & ad intercutanea, & per antiperistasim à facie ad loca incisionis ꝓuocat. ¶ His peractis à localibus sic incipiatur,

Stupha.

primò facies stupheturita,quòd in aqua pluuiali bulliant paucæ paleæ auenæ, & violæ & maluæ paucæ cooperto capite in sero fumũ diu recipiat, & sic peplo albo mundo facies & collũ voluatur, & tota nocte sudet : hoc tribus noctibus continuis faciat,vt sit cutis attenuata,& sequentia melius admittant medicamina. Post hoc trochiscos melonum confectos,& conseruatos inter manus in aqua ros.dissoluat, & inde frontem, faciem, & collum abluat,& liniat, iterum eodem peplo inuoluat,hoc faciat tribus noctibus continuis:.postea vtatur trochiscis,pulueribus & pillulis, quæ

Trochisci.

sequuntur. ¶ Trochisci primò tales sunt : Rec. brioniæ, amygdal. amar. vel nucleorum persicorum an.℥.4.lentis,ciceris al.fabæ fractæ,risi,marmo.al.coral.alb.crystal.boracis,salis,nitri an.℥.4. diligenter terantur,& conficiantur cum felle hirci : trochisci formati Soli exponantur, & siccentur,& post triduum iterum terantur, & addatur quarta pars cerusæ, & tunc cum aqua ros. conficiantur,& inde minores trochisci formentur ad modum maioris denarij , sero vnũ ex his in aqua fontina tepida resolue, totã faciẽ eunti dormitũ, frontem,collum, & nasum illinias, & semper peplo mundo inuolues : hoc 7.noctibus continuis iterabis,& si necessariũ fuerit vlterius, quia illud potẽter poros aperit,cutem corrodit, panos,lentes,mendas,pustulas,& tales sordes abstergit, & destruit. ¶ Tunc sequitur puluis iste:Rec amidi, amygd.dul.& ama.dentalis,vmbilici marini, con chularum marinarum,porcellanæ,olibani,tragacanth.al. cerusæ, coral. al. crystalli, borrag. gersæ an.omnium ℥.3.salis gemmæ ʒ.1.terantur diligentissimè & trochiscẽtur in partes æquales, diuide vnam partem in mediam pyxide repone,& faciẽ albumine oui crudi linitã sinapisa, id est, sparge, & hoc de prima. Alteram partẽ sic facies : medullam ceruinam albissimam,album.oui in aqua coctum, æqualiter cõmiscetur fortiter in mortario marmoreo mundo contunde, irrorãdo aqua ro. parum axungiæ porcinæ nouellæ,liquefactæ infunde,semper bene agitãdo,& conterendo,& ad vltimum camphoræ tritæ ℈.2.& s.musci ℈.s.hoc vnguentum in vase vitreo,vel stanneo,vel argenteo repone conditũm & quotiescunq; volueris, faciem,nasum,frontem,collum illinias,& ita tota nocte dormiat : mane autem in aqua tepida cum furfure & farina fabæ fractæ & hordei infunde,& inde bene colato, faciem lauet, luciditatem cutis affert : & hoc sit de secunda parte. Tertiam partẽ ita confice addita camphora, & musco in pondere ℈.s.cum aqua ro. optima,& album.oui crudo, in vltima parte addito pul.per pannum subtilissimum tricotrinisatum in scipho argen. vel vitreo mundo confice cum digito,diligenterq; incorpora,inde pilulas paruas ad modũ ciceris informa, quarum vnam,vt volueris in vola manus mundę cum aqua ro.sero soluat, & inde frõtem, collum, nasum & faciem liniat diligenter, sed memineris pul.vti,& vnguentis magis sero,pillulis autẽ mane. ¶ Dentium verò non minor debet esse decor,

Ad decorandum dentes.

quàm iuuamentum, & ideo non minor ornatus, quàm faciei, ne quid igitur ornatui desit pauca de eis perstringamus,nam & hi vitiati,personam dehonestant. Gingiuas ergo confortare oportet, quia ab eis frequens est vitiũ dentiũ:Radix quinqueneruię,pentaphylonis,plantag.in optimo vino bulliant, & dentes inde abluat,postea dentes hoc puluere fricet : Rec.marmo. al. pumicis, fur. grossi hordei,milij assi,nitri assi, salis gemmæ,alexancos,coral.al.zingib.al.cinnam.aliptimi,folij vitis al.caryophyl.lignialo.si stet in facultate omnium an.ʒ.2.diligenter tricotrina, & inde addito musci quartam partem ℈.1.ore bene abluto quotidie mane dentes bene fricẽtur. ¶ Pręterea quo-

Radix maluæ.

tidie mane ra.maluæ bene mundæ ꝑ mediũ scissa vndiq;,diu diligentissimè fricentur, experto credite : nigros dẽtes dealbat, sæpius etiam post ablutionem panno lineo grana tincto nouo,dentes similiter fricet,& gingiuas,& hoc iterũ ex natura grani est expertissimum. ¶ Colorem efficaciter

Ad restaurandum colorem.

restaurat pul.iste : Rec.galangæ,zingib. cinnam. zedoariæ,pyrethri optimi an.ʒ.4.pul.sacch.quãtum de omnibus aliis,ferruginis bene lotę & siccæ ℥.1.& s.salis gẽmæ ʒ.1.modicũ de croco vt ℈.1. omnia contere & cõmisce, & in principio in omni prãdio vtere,& eadẽ die non eris discoloratus.

Ad decorandum capillos.

¶ Capillos multiplicant,& colorant ista,capitellum tale fiat:sarmẽta pura,& sicca in area munda combure, cineres collige tricotrinatos , & supra paleam hordei in panno lineo mundo dupliciter pone,& superinfunde aquã calidã in olla perforata infunde,& collige instillantẽ ꝑ foramina,tũc in illa olla perforata pone hîc rasuram buxi re. & frondes eiusdẽ,croci re.parũ, ligni quod dicitur fustec,cymini alcannæ an.ʒ.3.croci orientalis ℈.1. quę omnia sic dispones in eadem olla abiectis cineribus bene mundata primò suppone paleam, post hoc frondem myrthi & buxi,deinde rasuras & ligna prædicta. Ad vltimũ pul.cymini,& ponitur in lato sacculo,& laxo ita , vt totam ollam cooperiat superius, tunc prædictũ lixiuiũ superinfunde, supposito mundo vase, in quo colligatur ter vel quater,coletur, vel in vitreo , vel in terreo mundo vase reseruetur , deinde lixiuio caput ablue,sed in ablutione de pul. aluminis scissi capillos illinias loco saponis,& capite bene loto per se. dimitte exsiccari,postmodum verò de lixiuio toties colato caput laues fortiter omni die, & permitte siccari sine panno,vel cũ panno qđ melius valet,vt capilli abluãtur:cuiuslibet coloris capillos reddit aureos,vel flauos occultè,& efficaciter tingit. ¶ Si verò nigros volueris facere canos,vel alterius coloris capillos : Recipe balaustiarum, psidiarum, quæ si non habueris, accipe cupularum glandium , gallarum alcannæ ana ʒ. 4. vitreoli quart.1.℥.quæ omnia sic dispones:terenda teres,radices contundas,& easdem coquas in vino nigerrimo , vsq; ad tertiam partem : tunc colabis per pannum optimum exprimendo fortiter , liquori quoque modicum olei adde vncias tres. liniantur capilli, & bene per se fricentur, quoslibet capillos nigros facit. ¶ Vbi pi-

Ad faciendũ nasci pilos.

lorum generatio necessaria est, vt in superciliis vel barba, fiat frequens inunctio corticis auellanę,castaneæ, fabæ,ossium dactylorum, testium, amygd.

amygdal. & myrobal. citri an. apum combustarũ, quantũ omniũ aliorũ pul. ranę vel lacertę viridis, combustis ad 4. illius ponderis diligẽter confice cum oleo laudano, quibus inunges locum, & omnia circa. ¶ Si prohibere volueris pilorum generationem, tali vtere experimento, prius radicitus pilis euulsis, inunge sic: Rec. sang. vespertilionis, sang. humani, succi cassiæ lign. an. omnia misce, ouorum formicarum tritorum, sem. papaueris nigri, & hyoscyami an. cõfice cum succis prædictis, & oleo papaueris nigri, sæpius vtere. ¶ Psilotrũ ad remouendum capillos tale fiat: salis, calcis viuæ, æqualis sit mensura vtriusque, auripigmenti vnius ponderis, quod coque diligenter, omnia in forti lixiuio fortiter agitando, vt bene incorporentur post 7. vel 5. ebullitiones ab igne depone, vt calor resideat, donec sit inter calidum, & temperatè tepidum: interim locum depilandum fumiga cum aqua calida, & fomenta vt pori cutis aperiantur: postea locum depilandum in loco ab aere frigido remotum cum penna illinias aqua tepida, pilos itaq; humectando poteris euellere.

Ad prohibendum pilos nasci. *Psilotrum.*

ARNALDI DE VILLA NOVA EXPLICATIO SVPER CAN. VITA BREVIS.



ITA breuis, ars verò lõga, tempus autem acutum, experimentum fallax, iudicium difficile. Oportet autem non solum seipsum præbere facientem, quæ oportet: sed etiam ęgrotantẽ, & præsentes, & ea quæ extrinsecus sunt. Hippocr. 1. aphorismorum.

De his, quæ requiruntur ad perfectam expositionem, & de diuisione aphor. & quid debeat agere volens proficere in Medicina,

Cap. I.

Perfecta expositio in tribus consistit.

PERFECTA expositio cuiuslibet aphorismi, & cuiuslibet documenti consistit in tribus: quorum vnum est mẽtem, vel intentionem auctoris explicare: secundum est dictorum eius veritatem ostendere: tertium est vtilitatem documenti manifestare. Primum fit per interpretationem vocum significantium, quibus auctor vtitur in exprimendo conceptum suum: secundum per claram considerationem rerum significatarum, de quibus idem loquitur: tertium fit per congruam applicationem eius documẽti ad exercitium artis, in quo imbuit auditores. Duo prima complẽtur sententiando, & literam construendo, tertium autem post hæc duo subiungitur ad supplendam breuitatem aphorismi, vel documẽti. ¶ Est tamen vtile sciendum, quod in exponendo, vel tractando aphorismum prędictis modis, nõ licet expositori, quantum est de ratione declarationis aphorismi, quẽlibet excedere, vel prolongare sermones suos: sed præfixi sunt ei termini, vltra quos procedere non oportet sua documẽta. Illos autem terminos indicat vis & ratio aphorismi, vel documẽti: vis documẽti cognoscitur ex materia, de qua loquitur: ratio ex forma, vel modo docendi. Vnde quantũ ista duo tolerant, tantũ debet extendi expositio: verbi gratia, si fuerit aphorismus de aliquo particulari scibili medicinæ, vt de sermone exercitij, tangendi sunt circa expositionem ipsius omnes modi mensurandi exercitium, sed quantum tolerat ratio aphorismi, scil. distinctè, vel per modum epilogi, vel cõclusionis: si verò per aphorismum doceantur vltima, vel vniuersalia, declaráda sunt illa vltima simili modo.

HAEC autem præmissa sunt propter duo, vt ratio pateat eorum, quæ dicuntur circa declarationem præpositi aphorismi. Secundũ est, vt quilibet alumnus artis possit cognoscere, ac iudicare facilius per seipsum de qualibet expositione cuiuslibet aphorismi, vel documẽti, alterius scripta vel probata, vel à seipso inuenta, vtrum sint pertinens, vel impertinens, sufficiens vel insufficiẽs. Et per hoc vlterius possit deuitare deceptionem propriæ opinionis, & scire, quid oportet amplius inuestigare, vel quærere, quid habituare, & quid rectificare, subtiliter condiscernere, quid sit testa, quid medulla: multum enim defraudatur, qui credit se habere intellectum documenti, & non habet, vel scilicet habendo solum partem, credat se totum habere, vel si attribuat ei, quod non est suum.

Ratio præmissorum.

CVM igitur ad integritatem expositionis cuiuslibet aphorismi sint necessaria prædicta tria, pertractare oportet illos modos circa expositionem aphorismi præsentis: & primò, vt videamus sententiando, & literam discurrendo, quæ sit intẽtio autoris circa ipsum, & quomodo dicta eius habeant veritatem: post hoc autem vltimo manifestetur vtilitas aphorismi. Quia verò sequentium sequetur vel intentio perpendetur clariùs per distinctionem sermonis, quo vtimur, ideo rationalis, & dictus modus, & rectus sententiandi est, vt post diuisionem partis totius sermonis recto ordine distinguatur, scil. vt quæ maiores & principales sunt, pòst discernatur, & per hoc patebit sentẽtia generalis, vel intentio: secundo maiores partes, & contentæ sub illis adinuicem determinatur, & sicut habebis speciales intellectus, in legendo literam habebis particulares.

Exequitur prædicta tria.

SCIENDVM igitur primò, quòd iste aphorismus duas partes habet principales, in quarum prima insinuat intentionem, & probat: in secunda verò prosequitur, quod intendit: secunda ibi, *Oportet autem*. Et quia intentum, quod insinuat in prima parte, cõmune est ad totum opus, vt patebit, ideo ista pars prima est procemium totius operis, & secunda est initium tractatus:

Diuidit aphorismum.

quia ibi incipit tradere primum canonem, quo
Medici operatio regulatur ad finem, & secundū
hoc tres erunt lectiones nobis in pertractādo mo
dum huius aphór. quātum eius ratio tolerat. Pri-
ma de intentione Hippocr. & veritate dictorum
eius in parte proœmiali: secunda de vtilitate do-
ctrinæ ipsius circa eandem partem: tertia de do-
ctrina ipsius, & vtilitate doctrinæ circa partē exe-
cutiuam. Hæc autem prima lectio solum est ne-
cessaria volentibus doctorari: quia tota est specu-
latiua, sed aliæ duæ sunt valde necessariæ volenti-
bus proficere in exercitio medicinę. De prima au
tem parte ego scriptor excuso me, propter breui-
tatem temporis in transferendo: sed in summa
ponuntur hic in fine ab Arnaldo.

E S T ergo summa intētio Hippoc. in hoc ꝓœ-
mio, quòd quia nullus hominum propria inten-
tione potest integritatem scientiæ medicinæ ac-
quirere, necesse est, vt quilibet inuestigator eius
inuenta scribat, præcipuè modo breui, & intelli-
gibili: sicut à proœmio, & posterius inuestigabi-
mus, vt omnia introducantur ad facilitatem, & a-
deptionem integritatis relinquantur. Nam faci-
lius est inuentis addere, quàm omnia scienda in-
uenire, tùm quia breuiori tēpore acquiritur pars,
quàm totum, tum quia facilius apprehendit sen-
sibilia cuiuslibet, qui habet ignorantiam disposi-
tionis, quàm negationis. Nemo autem per se suf-
ficit ad hoc, quia vita cuiuslibet hominis breuis
est, & insufficiens ad inueniendum per se prædi-
ctam integritatem: & hoc, quia ipsa est causa non
solum in scibilibus, & præceptis, quod eorum ac-
quisitio per inuentionem requirit tempus lon-
gius, quàm sit vita vnius hominis: tum propter
timorositatem experiendi, tum propter difficul-
tatem iudicij. Quòd hæc tria possunt impedire
quemlibet in vita sua pertingere dictam integri-
tatē, patet per hoc, quia impedit plures idoneos
in diuersis generibus, ergo multò fortius vnum
in vna generatione. ¶ Vtilitas autē huius proœ-
mji, secundum quod habet rationem documenti
exercens, est bonum illud, quod acquiritur per
eius notitiam, vel illud, quod exercitetur. Nam v-
numquodq; documentū dicitur esse vtile, quan-
do per ipsum regulatur auditor ad bonū aliquod
acquirendum: & tunc deprehenditur, vel perci-
pitur eius vtilitas, quando cognoscitur ad quod
bonum æqualiter dirigitur. Bonum aūt, ad quod
dirigitur per tenorem, aut quando per huiusmo-
di proœmiū est acquisitio medicinalis perfectio-
nis, ad quam acquirendā nos dirigit insinuando,
quid agere debeamus, vel quid ꝓpter istam per-
fectionem acquirere. ¶ Insinuat aūt nobis, quod
quatuor sunt ea, quæ oportet agere quemlibet,
volentem notabiliter in medicina proficere: quo-
rum primum est antiquorum tradita scribendo,
describendo, vel scrutādo perlegere. Secundum
est, cautè experiri: tertium verò subtiliter iudica-
re: quartum est experimenta, & certificata stilo
breui, & aphoristico scribere. Primum qualiter
fieri debeat, notum est omnibus, de reliquis tri-
bus oportet hic cognoscere, quantum propositū
tolerat: & primò de tanta experientia, circa quā
duo debet Medicus in genere obseruare. Primū
est mensura cognitionis experiendæ rei: secundū
est modus experiendi. ¶ Circa principium debet

Facilius est inuentis addere quā omnia scienda inuenire.

Quilibet volens in medicina proficere debet quatuor agere.

A considerare, de qua re habet notitiam, & à quo:
nam si nullam, nullo modo debet experiri à parte
intrà, nec à parte extrà re alterata: sed præter rei
alterationem debet corpori applicare suspenden
do, vel applicādo, vel alligando secundum formá
à sapientibus traditam in physicis ligaturis, spe-
cialiter à Galeno, & Dioscor. in capitulo scabiei,
taliter, vt si volūtas affuerit, citò posit elongari,
vel amoueri à corpore. Si verò aliquam habet de
virtutibus, vel effectibus notitiam rei, debet con-
B siderare, scil. vtrum eam elegerit à sapiētibus, vel
à vulgo: multa enim sapientes à vulgo recipiunt,
sicut patet per Auicen. in 5. & per Rhasim in expe
rimentis, & per Galenum de simplicibus medici-
nis. Nam cùm notitia proprietatū non posit ha-
beri per rationem, sed tantū experimento, vel re-
uelatione, & experientia, & reuelationes sunt cō-
munes vulgo & sapientibus, posibile est, vt pro-
prietatum notitiæ prius habeātur à vulgaribus,
quàm ab aliis. ¶ Si igitur tantum à significatione
C vulgarium innotescit effectus, aut virtus rei me-
dicinalis, considerandę sunt particulares circun-
stantiæ, quæ occurrunt circa vulgi experiētiam,
vel ex obseruantia ipsius, vel ex communibus, &
de omnibus iudicare comparando adinuicem: &
tandem circa corpora, circa quæ proponit vti ex-
perimēto. De modo etiam operandi, quæ vulgus
seruat, considerandum est, vtrum sit consonum
rationi, vel non: quia si sic, procedit Medicus se-
cundum modum vulgi, si non, tunc iuxta regulá
D volumus, quòd si manifestę repugnet rationi, de-
testandum est: & si superstitiosum sit, sanare fra-
cturas, aut rupturas absq; scientia cum ligatione
fissarum arborum. ¶ Concomitantia verò sunt
regio, inhabitatores, natura & consuetudo, quæ
concomitantur experientiam ex parte subiecti,
circa quod: concomitātia verò ex parte rei medi-
cinalis sunt, vel naturalia, vt complexio, vel acci-
dentalia, vt præparatio, & modus conseruandi,
verbi gratia, vulgus regionis, quá ingreditur Me-
E dicus, habet pro experimento, quòd caules mol-
lificant ventrem, & prohibent constipationem.
Attendendum tunc, qualis sit regionis comple-
xio, quia ex hoc elicient, vel cognoscent comple-
xionem habitatorum, deinde vtrum copiosè de-
beāt refici, & hoc ex parte victus: ex parte caulis,
quod elemētum dominetur in complexione, vel
commistione eius, quod per formam propriè sci-
tur: nam si caules illius regionis habuerint folia
lata, rotūda, alba, & mollia, certum est, quòd aqua
F dominatur in eo. Similiter an leuiter ibi decoqua
tur cum excolatione, vel sine: nam si regio fuerit
humida, & habitatores multæ comestionis, cor-
pora erunt humida, & si caulis fuerit, qualis est di
ctus, & sumatur post primam ebullitionem, non
excolatus omnibus cōcurrentibus, potenter mol
lificabit ventrem: nec habitantibus alterius re-
gionis spectandus est ille effectus, nisi pdicta con
currant. ¶ Si verò effectus nullam experientiæ
inueniatur habere dependentiam, concurrentib.
G circumstātiis, tunc est effectus proprietatis, post-
quam nihil interueniens rationi repugnat, verbi
gratia: dipolimonea experti sunt Arabes, quòd
expellit venenū scorpionum, quodcunq; appro-
priat, etiam experiri potest Medicus in simili ca-
su in qualibet regione, vario tamen modo admi-
nistran-

Notitia proprietatum per rationem haberi nō potest.

nistrãdi quantũ ad quantitatẽ,& quantũ ad concomitantiam secundum diuersum respectum cõplexionis corporis, & complexionis medicinæ: nam cholericis ministrabitur cum aqua frigida, sicut fit communiter apud meridionales: alijs verò cum vino,vel cum aqua calida, &c. Si autẽ medicinæ virtus innotescat assertione, vel testimonio sapientis, tunc aduertendum est,vtrum ille sapiẽs explicet illa particularia,vel non:si sic, tũc procedit Medicus ad experiendum, secundum quod particularia regulabunt:si autem nõ, tunc valde dimittit. Ad inueniendum partialia regulantia consideranda sunt duo:primum comparatio regionis ad regionem, vt habitantium diuersitas perpendatur:secundum est complexio medicinæ. Si enim regio sapientis fuerit talis complexionis cum regione,quam inhabitat Medicus & ignorat dosim, & modum applicandi, debet complexionem & saporem medicinæ attendere: deinde ad medicinas notas, & similes comparare,& ad formam illarum mensurare dosim,& ordinare modum administrandi: hæc igitur in generali ad tantam experientiam requiritur. Nunc verò videamus de recto iudicio :ea verò, de quibus Medicus iudicare debet ad sui directionem in opere,duo sunt:quorum primum est scientia, vel traditio Doctorum Medicinæ, siue doceant per scripturam,siue per prolationem: secundum est effectus apparens in sanabili corpore. ¶ De primo habetur à Galeno in principio secundi de interioribus,vbi dicit, quod diligenter considerandum est de causis Archigenis, in differentijs & causis doloris,quas assignat. Et quoniam primæ duæ particulæ de interioribus vtilem cõtinent doctrinam, & valde necessariam Medico, nec per communem translationem poterat intellectus elici,propter diuersitatem translationum, ideo trãslatæ reductæ fuerunt anno præterito ad statum Latinorum,ita quòd omnis studẽs potest in eis modo proficere,& notabiliter defectus est Medici,qui caruit scientia illarum duarum particularum. De secundo autem,scilicet de iudicio effectus apparentis in sanabili corpore habetur hic ab eodem in commento. ¶ Iudicium autem primum,quod versatur circa dicta cuiuslibet dicentis aliquid in medicina , consistit in considerando,an illud,quod dicitur,sit conueniens arti: nã si nõ sit cõueniẽs respuendũ est penitus:si cõueniens,vidẽdũ an illud sit verũ. ¶ Ad primũ autem cognoscendum dat Galen. in pluribus locis doctrinam, & specialiter in primo de interioribus, vbi docet distinguere inter dialecticam, & medicinalem scientiam, vel inuestigationem in tractatu definitionis medicinæ,& de demonstrationibus medicinalibus:de hac materia sufficienter loquitur in primo commento, & tertio prologi autorum regiminis. Hic autem generaliter sufficit scire,scilicet quòd nullum dictum pertinet ad medicinam,nisi faciat iuuamentum in opere ad cognoscendum aliquid , quod habet ordinem in opus, sicut expresse testatur Gal. in prędictic. commentis. ¶ Ad noscendum verò secundum,an sit verius, ordinantur omnes scripturæ medicinales,& non philosophiæ. Sed sufficit explicare communem & propriam regulam , quæ circa hoc semper est obseruãda,scilicet vt cõsideretur an positio vel illud,quod dicitur, repugnet principijs artis,& an repugnet rationali experiẽtiæ,tertiò verò an repugnet autoribus principiorũ:nã si omnibus his repugnet,respuẽda est omninò,tãquam profana,& inimica artis, ideò quia non dirigit ad finem,sed quia abducit & diuertit ab eo. De primo tradidit Philosophus, quòd contra negantem prima principia non est disputandum,in quo insinuat,quòd non est audiẽdus is, cuius positio repugnat principijs : quoniam in omni scientia principia supponuntur, tanquam per se nota,vel probata , & vera , & certa in scientijs pręcedentibus. Habetur ergo ex eo,quòd maior habetur certitudo de natura & specie morbi per tantam notitiam iuuantium , & nocentium, quàm per aliquod signorum:vnde si experientia conueniens non certificat, nec propterea respuẽdum est dictum artis,repugnans ei : sed si in alijs experientia vtpote regulata præceptis & obseruantijs artis,proculdubio faciet cognitionem immobilem:& de tali loquitur philosophus primo Meta. in procemio cùm dicit,quòd experiẽtia artem facit. Sicut nota,quòd Medicus conetur studere primum & secundum de interioribus,& legere commentum primum,& secundum prologi regimenti acutorum : vnde si tali experientiæ repugnet positio alicuius,aut respuenda est omninò,vel suspecta debet haberi: difficile manente semper vtrobique eadem rerum acceptione quádo si varia esset rerum acceptio,tunc positio non repugnat experientiæ,sed procederet per diuersa fundamenta. Verbi gratia: Dioscorides, Galenus,& Auicenna,cõcorditer ponunt, quòd rheubarbarum restringit ventrem , & confert dysenteriæ & rupturis : etenim apud nos communis experientia inuenit quòd laxat ventrem,& communiter Medici potius vtuntur eo ad soluendũ, quàm ad restringendum. Sed illi loquuntur de rheubarbaro existente in sua iuuentute,& recenti,quod est ponticum summum,vt sorba: nos autem loquimur de rheubarbaro veterato , & antiquato,in quo remissa ponticitate,& intenso acumine debili eius potentia, in attrahendo cholerá rubeam potest manifestare suum effectum. Tertiò verò,quòd autoritate præcipuorum tradunt Rhasis & Ioannes Dama. hanc regulam in suis aphorismis,scilicet quòd aduertendum est,vtrum illud,quod creditur scire & ponitur ab aliquo, concordet cum sententijs præcipuè Hippoc. & Gal. in medicina & Aristo. nam si concordet,adhærendum est illi dicto:si verò discordet in toto, respui debet,licet ratio defectus illius positionis non omninò pateat,quia verisimile est,quòd iste vnus,posito quod esset illi æqualis ingenio experientia,decipiatur falsis imaginationibus , quàm quòd illi errauerunt. Si verò partim cõcordet & partim discordet,nec teneri debet nec respui,sed formidari,scilicet vt nullus tali dicto seipsum regulet,donec plenam habuerit doctrinam & certitudinem.

Principia supponuntur in arte.

A iuuantib. & nocentib. maior est certitudo in morbo.

AD EVIDENTIAM autem omnium horum sufficit vnum exemplũ:prius ergo sic posuerunt omnes discipuli Democriti,quòd nullus humor peccat per subtilitatem,hanc positionem conuenit Medicis respuere, sicut inimicam artis, quia omnibus prędictis modis repugnat:primo prin-

cipijs eius, secundò rationali experientiæ, tertiò autoritati præcipuorum. Primum patet per hoc, quia Medicus ponit pro principio in arte sua, quòd subtilitas & grossities sunt opposita, & extremę duæ substantiæ tam in rebus naturalibus, quàm in rebus non naturalibus, ita quod cũ humor, aut cibus, aut aer, &c. distinguũtur per grossum & subtilem, semper intelligunt & supponũt quòd grossities & subtilitas sunt quædam extremæ dispositiones substantiæ oppositorum, inter quas est substãtia mediocris inter subtile, & grossum, quia nec grossa, nec subtilis potest denominari, sed absolutè mediocris. ¶ Iterum etiam ponit Medicus pro principio, quòd temperamentum nunquam est in extremis, sed in medio: item etiam ponit, quòd quamdiu humor non peccat, in temperamento manet. His autem principijs repugnat prædicta positio: nam si sanguis, aut alius humor peccauerit, non potest pe subtilitatem semper erit in temperamento, quamdiu subtilis fuerit, & quantumcumque subtilis: & si sic vti licet, semper erit in humoribus medium, & nunquam extremum, quia humor subtilis semper erit temperatus, & per consequens in medio, & hoc est contra primum principium, in quo dicitur, quòd medium inter subtile, & grossum est diuersum ab vtroque extremo. ¶ Quod autem repugnet experientiæ artis, patet per effectus p-parentes in vlceribus deambulatiuis, vt in gutta rosacea, & petia oculi: vlcera enim deambulatiua semper creantur ab humore calido, tamen non creantur ab omni inquantum calidus est, quod patet per hoc, quia non omnis calidus creat ea: nec inquantum acutus, quia inquantum talis, creat vlcus corrosiuum, quod differt à deambulatiuo, quia bene potest esse corrosiuum absque deambulatiuo: ergo alia est causa deambulatiui, quàm corrosiui. Cùm igitur in humore nihil sit, quod possit creare deambulationem ipsius corporei vlceris ab eo creati, nisi caliditatis acumen, aut subtilitas, oportet quòd omnia simul, aut aliquod ipsorum sit causa illius lapsus, sed nec omnium est: verùm, vt ostensum est, non sufficit humor ad talem effectum, inquantum calidus, & acutus, & non habens acutam caliditatem, vlcerare non posset: ergo oportet necessariò, quod illud faciat, inquantum est simul calidus, & acutus, & subtilis: quoniam subtilis tantum, & non habens acutam caliditatem, vlcerare non posset: quare patet, quòd subtilitas in humore est primum efficiens quasi naturæ, scilicet deambulationis, & defusionis vlcerum: sed omne illud, per quod humor nocet, communem cõstituit humorem peccantem: ergo habetur propositum: in gutta verò rosacea, & petia oculi experitur medicamen vsuale nocere vsum vini subtilis visui: posito etiam, quòd in cæteris parum, aut nihil, vt in caliditate, sed famosum & probabile est. Iam autem est differentia inter illa, nec si pene fuerit manifestum per se, apud intelligentiam suam, quicquid quæri potest, habet primum aliquod, quod manifestum est per se, sicut multa ex rebus geometricis, per quæ probantur cætera in libro Euclidis, de indemonstratiuo manifestiuo, non est ita in cæteris scientijs, vt debet esse in hac scientia: quomodo igitur potest esse, quòd illud sit subiectum scientiæ, inter cuius inquisitiones quæratur dispositio eius, cuius esse est quæsitum in ea, quòd tunc ita sit? Manifestum est, quòd non est inquisitio de illis, inquantum vnaquæque earum habet esse proprium: vt hîc fuit quæsitum in hac scientia: nec etiam sunt, inquantum sunt aliena, & omninò non dico, nec vniuersale, eò quòd consideratio de partibus coniunctionis prior est, quã de coniuncto consideratio, quamuis ita non sit vniuersalis secundum respectum, quem nosti. Cùm igitur oporteat habere considerationem de partibus, conuenit tunc causam esse substantiam in hac scientia, vel alia: sed in alia scientia non potest esse, nulla enim alia inquirit de causis vltimis nisi ista scientia. Si autem consideratio de causis fit, inquantum habet esse, & omni eo, quod accidit eis secundum hunc modum, oportet igitur, vt Ens, inquantum Ens, sit subiectum primum, quod est conuenientius. Monstrata est ergo destructio illius opinionis, quod subiectum illius scientiæ sunt causæ vltimæ: sed tamen debes scire, quod hæc est conclusio, & quæsitiuum eius.

COMMENTARIVS.

D*Einde ex parte caulis quod elementum dominatur.*) Quod brassica laxet aluũ, causam in hisce verbis exquirit Arnaldus: Nam à forma & figura, colore & consistentia coniecturam facit, quódnam in ea prædominetur elementum, *Certum est* (inquit) *quod aqua dominatur in eo:* siquidem folia caulis obtinuerit lata & rotunda, alba & mollia. Certum asserit esse quod maximè dubiũ & incertum est: Nam infinitis propemodum exemplis contrarium licet attestari. Mollities ipsa quidem certitudinis aliquid præ se ferre videtur, atque si quod molle est ex aqua & terra præ cæteris maximè sit contemperatum, & quidem aqua terram superante. Sed aliud quidpiam est hæc mollities à viribus & temperamento. Sunt enim herbæ quam plurimæ quæ tactu molles, & actu sunt humidæ, nec humectandi vim tamen habent, sed exsiccandi. Temperamentum etiam herbis plantisque proprium aliàs demonstrauimus, non elementorum mixtioni, sed vnicuique speciei tribuendum esse. Quin & id etiam manifestum fecimus (vt suo tempore patebit) aliquam esse mollitiem, aliquam itidem esse duritiem, quæ non elementorum contemperatione, sed formarum generatione contrahantur. De cæteris autem sensibilibus qualitatibus iudicium est etiam multo leuius. Quamuis fortè sapor (cuius hic tamen non meminit Arnaldus) nonnihil conferre possit, ad inuestigandam simplicium naturam. Age vero certum id sit Arnaldi iudicium, si cauli folia lata, rotunda, alba molliaque fuerint, aquam prædominari: Sed quid inde tamen? Nimirum hanc esse caulis formam, quæ contemperationis elementorum modus quidam sit, aqua cæteris antecellente. Quo posito causa quoque nota sit, ob quam caules aluum moueant. Illud absurdissimum est, & hoc si rem accuratè disquiras, minimè consistet. Nam vnicuique speciei sua quædam propriaque forma est, quæ non ab elementis, sed ab alio quodam principio suam ducit originem. Præterea si propter aquam caules aluum laxent, id aqua magis etiam præstiterit. Sed nitrosa quædam caulibus qualitas inest, quæ facultatem proritat expultricem. Hæc leui etiam infusione potest elici, cum aquea tamen caulium humiditas non nisi multa coctione discutiatur.

An quod dicitur repugnet principiis artis, rationali experientiæ, & principiorum autoribus.) Cùm artis principia, rationem & experientiam ad consequendam medicinæ scientiã & ad faciendum de rebus propositis iudicium, necessaria esse dixisset Arnaldus, miror cur his autoritatem adie-

adiecerit, quæ nihil tamen ad rē facit, nisi præcedentiū defuerit aliquod. Credendum nobis est priusquam intelligamus, & cum nec experti sumus, nec intelligimus fides intelligentibus & expertis est adhibenda, tumque rationis & experientiæ vicem supplet autoritas. Nihil tamen hæc per se constituit, sed illud quicquid est in artibus & scientijs, id principijs menti diuinitus inditis, sensibus & rationis discursibus adscribendum est. Quod autem dicitur contra negantem principia non esse disputandum, hæc tyrannis est autorum, qui discentium vel etiam doctiorum veritatem exquirentium ingenia principijs à se positis alligant: atque si ne dubitandum quidem sit vllo modo, quicquid arrogans aliquis principiorum dispensator protulerit. Sed est interim sua quædam rebus scientias constituentibus indubitata veritas: Nam si nihil certi sit, frustra veritas exquiretur, dum ex falsis & dubijs scientia rei nullius extrui potest. Hæc verò sunt scientiarum principia, quæ cum ex alijs prioribus non demonstrentur, causæ tamen sunt, vt cætera demonstrari queant. Sed hæc nullius autoris inuenta sunt, vt falso existimat Arnaldus, veritatis hanc asserens esse normam, vt ne quid repugnet vel principijs vel principiorum autoribus. Quisquis enim ad constituendam alicuius rei scientiam aliquid de suo contulerit, principium id verè non est, sed collectum quiddam ex principijs, quod vt ex primis simplicibusque notitijs aliquo rationis discursu productum est, ita rationis quoque merito sufferre debet examen. Autor itaque nullus in philosophicis est, cuius decretis ceu primis scientiarum principijs acquiescere deceat. Nam de principiorum veritate nequaquam dubitandum est, cùm id tamen controuersum sit aut saltem dubium, quicquid ex ijs varia rationis compositione colligitur.

Concordet cum sententijs Hippocratis, Galeni & Aristotelis.) Hæc vis est autoritatis cuius antea mentionem fecerat, vt verum esse perhibeatur quicquid præcipuorum alicuius scientiæ doctorum institutionibus consonum fuerit, falsum verò sit quicquid iisdem repugnauerit. Discentibus ista quidem regula competit, qui cùm nec principia, nec sciendi modum intelligant, credere debent potius quàm dictorum in dubium reuocatorum abstrusam exquirere veritatem. Sed si tamen res exquiratur accuratius, Rhasis hæc regula nequaquam consistet: Cùm enim artis alicuius aut scientiæ nullus sit adeo peritus, quin decipiatur interdum, certè non pudet hoc ipsum serio profiteri, quod antea quoque protulimus, tantam scilicet non esse vim autoritatis, vt absque omni controuersia & hæsitatione principiorum instar amplectenda sit. Siquidem autoritas à ratione pendet, non vicissim rationi credendum est propter autoritatem: vt ratione probari possit autoritas an rata sit, non item autoritate ratio.

Posuerunt discipuli Democriti quòd nullus humor peccat per subtilitatem.) Hoc paradoxon est, quod rationibus tamē confirmari potest veritati maximè consentaneis. Ait autem Arnaldus medium quiddam esse, quod nec crassum, nec subtile sit, vt si peccatum excessui tribuatur, defectui quoque possit adscribi. Quin & temperamentum etiam constat in extremis nunquam consistere. Si quid ergo nimis subtile sit, hæc intemperies erit non temperamentum. Probè quidem ratiocinatum est, sed nihil dum hæc tamen valent ad infringendam Democriti discipulorum sententiam. Licet enim multa sæpe sint, quæ nimia subtilitate peccant. Non id tamen in omnibus locum habet, vt nec morbus est ossium nimia crassities. At verò temperamentum (vt medicis in confesso est) in medio, non in extremis consistit, & vniuscuiusque partis sanitas temperie definitur, non intemperie. Si mixtionem intuearis elementorum, nihil est in corpore quod extremum obtineat, sed omnia constant omnibus. Primarum nempe qualitatum mixtione quoduis temperamentum describitur: Et nihil est extremè siccum quod aere vel aqua constat, & nihil eodem modo humidum, quod ignis est aut terræ particeps. Nimia siccitas in ossibus esse potest: simplex enim terræ siccitas præter ossium naturam est, quæ conuenit ex omnibus elementis esse conflata. Crassitiei tamen alia est ratio: Nullum siquidem crassum est elementum: & extrema crassities intra compositarum rerum terminos consistit. Sic & subtilitas diuersum quid est ab humiditate. Concesserim equidem humores interdum esse posse nimis humidos: sed nimis subtiles esse non facile concesserim. Vt summa siccitas nullius humiditatis: Sic & humiditas summa nullius siccitatis est particeps, simplicibus modò competens corporibus. Vtque crassities humiditatem simul & siccitatem necessario requirit: sic & subtilitas vtriusque particeps existit. Præterea corporis humani subtilitatem & crassitiem, mollitiem & duritiem demonstrauimus aliàs non ab elementorum mixtione, sed à formarum generatione proficisci, vt hac in parte ratio temperamenti nihil ad propositum faciat. Sed age si nimia subtilitate peccent humores, ossaque nimia crassitie: noxam expone subtilitatis & crassitiei. Sanguinis (inquit Arnaldus) nimia subtilitas vlcera facit deambulatiua (fluida vel serpentia fortè dicere voluit.) Hoc quoque vitium adijci poterat, sanguinem nimis subtilem ineptum esse partibus crassioribus alimentum. Vlcerum loco si sanguinis eruptiones obiecisset Arnaldus, magis commodè videretur fuisse locutus: sanguinis enim subtilitas nullam parit exulcerationem nisi iuncta sit acrimonia: Quamuis & sanguinis eruptiones ex accidenti sanguinis tenuitati sint adscribendæ: Seu copia, seu calor in sanguine sit, seu naturæ, morbiue motus in causa sit, vel externum quidpiam aliud, quo sanguis extra venas protruditur. Alimenti rationem obijcis: Nulla corporis pars est, quæ non aliquam obtineat crassitiem: Oportet ergo sanguinem esse quodammodo crassum. Duplici ratione tibi facile satisfiet. Primum quod tenuitatis natura siccitatis & humiditatis limites non excedat, vnde fit vt humores etiam tenuissimi quadamtenus crassitiei quidpiam obtineant ratione siccitatis & ossa tenuitatis aliquid ratione humiditatis: Licet crassities & subtilitas diuersum quiddam à siccitate sint, & humiditate. Deinde sanguis etiam tenuissimus in crassissima tamen ossa conuerti potest: Nam si nulla est actu crassities in sanguine, potentiam tamen habet, vt mediante generatione crassitiem facile contrahat, virtute nimirum eius partis in cuius alimentum ipse facessit. Sanguini tenuitas ex vsu est ad distributionem: ossibus verò crassities ad consistentiam. Putridus est sanguis (inquiunt) qui nimis est tenuis, vtpote cuius fibræ sint dissolutæ. Sanguis vt primum venas exilierit, quodammodo concrescit, vnde portiones quædam crassæ percipiuntur; quas Medici fibras nuncupant. Sed dum in venis continetur, & in suo vigore cōsistit, tenuissimus est. Hæc exercitij gratia proferre libuit, ne quis existimaret, hanc Democriticorum sententiam risu potius explodendam esse, quàm vt serijs confutari debuerit rationibus.

De stabiliendo subiecto huius scientiæ, Cap. II.



OPORTET igitur vt monstremus illud quod est subiectum in hac scientia, sine dubio ad hoc vt pateat nobis quæ sit intentio huius scientiæ; dico quod subiectum scientiæ naturalis est corpus, non inquantum habet esse, nec inquantum est substantia, nec inquantum est cōpositum ex suis duabus primis, quæ sunt materia, & forma, sed inquantum est subiectum motui, & quieti: scientiæ verò quæ sunt sub scientia

Subiectum scientiæ naturalis.

Subiectum scientiæ doctrinalis.

naturali, remotiores sunt ab hoc similiter & morales. ¶ Subiectum verò scientiæ doctrinalis est vel mensura intellecta absque materia, vel intellecta in materia: nec tamen inquirit stabilire an mensura vel numerus intelligatur absque materia, vel in materia, sed consideratio eius est de suis dispositionibus, quæ accidunt ei præter potentiam eius: huius scientiæ verò, quæ sunt subiecti de simplicibus, conuenientius est, vt nõ consideret, nisi de accidentibus consequentibus subiectum, quæ sunt minus communia, quàm ipsa subiecta.

Subiectum logicæ.

¶ Subiectum verò logicæ, sicut sciuisti, sunt intentiones intellectæ, secundò quæ apponuntur intentionibus primò intellectis, secundum quod per eadem peruenitur de cognito ad incognitum, non inquantũ ipsæ sunt intellectæ: & habent esse intelligibile, quod esse nullo modo pendet ex materia, vel pendet ex materia, sed non corporea: non sunt autem aliæ scientiæ præter has.

Præter supradictas nõ sunt aliæ scientiæ.

¶ Deinde considero de subiecto, inquãtum habet esse, vel esse subiectũ, vel de corpore inquantũ est subiectum, vel de mensura, & de numero, inquantum habet esse, & quomodo habet esse, & de fortioribus rebus, quæ non sunt in materia. Vel si sunt in materia, non tamen corporea, & quomodo sunt illæ, & quis modus est magis proprius illis, sapiens per se debet inquirere: non enim potest esse subiectum alicuius scientiarum de sensibilibus, nec alicuius scientiarum de eo, quod habet esse in sensibilibus: nam æstimatio est expoliatio à sensibus, licet autem sunt de vniuersitate eorum, quæ habent esse separatum à materia. Manifestum enim est, quòd esse verè, inquantum est substantia tantum, non dependet ex materia, alioquin non esset; nisi sensibilis numero, etiam accidit inueniri in sensibilibus & in non sensibilibus: ergo numerus, inquãtum numerus est, non dependet ex sensibilibus, nec ex insensibilibus. Mensura enim nomen commune est, quia mensura vel intelligitur de numero, quæ constitit communius naturale: vel intelligitur quantitas continua, quæ dicitur de linea, superficie, corpore determinato: tu autem iam sciuisti differentiam inter hæc duo, nulla autem eorum est separata à materia. Mensura verò secundum primam acceptionem, quãuis nõ sit separata à materia, est tamen principiũ essendi corpora naturalia: non tamen ob hoc potest esse, vt cõstitutio earũ pẽdeat ex ea, sic vt ipsa det eis constitutionem ipsam: tunc enim præcederet in esse ipsa sensibilia, & non est in figura, vel in forma: Figura .n. accidentali communitas est materiæ, præterquam subijciatur, communius sumitur, cuius spatiũ est superficies. Finita enim non sunt sub mensura, inquantum materia perficitur, & per illos postea conueniatur, præterquam ita est: tunc figura non habet esse, nisi in materia, nec est prima causa materiæ veniendi ad effectum. Mensura verò secundum acceptionem suam consideratur secundum esse suum & secundum occulta eius: sed consideratio de ea, secundum esse suum. s. de quo modo essendi, & de qua diuisione essendi sit, non est etiam vt cõsideratio eiusdem, eo quòd non pendet ex materia. Subiectum etiam logicæ secundum se manifestum est esse, præter sensibilia: Manifestum igitur, quòd hæc omnia cadunt in scientia, quæ præfuerit illud, cuius constitutio non pendet ex sensibilibus: sed non potest poni esse subiectum commune, vt illorũ omnium sit dispositio in accidẽtalia, nisi esse. Quædã enim eorum sunt substantiæ, & quædam quantitates, & quædam alia prædicta, quæ non possunt communem intẽtionem habere, qua certificetur, nisi certificationẽ intentionis esse similiter etiam sunt res, quæ debent definiri, & verificari in anima, quę sunt communes in scientijs, nulla tamen earum tractat de eis, sicut est vnum inquantum est vnum: & multum inquantum est multum, conueniens & inconueniens, & contrà, & inquantum de eis intentionem tantum faciunt, & inducunt definitiones eorum, nec tamen loquitur de modo essendi eorum, quia non hîc sunt accidentia propria alicui subiectorum harum scientiarum particularium, nec sunt de rebus, quæ habent esse, nisi proprietas esse ordinatur, nec sunt etiã de proprietatibus, quę sunt communes omni rei: sic quod vnumquodq; eorum sit commune omni rei, nec possunt esse propria alicuius prædicati, nec possunt esse accidentia alicuius, nisi ei, quod est esse, inquantum est esse. Igitur ostensum est tibi ex his diuisionibus, quod Ens, inquãtum Ens, commune est omnibus his, & quòd ipsum debet poni subiectum huius magisterij: & quia non oportet inquiri, an sit, & quid sit, quia alia scientia, præter hanc, debet assignare dispositionem eius, & hoc quidem inconueniens est: inconuenens enim est, vt stabiliat suum subiectum an sit, & certificet quid sit scientia, cuius ipsum est subiectum, imò debet concedere tantum, quia est & quid est.

Scientia debet concedere de suo subiecto quia est & quid est.

Igitur primum subiectũ huius scientiæ est Ens, inquantum Ens, ex sequẽtibus enim, inquantum est Ens sine conditione, quorum quædã sunt ei quasi species, vt substãtia, qualitas, quãtitas: quoniam Ens omnino eget diuidi in alia prima, quàm in composita, sicut substantia eget diuidi in alia: antequam perueniat ad diuidendũ in hominem, & non hominem: ex his quędã sunt ei, quasi accidentia propria, sicut vnum & multa, potentia & effectus, vniuersale & particulare, possibile & necesse: per hoc autem, quod Ens accipit hæc accidentia, & coaptatur illis, non est necesse propriè fieri, vel naturale, vel disciplinabile, vel morale, vel aliquod aliorum.

Dubium.

POTEST autem quis dicere, quòd postquam Ens ponitur subiectum huius scientiæ, tunc nõ potest esse, vt ipsa stabiliat in esse primum eorum quæ sunt: inquisitio enim omnis scientiæ nõ est de primis, sed de contingentibus priorum.

Solutio.

¶ Ad quod respondemus, quod speculatio de primis nõ est, nisi inquisitio de partibus huius subiecti, in hoc autem quòd Ens est principium, non continetur ab eo: quia Ens hoc vel illud, inquãtũ est subiectum, non conceditur, nec prohibetur, sed comparare Entis ad esse, est quoddam accidentale illi, & est de consequentibus absolutè, quæ sũt ei proprium. Primum autem nõ est communius quàm Ens, quasi consequatur cętera consecutione prima: ad hoc enim vt accidat ei esse, primum necesse etiam est, vt sit naturale, vel disciplinebile

vel a-

vel aliquod aliud primum,deinde principiũ non
eſt principium omnium Entium: ſi enim omniũ
Entium eſſet primum,tunc eſſet primũ ſuiipſius:
Ens autẽ abſolutè in ſe non habet primũ , ſed ha-
bet primũ vnumquodq; eſſe,quod ſcitur ,primũ
igitur eſt primũ aliquibus Entibus : quapropter
hæc ſcientia non erit inquirens principia Entis
abſolutè,ſed primò alicuius Entium,ſicut princi
pia cæterarum ſcientiarum particulariũ.Quáuis
autẽ cæteræ ſcientiæ non probẽt eſſe priorũ ſuo-
rũ communiũ,habẽt.n.prima, in quibus cõmuni
cant omnes,de quibus vnaquæq; earum tractat,
tamen ipſe probat eſſe priorũ cõmunẽ earum,ve
rùm de his,quæ ſunt in eis.Sequitur ergo neceſ-
ſariò,quòd hæc ſcientia diuidatur in partes,qua-
rum quædam inquirunt cauſas vltimas, inquan-
tum ſunt cauſa omnis eſſe creati, inquantum eſt
eſſe:& inquirit cauſam primá, ex qua fluit omne
eſſe creatũ,inquantũ eſt eſſe creatũ, non inquátũ
eſt eſſe mobile,vel quantitatiuum:& quædam a-
liæ inquirunt prima ſcientiarum particularium.
Primum.n.vniuſcuiuſq; ſcientiarum minus com
munium,concluſiones ſunt in ſcientia commu-
niori,ſicut principia medicinę in naturali,& prin
cipia geometriæ in menſuratione menſurantur
in geometria. Contingit igitur, vt in hac ſcientia
monſtrentur principia ſingularium ſcientiarum,
quę inquirunt diſpoſitiones vniuſcuiuſque eſſe:
igitur hæc ſcientiá inquirit diſpoſitiones eſſe , &
ea,quæ ſunt ei quaſi partes & ſpecies quouſque
peruenitur ad illud,ex quo prouenit ſubiectum
naturale.Ergo permittamus illam appropriatio-
nem ei,& appropriationẽ , ex qua prouenit ſub-
iectum & diſciplinabile:& permittamus ei illud,
quod eſt ſuum ſubiectum,& ſimiliter cæteris: il-
lud autẽ,quod præcedit illud ſubiectum,eſt ei ſi-
cut primum,& nos inquirimus,& ſtabiliemus e-
ius diſpoſitiones. Concluſiones ergo huius ſcien
tiæ quædam ſunt cauſa eſſe,inquantum eſt crea-
tum,& quædã ſunt accidentia eſſe,& quędã ſunt
principia ſcientiarum ſingularium,& ſcientia ho
rum quæritur in hoc magiſterio. Et hæc eſt phi-
loſophia prima,quia ipſa eſt ſciẽtia de prima cau-
ſa eſſe,& hæc eſt prima cauſa,ſed prima cauſa vni
uerſitatis eſt eſſe veritatis,& veritas:& eſt etiã ſa-
piẽtiæ,quæ eſt nobilior ſciẽtia,qua apprehẽditur
nobilius ſcitũ. Nobilior verò ſciẽtia eſt certitudo
veritatis, & nobilius ſcitũ eſt Deus:& cauſæ,quæ
ſunt pręter eum,& eſt cognitio cauſarũ vltimarũ
omnis eſſe,& eſt cognitio Dei,& propterea defi-
nitur ſic,dicendo quòd eſt ſcientia de rebus ſepa
ratis à materia,termino & definitione.Deus autẽ
nullo modo eſt Ens,inquantũ Ens, nec prima e-
ius,nec accidẽtalia eius,ſicut iam patuit,ſed prę-
cedit materiam, nec ponderat eſſe eius ex eſſe il-
lius. Cùm autem inquiritur in hac ſcientia de eo,
quod non præcedit materiam,non tamen inqui-
ritur in ea , niſi ſecundum hoc, quòd eius eſſe
non eget materia. Earum autem , quæ inquiren-
tur in ea,quatuor ſunt,quorum quædã ſunt ſepa
rata à materia,& à pendicijs materiæ omnino, &
quædam ſunt commiſta materiæ,ſed ſecundũ cõ
miſtionẽ cauſę conſtituentis & præcedentis,ma-
teria autem nõ eſt conſtituens illa:primò quædã
ſunt,quæ inueniuntur in materia,& non inueni-
tur materia,ſicut ſunt caliditas,& vnitas:quapro
pter ea,quæ habẽt,cõtinentur,inquantũ ſunt ta-
lia,quod ad certitudinẽ ſui non eſt opus eſſe ma-
teriam:omnia autẽ cõmunicant in hoc,quod eſſe
eorum nõ eſt materiale.ſ.vt eſſę eorum ſit ex ma-
teria,& quędam ſunt res materiales,ſicut motus,
& quies:ſed de his non inquiritur in hac ſcientia
.ſ.ſecũdum quod ſunt in materia , ſed ſecũdũ qđ
eſſe habẽt. Cũ igitur hæc pars diuiſionis accepta
fuerit cũ alijs partib. diſiuiſionis , omnes cõmu-
nicãt in hoc,quòd inquiſitio de his non eſt,niſi ſe
cundum hoc,quod eſt:quia eſſe eorum nõ eſt ex-
iſtens per materiam , ſicut in iſtis diſciplinalibus
ponunt illud, quod eſt determinatum pro mate-
ria,& inquiſitio & conſideratio eius eſt illius mo
di,ſecundum illud,quod quæritur de eo, pendet
ex materia huius,inquiſitio non eſt diſciplinalis,
ſimiliter eſt diſpoſitio huius: monſtratum eſt er-
go,quæ ſit intentio in hac ſcientia.

HAEC autem ſcientia communicat cum topi
ca,& ſophiſtica ſimul aliquo modo , & differt ab
eis ſimul aliquo modo:differt ab vnaquaq; illarũ
aliquo modo,& aliquo modo communicat:com
municat enim cum eis in hoc,quod de eo, quod
inquirit,hic nullus autorum ſingularum ſciẽtia-
rum tractat,niſi topicus & ſophiſticus: differt au
tẽ ab eis ſimul in hoc,quod philoſophus primus,
inquantum phyſicus,non loquitur de concluſio
nibus ſingularum ſcientiarum, iſti verò loquun-
tur. Differt à topico per ſe in fortitudine eò quòd
verbum topici acquirit opinionem, non certitu-
dinẽ,ſicut noſti ex magiſterio logico: differt à ſo-
phiſtico in voluntate eò , quòd hic quærit ipſam
veritatem:ille verò quærit putari ſapiens iudica-
re veritatem,quamuis non ſit ſapiens.

COMMENTARIVS.

M*Anifeſtum enim eſt quod eſſe verè, inquantum eſt ſubſtantia
tantum, &c.*)Rem & eſſe rei ſic Philoſophi diſcer-
nunt,vt res ex multis cõſtituatur,quæ diuerſum quid-
piã ſunt ab ipſa eius & ſimplici ſubſtãtia. Quoad enim
res vnaquæq; ſenſibus percipi poteſt,multis cõſtat ac-
cidentibus,quæ mens à ſubſtantia ſecernit , vt ſimplici
quoq; definitione res ipſa ſimpliciter intelligatur, hoc
eſt eo ipſo duntaxat quo ſibiipſi eſt,non alij cuipiã, aut
quo ab alijs omnibus diſtinguitur. Hoc ipſum ſimplex
eſſe rei cuiuſque docet Arnaldus à materia non depen-
dere,quod hac vna ratione cõprobari poterat:Vnam.ſ.
eſſe rebus omnibus materiam,vt res ab alijs rebus hac
ipſa materia diſcerni nulla poſſit. Sed alio quodam ar-
gumento ſententiam ſuam conſtabiliuit Arnaldus , in-
quiens: *alioquin non eſſet niſi ſenſibilis numero* Dictũ antea fue
rat *æſtimationem eſſe ſpoliationem à ſenſibus:* quorum vtiq; ver-
borum hic ſenſus eſt,vt accidentia ſolo ſenſu percipiã-
tur,ſubſtantia verò ſola mente,cuius actionẽ Arnaldus
æſtimationem vocat. Cùm ergo circa rerum vſias ver-
ſetur intellectus,vt intellectu percipiatur quidpiam,id
omnibus exuendum eſt accidẽtibus,quę ſenſilia quoq;
nominantur. Hæc rationi quidem cõſentanea ſunt : ſed
quod de materia dicitur,dubium eſt maximè: *Subſtantiã*
ſcilicet *res non dependere à materia,* quòd res ob materiam
accidentibus obueſtiantur, quibus ipſæ non intelligi
quidem,ſed ſenſu percipi queant. Materiam primam,
& infinitum ex Philoſophorum ſcholis explodenda ve
lim. Si vero pertinax ſit animis ſentẽtia,nec nobis abri-
pi quicquam eorum patiamur, quæcunque à veterib.
acceperimus : materia tamen ita deſcribenda eſt , vt
principium ipſa ſit rei naturam conſtituens. Cùm enim
Ariſtoteles tria dicit eſſe rerum naturalium principia,
ſubſtantiæ partes intelligit, non accidentium, quic-
quid modò nonnulli de priuatione comminiſcantur

imprudentissimè, qui generationis hanc esse principiũ volunt non constitutionis. Itaque si materia substantię pars est, cur inquit Arnaldus rei substantiam à materia non dependere. Numero substantia res sensibilis est ob materiam, inquit Arnaldus. Duo sunt in his obseruanda diligenter, ipsum scilicet esse numero secretum, & esse sensibile. Materia nullo sensu percipitur, qui potest igitur ob materiam res esse sensibilis? Id ipsum quod primo sensibus obijcitur sunt accidentia: Res enim ob colorem visu percipitur, ob sonum auditur. Ob materiam fortè res Arnaldo dicitur esse sensibilis, quod ipsa causa sit accidentium, quibus res primo sensibilis existit. Concesserim id quidem, sed duplici ratione tamen merito culpabitur Arnaldus, tum quod falsa sit consequentia, *rei substantiam à materia non dependere*, quum hęc causa sit accidẽtiũ: Aliud.n. est accidẽs esse & accidẽtis esse causam: tum quod de forma idẽ quoq; dici possit. Nam hæc eorum accidentium causa potior est quã materia. Formæ scilicet sunt hæc accidentia, formarumque soboles: Materia namque cum nullo actu prædita sit, nullum etiam ex seipsa potest actum producere. Quod autem de numero dicitur, id ex sequentibus Arnaldi verbis facilè confutabitur: *etiam accidit inueniri in sensilibus, & in non sensilibus*. Commune quidpiam est substantijs corporeis & incorporeis, vt numero separatæ sint à se inuicem: Huius ergo causa tribuẽda est ei, quod commune est vtrique, non proprium alterius. Materia vero solis competit sensilibus. Non igitur hæc causa est, vt substantiæ numero separentur.

Inquantum est esse creatum: non inquantum est esse mobile vel quantitatiuum.) Si barbarè, Christianè tamen hic philosophatur Arnaldus. Quicquid præter Deum vsquam existit, id substantia finitum est. Et hoc ipso potentiam habet, vt corrumpi possit & interire. Sed cum non vna sit substantiarum definitio, non vnus etiam idemque modus est huiusce patiendi potentiæ. Quædam enim substantiæ certam quandam habent quantitatis mensuram, aliæ vero vel nulli vel huiuscemodi quantitati subijciuntur, quæ nostris sit sensibus incomperta. Earũ autem quæ certa quantitate circumscribuntur, quædam corruptibiles sunt (quod motu videtur Arnaldus expressisse) quædam vero nullam patiuntur corruptionem naturaliter. Hoc ex cõtrarietate dignoscitur. Quicquid enim præter quantitatem, hac etiam oppositione limitatum est, vt alicui sit perfectè contrarium, hoc est agendi virtute, mutuaque patiendi necessitate, potentiam hoc in se solum habet, vt corrumpatur etiã naturaliter. Cætera verò potentiã habent ad corruptionem, duntaxat ratione creationis, vt cum à Deo creata sint ex nihilo, vicissim ab eodem in nihilum redigi, vel in aliud quidpiam, quod nihili rationẽ obtineat: Deus enim nullam ad quiduis efficiendum concausam exigit: adeoque pari virtute nihil ex aliquo vel aliquid ex nihilo facit, qua certi quid ex certo facere voluerit.

Primum enim vniuscuiusque scientiarum minus communium, &c.) Multa de subiecto metaphysices ab autoribus proferuntur, quibus tamẽ nec subiectum id quodnam sit, nec quænam eius natura sit, intelligitur. Modò Ens aiũt esse, modò res ab omni materia secretas, modò simplicem rei cuiusque substantiam: Atque ita non vnum sed multiplex erit eius scientiæ subiectum. Ens autem quod attinet, communius id est, quàm vt subiecti naturam exprimat: Ens enim omnia complectitur: quorum fortè tamen scientiam sibi vendicat metaphysicus. Cũ vero circa Ens quoddam vnaquæque scientia versetur discrimen exprimendum fuerit, inter Entia metaphysices, & aliarum scientiarum: nec satis est confusè metaphysices subiectum descripsisse. Dein quod de rebus à materia secretis dicitur, id vel dubium & obscurum est, vel insufficiens, nam si res incorporeæ duntaxat hisce verbis exprimantur: constat alias etiam ad metaphysicam referri, quæ corporeæ sunt & naturales. Si verò res intelligãtur vniuersales, quas à materia, sensilibusq; separauerit intellectus: id ipsum omnibus etiam competit scientijs. Deniq; circa simplicem rei cuiusq; substantiam versari dicitur metaphysicus: hacque ratione scientiam sibi vendicat eiusmodi, quæ finis apexque sit reliquarum omnium scientiarum. Simplex autem rei cuiusque substantia, simplici definitione, (quæ scilicet partibus diuidua non sit) comprehenditur, vt nullius mentio fiat accidentis. Miror tamen an vllius rei substantia vel definiri, vel intelligi possit, nisi ratio facultatis alicuius adhibeatur. Natura namque rei cuiusuis ex viribus intelligitur. Nobis itaque de subiecto metaphysices pauca quædam aliter efferenda sunt, quibus non ipsum modò subiectum, sed & aperta quoq; ratio demonstretur, ob quam metaphysica principium esse dicitur finisque scientiarum omnium. Vt circa naturam, operaq; naturalia Physicus: ita quoq; circa Deum, effectusq; diuinos versatur metaphysicus. Diuinos autem vocamus effectus, qui Dei, non alterius cuiuspiam causæ sunt: aliàs certè nihil vsquam est, cuius causa non sit Deus: licet ab anima, vel à natura res etiam multæ proficiscantur. Immediatos ergo Dei contemplantur effectus metaphysici, quorum ratio nullis patet causarum secundarum viribus, vt in nostro philosophiæ triumpho manifestum fecimus. Veteres vero Philosophi cũ nullam omnino Dei notitiam habuerint: (quod apertè profiteri non pudet, hoc ipsum etiam, si res ferat, satis attestaturos) Metaphysicam nobis quoq; rudem, cõfusamq; reliquerunt. Velim esse quempiam ex Christianæ Philosophiæ Doctoribus, qui suas hac in parte vires exereret: Omnis enim in hac Philosophiæ dignitas cõsistit. Aliud ab hoc nostrum est professionis genus, quò prohibemur etiam, ne quid attentemus eiusmodi. Sed si tamen quod optamus, ab alijs neglectum fuerit, negocijs aliquibus postpositis, Deo fauente tandem aliquando rem hanc ipsam aggrediemur. Vt autẽ ad propositum reuertamur: Metaphysicus ex vniuerso causarum ordine principium quoddam assequitur exquirẽdo, quod nullius alterius causæ sit effectus, vt merito prima rerum omnium causa dici debeat. Huius essentiam viresque pòst inuestigat & exponit. Dein & aliarũ quoque naturas exequitur, ea tamen ratione, qua non à seipsis, sed ab alio quodam principio prodierunt. In naturalibus multa conspiciuntur, quæ naturalia non sunt. Eorum causas primus exquirit Philosophus. Vt ex semine sinapi non lactucæ, sed sinapi frutex progeneretur, causa dicitur esse natura seminis. Fit ergo naturaliter. At si fortè lactuca ex eo semine nasceretur, miraculosum hoc esset, non naturale. Nihilominus tamen si hãc causam exquiras vlterius, vnde nimirum semen id ipsam vim obtineat, omnino certè res hęc ad principiũ quoddam natura prius deducenda fuerit. Similiter & cùm de mundo quæritur, an fuerit ab æterno, vel aliquando cœperit, veritas ex metaphysicis petenda est, non ex Physicis. Metaphysicus enim certissimis demonstrationibus hoc ipsum docet. *Nihil ab æterno præter vnum Deum extitisse*: quo posito *factum etiã esse docet ex nihilo, quicquid præter eumdem vsquam est*, cùm scilicet nihil ab æterno fuerit, ex quo fieri posset aliquid. Dum autem Physici nihil ex nihilo fieri posse profitentur, adeoque mundũ nunquam esse factum, sed ab ęterno fuisse, quo nunc est modo, fallũtur: & hinc error exortus est, quod magnus ille methodi magister Aristoteles quæstionem metaphysicam physicè discusserit. Quis quæso est vsqueadeo demens, vt existimet mundum fieri potuisse naturaliter, natura scilicet nondum existente? Cùm itaque res omnes suam à prima causa traxerint originem, nulla quoque est vllius rei scientia, quæ non aliquod ex metaphysicis principium mutuetur. Hic rerum ortus est, & huc etiam contendunt omnia: nam vt à Deo cœperunt, sic & ad eumdem quoque diriguntur: & cum metaphysica scientijs omnibus principia subministret, ijs ipsam quoque perfectionem offert. Hæc nostra est philosophia Christiana, vt in omnibus scientijs à metaphysicis sumatur initium, & quicquid tandem sciuerimus, id ad vnius Dei laudem referatur.

De Vtilitate huius scientiæ, & ordinatione eius, Cap. III.



EBES meminisse, quòd in scientijs, quæ præcedunt istam, iam cognouisti, quæ sit differentia inter vtile & bonum, & nociuum & malum: quoniam vtile in se est occasio, quæ per se ducit ad bonum, nociuum verò in se est occasio, quæ perducit de bono ad malum. Postquam autem hoc ita est tritum iam scis, quòd omnes scientiæ communicant in vna vtilitate, quæ est acquisitio perfectionis humanæ animæ in effectum præparantis eam ad futuram felicitatem. Cùm autem inquiritur in principijs scientiarum de vtilitate earum, non est intentio earum perdu cendi ad hoc, sed adiuuandi se adinuicem ad hoc vt vtilitas proueniat, per quam certificetur scientia alia ab ea. ¶ Vtilitas igitur secundum hanc intentionem dicitur absolutè, & dicitur minus absolutè communiter, scilicet vt sit adducens ad excellentiorem, quæ est eius, sicut finis: quia est propter eam sed non conuertuntur. Si ergo acceperimus vtilitatem absolutè perfecto, hæc sciētia vtilitatē habet: Si verò minus, communiter certè hæc scientia adeo alta est, quod ipsa non dignosci tur esse vtilis alijs scientijs: cęteræ verò scientiæ vtiles sunt ad eā. Cū autē vtilitas absoluta diuida tur in suas diuisiones necessario diuiditur in tria: quorū primū est illud ex quo prouenit aliud me lius eo: aliud ex quo prouenit sibi æquale, aliud ex quo prouenit aliquid inferius eo, & hoc certum: prodest perfectio eius, quia est infra. Cùm autem inquireremus nomen proprium huius conuenientius est, vt dicatur effluxio, vel prouentus, vel dominatio, vel procuratio, vel alia his similia, cùm fecerimus inductionem de his conuenientioribus in hoc capitulo, excepta qualitate: vtilitas enim minus communis penè seruitus est sed vtilitas, quæ prouenit ex nobiliori in ignobilius, non est similis seruituti. Tu enim sciuisti quòd seruiens vtilis est ei, cui seruit, & ille cui seruitur vtilis est seruienti, si vtilitas accipitur absolutè: propria. n. materia cuiusq; vtilitatis improprius modus eius est, & alia maneries. Vtilitas igitur huius scientiæ, cuius modum iam demonstrauimus, est perfectio certitudinis primarum scientiarum particularium, & certitudo earum, quæ sunt eis communia quid sunt, quamuis illa non sint principalia. Est igitur, sicut vtilitas regentis ad illud, quod regitur, & sicut causa eius, cui seruitur ad seruientem: quoniam comparatio huius scientiæ ad alias scientias particulares est, sicut comparatio rei, cuius cognitio inquiritur in hac scientia ad illud, cuius cognitio acquiritur in alijs scientijs: sicut enim huius scientia est primū essendi illas scientias, sicut scientia in hoc est primum certitudinis sciendi.

Omnes scientiæ communicāt in vna vtilitate.

Vtilitas scientiæ dupliciter dicitur.

ORDO autem huius scientiæ est vt discantur prius scientiæ naturales, & disciplinabiles, sed prius naturales, ideo, quòd multa de his, quæ cōceduntur in ista sunt de illis, quæ iam probata sunt in naturali, sicut generatio & corruptio, alteratio, locus, tempus, & quod omne, quod mouetur, ab alio mouetur, & quæ sunt ea, quæ mo-

A uentur ad primum motorem, &c. Post disciplinabiles verò ideo quia intentio vltima in hac sciē tia est cognitio gubernationis Dei altissimi, & cognitio angelorum spiritualium, & ordinum suorum, & cognitio ordinationis in compositione cœlorum: ad quam scientiam impossibile est peruenire sine cognitione Astrologiæ: ad scientiam verò Astrologiæ nemo potest peruenire, nisi per scientiam Arithmeticæ & geometriæ: Musica verò, & particulares disciplinalium, & morales, & B ciuiles sunt non necessariæ ad hanc scientiam.

POTEST autem aliquis opponere, dicens quòd si principia scientiæ naturalis, & disciplinalium non probentur, nisi in hac scientia, & conclusiones vtrarumque scientiarum probantur per principia earum: conclusiones verò earum fiunt principia huius, tunc erit argumentatio circularis in vltimum, huius argumentationis erit manifestatio suiipsius: contra hoc autem verisimile debet responderi illud, quod iam dictum, & C ostensum est in libro demonstrationis, sed tamen nos repetemus de eo hoc, quod sufficiet. ¶ Dicamus igitur, quòd principium scientiæ non est principium ad hoc, quod omnes conclusiones pendeant ex eo, ad demonstrandum eas per actum, vel per potentiam: sed fortasse accipietur principium in demonstratione aliquarum, possibile est esse conclusiones in scientijs, in quarum demonstrationibus non admittuntur ea, quæ pō sita sunt principio vllo modo, quia nōn admit- D tuntur, nisi propositiones, quæ non probantur ad hoc, vt principium scientiæ sit verissimum principium, per quod ad vltimum perquiratur certissima veritas, sicut est illa, quæ acquiritur ex causa. Si autem non acquirit causam non dicitur principium scientiæ sic, sed aliter, sed fortasse dicetur principium, sicut sensus solet dici principium eo modo, quo sensus, inquantū sensus, non acquirit, nisi esse tantum. Soluta est igitur quæstio quomodo principium naturale potest esse E manifestum per se, & potest esse vt manifestetur in philosophia prima per illud, quod non erat probatum antea, sed per quod in illa probantur aliȩ conclusiones ita, vt illud, quod fuerat propō sitio in scientia altiori ad inferendum in conclusione, illud principium non egebit ea, ad concludendum illud principium, sed assumet aliam pro positionem. ¶ Possibile autem est, vt scientia naturalis & disciplinalis acquirat nobis demonstrationem de re, an est, & non acquirat nobis de- F monstrationem, de quare est: sed hæc scientia acquirit nobis demonstrationem de quare est præcipuè in causis finalibus procul remotis. Manifestum est igitur quòd illud, quod est principium huius scientiæ, aliquo modo est de conclusionibus scientiæ: naturalis autem illud non demonstrabit ex principijs, quæ manifestantur in hac sciētia, sed ex principijs, quæ sunt per se nota: aut manifestabitur ex principijs, quæ sunt conclusiones in hac scientia, sed non conuertentur, vt G fiat prima illarū earundē conclusionū: sed aliarū, aut illa principia erunt principia aliquorum huius sciētiæ, ad significandū illud esse, de quo quęritur manifestari in hac scientia, quare est. Constat igitur quòd quādo ita fuerit, nō erit prędicta pro batio circularis vllo modo ita, vt ipsa sit probatio

Oppositio.

Solutio.

in qua idem accipiatur in probationē ſuiipſius. Debes autē ſcire quòd in ipſius rebus eſt via, qua oſtendetur, quòd intentio huius ſcientiæ non eſt ponere aliquod eſſe principiū, niſi priuſquā probatum fuerit in alia ſcientia: poſtea autē manifeſtabitur tibi innuendo, quòd nos habemus viam ad ſtabiliendū primū principium, nō ex via teſtificationis ſenſibilium, ſed ex via propoſitionum vniuerſalium, intelligibilium per ſe notarū, quæ faciūt naturam, quòd Ens habet principiū, quod eſt neceſſe eſſe, & prohibent illud eſſe variabile, & multiplex vllo modo, & faciunt illud eſſe principium totius, & quod totum debet eſſe per illud ſecundum ordinē totius, ſed nos propter infirmitatē iſtarum animarum non poſſumus incedere per viā ipſam demonſtratiuā, quæ eſt greſſus ex principijs per ſe notis, ad ſequētia, & ex cauſa ad cauſatum, niſi aliquibus ordinibus mutatis eorū quæ ſunt ſine diſtractione. Igitur huius ſcientiæ merito eſt in ſe, vt ipſa ſit excellentior ſuper omnes ſcientias, quātum ergo ad nos poſterioratur præter omnes ſcientias: iam ergo locuti ſumus de ordinatione huius ſciētiæ inter omnes ſcientias.

NOMEN autē huius ſciētię, eſt quòd ipſa eſt de eo, quod eſt præter naturam: intelligitur autē natura virtus, quę eſt principium motus, & quietis, imò vniuerſitatis eorum, quæ proueniunt ex materia corporali, virtute accidentium. Iam autem dictum eſt, quòd natura dicitur eſſe corporis naturalis, quòd habet naturam: corpus autem naturale eſt corpus ſenſibile cum eo, quod habet ex proprietatibus in accidentibus. Quod verò dicitur, præter naturam, hoc poſterius idem eſt in reſpectu, quantum ad nos: principium ergo, quod percipimus de eo, quod eſt, & ſcimus eius diſpoſitiones, hoc eſt, quod præſentatur nobis de hac ratione naturali: vnde quòd meretur vocari hæc ſcientia conſiderata in ſe, hoc eſt, vt dicatur, quod eſt ſcientia de eo, quod eſt ante naturam: ea enim de quibus inquiritur in hac ſcientia, ſunt per eſſentiam, & per ſcientiam ante naturam.

Quid dicatur natura & quid præter naturam.

POTEST autem aliquis dicere, quod res diſciplinabiles puræ, quas ſpeculatur Arithmetica & Geometria, ſunt etiā ante naturam, & præcipuè in numero, cuius eſſe non pendet ex natura vllo modo, inuenitur. n. in non natura, igitur ſcientia de numero, debet eſſe ſcientia præter naturam. Quod debemus dicere circa hanc cōcluſionem, hoc eſt, quoniā in Geometria, ſi quicquid ſpeculatur, de ea non fuerit, niſi in lineis, ſuperficiebus, & corporibus, conſtabit tunc, quod ſubiectum eius nō erit ſeparatum à natura, in exiſtente igitur accidentia, quæ comitantur illud, in ipſa minus recta erunt ab ea: ſed ſi fuerit ſubiectum eius mēſura abſoluta, vel in quo inuenitur menſura abſolutè, ſicut vt aptabile ſit cuilibet proportioni, hoc certè non eſt menſuræ, inquantum eſt principiū naturalium, & forma, ſed inquantum eſt accidēs. Iam autem cognita eſt ex his, quæ diximus in logicis & naturalibus, differentia inter menſuram abſolutam, quæ eſt materia, & inter menſuram, quæ eſt quanta, & quod nomen menſuræ conuenit eis communiter: cùm igitur hoc ita ſit, tūc nō erit ſubiectum Geometriæ veriſſimum menſura, quæ cōſtituit corpus naturale, ſed menſura, quæ dicitur de linea, & ſuperficie, & corpore: & hoc eſt, quod aptatur proportionib. diuerſis. De numero autem maior eſt quæſtio, quare videtur ſuperficietenus, quòd ſcientia de numero ſit ſcientia de præter naturam, niſi ſcientia præter naturā intelligatur aliud. ſ. quod eſt ſcientia de eo, quod omninò ſeparatū eſt à materia: & tunc nominabitur ſcientia ab eo, quod eſt dignius in ea, ſicut vocatur hęc ſciētia diuina: cognitio. n. Dei ſimilis eſt huius ſcientiæ. Multæ. n. res appellātur ab eo, quòd eſt in eis dignius, vel apertè cōpetit diahyſopus, & in qua diadracantum, & in qua diapenidion, cùm iſtæ medicinæ non competant omni tuſſi, ſed diadracantum ſolum in tuſſi, quæ cauſatur ex humore ſubtili, & liquido, quem neceſſe eſt ingroſſare, ſicut in corporibus cholericorū, & maximè puberū, quorum humores. ſ. nimia humiditate celeriter defluūt: vnde in quibuſcūq; rheumaticis læditur natura, vel timetur lædi ex inordinata defluxione rheumatis, neceſſe eſt ad bonitatem expulſionis, & ad hoc, vt naturæ obediat, quod ingroſſetur. Et hoc eſt, quod Gal. expreſsè docet in differentijs medicinarum compoſitarum, & præter hoc 2. prognoſticorū ſuper illa parte: in vtroq; verò ſexu, & quia de natura digeſtionis eſt, quod ingroſſet, non ſolùm vrinam, verum etiam egeſtionem, & ſputum, & humiditatem deſcendētem à naſo in coriza, & lippitudine oculorum, & in ophthalmia, in quibus ægritudinibus, quamdiu materia ægritudinis eſt liquida & ſubtilis, tamdiu vexatur patiens in eiſdem membris & vicinis, & manifeſtè alleuiatur cùm per digeſtionem ingroſſatur, vel ingroſſata fuerit. Et ex his patet qualiter prædicta poſitio abducit omninò Medicum, vel deuiare facit ab opere recto, & in omnibus morbis, in quibus neceſſariò eſt iuuare patientē per ingroſſationem in prędictis: vnde qui rectè vel artificialiter operatur in prædictis, non miniſtrat diadracantum, quoniam eſt de cōſideratione ætatis, in quorum corporibus groſſus, & viſcoſus humor abundat, nec diahyſopum miſtum parum, nec diapenidion in ſimplicibus materijs, ſed in miſtis & quantum ad modum, & quemadmodum de his, ſic intelligendum eſt in alijs medicinis tuſſis, quarum quælibet habet locum in ſuo certo loco & caſu, à quibus demonſtrationibus apertè facit deuiare poſitio ſupradicta. ¶ Motiuum autem, ſupra quod mouetur, & fundatur, eſt friuolum, & in ſe & in ſua radice: dicunt enim, quod nullus humor eſt ſubtilior vrina, vel aqua: & tamen aqua, quæ bibitur, & vrina quæ in corpore generatur, etiam ægrorum, propter ſuam ſubtilitatem non reſiſtunt actioni naturali: quoniam immò membra corporis & attrahunt & expellunt, & per conſequens deportant laudabiliter ſuas ſubſtantias, ſcilicet aquæ & vrinæ. ¶ Qui ergo accipiunt hoc motiuum, ponunt vnum, & aliud ſupponunt: ponunt ergo quòd aqua & vrina propter ſubtilitatem non reſiſtūt actioni naturæ: ſupponūt verò, quod aqua ſit ſubtilior omni liquore propter ſui ſubtilitatē, & vtrūq; iſtorū dicitur inconuenienter, ſi abſolutè dicatur: nā dicere abſolutè, quòd aqua & vrina propter ſui ſubtilitatem non reſiſtunt naturali actioni, falſum eſt: quoniā vtrūq; iſtorū cū peruenerit ad loca, vel membra, in quibus ſecundū ordinem nec recipi debet, tunc ſua ſubtilitate reſiſtunt

Scientia nominatur à digniori in ea.

Diadracantum. Diahyſopus. Diapenidion.

Dubitatio.

Solutio.

ſtunt magis expulſioni, quàm ea, quæ groſſitiem habent notabilem: vt aqua, quando illabitur ſpiritualibus membris in his, qui bibunt incautè, vt pote ridendo, vel loquendo, difficilius expellitur quã mica panis, & grauius anguſtiat. Similiter vrina, quãdo labitur inter ſiphac, & inteſtina, multo difficilius expellitur, quã ſi eſſet humor: quod patet per hoc, quia natura vtplurimum pellit ad cutem ſub forma puſtularum, vel apoſtematis, humores ibi collectos innaturaliter. Vrina verò vel illabitur ad oſſeum, vel burſam, etiam tibias: B in locis autem, in quibus natura ordinauit, vt recipiatur propter aliquod iuuamentum, ibi naturali actioni nõ reſiſteret, quamdiu proportionatur naturæ: ſi enim excederet, tunc ſua quantitate poſſet reſiſtere. Quemadmodum igitur cholera rubea non reſiſtit actioni, vel expulſioni cyſti fellis, quæ ad eius receptionem naturaliter ordinatur ſua ſubtilitate, ſcilicet actioni, & expulſioni, & attractioni multorum aliorum membrorũ. Similiter intelligendum eſt de vrina, & aqua: C quæcumque enim comparantur, vniuocè debent ſumi, aliter comparatio nulla exiſtit: vnde ſicut ſi humor dicatur peccare ſubtilitate, non dicitur ſimpliciter peccare, reſpectu omnium mẽbrorum, ſed reſpectu ſolùm eorum, quæ non habent ordinem ad ipſum per ſe regendum, & ad receptionem ipſorum non ſunt naturaliter ordinata: cuius rei veritas patet in exemplis. Igitur natura, vt dicit aqueitas, quæ ſtillat à capite in cannam pulmonis, infeſtam & indeficientem ge- D nerat tuſſim: quoniam ille meatus non eſt conſtrictibilis, & dilatabilis, vt ſtomachus, & inteſtina, & cętera membra: vnde liquida & ſubtilis humiditas non poteſt abinde per expreſſionem abijci, ſed ſolùm per ictum aeris impellentis, ad quem ictum diuertitur aquoſitas, & hinc, & ſiue reſilit in meatum, vel ſpatium cannæ, propter quod tuſſis continuatur, & expulſio impeditur. Quando verò aquæ humiditas in prora cerebri per indigeſtionem aggregatur, vt in coriza, & fri- E gida ophthalmia, tunc ibidem adeo reſiſtit continuè ſua ſubtilitate, atque liquiditate, quòd defluit humiditas ad oculos, & humiditas ad nares: nam poteſt dici, quòd propter immoderatam quantitatem defluit hincinde, quod ſi non deflu xerit inde, quare pars interior capitis, aut totum caput præ nimia repletione continere non poſſet tunc tales neceſſario paterentur epilepſiam, vel apoplexiam, aut ablationem ſenſus & motus, aliquo modo repletis omnibus, aut aliquibus F ventriculis cerebri, cùm tamen nihil patiantur iſtorum. ¶ Cùm autem ſupponitur, quòd aqua propter ſui ſimplicitatem ſit omni humore atque liquore ſubtilior, hoc falſum eſt, & inconuenienter acceptum, quia ſubtilitas non eſt de ratione ſimplicis: quod patet per hoc, quia terra, prout eſt ſimplex elementum, dicitur abſolutè groſſæ ſubſtantiæ, & exinde etiam dicuntur groſſa omnia, quæ omnem notabilem participãt terreſtreitatem. Alia eſt ergo ratio ſimplicis, & alia eſt ratio G ſubtilis: nam ſimplex dicitur aliquid, quia eſt primum in compoſitione, & vltimum in reſolutione: nec poteſt in partes diuerſarum ſpecierum reſolui. Subtile verò dicitur quod ex ſui ſubſtan-

A tia eſt aptum natum celeriter penetrare ſtrictos meatus: hoc autem conuenit rei pro tanto, quia per ſuam ſubſtãtiam appropinquat ad naturam leuium elementorum: & ideò aqua ardens quæ per diſtillationem ex vino fit, eſt ſubtilior, quàm ſit aqua ſimplex, & ſimiliter cholera rubea, quia licet participent aliquid terreſtreitatis, tamen tãtum eſt in eis dominium, quod in eis leuium elemẽtorũ, quæ cõparatione habet effectus, q eſt citò penetrare ſtrictos meatus, nulla eſt terreſtreitas.

B VSQVE nunc viſum eſt in generali, quid obſeruare oportet ad rectè iudicandum de his, quæ traduntur à doctoribus medicinæ tam per ſcripturam, quàm per prolationem docentibus: nunc reſtat videre de ſecundo membro, iudicabitur per Medicum: dictum autẽ fuit ſuprà, & etiam oſtenſum auctoritatibus, vel teſtimonijs Galeni quòd Medicus debet conſiderare non ſolùm de his, quæ docendo traduntur, ſed etiam de cunctis effectibus, qui apparent C in ſanabili corpore, prout tale, ſcilicet vt cognoſcat de quolibet effectu, ex quo proueniat cauſã determinare: quoniam hoc eſt neceſſarium ad operis ſui directionem. Bonitas autem iſtius iudicij conſiſtit in recta cognitione, & conſideratione rerum naturalium, & non naturalium, & contra naturam, de quo in ſequenti aphoriſmo, vel lectione tangetur, quoniã nõ ſpectat ad propoſitũ.

COMMENTARIVS.

Cognitio Angelorum & ordinum, ad quam ſcientiam impoſ- D ſibile eſt peruenire.) Hoc tam abſurdum eſt, vt nihil ferè iudicem excogitari potuiſſe abſurdius. Ex aſtronomia ſcilicet inueſtigandos eſſe dæmonum ordines. Hæc magica ſunt commenta dæmoniacorum, à Chriſtianorum ſcholis explodenda penitus. Nec tamen eſt vt haſce nugas Ariſtotelis autoritate muniamus, qui cœleſtium corporum motus, regimenque mentibus attribuit cœleſtibus. *Immutabiles ooai ſunt (autore Ariſtotele) rectrices cœlorum mentes* (inquit Scheckius in ſuis demonſtrationibus) *ex quibus immobilibus pendet cœlorum & naturæ mobilitas, quarum contemplatio finis eſt abſolutiſſima philoſophiæ longè quiſſima à ſenſibilibus.* De cœleſtibus hiſce mentibus E in noſtro philoſophiæ triumpho dictum à nobis eſt alias: Hic tamen & hoc vnum paucis adijcere liceat. Primæ Philoſophiæ finis hic eſt (inquiunt) vt mentes eas contemplemur, quibus cœli mouentur, & quibus perpetuitas vniuerſæ naturæ conſeruatur. Hoc harum mẽtium opus eſt vt moueant, atque conſeruent: noſtrum, vt contemplemur. Illud commentitium eſt, & indignum Philoſophis, quos nihil aſſerere decet abſque rationibus: Sed latius id tamen patet, quàm vt hoc in loco paucis abſolui poſſit. Cùm hæc autem mentium contemplatio metaphyſicæ tribuatur, miror quánam F modò virtute contemplari poſſimus, quod nec vllo ſenſu, nec vlla ratione demonſtrari poteſt. Anima cùm ſit incorporea, ſuis tamen effectibus in ſenſus noſtros incurrit: quibus etiam ad contemplandam quadamtenus animæ ſubſtantiam certa ratione deducimur. Sed mentes hæ cœleſtes, cùm & ipſæ ſint incorporeæ, nullos tamen exerunt effectus, vt prima ſaltem contemplationis quaſtio diſcuti poſſit, *an ſint*. Non magis hic Ariſtoteli fidem adhibemus, quàm ſi lunam dixiſſet alterum eſſe mundi centrum, in quo genus etiam humanum propagetur. De per- G petuo cœlorum motu quod dicitur. Huius ſcilicet perpetuitatem hiſce mentibus eſſe tribuendam, nugæ ſunt: nam vt terra ſuopte pondere quieſcit: ſic & cœli ſuapte non aliena vel extrinſeca virtute mouentur: cuius vtique motus cùm nulla ſit inæqualitas, perinde perpetuus eſſe poteſt, atque perpetuã

est terræ quies, qua de re dictum à nobis est copiosius, in nostris in libellum Hippocratis de natura humana commentarijs.

Qui ergo accipiunt hoc motiuum, ponunt unum, & aliud supponunt.) In humano corpore serum & vrina crassitie quidem nimia nocent, sed tenuitate sua naturæ iuuant actiones. Serum enim quò tenuius fuerit, eò quoque ventriculum aptius est sanguini distribuendo. Facilius etiam vrina tenuis expellitur. Cùm ergo tenuitate suum vtraque munus exequatur: non hoc ineptum quoque fuerit argumentum, vt eorum confirmetur opinio, qui negant humores subtilitate nimia posse nocere. Quod autem de respirationis partibus obiicit Arnaldus, nihil ad rem facit: Non hoc enim naturæ opus est, vt per fauces vrina, vel serum expellatur. Et si sursum aqua ob tenuitatem extrudi nequeat: ob eamdem per sudores tamen ipsa discutietur facilius, minúsque lædet retenta respirationem. Nihil adeò secundum naturam est, quin alicuius accidentis respectu nocere possit.

Cum autem supponitur quod aqua sit omni humore subtilior, hoc falsum est.) Hæc iucũdá quæstio est: an humor sit aliquis aqua subtilior. Negat hoc esse necessarium Arnaldus, vt aqua cùm simplex sit elementum, ob id quoque sit tenuissima: Terra namque simplex etiam elementũ est, & crassa tamen est. Hæc autem Arnaldi ratio conuelletur: nam vt humores aquæ: sic & saxa terræ naturam referunt: Et quod humores non perinde crassi sint, vt saxa, ratio est, quia non terrei sunt, sed aquei. Saxa cum à terra crassitiem habeant, hac ipsa non possunt esse crassiora. Quin & humores eadẽ ratione videntur nõ posse subtiliores aqua censeri. Sed discrimen in hisce tamen constitui poterit, vt humores aliunde quã ab aqua partium tenuitatem consequantur, cùm vel calefacti, vel distillati tenuiores euadant. De calore quod dicitur, id aquæ tribui quoque potest, si calefiat: Hæc accidens est tenuitas. Id verò quod distillatum fuerit, expendamus. Dubium scilicet est, an destillatio tenuius quidpiam faciat, an verò partes solummodo separet tenues à crassioribus. Si separet modo, non poterit aqua per distillationem fieri tenuior: Cùm enim simplex sit, non est ex diuersis constituta partibus. Si verò partes etiam crassæ destillatione tenues fiant, (vt certè coctura quædam est distillatio) tenuior etiam aqua distillatione fieri poterit, vt quod antea de calore dictum est, idem & de distillatione dici possit. Sed rem paulò expendamus accuratius. Ex vino vel vini fæce vinum ardens, quod aquam vitæ nuncupant, per destillationem elicitur. Hæ sunt ergo partes vini tenuissimæ. De partibus hisce quæritur, vndénam hæc eis prodierit tenuitas. Ab elemento fortè, quod est inter omnia tenuissimum. Ignis hic est, cuius tamen tenuitas ab huius vini tenuitate plurimùm distat: Ignea namque tenuitas in sicco, non in humido consistit. Aqua dicitur hæc vini pars, non aer aut ignis: Aquæ natura manet igitur, & accident ei cætera, quæ præter hanc existunt. Vini generationem intueamur, & huiusce tenuitatis origo nobis conspicua reddetur. In vitibus succus quidem est primum crudus, posteà verò coctus: crudus crassissimarum est partium, coctus autem tenuium. Hanc tenuitatem si tribuas elementis, malè: Non enim per coctionem aliud accessit elementum, nisi solis calorem esse dicas igneum. Succus itaque massa quædam est elementorum, quæ varijs mutationibus varias tùm formas, tùm vires acquirit. Et quemadmodum ossa generantur ex sanguine caloris naturalis virtute, non adiectione telluris: Ita quoque vinum ex hoc vitium succo calore solis enascitur, non ignis adiectione. Quamobrem non ab elementis, sed à vitium specie, viribus, & natura formali tenuitatem hanc prouenire profitemur, quicquid arrogantulis videatur, qui rerum ferè omnium causas à primis elementorum qualitatibus inuestigari posse iactitant. Si tenuitas à calore sit, & crassities à frigore: non ob id tamen ex elementis esse confitebimur: calor enim multiplex est: Et frigus etiam multiplex est. Sol cœlestem rebus infernis calorem contribuit. Et stellæ sunt etiam complures, quæ frigus etiam cœleste conferunt, vt ex æstiua frigiditate liquet. Manifestissimum id est. aliud etiam adiicimus, quod in mentem venit nullis, vel certè quàm paucissimis. Opium frigiditatem in se continet nec cœlestem, nec elementarem: non enim actu frigidum est. Præterea maior ea frigiditas est, quàm vt ab vllo elemento, vel vlla stella procedere potuerit: Enecat enim parua quantitate, quod nulli corpori simplici competit: Nec id etiam consultum erat. Dicitur tamen opium esse temperamento frigidum. Nec id ego moror, quomodocunque nominare lubeat, si modo veritati vis non inferatur. A forma frigiditas hæc est, non ab elementis, quod seriò, non disputandi gratia dictum volumus: & si quidem opij temperamentum hac ipsa frigiditate definiatur, certè necessario quoque temperamentum aliquod erit, quod à medicamentorum formis, non elementari materia procedet: qua de re suo loco dictum à nobis est copiosius. Hisce positis, eorum opinio facilè conuelletur, qui nullum humorem aqua subtiliorem esse volunt: subtilitas enim quædam est in compositis maior, quàm in simplicibus elementis, quę scilicet à rerum speciebus prouenit, non ab elementorum formis.

Quòd Medicus cognita & inuenta Aphoristicè debet scribere, Cap. IIII.

SEd nunc de illo bono, ad quod hortatur nos Hippo. in isto prooemio breuiter est dicendum, & videndum, quod bonum est cognita & inuenta scribere aphoristicè, scilicet breuiter, & vtiliter ad informationem memoriæ, de quo datur modo hoc exemplum ab Hip. & Ioan. Damasceno, & Rhasi in aphoris. eorum. Item quantum ad modum scribendi succinctè, necnon vtiliter, dederunt etiam exẽplum Auic. & Tacuinus in tabulis suis, quorum exemplo & imitatione quisq; debet aliquid scribere: deinde postquam examinauerit tam virib. propriæ rationis, quàm studio collecta suis socijs modestis, & amatoribus veritatis debet communicare, quorum exemplo scripsit tabulas de operationibus, vel effectibus simplicium Magister Salernius: & earum exemplo etiam scripta fuit vobis fideliter quam æterna veritas voluit reuelare sub stylo aphoristico ars graduãdi complexionem medicinarum cõpositarum, quæ est clauis cognoscendi naturam earum. ¶ Circa compositionem autẽ aphorismorum debet quilibet obseruare, quæ competit ad rẽ & exemplum, quod est de bene esse, quia de bonitate doctrinæ. Primum autem est, quòd sit sententia vera, vel semper, vt quando est de necessarijs, vel vt plurimum, quando est de contingentibus: secundum est, vt superfluitate careat, & in his consistit integritas aphorismi: tertium ad manifestationem veritatis est vtile, vt causam dicti explicet, vel insinuet, sicut audistis hîc facere modo, vt suprà patuit. Sed adhuc ad maiorem euidentiam gratia exempli placet introducere quatuor aphoris. quorum primi tres sunt de conuenientia, & disconuenientia causarum salubrium ad corpus sanabile: quartus est de conuenientia, & recta ipsarum applicatione

Quæ sint obseruanda in compositione aphorismorũ.

tione. Primi duo sunt de consideratione vini ad aliqua corpora febrium, & casus, in quo fuerint compositi, fuit iste: quidam Medicus regebat quendam patientem febricitantem continua, patiens obstabat, vt vinum concederet ei: Medicus dubitans & timens hoc facere, consuluit per literam suam quendam alium Medicum sibi charũ, cui circunstantiæ patientis erant ex alijs vicibus bene notę, qui rescripsit huiusmodi aphorismos. Qui multis temporibus pœnitentia vel labore studij in contemplatione vixerunt, & maximè parcissimi, celeriter eos febris vitali depauperat spiritu: hic autẽ aphorismus cùm directè promotus est, disponens est, cui congruit administrare vinum, scilicet depauperatis vitalium spirituum. Secundus aphor. fuit iste. Quibuscumque febriẽtibus arteriæ sunt strictæ motiuum spiritum continentes, necesse est vino subtili & debili spiritus fouere vitales. In his duobus aphorismis tanguntur ea, & considerabitur, quibus poterat cognosci sufficienter, vtrum expediret propinare vinũ, & qualiter ibi febricitanti, scilicet res naturales, & non naturales, & contra naturã: naturales per hoc quod tangitur, membrorum compositio cũ dicitur: quibus arteriæ sunt augustæ, non naturales per hoc, quod tangitur, consuetudo exercitij specialis & paruæ refectionis cùm dicitur: quia multis temporibus in contemplatione vixerit, & sunt cibi parcissimi: res autem contra naturam consideratur cùm dicitur: febres eos vitali depauperat spiritu. Quia verò Medicus consultus sciebat, quòd patiens longo tempore vacauerat studio scientiarum liberalium, & quòd erat exigui cibi, & quòd habebat venas, & arterias strictas: quia natura frigidæ & siccæ erat complexionis, & constabat ei, quòd penuriã spirituum pateretur: & cũ calor innaturalis faciat eos citiùs expirare, ac resolui à corpore, ideo iudicauit, quòd patiens ille citò posset incurrere syncopalem defectionẽ, & vlterius etiam mortem, quòd periclitaretur in tali casu, non potest euitari conuenienter, nisi cũ eo, quod citissime. i. repẽte spiritus reparat in substantia, conueniunt autẽ omnes sapientes, quòd hoc solum est vinum, & maximè subtile. Sed quia vnum de particularibus supradictis prohibet vsum vini. s. febricitanti discrasia propterea necesse est, vt eius cõsideratio reguler aliqualiter vsum eius: nam vnumquodque particulare aliquã præbet directionem in opere, vnde cùm particularia quæ iudicant celerem consumtionẽ spirituũ, sint fortioris virtutis: quoniam in tali casu minantur syncopim, vel mortẽ, vel mortis defectum, quod est maius periculum, quàm febrem parum incendi: & Medicus, vbi non potest prodesse, iuxta doctrinam Hipp. in regimento, & Gal. in ingenio, saltem iudicare debet maius periculum: colligit ex præceptis artis. quod necesse est vinum tribuere, maximè subtile: sed ex cõsideratiõe febris quale debet esse, aut qualiter præparatum, quia. s. debile per naturam, vel debilitatum per multam cõmistionem aquę, vel aliquo artificio competenti, & ad insinuandum subiunxit: vino debili, &c. Iã ergo patet qualiter isti duo aphor. plenè cõtinet illud, quod est de esse aphor. quia circa cõsiderabilia, quæ pertinent ad propositam conclusionem, veritatem explicat proprijs vocabulis artis, & etiã breuiter: nam erat necessarium addere. s. causam dicti: quoniam in cõsiderationibus, ex quib. cognoscitur vinum illi cõpetere, causa huius includit tertium aphor. Scripsit idem Medicus cuidã socio, qui significabat ei, quòd habebat quẽdã patientẽ, qui vexabatur dolore vetris circa vmbilicum & renes, & absq; febri cuius dolori nec clysteribus, nec calefactorijs, nec balneo poterat mederi, scripsit ergò illi hunc apho. Quibuscunq; vexatis torsionibus, aut alijs ventris doloribus absque febre, vel vlcere non remediatur per calefactorium, clystere, vel balneo aquę calidæ, his philonium, aut ex alijs magnis opiatis recentib. aut iuuenibus conuenit ministrare. In hoc apho. tanguntur principaliter duo, scilicet species, & dolor: & quantum ad partẽ patientẽ, & quàtum ad causam: quantum ad partem, cùm dicitur: torsio, per quam intelligitur tortuosus dolor intestinorum, qui dicitur tortuosus actiuè & passiuè: actiuè, quia torquet intestina per modum contractionis: passiuè, quia sentitur in vmbilico tendere ad oppositam partem, velut res, quæ torquetur. Iterum etiam panditur dolor quantum ad partẽ patientem, cùm dicitur: vel alijs ventris dolorib. nam præter torsiones potest pati venter alios dolores fixos in aliqua parte, sicut ex apostemate, vel ex vestigio pharmaciæ vel humoris, vel ventositate, conclusis in essentia stomachi, vel intestinorum, & non in concauitate: sicut frequenter accidit in iliaca, & colica, & etiam in nephresi, vbi intestina renibus compatiuntur. Causa verò doloris specificatur, cùm dicitur: absque febri, nã per hoc innuitur, quod non prouenit ab apostemate calido, nec etiam ab humore calido, vel aliquo supercalefaciente: per hoc etiam, quod dicitur: non sedari per clysteria, denotatur, quòd ex constipatione non prouenit: per hoc verò, quod dicitur: absque vlcere, omnis solutio continuitatis excluditur. Relinquitur ergò, quod talis ægritudo creatur ex aliqua materia frigida, & venosa, quæ coarctatur in essentia membri, quæ recipit continuam, vel quasi influentiam continuam ex rheumatismo alterius membri, posito quod in regimine non sit error. Secundò tangitur in aphorismo processus medendi secundum ordinem rectum, cùm dicitur: non remediantur, &c. nam in huiusmodi doloribus rectus processus est incipere à calefactorijs, quemadmodum probat Gal. principio secundæ particulæ regimenti acutorũ, nisi constaret, quòd causa doloris esset constipatio: quia in illo casu bene posset inchoari medicatio à clysteri: sed vbi non constat, incipiendum est à calefactione, deinde adhibenda sunt clysteria. Tertiò ponendus est patiens ieiunus in balneo aquę calidę, & si stando ibi, vel in exitu non sedatur notabiliter, debet propinari cum vino calido, vel cũ aliqua decoc. theriacali, philoniũ vel mythridatũ, vel theriaca: cũ sic doceat Gal. necesse est, vt huiusmodi opiatæ sint recẽtes, vel iuuenes ad hoc, vt nõ solum possint medicinæ in consumtionem per virtutem calidarum medicinarum: sed etiam, vt possint compescere rheumatismũ, siue humores aliunde fluentes, quod fit per virtutẽ medicinarum frigidarum, maximè opij, quarum virtus debilis est, aut nulla: quando sunt fermentatæ aliæ veteres, quamuis oppositum

Aphorismi cuiusdam medici & eorum verificatio.

Aphorismus alterius medici & eius verificatio.

dicat Aggregator Serapionis, capitulo de theriaca: conſequenter dicit, quòd debet eſſe antiqua, ſcilicet 30. annorum vel ſaltem trium. Quid autem ſit fermẽtatio, atque ſigillatio medicinarum compoſitarum, iam per Dei gratiam expoſitum eſt in vltimo aphor. de gradibus, ſcilicet in commento. Inter cætera verò, quæ induſtria ſapientum Medicorum inuẽta ſunt, nihil glorioſius magnis opiatis propter efficaciam manifeſtam iuuamenti, quam habent: & ideo, qui rectius iudicãt de cauſa, & origine ipſarum, dicunt, quòd ex ſpeciali gratia diuinæ inſpirationis inuentæ ſunt compoſitiones earum potius, quàm ex induſtria rationis humanæ: ſicut ſcribit Auicen. ſuper theriaca, & mithridato in tractatu de viribus cordis, & medicinis. Patet igitur, qualiter prædictus aphoriſmus plenè & breuiter, & vocabulis proprijs, quicquid pertinet ad rectum proceſſum operis conuenientis in caſu propoſitæ concluſionis, ita quòd nihil omittatur de his, quæ pertinẽt ad eſſe aphoriſmi: dictorum tamen cauſam non explicat, quia prolixè eſſet, & iam repugnaret rationi, & nomini aphoriſmi: ſed ſupponit, quod ex tenore ipſius poterit ſapiens leuiter perpendere cauſam eorum in eo. ¶ Quartum verò aphor. ſcripſit idem Medicus cuidam ſocio, qui viuit in alto gradu: quia Medicus eſt diues, & honeſtus, cuiuſdam regis, ſcilicet Portulagiæ, qui fuerat ſocius proprius cunabulis philoſophiæ vſque ad magiſtralem prope vectionem, qui cognoſcebat eum, & quantum ad complexionem ingenitam, & quãtum ad complexionem membrorum, cui ſcripſit ille, quod multum mirabatur, propter quid recẽtium vuarum comeſtio non laxat vẽtrem ipſius: quia vt aſſerebat, ipſe ſumebat eas, & ante cibum, & copioſè ad hoc ſpecialiter, vt ſoluerent ventrẽ, vel redderent ſolito laxiorem: & tamen ſæpius probauit experimento, quod contrarium inducebant: quia notabiliter fuerat expertus, quod poſt ſumtionem earum fortiori moleſtabatur cõſtipatione. ¶ Reſcripſit igitur ei talẽ aphoriſmũ: Quibuſcumque caliditas hepatis cauſat conſtipationem, ab aquoſis dulcibus amplius conſtipatur, maximè ſi latæ fuerint meſaraicæ: nam terreum fortiter exiccatum conſtipat exiccãtia. Iſte aphoriſmus directè, vel principaliter eſt theoricus, quia de conſideratione cauſarum conſtipationis indirectè narrat: ideo eſt practicus in eo quod innuit, quibus vuæ recentes, & quibus dari non debeant propter conſtipationem ſoluendam: quia igitur illum ſciebat habere hepar ex generatione calidius temperamento, & meſaraicas latas, & ſciebat, quod omne dulce maximè liquidũ fortiſſimè trahebatur ab hepate tali, & exquiſitè ſugebatur à talibus meſaraicis, ideo rationaliter ſcripſit ei, quòd naturaliter debebat vuarum comeſtio ſtypticationem ventris in eo augere, cũ cortex vuarum, & grana interiora, quæ vocantur arili, ſint magnæ terreſtreitatis. Conſtat, quod ſi omninò ſugantur ab humiditate vuarum, cùm ad inteſtina perueniunt, imprimunt eis ſiccationis effectum, ſcilicet indurationem fæcum, & per conſequens fortiorem conſtipationem, ſiue ſtypticitatem. Patet igitur quòd in hoc aphoriſmo continetur veritas, & prope cum dicitur: quibuſcumque caliditas hepatis creat conſtipationem ab aquoſis dulcibus amplius conſtipatur, maximè ſi latæ fuerint meſaraicæ, ſicut erat in illo: & in his verbis habet aphoriſmus illud, quod pertinet ad eſſe ipſius. Sed quia ratio dicti clarè non inſinuatur ex verbis huius, ideo expreſſit eam in aphoriſmo, cum dixit: nam terreum fortiter exiccatum fortiter conſtipat inteſtina, quaſi dicat, ideò tales comeſtione vuarum fortius conſtipantur, quia illud, quod in vuis eſt terreum, & valde ſiccum, remanet in inteſtinis omninò ſequeſtratum per ſuctionem meſaraicarum ab humiditate mollificante. Oſtenſum eſt igitur quantum propoſito pertinet breuiter, qualiter Medicus debeat inuenta ſcribere ſub modo aphoriſmi: & hoc erat vltimum eorum, ad quod hortatur nos Hippoc. in iſto proœmio. Expleta eſt expoſitio eius, quia primo explicata fuit intentio Hippo. ſecundo dicta eius verifica fuerunt, tertio & vltimo fuit oſtenſa vtilitas, ad quam autores hortantur in hoc proœmio, & qua forma poſſit attingi.

Medicina magna opiata potius diuina inſpiratione quàm induſtria hominũ ſunt inuenta.

Alius aphoriſmus & eius verificatio.

COMMENTARIVS.

Quibuſcunque vexatis torſionibus) Hic ad exercendam medicinam aphoriſmus eſt vtiliſſimus: ad cuius expoſitionem multa quoque profert Arnaldus non inutilia. Dolor in inteſtinis eſt. Primùm ergo ſoluetur aluus, ſiquidem obſtricta fuerit: At ſi dolor perſtiterit, anodynis mitigabitur. Quod ſi tamen nec hiſce dolor ſedetur, calefacientibus & incidentibus vtemur, modò ne dolor ab vlcere ſit, aut inflammatione. Tandem verò doloris etiam perſiſtentis vehementia philonio, vel alijs confectionibus opiatis recentibus: quarũ vtilitas in vehementibus colicis doloribus eſt probatiſſima. Sed hanc eſſe dicit Arnaldus vtilitatem, quod huiuſcemodi confectiones calidis medicamentis naturalẽ doloris cauſam abſumant: & frigidis humorum affluxum inhibeant: Nondum tamen dictum ſatis eſt: nam in eũ finem potiſſimum opiatis hiſce recentibus vtimur, vt nanchotica vi ſtupor inducatur partibus ſenſu prædi-tis, ne dolorem ſentiant. Natura ſcilicet à dolore libe-ra tantiſper ad ſe redit, vireſque recolligit, quibus etiã poſt morbum validius adoriatur.

Quibuſcunque caliditas hepatis cauſat conſt.) Et hæc regula eſt medicinam facientibus obſeruatu digniſſima. Notũ id quidem & verum eſt vtplurimum cerata, pruna, vuas, alioſque dulces fructus ante cibum & liberalius aſſumtos aluum laxare. Non tamen id perpetuo contingit, vt propoſitum exemplum, & ipſa etiam in multis experiẽtia teſtatur. Licet ergo per ſe fructus huiuſcemodi ventrem ſoluant: Ex accidenti tamen hæc ipſorum vis inhiberi poteſt: deriuatione nimirum ad alias partes: nõ enim dulcis horum fructuum ſuccus ventrem laxare poteſt, niſi per inteſtina deducatur ad aluum. Proinde ſi vel per vrinas, vel per ſudores humiditas hæc aquea diſcutiatur, nequaquam aluum ipſa laxabit, vt ex hoc Hippocratis aphoriſmo liquet: *Mictio noctu plurima facta paruam ſignificat deiectionem* Quibus verò humiditas hæc in corporis habitum maximè diſtribuatur, in eo quem refert Arnaldus aphoriſmo docetur: Illis nimirum qui calidiore ſunt hepate, venaſque meſaraicas obtinẽt latiores: Hepar namque calidius maiorem habet attrahẽdi vim: Et cũ venæ meſaraicæ ductus ſint per quos hæc humiditas ab inteſtinis in iecur attrahitur: harum habenda quoque ratio eſt. Quo namque fuerint ampliores, tanto facilior etiam per eas eſt humorum tranſitus. Quin & materiã quoque deſcribitur eiuſmodi, quæ facilius attrahi poſſit *ab aquoſis dulcibus.* Iecur nempe dulcibus ſuapte natura delectatur: & ſi calidius extiterit, etiam expetit aquoſa: Quæ quidem ſi coniungantur tũ ob dulcedinem, tum ob tenuitatem facilius attrahuntur. Ventris conſtipatio plurimis ſæpe negocium faceſſit ægris & medicinam facientibus. Fuerunt etiam complu-

4. Aph. 83.

complures, qui cum hoc ipsum quererentur, dicerent, se iusculis duntaxat, & cibis vti liquidioribus, ne ciborum crassities aluũ redderet constipatam, quib. hac ratione quid sentirẽ exposui. Potissima cõstipationis causa iecur est, dũ validè quicquid in intestinis liquidũ est ad se rapit. Iuscula vero, cibiq; liquidiores, ita se habẽt vt facilè distribuantur. Cũ ergo quod per aluũ excerni deberet, id per venas mesaraicas in corpus vniuersum distributũ fuerit, mirum non est, si cõstipatior euadat aluus. Quare pręstiterit ad euitandã hanc cõstipationẽ, vt cibos eligamus dulciores equidẽ, sed quib. cõsistentia mediocris, & tenax etiã insit humiditas. Hęc qualitatis est ratio: quãtitas quoq; nõ negligẽda est: Nã q pauciorib. vtuntur cibis, huic malo sunt magis obnoxij.

Iste ergo est canon generalis: nocumenta cõtinua plurimarũ actionum, &c.] In hoc canone duplex cõprehẽditur demonstratio: tũ vt membrũ princeps affici: tũ vt id affectione propria, non aliunde cõmunicata lædi manifestũ euadat. Si læsio cõtinua sit, suã hæc fixamq; sedẽ in eo mẽbro, cuius læduntur actiones, obtinet: cum intermissio ferè contingat ijs symptomatis, quę cõmunicantur ab alijs partib. & maximè si magnũ fuerit inter partes interstitiũ: aliàs etiã quandoq; fieri potest, vt assidua sit noxa, quæ procedit aliunde: lateris dolor nõ in pleuritide modò, sed etiã in iecoris inflammatione cõtinuus est. Et intermissio vice versa cõtingit interdũ partibus per se nõ trãsmissione ab alijs partib. affectis: epilepsia namq; per circuitus inuadit, licet ipsa suam in cerebro sedẽ habeat. Sed hic aliud exquiritur potissimũ: quib. scilicet signis coniectura fieri debeat an princeps aliquod membrũ sit læsum. Hoc (ait Arnaldus) noxa plurimarũ actionũ edocet, non quarumuis absq; discrimine, sed earũ quæ ordinẽ habent. Obscura hæc est locutio: nec facilè quis intellexerit, quemnam hic Arnaldus ordinẽ intelligat: cum vt partib. sua est dispositio: sic & suus etiã ordo sit omnib. actionib. Eas ergo descripsit per ordinẽ actiones, quæ cõmuni quadã virtute perficiuntur. Visus cum sensu tactus cõmune quiddã habet, quod alijs etiã sensib. cõpetit omnib. sed ꝓprium quid etiã obtinet. Cũ itaq; visio læsa fuerit, læsionis causæ sunt cerebrum aut ipsius visionis instrumẽta propria. Visio duplicem comprehendit actionẽ, si diligẽter expendatur: alia namq; prima est & cõmunis, cuius causa visionẽ sensum esse dicimus: alia est secunda & peculiaris visus instrumentis, quæ sensus speciẽ hanc visoriam cõstituit. Quare si quod visioni propriũ est, id lædatur: vitium id in instrumẽtis visioni destinatis esse merito dicitur. Sed si visio lædatur ea ratione qua sensus est, vitiũ hoc à cerebro procedit. Res ista dignoscitur inde, si nõ visio solùm, sed auditus & alij sensus omnes læsi fuerint. Cerebro namq; læso visus lęditur cõmuni modo, non quia visus, sed quia sensus est.

Ac etiam posteriorum accidentium læsiones ab inde procedere.] Non accidentium, sed actionum læsiones legendum fuerat: læsiones. n. facultatũ sunt, aut instrumentorum, non accidentiũ aut symptomatum. Præterea mentionẽ ante fecerat Arnaldus primæ actionis, vt hic eius actionis respectu posteriores intelligantur actiones, quę ꝓprium quoddam & specie distinctum ab alijs opus obtinent: vt visio quæ sensus quidam est videndi virtute limitatus.

Est ergo sciendum quod omnes medicinæ: debet etiam scire Medicus quod omnes semper.] De medicamentis hic agitur, quæ non vt immutentur, sed vt corpus immutent, assumuntur. Hæc autem vel manifestis agunt qualitatibus, vel occulta quadam virtute. Cum autem de temperatis quæritur an aliquas ad agendum vires obtineant: cum distinctione respondendum fuerit: Nam per se quatenus temperata sunt, nihil agere posse videntur. Agit in contrarium quicquid agit naturaliter. Quod vero temperatum est, id omnibus constituitur qualitatib. quo fit vt nulli quoq, rei verè possit esse contrariũ: Nam si par est frigiditas caliditati, certè nec frigidis ob frigiditatem, nec calidis ob caliditatem aduersabitur. Per accidẽs verò fieri potest vt temperatũ alia quadã virtute morbos propellat, quę speciẽ rei temperatę cõsequatur immediatè, non manifestas temperiei qualitates. Hoc temperatis accidere dicimus, licet hæc ipsa species substantia sit, non accidens: non enim quia temperata sunt ob id hanc agendi vim habent, sed quia talem obtinuerunt speciẽ, quę temperatis accidit, vtpote quę temperiei naturã non constituat. Hæc quidem occulta proprietas est, quæ morbis competit propellendis: videntur tamen etiam temperato, manifesta quadam ratione morbis curandis esse vsui: quomodo dictum est antea medicamentorum caliditatem adiectis temperatis refringi posse: dum scilcet caliditas hæc in ampliorem diffusa substantiam vires amisisse cernitur. Et Medicis ferè tẽperata dicuntur quę moderatè calida sunt. Hæc discutiendi vim quamdam habent, ob quam calidis etiam morbis conueniunt.

Expositio vltimæ particulæ aphoris. scilicet oportet autem seipsum: & de his quæ spectant ad Medicum in seipso,
Cap. V.

IAM igitur non restat, nisi exponere sermonem, qui sequitur in principio tractatus, cũ dicit: Oportet autem nõ solum seipsum præbere, &c. vbi dat primum & vltimum canonem seruandi regimen curationis. Et primò de stomacho, qualiter appetat, & qualiter recipiat, & qualiter retineat, & digerat. Postmodũ debet inuestigare, vtrũ aliqua medicinalis qualitas possit visu percipi, vt in oculis, vel in vultu, vel in vtroq; olfactu, sicut in odore anhelitus, vel sudoris, vel vtrum in tactu, sicut tãgendo pectus, hypochondria, ventrem, crura, pedes in mascul. Tertiò verò debet considerare exeuntia à corpore, primo animatorum, & quæ fluunt per nares, & aures, & palatũ. Deinde specialiter, vt screatum, vel quæ per screatum emittuntur: postea vt nutritiuorum vrinæ & secessus, vel quæ ab omnibus, vt sudor. Collectis igitur omnibus accidentibus innaturalibus, quæ apparent in corpore patientis, tunc sequitur tertium, quod debet Medicus ex se facere. s. comparare omnia accidentia, collecta ad inuicẽ: & suas causas ad hoc vt possit elicere, quot sunt species morbi, & quæ particula patiens, & quæ causa coniuncta & quæ antecedens. De primitiua. n. vt habetur secundo de morbo, non curat Medicus cũ sit pręterita, nisi inquantum ducit in posteriorũ notitiam: nam si clara notitia esset de pręsentibus, nunquam de præteritis curaremus ¶ Modus autem cognoscendi accidentia traditur à Gal. in vltimis trib. particulis de morbo, & accidente: & in libro de interiorib. in his. n. tractatib. docet retorquere accidentia, partim in causas, partim in mẽbra, partim ad inuicem. Quando igitur Medicus colligit accidentia, tunc promtè potest elicere ex his, quod intendit. s. notitiã passionis. s. quantum ad speciem & causam, vt si est febris, quod sit putrida de tali, vel tali humore: vel sit mala complexio particularis, quod sit calida vel frigida, &c. & in tali membro, vel tali, & sic de alijs. Tunc his cognitis non restat aliud facere, nisi ordinare regimen curatiuum, secundum quod speciei illius ægritudinis competit; & etiam particularia tolerãt. s. sexus, ætas, consuetudo, &c. Sed si Medicus promtè iudicare non possit de virtute accidentium, vel signorum, indiget studio vel scrutinio

ſcripturarum: tunc ne patiens remaneat deſolatus, aut fortè diffidat, debet ei regimen aliquod ordinare, & quia non poteſt ordinari curatiuum, quæ intentio cauſarũ curatiuarum dependet à notitia morbi ſecundum ſpeciẽ, & ſecundũ cauſam, & particulá patientẽ, ideò debet Medic⁹ ordinare regimen neutrũ: ná propter caſus dubios inuẽtæ ſunt à ſapientib. cauſæ neutræ: vnde multũ iuuamentũ præſtãt in medicina, cùm infirmis præbeant conſolationem, & medicum pręſeruát à confuſione. Prima ergo vice debet Medicus de neutris cauſis eligere illas, quæ poſſunt ſuſtentare virtutem à tanta conſtantia, vel conſiſtentia morbi, de qua in prima viſitatione poteſt certificari, vt docet Hipp. in hac prima parte aphoriſm. Nam ſi ægritudinis accidentia grauia ſint, & intolerabilia ab ipſo, primò cõſtat quòd breuis eſt morb. ſi verò remiſſa fuerint, neq; continua, prolixus erit morbus, & ſtatus remotus à ſuo principio. Debet igitur ordinare, quòd patiens cibetur temperatè, ſed in breuibus morbis & ſubtiliſſimis, & brodiis, & lacte amygdal. in prolixis autẽ morbis carnib. temperatis, vt pullorum, & perdicum iuuenũ, & ſimilium: In medijs verò mediocrib. vt hordeaceo, auenato, ac candaruſo, &c. Ac idẽ de potu eſt faciendũ, & propter hanc cauſam portare debet ſecum ſcripta nomina nutrientiũ temperatorũ in qualitatib. tam ſubtilium, quàm mediocrium, quo regimine ordinato, & conforta to infirmo verbis excreantib. ſpecie, & cum fiducia in animo eius, & promittendo, quòd diligenter ordinabit pro eo ſalubria, feſtinare debet, vt ſtudeat ſuper accidentib. collectis, vt determinatè cognoſcat ſignificationẽ ipſorũ. *Quid reſpondere debet medicus interrogantib. ipſum de eſſe infirmi* Si verò in receſſu à patiente forſitan, aut ab aſsiſtentib vel amicis comitantib. eũ, interrogetur, quid ſentiat vel opinetur de ſtatu patentis pręſenti, vel futuro, non debet reſpondere cum duplicitate malitioſa, ſeu cum falſa, nec etiam cum mendacio, vt aliquid reſpondeat diſſonans menti ſuæ: vt ſi aſſerat, ſperare, quod non ſperat, vel timere de eo, quod non timet, vtrumq; enim eſſet erroneum, vel repugnans veritati, & honeſtati, & in humanam perfectionem contra Deum: & etiá Medic⁹ loquens ita conſequenter per hoc caderet in cõfuſionẽ, & ignominiá: quare finaliter cõprehẽderetur in ſuo mendacio, & in ſua doloſitate. Debet ergo reſpõdere cum cautela diſcretionis, vt lima veritatis cum veritate, ſi dicat quòd nunc eſt certus de ſtatu patientis, in quib. dubitat: ſed dicat in generali quòd dubitat in quibuſdá articulis, de quib. per examen artificiale intendit certificari, ſicut decet abſque malitia ſemper verum ſeruádo ſibi gratiá Dei & hominum: non enim derogat in aliquo ſapienti dicere ſigna, quæ apparent in hoc infirmo, ſunt mihi dubia, vel propter debilitatem ipſorum, vel propter contrarietatẽ: vnde nihil certum, aut probabile poſſum dicere de futuris, vel euenientibus huiuſmodi morbi. Sed examinabo ſigna, ſicut ars docet, & præcipit: & cũ certificatus fuero, dabo vobis reſpõſum determinatum iuxta facultatem meæ cognitionis, & diuinam permiſsionem. Iſta enim verba nec apud Deum, nec apud homines continent aliquod reprehenſibile, nec diminuũt famam, nec nomen, immò extollunt ipſum, & augent præconiũ laudis ipſius, quoniam atteſtatur maturitati, & prudentiæ atq; legalitati eius.

Quomodo medicus examinare debet eſſe infirmi per accidentia viſa. CVM ergo fuerit in ſecreto ſtudio, vel ſcrutinio ſuo, debet, vt ſapiens Artifex, ſub ordine rationis iam ſuprà tacta repræſentare oculis ſuæ mentis omnia accidentia, quæ collegit. Et quia mens humana vagari non ceſſat, & diſtrahi per diuerſa ſolutis ſenſib. niſi freno detineatur, vel occupetur alius per ſpeciales ſenſibiles, & ratio de eo in vna ſcedula ſumatur, & artificialiter tabuletur iuxta doctrinam Galeni in ſupradictis operibus, & iuxta exemplum ipſius, in libro experimẽ torum interiorum ſcribat, ſicut maſculus vel fœmina: ecce ſexum tot annorum, vel circiter, ecce ætatem extenuatæ habitudinis, velocis irę, multę vigilię, habens hepar naturaliter calidũ: ecce cõplexionẽ multi exercitij vel laboris, exigui cibi & copioſi potus, continens vel lubricus, &c. ecce conſuetudinẽ patitur à tanto tẽpore citra dolorẽ hypochond. dextri vel ſiniſtri cõtinuũ, vel interpolatũ cũ ceſſatione ſoliti vomitus periodi cũ cõſtipatione vẽtris, & dolore tẽporis dextri, vel ſiniſtri, aut frontis cũ tuſsi, vel aſthmate, vel orthopnœa, & ſic de alijs. Cũ itaq; ſic tabulauerit omnia, teneat corá oculis ſcedulá, & cõſideret de quolibet accidente, quòd oẽs poſsit habere, ſc. ſ. vt cõſideret, an tale accidens cauſatur ab illo, an ex alijs, ſicut faſtidiũ & rugitus vẽtris ab indigeſtione cauſatur, vel vltra immediatè cauſatur à morbo, ſicut dolor, & ſitis in febre: vel vtrũ à cauſa morbi, ſicut amaritudo oris, & icteritia à cholera. Et inter omnia prius aduertere debet, vtrum hoc, vel illud accidens ſit priuatum membro, in quo apparet, vel cõmunicat ab alio. i. vtrũ ex ꝓpria paſsione ipſius mẽbri cauſatur, vel vtrũ ex paſsione eius ad aliqđ mẽbrũ vicinũ, vel colligatũ. Hęc n. eſt doctrina, q̃ in primis de interioribus dat Gale. & ſine qua nullus Medicus poteſt exquiſitè cognoſcere ipſum morbũ, & cauſam eius, & particulá principaliter patiẽtẽ: ideò qñ accidentia vult cõparare, repetere debet canones vniuerſales, q̃b. ꝓpter notitiá eorũ elicitur, & vt promtius etiá legere, & retinere poſsit, debet eos ſemp in ſcedula ſubſcripta, & maximè ſub titulo aphoriſmi, ponere in burſa, & nunquam in corde, cùm ſit valde labilis memoria hominum, ſub hac forma omne nocumentũ actionis cuiuſlibet morbi ſignificat in eo paſsionẽ, aut morbum pręnominatum, vel ab alio mẽbro cõmunicatũ, &c.

Quõ debet medic⁹ diſtinguere inter morbum priuatum & cõmunicatum. ISTE ergo eſt canon generalis ſignificationis huius generis accidentium. ſ. læſionis & operationis: ſtatim verò poſt hunc debent ſequi per ordinẽ canones docentes diſtinguere inter priuatũ morbũ, & cõmunicatũ: ſicut omne nocumẽtum ſingularis actionis cõtinui nocumenti cauſam ſignificat eſſe membro priuatá, cuius actio lęditur. Deinde ſequitur canon de plurib. actionib. ordinatis adinuicẽ, dicẽs, nocumenta cõtinua plurimarũ actionũ habentiũ ordinẽ, ſignificant membrum primę actionis pati immediatè. ac etiá poſteriorũ accidẽtiũ lęſiones abinde procedere. Huiuſmodi aũt actionis exẽplũ ponit Gal. in his q̃ue actionib. ſ. anhelitu, inſufflatione ſine ictu, in ſufflatione cum ictu voce & loquela, quæ per ordinẽ ſe habẽt, quia loquela nõ põt ſine voce ꝓfici nec ꝓfici: nec vox ſine inſufflatiõe cũ ictu, nec iſta ſine

sine insufflatiõe absq; ictu, nec ista sine anhelitu: vnde si oẽs simul lędantur, necesse est membrũ lędi,& principaliter pati,quod tantummodo deputatur ad perficiendũ anhelitũ.s. lacerti pectus ambientes. Si verò anhelitu illæso cæteræ sequẽtes lædantur,necesse est,vt principaliter patiatur mẽbra deputata ad primam earũ.s.ad insufflatiõnẽ sine ictu.s.lacerti,qui sunt intra costas. Si verò ista insufflatio nõ lædat̃,sed tantũ ictualis vox & loquela lędãtur, principaliter patiuntur lacerti ꝑficientes ictualẽ insufflationẽ.s.musculi gulę. Si verò tãtũ vox & loquela lędãtur,organa vocis principaliter patiuntur.s.epiglotus,& musculi eius. Si verò loquela sine alijs lędatur,cõstat quòd cõsequenter & principaliter patiuntur mẽbra loquelę,vt lingua,vel adiuuantia, vt labia, dentes, palatũ, & nares. Et quemadmodũ datũ est nobis exẽplũ de canonib.distinctiuis mẽbrorũ,principaliter & secũdariò patiẽtiũ,sic eodẽ modo debetis intelligere de canonib. causarũ naturalium ponit prius vtilẽ canonẽ,sicut omne nocumentũ actionis interpolatũ,nõ tamen interpolans, propter causam primitiuã, significat causam passionis esse intrinsecã naturalẽ,& aliũde mãdari particulæ patiẽti:deinde cõtrarietur subscribere sub iectiuos, & dicere, omnis materia communicata mẽbro,vel humor est,aut aliquis vapor:tertiò ad huc magis specialẽ dicẽdo,sicut omne nocumentũ subitũ,& momẽtaneũ,si ab interiori causa processerit,à vapore causat̃: oppositũ aũt erit ab humore. Secundũ hãc igitur formã cæteri canones vtiles debent scripto portari,& legi:cõsequenter occurrit prædicta inuestigatio,quoniã oculi sunt lucernę inuestigantis,& est leue portare,qa nõ .s. triginta, licet nõ sub his verbis, nec ita ꝑ ordinẽ, tñ oẽs à Gale.sunt traditi,si eius dicta intelligantur. ¶ Cùm igitur ponderauit sic,& conflauerit significationes accidentiũ collectorũ, aduertere debet:vtrũ habeant certitudinẽ, aut ꝓbabilitatẽ de specie morbi,& causis eius, & particula patiẽti:quia si sic,tũc nõ restaret, nisi procederet ad ordinandũ applicationẽ causarũ curatiuarũ. Si verò adhuc dubitauerit circa illa, nec fuerint sibi clara significata omniũ accidentium,debet super eas cum aliquo sapiente conferre, vel collatio nõ satisfacit ei,sed diu remanet in dubitationis caligine,sicut quod patiens talis, tantus, quòd possit Medicos ex longinquo vocare, suadere debet saltem amicis eius,vt vocent aliquẽ modestũ, & sapientẽ,vel aliquos. Interim Medicus frequẽtare debet visitationẽ infirmi, & animaduertere, si aliquod nouerit apparens, per quod posset illuminari,& eum diligenter interrogare, atq; prouidere super his,de quib.aduertitur eum nõ interrogasse protestando,quod in studio super negocio eius occurrerunt dubitationes, propter quas iterato eũ visitet,& interrogat, prius q̃ medicinalia ordinauerit, asserens quòd vellet eũ ꝑ securã viã,& vtilẽ ducere: quoniã ꝑ hoc infirmus cũ fiducia vigoratur ꝓpter illius legalitatẽ,& diligentiã manifestã: & vt ab eius animo expectandi tædiũ excludatur. Si tñ aduertat Medicus,quòd infirmus esset ex suo more naturali, vel acquisito impatiẽs aut festinus, vel quòd amici eius essent impetuosi,& importuni,& ipse vellet aut cõmodè vel honestè,nõ posset deserere: sed ad euitandum illorũ murmura, & patientis angustiã atq; languorẽ mentalẽ,aliqua debet ordinare medicamina, quę virtute aliqua possint ꝓdesse infirmo, quantũ ad aliquid, licet ad morbũ pellẽdũ nõ habeãt directũ respectũ,seruando semper legalitatẽ .s.vt in talib.medicinis,q̃ morbo apparẽti directè nõ opponuntur, faciãt quantò minorare poterit sumtus fieri, donec ex his appareat eminens iuuamentum, tunc.n.audacter poterit sumtus augere. Dicat ergo patienti, quòd ꝓtinus ordinabit ei salubre antidotũ,sed quia cauere debet, ne fortè ægro,aut assistenti fumat:occasione turbationis ex dictis eius,semꝑ debet circũspicere,& ꝓuidè dicere quicquid,ne sit aliquando dictis suis contrarius:nam circumspicere est virtus præcauens lapsum in aspiciẽdo futura. Cùm .n. ignorat,quantũ debet morb.durare, vel in futuro apparere, nunq̃ ꝓmittere vel asserere debet de aliquo particulari opere,quod exercet,quod sit opꝰ finale secundũ intentionẽ suã.i. quod sit opus ordinatũ ab eo præcisè ad vltimũ terminũ curationis.s.ad sanationẽ infirmi : quia terminato illo opere,ver. gra. vt administrationẽ syrupi alicuius, aut trochiscorũ, nisi sanitas sequeretur habet infirmus desperandi vel tristandi occasionẽ, & Medicus notaretur de mẽdacio, vel falsitate:& ideò Medicus prudens semp debet infirmo,& alijs ordinare vsum talis antidoti ad talẽ operationẽ,vel ad talẽ introducendã in ægro,ad hoc vt ipsum ęgrũ & alios retineat semp in spe vlterioris, & necessarij operis,vt animo nõ fatigẽtur, aut perturbentur. Interim si apparuerit effectus sanationis, cõmendabitur Medicus de recta administratione præparatoria operis,& ad intercessionem corporis:talis.n.cautela præcedentis Artificis, vt ait Costabeen Luce in tractatu de physicis ligaturis auctoritate Plat. & Gal.s.cautela virtutis,q̃ nunq̃ deserit veritatẽ, & semp tẽdit ad cõmodũ ꝓximi.

VIDENDVM est igitur in proposito casu, quales possunt esse medicinæ,quib.iuuari poterit iustè eas accipiendo: quia si fideliter laborat, & ex eis æger iuuamentũ percipiat,splendebit peritia Medici, & erunt omnia opera eius bona,quia ex charitate fiunt:nam apud Deum merebitur gratiam,ab hominibus etiam emolumentũ, & quicquid in hoc casu dederit ei, poterit iustè accipere:quia fideliter laborat,& diligenter. ¶ Est ergo sciendũ,quòd oẽs medicinæ, quę sua ꝓprietate cõfortãt mẽbra principalia, vel depurãt spiritus, sunt ratione ꝓprietatis cõueniẽtes,in quarũ quo que dispositione aut cõseruãt, aut venenositatẽ ab humorib.pellũt,aut mẽbris, quales sunt theriacales oẽs,sunt ratione ꝓprietatis cõueniẽtes, in quarũ dispositione applicantur humanis corporib. Debet etiã scire Medicus, qđ oẽs medicinę tẽperatæ cõplexionis possunt absq; nocumẽto in quacũq; dispositione corpori humano applicari,dum tñ eius ꝓprietas corpori nõ repugnet. Ex his ergo duob.fundamẽtis colligere potest,qđ si aliqua medicina sit tẽperatę cõplexionis & vtilis ꝓprieta. vtiliter & securè poterit eã ęgro administrare, sicut est aurũ,flos borraginis, buglossę,& sic de alijs. Similiter est intelligendũ, quòd medicina temperata,quæ habet vnam proprietatẽ iuuatiuã , & aliã nociuã,iuuatiua potest habere locũ in patiẽte,& nõ nociua v.gr. chamo-

Quomodo medicus debet distinguere canones.

Quid debet facere medicus quando non perfectè indicat morbum.

milla eſt medicina temperatæ complexionis, & habet proprietatem conſeruandi ſpiritus, confor tandi membra principalia, & pellendi dolores in teriorũ membrorũ, ſed aliam habet nociuã .ſ. qđ prouocat aborſum. Si ergo patiens fuerit maſcu-lus, iam in eo nõ habet locũ nociua proprietas: vnde poſito, quòd ignoretur ſpecies, nihilomin9 & ea iuuabit̃, maximè ſi cum alijs accidentib. vel inter alia patiatur in viſcerib. qualeſcunq; dolo-res: in hoc idem dicit Rhaſis in lib. experimẽtorũ quòd decoct. chamomillæ confert omnib. dolo-rib. in viſcerib. ¶ Circa modum autem admini-ſtrandi ſemper in tali caſu ſeruandum eſt, vt vna temperata iungatur cũ alia. ver. gra. ſacch. electũ, medicina eſt temperata, ſi ergo ex ea chamomil-la, flore borraginis, & ſimilibus fiat ſyrupus, vel decoctio, conuenienter & vtiliter in tali caſu po-terit propinari. Si verò proprietates ſint vtiles in complexione diſtemperata, tunc in tali caſu, ſi non poteſt habere illas, debet oppoſitis qualita-tibus aliarũ medicinarũ temperaræ complexio-nes illarũ, & adhuc debet eas eligere in ſua pro-prietate, ne corpori repugnent, vt medicinæ quã tum humana fragilitas noſcere ſciuit per propri-am, & aliorum experientiã: ver. gra. Melliſſa con-fortat principalia membra, ſed tamen calidæ & ſiccæ cõplexionis eſt in ſecundo: poma verò ma-tiana, perfectè matura, proprietate confortant eadem membra, & ſpiritus, & eſt complexionis oppoſitæ. His ergo factis conueniens miſtura cũ aliquo temperato, vt cum ſacch. electiſsimo ſimi-liter intelligendum eſt in alijs medicinis præpa-randis, & miniſtrandis, de quibus glorioſi tracta-tus habentur iam apud Latinos.

IAM igitur viſum eſt breuiter in generali, qua liter procedere debet Medicus, quando dubitat de ſpecie morbi, aut cauſa, aut particula principa liter patiente: quia regere debet infirmũ cum tẽ-peratis cibis & potib. & medicinis: & qualiter de bet etiã ſimiliter intelligi de aeris, aut cæteris ma terijs cauſarũ ſalubriũ. Si verò in prædictis nõ du bitet, tunc attendere debet, vtrũ ægritudo ſit pe-riculoſa vel ſalua: quia ſi periculoſa, reuelare de-bet aſsiſtentib & amicis infirmi, quòd timet de periculo, caueat tñ ab indiſcretis: ſi autẽ videatur ei ſalua, debet reſpondere interrogantib. vt do-cet Gal. in de criticis in ſecundo. ſ. quod ſi patiẽs, & miniſtri fuerint obediẽtes, & ægritudo alia, vel accidens aliquod nõ ſuperuenerit, ſpes poteſt ha beri ſanationis, & tunc omnia genera cauſarum ſalubriũ ſic ordinare, qđ ægritudini opponãtur ſecundũ gradũ eius, & ſecundũ tolerantiã ſubie-cti: nõ .n. in ipſo eſt facere ſemper, aut proſequi, quid morbo debetur, ſed ex circũſtãtijs ægri de-bet elicere, quod magis expedit, vel ſecurius fue-rit. Si .n. nõ poteſt Medic9 abſolutè ꝓdeſſe, ſaltẽ maius nocumentũ tenetur euitare, vt ſua opera plus iuuatiua ſint, q̃ nociua: aliter. n. nõ poteſt vi tare, quoniã aliã viã nõ habet: ſicut qñ amputat pollicẽ, ne pereat totũ corpus. In ordinatione ve rò regiminis curatiui debet ordinẽ ſeruare, quo ad particularia regimina, quib. cõpletur curatio illius. Tria .n. ſunt, vt habetur à Gale. in prologo regimenti acutorum. ſ. regimen in diæta, regimẽ in adminiſtratione medicinarũ, & regimẽ in ma-nuali operatione Primũ iſtorũ eſt baſis, & funda mẽtum ſequentiũ duorũ, duplici ratione: Prima eſt, quia regimẽ in dięta principaliter ordinatur ad id, ad qđ refert̃ finis totius artis, & ꝓpter qđ quęrẽs. ſ. ad cuſtodiã virtutis, per q̃ animal mani-feſtè viuit, & ꝓpter q̃ quęritur ſanitas. Secunda ratio eſt, quoniã alia duo regimina nequeũt perfi ci ſine illo, & illud perficit̃ ſine illis, & ideò quo-dammodo cauſa eſt illorũ, vel fundamentũ, regi-mẽ aũt adminiſtrationis medicinarũ: ideò p̃cedit regimẽ chirurgię, q̃a vniuerſaliter reſpicit morbũ illud verò particulariter: nã omnib. morbis, cuiuſ libet ſint generis & ſpeciei, conuenit adminiſtra-tio medicinarũ, ſed manualis operatio nõ eſt, niſi mẽbris officialib. & corporib. nõ tamen omnibus iſtis, ſed aliquib. eorum exterius manifeſtis, &c.

CIRCA ordinẽ verò dietę poteſt eſſe cõmẽſu-ratio rerũ, quib. impoſsibile eſt ſanos nõ approxi mare, q̃ ſunt aer cõtinẽs, motus & quies, cib. & po tus, ſomnus & vigilia, euacuatio & retẽtio ſuper-fluitatũ quotidianarũ, accidentia animi. Debet obſeruare ordinẽ. ſ. vt attẽdat, vtrũ aer mãſionis, aut loci competat ei, vel ſi non, præcipere quod exequatur, & ordinare qualiter emendetur. ſ. de operimentis, veſtibus, & ſuppellectilibus, vtrum competant, & vtrum competat magis iacere tu-nicatum, aut ſine, vel cooperto capite plus, aut minus: & ſimiliter de calciamentis, & in his, quæ viderit expedire. Debet aſsiſtentibus præcipere, quòd exequantur, & infirmo, quòd ſit eis obedi-ens in hoc, & ſimiliter ordinabit poſt hoc motũ, & quietẽ, ſicut de ſequentib. ¶ Quia ergo officiũ Medici eſt ſimile officio nautæ, quo ad ꝓceſſum regiminis: quia vterq; regit regibile, quod ei com mittitur, non ex dictione neceſſariorũ & perma-nentium, ſed cõtingentiũ & variabiliũ: ille .n. ſi-cut mutantur venti, debet mutare vela, & etiam inſtrumẽta, & operationes ſuas: & ſimiliter Me-dicus debet mutare inſtrumenta, & operationes ſuas, ſecundũ qđ mutantur: & variãtur acciden tia morbi, & diſpoſitiões aeris, & alia cõtingentia quib. corp9 ſanabile mutat̃, & ideò, q̃a de ratione ſui officij eſt mutare, & variare opera ſua ſemp in p̃cipiẽdo, vel infirmo, vel aſsiſtẽtib. ꝑtingat in ob ſeruatione p̃cepti termini artis, qui terminus nul lã habet certitudinẽ, quãtũ ad tẽp9: ſed tota depẽ det ex notitia, vel ſpeculatione gubernatoris. ſ. Medici. Et ideo dicere debet, vos ſeruabitis hoc & hoc, donec ꝑ ſigna mihi apparẽtia videat̃ eſſe mutãdũ: ſic. n. retineat ſe ſemp ꝑ auctoritatẽ, & p̃ caueat, ne patiẽs & alij mirentur, aut turbentur, quãdo mutabit, maximè cũ vitare nõ poſsit: q̃n mutet opera ſecundũ rectitudinẽ artis, vel quãtũ ad qualitatẽ, vel quantũ ad ordinẽ. Cauſa verò co gẽs ad mutationẽ faciẽdã aliquo iſtorũ quatuor modorũ, eſt duplex: prima eſt neceſſaria & ineui tabilis, alia verò cõtingens: prima eſt mutatio tẽ-porũ vniuerſaliũ morbi: neceſſe eſt .n. vt omnis morb. à quo quis cõualeſcit, mutet̃ de principio ad augmentũ, & augmẽto ad ſtatũ, & de ſtatu in declinationẽ. Cõſtat ergo qđ regimẽ & diæta va riari debẽt in quolibet iſtorũ quatuor: ſicut ple-nè habetur in prima parte aphoriſ. & regimento acutorũ, nõ ſolũ in vno quatuor p̃dictorũ, ſed etiã am in omnib. nã cui à principio adminiſtrat̃ hor deũ in augmẽto adminiſtretur ſolũ lac amigdal. aut ſi illud eſſet prius adminiſtratum per modũ denſi,

densi,& non colatum, modo administrabitur co latura. In statu verò administratur aqua cicerum vel hordei: in declinatione prius brodium pullorum, deinde substantia, deinde grossiores carnes paulatim, donec ad consueta redire possit. Similiter cui dabitur in principio ptisana colata, & expressa pro potu, dabitur in augmento colata, & non expressa. In statu verò hydrosaccharum, vel oxysaccharum: in declinatione debile vinum, deinde tradatur fortificando vsque ad consuetudinem. Secundum formam prædictam est necessarium mutare regimen in cibo, & potu, in prædictis temporib⁹: nam in principio copiosius reficitur, in augmento minus, in statu minimè: in declinatione verò commutatur regiminis ordo: q̃a incipit regimen in parua quantitate, & gradatim ascendit, vsque ad maxima. s. consueta tanto tempore, quòd prima tria durauerint secundum existimationem artificialem: quod si non venit ad exquisitum terminum veritatis. Illę saltem namque duæ partes durationis morbi in se, vel in suis vestigijs linealiter adæquãtur: nam, vt probat Gal. in lib. de horis ægritudinum, & Isaac, in illis tantum terminus est ab vltimo termino, stat⁹ vsque ad vltimum conualescentiæ, quasi ab initio morbi ad verum statum. Hæc autẽ consideratio non solùm sufficit ægro, sed Medicum à cõfusione præseruat: quia per hanc existimationem scit Medicus determinare infirmo largo modo tempus, in quo præceptis suis obediat dicens: tanto tempore indigetis ad plenam curationem, & ideò paretis vos ad obediendum, per tantum tempus prosequar curam vestram, similiter in prædictis temporib. variabit curam, vel qualitatem cibi & potus: nam vtrumq; calidi⁹ erit actu in principio, & declinatione. Principaliter considerat in hoc solitam horam cibationis in sanitate, secundariò verò alias circumstantias, quemadmodum tempore vtilia cogunt mutare regimẽ in cibo & potu: similiter in medicinis: primo quantum ad medicinam: secundo quantum ad quantitatem, &c. ¶ Et quia doctrina operatiua tenebrosa est, & inutilis, nisi ad particularia contrahatur, ponamus exemplum breuiter in prædictis, & prius in medicina: Si alicui scabioso propinetur in principio syrupus, aut decoct. borraginis, & fumiterrę necessarium est, vt in statu & declinatione mutet in absynthium fumum terræ: nam in primis temporibus eget patiens digestione humoris peccãtis. s. adusti, & etiam in secundis apertione meatuum ad bonitatem expulsionis. Si ergo in illis temporibus ministretur, quod corrigit acumen, & siccitatem humoris adusti, vt est borrago, quæ etiam à venenositate ipsius protegit cor & spiritus: & iterum, si ministretur illud, quod subtiliat eius grossitiem, & quasi radendo mouet à superficie membri, & poros corporis aperit, vt est fumusterræ, proculdubio talis operatio est conueniens, vbi aliquod prohibens non occurrit, vel esset timor de aborsu in muliere: sed digeratur materia, sicut in statu & declinatione. Si vsus fumiterræ continuetur, non poterit infirmus euadere nocumentum, quia prohibetur expulsio peccantis humoris, & alij corrumpuntur: & hoc nocumentum est manifestum, quando est multa materia. Et est ratio, sicut dicit Galenus, loquens de

Doctrina operatiua inutilis nisi ad particularia contrahatur.

Exempla de mutatione medicinæ.

abrotano, & absynthio, quia naturalis recta expulsio materiei non fit, nisi per expressionem: expressio verò fit per spontaneam constrictionem meatus à parte intra, & dilatationem eius à parte extra: vrina enim, quę est in vesica, dicit Galenus in primo de interioribus, & Plinius in secundo de virtutibus naturalibus, nunquam naturaliter expelletur inde, nisi vesica ex parte fundi se constringeret, & meatus interior dilataretur: similiter intelligi contingit de fæce intestinorum, & illud idem de fæcibus humoralibus, quæ in venis & alijs poris & meatibus corporis continentur. Quicquid ergo prohibet moderatam expressionem, vel constrictionem pori, vel membri, prohibet naturalem expulsionem: tale autem est amarum, acutum omne, sicut est fumusterrę, abrotanum, thymus, & similia: fumus enim terræ & abrotanum, licet habeant stypticitatem paruam, tamen insensibilis est ferè respectu absynthij, licet in fumoterræ sit maior & nobilior, quàm in abrotano, & idem, quantum ad hoc, minus nociuus est vsus eius: & talia continuè non cessant meatus aperire, & dilatare, ac dilatationi obedire & seruire. Remanet ergo materia vaga in concauitate meatus, & ex hoc accidunt duo nocumenta: vnum. s. quòd materia crescit immoderatè, ꝑpter quod apostemata generantur, & passiones etiam iuncturarum: secundũ, quia alij humores corrumpuntur tàm ex nociuo remanente, quàm ex vsu medicinę non necessariæ: etenim natura, quæ non eget iam fumo terræ, nõ occupat ipsum vt prius, & ideò vagãs citos humores corrumpit, per consequens auget speciem scabiei, quem casum sæpe viderunt multi Medici naturaliter. Ergo tunc indiget in statu, & declinatione medicina, per quam sufficienter peruenitur ad moderatam constrictionem, & quæ non impediat bonitatem operationis, & quæ superficiem meatus abstergit: & hæc est medicina amara, & multum styptica, vel parum pontica, vt est absynthium: Ideo prædictus scabiosus, si apparentibus signis digestiõis manifestè relinquat vsum fumiterrę, & incipiat vti decoctione absynthij cum vino, vel cum sero caprino, aut cũ alijs, prout particularia parua tolerabunt, citò sanabitur: & hoc exemplũ sufficit de mutatione medicinæ. ¶ De quantitatis verò mutatione patet veritas in febribus phlegmaticis: nam tutius est in eis in principio, & augmento ministrare syrupum maioris acetositatis, quàm in statu, & declinatione: nam tunc materia viscosior est, ideò fortiori indiget incisione, in statu verò & in declinatione diminuta est viscositas eius, & debiliter adhæret superficiei mẽbri: nec iam ita spissum velamen facit in eius superficie, sicut antè, cùm potus acetosus citiùs per uenerit ad substantiam membri, quàm prius: vnde si fortis fuerit acetositas, tunc lædet sensibiliter membrum, vbi antea, cùm læsisset. Et ex hac cõsideratione debet sibi cauere Medicus per modum operandi, ne auferat sibi libertatem mutandi quantitatem administrabilem, cùm necessariũ fuerit, vel augendo, vel minuendo, ex cuius considerationis ignorantia frequentes contingunt errores: semel enim cõtingit, quòd quidam vsus potione vniformis acetositatis, vsque ad finem status liberatus à febre remansit perpetuò anhe-

De mutatione quantitatis.

losus, constrictis panniculis pectoris. Fuerunt.n. semel duo Medici in vna cura talis febricitantis, & consideratis omnibus circumstantijs eius dixit superior alteri, consulo quòd in syrupo non coquatur acetum, sed quod qualibet vice admisceatur, quando bibere voluerit patiens, vt probemus potentiam patientis: contigit, quòd ille debuit administrare, qui hoc dicebat, alius remanens concessit eius curam, & paruipendit consilium socij, & cùm ad statum peruenisset infirm⁹ cœpit grauiter torqueri sciatica & podagra, contigit quòd tunc redit deteriora: tamen interrogauit de regimine præcedenti, & reperit, quòd bibit syrupum vniformis acetositatis, & fortis: interrogauit patientem, vtrum aliàs fuisset passus in illis iuncturis, respondit quod non, nisi quadã vice, in qua coactus fuit transire quoddam flumẽ in hyeme: quapropter durauit ei multo tempore postquam habuit tibias graues, nec tamen multum dolorosas. Perpendit igitur Medicus, quòd malitia complexionis frigidæ debilitauerat illas partes, & incitauerat ad percussionem aceti. Patet nunc, quo modo tempora morbi cogunt mutare opus curationis in materia medicinarũ, & quantitatem de se. ¶ Etiam est manifestũ, qualiter etiam in qualitate, sicut est in cibo & potu. ¶ In horis verò paruam cogunt facere mutationem in administratione medicinarum, nisi ratione accidentium, quæ superueniunt: nam si hora solitæ acceptionis syrupi superueniat vomitus aut dolor præcordiorum, mutabitur hora: sed de accidentibus iam dicetur. ¶ Respondeamus ergo ad secundam causam mutationis, quæ est contingens, & nõ necessaria, & de illa debet similiter Medicus scire, quod cogit facere alterationem altero quatuor dictorum modorum, tam in diæta, quàm in medicatione. Accidẽtia verò, quę superueniunt, & maximè ab exterioribus causis ignota sunt, & innumerabilia, de quibus infrà dicetur sed inter cæteras causas ad minus tenetur Medicus considerare illas, quibus ipse vtitur in regendo. ver. gra. Syrupum acetosum ministrat patienti ephemeram, seu quotidianam: & si diu propinauerit, sperare poterit, vel melius timere, quòd hepar infrigidabitur, & impedietur sanguinis ꝑfecta digestio. Quare timore accidentis, processu temporis debet non solum minuere quantitatẽ aceti, sed addere aliquid nouiter, quod tueatur hepar: propter quam considerationem in hoc casu præcipiet sapienter, vt de quarto in quartum à principio, deinde de tertio in tertium possunt ꝓpinari ægro trochisci eupatorij, vel consimiles. Similiter autem per se patet qualiter accidentia superueniẽtia cogunt mutare qualitatẽ, & quãtitatem, & etiã ordinem in tempore vnius administrabilis: & eodem modo intelligendũ est de mutatione ordinis diuersorum administrabiliũ. Gratia minorũ ponatur exemplũ illud: contigit, vt quidam Medicus regeret quendam, cui opium fuerat propinatum, aut iusquiamus, & erat naturaliter, quasi constipatus: Medicus ergo sic sapiens ordinauit, quòd in principio prandij sumeret caricas cum nucibus, & in fine pira assata, & sic duobus modis obuiauit constipationi. Vno modo s. caricas præmittendo, vt docet Gal. quia mollificant, & mundificant intestina: alio modo comprimendo compressiua styptica, vt pira. Venenositati verò intendebat obuiare cum nucib⁹, & efficacius cum ficubus, quia citiùs ad viscera trahuntur: post aliquos dies tussis inuasit patientem, & qualibet die post cibum infestauit eum: Medicus credens, quòd quantitas ibi esset in causa, iussit eam diminui, tandem videns, quòd non cessabat, propinauit ei lenitiua pulmonis, finaliter cùm non cessaret, consulit quendam Medicum, qui notus erat, & consuluit & voluit ægrum visitare: collectis omnib. circumstantijs, & certificatus de regimine, dixit, quòd ad probãdũ faceret assari nuces, quas propinabat ei, quod ministraret ficus cum illis nucib. hora, qua consueuit sumere pirum: & quod etiam in principio sumeret pomum cum saccharo assum, & hoc seruato, cessauit tussis omninò in 7. diebus, post quos rediens Medicus ad directionem, interrogauit eum de causa operis, & certificato certificauit eum. Hic ergo propter accidens, superueniens fuit causa mutationis in medicina, quo ad pomum, & in ordine, quo ad ficus, & nuces, & in qualitate, quo ad nucum assationem.

Circa regimen aũt medicinarũ, quod solis ægris conuenit: quia directè ordinantur medicinæ ad morbum pellendum, debet ordinare tria in genere: primò quòd conuenienter eligantur: secundò, quòd diligenter propinentur: tertiò quòd cõuenienter administrentur. Circa conuenientiam verò electionis debet attendere duo: primò conuenientiam in virtute, ver. gra. vt si patiens indiget calefactione, & exsiccante in secundo gradu, quã de plurib. talib. eliget, vtrũ sit melissa, vel mentha: & sic de alijs consequenter illã semper debet eligere, siue simplex fuerit, siue cõposita, quæ plurib. virtutib. prodesse potest patienti, aut paucioirb. nocere, vel debilib. Secundo debet attendere cõueniẽtiã in materia. s. vt medicina in sua specie sit potissima, vel in se, vel respectu morbi, ad quem ordinatur. ver. gr. quod ficus aut dactyli sint synceri, vel vtrum magis competant huic ægro ficus de Mallica, vel de Diana, vel dactyli Alexandrini, vel Insulares: multa.n diuersitas reperitur in reb. eiusdem speciei, vt in herbis hortensib. & in montanis. Circa medicinã debet attendere, vtrũ ipse rem cognoscat in sua specie, vel non, & sic faciat sibi ostendi, & indicet: si verò non cognoscat, considerari debet, an describatur, vel figuratur à sapientib. & si sic consideret, vtrũ conueniat ei descriptio, & tunc eligat: si verò nõ conueniat ei, nullo modo vtatur, sed eligat vnam de cõmuniter notis, & conuenientib cum descriptionib. sapientũ. Propter minores introducatur exemplũ, ver. gra. tu vis eupatoriũ ministrare, nec tamen cognoscis, & herbolarius portet tibi saluiã agrestem, si vis vitare deceptionẽ, considera qualiter eupatorium describunt sapientes: sic.n. quidam Medicus vitauit errores in opere suo circa vsum eupatorij, & spicę celticę, & multarũ aliarũ medicinarum. ¶ In pręparatione verò debent attendi per ordinem ista: mundatio, dispensatio, puluerisatio, remollitio, coctio, circa quorũ modos debet informare ministros, vt apothecarios, & horas & tempora eis determinare, ne defectũ tardiùs præcepti præparent, quod deberent. Circa conuenientiam verò administrationis debet assisten-

assistentes informare de conueniéte administrabili, & tempore administrationis & modo.s.quáta sit dosis, & qua hora ministrabit̃, & quomodo .s. vtrũ intus vel extrà, vel calidũ actu, vel frigidũ: vel cũ potu, vel sine potu: & cum quo, cũ forti fricatione, vel leni, & sic de alijs: & semper inungere patienti, vt ad ordinationẽ suam. s. talẽ, vel talem sit obediens, vel ministris tali, vel tali hora. Iá igitur patet ex prædictis, quæ sunt in generali ea, quæ Medicus debet facere ex seipso, tá in cognoscendo, quá in præcipiendo & ordinando: similiter patet, qualiter debeat patientem inducere ad confidentiam, & ad obedientiam tàm sibi, quàm ministris & qualiter ministros debeat informare.

De consideratione accidentium extrinsecorũ, & eorum ordinatione, Cap. VI.

NVNC restat videre de quarta. s. consideratione extrinsecorum accidentium, & ordinatione ipsorum: ad euidentiá cuius primò videndum est, quare dicuntur extrinsecus accidentia. Vna .n. opinio est, quòd ideò dicuntur accidentia extrinseca, vel extrinsecus, quia cadunt extra limites relationum artis, vt superiùs dicebatur, & si sic absolutè intelligatur, directè repugnat, vel cõtra dicit hìc Hipp. quòd ipse dicit, quòd oportet Medicum considerare ea, quę sunt extrinsecus, ergo supponit, quòd cadunt sub relatione artificis: quoniam necessariò dixit, pertinere ad eius considerationem: Secundùm alios oportet intelligere, quòd extrinseca dicuntur ideò, quoniam accidunt extra naturam, & vim ægritudinis, & extra cõmunẽ cursum & ordinẽ causarũ curatiuarum: sonus.n. cápanarũ, & clamor puerorũ, & latrat⁹ canũ, & sonitus quadrigarũ, & incendiũ, aut ruina domorum, & inundatio pluuiarum, & flatus ventorum, vel rumor amissionis rei, vel personæ discretæ, & casus araneæ, vel scorpionis in amphora, & omnia similia non accidunt ægro ex vi ægritudinis, nec etiam ex naturali virtute causarum, quibus necesse est vti ad ægri curationem.

SED tunc remanet dubitatio. s. qualiter talia, cùm incerta sint, cadunt sub relatione, & consideratione Artificis, propterea sciendum est, quod ista tripliciter considerantur à Medico. Vno modo. s. in seipsis: alio modo in suis effectibus: tertio verò in suis causis. In seipsis verò possunt considerari duobus modis. s. quantũ ad esse, quod habent quandò sunt actu: alio modo quantum ad euentum ipsorum: & isto modo dicuntur incerta, quoniam eorum euentus non est necessarius, sed contingens & raró: & isto modo nõ cadunt sub consideratione, neq; sub relatione ipsius: Nõ .n. est medici cõsiderare, aut regulare, quomodo & quãdo ipsa eueniũt, sed alijs trib. modis habet aliquam certitudinem, & intantum cadunt sub relatione ipsius: differenter tamen secundum diuersitatem certitudinis habitæ. Nam quantũ ad primum modum, habent certitudinem de eorũ actualitate: quantum ad secundum, de ipsorum potestate: quantum ad tertium, de ipsorum virtuositate: & ideò quantum ad primum modum ea considerat auertendo, & detestando. Si enim Medicus, quando ingreditur mansione eius, qui patitur ophthalmiá, vel cardiacá ex calida causa, vel tussim, inuenerit eam plenam fumo, auertere debet: quoniam repugnat infirmo, & detestari, & pcipere quod omninò vitetur: sic etiá facere debet, si patiatur ęger cephaleá, & maximè galeam. Ná si audiuerit iuxta sellá ei⁹ canes latrantes, vel homines clamantes, vel cimbala, debet auertere ac detestari: tunc .n. quádo pręcipit talia, certus est, quod sunt, & ideo circa illa potest aliquid pręcipere & ordinare. Cùm verò cõsiderat ea in suis causis, tũc certus est, qd᷑ possunt esse, & ideò tũc debet ea cõsiderare pręuidẽdo, & pręcauẽdo. Cũ verò apparét ei effectus in corpore, vel pręscio ex tra vim, & naturá morbi, & cõmunẽ naturá causarũ curatiuarũ, certus est qd᷑ talis effectus pcedit à virtute extrinsecus accidẽtis, & ideò tũc debet illud accidẽs inuestigãdo cõsiderare, & rememorãdo & corrigendo. Et qa in his duab. cõsiderationib. vltimis exteriorũ accidentiũ relucet mirabiliter prudẽtia Medici, & refulget peritia, pro tãto quisquis sapiẽs Medicus se debet in eis diligenter exercitare, nec parũ mih⁹ hic nobis exhibuit, immò cæteris magis, & gratiosius reputant sapiẽtes hic, quia nos voluit exhortari ad cõsiderationẽ extrinsec⁹ accidentiũ cõmuniter latẽtiũ quorũ cõsideratio magis necessaria q̃ aliorũ, quæ tetigit. Et ideò si comprehendimus mentem ei⁹ & perceperimus pondus suorum verborum, inueniemus doctrinam eius, & hic & albi profundũ esse puteum, nec erimus pacipes thesaurorum eius, si literaliter tantũ trãseamus verba sua.

VIDEAMVS igitur, qualiter istę duę cõsiderationes pariunt eminentẽ fructũ directionis in opere medicinæ, vel q̃ preciosam margaritá inuoluerit nobis Hippo. in sindone suorũ eloquiorũ. Dicamus igitur, quòd in causis & in effectib. possunt cognosci extrinsecus accidentia, sed in causis præuidendo, & in effectib. rememorando, vt præmissa præcaueantur, & rememorata corrigãtur, vel emendentur, ver. gra. Medicus inuenit, quòd si mansio patientis ad pedẽ cápanilis alicuius situatur, cognoscit ipse, quod ibi poterit occurrere, vel accidere tædiosus sonus, & nociuus sonitus cápanarũ, & ægro cephalargico: similiter cognoscit. quòd accidere potest importunus, & nociuus latratus canum, vbi plures inuenit esse canes, similiter si viderit fenestrá borealem, & australẽ esse in directo capitis patientis, cognoscere potest, quòd flantib. illis ventis de facili poterit æger in capite lædi, nisi mutetur locus, aut fenestra exquisitissimè obturetur. Similiter si viderit quòd amphora, vel deco. discoopertę steterint in aliquo angulo, vel fenestra, vbi viderit esse telas araneas desuper, cognoscere potest, quòd posset aranea vas illud subingredi: vbi ergo viderit, qd᷑ diuersorium patientis est detectum, & liberè suscipiens flatus ventorum, præuidere potest, qd᷑ patiens fluxũ ventris incurreret inflanti qualibet leui aura, &c. Similiter Medicus vbi cácris, aut fistulis medetur verendorũ, ex ingenio cognoscere põt, qd᷑ si partes illę diu, & frequenter detegãtur, & detectę pmãserint quádiu Medic⁹ operatur, vel ministrãdo, vel liniẽdo, vel emplastrãdo, qd᷑ poterit patiens indignationes coxarũ, vel dolorem ancharum, aut ventris, vel alias passiones propter infrigidationẽ incurrere, nisi aere calido vel pánis calidis ptegatur. Si verò patiatur æger

hæmorrhoides, puluinarem ac recentem mistu-
ram, in quibus vel si læditur, debet vel loqui vo-
ce submissa, & assistentes fuerint surdi, aut indi-
screti somnolenti, cognoscere potest, quòd æger
habere poterit occasionem clamandi, aut forsitã
irascendi. Sic patet qualiter præuidendo in cau-
sis futura accidentia extrinsecus potest Medicus
vtiles ordinationes percipere, quibus notis effe-
ctus illorum vitabuntur. ¶ Vbi verò effectus no-
ciui apparent in ægro propter vim morbi, & cõ-
munem virtutem causarum curatiuarum, certus
debet esse, quod est aliquod accidens causarum
salubrium, donec inuenerit illud accidens im-
prouisum. Ad habendum autem in hoc exerci-
tio promtitudinẽ, expedit legere tabulam de ge-
neralibus, & specialibus omnium medicinalium
causarum salubrium, & secum portare: & si non
in corde, saltem in bursa, vt promtius possit lege-
re. Cognito autem accidente, faciat corrigi erro-
rem, ver. gra. quidam Medicus famosus, & multę
experientiæ octogenarius, propter necessitatem
sui corporis voluit vti stupha, vel balneo solij: pu
tauit igitur illa die etiã, quia senex erat, & inops
causarum naturaliũ, non videbatur ei, quòd suffi
cienter esset calidus aer stuphę, vel solij, & ideò fe
cit ibi apponi carbones accensos, & paulò pòst
hoc vnus famulorum syncopisauit, & alius iã de
ficere incipiens illum extraxit. Vidés igitur Do-
minus casum illius, exiuit stupham, & sic illa die
fuit eius operatio impedita. Sequenti die volens
redire, & ducere illum qui syncopisauit, vocauit
quendam Medicum iuuenem, sibi charissimum,
& dixit ei, quòd consideraret, & examinaret di-
spositionem illius iuuenis, qui timebat, quòd ali-
quis vapor venenosus latitaret in visceribus ei9:
quia sic ei in balneo contigerat, & interposuit ali
us famulus, qui patiens erat, certè Domine, cre-
do, quòd si ego plus aliquãtulum stetissem, ibi cõ
tigisset mihi hoc idem, quia iam sentiebam defe-
ctum cordis, & ideo dixi tunc, nolo redire. Tunc
cœpit Medicus iuuenis interrogare, an intrarent
balneum ad transitum, & respõderunt, hoc exce-
pto, dixit ille, qui sincopisauit, quòd ego de præ-
pto Domini accenderem carbones extrà diu in-
sufflando, & postmodum intromisi in balneum:
Respõdit tunc Medicus iuuenis: idem vobis ac-
cidet hodie, si posueritis in balneo carbones accẽ
sos: nam bene scit Dominus Magister, qui hic est
quòd homo non potest viuere in aliquo loco, ni-
si aer, qui trahitur ad temperiem cordis, frigidior
fuerit, vel remissioris calidatis, quàm corpus: vn
de quia incendebatis aerem stuphę vos iuuenes,
in quibus erat cor abundans calore incenso, defi
cietis prius quàm Dominus: qui tamen si diu ste
tisset, tunc senex percutiens frontem cum palma
cognouit errorem. ¶ Alij contigit Medico in hac
villa, qui propter necessitatem sui corporis iussit
sibi præparari decoctionem eryngij, & liquiritiæ
de consilio cuiusdam alterius, & in prima sumtio
ne decoctionis conturbata sunt paulopost eius
viscera, & cum angustia præcordiorum, & crucia
tu euomuit decoctionem, & amplius: illud acci-
dens decoctioni non ascripsit, sed alijs causis sui
regiminis, ideo die sequenti sumsit iterato par-
tem decoctionis, & simile accidens grauius pas-
sus fuit: territus ergo, & quasi stupefactus, signi-

De carbonib. accensis in stupha.

De deco eryngij & liquiritia.

ficauit Medico, de cuius consilio cœperat vti de-
coctione: Respondit ei, quod cum talis effectus
nullo modo sit de vi, & natura decoctionis, neces
se erat, quòd aliud accidens interuenisset extrin-
secus: & ideò quòd aduerteret vtrũ aliquid ceci-
disset in vase, vel si non, quòd cautè inuestigaret
in quibus vasis, aut quibus colatorijs, sic de alijs
instrumentis fuisset decoctio præparata: & tan-
dem inuenit, quòd fuerat colata decoctio cũ co-
latorio illoto, cum quo pridie fuit colata decoct.
hellebori. ¶. Alij contigit Medico, quòd propina
uit decoctionem capil. Ven. cuidam patienti, &
qualibet vice vomebat cum terribilibus acciden
tibus, & tandem plus diligens scrutinium inue-
nit, quod capill. Ven. fuerat collectus in quadam
cisterna communi, & antiqua, & modicũ in fun-
do continente: iuit ergo illuc, quia curiosus erat,
& fecit sibi ostendi locum collectionis, & cùm di
ligenter aspexisset, inuenit cadauer buffonis sub
illo loco in fundo cisternæ, ex quo inficiebatur
non solum humiditas, qua planta nutriebatur,
sed aer circumpositus ei. ¶ Aliud etiam contigit
cuidam Medico, qui fecerat de cõsilio cuiusdam
alterius fieri collyrium ad delendam albuginem
oculorum, & prima nocte, qua instillauit oculis
patientis opthalmiam incurrit ita, quòd eminen
tia, tumore, ac intolerabili dolore vexatus ferè a-
misit oculos. Cucurrit ergo mater, & notificauit
medico principali, qui respondit, quòd non erat
propter naturam collyrij, & in testimonium hu-
ius præcepit, quod recepta eiusdem collyrij face-
ret iterum cum diligentia, quod in domo sua tali
ter & taliter præpararet ipsum, sicut aliàs fuerat
informatus, & de secundo fuit instillatum oculis
patientis eiusdem, & in nullo vexauit eum: & de
primo fuit per diligentem inquisitionem inuen-
tum, quod ille, qui præparauerat, pridie pulueri-
sauerat multam quantitatem viridis æris, & eis-
dem vestibus indutus, quibus puluerisauerat, il-
lud præparauit collyrium. Non sunt etiam mul-
ti anni, quòd contigit quẽdam puerum pati sim-
plicem fluxum, & quantumcunque pluribus an
tidotis laboratum fuerit ad ventri restrictionem,
tamen non profuit ei, sed cecidit in dysenteriam
immoderatam. Consultus est igitur quendã Me-
dicum & interrogauit, quibus medicinis vsus es-
set, & inuenit, quod congruis: deinde interroga-
uit, quibus cibis & potibus vteretur, & cum re-
spondisset ei patiens, & in potu & in cibis vteba-
tur aq. cisternę, q̃siuit an cisterna esset saxea vel
cemẽtaria: respõdit quod saxea: sed quia cõper-
tũ fuerat quod riuulos plurimos habebat, quib.
aqua deperdebatur, nouiter fuerat cemẽtata per
totum, licet in fundo spissius: cognouit ergo Me-
dic9 ex hoc, quòd aqua calcinosa perduxerat æ-
grum ad dysenteriam, & per sequẽtia confractũ:
nam postposito vsu illius aquæ cœpit statim no-
tabiliter emendari. ¶ Idem etiã Medicus habebat
quendam socium in quodam loco solẽni, qui re-
gebat quendam ægrum nouiter prę ira & præ tri
stitia lapsum in hecticam, & ad euitandum ele-
menta tristitię fecit ipsum poni in quadam came
ra pulcra, & nouiter edita: deteriorabatur autem
patiens de die in diem sub regimine eius, & inci-
derat in angustiã pectoris, & cephaleam: cum er-
go illum locum transiret prædictus Medicus in
tumul-

De decoct. capil. Ven.

De collyrio.

De aqua cisterna.

De camera nouiter fabricata.

tumultu socij sui visitauit infirmum, cuius historiam per socium iam intellexerat. Considerauit ergo inter se qualitatem, & conditionem cameræ & inuenit parietes, quòd erãt gypsij, & solum cementum, & structura noua: fecit ergo mutari eũ in aliam cameram congruam, & infra biduũ cessauit dolor capitis, & pectoris angustia. Et de similib. casibus, si vellem vobis narrare, quæ vidi, & audiui, fortè non sufficeret nobis dies, sed ista sufficiant ad manifestandum, qualiter consideratio exteriorum, & accidentium pertinet Medico, & qualiter prosunt ad directionem operationis, & qualiter cadũt sub preceptis Artificis. Per hoc igitur patet veritas & rectitudo exhortatis. Hip. in hoc primo can. patet etiam per consequens vtilitas documenti eius iterũ, & colligatur ex prædictis, quales sunt considerationes, quæ requirũtur in Medico, infirmo, assistentibus, vel quibuscunque ministris, & in accidentibus extrinsecus A ad hoc, vt opus artis rectè perficiatur, & infinita sunt hic breuiter epilogata. Nam Medicus prouidus in prognosticando ambiguus, in promittendo iustus, in respondendo circumspectus, vt nõ promittat sanitatem, quia tunc vsurpat diuinum officium & Deo facit iniuriam: sed promittat fidelitatem, & diligentiam: in visitando, discretus & diligens, in sermone modestus, in affectione beneuolus. Patiens autem debet esse in confidendo firmus, in perseuerando animosus atq; constans: B ministri verò in moribus compositi, in sensu & in intellectu prospicui, & discreti in custodia vigiles, in administratione soliciti, & fideles. Extrinsecus accidentalia conueniunt esse ne corpus patiens inde lædatur, aut animus perturbetur: & hæc de expositione istius aphorismi, vita breuis, sic sufficiant.

ARNALDI DE VILLA NOVA
TABVLA SVPER VITA BREVIS.



CVM Hippocrates more sapientum in primo canone prime partis aphorismorũ premittat in generali omnia illa, sine quibus artis effectus laudabiliter attingere non valemus, & cùm nos hortetur, vt illa diligenter consideremus & ordinemus, tangendo ordinem in eisdem, & considerandi necessitatẽ, quæ est necessitas conditionis, sc. à fine accepto, quia sine istorum ordinatione laudabiliter artis finem nullus attingere posset, propterea, cooperante diuina gratia, tabulam ordinare proposui hoc modo:

ILLA ad quorum ordinationem Hippocrates nos hortatur, sunt diligentia Medici, obedientia infirmi, idoneitas ministrorum, congruitas extrinsecorum.

DILIGENTIA Medici perficitur cognitione dispositionis ægri, ad quã requiritur studiositas in cognoscendo per præceptum & ordinationem, quæ pertinent ad opus curationis, ad quæ requiritur tanta ordinatio in præcipiendo. Studiosa cognitio diligentis Medici perficitur:

I. PRAEMEDITANDO, inquirendo quicquid debet facere ante visitationem infirmi, hæc studiosa cognitio complectitur in præcogitãdo genera cognoscibilia in medicina, & illorum generum species. Genera cognoscibilium sunt tria, sc. res

NATVRALES, & sunt Elementa, complexiones, humores, membra, virtutes, spiritus, operationes. In præmeditando res naturales sufficit præcogitare solùm complexionem & infirmi compositionem: sic omnis complexio attenditur aut in

TOTO corpore: hæc inuestigatur ac etiam ipsius compositio per sexum, ætatem, habitudinem, colorem & naturales operationes: verbi gratia: Si aliquis puer masculus macilentus, albi coloris, modica citrinitate perfusus, multi appetitus, non potens tolerare famem, ex cuius corpore pro modico labore sudor resoluitur, talis cholericus est etiam raræ compositionis, & sic de alijs.

MEMBRIS principalibus, quæ sunt aut

ANIMATA, & inter ista principaliter debet attendi complexio cerebri, quæ inuestigatur per capillos, oculos, sensum, motum, cogitationem seu cognitionem interiorum, somnum & vigiliam: verbi gratia: Si sit aliquis habens nigros capillos, oculos rubeos, sensus acutos, & sit velox in motu, & in cogitatione instabilis, multæ vigilię, talis habet cerebrum calidum.

SPIRITVALIA, & inter ista principaliter debet attendi cõplexio cordis & pulmonis: hęc inuestigatur per

PECTORIS quantitatem, læuitatem, pilositatem.
PVLSVM
ANHELITVM
ARTERIARVM quantitatem & qualitatẽ, ver. gra.
SI aliquis habuerit pectus magnum & pilosum, pulsum velocem & frequentem, anhelitũ celerẽ & arterias

magnas,tunc talis habet cor calidum. Et si vox habentis prędicta fuerit sonora seu grossa & ab aere læditur calido,tunc pulmonem habet calidum.

NUTRITIVA & sic principaliter debet attēdi cōplexio.

HEPATIS, hęc inuestigatur per venarū quantitatē qualitatē, appetit⁹ qualitatē, secessus qualitatē, vrinę qualitatem, ver. gratia: Si aliquis habuerit latas venas calidas & fortem appetitū cum vltima siti: egestiones sint siccæ & tinctæ & vrina tincta, tunc hepar habet calidum.

STOMACHI, hæc inuestigatur per appetitus qualitatem digestionis qualitatem, secessus qualitatem & quantitatem.

NON naturales, & sunt aer continēs, motus & quies, cib. & potus, somnus & vigilię, euacuatio & retentio superfluitatum quotidiana, accidentia animæ. Inter res non naturales Medicus studiosus attendere debet consuetudinem quantum ad

REFECTIONIS quantitatem & qualitatem.
SOLITAE regionis habitudinem.
EXERCITIUM consuetum: & sic de alijs.

CONTRA naturam, & sunt morbus, eius causa & accidentia. Inter res autem has quę sunt contra naturam, debet medicus maximè cōsiderare morbū, vtrum talis sit

SIMPLEX, & an complexio mala, compositio mala & solutio vnitatis. Præmeditando subdiuidere debet malā cōplexionē cuiuslibet mēbri, nec nō & morbos cōpositionis, & similiter solutionem continuitatis. Si aūt medicus, qui vocatur ad infirmum, non poterit omnia prædicta præcogitare, siue præmeditari, ad minus debet interrogare nuncios de accidentib. quæ apparuerunt in ægro, ad quē vocatur, dicendo, de quo conqueritur iste patiens? cùm autem responderit ei, debet cogitare, an tale accidens sit proprium vni actioni vel pluribus commune, & si sit pluribus commune, debet cogitare quot sunt, & quibus signis distinguūtur verbi gratia: si nuncius referat ei, quòd patiens habet dolores lateris, cogitare debet, an sit pleurisis, an apostema hepatis, vel ventositas extendens pelliculas, vel apostema in splene, quia dolor ex ventositate non est fixus, sed aliquando sunt fixi & in dolore vel apostemate splenis, vel sub splene non est tussis, sed in pleurisi & in apostemate hepatis est tussis. Sed tamen differunt, quia in pleurisi aliquod corruptum screatur, & si non in principio, bene tamē in processu pòst: Similiter pleuriticus patitur dolorem pungitiuum. In apostemate autē hepatis nihil screatur, nec in principio, nec in fine, & patiens patitur dolorem non pungitiuum, sed grauatiuum. Cæterum si complexio mala aut patitur eam in

TOTO corpore & hoc dupliciter, aut
CUM materia
SINE materia

CALIDA, febris appellatur, quæ fundatur vel in

HUMORIBUS, & putrida dicitur
SIMPLEX sanguinea, cholerica phlegma. melanch.
COMPOSITA ex febribus eiusdem generis, vt tertiana aut quartana duplex, & sic de alijs.
DIVERSORUM generum, cuius sunt 5. genera in solis putridis. Si autem volumus considerare compositionem putridarū cum hectica 10. erunt genera: Si ephemeræ cum hectica & putrida 15. erunt genera. Istorum generum innumerabiles possunt esse species secundum prædictum modum vel exemplum.

MEMBRIS hectica dicitur
SPIRITIBUS ephemera vocatur.

FRIGIDA stupor vocatur.
HUMIDA mollificatio nominatur
SICCA phthisis vel hectica appellatur.

IN aliqua parte corporis, & hæc dupliciter quoque, aut
CUM materia
SINE materia calida, frigida, humida & sicca.

COMPOSITUS.

II. COLLIGENDO signa, quid debet facere in ipsa visitatione infirmi, quæ in duplici sunt

sunt differentia, aut enim sunt signa dispositionis

NATVRALIS, principaliter complexionis & cōpositionis, & hæc colliguntur per superius dicta

ÆGRAE, quę alio nomine appellātur ægra. Vt autem medicus ordinatè prǫuideat accidentia & signa ægritudinis, debet incipere à generalissimis descendendo ad specialissima: Sic omne accidens morbi aut est

NOCVMENTVM actionis virtutis

ANIMALIS

SENSITIVAE

VISIVAE ablatę, cæcitas, diminutę, visus debilitas, corruptę, corruptio visus nuncupatur, vt videre quæ oculis non præsentantur.

AVDITIVAE ablatæ, diminutæ, corruptæ.

OLFACTIVAE ablatæ, diminutæ, corruptæ.

GVSTATIVAE ablatæ, diminutæ, corruptæ.

TACTIVAE ablatæ, diminutæ, corruptæ.

MOTIVAE ablatæ, vt cùm mēbrū vel corpus non potest moueri: Diminutæ vt cùm debiliter mouetur: permutatæ, vt cū malo motu mouetur in spasmo, titillatione & tremore.

REGITIVAE

IMAGINATIONIS ablatæ fatuitas: diminutæ ruditas: corruptæ alienatio.

DISCRETIONIS ablatę lethargus: diminutæ stultitia: corruptę desipientia.

MEMORIAE ablatę lethargus: diminutę insania: corruptæ alienatio.

NATVRALIS

ATTRACTIVAE ablatæ, vt nihil attrahere: diminutæ, vt debiliter attrahere: corruptę, vt attrahere cum malo motu.

RETENTIVAE ablatę cū nihil retinet, vt in lienteria: diminutę, cū debiliter retinet, & sic sequitur velox descēsio ad intestina: Corruptę, cū malè retinet, quod cōtingit, qñ inter substantiā stomachi & cibū est vacuitas, & hoc mō causatur rugit⁹ & inflatio.

DIGESTIVAE ablatæ vt cùm cibus à stomacho non mutatur: diminutæ, & istud accidens crapula appellatur: corruptæ, vt cùm cibus in malas conuertitur qualitates.

EXPVLSIVAE ablatæ, vt apparet in Ileon: diminutæ, quando tardat expellere expellenda: corruptæ, vt cùm mouet prius quàm digeratur cibus, & tardat digestiua expellere.

VITALIS.

MVTATIO qualitatū corporis, quæ distinguūtur penes obiecta sensuū, hoc excepto quod obiectū audit⁹ nō ingreditur istā cōsideratione, cū eius obiectū in aere radicet, & ideò nō potest esse qualitas corporis humani, sed potiùs aeris: aliorū aūt sensuū obiecta possunt esse humani corporis qualitates, propter quod accidētia, quę dicūtur immutatio qualitatis corporis, dicuntur secundum hunc modum: Omnis mutatio corporis est aut

COLOR qui visu percipitur in

TOTO corpore, vt Ictèritia & leucophlegmatia ex passionibus hepatis & splenis.

IN aliqua parte corporis, vt Citrinitas in oculis, nigredo in lingua: sub hac specie reponit omnis musculosus color cutis, vt morphea, lepra. Similiter ille qui ab apostematib. in aliqua parte corporis generatur, vt color phlegmonis, erysipelatis, & aliorū.

ODOR qui olfactu percipitur in

TOTO corpore ex sudore, exhalatione.

ALIQVA parte corporis, sicut in thorace ex anhelitu, in manu, naribus, axillis, ventriculo ex ructu si est acetosus abominabilis sicut fœtentes carnes.

SAPOR qui gustu patientis percipitur, aut

SVDORIS, cùm aliqua gutta cadit in os.

SALIVAE si est salsa, amara, dulcis.

SANGVINIS exeuntis per poros, si est salsus, dulcis, amarus.

SCREATVS, vomitus, si est amarus, acetosus ponticus.

QVALITATES tāgibiles, quę tactu percipiunt, aut sunt qualitatis

PRIMAE, calidum, frigidum, humidum, siccum: Nam medicus potest aliquando ista augere & diminuere.

SECVNDAE, aut durum, molle, asperum, lene, & extensum.

III. COMPONENDO collecta, quid debet facere post visitationem: collectis .n. omnib. accidentib. quę in ægro apparēt medicus debet ea post collectionē ad inuicē com parare, & de ipsis iudicare speciem morbi. Quia autem medicus poterit de accidentibus aut

PROMTE iudicare, tunc ordinet immediatè regimen quod pertinet ad infirmitatem curandam, vel ad curationem ægritudinis secundum exigentiam ægri, & aliorũ particularium, vt ætatis, regiminis, temporis, &c.

NON promtè iudicare, tunc antequã aliquid faciat ordinet regimen neutrũ quod confert ægro, præbendo ei consolationem & morbum alleuiando, similiter hoc regimen neutrum præseruabit medicũ à cõfusione. Regimen neutrũ debet ordinare medicus anteq̃ exeat domum secundũ consistentias ægritudinis, de qua potest haberi certitudo in prima visitatione, quia si accidentia fuerint à principio grauia & cõtraria breuis erit morb. contrarijs cõtrarium. Sic morb. omnis, aut est breuis, aut ꝓlixus aut medius inter istos. In istis morbis, antequam species cognoscãtur, debemus regimen ordinare neutrum cum cibis & potibus temperatis: sic regimen morborum

BREVIVM in
CIBIS est brodium cicerum, lac amigdalarum.
POTIBVS hydromel, oxysaccharum, ptisana colata.

PROLIXORVM seu chronicorum in
CIBIS sunt carnes pullorum, perdicum iuuenũ, & auicularũ paruarũ.
POTIBVS vinum albũ in colore, in sapore aqueũ, in substantia subtile

MEDIORVM, in
CIBIS hordeum, auenatum, candarusum.
POTIBVS ptisana colata & expressa aqua bullita, in qua albus panis fuerit remollitus.

Quomodo se debet habere medicus circa amicos patientis.

ORDINATO regimine in hospitio ipsius infirmi, si interrogetur ab amicis, quid sentiat de statu patientis, respondere non debet cum duplicitate malitiosa, seu fallacia, quod potest contingere duobus modis, aut dicendo se sperare quod nõ sperat, aut dicendo se timere quod non timet, sed cum cautela discretionis honesta, cum lima veritatis: cum veritate, vt dicat quòd nondũ est certus de statu patientis: cum cautela discretionis honesta, vt non exprimat, in quibus dubitat, sed in quibusdam articulis, de quibus intendit certificare per experimentum artificiale. Ordinato regimine, data responsione laboret medicus de signis seu accidentib. iudicare, quod faciet aut

PROPRIO studio, sic recolliget tabulando

PRIMO ea quæ ad complexionem pertinent, vt masculus vel fœmina, ætas annorũ, macilentus vel pinguis, iratus vel tristis, habens hepar calidum & frigidum, &c.

SECVNDO ea quæ ad consuetudinem pertinent, multi exercitij, vel maximi otij, copiosi cibi, vel potus, vel modici, lubricus vel continens.

TERTIO accidentia morbi, sic patitur dolorem lateris dextri vel sinistri continuum vel interpolatum, cum tussi vel sine tussi, cum malitia anhelitus vel sine, cum siti continua vel interpolata, cùm ardore vel sine ardore, habens pulsum durũ vel mollem, magnum vel paruum. Accidentia sic tabulata vel comparet ea ad causam, vel ad morbum, vel inter se cogitãdo quòd omne accidens morbi, aut habet ortum à causa morbi, vt in icteritia est amaritudo oris à cholera: aut à morbo immediatè vt sitis & dolor frontis à febre: aut ab alio accidente vt fastidiũ & rugitus ventris ab indigestione. Vlterius debet medicus de accidentibus cogitare, quia omne accidens, quod apparet in morbo, aut est

INNATVM ipsi membro, id est, inest illi ex propria passione.

COMMVNICATVM illi ab alio mẽbro, id est, inest illi ex cõpassione alterius mẽbri vicini vel colligati. Post autem debet medicus inuestigare vtrùm accidens quod apparet in membro, sit priuatũ illi membro, vel ab alio illi communicatum, rememorando canones traditos à Gale. 1. de interioribus præmittendo prius vniuersales hoc modo: Omne nocumentũ aut est accipiendum cuiuslibet mẽbri & significat in eo passionẽ esse, aut morbũ priuatiuũ, vel ab alio cõmunicatũ. Post istã debet talia seq̃ distinguẽs inter morbũ priuatum & ab alio cõmunicatũ sic: Omne nocumentũ actionis singularis continuũ causam significat esse in mẽbro priuatã, cuius actio læditur. Post illam sequitur in plurib. actionib. ordinatis nocumentis sic: nocumenta continua plurium actionũ, habentiũ ad inuicẽ ordinẽ, significant mẽbrũ primæ actionis esse læsum, & immediatè pati, & post errorẽ actionũ læsiones inde procedere. Post hoc sequi debẽt canones curarũ vniuersaliũ, præmittendo prius canonẽ vniuersalẽ sic: Omne nocumentũ actionis interpolãs, nõ tñ interpolans propter causam primitiuã, significat causam passionis esse intrinsecã materialem, & aliunde mandari particulę patienti. Post illud sequitur magis speciale & est: omne nocumentũ subitum & momentaneum, si ab interiori causa processerit à vapore causatur: oppositum autem erit de humore.

ALTERIVS AVXILIO, sic ad alium peritiorem Medicum recurrat & cum eo de istis accidentibus collectis conferet. Iste peritus si est propinquus, tunc aut

SATISFACIET, & sic ordinet regimen curationis secundum particulam patientem, & morbus tolerabitur.

NON satis faciet, & tunc recurrat ad alium distantem. Discas in hoc casu, si infirmus fuerit

PATIENS, debet Medicus persuadere parentibus infirmi vt ipsum vel alios vocent & venire faciant: si autem mittatur pro Medico distãte, restat videre quid faciat Medicus in toto tẽpore medio, donec alter Medicus veniat. Certè dico quòd debet suum visitare infirmum, & debet videre, si aliquod vitium de nouo appareat, scilicet per quod possit illuminari: & debet interrogare infirmum de his, de quibus non recordetur eum interrogasse, & debet ei protestando dicere: Ego antequam medicinalia vobis administrare volo, visito & interrogo vos propter quædam dubia, quæ mihi occurrunt: nam ego volo vos ducere per securam viam atq; tutam.

IMPATIENS & amici importuni, aut dimittat eum si cum honestate possit: aut si non potest eum dimittere, ordinet aliquam medicinam, quæ nõ potest nocere, sed aliquo modo iuuet. Allocuto infirmo de administratione medicaminũ proinde circumspicite. Medicinę quę prosunt & nõ nocent, quamuis morbo directè non opponantur, sunt temperatæ, vt sacch. electum & illa quæ sua proprietate conueniunt, hæc autem sunt quæ confortant membra principalia, vt aurum cor, aut depurant spiritus, vt buglossa, aut cõseruant spiritus vt caraba, aut sunt theriacales & hæc aut venenositatem pellunt ab humoribus, vt agaricus, aut à membris, vt doronicum. Ex prędictis autem medicinis sic componitur syrupus, vel electuarium, vel trochisci, vt vna temperata cum alia iungatur, & si media vtilis fuerit proprietate & temperatæ complexionis, absq; dubio in quocunq; casu poterit administrari, sicut posset administrari aurum, buglossa, & borrago. Sed si fuerit vtilis proprietatis, & distemperatæ complexionis, quære aliam, quæ simpliciter sit vtilis & distemperatæ complexionis in opposita qualitate, & iungas eas ad componendam medicinam, sicut tales melissa & poma matiana, & ex istis cum saccharo poteris facere electuarium vel trochiscos, quos poteris administrare in quocunq; casu. Caue tamen ne medicina habens vtilitatem proprietatis habeat aliam vtilitatem, & non debet administrari si inutilem locum habeat, vt camomilla mulieri pręgnanti, quia prouocat aborsum: sed masculo bene potest, cùm sit temperatę complexionis, & habeat proprietatem conseruandi spiritus & confortandi principalia membra & expellẽdi interiores dolores membrorum. Hoc modo cognita specie morbi, causa & particula patiẽte videre debet Medicus an morbus quem cognoscit sit

PERICVLOSVS, tunc dicere, debet amicis patientis, quòd timet de periculo: caue tamen ab indiscretis.

SALVBRIS, tunc debet interrogantib. de statu patientis despondere, quòd si patiens & ministri fuerint obedientes, vel aliud accidens ægro non superuenerit spes poterit haberi sanationis. Data respõsione de statu infirmi interrogantibus, confestim debet Medicus ordinare omnia genera causarum salubrium, sic quòd ipsa apponantur secundum gradum ægritudinis, & tolerantiam subiecti: nam Medicus fidelis & sapiens cognitis cognoscendis quàm celerius potest subuenire ægritudini, ideò dictum est confestim. Similiter dixi secundum tolerantiam infirmi, quia opus rectissimum non efficacibus tantùm, sed tutioribus consumatur: nã Medicus non semper tenetur facere quod rectius est, sed tolerabilius & tutius, & ideo aliquando amputat manum, vel pedem vt totum corpus saluetur à corruptione. Ordo autem quem Medicus tenere debet in processu curæ talis est: cùm regimina particularia, quibus completur opus curationis tria sint, scil. regimen in dięta, regimen in administratione medicinarum, & regimen in manuali operatione. Regimen in diæta præcedere debet alia, quia ordinatur ad virtutem custodiẽdam, propter quam requiritur sanitas, quia sine ista alia non proficiunt: regimen in administratione medicinarum pręcedit tertium, quia vniuersaliter respicit morbum: regimen in manuali operatione debet Medicus exercere quando alia duo non proficiunt. Cæterùm regimen

IN diæta consistit in mensuratione 6. rerum non naturalium, quæ sunt, continens, motus & quies, cibus & potus, somnus & vigilia, inanitio & repletio, & accidentia animi. Continens autem est

AER, & de isto debet Medicus attẽdere, vtrum competat in pri-

infirmo, secundum quod in tali domo, vel in tali loco, & si nō, pręcipere debet, vt emendetur & debitè ordinetur.

COOPERIMENTVM, & hoc est vestis, debet cogitare vtrū talis vestis competat infirmo, & vtrum competat ipsum iacere tunicatum vel calceatum aut super lectum, & de istis debet cogitare, vtrum talibus vel tantis debeat cooperiri, an debeat iacere capite discooperto, vel cooperto, & sic de aliis. Post ordinationem continentis debet ordinare de motu & quiete, & per cōsequens de aliis. Post hoc autem sciendum est, quod Medicus cogitare debet regimen secundum varietatem eorum, quæ morbo cōtingunt: quemadmodum nauta velum, secundum varietatem ventorum, propterea dicere debet infirmo & assistentibus, ita administrabitis donec mihi per signa videantur esse mutanda. Mutatur autē regimen aliquando vel quantum ad materiam instrumentorum, vel quantitatem, vel qualitatem, vel ordinem. Causa cogens ad mutandum regimen aliquo prædictorum modorum duplex est:

VNA necessaria & ineuitabilis mutatio temporum vniuersalium morbi, hæc mutare cogit regimen in

DIAETA in

MATERIA

CIBI, vt sc. administratur in
Principio auenatum hordeatum.
Augmento lac amygdal.
Statu aqua cicerum.
Declinatione brodium pulli, deinde substantiam, donec redierit ad pristinum statum.

POTVS: nam datur in principio ptisana colata & repressa.
Augmento ptisana colata non expressa.
Statu hydrosaccharum.
Declinatione vinum debilissimū, deinde debile, postea fortificabitur donec redeat ad pristinum statum.

QVANTITATE: nam in
Principio copiosius reficitur æger.
Augmento minus.
Statu minus.
Declinatione totum è conuerso, quia semper augmentatur.

QVALITATE: nam cibus & potus in principio administrabitur calidior, quàm in augmento, statu & declinatione.

TEMPORE: nam in principio & declinatione consideratur hora solita cibationis sanitatis, si non impediunt aliæ circumstantiæ.

MEDICINA in

MATERIA, vt apparet in medicatione scabiei: nam si alicui scabioso propinetur in principio aliquis syrupus aut decoctio borraginis aut fumi terrę, necesse est, vt in augmēto & in declinatione mutetur in absynthium fumus terrę. Ratio huius talis est, in prima digestione humorum peccātium spectamus bonitatem expulsionis, & apertionem meatuum, quorum primum facit borrago, quia reprimit acuitatem humorū: secundum facit fumus terræ, quia subtiliat materiam, poros aperit, & humores à superficie membri radit. Si autem digestione completa cōtinuetur fumus terræ & continuè approximetur, dilatatur meatus, & cum à meatu nihil exire possit, nisi interiùs constringatur, vt declarat Galen. de vesica principio de interioribus, remanebit interiùs materia scabiei vagans per ipsum, & ita inuiscabitur & immiscebitur bonis humorib. eos corrumpendo: & cùm natura non indigeat fumoterrę, ab ipso nō occupabitur, & ita immiscebitur bonis humoribus

ribus eos corrumpet, & ita augebitur scabies. Quare completa digestione, necessarium est mutare fumũ terræ in aliam medicinam, quæ constringat meatus ab intra, & quòd ab ea non sit semota potentia aperiendi meatus & radendi humores à superficie membri: talis autem erit medicina styptica multum, vel paruin pontica sicut est absynthium.

QVANTITATE vt in febribus phlegmaticis in quibus administramus syrupum maioris acetositatis in principio & augmento, quàm in statu & declinatione: ratio est, quia tũc materia est viscosa, indiget maiori incisione: si administraretur syrupus tantæ acetositatis in statu & declinatione, sicut in principio & augmento, tunc læderetur sensibiliter membrum in eius substantiam penetrando, licet antea non læsisset.

QVALITATE, sicut apparet in cibo & potu.

TEMPORE & hora administrationis propter superueniens aliquod: nam in hora in qua solebat administrare syrupum, si superueniat vomitus, ex hoc mutabitur hora administrationis, & sic etiam in aliis.

ALIA contingens, futurus aliquis euentus, qui contingenter habet euenire, & quòd talis futurus euentus habeat mutare regimen in quantitate, qualitate, &c. pateat in febre quotidiana: nam si aliquis administret in tali febre syrupum acetosum, & diu propter grossitiem materiæ intendat propinare, timere poterit quod semper nimis infrigidetur, & quod per hoc impediatur perfecta sanguis generatio, vnde ex hac non cogitur solùm diminuere acetum, sed cogitur administrare aliqua quæ tueantur hepar, propter hoc sapientes docuerunt propinare de quarto in quartũ diem trochiscos de eupatorio, vel simile, postmodum de tertio in tertium. Et sic debemus considerare de illis membris & futuris euentibus, qui ratione administrabiliũ possunt euenire & variari.

MEDICINA attenditur penes tria, scil.

Electionem conuenientem, ad hanc requiritur conuenientia in

VIRTVTE: nam si Medicus indiget medicina calefactiua, & sic in secundo gradu consideret, quàm de pluribus eliget an melissam, vel mentham: medicina enim quæ plura iuuamenta potest conferre, vel paucioribus nocumentis nocere, illa semper est eligibilior.

MEDICINA: nam Medicus attendere debet vt medicina in sua specie sit potissima vel in se, vel in respectu morbi, verbi gratia: si dactylos administrare debes an plus competant Alexandrini, quàm Insulati, & siue isti siue illi plus competant semper debet conspicere securitatem eorum. Circa naturam medicinarũ Medicus attẽdere debet, vtrum res, quæ illi apportantur, cognoscat, & si sic iudicet de bonitate vel de malitia. Quòd si non cognoscat, tunc videat an ab autoribus physicalibus describãtur, si conueniant cum descriptione autorum, accipiet eam, si non conueniant refutet eam: vt si apportetur loco eupatorij, saluia agrestis refutet eam, quia descriptio eupatorij non conuenit ei, aut nõ describitur, tunc dimittat eam & accipiat alia de communiter notis, quia hoc securum est.

PRAEPARATIONEM diligentem, ad quam quinq; requirũtur scil. mundatio, dispensatio, puluerisatio, remollitio, coctio. Et nota quòd circa istos modos debet Medicus informare apothecarios & debet horas & tempora determinare eisdem ne defectu præcepti tardius præparent quàm debeant.

ADMINISTRATIONEM particularem, circa quam debet Medicus assistentes informare de

QVANTITATE, vt quanta sit dosis.

TEMPORE, vt hora diei, vel noctis.

MODO, vtrum intus vel extra calida vel frigida, cum potu vel sine potu, aut cum quo, vel forti frictione, vel leui.

CONGRVITAS extrinsecorum accidentium perpendenda superest. Extrinseca accidentia tripliciter considerari possunt:

VNO modo in seipsis dupliciter, quantum ad

ESSE quod habent, quando sunt actu, & isto modo habetur certitudo de ipsorum actualitate, & cadunt tunc sub consideratione Medici.

EVENTUM, & isto modo cùm sint iuncta, non cadunt sub consideratione Medici, cùm sint contingentia & rarò eueniẽtia. Quando autẽ accidẽtia extrinseca sunt principaliter manifesta, debet considerare vel aduertere & detestari, ꝓpterea, si venerit ad patientẽ ophthalmiam, cardiacam vel tussim, si inuenerit domum plenam fumo, debet Medicus cõsiderare quantum potest fumus iste nocere, & debet aduertere & detestare istud accidens: vel si visitet patientem cephaleam & maximè galeam, si iuxta domum, audiat canes latrantes, homines clamantes, campanas pulsantes, corrigat & detestetur, quãtum potest, ista accidentia, quia multùm curam impediunt.

ALIO modo in causis suis, & isto modo habetur certitudo de ipsorum possibilitate. Quoties considerauerit accidentia in causis suis Medicus, debet ea considerare ꝓuidendo & præcurrendo, verbi gratia: si Medicus videat iuxta domũ infirmi campanas, aut multos canes in domo aut multos infantes, aut fenestram borealem rectè oppositam lecto, vel loco, si infirmus galeam patiatur, timere poterit, quòd lædatur, & ideò debet ordinare, ne per hoc patiens lædatur: aut si videat diuersa, ad quæ æger, qui patitur fluxum ventris, dimittit discoopertum ventrem, timere poterit Medicus, quòd torsiones ventris incurrat.

TERTIO modo in suis effectibus, & isto modo habetur de ipsorum virtuositate. Quando igitur accidentia extrinseca in effectibus apparent Medico, videlicet, si syrupum non possit retinere, & retinet cibum: aut per applicationem sacellorum cordialium sincopiset, tunc recurrat ad omnes causas salubres, quę cordi applicantur, & consideret si in loco debito sint collectæ vt de squilla, si sola erat, quia venenosa est, & de saluia si buffo fecerat domum suam in radice: & de capill. Ven. si aqua putei aliquo cadauere fuit infecta, aut si in loco indebitè sint reseruatæ, vt in loco sordido, vel in loco in quo animalia venenosa cadere possunt, vt araneæ vel scorpiones, & sic de aliis: aut si cum instrumentis debitis sint præparatæ, vt si mortarium, in quo pistatæ sint medicinæ, fuerit sordidum, ex qua sorditie fuerit sordidata. Similiter de capsa considera, vt si fuerit immunda: similiter de colatoriis, si quid fuerit cum eis colatum, quod fuerit malæ qualitatis.

ARNALDI DE VILLA NOVA EXPOSITIO SVPER ISTO APHORISMO HIPPOCR. IN MORbis minus.



IN morbis minus periclitantur ægrotantes, quibuscunq; propriæ naturæ, ætatis, habitudinis, temporis, regionis, & horæ ægritudo inest magis, quàm quibus non propria, secundum aliquid horum inest. Aphorism. 34. parti. 2.



IN aphorismo præsenti comparat literaliter, quantum ad gradum periculi, duo genera ægritudinum, id est, ægritudines contingentes cum conuenientia particularium ad oppositas: & intendit, quòd ambæ sunt periculosæ, sed multò minus ille, quæ incipiunt cum cõuenientia particularium, quàm illæ, quæ incipiunt cum disconuenientia illorum. Et hoc est, quod intendit, cum dicit: Ægrotantes, id est, ægritudinem incidentes, quibus inest, id est, incipit esse ægritudo, secundum materiam, scilicet complexionis, & cæterorum particularium, vt ætatis, & aliorum, quæ expedit, periclitantur in

A morbis, id est, ad periculum disponuntur, ad hoc etiam in processu morborum verò pro sed, magis minus, id est, multò minus periclitantur, quã quibus inest ægritudo non propria, secundum aliquod horum, id est, quàm quibus incipit ægritudo cum disconuenientia omnium prædictorũ particularium. ¶Quibus verbis Hippocrates innuit tres gradus morbi periculosi, quorum graduum duos extremos explicat, & per illos dat intelligere medium. Primus est ægritudinum incipientium cum conuenientia omnium particu-

Tres gradus morbi periculosi.

B larium, & hunc exponit cùm dicit: quibus inest ægritudo secundum naturæ & ætatis, &c. ita, quod omnia enumerat compellando. Secundus est ægritudinum incipientiũ cum disconuenientia, vel cum cõtrarietate omnium particularium, & hoc exponit cùm dicit: quibus inest ægritudo, non propia, secundum aliquid horum: hoc est, in quibus ęgritudo incipiens non habet conuenientiam cum aliquo prædictorum particularium. Habere autem conuenientiam cum omnibus, & non habere conuenientiam cum aliquo,

C sunt extrema, in quibus cadit medium, scilicet habere conuenientiam cum aliquibus, & disconuenientiam cum aliis: & sic patet quòd ibi tres gradus

dus periculi tangit, exprimendo tantùm duos extremos. Vnde ergo dicit Hippocr. quòd ægritudines, quæ incipiunt cum conuenientia aliquorum, & contrarietate aliquorum, sunt magis periculosæ: quæ verò cum conuenientia omnium sunt multò minus periculosæ. Ex his patet ratio literalis dicti Hippocr. quando dicit, multò minus: si enim inter illas, quæ incipiunt cum conuenientia omnium, & quæ incipiunt cum contrarietate omnium, non esset medius gradus, non dixisset multò minus, sed minus absolutè. Sed vidit ita, quòd illæ, quæ incipiunt cum contrarietate aliquorum particularium sunt absolutè minus periculosæ, quàm illæ, quæ incipiunt cum omnimoda contrarietate: propterea dicit, quòd illæ, quæ incipiunt cum conuenientia omnium, sunt multò minus periculosæ: per quem modum elucescit perspicacia Hippocratis & plenitudo sententiæ eius, cùm in suis verbis nihil sit ociosum, sed necessarium, secundum proprietatem sermonis grammatici, vel grammaticalium sermonum. ¶ Galenus primò remouet ambiguitatem, aperiendo intentionem Hippoc. circa hoc vocabulum (natura) quo vtitur in can. suo: secundò explicat sententiam, hoc est, aperit eius intentionem circa totum can. vel sermonem ibi: ac si diceret. Dicit ergo in prima parte, quòd licet natura multis modis dicatur, tamen Hippocr intelligit per eam hîc complexionem, sicut in loco de humana natura: natura priorum elementorum, id est, à primis elementis adueniens corpori, est complexio. His autem verbis innuit, vel exprimit Galen. duo: primum est, quòd natura sumitur à Medicis multis modis, quos tamen hîc non explicat, nisi vnum: tum quia ille sufficit in proposito, tum quia super illo aphor. vetres hyeme exponit per naturam naturalem calorem: ibidem etiam Ioannitius explicat plures modos acceptionis eius: tum quia paulò pòst in hoc cômento exprimit, quod Hippocr. aliter alibi intellexit per naturam compositionem corporis. Et sic habemus ab ipso declaratum, quot modis accipitur à Medicis, quia quandoque pro complexione, quandoq; pro compositione, quandoque pro calore naturali: & Ioannitius addit duos modos, scilicet, quod accipiatur pro natura totius corporis, sicut in techni, cùm dicit Galen. quòd natura est omnium operatrix: Medicus verò minister: quandoq; pro consuetudine, sicut ab Hippocr. dicente, consuetudo est altera natura. Sed ibi sufficiebat duos modos exprimere in isto cômento, ad declarandum multitudinem acceptionis eius: quoniâ multitudo significatur in duobus, vt patet per Galen. hîc ita cùm dicit, huic aphorismo non est contrarium multis ex causis, & tamen non explicat nisi duas. ¶ Ac si diceret hic: Galen. primò sentêtiat hûc aphor. secundû quòd natura est vnum particulare inter duo nomina, vel secundum vocabulum, prout est aliorum determinatio, vel sermo, quâtum ad expressa membra compositionis: secundò, quantum ad implicata in fine commenti, cùm dicit: vel ita. His duobus modis potest Hippocr. intentio variari, & vtraq; est certa, & redit ad idem: & ideo dicit, tanquam fidelis expositor. Et ad plenitudinem expositionis vtramq; sentêtiam explicat: & quantum

Exponit commentum Galeni.

Natura multis modis dicitur.

A ad primam sententiam, primò explicat intentionem Hippocr. & exemplo declarat: secundò verificat ibi, & hoc est. Item in duas diuiditur: primò explicat eius intentionem: secundò manifestat exemplis secunda ibi: quicunq; enim morbi. Dicit in prima parte, quòd Hippocr. intendit dicere, quòd si morbus est conformis particularibus circumstantiis corporû ægrorum, minus molestantur, quàm si esset illis oppositus: & sic patet hîc expressè, quod Galen Hippoc. verbum, quod di- B cit, minus periclitantur, potest exponi, minus affliguntur, seu molestantur: hoc est ergo, quod intendit, cùm dicit Hippocr. intellexit per naturam complexionem: ac si diceret, si morbus proprius, id est, pertinens ad proprietatem, vel exigentiam proprietatis, vel alterius particularis, scilicet ætatis, &c. ¶ Quicunq; enim) Hîc primò manifestat expositionem suam, ponendo exemplum in morbo calido incipiente, cum conuenientia omnium particularium: secundò in oppositum mox, cùm C dicit: contrariis, &c. Dicit ergo, quòd quicunq; morbus attinet caliditati, nô dicitur calidus: quia propriè loquendo morbus non est calidus, nec frigidus, quia non est subiectum caloris, aut frigoris: sed dicitur calidus, aut frigidus ab affectu, vel forma: ab effectu quia corpus calefit, aut infrigidatur, &c. à forma verò, quia morbus formaliter est calor innaturalis, aut frigiditas, &c. Vt ergo insinuaret, quòd propriè morbus non dicitur calidus, aut frigidus, dicit attinet calori, hoc est, con- D sistit formaliter in qualitate tali, inquantum morbus est conueniens corpori natura, ętate, &c. hoc est conformabilis, vel consentaneus: & propter hoc innuit causam eius cùm dicit, immediatè, scil. quod talis morbus minus molestat ægrum. Quanto enim morbus minus alterat ęgrum, tanto minus affligit ipsum, quoniam afflictio nô causatur, nisi à contrarietate alterantis ad alteratum: ergo morbus calidus, si conformis fuerit, vel consentaneus côplexioni ægri, & ætati, & figuræ, &c. E minus alterabit, sic per consequens minus affliget, vel molestabit. Econtra verò quando maior fuerit contrarietas inter morbum & complexionem, ætatem & habitudinem, tâto fortior erit afflictio: & hoc est, quod intendit, cùm dicit, contrariis, scilicet existentibus prædictis partibus ad morbum, & scil. morbus, hoc est disconueniens, vel difformis, vel valde afflictiuus, vt frigido, id est, conuenit frigido prædictis partibus calidis, humido prædictis existentibus siccis, sicco præ- F dictis existêtibus humidis. ¶ Sed hîc præbet magnam dubitandi rationem in eo, quòd dicit, minus affligere morbum, qui conformatur particularibus: quoniam ipse dicit in techni, capitulo de signis complexionum oculi, quòd omne membrum lapsum naturaliter in aliqua qualitate, læditur à similibus, & iuuatur contrariis moderatò vsu. Confirmat etiam hoc super vltimo aphor. naturarum, hæ quidem, &c. vbi dicit, quòd corpora calidæ & siccæ complexionis melius se habent in G habitudine, &c. ex his ergo arguitur contra Gal. hîc: corpora lapsa melius se habent in habitudine, particularibus contrariis, quàm similibus: sed quæ melius se habent minus affliguntur: ergo morbus cum contrarietate particularium minus est afflictiuus, quàm econuerso: oppositum dicit

Vtrù morbus conformis particularib. minus affligat.

Affligi: malè se habere: lædi.

hîc expressè. ¶ Dicendum est, aliud esse affligi, A
& aliud malè se habere: omnis enim q affligitur,
malè se habet,& nõ econuerso, sicut aliud est læ-
di,& aliud est affligi: quoniã omnis afflictio est
læsio,non econuerso: nam paralysis,& omnis in-
sensibilitas est læsio,non tñ afflictio: possunt ergo
frigidi in tempore frigido malè se habere,quia la-
psus augetur,non tñ propter hoc magis affligen-
tur. Sic ergo patet defectus obiectionis, quãtum
ad modum,sed quantum ad rem est obiectio nul
la, quoniam dissimiles sunt valde casus, in quib. B
loquitur Gal. quia aut loquitur in contrarietate
rei contra naturam, scil. morbi, ad res naturales,
vel non naturales.ex qua contrarietate crescit af-
flictio, vt dictum est ibi: aut loquitur de contra-
rietate rerum naturalium ad lapsum naturalem,
siue innatum, quæ cõtrarietas aliqua est reducti-
ua, vel correctiua lapsus: & ideo est causa bene
essendi,& propterea non est mirum. si huic con-
uenit afflictio,& alij non. ¶ Et hoc est) Hîc verifi-
cat sententiam supradictã per remotionem cau- C
sæ,vel remotionem instantiæ. Dionysius autẽ in
prima parte tantum intendit confirmare, quod
dicit super hoc verbo compositionis, quam facit
Hippocr. dixerat enim quòd quando morbus est
difformis cunctis particularibus corporis magis
molestat,seu contrariatur corpori,seu magis affli
git: hoc autem confirmat per rationem sumtam
ex quadam auctoritate Hippoc. in epidimiis, vbi
dicit,quòd propter multiplicitatem materiæ pa-
tiuntur ægri difformes,seu diuersos morbos. Ex D
hoc autem apparet à simili per hunc modum, si-
cut se habet multiplicitas materię ad multiplica-
tionem morborũ,sic se habet cõtrarietas morbi,
ad contrarietatẽ particularium ad corporis affli-
ctionem. Veritas syllogismi patet ex hoc,quòd si-
cut multiplicitas materiæ est causa multiplicita-
tis morborum,sic contrarietas prædicta est causa
afflictionis corporis: quo supposito,cõcludit sic:
quanto maior est multiplicitas in materiis mor-
borum,tanto erit maior diuersitas inter morbos: E
sic quanto maior est contrarietas morborum, &
particularium,tantò maior erit afflictio corporis,
quem modum informandi,quod dictum est,fue-
rat in seruando: pro tanto Gal. hic ponit & intro-
ducit temporaliter, quia est exemplare: & ideo
maximè conueniens Medicis. Declarat Galen.
propositum per exemplum in cõsiderationibus,
propriis mediatè: hoc est ergo,quòd intendit,di-
cit: hoc est.i. ad conformandum facit, quod dicit
Hippoc. alibi,scil. quòd ꝓpter multiplicitatẽ,&c. F
Quidam tñ non vidẽtes fortè,qualiter hæc litera
faciat ad propositũ, dixerunt eam nõ esse de com
mento præsentis aphor. sed melius in tertia par-
ticula: autumno verò, & dicunt, quòd sequitur
post illam literam commenti,vbi dicitur: sunt fe-
bres errantes in autumno, exturbatis autumni
complexionib. fuerit,&c post sequitur,& hoc est,
quod dicit Hippoc. tamen inspecta subtiliter ve-
ritate, melius proposito conuenit. ¶ Dionysius

Concordat Dionysiũ cum Hippocrate.

autem hîc mouet primo instantias: secundo re- G
spõdet tacitæ quęstioni,explicans motiuũ, quod
compulit ad recitandũ ibi: multi enim) prima ha
bet tres partes secundum tres instantias,quas ꝓ-
ponit,secunda ibi,quòd autẽ: tertia ibi: quod te-
statur: in primo mouet instantiá: secundo remo-
uet,ibi: intellexit autẽ. Dicit ergo in prima parte,

quòd Dionysius,qui fecit librum de hebdomadi- A
bus,& hoc dicit ad insinuandum efficaciá aucto-
ritatis Dionysij, quá allegat: nam hebdomades

Hebdomades.

dicũtur propositiones,vel auctoritates,pertinen
tes ad sectam,vel specialem considerationem ali-
cuius facultatis,vel sapientiæ,quarum veritas est
nota per se,id est, ex vi terminorum ꝓpositionis,
& hoc sapientibus in eadem peritia. Scribit ergo
Dionysius in libro talem propositionem,vel heb
domadam: omne morbo simile morbũ facit qua-
si furere,q.d. ad insinuádum, quòd propriè furia B
non conuenit,nisi habentibus cognitionem. Vn-
de morbum furere,idem est,morbum acui,vel in
cendi,quantum ad quantitatem & augmentum,
quantum ad quantitatem, vel extensionẽ in cor-
pore: contrarium verò morbo eiusdẽ est curatio,
vt vltimè confirmat Gal. dicens,quòd omnis cu-
ra contrarij,id est,eius,quod aduersatur corpori,
est finienda,id est,perficienda contrario,quasi di-
cat,non perficitur, nisi contrario, sicut Hippocr.
dicit suprà in illo aphor. Quibuscunq; ægritudi- C
nes ex plenitudine,&c. ¶ Intellexit aũt hîc Gal.
primò inuestigat intentum: secundò concludit i-
bi,non ergo: intendit autem in prima parte ostẽ-
dere,quod auctoritas Dionysij non contrariatur
dicto pręsenti Hippocr. vel intentioni: sed diuer-
sificatur,& nihilominus in sua diuersitate cõcor-
dant vtræq; sententiæ. Circa quod primò expli-
cat diuersitatem intentionis Dionysij: secundò
ostendit eorum concordantias ibi, si autem feb.
In prima primò explicat intentionem Dionysij D
circa prędictam auctoritatem: secundo intentio-
nem Hippocr. circa propositum aphor. ibi, nõ re-
scindens: secundo confirmat ibi,cui si natura: &
in primo confirmat ratione: secundo exẽplis ibi,
hoc etiá experimentis. Dicit ergo in prima parte,
quòd Dionysius ꝑ verba ꝑdicta intelligit, quòd
omnis febris acuta velocius sanatur in hyeme, q̃
in ęstate: sed quamuis hoc asserat, tamen propter
hoc non rescindit,id est,non negat hoc, quod in-
tendit Hippocr. in febribus acutis, in hyeme non E
fieri,nisi ex acuta materia,quæ scil. materia acuta
non posset vincere temporis naturam, nisi fortis
esset causa,scil. feb. acutæ, cui si natura temporis,
scil. complexio frigida hyemis, neq; natura infir-
mi,vel virtus infirmi, q est fortitudo, q̃ habet ęger
in principio, non possunt resistere.i. non possunt
prohibere, quin causent febrem, quantò minus
potest resistere debilitas infirmi,quę prouenit ex
processu morbi. Ex his aũt verbis habetur, quod
aliud est illud,quod Dionysius intẽdit ꝑ supra di F
ctam auctoritatẽ,& aliud quod Hippoc. intendit
hic asserere,quòd morbus acutus velocius sanat
ꝑ contrariá qualitatẽ, q̃ ꝑ similẽ. Hippoc. autẽ in-
tendit,quòd morbus acutus, q generatur in prę-
sentia cõtrariæ qualitatis fortior est, q̃ qui genera
tur in præsentia similis,vel conformis qualitatis.
Habetur etiá aliud.s. quòd Dionysius aliud inten
dit,tñ per alia verba nõ negat, quòd ab Hippocr.
dicitur esse verũ,quòd aũt illud,quod hîc asserit,
sit verũ,docet agnoscere ꝑ obseruantiam experi- G
menti cõuenietis,dicẽs, quod si cõsiderẽtur duæ
febr. æquales in acuitate, quarũ vna sit hyemalis
& altera sit æstiualis, semper inuenitur hyemalis
periculosior. Et ꝓpter hoc innuit duo: primũ q
ambæ sunt æquales in acuitate, ná si æstiua esset
acutior,nõ est mirũ,si esset periculosior,secundũ
est,

est, quod illa est periculosior qualitatib. existētibus parib. quæ incipiunt à cōtrarietate particularium, & hoc exponit intellectum Hipp. circa hoc verbum periclitátur: nam superius exposuit molestantur, id est, affliguntur, hìc aūt, quòd maiori periculo sortiuntur, & rationem expressit immediatè cū dicit, quòd acuta fe. quæ incipit cum cōtrarietate, fit ab acuta materia: cui resistere neq; complexio temporis, &c. per quod innuit expressè, quòd causa periculi est exuberantia materiæ: & sic patet iam hìc expressè per Gal. quod Hip. dicit: Minus periclitantur. Includit in illo dicto duplicem intentionem: & vna est, quòd minus affliguntur, vel molestantur propter causam superius expressam, alia est, quòd minori subiacent periculo. Si autem fe. sit acuta, ostenso, quòd intentiones Dionysij, & Hip. sunt diuersę & discordes, iam conuenienter ostendit eas esse concordes, & intendit talem rationem. s. quòd illa dicta concordant, quorum dictorum res comparatæ pariunt eundem effectum: sic est hìc: ergo habetur hìc ꝓpositum huius rationis: minorem declarat hìc: & primo proponit eam: secūdo declaratur ipsa laudabilis. Intendit autem in prima parte, quòd similitudo particulariū in principio fe. acutæ, in qua loquitur exemplificando, & post principium cōfirmat ad curationem, & sic concordant in eodē, & hoc est, quod intendit cum dicit: Quod si feb. sit acuta, & complexio aeris sit cal. scil. in principio, sicut statim pòst exprimit. Et aer so. scilicet post principium, vel in processu morbi, vt statim post exprimet ad frigiditatem se mutauerit, fiunt &c. Cùm ergo dicit, quòd ambæ temporis naturæ fiunt adiutorium febricitanti acute, id est, cōferunt ei ad curationem, consequenter declarat hoc de vtraque dicens, quod prima natura temporis est laudabilis, id est, adiuuans, vel conferes ad curationem: cum fe. incipiat cum conuenientia particularium in complexione: Subiungit immediatè, dicens, quia significatur, quod materia sit parua: & ita expresse testatur, quòd conueniētia, vel cōformitas particularium ad morbum in principio est laudabilis in ratione signi. De secūda verò dicit, quod veniens in fine, hoc est, post principium sui superueniat morbo contrarietas particularium, est bona causa, id est, bona in ratione causæ, quòd declarat per hoc, quòd dicit frigiditas aeris est curatio febris, secundum cōtrarium, id est, secundum rationem contrarietatis. Ex prædictis ergo concludit intentum, dicens: Non ergo, id est, ex prædictis patet, quòd illud, quod dicit, scilicet Dionysius, non est contrariū huic quæstioni, sed quasi firmamentum, id est, cōfirmatio: dicit autem, quasi ad insinuandum, qd dictum Dionysij directè, vel immediatè non cōfirmat dictum Hippoc. sed ex obliquo, vel consequenter. Cùm enim Dionysius intelligat, quòd contrarietas superueniens compescit, ac minuit morbum, ratione contrarietatis, eadem ratione sequitur, quòd morbum incipientem compescere nequeat, quòd morbo vincatur & superetur: vnde licet dictum Dionysij non confirmet dictū Hip. ad literam: confirmat tamen ad intellectum super rationem, quæ fundatur supra dictū Dionysij, quæ talis est: si contrarietas superueniens compescit & minuit morbum, vt ait Dionysius, sequitur ex hoc dicto, quòd omnis morbus, qui compescitur, ex contrarietate particularium, est debilis respectu eorum, & per oppositum, qui nō compescitur, est fortis: sed talis est, qui incipit cū contrarietate, de qua hìc loquitur Hipp. ergo per dictum Dionysij potest dictum Hip. confirmari. Cùm hoc supra dicit Gal. quòd cōuenientia particularium ad morbum, secundum paucitatem materiæ generantis morbum, oppositum huius testatur in multis locis: nam in illo aphorism. in exercitantibus ad summum, & in regimine acutorū, in illo cap. quo sumto, & in tractatu de phlebotomia, & de pharmaciis expressè testatur, qd conuenientia, vel concursus particularium repletionalium secundum immoderatam repletionē, vel exuberantiam materiæ & opposita oppositū, scilicet comessatio, & iuuentus, & crassicies, & plenitudines, & sic de aliis. Item omnes ponunt, qd signa propria repletionis, secūdum vasa, sunt habitudo repletionalis, & conuenientia cæterorum particularium, cum habitudine: & ideo sciēdum quòd hoc, quod hìc dicit, nòn habet veritatem, nisi in morbis consimilibus, sicut declarabitur infrà, cùm veritas elucidabitur doctrinę præsentis. ❡ Quod autem de senioribus dicitur: hæc est secunda instantia, quæ oritur ex dictis Hipp. infrà, in illo aphorism. huius particulæ: branchi, & corizæ, nam branchi, & corizæ sunt morbi, ꝑtinentes ætati senectutis, quia sunt morbi frigidi, & humidi, & ætas senectutis est frigida per se, & humida per accidens, & maximè decrepitas, in qua specialiter loquitur Hip. cùm dicit. in valde senibus. In his enim dominatur humiditas cruda & phlegmatica, quę causat corizam, & branchos: & tamen dicit, quod in eis non maturantur: sic intelligitur per oppositum, quòd in iuuenib. maturantur, ex quo arguitur, quod branchi, & corizæ sunt periculosiores in ætate conuenienti eis, quàm in contraria, quod est contra canon. hìc ꝓpositum. ❡ Ad quam instantiam respondet Gal. hìc dupliciter, primò quòd non sunt periculosiores in ætate cōuenienti secundū intentionē Hip. & hoc ostendit ꝑ verbū, quo vtitur Hip. id est, nō maturantur: non dicit. n periculosi, sed non maturantur. Quòd aūt per hoc non velit intelligere, qd sint periculosi, declarat Gal. per consideratione immaturi, vel crudi humoris, dicens, qd res, quasi immatura nō est acuta, & periculosa: ꝑ quę verba cōcludere intēdit cū dicit. Hip. dicit, quòd brāchi, & corizæ in valde senib. nō maturāt, intellexit ex cōsequēti, qd nō sunt morbi acuti, & periculosi. Secūda ratio, qd licet essent in illa ætate periculosi, nō ratione cōuenientię ætatis ad eos, sed ꝓpter defectū virtutis cū illa ætate: & qd hoc sit de intētione Hip. manifestat ꝑ verba eius. quia nō dicit absolutè, qd nō maturātur in senib. sed nō in valde senib. Prima verò istarū videt esse intolerabilis, quoniā directè cōtradicit his, q̄ docet in sententia prognost. s. qd sputū citrinū, viride, nig. & huiusmodi est malū & ꝑniciosum: & tamē cōstat quòd hęc omnia sputa sunt immatura. Itē ipsemet in quarta particula huius super illo aph. ægritudinibus quibuscunq; incipientib. &c. dicit, qd egestio nigra ideo est perniciosa, in principio morbi, quando fit ante coctionē humorū. Et confirmat per auctoritatem Hipp. in primo epid. vbi dicit, coctio ostendit bonitatem crisis, & fiduciā sanationis; cruditas enim necesse est ma-

Cōcordat duos aphorismos.

Aliud est nō maturari: aliud periculosum.

Obiectio.

lum exitum fieri protendit, vbi dicit, quòd inter
&c.mortem protendit,aut reſiduum:ergo humo
res crudi ſunt pernicioſi. ¶ Ad hoc reſpondetur,
quòd humores crudi, & acuti in qualitatibus
ſuis,vel calidi pro certo ſunt periculoſi, & de his
fit mentio in prognoſticis, & in aphoriſm.præal-
legato. Quòd autem aliqui ſint crudi, & calidi,
vel acuti, patet expreſsè per Hippocratem in ſe-
cundo regiminis acutorum, qui dicit,quòd in ie-
iunantibus præter ſolitum, multi crudi humo-
res de genere choleræ attrahuntur ad ſtomachũ:
ſed humores crudi, & obtuſi, vel frigidi,de qui-
bus hîc loquitur,non ſunt periculoſi. ¶ Sed obii-
citur hîc per Hippocratem in ſecundo progno-
ſticorum, vbi expreſsè dicit, quòd vrina cruda
mortis ſignificatiua, & fidelis,& certa eſt. Et hoc
idem ibidem confirmat Galenus,ſed vrina aquo-
ſa eſt de ſe obtuſa, id eſt, obtuſos humores ſigni-
ficans: ergo res immatura, quæ obtuſas habet
qualitates, eſt pernicioſa. ¶ Ad quod reſponde-
tur,quòd vrina eſt in ratione ſigni, ſed non in ra-
tione cauſæ per ſe. ¶ Sed contrà, ſcilicet in com-
mento illius aphoriſm. paroxiſmos,& conſiſten-
tias,expreſsè dicit Galenus,quòd ablatio coctio-
nis non abſolutè ſignificat perditionem,vel ſalu-
tem morbi,ſed longitudinem futuram:per quod
videtur expreſsè velle, quòd nulla cruditas per-
nicioſa ſit etiam in ratione ſigni: & ſi nulla, ergo
nec cruditas obtuſorum. ¶ Ad quod reſponde-
tur, quòd duplex eſt ſignificatio crudi humoris,
vel immaturæ humiditatis cuiuſcunque, ſiue ſit
vrina,ſiue humor:vna eſt,ſcilicet ſignificatio,quę
debetur ei, ſecundum ſeipſam conſideratæ, &
non reſpectu alterius: & iſto modo non ſignifi-
cat,niſi diuturnitatem morbi:nam cruditas con-
ſiderata, ſecundum quod eſt ineptitudo expel-
lendi humores, nihil aliud ſignificat, niſi quòd
tardè expelletur:& hoc eſt ſignificare longitudi-
nem, & non perditionem, vel ſalutem: & de tali
ſignificatione crudi humoris loquitur Galenus
in præallegata auctoritate. Sed eſt alia ſignifica-
tio, quæ debetur ei, ſed conuenit in reſpectu ad
aliud, vt ad virtutem actiuam in ea, vel aliud re-
ſpectu morbi,& illo modo poteſt cruditas perni-
ciem ſignificare,& de hac loquitur Hippocrates,
cùm dicit, vrinam aquoſam fideliter mortem ſi-
gnificare, quia ſecundum reſolutionem virtutis:
& de tali loquitur Galenus ſupra in commento
illius aphoriſm. paroxiſmos,&c. Nam in præalle-
gata auctoritate expreſsè dicit, quòd bona & lau
dabilis ſignificatio coctionis eſt, quæ proculdu-
bio morbum ſignificat velociter finiendum: &
econtrario peſsima, quæ prætendit infirmum
velociter perdendum:ſed coctio, quæ hoc ſigni-
ficat, non eſt, niſi diminuta: vult ergo expreſsè,
quòd cruditas poteſt aliquando ſignificare per-
ditionem, quando ſcilicet ſignificat ſuper defe-
ctum virtutis. ¶ Quod teſtatur in prima Galen.
exponit tertiam inſtantiam, quæ oritur ex dicto
Hippocr. in primo epidimiarum, vbi dicit, quòd
in quadam epidimia plurimi ex illis fuerunt mor
tui, quorum natura fuit propinqua phthiſi: per
quæ verba expreſsè habetur, quòd qui incurrũt
ægritudinem cum conuenientia naturæ, maxi-
mè perierunt, cuius contrarium in hoc aphoriſ.
teſtatur. ¶ Ad quam inſtantiam reſpondet Gale-
nus dicens, quòd in illa auctoritate primi epidi-
miarum intellexit per naturam,compoſitionem,
ſcilicet illam, per quam corpus diſponitur ad
phthiſim, quæ ſcilicet eſt compoſitio corporis ha
bentis corpus oblongum, & gracile collum, &
humeros eleuatos, & pectus ſtrictum & ſimilia:
&ita cum ſupradixit, quòd Hippocrat. intellexit
per naturam complexionem, & hic dicat, quòd
in epidimiis intellexit per naturam compoſitio-
nem,declaratum eſt ſufficienter,quòd hæc dicta
Hippocrat. adinuicem non repugnant. ¶ Sed
huic morbo protinus obuiatur etiam per textũ,
in quo Hippocrat. enumerat inter particularia
habitudinem, aſſerens, quòd qui patiuntur ha-
bitudinem conformem vel conuenientem ægri-
tudini,minus periclitantur: ſed qua ratione ha-
bitudo conueniens cum morbo minuit pericu-
lum, eadem ratione compoſitio: ergo reſponſio
Galeni nulla. ¶ Reſpondetur ad hoc per interem
tionem dicendo, quòd non eſt verum, quòd ea-
dem ratione ſe haberent conuenientia habitudi-
nis,& compoſitionis ad morbum:quia compoſi-
tio eſt particulare ex oppoſito diſtinctum,contra
complexionem, & habitudo reducitur ad com-
plexionem,ſicut ad cauſam efficiẽtem:vnde Hip.
intellexit per habitudinem particularem indi-
cans, & varians complexionem. Sed ſecundum
veritatem hæc reſponſio, eſt reſponſio ſophiſti-
ca,& ad euaſionem ſolutio conferens, & non ad
veritatis oſtenſionem, quod declaratur duobus
modis: primo quia ponitur quòd per habitudi-
nem inter particulare tantũ indicans, vel varians
complexionem:hoc.n. eſt falſum,quia per ipſam
etiã ſignificatur cõpoſitio:ſicut.n. habitudo cau-
ſatur à cõplexione,ſic & cauſę cõpoſitioni,vt pa-
tet ſecũdo de complexionib. & in illo aph. craſsi,
&c.vbi expreſsè dicit Gal. qđ valde craſsi,habẽt
naturaliter graciles venas,aut ſtrictos meatꝰ: ma
cilenti verò cõtra: ſi gracilitas in ampliãdo mea-
tũ pertinet ad cõpoſitionẽ:ergo patet,qđ habitu
do indifferẽs eſt ad cõplexionẽ,& cõpoſitionẽ. Se
cundo declaratur, qđ prædicta reſponſio ſit in-
conueniens per hoc,quia expreſsè ſupponit, qđ
dictum Hip. non habeat veritatem,niſi in particu
larib. relatis ad cõplexionem, ita qđ cum dicit:
morbus,qui gignitur cum conuenientia, eſt mi-
nus periculoſus,ꝗ qui contrarietate magis eſt pe
riculoſus, qđ hoc intelligit tantũ de particulari-
bus immutãtib. cõplexionẽ,nõ cõpoſitionẽ: hoc
aũt oſtẽditur eſſe incõueniẽs: Dicitur primò, qa
ſupponit eſſe de intẽtione Hip. & Gal. in progno.
ꝗ venit in cõplexione cũ tali morbo:& idẽ cõfir-
mat Gal. ibi: Itẽ Hip. dicit infra, quòd trauli à dia-
ria,&c. ſi diaria eſt morbus humidus, calores im-
pediuntur:vt patet,& declarat ibidem Gal. cau-
ſatur ab hu. complexione, & diaria longa, eſt peri-
culoſa,quia in phthiſi conſumtionem inducit, vt
patet per Gal. 3. de virtutibus naturalib. & 6. de
morbo & accidente:ergo patet quòd morbus, ꝗ
gignitur cum cõuenientia particulariũ cõplexio
naliũ, nõ ſemper eſt minus periculoſus:imò ali-
qñ eſt periculoſus, & oppoſitus:nam ſicut humi
di incurrũt diariam longam,ita ſicci breuem. Itẽ
Hippocr. in illo can. infrà. Quæcunque in vtero
habentes, expreſsè dicit, quòd grauidæ intenſè
febricitantes periclitantur,ſiue naturali tempore

pariendo, siue abortiendo: sed impręgnatio est particularis, calefaciēs viscera: sicut etiam febris: ergo morbus in eis natus, cum conuenientia particularium complexionalium est periculosus: & tamen non est æquè citò periculosus cum cōtrarietate, quare pręgnans infrigidata nō æquè citò periclitat. Sic apparet nō esse de intētione Hip. & Gal. quòd morbus incipiens cū cōuenientia particularium complexionalium sit semper minus periculosus, quàm incipiens cum disconuenientia eorundem particularium. ¶ Secundò declaratur responsionem prædictam esse inconuenientem in eo, quòd ponit intentionem Hippocratis & Galeni, quòd illud, quod dicitur in hoc canone, non habeat veritatem in compositione, seu in partibus compositionem mutantibus: hîc enim defectus est grauior, & intolerabilior prædictis omnibus, quia repugnat his, quæ communia, & quotidie certa sunt in medicina: & non tantum sententię aliquorum, sed omnium. Et primò sententiæ Hippocratis & Galeni in prognost. vbi dant regulam generalem, & infallibilem, qua omnes Medici non solum sapientes, sed etiam insipientes vtuntur, & hoc est, quòd si ægritudo, in quam lapsus ægri immutat compositionem faciei, cum conueniētia ad oppositum naturalem, & sani corporis, & non cuiusque sani, sed ipsius ægri comparati ad seipsum in sanitate, talis morbus est periculosus, si multum immutaret cum contrarietate. Vnde etiam, qui incidit in febrem acutam, in qua facies eius sic immutatur, scilicet quòd genæ sunt tenues, & oculi profundi, & diuersi, & inæquales, & nasus acutus, si talis habeat omnia in sanitate similem compositionem, in vultu minus periclitatur, quàm si habuisset oppositam: & hoc ibidem confirmat Galenus, sicut patet in commento illius can. etiam bonum est inuenire ægrum expresśè: etiam ibi repetit istum can. infra, cum dicit, residere dentibus præter solitum: neque à pueritia, &c. ibi etiam expresśius Galen. dicens in commento, quòd ægritudo, in qua compositio, in quacunque parte corporis immutatur, difformiter ad pristinam, vel innatam compositionem periculosior est, quàm econuerso. Et sic apparet, quòd prædicta responsio est contra intentionem Galeni & Hippocratis directè. Item etiam contra sententiam aliorum, quia communiter omnes disconueniunt, quod habentes intestina lata, & ventres fluxibiles rarò incidunt colicam, & iliacam, sed si incidant, periculosissima est. Item etiam disconuenit de habentibus canales pulmonis latos, quòd rarisśimè incidunt peripneumoniam, sed si incidant, periculosa est valde: & similiter dicitur, vel dicunt de oppilatione nerui optici, & pupillarum, & aliorum meatuum. ¶ Patet etiam inconuenientia primæ responsionis per rationem omnium prædictarū auctoritatum, qua vtitur hîc Galenus & repetit etiam expresśè in commento prognost. quòd morbus cum disconuenientia ad compositionē ideò fit periculosior, quia generatur ex fortiori causa. Ex his ergo apparet, quòd qui asserit istum can. Hip. non intendere ad particularia compositionis, sed complexionis tantum de abusione manifestè contradicit Hipp. Gal. & cæteris sapientibus, & ostendit, se omninò ignorare finem huius can. & elongatum ab intentione Hip. & Gal. sed decipitur propter verba Gal. super responsione ad hanc instantiam: quoniam dicit, quod Hipp. in epidi. intellexit compositionem: videtur hîc excludere ab intentione Hip. compositionē, proculdubio si taliter intellexisset, fuit sibi contrarius, vt patet ex dictis: non ergo videtur hoc fuisse de intellectu Gal. separare compositionem omninò à partibus, de quibus hîc loquitur Hip. talis intellectus non fuisset sanus, imò contrarius sibiipsi. ¶ Ad cassandum ergo omnem obiectionem, ad euidentiam prædictorum omnium est sciendum, quòd conuenientia, & disconuenientia particularium ad morbum in duobus attenditur: vno modo conuenientia, vel disconueniētia ipsorum ad causam inchoatiuam morbi, ita scilicet quòd cōuenientia disponit ad facilem morbi generationem, disconuenientia verò ad difficilem: & talis conuenientia particularium quorumcunque ad morbum. s. tam compositionalium, quàm cōplexionalium diminuit periculum, & oppositū auget. s. contrarietas & disconuenientia ipsorum ad morbum. Alio modo cōuenientia ipsorū ad morbum, refertur ad effectum morbi, ita. s. quod respectu effectus accipitur, ita scilicet, quòd particularia sic cōueniunt cum morbo, quòd adiuuāt ipsum ad producēdum effectum perditionis, aut nocumenti. In tali consideratione talis conueniētiæ vel disconuenientiæ contingit oppositū eius, quod dicitur hic. s. quòd in illis morbis, in quibus particularia conueniunt cum morbo est timēdū periculum: & in oppositis, in quib. scilicet discōueniunt, nō sunt in morbis, de quib. superius obiiciebatur. Nam calidum apostema sub auribus in ætate iuuenilis consideratum, secundum quod in iuuentute iuuatur ad producendum, vel efficiendum acumen doloris, quo virtus prosternitur, conueniētia est periculosa: & similiter in tranlis, inquantum inconuenientia disponit ad lubricitatem stomachi & intestinorum, per quam mēbris alimentum detrahitur: & similiter in grauibus intensè febricitantibus, in quam illa disconuenientia disponit ad resolutionem virtutis. Ex his autem hîc poterit comprehēdi intentio Gal. cum exponit Hippoc. intelligere per naturam cō plexionem, & in epid. per eam compositionē nō intēdit excludere compositionem simpliciter ab intentione Hip. in proposito can. sed tantum secundum quid. s. inquantū sufficit ad tollendum contradictionē: & hoc est considerando compositionem, non secundum quod eius conueniētia minuit periculum, sed secundum quod auget. Secundò est considerare ea, inquantum conueniebat cū morbo ad periculum inducendum: quod aūt ambo prædicta. s. diuisio & applicatio ad dictum Gal. sint hîc de intentione ipsius, patet ex duobus: primò per id, quod antè dicit, id est, quod conuenientia & disconuenientia particularium ad morbum, nō minuit, vel auget periculum hoc secundum intentionem Hip. ibi, quia significat causam inchoatiuam morbi. s. à natura esse paruā, vel magnā. Secunda est, quòd hîc dicit, quòd Hip. intellexit in epid. paruā cōpositionē, statim subiūgit ad declarationē intēti, dicit, si ergo acutus morbus fuerit in acutis cōplexionibus, tn̄ minus periculosus est, scilicet propter conuenientiam

prædictam tunc, & angustia pectoris non solum
phthisici facilè infirmâtur, id est, non solum pos-
sunt habere conuenientiam morbo, scilicet phthi
si ad hoc, vt de facili generetur: sed etiam conue-
nit ei, postquam fuit iam generata ad inducendũ
periculum, & quantum ad primam conuenien-
tiam periculum minuit, sed quantum ad secun-
dam causat, vel auget. Nam forma disponens ad
phthisim, adiuuat effectũ morbi causantis phthi-
sim, scilicet rheumatismi, quod regnauit in epidi-
mia, de qua loquitur Hippocrates, quando iuuat
rheumatismum ad suffocationem, & vlcerationẽ,
&c. q. d. quòd in tali conuenientia prædictæ con-
positionis ad morbum loquitur Hipp. in epidi.
vnde nõ cõtradicit sibiipsi. ¶ Multi autem.) Quia
posset aliquis quærere circa dictas instantias hîc
inseruit: ideo q. respondendo dicit, quòd multi,
& quasi dicat, ideo inducunt eas, quia multi erra-
uerunt in obscuritatibus sententiarum introdu-
ctarum in prædictis instantiis, ideò quia non va-
lentes eas remouere congruo intellectu, quod
hîc ab Hippocrate dicitur, morbus conueniens
naturæ infirmi, cui natura eius contrariebatur:
& ita exposuerunt, vt possent euadere laqueos
prędictarum instantiarum. Quibus verbis innuit
Galenus primò difficultatem verificandi præ-
sentem can. quod innuit ex duobus, scilicet qđ
multas habet instantias: quoniam ad eas tollen-
das diuersæ considerationes sunt necessariæ, vt
patuit superiùs. Item etiam innuit difficultatem
videndi, quo intellectu paris ratio non habeat ve
ritatem per hoc: quia multi secundum intentio-
nem Hip. in can. vel intellectum ipsius can. expli-
candum errauerunt: secundum quod innuit, est,
quòd per remotionem trium instantiarum colli-
gitur tota ratio, vel consideratio, secundum quá
veritatem habet regula ipsius, vt patuit suprà: nã
si prædictæ instantiæ discutiantur, vt suprà, ne-
cessarium erit vnire diuisionem, scilicet datam
de conuenientia morbi particularium, sine qua
nemo potest dictum Hip. verificare. ¶ Ex quibus
elicitur tertium, quòd hîc innuit Gal. secundum
prædictas tres instantias introducitur ad sufficiẽ
tiam: quoniam alias instantias plures habet can.
vt patuit suprà: sed ad exemplum has tres præ
cæteris introduxit: quoniam per eas tollitur om-
nis diuersitas eorum considerabilium, quib. can.
verificatur, per quod elucidatur perspicacia, &
& sapientiæ plenitudo in Galeno. ¶ Patet etiam
ex his vtilitas huius partis commenti: nam ideo
introduxi eam, vt incausatam & excitatam stu-
dentes in eis diligentiam studendi, & consideran
di diuersas intentiones circa eam sapientum ma-
teriam. ¶ Vel ita, &c. Gal. ad perfectam, seu pleni-
tudinem expositionis introduxit hác partem, &
explicat sententiam aphor. quantum ad illas in-
tentiones, vel considerationes à supradictis, in
quibus habet locus hic can. Sunt autem illæ cõ-
siderationes, secundũ quas potest aliter sentẽtia-
ri aphor. quam supradictæ: prima sumitur ex par
te huius nominis natura, nam suprà fuit explica-
ta sentẽtia aphor. secundum quod natura potest
esse vnum de partibus cõnumeratis in aphor. Et
quia potest etiam esse de intentione Hip. qđ na-
tura sumeretur pro determinatione cæterorum
particularium: propter hoc ergo, vt pateret, qđ
etiam isto modo veritatem habeat aphor. vel do-
cumentum Hip. sententiat isto modo, & verificat.
Secunda consideratio sumitur ex parte compa-
rationis membrorum, quam facit Hip. ipse enim
ad literam expresè comparat duo extrema, & im
plicat medium: quãtum ergo ad extrema expres-
sa, iam vsq; nunc sententiatus est, vel expositus
aphor. & etiam verificatus, & ostensus est: quia
morbi, qui generantur cum conuenientia omniũ
particularium: restat ergo declarare, qualiter me-
dij .s. qui generantur partim cum conuenientia,
partim cum contrarietate, se habẽt ad extremos.
His ergo duabus suppositis considerationib. di-
cit, vel ita, vel primo introducit intentum: secun-
do declarat per exemplum ibi, veluti: dicit ergo
quasi diceret: licet sit aphor. expositus sic. iuxta
cõsiderationes præmissas, & pertractatas, tamen
adhuc potest exponi iuxta mentem Hip. sic .s. vt
dicatur, quod morbi, qui fiunt extra naturam, se-
cundum nimiam distemperãtiam. Vt aũt manife
stetur, quod intelligat per fieri extra naturá, sta-
tim subiungit exemplum dicens, veluti causon,
si iuueni cõtingit in hyeme, quibus verbis innuit
prædictas cõsiderationes: nam cùm dicit causon
in hyeme generari, denotat expresè, quòd extra
naturá hyemis generat: & ideò innuit, qđ natu-
ra sumitur, non prout est vnum de particularib9,
sed prout est cõstantia, vel determinatio hyemis,
& similiter aliorum particularium. Cùm autem
ponit, quòd causon, qui generatur in hyeme, con
uenit iuueni, denotat expresè, quòd partim ge-
neratur cum conuenientia, partim cum contra-
rietate omniũ particulariũ: nã ætas iuuenilis con
uenit cum causone, sed tẽpus hyemale contraria
tur, quib. considerationibus diligenter attentis,
facilè videtur, qualiter, quod dicit extra naturá,
debeat ibi interpretari. Nam si natura referatur
ad omnia particularia, quæ tamen natura fuerũt
enumerata, tunc exemplum eius esset inconue-
niens, quia causon contingens iuueni, non fit ex-
tra iuuentutem naturæ, imò iuxta naturam iuuẽ
tutis, & illius ætatis. Oportet ergo dicere secun-
dum hoc, quòd per morbos, qui fiunt extra natu
ram intelligit eos, qui fiunt non secundum natu-
ram exteriorum particularium: vt sunt tempus
& regio: & sic innuit nobis, qđ particularia sunt
duorum generum: quia quædam sunt interiora
corporis, vt ætas & habitudo, quædam exteriora,
vt temp9 & regio. Sed possibile est generari mor-
bum cum conuenientia interiorum, & contrarie
tate exteriorum, quę duo genera studiosè distin-
xit, vt innueret, quòd plurimum hoc membrum
medium conuenit propter difformitatem exte-
riorum ad interiora: facilè enim tempus & regio,
quæ sunt vnius rationis, possunt in interioribus
aduersari. Patet etiam ex his, quòd recta lite-
ra hæc est, & ita morbus, qui fit contra exte-
riorum naturam: sed fuit vitio scriptoris corru-
pta, qui fortè in exemplari primò contrarium li-
brorum inuenit hanc dictionem exteriorum ab-
breuiatam. Sequendo ergo stylum HIPPO-
CRATIS comparat ipsum ad illum extremum,
in quo generatur morbus cum conueniẽtia om-
niũ particulariũ, vbi primò ostendit, ipsum esse
grauiorẽ illo: secundo, ex quo infert cõfirmatio-
nẽ dicti Hip. ergo si causon. Dicit ergo primò, sci-
licet

licet causon generari in hyeme, vt posuit, quem si contingat in æstate & rarò est, vt subiungit: quia fortis est ignis, qui in aqua non extinguitur, quasi dicat, peius est hoc, q̃ illud, quia per hoc significabitur morbum esse fortem, per illud econtra. Per hoc dictum Hip. potest confirmari, vt ostendat aliud, quod dicit Hip. quòd morbus generatus cum cõuenientia omnium particularium est minimè periculos⁹: dicit ergo, quasi dicat, ex hoc patet verum esse, quod dicit Hipp. quia si causon in æstate iuueni contigerit, non ita timendum. s. de periculo patiẽtis. Et rationem huius explicat intendens, quòd quia ille calor intensus. s. causonis generati cum conueniẽtia particularium fundatus est in parua materia, vt suprà dicit: ideò citò deficit, & finitur: & hoc est, quod intendit, cùm dicit: quoniam calor multus, id est, intensus, scilicet causonis, in facili, id est, in parua materia super fundatus sæpè, id est, celeriter: quia mutatur, hoc est, deficit, id est, dissoluit eum citò. ¶ Visa aũt expositione literæ, & verificatione ipsius, restat videre tertium, & quartum eorum, quæ pertinẽt ad perfectam expositionem aphor. vel cuiuslibet documenti. s. ostensionem pertinentiæ, & vtilitatem doctrinæ. Primò ergo videndũ est, vtrum documentum Hip. sit propositis conueniens, & vtrum regula, quam tradit, habeat locum in omnibus morbis, aut in quibusdam solum. Non enim videtur, quòd canon iste extendatur ad omnes morbos, quia non omnes morbi sunt periculosi, eo testante in fine prognost. qui dicit, interest tua &c. scilicet vt multo studio perituros & euasuros discernas, & antea præmiserat signa distinctiua, sicut in illo can. quæ verò in minori: vbi dicit euasurum quidem spiritus suauis, &c. sed moriturum anxius, & simili modo in aliis apostematib⁹. Sed quod ad omnes morbos extendatur, videtur ex curis can. ipse enim ibi tangit tres differentias morborum, quantum ad initium suæ generationis, scilicet cum conuenientia omnium particularium incipientes, & cum contrarietate omnium, & medio modo, & omnib. his tribus dicit esse cõmune particulare hoc, secundum plus & minus. Ex hoc arguitur, quòd cùm omnes morbi, quantum ad initium suæ generationis, reducantur ad has tres differentias, sequitur necessariò ex vi cõtentorũ in documento, quòd omnes morbi erũt periculosi, secundum aliquem gradum periculi: quod est contra sententiam eius, vt patuit in lib. prognost. Et propter hoc dixerũt quidam, quòd Hip. non intendit hìc loqui de morbis periculosis secundum suam speciem: & ad hoc dicẽdum mouentur per Gal. in commento, qui exponẽdo dictum Hipp. exemplificat in talibus morbis, vt phthisi, & causone. ¶ Sed hæc responsio in se implicat inconueniens, quia considerata constructione, per quam saluatur tantum locutio Hipp. patebit ipsum fuisse nugatorium, secundum hũc intellectum, & in suo motiuo est friuolus: quia de consuetudine sapientum est introducere ad exemplum communiora, & manifestiora: vnde patet euidenter, quod in his nec patuit constructio, nec vtilitas aphoris. vt declarabant. Prçterea non solum in vniuersali potest prædicto modo de pertinentia huius cano. dubitari: sed etiam in particulari de contentis in eo: continet enim, qđ magis sunt periculosi morbi, qui generantur cũ contrarietate particularium: oppositum autẽ dicit in illo aphor. æstiuæ quartanæ. ¶ Consueuit etiam responderi, quòd Hip. non dicit quartanã generatam cum contrarietate particularium, scilicet temporis, minus est periculosum. ¶ Sed hæc ratio respondentis est sophistica, quia tantum ad euasionem, & non doctrinalis, scilicet ad ostensionẽ veritatis, qualis debet esse in medicina, & omnibus talibus considerationibus, & maximè in operatiuis. Quòd autem sit ad euasionem, per hoc patet, quia realiter manet instantia, nam licet longitudo quartanæ, atque periculum sint diuersa nomine & ratione, tamen periculum sequitur ad longitudinem, vt patet per Gal. de malitia cõplexionis diuersę, qui dicit, quòd omnis feb. diuturnæ terminus est hectica, & per consequens cõsumtio corporis, & resolutio virtutis. Item omnes concorditer asserunt, quòd diuturnæ febres numerantur per casum appetitus, & resolutionem virtutis: sed febris minus longa, secundum rem, minus est periculosa, inquantum longitudo potest causare periculum: & sic patet, quòd prædicta solutio non tollit instantiam. ¶ Ad primũ ergo dicendum, quòd canon Hip. sicut verba eius sonant, extenditur ad omnes morbos. ¶ Ad aliud autem est dicendum, quòd periculum ab Hip. accipitur multipliciter: quandoq; enim accipitur pro euentu mortis, sicut accipitur 3. prognost. in illo can. iuuenis, vbi dicit, quòd iuuenes in apostemate autumni pereunt in 7. die, vel prius, vel paulopost, dicitur quòd pereunt antequam rumpatur apostema, & moriuntur: quádoq; verò accipitur ab eo pro euentu cuiuslibet nocumenti grauis, siue sit nociuũ particulare vni membro, siue cunctis vniuersale. De periculo, quod est nocumentum particulare, loquitur in prognost. in illo can. apostema vel vesica, vbi dicit, timendum est enim membro, cui superuenit apostema, periculum, id est, nocumentum contractionis, vt exponit alia litera. De periculo verò, quod est nocumentum vniuersale, loquitur expresse in illo aphor. hæmorrhoides sanari antiquas, periculum est, hydropisim fieri: hydropisis est ægritudo, per quã omnia membra lęduntur, quoniam loco sanguinis omnibus membris aquositas mittitur, secundum plus & minus: & ideò Gal. in 1. de ma. comple. dicit, hydropisim esse morbum vniuersalem. Item 3. accipitur periculum ab Hip. indifferẽter, scilicet tàm pro euentu mortis, quàm pro euentu grauis molestiæ, vel nocumenti, sicut in illo aphor. quartæ particulæ. Febres quæcunque non deficiunt in diariis, fortiores fiunt, & periculosæ: & ibi Galenus exponit, per se periculosis, id est, innatis periculum mortis, hoc est, graue nocumentum corporis inductum exponit: simili modo hìc, vt patuit suprà, vnde non fuit de intentione Hippocratis ad hoc denotandum, dicit, signanter periclitantur, & non pereunt: quia in plus se habet periclitari, quàm perire: nam perire est mortis euentum incurrere, sed periclitari est ad periculum disponi, vel tẽdere. Vnde per perire solus termin⁹ designatur, sed p̱ hoc verbũ periclitari, designatur via ordine, vel respectu ad illum terminũ: & ideo interpretat̃ periculi intẽtatio sub periclitatione. Ergo nõ solũ euẽtũ mor-

Vtrum aphor. verificetur in omnibus morbis.

tis, ſed omne nutrimentum diſponens ad ipſum
comprehenditur ſic loquendo: omnis morbus
eſt periculoſus, vel propriè in omni morbo peri-
clitatur æger, hoc eſt, diſponitur ad mortem, vel
ad incurrendum aliquod nocumentum graue:
quia omnis morbus, ſicut lædit, ſimiliter compo-
ſitiones diſpoſitæ corporis in toto vel in parte.

Obiectio.

¶ Et ſi obiiciatur per Gal. in prædicto aphoriſm.
ſcilicet febres quæcunque, &c. qui dicit, quòd fe-
bres interpolatæ, à quibus corpus mundificat,
non ſunt moleſtæ.

Solutio.

¶ Dicendum eſt, quod illud
non dicit abſolutè: quoniam ipſemet in definien
do febrem, in genere dicit, eam lædere primùm
cor, deinde cætera membra: ſed dicit, eas non mo
leſtas reſpectu continuarum. ¶ Ad ſecundum ve
rò dicēdum, quod vniuerſaliter verum eſt, quòd
illi morbi, qui incipiuut cum contrarietate om-
nium particularium, ſunt deteriores oppoſitis,
quantum ad fortitudinem cauſæ ipſorum, ſicut
exponit Galenus, quoniam cauſa generationis i-
pſorum eſt fortior, ſiue ſit efficiens, ſiue materia-
lis. Cùm autem Hippocrates dicit, quòd æſtiuæ
quartanæ ſunt breuiores hyemalibus, nō obſtat,
quoniam illa abbreuiatio non tollit longitudinē
ei conuenientem, ratione contrarietatis: quoniā
in quartana, inquantum eſt morbus frigidus,
ſi generetur in æſtate, diuturnior eſt, ſecundum
conſiderationem præſentis aphoriſmi, quàm ge-
nerata in hyeme: quia in æſtate non poteſt gene-
rari cæteris partibus exiſtentibus, niſi ex vberan-
ti materia cum forti opilatione, &c. ſed in hyeme
poterit ex minori materia generari: & ſic quan-
tum eſt de ratione generantis cauſæ, breuior eſt
hyemalis, quàm æſtiualis: ſed Hippocrates loqui-
tur ibi de longitudine, & breuitate quartanæ ſe-
cundum conſiderationem cauſæ conſeruantis,
aut corrumpentis morbi materiam & virtutem:
ſicut patet ibidem per Gal. & hæc cōſideratio, per
quam ex parte cauſæ longior eſt morbus, tātum
conuenit morbis habentibus contrarietatem ad
tempus, in quo generantur: ſed illud, quod dicit
Hippocr. de longitudine & breuitate quartanæ,
commune eſt omnibus morbis, ſcilicet tam ha-
bentibus ſimilitudinem cum tempore, in quo ge
nerantur, quàm habentib. contrarietatem, ſicut
per Gal. in principio commenti illius aphoriſm.
vbi dicit, quòd per quartanam dedit intelligere
omnes morbos: quibus verbis expreſsè teſtatur,
qđ cauſa illius lōgitudinis & breuitatis commu-
nis eſt omnib. morbis, & non tantum habentib.
contrarietatem cum tempore vel tantum ſimili-
tudinem.

Vtilitas doctrinæ aphor. huius eſt duplex.

¶ Vtilitas autem huius doctrinæ, quan
tū ad textū aph. duplex eſt, .ſ. vna expreſſa, & alia
tacita: expreſſa eſt vtilitas prognoſticādi, tacita
verò vtilitas eligēdi cōueniētiā ſalubriū cauſarū
in morbis, hîc cōparatis: hic aūt aphor prognoſti
cus eſt, & operatiuus: prognoſticus inquantum
docet præuidere futuri periculi quantitatem, vel
gradum: ſed eſt diuturnus in opere, prout docet
conſiderare diuerſitatē poſsibilem in cauſa mor-
bi contingere: inquantum autē prognoſticus eſt,
conſiſtit eius vtilitas in duob. primum eſt ſcire, q̄
ſunt prima conſiderabilia in arte prognoſticandi
ſecundum genus: ſecundum eſt ſcire qualiter pro-
gnoſticatio laudabilis euentus in morbis debeat
moderari. ¶ Et quātum ad primum, traditur hîc
nobis regula ab Hip. ſeu præceptum conſideran-
di: quādocunq; voluerimus prognoſticare de fu-
turis ægri ſucceſsib. iſta duo, ſcilicet conuenien-
tiam, & diſconueniētiam particulariū intrinſeco-
rum, & extrinſecorum ad morbū: iſta enim ſunt
prima conſiderabilia ſecundum genus, ad q̄ om-
nia alia reducuntur, & hîc proponuntur per mo-
dum complexionis: ſed in prognoſticis pertractā
tur per modum deductionis, quib. conſideratio-
nib. in genere ignotis, nunquam per ſe poterit cę
tera conſiderabilia particularia inuenire, quoniā
ad ſpecialiſsima nemo poteſt intellectuali via pro-
cedere, niſi à generaliſsimis inchoet: deinde per
conuenientes diuiſiones ad inferiora deſcendat:
hęc enim ſcala rationis eſt rectiſsima, vt patet per
Gal. in principio regimenti acuti, de ingenio ſani
tatis: vnde quia non perficitur intellectus in arte
prognoſticandi ſine notitia iſtorū generaliſsimo
rum: ideò conſiderationem ipſorum Hip. hîc pro-
poſuit. Quantum verò ad ſecundum, tradidit re-
gulam, nunquam in morbis prognoſticandi bo-
num, abſq; timore mali: & regulam expreſſè tra-
didit nobis in eo, quod dicit, ægros in omni mor-
bo periclitari: quib. verbis innuit nobis, quòd in
morbis prognoſticatio futuris minoris, ſcilicet e-
uaſionis, vel ſalutis debet eſſe conditionalis, & nō
abſoluta. Sed qua conſideratione debet modera-
ri, Gal. expoſuit in 3. de criticis: ibi apertè dat in-
telligere, quòd Hip. hîc intelligit exquiſitè: dicit
.n. quòd cùm aſsiſtentes ægro interrogauerint,
quid eſſet, reſpondere debet, quòd ſi morbus pro-
ceſsiſſet proportionaliter, vt proceſsit, ita ſcilicet
vt nec interuenerit error in regimine patientis,
nec alius morbus, aut propter exterius accidētia,
aut propter aliam cauſam ſuperueniat ægro, ſpe-
rari poteſt liberatio ægri, aut talis, vel talis termi-
nus liberatio eius. Dirigitur aūt in operādo, prout
docet conſiderare diuerſitatē cauſæ generatiuæ:
nam ſecundum eius diuerſitatem habet diuerſi-
ficari cauſa morborum incipientium cum cōue-
nientia particularium à cauſa morborū incipien-
tium cum contrarietate: tantum diuerſificabitur
in eis opus curationis: quantum autē hoc ſit, non
exprimitur in textu, ſed in commento: & ideo re-
collectis regulis, quas nobis tradidit hîc in com-
mento, patebit, quantum conſideratio præſentis
canonis, nos dirigat in opere curationis morbo-
rum, & quantum ſit neceſſaria volentib. operari.
Eſt autem prima regula, quæ traditur hîc: omnis
morbus incipiens à conuenientia particularium
minus eſt afflictiuus, quàm incipiens à contrarie
tate particularium, vel ecōuerſo. Regula ſecun-
da eſt, quòd omne ſimile ſuperueniens morbo a-
cuit ipſum, & augmētat. Tertia eſt oppoſita hui9
ſcilicet, quòd omne contrariū ſuperueniens mor
bo, compeſcit ipſum & minuit. Quarta eſt, quòd
omne ſimile incipiens cum morbo, quantum eſt
de eſſe morbi, ſignificat materiam eſſe paucam.
¶ Quinta eſt oppoſita huius, ſcilicet quòd omne
contrarium incipiens cum morbo, quantum eſt
de ſe, ſignificat morbi materiam eſſe multam. Se-
xta eſt, quòd inſtans conuenientia cum morbo
ad facilem eius generationem diminuit pericu-
lum, quod ex eo timeri poteſt. Septima eſt, quòd
inſtans conuenientia particularium, quantum
ad efficientiā immutandi corp9, auget periculū,
quod

quod à morbo timeri potest. Octaua est, quòd in morbis, in quib. particularia partim coueniūt, & partim contrariantur, si interiora coueniēt, & exteriora contrariantur, vel econuerso, cū fortis est, qui à forti non vincitur alterante. In his aūt regulis expresis implicantur duæ, q̄ sunt primę & generalissimæ in inuentione causarum calidarum, ac cōtrariarū curatiuarum: & prius dirigit nos ad electionē causæ curatiuę, q̄ ad veritatē ipsius causæ. Prima regula est: qđ in omnib. morbis incipiētib. cum conuenientia omnium particulariū magis est necessarium alterare, q̄ euacuare. In oppositis verò oppositū, & in mediis medio modo. Secunda regula est, qđ in omnib. morbis incipientibus à couenientia omniū particularium, sufficit euacuatiuum debile in virtute: in oppositis verò est necessarium forte, & in mediocrib. mediocre: & istæ duæ regulę oriuntur à quarta, & quinta, q̄ sunt de paucitate & multitudine materiæ morbi. Vnde cum incipientib⁹ morbis cum omnimoda conuenientia sit materia morbi paucissima, magis timetur ex eo lædi corpus, quàm ex dyscrasia morbū constituente, supple, & est magis necessariū alterare corpus, quàm ipsum euacuare, in quātum est morbus consimilis: sed si morbus, q causaretur à materia esset officialis, tūc maior esset necessitas euacuandi, q̄ alterādi: nec illud repugnat regulis superi⁹ expressis in quarta, in qua dicit, quod inceptio morbi cum similitudine, vel conuenientia particularium arguit supra paucitatē materiæ. Et quinta, in qua etiam oppositum continetur, quoniam maior necessitas euacuandi, quā alterandi non oritur à maiori quantitate morbi, incipientis cū couenientia particularium: sed oritur ex eo, quòd materia in morbo est officialis, aggrauat vel affligit non solum qualitate, sed quantitate. Vnde si mola matricis generetur in aliqua muliere cum conueniētia omniū particularium ad eius generationē, q̄ sunt retentio menstruorū, ætas iuuenilis, habitudo carnosa, paucitas exercitij, abundātia refectionis, vel abūdans restrictio, & cætera, q̄ disponunt ad morbū replexionalem, vt suprà: nam vt Gal. dicit in illo aph. quibus semel aut bis: vbi assimilatur morbo repletionis, in tali fæmina mola generabitur citius, & ex paucio ri materia q̄ si opposita particularia cōcurrerent: similiter opilatio citius, & ex pauciori materia generabitur in corporib. dispositis ad eā per cōcursum particularium, quàm in oppositis: & tñ his morbis magis est necessariū euacuare, q̄ alterare: quia ipse morb⁹ officialis, qui à materia causatur, s. repletio, aut opilatio nō est mala complexio: & ideo materia, prout causat huiusmodi morbum, plus quantitate vel corpulentia sua lędit, quàm qualitate corp⁹, in tali casu magis indiget euacuatione, quàm alteratione. Secus aūt est in morbo consimili: sed quanta debeat esse vis alterantis in prędictis differentiis morborū, patet per primam regulam: nam cum in morbis generatis cū conuenientia omnium particularium minimè affligatur æger, & in oppositis maximè, & in mediocribus mediocriter: in illis fit debile alterās, & in oppositis est forte alterans necessarium, & in mediocribus mediocre. In quolibet ergo morbo, prędictis consideratis, dirigetur Medicus ad ita operādum, euacuandum & alterandum: nam si viderit morbum esse consimilē, & fuisse generatum cum conuenientia omniū particularium, prius intendet alterationi debili & cum suauibus euacuabit, atq; debilib. In contrariis verò prius intendet cū alleuiantibus, iuxta præceptū illius can. inchoantibus morbis, & in illis alterabit cum fortibus, & eradicabit competēter euacuantibus: si verò fuerit officialis, faciet, vt dictum est in summa 12. regulæ sunt, quæ ponuntur in hoc commento, & duæ de textu, & sic sunt 14.

COMMENTARIVS.

CVM *dicit Gal. quod natura est omnium operatrix.*] In artę medic cap. 87. Gal. partes spermaticas cū sanguineis conferens, inquit: omnium opificem esse naturā. Non tamen inde satis manifestū est, quod ex Ioannitij sententia refert Arnal. Hāc nimirum esse totius corporis [illegible] seu substantiā corpus vniuersum constituentem. Aliud enim ab effecta re causa efficiens est. Præterea cum hoc in loco dicat Gal. partes spermaticas nō regenerari, quemadmodum sanguineas: notū est tamen his etiā partib. spermaticis inesse naturā. Equidē si posito effectu causam poni necessariū est non ob id tamen effectu non posito causam abesse consequitur, cum causa quapiam posita impediri possit effectus. Non regenerantur spermaticæ partes amputatæ quēadmodū sanguineæ naturæ: natura tamē omnib. integra virib. in seminariis atq; in sanguineis partib. perinde consistit. Et quod inquit Gal. naturā omniū esse operatricem, hoc ipso satis intelligitur, nihil hanc aliud esse q̄ principium quo totius corporis substātia cōstituitur. Idē. n. est quo res aliqua cōsistit, & quo primùm operatur: licet cōsistentię ratio diuersa sit ab operatione.

Quanto enim morbus minus alterat ægrum, tātò minus affligit ipsum] Omnis dolor in alteratione consistit, vt verum merito videri debeat quod hic dicitur. Sed hoc tamen admisso cōsequetur eos, q natura sunt frigidiore frig. min⁹ lædi, q̄ cal. cuius cōtrariū attestatur experiētia. Sic ergo res intelligēda venit, vt nō quæuis alteratio dolorē inferat, sed ea solum q fit à naturali statu ad cōtrariū. Proinde si quis calidiori sit tēperatura, morbisq; corripiatur calidiorib. magis alterabitur, quàm si frigidis afficeretur: intēperie. s. adaucta magis à naturali tēperamento recedet, ꝙ nec calidi⁹ esse decet neq; frigidi⁹. Sed hac ratione præceptū Hip. infringetur, qui min⁹ periclitari docet eos, qui similib. suæ naturæ morbis correpti fuerint. Non quiuis dolor etiā vehemens periculum infert: nec quiuis excess⁹ doloris causa est. Natura patientis, & alterationis modus hic est expēdend⁹. Qui tēperatura sunt frigidiore, si morbis corripiātur calidis, vehementē & validā oportet fuisse causam, vt probè docet in cōmentario Gal. Et ob id magis etiā natura pātitur, vtpote quę calidis assueta non sit. Calidiores aūt calidiorib. magis assueti sunt, quo fit vt & minus lædātur, & minus etiā periclitentur: licet vnius & eadē specie morbi calor in calida corporis, ætatis, aut tēporis cōstitutione maior sit quàm in contraria. Videtur hoc intellexisse Arn. dum ait frigidos in tempore frigido deterius habere, sed non ob id magis affligi. Molestiam præsupponit afflictio, quam res præter naturam infert.

Quod autem de senioribus dicitur, hæc est secunda instantia] Multum se torquent interpretes, vt hoc Hip. præceptum tueantur. Et Arnal. hic multa multis & perobscure profert, quæ plus difficultatis habent, quàm vtilitatis. Senū coryzas, & phthisicorū cōstitutionem phthisicam obtrudunt, aliaque quam plurima, quibus breui tamen ratione satisfieri posse iudicamus, vt naturam, habitum, tempus & ætatem hic intellexerit Hippoc. quoad intra sanitatis limites consistunt: Nam si quid ex hisce morbosum sit, per se naturæ vim inferet, adeoque morbum ipsum morbiq; periculum adaugebit.

ARNALDI DE VILLANOVA COMMENTVM SVPER LIBELLO DE MALA COMPLEXIONE DIVERSA, CVM textu Galeni.

Cap. I. in quo præmittit diuisionem malæ complexionis diuersæ & intentionem suam.

MALITIA complexionis diuersæ quandoque in toto corpore animalis existit, sicut quod ei accidit in specie hydropis nomine carnosa,&in febre in qua æger calorem & frigus in vna inuenit dispositione, quam Græci epialam nominant: & in plerisque aliis febribus, præter febrem fixam, dictam Græcè hecticam. Malitia quoque complexionis diuersæ in vno mēbrorum erit, quodcunque membrum fuerit, cum in eo accidit mollicies, quæ est apostema phlegmaticum, aut fiet in ipso sanguineum apostema calidum, ad terminū accedēs caliditatis, secundum quod erit in semita corruptionis & mortis, & est apostema, quod Græci nominant gangrænam, id est, vlcus corrosiuum aut fiet in ipso apostema aliud, erysipila nominatum, aut apostema nominatum cancer: lepra quoque huius generis est, & similiter estiomenus, & formica. Omnes autem istæ ægritudines non euacuantur, quin cum eis sit superfluitas membro infusa, in quo fiunt. Est autem malitiæ complexionis diuersæ modus alius absque infusione superfluitatum in membris, sed ipsorum qualitates tantum alterantur, cum in ipsis superat calor aut frig⁹: aut cum exercitium transcendit mensuram, quę est decens: aut cum quies & tranquillitas pertranseunt quantitatem intentionis, aut alia his similia. In corporibus quoque nostris fit malitia complexionis diuersæ ex rebus, quæ eis exterius occurrunt, sicut si calefaciant res illę, aut infrigident, aut desiccent, aut humectent. Et hæ quidē species malitiæ cōplexionis sunt simplices, & singulares, quemadmodum ostēdi potest in lib. de Complexionibus. Eius quoque sunt alię quatuor species compositę, quæ fiunt, cum calefit corpus & humectatur simul, aut calefit & desiccat' simul, A aut infrigidatur & humectatur simul, aut infrigidatur & desiccatur simul. Et manifestum quidem est, quòd species malitiæ complexionis diuersæ non diuersificantur à speciebus malitiæ complexionis æqualis, nisi quoniam ipsæ non consistunt in omnibus partibus corporis, cuius alteratur complexio.

B Mea igitur intentio in hoc libro est enuntiare, quomodo fiat generatio omnium specierū malitię cōplexionis diuersæ, vt sit sermo meus in illo manifestius.

INTENDIT Gal. in hoc tractatu ostendere, quomodo malitia complexionis diuersæ introducatur in membrum vnum, siue in corpus totum. Circa quod sic procedit: primo namque insinuat necessitatem huius considerationis & intentionem exemplificat circa propositum C tractatum, quod tamen in procemio continetur. Secundò intentum prosequitur ibi (Namq; ergo, &c) Pars prima in duas diuiditur: quoniam primò ostendit necessitatem præsentis considerationis, secundo concludit ex prædictis intētionem ibi (Mea igitur intentio.) Iterum primò facit duo: quia primò ostendit necessitatem tradēdi sententiam, de modo & causa introductionis malitiæ complexionis diuersæ. secundò verò ad declarationem intenti comparat malitiam com- D plexionis diuersæ ad contrarium. s. ad malam cōplexionem æqualem ibi (Et manifestum quidē) Prima verò pars secūdū tres modos, quib. probat minorē suæ rationis: est aūt ratio intenta, q̄ insinuat nobis ex dictis suis, ratio ista: nā de eo est necessaria doctrina artificialis, cuius cognitio est difficilis, sed cognitio generationis malitię cōplexionis diuersæ est huiusmodi, ergo &c. Minor huius rationis hîc tali ratione probatur: illud est difficilis cognitionis, qd' plures habet diuersitates: sed E cognitio generationis malitię cōplexionis diuersæ est huiusmodi, ergo &c. Quòd autem cognitio generationis malę complexionis diuersæ habeat plures diuersitates, patet per hoc, qd' ipsa malitia cōplexionis, quātū ad sui generationē, diuersificatur multipliciter: quia vno modo ratione subiecti, vtpote aliquoties est in toto corpore, aliquoties est in membro vno: item quædam cum materia, quædam sine materia: item etiam recipit diuersitatem ratione causarum suarum, eò, F quòd causarum introducentium eam, quædam est intrinseca, sicut humoralis materia: quædam extrinseca, sicut virtus cōtinentis. s. aeris, &c. Tertiò etiam recipit diuersitatē ratione sui, id est, ratione malitiæ complexionis diuersæ, formaliter acceptæ: quia. s. ipsa est multarum specierum eò, quòd aliqua simplex, aliqua est cōposita: & simplicium & compositarum sunt multæ species, vt appa-

Cognitio malitia complexionis diuersæ est difficilis propter multa.

apparet in litera. Harum aũt diuersitatum primã ostendit in prima parte procœmij: secundam verò & tertiam ibi (Omnes autem istæ ægritudines, &c.) Quartã verò diuersitatẽ ostendit ibi (Et hęc quidẽ species mala compl. diuer.) In prima iterũ duo facit, quoniam illius primæ diuersitatis, quã ponit, primò exemplificat vnum membrum: secundò verò aliud ibi (Malitia quoq;.) Quod intẽdit ergo in his duabus partib. mala complexio diuersitas quædam est vniuersalis toti corpori: q̃dam verò particularis vni mẽbro. De primo exẽ- B plificat in prima parte .s. in hydropisi carnosa .s. hyposarca vel anasarca, in qua mala complexio diuersa, frig. & hu. est in toto corpore: in aliis verò specieb. hydropis mala complexio non est vniuersalis, adeò manifestè, sicut exẽplificat in fe. epiala, in qua cum omnib. fe. aliis, p̃ter hecticã, est mala complexio diuersa in toto: in hectica verò æqualis, vt docebitur inferiùs: qualiter aũt epiala fit mala complexio diuersa in toto, in fine huius operis ostendetur. De secundo verò mẽbro exẽ- C plificat in omni specie apostematis, vt est in lepra, sicut patet, in quib. est mala cõplexio diuersa in vno mẽbro. Deinde sequitur pars, in qua ponit secundam & tertiã diuersitatẽ: vbi primò exẽplificat vtrasq; differentias secundæ diuersitatis, vt sumat vnam differentiam vel vnum membrũ. Secundò verò exemplificat aliud membrum ei⁹ ibi (In corporibus quoq; nostris.) In prima verò exẽplificat primum membrum secundæ diuersitatis: secunda .s. ibi (Est tñ mala.) dicit ergo in pri- D ma parte, ægritudines aũt nominatæ immediatè .s. species apostematum & lepra sunt, in quã, ex genere malæ complexionis diuersę cum materia, id est, cum hu. superfluo effuso aliũde ad mẽbrum, in quo est illa mala complexio: hoc .n. est, q^{d} Medicus in proposita cõsideratione vocat materiã, scil. superfluitatem humoralem aliunde effusam ad membrum, & nõ ex proprio nutrimento: causam in lib. de morbo & accidente plenè explicuimus. Deinde subiungit aliud mẽbrum, & dicit, E q^{d} est etiam illa mala cõplexio diuersa sine causa humorali superuenienti & infusa in mẽbris aliũde, in qua tantum mẽbra in suis qualitatib. alterãtur, sicut accidit membris alteratis per Solẽ, aut per exercitiũ immoderatũ, aut quietẽ immoderatã: nam Sol aliq̃n calefacit immoderatè mẽbrum absq; eo, q^{d} ab aliis membris ad ipsum superueniat calefaciẽs humor: ita à cõtraria causa potest refrigerari absq; materia eò confluente. Similiter immoderatum exercitiũ calefacere & calorẽ exci- F tare, & immoderata quies infrigidare & humectare potest, licet per accidens: Procurat .n. humectari mẽbra superfluis humiditatib. ex proprio nutrimento relictis, & non venientib. ab alio mẽbro. Deinde, quia vsq; nunc planè insinuauit & quasi expressit, quòd à causis intrinsecis potest causari mala cõplexio diuersa, vtpote ab humore, licet etiam aliud membrum insinuauerit huius diuersitatis, nihilomin⁹ ad pleniorẽ doctrinã exẽplicat ipsum membrum dicens, q^{d} ab extrinsecis alte- G rãtib. siue actualiter, siue potentialiter obuiãtib. corporib. nostris, potest causari mala cõplexio diuersa. Deinde sequit pars, in qua manifestat tertiã diuersitatem: & primò tãgit primum mẽbrũ: secundò secundum hic eius quoq; sint, & patet

sententia. Tunc sequitur illa pars, in qua cõparat malã complexionẽ diuersam ad æqualẽ malam, vt clarius pateant dicta eius, de intentione præsentis tractatus. Ad cuius euidẽtiam scire debes, q^{d} mala complexio est omnis cõplexio excedẽs temperamentũ, quod debetur vnicuiq; mẽbro, tam simplici, q̃ composito: licet simplici per pri⁹, & composito per posterius, siue secundario tum per simplex debeatur. Et ista complexio excedẽs potest trahi principio generationis, tunc dicatur innata: aut etiam potest acquiri post natiuitatẽ, quia licet ante natiuitatem generato embrione possit ei malitia complexionis occurrere, tamen q̃a superuenit ei, antequam proderet in lucem p̃ natiuitatem, nihilomin⁹ dicit Medicus illam cõplexionem à generatione contractã Hoc .n. supposito reuertamur ad primã dicendo, quòd si cõplexio excedens introducatur in corpus post natiuitatem, talis complexio mala vocabitur, nõ innata, sed potius superueniens, vel etiam accidentalis: quæ, inquã, nomina Medicus imponit secũdum sufficientiam suæ considerationis, & non secundum necessitatẽ vltimatæ inquisitionis. De hac igitur accidentali sciendum, q^{d} aliqua excedens complexio est in fieri introductionis in corpus eius, vel in parte eius, & tũc dum corpus existit in alteratione talis complexio excedens mala est & diuersa. Vocatur diuersa nõ quòd cõposita, nam mala complexio diuersa, simplex & cõposita potest esse, vt superiùs ostensum est, sed diuersa, inq̃, dicitur eò, q^{d} difformis & aliena existit cõplexioni membri, q^{d} alteratur ab ea, sicut in hoc tractatu per Gal. inferiùs lucidi⁹ patefiet. Cuius ratio est, quia per eam vnicuiq; membro p̃ naturam debeatur gradus propri⁹ cõplexionis, ad exercẽdam actionẽ vel iuuamentum, p̃ quib. vnumquodq; mẽbrũ causatur complexio, recedens ab illo gradu cõplexionis illius membri, difformis vocari poterit, & diuersa in aliis, cum ipsi Medico causa ipsius membri, vt videtur naturalẽ complexionẽ excedat. Quamobrem mala cõplexio diuersa non cõsiderat à Medico, nisi secundũ q^{d} naturalem excedit: hoc .n. modo sensibiliter alteratur membrũ, & sic in notitiã Medici potest cadere. Cum aũt talis complexio excedens saltẽ, quãtum ad verũ iudicium naturalẽ corrũpit, ita videlicet, q^{d} in mẽbro sensibiliter cõplexio naturalis nõ remanet, q̃ resistat ei, quæ superuenit ipsi mẽbro, p̃pter quod actio mẽbri cessat, quãtũ ad manifestũ sens⁹ iudiciũ: tunc talis mala cõplexio superueniẽs æqualiter & in quibusdã mãsiua dicitur. Est ergo hęc intẽtio Gal. circa præsentem partẽ, & manifestũ est, q^{d} differẽtia inter malam cõplexionẽ diuersam & inter malã cõplexionem æqualem sit, quòd diuersa est mala superueniens dũ introducitur, & sensibiliter: ęqualis verò mala superueniens, q̃n est perfectè introducta, quantũ ad sensum: q̃ ideo æqualis dicitur, q̃a quãtum ad sensum æqualiter, & sine diuersitate omnes partes mẽbri informat: & sic istæ duę secũdũ formas nõ differũt, sed secũdũ effect⁹ tẽpore distinctionis ipsarũ. Prima nãq; pati facit, quia manifestè alterat: secunda verò sine manifesta alteratione informat, iterũ quo ad tẽpus, quoniã primę tẽp⁹ introductionis respõdet: secundæ verò tempus tertię cõplentis introductionẽ inęqualiter infor-

Quid sit mala cõplexio.

mátem. Ex quib. etiá vltimo intellectui alia differentia præsentatur: ná prima mal.compl.diuersa videlicet p suá inductioné causa est: æqualis verò ei9 effect9. Iterũ mala cõplexio diuersa via est ad æqualẽ: æqualis verò est termin9 ad diuersam, q̃ omnia ex dictis Gal. patefiet inferiùs, vt diximus. Tũc sequitur vltima pars ꝓœmij, in qua exẽplificat intẽtioné circa tractatũ positũ, & patet. Itẽ ex ꝑdictis potest patere differentia hui9 operis ad librũ de cõplexionib. Ibi namq; agitur de cõplexione in cõmuni, siue bona siue mala: in cõmuni siue diuersa, siue æquali, siue potentiali, siue actuali, siue qualicunq;: & sic in intẽtione ostẽdit, qualis sit complexio, quot sint complexiones, & assignat nobis modos veniendi in cognitionẽ cuiuslibet complexionis. Hîc aũt solum agitur principaliter de mal.compl.diuer. cum intẽtione, ostendẽdo, quid ipsa sit, & causa, & modus introductionis ipsi9 in membrum vnum, vel in corpus totũ, & quamdiu etiá duret. Quòd aũt de mal. compl. æquali, vtpote de hectica facit mentionẽ, hoc nõ ex principali intentione fit, sed potius ad maiorẽ euidentiá mal. compl.diuer. nam opposita iuxta se posita, clari9 elucescunt. Vnde adeo mal. cõpl. æqualem nobis notificat definitione, & exẽplo, vt ratione diuersæ, q̃ illi quodámodo cõtraria est, vt ostendemus, clarius habeatur: neq; tñ causarum introducentium hecticam, vel quamlibet aliam æqualem, aut diuersitatem ipsarum adinuicem ostendit, sed solum de mal.compl. diuer. supradicta ꝓsequetur. De his aũt, q̃ dicuntur in prima parte procemij oportet scire, quòd apostema cal. quod ponit mẽbrum illud in via corruptionis, & mortificationis, qđ Græco sermone nuncupatur gangręna, non est cancer, neq; erysipela, q̃a de his iam facit in litera diuisim, & specialiter mentionẽ, sed potius carbunculi, & anthraces, q̃ generantur ex adustione putrescentis sang. nec differunt in qualibet malitia, nisi secundum plus & minus: quoniam calidior & acutior est sang. in anthrace, q̃ in carbunculo, aut q̃a magis adustus, aut p diuturniorẽ putrefactionẽ, aut p chol.rub. adustam. Similiter mistionẽ ꝓpter qđ anthrax corrodit, & cõcauat membrum, vnde acquisiuit sibi similiter nomen ab antro: tale verò accidens in carbunculo non apparet ꝓpter mistionẽ qualitatũ mal. sed est via in anthracẽ .s. per rerũ coarctationẽ, & vlteriorem putrefactionem. Amplius aduritur eius materia, qđ per negligẽtiam, & errorem curationis leuiter contingit, concurrentibus etiam inflammatiuis partib. Quòd autẽ materia talium apostematum ad destructionem perducat membrũ, patet ex doct. Hip. 3. epid. & Gal. 1. de complexionib. repetentis eius verba, dicentis, qđ in illo anno cal. & hu. de quo loquitur, carbunculi multiplicati sunt in corporib. quorum etiam membra corrupta p putrefactionem ceciderunt: hoc igitur intelligere oportet per gangręnam supradictam. Apostemata etiam sanguinea fiunt ex sang. calefacto materialiter p coarctionẽ, & putrefactionẽ, & cũ hoc etiam potissimè, si aliqua talium durant membrũ, ducunt in viá corruptionis, id est, in viá destructionis substantiæ mẽbri per vlcerationẽ, corrosionẽ, & viá destructionis sensus & cæterorum actuũ vitæ, qđ mortificatio, vel via mortis dicitur. Si verò gangræna nõ sumatur ꝓ apostemate cal. sicut diximus, sed sumatur pro effectu, vel dispositione, q̃ inducere potest effectum, tunc intelligim9 per gangrænam illud, quod Gal. definiuit in lib. de passionibus ad Glau. & est passionarius Gal. vbi dicit, qđ gãgręna est quasi mortua caro, vel cutis & ariditatis nigredine calens, non mortua, sed moriẽs, id est, in viam mortis existens: & hoc dico sicut sequetur, quia valde modicum sensus, & vitæ, id est, vitalis caloris retinens, nigredinem fœdatam & horrorẽ inducit. ¶Et hic quidem est terminus, ad quem ꝑducunt membrũ carbunculi, & anthraces si diuturnitate suæ malitiæ vincerent membrum, tunc ad malitiam complexionis æqualis instanter appropinquat, sicut ex sequentib. etiá patefiet. Secundo verò considerandum est, qualiter lepra sit de genere mal compl. diuer. in vno mẽbro, sicut dicit Gal. in procemio: videtur. n. huic dicto repugnare, quod de lepra communiter dicitur .s. qđ est cancer vniuersalis totius corporis, queãdmodum planè recitat Aui. 4 can. vbi dicit, vel dat intelligere, quòd est mal.compl. vniuersalis, cũ dicit, quòd est cancer vniuersalis: & iterum, cùm dicit, quòd est infirmitas mala, causata ex chol. nig. sparsa in toto corpore. Ad quod responderi consueuit, quòd pro tãto dicitur particularis vni mẽbro, q̃a est malitia, vel passio vnius membri secũdum speciem .s. carnis tantum, sicut in lib. de morbo & accidenti docet Gal. vbi etiam colligitur vera definitio leprę: quoniam est mal.compl. in carne, faciens errare assimilatiuam virtutem: vel sic, Lepra est error assimilatiuæ in carne ex mala cõplexione creata .s. frig & sic. & si. n. lepra sit nomẽ morbi, primo modo dicatur: si verò nomẽ accidẽtis secũdo modo dicatur: & ex hoc, qđ hic dicit, colligitur vna differentia suę definitionis .s. quòd est mal. compl. diuer. Supradicta aũt respõsio nõ est cõueniẽs proposito, quoniá supponitur, qđ mal. compl. etiamsi sit vniuersalis vni mẽbro cõsimili secũdum suam speciẽ, nõ dicitur vniuersalis toti corpori, cui9 tamen contrarium supponit Ga. propterea, q̃a in omni mẽbro corporis aggrauatio inuenietur secundũ sensum, & ideo Medicus iudicat eá vniuersalem, cũ reperitur in membris corporis, q̃a sensibiliter in omnib. illis membris corporis, ex quib. corpus secundũ iudicium sensus integratur: & hęc sunt officialia mẽbra, in q̃ primo totũ corp9 diuiditur, sicut patet per Gal. in principio tract. huius operis. Quòd aũt mala compl. in omni organico membro, & si nõ in omni consimili, dicatur morb9 vniuersalis toti corpori, patet per Gal. in principio tract. huius operis, vbi dicit, carnosam hydropisim esse mal. cõpl. vniuersalem: & in fine etiam huius operis, vbi ostẽdit qualiter in epiala contrarię complexiones sunt informantes corp9: similiter planè insinuat hæc satis, sicut patebit, quod mal compl. non dicitur vniuersalis toti corpori, quia informat omne membrum cõsimile secundum materiam, sed quia informat omne officiale. Dicendum ergo quòd lepra rationabiliter quandoq; iudicatur à Medico particularis, quandoq; vniuersalis: quia cũ Medic9 iudicat de dispositionib. sanabilis corporis tantum, quãtum apprehensio donat ei, tũc insensibilis dicat lepram esse particularẽ malitiá: qñ in vna tãtum parte corporis manifestatur: sicut

cut accidit, vt plurimũ in principio suę manifestationis, qñ in extremis partib. corporis primò manifestatur, ſicut in pedib. & manib. in qb. actiones vitæ corruptione hu. & cal. ſenſibiliter citius lędi poſſunt, ꝓpterea qa magis remota ſunt à fontib. principiorum vitæ, & exteriorib. corrumpentib. magis expoſita ſunt, propter qđ etiam dicit Aui. quoniá vtplurimũ ab extremis inchoat, & paulatim ſe multiplicans, vſq; ad mẽbra principalia ꝑnecat. Quãdo verò in toto corpore manifeſtatur loquendo, & ſequẽdo de totalitate, ſic vt diximꝰ paulò antè, iudicat eam vniuerſalẽ, ſicut accidit, qñ eſt cõfirmata. Dicẽdũ ergò eſt, qđ Gal. loquitur hîc de lepra, ſecũdũ id, qđ ei cõuenit in principio ſuæ manifeſtationis, qñ aũt dicitur vniuerſalis, tũc dicit ſecũdũ illud, qđ ei cõuenit cõformare. Qualiter aũt in fe. in qua æger cal. & frig. ſuſtinet ſit mal. compl. diuer. in toto corpore circa finem tractatus huius pleniꝰ oſtendet vbi etiam patebit, quam habeat Medicus intentionẽ circa hoc, qđ dicitur compl. mal. eſſe in toto corpore.

Cap. II. in quo præmittit ſuæ doctrinæ notitiam membrorũ, in quib. debet fieri mala cõplexio diuerſa.

IAM ergo oportet, vt te recordari faciam, diſpoſitiones mẽbrorum omniũ, & incipiam recordari maiorum omniũ, q̃ nota ſunt ei, apud quem medicinę notitia nõ exiſtit: manus enim, pedes, venter, pectus, & caput non ſunt ex eis, quorũ eſſe ſecundũ aliquẽ euaneſcat. Ad vnum igitur ipſorũ perueniamus; & ipſum in ꝓpinquiores partes, ex quib. cõponitur, diuidamus: exempli itaq; gratia, pedẽ in coxam, crus & pedem diuidamus: & manum in adiutorium, vlnã & palmã ſequeſtremus. Ipſam quoq; palmã in mẽbra ſibi propria diuidamus, q̃ ſunt raſceta, pecten, digiti & digitos etiã diuidamus in partes, ex quib. ſunt compoſiti, & ſunt oſſa, cartilagines, ligamenta, nerui, venæ pulſatiles & nõ pulſatiles, panniculi, caro, chordæ, vngues, cutis & adeps. Hæc ergo mẽbra, q̃ poſtremò nominaui, nõ eſt poſſibile diuidere in ſpeciem aliam poſt iſtã, ſed ipſa quidem ſunt membra ſimilium partium primarum, præter venas pulſatiles, & non pulſatiles: nam hæc duo compoſita ſunt ex villis & panniculis, ſicut dixi in libr. de indicatione anatomiæ. Et in illo lib. narraui etiam, quòd inter mẽbra prima ſimiliũ partiũ ſunt foramina plura, & ex eis plura & maiora exiſtunt inter membra compoſita officialia: quandoq; tamen inuenimus ſimile iſtis foraminib. in aliquo membrorum ſimilium partiũ, quemadmodum inuenimus illud in oſſe & cute. Veruntamen quodcunq; mẽbrorum fuerit molle, quædã partes ipſius, alias cooperiẽt, vt occultentur ſenſui foramina, q̃ ſunt inter eas. Sed ſi quodcunque membrorum fuerit, durum & ſiccũ, tunc conſequeris quicquid eſt in eo ex foraminib. & ſciſſuris ſenſu, ſicut reperimus in vacuitatib. oſſium: & in illis quidẽ vacuitatib. oſſium eſt hu. natura craſſa, alba, p̄parata oſſib. vt nutriãtur ipſa. Quomodo aũt pori, q in cute ſunt, proueniant, iam oſtẽdi in lib. de complexionib. Hæc ergo ſunt, quorum neceſſariò fuit rememorãdum, vt per ipſa verificetur, quod in ſequentibus narrabo.

TErminata parte procemij, in qua venatꝰ eſt Gal. cauſam intẽti, hîc ſequitur pars, in qua intentũ proſequitur, circa qđ principaliter duo facit: Primò namq; pertractat intentum: ſecundò verò epilogat dicta ſua, & intẽtionẽ dictorum circa finẽ lib. vbi dicit: iá ergo manifeſtum. &c. In prima verò parte duo facit principaliter, quia primò præmittit ea, quorum cognitio neceſſaria eſt ad declarationem quorund. dictorũ inferiùs de generatione mal. compl. diuer. in vno mẽbro: ſecũdo verò aggreditur intẽtũ ibi: (Nũc aũt oportet.) Prima igit̃ pars habet 2. part. qa primò facit, qđ dictum eſt: ſecundo verò dicta ſua applicat propoſito .i. epilogando ibi (Hæc ergò ſunt, &c.) Primò iterum duo facit, qa primo tangit diuerſitatẽ mẽbrorũ ſecundum formã: ſecundò verò, ſecũdũ naturalẽ compoſitionẽ ibi (Hæc igit̃ mẽbra, q̃ poſtremò) & illa iterũ duas habet partes, qa cum ibi oſtendere intendat diuerſitatẽ mẽbrorũ cõſimilium, quantũ ad naturalẽ oppoſitionem, ſecundum qđ propoſito pertinet primo oſtẽdit diuerſitatẽ cõpoſitionis, quãtũ ad partes, quib. ſimile cõſtituit: ſecundò verò quãtũ ad ſpecialia reperta in illis conſimilib. & in officialibꝰ, qa hoc totum eſt neceſſarium ſupponere ad verificationem quorundam dictorũ ſubſequentium, & incipit ſecũda pars iſta ibi (In iſto etiá narraui, &c.) Quælibet aũt iſtarum partium habet duas partes: in prima namq; primò oſtẽdit, in quo cõueniunt conſimilia mẽbra: ſecundò verò differẽtiam, q̃ reperitur in illis, oſtẽdit ibi (Sed ipſa qdẽ, &c) ſimiliter in iſta ſecunda primò ponit cõuenientiam: ſecundò differentiam, vel aliter & melius, quia primò conuenientiam & differentiam tangit: ſecundò verò cauſam differentię oſtendit ibi (Verũ q̃cunq;.) Et iſta in duas: primò facit qđ dictum eſt: ſecundò reſpondet tacitè quæſtioni ibi (Quomodo aũt pori, &c.) Circa primam igit̃ partem intendit, qđ antequam oſtendat generationem mal compl. diuer. ſiue in vno membro, ſiue in toto corpore, neceſſarium reuocare ad memoriam auditoris ordinati eius vim, qui pertrãſiuit per tactus interiores, diſpoſitionem membrorum, illam vim, q̃ ad verificãdum propoſitum vtilis eſt. Ad cuius euidentiam ſcire oportet, qđ ad plenam notitiam compl. diuer. cum materia receptabili in alio membro neceſſarium eſt cognoſcere membrorum diſpoſitionem, aptam ad recipiẽdum illam materiam: niſi. n. hoc modo ſuppone-

rentur, quòd membrum aptum eſſet ad recipiendum materiam humoralem, nõ verificaretur ſermo dicentis, quòd in aliquo membro humoralis materia ſuperueniens generaret in ea mal.cõple. diuer. Vt igitur oſtendat Gal. neceſsitatem pſciendi hoc, tangit breuiter membrorum diuiſionem, &perforationem, remittendo nos ad ſufficientes tract. de materia iſta. Circa diuiſionem incipit ad maiorem euidentiam, à membris etiam notis, & iis, quæ munda non ſunt, ſicut à manu & pede, &c. quod totum patet in litera. Hìc tamen, ſicut in multis locis aliis, vel alibi, intelligit p manũ id qď eſt ab humero vſq; ad palmam: ita adiutoriũ quod eſt à cubito vſq; ad humerum, & vlnam, q̃ eſt pars poſt iſtam, à cubito vſq; ad radicẽ palmę, & poſtmodum ſicut partes maiores manus ſic acceptę: ſimiliter per pedem intelligit, quicquid eſt ab ancha vſq; ad pedem, ſiue ad plãtam pedis: & per coxam, quicquid eſt ab ancha vſq; ad genu, & per crus, quicquid eſt à genu vſq; ad cauillas, quod verò ſequitur ſub hoc eſt, quod propriè vocatur pes. Tunc ſequitur alia pars, in qua ipſe oſtendit, quòd omnia hæc membra, qua ipſe nominauit vltimo, quæ inquantum ſunt membra, in quo vltimo reſoluitur omne membrum officiale, ex quib. immediatè componitur, omnia, inquam in hoc, quod non poteſt in membra diuerſa ſpecierum vlterius diuidi, ſed eiuſdem formæ eſt q̃libet pars quantitatiuè accepta, cum ſuo toto, ex quo patet, qď in membris conſimilib. non eſt reperire diuerſitatem formę ſine ſpecie in partibus ipſarum, & ex hac ratione conſimilia dicantur. Statim ſequitur pars, in qua oſtendit differentiã, q̃ in membris conſimilib cadere poteſt, intendẽs quòd ipſa membra conſimilia, quantum ad partes componentes diſtinguibiles ſimilium partiũ ſenſu, præterquam in venis, & arteriis, in quibus inuenitur manifeſta diuerſitas cauſata ex villis, & pãniculis diſtinguibilib. manifeſtè per ſenſum, ſicut ipſe in lib. de indicatione anatomiæ patefecit. Et hęc diuerſitas, q̃ hìc tangit, non tollit, quin venæ & arteriæ ſint membra conſimilia ſecundũ primum modum, quẽ diximus, id eſt, quod quælibet iſtarum quantitatiuè accepta, ſcilicet cum omnibus componentibus totius, ſit eiuſdem formæ, vel ſpeciei cũ toto: ſed hæc diuerſitas accipitur ex partib. cõponẽtib. totũ, qua diuerſitas formalis non eſt, ſed ſolum diſpoſitionis materialis: ſicut dicimus, qď arteria componitur ex duabus tunicis, quæ tamen conſimiles ſunt in forma, aut ex villis vnius formæ, tamen aliter & aliter ſituatis: & hæc diuerſitas neceſſariò conſideratur hic, quoniam iſta diſponit membrum ad recipiendũ aliquo modo humorem ſuperuenientem, quæ cauſa eſt malæ complexionis diuerſæ. In ſtatua quidem ex vno, vel ex vna ſpecie metalli conſtituta, poſſunt eſſe diuerſæ tunicæ, vel diuerſæ liniationes in vna parte ſecundum longitudinem & latitudinem, nihilominus tam interiores, quàm exteriores tunicæ, & ſimiliter tam latitudinales, quàm aliæ ſpecies ſeu margines erunt ex auro, & argento, ita quòd totum erit aureum, vel argenteũ: vnde ſpecies erit vna, materialis autem diſpoſitio, quantum ad ſitum alia & aliá, ſimiliter in propoſito. Tunc ſequitur alia pars, in qua oſtendit diuerſitatem inter membra, quantum ad ſpatia reperta in eis, primò tangens conuenientiam & differentiam ſimul, intẽdens, quòd in libro de anatomia oſtendit, quòd intra ſubſtantiam membrorum tam ſimilium, quàm officialium ſunt foramina, id eſt, receptacula plurima: ſed differunt in hoc, quia plura, & maiora ſunt, & manifeſtiora intra membra officialia abſolutè accepta, quàm in conſimilibus acceptis abſolutè, vel indefinitè: & hoc ideo dictum eſt, quia vbi dicit in aliquo cõſimili reperiuntur receptacula cõſimilia receptaculis membrorum officialium, id eſt, valde manifeſta ſenſui, ſicut in oſſe, & in cute. Deinde huius rei cauſam aſsignat, intendens quod cauſa, propter quam illa receptacula in quibuſdam mẽbris ſunt manifeſtiora, & in quibuſdam minimè, eſt duricies, & mollicies membrorum: quoniam in mollib. vt dicit, vna pars cadit ſupra aliam, & altera ad alteram inclinatur cooperiẽs eam ſenſui occultans: in ſiccis verò & duris membris fit econtrariò propter cõtrariam cauſam, ſicut ſenſui manifeſtum eſſe dicit: ad extremum in concauitatibus oſsium & hoc, quia in illis, vt dicit, manifeſtè videmus exiſtere, ſiue cõtineri aliquid diuerſum ab oſſe, ſiue oſsis qualitatibus, ſcilicet humiditatem alb. & groſſam, per quam appropinquat ad ſimilitudinem oſsis, & ex hoc dicitur præparata his oſsibus, vt nutriantur ex ipſa. Eſt ergo ratio talis ſua, ſcilicet quòd illud habet manifeſtam ſenſus concauitatem, quod manifeſtè ad ſenſum conuenit aliquid diuerſum à ſe: oſſa ſunt huiuſmodi, vt patet per illam humiditatem, quæ continetur in eis: ergò, &c. ¶ Tunc ſequitur illa pars, in qua reſpondet tacitè quæſtioni: quia .n. dixit paulò antè, qď foramina, ſiue pori cutis, ſunt ſenſui manifeſti, & forſitan q̃reret aliquis, quomodo ſit hoc verũ: iccircò nos remittit ad lib. de compl. vbi in 2. de generatione pilorũ loquens, oſtendit quomodo in cute ꝓueniãt pori, q̃a in quadá parte corporis, ſicut in capite, ſupciliis, palpebris, ex intentione naturæ, & opere formatiuę: in his aũt partibus ex neceſsitate vaporis egredientis, ex quibus ibi oſtenditur, quòd pori cutis capitis efficiuntur ſenſui manifeſti. ¶ Tunc ſequitur pars vltima lectionis, in qua propoſita applicat ſupra dicta, dicẽs, quòd neceſſariũ erát illa pręmittere, vt per ipſa verificetur, quod iá narratur⁹ eſt pòſt.

Cap. III. in quo determinat communem eſſentiam malæ complexionis diuerſæ, & docet communiter diſtinguere ſpecies eius.

OPORTET aũt nũc, vt ad intentionẽ mal. compl. ꝓueniamus diuer. & narremus, q̃ ſit eius natura, & ſecũdũ quot modis ꝓueniat. Et nos q̃dẽ iá in his, q̃ ſunt præmiſſa, diximus, ꝙ in partib. corporis, in quo accidit mal. cõpl. diuer non eſt compl. vna: quoniam hoc eſt cõmune, & participatiuũ omni malitiæ complex. diuerſæ. Eius aũt ſpecies ſequuntur naturã corporum, in quib. fiũt: euent⁹ nãq; malitię cõplexionis diuerſę in carne nuda eſt, ꝓter euentũ ipſi⁹ in lacerto, ſicut eſt,

est,& vnusquisq; eorũ existit, secũdũ modũ aliũ,à modo,secundũ quẽ alter existit.

Cap. IIII. in quo ponit,qualiter generatur mala complexio diuersa calida cum materia in musculo.

VNDE est,quòd cùm in musculo calida effunditur superfluitas,tũc maiores venæ, q̃ in ipso sunt, pulsatiles,&non pulsatiles, implẽtur primo, & extenduntur: deinde post illud illæ, q̃ sunt minores, & incessanter procedit sic, donec ad minores perueniatur venas. Cùm ergo superfluitas illa in illis redundat venis,& eam non continent,effluit aliquid ex orificiis illarum venarum, & resudat ex ea aliquid, & egreditur ex ipso corpore venarum:postquam ergo fluxerit illud implentur foramina, quæ inter prima existũt membra illa superfluitate, donec illa accidat calefieri, & humectari vndiq; ex illa humiditate q̃ continẽt. Per membra aũt prima hoc loco intelligi volo neruos,ligamẽta,panniculos,carnẽ, & ante hoc ipsas venas pulsatiles, & nõ pulsatiles,in quib.iã propriè dolor primo accidit,secundum modos diuersos: & illud ideo,quoniã superfluitas,q̃ in interiorib. earum continetur, calefacit eas,extendit, dirumpit,& superfluitas, q̃ est extra eas, calefacit eas,coarctat,constringit, & grauat. Aliorũ verò membrorũ,quędam nõ facit ægrotare, nisi calefactio tantum, & quædam nõ facit pati,nisi coarctatio tantum,& quædam eorum ægrotare faciunt vtræq; res simul, & hæc quidem ægritudo dicitur apud Græcos phlegmon, quæ est apostema cal. & est malitia cõplexionis diuersæ accidẽs lacerto, & illud ideo, quoniam sang. qui est in ipso,iam calefactus est,& euenit ei similitudo ebullitionis:deinde calefiunt primo ꝓpriè eius calefactione corpora venarũ pulsatiliũ, & non pulsatilium:postea omnia, quæ sunt extra eas ex eis,in quibus continetur,donec ipsum submergat.

DEterminata parte,in qua Gal.explicuit mẽbrorũ dispositiones, & diuersitates, quãtũ proposito conuenit, consequenter accedit ad ꝓsequendũ intentũ: & primò resumit ipsum, plenius explicans,vel aperiens,quãtum superiùs in fine proœmij: secundò verò ꝓsequitur ibi statim (& nos iam quidẽ.) In parte ergo prima hoc intendit.s.quòd cum iam declarauit,sicut immediatur,ex quib.aliqua subsequẽtia verificãtur iã: nunc principaliter procedit ad intentionẽ malæ cõplexionis diuersæ:& est supra hoc intẽtio, scil. A vt narret,quid sit natura eius,& quot modis prouenit in genere:tunc in sequenti parte prosequitur ista duo,& primo primũ: secundo secũdum ibi (inde est,quòd cùm in musculo) In prima ergo parte ostendit vniuersaliter,quid sit natura malę cõplexionis diuersæ,quantũ ad genus: in secũda verò,quantũ ad species ibi (eius aũt species.) Ad euidentiã aũt eorũ,q̃ hîc dicuntur,oportet intelligere,qđ genus malę cõplexionis diuersę,dicitur ipsa qualitas innaturalis, q̃ membrũ alterat, sicut B caliditas,& frigiditas,&c. Species aũt dicitur gradus illius qualitatis, quẽ causat diuersitas membrorũ suscipientiũ illã qualitatẽ, sicut frigiditas in osse aut in carne,&c. ¶ Dicit ergo in parte prima,quòd iam superiùs dixit, quia in omni parte corporis,in quo est mala cõplexio diuersa nõ est vna complexio: imò hoc est generale,& ab omni mala cõplexione diuersa ꝑceptibile.s.quòd vbicunq; est mala complexio diuersa, sunt duæ complexiones in genere.s.innaturalis, qua membrũ C alteratur,& naturalis,q̃ resistit alterationi: hoc enim dixit superiùs, vbi assignauit differẽtiam inter æqualẽ & diuersam. Ex hoc ergo & superius dictis,iam insinuat nobis definitionẽ malæ complexionis diuersæ in genere: quoniã est qualitas innaturalis actu,alterans membrũ,& corrumpẽs eius naturalẽ complexionẽ: hęc aũt consideratio pertinet ad ingenium sanitatis. Ad hoc autem,ad. quod hæc scientia ordinatur,non prodest,nisi ad cognoscendam virtutẽ causæ salubris,quæ cogni D tio facillima est,& multũ vulgaris:sed mensurare virtutẽ esse salubrẽ, hoc est difficile, & artificiale, egens æstimatione,q̃ regulatur ꝑ considerationẽ eorum,quæ à parte membri patientis occurrunt, sicut in ingenio sanitatis perfectæ ostendi:vnum aũt de illis, q̃ regulant illud ex parte membri est eius cõplexio. Propter hoc igitur Gal. in sequẽti parte species malę cõplexionis diuersę docet differenter attendere secundũ diuersitatẽ cõplexionis membrorũ, intendẽs, quòd quamuis omnes E malæ cõplexiones diuersę cõueniant in eo, quod dictũ est:tñ secundũ considerationẽ Medici,ordinantis suas cõsiderationes ad opus,specificantur differentiæ ipsarũ, quantũ ad mensurã, seu gradũ causatũ à diuersitate cõplexionis membrorũ: & ideo dicit,quòd species malæ cõplexionis diuersæ,secantur.i. multiplicantur,& diuersificãtur secundum naturã i.secundũ cõplexionẽ membrorum,in quib.sunt.Quod manifestat exemplo,dicens,quòd euẽtus.i.mẽsura, seu gradus formalis, F constituens malã cõplexionẽ in carne, simplicialius est ab effectu eius in lacerto: & quia omnes lacerti nõ sunt vnius & eiusdem cõplexionis, eò quòd vnus alio continet plus carnis simplicis, & minus de villis, videl. nerualibꝰ: alius verò econtra,secundũ quòd exigit vniuscuiusq; labor interius: iccircò dicit,quòd in ipsis lacertis,quantum ad prædictã diuersitatẽ, vnꝰ ab alio differt:huius causa est,quia qđ in alio recipitur, secundũ apti- tudinẽ recipitur rei recipientis. Non est ergo pos- G sibile, vt in æqualibus temporibus membra resistant ęqualiter,seu ęquali virtute alterantib.causis:quare etiã sequitˀ, nec ęqualis poterit esse receptio qualitatis innaturalis in eis. Sic igitur,postq̃ explicuit Gal.primũ quod dixit,se velle ostẽdere, & intẽdere generaliter malã complexionẽ diuer-

Quid sit genꝰ & quæ species malæ cõplexionis diuersæ.

Definitio malæ complexionis diuersæ.

ſam ſecũdum naturam eius, nunc ſequitur pars
ſecunda (inde eſt quod in) in qua oſtẽdit modos,
& cauſas generationis ipſius: & primo facit in
mala complexio. diuerſa, quæ eſt ſine contrarieta
te: ſecundo verò in ea, quæ eſt cum cõtrairetate i-
bi (& multi ꝗdem illorum, ꝗbꝰ euenit illud, &c.)
Iterũ in prima facit principaliter duo: primò agit
de generatione malæ complexionis diuerſæ par-
ticulari, ſiue in vno membro. Secundò verò de v-
niuerſali, quæ totius corporis eſt ibi (Cumq; ca-
lor ſanguinis, &c.) Iterũ aũt in parte prima facit
duo: quoniam primò gratia exempli oſtendit ge-
neratioñe malæ complexionis diuerſæ calidæ &
humidę in muſculo, & cauſam illius. Secũdò oſtẽ
dit diuerſam eius terminationẽ ibi (& impoſsibi
le ꝗdem.) Eſt enim neceſſarium ad plenam cogni
tionem malę complexionis diuerſæ cognoſcere,
ex quib. & quando & propter ꝗd generatur & et
iam q̃diu durat, ad hoc, vt ſuam operationẽ ſciat
medicus regulare p̃cipuè cũ inæquali & diuerſa
nõ eadem per omnia forma ſeruetur operandi, ſi-
cut in ingenio ſanitatis perfectè oſtenditur, & in
feriùs propter bonitatem doctrinæ iungemus.
Impoſsibile eſt aũt vt ſciatur, q̃diu durat aut eſt,
niſi cognoſcatur terminus ſuæ durationis: & id-
eò neceſſarium eſt hoc ſcire, & diſtinctiuis ſignis
cognoſcere, propter quod Gal. ſubiungit hîc in-
de doctrinam. ¶ Iterum in parte prima facit duo:
quoniã primo oſtendit generationem malę com
plexionis calidæ in muſculo, quantum ad cauſas
materiales. Secundo verò exemplificat eius cau
ſam efficientẽ ibi (Et illud ideò, quoniã ſuperflui
tas.) Et in prima iterũ parte duo facit, quoniã pri
mo docet generationẽ phlegmonis: ſecundo ve-
rò verificat ſua dicta, remouendo dubitationes, q̃
poſſent occurrere circa ea ibi (per mẽbra aũt pri
ma, &c.) Quia ergo in parte immediatè prędecẽ-
ti diximus, in muſculo generari malã cõplexionẽ
diuerſam exemplificando ſequitur: infert (Inde
eſt, &c.) quaſi dicat: ſic fit cũ muſculo, calida ef-
funditur ſuꝑfluitas. i. ſuꝑflua quãtitas ſanguinis,
adeò. ſ. vt omnes concauitates, & ſpatia, quę in eo
reperiũtur, tam magna, q̃ parua, replentur ꝑ ordi
nem, neceſſe eſt ipſum muſculum vndiq;. i. in om
nibus partib. eius calefieri & humectari ſuꝑfluè
innaturaliter, & excellenter adeò: vt mala com-
plexio diuerſa formaliter cõſtituatur exinde, qđ
in ſequenti verificat per effectum. Pòſt tñ remo-
uet dubitationẽ potentem oriri circa dicta, expo
nendo ſeipſum: ſecundo verificat ſuppoſitũ ibi,
(In ꝗbus aũt propriè.) ¶ Quia igitur paulò antè
diximus, qđ quando ſuꝑfluitas ſanguinis egredi
tur ex ipſo corpore venarum, implentur forami-
na, q̃ inter membra prima aſſiſtunt, ne ꝓpter hoc
dictũ ſumant aliqui occaſionem dicẽdi, venas nõ
eſſe membra prima, vel dubitet circa hoc, expo-
nit ſe dicẽs, qđ intelligit ꝑ membra prima nõ tan
tũ ea, quæ conſtituunt ſubſtãtiam muſculi, ſicut
ſunt neruus, panniculus et caro, vel conſtituũtur
ab eo, vt ligamenta: ſed etiam venas tam pulſati-
les q̃ non pulſatiles quæ non ſunt de compoſitio
ne ipſius, ſed ſunt ſicut ꝗdam riui afferẽtes ei ma
teriã nutrimẽti: illud enim eſt de compoſitione
& ſubſtantia mẽbri, ſine quo nequit, & cum quo
ſufficit exercere operationem illã, ad quã natura-
liter eſt ordinatum: muſculus aũt naturaliter eſt
ordinatus ad mouẽdum motu voluntario mem-
brum aliquod ꝑ ſui laxationẽ & cõtractionẽ. Ad
hoc aũt, ſicut eſt in iuuamẽtis mẽbrorũ, oſtẽdere
ſufficit cõpoſitio & textura, factã ex villis neruo-
rũ, & carne ſimplici, & panniculo circumuoluẽte
hæc duo, nec ad hoc pinguedo eſt neceſſaria, nec
cutis, nec os nec cartilago, nec glãdula, nec vena
pulſans, nec ꝗeta, nec à ſubſtãtia eiꝰ trahũt origi-
nẽ. Et exinde eſt etiã qđ hîc vbi de muſculi loquit̃
paſsione, nõ facit mẽtionem de pinguedine, oſſe,
cartilagine, glãdula & cute: ꝗa ad ipſũ nec referũ-
tur, nec ad effectꝰ eius, ſicut ligamentũ, nec vt cau
ſa paſsioonis eius, ſicut venæ: & hîc ſub ligamẽto
chordã etiã cõprehendit, ſicut in ſecũdo techni,
& in alijs pluribus locis: & cũ ligamentũ ſit du-
plex. ſ. ligamentũ quo oſſa coniunguntur, & liga-
mentũ cũ quo lacertus coniungitur oſſi muſculi,
intelligẽdũ eſt de ſecũdo, ꝗa de eo ſit principali-
ter hîc ſermo. ¶ Poſt hoc aũt, quia in parte p̃cedẽ
ti ſuppoſuit, qđ ſãguis immoderatè replẽs lacer-
tum, calefaciat & humectet adeò excellenter, vt
nihilominus informetur mala cõplexio diuerſa
in omnibus cõtentis in eo, verificat hoc ꝑ effectũ
malę cõplexionis diuerſæ, ſiue etiam ꝑ definitio-
nẽ ipſius ſuperiùs datã. Circa quod primo facit
hoc: ſecũdo cõcludit intẽtionẽ nominando mor
bũ ſecundum Græcos: & nominis interpretatio-
nem ſubiungẽs ibi (hæc quidem ægritudo, &c.)
Eſt aũt ratio ſumta ab effectu caloris, muſculus
dolet manifeſtè, & quantũ ad iudiciũ ſenſus pa-
tientis, dolor licet ſecundum prius & poſterius
cõmunis eſt omnibus mẽbris, vt ſuperiùs referri
diximus ad muſculum. Prędictis ergo modis mu
ſculus patitur ſecundum iſtas partes omnes, aut
ſolutionẽ cõtinuitatis, aut malam cõplexionẽ di
uerſam aut vtrũq;: quoniã, ſicut inferiùs docebit,
nullę alię ſunt cauſę doloris niſi iſtæ duæ. Huius
rationis p̃miſſas inſinuat ꝑ hoc, qđ cõplexionẽ
eis illatã manifeſtat ratione cõuenienti cõſidera-
tionib. medicinæ, quæ habentur de iudicio ſani-
tatis diſpoſitionis corporis, & effectus cauſarum
illius diſpoſitionis: quoniã talia iudicia ſemper
dantur ꝑ cõſiderationẽ eorũ, quæ ſenſui & rectæ
æſtimationi de rebus, quarum fit mẽtio, vicinius
appropinquãt. Suppoſito. ſ. qđ hoc modo hęc cõ
ſideratio reguletur, oſtendit Gal. cauſas, propter
quas membra, quę ad muſculũ dicta ſunt referri,
dolorẽ patiantur, dicens primò tam de venis pul
ſatilib. quàm non pulſatilib. quæ ꝓpriè inter cæ-
teras partes muſculi primò patiuntur dolorẽ. Et
ſecundum æſtimationẽ rectè habitã, patebit qđ
propter ſolutionẽ cõtinuitatis, & ꝓpter malã cõ-
plexionẽ diuerſam ſaltẽ calidam patiuntur dolo-
rẽ in propoſito. ſ. in phlegmone: nã cùm ſupponi
tur hîc qđ in quãtitate moderata ſãguinis rectũ
eſt ęſtimare, & etiam cõſequẽter iudicare qđ ſan
guine intra cõtento, & fumo ibidem immodera-
tè multiplicato, & inſufficienter expirãte, diſrum
pũtur venę. i. ſoluitur earũ cõtinuitas ꝑ extenſio
nẽ, adeò, vt ꝓpter hoc poſſint manifeſtè dolere, ſi
cut rectũ eſt ęſtimare qđ humiditas, q̃ extra eas
iã immoderatè ꝓfluxerit, & factus eſt eiꝰ fluxꝰ
innaturalis, quòd ſoluit eorũ cõtinuitatẽ cõſtrin
gendo. i. coadunãdo partẽ ipſarum immoderatè,
& coarctãdo. i. immoderatè applicãdo ad alia mẽ
bra maximè dura grauãdo. i. pondere cõprimen-
do:

Ligamentum duplex.

do: similiter rectum est, & rationabile æstimare, quòd tam sanguis intus contentus, q̃ extra dilapsus ꝓpter excessum suæ caliditatis possit dolorẽ manifestũ causare in ipsis, calefaciendo ipsas immoderatè: sensum enim habent sufficiẽter ad percipiendũ excessum illius distẽperantiæ. De aliis aũt mẽbris dicit, quod supple secundũ illud, quòd manifestius est recta & rationabili æstimatione aliqua sunt, quæ non manifestè dolent, nisi propter superfluá calefactionẽ, sicut panniculus: de eo enim non possumus dicere, quòd exteriori cõprimente, vel coarctãte dissolutionẽ cõtinuitatis incurrat, quoniá nõ est tale cõprimens extra ipsum, quod ad hoc sufficiat: nec est rectũ ęstimare, quòd ꝓpter distensionẽ rumpatur, quoniá talis distensio nõ potest fieri, nisi in vasis, in quibus primò & vehemẽter immoderata repletio potest sensibiliter reperiri: hoc aũt in venis solũ æstimatio cernit esse, sed cũ sensum habeát fortẽ rationabile est dicere, quòd doleát ꝓpter caliditatis excessum. Aliqua verò vbi dicit scil. quę solũ ꝓpter coarctationẽ dolẽt, sicut est rectũ æstimare de ligamẽto supradicto: ipsum enim, quia valde modici sensus est, nõ dolet, nisi patiatur à fortissima causa doloris, & ista est, q̃ soluit continuitatẽ: nõ est autẽ rectũ æstimare de ipso, sicut etiá de aliis à venis diximus, q̃ per extensionẽ disrumpũtur, & ideò ꝓpter coarctationẽ, qua ad os vehementer impellitur, dolere dicetur: de carne verò & neruis rectè est iudicare, quòd ægrotent. i. doleant p vtramq; causam. ¶ Nos igitur ex his, quòd musculus secundũ omnia cõponentia eius patiatur malã cõplexionẽ diuersam. s. ad minus calidá, possumus etiá dicere, quòd Gal. probat intentum p definitionẽ malę cõplexionis diuersæ, vt sit ratio, q̃ intẽdit talis, omne membrũ, quod patitur qualitatẽ innaturalẽ, actu alterantem ipsum, & corrumpentẽ eius naturalẽ cõplexionẽ, patitur malã cõplexionẽ diuersam: musculus in phlegmone patitur innaturalẽ, & extraneá caliditatem actualem, &c. ergo habetur propositũ. Huius aũt rationis maior ex se manifesta est, sed minorẽ probat per effectũ, vt dictũ est. Ex prædictis ergo cõcludit intentũ, ac si diceret: iam ex his manifestũ est, quòd hæc ęgritudo, q̃ apud Gręcos dicitur phlegmon, quod est vel interpretatur apostema calidum, vel inflammatũ, est mala cõplexio diuersa accidens lacerto: & quia calida manifestior est, q̃ humida, ideo gratia exẽpli potius eam nominat. ¶ Post hæc autẽ sequitur pars, in qua huius malę cõplexionis diuersæ ostẽdit, inquantũ calida est, causam efficientẽ: quia miraretur aliquis, quomodo sanguis, qui temperatus est p naturá, generet excessum caliditatis, & ꝓpterea dicit, quòd hoc fit ideò, quia sanguis, qui est in lacerto, non remanet in proprio temperamẽto, imò calefit excellenter adeo, vt quasi ferueat: deinde, id est, propter hoc calefiunt, supple, excellenter membra, quę in musculo reperiuntur. Primò circa calefactionem sanguinis supple, excellenter calefiunt venæ, postea omnia alia membra supple, q̃ sunt extra ipsas venas eis inquantum membris, in quibus continetur, scil. musculꝰ, id est, cõpositus, donec ipsum submergat, id est, donec ipsum tota cõprehendat. Sic ergo intendit, quòd superflua & innaturalis calefactio sanguinis, est causa superfluę calefactionis musculi: causam autẽ supercalefactionis sanguinis, nõ explicat, licet sufficienter insinuet, sed oportet eam accipere ex 13. de ingenio sanitatis, vbi dicitur, quòd in phlegmone sanguis sua multitudine superfluè coarctatus in musculo cum calidus sit, valde calidior efficitur duplici ratione: quia cũ pori ꝓpter immoderatá sanguinis quantitatẽ coarctãtur, & clauduntur, seù opilãtur, nec fumi calidi generati, excludi valeant sufficienter, quare coarctati inflãmant, & quasi feruere faciũt sanguinẽ, nec aër frigidꝰ liberũ habet ingressum, qui ab arteriis ad refrigerandũ attrahitur: & sic cùm calefiat à fumis coarctatis & retentis, & exteriori frigiditate nõ temperetur, facillimè suum temperamentũ amittit, & ad excessum caliditatis ascendit. Ex prædictis ergo tãtum colligitur. scil. quòd causa materialis malæ cõplexionis diuersæ in phlegmone est superflua quantitas sanguinis immoderatè replentis omnes musculi partes: efficiẽs verò est ebullitio, vel inflãmatio sanguinis, causata à fumo superfluè retento & coarctato.

Panniculus non patitur nisi ꝓpter malam complexionem.

ET impossibile quidẽ est, quin non res ad vnum duorũ modorũ perueniat, aut vt vincat superfluitas, quæ in lacertũ effunditur, & corrumpat corpora, in quibus vincit: aut vt vincatur illa superfluitas, & redeat lacertꝰ ad dispositionẽ suam naturalẽ. Pono itaq;, quòd superfluitas vincat͠, cùm incipere ab eo, quod est bonũ, sit melius & laudabilius, dico quòd sanitas erit tunc secundum vnum duorũ modorũ, aut vt resoluantur omnes humiditates, quę effusę sunt in lacerto: aut vt decoquãtur, sed laudabilior duarum sanationũ est, quę secundũ resolutionem erit. Decoctionẽ verò sequẽtur duæ res necessariò, quarũ vna est generatio saniei, altera est collectio: & collectio quidẽ quandoq; in maiori foraminũ est viciniori loco, & minoris timoris, & hæc est collectio laudabilior: & quandoq; est in maiori foraminũ propinquiori loco, sed foramen illud non est parui timoris: aut est in foramine parui timoris, sed nõ est maius foraminum neq; propinquum. Quod si fuerit illud in partibus stomachi, laudabilior erit collectio, quæ erit in amplitudine, quę in interioribus eius existit, & ad q̃ secundum plurimũ fit saniei eruptio: collectio verò, quę fit sub peritonæũ est mala. Et cum fuerit illud in partibus cerebri, tunc collectio in duobus ventriculis eius anterioribus erit laudabilis, sed collectio sub duabus matribus cerebri, & in ventriculo, qui est in posterioribus cerebri facta est illaudabilis, & praua. Exiturarum autem, quæ fiunt in partibus costarum, eruptio erit ad amplitudinem

pectoris,& exiturarũ, quæ fiũt in lacertis, A eruptio erit versus cutem. Sed exiturarũ, quæ fiunt in visceribus, eruptio erit, aut ad venas,quæ sunt in eis pulsatiles,& non pulsatiles : aut versus panniculũ,qui continet ea, & est eis sicut cutis. Quòd si superfluitas vincat membra, tũc manifestũ est,quòd oportet ex dominio malitię cõplexionis in eis,vt ipsorum destruatur o- B peratio,& corrrumpatur secundũ temporis longitudinẽ:sed principiũ quietis ęgritudinis ab eis erit cum assimilabũtur rei, quę resoluit,& transmutat ea. Et illud est, quoniã in membris nõ accidit dolor, vel passio, cùm ipsorũ cõplexio integrè permutata est : sed in dispositione permutationis eius,sicut iam narrauit deesse eius admirabilis Hippoc.vbi dixit,quòd dolo- C res,nõ fiunt in mẽbris nisi in dispositione alterationis eorũ, corruptionis, & exitus ipsorũ à naturis suis. Et vnumquodq; quidem* corporũ non alteratur,& egreditur à natura sua, & corrumpitur, nisi calefiat vel infrigidetur,aut humectetur,aut exiccetur,aut eius cõtinuitas soluatur.In malitia autẽ cõplexionis diuersæ propterea, D quòd membrũ calefit aut infrigidatur ꝓpriè illud,ideo quoniã hæ duæ qualitates sunt fortioris operationis,q̃ aliæ qualitates : sed iam fit illud,propterea,quòd mẽbrũ desiccatur, aut humectatur in fame, & siti,& accidit passio in fame, ꝓpter penuriã substãtiæ siccæ, & ꝓpter penuriam humiditatis in dispositione sitis. Cùm au E tem in membro fit operatio ab eo, quod ipsum pũgit,aut corrodit,aut extẽdit,aut coarctat,aut disrũpit, tunc euẽtus passionis est propter solutionem cõtinuitatis.

*al. membrorum

POSTQVAM docuit Galen. generationẽ malæ complexionis diuersæ, scil. phlegmonicæ in lacerto,& quo ad modum, & quo ad causas,sequitur pars, in qua de terminis eius subiungitur:circa quod primò exemplificat membra di F uersę terminationis phlegmonis in genere:secũdò verò membra diuersitatis manifestando pertractat ibi(pono itaq;.) ¶ In parte ergo prima indit,quòd impossibile est,quin phlegmon non ad vnum duorum terminorũ perueniat,quoniã materia eius,quæ suis qualitatibus lacertum alterat, aut vincit partẽ lacerti,aut vincitur ab eis.Necessitas autem huius cõsequentiæ est: quia vtrumq; non potest esse vincẽs absolutè respectu alterius, G nec eadem ratione vtrumq; victum,nisi vtrumq; cessaret ab actione sua, quod est impossibile, scil. quod contraria approximata nõ agant adinuicẽ. Dicit ergo,quòd si materia phlegmonis vinceret partes lacerti, & membra, in quæ agit terminus phlegmonis,aut illius malæ cõplexionis diuersæ

A erit corruptio victorũ : si aũt vincatur terminus, erit sanitas, siue restitutio lacerti ad sanitatẽ. Ad alterũ igitur duorũ terminorũ peruenire debet mala complexio diuersa,& in eis finitur, quia amplius non est,aut quia penitus euanescit, & non remanet aliqua mala cõplexio, sicut qñ membrũ sanatur:aut si remanet : nõ tñ diuersa sicut qñ ad corruptionẽ perducitur. Post hæc verò ista duo mẽbra terminationis pertractat in primo primũ, secundo alterũ secundũ ibi (quòd si superfluitas B vincat.)In prima iterum parte, quia modus sanationis in phlegmone membri non est vnus,ostendit diuersitatẽ illorũ membrorũ,ad hoc,vt Medicus plenã habeat notitiã malæ cõplexionis, quãtum ad eius terminationẽ. Hoc enim est necessariũ ei ad regulationẽ sui operis : nisi.n.cognoscat, qñ cessat, vel nisi sciatur mala cõplexio diuersa, nescit,qñ cessare debet ab applicatione causarum salubrium, respicientiũ illã malã complexionem diuersam,aut qualiter opus ipsum,sit permutan- C dum. Circa hanc igitur partẽ Gal.primò eligit illud membrũ,de quo primò intendit agere, ordinẽ,& etiã eius rationẽ assignat, secũda verò subdiuidit ipsum ibi(Dico quòd sanitas.) Sententia primæ partis patet : sed in secunda enumerat diuersitatẽ,cadentẽ in illo modo terminationis. Secũdò verò mẽbra illius diuersitatis pertractat ibi (sed laudabilior.)In prima igitur parte intendit, quòd membrũ,qdˢ sanatur à phlegmone,secũdũ hanc formã,intelligendũ est de quolibet alio apo D stemate,potest sanari altero duorũ modorũ in genere. s.aut vt materia apostematis in lacerto contenta penitus resoluatur.i.insensibiliter euacuetur, aut decoquatur.i.rectificetur eius materia, q̃ est inobediens expulsioni ꝑ digestionem, deinde post hoc quidẽ sensibiliter expellatur. ¶ Postea verò pertractat ista duo mẽbra : & primò primũ: secundò secundũ ibi(Decoctionẽ verò,&c.) Breuiter ergo se expediendo dicit,quòd ex dictis modis sanationis laudabilior modus est ille, qui fit ꝑ E resolutionẽ.i.insensibilẽ euacuationẽ, siue euaporationẽ, de quo nihil amplius dicit : quia in isto modo sanationis nulla cadit diuersitas,egens cõsideratione Medico necessaria ad consideratione sui operis. Sed verificatur hæc cõsideratio tribus modis: primò quantũ ad causam efficientẽ,quoniã in isto modo sanationis, cõparatione alteriꝰ, virtus expulsiua fortissima est, & calor naturalis vel potentissimus,q̃ sunt efficientes causæ resolutionis materię apostematis. Secundò verò verifi- F catur quãtũ ad causam materialẽ,quoniã hęc materia minus est naturæ cõtraria, & magis est obediens actionibus eius. Tertiò verificatur quantũ ad effectũ, quoniã in isto modo sanationis nulla timetur læsio in aliquo membro : in alio verò fit, quemadmodũ Gal.statim inferiùs exẽplificabit. ¶ Si quis aũt obiiciat dicens, quòd Gal.tertio de crisi docet terminationẽ febriũ putridarũ,q̃ fiunt sine manifesta euacuatione, esse suspectã, & non absolutè laudabilẽ:ergo à simili in proposito.Di- G cendum, quod non est simile : in putridis enim febribus potest fieri permutatio ab eisdem ad alium morbum, æquè periculosum aut plus,scilicet ad hecticam : omnis enim putrida, & etiam ephemera,via est in hecticã,sicut patet ex doctrina Galeni inferiùs, & etiam de ingenio sanitatis.

Quare resolutio materia sit laudabilior eius cõcoctione in apostematibus.

Quomodo terminatio febrium sine manifesta euacuatione sit suspecta.

tis. Ne ergo erret Medicus, ſicut plures errauerũt ante ipſum, & etiã hodie errant multi propter patientis iudicium, qui confitetur ſe non ſentire inflammationem alicuius febris, dicit Galen. talem terminationẽ putridę febris eſſe ſuſpectam per ipſum, in eodem lib. Planum eſt aũt, quòd illa permutatio illaudabilis eſt, ſi enim Medicus attẽdat ſolum cõfeſsionem patientium, reget eos, vt conualeſcentes, quia ſolum de debilitate conquerun tur, & ſignificantur in prima ſpecie hecticæ eſſe, quod eſſet eis valde nociuum: & ideo, ne decipiatur Medicus, reddit eum cautum Gal. ibi in prædicto libro, vt animaduertat hanc permutationẽ, & diſtinctiuis ſignis certificari curet an ceſſauerit inflammatio, & ardor febris. Sicut patiens confitetur propter prædictam permutationẽ, aut per reſolutionẽ materiæ inſenſibiliter, quæ duo ꝑ certitudinem probabiliter cognoſcet Medicus, ſicut ipſe docet, quòd ad minus duobus ſignis. ſ. qualitate corporis, & pulſu: ſi enim ſupra pectus patientis diu tenueris manum, & ſenſeris extraneũ & innaturalem calorem, vt ſcil. acutum & pungitiuum, ſcies putridã in hecticã permutatã eſſe, potiſsimè, ſi in pulſu inueneris differentias innaturales, hecticã deſignantes, ſcil. ſtricturã, duritiem inſolitam, velocitatẽ, & frequentiã, & hæc ſigna, quia non deficiunt, docet attendere Gal. Si autẽ temperamẽtum ſecundum pectus inuenitur, & differentias naturales in pulſu, certum eſt, quòd non eſt lapſus in hecticã: nec tñ ideo certum eſt adhuc, vtrũ omnino à timore febris euaſerit, poſſet eſſe ſuſpitio permutationis ad aliam febrem præter hecticã, ſicut quãdo interpolata mutatur ad alias febres, maioris interpolationis, vt tertianam: & tunc vſquequo paroxiſmus fuerit præſens pulſu, & qualitate corporis non poterit hoc diſcerni, ſed ęſtimet hoc ex vrina, & grauitate corporis, aut dolore vel tumore ſplenis, aut ſimilib. accidentibus innaturalibus. Et propter hoc etiã, quia iſtud certis ſignis diſcerni non poteſt, iuſsit Hippocr. in regimento acutorum poſt terminationem febrium regere patiẽtes duobus diebus, ſicut antea regebantur. Si tñ mundũ inuenit Medicus patientẽ ab omni accidẽte extraneo, maximè duobus diebus elapſis poſt terminationem, cognoſcit corpus ab ea fuiſſe ſanatũ ꝑ reſolutionem: qui modus ſanationis laudabiliſsimus eſt, propter cauſas ſupradictas, ſicut etiã commẽdat ipſum Gal. in lib. de criſi dicens, quia fit ꝑ fortitudinem virtutis, & obedientiã materiæ in quantitate & qualitate: propter quod dicit vtplurimum in pueris & adoleſcentibus fieri, in quibus poſt terminationem inuenitur temperamentum corporis, & bonitas appetitus, & omnium etiã naturæ actionum. Sic igitur patet, quòd terminatio febris putridæ ꝑ reſolutionẽ, etiam per Gal inquãtum in ſe laudabiliſsima eſt: ſed ꝗa ceſſare poteſt quantum ad iudicium patientis, ad minus ſi permutetur, vt dictum eſt, & ſit eam poſsibile permutari, ideo vt cautus ſit Medicus ad euitãdum errorẽ & deceptionẽ, dicit Gal. terminationẽ eſſe ſuſpectam, quando fit ſine manifeſta euacuatione: cùm verò conſtat, quòd nulla eſt permutatio facta, nequaquã dicit eam eſſe ſuſpectã, imò laudabiliſsimã, vt dictũ eſt. ¶ Si autẽ dicatur, quòd idẽ poteſt dici de phlegmone: omnes enim ſapientes conueniunt in hoc, & experientia confirmat, quòd phlegmon in ſcyrrhum facillimè mutatur per reſolutionẽ ſubtilium partium eius, & per nimiam infrigidationẽ in cute, ꝓcreatam à Medico, igitur terminatio ſua, q̃ non fit propter ſenſibilẽ euacuationẽ, erit ſuſpecta ad prædictã permutationẽ, ratione cuius ſimiliter non poterit dici laudabilis abſolutè. ¶ Ad quod dicendũ, quòd non eſt ſimile, quoniã quamuis hîc poteſt fieri permutatio ſupradicta, morbus tñ ad quem fit permutatio, nõ latet ſenſui patientis, reſpectu cuius (vt diximus) dicitur ſuſpecta terminatio febris putridæ inſenſibiliter facta: ſentit enim infirmus duritiem, & pondus in particula patiente, quamuis ceſſauerit dolor & ardor. Propter hoc igitur, quia nunquã terminatio phlegmonis ꝑ reſolutionem poteſt eſſe ſuſpecta reſpectu ſenſus patientis abſolutè, laudauit eam Gal. potiſsimè: quia Gal. nõ laudat eam abſolutè, niſi prout cõſtat, quod ꝑfectè membrũ liberatur à morbo, quod ex verbis eius planè colligitur: non. n. dicit laudabilior duarum terminationũ, ſed laudabilior duarum ſanationum, ſignificãs quòd illam laudat terminationem abſolutè, per q̃ membrum perfectè ſanatur, quod quidẽ nõ eſt, qñ phlegmon in ſcyrrhũ permutatur. ¶ Deinde tangit ſecundum membrum ſupradictæ diuiſionis. ſ. modum apoſtematũ ſanationis, qui fit ꝑ digeſtionẽ ſiue decoctionẽ. Circa quod primò explicat effect⁹, ꝗ ad decoctionẽ ſequuntur, ad hoc, vt manifeſtior ſit gradus laudabilitatis inter iſtum modũ & primũ: & ſimiliter, vt perfectè ſciat Medicus, ad quẽ finẽ ſiue terminum decoctio peruenit, quod hic principaliter intenditur. Secundò verò explicat diuerſitatem cadentẽ circa alterũ illorũ duorum effectuũ ibi (Et collectio quidẽ) Dicit ergo in prima parte, quòd ad decoctionẽ ſequuntur duo: quorum vnum eſt generatio ſaniei, & hoc eſt ꝑ ſe effectus ipſius decoctionis materię apoſtematis: ſed quia ipſa ſanies, ſicut generetur, non expellitur, ſequitur quòd colligatur, ſeu congregetur in membro apoſtemoſo: & ideo dicit, quòd alterum eſt collectio, ſupple ſaniei, & hoc eſt effectus eius, ſupple ꝑ accidens. Iam ergo patet ex his, quòd cũ in modo ſanationis ꝑ decoctionẽ generetur, & aggregetur in mẽbro illud, quod naturæ contrariũ eſt, & corrumpere poſsit membrũ, ſi diu permãſerit ibi, quòd hic modus ſanationis non eſt adeo laudabilis, ſicut primus. Ex conſideratione iſtorum effectuum. ſ. decoctionis, iam oritur Medico principium regulandi opus curationis talium apoſtematum, vtpote procurare expulſionẽ feſtinã generatę & collectę ſaniei, ſicut patet ex 13. particula de ingenio ſanitatis. Generatio ergo ſaniei, ſecundum quod talis effectus eſt, nullã diuerſitatẽ cauſat huiuſmodi* terminationis apoſtematis, de qua hîc loquitur. ſ. de modo ſanationis membri apoſtemati ꝑ decoctionẽ vel digeſtionẽ materiei apoſtematis, quantũ eſt ratione ſaniei generatæ: nec poteſt iſte modus ſanationis narrari ꝑ magis laudabile, & minus, aut ꝑ timidum & non timidũ, quia hoc ſupponitur prius, qđ in hoc modo ſanationis materia aꝑtis vincatur à natura, & ſic nõ refert, quantũcunq; ſit materia, ꝗa ex quo vincitur à natura ꝓportionali qualitate, tã pauca, q̃ multa, laudabilis ſanies generatur. Et propterea

*al. ſanationis

Gal. omisso effectu vnius, transit ad alium, scil. ad
collectionem pertractando ipsum: quoniam col-
lectio est causa variandi hunc modum termina-
tionis, penes magis & minus laudabilitatem, & ti
morem læsionis alicuius membri, quod necessa-
rium est Medicũ cõsiderare: in quibus ex tali ter-
minatione huius malæ complexionis diuersa ti-
metur maius nocumentũ aut læsio, succurrendũ
est principalibus & efficaciorib. causis. Circa hoc
Gal. primo explicat in generali diuersitatẽ, q̃ col-
lectio saniei causat, in hoc modo terminationis se
cundum diuersitatẽ membrorum in quantitate,
forma, & situ, &c. Secundò verò manifestat illam
in extremis membrorũ particulariũ ibi (quod si
fuerit illud, &c.) In parte ergo prima intendit, q᷑
collectio saniei est magis aut min⁹ laudabilis, aut
timenda secundũ diuersitatẽ membrorũ, in qui-
bus colligitur: quoniã si illa membra habuerint
magna foramina, magnos meatus, & cõcauitates,
quod dictũ, quantũ ad quantitatẽ, vel formam, &
fuerint sita loco minori, id est, ꝓpinquiori exitui,
& expulsioni, & fuerint etiã membra parui timo-
ris, scil. quia non sint nobilis operationis aut iuua
menti, qualia sunt principalia, q̃ ad saluationẽ in-
diuidui ordinantur, tunc illa collectio est lauda-
bilior cęteris, & minus timẽda: aliæ verò sunt mi-
nus laudabiles, & plus timendæ. Sicut contingit
quandoq;, quòd fit collectio saniei in mẽbro ma-
gni foraminis, id est, magni meatus, & concauita-
tis & propinquæ exitui superfluitatũ, vel emun-
ctorio, tñ ipsum membrũ concauũ non est parui,
imò magni timoris, quia est membrum nobile in
virtute, seu operatione, aut etiã iuuamento: aut
fortè etiam econtrario, quia ipsum membrũ con-
cauũ est parui timoris, quia vilis operationis aut
iuuamenti comparatione saluationis indiuidui,
sed tamen non habet magnam concauitatẽ, pro-
pter quod ibi sanies fortius coarctatur, nec est ꝓ-
pinquum exitui superfluitatum. Deinde manife-
stat hanc diuersitatem in extremis particularium
membrorum cum dicit (& aliquando secundum
plurimum, &c.) quasi dicat & ad hoc alia ratio, &
est laudabilior: quia scil. ipsa ampla concauitas,
ad quam secundum plurimum fit eruptio saniei
quasi dicat, est vicina valde exitui suo in locis ex-
pulsionis. Tertia autem ratio nõ potest assignari,
quoniã læsio stomachi nõ est parui timoris, quia
stomachus est mẽbrũ, cuius operatio est vniuer-
salis iuuamẽti omnibus membris, imò (vt verius
loquamur) vniuersalis necessitatis, & valde ne-
cessarius ad saluationem indiuidui. ¶ Si verò fiat
collectio saniei sub peritonæo, illa est mala duo-
bus modis: peritonęum enim est panniculus ad-
hærens à parte interiori lacerti ventris vndiq;, q̃
à diaphragmate vsq; ad foramina didymorũ ex-
tenditur, continens zirbum, intestina, stomachũ,
& cætera membra inferioris clybani circumtegẽs
à parte interiori: cùm ergo sub ipso fit collectio
saniei, siue inter ipsum & zirbũ, siue inter ipsum
& intestina, aut alios pãniculos, ex quibus oritur
zirbus, fit in concauitate modicæ spatiositatis, &
nõ vicina exitibus vel locis expulsionis, ideo his
duabus rationib. mala est, quamuis nõ sint mem
bra magni timoris peritonęum, & zirbus si lædã-
tur, quia non exercent aliquam operationem ne-
cessariam vel vtilem omnibus membris cæteris
ad saluationem, sed iuuamentum præstant, & ta-
men illud non est absolutè necessarium ad salua-
tionem indiuidui. ¶ Si verò collectio fiat in par-
tibus cerebri, tunc illa, quæ est in ventriculis an-
terioribus cerebri est laudabilis comparatione e-
ius, quæ fit inter duas tunicas cerebri, quæ ma-
tres vocantur: istæ enim, sicut dicit, sunt illauda-
biles, & malæ, quoniam sunt in membro magni
timoris, & in constricta & parua concauitate, &
remota ab exitibus, & emunctoriis: vẽtriculi au-
tem cerebri anteriores comparatione aliarũ par-
tium supradictarum, & sunt vicini emunctoriis,
& sunt amplæ concauitatis, licet sint magni timo
ris. ¶ Collectio autem exiturarum vel apostema-
tum, quæ sunt intra costas, non habent, nisi vnũ
laudabile, scil. quòd fit in magna concauitate, vel
spatiositate, id est, amplitudine pectoris, sed cùm
sit in membris, quorum læsio est magni timoris
in spiritualibus, quoniam omnia sunt nobilis a-
ctionis aut iuuamenti, & fit in membris remotis
à loco repulsionis, propter quæ plus est illauda-
bilis, quàm laudabilis. Sanies verò, quæ fit in apo
stematibus lacertorũ, colligitur sub cute: & ideo
fit in mẽbris parui timoris, & est propinqua exi-
tui, quamuis sit in membris strictarum concaui-
tatum: illa verò, quæ generatur in exituris, vel in
apostematibus viscerum, scil. hepatis & splenis,
colligitur quoq; in venis, & arteriis, quę in eis re-
periuntur, aut intra ipsa membra & panniculos,
quæ sunt eis cooperimentum, & defensiculum,
sicut cutis in lacertis exterioribus. Ex quo patet
quia illa sanies, quę erumpit versus panniculum,
q̃a recedit aut elongatur ab exitu naturali super-
fluitatum, illaudabilem facit collectionem: & ite-
rum, quia in partibus paruorum meatuum, & oc
cultarum concauitatum, quamuis illi panniculi
non sint membra magni timoris: quæ verò col-
ligitur in concauitatibus venarum comparatio-
ne alterius, non est illaudabilis, nisi ratione mem
bri, quod est nobilis operationis. Intendit igitur
ex prædictis Gal. quòd quemadmodum in his
membris, in quibus exemplariter est locutus, va-
riantur collectiones saniei per diuersos gradus
bonitatis & malitiæ propter diuersitatem supra-
dictorum membrorum, similiter & in cęteris hoc
contingit: & simili modo debet in eis attendere
Medicus. ¶ Post hoc verò sequitur pars, in qua
pertractat modũ terminationis apostematis, vel
malæ complexionis diuersæ in apostemate, con-
trariũ supradicto, scil. illum, in quo materia apo-
stematis suis qualitatibus vincit membrum, cir-
ca quod primò explicat vltimũ effectum huius
terminationis. In parte verò sequenti explicat si-
gnum distinctiuũ manifestæ inchoationis illius
effectus ibi (Sed principium quietis, &c.) In par-
te ergo prima intendit, quòd si materia apostema
tis suis qualitatibus vincat membrum, necesse est
ad vltimum, vt destruatur operatio membri, &
vt membrũ processu tẽporis corrũpatur, & huius
talem rationẽ insinuat: omne agens naturale, vin
cens passum aliquid expellit per corruptionẽ, &
formã inuentã in passo cum dispositionib⁹ illius
formæ, & introducit suã cũ dispositionibus eius:
sed materia apatis cũ suis malis qualitatib. innatu
ralib. vincit hoc passum. s. membrũ apostematũ:
ergo, &c. Huius aũt rationis minorẽ ponit: cũ di-
cit

cit: tūc manifestū est, quòd oportet ex differētijs malæ complexionis diuersæ: planū aūt est, quòd in illo destruitur operatio, & ipsum corrumpitur quod admittit formam suam, & dispositiones ad formam. Forma autem membri consimilis secundum Medicum est complexio, quā amittit ex dominio malæ complexionis diuersæ. i. quando mala complexio vincit ipsum. In sequēti verò parte, quia Medico necessariū est cognoscere distinctè, quando manifestè incipit effectus prædictus corruptionis à victoria malæ complexionis diuersæ B causatę, signum docet distinguere distinctiuum: nō enim adeò necessarium est Medico cognoscere complementum huius effectus, sicut inchoationē. Perfecta enim corruptione membri, inutiles & vanæ operationes sunt Medici ordinatę ad illud membrum, quia nec saluari potest, nec corruptio eius retardari, ex quo est iam corruptum: sed quando incipit manifestari corruptio, potest quidem mēbrum adhuc remedijs medicinæ vel omnino saluari vel saltem poterit eius retardari corruptio: sicut .n. ex vniuersali corruptione totius corporis, quod est fortius, euenire videmus. Nam in prima specie hecticæ, in qua membrorū corruptio incipit, manifestè videmus, adminiculo Medicinæ saluari quamplures, & plures à festino periculo manifestis effectibus retardari, etiam in secunda specie: sed in tertia, quæ complemento corruptionis vicinissima est, nihil aut valdè modicum prosunt operationes medicinæ. Circa igitur hanc partem Gal. primò insinuat signum, D & explicat causam: secundò verò dictum suū cōfirmat ibi (Et illud, quoniam membrū, &c.) Insinuat ergo in parte prima, quòd tunc incipit corruptio in membro apostemato, quę à victoria malæ complexionis materiæ causatur, quando incipit quiescere ægritudo. i. dolor: hîc. n. sicut ex verbis sequentis particulæ patet, nō intelligit per ægritudinem ipsam malam cōplexionem, sed passionem, quam infert mala complexio membri: quæ, inquam, passio in sentiētibus dolor est, siue E dolor appellatur communi nomine. Insinuat ergo, quòd quando dolor cessare incipit manente apostemate, tunc incipit corruptio membri manifestè causari à victoria mal. complexio. diuersæ: causam verò propinquā, tunc incipit cessare dolor, quando incipit manifestari corruptio membri, explicat intendens quod ratio est, quia tunc membra, siue partes membri, iam facta sunt secū dum sensus iudicium similia: aut manifestè incipiunt esse assimilatiua materiæ resoluenti eorum F complexionem, & transmutandi ipsam i. alterantis: & hoc est, quod intendit cùm dicit: Principiū verò quietis ægritudinis sup. inquantum percipitur, vel apprehenditur ab eis vel principiū ægritudinis. i. doloris ab eis. i. in eis. s. membris vel partibus mēbri, erit tunc. i. quando assimilabuntur mēbra, vel partibus membri. i. incipiēt esse assimilata rei, &c. Post hoc verò, quia assimilationem alterius ad alteram dixit esse causam cessationis doloris, confirmat hoc ratione Primò faciēs hoc. Se G cundò rationem suam confirmat autoritate, cùm dicit: sicut iā narrauit Hipp. Intendit ergo in prima parte, quòd causa, propter quam dolor cessat, quādo mēbra sunt assimilata rei alterāti, est, quia tunc integrè est permutata cōplexio mēbrorum,

Membro corrupto vanæ sunt operationes Medici: sed in principio corruptionis sunt vtiles.

A & mēbra nō dolent, nisi dum eorum cōplexio est in actu permutationis, quod lato sermone verificabit inferiùs. Est ergo ipsius ratio talis: in quibuscunq; mēbris cōplexio naturalis integrè permutata est à mala cōplexione, non accidit dolor ab illa cōplexione, sed in membris, quorum cōplexio iam assimilata est rei alteranti: est illud: ergo, &c. Minor de se manifesta est: supponendum tamen est semper, quod in huiusmodi sermonib. accipitur iudicium secundū cōsiderationē Medici, aliter. n nō verificatur, sicut perfectè inferiùs ostendemus. Maiorē autē huius rationis probat statim per autoritatē inferiùs: vbi loquitur de termino malæ complexionis diuersæ cal. vniuersalis, probat hoc soluta ratione. Circa hanc rationē duo facit principaliter, quia primò tractat autoritatem Hipp. & proposito applicat. Secundo vero exponit dicta Hipp. ad clariorem intelligentiam autoritatis ipsius, cùm dicit: & vnumquodq; mēbrū, quia dixit, ergo in parte præcedenti, quòd dolor C non accidit mēbris, quando eorum cōplexio integrè permutata est, sed quando est in fieri permutationis, ideo ad confirmationem huius subiūgit, sicut iam narrauit de esse eius. s. doloris mirabilis. Hippo. sup. in lib. de humana natura hoc dixit, quòd dolores nō sunt in mēbris, nisi in dispositione. i. in fieri alterationis corporis: & supple in fieri corruptionis, & exitus ipsorum. s. mebrorum à naturis animę sēsus. Post hoc verò exponit, quod dixit, naturis ostendēs, quæ sunt illę naturæ, quibus cum mēbrum egreditur, patitur dolorem in ipso actu exeūdi ab eis, vt dictum est, circa quod primo facit hoc, & explicat specialiter naturā causarum soluentiū cōtinuitatē ibi (Cū in mēbro fit oppositio.) Iterum prima in duas: quia prima facit, quod dictum est. Secundo verò remouet dubitationem potētē oriri ex dictis suis ibi (in mala complexione diuersa.) Intendit ergo in parte prima quòd illæ naturæ sunt complexio, & cōtinuitas, & quòd complexio manet per caliditatem, frigiditatē, & humiditatem, & siccitatē: ex quo tātū colligitur. s. quòd mēbrū nō patitur dolorem, nisi quādo soluitur cōtinuitas, aut quādo patitur malā cōplexionē diuersam calidā frigidā & siccā aut humidā simpliciter, aut cōpositē. Ne tamē credat aliquis quòd mala cōplexio diuersa sicca tantum, aut humida causaret dolorē, subiūgit, dicēs, quod in malā cōplexione diuersa propter quod .i. propter quā mēbrū calefit, aut infrigidatur ꝓprie .i. potius siue principalius sup. causatur dolor, quā in alijs duabus qualitatibus. Et hoc ideo sicut dicit, quòd illę duę qualitates fortioris operationis .i. impressionis sunt, quā aliæ qualitates. s quā humiditas, & siccitas: ne tamē credatur quòd siccitas & hum. nō causent dolorē per se, ideò subiungit: sed iā fit illud. q. d. sed sup. quāuis cal. & frig. s. in causando dolorē, sint fortiores iā. i. certè fit illud. i. causatur dolor, propterea quòd mēbrū desiccatur, aut humectatur in fame & siti: si mēbrū cuius passiones sunt fames & sitis alteretur à sicco tantū, vel hum. s. os stomachi: ipsius n. immediatè sunt hę passiones, sicut in 4. de morbo & accidenti ostenditur. Ad probādum autem per sensibilē effectum quòd dolor in ore stomachi causatur à sola impressione siccitatis, aut humiditatis in fame & siti, oportet sciri quibus qualitatibus

Fames & sitis sunt passiones immediatæ oris stomachi.

alteratur in fame & ſiti ad hoc, vt accipiatur experientia de eo, quod dicitur. Iſtud antem ſcitur rectiſſimè per modũ, quẽ inſinuat Gal. nã cũ fames & ſitis ſint, vt in 4. de morbo & accidẽti oſtẽditur, quædã deſideria ſubſtãtiæ deficientis corpori: ſi ſciatur qualis eſt ſubſtãtia, propter cuiꝰ penuriã cauſantur fames aut ſitis, protinꝰ ſcitur quòd ſubſtãtijs cõtrariarũ qualitatũ poterit experiri, vtrũ ſiccitas tantũ aut humiditas tãtũ poſſint cauſare dolorẽ per ſe in ore ſtomachi. Hoc igitur cõſiderãs Gal. explicat in fine lectionis, aut partis huius quales ſunt ſubſtantiæ, propter quarũ penuriã hæ paſſiones cauſantur in ore ſtomachi, cũ dicit: & accidit paſſio in fame, propter penuriã ſubſtantiæ ſiccæ, & propter penuriã humiditatis in ſiti, aut in diſpoſitionem ſitis, quod idem eſt. Hoc .n. ſcito, iã .n. leuiſſimum eſt cognoſcere, ſi ſiccum debeat cauſare dolorem, inquãtum ſiccũ, vel inquantum per ſiccitatẽ eſt alterãs ſolũ, quod hoc manifeſtè faciet, ſi applicetur ei id, quo indiget .ſ. humidũ. Cõſtat autẽ, ſicut dictũ eſt, quòd in ſiti os ſtomachi patitur penuriam humidi, ſi ergo aliquod temperatum in caliditate & frigiditate, tamen manifeſtè exiccãs, ſiue habens potentiã manifeſtè exiccãdi ori ſtomachi applicetur, tunc os ſtomachi manifeſtè dolebit, ſi ſolum propter ſiccitatem aliquod membrum dolere debeat: hoc idem facere debet contraria qualitas in famelicis .ſ. humiditas, ſi per ſe debeat in membro aliquo cauſare dolorẽ: talis autem experientia leuiſſima eſt, & in promtu. Et propter hoc etiam eſt experientia iamdiu accepta, non ſolũ à ſapiẽtibus, ſed etiam à vulgaribus, expertum eſt .n. quòd panis triticeus mediocriter fermẽtatus, & mediocriter ſale confectus aut opirus, tamen per diuturnitatem induratus, aut piſcis ſalſus, quæ inquã ſecundũ iudiciũ Medici modicum in his qualitatibus temperamentum excedunt, quod per illum exceſſum nõ poſſunt cauſare dolorem: habẽt tamẽ manifeſtam potentiam exiccandi. Iſta, inquam ſi corpori ſano valde ſitienti miniſtrentur, cauſant in ore ſtomachi lęſionẽ ſenſui patiẽtis manifeſtã: & hoc ſuperiùs Gal. aucto. Hipp. dixit eſſe dolorẽ ſecundum gradus læſionis, vel exitus à naturali diſpoſitione. Expertum eſt .n. ſimiliter, quòd ſi aqua tepida ſumatur à corpore ſano valde famelico, protinus lædit eum in ore ſtomachi ſenſibiliter, quamuis non ſit acuta lęſio, ſed manifeſto ſenſu: tamen percipit os ſtomachi adeò per remollitionem egredi à naturali diſpotione, quòd fere in ſyncopim incidit: & defectus talis quidem effectus læſionis (ſicut ex ſuperiorib. patet) propriè dolor eſt. Sic igitur dicimus, quòd Gal. hîc & ad Glauconem ad probandum quòd ſiccitas & humiditas per ſe cauſant dolorem, docuit vti artificio fortiſſimo apud omnes Artifices, & maximè conuenienti Medico, cùm ſit operarius Artifex .ſ. argumento ſumto à ſenſibilis rei effectu: & hanc in dictis eius hoc ſcimus eſſe ipſius intentionem, ſicut ex pluribus locis ſuarum ſcripturarum collegimus.

Expoſitio quorumdam.

¶ Et hoc quidem diximus ad repellendum expoſitionem eorum, qui dicunt, quòd intẽtio Gal. fuit in parte iſta probare per cauſas famis & ſitis, quod ſiccitas, & humiditas per ſe cauſant dolorem, ita vt eius intentio eſſet dicere, quòd in fame & ſiti ſiccitas & humiditas ſunt per ſe cauſa iſtarum paſſionum .ſ. famis & ſitis, quæ ſunt quædã ſpecies doloris in ore ſtomachi: quia læſiones ſenſibiles in ipſo.

Contra illam.

¶ Nos autẽ dicimus, quòd hæc expoſitio implicat falſitatẽ ad minus duobus modis: primò quoniam nulla paſſio conueniens alicui ex ordinatione naturæ eſt dolor, nec eſt conſuetudo ſapientũ paſſiones naturaliter aduenientes alicui vocare dolores: planũ eſt autem, quòd fames & ſitis propter naturalia deſideria deficientis ſubſtantiæ naturales paſſiones ſunt oris ſtomachi, & ab ordinatione naturæ procedunt, propter ſaluationẽ indiuidui aut ſubiecti: dolor verò non eſt paſſio ſaluatiua ſubiecti.

Dolor qui[...] ſi.

¶ Secundò verò quod ſupponit hæc expoſitio, quod humiditas in ore ſtomachi ſit cauſa naturalis ꝑ ſe famis: ſcimꝰ autẽ, quod nemo ſapiẽtũ hoc dixit: Gal. n. 4. de morbo & accidẽti, vbi cauſas explicat naturalis famis, nullam rationem facit de humiditate, & omnes quidem conueniunt: quia frigiditas poteſt cauſare famẽ, & de humiditate quidẽ, inquãtum humiditas eſt, cõmuniter aſſeritur, quòd in ore ſtomachi defectũ appetitus, & nauſeam, & abominationẽ procurat: ſi autẽ famẽ excitet, hoc facit ratione frigiditatis, & aciditatis mouentis humiditates oris ſtomachi adhærentes: ſicut de melãcholia naturali, & de phlegmate acetoſo dicitur.

Dolor acc[...] tur largè [...] ſtrictè.

Pręterea 3. poteſt dici quoniã Gal. ſicut patet in textu, nõ dicit ſiccitatẽ & humiditatẽ eſſe cauſas famis & ſitis, ſed etiã quędã ſignificata per famẽ & ſitim ſub ratione deficientis, cũ dicit, quòd in fame eſt penuria ſicci, & in ſiti eſt penuria humidi: planè ergo ꝑ modũ loquẽdi inſinuat, quòd illa nõ fuit intẽtio eius. Exponẽdũ eſt ergo quòd ſicut ſuperiùs diximus, & valde eſt notandũ prudentia Gal. ex hoc, quod docuit dictorum ſuorũ experiẽtia ſumere in illo mẽbro, cuius paſſio frequẽtior eſt, & magis ſenſui manifeſta: tale ergo eſt orificiũ ſtomachi, quoniã eiꝰ paſſiones frequẽtiſſimæ, & quaſi quotidianę ſunt, & ipſum etiam eſt maximi ſenſus.

Vtrum humiditas ſit cauſa doloris per ſe.

Quamuis autẽ Gal. hîc aſſerat humiditatẽ eſſe cauſam doloris per ſe, dubitãt quidam nihilominus circa hoc, propter dictũ Auic. primo ſui canonis, vbi dicit, quòd humiditas nec per ſe, nec per accidẽs eſt cauſa doloris: & iterum dubitãt, quia Gal. dicit in 12. particula de ingenio ſanitatis, vbi loquitur de cauſis doloris, ſiccitatẽ quidẽ dicit eſſe cauſam doloris per accidens, & tamen nullam facit mentionem de humiditate: vnde inſinuare videtur, vt dicunt, quòd nec per ſe, nec per accidens ſit cauſa doloris, quod dictum abſolutè dicitur eſſe falſum. Quod autẽ humiditas ſit cauſa doloris per accidẽs, ſic patet: quoniã per ſe & per accidẽs ſunt duæ differẽtiæ, quæ cõueniunt enti, & ipſum immediatè diuidunt: igitur omni enti, ſiue recipiatur vt cauſa, ſiue vt effectus, cõuenit illud eſſe per ſe, vel per accidẽs: quapropter humiditas poterit eſſe cauſa doloris per ſe, vel per accidẽs.

Quomodo omni Enti conuenit per ſe vel per accidens.

Ampliꝰ quòd ſit cauſa doloris ꝑ accidẽs, ad oculũ patet: docet Philoſophꝰ 5. Meta. cap. de ente. quòd aliquid cõtingit alicui ꝑ accidẽs, quãdo cõuenit ei cui ineſt, ſicut Muſicus eſſe cõuenit Grãmatico ꝑ accidẽs, ideoq; cui cõuenit eſſe Grãmaticũ, cõuenit eſſe Muſicũ .ſ. homini. Arguitur ergo ſic. humori ſicco, cui ineſt humiditas, cõuenit eſſe cauſam doloris, ſicut ſapiẽtes ſcribũt de quolibet humore: ergo cõuenit humiditati per

ti per accidẽs. Quod autẽ per se cõueniat.s. humiditati causam doloris esse, iã per Gal. superiùs patuit, & per rationem iterum confirmatur: illud enim conuenit alicui per se, cui conuenit eius definitio, vel pars definitionis, sicut patet ex scientia posterio. & 5. Meta. sed humiditati conuenit definitio doloris, seu partes eius, vt effectus eius: ergo dolor poterit esse effectus humiditatis per se. Minor autem huius rationis patet, quoniã dolor, sicut ex superiorib. patet, est sensibilis apprehensio innaturalis permutationis, & exitus à qualitate dolẽtis corporis: & hoc intelligit Auic. quãdo dicit, dolor est sensus cõtrariæ rei.i. sensibilis apprehẽsio rei corrũpẽtis naturalẽ dispositionẽ à corpore: prior tamẽ definitio ꝓprior est. Sed planũ est, quoniã humiditas cũ sit qualitas sensibilis causare potest sensibilem apprehẽsionẽ mouẽdo sensum: & iterũ etiã corrũpere potest, siue etiã innaturaliter ꝑmutare à naturali dispositione corpus extrahere, quod patet ex hoc: quia qđ põt excedere respectu tẽperamẽti alicuius, & omne excedẽs tẽperamentũ alicuius est corruptiuũ illius, & innaturaliter permutãs ipsum: relinquitur ergo quòd põt per se causare dolorẽ. Propter hoc igitur & similia est sciendũ, q̃ dolor à Medicis quãdoq; accipitur largẽ, & absolutẽ.s. ꝑ sensibili apprehensione cuiuslibet innaturalis alterationis, vel cuiuslibet exit⁹ à naturali dispositione ad innaturalẽ: & hoc modo Gal. hîc loquitur de dolore, prout superiùs patuit: & simili modo accepit dolorẽ in omni loco, in quo humiditatẽ & siccitatẽ dicit esse causas doloris per se: sicut intelligitur 2. techni. Alio autẽ modo accipitur strictè .i. ꝑ graui, & acuta molestia: & secundũ hãc acceptionẽ prædicta definitio doloris nõ est sufficiẽs: quoniã isto modo dolor est sensibilis apprehẽsio nõ cuiuslibet exitus à dispositione naturali, sed fortis, & subiti. Isto autẽ secũdo modo Gal. loquitur de dolore in 12. particula magnæ artis, quod ꝑ eundẽ ibidẽ patet. Dicit.n. versus principiũ illius particulæ, quòd de dolore, & alijs accidẽtib. morbi agit: vel loquitur in illa particula, secundũ qđ sunt magis timorosa, q̃ ipsi morbi, vtpote, q̃ causare possunt syncopim aut defectionẽ virtutis, & hoc quidẽ nõ est, nisi prout sunt graues, & immoderatæ molestiæ. Dicẽdũ ergo, quòd si dolor primo modo accipiatur, humiditas potest esse causa eius ꝑ se, sicut superiùs fuit manifestum ex sciẽtia Gal. & sicut ratio cõfirmabat, & similiter potest esse causa ꝑ accidens, sicut ostẽdebat ratio supradicta. Si verò secũdo modo accipiatur dolor tũc dicẽdũ est, quòd siccitas & humiditas nõ possũt esse causa doloris ꝑ se, ita.s. quod gratia sui vel suæ virtutis, sicut mouẽtes immediatẽ substãtiã, adeo vt grauẽ, vel acutã vel intolerabilẽ molestiã patiatur: hui⁹ autẽ ratio est, sicut superiùs innuebat in textu auctor. q̃ nõ sunt fortis impressionis, sicut aliæ duæ qualitates sunt: ad hoc aũt, quòd acutã & grauẽ molestiã causent in corpore, oportet qđ alterẽt corpus subitò, & fortiter simul. Omnes autẽ qualitates possunt subito alterare, quoniã sicut Cõmentator ostẽdit 8. Physi. de qualibet qualitate potest accipi in motu alterationis aliquid, quo nõ est minus accipere: illud autẽ, quo minus accipi nõ põt, minimũ est & indiuisibile: hoc aũt nõ accipitur in tẽpore, q̃ iã acciperetur secũdũ pri⁹ & posteri⁹: & hoc fieri nõ potest, nisi diuisibile esset: ergo accipitur incõtinẽti & subitò. Ex quo patet quòd siccitas & humiditas possunt subitò alterare nõ tamẽ fortiter, sicut dictũ est, propterea quidẽ quia de virtute actiua modicũ habẽt cõparatione aliarũ duarũ qualitatũ: habẽt.n. de virtute actiua aliquid manifestẽ secũdũ cõsiderationẽ Medici, & ideo omnes has qualitates Medicus vocat actiuas, sicut patet ꝑ Gal. in techni, in illa parte: totius verò corporis habitudines, quamuis ꝑ excellentiã nihilominus ipse Medicus quandoq; vocat caliditatẽ & frigiditatẽ actiuas: alias verò duas passiuas, sicut facit in 7. megatechni. Nos etiã perfectẽ exposuim⁹ super ꝑdicta parte techni: q̃ aliter cõsiderat Medic⁹ has qualitates, q̃ faciãt Naturales: hic.n. cõsiderat eas secũdũ quod sunt principia generabilis mistionis corporis: in genere ratione autẽ corporis, tam simplicis quã cõmisti, caliditas & frigiditas sunt tantũ mouẽtes materiã ad formã.s. subtiliando, & ingrossando, rarificãdo & cõdensando, congelando & coagulãdo, &c. siccitas & humiditas nõ mouẽt nec permutãt materiã ad formã propria virtute, sed disponunt eã ad hoc, vt diuersimodẽ patiatur, & mouetur ab illis qualitatib. & disponũt q̃dẽ ad receptionẽ formarũ in mistis: & ideo rationabiliter vocat caliditatẽ & frigiditatẽ actiuas: alias verò passiuas, sicut patet ex principio 4. Metheororũ. In principio Medicus cõsiderat eas tantũ, secũdũ quod sunt principia sanabilis corporis, inquantũ tale: igitur quælibet istarũ qualitatũ propria sua virtute, sine auxilio alterius qualitatis, mouere põt, & permutare corpus à sanitate ad ægritudinẽ, & econtrario: sicut ostẽdimus superiùs de humectantib. & exiccantibus tẽperatis in caliditate & frigiditate: quoniã corrũpere possunt & restituere sanitatẽ ꝑ solã alterationẽ ab humiditate ad siccitatẽ factã, sicut etiã patet in fluxib. & cõstipationib. ventris: iccirco Medicus ostẽdens absolutẽ vocat actiuas quoniã oẽs habẽt ꝑ se potẽtiã imprimẽdi effectũ sanitatis, & ægritudinis in sanabili corpore: nihilominus imprimendo suos effectus fortes, iudicat absolutẽ caliditatẽ & frigiditatẽ esse actiuas fortes: alias verò debiles, sicut colligit per effectum rei sensibilis, quemadmodũ in ingenio sanitatis sæpius declaratur. Patet igitur ex prædictis, quoniã humiditas nõ potest esse ꝑ se causa doloris secũdo modo accepti. ꝑ accidẽs autẽ accipiẽdo accidens absolutẽ & vniuersaliter ꝑ quocũq; accidẽte, nemo dubitat quin possit esse causa hui⁹ doloris: huiusmodi.n. humor calidus, cũ est humiditas, potest esse causa acuti doloris, & sic humiditas erit ei⁹ causa ꝑ accidẽs, sicut superiùs cõcludebat ratio sũta ex doctrina Philosophi 5. Meta. Ad illud autẽ qđ dicitur in contrariũ auctoritate Auic.s. q̃ nec ꝑ se, nec ꝑ accidens est causa doloris, dicẽdũ, quòd in eo quod dicit, quòd nõ est causa doloris ꝑ se intelligitur de dolore secundo modo dicto, vel accepto. Aliter.n. illud verificari nõ potest, sicut ex ratione, & doctrina Gal. superiùs patuit. Et si dicatur quòd verba suæ definitionis nõ significant eum habuisse istum intellectum: cum .n. dicit, quòd dolor est sensus rei contrariæ, significatur quod loquitur de dolore primo modo accepto sicut superiùs patuit. Tunc dicimus, quòd illa definitio nõ importat hũc intellectũ, imo val-

Dolor quid sit.

Dolor accipitur large & stricte.

Exposuit techni.

Aliter Medicus & aliter Philosophicus agunt de qualitatibus primis.

de diminuta est, sicut superiùs docuimus, sed q̃a aliter dictum est, quòd negari nõ potest, dicem⁹, quòd in sequẽtibus in illo capitulo insinuat hoc, cũ dicit, quod siccitas nõ est causa doloris, nisi mediante solutione cõtinuitatis: dolor autẽ quẽ causat solutio continuitatis est dolor secundo modo acceptus: & sic, quamuis per istum modũ excusetur, quãtũ ad illud dictum de humiditate, tamen remanet adhuc in eo aliquid repræhẽsionis. Habemus ex hoc, quòd sua definitio nõ cõsonat intẽtioni, quã in sequẽtib⁹ partibus capituli videtur habere: nec est imputandũ errori trãsferẽtis, quia in omnib. libris Arabũ, quos inuenire potuimus sic inuenimus continere: nec similiter imputandum est defectui vocabulorũ in illa lingua, quoniam ad notificandũ dolorẽ secundo modo acceptũ scimus in eo copiosos esse sermones, & in illo q̃dẽ capitulo specialiter defectiuo intellectu nõ potest excusari omnino, maximè cũ imposuerit Gal. illud, quod ipse Gal. in de criticis diebus reprobat. s. quod mala cõplexio diuersa non causet dolorẽ, nisi soluẽdo cõtinuitatẽ. Iã. n. superiùs in hoc libro ꝑ doctrinã Gal. patuit, quod hoc nõ est de intentione ipsius, & clarius patebit inferiùs in hoc opere, vbi hãc opinionẽ directis sermonibus reprobat, quẽ passũ nõ videtur vidisse Auic. quãdo cõposuit canonẽ: sed scimus, quòd deceptus fuit ex verbis Gal. 4. de morbo & accidẽti, vbi subtilissimè & multum profundè locutus est Gal. de causis doloris, & delitiarũ: & videtur superficialiter illud, quod dicit Auic. intellexisse, cùm tamen sit omninò ab illo intellectu remotus, quẽadmodum patenter ostẽdimus: sed intellectus eius circa causas doloris, & illud, quod de his præscire est sciendũ, ex hoc tractatu perfectè colligitur, sicut expositio nostra perfectè declarat, neq; alibi de hac materia quicquã oportet inquirere. Ad illud autẽ quòd dicit Aui. s. quòd humiditas nõ est causa doloris per accidẽs, posito quòd loquatur de dolore secũdo modo accepto, quia aliter illud verbũ verificari nõ posset, dicemus quòd Aui. nõ loquitur de quocumq; accidente absolutè, sed de illo tantũ, per quod dicit siccitatẽ causare dolorẽ. s. de solutione cõtinuitatis. Similiter respõdẽdũ est ad illud qđ secũdo dicebatur ex Gal q. 12. particula megatechni loquẽs de causis doloris, nullã facit mentionẽ de humiditate, cũ tamen ibi dicat siccitatẽ esse causã eius ꝑ accidens, & sic insinuat quod nec per se, nec ꝑ accidẽs humiditas est causa doloris. Verũ quidẽ est, quia humiditas nõ est ꝑ se causa doloris, de quo diximus superiùs eum loqui, & tamẽ insinuat, quòd nõ est eius causa ꝑ accidẽs, intelligit similiter de hoc accidẽte, quod est solutio continuitatis: hoc. n. accidens tantum considerat Medicus in proposita materia, quoniã est principiũ variãdi, & regulãdi op⁹ curationis, aliud verò non: si humor. n. calidus causat dolorẽ acutũ scit Medicus, quòd ratione caliditatis causat illum dolorẽ per se, ad regulãdum op⁹ curationis nõ eget cõsiderare, quòd humiditas, quę inest illi humori, est causa per accidẽs, quãquã hoc verũ sit. Similiter posset dici de calore humiditatis, & sapore, & de odore, & de ceteris etiã qualitatib. eius: quia verũ est, quòd sunt causa illius doloris ꝑ accidens, nõ tamẽ est medicinalis ista cõsideratio, quia inutilis est ad opus: nõ. n. per hoc regula

Vtrum mala complexio diuersa causet dolorem solũ soluendo continuitatem.

tur in aliquo actus curationis: imò si penit⁹ ignoraretur hoc, non minus bene cõpleretur curatio canon. sed cõsiderari, quòd præter potentiam alterandi, quã habet humiditas, etiam procurat solutionẽ continuitatis, quod præter malã complexionem insuper est causa doloris, hoc idem præbet directionem ad opus cõpletum & rectũ: quoniã ex hoc Artifex iam colligit quòd opus est vti causis curatiuis diuersam virtutẽ habẽtibus, vtpote alterandi, & cõsolidandi. Hoc igitur est causa, propter quã diximus Gal. & Auic. intelligere de hoc accidente, quod est solutio continuitatis: quoniã dicunt vel insinuãt, quòd siccitas est causa doloris secundo modo accepti ꝑ accidens: humiditas autẽ nec per se, nec per accidẽs. ¶ Si quis autẽ obijciat, quòd humiditas propter subiectũ potest esse causa solutionis cõtinuitatis, & sic cõuenit ei per accidens. ¶ Dicemus quòd humiditati bene conuenit soluere continuitatem per accidens, quod est solutio cõtinuitatis, cõueniat ei esse causam doloris supradicti, eò quòd illud accidens non conuenit, nisi accidentaliter, sicut dicebatur. s. ratione subiecti, & ita haberemus dicere ad veritatem loquẽdo, quòd est causa doloris supradicti accidentaliter per illud accidens. Et hæc consideratio, quãuis vera sit, inutilis est Medico, quia cùm sciuerit Medicus, quòd subiectum humiditatis ratione suæ quantitatis soluit continuitatem, sufficit ei scire secundum hoc, quòd euacuantibus indiget tantùm: neque nocet Medico, quod ignoret, quòd humiditati cõuenit accidentaliter illud accidens, quod est causa doloris. Hęc est igitur ratio, & etiã intellectus Medici, quando dicit, quòd humiditas nõ est causa supradicti doloris per accidens. i. ꝑ hoc accidens, quod est solutio continuitatis, de siccitate tamen oportet scire eum, quòd sic: quia quantum ad hoc iam colligit quia causa alterãte iã indiget ad cõplendum actũ curationis, & quãtũ est ex hac consideratione nõ est ei necessaria causa euacuãs. Quod autem illud accidens. s. solutio continuitatis cõueniat siccitati, & nõ humiditati absolutè, patet ex hoc: quia siccitati conuenit per naturam, humiditati verò nõ: & siccitati quidem conuenit, nõ vt agenti, sed vt disponenti ad passionem: naturalis. n. inclinatio siccitatis est disponere subiectum ad hoc, vt alteri nõ adhęreat. Ex se igitur, siue ex sua naturali inclinatione disponit ad solutionem cõtinuitatis: humiditas verò sua inclinatione disponit ad contrarium, ex quo patet, quòd non conuenit ei solutio continuitatis nisi accidentaliter, vt est dictum, & nõ ex se, ex sui natura: & iccirco proportionata materia attribuitur eis à Medicis absolutè: sed attribuunt siccitati, cũ inter qualitates passiuas seu debilis impressionis solum ei conuenit ex sui natura, humiditati verò nisi per aliud, & ꝑ accidens, vt per subiectum, quo etiã modo posset aliter conuenire siccitati, sed sicut diximus de tali accidente nõ curatur à Medico in materia proposita. Ad rationem autem sumtã ex definitione doloris, iã ex superioribus respõsio patet, quoniã illa ratio bene concludit de dolore primo modo sumto, sicut fuit concessum superiùs, sed de dolore secundo modo sumto, non, propterea quia ista definitio doloris, per quã arguebatur, non est sufficiens, seu cõpleta respectu doloris secundo modo sum-

Obiectio.

Solutio.

do sumti, vt superiùs docuimus: & ista propositio, scilicet cuicumque conuenit definitio, & definitum, non habet veritatem, nisi definitiones sufficientes fuerint & completæ. Post hoc autem sequitur vltima pars, in qua explicat Gal. naturam causarum soluentium continuitatẽ, dicens, quòd cùm in membro fiat impressio ab eo quòd pungit aut corrodit, tunc euentus passionis. i. doloris est propter solutionem continuitatis: quasi dicat causæ soluentes continuitatem sunt aut pungentes aut corrodentes, &c.

Capitulum V. in quo determinat Gal. de accidente, quod sequitur malam Complexionem diuersam in musculo, scilicet de febre.

CVmque calor sanguinis, qui est in mẽbro apostemoso, fuerit calor quietus, & fuerit sanguis, quẽ totum cõtinet corpus æqualis cõplexionis, forsitan nõ accidet ei vt calefactione mẽbri infirmi calefiat corpus: & cũ caliditas sanguinis quæ est in membro apostemoso, fuerit caliditas fortis calefiet corpus fortitudine ebullitionis eius: & cùm fuerit, vt sanguini, quem totum cõtinet corpus, dominetur cholera, tũc nõ stat, quin calefactione eius superflua calefiat totũ corpus Et quantò plus fuerit id cũ vtręq; res aggregentur. f. ita vt sanguis, qui est in mẽbro apostemoso, sit fortis caliditatis: & in sanguine, qui est in corpore, dominetur cholera. Primũ verò quod ex sanguine calefit, cùm in eo superfluit calefectio, est sanguis, qui est in venis pulsatilibus, propterea, quod in natura sua est calidior & natura spiritus ꝓpinquior: deinde post ipsum sanguis, qui est in venis non pulsatilibus. Si ergò mẽbrũ apostemosum propinquum fuerit aliquibus visceribus sanguine abundantib. quẽ cõtinent, erit caliditas eius recurrens velociter ad sanguinem, quẽ totũ continet corpus. Et vniuersaliter dignius est, vt calefiat antè omnis res, quæ velox est ad resoluendum, aut in natura sua est calida. Et similiter primum quidẽ, quod infrigidatur ante, etiã est res quæ velox est ad resoluẽdum, aut in natura sua est frigida: velocius autem ad resoluendũ ex eis, quæ in corpore sunt, est spiritus propter illud quod est eis subtilior, & tenuior, & calidius, quod est in corpore, est cholera rubea: & frigidius, quod est in corpore, est phlegma. De reliquis autẽ humoribus sanguis calidior est post phlegma. Et cholera quidem facilè resoluitur, & velociter ab omni, quod in eã agit: melancholia verò laboriosè, & tardè vel violenter resoluitur, & vniuersaliter quidem omne qđ est subtile & tenue, est velocis resolutionis, & omne qđ est grossũ & spissum, est tardę resolutionis: quapropter oportet, vt sit eueniens apostematũ resolutio plurimũ diuersa, ꝓpter diuersitatẽ dispositionis corporis. Primò autẽ quoniã humor, à quo prouenit apostema, aut erit augmentatæ caliditatis, aut diminutæ caliditatis: deinde post illud quoniã putrefactio eius non erit nisi secũdum naturam ipsius, & secundum superfluitatem retentionis eius, aut paruitatem retentionis eius in interioribus: nam illius quod expirationem non habet velox erit putrefactio & illud quidem in omnibus rebus extrinsecis inuenitur, quod si conuenerit in hoc, quòd sit eius complexio calida & humida, erit illud magis adiuuãs ad hoc vt eius putrefactio velox sit. Et membrũ etiã, in quo est apostema, aut erit propinquum visceribus sanguine abundãtibus, aut ab his remotum: nam & in sanguine toto etiam superabũdat cholera, aut melancholia, aut phlegma aut ventositas: & omnes quidẽ istæ res alias dispositiones diuersificãt paucitate, & multitudine. Oportet ergo necessariò, vt sit resolutio plurimæ diuersitatis cum vnum comparatur alij, aut cùm comparatur sibiipsi.

Quid sit calidius & quid frigidius in corpore.

Quod expirationem non habet velociter putresit.

TERMINATA prima parte in qua agit Gal. de mala complexione particulari, hic sequitur pars in qua descẽdit ad loquẽdũ de vniuersali, secũdũ qđ exigit tractatus præsẽs. In hoc .n. tractatu (vt diximus superiùs) intẽdit ostẽdere q̃ sit natura malæ cõplexionis diuersę, & qualiter etiã, & à quib. causis in genere introducatur in corpus. Circa hoc autem sic procedit: primò ostendit, qualiter mala complexio diuersa calida, & à quibus causis in totum corpus proueniat: secundò verò manifestat illud de frigida ibi (& quemadmodũ febris accidit à caliditate Solis, &c.) ¶ De siccitate autem & humiditate non facit mentionem inter malas complexiones diuersas vniuersales, cuius ratio est: quia humiditas & siccitas non causant malam complexionem diuersam in toto corpore. Mala enim complexio sicca aut humida non prouenit in toto corpore subitò, immò valde paulatinè, & lentè, nec etiam fortiter, quoniam ipsæ qualitates, vt dictum est superiùs, non sunt fortis impressionis: subitò autem mala complexio sicca aut humida totum corpus occupare non potest, propter multimodam difformitatem membrorum: & quia ipsæ sunt valde debiles in agendo, vnde quandò aduenit toti mala complexio sicca aut humida, trahit in malam æqualem, sicut patet. In phthisi de siccitate manifestum est, & in hyposarca de humiditate;

Humiditas & siccitas nõ causant malã complexionẽ diuersam in corpore.

in illis enim dispositionibus propter siccitatē aut
humiditatem non dolet corpus manifestè in to-
to:in hyposarca autem quamuis doleant mem-
bra propter tensionem, quam facit subiectum hu
miditatis, scilicet aquositas phlegmatica, non ta-
mē ratione ipsius qualitatis sentitur afflictio ma-
nifesta in toto corpore. Et propter hoc tales ma-
las complexiones, inquantum vniuersales sunt,
æquales iudicātur potius, quàm diuersæ, & ideò
circa eas in actu curationis sumatur forma ope-
rādi, quam ars seruare docet in mala complexio-
ne æquali, & differenter ab ea, quæ est diuersa. Et
quia superiùs promisimus, nos hanc diuersitatē
hîc tāgere ꝓpter bonitatē doctrinę: iccirco notā-
dū est, quòd in mala cōplexione ęquali substātia
liter membra debiliora sunt, quàm in mala com-
plexione diuersa: propterea quia qualitas corrū-
pens fortius membris inhæret: & ideo ars medici
næ docet circa curationem malæ complexionis
æqualis aliqua seruare, de quib. nulla, aut minor
multa cōsideratio habetur in curatione malæ cō
plexionis diuersæ. Vnum quidem est, vt euitētur
fortiter & subitò alterātia, quoniā faciliter vel fa-
cillimè totaliter virtus mēbri resoluetur, sed pau
latim & suauiter alterantib. docet vti in omni mē
bro comparatione malæ complexionis in eodē.
Aliud est vt per alios aliquos modos, & per alte-
rationem malæ complexionis ęqualis cōfortetur
membrū conuenienter: sicut per ea, quæ ex pro-
prietate hoc faciūt, aut per potentiā laudabiliter
nutriendi, de quibus in mala cōplexione diuersa
& maximè quando est in membris, quæ nō sunt
nobilis actionis, aut iuuamenti, non curatur om-
ninò. Imò quando in illis membris est mala com
plexio æqualis docet ars ea penitus remouere à
corpore, ne cætera corrumpantur, quod nō facit
in mala complexione dum adhuc est diuersa: dē-
tes enim ab ore, & ossa ex locis fistulatis docet ars
medicinalis auferre, quando iam in eis est mala
complexio infixa: quod nullatenus facit quando
mala complexio est diuersa, & tanquam volitans
supra membrum, taliter enim, & multum bene,
vocat eam Aui. in tractatu suo de viribus cordis.
Talem igitur formam operandi circa malā com-
plexionem æqualem volunt seruare periti Medi-
ci circa curam malę complexionis siccę in phthi-
si, & humidæ in hyposarca: de his autem modis
narrandi opus in hac, & in illa mala complexio-
ne copiosam doctrinam insinuat Gal. in de inge-
nio sanitatis. ¶ Redeuntes igitur dicamus, quòd
in prima parte Gal. duo principaliter facit, primò
ostendit qualiter calor innaturalis febrem forma
liter constituens, prouenit à membro, quod pa-
titur calidum apostema ad totum corpus, ipso ca
lido apostemate existente causa cum originali: se
cundò verò explicat alias causas febris ibi (Re-
deamus igitur, &c.) In prima iterum facit duo:
quoniam primò ostendit principaliter modum
multiplicationis malæ complexionis calidę à mē
bro apostemato ad totum corpus: secundò verò
ostendit quòd diu durare potest sub ratione ma-
læ complexionis diuersę ille calor vniuersalis ibi
(Verumtamen in huiusmodi feb.) In prima autē
intētio Gal. est explicare causas multiplicationis
caloris extranei ab illo mēbro ad totum corpus:
& causas intensionis, & remissionis ipsius, siue in
diuersis corporibus, siue in diuersis membris v-
nius corporis. Circa quod sic procedit, primò ex-
plicat illas causas, & manifestat propositum, quā
tum ad diuersitatem causarum: secūdò verò quā
tum ad diuersitatem membrorū vnius corporis
ibi (Et hæc quidem omnia sunt causa, &c.) In pri
ma parte iterum duo facit, primò explicat causas
multiplicationis prædictæ qualitatis in totum
corpus, & etiam intensionis eius, in ipso, siue ostē
dit possibilitatem prædictarum: in parte verò se-
cunda ostendit ordinem & modum istius multi-
plicationis ibi (Primum verò ex cholera.) Inten-
dit ergo in parte prima quòd ꝓpter apostema su
pradictum, scilicet phlegmonem, aliquando ma-
la complexio diuersa calida in toto generatur, ali-
quando non: cuius ratio est, sicut insinuat, quo-
niā ad hoc, qđ calor apostematis vnius mēbri in
troducat calorem in totum corpus, necessarium
est ipsum esse fortem, & sufficientem, & sanguinē
totius corporis esse dispositum ad suscipiendum
illius caloris excessum: & hoc est, quod intendit
cùm dicit, quòd si calidus sanguis, qui in mem-
bro apostemato fuerit quietus, id est, remissus ei
fuerit sanguis, quem toto continet corpore æqua
lis complexio temperatæ complexionis, forsitan
non accidet ei, scilicet corpori, vt calefiat calefa-
ctione membri infirmi, scilicet vt ita excellenter
sicut membrum infirmum. Ideò autem dicit, for
sitan: quoniam sanguine totius corporis existen-
te temperato secundum naturam corporis, possi
bile est calorem apostematis peruenire ad totum
corpus, quamuis etiam valde fortius non sit, ver-
bi gratia, sicut in corporibus puerorum aut infan
tium potius: in his enim, quamuis apostema ca-
lidum sit in membris remotis à corde, & ipsi e-
tiam secundum naturam sanguinem habent tē-
peratum, tamen propter paruitatem membro-
rum, causantem modicam distantiam de facili,
peruenit excessus caloris ad cor, & inde ad to-
tum corpus. In corporibus autem adultorum, si-
cut iuuenum atque senum, nequit hoc fieri pro-
pter contrariam causam, & multò minus, si san-
guis totius corporis ad frigiditatem declinet, si-
cut phlegmaticus: in ipsis etiam adultis, quamuis
sanguis totius sit naturaliter temperatus, tamē
si apostema calidum sit in membris valde vicinis
cordi, de facili poterit supercalefieri totum cor-
pus. Hæc est igitur causa propter quam dixit,
quòd cùm calor apostematis sit remissus, & san-
guis totius corporis est temperatus: forsitan, id
est, possibile est, quòd non supercalefiet totū cor
pus: ideò enim ponit sub dubio, quia potest acci-
dere contrarium, sicut ostendimus: si tamen sit
contrario modo, necessarium est vt corpus forti-
ter calefiat. Et hoc est, quod intendit, cùm dicit,
quòd si calor sanguinis membri fuerit fortis, ca-
lefiet totum corpus, propter fortem ebullitio-
nem sanguinis in membro apostemato, supple,
quamuis sanguis totius corporis fuerit naturali-
ter temperatus: similiter calefiet corpus calefa-
ctione superflua, id est, fortiori, si sanguini, quem
corpus continet, cholera dominetur. Et hoc est,
quod intendit per hoc, quòd dicit, tunc non stat,
quoniam, &c. quamuis supple calor sanguinis,
qui est in membro apostemato, remissus fuerit,
multò autem fortius illud fit, si ambo supradicta
concur-

Forma operandi in cura malæ complexionis æqualis differt ab ea quæ in mala complexione diuersa.

concurrant: & hoc est, quod intendit cùm dicit: (& quanto plus fiet istud, cùm vtræque res aggregantur, &c.) Vsque nunc ostendit possibilitatem multiplicationis caloris extranei à membro apostemato ad totum corpus, & possibilitatem intensionis & remissionis ipsius intendens in summa: quia eorum causa sunt fortitudo vel debilitas alterantis, sicut est sanguis membri apostemati, & dispositio alterabilis corporis. Sic enim per diuersitatem istorum duorum diuersificantur corpora, quantum ad susceptionem caloris extranei à membro apostemato, per totum corpus, & quantum etiam ad intensionem & remissionem ipsius in diuersis corporibus: sicut enim ex verbis auctoris patet, vt exposuimus corpora calidiora, quæ intelligit per corpora sanguinem calidiorem habentia, citius & intensius inflammantur per totũ: contraria verò econtrario. Post hoc verò ordinem & modum prædictæ multiplicationis ostẽdit, circa quod primò facit hoc: secundò verificat per rationem dicta sua ibi (Et vniuersaliter est, &c.) In parte prima iterum primò explicat ordinem: secundò verò modum ibi (Si ergo membrum.) Dicit ergo in parte prima, quòd quando superfluit calefactio in eo. s. in corpore, & quando superflua caliditas occupat ipsũ, siue apostema calidũ alicuius mẽbri immoderatè calefaciens sanguinem corporis, quem gratia exempli ponamus esse cholericum, tunc supercalefit sanguis corporis ab illa cholera, quę dominatur in eo: & quẽ diximus supercalefieri à sanguine apostematis secundum hunc ordinem, quòd primum quod calefit ex cholera. i. ille sanguis, in quo primò caloris excessum imprimit illa cholera, est sanguis, qui est in venis pulsatilibus, cuius rationẽ assignat, quia calidior est & propinquior est naturę spiritus: quę autẽ natura ista sit, statim declarabit: deinde post ipsum. s. sanguinem arterialem supercalefit supple sanguis, qui est in venis non pulsatilibus. Est autem intelligendũ hîc, quòd quamuis Gal. loquatur hîc in exemplis rerum particularium, tamen res vniuersales docet more Hipp. & omnium sapiẽtum: vnde quamuis loquatur particulariter in hac alterante seu calefaciẽte, quod est cholera, & in hoc alterabili quod est sanguis, tamen intẽtio eius est vniuersalis, scilicet quòd à supercalefaciẽte aut quomodolibet alterante corpus illud primò recipit excessum caloris, aut cuiuslibet qualitatis, quòd magis dispositum est ad illud: verbi gratia, cùm in corpore citius alterentur humores, quã membra, & sanguis citius calefiat, quàm membra: primò supple sanguis, qui magis est dispositus ad recipiendum excessum caloris, similiter intelligendum est inter membra, quòd illa primò i. citius, quæ magis disposita sunt ad hoc: & similiter sicut de caliditate dicitur, ita intelligendum est de qualibet qualitate. Quòd autem tam vniuersalis sit intellectus eius, patebit per rationẽ, qua vtitur paulopost. Si quis autem dubitet de hoc quod dicit, quòd cholera primò calefacit sanguinem arteriarum, quã venarum nõ pulsatilium, cũ tamẽ cholera misceatur sanguini venarũ nõ pulsatiliũ, & alijs nõ: omne autẽ agẽs agit citius in sibi propinquũ, quã in distãs. Dicẽdũ qđ Gal. de cholera nõ loquitur ibi assertiuè, sed gratia exẽpli: vnde per cholerã intelligit superfluè calefaciẽs, sicut est sanguis apostematis: sed ideò nominat cholerã, q̃a manifestior est in eis calefaciendi potentia, quã in cæteris humorib. sicut iam paulopost ipse docet. Vel dicendum, quòd quamuis in sanguine venarum citius agat propter propinquitatem, tamen sanguis arterialis plus recipit impressionẽ per aptitudinẽ: nõ. n. incõueniens est effectum alicuius agẽtis citius manifestari & fortius in remoto, tamẽ ad determinatã distãtiam, quã in propinquo, propter aptitudinẽ patiẽtis subiecti. Videmus. n. ab igne citius liquari ceram, quamuis ab eo distet aliquãtulũ plus, quàm plumbum: cùm tamen vtrũque liquabile sit ab igne. Sic ergo intelligẽdum est in proposito cùm dicitur, quòd sanguis arterialis citius calefit à cholera. i. citius recipit effectum calefacientis superfluè, quãuis etiã agat in sanguinem venarũ nõ pulsatiliũ. Potest etiã dici quod illud intelligitur de diuersa cholera secũdũ numerũ, ita quod ad sanguinẽ venarum nõ pulsatiliũ tantũ referatur cholera eidẽ sanguini commista: ad sanguinem verò arteriarum cholera est dominans in ipso sanguine arteriarum. Non. n. verum est quòd cholera, quę in sanguine corporis dominatur, solũmodo misceatur sãguini venarũ, & nõ arteriarũ, imò ex quo sanguini totius corporis dicitur dominari cholera, proculdubio ipsi sanguini arteriarũ aliqua portio proportionaliter dominetur. Vnde etiã est, quòd sapiẽtes ipsum cholerĩ cũ dicũt, cõparatione sanguinis aliarũ venarũ, cũ sit calidior & subtilior eo: sicut. n. inquit Gal. de virtutibus naturalibus: arterię à venis trahũt sanguinẽ, & communis est transitus à venis ad arterias, cuius signum est, quia si aliqua magnarũ arteriarũ incidatur, totus sanguis corporis vel cæterarum venarũ effluet inde. Cùm ergo dicitur quòd ex cholera citius calefit iste sãguis quã ille, intelligendũ est ab illa cholera secundum speciẽ, nõ secundum numerum: imò ille & ille sibi commista similiter. ¶ Post hoc verò sequitur pars, in qua modũ explicat multiplicationis p̃dictę qualitatis in totum corpus, per hoc. n. manifestabitur causa proxima & immediata eius: per ea. n. quæ dixit, non cõprehenduntur nisi causæ originales & remotæ. Dicit ergo quòd quando cõtingit, qđ membrũ apostematũ est propinquũ aliquibus visceribus: Circa quod notandum est, quòd per viscera intelligit membra, quæ intra clybanũ cõtinentur. Dicitur autem clybanus tota cõcauitas illa quæ est à furcula colli, vsq; ad pudenda, & continet spiritualia membra & nutritiua. Dicit ergo quòd si mẽbrum apostematũ fuerit propinquũ visceribus, non quibuscumq;, sed abundantibus sanguine, quem continent, velociter recurret caliditas. s. apostematis ad sanguinẽ, quem cõtinet totum corpus. His autem sermonibus Gal. multum subtiliter & propriè veritatẽ insinuat suæ intentionis: planè enim insinuat quòd cùm calor apostematis ad aliquod prædictorum viscerum peruenerit mediante sanguine, scilicet venarũ & arteriarum, sicut diximus, de facili occupat totum corpus. Ex quo planè colligitur, quòd causa proxima illius multiplicationis est supercalefactio alicuius viscerum supradictorum, quod membrum vt vniuersalem faciat impressionem, necessarium est, quòd sit membrum, cuius

Dubitatio: Vtrùm cholera plus calefaciat sanguinem arterialem, quàm venalem. Solutio.

Clybanus.

actio sit aliquo modo toti vniuersalis, vtpote to-
tius corporis dispositiua. Quale verò sit illud mẽ
brũ, proprijs sermonibus determinat, cùm dicit:
visceribus sanguine abundantibus, quem conti-
nent. i. ad quem continendum concauitatibus
suis naturaliter ordinantur: nõ enim dixit tãtum
visceribus abundantibus sanguine, sed adiunxit,
quem continent intra clybanum: nec in alijs re-
gionibus corporis non sunt membra adeò san-
guinea, seu sanguine abundantia, quem naturali-
ter in concauitatibus substantiæ propriè conti-
nent, nisi cor, & hepar, & præcipuè cor: ipsum. n.
teste Gal. in fine primi de cõplexionibus, est om-
nibus membris magis sanguineum, & post ipsum
hepar: propterea nullum membrum secundũ ve
ritatem in concauitatibus propriè substantiæ cõ
tinet sanguinẽ tam abundãter & tã manifestè, si-
cut ipsum cor. De hepate. n. sensui manifestũ est,
quia tota eius concauitas manifestè contexta est
capillaribus venis: vnde hîc in sermonibus suis
insinuat Gal. propriè nõ cõuenit, nisi cordi. Vnde
etiã est, quòd dato, quòd extraneꝰ calor mediãte
sanguine venarũ & arteriarum prius ad hepar su
peruenerit, non tamen ab ipso immediatè super-
calefit sanguis totius corporis, siue corpus: imo
oportet ipsum ad substantiã cordis antea perue-
nire. Et hoc quidem cõfirmatur ex doctrina eius
in fine primi de complexionibus, vbi dicit, quòd
sanguis non acquirit caliditatem, nisi à corde: &
iterum directius, quantum ad propositam mate-
riã, in secũdo de morbo & accidenti, vbi ostendit
qualiter ab vno mẽbro in totum corpus multipli
catur calor extraneus, & vtitur hoc sermone: ca-
lor à mẽbro, in quo est putredo, capit exordium,
deinde ab eo ad mẽbrum vicinũ distẽditur, & ab
illo ad aliud, & sic successiuè, donec perueniat ad
mẽbrum, quod est caloris naturalis initiũ, & fun
damentum. s. cor, quo supercalefacto, postea totũ
corpus vnum efficitur cũ eo in passione. i. in par-
ticipatione caloris extranei passionem inferẽtis:
quo autẽ à corde omnia mẽbra corporis cætera
supple mittantur, ostendemus inferiùs. Patet igi
tur ex prædictis modus multiplicationis prædi-
ctæ qualitatis in totum corpus: & tunc sequitur
pars, in qua verificat dictum suum per rationem
extẽdẽdo ipsum. Fuit autẽ dictum eius superiùs
quòd sanguis arteriarum citius calefit, quàm san
guis venarum, propterea quia calidior est, & na-
turæ spiritus propinquior, in quo diximus & su-
periùs hoc vniuersaliter intelligere in omni alte-
rabili à qualibet qualitate; quod manifestat per
dicta eius hîc, vbi dicit, tam de frigiditate, quàm
de caliditate. Ad veritatem illius dicti intendit v-
niuersaliter hanc rationem. s. quòd omne illud al
terabile citius alteratur à quolibet alterãte, quod
ei similius est in qualitate, aut passibilius in sub-
stantia: sed in humano corpore, de quo est consi-
deratio medicinæ, quædam sunt similiora in qua
litate calefacientibus, quædam verò infrigidan-
tibus: & quædam passibiliora in substantia, quæ-
dam minus: ergo in humano corpore ea citius ca
lefiunt, quæ calidiora sunt, aut passibiliora in sub
stantia. & illa citius infrigidantur, quæ frigidiora
sunt aut passibiliora sunt in substantia. Huius au
tem rationis maiorem supponit: sed conclusionẽ
explicat hîc, & minorem manifestat: & primò fa-

Cor omnibus membris est magis sanguineum.

A cit primum, & secundò secundum ibi (Velocius
ad resoluendum.) In prima iterũ primò explicat
conclusionem, quãtum ad caliditatem: secundò
quantum ad frigiditatem ibi (Et similiter.) Dicit
ergo in parte prima & vniuersaliter, quasi dicat,
qđ diximus in hoc calefactibili, qđ est sanguis, v-
niuersaliter verũ est in omni calefactibili. s. qa di-
gnius est, vt calefiat, supple citius omnis res quæ
velox est ad resoluendum. i. passibilior, in substan
tia videlicet, sicut dicit paulopost, quia subtilior
B & rarior, qualis est spiritus: aut in natura sua est
calida quasi, aut quia est calida in naturali cõpo-
sitione: deinde dicit, & similiter primum quod in
frigidatur, quasi dicat, & vniuersaliter verum est,
similiter non tantùm in calefactione, sed etiam in
infrigidatione, quòd illud infrigidatur, aut quod
est, &c. Et quia in his duabus qualitatibus dictũ
est ad exemplum in alijs duabus qualitatibus in
telligendum est, sed in illis quæ manifestiores ha
bent effectus, facit exemplariter mentionem, ta-
C les autem sunt caliditas & frigiditas, sicut dixi-
mus superiùs, vbi de causis doloris loquebatur.
Post hoc verò sequitur pars, in qua minorẽ præ-
dictæ rationis manifestat: primò faciens hoc: se-
cundò infert ex dictis suis corollarium valdè vti
le in præsenti cõsideratione ibi (Quapropter o-
portet.) In parte autem prima manifestat diuersi
tatem, seu differentiam eorum, quibus maximè
corpus ad alterationes disponitur: primò naturã
spiritus explicans, secundò humores ibi (Et cali-
D dius quod est in corpore, &c.) Intẽdit ergo in par
te prima quòd eorum, quæ in corpore sunt, nihil
est ratione substantiæ passibilius, quàm spiritus,
propter hoc quia cæteris est subtilior & tenuior:
& hæc est illa natura de qua intelligebatur supe-
riùs, sanguinẽ arteriarũ ei possumus potius assi-
milare, quàm sanguinem aliarum venarum: dein
de de humorib. primò tangit differentiã quantũ
ad qualitates: secundò verò quantum ad substan
tiã ibi (Et cholera qdẽ facile, &c.) Dicit ergo pri-
E mò quòd calidius, qđ est in corpore, est cholera,
rubea & post ipsam sanguis: & frigidius quod est
in corpore est phlegma, & post ipsum melancho-
lia. Et intelligo qđ hic loquitur de naturalib. hu-
morib. quibus potest disponi sanguis venarũ per
totum corpus, de quo fecit superiùs mentionẽ.
❡ Contra aũt hoc est quod dicit Aui. in primo ca.
de complexione mẽbrorum. s. quòd calidius, qđ
est in corpore, sunt cor & spiritus: de cholera ve-
rò nullã facit mentionẽ, sicut nec Gal. in fine pri-
F mi de cõplexionibus, vbi specialiter de cõplexio-
ne partium corporis loquitur: de quo valde mirã
dũ, qđ hîc dicit Gal. cholerã esse calidiorẽ omni-
bus, quæ reperiuntur in corpore. Propter qđ ad-
uertẽdũ est, quòd in prædictis locis illi sapientes
nõ loquũtur de cõplexione corporis, nisi ꝑut sũt
aliquo modo principium, & causa naturalis com
plexionis, siue tẽperamenti corporis: tẽperamen
tũ autẽ humani corporis naturaliter declinat ad
caliditatẽ & humiditatẽ: & iccircò inter humores
G ibi nõ facit mẽtionẽ, nisi de sanguine & phlegma
te: quoniã hi sunt aut principiũ sufficientis calidi
tatis in toto: sicut sanguis cõprehendẽdo cordia-
lem, hepaticum, arterialem & venalẽ: aut princi-
piũ remissæ caliditatis in aliquibus mẽbris sicut
phlegma & melãcholia sũt etiã sufficiẽs principiũ
humi-

Vtrum calidius quod est in corpore sit cholera.

humiditatis,& in toto& in partibus,cùm adinuicem proportionaliter commiscentur. Si igitur inter componentia corporis prout principia sunt naturalis temperamenti totius,cõsideretur quid calidius,proculdubio patebit,quòd spiritus.s.vitalis,& cor,in quo generatur,est calidius, & hæc fuit consideratio Gal. & Auicennæ in prædictis locis:hîc autem Gal.non loquitur de cõplexione membrorum & humorum, nisi quantum dispositiuè vel effectiuè potest esse principium distemperamenti,vel innaturalis cõplexionis totius,& secundum hoc nihil potest esse in corpore principium maioris caliditatis,quã cholera: aut intensioris frigiditatis,quã phlegma. ¶ Si quis autẽ obijciat,quòd melancholia comparatur ad alios humores,sicut terra ad alia elementa:ergo sicut terra est frigidissima respectu aliorum elementorũ, similiter melãcholia naturalis respectu cæterorũ humorũ naturaliũ.Itẽ Aui.inquit primo can. ca. de qualitate generationis humorũ, qđ frigiditas generat phlegma:excellẽs autẽ frigiditas generat melãcholiã:ergo erit frigidior phlegmate, cum à fortiori frigore generetur:& cõstat,qđ illa melãcholia nõ est innaturalis, quoniã nõ generatur ꝑ viã adustionis. Præterea omnes sapientes conueniunt in hoc, quòd phlegma acetosum frigidius est naturali:sed ipsi dicũt ipsum vno modo generari ex cõmistione melãcholiæ cũ phlegmate naturali:ergo necessario oportet, quòd melãcholia, q̃ præbet ei ampliorẽ frigiditatẽ.sit frigidior ea:illa aũt melãcholia nõ est innaturalis, quoniã oẽs innaturales minus frigidę sunt naturali,eò quòd per viã adustionis sunt generatæ,& sic à fortiori calore passæ sunt q̃ naturalis,quæ à tẽperato calore generatur:ergo est naturalis. Vlterius oẽs etiã cõueniũt in hoc,quòd in quartana vera melãcholia naturalis in initijs paroxismorũ causat frigus cũ forti tremore & cõcussione,& etiã stridore dẽtiũ,vt experimur,hoc esse verũ ad sensum:in quotidiana verò naturali tremor & stridor dentium nõ causãtur à phlegmate:vnde videtur quod melãcholia naturalis frigidior sit phlegmate naturali,cui⁹ cõtrariũ asserit hîc Gal.& etiã in secũdo de cõplexionib.vbi dicit, qđ omniũ eorum,q̃ in corpore sunt frigidius & humidius, est phlegma.Et hoc quidẽ est verũ,qđ etiã Medic⁹ colligit, tũ ex causis, tũ etiã ex effectibus.s.semper .n.videmus quòd ea materialia,ex quib. phlegma generatur, frigidiora sunt inter materialia ciborũ adinuicem ꝓportionaliter cõparata: nã inter plãtas olera vt plurimũ,ex quib. phlegma generatur, sunt sicut atriplices & bliti, & tamẽ frigidiora sunt legumīnib. ex quib. melãcholia generatur: itẽ pisces frigidiores sũt,q̃ carnes syluestriũ quadrupedũ: ex illis tamẽ phlegma generatur,& ex istis melãcholia.De efficiẽtibus autẽ causis etiã manifestius est quoniã sẽper à debiliori calore phlegma generatur in mẽbris,sicut patet in senib. Melãcholia autẽ à tẽperato calore,sicut est naturalis:vt bene primo can.recitat Auic.aut ab immoderato valde sicut innaturalis. Sed illud quod efficaci⁹ ꝓbat, & etiã quod magis cõtendit Medicus,sunt effectus: videmus.n.frigidissimos morbos vtplurimum à phlegmate generari,rarò aũt melãcholia generat adeo frigidos:congelatio,stupor,paralysis, epilepsia & apoplexia,q vtplurimũ à phlegmate gene-

Virum frigidius quod est in corpore sit phlegma.

A rãtur,morbi sunt in quib. manifestius & excellẽtius corpora infrigidãtur,q̃ in melãcholia,vt elephãtia aut scyrrho,aut varicib. Cùm autẽ obijcitur,quòd in quartana vera videmus frigus causari,cũ forti tremore & cõcussione mẽbrorũ,& stridore dentiũ,quæ tamẽ in vera quotidiana phlegma nõ causat. Dicimus quòd verũ est, quòd ibi sunt talia accidẽtia,nõ in vera quotidiana:sed tamẽ nõ ideo fortius est frigus in vera quartana, q̃ in vera quotidiana.Nec est existimandũ quod ꝓ B pter fortius frigus ibi causentur, imò secundũ veritatem in quotidiana sentitur frigiditas intẽsior à corpore patientis:& hæc est intẽtio sapientum quãdo dicunt,quòd quotidiana in principio paroxismi causat verũ frigus aut purũ:& adeò forte, sicut si corpus niue vel glacie frãgeretur: queadmodum Isaac dicit,in hoc tam forte frigus,pro tãto dicitur verum aut purum, quoniam causatur ab impressione phlegmatis fortiter infrigidantis, & non à fuga caloris naturalis: hoc enim modo C & in tertiana & in omnibus alijs febribus interpolatis potest causari frigiditas in principijs paroxismorum.Et ad hoc notandũ signanter dicũt sapiẽtes in quotidiana causari purum,aut verum frigus,& forte,nunquã autẽ dicunt hoc in quartana aut in alijs febribus interpolatis fieri: quoniam etsi forte frigus appareat in quartana, illud non causatur penitus à virtute infrigidantis humoris, immò magna ex parte causatur ab occultatione naturalis caloris, qui potius in hac fe- D bri occultatur,& fugit,cùm spargatur melancholia supra mẽbra sensibilia: propterea quia præ cæteris humoribus naturæ horribilior est, & magis actionibus vitæ cõtrarius, propter quod mẽbra valde destituũtur naturali calore, & proinde etiã virtus mẽbrorũ valde debilitatur. Et iccirco etiã quia mẽbra sic disponuntur melancholia,quãuis minorẽ potentiã habeat infrigidandi, quã phlegma, nihilominus potest fortiorẽ in eis facere impressionẽ per frigiditatẽ, quãuis supradicta acci- E dentia,sicut tremorẽ & concussionẽ mẽbrorũ,& cõfractionẽ,& stridorẽ dẽtiũ, & cõfractionẽ solũ nõ causent propter frigiditatẽ:sed etiã multũ coadiuuãt grauedo & siccitas ipsius,cùm .n. virtus debilitetur in mẽbris,tũc,vt dixim⁹,materia premens mẽbra fit grauis & ponderosa,leuiter causatur in eis tremor,cũ causetur ex debilitate virtutis ferẽtis,& grauedine mẽbri debilitati, sicut inde per Gal.demonstratũ est planè. Cõcusio aũt iuncturarum,& stridor dentiũ,ex spasmatione la- F certorũ,mandibularũ, cæterorumq́; mẽbrorum causatur:quoniã spasmationẽ non solũ frigiditas inducit,sed etiam materię siccitas multum iuuat. Concussionẽ autẽ sine cõfractione ossium & iuncturarum potius inducit materię grauitas,quàm frigiditas,& hoc significat Rhasis 10. Almansoris dicens, quòd dolorẽ in iuncturis & ossibus sentiunt,ac si aliqua re graui premantur, seu concutiantur: ipsi etiam patientes conqueruntur, se graue pondus in membris portare seu sentire. G Quòd etiam phlegma de se fortius infrigidet, quàm melancholia, signum est, quia multò tardius quotidianarij calefiunt, quàm quartanarij: Hæc autem, quæ diximus, sunt ea in quibus omnes sapientes conueniunt, & quæ sensibili impressione capere quisque potest. ¶ Ad illud

autē quod dicitur de cōparatione humorū ad elementa, dicendum, quòd non est omnimoda similitudo inter elemēta & humores, & ideò proportio nō seruatur in omnib. nō.n. est intellectus sapientum, quòd omnino sic se habeat melācholia respectu cæterorum humorum, sicut terra respectu cęterorū elemētorum: sed dicunt esse similitudinem per quandā rationabilē adaptationē, quātum ad hoc. s. quantum ad naturā fæculentiæ, & quantum ad naturā grauis & leuis, & quantū ad simplicem principaliorem frigiditatis & siccitatis. Est.n. respectu aliorum humorum, sicut terra respectu aliorum elementorum, sicut fæculentia & opaca turbiditas, & est etiā respectu aliorū grauissima sicut terra, est etiam respectu aliorum elementorū frigida, & sicca, & sic est melancholia, sed non est necessarium, quantum ad gradum alicuius istarum qualitatum, se habeat respectu aliorum humorum, sicut terra respectu aliorū elemētorum: cuius ratio est, quia nō secundum eandem viam naturæ gradus qualitatis, vtpote frigiditatis atq; melācholię, vtpote in minori mūdo. s. in corpore animalis, & terræ in maiori mundo. Terræ autē datur gradus frigiditatis per viam localis distantiæ: melancholiæ verò per viam generationis & aptitudinis materiæ suę: in naturalib. enim terra & potius quæ in cētro mundi est, pro tanto dicitur frigidissima fuisse respectu cæterorum elementorum, quia præ cæteris elementis à fonte caloris, siue sit Sol, siue rationabile corpus maximè distat secundum locum, nec per viam digestionis illius valet acquirere, donec ecōtra melancholiæ conuenire videmus. Non per viam maioris distantiæ localis ab aliquo vno, sicut à generante acquirit gradum frigiditatis suæ, sed à frigida & grossa materia, sequestrata per viā digestionis à temperamento caloris ex mediocri substantia, quæ sāguine laudabili debebatur: & sic patet, quòd prædicta obiectio propter illud simile non concludit. Ad illud quod Auic. dicit, fortissimum frigus generare melācholiam, dicēdum est, quòd verum est disponendo, sed non efficiendo, quod ex verbis eius ibidē colligitur planè: paulò.n. diximus antè, quòd efficiens melancholiæ est. s. caliditas temperata, cùm autem dicit fortissimum frigus causat melācholiā, subiungit, quòd hoc facit per superfluitatem congelationis, sicut immediatè, quando dixit facere superfluitatē adustionis: sicut.n ab aliquo materiali subiecto resoluitur, quod est subtile per superfluitatem adustionis, sic ab eodem per superfluam congelationem efficitur apta materia ad generationem melācholiæ. Quia si naturalis debet esse oportet necessario, vt à calore naturali vt ab efficienti generetur, aut ab excellenti & innaturali calore, si debeat esse innaturalis: fortissimum.n. frigus nullius humoris est causa efficiens, nisi phlegmatis vitrei, quod omni humori frigidius est, & per excellentem frigoris actionem generatur, sicut inquit Ioānitius, vt in senibus naturali calore destitutis. Ad illud verò quod obijcitur de phlegmate acetoso, dicēdū est, quòd verū quidē est, quòd phlegma acetosū quocūq; modo generetur, naturali frigidius est, sed tamē cū dicitur, quòd quādo generatur per cōmistionē ipsius cū melancholia naturali, quòd illam frigiditatē intensiorē acquirit à cōmisto. s. à melancholia, dicēdum quòd illud est falsum, nisi illud dicatur per accidens fieri: per se.n. melācholia naturalis nō potest intensiorē frigiditatē phlegmati dare naturali, cū eo sit minus frigida: minꝰ autē forte agēs, in fortius non efficit impressionē fortiorem per se. Iam.n. ostēdimus per sensibiles alterationes corporis, sicut in quotidiana vera, quòd fortius infrigidat per se phlegma naturale, quàm melancholia naturalis: sed dicimus quòd phlegma acetosum supradicto modo generatū acquirit illā frigiditatē intensiorē à forma cōmistionis, perducentis cōponentia ad aliquā viā generationis, & corruptionis. Et hoc ideò dicimus, quia in cōmistione istorū duorum si nō aliud interueniat, nisi mutua alteratio secundū portiones illarum duarum qualitatū primarū, quas habēt tūc in cōmisto, non resultabit aliqua primarum qualitatum intensior, quā in componētibus: quando ea, quę cōponūtur, nō sunt simplicia, sed cōmista ex elemētis, imò potiꝰ remittētur qualitates primę in cōmisto, cuiꝰ ratio est, sicut tertio de simplici medicina probat Gal. & in scientia de gradibus ostēditur: quia minus tale additum ad magis tale efficit minus tale: sicut minus calidum additum magis calido, aut minus frigidū magis frigido. Et illud ideo quoniā in mistis corporib. nihil est minꝰ tale, nisi quia de cōtraria qualitate participat plus: quod.n. minus calidū est, plus participat de frigiditate, quā magis calidū: & quod minus frigidū, plus de caliditate, quā magis frigidū. Quādo igitur cōmunicat minꝰ calidū cū magis calido, si non interueniat mutua alteratio, quantum possibile est, per se inter portiones qualitatū vtriusq; cōponentis, minus calidum propter participationem maioris frigiditatis reprimet magis calidū in caliditate: & magis calidum reprimet minus calidū in frigiditate, qua erat magis frigidū. E contrario similiter intelligēdū est de minus frigido si magis frigido cōmisceatur. Quāobrē patet, quòd qualitates primæ per istam viam in commistis corporibus non intenduntur, sed si forma commistionis perducat alteram qualitatem ad validā corruptionem, tunc contraria remanens, in commisto erit valde intensior, quàm in componentibus: per istam viam in cōpositis & fermētatis medicinis aliqua primarum qualitatū efficitur quādoq; intensior, quàm esset in aliquo suorū cōponentiū, ita. s. quòd per formā mistionis, perducentis ad viam aliquam generationis, & corruptionis quod totū in fermētatione cōtingit, acquirit medicinæ intēsiorē caliditatē, aut acquirit nouā virtutem: Et hoc est, quod Auic. dicit, in de viribus cordis. capitulo de theriaca & mithridato, versus finem, cùm dicit, quòd quāuis syllogisatione non cōprehendatur, tamē æstimatio artificialis, & experimentū persuadēt, quòd cōpositio per fermētationem adipiscitur caliditatē aut frigiditatē ab extra: hoc etiā modo. s. per viā corruptionis & generationis: Et ideo dicimꝰ generationis, quia quod est vni corruptio, est alteri generatio, & ecōtra. Dicit.n. Gal. in 6. de interiorib. sperma, vel sanguinē mulieris in suffocatione matricis acquirere excellentem frigiditatem. Hoc igitur modo phlegma acetosū acquirit intēsā frigiditatē ex cōmistione phlegmatis naturalis, & melācholię naturalis quod etiā ipse sapor confirmat: melācholia.n. naturalis valde

valde habet ſaporẽ acetoſum debilem : manife-
ſtius enim eſt põticus in ſapore, ſicut recitat Aui.
primo can. Phlegma verò naturale valde inſipi-
dum eſt. Sed æſtimatio artificialis, & experimen-
tũ perſuadẽt, quòd valde debile acetoſum nequit
facere de valde inſipido manifeſtè acetoſum: inſi
pidũ. n. valde repreſſiuũ eſt acetoſi, oportet quòd
in cõmiſtione ipſorum interueniat generatio &
corruptio, per quã viã commiſtã manifeſtã viã a-
cetoſitatis adipiſcatur. Poſt hoc verò, quia iã ex-
plicuit autor differentiã humorũ, quantũ ad qua- B
litates, ſequitur pars in qua explicat eorũ differẽ
tiam quantũ ad ſubſtantiã. Hîc. n. de illis agit, in-
quantũ per ſui differentiã ſunt principia diuerſi-
tatis, cadentis in mala cõplexione diuerſa. In illa
autẽ parte duo facit: primo explicat illam differẽ
tiã: ſecundo ratione confirmat illud per modum
epilogi dicẽs: & vniuerſaliter quidẽ omne, quod
eſt ſubtile, &c. quarũ partiũ ſentẽtia patet quib.
terminatis, ſequitur pars, in qua ex prædictis in-
fert corollariũ, circa quod primo explicat intẽtũ, C
& manifeſtat: ſecundo epilogat ipſum per modũ
concluſionis, cũ dicit (Oportet ergo neceſſario)
Iterum in parte prima duo facit: primo explicat
intentũ: ſecundo verò manifeſtat ibi (Primò au-
tẽ, &c.) Intẽdit ergo in parte prima, quòd iam ex
prædictis patet, vnũ quod eſt valde neceſſariũ cõ
ſiderare in hac materia. ſ. diuerſitas reſolutionis
apoſtematũ. & cauſa huius diuerſitatis eſt, cũ etiã
apoſtema ſit mala cõplexio diuerſa particularis,
ſicut ſuperiꝰ docuit, in proœmio huius operis, & D
ſit neceſſariũ, vt ſuperiꝰ eſt expreſſum, cognoſce-
re totã diuerſitatẽ terminationis ipſiꝰ. De modis
autẽ ipſiꝰ terminationis vnꝰ eſt qui fit per reſolu
tionem apoſtematis. i. materiei ſuæ, tunc neceſſa-
rium eſt ad plenam ipſius noritiam, omnem reſo
lutionis diuerſitatem perpẽdere: & in hoc modo
terminationis mẽbrum apoſtematum vincit apo
ſtema, ſicut ſuperiùs docuit, quæ terminatio lau-
dabilis eſt, & ſumitur reſolutio tam pro inſenſibi
li reſolutione, quã pro directione. Intendit ergo E
Gal. quòd cum immediatè ſuperiùs ſit oſtẽſum,
quòd humores non ſunt vniformis reſolutionis
.i. non æqualiter ab agentibus impreſſionem reci
piunt, patet ex illis, quòd neceſſarium eſt, quòd
apoſtemata, quæ ex illis generantur humoribus
difformiter, & inæqualiter reſoluantur, id eſt, per
reſolutionem ſupradicto modo acceptam aliqua
citius, aliqua tardius: & hoc eſt quod intendit,
cùm dicit: quapropter oportet, id eſt, ex prædi-
ctis patet, eſſe neceſſarium, vt ſit euentus apo- F
ſtematum, id eſt, vt eueniat, vel accidat ipſis apo-
ſtematibus. Reſolutio plurimũ diuerſa propter
diuerſitatem diſpoſitionis corporis: vt ne credat
aliquis propter dicta, quòd talis diuerſitas diſpo-
ſitionis corporũ ab humoribus cauſetur ſolum-
modo, ideò ſubſequẽter cauſam huius diuerſita-
tis plenius manifeſtat, circa quod primò tangit
cauſas huius diuerſitatis: ſecundo comparat eas
ibi (Et omnes iſtæ quidẽ, &c.) Prima verò habet
tot partes, quot cauſas tangit, & incipit prima ibi G
(Deinde poſt illud.) ſecunda ibi (quod ſi conue-
nerit.) tertia ibi (Et mẽbrum, &c.) quarta ibi (nã
in ſanguine toto.) ¶ In prima ergo intendit quòd
vna cauſa diuerſæ diſpoſitionis corporis ad di-
uerſam reſolutionẽ apoſtematis eſt diuerſitas in-

A tẽſionis & remiſſionis caliditatis in materia apo-
ſtematis, & tu intellige, ſiue ab intrinſeco, ſiue ab
extrinſeco proueniat. In ſecunda oſtendit, quòd
alia cauſa eſt diuerſitas coarctationis materiæ in
mẽbro apoſtemato, & hęc cauſa accepta eſt à for
ma ipſius mẽbri: quia aliquid ſolidius eſt aut po-
roſius altero in mẽbro, in quo fortius coarctatur
materia, minus expirat fumus inde reſolutus, &
ideò citius putreſcit materia, & ita ſi per decoctio
nẽ debeat terminari, citius in ſanguinẽ cõuerte-
B tur: econtra verò in cõtrario: & hoc (vt dicit) non
ſolũ habet veritatẽ in humanis corporib. ſed etiã
in alijs. Et hoc eſt quod intendit, cum dicit: Dein
de verò illud, id eſt, præter illam cauſam, quam di
ximus, poteſt eſſe alia: quoniam putrefactio eius
.ſ. materiæ apoſtematis non eſt, niſi ſecũdum na-
turam ipſius. i. ſecundũ qualitatẽ, de qua iã dixit,
cũ intenſionẽ & remiſſionẽ ipſius tãgeret in par-
te antecedenti: & iterum ſupple non eſt putrefa-
ctio, &c. niſi ſecundum ſuperfluitatẽ. i. vehemen-
C tiã retentionis. i. coarctationis eius. ſ. materiæ in
interioribus. i. in concauitate membri: & quia,
quod dixi, quòd putrefactio diuerſificatur ſecun
dum coarctationẽ materiæ, iccirco cõfirmat hoc
ratione, & exemplo: ratione, cum dicit: nã putre-
factio illius, ſupple materiæ vel corporis, quod ex
pirationem nõ habet, velox eſt contraria danda
ſupple exemplo, cum dicit. Et illud, quod in inte
rioribus rebus, &c. quaſi dicat, in rebus extra cor
pus humanum taliter inuenitur eſſe: ergo ſimili-
D ter in rebus humani corporis, cum putrefactio
ſit vnius rationis vniuerſalis in omnibus putrefa
ctibilibus. In tertia verò parte intendit, quòd alia
cauſa poteſt eſſe caliditas & humiditas, quæ qui-
dem alia ſunt à groſſitie & ſubtilitate humorum:
& illa enim materia eadem, de qua propter cali-
ditatem dixit citius putrefieri vel putreſcere, vel
reſoluitur, ſi cum hoc fuerit humiditas citius pu-
trefiet aut reſoluetur, quàm ſi fuerit ſicca, & ſimi-
liter intelligendum eſt de frigida & humida cõpa
E ratione ſiccæ & frigidæ. Auctor enim loquitur
de materia calida & humida, in qua manifeſtius
apparet impreſſio, docẽs nihilominus more Hip-
poc. & ſimiliter cuiuſlibet ſapientis, res vniuer-
ſales per exempla rerum particularium: hæc au-
tem litera patet. ¶ Deinde verò in quarta parte
intendit, quòd alia cauſa prędictæ diuerſitatis po
teſt eſſe ſicut membri apoſtemati: quoniam aut
poteſt eſſe propinquum aut remotum viſcerib.
ſanguine abundantibus, vt cordi, & hepati. Pla-
F num autẽ eſt quòd apoſtemata, quæ propinquio
ra ſunt illis, citius reſoluuntur, tũ propter calidi-
tatẽ, tũ propter fortitudinẽ virtutis, vel virtutũ:
remotiora verò econtra. Poſt hoc verò in quinta
parte intendit, quòd cauſa poteſt eſſe illa, quã ſu-
perius tetigit. ſ. diuerſa ſubſtantia humorũ penes
ſubtilitatem, & groſſitiem, & hoc eſt, quod inten
dit, cũ dicit, in ſanguine toto, quaſi dicat, alia cau-
ſa poteſt eſſe diuerſitas in ſubſtantiæ materiæ a-
poſtematis: ſupponamus gratia exempli, ſicut ſu
G perius phlegmonem eſſe apoſtema, quod ex ſan-
guine generatur, tunc diuerſitas ſanguinis quan
tum ad ſubſtantiam, eſt cauſa diuerſitatis caden-
tis in reſolutione phlegmonis, & iccircò ſubiun-
git: nam in ſanguine toto, id eſt, totius corporis,
aut in tota maſſa humorali in venis exiſtente,

quam sanguinem vocamus, etiam superabundat A cholera, aut melancholia, &c. quod supple causat diuersitatem in substantia illius sanguinis. ¶Post hoc sequitur pars, in qua cōparat omnes causas istas, & hoc penes multitudinem, aut paucitatem intendens, quòd ex omnibus istis causis diuersitatis supradictis plures possunt, aut paucæ in apostematibus inueniri. In aliquo enim plures inueniuntur, in aliquo paucæ: & ideo dicit, & omnes quidem istæ dispositiones, id est, causę disponētes ad apostemata ad diuersam resolutionem, B vel terminationem, diuersificantur cum paucitate aut multitudine. Post hoc verò concludit epilogando supradictam intētionē, dicens, quòd oportet necessario vt resolutio, supple apostematū sit plurimæ diuersitatis, cùm vnum, supple apostema, cōparatur alijs. s. in specie: & comparatur sibiipsi similiter in specie: verbi gratia, si sanguineum comparetur phlegmatico, siue sanguineū sanguineo, nihilominus vnum poterit esse altero velocioris aut tardioris resolutionis, secundum C quod plures aut pauciores ex prædictis concurrant.



ET hæc quidem omnia sunt causa malitiæ complexionis diuersæ: & illud quoniam in eis vincens est caliditas, quæ est in sanguine, qui est in membro apostemoso: deinde post ipsum in sanguine qui est in visceribus, D & propriè in sanguine qui est in corde, & ex hoc propriè qui est in vētriculo ipsius sinistro. Nam si ad hunc ventriculum veneris, dum adhuc viuit animal, & nondum accidit ei febris, & intromiseris digitum tuum (sicut narraui in libro de meditatione anatomiæ) senties ex eo fortiorem caliditatem, quàm est. Non est er- E go longè, cùm corpus totum calefactum fuerit calefactione naturam supergrediente, quin perueniat ventriculus ille cordis propriè ad finem caliditatis. Et ex eis quidem, quæ adhuc iuuant, est quod in ipso est sanguis subtilior, & naturæ spiritus vicinior, & mouetur etiam motu assiduo. Verumtamen etiam in F huiusmodi febribus totum sanguinem inuenitur comprehendisse iam calefactio, & recipit illam caliditatem egredientem cursum naturalem, generatam à putrefactione humorum receptione perfecta. Corporum verò venarum pulsatilium, & etiam aliorum corporum complexio, quæ eis sunt vicina, & continent ea, non inuenitur adhuc perfectè G & integrè alterata, sed sunt adhuc habentia resolutionem, & alterationem tendentem ad calefactionem. Et si illud perseuerauit in eis spatio longo, peruenient ad terminum in quo iam erunt victa & resoluta penitus, ita vt tunc non sint in termino, in quo calefiant, sed sint in termino in quo iam integram consecuta sunt calefactionē à natura egredientem. Resolutionis autem terminus in vnoquoque membrorum, est nocumentum operationis eius. Tota autem intentio, quæ est apud principium rei ad hoc, vt perueniatur ad hunc terminum, non est nisi via adeundi ad dispositionem egredientem à re naturali, commista communis media inter duo contraria, scilicet inter dispositionem, quæ est verè natura eius, & inter dispositionem, quæ est à natura penitus egressa. In toto ergo hoc temporis spatio inerit corpori, quòd à calore calefit, quantitas resolutionis, quæ ipsum sequitur. Dum autem omnia prima corporis membra integrè & perfectè sunt calefacta, dicitur febris illa hectica, quæ est fixa: & illud ideo, quoniam eius essentia tunc non existit in humiditatibus, & spiritu tantùm, sed est præter hoc in corporibus quibus adest.

POSTQVAM Gal. in parte præcedenti manifestauit causas diuersitatis cadentis in mala complexione diuersa quantum ad intensionem, & remissionem, & hoc in diuersis corporibus: hic sequitur pars in qua resumit illud ad hoc vt manifestet, quantum ad diuersitatem membrorum in vno corpore, circa quod primo resumit intentum suum: secundo manifestat seu declarat ibi: (Et illud ideo, &c.) Intendit ergo in parte prima, quòd hæc omnia quæ dicta sunt superius, scilicet diuersitas complexionis corporū & membrorum, & diuersitas sanguinis abundantis in corporibus, seu humorum, & quantum ad substantiam, & quantum ad qualitatem, sunt causæ malæ complexionis diuersæ, id est, sunt causa diuersitatis cadentis in mala complexione diuersa, quantum ad multitudinem eius, & quantum ad intensionem, & remissionem. Hoc autem declarauit superius quantum ad diuersitatem corporum: hic verò declarat quantum ad diuersitatem membrorum in vno corpore, cùm dicit (& illud verò.) In qua parte primò declarat intēsum secūdo verò probat quoddam suppositum in dictis suis, ibi (Nam si ad hunc veneris.) In parte ergo prima intendit, quòd supradictę causæ diuersificantur, quantum ad intensionem & remissionem malitiæ complexionis diuersæ, non solū in diuersis corporibus, sed etiam in diuersis membris, quod manifestatur in mala complexione diuersa, quam causat phlegmō, qui introductus est ad exemplum: & ideo subiūgit, & illud ideò quia magis vincens caliditas, quæ est in sanguine qui est in membro apostemoso, propter coarctationē & violentiam, & ebullitionē ipsius. (Deinde post ipsum, &c.) quasi dicat intensior est caliditas in membro

membro apostemato phlegmone, quàm in alijs membris: minus autem intensa in alijs viscerib. sanguine abundantibus, quàm in lacerto apostemato, sed intensior, quàm in cæteris membris propter dispositionem, & naturalem complexionem ipsorum. Iterum inter ipsa adhuc intensior est in corde propter sui dispositionem, quàm in cæteris visceribus: & iterum inter partes cordis adhuc est intensior in sinistro ventriculo cordis, quàm in dextro, propter sui dispositionem. Sic igitur patet quod superiùs dicebatur, scilicet qđ diuersæ dispositiones sunt causa intensionis, & remissionis malæ complexionis diuersę in membris vnius corporis: & licet Galen. attribuat caliditatem intensam vel remissam sanguini mêbrorum, hoc tamen non facit quòd malę complexiones diuersæ conueniant sanguini siue humori, & non membris, sed vt insinuet, quia per mediocritatem sanguinis peruenit ad membra, de quibus loquitur. s. ad viscera: malitia. n. complexionis solis membris cum peruenit, inest subiecto. s. laudabili corpori & humoribus, aut secundum quod sunt causæ solummodo. ¶ Quia verò dixit, quòd sinister ventriculus cordis calidior est cæteris visceribus in corporibus febricitantibus, iccirco subiungit partem, in qua probat hoc, & primo per rationem sumtam à complexione naturali ipsius: secundò verò per rationem sumtam à contento & actione ei9, ibi (& ex eis quidem.) In prima iterum facit duo: primò insinuat præmissas: secundò verò infert complexionem ibi (non est ergo, &c.) In prima ergo parte intendit hanc rationem. s. quòd in febre illa pars viscerum intensius calefit caliditate extranea, quæ calidior est ꝑ naturam: sinister ventriculus cordis est huiusmodi: ergo, &c. Maior huius rationis hîc supponitur: quia iam in præcedenti intentione verificata fuit in illa parte (& vniuersaliter dignius est.) Minorem autem docet verificari per experimentum, dicês, quòd si animali viuente, & verè febricitante intromittatur digitus in prædictum ventriculum, sentietur in eo fortior caliditas, quę est supple in corpore: cuius experimenti formam recte docuit exercere in libro de mediatione anatomiæ. Insinuatis ergo pręmissis suę rationis, infert conclusionem, dicens: non est ergo longè, supple ab intellectu, vel non est longè. i. non multum differt, quin perueniat, &c. Deinde sequitur pars secundæ rationis, in qua intendit, quòd illa pars viscerum intensius calefit in febre mediate sanguine, quę continet sãguinem per naturam magis inflammabilem, & cuius actio magis disponit ad intensiorem caliditatem: sed sinister vêtriculus est huiusmodi: ergo, &c. Minorem hui9 rationis hîc manifestat, dicens, quòd ad intensiorem calefactionem illius ventriculi iuuant subtilitas, & vicinitas sanguinis ad naturam spiritus, in ipso contenti: quoniam ratione huius fortiter inflammatur, & iterum ad hoc etiam iuuat assiduus mot9 eius ¶ His itaq; partibus terminatis sequitur illa pars, in qua Gal. ostendit, quandiu durare potest caliditas vniuersalis toti, sub ratione malæ complexionis diuersæ: animali tamê viuente siue corpore sanabili permanente: hoc. n. (vt superius ostendimus) manifestum est considerare ad perfectè cognoscendû in corporib. malę cõplexionis diuersæ: Illud aût nihil aliud est, nisi considerare ad quê terminum peruenire potest: & quo signo cognoscitur ille terminus. Intellecto. n. quid est illud signum, iam sufficienter regulatur Artifex, quòd antequam appareat illud signum, quamdiu durat ille calor extraneus in febrib. supradictis est sub ratione malæ cõplexionis diuersę. Circa hoc aût primò manifestat intentionê suá in generali: secundò verò in speciali, cùm dicit: tota aût intêtio, quę est, &c. In parte prima iterû facit duo, primò ad clariorê euidentiá suæ intentionis comparat sang. seu humores ad mêbrû, quantum ad tempus introductionis perfectè caloris extranei: secundò verò explicat intentû ibi (Et si illud perseuerauerit.) Prima igitur habet duas partes, quia primo tangit temp9 introductionis perfectè caloris extranei in humores: secundò verò in mêbra ibi (Corpora verò venarum pulsatilium, &c.) Intendit ergo in parte prima, quoniá, quáuis prędictû sit, quòd modo prædicto calor extraneus à membro apostemato se multiplicando effuderit, & per totû corpus occupet, & constituet formaliter febrê, tamen non æquali tempore perfectè imprimitur in sanguine, & in membris: & dicitur perfecta impresio quando secundum exigentiam virtutis agentis causæ relinquitur effectus in passo, vtpote, quando humores & mêbra calefiunt tantû, quantû secundû exigêtiá & virtutê, & exigentiá calefacientis apostematis calefieri possunt. Dicit ergo, qđ in huiusmodi febricitátib. inuenit sang. totius corporis recepisse ꝑfectè caliditatê extraneá, & generatá à putrefactione humanorum, supple, in loco apostemato, vel quomodolibet aliter, quoniá per eundê modum se habet: similiter inuenitur sanguis perfectè sic alteratus in tempore, supple, in quo nôdû mêbra perfectè sunt alterata illa calore extraneo cuius rationê insinuat esse, quia potentiora sunt, supple, tùm propter soliditatê, tùm propter eorû virtutes regitiuas ipsorû resistere alterationi, & impedire per amplius tempus, ad perfectá eius introductionê: & ideo dicit: Corporû verò venarû pulsatiliû cõplexio, & cõplexio aliorû corporû, quę sunt eis vicina. s. venis pulsatilib. sicut venæ nô pulsatiles, & continet ea. s. corpora venarû pulsatiliû, sicut caro, pinguedo & panniculus non inuenitur adhuc. i. in illo tempore, in quo ad perfectionê ducta est alteratio complexionis sanguinis perfectè, & integrè alterata: sed sunt, supple, mêbra ad hoc cõtrahentia. i. retardantia, vel impedientia resolutionê, supple cõplexionis ipsorû, & alterationê tendentê ad calefactionê. Sic igitur habemus ex prædictis, quòd in febribus à natura perfectè alterantur, tàm calore extraneo humores potentissimè calidi, quàm membra.

POSTEA verò sequitur pars, in qua explicat terminû & signû termini illius, ad quem peruenire potest: si tamen diu duret in huiusmodi febrib. prędicta mala complexio diuersa circa qđ primò explicat terminû: secundò verò signum illius termini ibi (Resolutionis verò termin9, &c.) Dicit in parte prima, quòd si illud. i. prædicta alteratio perseuerauerit in membris spatio longo. i. proportionabiliter sufficienti secundû exigentiá particulariû concurrentiû, perueniêt, supple, membra ad terminum. s. perfectę alterationis, vt

amplius resistere nequeant: & ideo dicit, in quo A iá erant victa & resoluta.i.alterata penitus: & hoc exponit, dicēs, ita vt tunc fuit in termino, in quo iam integrè consecuta sunt, supple, quantum exigit potentia calefacientis innaturalis. Est ergo, vt pate: ex prædictis, terminus prædictę alterationis perfecta resolutio naturalis cōplexionis mēbrorū, à calore extraneo, cū perfectione introductionis ipsius. Subiungit ergo post hoc signū huius termini, dicens, quòd terminus.i. signum termini, quoniá sicut patet, iam explicuit terminū B resolutionis.i. prædictæ alterationis, in vnoquoque mēbro est nocumentū.i destructio, vel ablatio operationis eius.i. cuiusq; mēbri: in qua autē operatione specialiter perpēdatur illa destructio vel ablatio, in sequenti parte manifestabitur. Sed generaliter ex prædictis colligitur, quòd quamdiu durat prædicta mala cōplexio, si nō appareat operationis destructio in membris, & specialiter eius operationis, de qua dicet inferiùs, tunc illa mala cōplexio est diuersa, quia nondū perfectè C est introducta, nec naturalis perfectè resoluta: & hoc est de ratione malæ cōplexionis diuersæ, sicut in prooemio huius operis fuit sufficienter ostensum. Colligitur qđ etiá quandoq; apparet prædictū signum ea permanēte, tunc illa mala cōplexio est æqualis: quia ipsa etiam est perfectè introducta, & naturalis perfectè resoluta, ita qđ illa omninò vincēs, & ista omninò victa, quòd est de ratione æqualis: & in prooemio explicitè docuit, & hoc etiam iam manifestū est, quod in pro- D oemio diximus.s. quòd mala complexio diuersa via est ad æqualem, æqualis aūt terminus est ad diuersam. ¶ Sed ad perfectiorem & clariorē doctrinam oportet prædicta specialiter declarare, hoc maximè necessariū est in arte medicinali, vbi doctrina finaliter, quantū est de ratione Artificis ad regulationē operis ordinat̃, in quo magis specialiter, q̃ generalia regulant. Et iccircò, quamuis generaliter dictū sit, quòd prædicta mala complexio in corporib. febricitantib. sit diuersa, vsque- E quo peruenitur ad terminū perfectę introductionis ipsius, & quod ille est terminus eius, si tempore sufficiēter longo durauerit, & quòd tale in genere est signū illius termini, tamen ad pleniorem cognitionē supradictorū corporū dispositionū oportet specialiter ostēdere, quomodo est diuersa tunc temporis, & cū illa æqualis, ad quem terminari potest, sit aliqua species febris pro eo, qđ est vniuersal. calida, oportet specialiter explicare ad quá speciē febris terminetur: & iterū de signo F huius febris, vt ad terminū noscitur specialiter ꝑuenisse: sic n. ad operandū promtius regulabitur Artifex, etenim opus istud ad ingenium sanitatis ordinatur, sicut ipsemet auctor in fine operis explicuit. ¶ Postq̃ igitur illa tria generaliter explicuit, sequitur pars, in qua eadē specialiter manifestat, circa quod eodē ordine ꝓcedit, quo & in parte antecedenti: quoniá primò manifestat naturá prędictę dyscrasiæ.s. fe. iá dictę, videlicet putridę, ꝓut est in via introductionis in mēbris, & etiá in G termino: secundò verò manifestat specialiter signum illius termini ibi (Et cū hac febre non est passio, &c) In parte verò prima manifestat naturam eius, prout est in via: secundò verò prout est in termino ibi (Cū aūt omnia.) In parte ergo pri-

ma manifestare intendit per naturam alterationis, inquantū est naturalis motus, quòd prędicta dyscrasia, dum est in via introductionis, cōstituit malá complexionē diuersam, & intēdit talē rationē.s. qđ in omni alteratione fit motus inter duas qualitates, quarū vna est terminus, à quo incipit motus alterationis.s. illa, quæ expellitur, & hæc est intrinseca subiecto, quod alteratur: alia verò est terminus, ad quē.s. illa, quæ introducitur, est extrinseca: & istarū duarū qualitatum inter illos terminos duos, inter quos motus fit, semꝑ est aliqua portio in subiecto, ita quòd à principio vsq; ad mediū maior est portio qualitatis, quę expellitur, à medio verò vsq; ad finē maior est portio qualitatis, quæ introducitur. In toto ergo temporis spatio, in quo motus fit, insunt secundum plus & minus in subiecto duę qualitates.s. intrinseca & extrinseca. Hoc igitur supposito taliter intendit arguere: in quocunq; tēpore in prędictis febricitantib. corpus subest dispositioni, vel qualitati commistæ vel mediæ inter verè naturalem, & penitus innaturalē, patitur innaturalē cōplexionē: nam omninò vincentē aut victá, sed vincētē secundū partē plus & plus, aut victá secundū partē vná plus & plus, & hęc est diuersa: sed in tēpore, quod est ab initio alterationis vsq; dum ꝑueniatur ad terminū supradictū, est corpus in ꝑdictis febricitantib. subiectū dispositioni vel qualitati cōmistę & medię inter verè naturalalē & penitus innaturalē: ergo in toto illo tēporis spatio patit̃ corpus, &c. Huius aūt rationis maiorē subintelligit: sed minorē rationē hîc explicat: & primò minorē: secūd. cōmunē ibi (In toto ergo, &c.) Dicit ergo in parte prima, quòd tota intentio.i. tota inclinatio alterãtis, & hoc ideò dicitur: quia in reb. cognitione carentib. nō est intentio ꝓpriè sed cōsuetudo est, vocare inclinationē agentis naturalis intentionē: quoniá intentiones agentiū naturaliū quędá intentiones sunt intelligentiæ, quæ est causa vniuersi entis, sub cuius lumine agentia naturalia se inclinant ad ꝓprias actiones: quēadmodū in prima Philosoph. ostenditur: Tota ergo inclinatio alterantis, q̃ est apud principiū rei.i. alterationis, quæ supple inclinatio solū est ad hoc, vt perueniatur ad hunc terminū.s. quod pauló antè dixi.i. terminū in quo membra iá integrè consecuta sunt calefactionē à natura egredientē: tota, inq̃, inclinatio, q̃ est vsq; ad terminū hunc, vel dico tota intentio.i. tota transmutatio nō est, nisi via exeundi.i. extrahendi corpus à dispositione naturali ad dispositionē egredientē à re naturali. Si tamen intelligit per intentionem transmutationē corporis, litera nō indiget alio intellectu, sed ꝓprio: vt dicamus, quòd tota illa trásmutatio nō est, nisi via exeundi, in qua corpus exit à dispositione naturali ad dispositionem, &c. Et est, inq̃, via talis commista, siue cōmunis, siue media inter hæc duo.s. inter dispositionē, quæ verè est natura i. naturalis cōplexio eius.s. corpus, quod transmutatur, vel alteratur supradicto modo, & inter dispositionem quæ non est à natura penes ægritudines: quo dicto concludit, dicens: in toto ergo hoc spatio temporis inerit corpori, quòd à calore tali.i. prædicto.s. calore febris putridæ calefit quantitas resolutionis, supple, naturalis dispositionis, seu complexionis eius, quæ.s. quanti-

quantitas reſolutionis ipſum cõſequitur .i. ei proportionaliter conuenit. Et hoc dicitur ad denotã dam diuerſitatem cadentẽ in corporib. circa hoc quædam.n. corpora ab eodẽ gradu caloris extranei, & in æquali tempore amplius extrahuntur à diſpoſitione vel complexione naturali: quædam verò minus, & hoc ſecũdum diuerſitatẽ particulariũ concurrentiũ .ſ. ætatis, habitudinis, complexionis, &c. Intendit ergo habitudinem prædictæ complexionis Gal. quòd cùm in prędicto tempore inſit corpori, quòd alteratur quantitas, vel portio aliqua ſecundũ plus & plus reſolutionis propriæ complexionis, & non inſit ei tota aut perfecta reſolutio: illa, inquã, mala cõplexio, quæ reſoluit, nõ eſt omninò vinces, & ſic relinquit̃ ex prędictis in proœmio, quòd ſit mala complexio diuerſa, & non mala æqualis: & hoc eſt ita intentũ manifeſtare. Poſtquã igitur manifeſtauit in ſpeciali naturã prædictę dyſcraſiæ, prout eſt in via introductionis, ſequitur pars in qua manifeſtat eam in ſpeciali, prout eſt in termino: & intendit, quòd quando omnia membra ſunt inducta ad terminum perfectę calefactionis innaturalis, tũc illa dyſcraſia vniuerſalis, quæ terminus eſt præcedentis viæ ſeu alterationis, dicitur ſpecialiter febris hectica, circa quod primò facit hoc: ſecundò verò cauſam nominationis ſubiungit ibi (Et illud ideo, &c.) Dicit ergo in parte prima: Quod cùm omnia corporis membra prima .i. cõſimilia: hæc.n. vocantur prima ſupple à Medicis, & rectè reſpectu organicorũ, & ideo de illis ſpecialiter dicit, qđ, ſicut in primo de morbo & accidenti oſtẽditur, dyſcraſia, ſeu mala cõplexio nõ eſt morbus cõueniens ꝑ ſe, niſi conſimilib. membris, vnde etiam conſimilis appellatur: organicis aũt conuenit per accidens ſeu per conſimilia. De ipſis ergo ſpecialiter dicit, quòd cùm ſint integrè & perfectè calefacta dicitur febris illa hectica: & ſtatim interpretatur hoc vnũ, dicens, qđ eſt fixa, q.d. hectica dicitur, hoc eſt habituata ſeu fixa, quia iam fundatur in corporib. fixis .ſ. in membris, & non in corporib. fluxibilib. tantũ, qualia mẽbra ſunt ſpiritꝰ, & humores: & hoc eſt quod intendit cũ dicit: & illud ideo .i. nõ eſt febris fixa, quoniã eius eſſentia .i. eſſentiale cõplementũ tunc nõ exiſtit tãtũ in humorib. & ſpiritu, ſed eſt præter hoc, &c.

Dyſcraſia nõ conuenit mẽbris organicis per ſe ſed ſimplicibus.

Ex his aũt verbis colliguntur planè eſſentialia febris in aliquib. febricitantib. febris eſt in ſpiritu tantũ .ſ. in febricitantib. ephemera: in aliquib. aũt in ſpiritu & humorib ſimul, & non in membris, ſicut in febricitãtib ex putrida: in hecticis aũt exiſtit, vt dicit, in omnib. illis trib. ¶ Poteſt tñ aliqs obijcere dicens, qđ febris morb. eſt, & eſt vniuerſalis, vt ſuperiùs dictũ eſt, omnis aũt morb. eſt diſpoſitio inhærens membris: & aliqua diſpoſitio dicitur eſſe morb. ſicut primo de morbo & accidenti oſtenditur, nõ inquãtum eſt diſpoſitio, vel qualitas ſpirituũ, aut humorũ ſed potius inquãtũ eſt diſpoſitio corporis, aut membrorũ: omnis aũt diſpoſitio corpori inhæret, cuius eſt diſpoſitio, ſiue qualitas. Si igitur febris quęcunq; ſit morbus eſt omniũ membrorũ corporis, oportet vt omnib. inhęreat mẽbris: ex quo relinquitur, quòd nõ tantũ in hectica, ſed etiã ephemera & putrida febris eſſentia, q̃ conſtituit morbũ formaliter, ſit in mẽbris: cuius cõtrariũ dicit Gal. hîc. Ad quod dicendũ, ſicut iã patet ex dictis, quod eſſentia febris dupliciter intelligi poteſt: ſi n. per eſſentiam intelligamus ipſam naturã innaturalis qualitatis .ſ. calorẽ extraneũ in quocunq; gradu acceptum, dum tñ manifeſtè lædat actiones mẽbrorũ, tunc ꝓculdubio, ſicut probat obiectio, febris eſſentia in membris eſt: & hoc nõ intelligit Gale. per feb. eſſentiã, ſed potius intelligit per hoc, ſicut ſuperiùs expoſuimus, cõplementũ illius eſſentiæ .ſ. caloris extranei, & dicitur completus eſſe, ſicut ex doctrina ſua plenè colligebatur ſuperiùs in hac lectione: quando tantus eſt vel in tantũ extenſus .i. quando ſecundũ gradũ intenſionis eſt impreſſus ſubiecto, quòd alteratur à calore extraneo .ſ. quantũ exigit virtus cauſæ alterantis, vtpote putredinis aut alterius cauſæ. Et hoc non eſt dum illud, quod alteratur ſuis qualitatib. poteſt reſiſtere alteranti, ſed quando eſt integrè & perfectè alteratũ: vnde quia ephemera, & in putrida, inquantum tales ſunt, nondum membra corporis ſunt perfectè integrè alterata à calore, immò, vt docuit, ſunt adhuc reſiſtentia & retardantia complemẽtum illius alterationis cũ propria complexione, quę non eſt penitus reſoluta, iccircò eſſentia febris non dicitur propriè membris ineſſe in huiuſmodi febrib. & hæc fuit conſideratio Gale. ſicut ex dictis eius patet ſatis in litera. Fuit aũt motiuum ſuæ conſiderationis, & bene, quoniã propriè nihil dicitur abſolutè, quod eſſentialiter ſit in aliquo, niſi ſecundũ plurimã eius totalitatem, aut perfectionem in illo: ſicut, verbi gra. in domo ſi aliqua paleis plena ſuccendatur taliter vt flammæ non perueniant ad trabes, & aſſeres, rectè nõ dicitur calor igneus eſſentialiter in trabibus, & aſſeribus eſſe, quamuis ipſo calore igneo ſupercalefiant, donec illa ligna fuerint ab ipſo penitꝰ victa, & ipſe fuerit in eis potenter impreſſus, ita .ſ. vt actu faciant flãmam materialiter, vt carbones ardentes. ¶ Sed ſi quærereretur antequam hoc eſſet, in quo eſſet eſſentia illius caloris ignei, qui manifeſtatur in illa domo. ¶ Reſpõdebitur abſolutè, quòd in paleis, tñ victis lignis, ſicut & paleis ab illo calore, reſpondebitur, quòd in vtroq;: in eo igitur ſubiecto abſolutè dicitur fundari eſſentialiter, in quo eſt potenter impreſſus: & ſimiliter per omnia conſiderantur in corporib. febricitantiũ. Hæc.n. conſideratio valde neceſſaria eſt ad regulandũ opus curationis, quantum ad conuenientiam, & conuenientẽ applicationẽ cauſarum ſalubrium, ſicut planè patet ex doctrina Gal. 10. de ingenio ſanitatis, vt ex conſideratione huius differentiæ impreſſionis caloris extranei in ſpiritu, humorib & membris corporum febricitantium probet aliquod opus aliud ad curationẽ hecticis quã alijs febricitantib. & aliud alijs quàm hecticis primò cõuenire. Alijs.n. febricitantib. vt dicit, alijs ab hecticis prodeſſe poteſt balneum vel infuſio aquæ frigidę ſine præmiſſione aquæ calidę balnei, aut balnei aquæ calidę ſiue ſucceſſionis infuſionis aquæ frigidæ, quorum tamen nullum prodeſt hecticis, propter rationẽ ſumtam ex prędicta conſideratione, vt patet per eundem ibi.

Dubitatio.

Solutio.

Quæſtio.

Reſponſio.

¶ Ex prædictis etiam patet ratio appropriationis generum febrium, cum dicitur, febris in ſpiritu, feb. in humorib. feb. in mẽbris: hoc .n. non eſt dicendum, quantum ad determinatã informatio-

Quomodo genera feb. diſtinguantur.

nem factam à calore extraneo, quoniam in nulla febri, ſicut ex obiectione ſuperius monſtrabatur, tantū informantur calore ſpiritus, vel humores, aut membra, inmò ſecundum veritatē omnia ſuperca leſiunt in omnib. ſed recipit genus febris denominationem à ſolidiori fundamento eſſentiæ ſuæ, ſumendo eſſentiā modo dicto: ita quòd ephemera dicitur febris in ſpiritu: propterea qđ eſſentia ſua ſecundum prædictam conſiderationē fundatur tantū in ſpiritu. Putrida verò, quamuis fundetur in ſpiritu & humore, tñ humori ap- B propriatur, quia ſolidius ipſi fundamētum eſt, & ad ipſum etiā cauſæ ſalubres principalius ordinātur, vt patet in ingenio ſanitatis. In hectica verò, quamuis fundetur, ſicut patuit exemplo Gal. ſuperiùs, in ſpiritu humore & in mēbris, tñ appropriatur membris, quę ſunt ſolidius & fortius fundamētum ipſius, vt denotatur: quoniam in actu curationis cauſæ ſalubres membris ſunt principali⁹ coaptatione, deinde alijs, qđ in ingenio ſanitatis habet lati⁹ demōſtrari, ad quę demonſtrationes ordinātur, q̃ habentur in materia huius libri. C

De Febre fixa, Cap. VI.

ET cum hac febre nō eſt paſſio neque dolor, & æſtimat patiēs eam quòd nullo modo ſit in eo febris, quoniā non ſentit eius caliditatem: nam membra omnia eius iam calefacta ſunt ęqualiter ſecūdū diſpoſitionē vanā. Et iā D quidē conueniunt ſuper hoc ſpeculatores naturarū apud conſiderationes ſuas de ſenſibus, quòd ſenſus quidem non fit niſi alteratione, & nō fit paſſio, neq; dolor in eis, quæ iam integrè alterata ſunt. Quapropter fit vt cū nulla febre hui⁹ generis, quā pauloante diximus, nominari hecticam, ſit paſſio, neq; dolor, vt neq; patiēs eā penitus ſentiat. Et id ideò quoniā E membrorū eius diſpoſitio nō eſt diſpoſitio, qua quædā eorū agant, & quędā patiantur, cū omnia iā facta ſint diſpoſitionis vnius, & facta ſit cōplexio eorū vna cōueniens, etſi ſint quędā augmentatioris calefactionis & quędā augmētatioris infrigidationis: Nā ex ſuperfluitate calefactionis eorū, q̃ ex eis ſunt calidiora, nō ꝓuenit eis, q̃ ex eis ſunt frigidiora, vt impediātur, q̃ ex eis ſunt vicinia, aliàs media calefactione: ꝙ ſi res ita eſſet, mēbra ſeipſa impedirēt adinuicē. naturali etiā exiſtentia F diſpoſitione, mēbra nāq; illa, etiā diſpoſitione in cōplexione diuerſificātur ſua: & illud eſt, quoniā caro ex eis eſt mēbrū calidū, & os eſt mēbrū frigidū: verumtamē cū G diuerſitate horū, & ſimiliū nō eſt dolor, neq; paſſio ꝓpter paruitatē cōparationis inter ea, in caliditate à frigiditate. Inde eſt quòd aer noſtra corpora circūdās nō impedit ea, anteq̃ alterētur euſq;, donec ſuperfluat in ipſo calor aut frig⁹: ſpecies aūt diuerſitatis ei⁹, inter caloris ſuꝑfluitatē, & frigoris, ſunt ſecundum multitudinem eorum & manifeſtationem comparationis inter ea: nam corpora ipſum ſentiūt, & non ab ipſo impediuntur.

Al. operationis.

IN parte immediatè præcedēti manifeſtauit in ſpeciali auctor terminū ſupradictę dyſcraſiæ: hic verò ſequitur pars in qua declarat in ſpeciali ſimile ſignū ipſius: & primò facit hoc abſolutè: ſecundò verò cōparatè. Primò. n. agit de ſignis hecticę abſolutè: ſecundò verò per cōparationē ad alias febres ibi (Illā aūt febrē fixā, &c.) In prima verò parte primò explicat intentū: ſecundo verò ꝓbat, vel cōfirmat ꝑ rationē, ſumtā ex cōſiderationib. naturalis Philoſo. ibi (Et iā ideo q̃dē cōueniūt.) Dicit ergo in parte prima, qđ cū hac feb. ſ. hectica, q̃ nominauit immediatè añ, non eſt paſsio, vel nō ſentit̃ afflictio ex dyſcraſia: & ideo quaſi ad expoſitionē ſubiungit, nec ſupple eſt dolor: qđ perpenditur euidēter ꝑ hoc, quia patiens æſtimat ſe nō febricitare, & ideo dicit æſtimat patiens, qđ nullo modo ſit in eo feb. & hoc ideo etiam æſtimat, quoniā nō ſentit caliditatē. ſ. illā extraneā, cuius rationē aſsignat, dicēs, nā mēbra ei⁹ iā calefacta ſunt ęqualiter ſecūdū diſpoſitionē vanā. i. iā perfectè alterata ſunt ab illo calore extraneo, & ꝓpterea ceſſat ſenſus alterationis, q̃ fiebat ab illa qualitate, quoniā terminata eſt illa alteratio, & mēbra victa ſunt, & eorū cōplex. reſoluta. Habem⁹ ergo ex hoc, qđ p̃dicta dyſcraſia cū ad terminū ꝑuenerit cōplementū ſui cognoſcit̃ ſpecialiter ꝑ hoc ſignū, qđ eſt ablatio hui⁹ operationis, q̃ eſt ſenſus dyſcraſię, qđ idē eſt qđ doloris priuatio. Durāte ergo p̃dicta dyſcraſia, q̃diu non aufert̃ ſenſus dyſcraſię ſcitur, ipſam nōdū ꝑfectè ad p̃dictū terminū. ſ. hecticā ꝑueniſſe: cū aūt apparet hoc ſignū, feb. nihilomin⁹ datur ꝑ pulſum, & tactū corporis Medicus noſcit, & ſibi certū eſt ipſam eſſe in termino ſupradicto. Quia verò dictū eſt, qđ terminata alteratiōe ceſſat ſenſus dyſcraſię, ſeu qualitatis alterātis, iccirco ſeq̃tur pars, in qua cōfirmat hoc ratione, circa qđ primò ꝑmittit rationē: ſecundò infert ꝓpoſitū ibi (Quapropter ſit, &c.) Dicit ergo in parte prima, qđ in hoc cōueniunt naturales Philo. apud cōſiderationes quas habēt de ſenſib. ſicut patet: ſecūd. de anima Ariſ. quod ſenſus ſupple ſenſibilis cuiuſcunque non eſt, niſi in alteratione: ſed paſsio, ſupple, ſeu dolor nō ſunt, niſi ad alterationes: & ita ſequitur, quòd nō ſit paſsio nec dolor in his, quæ iam integrè alterata ſunt: quoniam iam in illis terminata eſt alteratio. Hoc igitur ſuppoſito in naturali Philoſophia, vbi verificatur, ſequitur pars, in qua ꝓpoſitū de hectica ſuperiùs infert per modum cōcluſionis, circa quod primò facit hoc: ſecundò reſpondet ad obiectionē potentē oriri ex prędictis ſuis ibi (Et ſi ſint quædam.) In parte ergo prima intēdit quod cū ita ſit, ſicut in naturalib. dixim⁹, eſſe verificatū. ſ. quod terminata alteratione ceſſat ſenſus alterantis qualitatis, ideo cōuenit in hectica, quod eſt dictū, & ideo dicit, quapropter. i. ꝓpter iſtam cauſam vel rationē ſicut dixim⁹ fit, id eſt.

id eſt,cõuenit,quòd eſt cũ nulla febri hui9 gene-
ris.ſ.hecticæ ſicut dicit,& dicitur genus: quoniá
tres ſpecies.ſ.primá & & ſecũdá & tertiá & nullá
facit paſsionẽ nec dolorẽ,& vt breuius cõprehen
dat,dicit:ne patiẽs penitus eam ſentiat, & huius
repetit cauſam,dicẽs:& illud ideo, quoniá diſpo
ſitio mẽbrorum eius.ſ.patientis nõ eſt diſpoſitio
qua quædá ipſorũ ſ.mẽbrorũ agát & quædá pa-
tiátur.i. nõ eſt diſpoſitio membrorũ talis,in qua
adinuicem agant reſiſtendo cum propria quali-
tate: quia hoc nõ eſt,niſi dum alteratio adhuc fit
ſiue eſt in via,vt ſuperiùs eſt oſtenſum. Hæc autẽ
calefactio iam in termino eſt, & nõ eſt in mẽbris
deforis complexio, id eſt,expellibilis:& ideò ſub
iungit,cũ omnia.ſ. membra iá facta ſint vnius.ſ.
diſpoſitionis,& facta ſit eorũ cõplexio vna cõmu
nis,vel conformis.quaſi dicat,vna in omnib.con
formitas licet nõ numero.Poſſet tñ aliquis obijce
re per ea,quę ſuperiùs docuit,qđ impoſsibile eſt
in omnib.mẽbris hecticorũ vná & conformẽ cõ-
plexionẽ:eſſe & iccircò ſequit pars in qua ipſe re
mouet ipſius dubitationẽ obiectionis, & impedi
mentũ,& ponit duo:primò remouet obiectionẽ:
ſecundò verò facit, quia reſponſionem inſinuat,
quando dicit(nam cũ ex ſuperfluitate calefactio
nis,&c.)In parte ergo prima intẽdit qđ in mem-
bris hecticorũ q̃dá ſunt magis calida, q̃dá min9:
docuit.n.ſuperiùs,vbi egit de natura malę cõple
xionis diuerſę in cõmuni, qđ mala cõplexio in
carne differat à mala cõplexiõe in oſſe,& ſic de a-
lijs mẽbris:& dictũ fuit,qđ talis differẽtia cõple-
xionis eſt,quò ad gradũ,quoniá nõ ſecundũ eun
dẽ gradũ ſunt mẽbra qualitatis alicuius ſuſcepti
ua: quare ſecundũ diuerſitatẽ membrorũ, diffe-
rens & difformis, & nõ ita erit mala cõplexio in
hectica:cui9 tñ cõtrarium Gal. aſſerit:quia ſi poſ
ſet aliquis obuiare, iccircò ſubiungit ipſemet iſtá
obiectionẽ,dicens:& ſpiritus,q.d. ita. & cõueni-
ens eſt cõplexio in membris hecticorũ:etſi.i quá
uis ſint q̃dá intenſioris caliditatis, quędá verò in
tenſioris frigiditatis,& remiſſæ caliditatis q.d.ita
eſſe:non obſtãte tali obiectione. Subiungit ergò
reſponſionẽ, & primò facit hoc:ſecũdò verò obij
cit cõtra dicta in ſua reſpõſione ibi(ergo forſitá.)
In prima iterũ parte primò reſponſionem vel re-
ſolutionem inſinuat: ſecundò verò rationem cõ-
firmat ibi(qđ ſi res ita eſſet.)In parte ergo prima
intendit, qđ illa vnitas & cõformitas cõplexio-
nis in membris hecticorũ eſt ſecundũ quandá ꝓ
portionem,videl.ſimilem illi, q̃ habẽt in ſanitate,
quãuis ſint differentium cõplexionum ſecundũ
ſpeciẽ:tñ ſic ꝓportionantur qđ vnum ſua cõple
xione nõ impedit alterum, & ideò vnũ nõ ſentit
alterũ, nec patitur ab ipſo, quãuis vnũ ſit calidi9
altero,ſiue frigidius: quoniá exceſſus caliditatis
vnius reſpectu alterius nõ eſt tãtus, quod ipſum
impediat.Et ſimiliter de cæteris qualitatib. & re-
ctè:ſimiliter in ꝓpoſito eſt, quãdo omnia mẽbra
ſecundum ſuas diſpoſitiones naturales iá victa
ſunt à calore extraneo:quoniám ſpeciales cõple-
xiones malę ipſorum mẽbrorũ ſecundum dictá
ꝓportionẽ adinuicẽ cõfirmãtur, & ideo dicit nõ
& ſupfluitate.i. exceſſu calefactionis ipſorum.ſ.
membrorum,q̃ ex eis.ſ.membris ſunt calidiora.i.
exceſſu caliditatis calidorum nõ ꝓuenit.i. nõ ac-
cidit eis,q̃ ex eis ſunt frigidiora.i.minus calida, q̃
ſupple,minus calida vicina ſunt.ſ.illis calidiorib.
vt impediantur calefactione.ſ. ipſorum calidio-
rum.Hoc autẽ,quod dixi cõfirmat primò ratione
ducente ad incõueniens: ſecundo verò exemplo
ibi(Inde eſt,quòd aer.)In parte ergo prima oſtẽ-
dit,quòd ſi aliquis diceret,quòd res non eſſet ita
.i.nõ ſe haberet vt dixi.ſ.quod inter mẽbra, quo-
rum vnius cõplexio excedit cõplexionẽ alteri9:
modicum tamen vnum non impedit,ſeu lędit al
terum,quamuis ſint vicina: tunc ducetur ad in-
cõueniens ſ.qđ mẽbra cuiuſq; corporis impedi-
rent,hoc eſt, læderent ſeinuicẽ naturali eſſentia,
& ꝓ.i.diſpoſitione.i.cõplexione. Et hoc manife-
ſtat,dicens:membra.n.in illa diſpoſitione, & pro
id eſt,cõplexione ſua naturali.i.quando exiſtunt
in ſuis naturalib. diſpoſitionib. vel cõplexionib.
diuerſificantur: quoniá caro eſt membrum cali-
dum,& os eſt mẽbrum frigidum, & ſimiliter ſu
mendo de cæteris virtutẽ,cum diuerſitate.i.pro-
pter diuerſitatẽ horum.i.carnis,oſsis & ſimilium
non eſt dolor neq; paſsio propter paruitatẽ cõpa
rationis,quantum ad exceſſum inter ea in calidi-
tate & frigiditate.Manifeſtat hoc etiá exemplo ex
terioris alterantis ſ.cõtinentis,circa quod primo
explicat exemplum: ſecundò verò reſpondet ta-
citè quęſtioni, quę poteſt oriri ex dictis eius ibi
(Species autẽ,&c.) In parte ergo prima manife-
ſtat propoſitum,dicens:inde q.d. ad hoc manife-
ſtãdum eſt cõueniens illud, quod experimur de
aere cõtinente corpus,& eſt hic.ſ. quod aer cor-
pora circundans nõ impedit i.non lædit ea.ſ. cor
pora, antequá alterẽtur.i.ſint alterata eo.ſ. aere:
& ideo dicit hoc,quod ſi lædere debet, ea lædet
dum alterarẽtur eo, & non poſtq̃ eſſent alterata,
vt ſuperiùs fuit oſtenſum. Repete ergo non in-
quantum lædit, donec ſuperfluat in eo calor aut
frigus,ſupple, reſpectu corporis intelligit per ſu-
perfluat.i.multum excedat, q. d. quod quamuis
aer ſuis qualitatib.modicum excedat complexio
nẽ corporis in eo contenti,nõ tamen lædit ipſum
donec multum excedat reſpectu illius. Ne verò
credat aliquis,quòd in aere eſt vnus gradus calo-
ris aut frigoris ſufficiẽs ad lędendum,iccirco ſub
iungit,quod ſpecies diuerſitatis eius.ſ.aeris inter
ſuperfluitatem caloris & ſuperfluitatem frigoris
ſunt ſecundum multitudinẽ.i. diuerſitatem mul
tam eorum.ſ.corporũ: & manifeſtatioris cõpara-
tionis.i. manifeſtá diuerſitatem reſpiciens in cor
pora.ſ.inter corpora humana adinuicem cõpara
ta,vel inter aerem: & corpora cõparata adinuicẽ
q. d. quod ſecundum diuerſitatem corporum in
numero,& reſpectu ad aerem multiplicãtur ſpe-
cies prædictę diuerſitatis. Quod autem nõ idem
ſit reſpectus omnium corporum ad aerem, quan
tum ad ſuſceptionem impreſsionis à qualitatib.
eius,ꝑ hoc manifeſtatur,quod ſubiungit, dicens
quod ſupple aliqua corpora vel aliquando: ſi.n.
diuerſa corpora quantum ad diſpoſitionem, vt
quia vnum cholericum & aliud phlegmaticum,
&c.cõparantur ad vnum aerem,dicemus aliqua,
ſi verò vnum corpus, quantum ad vnam diſpoſi
tionem,ad diuerſum aerem comparetur, dicem9
aliquãdo:corpora ergo aliqua vel aliquando ſen-
tiunt ipſum.ſ.aerem.i.ſentiunt qualitates eius,&
non impediuntur.i.non læduntur ab eo: & per
hanc partem oppoſitionis dat intelligere contra

riam.ſ.quod aliqua,vel aliquádo etiam ſentiunt, & impediuntur. Ex quo patet, quòd cùm aer in aliquib.corporib.quádoq; tantũ ſuis qualitatib⁹ imprimat,quod nõ ſolum moueat ſenſum,ſed etiam lædat:in aliquib. verò quandoq; nõ poteſt, niſi tantũmodo ſenſum mouere, qui reſpect⁹ vel operatio eius ad corpus,quantũ ad exceſſum ſuarum qualitatum,nõ eſt vnus,ſed mutiplex & diuerſus, ſecundum multitudinẽ & diuerſitatem corporum cõparatorũ ad ipſum. Hoc.n. clarum eſt non ſolùm ſapientib. ſed etiam vulgo, qđ aer B hyemis aut æſtatis aut alterius tẽporis nõ vniformiter mouet corpus pueri & iuuenis ſiue ſenis, aut corpus cholerici ſiue phlegmatici, aut corp⁹ extenuati & craſsi:immo aliquod iſtorũ qualitatem aeris non ſentiet,aliquod autẽ vix, aliud autem manifeſtè læditur ab ipſo. ¶ Circa prædicta in lectione duo dubia oriũtur: primum eſt de eo quod dicebatur,quòd in membris hecticorũ naturalis & ꝓpria cõplexio eſt omninò victa, & reſoluta:nullum.n.viuens in eſſe ſaluatur, nec po- C teſt exercere actus vitę, niſi per ꝓpriã cõplexionem,qua corrupta & reſoluta viuere ceſſat omninò,& quò ad actũ,& quò ad habitũ. Videmus autem in corporib.hecticorum membra exercere actus vitę, ſicut actum cognitionis interioris, vident.n.& audiunt, & etiam ſentiunt frigus aeris & calorem & ſentiunt, ſi pungantur, & motum exercent, & actus nutritionis, aut aliter fruſtra ordinaretur eis regimen curationis, tàm quò ad nutrientia,q̃ quò ad alia.Exercent etiam anheli- D tum atq; pulſum, & hæc omnia manifeſtè patẽt in prima & ſecunda ſpecie hecticæ: quæ tamen impoſsibile eſt,qđ membra exerceant,niſi per ꝓpriam cõplexionem. Iterũ ſi verũ eſſet illud,nũquam aliquis hecticorũ in quacunq; ſpecie eſſet, poſſet ſanari:nam in reſtituenda ſanitate,vt dicit Gal.natura eſt principale agens,illa autem natura ꝓpriè eſt naturalis cõplexio, deficiente principali agente, nil poſſunt actiones miniſtri:quoniam adminiſtrata per ipſum nõ habent motorẽ.ſ. E naturam operatricem,quæ vtitur eis, conſequẽs eſt, quòd natura per ſe ſine adiutorio Medici quandoq; poteſt reſtituere ſanitatem: Medicus autem ſine natura non poteſt,quod ſi poſſet vtique mortuus ſuſcitaretur. Omnes autem ſapientes in hoc conueniunt, quòd prima ſpecies hecticæ ſit facilis ſanationis: ſecunda verò difficilis, tamen poſsibilis: tertia verò impoſsibilis abſolutè. Hic aũt dicẽdũ eſt, qđ de diſpoſitione corporis, ſeu membrorum in hectica poteſt aliquid dupli- F citer iudicare,videl.aut ſecundum exquiſitam & abſolutã veritatẽ,aut ſecundũ ſufficientẽ propoſito.Si primo modo,tũc ꝓculdubio in nullo corpore naturalis & ꝓpria complexio eſt omnino reſoluta,dum viuit,& membra poſſunt vitæ act⁹ aliqualiter exercere:vnde in corporib. hecticorũ vſq; ad finem tertiæ ſpeciei hecticę à membris omnino reſoluta,non eſt complexio naturalis, & hoc modo procedunt rationes ſupradictę obiectionis.Si verò ſecundo modo cõſideretur, tunc G poterit dici ſecundum aliquem intellectum, hoc eſt reſpectu alicuius cõſiderabilis omnino reſoluta, & hoc modo procedit iudicium Medicorum in hac materia,ſiue in præſenti tractatu,ſiue in alijs locis. Naturalis.n.complexio in corporib.he-

Dub.primũ: Vtrum naturalis cõplexio hecticorũ ſit in corporibus omnino victa.

A cticorum cõparata ad qualitatem innaturalem, quę introducitur,ſcilicet ad calorem febrilem habet ſe reſpectu illius,vt reſolubilis: Calor autem febrilis reſpectu illius habet ſe,vt reſoluens. Quãdo igtur reſoluens nõ ceſſat vincere, intantũ qđ à membris iam non ſentitur, tunc per comparationem ad reſoluentem rectè poteſt dici vel iudicari reſoluta cõplexio,per cuius reſiſtentiam à natura ſentiebatur reſoluens, & ita eſt in corporib. hecticorum,in quib.nõ per cõparationem ad alia B imprimentia,ſed per comparationẽ ſolùm ad calorem febrilẽ dicitur victa, & reſoluta naturalis complexio,cum calor reſoluens ipſam,iam à mẽbris non ſentiatur.Hoc.n.non eſt inconueniens, qđ complexio naturalis tantũ ſuperetur reſpectu alicuius imprimentis, quod non ſufficiat mẽbris ad ſentiendũ illud imprimens, & tamen ſufficiet ei ad hoc, vt ſentiat alia, & exerceat aliqualiter alias actiones vitę: etenim naturalis complexio latitudinem habet in vnoquoq; corpore, in- C quantum eſt naturalis, licet non inquantum eſt potiſsima illi corpori.De his autem, quæ habent latitudinem infra duos teminos contentam, nõ eſt inconueniens,quod amiſſo vno gradu latitudinis,remaneant alij:ſic igitur eſt in corporib.hecticorum,quoniam reſpectu caloris febrilis naturalis cõplexio amiſit illum gradum, quo mẽbra diſponebantur ad ſentiendũ illum calorem, quẽ etiam gradum abſtulit ei febrilis calor pro eo, quia iam affixus eſt membris, & ideo in conſue- D tudinẽ & habitũ ductus,propterea non ſentitur, quia factus quaſi conſimilis. Hæc autem conſideratio,quam diximus,neceſſaria eſt Medico in materia cognoſcendi perfectè quantitatem impreſſionis qualitatis innaturalis in corpore,& in propoſito ſufficit ei.ſ.in materia conſiderandi quantitatem impreſsionis qualitatis.ſ. caloris febrilis in corpore febricitanti. Cognito.n.per ſignum ſupradictum, quod cõplexio naturalis victa eſt in membris modo dicto à calore febrili, quantum E ad prædictam oporationem.ſ.ſenſum illius caloris,& alterationis, iam Medicus cognoſcit ſufficienter,quòd calor fortiùs eſt impreſſus corpori,q̃ in ephemera vel putrida, quia nõ tantũ in ſpiritib. & humorib.ſed etiã affix⁹ eſt membris: quę, inquam,cõſideratio,ſeu cognitio eſt ei principiũ regulandi opus curationis aliter, q̃ in febrib. ſupradictis,& in cognoſcendo, & menſurando virtutem cauſæ ſalubris,& eligenda medicina,& in modo etiam applicandi. Ex ſupradicta namque F cõſideratione perpendit Artifex,quod fortior infrigidatio hicticis conuenit,q̃ alijs, quoniam calor in his fortius eſt impreſſus & membris affix⁹ & quia ſupponit aliquo modo,vt diximus, naturalem complexionem victam eſſe in membris, & membra proinde circa debitam non procurat iſtam fortiorem infrigidationem eo modo fieri, quo in alijs, quia non per fortiora infrigidantia ſubitò, & in magna quantitate recepta interius, ſicut per multum potum aquæ frigidæ vno hau- G ſtu,quemadmodum aliquando fit in ſynocho,& in cholericis febrib.ſed per alia infrigidantia interius recepta: tamen tempore longiori, & per applicata exterius,ſicut per infuſionem aquæ frigidæ aliter,quàm in alijs:quia non ſine præmiſsione balnei calidi,propter debilitatem membrorũ ſupra-

Complexio naturalis habet latitudinem.

supradictam. Perpendit etiam ex prædicta consideratione, istis iterum non conuenire digestiua, & euacuatiua humoris, aut sudoris prouocatiua sicut in alijs: & iterum perpendit, quòd istis alia nutrientia conueniunt, & aliter administrata, quàm in alijs: quæ omnia plenè patent ex 8. 9. 10. & 11. de ingenio sanitatis. Hìc autẽ de hoc nos facimus mentionem, vt pateat qualiter prædicta consideratio est Medico necessaria, etiam proposito, & qualiter ei est sufficiens, postquam per ipsam regulatur sufficienter ad inueniendam formam rectè operandi in corporibus hecticorum, secundum quòd sunt hectici absolutè: immò nõ nocet ei si aliud non consideret, immò si aliud cõsideraret, quã in proposito sufficit, ab intento, & principali fine medicinæ recederet: quemadmodum in libello nostro de intentione medicorum nos plenè recolimus ostendisse. ¶ Secundum autem dubium, quo circa prædicta potest causari, est de eo, quod dixit Galen. scilicet quod in membris existentibus in naturali dispositione, parua est comparatio seu differentia inter ea, in caliditate & frigiditate: huic enim videtur esse contrarium rectè, quod docet in fine primi, de complexionibus, scilicet quòd membrorum quædam sunt manifestè frigida respectu aliorum: quædã manifestè calida, sicut cerebrum respectu cordis, & econuerso, & caro respectu ossis: & sic de alijs. Planum est autem quòd non parum distant in caliditate & frigiditate, quæ manifestè iudicantur esse in contrarijs qualitatibus. Quod autem in contrarijs qualitatibus manifestè iudicentur esse, probari potest per effectus, de quibus ibidẽ loquetur, & etiam secundo eiusdẽ libri. s. per dissolutionem & coagulationem: hi sunt contrarij effectus, qui semper à contrarijs causis procedere debẽt, ipse autem dicit in prędictis locis, quòd vnctuositas sanguinis à quibusdam membris coagulatur in pinguedinem, ab alijs autem dissoluitur in vaporem & fumum: ergo oportet, quòd illa membra sint secundum veritatem contrariarũ qualitatum in frigiditate, & caliditate, ita. s. vt ipse docet ibidem, quòd coagulantia sint manifesta, & secundum vicinitatem infrigidantia, dissoluentia verò calida: secundum hoc ergo non poterunt huiusmodi membra adinuicem comparata parum iudicari magis calida, vel parũ minus, sed absolutè calida vel frigida: ergo erit magna distantia inter ea. ¶ Ad hoc autem dicendum, quòd membra secundum aliquam considerationem adinuicem comparata in complexione multum distabũt in caliditate, & frigiditate, secundũ aliam verò parũ, & ideò ad euidentiam huius est sciendum, quòd aliquando Medicus comparat membra animalis, quo ad complexionem, inquãtum sunt corpora mista, & tunc non comparat ea, nisi quantum ad potentialem complexionẽ, & hoc modo procedit sua cõsideratio in scientia dięta rum, vel nutrientium, vel in scientia simplicium medicinarũ: & secundum istã cõsiderationem membra animalis inueniuntur aliqua multum distare in caliditate & frigiditate. Talẽ autẽ considerationem non habuit hìc Gal. quoniã de membris loquitur, prout sunt partes corporis actu viuentis, vt patuit sententiando. Aliquando verò comparat membra animalia adinuicem in

Dub. secundũ, Vtrũ cõparatio siue differẽtia mẽbrorum in naturali dispositione existentiũ in caliditate & frigiditate sit parua.

Solutio.

A complexione, secundum quod sunt corpora viuentia & tunc considerat actualẽ ipsorũ complexionẽ, & isto modo procedit: sed tamen secundũ hanc consideratione possunt comparari dupliciter, quia videl. aut quantum ad complexiones ꝓprias, quas habent ista membra ratione propriæ naturæ, & hoc modo etiam aliqua membra dicũtur multũ in caliditate & frigiditate distare, & isto modo considerantur in prædicta parte de cõplexionibus: quo etiã modo ꝓcedebat obiectio.

B Aliter aũt possunt comparari ratione complexionis, quam habent simul, & quasi propria & communi. Est aũt cõmunis natura vel complexio illa, quam à corde & hepate recipiunt mediante sanguine & spiritu: & hanc consideratione nobis insinuat Gale. circa finẽ primi de complexionib. vbi dicit, quòd corpora venarum pulsatilium & nõ pulsatiliũ ex natura sunt frigida: & pòst dicit ex vicinitate sanguinis calefiunt, donec ad mediam complexionem veniant. Secundum hanc

C igitur considerationem, si membra sani corporis, quæ secundũ veritatem vicinitate sanguinis, & spiritus calefiunt naturali & communi calore, cõparentur adinuicem in caliditate & frigiditate, tunc proculdubio parua reperietur inter ea distantia in his qualitatib. & hoc modo Gal. hìc cõparat animalis membra adinuicem, cùm loquatur de ipsis, secundum quod se habent in corpore viuentis, & disposita naturali dispositione, in quo quidem corpore innata complexio membrorum cum influenti concurrens, quandam mediã

D dispositionem causat in membris, quæ est ipsis conueniens & amica secundum exigentiam corporis. Et ideò etiam vnius complexio non lædit alteram, nec etiam infert ei aliquam passionem: sed si aliquando distemperatur complexio alicuius membri, & non proportionatur vicino secũdum illam conuenientiam & similitudinem, quã exigit corpus sanum, tunc illud membrum, cuius complexio distemperatur, infert passionem

E vicino, & ipsum lædit, & huiusmodi distemperãtiã, quia dissimilis & disconueniens est ei, & non assueta, sentit ipsum mẽbrum vicinũ: & per hanc considerationem peruenit Medicus ad notitiam qualitatis distemperantis in interioribus membris in interrogando de qualitate passionis, quæ sentitur in ipsis.



ERGO forsitan anima secundũ hãc ratiocinationẽ acquiescit

F illi sermoni, qui dictus est: quẽadmodũ Hipp. dixit in quibusdã libris suis, ꝙ omnes ægritudines nõ sunt nisi vlcera: & illud ideo quoniã vlcus nõ est, nisi solutio cõtinuitatis, & caliditas superflua, & frig⁹ superfluũ fortassè cõtinuitatẽ soluũt. Caliditas quidẽ fortis ꝓpterea ꝙ soluit & secat cõtinuitatẽ substãtiæ in qua

G vincit: & frigiditas quidẽ supflua ꝓpterea ꝙ adunat & cõstringit substãtiã, in qua vĩcit ad interiora, donec exuberet ex ea aliqd, & egrediatur, & coarctat, ꝙ remanet ex ea, & disrũpit. Quod si aliqs ponat hũc

terminū in ſuperfluitate caliditatis, & frigiditatis, dignū eſt, vt ſit non longè, quod æſtimetur de eo, quod iā adinuenit. Verū tamen ſi hic non eſt terminus in ſuperfluitate, ſed terminus in illo eſt alius, tūc ſecundū manifeſtā diſpoſitionē eſt, quòd omnis ſuperfluitas nō intelligitur, niſi ſecundū ſemitā relationis ad aliqđ. Et illud ideò, quoniā id, quod aduenit omni corpori ex reb. quæ ſunt vnius diſpoſitionis, caliditatis & frigiditatis, non eſt res vna. Quapropter fit vt humores, q̄ ſunt in quibuſdā animalib. adinuicē ſint cōuenientes, & quorundā humores non ad inuicē conueniant: ſed præter hoc corrumpant ſe, & interficiant, vt homo & vipera: cuiuſque.n. eorum ſaliua alterū perimit: & ex hoc quidē fit, vt cùm homo ſup̱ ſcorpionē expuit, cū eſt ieiun⁹, interficiet ipſum, homo aūt homini ſibi ſimilē non interficit, cū eum mordeat, neq; vipera viperā ſibi ſimilē, neq; draco draconē. Et illud ideò, quoniā ſimile eſt conueniens & amicum: & contrariū ipſum eſt inimicum & impediens. Et ex eis quidē quæ hæc ſignificant, eſt quòd omnia, quæ augmentantur & nutriuntur, non augmentantur & nutriuntur, niſi à ſuo ſimili & conuenienti. Et omne, quod moritur & minuitur, non moritur nec minuitur, niſi à ſuo contrario: & propter hoc conſeruatio ſanitatis non fit, niſi reb. conuenientib & ſimilibus corporib. ſanis. Sanitas verò & curatio ab ægritudinib. non fit, niſi reb. ſibi cōtrarijs: verumtamen loqui de hoc, eſt pręter id, in quo ſumus. Illam aūt febrē fixā, quæ ſubſtantiæ animalis fixæ inhęret, nō ſentit, qui ea laborat: nulla verò reliquarum febriū exiſtit, quā eam patiens non ſentiat: verumtamen quaſdā earū ſentit, & ab eis impeditur plus, & quaſdā min⁹: earū propterea ſunt quædam, cum quib⁹ eſt tremor, & hoc quidē accidēs. ſ. tremor ſicut & plura alia accidentia, non fit niſi à malitia complexionis diuerſæ. Et neq; quidē poſſibile eſt, vt narrē, qualiter hoc accidens generetur, in hoc ſermone in quo ſumus, niſi oſtendam de virtutibus naturalib. quot ſint, & quæ ſint, & qđ ſit illud, ꝙ vniuſcuiuſq; earū ꝓpriè eſt efficere. Ego autē narabo eſſe omniū accidentium in libro de morbis & accidentibus.

TERMINATA parte in qua ſatisfecit obiectioni prædictę contra prædicta, hic ſequitur pars, in qua obijcit iterato contra dicta

A in antecedēti reſpōſione: Circa quod primò mouet obiectionē: ſecundò verò ſubiungit reſpōſionem ibi (Quod ſi aliquis ponat.) Intendit ergo in parte prima, quòd ex his, quę dicta ſunt in reſponſione immediatè pręcedenti, poſſet arguere aliquis, quòd omnis paſsio, & omnis dolor cauſatur à ſolutione cōtinuitatis, quod quidá opinati ſunt: ſicut Hipp. narrat in lib. de humana natura: poſſet.n. aliqs ex pr̨edictis arguere, vel ratiocinari per hunc modū: calor & frigus non cauſant do-
B lorem ſiue paſsionē in membro, aut ſenſum alterationis niſi ſuperfluant, vt dictum eſt: ſed ſuperfluus calor aut ſuperfluū frigus cauſant ſolutionem cōtinuitatis per modū quē tangit: ergo paſſio membri vel dolor nō cauſabūtur à calore vel frigore, niſi mediante ſolutione continuitatis. Fit aūt hac ratione ſyllogiſmus vniuerſaliter cōcludens, vt ita dicatur: omnis calor ſuperfluus, & ſimiliter omne frigus cauſant dolorē. i. multū excedens, & ſimiliter omne frigus cauſat ſolutionē cō-
C tinuitatis: ſed omnis calor ſuperfluus, & ſimiliter omne frigus cauſant dolorē, ſeu paſsionē in mēbro: ergo omnis dolor, ſeu paſsio membri cauſatur à ſolutione cōtinuitatis: hui⁹ aūt rationis minorē pr̨emiſit antè. Hìc adiungit maiorē, & concluſionē & primò cōcluſionē: ſecundò verò maiorē ibi (Et caliditas ſuperflua.) Dicit ergo in parte prima: ergo forſitan. i. ex dictis poterit eſſe, qđ ſi rationē. i. argumētationē, anima. i. intellect⁹ alicuius acquieſcit, hoc eſt conſentiet ſermoni illi, q̄
D dictus eſt. i. quē aliqui ſecundū ſuá opinionē affirmauerint, quemadmodū dixit Hipp. ſ. in quibuſdā libris ſuis, ſicut in lib. de humana natura, & alibi: quod quidá opinati ſunt, quòd oēs ægritudines. i. diſpoſitiones dolorē, vel paſsionē aliquam inferentes nō ſunt, niſi vlcera. Et exponit ſtatim, quod dixit. ſ. vlcera, intendēs, qđ per vlcera dederunt intelligere ſolutionē cōtinuitatis: & huius cauſam reddit, dicēs, & illud: ideo. i. ꝓpterea intellexerut per vlcera ſolutionē cōtinuitatis, quoniā
E vlcus non eſt niſi ſolutio cōtinuitatis, vnde ſupple per ſpeciē dederunt intelligere genus: ſermo ergo, qui dict⁹ eſt ab aliquib. nō eſt alius, niſi iſte, .ſ. quòd oēs dolores, & paſsiones membrorū cauſantur à ſolutione cōtinuitatis: & hęc fuit cōcluſio ſupradictæ rationis. ¶ Tunc ſequitur pars, in qua explicat maiorē: & primò ponit eā: ſecundò declarat. i. oſtendit, per quē modū habeat veritatē ibi (Caliditas quidē.) Intēdit ergo in parte prima, quòd ſecundū auctores ſupradictæ opinio-
F nis poteſt aliqs ratiocinari, vt dictū eſt: quia caliditas & frigiditas quando multū excedunt, ſoluunt cōtinuitatē: dicit ergo: & ideo ſupple aliqs acquieſcat ſermoni, qui dictus eſt, &c. quia caliditas ſuperflua. i. multū excedēs, & frig⁹ ſuperfluū fortaſſe: & hoc ideò dicit, quoniā nō eſt vniuerſaliter verū de omni ſuperfluo calore, vel frigore, ſicut ſtatim pòſt dicet, ſoluunt cōtinuitatē. Qualiter ergo habeat veritatē hoc manifeſtat, & intendit, qđ caliditas ſoluit cōtinuitatē, q̄a diſgregat,
G & ideò ſeparat cōtinuitatē inter extrema, quoniam ſuperfluit: dicit ergo, caliditas igitur quidē ꝓpterea ſupple ſoluit cōtinuitatē mēbrorū, quod ꝓ, quia ſoluit. i. ſeparat & ſecat. i. ſegregat. i. continuitatē ſubſtantię cuiuſcunq;. i qua vincit. i. quæ nō omninò ſeparat ſubſtantiā, in qua eſt, & frigiditas

ditas quidē ſuperflua. ſupple facit, quod dictū eſt quia coadunat ad interiora. i. verſus interiora, donec exuberat ex ea aliq̄d. ſupple ſubſtātia, in qua vincit q̄dē circa mediū ſubſtātiæ eiuſdē: & ingrediatur verſus mediū, & coarctetur. i. cōtrahatur, qđ remanet ſupple cū extrema ex eo. ſ. corpore, in quo vincit: & ideò ſupple diſrūpit, videl. in extremis. Poſita obiectione: tunc ſeq̄tur pars (verū ſi hoc nō eſt) in qua reſpōdet ad illā, & primò explicat illā reſpōſionē: ſecundò declarat ꝑ experimētū ibi (Quapropter fit.) In parte ergo prima reſpōdet ꝑ interemtionē maioris, & intendit, qđ ſi maior eſſet vniuerſal. vera, tunc ꝓcederet ratio: nō tñ eſt vniuerſaliter vera, nō. n. eſt verū, quod omnis calor ſuꝑfluens in quocunq; gradu vel reſpectu cauſat ſolutionē cōtinuitatis, & ſimiliter de frigore, ſed ſolū eſt verū qñ ſuꝑfluūt in illo gradu, q̄ dict⁹ eſt immediatè. ſ. qñ ſuperfluūt in ſumma victoria. Verū eſt etiā, quòd ſi accipiatur illa ꝓpoſitio vniuerſaliter, cōmittetur fallacia conſequentis: ac ſi diceretur, omnis calor ſuperfluens in p̄dicto gradu ſoluit cōtinuitatē: ergo omnis calor abſolutè. Patet ergo ex hoc, qñ prædicta ratio nō ꝓcedit, & nō ſolū ꝓpterea: q̄a peccat in materia, ſed etiā quia peccat cōtra formā ſyllogiſticā, quādo cōcludit vniuerſaliter in tertia figura. Sed auctori, tanq̄ reali Artifici ſufficiens fuit, obiectionē referre oſtēdendo, quoniā ꝓcedit ex falſis. Dicit ergo, qđ ſi aliquis ponat hūc terminū, quē immediatè, videl. in parte p̄cedēti, dixit in ſuꝑfluitate caloris & frigoris: ita. ſ. vt ſupponat, qđ aliū terminū nō habent in ſuperfluitate tertij digeſtiui: tunc dignū eſt ſecundū ſuā obiectionē vt ſit non longè. ſ. à ratione. i. diſpoſitionū rationi, qđ æſtimetur de eo, qđ aliq̄d ſupple veritatis inuenit. ſ. in p̄dicta opinione. Verūtamē ſi ꝓ, q̄a hoc, quod dictū eſt, nō eſt termin⁹ in ſuperfluitate, ſed terminus in illo modo ſuꝑfluēdi eſt aliud, q̄ eſt, qđ dictū eſt. i. qđ terminus excedēdi nō eſt ille, qui dictus eſt ſolū, ſed poti⁹ eſt alius: tūc ſecundū manifeſtā diſpoſitionē. i. manifeſtè diſponitur intellectui ad cognoſcēdū, qđ omnis ſuꝑfluitas ſupp. caloris, aut frigoris, aut alterius qualitatis nō intelligitur. i. nō debet intelligi, niſi ſecundū ſemitā reſolutionis. i. ſecundū aliquē modū, reſpectu ad aliquod. ſ. ad ſubiectū. Et quòd exceſſus qualitatū reſpectu ſubiectorū nō debeat intelligi abſolutè. ſ. quod vnus ſit reſpectu omniū, hic ꝓbat per ſenſibiles effectus intēdens, qđ ab æqualiter calefacientib. aut infrigidātib. nō vniformes fiūt impreſſiones in omnib. corporib. quod tamen eſſet neceſſariū, ſi reſpectu omniū, vno modo vel illo modo excederēt: & ideò dicit illud omninò. ſ. ideò verū eſt, quòd ſuperfluitas nō debet intelligi vniformiter abſolutè: ſed ꝑ cōparationē ad corpus, qđ ſubijcitur qualitati. Quoniā aduenit omni corpori. i. qđ imprimitur ex reb. q̄ ſunt vni⁹ diſpoſitionis cal. & frigiditatis. i. vniformis potētiæ in caliditate & fri. nō eſt res vna. i. nō eſt impreſſio vna vel vniformis: quod aūt ea, q̄ vniformiter ſunt calida aut fri. nō vniformiter imprimant in diuerſis corporib. hoc probat exemplis tantum in parte ſequenti: circa quod primò explicat exēpla: ſecundò verificat ſuppoſitū in exēplis ibi (Et illud ideò.) Intendit ergo in parte prima, quòd humor vnius & eiuſdem corporis eſt conueniēs alicui corpori, & valde diſconueniens alij, intantū etiā, quòd corrumpit ipſum, cū tamen ille humor in ſe ſemper ſit vniformis cal. aut frigiditatis quod euidenter patet in homine, vipera & ſcorpione: quoniā ſaliua hominis, quæ eſt quędam eius humiditas eſt cōueniens homini, & tamē valde diſcōueniens viperę aut ſcorpioni, e conuerſo eſt de humiditate viperę, & ſcorpionis, quoniam q̄libet earū eſt in corporib. ſuæ ſpeciei cōueniēs, humanis aūt corporib. eſt adeò diſconueniens, quod corrumpit ea. Et licet virtus, per q̄ iſtæ humiditates ſaluant aut corrūpunt corpora ſupradicta, nō ſit virtus elemētaris. ſ. cal. aut frigida, ſed ſit virtus cōſequens formā ſpecificā rei, cuius eſt, tamē nō ideò debet iſtud exēplū impertinens ꝓpoſito iudicari, quoniā ad ſimilitudinē introductum eſt: non. n. eſt alia ratio propter q̄ ſpecifica virtus aliter & aliter imprimit in hoc corpus & illud, niſi quia illa corpora aliter & aliter ſunt diſpoſita ad recipiendū impreſſionem ipſius, ita. ſ. quòd ſecundum illā diſpoſitionem, quā acquiſiuit ex natura ſuę cōmiſtionis cōparatur ad virtutem illā illud corpus, & ſecundū aliā illud. Et ſimiliter rectè per omnia ſe habet de cal. & frigiditate quodcunq; corporū, quia aliter & aliter imprimunt in hoc corpus, & illud ꝓpter diuerſitatē diſpoſitionis, qua cōparantur ad illas qualitates, quas, inquā, diſpoſitiones corpora acquirūt, vel à natura miſtionis, vel ab alijs partib. Poſuit etiā Gal. hoc exemplū ad maiorē euidentiā: ſi. n. virtus ſpecifica, quę ſemꝑ vna & vniformis permanet in corpore, cuius eſt, varias efficit impreſſiones in diuerſis corporib. multò fortius virtus elementalis, ſeu complexionis, quæ variatur per intenſionem & remiſſionem hoc faciet. Pręterea in prædictis ex iſtis habet locum, quæ dicitur ex cal. & frigiditate, quod patet ex dictis Gal. de interiorib. lib. tertio de epilepſia, & ſexto lib. de ſuffocatione matricis: vbi enim dicit, quòd humiditas ſcorpionis cauſam vehementem facit, & impreſſionem frigiditatis in humano corpore, quòd videatur eſſe impreſſio grandinis aut glaciei, & ſimiliter de humiditate araneæ, quod tamen non facit aranea in araneā, aut ſcorpio in ſcorpionē, & ſimiliter de alijs corporibus. Differentia autē virtutis ſpecificæ ſequitur differentiam concurſus qualitatū elementaliū, diſpoſitarū ad illā virtutem: ſicut in lib. de complexionib. & in lib. de ſimplici medicina plenius tāgit Gal. & in naturalibus plenius demonſtratum eſt: dicit ergo, quapropter, &c. quaſi dicat: nónne dictum eſt, quòd ex reb. quę ſunt vnius diſpoſitionis, non aduenit vna res, vel vnus effectus omni corpori, ſicut declaratur euidenter in humoribus animaliū? Quapropter. i. quoniam fit. i. cōuenit, vt humores, qui ſunt in quibuſdam animalibus, adinuicem ſint conuenientes, in quorundam verò propter hoc. i. propter diuerſum reſpectū, ſicut ſuperius dixi: talem, inquam quòd diſconueniant, corrumpūt & interficiunt, verbi gra. ſit homo & vipera, quia ſemper ſaliua cuiuſq; horū alterū perimit, & ex hoc quidē fit, vt eſt homo: q. d. & patet ex hoc, quòd cū homo ſpuit ſuper ſcorpionē, dū eſt ieiunus, quoniam tūc virtus, q̄ habet ſaliua, ratione humani corporis, efficacior eſt. Nō. n. eſt tunc fracta ſeu debilitata virtute alieni corporis, ſicut

contingere poteſt ſumto cibo ſecundum diuerſi-
tatem eorũ,quę ſumuntur,ipſum interficit.ſ.ſup
ple homo aut hominẽ ſibi ſimilem. Et hoc dicit,
quoniã homo poteſt per morbũ homini diffici-
lis effici,quantũ ad ea,quę neceſſaria ſunt huma
nę naturę ad ſui ſaluationem: vnde in morbis cõ
tagioſis vnus homo, per ſimilitudinem ſupradi-
ctam,lædit alterum, & corrumpit etiam cum ſui
humiditate,ſicut ſperma leproſi, & ſaliua epile-
ptici,aut etiam rabioſi hominis. Homo inquan-
tum homo ſibi ſimilem non interficit cum mor-
det ipſum,nec vipera viperã,nec draco draconẽ,
& tu intellige ratione humiditatis ſalíualis, quæ
cũ morſu emittatur,& nõ ratione ſolutionis cõ-
tinuitatis,quam facit morſus.Poſsibile enim eſt,
vt vna vipera aliam mordeat, & proinde moria-
tur:& vidimus etiam porcam ſuos porcellos quã
doq; comedere,& catum catulos ſuos. ¶ Quod
igitur dixit, quòd homo interficit hominem ſu-
pradicto modo,&c. iccircò ſubiungit partem in
qua verificat ſeu confirmat hoc ratione,& primò
facit hoc.ſecundò verò rationem ſuã manifeſtat
exemplis effectuum,tâm purè naturalium , quã
etiam partim innaturalium,& partim artificialiũ
ibi(Statim & ex eis quidem dixit.) Dicit ergo in
parte prima:& illud ideò,q.d. ideò ſupradictum
eſt, quoniam ſimile eſt conueniens , & amicum,
contrarium verò ecõtra:hanc rationẽ confirmat
immediatè exemplis,& primò exemplis purè na
turalium effectuũ: ſecundò verò effectuum par-
tim naturaliũ,& partim artificialiũ ibi (Et ꝓpter
hoc,&c.) Dicit ergò in parte prima , quòd ex eis,
quæ ſignificant ſigno vel exẽplo confirmãt hoc
hãc rationem immediatè dictam: eſt vnum ſup-
ple hoc.ſ.quòd omnia quę augmentantur,& nu-
triuntur,non augmentantur ratione, quòd mori
tur,& minuitur,&c.non moritur, nec minuitur,
&c. Augmentatio aũt, & nutritio effectus ſunt
purè naturales, quibus viua corpora proficiunt
& ſaluantur:contraria verò ſunt effectus contra
rij,& nihilominus naturales. Supradictã etiã ra-
tionẽ manifeſtãt vel cõfirmant effectũ conſerua
tionis ſanitatis,& curationis ęgritudinis.qui par
tim ſunt naturales,partim verò artificiales,quan
tũ enim ad principale agens,naturales ſunt,quã-
tum verò ad miniſtrũ,artificiales:dicit ergo,& ꝓ
pter hoc ſupple,quia ſimile eſt conueniens, & a-
micum &c.Cõſeruatio igitur ſanitatis, quod ſup
ple eſt idẽ,quod cõſeruatio cõuenientiũ & natu-
ralium, non fit,niſi ex reb.conuenientib.& con-
ſimilib.ſanis corporib.Ex quo patet, quòd cõue-
nientia conſimilia ſunt & amica,ſicut dicebatur,
quoniã conſeruant illud,quod eſt conueniens &
amicum corpori, ſicut patet in conſeruatione ſa-
nitatis:cõtrariũ verò eſt de ſanatione & curatio-
ne,quoniã per cõtraria fit,quæ ſunt inimica, & i-
deò ſunt corruptiua eius aliquid,quòd ordinan-
tur.ſ.res cõtra naturã: & ideò dicit quoq;,ſed ſa-
nitas .i. ſanatio, vel ſanitatis reductio, & curatio
ab ægritudinib nõ fit,&c. Quia verò aliquis quæ
reret manifeſtare, quare conſeruatio fit per ſimi-
lia,& curatio per contraria,quia nõ facit inde mẽ
tionẽ,iccircò excuſat ſe,intendens quòd nõ perti
net ad præſentẽ conſiderationẽ,cũ dicit,verum-
tamẽ de hoc loquitur.His aũt partib. determina-
tis,ſequitur pars illa,in qua, ſicut dicebatur ſupe
riùs,agit de ſignificationib.hecticę per compara-
tionẽ ad alias febres,circa quod quantum ad hoc
primò tangit naturã hecticæ, inquantũ eſt hecti-
ca in communi: ſecundò verò aliarum febriũ ibi
(nulla verò reliquarũ.) Intẽdit ergo in parte pri-
ma,ſicut ſuperiùs fuit declaratum , quòd hoc eſt
generale omni febri hecticæ inquantum hectica
eſt,quòd non ſentitur à patiente ipſam : & hinc
habetur illa regula generalis,in qua dicitur, qđ
ſi quis febricitauerit,& tñ nõ ſentit,febrẽ hecticã
patitur. Dicit ergo, illam aũt febrẽ: quę animalis
ſubſtantię fixæ inhæret,hoc eſt, hecticã non ſen-
tit,qui ea laborat. Tunc ſequitur pars in qua tan
git naturã reliquarũ febriũ, quãtũ ad ſenſum vel
paſsionẽ,quã faciunt : in primò facit hoc abſolu-
tè:ſecundò verò cõparatiuè ibi(verũtamen qui-
dem.) Dicit igitur in parte prima,qđ non eſt ali-
qua alia febris ab hectica,quã nõ ſentiat patiens.
In ſecunda verò parte primò cõparat alias febres
quantũ ad gradũ paſsionis,ꝙ inferunt ſenſui: In
parte verò ſecunda, quantũ ad multiplicationẽ,
& paucitatẽ earum ibi (earũ præterea ſunt quæ-
dam.) Intendit ergo in parte prima,qđ quamuis
dictũ ſit de omnib.alijs febrib. ab hectica qđ pa-
tiens ſentit febrem:& inde ſequitur, quod ſenſui
eius paſsio & læſio inferatur ſenſibilis, tñ ne cre-
dat aliquis,qđ hoc fiat æqualiter in omnib. iccir
co ſubiungit differentiã,dicens,quod in quibuſ-
dã ſupradictarũ febriũ,etiã dum ſentiuntur, im-
peditur & læditur amplius patiens: in quibuſdã
verò minꝰ ſupple ſecundũ intẽſionẽ,& remiſsio-
nẽ febriũ,& diuerſitatẽ particulariũ febriũ. Cõ-
trà verò aſsignat aliã differentiã inter eas, & pri-
mò facit hoc:ſecundò verò excuſat ſe circa dicta,
de inſufficientia remittẽdo dicta ad ſufficientio-
res tractatus ibi(neq; quidẽ poſsibilis.Dicit ergo
quod inter prædictas febres.ſ. alias ab hectica eſt
alia differentia,quoniã cũ quibuſdã ipſarũ eſt tre
mor ſupple nõ de quo accidente, & de plurib. a-
lijs, quæ in prædictis febrib. differẽter apparent
& ſentiuntur à patiẽte. Dicit vniuerſaliter, quod
omnino cauſant à mala cõplexione diuerſa : ſed
quia quæreret aliquis fortè,quomodo & à qua,
iccirco excuſando de omiſsione huius,reddit pri
mò cauſam omiſsi ſignanter,quantũ ad tremorẽ.
Secundò verò ꝓ ipſo,& omnib. alijs ſimul remit
tit ad librũ de morbo,& accidenti ibi (Ego autẽ
narrabo. In parte ergo prima dicit, quod in præ-
ſenti materia non poteſt narrare,hoc eſt,declara-
re qualiter tremor generetur : cuius rationẽ aſsi-
gnat,quia ad hoc declarandũ neceſſe eſt prius o-
ſtendere de virtutib.naturalib.quot ſunt, & quæ
& quid efficit vnaquæq; : & hoc ſupple valde lõ-
gum eſt & impertinens præſenti tractatui. Sed
ſubſequenter promittit, quod & de hoc, & de a-
lijs accidentib.dabit doctrinã in lib. de morbo &
accidenti. Suprà verò hanc partẽ,in qua cõparat
hecticã ad alias febres,cõmuniter quæritur,vtrũ
calor febrilis acutior ſit in hectica , ꝙ in cauſone,
multi.n.dubitant circa hoc,quib.videtur,ꝓbabili
ter,qđ acutior ſit in cauſone,ꝙ in hectica multis
ſignis adducti ad hoc credendũ : quorũ vnũ eſt
quod corpora, vt dicũt,patientiũ cauſonẽ citius
deficiunt , & extenuantur,& etiã pereunt ꝓpter
calorẽ febrilẽ,ꝙ corpora hecticorum , quoniã illi
vix poſsũt expectare 7. diẽ: ex hecticis aũt multi
pluri-

pluribus annis viuunt. ¶ Praeterea à corporib. patientib. causonem multus fumus, & multus sudor resoluitur, quorũ tamen aut modicum, aut nihil resoluitur à corporib. hecticos: igitur in illis est calor resoluens fortior. ¶ Item patientes causonem habent magnũ & velocẽ valde, atq; frequentẽ anhelitũ, & pulsum similiter, & multò magis sine cõparatione, q̃ in hecticis saltẽ manifestè habent ipsos maiores, & velociores: planũ est aũt secundũ doctrinã omniũ sapientũ, quòd tales differentias in pulsu & anhelitu causat maior necessitas temperãdi excessum caloris, & causa maioris necessitatis est materia maior excessus caloris. His ergo effectib. & similib. mouentur aliqui ad credendum hanc partẽ. ¶ Contrariũ aũt asserunt sapientes Medicorũ, & specialiter Auicẽ. asserit planè in lib. de virib. cordis cap. 4. quòd in hectica febri, secundũ veritatẽ, fortior est calor febrilis, q̃ in acuta. ¶ Ad hoc aũt conuenienter patet responsio ex doctrina Gal. superiùs, si diligenter intueatur: quoniã hectica, quae cõparatur ad aliã febrẽ, quaecunq; sit, aut est terminus ipsius, ad quam comparatur, aut non: quòd si sic, tunc proculdubio fortior, seu acutior est calor in hectica, q̃ in ea, quae praecessit: non tñ intelligendũ est, quòd sit fortior quocunq; modo, sed eo modo, quo superius insinuabat Gal. Patet. n. dici fortior, quantũ ad gradum, quẽ habere debet à sua origine. s. causa imprimente, siue sit apostema calidum, siue humor putridus, siue corpus actu vel potentia calidum, obuians corpori, verbi gra. vt dicamus gra. exempli, quòd causa imprimẽs quãtum est de sui virtute, non potest calorẽ febrilem imprimere, nisi vsq; ad secũdum vel tertium gradum, & quantum ad istum gradum non est fortior in termino, q̃ in via, sed aequalis. Sicut etiam in exemplo, quod superiùs introduximus patet: quantum. n. est de virtute ignis calefacientis paleas domus, & ligna tecti, non fortior est in lignis quàm in paleis. Potest etiã alio modo dici, quòd calor fortior est, quantum ad potẽtiam, quam manifestat in subiecto, in quem agit: sicut dato, qđ quantum ad vnum gradum imprimatur in duobus subiectis, quorum vnũ est ei minus resistens, reliquũ verò magis: tamen fortior dicetur, quando impressus fuerit in magis resistenti, quamuis tardius imprimatur in eo, maximè si illud subiectũ tale fuerit, quod per ipsum calor habeat fortiores effectus. Sicut dicimus, quòd calor in sicco, & calido corpore potenter fundatus, fortius calefacit aut comburit, quàm in eodẽ gradu fundatus in humido corpore: siccum enim corpus conuenientius instrumentum est igneo calori, q̃ humidum. Hoc aũt modo Gal. intelligit, calorem febrilem esse fortiorem in hectica, quàm in quali bet alia febre antecedente ad ipsam: & hoc insinuabat superiùs, quando dicebat, quòd hectica non est tantum in spiritu, & humorib. sed etiam in solidis corporibus, sicut in membris figebatur eius essentia. Et planius tamen in quarta parte, de ingenio sanitatis hoc insinuat, vbi dicit, quòd in hectica membra se habẽt comparatione febris antecedentis ad ipsam, sicut ferrum candens cõparatione ferri calefacti à flamma, nondum tamẽ candentis: in ferro enim candenti potentius est impressus calor igneus, quàm in nõ candenti. Et

A hoc similiter valde conuenienti sermone Auicẽ. signat in supradicto capitulo de viribus cordis, vbi dicit, quòd in alijs febribus ab hectica calor febrilis volitat supra membra, intelligendum est rectè sicut flamma palearum volitat supra ligna, antequam ipsa ligna candentia sint, sicut carbones ignitis: sed in hectica infixus est membris, sicut ignitis carbonibus. Secundum hanc igitur considerationem sapientes Medicorum, qui de dispositione sanabilis corporis iudicant secundũ B illud qđ in effectũ sensui manifestatur in corpore, dicũt calorem in hectica fortiorẽ esse quàm in alijs febribus antecedentibus, tanquam via ad ipsum. Et hoc est etiam rationabile iudicium secũdum considerationes, quas habent in gradibus: in hectica enim secundum efficiens sensibile inuenitur ratio quarti gradus secundum Medicũ, quoniam ibi calor febrilis non tantùm laedit sensibiliter operationes, sed etiam manifestè corrũpit membra in substantijs suis, quod ad quartũ C pertinet gradum secundum rectam & propriam considerationem Medici: in alijs autem febribus solummodo insensibiliter laeduntur operationes membrorum, quod tertio gradui attribuit Medicus: Planum est autem, quod tertius infra quartum est. ¶ Si autem febres aliae ad quas hectica comparatur in fortitudine caloris, non sunt via ad hecticam illam, sed ipsa sit morbus per se & aliundè causetur, sicut in apostematib. cordis, &c. Et tunc possibile est, quod in alijs febribus, sicut D in causone, multo erit fortior calor febril. quantũ ad gradum, quàm in hectica: potest. n. esse, quod hectica propter dispositionem mẽbrorũ à debili calefaciente introducatur, & etiam quia corpus valde dispositum est ad hoc, infigitur in membris quamuis in paruo gradu. Causon vero semper introducitur à calore fortissimo, vel à calefaciente fortissimo per comparationem ad hecticam, & nihilominus, quamuis secundum gradum qualitatis fortior sit in causone, tamen secundũ aliam E considerationem iam dictam. s. secundũ considerationem subiecti, in quo manifestat effectũ corruptionis, iudicabit ipsam Medicus fortiorem in hectica. Nec est inconueniens, quod aliquis calor debilior altero fortiorẽ manifestet impressionem in corpore, in quo agit, quàm alter in altero, quoniã nõ solùm fortitudo & debilitas imprimẽtiũ sunt causa diuersitatis impressionis in fortitudine & debilitate, sed etiã diuersitas dispositiõis corporis, in quib. impressio fit. His igitur bene intellectis facilè est obiectionibus respondere, quo F niã proculdubio exterius in parte procedũt, corruptè tamen acceptis: cùm enim dicitur, quod in causone citius exterminantur corpora, & cit9 perit patiens, dicendum, quòd si causon comparetur ad hecticã, quę causatur ex ipso. Illud absolutè est falsum, quoniã multò fortius exterminatur, & citius pereũt patiẽtes, cũ ad hecticã ex causone venerint, q̃ dũ persistũt in causone. Patet. n. in causone permanere p̃ duos dies, vel p̃ tres, sed G postq̃ causon in hecticã fuerit trãsmutatus in vna hora, vel in valde pauco tẽpore deficit & moritur patiens: Si vero causon ad aliam hecticã comparetur, non est inconueniens, quod dicitur: potest. n. calor valde fortis in causone citissimè corpus extenuare, & ad secundã & etiam tertiã spe-

ciem hecticæ ducere citius corpus, quàm calor debilis alius hecticæ, & cũ immediata causa mortis, sicut testatur Galen. 5. particula de interioribus, sit corruptio complexionis cordis, potest ille calor valde fortis in causone, valde citius complexionem cordis corrumpere, quàm debilis in alia hectica. ¶ Cùm autem obijcitur secundo qđ in corporibus patientib. causonem multus fum⁹ & multus sudor resoluitur manifestè, non tamen à corporib. hecticorum, dicẽdum, quòd hoc verum est, sed tamen huius diuersitatis causa non est solùm fortitudo caloris, aut debilitas, sed etiã habitus, aut priuatio resolubilis: quamdiu enim febrilis calor copiam inuenit humoris in corpore multùm causat, quantum in se est, sudorem, & fumũ, sed arefacto corpore, sicut in hectica diminuitur illa resolutio manifestè. Sicut in exteriorib. apparet corporibus, quando ligna viridia exponuntur igni, nam à principio exsudat inde humiditas actione caloris, & mult⁹ fum⁹ generatur: arefactis verò illis, & iã igneo calore infixo in ipsis, valde minuuntur resolutiones illæ, & cessant, etsi calor fortius agat in eis, quàm ante. ¶ Illud autem quòd obijcitur tertiò, scilicet de anhelitu atque pulsu, verum est, sed tamen valde insufficienter accipitur in proposito: testante autem Galen. libello de introductione pulsus, tres sunt causæ similiter de anhelitu, videlicet necessitas, virtus & organi dispositio: & immutatio vtriusque istorum causat immutationem in illis: vnde in hectica non solummodò propter minorem necessitatem potest esse minor anhelit⁹ atq; pulsus, sed etiam, sicut est in veritate, propter debilitatem virtutis nequeuntis dilatare sufficienter, & propter siccitatem, & duritiem organorum nequeuntiũ dilatari. Et ista sunt, quæ ad doctrinam Galen. ad literam colliguntur in scientia de pulsibus & anhelitu: similiter causa velocioris & frequẽtioris, non solùm est necessitas, sed etiam virtus. Vnde cùm dicitur, quòd in causone velociores sunt, dicendum, quòd causa, propter quam in hectica non sunt æquè veloces aut plus, non est minor necessitas tantum, sed potest esse præter hoc debilitas virtutis mouentis organum: sed cum dicũtur pulsus & anhelitus esse frequentiores in causone, dicendum, quòd est absolutè falsum, si causon comparetur ad hecticam, quam præcedit, vt via ad illam: in alijs autem possibile est esse minus frequentem, propter minorem necessitatẽ, sicut ex prædictis patet.

REDEAMVS autem ad species malæ complexionis diuersę. Iam quidem dixi in his, quæ præmissa sunt, qualiter generetur febris ab apostemate calido, quod phlegmon nominatur: & quòd omne apostema huius generis, & omnes febres, præter nominatam fixam, sunt ex ægritudinibus, in quib. cõplexio est diuersa. Et iam quidem fiunt febres ex putredine humores tantũ absq; apostemate, & illud ideò quoniam non, quod iam putrefit, est quod iam adhęret, vel retentum est, & priuatur expiratione tantũ: sed velocissimè fit in hoc putrefactio, & fortissimè. Et iam quidẽ putrefiũt res aliæ multæ, quæ sunt præparatę ad putrefactionem: sed narrabo esse præparationis eius, quod præparatum est putrefactioni in alio libro ab isto. Et malitiæ quidem complexionis diuersæ fit secundum modum alium in toto corpore, & quãdoq; quidem est illud, cùm vapor calidus in ipso constrictione retinetur, & est quandoq; propter augmentum caloris, causa exercitij plurimi vltra mensurã, quæ conueniens est. Et quandoq; est propterea, quòd sanguis calefit & feruet ebullitione superflua propter iram: aut calefit superfluè, propter moram in Sole calido. Et manifestũ quidem est apud me, quòd omnes istæ febres, prouenietes ab apostematibus, sunt prouenientes secũdum virtutem causæ agentis in corpore, & secundum dispositionem cuiuscunq; corporum, erit febris in quibusdam corporibus fortior, & in quibusdam debilior, & quidam eorum penitus non febriunt. Et manifestum est etiam, quòd malitia complexionis quandoq; prouenit in spiritu tantum, & quandoq; pertransit eum etiam vsq; ad humores. Et ex eis quidem, quæ non sunt inferiora illo in declinatione est, quòd omnes febres, cum prolongantur, consequitur eas febris fixa dicta hectica. Et ex hoc quidem sermone iam quasi declaratum est, quòd malitia complexionis diuersę quandoq; prouenit ex humiditate calida aut frigida, currente ad aliquod membrũ, quemadmodum narrauimus de esse membrorũ, in quibus fiunt apostemata: & quandoque non est res ita, sed est cum alteratur complexio corporis in qualitate sua, & quòd quædam occasiones, quę ipsum alterant, consurgunt ex ipso corpore, & quædam eueniunt exterius: & cùm febris quidem fit, à putrefactione solum, & cũ à quibusdam apostematibus ex ipso corpore procedit: & febris quidem euentus à calefactione Solis, aut à superfluitate exercitij exteri⁹: & illud quidẽ narrabo latius, q̃ in hoc sermone, in lib. de causis accidentiũ.

TERMINATA parte, in qua egit Gal. de febri. secundũ quod causatur ab apostemate calido, hîc sequitur pars in qua explicat alias causas feb. circa qđ primò resumit intẽtionẽ: secũdò psequitur ibi (iã quidẽ dixi.) Quia igitur in parte immediatè præcedenti digressus fuerat aliquantulum faciendo mentionem de causis tremoris, & de

& de aliis accidentibus morborum, iccircò resu-
mit principale intentum, dicẽs: Redeamus, sup-
ple, quia aliquantulũ digreſsi ſumus à principali
ad ſpecies malæ complexionis diuerſæ: in parte
verò ſequẽti primò repetit ſupradictam cauſam
generationis febrium, & applicat principali pro-
poſito: ſecũdò verò ſubiungit alias cauſas ibi (&
iam quidem) Patet autẽ ſententia primæ partis.
Circa partem verò ſecundã primò enumerat ab-
ſolutè cauſas febrium, quas nondum explicuit:
ſecundò verò comparat ipſas febres adinuicẽ aſ-
ſignando differentiam inter eas, quantum propo
ſito pertinet ibi (Et manifeſtũ quidẽ eſt.) In par-
te iterum prima primò explicat cauſam, q̃ conue
nit in genere proximo cum ſupradicta: & in par-
te ſecunda explicat alias ibi (Et malitiá quidem.)
In prima iterum explicat intentionẽ, ſecũdò de-
clarat ibi (Et illud ideò.) Dicit igitur primò, quòd
febres etiã generãtur à putredine humorũ abſq;
apoſtemate. i. abſq; hoc, quòd illi humores gene-
rent apoſtema. Iſtæ igitur duæ cauſæ febriũ con-
ueniunt in hoc genere proximo, quod eſt putre-
factio humorũ, ſiue exuberẽt, & coarctẽtur in illo
loco, & ibi generent apoſtema, ſiue etiã ſint ſparſi
extra venas, vel intra taliter, vt nequeant genera-
re tumorẽ præter naturã. Qualiter autẽ à minera
putrefactionis malæ cõplexionis calor multipli-
cetur adeò, vt occupet totũ corpus, ſuperiùs per-
fectè oſtenſum eſt, neq; hîc oportet repetere. Sed
quia inſinuabit, quòd humores cauſantes apoſte
ma, & etiã nõ cauſantes putreſcere poſſunt, iccir-
cò declarat hoc ſubſequenter, & primò primam:
ſecundò ſecundã ibi (Et iam quidẽ putreſiunt.)
Dicit igitur in parte prima, & illud ideo, quaſi di-
cat, vnde ſuppoſitũ eſt, quòd humores cauſantes
apoſtema, & maximè calidum, putrefiũt: & illud
ideò, quoniã adhęret vt retentũ eſt. i. quod inhæ-
ret alicui membro, & coarctatur in ipſo, & priua-
tur expiratione, ſupple, ſufficienti & debita, non
tantũ putreſcit, ſupple, quocunq; modo, & quan
docunq;, ſed etiã velociſsimè putreſcit: taliter au
tem inhęrent, & coarctantur humores in mẽbris
apoſtematis. Conueniẽter declarat ſecundã par-
tem ſupradicti intẽti, circa quod primò facit hoc:
ſecundò verò excuſat ſe de inſufficiẽtia remitten-
do nos ad alios tractatus ibi (ſed narrabo) inten-
dit igitur in parte, quòd non ſolũ humiditates in
apoſtematib. ſunt paratę ad putreſcendũ, ſed etiã
alij, & ideò dicit, & iam & etiã quidẽ. i. rectè pu-
treſiunt res aliæ multę, & quantũ ad propoſitum
intelligimus humores alij multi à prædictis, & il-
lius cauſa eſt: quia poſſunt diſponi ad putreſcen-
dum aliter, q̃ generare apoſtema, & ideo dicit, q̃
ſunt paratæ ad putreſcendum: quia verò aliquis
quęreret, q̃ ſunt diſponentia ad putrefactionem?
iccirco excuſando dicit, quod in alio libro narra-
bit, ſicut in lib. de morbo & accidẽti, & ingenio ſa
nitatis, & in lib. febriũ. Poſtquam igitur explicuit
iſtam, vel iſtas cauſas malæ cõplexionis diuerſæ
calidæ in corpore toto, ſequitur pars, in qua ex-
plicat alias: & primò facit hoc in generali, ſecun-
dò in ſpeciali ibi (Et quandoq; quidẽ.) Dicit igi-
tur primò, quòd malitia cõplexionis diuerſæ ſu-
percaleſit ſecundũ mediũ, fit ſecundũ aliũ modũ,
q̃ per illum, q dictus eſt in toto corpore: & conſe-
quẽter explicat iſtos modos, & habet tot partes,

A quot ſunt modi, quos enumerat, ſiue cauſas. In-
tendit, quòd febris etiã cauſatur à vapore calido
coarctato, & ab immoderato exercitio, & à ſuper-
flua ira, & ab aere nimis calido. Dicit ergo & quã-
doq; quidem eſt illud. i. generatur malitia cõple-
xionis diuerſæ calidę in toto corpore, cùm vapor
retinetur in ipſo conſtrictione. i. coarctatione, &
quandoq; eſt ꝓpter augmentũ, &c. quod totum
patet vſq; ad finẽ, vbi dicit, ꝓpter moram in Sole
calido. i. aere ſupercalefacto per Solem: & quod
B dicit de Sole, intelligendũ eſt de quocunq; actua-
liter calefaciente. In hoc enim tractatu de iſta ma-
teria exemplariter loquitur. ſ. ad oſtendendũ mo-
dum generationis malæ cõplexionis diuerſę, nec
principale intentũ eſt de cauſis eius perfectã da-
re doctrinã, ſed potius aliqualẽ introductionem:
perfectè enim agere de cauſis innaturalis diſpoſi
tionis ad librũ pertinet de morbo & accidenti, ad
quẽ etiã librũ remittit paulò pòſt pro ſufficienti
doctrina malæ cõplexionis diuerſæ, ſicut iam pa-
C tebit inferiùs. Et ex hoc etiã remouetur obiectio,
q̃ fieri poſſet hîc de inſufficientia, quoniã non fa-
cit hic mentionẽ de potẽtialiter calefaciẽtibus, ſi-
cut cibo, potu & medicina, à quibus tñ febris cau
ſari poteſt: quemadmodũ docet ſecundo de mor-
bo & accidenti, vbi reponit etiã iſtam cauſam ſub
tertio genere calefacientiũ. Nõ eſt enim propter
hoc inſufficiens hîc, quia quod dicit, ꝓpoſito ſuf-
ficit: ſufficienter enim introducitur quiſq; per ea,
quæ dixit ad cognoſcẽdum, quòd diuerſis cauſis
D introducitur febris in corpus, quamuis modus
immediatus ſit vnus in omnibus, ille, ſcil. quem
ſuperiùs diximus. ſ. quòd extranea caliditas per-
tingatur ad viſcera ſanguinẽ habentia, quem con
tinent: & exinde, quod diffundatur in totũ cor-
pus. Poſt hoc ſequitur pars, in qua cõparat præ-
dictas febres adinuicem aſsignãdo differentiam
inter eas, & primò facit hoc quantũ ad intenſionẽ
& remiſsionẽ: ſecundò verò quãtum ad effectus
manifeſtę corruptionis rerum naturalium, id eſt,
E quantum ad ſubſtantiam, in quibus figitur eſſen-
tia febris, vt ſuperiùs dixi. Tertiò verò, quantum
ad diuerſitatẽ cauſarum imprimentiũ extenden-
do etiam dictũ ad alias malas cõplexiones diuer-
ſas: omnes enim iſtæ conſiderationes vtiles ſunt
ad ingenium ſanitatis: & incipit ſecunda pars ibi
(Et manifeſtum quidem eſt, quòd malitia.) Ter-
tia vero ibi incipit (& ex hoc ſermone.) Quia ve-
rò tam antè dixerat, quod à ſupradictis cauſis in-
troducũtur febres, ne credat aliquis, quod æqua-
F les & eædem ſint, iccirco ſubiũgit omnes primò,
quòd non ſunt æquales, & dicit, quòd manifeſtũ
eſt apud ipſum, id eſt, ex ipſis, q̃ ipſe ſuperiùs do-
cuit, quòd omnes febres iſtæ, ſcil quas dixit ſupe-
riùs, ſunt intenſæ aut remiſſæ ſecundum eſſe, id
eſt, ſecundum exigentiã virtutum operatiuarum
in corpore: & vocat virtutes operatiuas tam eas,
quæ tranſmutãt corpus, vel alterant actiuè, ſicut
ſunt virtutes alterantium, q̃ eas, quæ diſponunt
paſſiuè, ſicut eſt cõplexio membrorũ & humorũ.
G Hæc enim eſt differentia inter operationem, & a-
ctionem, quoniam actio conuenit ſolùm actiuæ
potentię, operatio verò tam actiuę quàm paſſiuę
ſeu diſpoſitiuæ ad patiendum. Eſt igitur intentio
Gal. quod ſecundum exigentiam virtutis calefa-
cientis, & diſpoſitionem corporis diuerſificãtur

Actio differt ab operatione.

febres, quantum ad intẽsionem & remissionem. Qualiter autẽ huius causa sit diuersitas virtutis imprimentis, quantum ad fortitudinem & debilitatem de se patens est: sed de dispositione corporis hoc declarat expressius, dicens: Et secundũ dispositionem cuiusq; corporum, quantum supple acquirit, vel à membris, vel ab humoribus, erit febris in quibusdam corporibus fortior, & in quibusdam debilior, & quædã eorum supple taliter erunt disposita, quòd propter innaturaliter calefaciens non febricitet penitus, & aliqualiter, scil. nec intensè nec remissè. ¶ Postquam igitur declarauit, quòd non sunt æquales, quamuis ab eodem genere causæ introducantur, consequenter ostendit, quòd non sunt eædem specie, neque genere ꝓximo, iccirco subiungit immediatè hãc diuersitatẽ, quoniam ista procedit ab eadem causa prędictæ diuersitatis: etenim diuersitas virtutis calefacientis, quantũ ad fortitudinẽ & debilitatem, & diuersitas dispositionis corporis est causa, propter quam istud corpus incurrit febrem in spiritu tantum, illud autem in spiritu & humore. Dicit igitur, quòd manifestũ est supple ex dictis, quòd mala cõplexio, supple in febribꝰ, quandoq; prouenit in spiritu tantum, & tunc causat illud genus febris, quod dicitur ephemera, & hoc causat diuersitatẽ in quidditate: quidditas enim accidentis consistit in essentia ipsius accidentis eo modo, quo conuenit ei, & in subiecto, cui infigitur: secundum considerationem Medici, vt superiùs declaratum est, essentia caloris febrilis infigitur in spiritu, in huiusmodi genere febris, & quãdoq; pertransit, scil. fixio malæ complexionis febrilis cum hoc, scil. cum sua infixione in spiritu, & vsque ad humores, ex quo euidenter insinuat, quòd nunquã potest essentia febris infigi humoribus, quin spiritib. infigatur, forti enim deuicto, necesse est & debile deuinci. Vnde si simul in vtroq; prius vincetur debile, quàm forte, sicut contingit in omni febre: simul enim calor agit in spiritu, humore & membris, sed tñ antea vincuntur spiritus, quàm humores, vt superiùs docuit, quoniam passibiliores sunt: postremo autẽ vincuntur membra, quia minus passibilia sunt, quã spiritus & humores. Si igitur febris in spiritu, aut febris in humore diu duret (intellige diu secundũ diuersitatem dispositionis corporis) in hecticam pertransibit: & quia illud est valde necessarium considerare Medico, iccirco dicit: & ex eis quidẽ, quæ non sunt inferiora, id est, minus considerabilia: ideo scil. quòd immediatè diximus in declaratione, id est, in doctrina nostra, siue medicinali, est quòd omnes febres, scil. tam febres in spiritu, quàm febres in humoribus, quando prolongantur, veniunt sup. quòd sequitur eas febris fixa, id est, introducunt. Hoc autem ideo necessarium est Medico considerare, vt in actu curationis euitet, quantum diligentius poterit, supradictarum febrium prolongationem, aut in diuturnis studeat aduentum hecticæ recordare, quemadmodũ copiosè docetur in lib. de ingenio sanitatis. Deinde tertio ex supradictis infert, differentiam aliam inter febres, scil. quantum: circa quod primò explicat illam differentiam: secundò verò excusat se de insufficiẽtia remittendo se ad alium librum ibi (Et illud quidem narrabo.) prima verò habet

Quidditas accidentis.

Calor febrilis simul agit in spiritu, humore & mẽbris.

Febris hectica sequitur alias feb. cum prolongantur.

partes duas, secundum quod explicat duas differentias: secunda ibi (& quod quidẽ occasiones.) Intendit igitur in primis duabus partibus, quod ex prædictis relinquitur manifestum illud, quod suprà posuit in procemio huius operis, scil. quod febres, aut cuiusq; malæ complexionis diuersæ, quædam causantur ab humoribus, sicut illa, quæ causatur ab apostemate sine putrefactione humoris absq; apostemate: quędã verò non ab humore causantur, sicut quæ à qualitate aeris, aut exercitio, vel ira causantur, scilicet quòd complexio corporis alteratur absq; humoris vitio, siue in quantitate, siue in qualitate, hoc est dictum, quòd humor non est causa illius malæ complexionis diuersæ, nec ratione quantitatis, nec ratione qualitatis. Iterum ex prædictis est manifestum, quòd quædam proueniunt ab intrinseca causa, sicut ab apostemate, vel humore: quædam verò ab extrinseca, sicut ab exercitio, vel ab aere. Dicit igitur, quòd ex hoc sermone supradicto est declaratum quasi, & dicit ꝓpterea, quia de causis malæ complexionis diuersæ, aut aliarum, non est hîc perfectè locutus, sed in alio libro, sicut statim dicet: q̃ malitia complexionis diuersæ supple febrilis, de qua immediatè locutus est, aut etiam omnium aliarum, quandoq; prouenit ab humiditate calida, frigida supple vel sparsa per totum, vel occurrentem ad aliquod membrum, & de hoc subiungit exemplũ, quod superiùs tetigit, dicẽs: quemadmodum narraui de esse, id est, de dispositione membrorum, quibus fiunt apostemata. Et quandoq; non est res, ita scil. vt ab humore, vel humiditate corporis causetur malitia complexionis, sed est, id est, conuenit, cùm propria alteratur cõplexio corporis in qualitate sua, supple sine vitio humoris: & ad hoc supple ex prædicto sermone declaratur, quòd quædam occasiones, id est, causæ, quæ alterant ipsum corpus, cum surgunt ex corpore, id est, procedũt ab intrinsecis corporis, & quædam eueniunt exterius, id est, ab extrinsecis, & statim subiungit exempla huius differẽtię: secundò verò resumit alterum exemplorum, vt addat ibi (Et euentus quidem.) Exempla autem, quibus prædicta differentia patet, sunt hæc, quæ sequuntur, ac si dicat: bene dixi, quòd quædam eueniunt exteriùs, sicut supple cùm febris fit ex calefactione Solis: & statim subiungit exemplũ alterius partis, dicens: & cùm quædam fit febris à quibusdam apostematibus, tunc supple consurgit ex ipso corpore. Resumit etiam primum exemplum, & addit, quòd euentus febris à calefactione Solis, hoc addit ad maiorem euidentiam, aut à superfluitate exercitij est, supple exterius, id est, ab extrinsecis: & quia minus plenè p̃tractauit materiam prædictam de causis febriũ: iccirco subiungit ad excusationem, quod latius, quàm in hoc tractatu, narrabit in libro de causis accidentium, scil. in libro de morbo & accidenti. ¶ Circa prædictam quęstionem quæri consueuit ad euidentiam sermonis, quomodo vapor coarctatus generet febrem, ad quod respõdentes aliqui, dixerunt, quod vapor calidus, quando coarctatur in aliquo mẽbro, ita quod expirari nequit sufficiẽter per mediocritatem venarum, & arteriarum, petit cor, ad eius ventriculos veniens inflammatur, & inflammatus cum calore naturali ad

Quomodo vapor coarctat. generet febr.

ad omnia membra corporis tendit associatus, & sic causat febrem, & per istum modum vaporem putridum à minera putrefactionis manantem dicunt causare febrem. Et hoc dicunt confirmari p doctrinam Isaac in libro febrium, vbi definiẽs dixit, quòd febris est calor præter naturam petens cor, in initio per mediocritatem arteriarum, demum se subitò diuidens cum naturali per totum corp9, naturali nocet actioni. Dicũt igitur, quòd in hac definitione planè dicit Isaac, quòd calor innaturalis per arterias petit cor, & quòd associatus cum naturali tendit ad totum corpus in eo, quòd dicit, quòd se diuidit cum naturali per totum: cùm enim dicit, vt dicunt, circumstantiam associationis inter diuersa, & ita dicũt, quòd duo calores sunt ibi, scil. vnus naturalis, & alter prçter naturam. ¶ Hoc etiam signo confirmant dicentes: febres putridas subitò cessare videmus p criticas euacuationes, quæ fiunt in eis: constat aũt, quòd ad expulsionem alicuius materiæ nõ cessaret tam citò, nisi depẽderet ab illa expulsibili materia, vt dicunt, quòd cũ febris sit vniuersalis dyscrasia, ex quo cessat ad expulsionẽ materiæ illius, oportet, quòd vniuersaliter depẽdeat ab ipsa: sed hoc non est, quia in toto corpore sit illa materia putrida, quoniam illud est imposibile saltem in interpolatis: igitur oportet, quòd aliquid ab illa materia resoluatur, quod posit vniuersaliter diffundi per totum, in quo fundatur febris: sed illud nõ est, nisi vapor: igitur saltem in putridis vapor putridus erit subiectum, & lator caloris febrilis, qui vapor secundum rationẽ deficit expulsa materia, ex qua resoluitur. ¶ Quando verò obiicitur eis, quòd Gal. dicit super illo aphor. & q̃ crescũt, & in pluribus aliis locis, quòd febris nihil aliud est, quã calor naturalis, mutatus in igneum: vnde vult, quòd non sit alius, sed sit vnus calor secundum rem, differens tñ secundũ rationem, secundum quod antea erat remissus, nũc autem valde intensus: ad quod respondẽt exponentes verbũ Gal. & dicunt, quòd ipse intellexit mutatus in igneum, hoc est, obfuscatus vel obumbratus ab igneo, & ita saluant intentum. ¶ Nos autem dicimus, quòd error istorum tantus est, quod vix poterit explicari: *primò enim errant, quod exponũt* dictum Gal. circa præsentẽ lectionẽ impertinenter. Secundò verò, quia falsum & omnino absurdum est vniuersaliter, quod supponunt, ex quo non est mirandum vlterius, si corruptè exponũt verba, quoniam qui errat in antecedentib. necessariò debet errare in consequẽtibus. Primum aũt patet sic, quoniam cum Gal. dicit, quòd vapor calidus generat febrem, non intendit loqui de vapore putrido, quia de febre probat, prout à putredine generatur: ideo ante locutus fuerat, propter quod dicit, quod malitia cõplexionis diuersæ generatur in toto, secundũ modum alterum ab eo, qui dictus est: si igitur iste modus, vt ipse dicit, alius est à prædicto, non est ille, qui p putrefactionẽ fit. Iste igitur vapor, quẽ dicit generare febrẽ, non generabit ipsam, inquantum putridus, sed inquantum calidus. ¶ Quod aũt falsa supponant materialiter, ex hoc patet primo, quia supponũt, quòd vapor putridus missus à corde per arterias ad membra, causet formaliter febrem: secundò supponunt, quod febris nõ sit sine vapore putrido, prædicto modo emisso à corde: tertio, quia supponunt in febre esse duos calores distinctos secundum numerũ per sua subiecta. ¶ De primo quidem, quia vaporẽ putridũ non recipit cor, & si recipiat violenter, non tñ per modũ, quẽ dicũt, poterit inde vniuersalis dyscrasia generari: vapor ille putridus venenosus, & horribilis valde est naturæ viuentis, q̃ potius viget in corde, tanquã in principio vitæ, q̃ in aliis membris. Omnes autem sapientes in hoc conueniunt, quòd vapor horribilis, & venenosus valde, cùm ad cor peruenerit, syncopim & defectũ procurat: cor enim vehementer constringitur, vt effugiat nocumentũ, vnde aut remittũtur valde tunc suæ actiones, aut cessant, maximè cum lumen suorũ spirituum caligine fumi extranei obtenebratur, & obfuscatur à putrido, quia de illo fumo seu vapore fumoso, q̃ generatur in ipso corde ex vnctuositate sanguinis, dicunt omnes, quod si non sufficienter respiret & in corde remaneat aliquãdiu, syncopim inducit: quomodo igitur poterit aliquis intelligere sanæ mentis, quod quamdiu durat febris, nõ sint absq; vapore putrido thalami cordis? Planũ igitur ex his est, quòd vaporẽ putridũ non recipit cor: & huius etiã signũ est, sicut omnes sapientes recitant, quòd febricitãtes ex putrido humore in principio angustiã, & cordis compresionẽ sensibiliter patiuntur, quando vapor incipit à minera putrefactionis copiosè resolui: cor enim fortiter restringitur, & adunat calores & vires suas, vt resistat illi vapori, & maximè quando resoluitur ex humore magis horribili naturæ. Quando autem expirauerit ille vapor, aut ratione caloris febrilis consumtus, aut diminutus fuerit, tantũ quod ad regionẽ cordis non sufficiat peruenire: tunc incipit cor secundũ suã necessitatẽ dilatari, & hęc est vna de causis, ꝓpter q̃ in principio paroxismorũ febrium putridarũ manifestè occultãtur pulsus. Et posito, quod propter exuberantẽ multitudinẽ illius vaporis violẽter aliquid cor habeat inde recipere, non est intelligendũ, quod ab ipso diffundantur ad totũ corpus, quoniã ipsum non attrahunt alia membra corporis: quia, sicut dictũ est, toti naturæ corporis viuentis est horribilis, nec *cor mittit ipsum ad totũ corpus p arterias*, quia, sicut omnes sapientes docent, cor & arteriæ non retinent fumosas superfluitates, imò se p constrictionẽ velociter expellunt, & multo citius in putridis, q̃ in aliis febribus: quoniã in illis fumosæ superfluitates multo copiosiores sunt, q̃ in aliis: ꝓpter quod omnes sapiẽtes dicunt, quòd in putridis velociores sunt constrictiones dilatationibus. Si igitur tales fumositates cor & arterię velocisimè expellunt à seipsis, & à corpore p poros ipsius, tunc absurdũ erit imaginari, quod à corde p arterias mittãtur p totũ corpus: oportet enim, quod constrictio, per q̃ expelluntur ab illis membris à corpore, tanto tempore tardetur, quod à corde possent perueniſſe ad totum corpus. Nos aũt nõ videmus in huiusmodi febribus amplius, q̃ in aliis retardari constrictiones, imo potius minus, sicut omnes sapientes testãtur, & secundum veritatẽ si debent retardari cõstrictiones cordis, & arteriarũ, donec illæ fumositates à corde p arterias peruenissent ad totum corpus, certè retardarentur plus, q̃ per horam vnam, q̃ omnia ima-

Contra illam opinionem.

Quod vapor putridus non mittat à corde ad totum corpus causans febrem.

Quare in principiis paroxismorũ occultatur pulsus.

ginari potius est alienati hominis, quā intelligen A tis. ¶ Pręterea dato, quòd mitterentur ad totum corpus, vt ipsi dicunt, tñ euidens & stulta falsitas est, sicut patuit, cùm valde modicum sit, comparatione totius corporis, illud quod de illo vapore fumoso, & horribili cor recipit violēter, quomodo poterit sufficere ad informandū totū corpus? hoc nullo modo capiet intelligibilis, nec imaginatio poterit præsentare. Si enim cor in suis ventriculis haberet mineralē materiam illorum vaporum, sicut habet materiā mineralem spiritus & ca B loris naturalis, tunc proculdubio possent dicere, quòd cor continuè absq; successione generationum illorum vaporum multiplicaret ipsos, adeo quòd toti sufficerent, sed illud est impossibile. Dicere enim, quòd continuè recipit aliunde, & continuè mittit hos, sicut patet ex prędictis, absolutè falsum est, & stultum, & monstrat validā ignorantiam medicinaliū speculationū in scientia pulsus & anhelitus, & etiā virtutū naturalium. ¶ Quantum ad secundum verò patet falsitas & rudis i- C gnorantia ex hoc, quòd ratio febris secundum febrem in genere, est vna, & eadē in omnibus: vnde per illud, quod febris est febris, idem est in omnibus febribus, sed planum est, quod in ephemera, & in hectica non est vapor putridus, inquantum est ephemera, & hectica: cùm igitur sint febres secundum veritatē, & eis conueniat ratio febris, oportet, quòd aliud à vapore putrido sit illud, per quod febris est febris Ex quo relinquitur manifestum, quòd febris putrida, inquantum febris, nō D eget vapore putrido veniente ad cor. Ad hoc igitur, vt febris putrida sit febris, non oportet imaginari vel supponere, quòd vapor putridus ad cor veniens, & ibi incensus, redeat ad totum corpus: nec similiter, quòd sit putrida, est necessarium illud, quoniā non iudicant sapientes esse febrē putridam: propterea, quia in secunda parte de morbo, & accidenti, stultum est imaginari, & irrationabile, quòd dictus vapor non generet febrem, nisi prius inflammetur, vel incendatur in corde, E & postea inflammatus redeat ad totum. Ex hoc patet, quod supponunt, quòd in corde acquirat excessum caliditatis, secundum enim hanc imaginationē, scil. ponamus, quòd cùm ille vapor primò peruenit ad cor, nōdum ipsum cor est supercalefactum, quomodo tunc in ipso supercalefiet ille vapor? cordis enim vapor, inquantū de se, nō est expellens, respectu corporis, ita vt intendat & inflammet ipsum, imò potius est conueniens & amicus corpori. Patet igitur, quòd in corde non F supercalefiet ille vapor, cùm primò peruenit ad cor, inflammatur ibi, deinde postmodū rediens ad corpus, inflammabit ipsum. ¶ Ex prædictis etiam patet iam error & falsitas in tertio suppositο, quod ex illis habet exortū: si enim aliud esset febris, inquantū febris, & inquantū putrida, non est necessariū vaporē ad cor peruenire, & à corde redire ad totum corpus, tunc derisio est, & fabula, imaginari quòd in febribus à corde ad totum corpus ꝓcedunt duo calores, secundum nume- G rum distincti ꝑ subiecta: quomodo enim in ephemera, & hectica dabit quis intelligere, quòd sint isti duo calores, sed non est mirū, quia ex illo falso, & impossibili sequuntur multa. ¶ Illud autē quod allegāt de definitione, quā dat Isaac, si eius

Quod feb. possit esse sine vapore putride.

Quod febris sit vnus calor & non duo.

Exponit definitionem feb. Isaac.

A intellectus sano modo accipiatur, potius est infirmatio, & destructio delirationis ipsorum, q̃ affirmatio: imò secundum veritatē accipiunt illá definitionē partim aliter, q̃ litera sonet, & partim aliter, q̃ requirat intellectus auctoris. Et primum patet ꝑ hoc, quòd Isaac non dicit, quòd febris sit vapor putridus aut calidus petens cor, quasi dicat: quòd quamuis calor præter naturam alibi à corde posset primò incipere, tamen quando fortificatur, constituit febrem, ita scil. quòd meretur B propriè dici febris, seu calor febrilis à corde incipiens: & hoc est, quod probat Gal. in libro de febribus, scil. quòd omnes febres, inquantū febres incipiunt à corde: iam igitur patet, quòd quo ad primam partē definitionis aliter accipiūt ipsam, q̃ litera sonet. In sequenti verò parte, vbi dicit, se subitò diuidens cum naturali ꝑ totum, accipiunt aliter, q̃ intelligat auctor, sicut patet ꝑ expositionem, q̃ ipsemet subiungit ibidem: viderunt cortices literæ, sed non inspexerunt corpus sentētiæ. C Dicit enim immediatè, imò exponens istam partem, quia extraneo calore ad cor veniēte naturalis egreditur à temperamento: cumq; ad totius corporis membra diuidatur, vt eis vitam tribuat, sicut supple solitū est ex naturæ ordinatione, q̃a, id est, quamuis egressus à temperamento, tñ supple necesse est, vt mēbra eum recipiant, in ea qualitate, qua est. i. qua peruenit ad ipsa: vnde supple, quia est intensus propter causam prędictam, scil. dyscrasiam cordis calefacit supple nimis, vt vrit D ea membra. Planè igitur ostendit, quòd à corde ad totum corpus non procedunt duo calores secundum numerum, scil. distincti ꝑ diuersa subiecta, sed vnus tantū numero ꝑ vnum subiectū, in quo vna forma caloris fundatur. Illud enim subiectum caloris naturalis, quod antea calori temperato informatū mittebatur ad membra, nunc intensum mittitur: vnde planè vult, quòd secundum rem & numerū non sit, nisi vnus calor in febre, inquantum febris: sed sint duo secundum ra- E tionem, inquātum illa caliditas fundatur in subiecto, calor naturalis dicitur naturalis, licet secūdum quid, scil. inquantū excedens temperamentum dicitur innaturalis. Planè igitur exponit Isaac ibi, quòd cùm dicit, cum naturali se diuidés, id est, distribuens, &c. Hęc propositio non importat ibi circumstantiam diuersitatis, quantum ad numerum, sed quantum ad rationem, imò ponitur ibi ad significandam identitatem in subiecto, vt intelligamus cum naturali, id est, cum subiecto F naturali. ¶ Sic igitur cùm errauerint valde circa intellectum dicit Isaac, non est mirum, si errauerint turpiter in exponendo dicta Gal. cum dicit, quod febris nihil aliud est, quàm calor naturalis mutatus in igneum. Volentes enim seruare corruptam intētionem ipsorum, corruptè nimis exposuerunt, seu interpretati sunt verba sapientes: & accidit eis sicut scarabeo stupis inuoluto, qui quanto plus nititur liberare seipsum, tanto fortius se illaqueat: sic & isti turpius errauerunt, qñ G exposuerūt quod Gal. intellexit per calorem naturalem mutatū in igneum obfuscatum, vel obumbratū ab igneo, quem dicunt in alio subiecto fundari, scil in vapore putrido. In hac autē suspectione multipliciter errāt, sicut ad sensum patet: vno modo, quia supponunt ipsum stultè loqui: alio

Exponit definitionem Gal.

alio modo, quia ſupponunt ſecundum illud eum falſum dicere: tertiò, quia dicunt Gal. intelligere illud, quantum ex verbis ſuis Gal. excludit. Et primum quidem patet ex hoc, quia ſtultè loquitur is, q̃ aſſerit aliquid & definit aut notificat, quantũ ad eſſentiá, p̃ diſparata, quantumcunq; ſint vicina ei, quod definitur: vt ſi quis dicat, quòd nebula eſt aer obumbratus, vel obfuſcatus à vapore caliginoſo: ſi quis enim dicat, quòd aer nihil aliud eſt, q̃ hoc, ſtultè loquitur, q̃a dicit aſſertiuè, quòd vnum diſparatorũ eſt aliud, & rectè ſimiliter eſt in propoſito. Et ex hoc etiá clarum eſt, quòd quicunq; ſic falſum loquitur, etiá impoſsibile dicit. Tertium autẽ patet ex hoc, quòd Gal. quidẽ dicit naturaliter & excluſiuè, cùm dicit, quòd nihil aliud eſt, q̃ hoc, &c. i. febris vniuerſaliter eſt hoc, & nõ aliud: ſi igitur febris eſt illud, quod ipſe dicit, & non aliud, iam illud, quod ipſi exponunt, non conuenit intentioni Gal. quia aliud eſt ab eo, qđ ipſe dicit. ¶ Nos autem redeuntes dicimus ſecũdum veritatẽ, quòd febris, quantũ ad fundamentum eſſentiale ipſius nihil aliud eſt, q̃ illud, quod dicit Gal. vnde per illa verba notificat non totam quidditatẽ, ſed fundamentũ eſſentiæ ſuæ: ad cõpletam enim quidditatẽ deficiunt duo, ſcil. quòd ille calor igneus à corde ſumat originẽ, & in toto corpore lædat actiones naturæ: ſed illud, quod formá febris conſtituit, eſt mutatio caloris naturalis in igneum: ſicut enim inquit Gal. in cõmento illius aphoriſmi, & qui creſcunt, calor naturalis temperatus eſt, & amicus, & conueniens toti corpori, & ipſum generat cor, dum in ſuo temperamento cõſiſtit: ſed ſi nimiũ calefiat, generabit æſtuoſum calorem & igneum: & ſic exponebat Iſaac eleganter: & talis æſtus ſeu igneus calor horribilis, & anguſtioſus eſt omnibus membris. Accidit igitur cordi, quod videmus exteriùs in furno: nam quando temperatè calidus eſt reſpectu panis, q̃ debet in eo decoqui, panem temperatè coctum, & conuenientẽ miniſtrat: quando verò immoderatè calefactus eſt, incẽſum & torridum efficit panem. Similiter & cor cùm in ſuo temperamento exiſtit, calorẽ temperatũ miniſtrat membris: quando verò recedit à temperamẽto, ſecundum gradũ ſuæ dyſcraſiæ miniſtrat intemperatum: & hoc nulli ſano intellectui diſſonat. ¶ Si quis aũt quærat, quomodo à diſtanti loco putrefactionis veniat ille calor immoderatus ad cor, & diſtemperat ſubſtantiá eius: nos ſuperiùs docuimus ex doctrina Gal. in lib. de morbo & accidẽti: diximus enim, quoniá ſpecies caloris p̃ mediocritatem ſanguinis, venarũ & arteriarũ ſe multiplicat vſq; ad cor, ſicut videm⁹ in virgis ferreis, quáuis longæ ſint, quoniá vna extremitatũ exiſtente in fornace, ſe extendit calor igneus vſq; ad extremitatẽ oppoſitá. Nec etiá eſt neceſſariũ imaginari, quòd vapor calid⁹ ad cor veniat, & dato, quòd veniat, non oportet imaginari, quòd ad febrẽ cauſandam redeat p̃ arterias cum naturali calore ad totum corpus. Cùm enim ad cor peruenerit, ſubſtantiá cordis immediatè calefacit, quo facto, ſequitur febris, vt diximus: & ipſe quidẽ vapor cõſumitur celeriter, & expellitur, vt oſtendebamus ſuperiùs. ¶ Ex prædictis autẽ iam patet defectus illius rationis, q̃ prædicti attulerunt ex ceſſatione febris putridæ, ꝓpter criticas euacuationes: etenim multiplicis ignorantiæ teſtis eſt. Primò quidem, quia ſupponit, quòd vniuerſaliter febris putrida ceſſauerit poſt euacuationes criticas, quamuis p̃fecta fuerit. Hoc enim ad ſenſum experimur in continuis eſſe falſum, hoc etiá probat doctrina Gal. in ſcientia de criſi: & repetunt ſequaces eius, cùm dicunt vniformiter omnes, quòd bona criſis in ſtatu morbi fit, & eam ſequitur declinatio morbi. Conſtat autẽ, quòd declinatio conſtituit vnũ de temporibus vniuerſalibus morbi, in quo morbus adhuc exiſtit formaliter nec ceſſauit adhuc: propter quod docuit Gal. & cæteri ſapiẽtes, quòd euacuata p̃fectè materia morbi veniẽdum eſſet ad alterandam dyſcraſiam derelictam, quòd ſi perfectè euacuata materia non remaneret dyſcraſia, fruſtra dediſſent huiuſmodi documẽtum. ¶ Supponit etiá prędicta, ſicut patet, quod ab aliquo morbo euadit aliquis ſine declinatione: cùm tñ propter contrarium dicens, quòd omnis morbus, à quo quis euadit, habet quatuor tempora, ſicut patet ex libro de criſi, & per effectus ab eodem libro de horis ægritudinum ſiue de temporibus morbi. ¶ Et ſi obiiciát ſupradicti, quòd cõtrarium videmus in interpolatis, & in continuis etiam ſæpe videmus, ſcil. quod poſt criticam euacuationem adeo ceſſat febris, quòd poſtmodum nõ redit paroxiſmus. ¶ Dicemus, quoniá quamuis verum ſit, non tñ abſolutè credendum, febrẽ illam ſine declinatione ceſſare, quoniá cùm eius euacuatio critica in ſtatu paroxiſmi contingat, ſi ſit laudabilis & perfecta, ſicut docet Galen. in de criſi, tunc poſt ipſam ſequitur declinatio morbi, licet breuis ſit. Nec eſt mirum, ſi poſt iſtum paroxiſmum, in quo talis erit euacuatio, ceſſat omninò febris, cùm etiam in quolibet die paroxiſmorum ceſſat, teſtante Hippoc. cùm dicit, quòd quibus quotidie frigores fiunt quotidie, febre exoluuntur. In febribus autẽ prędictis, cum dyſcraſia non ſit infixa in mẽbris, nec ſit morbus cõtinuus aeri frigido p̃ cor & arterias attracto, celeriter euaneſcit poſt perfectam expulſionẽ materiæ ardentis à fornace. ¶ Deficit etiá p̃dicta ratio grauius, q̃ ſit dictum, quoniá quamuis cõcederetur, quod aliquando febris putrida ceſſat immediatè poſt criticas euacuationes perfectas, & verum ſit, qđ febris dependet à materia putrida dependentia totum corpus occupante, tñ conſequentia, q̃ faciunt, nulla eſt: quamuis enim dependeat à materia putrida, non tñ ſequitur neceſſariò, quod p̃ modum vaporis ex materia emiſsi ad totum corpus potius q̃ per alium modum multiplicationis caloris extranei à fornace, in qua eſt materia putrida, vſq; ad ſubſtantiá cordis, imò cõmittit fallaciam conſequentis quicunq; ſic arguit. Modus igitur, quẽ ipſi ponunt iam eſt ſuperiùs reprobatus ſufficienter, & iccircò non oportet circa hoc diutius immorari, ſed de prædicta ratione patet, quòd peccat & in materia, & in forma ſyllogiſandi. ¶ Cùm igitur quæritur quomodo vapor calidus coarctatus, ſiue putridus, ſiue nõ, generet febrem, dicendũ, quod altero illorum duorũ modorũ, qui dicti ſunt, aut calefaciẽdo primò vnam partẽ, in qua coarctatur, deinde ab illa parte, mediantibus ſupradictis, ſcil. membris, & ſanguine, ſe extẽdit calor extraneus ad cor, & ſic deinceps, vt dicebatur ſuperiùs, generatur febris, aut quod

Quomodo cordi communicetur calor à loco putredinis.

Quomodo post euacuationem cesset febris.

Quod non sit morbus salubris sine declinatione.

Quomodo vapor coarctatus cõmunicet calorem cordi et faciat feb.

vapor veniens ad substantiam cordis immoderatè calefacit ipsum, & deinde similiter generatur febris. ¶ Si verò quæratur, an vapor calidus, non tñ putridus, per sui coarctationẽ generet febrem aliquo prædictorum modorum? dicendum est, quòd sic: quemadmodum Gal. in prædicta parte sectionis huiusmodi asserit. Sed copiosa huius exempla dat in 8. & 9. de ingenio sanitatis, vbi ostendit, qualiter per obstructionem pororum vapores calidi, siue fumi nimium coarctātur in corpore, & retinentur, & exinde etiā generari febres sicut in synocho, vbi propter multitudinē sanguinis obturantur pori: & in multis ephemeris, quæ generantur propter balneum aluminosæ aquæ, aut styptici, vel alterius causæ poros claudentis, de quibus omnib. in speciali reperitur doctrina.

ET quemadmodum febris accidit à calore Solis, cùm alteratur complexio corporis: similiter accidit quibusdā hominibus ex frigore aeris, vt multoties vincat in eis vehemēter frigus in toto corpore, donec moriantur quidā eorum. Et res quidē in his etiā omnib. manifesta est, ꝙ accidit eis passio & dolor. Et passio, & dolor etiam accidit ei, cui dominatur frigus vehemēs, ex forti frigore: deinde nititur calefacere corpus suū, velociter approximando ipsum igni. Et multi eorum, quibus euenit illud, cùm appropinquant corpora sua subitò igni, sentiūt dolorem vehementissimum in radicibus vnguium. Quis ergo, cùm sensibiliter videat in hac dispositione, quòd causa doloris, & passionis nō est, nisi malitia complexionis diuersæ, audeat respuere illud illud in doloribꝰ, qui fiunt intrinsecus? & miretur qualiter accidat dolor multoties hominib absq; apostemate: vt in intestino, quod nominatur colon: aut in extremo testiculorum: aut in reliquis membris, & illud ideo, quoniam nihil horum est mirabile.

POSTQVAM Galen. egit de modo, vel modis malæ cōplexionis diuersæ calidæ vniuersalis toti corpori, sequitur pars, in qua agit de modo generationis malæ complexionis frigidæ vniuersalis: circa quē primò explicat modū generationis vniuersalis dyscrasiæ frigidę: & in parte secunda probat, sicut superiùs fecit de calida, quòd illa mala cōplexio est diuersa ibi (Et res quidē in his, &c.) Intēdit igitur in parte prima, quòd mala cōplexio frigida potest in toto corpore causari, vel introduci, sicut mala cōplexio calida: nam sicut à superflua caliditate aeris febris generatur, q̃ est vniuersalis dyscrasia calida, sic à superfluo frigore aeris, contingit aliquoties, quòd totū corpus nimis infrigidatur: & in tantū quandoq; illa frigiditas vincit in corpore, quòd quidā moriuntur. Exinde enim narrat in secunda parte de morbo, & accidente, se vidisse quosdā, qui deambulā-

A tes ꝑ niuosa & frigidissima loca prę nimiō frigore,
mortui sunt, antequam redirent. Et iste modus
quem hîc explicat, qui manifestior est, & frequen-
tius contingens cæteris, sufficit hîc ad ostenden-
dū causam introductionis, quòd vniuersalis dys-
crasia frigida potest esse: sed de causis ipsius, siue
sint vniuersales, siue particulares, perfectam do-
ctrinam accipere oportet ex libro de morbo, &
accidenti. Deinde probat per effectum, quòd ta-
lis dyscrasia constituat quandoq; malam comple
B xionem diuersam, & intendit talem rationem, si-
cut superiùs de calida, quòd in quocunq; corpo-
re aliqua dyscrasia causat sensum læsionis, in eo-
dem cōstituit malam complexionem diuersam:
sed in corporibus vniuersaliter infrigidatis à ni-
mio frigore aeris illa vniuersalis frigiditas causat
sensum læsionis: ergo tunc constituit in eis ma-
lam complexionem diuersam. Huius autē ratio-
nis maiorem superiùs declarauit perfectè, mino-
rem autem ponit hic, cùm dicit, quòd manifestū
C est in huiusmodi hominibꝰ, quòd accidit eis pas-
sio, & dolor, id est, sensus alterationis, & læsionis,
cùm eis dominatur frigus vehemens. Et ne cre-
datur, quòd ꝓpter aliam causam, iccirco subiun-
git, ex forti frigore, id est, ꝓpter illud forte frigus,
& huius signum est, scil. quòd sentiant se lædi à
frigore, quoniā nitūtur velociter expellere à cor-
pore: & ideo dicit, deinde nititur, id est, propter
quod nititur, taliter infrigidatus calefacere cor-
pus suum velociter approximādo igni. Sequitur
D ergo conclusio, scil. per effectum euidens, quòd
in talibus corporibus vniuersalis dyscrasia frigi-
da quandoq; constituat malam complexionem
diuersam: de æquali autē dubitat saltem, quando
ratione ipsius morti appropinquat. ¶ Vsq; huc
igitur egit de malitia complexionis diuersæ, sine
contrarietate: nunc autem sequitur pars, in qua
principaliter agit de ea, quæ composita est ex cō-
trariis qualitatibus, & primò de ea, quæ non est
cum febri: secundò verò de ea, quæ est cum febri
E ibi (Nec etiam qualiter accidat feb.) Et primò ite-
rum facit duo, quoniam primò explicat modum
generationis ipsius malę complexionis: secundò
verò ex dictis remouet irrationabilē admiratio-
nem quorundam, quæ oritur ex erronea quorun
dam opinione: secunda ibi (Quis igitur cum sen-
sibiliter.) Dicit ergo in parte prima, quòd mul-
ti prędictorum, scil. quorum corpora sunt infrigi-
data nimis frigido aere, quando appropinquant
subitò corpus suum igni, sentiunt acutissimum
F dolorem in radicibus vnguiū: & dicit multi, pro-
pterea, quia aliqui sunt, q̃ subitò appropinquant,
non tamen diu tenent, sed valde parum corpus
expositum igni, de prope igni, cùm citò appro-
pinquant, tam citò remouēt & elongant, & sic ca
lor igneus in eis potest debiliter agere, & hoc fa-
ciūt, vt euitent illum acutissimū dolorē, propter
experientiā didicerūt alios incurrisse prædictum
modum. Dicit etiam in radicibus vnguium, quia
tales infrigidati vtplurimum manus, & pedes po
G tius appropinquant igni, quā alias partes corpo-
ris, & sic in radicibus vnguium caro est valde te-
nera & passibilis amplius, inquā, q̃ in aliis partib.
digitorū: est etiam ibi fortis valde sensus à natu-
ra constitutus. Quando igitur appropinquant i-
gni tales partes excellēter calefiunt, ex vna parte
pro-

propter igneum calorem,& ex alia parte,q.ad latus illius sunt excellenter infrigidatæ: cùm igitur vehementer dupletur causa doloris,vehemẽs erit dolor. Sic igitur patet,quòd cùm dolor in talib. partibus acutior aut fortior sit, quàm antea, non superueniente solutione continuitatis, aut apostemate,sed solùm excellẽti calefactione, qđ ibi mala est complexio diuersa, & qđ est ex contrariis composita. ¶Et tunc ex hoc sequitur pars, vbi remouet irrationabilem admirationem quorũdam,propterea, quia supra falsam fundatur opinionem: quidam enim opinantes,quòd omnis dolor causatur vel à solutione continuitatis, vel ab apostemate, mirantur quomodo dolor causari posit in membris, in quibus aliquod istorum non apparet,nec percipitur esse,sicut accidit quádoque in interioribus membris. Quandoq; enim in intestinis, sicut in colico, vel in ore stomachi, vel in testiculis perpenditur dolor nullis signis solutionis continuitatis, aut apostematibus apparentibus: cùm igitur dicitur istis, quòd causatur ex malitia complexionis diuersę,mirantur,& hoc credere respuunt,ac si mala complexio diuersa non posit esse, quia causa doloris & pasionis in radicibus vnguium solummodo fit à mala cõplexione diuersa: nullus debet respuere vel negare, quòd in membris interioribus à simili causa procedere posit,& ideò dicit: quis igitur, &c. q.d. nullus cum sensibiliter videat in hac dispositione. s. quam dixit esse in radicibus vnguium prædictorum corporum, qđ causa pasionis, &c. quæ omnia plana sunt. ¶Posset autem aliquis obiiciẽs contra prædicta dicere, qđ non videtur, quòd ignis debeat augere dolorem in prædictis: quoniá quod delectat,non auget dolorem,imò remittit. Quod aũt ignis delectationẽ ꝓcurat, videtur ex hoc,quod expellit contrariam &innaturalem dispositionem, & maximè si subitò expellat. In hoc enim cõueniunt sapientes, quòd quemadmodũ subita introductio innaturalis dispositionis causat dolorem in membris, sic subita expulsio illiꝰ, vt verius & proprius loquamur, subita restitutio naturalis, quæ fit per illam expulsionem, causat delicias. Constat enim, quòd calor igneus propter fortitudinem sui,quasi subitò expellit à digitis innaturalem frigiditatem: igitur causabit delectationem,& sic habetur propositum,scilicet,qđ non augebit dolorem. ¶Ad hoc dicẽdum est breuiter, quòd ignis non causat,nec auget dolorem in prædictis, prout expellit innaturalem frigiditatẽ,sed prout introducit innaturalem &excellẽtem caliditatẽ subitò: ignis enim fortitudine suæ virtutis,quando digitus nimis appropinquat ad ipsum, quasi subitò & imperceptibili tempore corrumpit frigiditatem in superficie, quæ opponitur ei & quasi subitò introducit innaturalem & excellentẽ caliditatem: & iccircò quia duplicatur causa doloris,in eodem membro augetur dolor. Et huius signum est, quia si tales infrigidati temperato calori exponant manus, vt si ponantur in sinu alicuius vel inuoluantur pellibus calidis, non tantum dolebunt, quantum si subitò exponantur igni: quoniam tunc non habent, nisi vnam causam doloris, scilicet immoderatam frigiditatem: sed quando igni exponuntur, vt dictum est,habent duas. ¶Et si quis quærat propter quid quandoque tales infrigidati non dolent in prædictis membris, & postmodum, cùm aliquantulum in sinu tenuerunt manus,dolere incipiunt: videtur enim ex hoc,quòd excellens caliditas in supradictis non sit causa doloris,immò potius temperata. ¶Ad quod dicendum, quòd illud non accidit, nisi quando adeò infrigidantur digiti, quòd penitus amputantur in eis sensus, & etiam motus quandoque, vnde quando temperato calori exponuntur, reuiuiscit sensus, quoniam sensibus aperiuntur transitus, qui propter excellentem frigiditatem conclusi fuerant: & ideò cùm sensus reperiatur, percipitur læsio illius frigiditatis, quare dolor tunc causatur à frigiditate & non ab illo temperato calore, nisi per accidens.

Dubitatio. (margin, left) — *Solutio.* (margin, left) — *Dubitatio.* (margin, right) — *Solutio.* (margin, right)

ET neq; etiam est mirabile,qualiter accidant fe.& tremor quibusdam hominib.in dispositione vna, propterea ꝙ multiplicatur in corpore hu. frigidus phlegmaticꝰ, similis vitro, & humor calidus,qui est de genere choleræ,donec in ipso simul dominetur & moueatur in corpore,& propriè in membris sensibilib. non est mirandum, si sentiat,cuius est hæc dispositio vtraq; simul: nam si ad hominem veneris & in sole calido eũ stare feceris, deinde super ipsum aquam frigidam effuderis, nõ erit inconueniẽs si sentiat caliditatem Solis & frigiditatẽ aquæ. Veruntamẽ hæc duo simul habent hanc dispositionẽ & non eueniũt nisi exterius &aduenit ei etiam vnũquodq; eorum in partibus corporis sui magnis. In fe. autem, quam Græci nominant epialã, quæ aduenit ei ex calido &frigido,nõ aduenit ei nisi intrinsecus,& aduenit ei etiã vnumquodq; eorum in partib. corporis sui paruis:& ita fit vt non sint partes magnæ corporis primæ quib. aduenit frigus nisi & ad latus cuiusq; earum sit pars magna cui adueniat calor: & non sit parua pars corporis secũda cui adueniat frigus nisi ad latus eius sit alia pars parua cui adueniat calor. Propter hoc fit vt ille sensus æstimet se sentire vtraq; simul in suo corpore, & illud ideo quoniã vnũquodq; ꝙ infrigidat & calefacit est sparsum in partib. paruis, quarũ vna est post aliã &nõ fit post eã in paruitate vltima,& nõ est possibile, vt inueniatur aliqua harum partiũ minimarum sensu in aliquo frigido & calido absque alia. Et cuidam eorum,qui febriunt, accidit cùm primò febris eum inuadit in vnaquaque accessionum suarũ,vt sentiat in ea frigus superfluũ &calorem superfluum: sed nullũ horũ sentit in

Febris epiala fit ex calido & frigido simul.

Alia feb. ex calore intrinseco & frigore extrinseco fit.

loco in quo ſentit alterum.Ille tamen cui
illud aduenit poteſt diſcernere manife-
ſtè inter membra ſua quæ calefiunt: & in
ter ea,quæ infrigidãtur.Et illud ideo quo
niã ſentit cal. quod interiꝰ eſt in ſuiipſius
viſceribus & ſentit frigus in omnibus mẽ
bris,quę ſunt in manifeſto ſui corporis.Et
ex fe.præterea eſt feb.quam Græci nomi-
nant Synochum numquam remota ab
ha diſpoſitione Et ſimiliter eſt genus fe
brium adurentium mortificatiuum,&il-
lud quidem quod accidit in his febribus
in partib. maiorib. eſt quod accidit in fe.
quam Græci nominant epialam in parti-
bus minoribus. Malitia autem cõplexio-
nis in huiuſmodi febrib. etiam eſt diuer-
ſa.Et eſt diuerſa in eo cui aduenit tremor
præter quod ipſum ſequatur fe.& hoc au
tem accidens rarò accidit ,ſed tamen ſe-
cundum diſpoſitionẽ accidit quibuſdam
mulieribus & quibuſdam viris: & verun-
tamẽ oportet proculdubio vt ipſum iam
præceſſerit regimen quietis ,aut patiens
ſpatio longo aſſiduè ſit vſus multitudine
cibi generantis humorem frigidũ & cru-
dum phlegmaticum ſicut humor ſimilis
vitro. Et videtur quidem quod accidens
hoc nõ accidat anteà alicui penitus,quo-
niam nõ fuit aliquis hominum vſus hoc
regimine quietis & multitudinis cibi. Et
propter hoc inuenimus aliquos medico
rum iudicãtes quod neceſſe eſt, vt tremo
rem ſequatur fe.nos autem iam vidimus
multoties & viderũt alicui nouorum me
dicorum tremorem prouenire,quem po
ſtea feb.nõ eſt ſecuta.Febris autem,quam
Græci vocant epialam, eſt compoſita ex
hac malitia complexionis, à qua proue-
nit tremor, quem non ſequitur feb. & ex
malitia compl. à qua prouenit feb. Cùm
autem dico epialam,non volo intelligi ꝑ
hoc nomen niſi feb. in qua vtraque acci-
dent ſemper. Febrem verò quam præce-
dit, & quam poſtea ſequitur calor ſicut
accidit in tertiana & quartana non no-
mino epialam.

POſtquam manifeſtauit qualiter generari po-
teſt mal.compl. diuer. compoſita ex contra-
riis ſine fe.hîc ſequitur pars,in qua principa-
liter monſtrat illud in feb.circa quod primò inſi-
nuat admirationem quorundam, cum hoc de-
ſtruendo ipſam: in parte verò ſecunda oſtendit
propoſitum,cùm dicit propterea quod multipli-
catur. Quia igitur in fine præcedẽtis lectionis re-
mouerat quandã admirationem continuans illis
ſermonem,dicit:neq; etiam:quaſi dicat,illud,qđ
diximus,non eſt mirabile. Similiter etiam, neque
pro nõ eſt mirabile,qualiter accidit fe. & tremor,
hoc eſt, mal. compl. cal.& frig.ſimul quibuſdam
hominibꝰ in diſpoſitione vna : tũc ſequitur pars,
in qua oſtendit modum generationis huius mal.
compl. Circa qđ primò oſtendit in genere, quot
modis in fe.poteſt contingere talis mal.compl.cõ
poſita ex contrariis, applicat propoſito, & in ſe-
cunda parte comparat inter illas feb. & exponit
vocabulum,quo eſt vſus,vt dicit (feb.autem,quã
Gręci &c.) In parte verò prima iterum facit duo,
primò oſtendit,quot modis poteſt dicta compo-
ſitio in fe.cõtingere : & in parte ſecunda applicat
dicta ſua propoſito ibi (Et illud quidem,&c.) In
parte verò prima iuxta duos modos, quos expli-
cat,facit duo:primò explicat vnum:ſecundò alte
rum ibi (Et cuidam eorum quib. fe.) In prima ite
rum parte, primò explicat modum illum genera
tionis & cauſam: in parte ſecunda cõfirmat intẽ-
tũ ſuum per exemplum ibi (Nã ſi hominẽ in So-
le cal.) Intendit igitur in parte prima,qđ vnꝰ mo
dus,quo mal.compl.diuer. compoſita ex contra-
riis,poteſt in febricitantib.cõtingere,eſt vt in ea-
dem parte corporis ſimul vtraq; qualitas contra-
ria ſentiatur:& cauſa huiꝰ erit,quia humores cõ-
trariarum qualitatum miſtim ſparguntur ſupra
membra ſenſibilia. Dicit igitur,propterea quod,
&c.q.d.bene dixi,quia non eſt mirabile, qualiter
accidat fe.& tremor,&c. propter quod ſup. quid
dicã,qa cũ multiplicatur in corpore hu.phlegma
ticus frig.ſimilis vitro,&hu.cal.cholericus donec
dominentur & moueantur ſimul in ipſo corpore
& propriè ſup.quod moueantur in membris ſen
ſibilib.non eſt mirandum,&c.deinde,quia dixit,
quòd quando prędicti hu.mouentur ſupra mem
bra ſenſibilia,nõ eſt mirũ ſi vtraq; qualitas ſentia
tur in ipſis,q.d. qđ vtraq; ſentietur:tunc confir-
mat hoc per exẽplũ , circa qđ primò ponit ſuum
exẽplũ: ſecundò verò aſsignat differentiam inter
exẽplũ & ꝓpoſitum ibi (Veruntñ hæc duo.) In
parte prima intendit,qđ ſi fundatur aq. frig. ſup
hominem calefactum à Sole cal.i.aeri calefacto à
Sole,nõ erit incõueniẽs,quòd talis homo ſentiat
ſup.in eadem parte,vel in eodem membro corpo
ris calid Solis & frig.aq.q d. quia ſentiat ſecundũ
veritatẽ : hæc duo igitur, ſup. ſicut ſentiuntur in
eodem membro ſimul , contrariæ impreſsiones
exteriorum alterantium eadem ratione, ſimiliter
& interiorum.Deinde ne credatur omninò ſimi-
le,quod dicitur in hoc exẽplo ad illud , quod di-
ctum eſt, aſsignat differentiam inter ea, & primò
explicat differentias:ſecundò verò manifeſtat al-
teram illarum.ſ. minus euidẽtem ibi (Et ita fit.)
In prima iterũ primò explicat differẽtias , quãtũ
ad vnã.ſ.quãtũ ad exẽplũ. ſecũdò verò, quãtũ ad
ꝓpoſitũ.Intẽdit igit in his duab.partib. qđ diffe
rũt illa duo,& quantũ ad cauſas effectiuas: qa in
exẽplo alterãtia ſunt extrinſeca. In ꝓpoſito verò
intrinſeca iterũ, quãtũ ad ſubſtãtiã: qa in exẽplo
ſentitur alteratio,& alterãtis impreſsio in partib.
magnis corporis:in propoſito verò in paruis.Di
cit igitur in prima parte, veruntñ q. d. licet dictũ
ſit, qđ ſimiliter ſe habeat illud, ad hoc tñ ſupple
differẽtia eſt:quia hæc duo ſimul.ſ.calid.Solis &
frig.aq.habẽt hãc diſpoſitionẽ.ſ.qđ nõ aduenĩũt,
niſi exterius.ſ. ab extrinſeco, vel extrinſecis cau-
ſis:& etiã ſup.eſt alia differẽtia, qa vnumquodq;
adue-

aduenit in partibus magnis corporis sui.s.corporis, in quo sentiunt, & horum contraria sunt in proposito. In fe.autem, quam Græci vocant epialam, quæ aduenit.i.accidit patienti ex cal. & frig. .i.ex cal. & frig. non aduenit ei intrinsecus.i.ab extrinsecis alterátibus: & etiam aduenit vnúquodque illorum .s. cal. & frig. in paruis partibus corporis sui. Inde manifestat, quod dixit de partibus magnis & paruis & primò declarat in partibus magnis & paruis, qualiter fit impressio qualitatū contrariarum, & hoc quantum ad hoc exemplū: secundò verò declarat in paruis partibus, & hoc quantum ad propositum ibi (Et non fit aliqua alia corporis parua.) Intendit igitur in parte dicere, quòd cõtrariæ qualitates recipi possunt simul in partibus magnis corporis: sed secundum hác formam.s.quòd in vna membri cõsimilis recipiatur cal. & in alia frig. ideò dicit, quòd ita fit q.d. bene dixi, quòd contrariæ qualitates possunt recipi simul in magnis & paruis partibus corporis, & sup. in magnis fit ita.s vt nō sint partes magnæ corporis primæ. Et hoc intelligendum est indefinitè vel vniuersaliter, ac si dicat, fit ita, vt quæcunque magna pars corporis prima cū dicat, in prędicto exemplo simul infrigidari & calefieri: nec etiam calefieri aliqua illarum, cui aduenit frigus in vno latere, quando ad aliud & circa: & ita non intelligemus omnes partes corporis magnas & primas infrigidari & calefieri simul, sed intendit dicere, quòd à quibuscunq; accidit hoc fit ita, vt non sint partes.i.membra corporis magna, & prima.i.consimilia. Per prima enim partes consimiles intelligit, sicut ostēsum fuit circa principium huius tractatus, dicit de consimilibus ad differentiam organicorum: membra enim organica, sunt etiam partes magnæ corporis, tamen in prędicto exemplo, vbi calefactum à Sole dicebatur infrigidari ab infusione aquæ frigidæ, possibile est, qđ totum corpus infrigidetur, & ita tunc partes organicæ non tantùm infrigidarentur ex vno latere, sed siue per totum, siue per partem infundatˀ corpus, semper cutis, aut caro, aut neruus & cętera ex vno latere infrigidabuntur, ex alio erit supercalefactum, & hoc intendit in ista parte. In sequenti verò facit duo: quia primò declarat per quem modū in partibus paruis recipiuntur qualitates contrariæ: secundò verò ex dictis, ad maiorem euidentiam, quod supponit in prædicto modo compositionis contrariarum qualitatum ibi (Et propter hoc.) Intendit igitur in prima parte qđ sic recipiuntur contrariæ qualitates in partibus paruis, sicut & in magnis, scil. quia in quibuscunq; paruis hoc accidat in vno latere illarū paruarū partium recipitur frigiditas: in alio verò caliditas, & hoc statim infert, vt plenius declaret, quod supposuit suprà.scil.quòd in hoc modo primo compositionis qualitatum contrariarum simul sentitur, in eadem parte corporis vtraque qualitas, & ideò dicit, & propter hoc.s.quia in partib. paruis corporis recipi potest vtraq; qualitas, fit, vt iste sensus .s. quo immediatè dixit in partis partib. corporis recipi cõtrarias qualitates, & æstimet sese sentire vtraq; simul .i. indistinctè in corpore suo. Et huius causam reddit pleniꝰ ad euidētiā pleniorem illius modi, & illud quidē ideo fit, qđ indistinctè sentiuntur, &c. quoniam vnumquodq;, quod infrigidat & calefit .i. humor infrigidans, & calefaciens humor sit sparsus in partibus paruis, quarū vna est post aliam .i. circa aliá, & intantum paruis sup. quòd non sit post eas aliqua pars vltima, alia in paruitate, id est, magis parua: & hoc intellige secundum iudicium sensus, cùm, inquam, ita sit, non est possibile, vt inueniatur aliqua harum minimarum partium sensus, in quo.s.sensu fit frigꝰ, & calor absq; alia: & hoc sup. est propter magnam vicinitatem illarum partiū. Posito igitur, & declarato primo modo compositionis qualitatū contrariarum in febre, sequitur pars, in qua explicat secūdum: & primò explicat ipsum attribuendo interpolatis febribus, secūdò verò continuis ibi (Et ex febribus præterea.) Intendit igitur in his partibus, quòd alius modus qualitatum contrariarum in fe.scil.calidus & frigidus sit.s.vt distinctè in diuersis partibus corporis sentiantur: & ideò dicit, quantum ad interpolatas, quod quidem vel quibusdam ex febricitantibus: cum post, id est, postquam inceperit febricitare, inuadit eum sup.febris, in vnaquaq; accessione frigus superfluum, & calorem superfluum: sed differunt sup. à primo modo, quoniam nullū eorum.s.calorum & frigorū sentit in loco, in quo sentit alterum: & hoc declarat cū dicit: Ille enim cui illud accidit, potest discernere manifestè inter membra calefacta & infrigidata: & hoc declarat adhuc specialius, dicens: & illud ideò sup. dictū est, quod potest discernere manifestè, &c. quoniá sentit calorem intus in visceribus.s.in corde, hepate, ore stomachi, diaphragmate, &c. & sentit frigus in omnibus membris, quæ sunt in manifesto corpore, sicut in manibus, pedibus, dorso, auribus & naso: & hoc est, quod accidit in paroxismis interpolatarum febrium. Deinde applicat illud ad continuas, & intendit, quod in quibusdá continuis etiam accidit hoc, scilicet distinctè sentire ardorem in visceribus, & frigus superfluum in exterioribus membris, & ideo dicit, propterea id est, propter interpolatas ex febre est febris sup. continua, quam Græci nominant Synochum, nūquam remota ab hac dispositione, scilicet quam immediatè dixit: & sup. similiter est genus febriū adurentium, mortificátium, sicut causon, in quo sup. genere febris accidit ista dispositio, quam diximus. Hic tamen intelligendum est, quod intentio Gal. non est, quod in omni synocha, & causone accidat hoc, sed in quibusdam: verbi gratia, vt cum illis, quæ sunt cum apostemate calido interiorum membrorum: sic enim docet in commēto prognosticorum, & quod dicit, nunquam esse sine hac dispositione, non dicit vltimitatē in suppositis illarum feb. sed vltimitatem in parte durationis illarum, quibꝰ illa dispositio accidit. Cùm enim in parte antè dixerit de interpolatis; quod in vnaquaq; accessione, & sic partes temporis habeant dispositionem, intendit hîc ad differentiá illarū dicere, quod in istis fe. quas .s. nominat Synochū & causon, quib. illa dispositio accidit, qđ continuè, & sine interpolatione durante fe. inuenitur in illis illa dispositio Deinde in febri applicat proposito huius.s.tractatꝰ, & primò facit hoc: secundò verò remouet quandam falsam antiquorum opinionem, quam habuerūt cum alia tacta superiùs ibi (Et etiam est diuersa.) Intēdit igiť in

parte prima, quòd tam in primo modo, quàm in A
secundo est malitia compl.diuer.& hoc est, quod
spectat ad presentem tract.considerare:& ideo di
cit,& illud quidem, quod accedit in partib. maio
ribus de prædicta dispositione, sicut in secundo
modo applicuit ad interpolatas,&ad aliquas cō-
tinuas,& quod accidit in feb. quam Græci vocát
epialam,quòd sup.in partib. minoribus, totum
sup.procedit ab vna causa communi: ideo subiū-
git,malitia namq; compl.in his fe.est diuer. Tunc
sequitur pars,in qua remouet quandam opinio- B
nem falsam antiquorum, quam habuerunt circa
quoddam accidens,de quo locutus est in princi-
pio lectionis huius,videlicet de tremore: quia .n.
superiùs locutus est de tremore, quem sequitur,
vel concomitatur fe. Et opinio antiquorum fuit,
quòd omnem tremorē sequitur feb. ideo ne quis
tenendo hanc opinionem erret, subiungit hanc
partem, in qua primò explicat illud accidens ap-
plicando proposito, & ostendendo, in quib. cor-
porib. potius tale accidens generatur.s. tremor: C
quem feb.nō sequitur: secundò verò explicat mo
tiuū antiquorum, circa contrariam opinionē, &
destruit eā ibi (Et propter hoc inuenim⁹.) In pri-
ma iterū parte facit duo, quoniā primò explicat
accidēs,& ꝓposito applicat: secundò verò osten-
dit,quib.corporib. euenit & propter quas causas
ibi (Veruntā oportet.) Intēdit igitur in parte pri-
ma,quòd nō tātùm à malitia compl.diuer. causa-
tur tremor,quē fe. sequitur: sed etiā tremor, quē
nō sequitur fe. Et sic habemus,quòd tale accides D
potest esse,& iterū conuenit ꝓposito: quoniam à
malitia compl.diuer.causatur,& ideo dicit,&etiā
est diuersa:& hoc dicit,quia immediatè antè dixe
rat,quòd in prędicta dispositione est mal.compl.
diuer.& ideo cōtinuando ad aliud dicit: & etiam
est diuersa in eo,cui aduenit tremor. Deinde di-
cit, quòd illud accidens raro accidit, sed tamē se-
cundum dispositionem,& secundum concurren
tiā particularium disponentiū ad hoc accidit qui
busdam cōsequēter,quia dixit,quòd accidit illis, E
quib. concurrunt causæ disponentes: iccircò de-
clarat,quæ sunt illæ causæ disponentes, & inten-
dit,quòd sunt lōgitudo quietis,& ocij,& diutur-
nitas multi vsus ciborum, generantiū frig. atque
crudū hu.scil.vitreum phlegma. Cōuenit igitur,
quòd in illis tantum accidit, qui vtuntur regimi-
ne tali:& hoc etiam,quod in lib.de rigore mōstra
uit: dicit igitur: veruntā oportet ꝓculdubiò, &c.
Consequenter verò explicat motiuū antiquorū
ad opinionem prędictā,&intēdit,quòd propter- F
ea, quia rarò valde accidebat antiquitus tremor,
quē nō sequeret̄ fe.& hoc etiā, quia ꝑdicto regi-
mine rarissimè vtebātur antiqui: ideo Medici an
tiq. temporis meditati sunt absolutè, quòd neces
se est,vt tremorem sequatur fe.hoc tū destruit di-
cens, qđ contrariū vidit ipse, & multi & etiā no-
ui Medici sui tēporis, sicut patet in litera. Conse-
quenter verò cōparat supra nominatas fe. quātū
ad hoc accidens, & exponit vocabulū, quo vsus
est superiùs, circa quod ponit vnum membrum G
differre: secundò aliud ibi (Fe.verò, quam in pri-
mò.) Primò ostendit qualis naturæ est tremor,q
fit in epiala. Secūdò exponit vocabulum ibi (Cū
autem dico epialam.) Intendit igitur in his parti
bus,quòd quamquam dixerat superiùs, quod in

A epiala & in aliis interpolatis febribus accidat tre-
mor,tamen differentis naturæ est, ille ibi, & hic:
quoniam ille,qui accidit in epiala,est de natura il
lius tremoris,quem non sequitur fe.quando non
causatur ab humore, qui putrescit tunc, sicut in
libro feb.& alibi est ostendens. Tremor verò acci
dens aliis feb.est contrariæ naturæ, & ideo dicit:
febris autem,quam Græci,&c. est composita ab
hac malitia compl.à qua prouenit tremor,quem
non sequitur fe.& ex alia sup.malitia cōpl.diuer-
B sæ,à qua prouenit fe. Et quia nominauit epialam
exponit dicens: cùm autem dico epialam, non in
telligo per hoc tantum,nisi fe. in qua vtraq; sem-
per accidunt simul & indistinctè, sicut superiùs
docuit. Consequenter redit ad membrum huius
differentiæ.s.naturam aliarum fe. ab epiala,quan
tum ad tremorem dicens,fe.autem q.d. bene di-
xi, quod illa est epiala, in qua vtraq; prædicta ac-
cidunt: sed fe.quam tremor pręcedit,& quam po
stea calor sequitur,sicut est tertiana,& quartana,
C nō omnino epialam: igitur in tertiana, quartana
&similibus tremor causatur à malitia complexio
nis,ad quam sequitur feb. Contra prædicta in le-
ctione potest aliquis obiicere,quoniam Isaac in li
bro feb. dicit, quòd in epiala calefiunt interiora
manifestè & frigescunt exteriora: sic asserit,quòd
istæ duæ qualitates distinctè sentiuntur in maio-
ribus partibus corporis, cuius tamen contrariū
asserit Gal.sicut patuit suprà. Item Gal.dicit,hic
epialam generari ex phlegmate vitreo,& commi
D sto: Isaac autem dicit, quod generatur ex phle-
gmate vitreo solum,cuius pars putrefit, pars ve-
rò non. ¶Propter hoc sciendum est,quod epiala
& lipyria non sunt febres compositæ, quoniam
compositæ sunt, quæ constituuntur ex duabus
febribus,siue sint vnius, vt duæ tertianæ siue di-
uersarum,vt hemitritæus: sed sunt feb.simplices,
in quibus contrarietas qualitatum in eodem tem
pore manifestè sentitur in membris corporis, &
in re istarum febrium non discrepant sapientes,
E sed nominibus vtuntur indifferenter, sicut patet
per Gal.commento aphorismorum,&in aliis plu
ribus locis:& ex hoc patet signanter, quod illa fe.
in qua cholera & phlegma dominatur maximè
in corpore: quam Gal.vocat hîc epialam,vocat I-
saac in quinto febrium lipyriam. Si quis autem
quæreret,quis seruat melius proprietatem nomi
num,in hoc dicimus, quia non scimus, cùm sint
vocabula Græca,sed æstimandum est,quod Gal.
qui in lingua Gręca nutritus est, potius quam I-
F saac Israelita, qui in Babylone nutritus est, in A-
rabica lingua,sed quomodocunq; sit de nomini-
bus,possibile est in vna fe.simplici contrarias sen
tire qualitates in membris corporis eodem tem-
pore per illos modos,quos dicit Isaac,& per istū,
quem hîc explicat Galenus. Sed Isaac tanquam
informans operātes, tetigit modos magis notos,
& frequentius contingentes. Galenus vero tan-
quam informans speculantes, circa compositio-
nem contrariarum qualitatum in malitia, cùm
G dicit, tetigit modum minus apparentem, & ra-
riùs contingentem, vt de aliis facilius credere-
tur: rarius enim accidit, quòd cholera & phle-
gma misti, absque tamen eo, quod perfectè sein-
uicem alterauerint,dominentur in corpore, quā
nō misti: frequēter enim accidit phlegma interi⁹,
& cho-

Obiectio.

Solutio.

& cholera exterius dominari, aut etiam econuerso. Sed quod in toto dominentur simul quasi in eisdem partibus corporis nó accidit, nisi per modum, quê recitat Gal. quê modũ nó negat Isaac, nec Gal. illos quos ponit Isaac, quare patens est, quoniá in dictis suis nó sunt oppositi, sed diuersi.

IAM igitur manifestum est, quod fe. quæ epiala nominatur, est com posita ex duobus modis malitiæ complexionis diuersæ, & similiter est dispositio in fe. reliquis præter febres fixas. Et similiter sunt ægritudines, quæ sunt propriè alicui mẽbro cum apostemate, omnes enim sunt à malitia complexionis diuersæ, sicut apostema, quod nominatur phlegmon, & quod nominatur cancer, & quod nominatur formica, & pustulę, quę per erysipelas nascuntur, & apostema, quod nominatur mollicies, & estiomenus, & illud, quod nominant Græci gangræna, & est accidens perducens membrum in semitam mortis. Omnib. enim istis ægritudinibus est commune, quod ab humiditate proueniunt ad aliquod membrum effusa. Et diuersificantur, quoniam quædã earum proueniunt ab humore phlegmatico, & quædam de humore, qui est ex genere chol. rub. & quædam earum à chol. nigra, & quædam à sang. Et horum, q̃ proueniunt à sang. quædã proueniunt à san. calido subtili ebullienti, & quædam proueniunt à sanguine frigido spisso, & quædam fiunt à sanguine, cuius dispositio alia est. Scrutabor autem subtilissimè, & exponam species harum ægritudinum in libro alio, in hoc autem libro contentus sum, vt dicam qualiter sit dispositio in humiditate, quæ ad membrum effunditur prouentu suo, quo peruenire facit ægritudinũ vnamquamque, quas nominauimus, quod est secũdum rationem, quam in eis, quæ præmissa sunt, narrauimus: de prouentu apostematis, quod nominatur phlegmon ab humore calido, & sanguineo, & quod vnumquodque membrum similium partium simplicium primorũ cùm in eo vincit humiditas illa, peruenit ad malitiam complexionis diuersæ: Et illud ideo, quoniam manifestum est, & apparens, quòd calefit aut infrigidatur, aut deficcatur, aut humectatur, secundum quod in ipso dominatur illa humiditas, quæ ei appropinquat. Eius verò interiora nõdũ cõuersa sunt ad similitudinem illius eiusdem complexionis. Quod si totum resoluatur ab humido exterius siue interius, & fiat totum dispositionis vnius, sedabitur ab eo subitò dolor penitus: ægritudo tamen tunc erit spissior & difficilior & siccior. Et qui antecedit quidẽ, & scit quod narro de hoc, sufficit ei, donec intelligat librum meum de medicinis, deinde post ipsum librum de ingenio sanitatis.

POstquam Gal. terminauit intẽtionem suam circa p̄dicta, quantum sufficiebat p̄senti tractatui, sequitur pars, in qua propter bonitatẽ doctrinę ad corroborandum videlicet memoriã, & ad confirmandum euidentius intentionẽ, quã se dixit habere superius in principio, circa præsentẽ tractatum epilogat supradicta, & primò facit hoc: secundò imponit sufficientiam dictis ibi (Et qui antecedit quidem.) In prima verò parte primò epilogat, quod dixit de morbis vniuersalibus: secũdò verò de particularib. ibi (Et similiter sunt ægritudines, quæ sunt propriè) Intendit ergò in prima parte, quòd ex prædictis est manifestum, quòd in epiala est malitia compl. diuer. & non tantum vna, sed duplex, & contraria: & similiter est manifestum ex prædictis quòd in omnibus aliis feb. ab epiala pręter hecticam est mal. compl. diuer. & ex his patet, quod de prędictis circa hos morbos vniuersales, nõ repetit in hoc epilogo, nisi tantum illud, quod principaliter conuenit cõsiderationi præsentis tract. Dicit igitur, quod iam manifestum est, sup. per prædicta, quòd fe. epiala est cõposita ex duobus modis malitiæ complexion. diuer. & ex hoc tantum vniuersaliter & principaliter, quòd causetur à malitia compl. diuer. & similiter est dispositio in reliquis fe. præter fixas: vnde hîc similiter non refertur ad hoc, quòd dixit epialam componi ex cõtrariis dyscrasiis. Consequenter verò epilogat, quòd de morbis particularibus principaliter dixit, & specialiter de apostematib. quantum ad præsentem considerationem, & in parte secunda remittit nos pro specialiori consideratione apostematũ, ostendendo nihilominus excusationem sui, quid de ipsis apostematib. suffi cit in hoc lib. considerare: secunda ibi (perscrutabor igitur.) Iterũ in prima primò epilogat illud, in quo conueniunt genera apostematum: secundò verò illud, in quo differunt ibi (& diuersificãtur.) Dicit igitur in prima parte, quòd ægritudines, quæ sunt proprię alicui mẽbro, cum apostemate similiter sunt sup. sicut illæ vniuersales, de quib. dixit immediatè, & explicat illã similitudinẽ dicens, omnes. n. fiũt à mal. cõpl. diuer. & exẽplificat in omni genere apostematis, sicut patet in litera, & infert ad vltimũ, quod omnes istæ ægritudines, quas particulariter enumerat in litera, conueniũt in hoc, quod causant ab hu effusa ad aliquod membrũ. Fiunt igitur à mal. compl. diuer. cum materia. i. cum hu. aliunde venienti ad membrũ pręter naturam. Deinde epilogat immediatè illud, in quo differũt: & intẽdit, quod quamuis omnia apostemata sup. nominata, cõueniãt in hoc, quod ab hu. causantur, tñ differunt in specie hu aut in qualitate, vel substantia ipsius: in specie quidẽ, quod quędam à chol. rub. sicut erysipelas, quędam à cholera nigra, sicut cancer, quædam à sanguine subtili, & valde calido, vt estiomenus, quędã à spisso & frigido, sicut gangrænæ, dum tamen gan-

grænæ ſumantur eodem modo, quo ſuperiùs in principio huius operis diximꝰ, ſumi à Gal. in lib. de paſsionib. ad Glau. quædã verò alia ſunt, ſicut dicit, q̃ cauſantur ex ſang. cuius diſpoſitio eſt alia ſup. à diſpoſitionib. prædictis, ſicut phlegmon, & ſic de aliis. Deinde verò, quia de diuerſitate apoſtematũ fecit mentionẽ, ne credat aliquis, qđ hęc dicta ſufficiant de cõſideratione diuerſitatis apoſtematũ, iccircò remittit ad alios tract. & primò facit hoc: ſecundò oſtendit, quid de ipſis ſufficit in pręſenti tractatu conſiderare, ibi (In hoc aũt lib.) In parte igitur prima dicit, qđ in alio lib. ab iſto. ſ. in lib. de apoſtematibꝰ, perſcrutabitur ſubtiliſsimè hãc. ſ. naturam diuerſitatis apoſtematis, adeò vt exponet omnes ſpecies ipſorum in particulari: ſed ne credat quis, qđ ad hunc lib. pertineret, ſubiungit quid hîc de ipſis conſiderare ſufficiat, primò igitur facit hoc: ſecundò epilogat, qđ de modo generationis apoſtematũ docuit ſuperiùs, inquantũ malitia compl. diuer. ſecunda ibi (qđ eſt ſecundum rationẽ.) Dicit igitur in prima parte, qđ in hoc lib. ſufficiunt eſſe, qualis ſit diſpoſitio hu. quæ effunditur ad membrum, vt perfectè ſciatur, qualiter hu. ad membra effuſa, cauſet in eo mal. compl. diuer. ad hoc enim conſideratur modꝰ generationis apoſtematis, ſic vt pateat modꝰ generationis mal. compl. diuer. cum materia: & hoc eſt qđ intendit in parte. Hîc. n. conſideratũ modus effuſionis hu. ad membrum, inquantum conſtituit malitiam complexionis in mẽbro. Cõſequenter verò epilogat ſupra dictum modũ innaturalis effuſionis hu. ad membrum: & primò facit hoc: ſecundò verò per modum epilogi applicat illam conſiderationem propoſito ibi (Et quod vnumquodq;.) Intendit igitur in parte prima, qđ modus perfectæ effuſionis. ſ. hu. generantis quodcunq; apoſtema, eſt ſecundum ratiocinationem, id eſt, ſecundum eum modum, vel ſecundum eam rationem, vel diſpoſitionem, q̃ dixit ſuperiùs in generatione phlegmonis de ſang. hoc eſt, ſecundum illum modum, ſecundum quẽ ſanguis in generatione phlegmonis effunditur ad membrum, ſecundum eundem modum alij humores, in quocunq; apoſtemate alio, effundũtur ad membrum, quoniã videlicet, à magnis venis ad paruas, & à paruis ad concauitates mẽbri ſimplicis vel conſimilis. ¶ Si aũt obiiciatur, quòd poſſunt generari apoſtemata per viam congeſtionis ex ſuperfluitate nutrimenti proprij cuiuſcunq; membri, & ideo non ſemper generabitur per viã effuſionis: dicendum eſt, quòd verum eſt, ſed nõ cõſtituit ſpeciem illam mal. compl. diuer. quæ eſt cum materia: quoniam non dicitur eſſe cum materia, niſi cauſetur ab hu. aliũde ad mẽbrum effuſo: illam aũt mal. compl. diuer. q̃ ſine materia eſt, ſpecialiter non pertractat, quia modus ſuæ generationis eſt manifeſtus, & modica fit in eo diuerſitas, ſed in alia eſt econtrariò, & ꝓpterea iſtã ſpecialiter pertractauit, q̃ eſt cum materia. Poſtquã igitur epilogauit materiã generationis apoſtematum, de quib. ſpecialiter hîc eſt locutus, applicat illã cõſideratione propoſito, & intendit, qđ ideò cõſideratur modus effuſionis hu. ad membrũ, vt cognoſcatur qualiter hu. poteſt malitiã comp. in mẽbro cauſare, & hoc ſufficit conſiderare in propoſito. Primò igitur epilogata applicat ꝓpoſito.

Obiectio.

Solutio.

qđ dicit de generatione effuſo ad mẽbrũ, inquantum cõſtituit malitiam compl. diuer. ſecundò verò inquantum cõſtituit mal. compl. æqualem ibi (qđ ſi totum.) Dicit igitur in parte prima, quòd ſup. cõtentus ſum, vt dicam in hoc lib. qđ vnumquodq; mẽbrorũ primorũ, & ex hoc exponit cũ dicit ſimilium partium, cum eo vincit hu. illa ſup. effuſa ad ipſum, & peruenit ad mal. compl. diuer. & hoc declarat dicens: quoniã membrum aut calefit, aut infrigidatur, &c. Et hoc, inq̃, dicit, ſi in ipſo, ſup. mẽbro dominatur illa hu. q̃ ei appropinquat, & qđ dominetur tñ taliter, qđ extrahatũ mẽbrum à naturali compl. ſed tñ nondum perfectè vincit ipſam intus & exterius, ſiue in omni parte membri, & ideò dicit eiꝰ, &c. q. d. bene dixi, ſi dominatur verò, ꝓ ſed: tali, inquam, dominio, qđ interiora eius. ſ. membri nondum conuerſa ſint. i. tranſmutata perfectè ad ſimilitudinem eiuſdem diſpoſitionis. ſ. quam hu. effuſꝰ imprimit. Et hoc ideo dicit, quoniam ſi perfectè eſſet membrũ alteratum ab hu. effuſo, iam non conſtitueret malam compl. diuer. ſed æqualẽ, & ideò ſubiungit epilogum huius termini. ſ. mal. compl. æqualis: primò faciens hoc: ſecundò comparat ad diuerſa ſub ratione ægritudinis ibi (Ægritudo.) primò dicit, qđ ſi tota ſubſtantia mẽbri reſoluatur. i. perfectè alteretur intus & exterius, & fiat modus diſpoſitionis per totum, cuius ſignum eſt ſup. ſicut docuit ſuperius: quia ſedabitur adeò ſubitò dolor, penitus tunc conſtituet ſup. mal. compl. æqualẽ. Conſequenter verò cõparat dicens, quod tunc. ſ. cùm ad prædictum terminum deuenerit malitia compl. erit ęgritudo ſpiſsior, id eſt, magis intenſa membro ſeu inhærens & difficilior ad cognoſcẽdum, propter priuationem ſenſus, & ſiccior. i. diminutior ad extirpandum vel eradicandũ. Deinde ſequitur vltima pars libri, in qua finem imponit operi, dicẽs, qđ qui antecedit. i. qui ꝑ aliis eſt intelligẽs. ſ. conſiderationes medicinales, vel qui antecedit. i. antecedentia bene intelligit, ſcit qđ narratio hæc de eſſentia, diuerſitate & modo generationis malitiæ compl. diuer. ſufficit ei, donec intelligat lib. de medicinis ſimplicib primò, deinde librum de ingenio ſanitatis. Ex quo patet, qđ ſcientia de ſimplicibus medicinis pręcedit conſiderationes ingenij ſanitatis, & quòd hic libellus ordinatur, vt introductorius ad ea, quæ de malitia compl. tanguntur in prædictis operibus, ſicut ſuperiùs in parte manifeſtauimus: ſed ſpecialius oſtendimus iam ſuper libris prædictis. ¶ Hortamur autem lectores tam Baccalaurios quàm Magiſtros, vt frequenter perlegant hunc tractatum, quoniam inter opera Gal. difficillimum & valde obſcurum opus inuenimus, iſtud habet conſiderationes præbentes introitum ad omnia ea, quæ frequentius occurrunt, tam in ſpeculatione, quã in opere. ¶ Nos autem circa expoſitionem ipſius non potuimus illam diligentiam obſeruare, quã exigebat materia, propter varios labores inſtantium tribulationum, quæ ſtudium noſtræ mentis perturbauerunt. Sed ſcimus, quòd in prædicta expoſitione aperuimus ſufficienter viam intelligẽtibus: vnde rogamus eos, vt de defectibus nos curialiter excuſent, quoniam in aliis libris Galeni concedente Domino ſatisfacere plenius curabimus diligenter.

Scientia ſimplicib. præcedit eam quæ eſt de ingenio ſanitatis.

Expoſitio alios libros Gal.

ARNAL.

ARNALDI DE VILLA NOVA QVAESTIONES SVPER EODEM LIBRO.

Vtrùm natura, inquantum orbata, intendat sibi fœtum orbatum aßimilare, Quæstio I.



VAERITVR, vtrùm natura, inquantum orbata, intendat sibi fœtum orbatum assimilare, & arguitur quod non: Quia agens agit propter finẽ, & finis est bonum: igitur assimilat sibi, quod intendit bonum: sed orbatio est priuatio boni: vnde videtur, quòd leprosus vel podagricus non assimilet sibi fœtum. ¶ Oppositum patet per sensum. ¶ Potest dici, quòd duplex est orbatio: quędam. s. est introducta per dispositionem materiæ recipientis, & talis natura orbata non intendit generare talem orbatam naturam sibi similem, sicut si fuit cęcus, vel mancus. Per intentionem naturę non intelligo cum cognitione, quę fit in ea, sed talem, quam habet ex parte materiæ vel formæ vel totius compositi: sicut dicimus, quòd ignis intendit ignire, vel calefacere: tunc in non occulto est virtus actiua virtualiter oculi, quę in principalib. principiis fuit infusa à parentibus, non autẽ infunditur hęc virtus ab oculis: sic enim illam non haberet, cùm oculos non habeat. Alia est natura orbata in principiis actiuis, sicut posuimus in leproso, vel podagrico, & si ista fuit tanta, quòd non possit corrigi à loco in matrice, nec propter admistionem spermatis, vel menstrui mulieris: iam talis natura orbata assimilando sibi fœtum, ad quam similitudinem inclinatur, naturaliter intendit talem orbationem. ¶ Et si dicas, quòd anima est principium omnium operationũ naturalium principale: non aũt videtur, quòd ipsa defectum & priuationem intendat: eius enim est dare esse, quare orbationẽ non intendit. ¶ Dicendum est, quòd licet anima sit principalis in operatione naturali, hac ipsa est natura, quæ principalis: complexio aũt est principale instrumentum, & immediatum, quo totũ compositum operatur: operatur igitur per complexionem, vnde per illam sibi assimilat, licet. n. hæc orbatio defectus sit, non tamen est purus defectus, sed natura positiua. Vnde hoc intendendo intendit esse, & si intẽdat illud, quod est de im perfectione indiuidui huius, non tamen de imp. fectione indiuidui, secundũ quod participat speciem: sed hoc est, quod principaliter natura intẽdit, imò natura particularis intendit hoc particulare. Per hoc potest dici ad primam rationem: est enim orbatio illa per suum subiectum, & per consequens bonum, & est orbatio podagrici, & leprosi ens & bonum, quòd sufficit naturæ speciei, vt in ipso tanquã perfecto indiuiduo, vel indiuidua tio saluetur, licet nõ sufficiat, vt indiuiduũ in suo esse cõseruet: requirit. n. & appetit natura speciei, vt suum simile producat. Habere enim principia omnium, quæ suæ speciei vel formæ assimilent, vt est perfectiua speciei, vel consimilia: sufficit ad hoc vt natura suum habeat intentum hoc in operationibus indiuidualib. terminatur enim appetitus naturalis, & conseruatur species hominis p homines, quorum senectus est triginta annis, sicut in hominibus, qui viuunt per centum annos. Natura enim intendit bonum sibi, vnde natura corporis in leproso intendit talem carnem, vt in ipso est: & licet mala sit respectu sibi, est bona cõparatè, quia per hanc saluatur ipse in esse: similiter est in aliis similibus, operationes enim sunt & particularium, & circa particularia, intentiones naturales & appetitus. ¶ Sed de podagra, cum nõ contingat ex mẽbrorum principalium defectione, in quibus virtus omnium virtualiter actu existit, quomodo generabit podagram, si ab omnibus membris non deciditur sperma: dicendum, quòd sicut videmus in hydropisi, cuius causa antecedens est defectus in mutatione in carnem, quæ dicitur hyposarca, inducitur mal. comp. donec etiam hepar ex hoc inficiatur, ita vt propter eius impotentiam finaliter hydropisis fiat semp. Sic possumus dicere, quòd nutrimentum & spiritus delegentur à principalibus membris ad pedes, ipsiq; sint defecti & infecti, cõtingit, vt in coitu propter multam commotionem caloris, quòd & calor & spiritus reuertantur vnde venerant, ita qd᷑ delegentur ad vasa spermatis, & misceantur cum spermate, ita qd᷑ spirituum aliqua pars est spiritus ille infectus, vel etiam nutrimentum pedibus delegatum infectum commistum agens in menstruum, virtute illius generabitur podagricus. Vnde in talibus contingit, quòd cùm aliquis plures generet, solus vnus habet patris accidens, & non alij, eò qd᷑ non semper sperma patris defert talem infectionem, vel si fert, non tantã quin corrigatur. Et licet non sit necesse sperma decidi ab omnibus membris, aliquando tñ à plurib. mẽbris deciditur fortè in illo coitu, quàm in alio: cõtingit enim aliquãdo, qd᷑ propter defectum spermatis sang. in coitu emittatur. ¶ Sunt aũt, qui dicunt, quòd virtus podagrici generantis intendit sibi assimilare fœtum: vnde licet virtus generatiua detur per cor in testiculis, tamen nõ solùm est simile generato in testiculis, vel in corde, sed in aliis membris. ¶ Sed si sic dicatur, quid erit determinans principium vniuersale ad hũc effectum? Item tunc erunt monstra, si generet fœtum non podagricum. Item quod intendit natura, non intelligo, nisi inclinationem ad faciendum sibi simile: igitur oportet, qd᷑ faciens sit prius tale, nõ quę ro quid est, quòd vbicunq; in spermate facit talẽ, si nihil decidatur à pedib. & principalium membrorum, virtus sit fortis, non est bene quid respõdeatur. Intelligendum, qd᷑ si vocemus orbationẽ quemlibet lapsum à meliore formarum cõditione, & quia tunc est quidam lapsus naturalis, & q. dam accidẽtalis: naturalis est vt cholericus, & cũ in tali complexione & in tali constitutione contingit sæpè, vt in talem orbationem efficiat in effectu causa generatiua: si lapsus sit accidentalis

Solutio. Duplex est orbatio natura. — *Obiectio.* — *Solutio.* — *Ad primam rationem.* — *Quomodo podagricus generet podagricũ & vnũ & nõ alios.* — *Non est necesse sperma decidi ab omnib. membris.* — *Oppositio quorundam.* — *Contra illam.*

erit aut habitualis, & tūc vel erit orbatio propter peccatum solius qualitatis, sicut & in hoc, & tunc potest esse tantus, quòd à matrice corrigi non potest, generabit similem vel debilem. Si erit talis, qđ corrigibilis sit & corrigatur à matrice, tūc nō generat similem. Si autem non sit habitualis, vt in putrida, non propter hoc generat sibi similem, eò quòd natura adhuc potentior non intendit naturali intētione similem sibi efficere effectum. Quòd autem natura sit adhuc potens, patet, quia calor ille feb. facit passionem, quod non contingeret nisi esset resistentia: talis aūt non est in hectica, nisi post comestionē, & ille calor fortis feb. nō est, sed cibi. Sed in putrida appetente cōtrarium illius, quòd appetebat, nunc appetimus, & probat, quòd natura non intendit ad illud, quod in se est, sed contrarium: illud enim intendit: quod appetit, & ideò putrida fe. laborans non generat fe. nec febricitātem, nec intendit illum generare.

COMMENTARIVS.

SI C *possumus dicere quod nutrimentum & spiritus, &c.*] Quænam & quomodo parentum vitia liberis communicentur, merito quæsiuerit quispiā, cui paucis ita respōdere lubet. Multa protulit ad hoc ipsum Arnald. quæ satis obscura sunt. Et primùm quidē si modū, quo parentū vitia in liberos trāsferri possunt intellexerim⁹, facilè discrimē inter vitia parentū animaduertetur, quęnā videlicet possint aut nō possint liberis cōmunicari. Semen id esse cōstat ex quo fœtus generātur. Hoc pleriq; Medicorū ex omnib. & minimis toti⁹ corporis particulis educi statuūt, alias id sufficiēs ad omniū partiū generationē nō esse futurū. Quod si res ita se habeat, ratio quoq; facilis erit, cur podagrici vel phthisici parētes liberos procreēt phthisicos & podagricos. Interim tamē id quoq; necessariò continget, vt mutilati parētes huiuscemodi liberos cōsequātur. Verū equidē est hoc priuationis esse vitiū, & ꝙ effusum semē inficere nō possit. Nihilomin⁹ tamē si generandarū partiū vires, ab eiusdē speciei partib. necessariò semini cōferātur, à qua parte semē aut facultas seminis generatrix nō prodierit, ei⁹ partis species quātalibet seminis effusione ꝓpagari nō poterit. Nos aūt existimamus nec materiā, nec formā seminis ex vniuerso corpore produci, cū præter sang. in testes nihil deferatur, quod semini generando materia censeri debeat: Huncq; sanguinem asserimur propria & peculiari testium facultate, non alterius cuiusquā partis, in semē cōmutari. Nec nos parentū vitia mouet, q̄ liberos infestare solent: Sang. n. q̄ testib. ad seminis generationē subministrat᷑, huiuscemodi vitia facilè cōtrahit, q̄ pòst vel omnes, vel aliquas modò fœtus occupāt, prouti cuiusq; vitij natura fuerit. De iecoris, cordis & cerebri vitiis iudiciū est facile, cū hæc spiritib. per venas, arterias & neruos trāsmissis testib. leui negocio cōmunicāri possint. De cæteris aūt aliarū partiū morbis idē asserere nō licet: Cū hi tamē in liberos etiā trāseant, eius rei mod⁹ & ratio quædā est, licet ea nobis nō ita perspecta sit. Exēplum de podagra profert Arnald. inquiens, nutrimentū & spiritus à principib. partib. ad pedes delegari, q̄ cōtactu earū partiū infecti magna caloris in coitu cōmotione à pedib. ad testes alliciātur. Aliud dicere liceat qđ mihi magis fit verisimile. Podagræ, phthisicos & aliorum huius generis morborū occulta q̄dā & maligna qualitas est, q̄ licet articulos & pulmones dūtaxat infestet, corpus tamē vniuersum & ipsū adeò san. mira celeritate ꝑmeat.

Vtrùm Os nutriatur ex medulla, Quæstio II.



ET in illis quidem vacuitatib. osium existit: Quæritur, vtrùm os nutriatur ex medulla: quod sic: quia hìc videtur expressè hoc dicere Gal. Item hoc dicit Auic. I. can. sic loquens, quòd vna causa concauitatis osium fuit, vt eius medulla in illa aggregaret᷑, quæ est eius nutrimentum. Item hic arguitur ratione: Natura nihil facit frustra: sed nisi medulla nutriret ossa, videret᷑ frustra esse: Sed diceres fortè, quòd illa humectat, & hoc est eius necessitas: contradicit Auic. in prædicto loco, quòd vna necessitas eius est, vt ipsa os nutriat, sic dicens: qđ vna causarum, quare concauum fuit os .s. vt medulla in eo reciperetur, fuit, vt nutriretur: videt᷑ igitur, qđ de intentione sua sit hoc. ¶ Oppositū secundū Gal. 5. de morbo & accidenti: nutritio fit à simili in substantia & complexione. Item quod retinetur à membro expulsiua salua, videtur esse nutrimētum, hoc nō est medulla: igitur, &c. Nūc os est melancholicum & durum: medulla verò mollis & calida: igitur, &c. ¶ Dicēdum, qđ os nō nutritur medulla, cuius causa est: quia medulla humida est, & aerea: quòd aūt sit huiusmodi, patet: cùm enim sit pabulū flammę, patet ipsam esse humidam aeream, aliter. n. extingueret ignem, & non nutriret ipsum. Item dissoluitur à calido, qđ nō cōtingeret, si esset sicca, sed ipsum os est frigidum & siccum, ideò indiget nutrimento sibi magis proportionali, similiori à suo nutrimento: q̄a grosso nutritur, & vnctuosum & aereum, tanquā superfluū nutritioni ossis, & inconueniēs expellitur ad interius, propter necessitatem, quæ dicetur, & fortis pars ad exterius. Ex quo cōtingit carnes iuxta os fore dulciores, ꝑ illud admistū fortè propter illud, quod de nutrimēto carnis grossius est magis melancholicum, vadit in ossis nutrimentum: & ideò quod remanet dulcius est: huiusmodi aūt carnium dulcedo magis est iuxta iūcturas ossium, q̄ in aliis partib. ossis reperitur. Ad primum in oppositum dicēdū, qđ ex dictis Gal. hoc non potest concludi, si ponderentur eius sermones: loquitur. n. de poris, in quib. retinetur nutrimentum, non aūt de aliis concauitatib. membrorum. ¶ Ad secundum dicendum secundū Auic. cap. de natura ossiū & eorum iuncturis, qđ ossa sunt, vt sint corporis sustentamēta & erectio & ad membra mouēda: nō verò solida facta sunt, licet sint in eis vacuitates, & foramina parua, & pori, quæ sint necesse in eis esse. Eorum verò, quę propter motum etiam necessaria sunt in quantitate concauitatis, augmentum factum fuit, & ei⁹ nutrimentum, quod est medulla, in cuius interiori aggregatur iuuamentum eius concauitatis intrinsecę in ipso, non autem ex humido aereo: qđ illi est improportionabile, & patet ad tertiam rationem. Et addit, quòd medulla sua humiditate humectat ossa, quib. fit motus, quæ per motum desiccantur: vnde & in talib. maiores concauitates, & medulla plus reperitur, quàm in aliis ossibus. ¶ Ad tertium dicendum, qđ os ex grosso terrestri eius nutritur, non autē ex humido vnctuoso, & dicendum per interemtionem maioris: potest enim aliquid retineri ad aliam vtilitatem, q̄ ad nutritionem, vt patet de retentione choleræ & melancholiæ secundū dicentes, quòd nutriūt. Cholera enim habet necessitatem, vt eundo ad fundum stomachi digestionem confortet, & mordicando intestina secessum prouocet: & melancholia, vt veniens ad stomachi orificium appetitiuam fortificet, imò & similia secundū aliquos, vt humectet & pulmonem irroret, vel mēbra motiua

Ad oppositū. *Solutio.* *Caro iuxta os est dulcior.* *Ad opposit.* *Ad primum.* *Ad secundū.* *Ad tertium.*

tiua exteriùs, ne desiccentur: sic & os interiùs irroratur à medulla, ne nimis propter motũ desiccetur, vnde ossa mobilia plus habẽt de illa, q̃ alia.

COMMENTARIVS.

DICENDVM *quod os non nutritur medulla.*] Quin ossa dum crescunt nutriantur, nullo pacto dubitandũ est. Augmentum.n. partes nutritione capessunt. Vbi verò iustã adepta fuerint cum magnitudine duritiem, nullus fortè videbitur esse nutritioni locus: Nutritio siquidem eorum est restauratio quæ deperdita sunt. At verò nihil ex ossibus ob nimiam duritiem absumi potest, quo fit vt nec restauratione sit opus. Ad quid ossium ergo medulla? Num vt hac ossa humectentur? Minimè verò, cùm sicca esse oporteat, non humida. Dein eadem est humectationis ratio, quæ nutritionis est: Si namq; sit opus humectatione aliquid absumtum est necessario, quod ipsis ossibus humectãdo medulla restituit. Verumenimuerò licet durissima sint ossa, multis tamẽ de causis ea vel absumuntur, vel aliàs corruptioni sunt obnoxia, quibus equidem malis vt occurratur suam natura vim, suũ quoque calorẽ dedit ossib. Ad motũ necessariæ fuerant ossiũ articulationes, & ob id ipsum molliora sunt ossa in extremitatib. quæ capita nuncupantur, vt inuicem mediantibus carthilaginib. aptissimè cõnecterentur. De his dubiũ non est, quin nutritione sit opus. Cætera verò quæ vel duriora sunt, vel medulla destituũtur, nutritione quidẽ vsqueadeò nõ indigent: Ea tamẽ vel medulla, vel humore quodam extrinsecus affluẽte quadamtenus etiam necessariò fouentur. Nutriri quidem ossa fatetur Arnal. sed medullis nutriri negat, quod crasso, terreno, & melancholico indigeant alimento. Contrarium magis est veritati consentaneum: nam cûm crassa, terrenaq; sint ossa, non crasso sed tenui, aereo & pingui egent humore quo facili⁹ imbuantur. At verò simile est nutrimentũ parti nutriendæ: Nequaquam est, sed euadit simile dũ apponitur & alteratur. Mollis & tenuis est medulla, quî poterit ergo tantã cõtrahere duritiem? Quidni possit cum & ipsamet ossa durissima ex molli semine generentur?

Vtrùm ibidem sit ponere vacuitates in corporibus, Quæstio III.

QVAERITVR vtrùm ibidem sit ponere vacuitates in corporib. Quod non, p̃ Galen. primo de morbo & accidenti: reprobat enim illos, qui poros posuerũt. Item Arist. primo de generatione eos reprobat, q̃ actionem & passionem secundum poros fieri dicebant. Item si pori ponantur in corpore, hoc est, propter nutritionem & augmẽtationem, sed qđ hoc nõ faciãt, arguo sic: quoniã nutrimentũ aduenies ad cõcauitates mẽbri, vel ibi reperit nutrimẽtũ, vel nõ: si ibi reperit, tũc ibi recipi nõ potest, q̃a fieret penetratio corporis p̃ corp⁹, & tũc duo corpora essent in eodẽ loco: si aũt ibi nõ reperit corpus, & ibi subintret, tunc non nutriretur quælibet pars membri, & fiet positio partis iuxta partẽ, & non fiet bene continuum: si autem dicas, quòd per totum nutritur, tunc videtur cûm sit corpus, quòd non, nisi in porositatibus accipiatur, & tũc conuenit, quòd totũ corpus sit porosum: sed hęc omnia sunt inconueniẽtia, igitur illud, ex quo sequitur. s. positio pororum. ¶ Oppositum hîc dicit Gal. ¶ Dicendum, quòd concauitates necessariæ sunt in corpore: cùm enim continuæ sint actio & passio in corpore, & deperditio corporis indiget restaurari: hoc autem non fit, nisi per nutrimentum, quod cum in principio sit contrarium, oportet transmutari per multas dispositiones, vnde necessarius fuit stomachus, in quo primò recipiatur, disponatur & alteretur: necessariæ similiter fuerunt reliquæ concauitates venarum, quibus ad singula membra deferretur: similiter necessariæ fuerunt porositates in cõsimilibus membris, vt nutrimentum ibi reciperetur carminatum, & in partes diuisum paruas, vt membro vltimatæ p̃ ipsam membri actionem posset assimilari. ¶ Item fuerunt necessariæ, quia cùm in qualibet digestiua fiat sequestratio impuri à puro, vt per illas impurũ expelleretur à corpore, quod si fuerit grossum fit per intestina: si aquosi⁹ & subtilius, fit per vias vrinales: si aũt magis fuerit aereum & subtilius, hoc fit per poros insensibiles partium consimilium, per quos aliquando expellit sensibiliter, vt in sudore pluries, aut insensibiliter, vt sicut cõtinuè, quando nõ est sudor, vt exercitio. ¶ Ad primum dictum Gal. in oppositum dicendum, qđ ipse negat poros esse illud, quod est principium operationum naturalium effectiuè, sicut est complexio, ad alias tamen vtilitates non negat eos: fuerunt enim quidam, vt Democrit⁹, qui posuit corpora indiuisibilia esse principia rerum, quæ intercipiebantur inter vacuitates, & tales negat Gal. non ponens corpus ex indiuisibilibus componi. ¶ Ad dictum Arist. dicendum, quòd ipse negat per poros fieri actionem & passionem, sic qđ ipsum agens per poros penetraret vniuersaliter ad passum vel econuerso, vel quòd agens per poros vniuersaliter patienti coniungatur, quia sufficit, quòd agens approximetur passo, ita quod virtus agentis in passum perueniat, sine eo, quòd misceatur patienti: ideò secundum idem impossibile est agere & pati simul. ¶ Ad rationes dicẽdum, quòd ad præsens sufficiat, quòd nutrimentum aduenies mẽbro reperit poros, qui pori vacui nõ sunt, sed aliquo subtiliori corpore repleti: vnde & augmentata corpora propter deperditũ reperiũtur rugata, & extenditur totum corpus proportionaliter in naturali augmento: & sic non sunt duo corpora in eodem simul, neq. vacuum ponitur, nec totum corpus est. ¶ Et cùm ostenditur, quòd tunc non quælibet pars nutritur & augetur: Dico, quòd quęlibet secundum formam, scilicet quæ habet virtutem alterandi, nutritur, & cuilibet tali aliquod nutrimẽtum aduenit, quod alterat & in sui naturam conuertit illud, non tamen quęlibet secundum materiam nutritur, nisi per accidens nutritione totius partis, secundum formam, nec cuilibet tali aduenit aliquid: tales enim partes sunt infinitæ secundum diuisionem continui, quæ sequitur potentiam materiæ, non formæ, quæ determinat materiam ad nutrimentum maximum. De istis partibus, secundum materiam dicit Arist. & fluunt & refluunt, non autẽ partes secũdum formam, per virtutem enim suã, qua habent alterari, & alia multò plus seipsa habent conseruari, secundũ quòd huiusmodi: quia tum in qualibet parte, secundum formam cadat, pars secundum materiam, & virtus formæ est finita & determinata, conuenit per hoc, quòd per accidens pars secundum formam fit, secundum materiam vt fluat.

Ad opposit. Solutio.

Ad oppositũ. Ad primum.

Pars secundũ formã est, quæ nutritur.

COMMENTARIVS.

DICO *quod qualibet pars secundum formam nutritur. &c.*] Obscurissima sunt hæc Arnaldi verba. Verum id tamen discussisse videtur, *an forma vel materia partium nutritio sit adscribenda.* Formæ censet attribuendam, eò quòd nu-

trienda pars suaipsius non aliena virtute sibi nutrimentum assimilet. Cùm autem à qualibet parte perpetuo nō nihil absumatur, causa hęc est vt nutritione sit opus, hoc materiæ tribuunt: illud verò formæ. Physicorū hæc quoque sententia est, qui volunt actionem a forma, passionē verò à materia procedere. Sed quid hoc ad rem, quod his ce verbis in medium profert Arnal. *Tales enim partes sunt infinita secundum diuisionem continui, &c.* Quid proferam dubius hæreo: Partium infinita est sectio materiæ respectu: Partes ergo secundum materiam nō nutriuntur: Aliàs enim nutritio foret infinita. Verum vt pars aliqua nutriatur, finitum oportet esse nutrimentum. Hoc autem à forma determinatur: Proinde non secundum materiam, sed secundum formam nutriri partes æstimandum est. De infinita corporum sectione quid nobis videatur ex nostris in Hip. libellum de humana natura commentariis intelligi poterit. Lectorem eo relegamus. Id tamen hoc in loco prętereundum minime fuerit, quòd asserit Arnaldus, *infinitam continui diuisionem materiæ potentiam sequi.* Ratio manifesta est, siquidem infinita est materiæ potentia, vtpote quæ nullo sit actu determinata. Nullam esse potentiā materię noster Philosophiæ triumphus edocuit Sed age infinita sit materię potētia, scilicet eius, quæ nulli subest actui. Cùm ergo nullum corpus huiuscemodi materiam obtineat, nullum quoq; corpus ob infinitam eius materiæ potentiam, continui sectionem sufferet infinitam: Cumq; nulla vsquam informis materia consistat, nullius etiam materiæ vel corporis ob materiam potentia est infinita, seu diuisionem intelligas, seu quidpiam aliud: Pręterea corporibus competit sectio non ob materiam, sed ob continuitatem, quæ forma quædam est & actus materiæ. Nullus autem actus infinitus est, quò fit vt neq; hic continuus actus infinitæ sit ad sectionem potentiæ.

Vtrùm Sanguis sua multitudine sola posit calefacere corpus, Quæstio IIII.



CVM ergo superfluitas redūdat in venis. Hîc quæritur, vtrùm sanguis sua multitudine sola posset supercalefacere corpus: videtur quòd non, quia illud, quod non est principium alicuius actionis, nec habet actionem actiuam, nō videtur esse causa calefactionis alicuius, hoc est, quantitas: igitur, &c. Maior patet: quia in subiecto includitur causa prædicati: Minor patet: quantitas est de consideratione Mathematicę, & per consequens de absolutis à materia, vnde dicitur, quòd in Mathematicis nō est finis, nec bonum: & hoc ideò quia absoluta à motu, & finis & bonum sunt motus principium. Pręterea magis vel magnum calidum nō est magis eleuatum in gradu caliditatis, quàm calidum paruum, & granū piperis, sicut vna libra: sed sanguis in moderata quantitate non supercalefacit corpus: igitur nec in maiori. ¶ Oppositum dicitur hîc. ¶ Intelligendum, quòd sua quantitate multus sanguis corpus potest calefacere, nō tamē paucus, cuius ratio est: cùm enim sanguis sit calidius, ratione cuius debetur illi calefacere, & in maiori corpore maior reperitur virtus cæteris paribus, vt probatur 8. physic. patet, quod maior sanguis in multa quantitate & multitudine plus potest calefacere pauciori: principalis tamen actio hæc non debetur illi ratione quātitatis, sed qualitatis actiuæ, quę est caliditas: augmentum tamē in actione principali illi debetur ratione quantitatis. Et si dicas, si aliqua operatio non debetur alicui, tunc maior operatio illa multò minus non illi debetur. Istud soluetur cum primo augmēto. ¶ Intelligendum tamen, quòd quantitas potest dupliciter considerari, vel secundum se, vel secundum quòd est huius rei naturalis: ipsa autem secundum se considerata, non est actiua, vel principium alicuius actionis actiuum: secundum autem, quod est per se considerata, pertinet ad metaphysicum, cuius consideratio est de absolutis à materia sensibili. Actio autem & passio non debentur rei, nisi per sensibiles qualitates, & ideò quantitas, prout est rei naturalis, ipsa est actiua: vnde omnis virtus in magnitudine augetur secūdum magis augmentum cæteribus paribus. Per hoc patet ad primum in oppositum. ¶ Ad secundum dicendum, quòd bene verum est, quòd magnum calidum nō est magis eleuatum intensiuè in gradu caliditatis: & quantum est ex hoc, non magis calefacit, sed ipsum est bene magis eleuatū in caliditate extensiuè, eò quòd ad plures partes magnitudinis se extendit: & ideò cùm sit virtus in magnitudine, magis potest in suam operationem, quę est calefacere propter maiorem magnitudinem: si diceremus, quòd hæc pars albedinis est minor albedo, quàm tota albedo, non tamen est minus albedo: vnde & licet eadem sit essentia, tamen virtus non est æqualis: vnde tota albedo plus potest disgregare visum, quàm hæc pars.

Ad oppositū. Solutio. Quātitas dupliciter potest considerari. Ad secundū.

COMMENTARIVS.

HIC *quæritur vtrùm sanguis sua multitudine sola corpus calefaciat, &c.*] Nulla quantitatis est actio: Per accidens tamen variæ quantitati competunt actiones, prout res ipsa fuerit, quæ quantitati subiicitur. Iam ergo cùm sanguinis mentio fiat, non de quantitate, sed de re quanta quæritur, *an scilicet sanguis per se, vel saltem ob copiam corpus calefaciat.* Hoc vt discutiatur, sanguis quibus de causis corpus calefacere possit, exquirendum est. Sanguis itaq; per se propria nimirum & ingenita facultate corpus, quia potestate calidus est, calefacit. Per accidens autem calefacit tum ob crassitiem, tum ob pondus. Crassities obstructionem parit, qua corporis euentillatio cohibetur. Pondus verò non postrema est causa respirationis impeditæ. Quamobrem cùm omnis calefaciedi facultas vel ad substantiam, vel ad qualitatem referatur, nullo pacto fieri potest, vt sanguis sola multitudine corpus calefaciat: Nā seu per se, seu per accidens calefaciat, substantia opus est aut qualitate. Pondus diuersum quiddam est à multitudine: Quantitatis hæc est, illud autem (ne quis hac in re decipiatur) substantiæ vel qualitatis. Lapillus grauis est: Ignis verò leuissimus est, quantuscunque modò sit. Huc alia quæstio referri quoque possit: *An scilicet calidiores sint, qui plus sanguinis obtinent.* Oua cæterosque cibos multum nutrientes, eò quòd copiosum gignant sanguinem, vulgus existimat esse calidissimos, cùm huius generis alimēta calore sint & temperamento modum non excedente. Cholericos nouimus esse natura calidiores sanguineis, cùm his tamen sanguinis insit plurimum, illis verò minus. Sed vt paucis huic quæstioni satisfaciat, cum distinctione respondendum fuerit: Non enim idem est si sanguis alius sit qui paucus: alius verò qui paucus est: Quib. calidior est sanguis, ij calidiores censentur, etsi sanguine minus abundant, vt eundem statui velimus sanguinem in proposita quæstione, tumque vel calidus est is vel frigidus: Si calidus est, calidiores sunt, sin frigidus, frigidiores existunt, qui sanguinis copia vicerint.

Vtrùm Sanatio apostematis per resolutionem sit melior, quàm per digestionem & decoctionem, Quæstio V.



DICO, quòd sanitas exit: Quæritur, vtrùm sanatio apostematis per resolutionem sit melior, quàm per digestionem & decoctionem. Et arguitur, quòd non:

non: quia dicit Galenus super vno aphorisᷓ. quod purgatio apostematis, quia indigestum, est illaudabilis, sed sic sanatur per resolutionem: igitur, &c. ¶ Item Galenus in prognosticis ibi: quam sei licet collectio: dicit, quod in resolutione apostematis subtile resoluitur, & derelinquitur grossum & lapidosum, quod postea corrodit membrum: igitur ipsa peior est, &c. ¶ Item talis sanatio pernecat dolores & calores, quia resolutiua superposita apostemati, cùm sint calida, augent malam qualitatem membri: & iterum, quia attractiuum est calidum, ideò materia plus trahitur ad membrum: non sic autem per sanationem, quæ est in digestione: ergo, &c Item in resolutione sequestratur iuuatiuum cum nocitiuo, & hoc est nocitiuum plus, quare, &c. ¶ Oppositum Galenus dicit. ¶ Dicendum, quod ipsi membro apostemato melius est, vt in principio per resolutionem sanetur, quàm per decoctionem: quia tunc nocumentum, vel dolor non fit ipsi aliquis, de quo sit curandum. Si autem sanetur per collectionem humiditatis in membro, & per dolorem contingentem, tam ex malitia complexionis, quàm solutione continuitatis ibi: Et ideò in principijs apostematum vtimur repercussiuis, quantum est ex ipso apostemate: tamen si aggregetur materia in loco, qui sit timendus, vt sub axillis vel in inguinibus, non est repercutienda materia: & hoc, quia timetur transitus illius materiæ ad locum nobilis membri, cui inferat nocumentum: licet igitur repercutere esset melius membro apostemando, nõ tamen toti corpori melius est. Si autẽ apostema iam sit generatum, ita quod colligitur in loco si ille locus sit in nobili membro, vel iuxta, membro deseruienti nobili membro, sicut est guttur, tunc melius est repercutere & facere materiam dissolui, vel ad alium locum eam attrahere, ne antequam decoquatur & digeratur materia apostematis, homo suffocetur: per hoc patet ad argumenta in oppositum.

Vtrùm Spiritus sit calidior res, quæ sint in corpore, Quæst. VI.

ET calidius, quod est in corpore: Quæritur, quid est calidius vel cholera, vel spiritus: quòd spiritus, quia dicit hoc Auicennas libro primo doctrina tertia capite secundo. ¶ Item illud uidetur esse calidius quod magis est accensibile: spiritus est huiusmodi: ergo &c. maior patet per Gal. hîc: Minor patet per Aristotelem lib. meteor. de generatione fulminis. ¶ Item caliditas causat leuitatem: sed spiritus leuior, igitur & calidior. ¶ Item spiritus magis assimilatur primo calido & igni elementari, igitur. ¶ Item mobilitas causatur ex caliditate: sed spiritus mobiliores sunt cholera: igitur, &c. ¶ Contrarium arguitur: illud, quod ad maiorem distemperantiam caliditatis addit corpori, est calidius: cholera est huiusmodi: igitur, &c. Inducit enim causonem. ¶ Intelligendum, quòd calidius potest sumi dupliciter, vel calidius, id est, purius, & simplicius in caliditate, & sic calidior est spiritus, vel calidius, id est magis est completum calidum & sic cholera est calidior, sicut in materia ignis in sua sphæra est calidior, quàm ferrum ignitum caliditate pura, & est minus coniunctum ferro: tamen ferrum ignitum calidius est, quia grossius est, quia enim cõpactum, ideo habet partes vnitas, & ideo fortius est, & etiam plus potest agere & comburere. Rarum enim non habet partes ita vnitas, & ideò non potest tantum agere: omnis enim virtus vnita, fortior est seipsa dispersa. Est igitur aliquid calidius, quia minus de frigido habet commistum, & sic ignis, & spiritus sunt calidiores: vel quia plures partes habet vnitas & cõiunctas, etiam licet nõ sint ita purè calidæ, & hoc modo cholera est calidior spiritu, & ferrum ignitum igne, in sua sphæra, &c.

Ad oppositũ.

Solutio.

COMMENTARIVS.

ILLVD *videtur esse calidius, &c.* Quod facilius accenditur, quod leuius est, & magis tenue, calidius id quoque censetur: Minimè tamen id existimauerim, cum hæ diuersi generis qualitates sint, dum caliditas formam sequitur, aliæ verò materiam. Hinc potest sæpè quod crassius est & grauius leuiori & magis tenui esse calidius. De spiritibus autem varia est apud multos sententia. Calidissimos tamen esse volunt plerique Medicorum, quod merito mirari subit: Tales enim actu sunt, aut potestate. Cholera quidem si sensu iudicium feras sæpenumero pituita calidior non est, cùm non hac modò, sed ipso etiam sanguine maiorem calefaciendi vim obtineat. Num ergo sensu, vel ratione spiritus calidissimos esse demonstrabitur? Si spiritus vapores quidam sint ex sanguine procreati, quibus quandoque corpus vniuersum incalescit, actu calidos esse concesserim, sensu hoc ipsum attestante, non tamen calidissimos. Sin quidpiam aliud existant spiritus, quales hi sint nullo sensu palàm fieri posse iudicauerim. At si ratione res hæc sit exquirenda, non ad ignis, sed ad aeris naturam accedunt spiritus, vt substantia & viribus aerei merito censeantur non ignei. Facilè spiritus accenduntur, tenues sunt & leues: Hæc omnia substantiam arguunt aeream: Igneum verò non est, quod accenditur facilè: Nam (vt inquit Gal. 3. de temper. cap. 2.) aerea in flammam, terrena in prunas facilius transmutantur. Equidem quod Arnaldus ex Galeni sententia refert, calidius esse quicquid magis est accensibile, sic id intelligi volumus, vt calidum sit non calidius eò quòd non accenditur. Potest enim vis ignea in substantia terrea vel aquea cõsistere, quò fiat, vt calidissimum esse possit, quod tamen nequaquam aut difficulter accendatur.

Vtrùm Phlegma sit frigidius melancholia, Quæstio VII.

QVAERITVR ibidem, quid sit frigidius phlegma, vel melancholia: & videtur, quòd melancholia: quia illud, quod magis recedit à caliditate est frigidius: melancholia est huiusmodi, ergo, &c. probatio: quia cum chylus fit in hepate, & calor naturalis agit in ipsum, portio, ex qua fit phlegma, cùm sit humida, ipsa magis est receptiua caloris, quá portio, ex qua fit melãcholia, quę grossior & durior est: ideò magis calefacit, quàm melancholia. ¶ Item illud, quod magis propinquum est calido, est calidius, & per consequens minus frigidum: huiusmodi est phlegma: nam dicitur in ꝓgnostic. quod tempore necessitatis conuertitur in sanguinem, ideo currit per venas, nec habet receptaculum in corpore, sicut alij humores: melancholia verò non est in potẽtia ad sanguinem: ergo, &c. ¶ Potestis dicere vno modo, quòd si phlegma accipiatur in tota sua communitate, prout continet phlegma vitreum, sic est frigidius melancholia: si autem loquamur de phlegmate naturali, tunc in actu calidius est phlegma, quàm

Solutio.

melancholia,& hoc propter rationem dictam:ve A runtamen, quia paſsibilius eſt, eſt in potentia ad maiorem frigiditatem,quàm ipſa ſit:eò qđ magis ſit receptiuum impreſsionis frigiditatis ſi ſit imprimens,q̃ ſit melancholia. ¶ Sed fortè cõtra hoc diceretur,qđ ex hoc calidius eſt agens in portione chyli,ex qua melancholia fit,ipſa magis calefaciet,quã phlegma:& hoc ideò,quia hu.non eſt in melancholico humore, quæ obtundat caloris actionẽ,ſicut in phlegmate, & ideò cùm ſit humida,& cũ hoc non tãtum humida, vt phlegma,ma B gis recipiet actionem caloris. Et iterũ cùm ſit fortior humor,fortius retinebit calorẽ hepatis. Et iterum,cùm ſit groſsior partes calid. magis vnientur. Et de illo,qđ dicitur, quòd phlegma virtute paſsiua eſt frigidius,licet actu calidius:contrariũ argueretur,qđ virtute diceretur aliquid tale,qđ habet efficere tale in corpore noſtro, non quia ab alio poſsit alterari ad tale. Vnde licet phlegma poſsit congelari,fortè non plus corpus noſtrum, q̃ melancholicus humor frigidiſsimus,alterabit: C imò qñ corpus noſtrũ vadit ad ſenectutẽ & mortẽ,vadit ad frigidũ proportionatum melãcholiæ: verũtñ phlegma in duab.qualitatib.ipſum in ſpecie humoris reponentib.cõueniet cum aqua,quę maximè opponitur igni,vnde frigidiſsima dicit: videtur ex hoc, qđ ſit humor frigidiſsim9. Vnde fortè hic diceremus, ſicut dicetur in quæſtione, qua quæritur, vtrùm aqua ſit frigidior quá terra, ſi loquamur de frigiditate aquę,ſecundum quod eſt elementum,ipſa frigidior eſt, ſi aũt loquimur D de frigiditate aquæ, quæ ſibi debetur ratione diſtantiæ à fonte caloris, ſic frigidior eſt terra: quia pluſquá aqua diſtat ab igne, elementum .n. non habet rationem elementi,niſi ſecundum qđ principium eſt,non autem eſt principium, niſi ſecundum quod actiuum aut paſsiuum, & ideò qualitates elementares,per quas Ariſt. diſtinxit elemẽta in ſecundo de generatione,ſunt ſimiles ipſis,in quantum elementa,non autem inquantum ſubſtantiæ, cùm ipſæ ſint actu actiua:nũc aũt magis E actiua frigiditas actualiter eſt, q̃ in natura aquea, q̃ quæ in natura terrea reperitur. Aqueum.n.aliquid congelatũ frigidius eſt,terreo aliquo congelato, ſicut dicunt aliqui de terra & de aqua: hæc poſſunt coaptari phlegmati, quod magis naturá aq.habet,& melanch.q magis naturá terrę habet.

Vtrùm In febri putrida poſsit eſſe mala complexio æqualis, Quæſt. VIII.



VM autem omnia prima. Quæritur, F vtrùm in feb.putrida poſsit eſſe mala complexio æqualis. Et videtur,quòd ſic:quia in ea calidum agens,& calefactibilia patientia æqualiter videntur commiſta, quemadmodum in hectica: ſicut enim membra in hectica calori agenti ſupponuntur,ita & in putrida, ſed in hectica eſt æqualis: ergo in putrida poterit eſſe æqualis. Item in putrida reperitur eadem habitudo & proportio:quia, vt dicit Euclides, proportio nõ eſt niſi habitudo proportiona- G torum adinuicem: ſed æqualis habitudo calefactorum& calefacientium reperitur in putrida,ſicut in hectica:ergo,&c.minor patet,quia cùm os ſit frigidius carne & calor febrilis vnitus agat in his, proportionaliter calefaciet os & carnem: licet non æqualiter intenſiuè.ergo,&c.Et ſi dicat̃, licet in hectica ſupercaleſiunt membra & putrida,cùm cor & membra magis calefactibilia, magis caleſiunt, quàm alia: & ſic erit complexio diuerſa in ipſa:contra:ſic etiam in hectica,quia magis calefactibilia caleſiunt plus. Item in vtraque febri apparent reſolutiones crinoidales:ſimiliter igitur ſit reſolutio: ergo, &c. ¶ Oppoſitum dicit Galenus.

Vtrùm In hectica poſsit eſſe mala complexio diuerſa, Quæſtio IX.



VAERITVR:vtrùm in hectica ſit mala complexio diuerſa,vel ſit paſsibilis. Videtur quod ſic:quia dicit Gal. qđ malitia complexionis diuerſæ contingit ex diuerſitate membrorũ:ſed in hectica ſunt mẽbra diuerſa ſupercalefacta, &c.Item calor febrilis in hectica non conuenit æqualiter ad interiora membri,& ſuas ſuperficies,de quo arguitur: vbicunq; calor proportionaliter non contingit,non eſt ibi proportionalis, ſed difformis calefactio: ſed hoc eſt in mẽbris hecticæ,ergo,&c. ¶ Oppoſitum dicit hîc Gal. ¶ Ad primam quæſtionem dicitur, quòd non eſt poſsibile in putrida eſſe calorem æqualem, quod patet in putrida ex apoſtemate: tunc enim calor innaturalis diutius & plus agit in membro &loco,in quo apoſtema aggregatur, quàm in aliis locis: igitur inæqualis ibi,& in aliis partibus corporis eſt calor.Item hoc patet in ephemera, in qua ſpiritus ſupercaleſiũt, qui æqualiter nõ extẽduntur ad omnia membra, ſed in aliquibus plures ſunt: item nec membra ſunt æqualiter diſpoſita ad recipiendum calorẽ, exiſtentem in ſpiritibus, qui ſunt ſupercalefacti. Item hoc patet in putrida,quia calor putridæ nõ extenditur æqualiter ad omnia membra, imò videtur ibi maior recipi,vbi putreſcit materia:quia ex malitia materiæ in putrefactione etiam ex delegatione ſpirituum accenſorum in corde illud ſupercalefacit: alia autem membra ſolùm ex delegatione ad ipſa. Ad primum in oppoſitum dicendum, negando minorem: quia licet membra æqualiter ſe ſubiiciant calefacienti, non tamen æqualiter ſunt diſpoſita ad receptionem caloris. Et iterũ in putrida nõ eſt diuturna actio caloris, ſicut in hectica. Ad ſecundũ cõcedẽdo maiorẽ,ad minorẽ dicẽdũ,qđ cùm oſſa ſint duriora & frigidiora,& cũ hoc inſenſitiua,q̃ caro,cõuenit reſiſtẽtia oſsis à calore magis fieri, quàm carnis. Vnde in illo tempore,in quo mala complexio poteſt introduci non eſt neceſſe, vt introducatur in oſſe: diuturnitas enim agentis debilioris & caloris Solis poteſt in longo tempore magis deſiccare & putrefacere lignum, quàm maior ignis, qui eſt fortius agens in modico tempore. ¶ Ad aliam quæſtionem dicendum, quòd in hectica, ſecundum quod huiuſmodi non eſt poſsibilis mal. compl. diuer.quia mala complexio diuer.eſt,quádo improportionaliter alterantur, & qñ membra diuerſimodè reſiſtunt nocumento caloris,ita vt ex hac reſiſtentia contingat ſenſus. Sed in hectica,ſecundum quod huiuſmodi,non ſunt membra in alteratione,ſed in alterato eſſe:hîc enim nominát hecticam,quod idem eſt, quod mos vel cõſuetudo, quę non ſunt,niſi quidam habitus,& non quodam

Obiectio.

Ad primam rationẽ in oppoſitum.

Ad primam quæſtionem.

Ad ſecundam rationem.

Ad ſecundam quæſtionem.

dam fieri: vnde non sunt sub illa ratione, in qua resistant, vel nocumētum sentiant, cùm iam sint ꝓportionaliter totaliter mutata. Vnde licet ipsa sequatur malam complexionē diuersam aliquando, vt febrem putridam, vel ephemerā, cum ipsa est, quæ derelinquitur post ipsas, tū sicut lapides in calcem comburuntur, caliditas naturalis, & habitualis calcis non est in illo excessu accensionis lapidum, sed post refrigerationē ipsius excessus, sic & hectica remanet post istam antecedentis caloris. Vnde magis est ex diuturna actione caloris naturalis, q̄ ex fortitudine ipsius remanet dispositio caloris habitualis illius, sicut patet in generatione virtutis ex vitioso: vt si prodigus fiat liberalis, vel econuerso. ¶ Ad primum in oppositum dicendum, quod diuersitas membrorū non sufficit ad inæqualitatem malę complexionis inæqualis, sed oportet, quòd fiat illa mala complexio cum nocumēto sensus, & cum resistentia sensibili, nunc quando membra sunt alterata, nō est resistentia: sicut habitum habens in moralibus, non operatur cum pugna partium animæ. Posset tamen mala complexio diuersa esse ratione caloris febrilis, superuenietis in hectica: licet enim sensus adsit, tactus, & suo organo sit approximatum sensibile, scil. complexio habitualis, ideo nō sentit cum illa, quæ priuatur, scil. dyscrasia putrida potest alterari, & sentire, recipiens enim oportet esse denudatum à natura recepti. ¶ Sed dices, quòd hecticus sentit maiorem calorem post prādium: igitur. ¶ Dicendum, sensus non fit ratione febris hecticæ, sed ratione ipsius cibi, calefacientis membra: sic & propter febrem putridam potest esse calor maior sensibilis, sed secundum quod huiusmodi non est calor hecticæ: imò vbi hectica generatur ex putrida, remanet calor hecticæ postquam terminatur calor febris putridæ. ¶ Ad secundum dicendum, quòd bene verū est, quod calor hecticæ non est ęqualiter in omnibus membris & partibus omnium membrorum, vnde calidiora & rariora & magis calefactibilia magis supercalefiunt, quàm fortiora, duriora & magis resistentia: nihilominus ita proportionaliter sunt alterata, quòd Medicus non dicet ibi esse aliquam inæqualitatē proportionis: licet ad inquisitam veritatem loquēdo aliqua improportionalitas de necessitate ibi reperitur, quod patet, quia non omnes partes eiusdem membri, etiam consimilis sunt æquè distantes agenti, nec sunt æquè dispositæ in se ad receptionem actionis agentis, nec etiam æqualiter appropinquant calori agentis: quomodo igitur ab eo æqualiter alterabuntur? Imò videmus in aere, in quo nulla est resistentia ad receptionē luminis, plus ꝓpinquiores partes à lumine illuminari multò plus: hîc diuersimodæ partes etiam consimiles eiusdē membri superaccenduntur, & calefiunt, veruntamen quia illa actio, quę mutuò fit, est insensibilis, tum quia modicum, tum quia non subitò, sed successiuè fit, ideò Medicus omnes partes proportionaliter & æqualiter dicit esse alteratas. Hoc per rationem Galeni in litera concluditur: vult enim, quòd os proportionaliter nō tantùm, vt caro vel cor supercalefit, eo quòd frigidiꝰ & indispositiꝰ sit ad receptionem caloris: & pari ratione concludetur in partibus membri consimilis, cùm differant, vel in se, vel propter situm, respectu calefacientis, quòd inæqualiter supercalefiunt inquisitè loquendo, sed tamen cùm hoc fiat insensibiliter, Medicus non dicit esse.

Ad primam rationē in oppositum.

Ad secundā rationem.

Vtrùm Solutio continuitatis sit causa doloris absolutè, Quæst. X.



QVAERITVR vtrùm solutio continuitatis sit causa doloris absolutè. Et videtur quòd non: quia Galen. in techni ponit duas causas doloris, scil. alterationem & solutionem cōtinuitatis. ¶ Item has duas causas similiter ponit Auicen. ¶ Item quia dolor est sensus rei contrariæ: igitur contrarium approximatum sentienti membro inducet dolorē, si sit contrarium: sed manifestum est, quòd calidum & frigidum, inquantū excellentia, sunt membro contraria: igitur sibi approximata inducunt dolorē. ¶ Oppositum videtur hic innuere Galen. & similiter in 4. de morbo & accidenti, cuius ratio hæc est: quia calidum & frigidum alterando soluunt continuum: igitur nō inferunt dolorem, nisi inquantum soluunt continuum. ¶ Item arguitur idem: quia calidum approximatum dissoluit continuum humidū, & per consequens per illam solutionem infert dolorē: similiter frigidum superfluum congregat partes membri, & constringit, ex quib. contingit solutio continuitatis & dolor. ¶ Dicendum, quod duæ sunt causæ doloris: solutio continuitatis, & alia alteratio subita, de solutione continuitatis nō est dubiū, & patet ad sensum: sed modus per quem dicimus, cùm diminutio nihil aliud sit, quàm priuatiuum, & non positiuum, quo deducit sensum de potentia ad actū: sed fortè illa priuatio sequitur motum corporis à suo naturali loco, qui est quid positiuum, & ꝑ se sensibile vniuscuiusq; sensus. Sed hoc nō sufficit, nec videtur bene, vnde habet occasionem studendi: sed de alteratione subita nondum, cùm est causa doloris, secundum Auic. qui dicit contra Gal. quòd si dicatur, quòd frigidū causat dolorē constringendo, soluit ipsum membrum, & non alterando, tunc non poterit dari causa doloris in centro membri, in quo parua vel nulla fit cōstrictio, cùm tamen in ipso percipiatur aliquando valde vehemens dolor: fit hic igitur dolor ex alteratione subita, & non tantùm ex constrictione vel solutione continuitatis. ¶ Sed ad hoc dictum Auicennæ posset dicere Gal. quòd imò quantumcunq; pars membri in centro seruatur, si debeat esse sensibilis, oportet, quòd habeat determinatā quantitatem ex partibus suis, & situationē in toto, & illa soluitur, cùm cōprimitur ꝓpter partes exteriores compressas ad interius, & maior causatur dolor, quoniam non solùm partes exteriores comprimuntur exterius, & soluitur continuum, verùm & centrales partes similiter comprimuntur: vnde hæc ratio Auicennæ licet ad rationem nostram contraria sit, non tū illa videtur concludere. ¶ Sed aliter hîc arguitur: quia mēbri delitia dupliciter causatur, cū alteratur subitò ab innaturali dispositione ad naturalē, vt patet ad sensum: & vult Gal. in 4. de morbo & accidēti, auctoritate Hippoc. quòd delitia non est, nisi reductio sensatorum ad suam naturalitatem: vnde si membrum fuerit superfluè calidum, per frigidum re-

Ad oppositū.

Solutio.

Auicen. contra Galenum.

Ad Auicen. pro Gal.

Alia obiectio contra Gal.

ducens, causatur delitia: si autem caliditas ex dissolutione humidi continuantis: & sic per solutionem continui fuit causa illius doloris. Iterato frigidum non potuit reducere illud humidum, & restaurare, imò nec frigidum, secundum quod huiusmodi videtur habere virtutem restaurandi illud humidum, sed potius nutrimentum: igitur prędictus dolor fiet ex alteratione tantùm. ¶ Sed ad hoc diceret Galenus, quòd frigidum illud humidum continuans, non restaurat, quod deperditum est, & dissolutum, per calidum inferens dolorem illum soluendo continuum, sed partes innaturaliter extẽsas, propter nimiam apertionem pororum, reducit ad naturalem positionem. Et sic adhuc delitia videtur esse ex vnione continui, sicut dolor ex dissolutione eiusdem: imò dicit & ipse, quòd exhalatio humidi continui est ratione causæ facientis dolorem, scilicet quæ est extensio partium membri dolentis. ¶ Sed arguitur aliter: quia in hectico cessat dolor, nõ tamen cessat causa soluens cõtinuum, quia continuè corpus consumitur: igitur priuatio illius doloris est alterationis priuatio tantum, & non continuitatis solutio: quod conceditur. ¶ Tamen adhuc posset dicere Galen. quòd solutio continuitatis successiua & paulatina, aut nimia & parua non facit dolorem, qui proportionatur, & à proportionabili agente fit: sed illa, quæ subita & improportionaliter, vel secundum magnam partem corporis fit, sicut patet in dissolutione continuitatis ad ætatem longam in senibus. Sed certè cum delitia & delectatio causetur ex reductione alicuius ad suam naturalitatem, tunc nõ solùm membri naturalitas consistit in suarum partium situatione, sed in complexione. Et ideo reducens ad debitam complexionem membri faciet delectationẽ per se, sicut ad debitum situm partium in toto: ita vt per se delitia & delectatio causetur ex alteratione, sicut ex motu locali, licet fortè ad alterationẽ sequatur motus localis, & etiam terminantur omnes in motũ localem, vt patet octauo Physico. & sicut dico de delitia, sic suo modo de dolore. ¶ Ad primum dictum Gal. in oppositum dicitur, quòd loquitur hic dubitando & nõ assertiuè. ¶ Ad secundum dicendum, quòd vel translatio fuit corrupta, vel dicitur, quòd per se potest fieri delitia & dolor ex alteratione, si tamẽ fortiter fiat alteratio, sequetur post communitatem dissolutio continuitatis: vnde dictum suum non excludit dolorem, & delitiam per se posse esse ex alteratione. ¶ Ad rationem in oppositum dicendum, quòd calidum prius de necessitate alteratum, nunquã dissoluat humidũ continuans: quia non dissoluit, nisi rarefaciendo, non autẽ rarefiunt partes continuantes, nisi prius calefaciat, & cùm illud calidum sit sensibile, erit illis conueniens, vel disconueniens: si conueniens, alterando membrum faciet delitiam: si disconueniens, faciet dolorem. Quod autẽ sit de intentionẽ Gal. quòd absolutè dolor causetur ex alteratione, patet ex techni, quẽ vltimo cõposuit, in quo quidẽ libro etiã, si quid in aliis libris omisisset, correxit.

Solutio. *Alia obiectio.* *Solutio.* *Ad argumentum oppositũ.* *Galen. composuit technι in vltimo.*

COMMENTARIVS.

OPPOSITVM *videtur hic innuere Galen.*] Variis vtrinque licet decertare rationibus, dummodò ne quis conceptum errorem tueatur pertinacius. De solutione continui dubium non est, quin si subito fiat, dolorem inferre possit: sunt tamen qui serio statuant intemperiem alia ratione doloris causam censeri nõ posse, quàm quod hac ipsa continuæ partes à se inuicem diuellantur. Sed horum hominum admiror imprudentiam, quasi verò dolor subitus non sit à natura partis sentientis recessus, vt voluptas est (delitiam vocat Arnaldus) cum hæc ipsa pars ad suam eodem modo naturam redit: Quasi verò sola continuitas natura partium existat, & nõ ipsa etiam temperies. At verò quod partium diuulsione duntaxat intemperies dolorem inferat, falsum hoc est: Nam intemperies integras occupat partes, & minimas eius particulas omnes, quod in continui solutione minimè contingit, quã partes continuæ separantur ab aliis partibus continuis. Verùm vt omnes minimæ particulæ separentur, hoc tum demum fieri contingit, si pars aliqua omnimoda corruptione dissoluatur, aut si quod solidum est in tenuissimũ pollinem conteratur. Exemplo rem demonstrare liceat apertius. Ferrum assume, quod calore temperatum sit & frigore, manum hoc alterius comprime, dolorem is ex partium diuulsione percipiet. Ferro quod vel calidum sit, vel frigidum aliquem petas, hic non modò duplicem sentiet dolorem, ab ictu nimirum & alteratione, sed doloris etiã alterantis differentias calore & frigus.

Vtrùm Saliua hominis ieiuni interficiat scorpionem, Quæst. XI.

ET quorundam humores non adinuicem: Quæritur vtrùm saliua hominis ieiuni interficiat scorpionem. ¶ Et videtur quod non: quia occisio non fit, nisi à vehementi contrario: sed saliua hominis ieiuni non est vehementer contraria scorpioni: igitur, &c. maior patet: minor probatur: quia scorpio est frigidus, & saliua hominis nõ multum excedit complexionem scorpionis. ¶ Secundo maior distantia est inter homines & plantas, quàm inter homines & scorpionem: sed saliua hominis non interficit plantas: ergo, &c. ¶ Oppositum dicit hîc Galen. ¶ Dicendum quòd saliua hominis ieiuni corrumpit scorpionem secũdum Auicen. ¶ Nota, quòd quędam corrumpunt corpora per complexionem, quędam verò per propriam speciem: quæ corrumpunt à complexione, faciunt hoc multis modis: quia calida corrumpunt corrodendo corpus: Alia verò inflando, vt totũ corpus infletur vel pustulis repleatur; alia interimũt infrigidando, vt hyoscyamus, opium: Alia ingrossando humidum & impediendo fluxum & multis aliis modis nominatis ab Auic. de venenis in generali corrumpentibus. Corrumpentia verò p totam speciem sunt sicut napellus, & ista altigatius & subtilius interficiunt, quã alia: & hoc modo saliua hominis ieiuni interficit scorpionem, quia saliua illa à tota specie est vehementer contraria scorpionis complexioni in virtute, cùm naturæ & totius speciei, quæ est virtus occulta, sic habet alterare. ¶ Ad primum in oppositum dicendum, quòd aliud esse contrariũ alteri, contingit dupliciter vel formaliter, vel virtute: nunc autem licet saliua non sit contraria formaliter multum ipsi scorpioni, est tamen virtute multum contraria: contingit enim aliquid aliud alterare, secũdum caliditatem vel frigiditatem, quod cum illo est tale formaliter, aliquando verò nõ formaliter, sed virtute solum: vt patet in stellis infrigidantibus & calefacientibus, quæ talia formaliter nõ sunt. ¶ Ad secundũ dicendũ, quòd homo plus distat à plãta, q̃ à scorpione, q̃a cõueniũt genere:

Ad opposit. *Solutio.* *Ad primum.* *Ad secundũ.*

etiam

etiam quia magis calida & humida, virtute tamẽ magis distant scorpio & saliua hominis. Vel dicendum, quòd scil. compactio plantæ non permittit saliuã subintrare, sicut fit in scorpione: verùm aliquando vna planta bene impedit generationem alterius plantæ, si iuxta illam inseratur, & hoc per naturam occultam à tota specie. Imò quod mirabilius est, dicit Auic. possibile est in eadem specie reperiri vnum diuiduum, quod alterum interficere potest, & nihilominus in latitudine speciei conuenient: vt patet de puella nutrita napello, quæ solo aspectu, propter aeris infectionem, interficiebat homines, & non solùm homines, sed gallinas iuxta eam existentes, vt refert: non est igitur mirum, si vnius speciei indiuiduũ alterius speciei indiuiduum interficere potest.

¶ Quæritur, quare magis saliua hominis ieiuni hãc habet virtutem, quàm non ieiuni. Causa est, quia illa purior est, & maiorem recipit impressionem à membris, quia magis incommista est cibis, eò quòd celebrata sit iam perfecta digestio: si enim aliqua operatio debeatur alicui, secundum quòd tale quanto impermistius est, tanto plus debetur illi operatio.

Vtrùm ex malitia humorum contingat malitia in spiritu, Quæst. XII.

ET materia est malitia complexionis talis: Quæritur vtrùm ex malitia humorum, cõtingat malitia in spiritu. Quòd nõ: quia humores putrefacti, cùm sint minus calidi spiritibus, eò quòd spiritus sint calidius in corpore nostro, nõ videtur, quòd possint ipsos supercalefacere. ¶ Et si dicatur, imo per fumos resolutos ab ipsis humoribus. ¶ Contrà: nõ est necesse illud esse multum calidum, à quo fumi eleuantur, vt patet in aqua tepida, vel in aliis fumositatibus, resolutis ab aliquo parum calido: nec etiam oportet illum fumum fore multum calidum: ergo, &c. ¶ Oppositum patet per Galen. in lib. de morbo & accidenti. ¶ Dicendum quod sic: quia si materia cõtineatur intra vasa, vbi meatus lati apparent, delegata & mota ad cor per se, vel per fumum ab ea resolutum caliditate cordis superaccenditur, & per cõsequens ipsum corpus supercalefit: & per eos, & per calorem, & spiritũ naturalem, qui delegat ipsum à corde ad totum corpus, id est, ad singula membra totum corpus omninò per istos superaccẽsos supercalefit. ¶ Ad rationem in oppositum dicimus, quòd materia putrefacta, & fumi ab ea resoluti, donec perueniant ad cor, non sunt calidiores spiritibus, nec cor & spiritus supercalefaciunt, sed plus hoc, scil. quando iam caliditate cordis ad vlteriorem gradum caliditatis & innaturalẽ sunt deducta. ¶ Sed dices, cùm cordis caliditas sit causa effectiua illius caliditatis, non videtur, quòd magis possit illam materiam vel fumum supercalefacere, quàm ipsum est, vel etiam spiritus. videntur enim tunc agere vltra suam speciem generando calorem naturalem. ¶ Dicendum, quòd ratione dispositionis materiæ conuenit hoc: sunt enim fumi propter sui siccitatem valdè inflammabiles, & ipsi inflammati & commisti spiritib. naturalibus ipsos inflammant: & per consequens totum corpus.

¶ Ad secundum patet, quòd illa actio, licet fiat à calore naturali cordis, quia tamen fit in materia innaturali, & indisposita, & improportionata tali agenti, quod habet innaturalitatem, hoc habet à materiæ essentialitate & indispositione: & secundum philosophicam veritatem, ille calor non est alius in specie, imò solum differt, secundũ magis à calore naturali: & dicitur innaturalis, non innaturalitate caloris, qui est idem specie, sed innaturalitate caloris secundum quod est instrumẽtum operationis naturalis alicuius hominis. Vnde est cõsiderare duplicem naturam, sicut dicitur etiam motus saltus in sursum naturalis animali, secundum quod terra in eo dominatur innaturalis, & sic sequitur, quòd in omni febri sit ephemera, sed non conuertitur: sed forte propriè loquendo de ephemera non est in omni febre.

Vtrùm ex Putrida & Ephemera poßit fieri Hectica, Quæst. XIII.

ET ex eis, &c. Quæritur, vtrùm ex putrida & ephemera possit fieri hectica: & arguitur quod nõ, quia tunc ex omni posset fieri hectica, consequens est falsum: ergo. Consequẽtia ꝓbatur, quia qua ratione ex vna & ex alia: sed nõ ex omni fit hectica: ergo, &c. ¶ Item quanto agens in suo passo reperit maiorẽ resistentiam, minus introducitur forma agentis in passum: sed hoc est in hectica: quia calor febrilis putridę inuenit membra solida, quę magis resistunt calori agenti: non igitur introducunt in illis malam complexionem: licet introducere possit in membra molliora. ¶ Oppositum dicitur hîc. ¶ Dicendum, quòd ex ephemera potest fieri hectica, quia si spiritus tantùm multum superaccendantur, quæ superaccensio diffunditur per totum corpus, cùm solida membra in sua actione diuturna sint, & etiam cùm sit corpus valde subtile, potens penetrare, tantò plus complexionem malam fixam & æqualem potest introducere, quæ hectica dicitur. Similiter contingit in putrida, in qua humores superaccenduntur: quia eadem ratione ex eis mala complexio æqualis fixa introducitur in corpus, sicut in exterioribus videtur in lapidibus, qui calcinantur ex longa & diuturna actione ignis, ad ipsos introducitur caliditas habitualis infixa. ¶ Ex hoc patet ad primam rationem, quòd ex illa ephemera vel putrida, qua diu æger patitur, fit hectica: non autem ex alia, quæ ita diu non durauit. ¶ Ad secundum patet solutio, quòd licet in duro non ita citò introducatur forma, vt in molli, tamen diuturna actione, in ipso potest introduci, & remanet diuturnior: sic est in proposito.

Vtrùm multum infrigidatus, subitò igni approximatus, debeat dolere, Quæst. XIIII.

ET res quidẽ in his, &c. Quæritur, cùm quis est superinfrigidatus multũ, & subitò ponat manũ ad ignem, ex hoc debeat dolere. Quod non: quoniã oppositorũ debent esse oppositi effectus: igitur si nimio frigido dolet qs ex calido posito sibi approximato nõ cõburente, nõ debet dolere nec tristari.

¶ Item delitia, vt dicitur 4. de morbo, non est aliud, nisi reuersio mẽbri ab innaturali dispositione ad suá naturalitatẽ: sed hoc fit, cùm quis infrigidatus calefit ad ignẽ moderatũ: ergo nõ debet ex hoc dolere. *Ad oppositũ.* ¶ Oppositũ dicit Gal. & apparet ad sensum, quòd in radicibus vnguiũ vehemens patet dolor, si multũ frigidæ sint manus & digiti. *Solutio.* ¶ Dicendum, quòd aliquádo contingit membrũ per nimiũ frigus mortificari, vel etiá totum corpus, ita vt calor naturalis corrumpatur, & tũc ꝓpter ignẽ, cui approximatur, nec dolor nec delitia generatur in ipso: mortuũ enim nõ habet potentiá sentiendi. Aliquádo aũt cõtingit membrũ propter frigus nõ mori, sed stupefieri, ita vt dolorem ex illo frigore non sentiat, imò nec sentiunt homines tunc illud membrũ: & tunc si subitò approximatur igni, tunc in illo dolor causabitur ab igneo calore, sed hoc erit ꝑ accidens, quia ꝑ calorem ignis, calor reuocatur naturalis, & fortificatˀ in illo membro, ideo illud membrũ, quod prius fuit impotens sentire illud frigus, & nõ dolebat, tunc sentit illud, propter quod dolet, cùm prius non doleret. Et hoc modo contingit etiam dolor, cùm quis diu sedet super crus, vel pedem suum, ita quòd apparet sibi, quòd in mẽbro teneat quasi pungentes acus: quia enim propter compressionem cruris vel pedis, sanguis, calor & spiritus non habebant liberũ aditum & transitũ ad membrum, ideo membrum non sentiebat, licet alteraretur in se, vel abextrà: redeuntibus verò calore, spiritu & sanguine sentit alterationẽ, vnde sequitur dolor. Si autẽ membrũ infrigidetur, ita quòd stupefiat intantum, quòd non sentiat, cùm multũ superinfrigidatur, appositum ad ignẽ, radices vnguium dolent. Et hoc ideo fortè, quia cùm frigus infrigidet manus & digitos, secũdum partes suas exteriores, quantò partes sunt remotiores à fonte caloris, tantò plus frigescunt, & ideo extremitates digitorum plus frigescunt: nunc autẽ, quando igni approximantur, quia pori corporis ꝑ hoc aperiũtur, frigus, quod exterius fuit, fugiens suũ contrarium, & ratione eius in principio fortificatum, interiora membri sensibiliora ab eo alterata, propter hoc dolent, cùm prius non doluissent. Et per hanc viam dicit, quòd quando quis igne crematur in digito, si immediatè illum ponatur in frigidam aquam, in illo tempore ex hoc delectabitur, quia excedentia calefactionis auferunt, sed postea plus dolet, & hoc ideo quia cùm per illud frigidum membrum quodam modo reducatur & contemperetur, redditur magis perceptiuũ doloris: vnde & causatur dolor maior. *Ad rationes.* ¶ Ad primũ in oppositum dicendũ, quòd oppositorũ effectus immediati & per se sunt oppositi, vt frigidi infrigidare, & calefacti calefacere: tñ per accidẽs bene possunt esse idem: frigidum.n. per se infrigidat, ꝑ accidens.n. circumstãdo comburit: vnde frigido vnito aliquando niuẽ cõburitur, sicut in proposito calidum reducẽdo ad temperamentũ, membrum nimis infrigidatum, ꝑ accidens facit ipsum magis sentire calidũ. Ad secundum patet ꝑ idem: ex hoc enim, quòd membrũ infrigidatum reducitur ad suum temperamentũ, non causatur dolor, sed ipsum existẽs in tẽperamẽto suo, quia melius potest sentire suum nocumentum, per accidens faciens illud temperamentum, facit & dolorem.

Vtrùm in minima parte carnis conuenit simul sentire calidum & frigidum, Quæst. XV.

Et illud ideò, &c. Quæritur vtrùm in minima parte carnis cõuenit simul sentire calidũ & frigidũ. Videtur quod nõ: quia contraria nõ cõtingunt simul inesse eidẽ: sed calidum & frigidum sunt huiusmodi, igitur, &c. Sed fortè dices, quòd sensus est receptiuus specierum sine materia: & sic poterit esse quòd caro siue mẽbrum sentiẽs & calidum & frigidũ potest sentire, nõ obstante eorũ contrarietate. Contra. proprij & immediati effectus contrariorũ sunt contrarij, sicut & illa sunt contraria: nunc calidi effectus est calefacere, & frigidi infrigidare: igitur eidẽ inesse non poterunt. *Ad oppositũ.* ¶ Oppositum dicit hîc Gal. Item hic arguitur, quòd contrariorum intentiones nõ sunt cõtrariæ, quod patet, quia secundum vnum & idem eidem possunt inesse: vt intẽsio albi & nigri secundum eandem partem: sed in materia adhuc immutantur sensus, & alteratur membrum, ergo, &c. *Solutio.* ¶ Intelligendum, quòd ipsa alteratio, quam facit calidum & frigidum non est sensus, sed ad illam sequitur sensus: quod patet, quia calidítate & frigiditate quædam alterantur, quæ nõ sentiunt, sed membrum per ipsas alteratur vsque ad organum sensus, & virtus animæ existens in illo, est principium formale sentiendi, ita quòd in virtute illius sentit organum, & non inquantum calidum vel frigidum vel in media proportione existens, nihilominus tamen adhuc alteratio necessaria est ad illam cognitionem. Ex his igitur dico, cùm impossibile sit duo alterantia simul & semel eidem non diuersificato in partibus appropinquare, impossibile etiam est, in vna & eadem parte indiuiduali fieri sensum calidi & frigidi. Et huius ratio est: quoniam semper vnum aliud expelleret, cõtraria enim mutuo se expellunt: quantum enim est de ratione sensus hoc nõ repugnat, eò quod perfectio sensus est suum propositũ sensibile, siue suum genus, vt visui color vel lumen. Color enim nõ videtur esse aliud nisi lumen obfuscatum propter miscibilia in misto, cuius extremum in corpore terminato est color materialiter loquendo: ipse tamen, secundum quod visibilis est motus visus secundum actum diaphani formaliter magis loquendo, magis enim accidit, qđ sensibile suum diuidatur in contrarias species. In tactu igitur species & ex parte tãgibilis, & ex parte medij, qđ naturaliter alteratũ est, quod secundũ vnũ & idẽ cõtraria nõ cognoscit in sensib. nõ magis in materialib. illud magis dubium videtur habere: quare hîc nõ determino. *Ad rationes.* ¶ Ad primá rationẽ probantẽ quòd nõ contingit simul sentire contraria, concedatur, quantũ est ex parte alterationis, nõ aũt quantũ est ex parte sensus esset defectus, hoc non esset ex parte virtutis, sed potius subiecti ei⁹, qđ est quantũ ex toto organo ex corpore & virtute debetur operatio. *Ad argumentum in cõtrarium.* ¶ Sed ad cõtrarium argumentũ dicendũ, quod ipsum est sophisticũ, q̃a licet calefacere & infrigidare sint primò & ꝑ se operationes istarũ qualitatum, tñ ipsæ nõ agunt, inquantũ contrariæ: abiiceretur.n. aliquid ab illo, quod alteraretur: nunc aũt non abiiciunt sensibilia à sensu, imò ipse est in vltimata dispositione

tione ad receptionē sensibiliū: vnde sentire in instanti est, sicut illiniatio, & sentire est magis salus & pfectio, q̄ passio, q̄ ꝓpriè dicta nō videtur esse, nisi cū abiectione quadā. Ad dictū Gal. secūdum quod dicit Auic. dicatur, quòd sermo Medici est magis manifestus: sed Philosophi & primi Magistri est verior, & hoc videtur esse de intentione ipsius. Ad rationē aliā dicendū est, quòd bene verum est, quòd contrariorū intētiones sunt, & intentionaliter existunt, cōtrariæ nō sunt: vnde calidū & frigidū, secundū quòd sensu percipiūtur, cōtrarietatē nō habēt, & quia impossibile est, qd simul & semel vni & eidē, secundū idē, & additis aliis conditionib. approximetur, ideo simul & semel secundū vnā & eandē partē cōtraria nō possunt sentiri. ¶ Vtrū aūt cōtraria visibilia, vt albū & nigrū, vel duo alba secundū eandē partē oculi videātur, nō determino, de hoc.n. sunt opiniones contrariæ: veruntamē videtur, quòd nō recipiantur in eadē parte oculi, quia dispositio sit ex parte medij oculi, vel ratione corporis visibilis, sed ratione quātitatis. Cùm.n. sint diuersi colores in diuersis quantitatib⁹, oportet quòd sint in diuersis locis: & ꝑ cōsequens immutabūt oculū, vel partē oculi, quo fit visus in actu secundū diuersas partes, & hoc patet ꝑ perspectiuos, q sub angulo dicunt, rem videri, cuius conus est in oculo, & basis est in re visa. Et hoc etiā patet experimēto in speculo, quòd diuersa obiecta faciunt diuersas imagines in speculo, secundū quod diuersimodè situantur: sicut.n. diuersitas alterantiū nō permittit, quòd in eodē indiuisibili fiat sensus tactus cōtrariorū, licet medio tāgibili & organo tactus hęc nō repugnēt: sic & diuersus situs hoc impedit, ne simul & in eadē parte vidētis recipiantur diuersa visibilia: ideo nō simul tēpore eodem indiuisibili potest sentire diuersa, nō tn̄ intelligere, & hoc nō, quia intelligibilis nec ꝑ se, nec ꝑ accidēs est diuisibilis: vnde ad vnū vna intellectione se cōuertit vno & eodē tēpore, nō nisi vnū potest intelligere. ¶ Sed mirū videtur quomodo sensibile est principium sentiēdi, cùm ipsum nō sentiat formaliter, nec etiā virtutē habet efficiendi sensum, vt videtur, quia cū aliquid inest alicui nobiliori, nō est in illo, tanquā in illo, in quo fit formaliter, nunc aliquid cognitionis nō inest sensibili, secundū quod huiusmodi. Itē nō facit sensibile aliquid aliud, nisi quod se offert sensui multiplicando suam speciē, vsq; ad organū. Ex hac ergo inductione videtur, quòd ex sensibili extrà, nō fiat sentire, sed potius ex virtute perficiēte organū. Propter hoc dicitur, quòd videre, & aliæ operationes animales sunt, pro tanto potentiæ passiuæ, quia fiunt cum receptione quadā, nihilominus ꝑter receptionē illi⁹, sensibilis requiritur operatio organi ꝑ virtutē animatā in eo, q̄ se conuertat super speciē receptā: & hæc operatio naturaliter sequitur receptionē illā, licet simul tēpore, & hęc operatio facit ipsum sentire. Et hoc patet, quia sensus visus, inquātum receptiuus, tantū est diaphanus, & perspicuus: & hęc ratio non sufficit ad sentire: imò inquantū cognoscimus, quòd est ꝑ formalē virtutē, est sentire. Item si primus actus ipsi⁹ sensus est, dare esse organo, in quo est sensus, actus non fit passioni omnimodè similis: sed etiam actioni omninò remanentis in cognoscente. Vnde alia videtur esse ratio similiter visibilis, secundum quòd multiplicabilis est sui per diaphanum medium, & oculū: & secundū quod ad comprehensionem sui inclinatur visus, sed tn̄ in ea minima parte nō possint nec esse, nec sentiri simul calidum & frigidum.

Vtrùm visibilia diuersa secūdum eandē partē oculi videantur.

Intelligibilis vna intellectione vnū tātum potest intelligere & nō plura.

Sensatio nō fit extra, sed ex virtute perficiente organū.

COMMENTARIVS.

QVIA *licet calefacere & infrigidare, &c. abiiceretur enim aliquid.*] Coniectandum hic est quid docere velit Arnaldus. Caliditas & frigiditas non agunt, inquantum contrariæ sunt qualitates. Constat hoc quidem: calidum enim agit quia calidum est, & calefaciendi vim habet, nō quia frigido est contrarium: vni competere non potest contrarietas, quo fit vt hanc inter accidentia recenseant logici, ratione multitudinis aut relationis. Vnius autem est actio facultatis, ideoq; nihil agit vt contrarium, sed vt agendi vim habet: Agenti nimirum accidit, vt contrariū offendat. Actio contraria non vno sed duobus definitur motibus, vt passioni contraria non sit actio, sed actioni. Materiam animo concipias quæ nec caliditatis particeps sit nec frigiditatis, vtriusq; tamen sit capax. Ignis hāc accedens calefaciet, motus hic vnus est, quis cōtrarium esse dixerit, vbi nulla frigiditas est? Nullam hic statuit Arnaldus contrarietatem, *abiicerentur enim aliquid ab illo quod alteratur* Manifesta hæc ratio. Positis enim duobus contrariis alterū ab altero pellitur. Quod tamen adiecit Arnaldus, id nullius est hoc in loco momenti: *Nunc autem* (inquit) *non abiiciunt sensibilia a sensu.* Contrarium est id quod abiicitur à contrario: sensus autem iis quę sentiuntur contrarius non est. Nec sensibilia quatenus sensibilia sunt abiiciuntur, sed quatenus cōtraria sunt agentibus contrariis, seu substantiæ, seu qualitates illa sint.

Sentire est magis salus quā passio, &c.] Melius est sentire partes quàm pati, seu dolor hic sensus sit seu voluptas. Et in hunc finem a natura datus est sensus, ad euitanda scilicet passionis incōmoda. Sed iucundam huiusce rei rationē adfert Arnaldus, *quia sensu nihil vt passione partibus detrahitur.* Equidem id inficiari nō licet, quin passione nonnunquā abiiciatur aliquid: vt tamen hoc ꝑ se passioni tribuatur, quemadmodū ait Arnaldus (*passio quæ propriè dicta non videtur esse nisi cum abiectione quadā*) id nequaquam existimauerim: siquidem hac ratione semper agens aliquid abiiceret à patiente, cùm hoc tamen antea negauerit Arnaldus, & ipsa etiā id refutet experientia, dum agens sępenumero patiēti cōtribuit aliquid nō detrahens ei quicquā.

Verum videtur quod non recipiantur in eadem oculi parte.] Magna est apud Philosophos de visionis modo cōtrouersia, nec vllus tamen est ex omnibus, qui se nodum hunc intelligere gloriari possit. Quidam speciebus visibilibus in oculos receptis visionē fieri censent. Alij verò spiritus visiuos ex oculis emitti volūt, q medio aere species visiles excipiāt. Ego verò si, quid videar, efferre liceat, ibi statuo fieri visionē, vbi res q̄ videntur cōsistunt citra receptionē aut emissionē. Nā & tātæ quātæ sunt, & remotæ videtur obseruata probè distātia. Per oculos & illustratū aerē videt anima res firmo & immobili colore contectas. Modū verò nō magis intelligo q fieri possit hoc, q̄ modū q fiat vt ignis vrere possit; & grauia deorsum ferri. Mod⁹ est grauitas, mod⁹ est vrendi vis, & mod⁹ est vidēdi faculta. Spēs aūt visiles à reb. visis in oculos ferri volūt, quas excipiens anima in cerebro videat inquiēs *bene veneritis Domine.* Preclarū ecce visionis modū, q magis intellectu difficilis est, q̄ ipsamet sit visio. Possitne simul nigrū & albū videri q̄stione dignū hoc loco iudicauit Arnaldus. Si fiat hac ratione visio dū species rerū visarū in oculos ferūtur, mirādum vtiq; fuerit, quomodo ꝑ arctissimū pupillæ & neruorū opticorū foramen cerebro transmittantur. Equidē in speculis fit vt obiectæ species probè repræsentētur, sed in oculis alia est ratio: species.n. non in perspicuo, sed in opaco referuntur. In oculis quemadmodū & in speculis obiectas species intueri licet, ꝙ læues sint oculi & in obscuro cōsistant. Hinc etiā has ipsas species in extrema oculi superficie persistere iudicam⁹, aliâs non conspicerētur, veluti nec in aere pellucido conspiciuntur. Hæc itaq; specierū repræsentatio nihil ad intelligēdā visionē facit. Sed amplior hęc q̄stio est, q̄ vt hoc in loco plene discuti possit.

Vtrùm in partibus paruis, sibi iuxta se positis interius, & exterius, per totum poßit sentiri, & esse calidum & frigidum, Quæst. XVI.



QVAERITVR vtrùm in partib9 paruis, sibi iuxta se positis interius, & exteri9, p totum posit sentiri, & esse calidum & frigidum. ¶ Quod non: primò per Isaac, qui dicit, quòd in epiala frigus sentitur interius, & calidum exterius: Interius verò contrario modo sentiŭtur: ergo, &c. Idem videtur velle Auic. licet has febres contrariis nominet nominib. quâ Gal. vnde non videtur, quòd distinguantur.

Solutio. ¶ Dicendum, quòd aliquando contingit, quòd phlegma vitreū abundat in interiorib9, ita quòd aliqua pars eius putrefit, & fumus dissolut9 pertingens ad cor, ipsum inflammat, & per cōsequēs calore, & spiritu à corde delegatis mittitur ille fumus ad singula membra in interius, & exterius: & cùm pars prædicti phlegmatis mittatur super singula membra, ex hoc cōtingit, quòd vna pars inflammetur, & alia à dicto phlegmate sparso per corpus infrigidetur: licet enim aliquantulum sit calefactum, & liquefactum, vt fluat, quando venit exteriùs, de facili redit ad suam frigiditatem, & infrigidat exterius: & sic contingit in partibus paruis, & non solùm in magnis sentiri calidum & frigidum: & hanc speciem epialæ nō ponit Isaac. Ex combinationibus tñ, quas ponit Auic. potest haberi, ipsam tñ non expresit, sicut fecit hîc Gal. & in differentiis febrium, vbi quæras de hac materia. Contingit autem aliquando, quòd cholera superaccenditur interius, & phlegma est in exterioribus corporis congelatum, & cùm fumi resoluti à cholera mittuntur exterius, & euaporare, nec expirare possunt, remittunt partes phlegmatis cōgelati exterius, reflectitur ad interius, & fortificabitur per phlegma liquefactū, se diffundens super membra sensibilia. ¶ Aliquando aūt contingit, qđ cholera est in corpore superabundans, & phlegma grossum, & cholera diffunditur per corpus exterius, & interius: phlegma aūt illud sic interius cōtingit ipsum ratione caloris antecedētis dissolui, & diffusum super membra sensibilia interius infrigidat, & cholera exterius calefacit: hoc contingit etiam ex phlegmate grosso, habēte aliquas partes subtiles, quę accenduntur, & multiplicatæ exterius calefaciunt corpus: alię autem partes grosiores, interius liquęfactæ infrigidant interius, & per hoc patet ad rationes.

Vtrùm necesse sit, quòd ad rigorem sequatur febris, Quæst. XVII.



ET propter hoc inuenimus. ¶ Quæritur, vtrùm necesse sit, vt ad rigorem sequatur febris: videtur quòd sic, auctoritate antiquorum hoc dicentium secūdum Galen. hîc. Item rigor causatur ratione ebullitionis humoris: sed ad ebullitionē sequitur febris, ergo, &c.

Ad oppositū. ¶ Oppositū dicitur hîc, & tertia particula de morbo

Solutio. ¶ Dicendū, quòd nō est necessarium ad rigorem sequi febrē, cuius ratio est: quia aliquādo sequitur frigus, vel rigor ex aliqua aqua calida, superinfusa corpori: vt patet, si aliqs sit frigid9 & superinfundatur aqua calida, vel intret balneum aquę magis caloris, q̃ ille, qui intrat illud. Aliquando autē contingit rigor propter frigus exterius, & tñ ad hoc non sequitur febris de necesitate, cum nō habeant vehementē causam: vnde & talium rigorum remotio est per paulatinam reductionē alteratiuam ad temperamentū.

Rigor. Rigor enim, sicut dicitur in tertia particula de morbo, fit à virtute, & natura nocumētum suum volente expellere: vnde est compositus motus ex naturali, & re cogente, q̃ innaturalis est, cùm hoc cogat per sui pręsentiam: non tñ sunt ad motum, nisi occasionaliter.

Tremor. In tremore verò est motus, cōpositus ex virtute, & re innaturali: vt ex virtute erigente membra, & grauitate deprimēte, qui innaturalis dicitur secundum Medicum.

Iectigatio. Iectigatio verò est compositus innaturalis, & spasmus: quia fiunt à re penitus cōtra naturam. Aliquando verò contingit febris, ex materia ebulliente in corpore, & cùm ille vapor venit ad membra sensibilia, pungēs ea, ex eo, quòd illam nititur virtus expellere, comprimitur in se, vt fortificetur p vnionem sui, in se, & fortificatum membrū dilatatur, vt expellat illum fumum, qui motus formaliter est rigor. Simili etiam modo cōtingit pandiculatio: cùm enim in somno aliquæ superfluitates ex digestionibus remanserunt in membris, q̃ grauāt sua multitudine membrum, vel etiam si hoc contingat ex multo labore, pter quem ad membrū laborans, cū calore & spiritu aliqui humores diffunduntur, & extendūtur cōcatenationes membrorū, & fit motus ipsorū, qui motus formaliter dicitur pandiculatio: nunc autē, si hæc materia in membrū diffusa in principio febris sit acuta cholerica, fit, ac si membra acubus pungerētur, & vocatur propriè rigor, sicut in tertiana contingit: si autē illa materia sit vaporosa frigida, tunc magis sentitur, quasi frigus expansum per omnia membra, & hoc contingit in cōtinua, q̃ fit ex phlegmate, & vocatur frigus. Si autē illa materia sit magis grossa, non tñ ita frigida, causatur ex hoc horripilatio: propter enim materiæ grossitiem nō potest ita penetrare, vnde non tantùm infrigidat, vnde aliquas partes non infrigidat, & illæ quas infrigidat, mouentur vt remoueant nocumentum. Alię autē retrahūtur, vt naturaliter situentur, & ideo videtur, quòd membra separētur abinuicem.

Ad rationes. Ad auctoritatē antiquorum dicendū secūdum Gal. in de differentiis febrium, quòd si interpretemur dicta antiquorum cum amore & sine odio, dicemus eos intellexisse de rigore, qui venit ab interiori & sufficienti, & abundanti materia ad accessionem febris. ¶ Ad secundum dicendum, quòd pcedit insufficienter: imò est fallacia consequentis, non enim sequitur, si in aliqua causetur ex ebullitione materiæ cholericæ, quòd ideo semper imò econuerso sequatur.

Vtrùm hectica sit curabilis, Quæst. XVIII.



QVAERITVR consequenter, vtrùm hectica sit curabilis. ¶ Et videtur quòd sic: quia virtus nostri corporis potest curare putridā, in qua est maior calor, q̃ in hectica: igitur, &c. Et si dicatur, quod hectica nō potest curari, quia est mansiua magis. ¶ Contrarium vult Gal. tertia particula techni, quòd dyscrasiæ naturales, non obstante earum fixione, possunt reduci

Ad oppositū. reduci ad melius: cùm istæ sint magis fixæ, quàm accidentales, & contra naturam: ergo, &c. ¶ Oppositum vult manifestè Gal. 3. de morbo: hoc idē vult in de differentijs febriū, & Auicen. qui dicit quòd tertiam speciem hecticæ nullus nisi solus Deus potest curare. ¶ Dicendū quòd aliquando fit ebullitio in humoribus, & tūc solū est putrida. Aliquando verò non solùm in humoribus, sed in humiditatibus, & secundum diuersitatem humiditatum & ebullitionis earum diuersificantur hecticæ species: quando. n. nutrimentum exiuit extra capillares venas, & porositates membri, tunc vocatur ros, quia in albedinem tunc est mutatū: quando autem vlterius mutatur, vocatur cābiū: eò quòd in vno & eodem loco remanens, vnum causabitur pro alio, & tunc fit grossioris & siccioris substantiæ, quàm fuit prius: quando autem vlterius alteratur & vnitur membro, tunc dicitur gluten, quia tunc quasi gluten adhæret membro: nihilominus nō est adhuc membro perfectè assimilatum, sed citò pòst perfectè assimilatur à mēbro, & quasi non sit tempus perceptibile, ita tamē quod non est reperire vltimum instans, in quo sit gluten: sed bene est reperire primum instans, in quo est caro vel aliud membrum, cuius fuit nutrimentum, & tunc cùm est perfecta assimilatio. s. in primo instanti conuersionis formaliter est nutritio. In nulla autem aliarum transmutationum vel alterationum præcedentium est reperire primum instans in quo sit caro, quin præcedant plures aliæ mutationes. Nunc prima species hecticæ contingit in rore, in quo calor innaturalis radicatur: quando autem calor in solam caliditatē mutatur est tertia species, prima species de facili est curabilis: secūda curatur difficillimè: tertia verò est impossibilis curationis, est tantum in virtute Dei: tunc. n. intantum est calor naturalis & virtus debilitata, vt etiam si donet esse ipsi membro, nō tamē sufficiens est ipsum conseruare diu in esse: vnde & si medicamina applicentur corpori, virtus propter suam debilitatem non sufficit illa regulare nec deducere de potentia ad actum suum proprium. Cùm. n. non sufficiat diu conseruare corpus in esse, etiam nullo alio nocumento adueniente, quomodo sufficeret ad educendum medicamina de potētia ad actum, vnà cum hoc, quod conseruet corpus in esse? quod. n. in vnum non potest, multominus in duo potest agere, nec etiā nutrimentum valet quamtumcūq; bonū, debitè cōuertere. Ad rationē primā in oppositum dicēdū, quòd in putrida virtus fortis est, ita quòd medicamina potest de potentia ad actum deducere, nec est ita radicata mala complexio in putrida: licet in modico tempore sit calor ita intensus, sicut in fixa. Et si quæras quomodo natura potest agere in putrida, in qua tantū excedit calor in gradu. Dicendum vno modo, quia euacuat humorē cōtinuantem istam caliditatem, & quia virtus fortis est, dictum medicamen potest deducere de potētia ad actum. s. vt malam qualitatem calidā remoueat ab humore accenso. Et si dicas, quòd virtus non agit nisi per organū quod est cōplexio, illud autem est indispositum. Dicendū, quòd secundū plus & minus reperitur in febre illud organū dispositum, vel indispositū. In putrida. n. licet actu, quādo febris est, sit indispositio in potentia, tamē in virtute est, vt illud impedimentū amoueatur: & sic pòst per ipsam poterit adimplere suū opus, & est simile ac si dolabra esset ligata, ita quod manus illā mouere nō posset ipsa soluta à ligamine manus per ipsam bene secaret. Si tamen dolabra esset putrida, non esset in potentia manus per eā bene dolari, sic autē est in hectica, ad tantā. n. malam cōplexionē peruenit corpus, vt virtus animę per ipsam suas operationes facere nequeat, vnde qualecumq; nutrimentum sibi detur, generatur ex ipso caro calidior, quàm temperata, vnde contingit corpus hectici exsiccari. ¶ Ad contrarium argumentū dicēdū, quòd nō est simile de dyscrasia fixa naturaliter, & accidētaliter: quia in dyscrasia fixa naturaliter est cōstantia virtutis, à qua omnia fiunt, vt principali agente, vnde per contraria administrata secūdum dictamen medicinalis rationis per agētem virtutem potest reduci ad melius. In dyscrasia verò accidentali calor fluēs & calor infixus sunt distemperata, & mēbra radicalia sunt debilitata: vnde non est in eis ita fortis, vt administrata sufficienter de potentia ad actum possit reducere. s. vt per ipsa membra reducantur ad suum temperamentū. De hoc. n. patet exemplū Auic. in lāpade plena oleo, in qua ardet elychniū & assimilare oleum quod est in lampade, circa elychniū humiditati, quæ est ros: oleū autē quod iam est imbibitum ipsi elychnio assimilat cābio: humiditas verò, quę continuat partes elychnii, assimilat glutini: nunc autē manifestum est, quòd potest subueniri flāmæ vt cōtinuetur, & ne extinguatur, si oleū in lāpade deficiat, vel in elychnio addito semper alio oleo cōtinuabitur flamma in elychnio. Si autē humidum cōtinuās elychnium deficiat, quantūcunq; addatur de oleo, nihil prodest, quin extinguatur lumen: sic etiam est in tertia specie hecticæ. Vel aliter pòtest dici, quòd si lapsus naturalis causatus esset vt in hectica, quòd impossibile esset illum curare. Ex tanto enim lapsu tantum debilitaretur virtus, sicut in hectica, vnde non posset reduci. Nihil plus de istis quæstionibus.

Ad argumentum in cōtrarium.

ARNALDI DE VILLA NOVA
COMMENTVM SVPER REGIMEN SALERNITANVM.



Anglorum Regi scribit schola tota Salerni.
Si vis incolumem, si vis te reddere sanum,
Curas tolle graueis, irasci crede profanum,
Parce mero, cœnato parū: nō sit tibi vanū,
Surgere post epulas, sōnū fuge meridianū.
Non mictum retine, nec comprime fortiter anum.
Hæc bene si serues, tu longo tempore viues.

ISTE est libellus editus à Doctoribus Salerniēsibus, in quo inscribūtur multa & diuersa pro cōseruatione sanitatis humanæ, & editus est iste liber ad vsum Regis Angliæ. Et in textu lecto auctor ponit octo documenta generalia pro cōser-

uatione sanitatis, de quibus postea specialiter per ordinem determinabitur. Primum ergo documẽtum est quòd homo sanus volẽs viuere, debet ab eo remouere graues curas: nam curæ exiccãt corpora ex quo tristificãt spiritus vitales, modo spiritus tristes exiccant ossa. Et sub isto documento etiã cõprehẽdi debẽt tristitię, quæ similiter corpora exiccãt, & infrigidãt, maciem & extenuationẽ inducunt, cor cõstringunt, spiritum obtenebrãt, ingenium hebetant, & rationem impediunt, iudicium obscurãt & memoriã obtundũt. Verũtamẽ aliqui pingues & carnosi sunt spiritus adeò mobiles & calidos habẽtes, quòd eis interdum bonũ est tristari, vt spiritus calor hebetetur, & corpꝰ aliqualiter maceretur. Secundũ documentũ est nõ irasci: primo, quia ira similiter corpora exiccat, cũ ipsa summè singula mẽbra supercalefaciat: nimia autẽ calefactio siccitatẽ inducit, teste Auic prima primi, doctrina tertia, cap. 1. Secũdò quia ira propter feruorẽ cordis omnes actus rationis confundit. Aduertẽdũ tamẽ est, quòd quidã frigidi sunt & maleficiati, quib. interdũ irasci prodest in regimine sanitatis, vt in eis calor excitetur. Tertiũ est parcè vti potu vini: nimia. n. repletio vini somnolẽtiã, pigritiã, debilitatẽ mẽbrorũ, debilitatẽ stomachi, & multa alia his similia inducit, de q̃b. posterius magis patebit. Quartum est parum cœnare: quia nimia nocturna repletio dolorẽ in vẽtre inducit, ac inquietudinem, vigilias, & angustiam, prout manifesta patet experientia, & inferiùs magis declarabitur. Quintũ est surgere post cibum sumtũ, quod facit ad digestionẽ, propterea quod cibum sumtum facit descendere ad fundũ stomachi, in quo viget virtus digestiua. Sextum est non dormire post prandiũ, cuius nocumenta postea tanguntur in textu ibi: Febris pigrities. Septimũ est nõ diu retinere vrinã: ex nimia. n. vrinæ retentione aliquãdo sequitur difficultas mingẽdi, aut omnino prohibitio à mictu, vt testatur Auic. 19. tertij, tract. 2. cap. de difficultate vrinæ. Similiter ex nimia retentione fæcali, plura proueniunt nocumenta: Indurantur. n. fæces in intestinis ꝑpter continuã suctionẽ venarũ mesaraicarũ cum intestinis continuatarum omnem humiditatem à fæcibus sugentium: & sic remanent siccæ difficilis exitus, intestina obstruẽtes, ad quã obstructionẽ propter vẽtositatum eductionis prohibitionem, & aliarum fæcum aceruationem, sequũtur nocumenta in textu posterius posita ibi: Spasmus, hydrops, &c. Octauũ est nõ fortiter cõprimere anũ, ex hoc. n. sequitur tenesmus, siue exitus recti intestini. Vlteriꝰ subdit auctor, qđ omnia ista debitè conseruans longo tempore sanus viuere poterit.

Si tibi deficiant Medici, Medici tibi fiant
Hæc tria: mens hilaris, requies, moderata diæta.

AVctor in hoc passu tangit tria remedia generalia pro conseruatione sanitatis naturæ humanæ, & præcipuè ipsorum nobilium. Primum est, quod animus hominis debet esse lætus & gaudens, quia lætitia siue gaudium ætatem floridam facit, hominem in iuuentute conseruat, virtutem confortat, vitam prolongat, ingenium acuit, & ad singulos actus hominem habiliorem reddit. Et debet istud gaudium in regimine sanitatis conueniens esse, temperatum, & non excessiuũ: quia excessiuum syncopim & mortem inducit. Et maximè gaudium competit his, qui multum curãt, & solicitudinibus destruuntur: potest in ipsis de nouo acquiri per vsum cibi & vini delectabilium & dimissione eorum, quæ tristitiam inducunt, & inhabitare cum sibi dilectis, & similibus, quibus virtus confortatur teste Auic. 11. tertij, ca. de casu virtutis subitò sic dicente: Et scias, quòd virtus augmentatur cibo & vino subtili, conuenientib. odoribus bonis, tranquillitate, gaudio, dimissione eorum, quæ contristant, & rixari faciunt, & renouatione rerum amabilium, & habitatione cum dilectis. Secundum est tranquillitas animi: nobiles enim propter nimis magnas & diuersas curas, quas habent, plus læduntur cæteris paribus, quàm qui mediocres sunt. Inquietatio verò mentis somnum maxime impedit, qui nobilibus summè vtilis est, qui communiter naturæ siccæ sunt atq; cholericæ, quibus permaximè somnus est vtilis. Tertium est moderata dięta. i. moderata sumtio cibi & potus. Nocumenta verò superflui cibi, & potus postea dicemus.

Lumina mane, manus surgens gelida lauet vnda,
Hac illac modicum pergat, modicum sua membra
Extendat, crines pectat, dentes fricet: ista
Confortant cerebrum, confortant cætera membra:
Lote cale, sta pranse, vel i, frigesce minute.

IN hoc textu auctor ponit sex documẽta, quib. cerebrum confortatur, & similiter singula corporis membra. Primum est quòd postquã homo de mane surrexerit, debet lauare oculos aqua frigida: mundari enim debent, vt ab eis remoueantur immundities palpebris adhærentes, & circa oculos existentes, ne ab ipsis oculi corrodantur. Et istud satis innuit Aui. 3. tertij tract. 1. cap. de rememoratione cõseruationis sanitatis oculi, & rememoratione eorum quæ nocent ipsi, vbi dicit: Ex eis autem, quæ abstergunt oculum, & acuunt ipsum, est submergi in aqua clara, & aperire oculum in ea Et idem vult tractatu 4. ca. de cura debilitatis visus, dicens: Et ingredi aquam claram, viridem, & submergi in ea, & aperire ambos oculos in ea, secundum quãtitatem, quę possibile est, est ex eis, quæ seruant sanitatem oculi, & confortant ipsum, & propriè in iuuentute. Causa autem quare oculi magis debent lauari in aqua frigida quã calida, est, quia vnumquodque conseruatur suo simili, vt dicit Aui. 4. primi cap. 1. & idem vult Gal. 3. techni: canone illo, Calidiora calidioribus indigẽt adiutorijs, frigidiora frigidioribus: sed sic est, quòd oculi sunt frigidæ naturæ: ergo potius debent lauari aqua frigida quàm calida. Secundũ est, quòd homo debet lauare manus: quia sunt instrumenta quibus mundantur organa per quæ exeunt superfluitates cerebri, vt sunt aures, oculi, nares, & ergo ad hoc manus debent esse mundæ. Plus tamen debent lauari in aqua frigida quã in aqua calida, quia lotio manuum in aqua calida generat vermes in ventre, & hoc specialiter, dum modo manus in aqua calida lauentur post sumtionem cibi, vt innuit Auicen. 16. tertij tractatu 5. cap. 1. vbi agit de vermibus in ventre genitis. Et ratio est, quia per lotionem manuum in aqua calida post sumtionem cibi, trahitur calor naturalis, quo completur digestio in stomacho ad extra, quare imperfecta fit digestio quæ potissima causa est vermium. Tertium quòd postquam homo se mo-

Lotio manuũ in aqua calida post cibum generat vermes in ventre.

surrexerit à somno debet paulatim incedere, siue se mouere: cuius causa est vt superfluitates primæ & secundæ digestionum, quę sunt fæces & vrina, descendant & præparentur faciliori euacuationi. Quartum est, quòd postquam homo surrexerit à somno debet extendere manus, pedes & alia mēbra, cuius causa est vt trahātur vitales spiritus ad mēbra exteriora, & p hoc subtiliātur spiritus cerebri. Quintū est, qđ debet crines pectere, cuius causa est, vt aperiantur pori, & p hoc capitis exeāt vapores cerebro derelicti, post somnū, & subtilientur eius spiritus: vnde vsus pectinis multum confortat visum, & maximè senib. prodest. Hinc dicit Aui. 3. tertij tract. 4. ca. de cura debilitatis visus: administratio pectinis super caput iuuatiua est, & confert propriè senibus, quare oportet, quòd administretur omni die multoties, quoniam attrahit vapores ad superiora, & mouet eos à parte oculi. Sextum est, quòd homo debet mundare & fricare dentes: cuius causa est, quia immunditięs dentiū est causa fœtoris anhelitus: similiter à dentib. immundis spiritus immundi eleuantur ad cerebrum ipsum perturbantes: pręterea cōmistio limositatis dentium, cū ipso cibo ad stomachū missso, est causa corruptionis cibi in stomacho. Modū autē cōseruādi sanitatem dentiū, & bonitatē odoris eorū tangit Aui. 7. tertij ca. de cōseruatione dētium sub his verbis: Ex eis quæ conseruant sanitatē dentium est, vt colluatur os in mense bis cū vino, in quo decocta est radix tithymalli: est enim perueniēs ad vltimum in faciēdo bonū odorem, & non aduenit facienti illud dolor dentium. Vlterius auctor in vltimo versu subdit aliqua præcepta generalia. Primū est, quòd homo lotus stupha, vel balneo debet se tenere calidum: quia tūc pori sunt aperti, & sic de facili frigus posset subintrare, & magna nocumenta corpori inferre. Aliud est, quòd postquā homo sumserit cibū, debet modicum stare, vt cibus perfectè descēdat ad fundū stomachi, in quo completur digestio: deinde lētè ambulet & non fortiter, ne propter motum fortē calor trahatur ad partes exteriores, & per hoc impediatur cibi digestio. Aliud est, quòd homo frigidus debet cauere, ne subitò se calefaciat, sed paulatim: mutationes enim subitæ naturam lędunt, & omnia extra naturā molesta sunt, vt dicit Gal. in commento illius canonis: secundum multùm, & repentè.

Lotio præseruat à dolore dentium.

Sit breuis, aut nullus tibi somnus meridianus.
Febres, pigrities, capitis dolor atq; catarrhus,
Hæc tibi proueniunt ex somno meridiano.

IN hoc textu tangit auctor quatuor nocumēta, quæ proueniunt ex somno facto post prandiū: quorum primum est, quòd ex somno meridiano solet sequi febris, quod aliqui putāt verificari de febre proueniente ex obstructione, causam istius febris reddētes, quia tēpore diei calor & spiritus mouentur ad exteriora, & sic virtus digestiua in die est debilis: digestio.n. perfecta est quando calor & spiritus ad interiora mouētur, propter quorum motum calor naturalis incenditur, & sic tēpus noctis est tempus perfectioris digestionis. In digestio.n. & cruditas humorum est causa obstructionis, quæ obstructio est causa febris, secūdū Aui. prima quarti in plurib. passib. Secundum nocumentū est pigrities, quæ ex eadē causa videtur oriri: ex materia.n. indigesta & grossa grossi eleuātur spiritus, qui moti ad membra corporis grauedinem corpori inducunt. quemadmodum spiritus subtiles & leues leuitatem animi & corporis inducunt. Tertium est dolor capitis, qui etiam ex eadem causa prouenire videtur: ex cibo.n. indigesto in stomacho eleuantur grossi spiritus, cerebrum perturbantes, qui spiritus sunt causa discolorationis etiam faciei, quando ad cutē mouētur, qa vbi est materia grossa, necesse est quicquid ex tali materia dissoluitur esse grossū, vt innuit Gal. in Cōmēt. illius apho. Et qui crescūt: sic inquiēs: Quicquid.n. de qualibet re dissoluitur, ei, vnde dissoluitur, necesse est vt assimiletur. Quartū nocumētū est catarrhus, qui similiter ex eadē causa videtur oriri. s. ex rheumate. Rheuma.n. dicitur omnis fluxus materię de mēbro ad mēbrū, in quacunq; parte corporis fuerit, sed secūdū qđ ad diuersas partes corporis fluit, diuersa sortitur nomina: quando.n. mouetur ad pectus, siue ad mēbra spiritualia, videlicet ad pulmonē, dicitur catarrhus: sed quādo fluit ad fauces, siue ad colatoriū palati, dicitur brāchus: & quādo fluit ad nares dicitur coriza, vt habetur in istis versibus:

Si fluat ad pectus dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus: ad nares dico corizam.

¶ Præter tamen prædictorum nocumentorum causas narratas aliæ possunt assignari magis efficaces: causa nāq; primi nocumenti. s. febris, quæ aliquando est ephemera, aliquādo putrida: ephemeræ est retentio fuliginū in somno diurno, quarum resolutionē vigilia facere cōsueuerat, quib. aceruatis, & spiritibus admistis in eis accenditur calor extraneus causans febrē ephemerā. Febris verò putridæ putrefactio humiditatum multiplicatarum ex somno diurno ad cor effumātium. Secundum verò nocumentum scilicet pigritia contingit propter humiditates per somnum diurnū retentas, circa musculos, chordas & iuncturas, quibus torpescunt & tardæ redduntur ad solitos motus. Tertiū verò nocumentum ex simili causa oritur. s. ex humiditatib. & vaporibus per somnū meridianū retentis, qui moti versus caput & cerebrum ei dolorem ingerunt. Quartum verò nocumentū, videlicet catarrhus, qui vniuersaliter per omne rheuma significatur, contingit propterea, quia vapores & fumi, qui vndiq; per cutem hora vigiliarū resolui solēt, in somno diurno ad caput tendunt, vbi inspissati recidunt inferius rheumatisantes. Aui. autē 3. primi, doct. 2. ca. 9. alia superaddit nocumenta somni diurni. Quorum primū est generare ægritudines humidas, vt guttas & paralyses ex retentionibus humiditatum, quę de die magis resolui solent. Secūdū est corruptio coloris faciei, ꝓpter humiditates aquosas, vrinæ similes in sāguine multiplicatas ex somno diurno resolui solitas, tēpore vigiliarū, quæ ad faciei cutem cū sanguine expulsæ reddunt eā tumidam, & declinantē ad citrinitatem. Tertium est generatio splenis. i. spleneticæ passionis in dispositis ad eam, cuius causa est retētio humoris grossi melācholici in splene ex somno diurno. Sicut.n. iuuāt vigiliæ motum & liberum trāsitum huius grossi humoris per canales strictos, cū calore diei, vias aperiente: sic somnus impedit maximè diurnus, cùm tunc instet hora secundum plurimum tran-

situs melácholię per canales suos,& maximè per
illũ canalẽ,qui à splene transit ad orificiũ stoma-
chi,gratia prouocationis appetitus,ꝑ quẽ splenis
superfluitas emundari solet:non enim conuenit
vt de nocte prouocet, sed de die potius appetitũ
cibi. Quartũ est relatio neruorũ,seu remollitio eo
rũ,cui⁹ causa est prohibitio resolutionis humidi-
tatũ,q̃ facere solent vigiliæ diurnæ, quæ interiùs
retẽtæ neruos imbibũt. Quintũ est debilitatio ap
petitus,cuius est causa prohibitio resolutionis, q̃
est prima causa famis: Alia causa est repletio sto-
machi ex fumis,vaporib. & humiditatib. remol-
liẽtib. & saturãtib. orificiũ stomachi. Sextũ est ge
neratio apostematũ,cui⁹ causa est,quia superflui-
tates ꝑ somnũ diurnũ multiplicatæ colliguntur
sæpè in aliquo mẽbrorũ,& ipsum intumescere fa
ciunt. Et vlterius dicit Aui. qđ duæ de potiorib.
causis,propter quas nocet somnus diurn⁹, sunt.
Prima quidẽ q̃a citò interrũpitur,propterea qđ
calor diei trahit versus exteriora calorẽ corporis,
& ecõtrá,somn⁹ ad interiora, vnde mot⁹ ꝓuenit
agitatiuus,& ideo cõsulitur tũc dormire volẽtib.
quòd in vmbra dormiant & in tenebroso loco.
Secũda verò propterea quòd reddit naturã stupi
dá,& quasi perterritá,retrahentẽ se ab eo, in quo
erat.s.à digestione cibi. Attendendũ tamẽ est, qđ
licet somnus diurnus generaliter vituperetur &
nocturnus cõmẽdetur, ex diurno tamẽ ille min⁹
vituperatur,qui à mane est vsq; ad tertiá.s. ab or-
tu Solis,vsq; ad tertiá post ipsũ. Iuxta illud Hipp.
prognosticorũ secũdo dicẽtis:somn⁹ vt moris est
cõueniẽs & naturalis,vt noctẽ nõ effugiat, & diẽ
nõ impediat,est laudabilis:cõtrarius verò est im-
probandus,minus tamẽ, si à mane vsque ad ter-
tiam tenuerit. Quanquam tamẽ somnus diurnus
& meridianus intantũ à primis medicinæ inuen-
toribus detestetur:moderno tamẽ tẽpore nõ om
nis somns diurnus est vituperãdus,& propriè, si
in eo quinque conditiones obseruentur, vt vult
Bartruti⁹:Prima est,vt sit cõsuetus:secũda vt nõ
sit ilicò supra cibũ:tertia,vt nõ sit capite depresso:
quarta,vt nõ sit lõg⁹:quinta,vt nõ fiat ab eo subi-
tò stupida & repẽtina expergefactio,sed morosa.

Quatuor ex vento veniunt in ventre retento:
Spasmus,hydrops,colica & vertigo,hoc res probat ipsa.

IN hoc textu auctor ponit quatuor nocumenta
prouenientia ex retẽtione vẽtositatis in corpo
re nostro Quorũ primus est spasmus,cuius cau-
sa est, quia ventositas retenta sæpe capit raptum
ad iuncturas,& neruos ipsos replens, ex quorũ
repletione sequitur ipsorũ contractio,quæ voca-
tur spasmus:& ab Aui 2.tertij ca.de spasmo, spa-
smus sic definitur:Spasmus est ægritudo neruo-
sa,qua mouentur lacerti ad principia sua inobe-
diẽtes sunt in dilatatione eorum, & iste spasmus
est duplex:nam quidam est ex repletione in quo
mẽbrum abbreuiatur,& ingrossatur, propter rẽ
implentem eos,sicut corrigia:cùm est res implẽs,
& abbreuiatur,& ingrossatur, & iste spasmus fit
subitò. Alius est ex inanitione in quo cõtrahitur
longitudo & latitudo,& minoratur mẽbrũ secũ-
dum longũ & latũ,sicut in pergameno, cũ appo-
nitur igni fit cõtractio secundũ lõgũ & latũ,& iste
spasmus fit paulatinè. ¶ Secundũ nocumẽtũ est
hydrops,qui est morb⁹ materialis,causatus ex re
frigida plurima ingrediẽte,& inflante mẽbra,aut
loca partium,in quibus regimen.i.digestio cibo-
rũ fit,& humorũ,vt dicit Bartrutius :hydrops.n.
nõ generatur,vt dicit Gal.6.particula aphorismo
rum in commento illius:Hæmorrhoides sananti
antiquas. Et est triplex hydrops scilicet hyposar-
ca,ascites,& timpanites. Et de timpanite intelligi
tur istud secundum nocumentum:timpanites e-
nim,vt dicit Bartrutius, fit à mala complexione
frigida stomachi,& hepatis,prohibente cibũ trás
mutari in chylum, & humorem benignum, aut
sanguineum:quare conuertitur in rem vẽtosam,
quę dũ non expellitur per eructationẽ, aut aliun
de obstructione viarũ prohibente,vel virtute ex-
pulsiua,vel sequestratiua superfluitatũ debili exi
stẽte,colligitur inter siphach & mirach ventris,&
causat hydropem. ¶ Tertium nocumentũ est co-
lica quæ est ægritudo multum dolorosa facta in
intestino dicto colõ,quod est vnum de intestinis
grossis,quemadmodum iliaca est ægritudo dolo
rosa,facta in intestino gracili dicto ilion: & fiunt
dictæ ægritudines sæpe ex ventositate inclu-
sa in dictis intestinis. ¶ Quartum nocumentũ est
vertigo,& est ęgritudo,cum qua videtur homini
quòd omnia voluantur in gyrum, cuius ægritu-
dinis causa est ventositas ad cerebrum mota,quę
propter eius in cerebro motionem vertiginem fa
cit. Et ista quatuor nocumenta cum quibusdam
alijs pulcrè commemorat Auic.16 tertij tract. 4.
ca.de rebus, quæ nocent colicis dicens: & scias
quòd retentio ventositatis multoties facit accide
re colicam,propterea quòd subleuat eá, & expri-
mit ipsam,ita,vt aggregetur res vna,& quod facit
accidere debilitatem in intestinis, & quandoque
perducit illud ad hydropem: & quandoque ge-
nerat tenebrositatem visus,& vertiginem, & epi-
lepsiam.& quandoque retinetur in iuncturis, &
facit accidere spasmum.

Spasmus quid sit & quod est duplex.

Hydrops quid sit & quod est triplex.

Colica.

Vertigo.

Ex magna cœna,stomacho fit maxima pœna,
Vt sis nocte leuis,sit tibi cœna breuis.

IN hoc textu auctor ponit vnum documentum
pro conseruatione sanitatis,dicẽs quòd homo
in cœna debet esse sobrius, & se nõ multum cibo
replere:quia nimia repletio nocturna inducit im
pedimẽtũ somni, torsionẽ ventris,inquietudinẽ
corporis,pustulas in facie,grauitatem capitis ma
nè,& malitiam oris. ¶ Dubium iam incidit, vtrũ
maior quãtitas cibi sit sumenda in prãdio, quá in
cœna,pro cuius decisione aduertẽdum est, quòd
secundum diuersitatem corporum maior aut mi
nor quantitas cibi sumenda est in prandio,quàm
in cæna,quia corpora aut sunt in morbum deci-
dentia,aut sub latitudine sanitatis:si in morbum
deciderint,aut cum humoris vitio, aut sine hu-
moris vitio: si sine humoris vitio sic est magis
cœnandum, cuius ratio est, quia natura in ta-
libus solum est ciborum digestioni intenta,non
autem superfluitatum maturationi, carent enim
eis. Quòd si cum humoris vitio patiantur, con-
uenientius est prandiũ maiorare:vnde Aui.1.ter-
tij tract.5.ca.de cura epilepsiæ:Ille cuius consue-
tudo non tolerat,vt semel reficiatur,diuidat cibũ
suum,qui est minor refectione sua in tribus parti
bus,& sumat duas tertias in prandio, & tertiá in
cœna post exercitium subtile. Ratione sic persua
detur,quoniam illo tempore, quo natura debilis
iuuatur in digestione,calore solari,viuifico,& re-
soluun-

Vtrùm maior quantitas cibi sumenda sit in prandio quàm in cœna.

soluuntur amplius superfluitates, amplior sumẽdus est cibus: hoc autẽ magis fit in prãdio, quã in cœna: ergo, &c. Præterea in die calor vitalis adest solaris, & lucis digestiuus, cùm sit vitę principiũ: quare ad digestionem tũc duplex operabitur calidum, in nocte verò non. Et etiam nocte natura magis est circa superfluorum digestionẽ in talib. intenta, non est ergo impediẽda multa ciborum exhibitione: quamuis.n. calor in plerisq; fortificetur in nocte, spirituũ retractione, & somni reductione, nõ tamẽ potest huiusmodi calor duo, vt alimentum, & superfluitates, digerere: cõuenit itaque in his cœnã breuiare. Si verò huiusmodi corpora sub latitudine fuerint sanitatis, aut sunt sufficiẽter sana, robusta, superfluitatibus sensibilib. carẽtia, cùm omnes expellant sua via, vt athletæ, & hos expedit cœnã maiorare, tum quia natura eorum nocte solũ est digestioni ciborũ intenta, & nõ superfluorũ maturationi, cũ illis ferè careant: tum quia solum robur corporis intẽdũt, quod & nocte acquiritur magis, cùm amplior fiat significatio, distributio, & spirituum in his generatio. Si autem corpora fuerint à dicto tẽperamẽto, & robore distantia, sicut sunt plurima vsq; in ęgritudinẽ nunc deuenientia, talia aut exercitantur exercitio forti continuo, & vehemẽti, aut non. Si sic, vt sunt victum manibus quærentes, melius est eis prandium super cœnã maiorare, cuius causa est: quia alimentum nõ solum expetitur propter nutrire, sed propter humectare mẽbra, ac timorare ne arefiãt ex forti motu, & resistatur resolutioni caloris, propter quod oportet plus cibi exhiberi in prãdio: neq; propter exercitium talia corpora cessant ab eorum digestione: cùm ita sint cõsueti, vsus.n. est res pręter naturã. Est & calor vehemẽs propter exercitium potẽs super digestionẽ in eis, propter quod videmus eos ter in die cum appetitu comedere, & bene digerere. Si autem non vtãtur forti & laborioso exercitio cõtinuo, sicut pręsdicti, dupliciter illud euenit, quia aut solum quãdoq; vtuntur exercitio forti & laborioso, & nõ cõtinuè, aut solũ vtũtur exercitio debili, cũ quo stat multiplicatio superfluitatum. Si vtãtur exercitio plurimo forti & laborioso, propter occupationes necessarias in vita, & ad salutem, sicut ciuiles viri quãplures circa bona fortunæ negociãtes, & ad salutẽ interdũ exercitio forti & laborioso mouentur, vt diu equitãtes vel itinerãtes, aut aliud qđ quãdã fortius à cõsueto agẽtes exercitio: & his vtilius est cœnã super prãdium amplius augere, cuius ratio est: quia si tales prandiũ augerẽt, cùm nõ sint cõsueti adeo forti & laborioso exercitio agitari, vt priores, ipsorum iã corrũperetur digestio malorũ humorũ generatiua. Itẽ propter motũ superfluũ calor horũ disseminatione est debilitatus, cuius quidẽ vnitio, quæ magis nocte fit, q̃ die potissima est fortitudinis & digestionis: quare causa in cœna instãte nocte alimẽtum amplius potest administrari. Itẽ isti prius nõ laborioso vtebantur exercitio, & sic corpus eorũ humiditatib. plenum est, quib. & paruo cibo sufficiẽter potest resisti resolutioni & exiccationi, factis p̃ motũ in die occurrentẽ. Si verò paucis debilibus exercitijs, & paruis occupationibus in vita vtantur, præcipiendũ est ipsis melius prãdere, quã cœnare. Et declaratur istud, sicut in corporibus nunc ægrotantibus apparuit: cùm.n. hi sunt debilis digestionis, vt plurimum iuuãtur p̃ calorẽ Solis, & lucẽ valde viuificos: cõfortatur.n. inde spiritus propter suũ simile: ipse.n. est lux, aut effigiẽ habet lucis secundũ Aui. Iuuãtur, quia superfluitates nunc melius expelluntur poris apertis de die, quã de nocte. Præterea nocte nõ oportet eos multo cibo, sed pauco repleri, cũ natura tunc intẽta est magis circa digestionẽ humorũ crudorũ, quos somnus habet maximè digerere, ac ad benignũ reducere: licet.n. nocte digestiua fortificetur virtus, non tamen adeo, quòd valeat cibum & superfluitates digerere. ¶ Aduertẽdum est insuper quòd in exhibitione cibi maioris, aut minoris in prãdio, quã in cœna maximè seruãdus est vsus, quia cõsuetudo est res maxima in conseruatione sanitatis, & ægritũdine curanda, secundo regiminis acutorũ, quod ostẽditur ex eo, quòd eius mutatio, & maximè subita, vehemẽter est læsiua. Vide Damas. Mutare cõsuetudinẽ nociuũ est, & molestũ, & præcipuè senibus: & ideo prauę cõsuetudines abolẽdę sũt, sed nõ mox, eo quòd natura nõ sustinet repẽtinas mutationes. Et sic patet, qđ vniuersalius maiorãdum est prãdium super cœnã, cùm plurimæ ęgritudines sũt materiales, & plurima corpora lapsa: si tamẽ solùm semel in die comedatur, melius est cibũ in cœna exhibere, nisi oculi aut cerebrũ patiãtur: tunc.n. melius est in prãdio exhibere cum cœna nõ parum ægrotantib. nocet oculis & cerebro. ¶ Vlteriùs circa textum est notãdum qđ nõ solũ repletio nocturna siue in cœna, nocet stomacho, imò omnis repletio cibi: generat.n. obstructiones, febres, putredines, apostemata & lepram: quia est causa indigestionis. Quòd autẽ omnis repletio nociua est stomacho, declarat Aui. 13. tertij tract. 1. ca. de rebus quarum vsu læduntur stomachus & intestina, dicens: & ex rebus magis inimicis stomacho est repletio, & propter illud non augetur corpus gulosi, quoniã cib. eius nõ digeritur: quare nõ crescit ex eo corpus: ille aũt qui cibo abstinet, tamẽ remanet aliquid, appetitus eius augetur, quoniã stomachus eius bene digerit cibũ. Et sic valde cauẽdum est ne stomachus torqueatur, & multũ grauetur ex cibo, ita vt anhelitus angustietur, & pulsus velocitetur, & similiter repletio nauseatiua, & fastidiũ inducẽs, multũ est euitãda, & specialiter ex malis nutriẽtib. nã si fastidiũ fit ex grossis nutriẽtib. p̃ueniunt iuncturarũ dolores, & renũ, & podagra, & grossities splenis, & hepatis, & regulariter ægritudinẽs phlegmaticæ & melancholicæ. Et si fastidium fit ex nutriẽtibus subtilibus, proueniunt febres acutæ & malignę, & apostemata multum acuta, igitur euitanda est repletio nauseatiua: non igitur tantum est comedẽdum, quin stomacho maneat aliquis locus vacuus, nec ex toto debet desideriũ sopiri, sed retineri debẽt aliq; reliquiæ appetitus, & hoc specialiter obseruãdũ est in habẽtib. appetitũ fortẽ: sũt.n. aliq; quorũ appetitus naturaliter multũ sopitus est, & isti fortè debẽt plus comedere quã appetũt.

Consuetudo maxima est in conseruanda sanitate, & ægritudinẽ curanda.

Omnis repletio cibi nocet stomacho.

Tu nunquã comedas, stomachum nisi noueris esse
Purgatum, vacuumq; cibo, quem sumseris antè,
Ex desiderio poteris cognoscere certo,
Hæc sint signa tibi, subtilis in ore diæta.

IN hoc textu ponũtur aliqua præcepta, quæ homo sanè cupiẽs viuere, necessario debet obser-

uare ante sumtionẽ cibi: quorum primũ est, quòd homo nõ debet sumere cibũ, nisi nouerit stomachũ suũ esse purgatum à malis humorib. quod fit per vomitum, expellendo humores putridos, & malos in eo existẽtes: qa si sumeretur cibus prædictus malis humoribus in stomacho remanentibus, ex cõmistione talium humorum cum cibo, cibus sumtus corrumperetur. Secũdũ præceptũ est, qđ homo nõ debet sumere cibũ de nouo nisi p̄senserit cibũ præsumtũ in stomacho suo fore digestũ, & ab eo euacuatũ, quia nihil est deterius in humano corpore, q̃ intromittere cibũ super aliũ, q nõ est digestus, sed digeri incipit: nam superassumtus cibus prioris digestionẽ inchoatã impedit, & digestio prioris ante cõplebitur, q transiẽs ad hepar per venas mesaraicas ducet secum cibũ superassumtũ indigestũ, vnde crudi humores in corpore multiplicabũtur: ¶ Vlterius in textu ponuntur duo signa euacuationis stomachi à cibo præassumto: primũ est, desideriũ certũ .i. vera fames: & pro intellectu istius sciẽdũ est qđ duplex est fames s. vera & mẽdosa. Verã Gal. describit 2. aph in Comm. illius can. vbi indigentia nõ oportet laborare, dicẽs: certa fames est cũ homo cibo indiget, vnde immẽsus sequitur appetit⁹: sed mẽdosa fames est cibus appetitus corpore non indigẽte. Et sicut vera fames fit ex cõstrictione & corrugatione venarum orificij stomachi, procedentibus à suctione membrorum inanitorum cibo indigentiũ, sic mendosa fames solet ab his fieri, quę stringunt & rugant orificium stomachi, membris cibo nõ egetibus, vt ab actu frigidis stypticis, aut acetosis. Et istius signi & secundi præcepti præcedẽtis cõmemorat Aui. 3. primi doct. 2. ca. de eo, qđ comeditur, sic inquiens: oportet præterea ne aliquis comedat, nisi post desideriũ, neq; in hoc tardetur cùm desiderium ebullierit. i. forte fuerit, nisi mendosum fuerit, vt ebriorum desiderium, & habentium fastidium: quoniã tolerare famẽ stomachum putridis replet humorib. Et postea eo. ca. dicit. Et neq; ipse, neq; omnes, qui sanitatẽ habere volunt, aliquid comedãt, nisi desideriũ fuerit certũ, & stomachus & superiora intestina à primo nutriẽte euacuata fuerint, quod. n. in corpore existit deteri⁹, est nutrire super nutriẽs, quod nõ est digestũ mittere. Secundũ signũ quod significat super certo desiderio, siue certa fame, est subtilis diæta p̄cedens. i. parua administratio cibi: quãdo. n. illa sequitur: fames significatur esse certa & vera. Sciẽdũ est insuper, qđ in vna eadẽ refectione pessimũ est simul multos & diuersos cõiungere cibos, vt carnes & pisces, vel pullos & porcum, & postea prolõgare tẽpus in comedẽdo, quia primus cibus iam digeri incipit, cũ aduenit vltimus, & sic partes cibi dissimiles fiunt in digerendo, sic quòd præassumtæ prius digestæ sunt, quàm postremò sumtæ suæ digestionis mediũ attigerint, vnde fit quòd quædam corrumpũt alias. Et istud innuit Aui. 3. primi, doct. 2. cap. de eo, quod comeditur, dicens: Et nihil quidẽ deterius est, q̃ diuersa nutrimenta simul adiungere, & post hoc in comedendo tempus prolongare: cũ. n. postremum nutriens aduenit, primũ iã incipit digeri: nutriẽtis ergo partes in digerẽdo nõ similantur. Sciendũ est tamẽ quòd prolõgatio in comedendo moderatè facta ferè vna hora gratia bonæ masticationis, & transglutionis est laudabilis, & plurimũ conferens ad conseruationem sanitatis, quia perfecta cibi masticatio cùm morosa trãsglutione, siue ingluuie, est veluti media digestio: sed mala masticatio vel digestionẽ cibi impedit, vel vehementer retardat. Sed prolongatio in comedendo cum interlocutionibus, & paucis duabus vel tribus horis est plurimũ nociua, & sequuntur ex ea nocumenta prænarrata.

Fames duplex.

Diuersos cibos sumere est pessimum.

Persica, poma, pira, lac, caseus, & caro salsa,
Et caro ceruina, leporina, caprina, bouina:
Atra hæc bile nocent, suntq; infirmis inimica.

IN hoc textu tanguntur decẽ cibi siue alimẽta, melãcholiam generantia, aut infirmis inimica: quorum primũ est comestio persicorum, de quibus Gal 2. alimẽtorũ cap. 19. dixit, quòd & horũ succus, velut caro, facilè corruptibilis est, & omnino quidẽ prauus, quare nõ oportet sicut quidã post aliud alimentum offerre, corrumpuntur. n. supernatãtia. Meminisse autẽ oportet hui⁹ quod est cõmune in omnib. quæcunq; cacochyma humida, lubrica, & facilè subire potẽtia, propter hoc oportet ipsa comedere priora alijs: sic. n. ipsa celeriter subeunt, & illis viã faciũt, vltimò autẽ sumta simul corrũpunt & alia. Et ita patet quòd istud dictũ debet intelligi de persicis comestis post cibum alium, quia ipsa sumta ante cibũ bona sunt stomacho, ventrem lenientia, atque appetitum prouocantia, iuxta illud Auic. 2. can. de persicis dicẽtis: matura sunt bona stomacho, & in eis est virtus faciendi appetitum cibi: & subdit Auic. & oportet quidẽ vt nõ comedãtur post aliũ cibum, quoniã corrũpuntur post eũ, sed præcedant ante cibum. Similiter Serapio in aggregatore, cap. de eis, auctoritate Dioscor. ait: matura ex persicis sunt bona stomacho, & molliũt vẽtrẽ: immatura verò stringunt, & quando desiccantur, stringunt fortius: & decoctio siccorum, quando bibitur, ꝓhibet fluxum humiditatum ad stomachũ & ventrẽ, & quãdo trita super locum puluerisantur, vnde fluit sanguis, abscindunt eũ. Et licet prænarrata habeant iuuamenta, quia tamẽ humorẽ generant putrefactibilẽ, nociua sunt infirmis, & maxime quãdo indebitè sumuntur: Et sunt persica frigida in primo gradu, & humida in secũdo. ¶ Secũdũ pira, siue comestio pirorũ, & causa hui⁹ est: qa pira, & generaliter omnis fructus recẽs, nõ correctus, replet sanguinẽ aquositate ebulliẽte in corpore, & sic præparãt sanguinẽ ad putrefactionẽ, & per cõsequẽs nocent ægris. Pira similiter, vt ait Aui. 2. can. ca. de eis, à ꝓprietate inducunt colicã: ipsa tamẽ inter cæteros fruct⁹ multũ impinguãt, q̃ ꝓpterea porci ex ipsis piris impinguãtur plus, ab aliquibus alijs fructib. Et quia pira ventositatẽ generãt, & sic inducũt colicã, vsus habet quòd pira & alij fructus vẽtositatẽ faciẽtes cũ carminatiuis. i. vẽtositatẽ expellentibus comeduntur, vel possumus obuiare nocumento ipsorum superbibendo vinũ vetus odoriferũ, & meliora pira sunt quæ magis odorifera sũt, & magis dulcedine participãtia, & etiã meliora sunt decocta, quã cruda, & possunt decoqui cum aniso, fœniculo, & saccharo. ¶ Tertium est comestio pomorũ, de quib. dicit Aui. 2. can. ca. proprio, quòd assiduatio comestionis eorum facit euenire dolorẽ neruorum: & poma etiã malã habẽt proprietatẽ in generando vẽtosita-

Persica

Pira

Poma

tositatē in secunda digestione, quare nocēt ęgris: & etiā propter similē causam illi, quę dicta est, de piris. Et ista dicta de piris & pomis maximè intelligēda sunt de ipsis crudis, & nō de ipsis coctis: & nedum isti fructus ab infirmis sunt vitandi, imo omnes fructus implentes sanguinē aquosita te ebulliēte, & fructus recētes, quorum succus in humano corpore ebullit, sicut mustum, & succus fructuum ebulliunt exterius in vase: & hoc propter calorē Solis derelictum in eis cū maturabātur. Isti. n. fructus propter ebullitionē succi eorū præparāt sanguinē ad putrefactionē, licet pro hora qua sumuntur, iuuamētum præstēt humectandis. Et hac de causa Aui. febricitātib. ꝓhibuit fructus, maximè recētes: prima quarti, trac. 2. ca. 7. dicēs: & omnes fructus nocēt febricitanti cū ebullitione sua & corruptione in stomacho. ¶ Quartū est comestio lactis, cui⁹ causa est, quia lac de leui corrūpitur, in fumū, aut acetositatē cōuertitur in stomacho immundo, sicut vtplurimū est stomachus febricitātis febre putrida: & propterea febricitātib. febre putrida nō conceditur. Et similiter malū est habentib. dolorē capitis, & siticulosis, & pluribus alijs: de quib. loquitur Hipp. 5. particulā aph. aphoris. illo. Lac dare caput dolentib. malū, &c. Verū est tamē quòd in aliquib. passionib. cōuenit, sicut in phthisi, hectica, & aliquib. alijs, prout dicit etiā Hipp. aphor. iā allegato, & etiā inferiùs aliquid dicetur ibi: Lac hecticis sanum, &c. Et licet lac in prædictis passionib. vituperetur, in sanis tamē laudabile est, & hoc si in stomacho & hepate bene digeratur: tūc. n. intestina lauat sua aquositate, mundificat butyrositate sua, humoribus venenosis repugnat, mēbra humectat, caseitate sua vulnera pectoris iuuat, & pulmonis, gutturis, renū quoq; & intestinorū & vesicæ, morsurā acutorū humorū in intestinis mitigat, q̄ à visceribus inuiscatur, & humorū ꝓhibet morsum. Prętera cōuenit lac corporib. tēperatis, quorū stomachus mūdus est à cholericis & phlegmaticis humorib. in his. n. lac bene digestum multū dat nutrimentum, laudabilē sanguinē generat, carnem augmentat: totum corp⁹ laudabiliter humectat, exteriora pulchra facit, vt refert Isaac in diætis vniuersalib. Et ibi etiā auctoritate Rufi dicit, quòd lac bibētes ieiunos esse oportet, & bibatur calidū cū exeat vbera, neq; aliquid comedatur, quousq; digeratur, & labor & nimius motus caueatur. Nō est tamē quiescendū omnino à deambulatione, sed deābulandum est suauiter quousq; in stomachi fundum descendisse sentiatur: in distemperatis verò corporib. lac non cōuenit: in calidis corporibus citò mutatur in fumositatem, & cholerā: in frigidis in acetositatem & putredinē, in stomacho etiā immundo lac nō cōuenit, quia in eo corrūpitur. Circa electionem autem lactis sciendum est, quòd magis eligēdū est lac mediocre in via nutrimenti, & non subtilissimū, sicut lac cameli, aut etiam asininum, neque pinguissimum & grossissimum, sicut lac vaccarum & pecudum. Eligendū est igitur lac capręe: nō. n. habet tantū aquositatis, sicut lac cameli, quod nō est aptum ad nutriēdū, ratione nimiæ humiditatis, sed vētris subductiuū: nec habet tantū pinguedinis & grossitiei seu caseitatis, & vnctuositatis, sicut vaccarum & pecudum, quod propter grossitiē & vnctuositatē est

Lac.

A venarum opilatiuū, vētositatum etiā generatiuū, & difficilioris digestionis, q̄ sit necessariū in regimine sanitatis. Eligatur igitur lac capre, nō nimis propinquæ partui, nec nimis distātis à partu, nō prægnātis, nutritæ in bonis pascuis, & in tēpore quo reperiuntur meliora pascua. ¶ Quintum est comestio casei, & pōt intelligi de omni caseo, maximè tamē de veteri, cui⁹ ratio est: q̄a case⁹ recēs est frigidus, & humidus grossæ substātiæ & difficilis digestionis, opilatiuus, & lapidis generatiu⁹, B & nō multū cōpetit via cibi in regimine sanitatis. Caseus vetus est calidus & sicc⁹, propter sal, facit cibum digeri, & difficulter digeritur, parum nutrit, & malè, stomacho nocet, & nimis desiccat, & minus competit quā recēs. Et si aliquis caseus est medius inter nouum & veterē, viscosum & frāgibilem, durum & mollē, parum declinās ad aliqualē dulcedinē, nō nimis salsus, non lacrymosus, cū inciditur, saporis delectabilis & boni odoris, cui⁹ in stomacho mora nō est diuturna, ex bono lacte C conuenienter factus, sufficienter vnctuosus, talis vtique caseus bonus est, & inter alios magis est diligendus, & post cibum sumtus non multa quantitate, multa verò quātitate sumtus in via cibi, vniuersaliter est malus, stomachū grauās, & inobediens digestioni, & opilatiuus est lapidis in renibus, & humorum grossorum in corpore, & ventositatum generatiuus. Solum igitur ille caseus est bonus quē dat auara manus. ¶ Sextū est caro salsa: caro. n. salsa, sine fumo exiccata, cuiuscunq; ge D neris, aut animalis fuerit, generat sanguinē grossum, & melancholicū, & per consequēs nocet infirmis, nec est cōueniēs sanis. Et istud innuit Aui. 2. primi, doc 2. ca. 15. in fine dicēs: & est spissi & pauci nutrimēti, mali chymi. i. mali humoris est caro salita. ¶ Septimum est caro ceruina, quæ similiter sanguinem melancholicum generat, teste Rhas. 3. Almans. ca. de animalibus syluestribus & domesticis. ¶ Octauū est caro leporina, quę similiter sāguinis melancholici est generatiua: dicit. n. Rhas. E de ea loco præallegato: ipsa. n. plus alijs melāncholiæ generatiua est. Et de ista etiam dicit Isaac in diætis vniuersalib. qđ nō cōuenit in via cibi, sed solū in via medicinæ. Et est sciendū qđ ista caro leporina, & similiter ceruina cùm peruenerint ad antiquitatē, simpliciter sunt euitandæ, si tamē aliquo modo conueniant, meliores sunt istę carnes, cū partui sunt ꝓpinquę, vt siccitas earum obtemperetur ab ętate, & etiā sunt euitādę, nisi sint pingues: nā ex earū pinguedine obtemperatur sicci- F tas. ¶ Nonū est caro caprina. ¶ Decimum est caro bouina: q̄a istæ carnes etiā sunt carnes melācholicę: nā Isaac in diætis vniuersalib. de eis dicit: caro caprina & bouina sunt pessima dura, & in digestione tarda, & digesta grossum generāt sāguinē, & melācholicū. Et Aui 2. can. de carne caprina dicit: caprina verò nō est bona multū, & ei⁹ humor fortasse est mal⁹ valde: & sub istis etiā intellige carnē hircinā, & vaccinā, q̄ peiores sūt p̄dictis carnibus. s. caprinis & bouinis. Nā de eis dicit Auic. 2. G can. ca. de carne: caro vaccina & ceruorū & hircorū syluestriū, & magnarū auium facit euenire febres quartanas: & de carne vaccina adhuc dicit, qđ caro vaccina plurimi nutrimēti est, grossā, melācholica, generās ægritudines melancholicas, & vlterius dicit, quòd caro vaccina generat lepram;

Caseus.

Caro salsa.

Caro ceruina.

Caro leporina.

Caro caprina.

Caro bouina.

& de carne hircina dicit, quòd eſt mala abſolutè.
¶Quia iam textus locutus eſt de carnibus vitan
dis, & maximè animalium quadrupedũ, videndũ
eſt vlterius de carnibus eligendis animaliũ qua-
drupedum: & quia circa electionem carnium a-
nimalium quadrupedum controuerſia videtur
inter auctores medicinæ: quidã.n. dicunt carnes
porcinas eſſe meliores, ſicut Gal. & quidã alij: alij
verò dicunt carnes hœdinas eſſe meliores, ſicut
Rhaſ. Aui Auer. licet Auer. 5. colliget. imponat A-
ui. qđ dixerit carnes porcinas eſſe meliores, qđ
tamen non dicit auctoritate propria, ſed auctori-
tate Chriſtianorũ: alij verò vitulinas laudãt præ
alijs carnibus.

Melioritas carnium quadrupedum potest multipliciter attendi.

¶Secundũ eſt quòd electio & me-
lioritas carnium animalium quadrupedũ, poteſt
multipliciter attẽdi: Primo modo ex parte maio-
ris nutrimẽti, & irreſolubilioris, & carnib. huma-
nis ſimilioris, & iſto modo caro porcina cæteris
eſt melior: primò ꝓpter maximã ſimilitudinẽ cũ
carnibus humanis, teſte Gal. 3. alimentorũ: vbi di
cit: Porcinæ autẽ carnis ſimilitudinẽ ad homines
addiſcere eſt ex eo, quòd quidam comederũt hu-
manas carnes, vt porcinas, nullam ſuſpitionẽ ha-
bẽtes ſecundũ guſtũ ipſarum, & odorẽ. Et Aui. 2.
can. ca. de ſanguine ait. Sãguis hominis & ſanguis
porci ſunt ſimiles in omni re, ita vt quidã fuerũt,
qui vendebãt carnẽ hominis, ac ſi eſſet caro porci
& occultatum fuerat vſquequo inuenti fuerunt
in ea digiti hominis: & illud idẽ ſentit ſatis Auer.
5. colliget. ca. de carne. ¶Secundò, quia caro porci
na valde nutritiua eſt: nã dicit Gal. 3. alimentorũ:
omnium edulinorũ caro porcorũ eſt maximè nu
tritiua, & huius experientiã euidẽtiſſimã habent
athletæ: & poſtea eodẽ libro ait: Porcorum carne
nullũ aliud amplioris nutrimenti habebis ſume-
re. Tertiò, quia generat alimẽtum ſtabile, fortiter
reſiſtẽs reſolutioni, & iſta fuit mẽs Gal. in paſſib.
vbi non parum præfert porcinas carnes cæteris
carnibus. ſ. in 8 de ingenio: vbi dicit: Cæteris car-
nibus porcina eſt laudabilior, ſi porcus montana
incoluerit, poſt porcum hœdus. Et ſimiliter in 5.
Terap. vbi dicit: quadrupedum caro laudabilior
eſt porcina in calore, & humiditate temperata, e-
iuſque cibus plurimus, & ſanguis ab ea genera-
tus omni melior eſt ſanguine. Et iſtud veritatem
habet de carne porcorum non antiquorum: quia
eorum caro indigeſtibilis eſt, nec iuuenũ ſiue la-
ctentium, quia caro eorum humidiſſima eſt, ſed
ætate mediocrium puta vnius anni, vel duorum,
tam domeſticorum, quàm ſylueſtrium. Veriſimi-
lius tamen æſtimãdum eſt, quòd porci ſylueſtres
ſunt domeſticis meliores: quia carnes porcorum
domeſticorum ſunt plus debito viſcoſiores: & de
carnib. porci ſylueſtris, ſiue apri, dicit Aui. 2. can.
ca. de carne. Chriſtiani verò dixerunt & qui eos i-
mitãtur, quòd melior caro ſylueſtris eſt caro por
ci ſylueſtris: nam cum hoc quòd eſt leuior carni-
bus domeſtici porci, eſt fortis nutrimenti & plu-
rimi, & eſt velocis digeſtionis, & eſt melior in hye
me. Et ex iſto vlterius ſequitur, quòd prædictæ
carnes porcinæ multum laudabiles ſunt corpori
bus iuuenibus, ſanis, fortibus, laborantibus, non
diſpoſitis ad obſtructiones, & his qui impingua-
ri quærunt: quia talia corpora indigent plurimo
nutrimento, & difficiliter reſolubili. Et ideo dicit
Rhaſ. tertio Almanſoris cap. de virtute carnium:
Caro verò groſſa multum laborantibus conue-
niens eſt: ſubtilis verò his, qui prædictis ſunt cõ-
trarij, conuenit. Et idem vult Aui. 3. primi, cap. de
regimi. eius, quod comeditur, dicens: Exercitati
præterea & multi laboris, magis ſunt tolerãtes nu
trientia groſſa. Alio modo poteſt attendi melio-
ritas, & electio carnium ex parte temperatæ com
plexionis earũ, facilis digeſtionis & ſanguinis, ex
ipſis generati, tẽperantia, vt. ſ. illa caro dicatur me
lior, quæ tẽperatæ eſt cõplexionis, facilis digeſtio
nis, ſanguinẽ generans tẽperatum in caliditate &
frigiditate, ſubtilitate & groſſitie. Et iſto modo ca
ro hœdulina eſt melior, & laudabilior cæteris, vt
vult Rhaſ. Aui. & Auer. nam dicit Rhaſ. 3. Almanſ.
ca. de animalibus ſylueſtribus, & domeſticis. Hœ
dulina caro eſt tẽperata, nullã in ſe habẽs malitiæ
admiſtionẽ, quæ licet tẽperatum generat ſangui-
nẽ, laborãtibus tamen nõ congruit, cui nulla alia
caro præferẽda eſt. Nõ eſt.n. adeo debilis, vt ex ea
virtus minuatur, neq; eius nutrimẽtũ adeo mul-
tũ eſt, & groſſum, vt ex eo proueniat replẽtio, &
groſſus generetur ſanguis. Sanguis quoq; qui ex
ea generatur inter ſubtilẽ & groſſum, ac inter cali
dum & frigidum exiſtit: & iſta caro nõ conuenit
multum laborãtibus, ſed iuuenibus temperatis,
exercitio mediocri vtentibus, quia iſta caro gene
rat ſanguinem forti exercitio, vel labore faciliter
reſolubilẽ, licet non exercitio mediocri. Et ſicut,
quo ad iſtã intentionẽ, caro hœdina inter carnes
domeſticas, ita caro capreoli, inter carnes ſylue-
ſtres, eſt melior. Et poſt iſtã carnẽ hœdinã pluri-
mi Medicorũ, ſicut Rhaſ. & Auerr. ponũt carnẽ a-
rietinã: & dicit Auerr. 5 colliget. capitul. de carne,
qđ hæc eſt opinio maioris partis Medicorũ, ꝑter
Gal. q̧ abominatur carnes arietum: & videtur illi,
qđ caro vitulorũ eſt melioris nutrimẽti, q̃ arieti-
na. Et forſan Gal. hic attendit melioritatẽ nutri-
mẽti ex eo, qđ eſt plurimi nutrimẽti, & nutrimẽ-
tũ dare magis irreſolubile qđ magis videtur cõ-
uenire carnibus vitulinis, quã arietinis, cùm arie
tinæ magis humidæ ſint. Tertio modo poteſt at-
tendi melioritas & electio carnium ex parte mi-
noris viſcoſitatis, & melioris odoris earum, & ſic
carnes vitulinæ ſunt meliores cæteris carnibus.
Et iſtud innuit Auer. 5. colliget. cap. de carne di-
cẽs: & carnes vitulorum ſunt bonæ carnes, ideò
quia nõ habẽt vllã viſcoſitatẽ, frigiditatẽ & ſiccita
tẽ, quã habẽt carnes bouinæ veteres, & carnes eo
rum ſunt magis odoriferæ alijs carnibus: & quan
tum eſt in hoc, meliores ſũt carnibus hœdulinis:
quia in carnibus hœdulinis manifeſtatur quædã
mucilago. i. viſcoſitas antequã coquãtur: ſed car-
nes hœdulinæ ſũt meliores vitulinis, quia melio-
res generant humores. Et ex iſto patet, quòd non
eſt tãta controuerſia inter auctores medicinæ ſu-
per electionẽ carnium, quanta prima facie appa-
ret. Notandum eſt inſuper, quòd carnes animaliũ
ſiccæ complexionis, meliores ſunt circa partum
quã diſtantes multum à partu: & ideò hœdi & la
ctẽtes vituli meliores ſunt hircis & bobus, quòd
ſua ſiccitas primæ ætatis humiditate corrigitur.
Sed carnes animalium complexionis humidæ
ſunt meliores diſtantes à partu, & circa partum
deteriores: quia ſua nimia humiditas proceſſu æ-
tatis exiccantis. ſ. iuuẽtutis corrigitur aut tollitur
& ab humiditate primę ętatis creſcit; & ideo iuue
nes ca-

nes caſtrati arietes.ſ.vnius anni ſunt meliores, &
minus viſcoſi lactentibus agnis: & porci vnius
anni,vel duorum meliores lactentibus porcellis:
& ergo bene dicit Auic.3.primi ca. de regimine e-
ius quod comeditur. Oportet autẽ vt cibus, ſup-
ple,ſanitatis conſeruatiuus ſit talis, quales ſunt
carnes, & propriè carnes hœdorum, & vitulo-
rum lactẽtium paruorum,&agnorum annualiũ.
Ex iſtis omnibus concluditur quòd carnes hirco
rum,caprarũ & arietũ,boum & porcorũ antiquo
rum,& ſpecialiter nõ caſtratorũ,& porcellorũ la-
ctãtiũ,& agnorũ lactãtium nõ ſunt multũ cõue-
nientes in regimine ſanitatis:ſed carnes vitulorũ
iuuenũ,& arietum annualium, & porcorũ duo-
rum annorum,vel vnius etiam caſtratorum,ſuffi
cientes & conuenientes ſunt eſui in regimine ſa-
nitatis.Et eſt diligenter notandum, quòd carnes
declinantes ad ſiccitatem debent elixari, & decli
nantes ad humiditatẽ debent aſſari,vt earũ humi
ditas temperetur:& ideò carnes cuniculorum,le
porum,ceruorũ,vitulorũ,&capriolorum debent
elixari, & carnes porcellorũ & caſtratorũ arietũ
aſſari:elixatio.n.obtẽperat ſiccitatem. Et ex hoc
patet,quòd in temporib. & cõplexionibus humi
dis magis competunt carnes declinantes ad ſicci
tatem,& aſſentur:in temporibus ſiccis & comple
xione & ętate ſiccis magis competunt carnes de-
clinantes ad humiditatem.

Oua recentia,vina rubentia,pinguia iura,
Cum ſimila pura, naturæ ſunt valitura.

Ouorum electio.

IN hoc textu ponũtur tria alimẽta quæ in modi
ca quantitate multum nutriunt, quorum pri-
mum eſt, oua recentia, quia ſunt de his quæ in
modica quantitate multũ nutriunt, vt innuit A-
uic.2.can.ca.de ouis. Et idẽ vult quarta primi ca.
primo vbi dicit:nutriens verò paruæ quantitatis
& multi nutrimenti ſunt oua,& gallorũ teſticuli,
& illud idẽ in multis alijs locis repetit. Circa ele-
ctionem ouorum ſciẽdum eſt,quòd oua gallina-
rum,& perdicum,& phaſianorum iuuenũ & pin
guium,ſunt bona in ſanitatis regimine,& alijs o-
uis ſimpliciter meliora:vnde oua paruula longa
ſunt bona:hinc

Regula preſbyteri iubet hoc pro lege teneri,
Quòd bona ſint oua, candida, longa, noua.

¶Amplius oua tremula.i.per decoctionẽ aliqua-
liter inſpiſſata,vt in manu tenentis in cortice ſuo
videantur tremere,ſunt meliora duris,&ſorbilib.
& ſunt multi nutrimenti,facilis & bonæ digeſtio
nis,generant ſanguinẽm maximè cordi propor-
tionabilem:vnde cõualeſcentibus ſenibus,& de-
bilibus maximè conueniunt, & maximè vitella.
Vnde Aui.in trac.de viribus cordis,vult,quòd vi
tella ouorum animalium bonæ carnis, ſicut galli
narum,perdicũ,& phaſianorũ,licet nõ ſint medi
cinæ cordi,multũ tamẽ cor confortant.Et poſtea
ſubdit quod citò in ſanguinẽ cõuertũtur, & poſt
cõuerſionẽ paucã habẽt ſuperfluitatẽ, & generãt
ſanguinẽ ſubtilẽ & clarũ:ergo maximè cõfortant
cor generãdo ſanguinẽ ſibi ꝓportionalẽ.Et vlte-
rius dicit,quòd multũ valent in diſſolutione ſub
ſtantiæ ſpiritus,&diminutione ſanguinis cordis.
Sorbilia verò oua facilis ſunt digeſtionis, leniunt
pulmonẽ,pectus & ventrẽ lubricãt, & minus nu
triunt,quã tremula. Dura verò oua per decoctio
nẽ facta ad digerendum ſunt difficilia,&nutrimẽ
tum exhibent groſſum,tardè à ſtomacho deſcen
dunt,& tardè penetrant.

De præparatione ouorum.

¶Notãdum eſt inſuper
quòd ex diuerſitate præparationis ouorum etiã
acquiritur eis bonitas,vel malitia:aut.n.ſunt aſſã
ta,aut elixa,aut frixa,aut in iure ſunt cocta. Aſſata
elixis groſſiora ſunt,& ad digerẽdũ duriora,quia
focus ſubſtantialem eorum humiditatẽ deſiccat:
& fiunt duobus modis,aut.n.cum corticib. inter
calidos cineres ponuntur,aut in teſtis frangũtur.
In teſtis fracta peiora ſunt alijs:Illa autem quę cũ
corticibus inter calidos cineres ponuntur,duob.
fiunt modis,aut inter cineres ponuntur tota, aut
ſuper carbones partim diſcooperta:quæ in cine-
ribus ponuntur,tota ſunt peiora,quia cum calor
foci circuat,fumoſitates retinet: diſcooperta ſu-
per carbones poſita fumoſitatem emittunt,&mũ
da fiunt.Elixa in aqua meliora ſunt quàm aſſata:
quia aquæ humiditas calori foci in humiditate
deſiccanda repugnat:& fiunt duobus modis,aut
.n.cum corticibus elixantur,aut intra aquã fran-
guntur. Cũ corticibus peiora ſunt alijs, quia cor
tices prohibent diſſolutionẽ fumoſitatũ, & groſ-
ſitiei:in aqua fracta calor aquę tẽperatè penetrat,
& groſſitiẽ ſuã ſubtiliat,& aufert illi grauitatẽ ſui
odoris:vnde huiuſmodi laudabiliora ſunt cæte-
ris omnib. Frixa cæteris peiora ſunt,q̃a peſſimes
generãt humores,& ſunt in ſtomacho morantia,
fumoſitatẽ & corruptionẽ inducentia,& faſtidiũ
faciẽtia.In iure cocta inter aſſata & in aqua fracta,
ſunt mediocria:&iſta colligũtur ex Iſaac in dętis
vniuerſalibus. Sciendũ eſt etiã,quòd ouũ diuerſi
ficatur ſecundũ eius partes cõponẽtes:nã vitellũ
in caliditate tẽperatũ exiſtit:albumen verò frigi-
dũ eſt,& viſcoſum,durè digeritur,& ſanguis etiã
ex eo generatus nõ eſt bonus,vt habetur ex Rha
ſi 3.Alman.ca.de virtutibus ouorum.Et ſicut oua
prædicta.ſ.gallinarũ,perdicũ, & phaſianorũ ſunt
cõueniẽtia in regimine ſanitatis,ita oua anatum,
anſerũ,ſtrutionũ,& ſimiliũ volatiliũ minus cõue
niẽtia ſunt in regimine ſanitatis,vel ſimpliciter e-
uitanda.

De diuerſitate & electione vinorum.

¶Secundũ eſt vinũ rubeũ,ꝓ quo ſciẽdũ
qđ vina diuerſificãtur in colore:nam quædã ſũt
alba,quædã rubea clara,quædã citrina,& quædã
nigra:vina.n.alba debiliora ſunt cæteris,minꝰ ca
lida & minus nutritiua,verũ ſunt minus lædẽtia
caput & magis vrinæ prouocatiua, & aperitiua:
quòd ſint debiliora cæteris patet, quia ſecũdum
Gal.ſuper primo can.3. particulæ regiminis acu-
torũ:debile vinũ eſt quod minus calefacit, & mi-
nus replet caput:cùm ergo vina alba minus cale-
faciũt,& minus replent caput cæteris,vt patebit,
debiliora erunt cæteris.Quòd autẽ vina alba ſint
cæteris minus calida,patet per Gal. in commẽto
illius canonis tertię particulę regiminis acutorũ,
de vino etenim albo dicẽtem:non eſt poſſibile a-
licui ex vinis albis,vt calefaciat calefactione vehè
menti:& poſtea ſubdit,vinum autem album eſt
minoris calefactionis omnibus vinis. Et iſtud eſt
verum comparando vina eiuſdem territorij ad-
inuicem,& nõ aliter, quoniam vina rubea & ru-
fa Gallica, non ſunt ita fortia,nec ita calida,ſicut
ſunt multa vina alba,quæ reperiuntur in alijs ter
ritorijs. Debet igitur fieri comparatio inter vina
eiuſdẽ materiei,& territorij. Quòd autẽ ſint cæte
ris minus nutritiua,patet ꝑ Gal.in cõmẽto illius
apho.2.particulæ aphoriſmorũ. Faciliꝰ eſt repleri

potu, quàm cibo dicentem. Vinum.n. aquosum subtile, atq; albũ vsualiter aquæ est vicinum, & illius virtutes vicinantur ad nutriendum, vnde vrina prouocatur, nec corp⁹ inde nutritur. Et similiter in commento illius apho. eiusdem particulę. Eorum, qui nutriuntur, dicit Gal. vinũ aquosum minus dat corpori nutrimẽtum, cuius liquor est sicut aqua subtilissima, & color albus. Quod autem minus lædant caput, patet per Auic. 3. primi doc. 2. ca. de regimine aquæ & vini, dicentem. Vinum verò album & subtile, calefactis est melius, non n. capitis efficit dolorem, sed fortasse humectabit, & capitis dolorem alleuiabit. Et idem etiã vult Gal. in commento illius canonis tertiæ particulæ regiminis acutorum: potus autem dulcis. Ratio autem quare minus lędunt caput, est: quia minus fumosa, & minus vaporosa sunt cæteris. Quod aũt magis sint vrinæ prouocatiua & aperitiua, patet per Hipp. in can. illo tertiæ particulę regiminis acutorum: de vino etenim albo dicentẽ: Sed transitus eius.s. vini albi in vesicã est facilior, quàm cuiuslibet alterius potus, cum quo etiam vim aperitiuam habere dignoscitur. ¶ Et ex isto sequitur, quòd ista vina alba subtilia plus conueniũt, quàm alia vina calefactis siue à natura, sicut cholericis & sanguineis naturalibus, siue ab accidente sicut calefactis ex ira, vel mora in Sole: & similiter magis conueniunt studentibus, qui debent vti vino non turbante cerebrum: & similiter conueniunt habẽtibus cerebrum debile, siue naturaliter, siue accidentaliter, quia habentes cerebrum debile, ex forti vino faciliter inebriantur, vt habet Aui 3. primi loco præallegato: ideò si vti velint vinis fortibus, necesse est ea fortiter lymphare. Et similiter conueniunt habentibus hepar calidum, & stomachum calidum, & habitãtibus in regione calida, quia calida vina in istis facerent ęstuationem. Vina verò rubea clara, sicut Beluensia, calidiora sunt cæteris, vt vult Galenus in commento illius canonis supra allegati, de vino albo, vbi dicit: verumtamẽ cuius calefactio ex vinis est vehemens, eius color est rubeus clarus. Et ista vina etiam nutribiliora sunt cæteris, vt habet Gal. in commento illius aphorismi præallegati. Facile est repleri, vbi dicit: Grossum verò & rubeũ vinum nutribilius est cæteris, implens corpora citò obnoxia inanitioni. Et circa istud est intelligẽdum, quòd vina rubea dicuntur nutribiliora, eo quòd plus in substantiam eorum membrorũ conuertitur: vina tamen nigra possunt dici nutribiliora cæteris, quia constantius dant nutrimentum, & tardius à membris resolubile. Et isto modo dicit Gal. in cõmentario illius aphorismi præallegati: Eorum, qui nutriuntur: quòd vina grossa & rubea nutribiliora sunt, quã aquosa, minus tamen, quàm nigra. Et isto modo etiam intelligitur dictum Isaac in diætis particularib. vbi vult, quòd vinum nigrum plus nutrit, quàm rubeum. Et ista vina rubea magis lædunt caput quàm alba, & minus vrinæ sunt prouocatiua: & hinc est quòd ista vina, quia fortia sunt habentibus debile cerebrum, non conueniunt, vt dictum est: sed bene cõueniunt habentibus forte cerebrum, cũ forte cerebrũ vapores eleuatos ad ipsum non suscipit, vt dicit Aui. 3. primi ca. præallegato. Et circa istud est sciendum, quòd ingeniũ hominis fortis cerebri, magis clarificatur & acuitur, si bibat vinũ bonũ, quã si non biberet: vt vult Auic. 3. primi ca. præallegato: & ratio est, quia ex bono vino pl⁹ quàm ex quocumq; alio potu, generantur & multiplicantur spiritus subtiles, clari & puri, & inde est quòd Theologi contemplari soliti circa altissima, bona vina diligunt. Et secundum Aui. ibi, ista valẽt hominibus frigidæ complexionis, & phlegmaticis: talia namque vina corrigunt lapsum frigiditatis complexionis, & aperiũt obstructiones euenire solitas frigidis phlegmaticis, & digerunt phlegmata cooperantia ad cõuersionem eorum in sanguinem, & digerunt faciliter, & citò penetrant, & præbent alimentum mundum, & spirit⁹ plurimos: vina verò citrina minoris calefactionis sunt, quàm rubea clara, vt vult Gal. in cõmento illi⁹ canonis præallegati: De vino etenim albo: maioris tamen calefactionis sunt quàm alba: & ideo etiam magis sunt caput lędentia, quàm alba, vt vult Gal. in commento illius canonis præallegati: Potus autẽ dulcis. Et ista vina etiã minus nutritiua sunt, quàm rubea, magis tamen quã alba. Et apud quosdam ista vina etiam vocantur alba, & hinc est, quòd aliqui dicunt, quòd vina alba citò calefaciunt multũ: vina verò nigra sunt minoris calefactionis, quàm citrina: & ideo etiã minus lædunt caput quã citrina. Sed quia tardioris descensus sunt in ventrem, & minus vrinę prouocatiua quàm alba, magis lædunt caput, quã alba, vt habet Gal. in commento illius canonis præallegati: Potus autem dulcis. Et sunt ista vina etiam plus nutritiua, quã alba & citrina, minus tamen, quã rubea: vt prædictum est ¶ Tertium est sorbilia facta ex iuribus carniũ, & maximè ex brodio pullorum: talia.n. brodia naturæ humanę sunt amica, ex quo facillimè in sanguinem sunt mutabilia, & bonum sanguinẽ generãt Et maximè dum fiunt ex simila.i. ex subtilissima parte farinæ, quia simila & maximè tritici, multum nutritiua est, & bonum nutrimentum affert, vt haberi potest ex Rhasi tertio Almans. Et ista tria prædicta ponit Aui. 2. primi doct. secunda, summa 1. ca. 15. in fine. vbi dicit: Exemplum subtilis multi nutrimenti, boni chymi.i. humoris est ouorum vitelli, & vinum, & aqua carnis: & ex isto concluditur quòd ista tria sunt de genere naturam humanam maximè confortantium.

Vina alba conueniunt calefactis & studentibus & habẽtibus cerebrum debile.

Iura pinguia

> *Nutrit & impinguat tricum, lac, caseus infans,*
> *Testiculi, porcina caro, cerebella, medullæ,*
> *Dulcia vina, cibus gustu iucundior, oua*
> *Sorbilia, & ficus maturæ, vuæq; recentes.*

IN hoc textu tanguntur duodecim res, corpus humanum nutrientes & impinguantes: quarum prima est triticum.i. panis ex tritico, de quo dicit Aui. 2. can. ca. de pane, quòd impinguat velociter, & maximè de fruměto nouo: Rhasis verò tertio Almansoris de tritico dicit: triticum temperamento vicinum est, licet caliditatis parum attineat: quod autẽ ponderosius & solidius inuenitur, maioris est nutrimẽti, omnibus quoq; hominibus alijs granis proficiens, magis propriũ inuenitur, sanguis etiã ex eo generat⁹ omni sanguine, qui ex alijs generatur granis tẽperatior est. Et sequenti capitulo dicit: Panis qui ex tritico fit pluribus hominibus conuenientior est. ¶ Circa electionem autem tritici sciendum est, quòd electio eius

Triticum.

eius potest sumi, vno modo ex parte substantiæ ipsius, alio modo ex parte pręparationis eius. Electionem autem eius ex parte substãtiæ ipsius ponit Auicen. 2. can. ca. de frumento dicens: melius est illud, quod est medium inter duritiem, & mollitiem, magnum pingue recens, id est, non nimis antiquum, planum quod est inter rubedinẽ & albedinem. Frumentum verò nigrum mali est nutrimenti. Rhasis verò superaddit ponderositatem eius, super electionem eius. Circa electionẽ verò eius, ex parte præparationis sciendum est, quòd omnia quæ sunt ex farina tritici frixa tardè à stomacho descendunt, generant grossos humores, obstruunt vias hepatis, augmentãt splenem, & generant calculum, multum nutriunt, si digerantur. Triticum verò elixum est cibus grauis, & indigestibilis, sed si digeratur, fortiter nutrit, & roborat virtutem: sed triticum sub forma panis benè fermentati, & assati in clibano moderato igne, est electus cibus. Et omnia ista colliguntur ex Galeno primo alimentorum. ¶ Secunda res est lac, & potest istud intelligi de lacte ebutyrato, quod apud Medicos, ad hoc dicitur, & apud cõmunes balbuca. Balbuca. n. recens, si comedatur cum pane recenti siue calido ei imposito, maximè impinguat. Potest etiã intelligi de lacte caprino, quod etiam multum nutrit, de quo prius latius dictum est ibi: Persica poma, pira. ¶ Tertia res est caseus infans siue recens, de quo dicit Auicen. secundo canone ca. de caseo. quod est nutritiuus, & impinguatiuus: & licet recens nutriat, & impinguet, in regimine tamen sanitatis non conuenit, quia sequuntur ex eo nocumenta prius dicta ibi: Persica poma, pira. ¶ Quarta res est testiculi: & istud maximè intelligendum est de testiculis gallorum impinguatorum, de quibus Auicen. secundo can. ca. de testiculo dicit, quòd sunt valde boni nutrimenti & plurimi: & quarta primi cap. primo de eis dicit, quòd in modica quantitate multum nutriunt. Et potest etiam istud intelligi de testiculis porcorum multum pinguium, nondum coeuntium: sicut enim porcorum caro ea aliorum animalium quadrupedum melior existit, & quo ad hoc est nutrimentum præbere maius irresolubilius & corpori humano similius: sic etiam & porcorum testiculi respectu testiculorum aliorum animalium quadrupedum. Et est hîc diligenter notandum, quòd testiculi animalium prouectorum, in quibus est iam fermentatum semen & generatum, non sunt boni nutrimenti, sed testiculi animalium iuuenum, adhuc non coire potentium, in quibus adhuc non est sperma fermentatum, sunt satis laudabilis nutrimenti, si bene digerantur, & de istis etiam intelligitur dictum prius. ¶ Quinta est caro porcina, de cuius electione & effectu satis amplè dictum est prius ibi: Persica, &c. ¶ Sexta est comestio cerebrorum: pro quo sciendum est, quòd cerebrum est stomacho malum nauseatiuum, deiectiuum appetitus, & grossi humoris generatiuum. Verum tamen est, quòd si bene digeratur, alimentum dat corpori notabile: sed nullo modo comedi debet post alios cibos. Bonum autem est, quòd cum origano vel calamento vel cum aliquibus obtemperantibus eius viscositatem, & frigiditatem, in quibus sit virtus incisiua, & calefactiua, paretur. Et cauendum est, quòd si comedatur, quòd primitus assetur super carbones: & est aduertendum quòd non confert illis, quibus frigidæ solent aduenire ægritudines, sed bene habentibus complexionem calidam, vt vult Rhasis tertio Almansoris capitulo de virtutibus membrorum animalium. Et breuiter parum conuenit in regimine sanitatis, sed aliquando bene conuenit via medicinæ, sicut cerebrum capriolorum conueniens est contra venena, & contra morsum venenosorum, cerebrum leporis contra tremorem, & secundum quosdam cerebrum pullorum & caponum ad memoriam, & subtiliationem ingenij conferunt. Circa electionẽ tamẽ cerebrorũ sciendũ est, quòd meliora eorum sunt cerebra volatilium, & propriè montanorum: ex cerebris quadrupedum cerebrum arietis, deinde vituli, vt vult Auicenna secundo canon. capit. de cerebro. ¶ Septima medullæ quæ multi sunt nutrimenti, si bene digerantur, prout dicit Auicenna secundo canone, capitulo de medulla, & etiam facilè in sanguinem conuertuntur: hoc tamen malum faciunt quòd deijciunt appetitum, atque nauseam inducunt: ideo Auicenna docet eas comedere cum piperibus. Et etiam aliqui eas præparant cum cydonijs & pastillis, vt faciũt leccardi. Et pro electione earum, dicit Auicenna quòd conuenientior est medulla vitulorum & cerui, deinde tauri, & postea caprarum, deinde ouium: & secundum aliquos medullæ taurorum iuuenum, & pinguium multum conuenientes sunt. ¶ Octaua dulcia vina, de quibus posterius dicetur, ibi: Sunt nutritiua. ¶ Nona est cibus gustu iucundior, quia talis maximè nutrit, iuxta illud Hippocratis secunda particula aphorismorum dicentis: Parum deterior cibus & potus, delectabilior quidem melioribus magis delectabilis est appetendus. Et Galenus in commento illius ait: omnis enim cibus sapidus in quo quisquam delectatur cùm accipitur à stomacho complexus retinetur, & cum magna delectatione digeritur, plus quàm alius, qui si sit abominabilis, fugit: vnde vomitus, fastidium, inflatio, rugitus generantur. Et hinc est, quòd aliqui melius valent cum malo cibo, quàm cum bono, quia maiorem delectationem habent in malo. ¶ Decima oua sorbilia, quæ in modica quantitate etiam multum nutriunt, de quibus etiam dictum est suprà ibi. Oua recentia. ¶ Vndecima ficus maturæ, quę propter suam dulcedinem multum nutriũt, & impinguant. Circa istud tamen sciendum est, quòd licet nutrimentum ficus non existat in robore nutrimenti carnis, & granorum, est tamen vehementioris roboris quàm nutrimentum omnium fructuum, vt vult Auic. 2. can. cap. de ficubus: & ibidem etiam dicit, quòd ficus est nutribilior cæteris fructibus: & idem vult Auicen. 3. primi capitulo de regimine eius, quod comeditur, dicens, quòd inter fructus, fructus magis nutritiui & similiores, & propinquiores carnibus in nutriendo sunt ficus, & vuæ valde maturæ, & dactyli. Circa electionem verò earum sciendum est quòd secundum Auic. 2. can. cap. de ficubus, melior est alba, quia leuior, deinde rubea, siue citrina, postea nigra: & quæ vehementer matura est, melior est, & proxima ad hoc vt non noceat. I-

Lac. *Caseus.* *Testiculi.* *Caro porcina.* *Cerebra.* *Medullæ.* *Vinum dulce.* *Cibus gustu iucundior.* *Oua sorbilia.* *Ficus maturæ.*

tem humidæ & recentes ficus magis & velocius A
nutritiuæ ſunt,quàm ſiccæ, & citius tranſeunt
de ſtomacho ad hepar, & magis humectant he-
par,& magis lenificant, quàm ſiccæ:verùm ſiccę
ſunt minus inflatiuæ & magis ſtomacho conue-
nientes,quàm humidæ.Et de ſiccis dicit Auic. lo
co pręallegato:ſicca quidem in ſuis operationib.
eſt laudabilis,verùm ſanguis ex ea generatus nō
eſt bonus,& propter hoc facit pediculos: verũ ſi
ſit cum nuce,tũc eius chymus.i.humor fit bonus
& poſt nucē cũ amygdalis. Et poſtea dicit,quòd B
adminiſtratio ſiccæ,cùm ieiunium adeſt,eſt mira
bilis iuuamenti in aperiendo vias cibi,& propriè
cum nuce & amygdalis, cùm tamen eius nutri-
mentũ cũ nuce ſit plus,quã cũ amygdalis. Et cō-
ueniunt vtræq; ficus in hoc,quòd in ipſis eſt in-
flatio,lenificatio,expulſio ſuperfluitatum ad cu-
tē,& prouocatio ſudoris,remotio aſperitatis gut
turis,mundificatio,lenitio pectoris,pulmonis &
cannæ eius,apertio obſtructionum,hepatis, re-
num & ſplenis. ¶Duodecima res,vua recens.i.v- C
ua dulcis,& bene matura:pro quo ſciendũ,quod
vua eſt triplex:nam quædam eſt immatura, & a-
cerba,& fit ex ea agreſta,iſta ſtringit ventrem, &
choleram rubeam reprimit atque ſanguinem,
multum valet in fluxu ventris cholerico. Alia eſt
matura viridis & recēs,ex qua fit vinum,iſta ſpe-
cialiter,quando eſt alba & ſine nucleis & cortice,
ventrem laxat,& cæteris fructibus plurimi & me
lioris nutrimenti exiſtit,ſicut & ficus: minoris ta
men nutrimenti eſt quã ficus, vt habet Auicē.2. D
can.ca.de vua.Verum eſt tamen quòd ventoſita-
tem generat,& inflationes & ventris dolorem:&
ſi remanſerit per duos dies,vel tres poſt collectio
nem ſuſpenſa,donec cortex detumeſcat, melius
nutrit,& minus laxat,nec tantum inflat. Et habē
tes ſtomachum plenum cibo & immundum ma-
lis humoribus,nullo modo comedant vuas, ſpe-
cialiter recentes,& ſine arillis:velociter.n. in ſto-
macho immũdo corrũpũtur,& in ſtomacho ple-
no cibis,quia nimis citò digerũtur,& nō poterũt E
exire de ſtomacho poſt earũ digeſtionē, propter
cibũ nondũ digeſtũ:quare tũc in ſtomacho cor-
rũpũtur,& aliũ cibũ corrũpunt.Similiter etiã in-
telligendũ eſt de alijs fructib. laxatiuis. Et ſi aliqs
velit ſumere vuã viridē & recentē bonũ eſt,quòd
primitus infundatur in aqua feruenti per horam,
& deinde ponatur in aquam frigidam,& poſt ſu-
matur.Rhaſis verò 3.Almãſ.de vua recenti,& ſpe
cialiter dulci dicit,quod citò corpus impinguat,
& augmentat erectionem virgæ:& vlterius dicit, F
quòd illa vua,quæ eſt ſubtilioris corij.i. corticis,
citiùs deſcēdit à ſtomacho:Illa verò,quæ eſt groſ
ſioris,tardiùs.Alia eſt vua ſicca,quæ paſſula voca
tur,& iſta licet ponatur,& numeretur inter ęqua
lia,parum tamen caliditati attinet,& bene nutrit
ſecundum Rhaſim loco præallegato,& confortat
ſtomachũ,& hepar,ſecundum Auic.loco præalle
ga.& obſtructiones remouet:& dicitur quòd he-
par impinguatur ex eis,& maximè ſi mundentur
ab arillis.Et ſic textus p̃dictus poteſt intelligi de G
vua matura recēti,& de vua ſicca q̃ paſſula dicit̃.

Vua recens.

Paſſula.

Vina probantur odore,ſapore,nitore,colore,
Si bona vina cupis,quinq; hæc laudantur in illis:
Fortia,formoſa,& fragrantia,frigida,friſca.

IN hoc textu ponũtur quatuor generalia quib.
vina probãtur:Primò eſt odor:vinũ .n.boni o-
doris,ſiue redolēs multiplicatiuũ eſt ſpirituũ ſub
tiliũ:& ſecũdum Cōſtãtinũ 5. Theor.bene nutrit
& bonũ ſanguinē generat.Vinũ verò fœtidũ abo
minabile eſt naturæ humanæ,ſpiritus groſſos &
melãcholicos generãs,& ſecũdũ Cōſtãt.5.Theor.
malum ſanguinem,& capitis dolorē ex malo fu-
mo caput aſcēdēte,generat.Gal.verò 3. regiminis
acutorũ cōmento primo loquēs de diuerſitate vi
norũ, ex odore dicit:quòd ex vino: qđ eſt boni B
odoris eſt melioris chymi.i.humoris, & ſecundũ
illud eſt multitudo,q̃ implet ex eo caput, qđ eſt:
quia eſt ſubtilius & calidius:qđ autē ex eis eſt ma
li odoris ſecũdũ malitiã chymi generati, ab eo e-
rit paucitas læſionis eius in capite,quod eſt, quia
eſt frigidius & groſſius. Illud autem cui penitus
non eſt odor nō facit omnino aliquid accidere in
capite,quia eſt vehementer groſſum. Secundum
eſt ſapor:ſicut.n.cibus ſapidior melius nutrit, &
melius à ſtomacho amplectitur,vt dictum eſt in C
ſententia præcedenti,ita & vinum. Circa iſtud ta
men eſt ſciendũ,quod vina in ſapore diuerſifican
tur:quędam.n.ſunt dulcia alijs nutribiliora,groſ
ſum ſanguinem facientia,& ventrem humectan-
tia ad digerendum dura,& ſitim generantia.Alia
ſunt pontica ſiue ſtyptica ſtomachũ cōfortantia,
ventrē conſtipantia,pectori & ſuæ pertinentiæ.ſ.
pulmoni & cannæ eius nociua,inteſtinis cōgrua,
ad digerendum dura.Alia ſunt acerba, quæ ſunt
diuretica,i.vrinæ prouocatiua, groſſos humores D
nō generantia,ſed diſſoluētia. Alia amara minus
calida,vt habet Conſtantinus quinto Theoricæ.
Tertium eſt nitor,ſiue reſplendentia, quæ indi-
cat ſuper ſubtilitatem vini, & ſic ex conſequenti
ſuper ſubtilitatem ſpirituum, ex ipſo generato-
rum. Quartum eſt color. Ex parte coloris vina
diuerſificantur in nutritione: Vina enim rubi-
cundiora cæteris paribus magis nutribilia ſunt
albis,& ideo plus cōueniũt macilentis, quã alba,
alba tamen plus conueniunt pinguibus: & de i- E
ſta diuerſitate vini ex colore dictum eſt prius,ibi:
Oua recentia. Deinde in textu ponuntur quin-
que ſpecialia,quibus probatur bonitas vini: Pri-
mum tãgitur,cùm dicitur fortia. Fortitudo enim
vini cognoſcitur ex effectu:vinum forte eſt quod
calefacit corpus, vehementer replens caput ſe-
cundum Gal.commento primo tertiæ particulę
regiminis acutorũ: iſtud vinũ maximè ſpirituũ
eſt multiplicatiuum,& multum nutritiuum. Ca
ueant tamē ab illo niſi ſit lymphatũ, qui ſunt de- F
bilis cerebri,quia magna effumatio ab ipſo ad ce-
rebrũ ipſorum perueniret,& ipſos læderet. Secũ
dũ tãgitur cũ dicitur,formoſa: Vinum.n. formo-
ſum,ſiue pulcrum,quia cum maiori appetitu ſu-
mitur,melius digeritur,& melius nutrit. Tertiũ
tangitur,cùm dicitur,fragrantia: Vinum fragrãs,
ſiue bene redolens maximè confortatiuũ eſt, &
ſpirituum ſubtilium generatiuum,vt dictum eſt.
Quartum tangitur,cùm dicitur,frigida: Nam vi-
num debet eſſe frigidum quo ad actum, non au- G
tem quo ad effectum. Vinum autem calefactum
cùm ſit rarius & ſubtilius,citius inebriat, neruos
debilitat,& caput lædit niſi in modica quantita-
te ſumtum fuerit.Quintum tãgitur cùm dicitur,
friſca:vinum.n.bonum,debet eſſe friſcum ſiue le-
ue,quod

Vina probantur.

ue,quod ſpumando ſonum facit,& habet ſpumá tenué,de facili labilem, & in medio exiſtente, ſiue quando in eo mouētur atomi. Vinum non iſtius diſpoſitionis pendulum dici debet, & maximè ſi non ſonat,vel corpora atomalia non habeat,vel debet dici debile,vel lymphatum,ſi ſpumá habeat,cum magnis ampulis, vel ad latus ſcyphi ſpuma diu maneat.

Sunt nutritiua,plus dulcia candida vina.

IN hoc textu ponitur vnum documentum, de vinis,& eſt, quòd vina candida & dulcia cæte- B ris paribus plus nutriunt reliquis vinis, & iſtud voluit Conſtan.loco præalleg. & idem vult Aui. tertia primi cap.de regimine aquæ & vini,vbi dicit: Vinū quoq; groſſum,quod eſt dulce,eſt melius illi,qui vult eſſe pinguis:& ratio eſt, quia vina dulcia vehementer à membris attrahuntur propter eorum dulcedinem,cui natura congaudet. Nam dicit Aui.ſecundo can. tractatu primo cap. 3. operationes autem dulcis ſunt digeſtio & lenificatio, & multiplicatio nutrimenti, & natu- C ra diligit ipſum, & virtus attractiua attrahit ipſum. Et licet iſte textus verificetur de omni vino dulci,eligibile tamē eſt vinum moderatæ dulcedinis, & non dulce in ſummum, ſicut vinum, quod vulgò muſcatellum, ſiue muſcadetum dicitur,quia tale corrumpit ſanguinem: Cuius ratio eſt, quia natura rapit auidè tale vinum à ſtomacho ad hepar prius,quàm digeratur, quod in eo eſt vtile chylificationi: & antequā maturetur eius ſuperfluitas,propter deiectationem eius ma D ximam in connaturalitate dulcium, & ſic replet ſanguinem aquoſitate indigeſta,ex qua redditur aptus ebullitioni, & putrefactioni:& iſtud etiam intelligendum eſt de alijs cibis dulcibus in ſummo. Pro maiori notitia ſciēdum eſt, quòd ex vſu vini dulcis & aliorum nutrientium dulcium tria timentur nocumenta, & maximè his, qui ad ea proni ſunt: Primum eſt faſtidium,propterea qđ dulcia ſua caliditate & humiditate leniunt,& applanant orificium ſtomachi inducētia illic diſpo E ſitionem contrariam inanitioni, & corrugationi illius,quæ ſunt cauſa famis. Secundum eſt velocitas inflammationis eorum, & conuerſionis in choleram:nam res dulces cōuenientiſsimæ ſunt in generatione cholerę: & propter hoc mel plus omnibus rebus generat choleram, quoniam ipſum eſt dulce omnibus rebus, & poſt ipſum vinum dulce vt habet Gal. in cōmento illius can. tertiæ particulæ regiminis acutorum,mentem leuius percutit.Et hinc eſt,quòd inducit ſitim,nec F conuenit febricitantibus,nec etiam cholericis,vt ibidem dicit Gal.Tertium eſt obſtructio hepatis & ſplenis,quia dulcia trahuntur ab eis cum fęce ſua, propter magnam delectationem, quam habent in eis, & maximè hepar, antequam digerátur:quare illic leuiter inducūt obſtructiones cooperante ad hoc ſubſtantia groſſa,in qua fundatur ſapor dulcis ſecundum Aui.ſecundo can. tractatu primo cap.3. Hinc eſt,quòd vinum dulce minus eſt vrinæ prouocatiuum, quàm alia vina: G & contra iſta tria nocumenta ſummè valent acetoſa, quia appetitum ſua acetoſitate prouocant, & ſua frigiditate inflāmationem prohibēt,& ſubtilitate ſuæ ſubſtantiæ obſtructiones aperiunt. ¶ Notandum inſuper,quòd licet vina dulcia, &

A alia nutrimenta dulcia obſtruant hepar, & ſplenem,deobſtruunt tamen ipſum pulmonem: & ratio quare non obſtruant pulmonem ſicut hepar,& ſplenem,eſt,quia à dulcib. in tranſitu ſuo per œſophagum nil ſubtile ad ipſum reſudat, & ſanguis genitus ex rebus dulcibus ad pulmonē venit,iam purificatus in hepate prius, & in corde ſubtilitatus. Et iſtud vult Gal.in cōmento illiꝰ can.tertię particulæ regiminis acutorum:Dulcis potus. Item vina dulcia minus inebriāt ſecundū Hippo.tertia particu. regiminis acutorum can.illo:Mentem leuius percutit, quàm reliqua fortiora vina. ¶ Ex prædictis cōcludi poteſt,quòd ſi bibatur vinum ratione nutritionis corporis reſtaurationis & impinguationis,ſicut contingit in his qui macilenti ſunt,ſiue naturaliter, ſiue accidentaliter,tunc cōpetunt vina dulcia, & groſſa ſufficienter colorata: talia enim vina ſunt ſufficienter nutritiua, & deperditi reſtauratiua, & corporum impinguatiua, vnde cōuenientiora ſunt ad impinguandum corpora macilenta. Et per oppoſitum,ſi intendamus non nutritionem, nec deperditorum reſtaurationem,nec impinguationē vt contingit in his,qui ſunt multū carnoſi,& pingues,tunc vina ſubtilia non dulcia, ſed ſapore amicabilia, odorifera, ad albedinem declinantia, ſufficienter fortia eligenda ſunt:ſi verò detur vinum ad ſitis extinctionem, tunc vinum album ſubtile debile eſt eligibilius:tale enim vinum magis humectat,infrigidat,& per conſequens meliꝰ extinguit ſitim,& quantò ſitis eſt maior,tantò tale vinum eſt conuenientius:ſi verò vinum detur ad ſpirituum confortationem, & reparationem, & virtutis confortationem, tunc debet dari vinū ſubtile odoriferum, ſaporis delectabilis, mediocris coloris,ſufficientis fortitudinis, tale vinum debet ſumi ſub pauco cibo,& debet eſſe depuratum ab vtraq; ſuperfluitate, & debet ſumi in pauca quantitate. Si verò intēdamus pectoris & pulmonis mundificationem,& ventris laxationem, tunc vina mediocris ſubſtantiæ ſapore dulcia, ſunt magis eligibilia.

Si vinum rubrum nimium quandoq; bibatur,
Venter ſtipatur,vox limpida turbificatur.

IN hoc paſſu ponuntur duo nocumenta nimię potationis vini rubei. Primum eſt,quòd nimia potatio vini rubei conſtipat ventrem.i.duros facit ſeceſſus,ſeu difficiliter habere egeſtionem: cuius cauſa ſecundum aliquos eſt,quia tale vinum rubeum plus cęteris paribus eſt calefactiuum,& magis nutritiuum. Inquantum.n.plus eſt calidū magis exiccat,& inquātum magis nutritiuū,auidius à natura retinetur: Poteſt tamen textus intelligi nimia potatione vini rubei ſtyptici,aut pōtici,ex qua ſtypticatur & conſtipatur venter propter ſtypticitatem aut ponticitatem vini. ¶ Circa iſtud tamen ſciendum eſt,quòd ſi exhibeatur vinum ad ſtomachi & viſcerum contentiuæ fortificationem,eligemus vina groſſa pontica,vel ſtyptica rubea,vel nigra: ſicut contingit in habentibus fluxum ventris propter debilitatem contentiuæ ſtomachi,& iſtud vult Hippo.tertia particula regiminis acutorum can.illo: Palmeus quidem & niger:& ſimiliter Gal.in commento illius. Sed ſi intendamus confortationem digeſtiuæ, competunt vina ſubtilia,vel mediocria in ſubſtantia co-

lore, boni odoris, conuenictis saporis, efficientis vigoris, & aliqualis stypticitatis. ¶ Secundum est exasperatio gutturis, siue raucedo, quam inducunt aliqua vina intensæ rubedinis propter eorum siccitatem, & terrestreitatem. Et istud nocumentum etiam contingit ex vinis rubeis patriæ Brabantiæ, propter eorum stypticitatem, terrestreitatem: & maximè quando musta sunt vina prædicta, istud nocumentum secundum contingit. Non tamen primum, quia mustum magnę rubedinis solet inducere ventris fluxum, propter fæces suas terrestres cum eo mistas, quæ sui mordicatione mordicant intestina, ex qua mordicatione fluxus ventris causatur, & tale vinū non debet bibi mustum. i. quamdiu fuerit turbidum, & bulliens, quia ex quo ipsum est mordicans, propter suas fæces terrestres, ab eo etiam eleuatur fumus mordicans, qui ad cerebrū veniens, sui mordicacitate mordicat oculos, atque rubificat. Et istud etiam intelligēdum est de istis mustis patrię Brabantiæ siue rubeis siue albis, propter eorum terrestreitatem. Causa autem, quare iste fumus est mordicatiuus: est, quia vinum à quo dissoluitur, est mordicatiuum: iam, vt dicit Galen. prima particula aphoris. in commento illius aphorismi: & qui crescunt, quicquid à qualibet re dissoluitur, ei, vnde dissoluitur, necesse est, vt assimiletur.

Contra venenum.

Allia, nux, ruta, pyra, raphanus, & theriaca.
Hæc sunt antidotum contra mortale venenum.

Alium & Cæpa & porrum.

IN hoc textu ponuntur sex medicinæ valentes contra venenum. Prima est allium, quod maximè valet contra nocumenta prouenire solita ex mala aqua, & maximè valet contra potum malæ aquæ, de quo dicit Serapion in Aggregatorio ca. de eo: quòd quando sumitur allium, & post bibitur aqua corrupta, non nocet aqua illi potanti: Et idem innuit Auic. secundo can. de eo: & tertia primi. cap. de conuersatione inter agentis à nocumento diuersarum aquarum. Idem etiam operatur cæpe, vt vult Auicen. secundo can. cap. de eo. & sic potest comprehendi sub allio: & de eo etiā dicit Auice. tertia primo loco præallegato, quòd cæpe est, vt theriaca malarum aquarum, & maximè cum aceto, qui cæpe est subtiliatiuum, incisiuum, abstersiuum cum stypticitate, & aperit fortiter, vt vult Auice. secundo can. cap. de eo: & est calidum in tertio, quare calefacit malas aquas, prohibens, ne sua frigiditate stomacho noceant, & subtiliat grossas, faciens eas citò penetrare: Et acetum huic permistum vigorat virtutē eius in subtiliatione, & penetratione aquarum, & prohibet à siti, quam inducere solet cæpe comestum. Eadem ratio verificatur de allio: ideò etiam dicit Auicen. tertia primi. loco præallegato, quod allia comedenda sunt super aquas grossas & turbidas quia subtiliant eas & citò descendere faciunt, & prohibent, ne stomacho noceant, & intestinis, & ne venas obstruant. Alium præterea comestum ante iter & post, hoc ex melioribus rebus est, & conuenientioribus illis, qui veniunt ab aere frigido, vel qui vadunt ad eum, vt innuit Auicen. tertia primi cap. de regendo iter agentem in frigore, & congelatum. Et ex isto sequitur, quòd allium multum valet iter agentibus per diuersas terras euntibus, & diuersis potibus vtentibus: iuxta illud metricum:

Allia qui mane ieiuno sumserit ore,
Hunc ignotarum non lædet potus aquarum,
Nec diuersorum mutatio facta locorum.

Valet præterea allium ad puncturam vermiū venenosorum, & morsum serpentum, quando bibitur cum vino, quod Auic. 2. can. cap. de eo. se dicit fuisse expertum. Et cōfert etiam morsui canis rabiosi, & quando fit emplastrū ex allio, foliis ficus, & cymino super morsum mugali cōfert, vt ibidē dicit Auic. Cæpe verò secundum Auicen. 2. can. cap. de eo. cōfert etiam morsui canis rabiosi, cum linitur super ipsum aqua eius, aut emplastratur ex eo, cum sale & ruta. Et cæpe, quod comeditur, expellit nocumētum ventositatis, vel venenositatis venenosorum: & dixerunt quidam, quòd ipsum generat in stomacho humorem humidum, plurimum frangentem nocumentum venenosorum. ¶ Notandum est circa istud, quòd allium & cæpe, & similiter etiam porrum, via cibi non competunt temperatis corporibus, nec calidis & specialiter cruda: parū enim nutriunt, malè nutriūt & generant sanguinem acutum, & pungitiuum: grossos humores tamen subtiliant, viscosos incidunt, & postquam decocta sunt, perdunt pungitiuitatē, & adhuc remanet virtus incisiua, & subtiliatiua. Vnde magis cocta competūt, quâm cruda: porri enim sunt calidi & sicci, & dant corpori alimentum illaudabile, oculis nocent, generant sanguinem nigrum, melancholicum, somnia terribilia, neruos lædunt ratione pungitiuitatis eorum, nocent dentibus, & gingiuis, nullus cholericus & melancholicus eis vtatur, specialiter crudis. Cępę calidæ sunt, & habent caliditatē superfluam terrestrem cum humiditate aquosa, subtili, indigesta, si comedantur cruda, generant in stomacho humores malos, putrefactibiles, & corruptibiles, inducunt somnia mala, terribilia, & dolorem capitis: & nimius vsus earum disponit hominem ad memoriam deperdendam, perturbāt intellectum, & perducunt ad dementiam. Sed si comedantur coctæ cum aqua laudabiliū carniū, laudabiliter iuuant digestionem, & minuuntur earum nocumenta, temperant cibaria frigida, cū quibus decoquuntur, sed melius est eis non vti. Allia calida sunt & declinant ad aliqualem humiditatem, sed minus, quá cæpę, valent contra ventositatem, & in tussi bene screare faciunt, sed nocent visui, dolorem capitis inducunt, & sunt theriaca rusticorū. Et sic prędicta solum conueniunt his, qui phlegmaticū, aut grossum, viscosum humorem habuerint: cholerici verò à prædictis abstineant. ¶ Secunda est nux, de qua dicit Auic. 2. can. ca. de ea. quòd ipsa cū ficubus & ruta est medicina omnibus venenis, & ex ea cum cępis & sale fit emplastrum super morsum canis rabiosi: & istud maximè intelligitur de nuce sicca, ante cibum sumta, modo prædicto. Circa istud vlterius sciendum est, quòd nuces siccæ peiores sunt recentibus, & humidis: quia siccæ magis vnctuosæ sunt, ratione cuius in choleram conuertuntur, & inducunt capitis dolorem, oculos turbant, vertiginem generant, & specialiter sumtę post cibum, linguæ paralysim inducunt, vomitum prouocāt, & vesicas in ore faciunt: habentes stomachū cholericum maximè debent euitare nuces siccas, & quantò antiquiores, tantò peiores sunt. Recentes autem

autem minus malæ sunt, quia non sunt tantę vn ctuositatis, & ideò non generant dolorem capitis, aut vertiginem, & similia, sicut siccæ, & ratione humiditatis lubricantis laxant ventrem: si aliquantulum torreantur, & comedātur post cibū, cōprimūt cibū sumtū: & sic patet quòd nuces recentes sunt magis cōuenientes corporib. sanis, q̃ siccę. Tertia est ruta, de qua dicit Aui. secūdo can. cap. de ea, quòd resistit venenis. Et postea subiungit: Et bibat qui sibi timet, ne in potu sumat venenum, & pungi à venenosis, de semine eius pondus ℥.i. cum folijs suis in vino & propriè si bibitur cum nuce, & bolo omnib. contritis, & cōmistis. Et dicit Aristo. in lib. de animalib. quòd cùm mustela vult pugnare cū serpente, siue cum bufone, ipsa comedit rutam, & interficit eū, quia odor rutæ est inimicus veneno: vnde comestio rutæ cum ficubus, & amygdalis dulcibus in mane preseruat à veneno Notandum circa istud, quòd duplex est ruta, quædā domestica, alia syluestris: Domestica melior syluestri est, quia syluestris est maximè calida & sicca est in quarto gradu, quare plurimum sumere de ea est perniciosum: domestica verò humida, calida & sicca est in secundo gradu, sicca verò in tertio. Et est incisiua, resolutiua, carminatiua ventositatum, & istud maximè conuenit siccę: Nam dicit Serap. cap. de ea, quòd est de rebus magis conferentibus inflationibus. i. vētositatibus, sed in humida est inflatio. Item ruta vehementer acuit visum, & propriè succus eius cum succo fœniculi & melle collyrio facto ex ea, aut comesta, vt dicit Aui. secūdo can. cap. de ea. Quia tamen in succo rutæ quędam est acrimonia, nocens oculo, ideò ruta potest applicari oculo ventilando, ita quòd solum vapor, siue fumalis euaporatio eius, & nō substantia rutę ad substātiā oculi pertingat. Quarta sunt pira de q̃b. dicit Aui. secūdo can. ca. de eis, qđ sunt cura fungorū mortificantiū, & quādo coquūtur isti fungi cum piris, minoratur nocumētum ipsorum: vel potest iste textus verificari de piris aromaticis, quæ sua aromaticitate spiritus confortarent, & sic nocumentū veneni repellerent. ¶ Quinta est raphanus, de quo dicit Auic. secundo can. cap. de eo, quod cōfert morsui viperæ, & cum vino morsui cornutæ etiam, & semen eius confert venenis & vermibus venenosis: & si ponatur frustū super scorpionem, moritur, & aqua eius est experta in hoc, & est fortior. Et si momorderit aliquem scorpio, qui raphanum comederit, non nocebit ei: & confert etiam præfocationi, quæ fit à fungis mortiferis. Vel potest dici, quòd raphanus valet contra venenum, quia prouocat vomitum, sic per vomitum stomachus purgatur à malis humorib⁹, si qui in eo sint. ¶ Et circa istud sciendum est de raphano, & de radice, quæ sunt propinqua in cō plexione, quòd nocent corporibus cholericis, generant. n. sanguinem acutum, & pungitiuum, raphanus est malus stomacho, faciens eructuare, & generat humorem grossum, & si digestiua sit debilis, generat humorem crudum: habet tamē virtutem subtiliatiuam & incisiuam. Quidam autē comedunt radicem, & raphanum post alios cibos, ad confortandam digestionem, de quo admiratur Gal. Vnde verum est, quòd experientia docet, & dicunt sapientes Medici, quod si comedantur post alium cibum, iuuāt ad digestionem, & descensum eius, ventrem laxant: sed si comedātur ante alium cibum, impellunt cibum ad superiora, & vomitum inducunt. Bonum est autem, quòd comedantur cum aceto, & sale post alios cibos, & in pauca quantitate: verum est tamen, quòd oculis nocēt, & capiti. Rhasis verò tertio Almans. dicit, quod raphanus longam faciendo moram in stomacho incidit phlegma, cuius folia cibum digerunt, & appetitiuam adiuuant, quando parum sumitur de eis. ¶ Sexta est theriaca quæ à toto genere valet contra venenum, & ideò valet tam rationalibus, quàm brutis, contra venenum tam frigidum, quàm calidum, & sub theriaca potest comprehendi mithridatum, quod simile operatur. De theriaca. n. dicit Auicen. sexta quarti tract. tertio, cap. primo: Scias, quòd canon maximus in curatione veneni est confortatio caloris innati, & excitatio ipsius ad expellendum, sicut facit theriaca. De theriaca verò & mithridato simul dicit Aui. sexta quarti, tractatu primo, ca. de medicinis cōmunibus ad venena: Sunt medicinæ, quæ contrariæ sunt veneno, quare non permittunt ipsum peruenire ad cor, & sunt sicut theriaca, & mithridatum.

Aer sit mundus, habitabilis ac luminosus,
Nec sit infectus, nec olens fœtore cloacæ.

IN hoc textu notantur quatuor, circa electionē aeris habitabilis: quorum primū est, quòd hoc debet eligere aerem mundum. i. non infectum vaporibus, quia aer immundus alterat cor secundum complexionem illius, quod sibi commiscetur, sicut innuit Haly tertio techni, in commento illius can. Omnia hæc enim, &c. ¶ Secundum est, quòd homo debet eligere aerem luminosum. Aer. n. turbidus inducit in corpore tristitiam, & pigritiem, quia aer turbatus cōmiscet humores, & turbidus ad cor peruenit: quare ex ipso & humoribus grossi & turbidi generantur spiritus animam tristificantes, & pigritiem inducentes. Nihil est ergo quod magis iucundum faciat hominem, atq; minus grauem, quàm in claro aere ambulare, vel mane surgere. ¶ Tertium est, quòd homo debet vitare aerem infectum, cuiusmodi est aer, in quo fiunt strages. Communiter. n. in locis in quibus præcesit maxima hominum interfectio, sequitur pestis, & in locis vicinis: Aer. n. infectus, quando inspiratur, inficit spiritus in nostro corpore. ¶ Quartum est, quòd homo debet vitare fœtorem cloacę, & per hoc innuuntur infectiones particulares aeris, cuiusmodi est infectio aeris latrinarum, vel fouearū, coquinæ vel locorū, in quibus proijciuntur cadauera mortua, & ossa mortuorum, & aeris vicini aquæ, in qua putrefit linum, vel canapis. Aer enim taliter infectus inficit spirit⁹ nostri corporis, & maximè cerebro nocet. Et hoc est, quod dicit Auic. secunda primi doctrina secunda cap. secundo: & aer quidem, dum est temperatus, & clarus, neq; substantia extranea complexioni spiritus contraria ei admiscetur, est sanitatem efficiens, & ipsum conseruans, & cùm mutatur, contrarium suæ operationes operatur. ¶ Et pro maiori declaratione prædictorum sciendum est, quòd aer necessarius est in regimine sanitatis dupliciter: Primò quidem propter refrigerationem cordis: secundò propter ex

pulſionem fumoſarum ſuperfluitatum tribulantium ſpirituum, & calorem innatum, ſicut enim exterioribus nos videmus, quòd ignis ſine euentatione aeris ſuffocatur, & extinguitur, ſic etiam imaginari debemus, quòd ſpiritus & calor innatus indiget aere ipſum nutriẽte, cõſeruãte, & obtemperante. Obtemperatio igitur caloris innati fit per aeris attractionẽ, & eius depuratio fit per aeris expulſionem: primum quidem fit per motũ attractionis, & ſecũdũ per motũ expulſionis: ſi igitur aer attractus ſit fœtidus & impurus, corrumpitur calor, & ſpiritus innatꝰ. Aer igit᷑ debet eſſe bonæ ſubſtantiæ, cui nõ admiſceatur aliquid ex vaporib. nec fumoſitate extranea: nõ.n. debet eſſe aer turbidus, nec nebuloſus, nec malis vaporibus admiſtus: hic.n. aer humores conturbat, & animam cõtriſtat, vt dictum eſt. Et debet eſſe diſcoopertus cælo & non inter parietes, & tecta cõſtrictus & in ſumma maximè euitandus eſt aer incluſus, & nõ euentatus. Verũ eſt tamen, quòd tempore epidimiæ, in quo accidit aeris putrefactio communis eligendus eſt aer incluſus: Vnde temporib. illis bonum eſt manere in domibus, & tenere feneſtras clauſas, ne aer putrefactus ingrediatur: ſed aliàs aer diſcoopertus melior exiſtit. Euitandus eſt præterea in regimine ſanitatis aer, cui miſcentur vapores lacuum, & profunditatũ aquam putridam continentium, & olerum taliũ, qualia ſunt caules, & æruca & ſimilia, & arborũ viſcoſarum malarum, quales ſunt ficus & nuces. Amplius eligendus eſt aer in quo ſufflant venti ex terra alta, vel æquali: & multum etiam ſollicitari debemus, quòd aer non excedat in aliqua qualitatum primarum. ſ. caliditate, fri. hu. & ſicci. qđ ſi forſan contigerit contemperetur per artẽ, quãtum poſsibile eſt. Et iſta colliguntur ab Auicen. ſecunda primi, doctrina ſecunda, ca. de diuerſis.

Si tibi ſerotina noceat potatio, vina
Hora matutina rebibas, & erit medicina.

IN hoc textu ponitur vnum documentum: & eſt, ſi quis malè valuerit ex potatione vini de nocte, ſiue tempore ſerotino, talis in craſtino debet iterato ſumere vinum. Vnde potatio vini nocturna poteſt inducere ebrietatẽ, ſiue ſitim matutinã, vel poteſt inducere ſupercalefactionẽ corporis: ſi inducat ſupercalefactionẽ corporis, tunc maximus error eſt manè iterũ ſumere vinũ: quia eſt addere ignẽ igni: ſi verò homo incurrat ebrietatem cum aliquali nauſea: tunc manè bonũ eſt bibere vinũ, quia ex potatione vini de facili tunc prouocatur vomitus, ex quo ſequitur mundificatio ſtomachi, qua mundificatione facta, de facili ceſſat nocumentum ebrietatis, & nauſea. Et propterea conſulit Hipp. ſemel in menſe inebriari, vt ex ebrietate prouocetur vomitus, qui eſt maximè præſeruatiuus ab ægritudinib. chronicis. i. lõgis & malis. Si etiam ex potatione vini nocturna lædatur aliquis, & propter incõſuetudinem potandi vinum, tunc manè poteſt concedi vinum vt aſſueſcat, & ſic minus lęditur à ſumtione vini: à cõſueto.n. minor fit læſio, vt vult Hip. 2. aphor. ibi: Et multo tempore cõſueta. &c. Si verò ex potatione vini nocturna ſequatur ſitis matutina, illa eſt mendoſa, quæ curatur potatione vini, magis tamen ſedatur potatione aquę. ¶ Et quia iam dictum eſt de læſione ex ſumtione vini: ſciendũ eſt, quòd homo debilis cerebri, & etiã cuiuſcunque alterius conditionis, ſummoperè cauere debet à frequenti ebrietate: frequens.n. ebrietas ſecundum Aui. tertia primi cap. re regimine aquę & vini, inducit ſex incommoda in corpore humano: quorum primũ eſt corruptio complexionis hepatis, quia vinum ſuperfluè bibitum ad hepar veniens, vel ſuperfluè reſoluit calorem ipſius, vnde amittit virtutẽ ſanguificã, & loco ſanguinis generat aquoſitates efficientes hydropem, vel incẽdit hepar & humores eius, vnde generatur lepra vel mania. Secundum eſt corruptio complexionis cerebri propter aſsiduã eleuationem fumorũ vini ad ipſum diſponentium calidũ cerebrũ maniæ & phreneſi, & frigidum epilepſiæ, lethargi, apoplexiæ, & ſubeth. Tertium eſt debilitas neruorum: videmus n. bibulos inebriari ſolitos, tremere caput & membra, non ſolũ in ſenio, ſed etiã in ſenectute, & iuuentute quandoq;. Quartũ eſt ægritudines neruorũ, ſicut ſpaſmus & paralyſis: quia vinum ſuperfluè acceptum ſæpè in ſtomacho acetũ efficit, quod valde nocet neruis: Sæpè quoq; cõuertitur, ex defectu digeſtionis, in aquoſitates indigeſtas, quæ neruos remolliunt: & ſæpè ducit humores groſſos ad neruos, quibus diſtenduntur vel cõtrahuntur. Quintũ eſt apoplexia, propter humiditates cerebri multiplicatas à vino, ita vt totaliter obſtruant vias ſpirituum animalium à cerebro in membra. Sextũ eſt mors ſubitanea, dũm. ſ. ſtertendo & dormiendo viæ anhelitus multitudine vini vel humiditatum ex eo generatarũ clauduntur, & ebrius ſuffocatur. Et licet vinum immoderatè ſumtum, prędicta inducat nocumenta, moderatè tamen ſumtum multa inducit iuuamenta: tangit.n. Aui. ca præallegato quinq; eius iuuamenta. Primum eſt, quòd eſt bonus cibi penetrator in toto corpore. i. facilẽ efficit penetrationem cibi, cui immiſcetur ad omnia membra, ſui caloris ſubtilitate, & conuenientia proprietate occulta. Secũdum eſt, quòd incidit phlegma, & hoc ſui calore, & ſubtilitate ſubſtantiæ, & reſoluit ipſum, coaptando expulſioni, vias aperiẽdo & naturam cõfortando ad expulſionẽ. Tertium eſt, quòd educit choleram rubeam in vrina, & alijs euacuationib. vt ſudore, egeſtione & reſolutione inſenſibili. Et iſtud intelligendũ eſt de vino ſubtili, ſubrubeo vel albo, quod vel debile ſit ex natura ſui, vel fortiter lymphatum, alioquin multiplicaret choleram per conuerſionem ipſius in eam, & ſupercalefactionem hepatis ab eo. Quartum eſt, quòd facit melãcholiã, quę groſſa eſt, & tardi motus, faciliter labi per canales ꝓprios ab hepate ad ſplenẽ, & à ſplene ad os ſtomachi, & tandẽ à corpore cum fæcib. exire, & flectit, ſeu reprimit nocumentum melancholię propter contrarietatẽ in complexione, & modo ſubſtantiæ, & in effectib. nã melancholia triſtitiã, puſillanimitatẽ & auaritiã parit, vinum verò gaudium, audaciã, magnanimitatẽ & liberalitatẽ. Quintum eſt, quòd reſoluit omnes modos, ſeu ſpecies laſsitudinis, niſi multa caliditas extranea fuerit eis ſociata: quia vinum reſolutos ſpiritꝰ abundè reparat, virtutem confortat, humiditates relictas in muſculis, neruis, chordis, & juncturis tollit, aut minuit: & ſi fuerit opus humectatione in laſsitudine areſactiua, vinũ velociter humectat, dummo-

Vomitus eſt maximè præſeruatiuus ab ægritudinibus chronicis.

Frequens ebrietas ſex incõ-

moda in[illegible] in corpore humano.

Quinque vtilitates vini.

dummodo lymphetur. Prçter aũt ista iuuamen-
ta plurima alia inducit: omnium .n. velociter &
subitò nutrimentum est, vinum, calorem & spiri
tum naturalem cõfortat, & totum corpus calefa
cit, ingenium clarificat, iram compescit, tristitiã
remouet, libidinem incitat, & super omnes pot⁹
semicrudos humores digerit: & in summa, vinũ
reddit hominem virilem, & secundum animam
& secundum corpus, vnde cæteris paribus non
bibẽtes vinum sunt effœminati respectu vinum
bibentium.

Gignit & humores melius vinum meliores:
Si fuerit nigrum: corpus reddit tibi pigrum:
Vinum sit clarum, vetus, subtile, maturum,
Ac bene lymphatum, saliens moderamine sumtum.

HIc primò ponitur vnum documentũ de vino
& est, quòd vinum melius meliores generat
humores: & causa est, quia quantò massa humo-
rũ est melior, tantò humores ex ea geniti melio-
res esse debent. Deinde subiungitur, quòd vinũ
nigrum, inducit pigritiã in corpore: & causa est,
quia vinum nigrũ grossius & terrestrius est reli-
quis: ergo spiritus ab eo geniti grossi sunt, iuxta
illam auctoritatem Gal. prius allegatã: quicquid
de aliqua re dissoluitur, ei, vnde dissoluitur, ne-
cesse est, vt assimiletur: spiritus autẽ grossi faciũt
corpus graue, siue pigrũ. ¶ Deinde ponuntur se-
ptem documenta circa electionem vini: primum
est, q̃d debet eligi vinũ clarũ, tale .n. quia subtile
est, spirit⁹ subtiles & claros generat. Secundũ est,
q̃d debet esse vetus. i. nõ nouum: nõ .n. vinũ siue
mustum, cæteris parib. facilius inebriat, fluxum
ventris prouocat, atq; colicam inducit, & cæte-
ra accidentia, quæ posterius sunt dicenda ibi:
Impedit vrinã. Nec est intelligendum, quòd vi-
num debet esse omninò vetus, tale n. secundum
Auic. 3. primi, cap. de regimine aquæ & vini: est
quasi medicina, & non sicut potus. i. magis in est
ei virt⁹ alteratiua corporis ad caliditatem & sicc.
quàm virtus alterabilitatis à corpore per op⁹ nu
tritionis, & est pauci nutrimenti: quia est spolia-
tum à fæce, & viriditate, quam præhabuit, & pe-
ne igneũ factũ: propter quod in Aggregat. scribi-
tur ca. de vite, autoritate Gal. quòd est cal. & sic-
cũ in 3. gradu. ¶ Tertiũ est quòd vinum debet esse
subtile: subtile .n. vinũ multos spiritus procreat,
atq; subtiles: grossum aũt grossos. ¶ Quartum est
quòd vinũ debet esse maturum, & non stypticũ
vinum .n. stypticũ abscindit omnes species eua-
cuationis, vt vult Gal. in commento illius can. 3.
particulæ regiminis acutorum: Sciendum etiã,
&c. Ideò nocet corporib. indigentib. euacuatione
per vrinam, & omnib. membris superiorib. vt ibi
dem etiã dicit Gal. Verum est tamen, quòd vinũ
stypticũ conueniens est infirmitatib. accidentib.
intestinis, vt ibidem dicit Gal. & etiã superiùs di-
ctum est. Remouetur tamen stypticitas à vino p
multam commistionẽ aquæ, vt ibidem etiã vult
Gal. ¶ Quintum est, quòd vinum debet esse lym
phatum: quia per hoc remittitur vinum à sua fu-
mositate, & sic minus inebriat: & istud verum est
de vino subtili. Vinũ tamen grossum, si lymphe-
tur, citius inebriat, quia per hoc subtiliatur, &
magis fumosum efficitur: & de isto vino intelle-
xit Aui. quando dicit tertia primi, cap. de regimi-
ne aquæ & vini, quòd vinum lymphatum citiùs
inebriat, quàm vinum purum. ¶ Sextũ est, quòd
vinum debet esse saliens cùm propinatur, & est
vna de conditionib. boni vini priùs dictis. ¶ Se-
ptimum est sumtum ex conditione bibentis, &
non vini, & est, quòd vinum debet temperatè su-
mi: quia temperatè sumtum acuit ingenium, &
inducit iuuamenta priùs narrata. ¶ Ex prædictis
omnib. cõcludi potest, quòd vinũ eligibili⁹ & me
lius in sanitatis regimine est vinũ mediũ, seu æ-
quale inter vetustatẽ, & nouitatẽ: & est clarũ ad
rubedinẽ trahens, bonum habens odorem, & æ-
qualis saporis, quod nec acre, nec acutũ, nec dul-
ce sit, quod non fumosum, nec grossum, nec val-
de subtile: sed ad subtilitatem declinan, quod e-
tiam inter fortitudinem & debilitatẽ obtinet me
diocritatẽ, quod etiã nõ creuit in saxosis & lapi-
dosis montib. nec in terra simpliciter plana & a-
rabili, sed in terra mõtuosa, versus meridiẽ disco-
operta, & in regione nõ nimis calida, nec nimis
frigida: & ista partim colligũtur ex Aui. 3. primi.
loco præallegato. ¶ Circa regimen vini, quò ad
ætates, notandę sunt tres regulę, quas ponit Aui.
3. primi loco præallegato. ¶ Prima est, quòd dare
vinum pueris in potu est, sicut ignẽ addere igni
in lignis debilib. eò quòd pueri vehementer rari
sunt, & de facili in flammabiles propter abundã-
tiã sui caloris innati, & sunt debiliũ neruorũ, &
debilis cerebri: quare lædit eos multipliciter vi-
num, & inflammatione facili, & percussione cere
bri & neruorum, sua penetratione facillima, & ef
fumatione copiosa. Cùm igitur pueris vinum in
potu datur, calor eius inflammabilis calori pue-
ri, inflammabili additur in copore pueri, quod
est paucæ resistentiæ, sicut debile lignum, vel
arundo sicca, vel stipula arida ante faciem i-
gnis. ¶ Secunda regula est, quòd seni potest dari
vinũ in potu, quantum tolerare potest sine no-
cumento, quantũ appetit appetitu naturali, & re
gulato. Sicut .n. veteres ocreæ aridæ & rugatę re
nouantur, si oleo leniuntur & applanãtur, sic cor
pora senũ potu vini electi, sicut vini Beluẽsis. Se-
nes .n. frigidi sunt, à vino calefiunt, & habent spi-
ritum tristẽ, & abundant in melãcholijs: sed vinũ
exhilarat eos, & melancholias reprimit, communi-
niter malè dormiunt: vinũ verò prouocat in eis
somnũ: ad obstructiones proni sunt, quas vinũ
aperit, & eas prohibet: & sicut vinum est pueris
contrariissimũ: ita senib. vtilissimũ. ¶ Tertia est,
quòd vinũ temperatè dandum est iuuenib. tem-
peratè quidẽ secundum mensurã quantitatiuã,
& decentẽ lymphationẽ. Licet .n. iuuenes sint ca-
lidi, sicut pueri, tamẽ habent membra solidiora,
neruos & cerebrũ fortes, quib. potenter resistunt
nocumentis potus vini. Consequuntur etiã ex
potu vini sobriè sumti iuuamẽta plurima, videl.
eductio cholerę, corporale robur, ingenij acumẽ,
abundantia spirituum subtilium, & paruorum.

Non sit acetosa ceruisia, sed benè clara:
De validis cocta granis satis, ac veterata.

IN isto textu ponuntur quinq; documenta cir-
ca electionẽ ceruisiæ: quorum primũ est, quòd
debet eligi ceruisia non acetosa, quia acetosa no-
cet stomacho: Acetũ .n. nocet neruis secundum
Aui. in plurib. passib. Nã stomachus est mẽbrum
valde neruosum, & hoc, quò ad ei⁹ orificium. Se-
cundum est, quòd ceruisia debet esse clara: quia

Documenta septem cir. ca electionem vini.

Vinum eligibi lius in regimi ne sanitatis.

turbida obstruit atq; calculosis nocet, nimium impinguat, ac inflationem inducit, atq; breuitaté anhelitus, & est multorum phlegmatum generatiua. ¶ Tertium est, quòd debet eligi ceruisia de bonis granis, non corruptis. s. de optimo hordeo, tritico siue auena: quia quantò grana sunt meliora, melior ex eis generatur humor. ¶ Quartū est quòd ceruisia debet esse bene cocta: quia melius digeritur, & amicabilius à natura recipitur, & nocumenta, quæ proueniunt ex potatione eius, melius tolerantur: Ceruisia.n non bene cocta, ventositates in ventre inducit, torsionem, inflationé atq; colicam ¶ Quintum est, quòd ceruisia debet esse antiqua, & à fæcib. mundata, non nimium recens: recens.n ceruisia inducit eadem nocuméta quæ ceruisia non bene cocta, & cum hoc de se facillimè inducit stranguriam.

De qua po etur, stomachus non inde grauetur.

HIc ponitur vnū documentū circa vsum ceruisiæ: & est, quòd vtens ceruisia debet ea vti temperatè, sic quòd nō grauetur stomachus, vel inducatur ebrietas. Ebrietas. n. quę ex ceruisia ꝓuenit, deterior est ea, quę ex vino est, & magis durans, cùm ex ceruisia fumi & vapores eleuati ad caput sint grosſi: quare minus resolubiles sunt, q̃ qui ex vino eleuantur. Et est hîc sciendum, quòd in principio prandij, vel cœnę cęteris parib. vtiliꝰ est incipere suū potū à ceruisia q̃ à vino, cuiꝰ causa est: quia in principio mensæ corpus est famelicum, & sic stomachus ante principiū sumtionis cibi famelicꝰ erat, & sic traxit superfluitates à mébris. Si ergo vinum in principio mensæ daretur, ex quo natura maximè trahit vinū, quia de se maximè nutritiuum, illę superfluitates scil à stomacho tractatæ simul cū vino ad partes corporis traherentur, sed natura non ita auidè trahit ceruisiam. Similiter ceruisia lauat humores adhęrentes orificio stomachi, & propter illā causam Medici consulunt, quòd in maxima fame debeat prius prouocari vomitus, quàm cib. sumatur, vt illæ superfluitates à stomacho famelico tractæ euacuétur, ne commisceantur cū chylo. Similiter timēs sitim ex nimia potatione vini, debet bibere ceruisiam: ipsa enim sitim mendosam reprimit.

Ebrietas ceruisia deterior est ebrietate vini.

Temporibus veris, modicum prandere iuberis,
Sed calor æstatis dapibus nocet immoderatis,
Autumni fructus caueas, ne sint tibi luctus,
De mensa sume, quantum vis, tempore brumæ.

IN hoc passu determinatur de quantitate cibi sumendi, secundū diuersitaté temporū quatuor anni: quæ sunt ver, æstas, autumnus, & hyems. Et dicit textus primò, quòd tempore veris debemus modicum prandere. i. paucum sumere cibū & idem vult Auic. 2. primi doctrina 2. cap. 6. & 3. primi, doctrina 5. de regimine temporum cum rectificatione aeris: & ratio huius est, vt ibidé etiá vult Aui quia tempore hyemis propter gulositatem, exercitij paruitaté, & resolutionis prohibitionem multiplicantur humores crudi, & maximè phlegmatici, qui propter proportionalitaté tēporis, tunc maximè generātur, & isti in interioribus corporis coadunātur propter frigus circūstās. Ver autē superueniēs istos humores crudos in interiorib. coadunatos eliquat, & facit eos currere per totū corpus: quare natura tunc multùm occupatur circa digestionem eorum. Si ergo tempore veris daretur magna quantitas cibi, natura à digestione talium humorum phlegmaticorum impediretur, & diuerteretur: quia per istos humores & magnam quantitaté ciborum nimium grauaretur, & sic tales humores in corpore manerent indigesti, & currentes ad aliquod membrū, illic ægritudinem inducerent. Ideò summopere cauere debemus à magna quantitate ciborum in vere, quia diminutio ciborum tali tempore est vnum de maximè præseruantibus ab ægritudinibus veris, vt vult Aui. 2. primi loco præallegato. Et istud quod dictum est, maximè veritatem habet de medio & fine veris, & non de initio eius: quia initium eius hyemi assimilatur: quare tunc homo potest nutriri, sicut in hyeme. Et istud etiá intelligendum est, quando ver inuenit corpus repletum humorib phlegmaticis crudis: Si.n. ver inueniat corpus temperatum in humoribus, cibus in eo dandus est secundum mensuram caloris innati, & resolutionem, quę fit à corpore: quia tunc ablata est causa, quare diminueretur cibus. Et istud voluit Hippo. primo aphorismorum dū ducit: Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura, & somni longissimi. In his igitur temporib. oblationes plures dandę sunt: etenim innatus calor est multus, nutrimento igitur indigent ampliori. ¶ Secundo dicit, quòd nimia sumtio cibi nocet in æstate, cuius causa est: quia tunc temporis digestiua virtus est debilis cùm spiritus & calor innatus, qui sunt instrumentum virtutū, multum sunt debiles, sparsi & resoluti propter calorem extrinsecum vehementem, trahenté eos ad exteriora: ideò multus cibus non posset digeri. Et circa istud sciendum est, quòd propter vehementiam resolutionis humiditatum tam substantialium, quàm nutrimentalium corporis, in æstiuo tempore grosſior & maior cibus exhibendus esset, si virtus sufficeret ad digerendum talem & tantum: sed quia non sufficit vna vice multum digerere cibum parum & sæpè de eo dandum est, iuxta illud Galen. primo aphorismorum, cómento illius can. Et quibus semel aut bis, dicentis: In æstate cibus multoties erit dandus & parū: multoties, quia indiget propter sæpissimam dissolutionem: parum, propter virtutis defectionem. Et licet in æstate parum de cibo sit dandum, multū tamé de potu potest dari, cum tunc resolutio maxima fiat, & desiccatio corporis, & eleuatio caloris super humidum, & plus sitiat homo tunc, q̃ alio tempore. Verum est tamem quod potus vini, & pręcipuè vinosi puri minuendus est: quia tale vinum est faciliter inflammabile, & calorem iam acutum æstu violento excandescere facit: ideò si bibatur vinum, miscenda est multa aqua, & dimittatur vinum vetus, & forte. ¶ Tertiò dicit, quòd in autumno debemus cauere à fructibꝰ saltem illius temporis, vt vuis, persicis, ficubus, & similibus, vel saltem non multum de eis comedere: quia tales fructus generant sanguinem dispositum ad putrefactionem propter ebullitionem, q̃ in corpore & humoribus faciunt, & maximè si fuerint in stomacho immundo, vel in cacochymico corpore recepti, qualę corpus in autumno sæpius occurrit: & sic malæ tunc accidunt ægritudines. s. variolæ, morbilli & pestilentiæ. Pro maiori tamen notitia regiminis cibi & potus tempore au-

In hyeme.

In æstate.

In autumno.

re autumni sciendum est, quòd tempore autumni debet euitari fames, & sitis, & repletio multi cibi in vna hora, vt vult Rhas. 4. Alman. ca. de regimine corporis secundum tempora. Vinũ præterea, quod bibitur tempore autũni, vehemẽter est lymphandũ, vt corpus humectet, & calorem reprimat: sed nõ superfluè debet lymphari intantũ quantũ in æstate, neq; superfluè debet tunc bibi, quia tunc natura debilitata non sufficeret ipsum regere, & digerere, nimis lymphatũ calorẽ obtunderet, multiplicaret ventositates, quib. colica generari posset. ¶ Quartò dicit, quòd tempore hyemali debemus sumere cibũ tantum, quãtum volumus. i. plusquã cæteris tẽporib. & idẽ vult Aui. 3. primi loco pallegato: & Gal. in cõmento illius aphoris. primæ particulæ aphoris. & quib. semel aut bis, vbi dicit: In hyeme multus cibus, & paulatim est dandus, & ratio huius est: quia calor nostri corporis in hyeme est fortissimus, tum, quia vnitus, tum, quia fortificatus per antiperistasim .i. iuxta positionem sui contrarij, videlicet frigiditas aeris nostra corpora circundantis. Et istud verum est in corporibus robustis, & carnosis, non in raris & debilibus: quia in talibus corporibus frigus intensum hyemis non confortat calorem, sed magis debilitat: Et istud innuit Hippoc. primo aphorismorum dicens: Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura, & somni longissimi: In his ergo temporibus oblationes plures dandę sunt: etenim innatus calor est multus: nutrimento igitur ampliori indigent. Et ex isto etiam sequitur, quòd nutrimenta grossiora & durioris digestionis plus conueniunt hyeme, quàm alijs temporibus: quia calor est fortior. Vinum autẽ quo vtendum est hoc tempore, debet esse roseum, nõ album cum aqua pauca. Notandum hîc, quod licet consideratione habita ad fortitudinẽ caloris, & digestiuæ virtutis in hyeme grossiores & densiores cibi conueniant: quia tamen corpora tunc disposita sunt ad obstructiones & repletiones ex phlegmate plurimo, nec ab eis resolutio multa fit à continente, tutius est vti tunc mediocribus cibis inter solidum & rarum, grossum & subtile, sicut carnibus hœdi, vituli, & mutonis, lucis, parcis, & cancris. Et vtentibus grossioribus cibis, vt boue, porco, ceruo, conchis, ostreis, carpis, & similibus expedit, vt vnica comestione in die contententur, vel vtantur sæpè rebus diureticis, & aperitiuis, vt petroselino, nasturtio, apio, & similibus, & forti vtantur exercitio.

De hyeme.

Saluia cum ruta faciunt tibi pocula tuta,
Adde rosæ florem, minuit potenter amorem.

IN hoc passu ponuntur duo remedia corrigentia potum malum: quorum primum est saluia, cuius folia imposita potui corrigũt malitiam potus sua proprietate, & etiam in se habent virtutẽ confortandi neruos, & cerebrum: quibus confortatis melius resistunt malis fumis recipiendis, qui proueniunt ex malo potu. Secundum est ruta, cuius etiam folia integra absque eorum alia contritione debent potui imponi: quia sua calitate & proprietate corrigunt malitiam potus: Et de ruta, quomodo valet cõtra venenum prius dictum est, ibi: Allia nux ruta. Postea subdit textus, quòd istis duob. prędictis potest addi flos rosæ: & hoc maximè debet intelligi, de rosa rubea, quę sua aromaticitatẽ existente in eius superficie, & similiter sua stypticitate corrigit malitiam potus.

Nausea non poterit quenquam vexare marina,
Antea cum vino mistam si sumpserit illam.

Contra nauseã in mari.

IN hoc textu ponitur vnũ remediũ contra nauseam, siue vomitum prouenientem transfretantibus non consuetis dicens, quòd ille, qui debet transfretari, antequã nauẽ intret, debet aliquib. dieb. miscere aquã marinã suo vino: & istud est remedium pro diuitib. quia si pauper fuerit, debet potare aquam marinam, vt facilius nauseam euitet: & causa huius est, quia aqua maris salsedinem habet, & sic sua salsedine & stypticitate, quę consequitur salsedinẽ orificium claudit, & per hoc vomitus impeditur. ¶ Et circa istud est notãdum, quòd sicut vult Auicen. 3. primi cap. de regimine iter agentis in mari: viator in mari non debet multũ conari retinere, vel cõpescere à principio nauseam, vel vomitum, sed dimittatur vomitus ipsius continuari, donec per ipsum fuerit bene purgatus. hoc. n. præseruat à multis ægritudinibus, & nedum præseruat, immo etiam curat vel alleuiat graues, & magnas ægritudines. vt lepram, hydropem, appoplexiam & frigiditatem stomachi, & eius inflationem, prout vult Auic. tertia primi doctrina 2. cap. 2. Si tamen vomitus viatoris in mari superfluerit sic quòd vehementer debilitat ipsum, restringendus est comestione fructuũ stypticorum, & acetosorũ, sicut sunt cydonia & maciana acetosa, vel poma capenduta, & mala granata acetosa, quibus orificium stomachi confortatum depellit humores inferius, & stomachus etiam confortatus ab his humores repellit, effluẽtes ad eum ex agitatione ab vndis: Vel potest semen apij torrefactum bibi cum vino, vel absynthium potest comedi aut bibi: & similiter panis assatus & infusus in vino bene redolente comestus, valet ad idem: & vniuersaliter valet nutritio viatoris in mari ex cibis acetosis cõfortantibus os stomachi, & prohibentibus vapores, & fumos ascendere ad caput: sicut sunt lẽtes coctæ in aceto, vel in succo vuæ acerbæ.

Saluia, sal, vinum, piper, allia, petroselinum:
Ex his fit salsa, nisi sit commistio falsa.

De salsamentis.

IN hoc textu ponitur modus faciendi salsamentũ cõmune, si in mẽsa deficiant salsamenta specialia: & pro illo ponuntur quinque, ex quibus potest fieri salsamentum. Primum est saluia qua fit condimentum in assatione anseris siue decoctione. Vniuersaliter enim anseres assati siue porcelli saluia implentur, vt humiditates superfluæ, siue viscositates extrahãtur, & odor saluiæ anseribus ac porcellis immaneat: post assationem tamen saluia eijci debet, & non comedi. Similiter ex saluia fit condimentum comestibile à rusticis, vel communibus in comestione anseris: terunt enim allium cum saluia ad auferendum aliquid saporis allij. ¶ Secundum est sal cum vino, & est salsamentum diuitum, siue nobiliũ: ipsi enim deficiente sinapi, vel omphacio ponunt in salsario vinum, cui modicum salis admiscent. ¶ Tertium est piper, & est salsamentum rusticorum: commiscent enim piper cum fabis, & pisis. Similiter etiã ex pane asso cum ceruisia, vel vino, & cum pipere fit salsamentum nigrum ad modum pultis,

quod piper dicitur, & hoc ſupereffundunt carnibus, aut piſcibus. ¶ Quartũ eſt alliũ, ex quo etiam fit ſalſamentum ruſticorum: miſcent.n.cum molli caſeo, & lacte terẽdo allium, & ſic comedũt cum cibo, ſiue aſſo, ſiue elixo, ſiue ſalſo, ſiue dulci & cum ouis duris. ¶ Quintũ petroſelinũ, ex cuius folijs contuſis cum omphacio, vel albo vino fit viridis ſalſa, cum aſsis comeſtibilis. ¶ Et circa iſtud eſt notandum, quòd ſalſamenta, ſiue ſalſæ diuerſificantur primo ſecundũ tempora: temporibus.n. calidis declinent ſalſæ ad frigus, vel paucam caliditatem: temporib. frigidis econuerſo. Materia igitur ſalſarum in æſtate ſit omphacium vel agreſta de ſummitatibus vitis, vel acetũ, ſuccus limonũ, vel citrangulorum, vel granatorum cum ſaccharo, & aqua roſarum: & interdum in ſalſis quæ fiunt in æſtate, poteſt addi aliquantulum ſerpilli, & petroſelini ad contemperandã frigiditatem prædictorũ. Materia verò ſalſarum cõpetentiũ temporib. frigidis, ſunt ſinapi, eruca, zingib. piper, cinnam. caryophylli, allia, ſaluia, mẽtha ſerpillũ, & petroſelinũ, vinum, aqua carniũ, acetũ nõ forte, ſed ꝓpinquũ naturę vini: & in tẽporib. mediocrib. ſint mediocris cal. & frigiditatis. Secũdò diuerſificãtur ratione cibariorũ, ꝓ quib. ſiũt: Nam alia & alia cibaria indigent alijs & alijs ſalſis, ſicut ſciunt Dominorũ coqui. Mutonum n. ſimiliter vitulorum, & capreolorum ſalſa conueniens, eſt ſalſa viridis: in æſtate quidem ex aceto & agreſta, cum paucis ſpeciebus, & ſine allijs cum petroſelino, zingibo albo & agreſta & pane aſſo infuſo in aceto, vel agreſta. In hyeme fit eadem ſalſa cum plurib. ſpecieb. & pauco allio, optimo vino, & pauca agreſta, vel poteſt ſufficere ſinapi & eruca. Salſa autem pro carnib. bouinis elixis, eſt piper bullitum, quod fit ex pipere & pane aſſo, & aqua carniũ, & pauca agreſta: iſta eadem ſalſa eſt ſatis conueniens carnibus porcinis, in hyeme. Poſſunt etiam carnes porcinæ comedi in æſtate cum aceto, & petroſelino in principio refectionis: Si autem prædictę carnes paſtillentur, & ſpecialiter bouinæ & porcinæ, in hyeme quidem apponatur cæpe album, cũ puluere ſpecierum dulciũ, in parua quantitate: in æſtate verò ſine cępis, & cum omphatio: vel poſſunt apponi cæpę paruæ & in pauca quantitate. Si autem paſtillatura ſit ex carnib. ſubtiliorib. non apponatur cæpe: ſed in æſtate lac amygdal. cũ omphacio & pauco puluere ſpecierũ dulcium, & in fine poteſt apponi ouum conquaſſatum cum agreſta, ſed in hyeme loco agreſtę ponitur vinum, & plus de ſpecieb. Aſſaturæ aũt cuniculorũ & pullorũ iuuenum conueniẽs eſt ſalſa, in qua eſt cinnamomum, & mica panis cum agreſta quidẽ in æſtate, & cum vino in hyeme. Aſſaturę aũt porci ſalſa cõueniens eſt liquor deſcendens conquaſſatus cũ optimo vino & cæpis in hyeme: & in æſtate viridis ſalſa ſuperiùs nominata. Aſſaturæ phaſeanorum & columbarum, & turturum nulla alia ſalſa indigent, niſi ſale. Caponum, & gallinarum elixatorum conueniens ſalſa eſt aqua decoct. eorum, cum aliquantulo pulueris ſpecierũ dulciũ, & pręcipuè ſi in prædicta decoctione addatur ſaluia, hyſſopus, petroſelinũ, & hoc in hyeme: & in æſtate ſufficit ſola aqua, cum aliquantulo ſucci ſummitatum vitis: Sed pro ſalſa caponum & gallinarum pinguium paſtillandorum nihil penitus eſt apponendum, niſi aliquantulum pulueris ſpecierum, & in fine agreſta ſupradicta in æſtate, & optimũ vinũ in hyeme. Piſces verò quantò ſunt groſsioris carnis, & difficilioris digeſtionis, & maioris ſuperfluitatis & humidioris naturæ, tãtò indigent ſalſis calidioribus, & acutioribus, & hoc etiam verum eſt in carnibus.

Ablutio manuũ poſt menſam.

Si fore vis ſanus, ablue ſæpè manus.
Lotio poſt menſam tibi confert munera bina:
Mundificat palmas, & lumina reddit acuta.

IN hoc textu ponuntur duæ commoditates, ꝓuenientes ex lotione manuũ poſt cibum ſumtum: prima eſt, quia per hoc palmæ manus mundantur. Secunda eſt, quia reddit lumina acuta. i. prodeſt oculis, & hoc maximè per accidens: q̄a manus ſunt inſtrumenta mundandi oculos: quare multum confert eas eſſe mundas: & de iſtis commoditatibus dictum eſt etiam priùs ibi: Lumina manè, manus.

De electione panis.

Panis non calidus, nec ſit nimis inueteratus,
Sed fermentatus, oculatus, ſit bene coctus:
Modicè ſalitus, frugibus validis ſit electus:
Non comedas cruſtam, choleram quia gignit aduſtam.
Panis ſalſatus, fermentatus, bene coctus:
Purus ſit ſanus, qui non ita ſit tibi vanus.

IN hoc textu ponuntur duo vitanda circa electionem panis: primum eſt caliditas, nõ enim debet panis comedi calidus: panis enim calidus eſt humanæ naturæ nociuus, iuxta illud Auic. 2. can. cap. de pane dicentis: non comedatur calid⁹, ſicut eſt: Panis.n. calidus non eſt apud naturam receptabilis, & acceptio eius, qui eſt de furno, & reliquorum ſibi ſimilium, eſt mala: & ratio eſt, q̄a talis panis multũ obſtruit: & poſtea iterum dicit Auicen. Panis calidus ſitim facit ſua caliditate, & natat propter ſuam humiditatem vaporoſam, & eſt velocis digeſtionis, & tardæ deſcenſionis. Et quamuis iſte panis calidus non conueniat in regimine ſanitatis, quo ad eſum, odor tamen panis calidi multùm confert: reſuſcitat enim ſyncopiſantẽ, & poſsibile eſt aliquos homines viuere ex odore panis calidi. Secundum eſt, quòd nõ debemus comedere panem diu piſtum, ſiue muſcidum: quia talis panis non eſt conueniens pro nutrimento naturæ humanæ: exſiccat.n. corpus, ac humores melancholicos generat. Et ex iſto relinquitur, quòd panis non debet eſſe calidus, nec vetuſtate induratus, ſed priori die coctus. Poſtea in textu ponuntur quinq; conditiones panis electi: Quarum prima eſt, quòd panis debet eſſe fermentatus bene: Et iſtud vult Gal. primo alimentorũ cap. 2. dicens: Optimi aũt panũ pro digeſtione ſunt, qui maximè fermentati, & qui aſſationẽ habuerunt à cõmenſurato igne in clibano: Et itẽrum eodẽ cap. dicit: Qui verò infermentatus eſt, nulli vtilis eſt: Et ſecundũ Auic. 2. can. cap. de pane: Panis habens parũ fermẽti, plurimi eſt nutrimẽti: ſed eius nutrimentũ obſtruit, niſi illos, qui ſunt plurimi exercitij. Secũd. eſt, qđ panis debet eſſe oculat⁹. i. poroſus, & per hoc denotatur, qđ viſcoſitas eius eſt ablata: Verum eſt tamen, quòd iſte panis ſecundum Aui. loco præallegato, velocis eſt penetrationis, & minoris nutrimenti, & deterioris, ſicut eſt panis opirus, qui eſt plurimi furfuris. Tertia eſt quòd panis debet eſſe benè

coctus:

coctus: quia panis malè coctus malæ digestionis est, & stomacho grauediné affert. Et Auic. 2. can. loco præallegato dicit: & ille, qui nõ bene decoquitur, est plurimi nutrimenti, sed eius nutrimẽtum destruit, nisi illos, qui sunt plurimi exercitij: & panis de patella est huius generis, eius namq; pars interior rarò decoquitur bene. Quarta est quòd panis debet esse temperatè salit⁹: nimiũ .n. dulcis obstruit, & nimiũ salsus exsiccat, moderatè tamen salsus optimũ nutrimentũ præbet, dũ tamen cæteræ conditiones adsint. Quinta est, qđ sit factus ex optimis granis, videlicet ex optimo tritico, & sana messe collecto. ¶ Deinde subdit textus, quòd nos debemus cauere ab esu crustę panis, quia illa generat cholerã adustã, siue humorẽ melancholicũ: ex quo .n. ipsa adusta, & sicca est, humor ab ea genitus adustus erit & siccus: & ꝓpterea nobiles, qui natura cholerici sunt, deponere faciunt superiorem crustã panis, ac inferiorẽ, quos imitantur prælati ac delitiosi. Eligatur igitur mica panis, quæ est melioris, maioris, & velocioris nutrimenti, quàm crusta. Verũ est tamen, quòd aliquando cõuenit sanis, habentib. stomachum humidum, & volentib. emaciari, & in fine comestionis plus competit: iuuat .n. cibi descensum, & confortat orificium stomachi. Postea in duob. vltimis versib. innuitur, quòd panis bonus debet habere istas quinq; conditiones .s. quòd sit salitus, fermentatus, bene coctus, purus .i. de mũdis granis & sanis .i. de granis sana messe collectis & istas conditiones partim innuit Aui. loco præallegato, dicens: Oportet, vt sit panis mundus, salitus, massam habens confectam, fermentatus, coctus, & vna nocte permanens. Et circa istud est sciendum, quòd si quęratur nutritio maior & purior, mundificetur panis à furfure, & si velimus subductionem aliqualem, dimittamus aliquam partem furfuris: Furfur enim parum nutrit, & vẽtrem subducit, & farina econuerso.

Est caro porcina sine vino peior ouina:
Si tribuis vina, tunc est cibus & medicina.

IN hoc textu comparat auctor carnem porcinã carni ouinæ, dicens, quòd caro porcina sine vino minus sana est ouina: tamen si caro porcina sumatur cum vino, ipsa est optimum nutrimentũ, & medicinam præbens, quia multum humectat, & hoc intelligendum est, maximè de porcellis assis, siue de apris optimè præparatis. Et circa istud est sciendum, quòd carnes porcinæ, quibus rustici & communes vtuntur, quando videlicet sunt salsæ, vel Sole vel fumo exsiccatæ, nullo modo saniores sunt canibus ouinis, cęteris paribus, siue cum vino, siue sine vino sumantur. Sed istud dictum veritatem habet de carnibus porcellorũ assatorũ, vel de carnib. caprinis modo prędicto.

Ilia porcorum bona sunt, mala sunt reliquorum.

IN hoc textu comparantur omasa porcorum omasis reliquorum brutorum: & dicit textus, quòd omasa porcorum .i. intestina præualẽt, quò ad esum, intestinis aliorũ brutorum, cuius ratio potest esse ista: quia pauca intestina comedimus, nisi illa, quæ replentur sanguine, vel quæ sunt animalium multũ pinguium, cuiusmodi sunt porci Iam solus sanguis porci propter suam complexionem, & similitudinem complexionis cum natura humana, est sanguis, quo omasa, siue intestina implentur. Et similiter porci facilius impinguantur, quàm aliquod aliorum brutorum: ideò magis sumimus intestina porci, quàm aliorum brutorum.

Impedit vrinam mustum, soluit citò ventrem:
Hepatis ἐμφράξιν, splenis generat lapidemq́.

HIc ponuntur quinque nocumenta prouenientia ex potatione noui vini, vel musti: primum est, quòd mustum impedit vrinam, & hoc potest intelligi dupliciter. Primò, quia mustum grossum, propter suam grossitudinẽ ex fæce admista obstruit ipsum hepar, siue ipsos renes, sic qđ vrina de facili non potest habere suũ cursum: secundò impedit vrinam, quò ad debitũ eius modum, sicut facit mustum Rhenense aliquod, & q̃dam alia vina subtilia similiter: quia est aliquod mustum Rhenense, cuius fæces sunt mordicantes: & dùm ipsum venit in vesica, illæ partes terrestres nitrosæ mordicant vesicam, & cogunt vrinare sine ordine debito, & modo consueto. Secũdum est, quòd soluit ventrẽ, & ratio est: quia abstergit viscera nitrositate, siue salsedine suæ fæcis & stimulat ea ad expulsionẽ: Primò propter mordicationẽ fæcis: secundò propter multitudinem ventositatis, q̃ inducit tale vinũ, siue mustũ: tertiò lubricando citò inferius per viã indigestibilitatis, & grauaminis stomachi, quare stomachus se relaxat, & ianitorem oppressum aperit. ¶ Tertium est, quòd mustum nocet bonæ complexioni hepatis: quia obstruit ipsum propter immistionem plurimã suę fæcis, & perducit ad dysenteriã hepaticã, propter inflationẽ ei⁹, qua debilitat hepar: & istud vult Aui. tertia primi, cap. de regimine aquæ & vini, & sic etiã inducit cachexiã, siue malã dispositionẽ coloris, & malas inducit ægritudines hepatis scili. diuersas species hydropis. ¶ Quartũ est, quòd mustũ nocet spleni & dispositioni eius propter eadẽ causam, quæ dicta est de hepate: quia obstruit splenem, & sic inducit duritiem eius. ¶ Quintum est, quòd mustum generat lapidem, & maximè illum, qui in renibus est, qui rubeus est de facili frangibilis causa opilationis, quam facit ex grossitudine suæ substantiæ: & istud verum est de musto vinorum multum dulcium, non habente fæces nitrosas, & mordicantes. Multum enim habens fæces nitrosas, & mordicantes, magis impedit lapidem, quia multum facit vrinare, sicut mustum aliquod Rhenense facit apparere arenulas in vrina, siue granellã: quia facit multum vrinare. Multum enim vrina sua lotione abstergit arenulas adhærentes, quę cum ea expelluntur.

Potus aquæ sumtus fit edenti valde nociuus:
Infrigidat stomachum, cibumq́ facit fore crudum.

HIc ponuntur duo nocumẽta prouenientia ex potu aquæ & hoc, quo ad edentẽ. Primum est, quòd potus aquæ nocet stomacho edentis, cuius ratio est: quia ipsum infrigidat & relaxat, & maximè deijcit appetitum cibi. Secundum est quòd potus aquæ, cùm sumitur cib. impedit digestionẽ, cũ cibum sumtũ incrudet. Et istud vult Aui. 3. primi cap. de regimine eius, quod comeditur, dicens: Neq; post ipsum .s. cibum multa bibẽda est aqua, quæ inter ipsum scilicet cibum & corpus stomachi separationem faciat, & ipsum natare faciat. Et capitulo de regimine aquæ &

vini dicit: Et cùm natura in digerendo nutriens ſtudeat ſatietate aquæ iam præcedente ſufficienter.i.ſi præceſſerit ſatietas aquæ ſufficiens ad bonam cibi permiſtionem, aqua vehementer eſt impediens, ſupple, digeſtionem inchoatam. Et idẽ vult Aui. ſecunda canticæ tractatu primo cap. 4. dicens: Eſt etiam vitandus potus aquę in menſa, niſi ratione adhærentiæ, & tarditatis deſcenſus bucellę: non eſt etiam ſumẽda aqua cum cibo. Et Auerrho. in commento ait: Cauſa quidem huius eſt, quoniam cùm ſumitur aqua ſuper cibũ prius quàm ſtomachus calefecerit ipſum, infrigidat & ipſum incrudat. Et etiã cauſa quare ſupernatet cib. ſumtus in ſtomacho, & quare etiã nõ adhæreat & vniatur eidẽ, quòd conterat ipſum ſicut exigitur. Actio namq; ſtomachi ſuper ſumtum cibũ fit conterẽdo, & coquendo ſimul: vnde ſicut infunditur ſimul, & in magna quantitate aqua in olla, propter quod tardatur cibi decoct. in eadẽ, ſic etiã cõtingit idem ipſi ſtomacho: Et iſtud maximè verificatur de potu multæ aquæ: Modica .n. quantitas aquæ frigidæ ſugendo ſumta, poteſt concedi ante deſcenſum cibi, vt per eam compleatur cibi deſcenſus ad inferiora, & hoc ſi ſitis infeſtauerit & bibere coegerit: nam modica quantitas aquæ frigidæ prædicto modo ſumta ſtomachum alleuiat, & colligit: Alleuiat quidẽ à ſiti, alleuiat etiã cooperando ad deſcenſum cibi: colligit aũt ſua frigiditate, coadunãs partes ſtomachi. Et iſtud colligitur ab Auicen. locis præallegatis. ¶ Notandum, quòd quamuis in ſitis extinctione aqua ſit cõuenientior potus, quàm vinum, tamẽ omnib. conſideratis vinum eſt potus conuenientior in regimine ſanitatis, quàm aqua: nam dato, quòd in ſitis repreſsione, quę eſt appetitus frigidi & hu. aqua vniuerſaliter melior ſit, quia frigida & humida: naturaliter tamen in cibi permiſtione & eiuſdẽ delatione ad partes corporis extremas vinũ præualet aquæ: nam vinũ ratione ſuæ ſubtilitatis in ſubſtantia, & actione ſubtilius cibi permiſcetur, & ſpecialiter, quia natura magis in eo delectatur, ideò citi⁹ attrahit ipſum, & alijs cibis permiſcet, & ſpecialiter, quia hæc miſtio fit per viã cuiuſdã ebullitionis, quã vinum magis iuuat ratione virtualis caliditatis, & aqua impedit ratione frigiditatis. Et ſic patet, quòd vinum præualet aqua in ciborum permiſtione. Similiter præualet in eorundem delatione: nam vinum eſt optimus penetrator, quod ei debetur ratione ſubtilitatis ſuæ ſubſtãtię, & ratione caliditatis virtualis, ſubtilia .n. & calida multùm ſunt penetratiua, & per conſequens vinũ eſt magis delatiuũ, quã aqua, in qua nihil eſt virtualiter calidũ, nec ſubſtantiæ aereitatis nec igneitatis: vnda aquæ mora tranſeundo impedit omnẽ curſum. Amplius aqua ex alio non eſt potus ita cõueniens, ſicut vinũ: quia aqua impedit alimentũ nutrire, eò quòd non nutrit, quare illud vtiq; minus nutrit, vnde quantò cib. eſt magis aquaticus, tantò eſt minus nutritiuus. Bonum eſt igitur, quòd vinũ permiſceatur cum cibo, quod ſolùm nõ impedit nutritionem, immò multũ iuuat: quia vinum eſt maximè nutritiuum, & maximè reſtauratiuum, & velociſsimè nutrit, vt prius dictum eſt. ¶ Notandum inſuper, quòd nõ ſolũ nociuus eſt potus aquæ edenti ſiue ſumenti cibũ, immò in plurib. alijs caſibus nociuus eſt, quos narrat Auicen. tertia primi. ca. de regimine aquę & vini. Primo .n. incõueniẽs eſt in homine ieiuno, tunc .n. penetrat aqua bibita nullo retinaculo impediente, vſq; ad intima mẽbrorũ principaliũ, mortificans ſuũ calorẽ innatũ & iſtud verũ eſt de homine verè ieiuno. Ebrio .n. quandoq; proficit, neq; læditur ipſe, ſi ieiunus bibat aquam: quia ieiunus ebrius, non eſt omninò ieiunus, nec eſt in ſtomacho vacuus, ſed adhuc habet reliquias aliquas heſternæ crapulæ, quarũ nitroſitas aqua mitigatur, & ſtomachus ab eis ꝑ aquã albuitur, repreſsis vaporib. & fumis præparatur ſtomachus ad receptionem noui nutrimẽti. Secundò eſt inconueniens in homine exercitato forti exercitio, & ſimiliter ſtatim poſt coitũ: nam tunc pori corporis ſunt multũ aperti, quare penetrat aqua in profunda membrorũ, mortificans calorem innatum, qui poſt coitum etiã debilitatus eſt. Tertiò inconueniens eſt poſt balneationem, maximè cum ſit hæc balneatio ventre vacuo: tunc .n. viæ ſunt vehementer apertæ, quare lædẽs penetrat aqua, vt dictum eſt. De iſto potu aquæ dicit Aui. ſexta quarti, ſum. ſecunda, ca. vltimo: ex potu illius in ieiuno, & poſt balneum, & poſt coitum timetur corruptio complexionis & hydrops. Quartò inconueniens eſt bibere aquam frigidam, cauſa obediendi ſiti nocturnæ mendoſę, que accidit in crapulatis & ebrijs: nam per potum aquæ frigidæ prohibentur reſolutio & digeſtio humoris ſalſi, vel fortis vini, vel alteri⁹ acuti, facientis ſitim: & ſic citò poſt potum reuertitur ſitis, ita fortis vt antè. Sed ſi vehemens affuerit ſitis, nimium vexans, & inquietans, nec ſufficiat aeris inſpirati frigiditas, nec ablutio oris cũ aqua frigida, bibas ſitibundus aquã frigidã cũ vaſe ſtricti orificij, ſiue gracilis roſtri, quaten⁹ aqua prolixius detur ſuper orificiũ ſtomachi, fortius ſitim mitiget, & de ea minus ſumatur, ne digerendorũ digeſtionẽ penitus impediat. Quintò generaliter malũ eſt ſanis bibere multam aquã frigidã quia extinguit calorẽ innatũ, pectus offendit, ſtomachi appetitum deijcit, & membris omnib. neruoſis obeſt. Verũ eſt tamen, quòd aqua temperatè frigida aliquandò per accidens appetitũ excitat, & ſtomachum fortem efficit coadunando ipſum, & ſtringendo villos eius.

Sunt nutritiuæ multùm carnes vitulinæ.

IN hoc paſſu auctor laudat carnes vitulinas, dicens, quòd carnes vitulinę multum ſunt nutritiuæ: & iſtud innuit Auice tertia primi. ca. de regimine eius, quod comeditur: vbi vult, quòd cibus ſanitatis cõſeruatiu⁹ debet eſſe talis, quales ſunt carnes: quia ſunt ſimilis naturæ prius aptæ fieri ſanguis, & maximè carnes hœdorum, & vitulorũ paruorũ lactentiũ, & agnorum annualiũ. Et iſtas carnes vitulinas ſummè laudat Gal. tertio alimẽtorũ, vbi vult, quòd carnes vituli lactẽtis ſex hebdomadarũ, vel octo, aſſatæ ſaniores ſunt mutonis: facilis .n. digeſtionis, & multum nutritiuę ſunt: & de iſtis carnib. vitulinis etiã pri⁹ dictũ eſt.

Sunt bona gallina, capo, turtur, ſturna, columba,
Quiſcula, vel merula, phaſianus, ortygometra,
Perdix, frigellus, ὦτις, tremulus, amarellus.

IN hoc paſſu ponũtur carnes eligibiliores, ꝑ nutrimẽto naturę humanę animaliũ volatiliũ, & enumerãt quatuordecim aues, quarũ carnes bonæ ſunt

Gallina. næ sunt pro nutrimento hominis. ¶ Prima auis A est gallina, cuius esus, siue comestio naturæ humanæ conueniens est. Haly enim, Auenzoar, Auer. & Mesue, vt dicit Conciliator prę cęteris laudant pullorum carnes, & maximè gallinæ, quæ nondum peperit, & galli, qui nondum calcauit. Sunt enim facilis conuersionis in sanguinem, & superfluitatum paucarum, proprietatem mirabilem habentes in temperando complexionem, & humores, cuius brodium optima leprosis est medicina. de carne gallinarum dicit Aui. 2. can. cap. B de gallinis & gallo, quòd caro gallinarum, quæ sunt puellæ, in intellectu augmentum efficit, clarificat vocem, & augmentat sperma. Et melior gallina secundum eum ibi est, quæ nondũ parit oua. ¶ Secunda auis est capo, siue gallus castratus, cuius carnes ponit Conciliator differẽtia sexagesimaoctaua inter laudabiliores carnes: Et carnes istas, & similiter priores digerit stomach⁹ à proprietate. ¶ Tertia est auis turtur, quæ etiam boni nutrimenti, & bonum generans humorẽ, C cuius carnem Aui. 2. can. ca. de carne summè laudat, dicens: Volucris quidẽ caro melior non est, quàm alduragi. i. turturis, & gallinarum, & subtilior earum, & non sunt cum nutrimento carniũ alcubegi. i. perdicum, &c. ¶ Quarta auis secundũ aliquos est sturnus, & ista auis debet comedi in iuuentute, & est auis nota, teutonicè eyn Star, secundum aliquos est starna, quam Rhas. 3. Almansoris præ cæteris volatilibus laudat, dicens, starnæ caro omni carne auium leuior inuenitur: D atq; his qui subtili volunt custodiri regimine cõuenietior: & potest per starnam intelligi auis magna, velut anser, grisea, cinerea, cuius caro laudabilis est maximè cùm iuuenis fuerit, & isto modo intelligit Almansor, præferens istam carnem alijs. Vel potest per starnam intelligi maneries ꝑdicis paruę, quam Moyses videtur intelligere, ad Iudęos inquiens: similiter starnæ non videntur pro Domino nostro, quia ventrem cõstringunt. Et istam proprietatem alij attribuunt perdicib⁹: E carnes enim ipsarum ventrẽ constringunt, teste Rhas. 3. Alman. ¶ Quinta auis est colũba quæ est auis nota, cui⁹ caro est cholerica: & de columbis dicit Rhas. loco præallegato: Columbæ vehemẽtis sunt caliditatis, quæ sanguinem inflãmatum generant, & citò febricitare faciunt. Ideò aptius columbæ comedi debent in pastillis, cum vuis acerbis, quàm assari. Per vuas. n. acerbas aufertur caliditas, quam sanguini inducunt: & electiores columbæ pro esu sunt, columbæ iuuenes, volare F potentes: quia tales sunt leuioris digestionis, & melioris humoris. Pulli enim non volare potentes caliditatem & humiditatem habent superfluas: quare grossos generant humores, vt vult Aui. secundo can. cap. de columbis. Antiquæ verò columbæ, & earum caro propter caliditatem nimiã & siccitatem & digestionis difficultatem sunt euitandę: Et similiter etiam turtures antiquæ. ¶ Sexta auis est quiscula, quæ ab aliquib. nominatur coturnix: quia quiscula est nomẽ onomatopeion. s. fictum à suo sono. Et ista caro secundũ G aliquos est subtilis substantiæ bonum generans humorem, & multum competit sanis coualescentibus. Secundum Isaac tamen coturnices cęteris volatilib. sunt peiores, nec nutrimento, nec digestione laudabiles, quia ex comestione carnis earum timetur spasm⁹, & tetanus: prout etiã vult Auicen. 2. can. cap. de eis: subiungens rationem. s. quòd in substantia carniũ earũ est virtus faciendi huiusmodi accidentia narrata, & sic proueniũt illa accidentia ex eo solùm, quia coturnices comedunt helleborum: & hinc est, quòd Galli comedunt coturnices cũ molli & pingui caseo, & inde faciunt pastilla. Potest tamen per coturnicem intelligi alia auis à prædicta, perdice maior, eiusdẽ ferè coloris cum rubeis pedibus & rostro, saporis delectabilis, dicta coturnix Italica lingua. Et isto modo Rhasis tertio Almãsoris accipit coturnicem, quando præfert carnes eius post carnes starnæ aliorũ volatiliũ carnib. ¶ Septima auis est merula, quæ est eiusdẽ quantitatis cũ sturno, sed est ad nigredinẽ tendens, & habens rostrũ subrubeũ, & similiter debet comedi iuuenis. ¶ Octaua auis est Phasianus. i. gallus syluestris, quæ ab omnib. Medicis enumeratur inter aues laudabilis carnis. Caro. n. talis auis naturæ humanæ est cõuenietissima, & est cib. Principum, & magnatũ. Conciliator enim loco præallegato dicit: syluestriũ verò laudabiliores sunt phasiani ad sanitatẽ & ad robur. Et fortassis etiã vniuersaliter domestici, cũ sint gallinis ꝓpinquissimi, & eiusdẽ ferè speciei, sintq; illi cicciores aeris, & alimenti, ac exercitij amplioris. ¶ Nona auis est ortygometra, quæ est auis parua ad modum perdicis, sed lõgũ rostrum habẽs, cuius caro est optima. ¶ Decima auis est perdix, cuius caro secudũ Aui. 2. can. cap. de cubigi est de subtiliorib. carnib. impinguans, quia multũ nutrit cor abstergens, hydropi, & stomacho conferens, & augmentũ in coitu faciens: verũ est tamen, quòd stringit ventrẽ. Et istã carnẽ Gal. tertio alimentorũ cap. 10. & 8. de ingenio cap. 2. præfert omnib. alijs volatiliũ carnib. & dicitur de ista carne, quòd si assiduè comedatur, maximè confert memoriæ. ¶ Vndecima auis est frigellus, & est auis comedens racemos, velociter volans, similis sturno, sed est melioris nutrimenti, q̃ sturnus, & multę tales inueniuntur vbi sunt vineæ, & inebriantur ex esu racemorũ, & melior est caro earũ circa festũ omniũ sanctorũ. ¶ Duodecima auis est otis, & est secũdũ aliquos gallina syluestris, siue gallina phasiani: vel secundũ alios est gallina aquatica. i. natãs in aqua, siue sit fœmina phasiani siue gallina aquatica, eius caro est boni nutrimẽti. ¶ Decimatertia est tremul⁹, & est auis cõmuniter stãs ꝓpè mare, minor q̃ gallina, sed est auis fusca, altè clamans, & velocissimè volat: & quando ambulat super terram, cauda eius semper tremit: & ideò dicitur tremulus, & habet super caput eius longas plumas: & nõ est parua auis, longã habẽs caudã, q̃ à medicis vocatur cauda tremula. ¶ Vltima auis est amarellus: & etiam est auis similiter existens in aqua, forma perinde ac anas, sed minor. Et generaliter loquendo inter aues comestibiles plus laudantur illę, quæ volatu velociores sunt. ¶ Et sicut carnes prædictarũ auium sunt laudabilis nutrimenti, & facilis digestionis, ita etiam reperiuntur carnes aliquarum auium illaudabilis nutrimenti, difficilis digestionis, & inæqualis cõplexionis, sicut carnes anserũ & pauonũ, & malardorũ, & vniuersaliter auiũ habẽtiũ collũ lõgũ, & rostrũ lõgũ, degẽtiũ in aquis,

Margin notes: Gallina. Capo. Turtur. Sturnus. Starna. Columba. Quiscula. Coturnix. Merula. Phasianus. Ortygometra. Perdix. Frigellus. Otis. Tremulus. Amarellus.

& carnes passerum, quæ sunt calidissimæ, & à tēperamento longissimę, & multū excitātes coitū. Circa electionē verò carnis volatiliū sciēdū est, quòd secundū diuersas laudabilioris nutrimēti proprietates, ac eius quod nutritur sanitatis, vel roboris intentionem carnes laudantur variæ: vnde Gal. respiciens facilem alterationem, & subtilitatem in carnibus perdicum præfert easdē: Rhasis verò cum Isaac respiciens subtilitatem starnæ ac leuitatem ipsam, cæteris prætulit. Isaac etiam secundum diuersas intentiones carnes volatiliū laudauit diuersas: Auicennas verò laudauit carnes turturum præ cæteris: vel quia respexit ad proprietatem, qua roborant, & confortant intellectum: vel quia in terris eius est ipsarum tanta bonitas, quæ non est in alijs terris. ¶ Sciendum est insuper, quòd carnes volatilium plus conueniunt, quàm carnes quadrupedum his, qui relicto exercitio corporali vacant consilijs, studijs, & contemplationibus, quia digeruntur facilius alijs. Iuxta illud Gal. tertio alimentorum: digestibilior est tamen hæc caro volatilium animalium, & maximè perdicum, & generant sanguinem clarum, mundum, spirituosum, mentis exercitijs, & eleuationi intellectus aptum.

De electione piscium.

Si pisces molles sunt, magno corpore tolles,
Si pisces duri, parui sunt plus valituri.

HIc ponuntur duo accidentia, ex quorum notitia attenditur electio piscium: Vnde pisces aut sunt duri, aut molles: si molles sunt, tunc seniores sunt eligibiliores cuius causa est ista: quia mollities prouenit ex humiditate, quę in iuuene pisce indigesta est, & in sene plus digesta, & sic in iuuentute tales pisces sunt generatiui phlegmatum, sed senes minus: & sic patet, quòd anguilla senior sanior est iuuene, secundum quosdam. Si verò tales pisces sunt duri, tunc iuuenes sunt saniores .i. digestibiliores, cuiusmodi sunt lucij & parcæ: durities enim inquantum huiusmodi resistit digestioni, & istam sententiam ponit Auicen. secundo can. cap. de piscibus dicens: & eligitur quidem ex piscibus duram carnem habentibus, ille, qui est minor, & ex habentibus mollem carnem ille, qui est maior ad terminum aliquem.

Lucius, & parca & saxaulis, albica, tencha.
Gornus, plagitia & cum carpa, galbio, truta.

HIc tanguntur decem pisces eligibiles, pro nutrimento naturæ humanæ. ¶ Quorum primus est lucius, qui est piscis notus, & dicitur esse tyrannus piscium, quia non solùm deuorat pisces alterius speciei, sed etiam eiusdem speciei, cū eo. Vnde versus:

Lucius

Lucius est piscis rex, atq; tyrannus aquarum,
A quo non differt lucius iste parum.

Est enim piscis duræ carnis & natatu velox. ¶ Secundus est parca, à parco, parcis, parcere dicta, per contrarium: quia nulli pisci parcit, immò irata vulnerat alios pisces suis squammis, quas habet supra dorsum, nec eam audet inuadere lucius, immò, vt narrat Alber. de naturis animaliū: est naturalis amicitia parcæ & lucij. Lucius enim læsus ab alio difficulter sanatur, sed læsus quærit parcam, quæ videns eum læsum tangit & lenit vulnus lucij, & sic lucius sanatur: & est parca similiter piscis duræ carnis notus, teutonicè eyn haars. ¶ Tertius piscis est saxaulis, vel saxaulus, piscis marinus apud Gallos dictus Sola: alij dicunt, qđ est piscis teutonicè dict⁹ eyn hogheet, est piscis multum sanus inter pisces marinos. ¶ Quartus est albica teutonicè Litinc, & est piscis marinus. ¶ Quintus est tencha, quæ est dulcis aquæ notus, pellem habens lubricam atq; viscosam, ad nigredinem tendens, sed eius caro est dura: vndę ab istis tribus piscibus qui sunt luci⁹, parca, & tencha, post eorum coctionem aufertur pellis. Et dicitur iste piscis teutonicè ytinke. ¶ Sextus est gornus, & est piscis minimus marinus albus ad quantitatem mediæ partis medij digiti, quo ad longitudinem, qui comeditur cum capite & spinis, & dicitur teutonicè eyn gaernaert. ¶ Septimus est plagitia, & est piscis marinus notus, latus, habens in vna parte suę pellis maculas rubeas, & pellis est tota alba, curuum os habens, teutonicè eyn pladys scol. ¶ Octauus est carpa quæ est piscis dulcis aquæ notus, multum tamē de se est viscosus, sed à magnatibus decoquitur in vino, & sic ab eo tollitur eius viscositas. Non⁹ est galbio, & est piscis marinus notus, à quibusdā dictus rogetus, teutonicè roethaert, & est piscis duræ carnis, & sanus. Alij textus habēt gouio, est piscis paruus, dulcis aquę ad longitudinem vnius digiti longi, & est rotūdus & suauissimus, Gallicè gouion. ¶ Vltimus est truta, quæ est in carne similis salmoni. nec tamen est salmo, & est longus & non grossus. Et capitur in magnis fluuijs, & pmittit se fricari in aqua, sic capitur, & ex eo fiunt pastilla cum speciebus, & est piscis valde preciosus, Gallicè truytes. ¶ Circa electionem verò piscium sciendum est: primò, quòd pisces respectu carnium cæteris paribus minoris sunt nutrimenti, & facilis digestionis, & nutrimentum eorū est plurium superfluitatum, phlegmaticū, frigidum, & humidum, & minus nausiuum. Sūt ad digerendum duri, & longam faciunt moram in stomacho: quia in eorum digestione laborat stomachus, interdum corrumpuntur in stomacho, qualitatem quandam suscipiūt putredinalē & sitim generāt. Audeo dicere carniū laudabiliū nutrimentum melius esse nutrimento piscium. ¶ Secundo sciēdum est, quòd pisces marini sunt meliores in regimine sanitatis cæteris parib. piscibus aquæ dulcis. Eorum enim nutrimentum est minus superfluum, & naturæ carnium magis propinquum: sed quia cæteris paribus pisces marini sunt durioris carnis piscibus aquæ dulcis, ideo sunt difficilioris digestionis, & resolutionis, & pluris nutrimenti & purioris. Verum est tamē quòd in ægris magis conferunt pisces aquæ dulcis propter debilitatem digestiuæ eorum. ¶ Tertiò sciendum est, quòd in piscibus tam marinis, quàm aquæ dulcis eligendi sunt, quorum caro est alba non viscosa, sed frangibilis, non multum grossa: sed subtilis, nō grauis odoris, sed suauis, nec citæ putrefactionis, sed sufficientis durationis: non mali coloris, sed boni, & quorum habitatio non est in lacubus stagnis, nec in locis sordidis, nec in aquis habentibus malas herbas. Et eligendi sunt non valde iuuenes, nec valde magni, & qui sunt velocis motus & paucæ viscositatis. Et si sint pisces marini eligendi, sunt, qui capti fuerunt in fluminibus multùm distantibus à mari: & hoc cæteris conditionibus bo-

Margin notes: Parca. Saxaulis. Albica. Tencha. Gornus. Plagitia. Carpa. Galbio. Truta. Qui pisces sint eligendi.

bus bonis suppositis. Item suppositis prædictis coditionibus, quantò pisces sunt squamosiores, tantò sunt meliores: similiter intelligitur de spinis, quia spinæ multę & squamę significant puritatem substātiæ piscis. Item inter pisces marinos meliores & puriores sunt, q capti & nutriti sunt in mari ꝓfundiori, & magis agitato, ad quod est cursus plurium fluuiorū. Ergo capti in mari Septentrionali, quod magis est agitatum, & magis tempestuosum, & velocioris fluxus, & refluxus, meliores sunt captis in mari mortuo, vel Meridionali: similiter intelligendū est de piscibus dulcis aquæ: nam cæteris paribus quantò aqua est profundior & mobilior, tātò piscis in ea nutritus est melior. ¶ Ex his sufficienter eligi potest, qui pisces sunt vituperabiles, & qui laudabiles. Pisces enim bestiales, sicut porcus marinus, canis marinus, delphinus, & morua non multum competit in sanitatis regimine: sunt enim difficilis digestionis, & grossi humoris, multæ superfluitatis, nec in carnibus prædictorum piscium apparent conditiones superiùs numeratę, puta albedo, subtilitas, &c. Et si hos pisces & consimiles comedi contingat, non statim sunt coquendi & comedendi postquam capti sunt, sed conseruandi sunt per aliquos dies, quousq; eorum carnes mollescant, & tenerescant sine substantię corruptione: & etiam prædicti pisces meliores sunt semisalsi, quàm recentes, aut perfectè salsi. Inter alios autem pisces marinos consideratis conditionibus supradictis laudabiliores videntur, rogetus & gornatus, siue gornus: nam eorum caro & substantia est purissima, & post hoc plagitia & sola, sed horum est magis viscosa minus frangibilis, minus alba, & magis grossa, & minus subtilis: nec horum sapor aut odor est ita delectabilis. Piscis merlengus est laudabilior post rogetum: non est tantæ grossitiei & viscositatis, sicut plagitia & sola, & eius substātia est satis frangibilis: sed consideratis sapore & odore cum colore & substantię puritate, & nobilitate, deficit in bonitate à rogeto & gornato, & similiter intelligatur de halece. Morua iuuenis satis appropinquat prædictis in bonitate, consideratis prædictis conditionibus: est tamen grossior & viscosior prædictis piscibus. Salmones aūt & turboti, & maquerelli multum deficiunt in bonitate: sunt enim multum grossiores & viscosiores, ad digerendum difficiliores, & magis superfluitate pleni: vnde non competunt, nisi exercitātibus fortibus iuuenibus, cum quibusdam salsis, eorum viscositate grossitiei, & frigiditati repugnantibus. ¶ Inter pisces autem dulcis aquę consideratis prædictis conditionibus parca & lucius mediocris primum gradum bonitatis obtinent: supposito, quòd sint pingues, deinde vendosia, postea lopia. Et quamuis carpa sit squammosior prædictis, non habet carnem adeò albam & frangibilem, & subtilem, sicut lucius & parca: & sæpius reperitur in stagnis. Vniuersaliter cęteris paribus meliores sunt pisces dulcis aquę, q capiuntur in aqua petrosa, currente versus Septentrionem profunda, multæ agitationis, ad quam non confluunt sordicies ciuitatum, in qua etiam non sunt herbæ malæ. Cancri autem fluuiales & marini multi sunt nutrimenti, & non facilè in stomacho corrumpuntur, verū sunt difficilis digestionis. ¶ Sciendum est insuper, quòd pisces recētes corpus humectant, lac & sperma multiplicant, & multum competunt cholericis. Et non sunt comedendi pisces post forte exercitium, vel fortem laborem: quia tunc de facili in stomacho corrumpuntur. Caueant ab vsu piscium habētes stomachum debilem, vel malis humoribus plenū. Amplius sciendū est, quòd pisces grossi semisalsi meliores sunt, quàm recentes pisces, & saliti multi temporis nō sunt boni. Item non sunt comedendi pisces & carnes simul, nec pisces & lacticinia, nec sunt comedendi pisces post alios cibos. Item pisces laudabiles parum saliti, & in pauca quantitate sumti, reuocant appetitum & ipsum corroborant, si quis habuerit appetitum ad eos.

Vocibus anguillæ prauæ sunt, si comedantur,
Qui physicam non ignorant, hæc testificantur:
Caseus, anguilla nimis obsunt si comedantur:
Ni tu sæpè bibas, & rebibendo bibas.

HIc subdit auctor, quòd anguilla est piscis insanus, maximè nocens vocibus, & hoc probat sermone Medicorum, & naturalem philosophiam studentium: ratio est, quia anguilla est piscis limosus, viscosus, & maximè obstruēs, & multum deficit à conditionibus boni piscis prius narratis in parte pręcedenti. Quod dictum est de anguilla, etiam intelligendum est de lampreda, licet lampredæ paruæ laudabiliores sint anguillis, & minus periculosæ, cùm nō sint tantæ viscositatis & grossitiei, sicut anguillæ, vt patet ad sensum. Vnde salua reuerentia vtentium, isti pisces sunt valde periculosi, quamuis ori sint saporosi: horū enim piscium in aqua similis est generatio, generationi serpentum in terra. Vnde multum dubitandum est, quòd non sint venenosi, & eorum capita & caudæ, in quibus venenum cōsueuit esse, & similiter interior spina nullo modo sunt edenda. Bonum est etiam, propter earum viscositatē, vt submergantur in vino optimo viuæ, & dimittantur ibidē quousq; mortuæ sint, & deinde pręparentur cum gelatina optimarum specierum, secūdum quòd coq. magnorum Dominorum facere consueuerunt. Bonum est tamen, quòd prębulliant primo duobus ebullitionibus in vino & aqua, & illa abiecta decoquantur ad perfectionē, & fiat gelatina, vel pastillatura, vel assatura cum salsamento appropriato, videl. cum salsa viridi, cū fortibus speciebus, & vino in hyeme, cum debilibus speciebus, agresta, & aceto in æstate. Satius tamē est manerię huiusmodi piscium dimittere. ¶ Deinde subdit textus, quòd caseus & anguilla multum nocent, si comedantur, & istud est intelligendum, si in magna quātitate sumantur, quorū causę dictę sunt, de caseo ibi. Persica poma, &c. Et de anguilla nunc dicta est causa. ¶ Postea dicit textus, quòd si ista sumantur cum frequenti potatione vini, malitia eorum corrigitur, & istud nō debet intelligi de vino subtili, & penetratiuo, nec de vino, quòd datur via potus conductiui: quia tale non debet dari super cibum generatiuū mali humoris, quādo comeditur, nec ante ipsum, nec postquam fuerit digestus. Vnde vult Auic. 3. primi cap. de regimine aquæ & vini: quòd tale vinū magnum nocumentū induceret, penetrare enim faceret humorem malum, ex hoc cibo genitum, vsq; ad extrema corporis, qui fortè non sufficeret

Lampreda & anguilla sunt periculosa.

penetrare, sine vini auxilio & conductu. Sed intelligendum est istud de vino forti, non multum penetratiuo, sæpe & in parua quātitate dato, gratia pmistionis ciborū. Tale enim corrigit malitiā ciborū, cōfortat digestionē, digerit phlegmaticos humores, & frigidos: quare iuuat ad digestionē casei, & anguillę, quæ malæ digestionis sunt.

De potu in comestione.

Inter prandendum sit sæpe, parumq; bibendum,
Si sumas ouum, molle sit, atq; nouum.

HIC auctor tangit duo documenta: quorum primum est, quòd comedens in prandio vel cœna debet vicissim comedere & bibere multiplicando vices bibitionis, sed pro qualibet vice parum potus sumere. Et facere non debet quemadmodum bruta, quæ totum cibum capiunt, & postea bibunt, quia sic potus melius cibo permiscetur, & cibus exinde redditur remollitus, & digestionis capacior. ¶ Et circa istud est sciendum, quòd triplex est potus, scil. permistiuus, delatiu⁹, & sitis sedatiuus. Istud autem quod dictum est, intelligendum est de potu permistiuo ciborum: iste enim potus debet vicissim recipi cum cibo, & saluo meliori iudicio, non debet iste potus differri vsq; ad finem comestionis, nec debet expectari sitis. Et iste potus maximè competit, quando sumuntur cibaria actualiter sicca, vel virtualiter, sicut patet in laborantibus, comedentibus panem siccum. Sed potus sitis sedatiuus regulariter & hominib. bene dispositis debet differri vsq; ad finem comestionis: tunc enim est vera sitis ꝓpter ęstuationē cibi calidi & sicci: non enim multum rationabile est, quòd simul vigeant sitis & fames, quia sunt appetitus contrarij. Et debet iste potus dari secundum plus & minus, secundum quod maior vel minor est sitis. Potus verò delatiuus maximè competit completa prima digestione regulariter, & parum ante horam suscipiendi alium cibum sequētem: & talis potus specialiter competit, quando cibaria primitus sumta fuerint grossa in substantia, nec debet expectari sitis ad talem potum suscipiendū. Nam talis potus præparat stomachū ad suscipiendum cibum sequentem, & iuuat trāsitum cibi ad hepar à stomacho, nec debet talis potus esse magnæ quantitatis vt citò possit digeri. Ante enim eius digestionē non transit ad hepar: & istud verū est, nisi talis potus delatiuus fuerit aqua, in qua non oportet expectare digestionem ante penetrationē eius ad hepar. Regulariter autem potus conueniens & delatiuus, aut etiam permistiuus non debet esse aqua: sed vinum vel aliquid ꝓportionabile vino, puta ceruisia, vel cerasarium, vel pomerium, vel mellicratum, vel aliquid simile, quibus omnibus vinum est melius. ¶ Sciendum secundò, quòd quantò cibus est grossior, siccior, & frigidior, tantò potus permistiuus & delatiuus debet esse maior, & econtrariò quantò cibus est calidior, subtilior & humidior, tantò potus delatiuus, & permistiuus debet esse minor: & quātò cib⁹ est grossior & frigidior, & digestioni inobedientior, tantò vinum permistiuum, vel delatiuum debet esse subtilius & fortius: & quanto cibus est subtilior, calidior, & digestibilior potus debet esse debilior, vel vinum debilius, vnde fortius vinum bibendū est cum carnibus bouinis, quàm cum pullinis, & fortius bibendū est cum piscibus, quàm cum carnibus regulariter. ¶ Secundum documentū est, quòd sumens ouum, debet ipsum sumere, quando est molle, & nouū, cuius causa dicta est suprà.

Potus triplex.

Pisam laudare decreuimus, ac reprobare.
Pellibus ablatis est bona pisa satis,
Est inflatiua cum pellibus atq; nociua.

De leguminibus.

HIC ponitur vnū notabile de pisis, & est, qđ pisa aliquo modo laudātur, & aliquo modo laudantur, & aliquo modo vituperātur. Laudantur enim quando comeduntur ablatis corticib⁹: & vituperantur, quando comeduntur cum corticibus & pellibus, quia tunc sunt inflatiua, ideo nō est artificiale ea comedere simul cum cortice, quia medullarum & corticum naturæ discordāt: alterum enim laborat, vt resoluat & exeat, alterū obuiat, vt constringat, vt dicit Isaac in diætis vniuersalibus, quare in corpore fit motus agitatiuus inducēs torturam & inflationē. Et istud nedum veritatem habet de pisis, verumetiam de omnib⁹ leguminibus, sicut fabis, faseolis, lentibus, & similibus, specialiter de habentibus multum corticē, sicut fabę & cicera nigra. Cortex etiā in omnibus est peioris nutrimēti, quàm medulla. Circa istud est sciendum, quòd est vna maneries pisorum alborum rotundorum, habentium corticem exteriorem valde paucum & subtilem: & ista pisa securius possunt comedi cum cortice, quàm alia, quamuis melius sit, quòd depurentur à cortice. ¶ Et quia dictum præcedens veritatem habet de omnibus leguminibus, sciendum est quòd legumina recentia minus habent de cortice, & in eis minor diuersitas est inter corticem, & medullam & facilius digeruntur, ideò dicunt aliqui, quòd magis competunt corporibus sanis, sed non est ita, quia legumina recentia sunt plurimarū superfluitatum, & corruptibilioris substantiæ: quare minus conueniunt corporibus sanis. Et ideo pro veritate tenendum est, quòd legumina sicca, depilata à cortice exteriori sunt saniora, quā recentia non depilata, sed viridia sunt saniora siccis, nō depilatis. ¶ Sciendum vlterius, quòd omnium leguminum substantia est inflatiua, & difficilis digestionis, & eorum nutrimentū malum, nō competit in regimine sanitatis: sed brodium, siue decoctio ipsorum cōueniens est, quia eorum decoctio ventris est subductiua, id est, laxatiua, vrinæ prouocatiua, & venarum deopilatiua. Vnde satis conuenit tēporibus, in quibus homines vtuntur cibis grossis, & obstruentibus, puta tempore ieiuniorum: in isto enim brodio, siue in ista decoctione, conuenienter facta non sunt nocumenta, quę sunt in substantia, vnde in ea non est inflatio, nec difficultas nutritionis, & digestionis, nec malitia nutrimenti. Fit aut ista decoctio per istum modū: vesperi ponuntur cicera, vel pisa in aqua feruēti, & in eadem longo tempore manibus confricantur, deinde prędicta aqua tota nocte temperetur, & in eadē sequenti nocte bulliant duabus vel tribus bullitionib⁹, & postea coletur, & colatura præseruetur, appropinquante hora refectionis, præparetur cum cinnamomo & croco, & aliquantulum vinū addatur, deinde vnico feruore bulliat, & sumatur in principio refectionis. Et brodium, seu pureta cicerum, & pisorum rotundorū alborum, est melius & conuenientius, & naturæ amicabilius, & similiter eorum substantia.

Lac

Lac hecticis sanum caprinum, post camelinum,
Ac nutritiuum plus omnibus est asininum.
Plus nutritiuum vaccinum sit, & ouinum,
Si febriat caput & dolet, non est bene sanum.

De lacte dan. hecticis.

HIc ponuntur quædam documenta circa electionem lactis. Primum est, quòd lac caprinum est sanum hecticis.i.consumtis & emaciatis vel habentibus febrem hecticam: & istud vult Auicen. secundo can. cap. de lacte dicens: Lac caprinum, & lac asininum sunt bona hecticis: & idem vult prima quarti, tractatu tertio cap. de rememoratione medicinarum humectantium hecticos. Et ratio etiam est, quia lac caprinum est temperatum secundum Auic. 2 can. cap. de lacte, & etiam multi nutrimenti, vt vult hic tex. Et post istud lac valet camelinum. Istud .n. subtile est, multæ aquositatis & humiditatis, quare potest humectare eos: verum est tamē, quòd istud lac propter suam nimiam humiditatem parum nutrit: quare minus eis conuenit, quàm caprinum. Istud tamē lac camelarum, & maximè nouiter fœtarum confert hydropisi valde, & patientib. dolorem in hepate, & renouat hepar secundum Aui 2 can. cap. de lacte. ¶ Secundū documentū est, quòd lac asininū plus cęteris lactib. hecticis cōuenit: & istud verum est, comparando lac asininum ad lac aliorum brutorum, quia lac asinæ declinat ad frigiditatē & humiditatē, & est subtilius, & citius penetrans, & tardius coagulabile q̃ lac aliorū brutorū secundum Gal. 7. de ingenio cap. 7. Et idem vult Aui. prima quarti, loco præallegato dicens, & nō est lac post lac mulieris, sicut lac asinæ: & prius dicit: & propriè lac asinę eradicat hecticam, si fuerit ei eradicator, comparando tamen lac asinę ad lac mulieris minus conuenit: lac enim mulieris suggendo sumtum conuenientius est omnibus, vt vult Aui. prima quarti, loco præallegato, ratio est, quia lac humanum siue muliebre subtilius est, frigidius & humidius naturæ humanæ magis simile, velocius penetrans, citius digestum, & magis nutriens. Et debet istud lac dandum hecticis, quātum possibile est, mulgeri magis prope lectū infirmi: & ei protinus sine mora administrari, ne ab aere corrumpatur. ¶ Et circa istud sciendum est, quòd non semper conuenit hecticis lac mulieris, aut asinæ: immò in aliquibus casibus lac acetosum, siue ebutyratum est vtilius hecticis, quàm lac mulieris, aut asinæ. Quorum primus est, quādo hectica est solutio ventris. Secundus est quādo est suspitio de coagulatione lactis in stomacho, vel ardore vehementi febris, vel quia stomachus de se est cholericus, vt lac in choleram conuertat. Tertius est quādo cum hectica complicatur putrida, præcipuè quando in interiorib. non fuerint multæ obstructiones: nam lac acetosum restringit ventrē, & nō faciliter cholerizatur, quia priuatum est butyrositate, per quam faciliter lac inflammatur, nec in putrida febre citò putrescit propter eandem causam. Quartus est, si stomachus fuerit sordidus, tunc.n. lac facilè in eo corrūpitur. Quintus si hecticus abominetur lac dulce, & integrum, & non acetosum, siue ebutyratum. ¶ Tertium documentū est, quòd lac vaccinū, & ouinum sunt magis nutritiua: quia pinguiora & grossiora sunt alijs, vt dicit Aui. 2. can. cap. de lacte: & ibidē de lacte vaccino dicit: Lac omnis animalis, cuius prægnatio prolixior est prægnatione mulieris, est malum: quapropter proportionabile est illud, quod est proximū, sicut vaccinum. Rhasis verò tertio Alman. ca. de lacte dicit: Vaccinum enim lac omni lacte cuiuslibet animalis alterius grossius iudicatur, quod etiā omnibus sui corporis pinguedinem adipisci volentibus, conuenientius existit. ¶ Quartum documentum est, qd' lac nocet habēti febrē, & dolorē capitis: cuius causa dicta est suprà ibi: Persica, pira, poma, &c.

Lac acetosum quandoq; magis conuenit quàm dulce.

Lenit, & humectat, soluit sine febre butyrum.

De butyro.

HIc auctor ponit tres ꝓprietates butyri, quas ipsum inducit in corpore humano. ¶ Prima est, quòd butyrum lenit ventrem, siue mollificat, atq; lubrificat: hanc proprietatē facit sua vnctuositate. ¶ Secunda proprietas est, quòd butyrum est humectatiuum: quia ex melioribus partibus lactis compositum est, ita sibi conuenit humectare, sicut & ipsi lacti, à quo extrahitur. ¶ Tertia est, quòd soluit ventrem, id est, prouocatiuum secessus, & hoc facit: quia lubricitatem inducit in intestinis. Et istas ꝓprietates eius etiam ponit Auic. 2. can. cap. de butyro. Inducit butyrum istas tres proprietates in corpore non febricitante, nociuū tamen est corpori febrienti: quia butyrū sola vnctuositate de facili inflammatur, & in febriente calorem augmētat. Circa istud sciendū est, quòd licet butyrum inducat prædictas proprietates, ratione tamen nimiæ suæ humiditatis & vnctuositatis nō competit via cibi specialiter in quantitate notabili. Primò enim si quis eo vtatur in quātitate notabili, abominationem inducit, & facit cibum supernatare in orificio stomachi, & vētrem plus debito laxat, & vomitum inducit. Nullo ergo modo butyrum est comedendum, via cibi in quantitate notabili, & specialiter non comedatur post alios cibos, sed ad condimētum cibariorum satis conuenit.

Incidit atq; lauat, penetrat, mundat quoq; serum.

De sero siue aqua lactis.

HIc ponuntur quatuor proprietates seri, id est, aquę lactis: quarum prima est, quòd serū est incisiuum, siue subtiliatiuū. Secūda est, quòd est lauatiuum, id est, abstersiuū. Tertia est, quòd est penetratiuū, & ista sequitur ex prima. Quarta est, quòd serum est mundificatiuum, id est, solutiuum, siue purgatiuum. Et tres istarum proprietatum narrat Auic. 2. can. ca. de lacte dicens, quòd aqua eius, scil. lactis, est subtiliatiua, lauatiua, & solutiua, & in ipsa non est mordicatio. Rhasis verò tertio Almansoris dicit, quòd serum choleram rubeam expellit, scabiei quoq; atq; pustulis, necnō eis pustulis, quæ in facie nascuntur, ictericitiæ etiā, atq; ei, cui fortis vini potus nocuit, auxiliū ꝓbet.

Caseus est frigidus, stipans, grossus quoq; durus,
Caseus & panis sunt optima fercula sanis,
Si non sunt sani, tunc hunc non iungito pani.

De caseo.

IN hoc textu auctor duo facit: primò ponit quatuor proprietates casei: quarū prima est, quòd caseus est frigidus, id est, frigidæ naturæ, & istud intelligēdum est de caseo recenti, qui est frigidus & humidus, & nō de veteri, qui est calidus & siccus, vt vult Auic. 2 can. ca. de caseo. Vel potest intelligi de caseo, qui fit ex sola coagulatione lactis, absq; alicuius alterius rei cōmistione. Reperitur enim caseus calidę naturę, calefaciens stomachū, ac linguam mordicās ex commistione rerum sibi

admistarum, sicut est aliquis caseus viridis, qui si in magna quantitate sumatur, multum calefacit corpus. Secunda proprietas est, quòd caseus est stypans, id est, constipatiuus, siue durum vêtrem efficiens: & istud maximè habet veritatem de veteri, & multum coagulū habēte. Tertia est quòd caseus est grossus, id est, grossi humoris generatiuus, quod veritatem habet de omni caseo, quia omnis caseus ex grossiori & terrestriori parte lactis fit. Quarta est, quòd caseus est durus, id est, duritiem vētris efficiens, & ista potest esse eadem cum secunda. Deinde dicit textus, quòd caseus, quamuis solus sumtus, sit insanus, ex quo malæ digestionis est, vt prædictum est, tamen si in modica quantitate misceatur pani, cum ipso pane digestibilis fit, & aliàs nō. Et istud veritatem habet in corpore sano, in ægro autem non: & de caseo prius dictum est ibi: Nutrit & impinguat.

Ignari Medici me dicunt esse nociuum,
Sed tamen ignorant, cur nocumenta feram.
Languenti stomacho caseus addit opem:
Si post sumatur, terminat ille dapes:
Qui physicam non ignorant, hæc testificantur.

IN hoc passu auctor fingit personam loquētem in specie casei, contra dicentes vsum casei esse insanum: & dicit loquens in persona casei: Ignari Medici, id est, medicinam ignorantes, dicunt me caseum esse nociuum, supple vniuersaliter, ignorant causam, cur humanæ naturæ nocere dicor. Et post hoc tangit auctor duas vtilitates sumtionis casei. ¶ Prima vtilitas est, quòd caseus confert ægrotanti stomacho. Et circa istud est notādum, quòd non omnis caseus confert opem omni stomacho languenti, sed in cæteris casibus omnis caseus nocet, scil. stomacho raræ texturæ, & omni stomacho debilitato ex longa ægritudine. Sed caseus recens, & nouus nō multę viscositatis opem confert stomacho calido, quia teste Rhasi tertio Almansoris, adustionem & caliditatē eius reprimit, & stomacho etiam sicco confert propter eius humiditatem. Talibus stomachis multum nocet caseus antiquus, siue multum acutus, vel multū coagulum habens: sed stomacho habenti multa phlegmata eius pelliculis adhærentia, multum confert caseus antiquus, vel multum coaguli habēs: quia talis sui acuitate phlegma incidit, & abstergit. Sed tali stomacho maximè nocet caseus recens, & mollis. Et sic patet, quòd in aliquo casu caseus semper nocet, & in aliquo non, & quòd aliquando caseus recens prodest, & aliquando vetus. ¶ Secunda vtilitas est, quòd caseus sumtus post cibum terminat ipsum, quia facit cibum descendere ad illum locū, in quo viget digestio, scil. ad fundum stomachi. Et istud totum sciunt, qui veram scientiam medicinæ habent. Et de caseo acuto dicit Rhasis tertio Almansoris: veruntamen cum post comestionē parua ex eo gustatur quantitas, os stomachi corroborat, satietatem quoq; nimiam atq; fastidiū, quę ex dulcibus, & vnctuosis nutrientibus in ore stomachi proueniunt, aufert.

Inter prandendum sit sæpe, parumq́; bibendum,
Vt minus ægrotes, non inter fercula potes.

De potu inter comestiones.

HIc ponit duo documenta, quorum primum est, quòd prandendo, id est, comedendo aliquis debet vicissim post cibum sumtū parum & sæpe bibere, ita quòd non debet primò totum cibum sumere, & postea potum. Et istum versum primum aliqui non habēt, quia re vera idem versus in forma prius expositus est. Secundum documentum est, quòd inter duas comestiones, sicut prandium & cœnam, debemus pro posse potum euitare, & hoc si cibus sumtus in stomacho nondum fuerit digestus, nisi magna necessitas adsit: quia talis potus sumtus impedit & interrumpit digestionem cibi primò sumti, cibum facit indigestum de stomacho descēdere, atq; appetitū deiicit circa cibum in cœna sumendū, & corpus grauat, & ad dispositionem, in qua homo neq; sanus, neq; æger est, inclinat, siue ad dispositionem preuenientem febrem.

Vt vites pœnam de potibus incipe cœnam.

An cœna sit incipienda à potu.

HIc auctor innuit, quòd cœna debet incipi à potu, & aliqui exponunt metrū istud. Si vis vitare pœnam, id est, infirmitatem, prius potes in principio cœnæ antequam comedas: sed ista expositio non valet, quia secundum Medicos regularius est à cibo cœnam incipere, quàm à potu. Et quamuis iste liber directus sit Anglicis, ipsi tamē hanc sententiam non obseruant, quia regulariter quacunq; hora diei potum sumunt, præponunt morsum panis: Ideò aliter potest exponi versus iste, accipiendo potum pro cibo liquido, & facilè digestibili, sicut accepit Hippocr. potum secunda particula aphor. ibi. Facile est repleri potu, q̄ cibo: ita quòd sensus istius versus sit, quod meliꝰ est cœnam incipere à potu, id est, cibo liquido, & facilè digestibili, quàm à grosso & duro, & difficilè digestibili. Cuius ratio est, quia si cibus liquidus, & facilè digestibilis post sumatur, cùm in nocte superueniente fortificetur calor digestiuus, cibus liquidus & facilè digestibilis longo tempore erit digestus, ante grossum & difficiliter digestibilem: & cùm non poterit habere exitum, propter cibum grossum nōdum digestum, nimis aduretur, vel si exeat grossum secum rapiet cibum, nondum digestum plenè. Melius est ergo vt iste cibus liquidus, & facilè digestibilis prius sumatur, vt tempore, quo digestus sit, exitum habeat nullo repugnante.

Singula post oua pocula sume noua.
Post pisces nux sit, post carnes caseus adsit,
Vnica nux prodest, nocet altera, tertia mors est.

HIc auctor ponit aliqua documenta. Primum est, quòd post sumtionem cuiuslibet oui recētis, supple, & mollis debemus sumere potum, & maximè haustum vini: cuius causa potest esse, quia ouum recens, & molle est optimi nutrimēti, & facilis digestionis: & est de his, quæ in modica quantitate multum nutriunt, & præcipuè eius vitellus, vt dictum est prius ibi: Oua recētia. Sic ergo vinum, quod est amicum naturę facit, quòd ouum auidius ad membra trahatur, & ad eius penetrationem iuuat. Et causa alia etiam potest esse, quia ouum tardè per œsophagum descendit: potus ergo vel vinū iuuat eius descensum. ¶ Secundum documentum est, quòd post comestionem piscium debemus sumere nuces loco casei, quia nux sua siccitate impediat generationē phlegmatis, quod generari solet ex piscibꝰ: & hinc est, q̄ in quadragesima vltimò dantur nuces. ¶ Tertiū documētum est, quòd post comestionem carniū debemus sumere caseum, & non nuces: quia nuces ni-

ces nimium exiccarent, & caseus non, sed facit ci- A
bum descendere ad fundum stomachi, in quo vi-
get digestio. Et istud est verum de caseo medio-
cri inter veterem & nouum. Deinde subdit tex-
tus in vltimo versu, quòd vnica nux, scil. nux mu
scata prodest naturæ humanæ & ꝓficua est: quia
bonum odorem oris efficit, visum cõfortat, & si-
militer hepar, splenem & stomachum, & maximè
os eius secũdum Auic. 2. can. cap. de nuce musca-
ta Sed altera nux, scil. auellana, vel communis no
cet. Auellana quidem, quoniam inflatiua est, & ge B
neratiua, ventositatum in ventre inferiori, & facit
sodam, & tardæ est digestionis & excitat vomitũ,
vt habet Auicen. 2 can. ca. de ea. Nux verò cõmu-
nis, quia etiá facit sodam, & difficilis est digestio-
nis, & mala stomacho calido propter eius calidi-
tatem. Sed tertia scil. nux balistæ est mors, id est,
mortem inferens, quia per balistam homines in-
terficiũtur. Vel potest istud intelligi de nuce me-
tel, quæ secundum Auic. 2. can. est venenum stu-
pefactiuum, quare mortifera est. C

De piris.

Adde potum piro, nux est medicina veneno:
Fert pira nostra pirus, sine vino sunt pira virus:
Si pira sunt virus, sit maledicta pirus.
Si coquas, antidotum pira sunt, sed cruda venenum,
Cruda grauant stomachum, eleuãt pira cocta granatũ:
Post pira da potum, post pomum vade cacatum.

IN primo versu auctor dat vnum documẽtum
dicens, quòd nos debemus post vsum pirorũ
sumere potum, scil vinum. Cuius causa sufficien
ter dicta est prius, quia pira sunt generatiua ven- D
tositatis, & de proprietate cholicam inducentia,
& sanguinem aquositate replentia: ergo cum eis
debet potari vinum, & maximè forte calidum,
quod est ventositatum carminatiuum, & aquosi-
tatum consumtiuum, quas inducunt pira. ¶ Se-
cundò dicit textus, quod nux est medicina vene-
no, id est remedium contra venenum, vt prius di-
ctum est ibi: Allia, nux, ruta. ¶ Deinde in 2 & 3.
versibus innuit, quòd pira sumta sine vino sunt
venena, id est, naturæ nocẽtia propter causam di- E
ctam in primo versu Verum est tamẽ, quòd pira
non sunt virus, id est, venenum simpliciter, quia
si sic comestio eorum mortem induceret, & pirus
ea portans esset maledicta. ¶ Deinde in quarto
versu auctor innuit, quòd pira cruda sunt vene-
num, id est, nocumẽtum inferentia, quia faciunt
ebullitionem humorum, cholicam, phlegmata &
scabiem: si tamen ipsa coquantur, sunt antidotũ,
id est, medicina, modo quo dictum est, scil. cum
vino, & maximè etiá post alios cibos sumta, quia F
sic iuuant ad expulsionẽ fæcũ. ¶ Deinde in quin-
to versu dicit, quòd pira cruda grauát stomachũ,
quia ipsum impediunt à digestione, & inflatiua
sunt: sed pira cocta releuát stomachum grauatũ,
& disponunt ipsum ad suam naturalitatem. ¶ Et
in vltimo versu subdit duo. Primũ est, quòd nos
debemus post pirum sumere potum, ꝓpter cau-
sam dictam prius. Secũdum est, quòd post esum
pomi debemus ire fæcatum, id est, ad secessum: &
secundum Auic. 2. can. cap. de pomis. Poma dul- G
cia & acetosa, quando in stomacho inueniunt hu
morem grossum, quandoq; deponunt ipsum in
egestione: ratio tamen textus esse potest, quia po
ma multum inflatiua sunt, ventositatem generan
tia, quæ in secessu emittitur.

Pira de proprietate inducunt cholicā.

De cerasis.

A *Cerasa si comedas, tibi confert grandia dona:*
Expurgant stomachum, nucleus lapidem tibi tollit,
Et de carne sua, sanguis erit tibi bonus.

HIc ponuntur tria commoda prouenientia
ex vsu cerasorum: Primum est, quòd cerasa
expurgant stomachum, & istud secundũ quosdá
verum est, quádo simul cum eis nuclei teruntur,
quia sic simul habẽt quandam vim abstersiuá, ac
mundificatiuam. Secundũ est, quòd nucleus ce-
rasorum, id est: arillus habet virtutẽ frangendi la-
B pidem renum, vel vesicę, si succus sumatur vel ex
eo fiat lac. Tertium est quòd caro cerasorum est
generatiua optimi sanguinis, & confortans ac im
pinguans. Et istud experimento comprobatur,
quia videmus passeres, qui sunt aues multum co
medentes cerasa, quòd tempore cerasorũ habent
hepata multũ maiora, quàm alio tempore: signũ
ergo est, quòd magnificant hepar & confortant.
¶ Circa istud tamen est notádum, quòd duplicia
sunt cerasa, scil. grossa & parua. Grossa autem ad-
C huc duplicia, scil. dulcia & pontica: omnia dulcia
& parua sunt insana, de facili corruptibilia, ac in
corporib. facientia vermes. Grossa pontica dicun
tur cina, & illa sunt adhuc duplicia: quędam sunt
rubea, & mollis carnis, & talia debent recentia co
medi, & in principio mensæ, & habẽt vim abster-
siuam stomachi, atq; appetitũ incitandi. Alia sunt
cina nigra, & grossa, satis duræ carnis: & inter cę-
tera maximè pontica, & ista debẽt comedi in fine
prandij siue cœnæ: cuius causa est, quia ista sua
D ponticitate, quádo in fine mensæ sumuntur, clau
dunt orificium stomachi, quo clauso digestio me
lior ac velocior fit.

Cerasa duplicia.

Infrigidant, laxant, multum prosunt tibi pruna.

HIc ponuntur duæ vtilitates, prouenientes ex
esu prunorum. Prima est, quòd pruna infri-
gidant corpus, & ideo Portugalenses in calida re
gione existentes, in decoctione suarum carnium
semper commiscent pruna, & maximè Damasce
na ¶ Secunda est, quòd pruna laxant ventrem,
E & hoc est propter eorum humiditatem, & visco-
sitatem secundũ Galen 2. alimentorum. Et istud
est verum de prunis maturis: in crudis enim, quę
non sunt matura, est stypticitas, & eorum nutri-
mentum est paucum, vt dicit Auicen. 2. can. cap.
de eis. Et ista secunda vtilitas, licet etiam multũ
conueniat prunis Damascenis, sicut & prima, ma
ximè tamen conuenit prunis Armenis, id est, de-
portatis ex terra Armeniæ, quia meliora sunt om
nibus, & vehemẽtius soluentia, secundum Auic.
F loco pręallegato. Et pro maiori declaratione ista-
rum vtilitatum sciẽdum est, quòd pruna matura
sunt in vsu, & non immatura. ¶ Pruna autẽ ma-
gis naturæ conuenientia sunt illa, quæ sunt figu-
ræ oblongæ habentia carnem paucam, & duram
ad aliqualem siccitatem declinantia, & corticem
exteriorẽ tenuem, & debẽt esse in sapore non ve-
ræ dulcedinis, sed debet esse eorum dulcedo atti-
nẽs alicui acredini, & huiusmodi sunt pruna Da-
mascena: talia enim pruna infrigidant, vt dictum
G est. Sunt autem multæ aliæ maneries prunorũ,
quorum vsus non est approbandus. ¶ Sunt etiá
quædam prunella syluestria parua, quæ crescunt
in syluis, & non sunt laxatiua, sed ventris restricti
ua, & ex his fit aqua, quæ vẽtris restrictionẽ facit.
¶ Debent autem pruna, quæ sumuntur propter

De prunis.

Prunella syluestria.

ventris laxationem, primò poni in aqua frigida, tunc enim perfectius infrigidant, & humectant, & choleram, quá inueniunt, lubricando soluunt, & sic stomachus melius disponitur ad cibum recipiendum. Et est diligenter notandũ, quòd pruna humida recentia sunt magis alteratiua, quamuis sint peioris nutrimenti, & plurium superfluitatum, sed pruna sicca magis cõfortant, & melius nutrimẽtum dant corpori: & sicut dictum est de prunis, sic suo modo intelligatur de cerasis. Verũ est tamen, quòd cerasorũ humiditas est subtilior, & minus viscosa, vnde minus nutriunt, q̃ pruna.

De persicis.

Persica cum musto vobis datur ordine iusto
Sumere, sic est mos nucibus sociando racemos,
Passula non spleni, tussi valet, est bona reni.

IN hoc passu tria ponuntur documẽta. Primum est, quòd mustum est bibendum cum persicis, vel persica comedenda sunt cum musto. Causa primæ partis est, quia mustum est multum calefactiuum, & ebullitionẽ faciens in corpore nostro, hanc autem ebullitionem & calefactionem prohibent persica sua frigiditate. Causa secundę partis est: quia persica sunt multum frigida, & corpus multum infrigidantia, ergo super ipsa debet bibi illud vinum, quod plus calefacit: illud autẽ est mustum, quod scitur experientia. Et de ordine comedendi persica & multis aliis dictum est prius ibi: Persica, poma, pira. ¶ Secundum documentum est, quòd racemi debent comedi, quando comeduntur nuces, & maximè antiquę & siccæ. Recentes enim nuces sanę sunt per se, sed antiquæ siccæ nimium exiccant, & propter earum vnctuositatem de facili inflammationem in corpore inducunt: quare cum eis comedi debent racemi, qui resistunt inflammationi, & exiccationi, cùm humectent, & de nucibus amplè dictum est ibi: Allia, nux, ruta. ¶ Tertium documentum est, quòd passula, id est, vua passa, nocet spleni, quia inducit obstructionem eius: sed vua passa vtilis est renibus, quia ex quo ipsa est vrinæ prouocatiua, ipsa est lauatiua renum: ex multa enim aquositate ad renes ducta, ipsi renes mundificãtur. Et de vuis pasis, siue passulis etiam dictum est suprà, ibi: Nutrit & impinguat.

Passula.

Scropha, tumor, glandes, ficus cataplasmate cedit,
Iunge papauer ei, confracta foris tenet ossa.

De emplastro cum ficubus.

HIc ponuntur duæ vtilitates prouenientes ex emplastratione ficuum. Prima est, quòd fic⁹ decoctæ, in aliquo liquore, videl. in aqua, & tunc superpositæ cum humiditate curant istas tres ægritudines, scil. scrophulas, glandes, & tumores. Per scrophulas intelliguntur inflationes sub mẽto, circa collũ: & dicitur scrophula à scropha, qđ idem est quod sus, siue porca. Vel quia ista ægritudo multum accidit porcis, propter gulositatẽ eorum, vel quia eius figura secundum plurimum assimilatur porcis, vt vult Auic. 3. quarti, tractatu 2. cap. de scrophulis. Per glandes verò intelliguntur apostemata, q̃ cõmuniter solent accidere sub axillis, & inguinibus. Et per tumorem possunt intelligi inflationes in qualibet parte corporis. Vnde pro istis apostematibus curandis, & maximè maturandis debet decoqui ficus in aqua, & ipsi aquæ debet commisceri modicum aceti, vt acetũ iuuet penetrationẽ virtutis ficus: & decoctione facta, ficus debent teri in mortario, deinde misceri cum medica aqua, cum qua bullitæ sunt: vnde cataplasma ꝓpriè est medicina facta ex aliqua re, & succo eius, iuxta illud metrum: *Tunc cataplasma facis, cùm succum ponis & herbam.* ¶ Secunda vtilitas est, quòd ficus cum papauere cataplasmate retinent ossa fracta, & debent decoqui insimul cum aqua absq; appositione aceti, & debent simul teri, & addi eis aqua decoctionis earum, & tunc superponi. Et causa istius potest esse, quia papauer est stupefactiuum, & per illud tollitur dolor, q accidere solet in fractione osium, & ꝓuocat somnum. Ficus similiter facit moueri humiditates ad exteriora, quibus humiditatibus ad ossa motis, ossa possunt retinere ad nascentiam, nunquá tñ verè continuari. Aliqui tamen textus habent, loco tenet, trahit: & tunc sensus est melior. Papauer est triplex. s. album, nigrũ, & rubeũ. Rubeum autem est syluestre, & venenosum, & crescit in bladis, & iuuenes solent terere flores, & facere atramentum ex ipsis floribus.

Pediculos, Veneremq́; facit, sed cuilibet obstat.

Ficus ficca comesta.

HIc ponuntur duæ operationes ficuum. Prima est, quòd ex comestione ficuum sequitur multitudo pediculorũ in corporibus humanis: & istud maximè veritatẽ habet de ficubus siccis, vt dicit Auic. 2. can. ca. de ficubus. Et causa secundum eum ibi est, propter malitiam & corruptionem humoris generati ex eis: alia causa etiam potest esse, quia ficus prouocant multum sudorem, ex quo sequitur generatio pediculorum. Secunda operatio est, quòd ficus incitant appetitũ coeundi, quia generant ventositatem, quæ iuuat ad erectionem virgæ, & similiter sunt multarum superfluitatum, & sperma augmentantes.

De mespilis.

Multiplicant mictum, ventrẽ dant mespila strictũ.
Mespila bona dura, sed mollia sunt meliora.

HIc ponuntur duę vtilitates mespilorum. Prima est, quòd multiplicant mictum, siue vrinam, cuius causa potest esse, quia indurant fęces, & sic aquositas fęcum est causa multitudinis vrinæ. Vel potest sumi causa similis illi, quę sumetur ex illo aphorismo: vrina nocturna multum facta modicum secessus significat in die, & econuerso, qui multas habuerit sedes nocturnas, mane habet paucá vriná, cuius causa est, quia si multa fiat egestio, multũ de humiditate, q̃ transire deberet ad vesicá, simul cum ea exit. Et si vrina fiat multa, multũ de humiditatibus, q̃ transire deberẽt cum egestione, & eam magnificare, cũ vrina euacuantur. Secunda vtilitas est, quòd mespila cõstipant ventrẽ, & istud accidit ꝓpter eorũ ponticitatem, & stypticitatẽ: ex quo infert textus, quòd mespila dura sunt bona & hoc, quia constringunt ventrẽ, ergo prosunt vẽtri nimiũ laxato. Sed mollia mespila sunt meliora duris, quia melius nutriunt, & minus ventrẽ constipant. Et circa istud est sciendum, quòd mespila minus cõpetunt nutrimẽto, q̃ poma, pira, persica, ficus, & similia, quod satis ostẽdit austeritas saporis eorũ, & durities substátiæ eorũ postq̃ in arbore maturata sunt, ideo ex his parũ debet comedi, & magis recipi debẽt via medicinæ q̃ cibi. Et qa virt⁹ eorũ est styptica valde, satis cõpetũt ex fluxu vẽtris. Et qa mespila in arbore nõ mollescũt mollitie sufficiẽte ad esum, ideo antequá comedantur, remolliantur, & tunc sunt magis delectabilia gustui, & minus styptica.

Proue-

De musto.

Prouocat vrinam mustum, citò soluit & inflat.

HIc ponuntur proprietates tres musti: quarum prima est, quòd mustum prouocat vrinam: cuius causa est, quia in musto sunt partes terrestres, nitrosæ, mordicantes vesicam cum ad eam veniunt, & propter earum mordicationem, vesica citiùs nititur eas expellere, & ipsum mustum. Et ista proprietas intelligenda est de mustis habentibus fæces mordicantes, sicut musta plurima Rhenensia, quia musta habentia fæces grossas non mordicantes, sed magis obstruentes, impediunt vrinam, sicut prius dictum est, ibi: Impedit vrinam. Secũda est, quòd mustum citò soluit, vel laxat ventrem propter eandem causam dictam in prima proprietate. Tertia est, quòd est inflatiuum propter ebullitionẽ, quam facit in corpore, ex qua proueniunt ventositates: & causæ istarum duarum proprietatum dictæ sunt prius ibi: Impedit vrinam.

De ceruisia.

De aceto.

Grossos humores nutrit ceruisia, vires
Præstat, & augmentat carnem, generatq; cruorem.
Prouocat vrinam, ventrem quoq; mollit, & inflat,
Infrigidat modicum. Sed plus desiccat acetum.
Frigidat, emaciatq;, melanc. dat, sperma minorat,
Siccos infestat neruos, & pinguia siccat.

IN hoc textu auctor duo facit: Primò ponit octo proprietates ceruisiæ. ¶ Quarum prima est, quòd ceruisia facit in corpore nostra grossos humores, & istud maximè habet veritatem respectu vini. Et diuersificatur ceruisia in generando grossos humores ex parte suorum componentium: nam ceruisia ex grossiori substãtia grossiores humores generat, & ex min9 grossa, minus grossos. Secunda est, quòd ceruisia augmentat vires: & istud est intelligendum, de ceruisia ex optimis granis composita, & quæ plurimæ decoctionis est, cuiusmodi est ceruisia Ostẽsis, ista enim multum nutritiua est: ideò vires augmentat. Tertia est, quòd augmentat carnem: & istud prouenit propter multam eius nutritionem. Quarta est, quòd multiplicat sanguinem eadem de causa: & istæ tres vltimæ proprietates habent veritatem de ceruisia antiqua, multum decocta, & de optimis granis composita. Quinta est, quòd prouocat vrinã. Sexta est, quòd laxat ventrẽ. Et istæ duæ proprietates maximè habẽt veritatem de ceruisia clara multũ lupulẽta. i. in qua plurimum lupuli imponitur, cuiusmodi est ceruisia Hamburgensis, q̃ prouocat vrinã, & laxat propter lupulũ. Ipsa tamẽ non valet debilia cerebra habentib. quia talis de facili inebriat propter multitudinem lupuli. Septima est, quòd inflat ventrem: & istud habet veritatẽ de ceruisia modica decoctione cocta, cuiusmodi est cocta Hollandiæ, q̃ maximè inflat, obstruit & propterea plurimùm impinguat. Octaua est, qđ ceruisia modicum infrigidat, cuiusmodi est ceruisia Hollandiæ, Brabantiæ, Hannoniæ, & Flãdriç, & illa qua cõmunis homo vtitur, & ista proprietas maximè veritatẽ habet respectu vini. Circa istud est sciendum, qđ ceruisia potest fieri ex auena, hordeo, & ex frumẽto, & secundũ quod fit ex alio & alio grano, est alteri9 & alteri9 complexionis. Quæ. n. fit ex hordeo, plus attinet frigiditatis, quia hordeum est frigidũ: quæ autẽ fit ex hordeo & auena minus obstruit & minus generat ventositates, & min9 nutrit: & q̃ fit ex frumẽto, plus attinet caliditati, & magis nutrit, & magis obstruit. Et quantò ceruisia est grossior, tantò est deterior, & quantò subtilior, tantò melior. Vlteriùs est sciendum, qđ pessima ceruisia est, q̃ fit ex rebus inebriantibus, puta ex grano, qđ nominatur lolium, quia ista maximè dolorem capitis generat, & neruos lædit. Deinde ponit textus quinq; proprietates aceti: quarum prima est, qđ acetũ exsiccat: dicit enim Auic. cap. de eo. 2. can. qđ est fortis exsiccationis, & propterea Medici præcipiunt tempore pestis vti aceto cum cibo, & similiter cum potu. Dicit. n. Auic. 3. 1. in cap. vnico, doctrinæ quintę. Aceto præterea in cibo & potu vti, in pestilentia est nocumenti ipsius securatio. Secunda est, qđ acetum infrigidat proprietate, quæ in eo est. Tertia est, qđ emaciat. i. facit hominem macilentum: & ratio est, quia exsiccat, & istud maximè verum est de aceto ieiuno stomacho sumto, vt vult Auic. 3. primi doctrina quarta, cap. 5 de extenuatione crassi. Verum est tamen, quòd assiduus vsus aceti maximè in ieiuno, multa inducit incommoda, visum debilitat, pectus offendit, tussim commouet, stomachum & hepar lædit, neruos & iuncturas vehementer opprimit, has artheticis dolorib. tremoribus, & paralysibus vexãs. Quarta est, qđ acetum generat melancholiã, eo quòd humores infrigidat & exsiccat. Quinta est, quòd acetum minorat sperma, propterea quia exsiccat, infrigidat, & emaciat. Et istas proprietates aceti ponit Rhasis 3. Almãsoris, dicens: Acetum frigidum est, & siccum, quod & maciem efficit, & vires destruit, sperma quoq; minuit: & choleram corroborat nigram, rubeam verò choleram & sanguinem debilitat, ciboség;, quibus admiscetur, subtiliat. ¶ Deinde in vltimo versu auctor subdit tria. Primum est, quòd acetum nocet macilentis, & ratio est, quia acetum exsiccat, & sic addit in macilento maciem: simile enim addito suo simili facit ipsum furere. Et etiam omnis cõplexio ipsum per contrarium medicatur, & per simile deterioratur. Secundum est, quòd acetum nocet neruis, vt dicit Auic. 2. can. cap de eo: Tertium est, quòd acetum emaciat, vt dictum est.

De rapa.

Rapa iuuat stomachum, nouit producere ventum,
Prouocat vrinam, faciet quoq; dente ruinam.
Si malè cocta datur, hinc torsio tunc generatur.

IN hoc passu ponuntur tres vtilitates rapæ tẽperatè coctæ: & vnum eius nocumentum. Prima vtilitas est, qđ rapa iuuat stomachũ, quia benè digeritur à stomacho, nec ipse ea grauatur. Secũda est, qđ rapa est prouocatiua venti, qđ patet experimẽto. Tertia est, qđ rapa est prouocatiua vrinæ. Præter tñ istas proprietates vult Auer. qđ magnã proprietatẽ habet in confortando visum. Nocumentum verò raparum est, quòd assiduatio raparum nocet dẽtibus. In vltimo autem versu subditur, quòd rapa malè cocta torsiones facit in corpore, quia multiplicat ventositates, iuxta illud: *Ventum sæpè rapis, si tu vis viuere rapis.* Et est sciendum, quòd caudæ raparum fortiter ventrem laxant. ¶ Pro maiori notitia sciendum est, quòd rapæ inter radices magis conueniunt ad corporis nutritionem, quod satis ostenditur ex amicabilitate sui corporis. Hæc. n. complexio est omnibus eduliis, quòd amara & pũgitiua minus alimẽtũ dãt corpori, & dulcia magis, qa ergo

Rapa nutrimentum.

rapæ radicibus aliis sunt dulciores, & minus pū-gitiuæ, magis cōpetunt via cibi, sed generant sanguinem grossum melancholicum, si digestiua sit debilis. Et bonum est, quòd depurentur à prima aqua, & nullo modo debent comedi crudę: & incitant ad coitum, & vias mundificant vrinales.

De quibusdā mēbris in via nutrimenti.

Egeritur tardè cor, digeritur quoq; durè.
Similiter stomachus, melior fit in extremitate,
Reddit lingua bonum nutrimentum medicinæ.
Digeritur facilè pulmo, citò labitur ipse.
Est melius cerebrum gallinæ, quàm reliquorum.

Cor. IN isto passu notantur quinq;. Primum est, qđ cor animalium comestum tardè digeritur, & tardè etiam egeritur, & ratio est, quia caro cordis est caro melancholica, quæ difficiliter digeritur, & tardè descendit. Et non est caro bona, secūdum Auicennam secundo canone cap. de carne. & non multum nutrit, vt dicit Rhasis tertio Almansoris. ¶ Secundum est, quòd stomachus simi- Stomachus. liter est malæ digestionis, & tardè descensionis, cuius ratio est, quia stomachus est membrū neruosum, cartilaginosum, quare difficile digeritur: ergo etiam non generat bonum sanguinem. Deinde subdit textus, quòd stomachus in eius extremitatibus, scilicet quo ad eius fundum & orificium melius digeritur, cuius ratio est, quia in illis partibus magis carnosus est, & magis pinguis. Lingua. ¶ Tertium est, quòd lingua est boni nutrimenti: & hoc, quo ad eius radicem, vt vult Auicennas secundo canone cap. de carne, & ratio est, quia est facilis digestionis, & carnosa. Et inter reliquas linguas, lingua porcelli, quæ ablata eius pelle æquiparatur carni apri, vt sciunt prægustatores principum. Lingua bouis non est multum sana, propter eius nimiam humiditatem: gulosi tamen linguis vti volentes, ante earum assationem imponunt caryophyllos, quibus humiditas linguarū Pulmo. minuitur, & sic aptiores sunt esui. ¶ Quartum est, quòd pulmo facilè digeritur, & facilè egeritur: & istud est propter eius raritatem & mollitiem. Verum est tamen, quòd eius nutrimentum non est conueniens naturæ humanæ, quia parum est & phlegmaticum, vt dicit Auicennas secundo canone cap. de eo. Et circa istud est sciendum, qđ pulmo arietis, quamuis non sit bonus cibus, est tamen bona medicina, quia sanat excoriationem calcanei, ex calciamento, si ponatur super ipsum Cerebrum. calidus, vt dicit Auic. loco præallegato. ¶ Quintum est, quòd cerebrum gallinæ inter omnia cerebra est melius, de quo dicit Auic. 2. can. quòd prohibet fluxum sang. narium. Debet tamē cum sale aut cum specieb. comedi, quia de se vomitum prouocat. Et circa istud sciēdum est, quòd de cerebro pullorum dicunt Medici, qđ augmentat memoriam: cerebra verò porcorum naturæ non sunt conuenientia, sed cerebrū ouis, leporis, vel cuniculi sale, vel cū specieb. comedi potest: & de cerebro amplius dictū est, ibi: nutrit & impinguat.

De semine fœniculi.

Semen fœniculi pellit spiracula culi.

HIc ponitur vnum documentum: & est, quòd semen fœniculi, quod dicitur marathrum, expellit ventositates, aut eas dissoluit, & ratio est: quia est calidum, & siccum, & carminatiuum. Circa istud est sciendum, quòd à communibus quatuor tanguntur vtilitates, prouenientes ex esu marathri, siue sem. fœn. Prima est, quod confert febrib. secunda est, quòd pellit venenū: tertia est, qđ mundificat stomachum: Quarta est, qđ acuit visum: & de isto solent dari isti versus cōmunes:

Bis duo dat marathrum, febres fugat, atq; venenū,
Et purgat stomachum, lumen quoq; reddit acutum.

Et istas quatuor vtilitates tangit etiam Auicen. 2. can. loquēs de fœniculo. Circa quartam vtilitatē nota, qđ Auic. loco præallegato, de semine fœn. dicit: Democritus quidē existimauit, qđ veneno si vermes pascuntur fœn. recentis semine, vt eorū visus cōfortetur, & viperæ & serpentes fricāt oculos suos cū egrediuntur de cauernis suis post hyemem super ipsum, vt illuminētur oculi. Sciēdum vlterius, q[uo]d fœniculus tardè digeritur, malè nutrit, & parum: ideò non competit via cibi, sed magis via medicinæ. Non igitur vtendum est eo in regimine sanitatis, nisi ad correctionem malitiæ quorundam aliorum ciborum: interdū cum lactuca comedimus petroselinum ad resistē dum frigiditati, & humiditati lactucæ, sic etiam cum cucurbitis potest decoqui fœniculus, & similiter cum rapis ad corrigēdam malitiam earū.

De aniso.

Emendat visum, stomachum confortat anisum:
Copia dulcoris anisi fit melioris.

HIc ponuntur duæ vtilitates anisi: quarum prima est, quòd anisum confortat visum: secunda est, quòd anisum confortat stomachum, cuius causa est, quia anisum mundat stomachū à phlegmatibus, & ipsum calefacit: & propterea etiam confert visui, quia nihil est, quod visui magis noceat, quàm immunditia stomachi, nam, à stomacho immundo eleuantur fumi immundi, qui oculis nocent perturbando spiritus visiuos: & ista duo iuuamenta facit anisum dulce. Præter istas vtilitates Auicennas secundo canone capite de aniso, plures alias vtilitates anisi ponit: vult enim ibi, quòd anisum est aperitiuum, dolorum sedatiuum, & ventositatum resolutiuum, sedatiuum sitis causatæ ex humiditatibus salsis: aperitiuum obstructionum hepatis & splenis generatarum ex humiditatibus, similiter renum, vesicæ, & matricis, prouocatiuum vrinæ, & menstruorum, & mundat matricem à fluxu humiditatum albarum, & est motiuum coitus.

De spodio.

Si cruor emanat, spodium sumtum citò sanat.

HIc ponitur vnum iuuamentum spodij: & est, quòd spodium sumtum sanat fluxum sanguinis, cuius causa potest esse, quia spodium habet virtutem propriam confortandi hepar, & sic fortificato hepate, quod est fons & origo sanguinis, sanguis melius ab eo retinetur. Et dicit Auicennas secundo can. cap. de spodio, quòd spodiū est radices cannarum adustæ. Dicitur. n. qđ ipsę aduruntur propter fricationem suarum extremitatum, cùm ventus eas perflat. Simō tamē Ianuēsis dicit, quod spodium est res, cuius origo nos latet: res tamen adusta videtur, & diuisiones cannarum adustarum. Et nedum spodium confert in nimio fluxu sanguinis, imò etiam in nimio fluxu vētris & vomitu, vt dicit Rhasis 3. Almansoris. Confert etiam in febribus acutis, confortat cor, & tremori eius & syncopi factæ ex effusione cholerę ad stomachum auxiliatur, vt vult Auicennas loco præallegato. Est sciendum circa prædicta, quòd sicut spodium habet aspectum ad hepar, & proprietatem cōfortandi ipsum, ita sunt aliq medicinę,

De quibusd[am] ... ibus.

dicinæ, quæ habent similem aspectum, & similem proprietatem confortandi aliqua alia membra specialia, sicut macis cor, mosch⁹ cerebrum, liquiritia pulmonem, cappares splenem, & galāga stomachum, vt patet in his versibus: Gaudet hepar spodio, mace cor, cerebrū quoq; moscho. Pulmo liquiritia, splen cap. stomachusque galanga.

De sale.

Vas condimenti præponi debet edenti,
Sal virus refugat, & non sapidumq; saporat.
Nam sapit esca malè, quæ datur absq; sale.
Vrunt res salsæ visum, semenq; minorant.
Et generant scabiem, pruritum, siue vigorem.

IN hoc textu tria fiūt. Primò ponitur vnum documentū generale, quod obseruatur apud omnes & est, quòd vas condimenti, scilicet salis qđ communi nomine salinum dicitur, debet præponi in mensa ipsi edenti: Iuxta illud commune metrū: Sal primo poni debet, primoq; reponi. Omnis mensa malè ponitur absq; sale. Secundò tanguntur duo iuuamenta salis: primum est, qđ sal resistit veneno, cuius duplex potest esse causa: vna est, quia sal exsiccatiuum est, & sic sua siccitate exsiccat humiditates, ex quibus potest sequi corruptio: alia causa est, quia sal exsiccat & comprimit humiditates à corpore extrahēdas, & sic claudit poros, & per consequens prohibet penetrationem veneni, quæ fieri deberet per poros. Secundum iuuamentum salis est, qđ sal inducit saporē in cibariis: nā communiter videmus ad sensum, quòd nulla cibaria sapiunt sine commistione salis, vt dicit tertius versus. Tertiò ponuntur quatuor nocumenta salis, siue cibariorum valde salsorum: primum est, quòd cibaria valde salsa vrūt visum, id est, deperdunt visum, vel nocent visui, cuius causa potest esse duplex: Prima est, quòd res nimium salsæ inducunt nimiam siccitatem, quæ est contraria oculis, quæ sunt instrumenta visus, cùm oculi sint de natura aquę, vt dicitur in lib. de sensu, & sensato. Secunda causa est, quia cibaria multum salsa sunt pruritiua, & mordicatiua, modo, vt superiùs dictum est, à cibariis mordicatiuis in stomacho existentibus eleuantur fumi mordicatiui, qui sua mordicatione oculis nocēt, ac ipsos multum rubificant: ideò videmus, quòd bulliētes sal rubeos communiter habent oculos. Secundum nocumentum est, quòd cibaria multum salsa minorant sperma, & ratio est, quia cibaria multum salsa multum exsiccant omnes humiditates corporis, quare etiam sperma exsiccatur, & sic minoratur. Tertium nocumentum est, qđ generant scabiem, cuius ratio est, quia sal generat humorem acutum, mordicatiuum, adustum, qui etiam est causa scabiei. Quartum nocumentum est, quòd augent pruritum, & ratio est: quia generant humorem mordicatiuum, & pruritiuum. Et ista quatuor nocumēta commemorat Rhasis tertio Almansoris de sale, dicens: Eorum præterea sanguinem, qui multam ex eo sumserunt quantitatem, adurit, visum quoq; debilitat, atq; minuit sperma, & generat pruritum & scabiem. Præter ista nocumenta, per salsa, id est, multum salsa, inducūt serpigines, impetigines, morpheā, lepram in dispositis, & vias vrinæ excoriant, cùm diu continuantur. Moderatè tamen salsa fastidium auferunt, appetitum excitant atque acuunt.

quibusdā ... ibus.

Hi feruore vigent tres, salsus, amarus, acutus:
Alget acetosus, sic stipans, ponticus, atq;
Vnctus, & insipidus, dulcis dant temperamentum.

IN hoc textu ponuntur qualitates cuiuslibet saporis: & primò dicitur, quod isti tres sapores, s. salsus, amarus, & acutus calefaciunt corpus sumentis ipsos. Secundò dicitur, quòd isti tres sapores, scilicet acetosus, stypticus, & ponticus infrigidant. Tertiò dicitur, quòd isti tres sapores, scilicet vnctuosus, insipidus & dulcis sunt temperati, nec inducunt in corpore caliditatem aut frigiditatem. ¶Et pro intellectu ampliori sciendum est, quòd secundum Auicennam 2. can. tract. primo cap. 3. octo sunt veri sapores, qui sequuntur insipidum, dulcedo, amaritudo, acuitas, salsedo, acetositas, ponticitas, stypticitas, & vnctuositas. Enumerando tamē insipiditatē pro sapore, sicut textus facit hîc, tunc sunt nouem sapores, & tūc capitur hic sapor ꝓ omni eo, quod gustu iudicatur: inter istos sapores tres sunt calidi, vt dicit hic textus, scilicet salsus, amarus, & acutus. Et secundum Auicennam loco præallegato, acutum est calidius, deinde amarum, postea salsum: quoniam acutum est fortius ad resoluendum, incidendum, & abstergendum, quàm amarū, & deinde salsum est sicut amarum confractum cum humiditate frigida. Tres de istis saporibus sunt frigidi, scilicet acetosus, stipans, id est stypticus & ponticus: ponticus tamen cæteris frigidior, deinde stypticus, postea acetosus. Propterea in omnibus fructibus qui dulcescunt, prius est ponticitas vehementis infrigidationis, deinde postquam per calorem Solis digestiuum aliquo modo digesti sunt fructus, apparet in eis stypticitas, postea declinant ad acetositatem, sicut agresta, tandem dulcescūt. Et licet acetosum sit minus frigidum, quàm stypticum, tamen propter suam subtilitatem & penetrationem in pluribus est maioris infrigidationis: & secundum Auicennam loco pręallegato ponticum & stypticum sunt in sapore propinqua, sed stypticum non contrahit linguā, nisi quo ad superficiem apparentem, sed ponticum contrahit & exasperat, quod apparet in lingua, scilicet superficiem, & occultum, scilicet interiora eius. Tres de istis saporibus sunt temperati, id est, non excedentis caliditatis, vel frigiditatis, sicut dulcis, vnctuosus, & insipidus: licet enim dulce sit calidum, tamen in eo non apparet fortitudo caliditatis, sicut dicit Rhasis tertio Almansoris. ¶Sciendum vlteriùs, quòd vnicuique sapori propè debentur operationes, vt volunt Auicenna & Rhasis locis præallegatis. ¶Operationes enim dulcis, secundum Auicennam, sunt digestio, lenificatio, multiplicatio nutrimenti, & natura diligit ipsum, & virtus attractiua attrahit ipsum. Et secundū Rhasim dulce est generatiuū multę chol. rub. & obstructionū in hepate & splene, & phlegmonis, ꝓcipuè si ꝓdicta mēbra ad hoc fuerint apparata: ventris fluxus ex ipso sequitur, mollificat stomachū, confert pectori & pulmoni, corpus impinguat, & augmentum spermatis tribuit. ¶Operationes verò amari secundum Auic. sunt abstersio, & exasperatio, & secundum Rhasim amarum calefacit, desiccat fortiter, citò sanguinem ad adustionē & malitiam perducit, choleram quoque rubeam in sanguine augmentat.

¶ Operatio pontici secundum Auicennam

Sapores octo post insipidū.

Operationes cuiusq; saporis.

Dulcis.

Amari.

Pontici.

est contractio, si ponticitas sit debilis, aut expressio si sit fortis: & secundum Rhasim ponticum corpus infrigidat, desiccat, carnis & sanguinis minorationem facit, si multoties aliquis eo vtatur, stomachum quoque confortat, frequenter ventrem constringit, & sanguinem generat melancholicum.

Styptici.

¶ Operationes styptici secundum Auicennã sunt contractio, inspissatio, induratio, & retentio, & secundum Rhasim operationes eius sunt sicut pontici, licet debiliores: quia ipse videtur comprehendere stypticum sub pontico, quia de styptico nihil dicit expressè.

Vnctuosi.

¶ Operationes vnctuositatis secundum Auicennam sunt lenificatio, lubrificatio, & coctio, id est, digestio parua, & secundum Rhasim, vnctuosum stomachũ mollificat, & ventris facit fluxum & satietatem, antequam homo cibi quãtitatem sibi necessariam assumat, adducit & calefacit, maximè tamen febricitantes, & habentes hepar & stomachum calidum. Corpus etiam humectat & lenit, phlegma verò auget, & cogitationem hebetem reddit, & somnum.

Acuti.

¶ Operationes acuti sunt resolutio, incisio, & putrefactio secundum Auicennam & secundum Rhasim, acutum calorem auget, corpus citò inflammat, sanguinem adurit, & ipsum priꝰ in choleram rubeam mutat, & postea in nigram.

Salsi.

¶ Operationes salsi secundum Auicennam sunt abstersio, ablutio, exsiccatio, & ꝓhibitio putrefactionis: & secũdum Rhasim decem sunt in textu immediatè ꝓcedenti.

Acetosi.

¶ Operationes acetosi sunt secundum Auicennam infrigidatio, & incisio, & secundum Rhasim acetosum chol. rub. & sanguinem reprimit, ventrem restringit, si stomachus & intestina munda fuerint: si autem phlegmatis in eis fuerit multitudo, ventris facit fluxum, corpus infrigidat, virtutem quoque digestiuam debilitat, & propriè in hepate. Neruis verò & neruosis membris nocumentum affert, & corpus desiccat, virtutem autẽ appetitiuam excitat.

Insipidi.

¶ De operationibus insipidi dicit Rhasis, quòd aliquod est insipidũ, quod magis nutrit, scilicet quod æqualitati magis vicinum est, aliud est, quod temperatè calefacit, & aliud quod temperatè infrigidat, & si cum ipso fuerit multa humiditas, humectabit, si verò siccum fuerit, desiccabit.

Bis duo vippa facit, mundat dentes, dat acutum
Visum: quod minus est implet, minuit quod abundat.

De vippa.

HIc ponuntur quatuor iuuamenta vippæ. Primum est, quòd vippa mundat dentes, cuius causa est: quia propter panem diutius inhærentem dentibus, quàm vinum solum sine pane limositas illa dentibus adhærens, à qua dentes luridi dicuntur, à vino melius consumitur, & abstergitur. Secundum est, quòd acuit visum: quia prohibet malos fumos ad cerebrũ ascendere, qui offuscarẽt spiritꝰ visiuos ꝑ eorũ immistionẽ: & istud facit ex eo, ꝗa digerit materias malas in stomacho existẽtes. Tertium est, qđ minus digestũ facit digeri, ꝗa facit clausionẽ orificij, stomachi, & confortat digestionẽ. Quartũ est, quòd superfluè digestũ ad mediũ reducit. Et totũ istud maximè veritatẽ habet de vippa panis cũ vino, dũmodo panis primo assꝰ sit, aut supra prunas exsiccatus.

De diata seruanda.

Omnibus assuetam iubeo seruare diætam.
Approbo sic esse, ni sit mutare necesse:
Est Hipocras testis, quoniam sequitur mala pestis,
Fortior est meta medicinæ certa diæta.
Quam si non curas, fatuè regis, & malè curas.

HIc ponuntur aliqua documẽta: quorum primum est, quod omnibus bonum est seruare diætam consuetam, & per diætam intelligitur administratio cibi & potus, ratio huius documẽti est quia transgressio à consuetudine nocet nocumẽto magno, consuetudo. n. est altera natura: sicut igitur naturam custodire oportet, sic & consuetudinem, & specialiter, si consuetudo fuerit laudabilis.

Consuetudo altera natura, ideò seruanda.

Et sicut oportet seruare consuetam administrationẽ cibi & potus, ita etiam oportet seruare consuetudinem in alijs rebus nõ naturalib. propter eandem rationem. Vnde si aliquis fuerit consuetus multum laborare, & velit hanc consuetudinem omittere, & in ocio viuere, vel multò minꝰ laborare, vel aliam speciem laboris assumere, & aliud tempus, vel alium modum, proculdubio multum ex hoc debilitatur. Et similiter intelligitur in cibis, & potibus, somno, & vigiliis, euacuationibus, & animæ accidentibus: in omnibus enim multùm obseruanda est consuetudo, si sit laudabilis, vel parum laudabilis, vel indifferens in bonitate & malitia respectu huius, ad quod debet fieri permutatio. ¶ Et circa istud sciẽdum est, quod assueti exercitare vel laborare quibusdam laboribus consuetis, dato, quòd tales sint debiles vel senes, minus læduntur, si fortius laborant, ꝙ si essent iuuenes inconsueti. Et istud vult Hippocrates secundo aphorismorum, dicens: Assueti assuetos ferre labores, & si fuerint imbecilles, aut senes, inconsuetis fortibus & iuuenibus facilius ferunt, ratio est: quia isti habent maiorem inclinationem, & consuetudinem ad istos labores, iã cõsuetudo prius habita leuior est, vt dicitur in cõmento prædicti aphorismi. Et ista est causa, quare videmus homines debiles, vel senes, qui ex cõsuetudine aliquod exercent opus mechanicum, facere aliqua, quæ facere non possent eis fortiores, aut iuniores, & minus ab eis læduntur: sicut videmus multoties debilem facilius saccum eleuare, quàm eo fortiorem, & fabrum antiquum minus lædi malleatione, quàm iuuenem fortem, nõ consuetum. ¶ Secundum documentum est, qđ mala pestis, id est, magnum nocumentum sequitur ex permutatione diætæ cõsuetæ, vt vult Hippocrates, nisi fuerit necesse eam permutare. Est autem necessarium eam permutare: primò quãdo est illaudabilis, sic quòd ex ea perueniretur ad pessimas ægritudines, sicut consuetudo comedendi malos cibos in fine ex necessitate perducentes ad malas ægritudines.

Cõsuetudo mala paulatim mutanda.

¶ Talem enim consuetudinẽ & similes necesse est corrigere, & permutare, vel totaliter, vel saltẽ infra terminos latitudinis earũ, sed hoc debet fieri paulatim, & secũdũ quẽdã ordinẽ: nam omnis subita mutatio vehementer nocet, & specialiter à consueto ad incõsuetum. Secundò necesse est eam permutare, vt aliquis minus lædatur ex inconsueta, si postea ad eam se transtulerit. Si enim quis ad omnem diætam se assuescat, minus ab omni lædetur, cùm se ad eam transtulerit: & istud etiam intelligendum est in aliis rebus non naturalibus, Hoc est, quod dicit Hippocrates secundo aphorismorum: ex multo tempore consueto, & si fuerint deteriora insuetis, minꝰ molestare cõsueuerũt: oportet igit ad non

ad non consueta transmittere. ¶Et circa istud est sciendum, quòd quisq; debet sibi cauere, ne vni⁹ rei, quantumcunq; bona sit, sibi consuetudinem faciat, quam ipsum seruare sit necessarium: verbi gratia, si quis vno cibo consueto semper vtatur, vel aliquo potu, vel totaliter ab eis abstineat, vel dormire, vel coire totaliter assuescat, & ad hoc grauiter astringatur, maximum enim incurreret nocumentum, si interdum ab eisdem oporteat abstinere. Sic igitur quodlibet corpus se disponere debet, vt calorem, & frigus pati possit, & ad motiones & quælibet nutrientia aptus reddatur, & vt somni & vigiliarum horas, mansiones, & domos, lectos & indumenta sine læsione permutare possit, quod quidem poterit fieri, si consuetudo non obseruetur ad vnguem, sed interdum ad inconsueta transeamus: oportet igitur ad inconsueta aliquando permutare. Et istud vult Rhasis quarto Almansoris, capitulo de conseruatione consuetudinum. Tertium documentum est, qđ fortior & potior meta in medicando ægrum est administrare diætam certam, quam si Medicus non curauerit, & aliam indebitam administrauerit, fatuè regit ægrum, & malè eum curat. Et circa istud est sciendum, quòd triplex est diæta, scilicet grossa, quæ est quasi diæta sanorum, & tenuissima, quæ est nihil dare, vel quasi media, quæ absolutè tenuis dicitur. Et ista diuiditur in diętam tenuem, declinantem ad latus grosse, sicut aqua carnis, & oua sorbilia, & pulli parui, & declinantem ad tenuissimam, sicut aqua hordei, mellicratum, & vinum granatorum: & mediam, quæ certa nominatur, vt ptisana non colata, & extremitates pullorum. Et ista diæta certa in pluribus conuenit ęgritudinibus, non tamen in omnibus: non enim conuenit in ęgritudinibus longis, quia in talibus oportet virtutem longo tempore esse, antequam perueniat ad victoriam: & virtus cum diæta certa tanto tempore non posset perdurare sine magna debilitate, oportet ergo in tali ægritudine cibum ingrossare. Similiter non conuenit in acutissimis ægritudinibus, scilicet in illis, quæ terminantur in quarto die, vel antè, quia in talibus conuenit diæta tenuissima, vt vult Hipp. 1. aphor. ibi: ad vltimas ægritudines vltimæ curationes ad perfectionem sunt potentes.

Quale, quid, & quando, quantũ, quoties, vbi dando,
Ista notare cibo, debet Medicus diætando.

IN isto textu ponuntur sex à Medico consideranda in administratione diætæ: primum est, quale, id est, cuius qualitatis debet esse cibus, qa in ægritudine calida debemus ægrum diętare frigido cibo, & in frigida calido, in humida sicco, in sicca humido. Verum est tamen, quòd naturalis complexio diæta sibi simili conseruari debet, vt vult Galen. tertio techni, ibi: Calidiora calidioribus indigent adiutoriis, frigidiora frigidioribus, &c. ¶Secundum est quid, id est, cuius substantiæ debet esse cibus: quia Athletæ & rustici fortibus exercitiis suppositi, debent diætari cibo grosso, quia in eis virtus digestiua est fortis, & sic non debent vti cibis subtilibus, vt pullis, caponibus, carnibus vitulinis, seu hœdinis: istæ carnes in eis adurerentur, aut nimis citò digererentur, quare necesse esset eis sæpè comedere. Nobiles verò & in ocio viuentes, debent vti diæta subtilis substantiæ, quia in eis virtus digestiua est debilis, non potens in grossos cibos, cuiusmodi sunt carnes porcinæ, sa sæ & bouinæ, & pisces sole exsiccati. Similiter ægri laborantes ægritudinibus acutis debent vti subtiliori diæta, quam laborantes ægritudinibus chronicis, id est, longis, sicut quartanis. ¶Tertium est, quando, id est, quo tempore diæta debet dari, quia in sanis maximè debet attendi consuetudo: vnde in æstate homines mane surgentes & consueti bis solum in die comedere, debent comedere hora decima, vel modicum ante, & non expectare medium diei, propter nimium diei calorem: similiter debent cœnare hora sexta vel modicum post. In hyeme verò debent prandere hora vndecima, vel duodecima propter longitudinem somni, & deinde cœnare hora septima, vel modicum post, & maximè seruanda est consuetudo. In ægris etiam considerandum est tempus, quia in febribus, in paroxismo, vel statim ante paroxismum, vel statim post, non est danda diæta: quia si statim ante paroxismũ, vel in paroxismo detur, natura diuerteretur à digestione materiæ febris, per hoc, quòd debet digestioni cibi esse intenta. Et non debet dari statim post paroxismum, quia virtus adhuc multum debilitata est ex paroxismo immediatè præcedenti. Debet igitur dari diæta ante paroxismum tanto tempore, quòd possit digeri ante aduentum paroxismi, vel debet dari aliquo tempore post paroxismum, & istud est verum, nisi timeatur magna debilitas virtutis: tunc enim dã dus est cibus quocunque tempore, accidentibus enim virtutem dissoluentibus, cibus ilicò dand⁹ est, vt vult Galenus in commento illius aphorismi primæ particulæ: Contemplari autem oportet. ¶Quartum est, quantum, id est, quantitas cibi sumendi, quia vt dictum est prius, quantitas cibi æstate comedendi pro qualibet vice debet esse pauca, quia calor naturalis nunc debilis est propter nimias resolutiones: in hyeme verò cibus vna vice sumendus debet esse multus, quia virtus digestiua tũc fortis est, cum calor naturalis sit vnitus propter frigus circumstans, vt dictum est prius ibi: temporibus veris. ¶Quintum est, quoties, id est, quoties in die sit cibus dãdus, quia in æstate debet sæpiùs dari, quàm in hyeme, autumno, vel vere, licet modicum pro qualibet vice, vt etiam prius dictum est. Similiter virtute digestiua existente debili, sæpè & modicum de cibo est dandum, virtute verò existente forti, potest multum dari, & paucis vicibus. ¶Sextum est vbi: id est, in quo loco: quia cibus non est sumendus in loco frigido multum, nec multum calido, sed magis in loco temperato.

De caulibus.

Ius caulis soluit, cuius substantia stringit.
Vtraq; quando datur, venter laxare paratur.

IN textu auctor dicit tria. Primũ est, qđ ius caulis. i. aqua, & maximè primę ebullitionis cauliũ si bibatur, soluit ventrẽ, cuius causa est: quia foliis & partib. exteriorib. cauliũ inest virt⁹ qdã nitrosa abstersiua, debiliter inhærẽs & facilè separabilis per modicam decoctionem siue ebullitionem, q̃ sparsa per aquam, ipsam laxatiuã reddit. Et hinc etiam est, quòd prima aqua decoctionis caulium magis laxat, quàm secunda, quia ista virtus nitrosa abstersiua per primam decoctionẽ plurimũ se-

paratur. ¶ Secundũ, quod dicit, est, quòd substantia caulium, & hoc post decoctionẽ eorum, stringit ventrem, & causa est, quia omnis virtus, quæ laxaret per decoctionem ab ea ablata est, & manet substantia terrea sicca, quæ ventrem stringit. ¶ Tertium, quòd dicit, est, quòd vtraq; simul sumta, scilicet aqua decoctionis caulium, & substantia eorum laxant ventrem, & ratio est: quia virtus abstersiua & nitrosa in aqua manet, gratia cuius totum laxat. ¶ Pro maiori notitia sciendum est, primò quòd caules generant humorem melãcholicum, & somnia mala, mali sunt stomacho, parum nutriunt, visum obtenebrant, somnium inducunt, menstrua & vrinam prouocant, vt partim ab Auicen. secundo canone: & partim à Rhasi tertio Almansoris colligitur. ¶ Secundò sciendum est, quòd comestio caulis, siue decoctionis, siue seminis eius prohibet, & retardat ebrietatẽ, vt videtur innuere Aristoteles tertia particula problematum, quærens, propter quid caulis soluit crapulam: & idem volunt Rhasis, & Auicen. locis præallegatis, cuius causa potest esse ista, secundum aliquos: quia propter comestionem caulis eleuantur fumi valde grosśi, ingrossantes fumositates vini, quæ ingrossatæ impediuntur penetrare ad cerebrum, propter earum grosśitudinem. Philosophus verò problemate prædicto aliam dat causam, istam scilicet: quia omne, quod trahit humidum vinosum, ad se ac à corpore repellit, & corpus infrigidat, curat crapulam: sed caulis est huiusmodi: ergo curat crapulam. Quòd autem caulis sit huiusmodi probat: quia per succum caulis, qui est diureticus, trahuntur humiditates vinosæ, indigestæ à toto corpore, in vesicã deferuntur, & substantia eius frigida, styptica & terrea in stomacho relicta, non potens penetrare, infrigidat totum corpus, & per consequens curat crapulam hoc modo, quoniam superfluitates subtiles, quæ nõ poterant deorsum tendere propter caliditatem vini, mouentem eas ad superiora, vt ad cerebrum feruntur repressæ deorsum, & virtute succi trahuntur ad vesicam: est enim diureticus, & menstruorum prouocatiuus, vt dictum est:

Caulis tardat vel prohibet ebrietatem.

De maluia.

Dixerunt maluam veteres, quòd molliat aluum.
Maluæ radices rasæ dedere fæces:
Vuluam mouerunt, & fluxum sæpè dederunt.

Hic ponuntur tres proprietates, siue effectus maluæ: quorũ primus est, quòd malua mollificat ventrem, quia est vnum de remollitiuis: sunt enim quatuor remollitiua, scilicet malua, bismalua, branca vrsina, & mercurialis, ex quib⁹ communiter fit clystere lenitiuum, & mollificatiuum, quod valet ad fęcum induratarum eductionem. Duplex malua, quædam enim est habens sanguineos flores, alia est habens albos flores, & in ista est maior proprietas mollificandi, quàm in prima. ¶ Secundus effect⁹ est, quòd radices maluæ abrasæ educunt fæces & hoc est, quandò ex ipsis fiunt suppositoria, sicut solent fieri de radice mercurialis. ¶ Tertius effectus est, quòd malua facit fluxum menstrui in mulieribus, & hoc est propter nimiam eius humectationem, & lubrificationem, qua venæ matricis facilius à sanguine acuto funduntur, & dicit Platearius, quòd certo experimento menstrua prouocat.

Duplex malua.

De mentha.

Mentitur mentha, si sit depellere lenta,
Ventris lumbricos, stomachi vermesq; nociuos.

Hic ponit auctor vnum documentum de mẽtha dicens, quòd nõ debet denominari hoc nomine mentha, si non habeat vim statim auferendi vermes ventris, & stomachi. Mentha enim magnæ & fortis est aromaticitatis, & magnæ amaritudinis, & ideo, quemadmodum absynthiũ vermes interficit, sic & mentha: & debet dari decoctio eius, sicut & absynthij, & non substantia. Aduertendum tamen, quia multum calida est, & sicca, sanguinem adurens, non competit via cibi in regimine sanitatis: bene tamen conuenit via Medicinæ, quia stomachum confortat, & ipsum calefacit, sedat singultum, & digerit, prohibet vomitum phlegmaticum, & sanguineum, & ad coitum incitat propter inflationem, quæ est in ipsa, & humiditatem hortulanam, & prohibet sputũ sanguinis. Confert ad morsum canis rabiosi, & est propria ad illud, & si frustra ipsius in lacte dimittuntur, non caseatur, vt colligitur ex Auic. 2. can. cap. de mentha.

De saluia.

Cur moriatur homo, cui saluia crescit in horto?
Contra vim mortis, non est medicamen in hortis,
Saluia confortat neruos, manuumq; tremorem
Tollit, & eius ope febris acuta fugit:
Saluia, castoreum, lauendula, primula veris,
Nasturt. athanasia, sanant paralytica membra:
Saluia saluatrix, naturæ consiliatrix.

In hoc textu auctor principaliter tria facit: primò innuit magnam vtilitatem saluię, quærens per modum dubij. Cur homo moriatur, in cuius horto crescit saluia? Ad hoc respondetur in secundo versu sic: quòd nulla est medicina crescẽs in hortis, quæ prohibeat mortem, quamuis in hortis bene crescat medicina, prohibens putrefactionem corporis, & humiditatem naturalem defendens, ne citò dissoluatur. Et istud innuit Auicen. tertia primi capit. singulari, dicens: & ars quidem sanitatem custodiendi nõ est ars, quæ à morte securos nos faciat, neque corpus ab extrinsecis nocumentis muniat, neque vnumquodque corpus ad vltimam vitę longitudinem perducat, quæ est secũdum hominem absolutè, sed de duabus rebus securitatem præbet putrefactionis penitus prohibitione, & defensione humiditatis, ne citò dissoluatur. ¶ Secundò ponit tres effectus saluiæ: quorum primus est, quòd saluia confortat neruos, quia exsiccat humiditates, quibus impediuntur, & relaxantur nerui: Secundus est, quòd remouet tremorem manuum, cuius causa est, quia confortat neruos, vt dictum est, iam omne confortans neruos tremorem remouet, cum tremor causetur ex debilitate neruorum: & propterea senes aliqui & vetulæ specialiter imponũt potui, siue cibo eorum, folia saluiæ. Tertius est, quòd remouet febrem acutam, id est, impedit eam, ne contingat, cuius causa potest esse, quia exsiccando humores, impedit eorum putrefactionem, ad quam posset sequi febris acuta. ¶ Et pro maiori notitia sciendum est, quòd saluia est calida & sicca, & ideò non multum competit per se via cibi: quia tamen ipsa saluia multum confortat neruos, homines in sanitate multum vtuntur saluia dupliciter: primò quidem componendo ex ea vinum saluiatum, quo vino homines in latitudi-

Saluia calida est & sicca.

titudine sanitatis vtũtur, specialiter in principio mensæ, & competit huiusmodi vinũ paralyticis, & epilepticis moderatè sumtum, & præcedente purgatione antecedẽtis medicinæ. Secundò vtũtur saluia in salsis: nam excitat appetitum, & specialiter cùm stomachus fuerit repletus malis humoribus, crudis & indigestis. ¶ Duplex saluia .s. domestica, & habet lata folia, & magna: alia est, quę vulgariter nobilis dicitur, & habet minora & strictiora folia, & Medici nuncupant eam ἐλελίσφακον. Tertiò enumerat auctor sex res medicinales, valentes in curatione paralysis. Et dicit, quòd saluia, castoreum, lauẽdula, primula veris, nasturtium, & athanasia curant, & sanant mẽbra paralytica i. paralysi tacta, siue debilitata. ¶ De saluia autem causa patet ex dictis, quia, vt dictum est, saluia confortat neruos, qui in paralysi debilitati sunt, & etiam, quia saluia calida est & sicca, consumit materiam phlegmaticam inhabitantem neruis, ex qua fit paralysis. ¶ De castoreo patet: quia castoreum est maximè confortatiuum, calefactiuum, & exsiccatiuum neruorum: dicit enim Aui. 2. can. cap. de eo, quòd est subtilius & fortius omni, quod calefacit & exsiccat: & postea dicit, quòd confert neruis & calefacit, confert tremori, & spasmo humido, & stupori à paralysi: & postea adhuc subdit, quòd non est aliquid magis iuuatiuũ ventositati in aure, quàm ipsum, cùm ex castoreo accipitur, quantum est lens vna, & dissoluitur in oleo nardino, & destillatur in eam. Plures alios effectus habet castoreum, quos Auicen. narrat loco prællegato. Castoreum est testiculus cuiusdam animalis marini, quod dicitur castor: oleum de castoreo etiam multùm valet in paralysi, sicut castoreum post euacuationem materiæ, quia tunc illam materiam, quæ residua est, consumit, & neruos confortat. ¶ De lauendula etiam patet, quia sua aromaticitate confortat neruos, & sua calefactione consumit materiam paralysis. ¶ De primula veris etiam patet: quia sua aromaticitate & calefactione confortat neruos: & dicitur primula veris: quia est de primis aromaticis in vere crescentibus. ¶ De nasturtio patet: quia nasturtium est calidum, & siccum, subtiliatiuum, incisiuum, & resolutiuum, quare aufert materiam paralysis: & dicit Auic. 2. can. cap. de eo, quòd confert omni mollificationi neruorum, quia calefacit, educit phlegmata, & mundificat neruos à phlegmate: ideò consulunt Medici, vt nasturtium in quadragesima edatur, ꝓpterea, quia cibi quadragesimales sunt phlegmatici. Est nasturtium herba communis crescens in locis frigidissimis. s. in locis petrosis, & aquosis, vbi sunt multi fontes. ¶ De athanasia verò, quæ alio nomine dicitur Tanacetum teutonicè Tent, vel reyn farn patet: quia ista herba habet virtutem purgandi phlegmata, & sua caliditate exsiccat neruos: & etiam habet virtutem purgandi vermes, & materiã, ex qua generantur. Galli communiter in diebus paschalibus vtũtur athanasia frixa, cum ouis ad purgandũ phlegmata ex piscibus in quadragesima generata, ex quibus facilè generantur vermes in dispositis. Et in fine text⁹ auctor subdit, quòd saluia dicitur, quia sit saluatrix naturæ.

Saluia duplex. Saluia. Castoreum. Lauendula. Primula veris. Nasturtium. Athanasia, tanacetum.

Nobilis est ruta, quia lumina reddit acuta.
Auxilio rutæ vir quippe videbis acutè,
Ruta viris coitum minuit, mulieribus auget.
Ruta facit castum, dat lumen, & ingerit astum:
Cocta facit ruta de pulicibus loca tuta.

De ruta.

HIc auctor ponit quatuor effectus rutę: prim⁹ est, quòd acuit visum, & propriè succus eius, vt dicit Auic. 2. can. cap. de ea, & prius dictum est, ibi: Allia, nux, ruta. ¶ Secundus est, quòd ruta minuit desiderium coeundi in viris, sed in mulieribus auget: cuius causa potest esse ista, quia ruta sua caliditate & exsiccatione sperma in viris minorat, quod subtile est, & aereum: sed in mulierib. subtiliat, & calefacit, quia in eis sperma est aquosum & frigidum, ideò eas magis ad coitum incitat propter subtiliationem, & caliditatem spermatis ex ruta. Tertius effectus eius est, quòd ruta facit astutiam. i. facilem apprehensionem, & inuentionem alicuius medij, in causa subtili: quia propter calefactionem & exsiccationem subtiliat spiritus, & sic ingenium clarificat. ¶ Quartus effect⁹ est, quòd decoctio rutæ effugat pulices, & hoc, si ex ea irroretur domus, quia interficit eas, secundum quòd communiter dicunt Medici, & secundum Auic. 6. 4. tract. 3. cap de effugatione pulicũ: Quando aspergitur domus cum infusione colocynthidis, saliunt pulices & fugiunt, & similiter ex decoctione rubi. Postea subdit Auic. & dixerunt quidam, quãdo ponitur sanguis hirci in fouea in domo, aggregãtur pulices apud eum, deinde moriuntur: & similiter aggregantur super lignum linitum ex adipe ericij, & effugiunt ex odore caulis, & foliorum oleandri. Secundum aliquos nihil magis deiectiuum est pulicum, quàm res fortis odoris: ideò ruta valet, mentha, menthastrum, lupulus, lupinus, & super omnia fæces vel vrina equi. Item domus irrorata ex decoctione seminis rapæ occidit pulices. Et si fumigetur domus ex cornu taurino, fugient pulices. Pro captione tamen earum nihil melius est, quàm impositio pauci bombacis in lecto, quia in illo aggregantur.

Fugantia pulices.

De cæpis Medici non consentire videntur:
Cholericis non esse bonas dicit Galenus.
Phlegmaticis verò multum docet esse salubres,
Præsertim stomacho, pulcrumq́; creare colorem.
Contritis cæpis loca denudata capillis
Sæpè fricans, poteris capitis reparare decorem.

De cæpis.

HIc loquitur auctor de cæpis, & dicit quinq;. Primum est, quòd Medici dissentiunt de natura cæparum, quia aliquibus videtur, qđ cæpæ bonæ sunt phlegmaticis: aliqui verò, qđ eis non valent, sicut forsan Rhasis vult, quia dicit, eas, tertio Almansoris, generare humores superfluos in stomacho, & phlegmaticos. Secundum est, quòd Gal. dicit, cæpas multum obesse cholericis, cuius causa est, quia, vt dicit Auic. 2. can. cap. de cępa, cæpa est calida in tertio, ideò nocet calidis, vt sunt cholerici. Tertium est, quòd cæpæ multum valẽt phlegmaticis, quia sunt calidæ, incisiuæ, subtiliatiuæ, abstersiuę, & aperitiuę: quare phlegmaticos humores viscosos in phlegmaticis multiplicatos digerunt, incidũt, subtiliant, & abstergũt. Quartum est, quòd cæpæ valent stomacho, qa mundificãt ipsum à phlegmaticis, & ipsum calefaciũt, ideo dicit Auic. loco præallegato, qđ illud, quod ex cæpa comeditur, propter suam caliditatẽ confortat stomachum debilem: & propter illud etiã decorant colorem faciei, quia non est possibile,

colorem faciei esse viuidum stomacho existente multùm phlegmatico, aut repleto malis humoribus crudis, & phlegmaticis. ¶ Quintum est, quòd loca depilata.i.loca pilis priuata, pilos siue crines recuperant, si conterantur cæpæ coctæ, & eis fricentur loca depilata: & istud verum est, quando depilatio accidit propter obstructionem pororũ, & corruptionem materiæ sub cute: quia cæpæ aperiunt, & resoluunt materiam malam, quæ sub cute est, & bonam ad locum attrahunt. Ideò fricatio cum cæpis valet in alopecia multum, vt vult Auic.2.can.cap.prællega.& 7.4. cap.de cura alopeciæ: & propter istud infert textus, quòd capitis decor poterit reparari per istam fricationem cum cæpis, quia capitis decor pili sunt. Pro maiori notitia effectuum cæparum sciẽdum est, quòd cæpæ excitant coitum, appetitum prouocant, faciem rubificant, cum melle verrucas eradicant, sitim faciunt, intellectui nocent: quia humorem malum grossum generant, saliuam multiplicant, & succus earum confert aquæ descendenti in oculum, & abstergit visum, sicut colligitur ex Aui.2. can.cap.allegato. ¶ Sciendum vlteriùs, qđ cæpæ tritæ cum melle & aceto, conferunt morsui canis rabidi, ideò quidam superaddunt textui præcedenti istos duos versus:

Appositas perhibent morsus curare caninos,
Si tritæ cum melle prius fuerint & aceto.

Et de isto etiã prius dictũ est, ibi: Allia, nux, ruta.

De sinapi.

Est modicum granum, siccum, calidumq; sinapi,
Dat lacrymas, purgatq; caput, tollitq; venenum.

HIc auctor duo facit. Primò ponit complexionẽ ipsius grani sinapis dicẽs, qđ granũ sinapis est modicum granum calidum, & siccum, qđ verum est: quia est calidum & siccũ vsq; ad quartum gradum, secundum Auic.2.can. cap.de sinapi. ¶ Secundò ponit tres proprietates, siue effect⁹ grani sinapis. Primus effectus est, quòd commouet lacrymas, cuius causa est, quia sua caliditate nimia subtiliat, & dissoluit humiditates cerebri, ex quibus tũc propter earum fluxum proueniũt lacrymæ. Secundus effectus seminis sinapis est, quòd expurgat caput.i. cerebrum mundificãdo, & abstergendo humiditates phlegmaticas à capite: expurgat etiam caput naribus impositum, ꝓuocãdo sternutationem sua mordicatione, ideò imponitur naribus apoplecticorum, per sternutationem autem expelluntur nocumẽta cerebri. semen sinapi sua caliditate subtiliat phlegmata, & dissoluit illa, quæ obstruunt meatus cerebri, ex quorum obstructione sequitur apoplexia: & sic relinquitur, quod semen sinapis est valde incisiuum phlegmatis, & consumtiuum, & mundificatiuum. Tertius effect⁹ est, quòd tollit venenũ, & istud concordat cum dicto Auic.loco prællegato.s.quòd fugiũt ex fumo ei⁹ vermes venenosi.

De viola.

Crapula discutitur, capitis dolor, atq; grauedo.
Purpuream dicunt violam curare caducos.

HIc ponuntur tres proprietates siue effectus violæ. Primus effectus est, quòd viola habet proprietatem sedandi ebrietatem, cuius causa potest esse, quia viola odorẽ habet temperatum atque suauem, & talis maximè est confortatiuus cerebri: forte enim cerebrum non patitur citò ebrietatẽ, sed debile. Et etiam viola est frigida, quare cerebrum infrigidat, & sic ineptificat ipsum ad recipiendum fumum calidum. ¶ Secundus effectus eius est, quòd viola est sedatiua doloris capitis, atque grauedinis: & istud verum est de dolore capitis ex calida causa, vt vult Auic.2.can. cap. de viola: & similiter 3. Almansoris: & Mesue: & ratio est: quia viola est frigida, & sic repugnat causę calidæ. Tertius est, quòd viola dicitur curare caducos.i. epilepticos: & dicitur notanter in textu dicunt, quia communes auctores non attribuũt istum effectum violæ. Ideò si iste effectus conuenit violæ, causa eius potest esse, quia propter aromaticitatem violæ cerebrum confortatur, quo existente fortè à modicis nocumentis non læditur, & per consequens etiam non incurrit epilepsiã, quæ dicitur parua apoplexia ex obstructione neruorum sensitiuorum contingens.

De vrtica.

Aegris dat somnũ, vomitum quoq; tollit, ad vsum,
Compescit tussim veterem, cholicisq; medetur,
Pellit pulmonis frigus, ventrisq; tumorem,
Omnibus & morbis subueniet articulorum.

HIc ponuntur septem effectus vrticæ. Quorũ primus est, quòd vrtica dat ægris somnum quia est subtiliatiua, incisiua, abstersiua phlegmatis, & grossorum humorum naturam grauantiũ, & somnum impedientium. ¶ Secundus effectus eius est, quòd tollit vomitum, & vsum vomitus, & ratio est, quia vomitus & nausea multũ accidũt ex humore viscoso, cui⁹ vrtica est incisiua. ¶ Tertius est, quòd vrtica sedat tussim antiquam, & maximè mel, in quo temperata fuerint semina vrticæ, quia vrtica de pectore phlegma expellit viscosum, secundum Rhasim 3. Almansoris, & similiter eius semẽ, cùm maximè sit incisiua, abstersiua, & subtiliatiua. Dicit Auic.2.can.cap.de vrtica, quòd cùm bibitur cum aqua hordei, mundificat pect⁹, quando decoquuntur folia eius in aqua hordei, educit humores grossos, qui sunt in pectore, sed eius semen est fortius. ¶ Quartus est, quòd conuenit cholicis.i. cholicam patientibus: quia vrtica est incisiua, subtiliatiua, resolutiua, & abstersiua humiditatis phlegmaticę aut ventositatis grossę, ex quibus prouenit colica plurimum. Est colica ægritudo dolorosa in intestino dicto colon, sicut iliaca ægritudo dolorosa in intestino dicto ilion. ¶ Quintus est, quòd vrtica expellit frigus pulmonis, & hoc est propter sui caliditatem. Sextus est, quòd vrtica est sedatiua tumoris vẽtris: quia resolutiua est ventositatis, ex qua vt plurimum fit tumor ventris. ¶ Septimus est, quòd vrtica subuenit doloribus articulorum.i. iuncturarum, sicut arthetiçæ, sciaticæ, & podagræ: & hoc verum est, quando proueniunt à materia frigida, phlegmatica, grossa, cuius causa est, quia vrtica est calefactiua, incisiua, subtiliatiua materiæ phlegmaticæ grossę. Et præter istos effectus, secundũ Auic.2.can.cap.de vrtica, excitat coitum propriè semen eius, cum vino, aperit orificium matricis, & soluendo educit phlegma, & humorem crudũ sua abstersione, & non cum virtute solutiua, quæ sit in ipsa. Ne tamen aliquis in gutture ex vrtica, aut eius semine lædatur, bonum est, quòd post eius sumtionem bibatur aliquid de oleo rosaceo. Est vrtica calida in principio tertij gradus, & sicca in secundo, secundum Auic.loco prællegato.

De hyssopo.

Hyssopus est herba purgans à pectore phlegma,
Ad pulmonis opus, cum melle coquatur hysopus,

Vulti-

Vultibus eximium fertur reparare colorem.

HIc ponuntur effectus hyssopi: quorum primus est, quòd hyssopus purgat phlegma à pectore: cuius causa est, quia hyssopus est herba calida & sicca in tertio, multum abstersiua, dissolutiua, & consumtiua humiditatis phlegmaticæ, & habet respectum singularem super partes pectoris, propterea hyssopus propriissimè dicitur purgare phlegma à pectore. ¶ Secundus effectus est, quòd etiam valet ad purgandum pulmonem à phlegmate eadem de causa, & propriè si coquatur cum melle: quia mel etiam est abstersiuum, & abstersione mellis augmentatur abstersio hyssopi. Istud idem vult Auic. 2. can. cap. de hyssopo, dicens, quòd hyssopus confert pectori & pulmoni, patientibus dispnœeam & tussim antiquam, ei⁹ decoctio cum ficubus & melle similiter. ¶ Terti⁹ effectus est, quòd facit bonum colorem faciei, & istud vult etiam Auic. loco præallegato, dicens, quòd eius potus efficit colorem bonum. Præter istos effectus soluẽdo educit phlegma, & vermes, vt vult Auic. ibidem: & secundum Platearium vinum decoctionis eius matricem mundificat à superfluis humoribus, & abstergit.

De chærefolio.

Appositum cancris tritum cum melle medetur,
Cum vino potum poterit sedare dolorem:
Sæpè solet vomitum, ventremq́ tenere solutum.

HIc ponuntur tres effectus chærefolij. Prim⁹ est, quòd chærefolium tritum cum melle & superpositum cancro, curat ipsum. Et istud idem dicit Platearius cap. de chærefolio. Est cancer apostema melancholicum, corrodens partes corporis, tam carnosas, quàm neruosas: & dicitur cancer, quia procedere videtur vt cancri. Secundus effectus est, quòd chęrefolium bibitum cum vino abscindit dolorem ventris, cuius causa est, quia ventris inflationem de grossa ventositate, ex qua prouenit dolor, mitigat, cùm stomachi ventositatem & omnium viscerum soluat, & obstructionem aperit, & ad hoc etiam coadiuuat vinũ. ¶ Tertius effectus est, quòd chærefolium sedat vomitum, & fluxum ventris, cuius causa est, quia cùm chærefolium calidum sit in tertio gradu, & siccum in secundo, materiam illam digerit, & exsiccat, ex qua prouenit vomitus. Et istud maximè verum est, quando vomitus aut solutio ventris proueniunt à materia frigida phlegmatica. Præter istos effectus prouocat vrinam, & menstrua, soluit dolorem lateris, renum, & vesicæ, & præcipuè datum cum mellicrato.

De enula.

Enula campana reddit præcordia sana,
Cum succo rutæ, si succus sumitur huius,
Affirmant ruptis, nil esse salubrius istis.

HIc ponuntur duo effectus enulæ campanæ, quorum primus est, quòd enula campana cõfortat præcordia. i. orificiũ stomachi, qđ ꝓpriè ꝑcordium dicitur, siue mẽbra spiritualia. i. mẽbra anhelitus, q̃ vicina sunt cordi, & specialiter radix eius. Quod aũt cõfortet orificiũ stomachi patet, quia cũ radix enulæ sit odorifera, confortat mẽbra neruosa: orificiũ autẽ stomachi, membrũ neruosum est. Quòd confortet mẽbra spiritualia patet, quia vinũ factũ ex enula, quod vocatur vinũ enulatũ, mundificat pect⁹ & pulmonẽ, vt vult Auic. 2. can. cap. de enula: & enula etiam secũdum ipsum ibidẽ deglutita cũ melle, adiuuat ad expuẽdum, & est ex eis, quæ lætificant & cõfortant cor. Secundus effectus est, quòd succus enulæ cũ succo rutę maximè valet ruptis. i. patientib. rupturã siue descensum intestinorũ ad bursam testiculorũ, & hoc maximè, qñ ruptura est ꝓpter ventositatẽ, quia illã dissoluit succus rutæ & enulæ. Præter istos effectus enula bona est stomacho malis hu. repleto, aperit obstructiones hepatis, & splenis, vt vult Rhasis 3. Almãsoris, & cõfert omnib. lęsionib. & dolorib. frigidis, & cõmotionib. vẽtositatũ, & inflationis secũdũ Auic. loco pallegato.

De pulegio.

Cum vino choleram nigram potata repellit:
Sic dicunt veterem sumtum curare podagram.

HIc ponuntur duo effectus pulegij, quorum primus est, qđ pulegium & principaliter aqua eius sumta cum vino purgat chol. nig. Secundus est, quòd pulegium habet proprietatem curandi podagram veterem, ex quo habet proprietatem liquefaciendi, & dissoluendi phlegma, ex quo podagra sæpiùs generari solet. Et circa istud est notandũ, qđ, vt dicit Platearius: Pulegiũ est calidum & siccum in tertio gradu, subtilẽ habet substantiã, virtutẽ habet cõfortatiuã ex aromaticitate, aperitiuã ex substantia & qualitatibus, attractiuam ex ignea substantia, vel natura, cõsumtiuam ex calore & siccitate, & solum vinum decoctionis eius valet contra dolorẽ stomachi, & intestinorum ex frigiditate vel ventositate.

De nasturtio.

Illius succo crines retinere fluentes,
Illitus asseritur, dentisq́ curare dolorem,
Et squammas succus sanat cum melle perunctus.

HIc ponuntur tres effectus nasturtij, quorum primus est, quòd nasturtium habet proprietatem retinendi crines defluentes, & hoc, si caput vngatur cum succo eius, vel si aqua, vel succus eius bibatur, & hunc effectum tangit Auic. 2. can. cap. de nasturtio dicens: Retinet capillos cadentes bibitum & linitum. ¶ Secundus eius effectus est, qđ curat dolorem dentium, & hoc maximè ex causa frigida: quia nasturtium est incisiuum, resolutiuum, & calefactiuum, vt patuit prius ibi: Cur moriatur homo. Tertius effect⁹ eius est, qđ succus habet proprietatem curandi squammas pelli adhærentes, quando sumitur cum melle & ex eo linitur locus, & causa est, quia tales squãmę generantur ex phlegmate salso. Nasturtium aũt, vt prędictũ est, omne phlegma purgat: ideò int⁹ sumtũ prohibet causam squãmarũ, & exteriùs illitum sua abstersione eas abstergit, & maximè cũ melle: quia hoc etiã abstersiuũ est, & sic iuuat abstersionẽ nasturtij. Pręter istos effectus nasturtiũ exsiccat putredinem vacuitatis ventris, mundificat pulmonem, confert asthmati, & in medicinis asthmatis ponitur propter illud, quod est in ipso de incisione & subtiliatione, calefacit stomachũ, & hepar, & confert grossitiei splenis, & propriè, quando ex eo fit emplastrum cum melle, facit euomere choleram, & educit eam solutione, augmentum efficit in coitu, & soluendo educit vermes, prouocat menstrua, vt vult Auicen. 2. can. loco præallegato.

De chelidonia.

Cæcatis pullus, hac lumina mater hirundo,
(Plinius vt scribit) quamuis sint eruta, reddit.

HIc ponitur vnum notabile de chelidonia, & est, quòd quando pulli hirundinis excæcati fuerint, tunc mater affert chelidoniam, & cum ea

fricat oculos pulli excœcati,& ſic viſus remititur. Per hoc dat innuere auctor, quòd chelidonia maximè confortat viſum: & iſtud etiam manifeſtè patet, quia in Medicinis valentibus contra debilitatem viſus communiter ponitur. Eſt chelidonia herba nota, glaucum habens ſuccum. Cauſa autẽ quare ipſi hirundini data eſt virtus cognoſcendi chelidoniam, pluſquam aliis auibus, poteſt eſſe iſta, quia pulli hirundinis ſæpius cœcitatem patiũtur, quàm pulli aliarum auium: quia fęces hirundinum habent vim excœcatiuã oculorũ, & ſæpiꝰ patiuntur à fæcibus matrum. Sciẽdum, quòd ſecundum Platearium chelidonia eſt calida & ſicca in tertio gradu, ex qualitatibus ſuis ex ſubſtantia habet virtutem diſſoluendi, conſumẽdi, & attrahendi, radices eius tritæ & in vino decoctę valent ad purgandum caput, & vuluam ab humore frigido, & humido, ſi patiens fumum per os recipiat, & poſtea vinum gargariſet.

De ſalice.

Auribus infuſus vermes ſuccus necat eius.
Cortex verrucas in aceto cocta reſoluit,
Pomorum ſuccus flos partus deſtruit eius.

HIc auctor tria dicit de ſalice. Primum eſt, qđ ſuccus ſalicis auri infuſus interficit vermes auris: & iſtud poteſt prouenire propter ſtypticitatem, & exſiccationem eius. Et eſt hic ſciendum, qđ ſecundum Auic. 2. can. cap. de ſalice, non eſt aliquid magis vtile quàm ſuccus foliorum eiꝰ in cura ſaniei, quæ currit ex aure. ¶ Secundum eſt, quòd cortex ſalicis .i. extrema pars eius in aceto decocta reſoluit verrucas. Auic. verò loco præallegato dicit, quòd eius cinis eradicat verrucas, linitus cum aceto, & iſtud eſt propter vehementẽ exſiccationem cineris eius. Pro deletione tamen verrucarum non eſt aliquid magis abſcindens verrucas, quàm fricatio portulacæ ſuper verrucas. Et facit hoc portulaca ſua proprietate, & nõ qualitate: ſecundum Auic. 2. can. cap. de portulaca. ¶ Tertium eſt, quòd flos ſalicis & ſuccus pomorum, id eſt, fructuum eius nocent partui, quia propter ſtypticitatem & exſiccationem eorum reddunt partum difficilem.

De croco.

Confortare crocus dicatur lætificando,
Membraq; defecta confortat, hepar reparando.

HIc ponuntur aliqua iuuamenta croci, quorũ primum eſt, quòd crocus confortat corpus humanum lætificando, & circa iſtud eſt ſciendũ, quòd crocus tantam proprietatem habet lætificandi, quòd datus in maiori quantitate, quàm debeat, interficit lætificando, ſiue ridendo. Vnde dicit Auic. 2. can. cap. de croco, quòd tres aurei de ipſo interficiunt lætificando, & eſt aureum pondus ℨ.1. & s. ¶ Secundum eſt, quòd crocus confortat membra defecta, & principaliter cor: confortat etiam ſtomachum propter ſuam ſtypticitatẽ, & caliditatem, & propter eandem cauſam etiam reparat hepar, maximè propter ſtypticitatem, quæ non permittit diſſolui hepar. Nimius tamen vſus eius inducit nauſeam, & deiicit appetitum, & iſtud innuit Auic. loco præallegato, dicens. Ipſe facit nauſeã, & deiicit appetitũ, propterea qđ oppoſitus eſt acetoſitati, quæ eſt in ſtomacho, ex qua eſt appetitus. Præter iſtos effectus eſt faciẽs ſomnum, & obtenebrans ſenſus, & cùm bibitur in vino inebriat, abſtergit viſum, prohibet fluxũ ad ipſum, facit anhelitum facilem, confortat inſtrumenta anhelitus, excitat coitum & prouocat vrinam, & vult Auicennas loco præallegato.

De porro.

Reddit fœcundas per manſum ſæpè puellas,
Iſto ſtillantem poteris retinere cruorem.

HIc ponuntur duo iuuamenta porri. Primum eſt, quòd porrum per manſum, id eſt, per comeſtionem eius reddit puellas ſæpè fœcundas, cuius ratio poteſt eſſe, quia ſecundum Auicen. 2. can. cap. de porro, confert coarctationi matricis, & duritiei, quæ eſt in ipſa, quæ poſſunt eſſe impedimenta conceptionis. Secundum eſt, qđ porrũ abſcindit fluxum ſanguinis narium. Idem vult Auic. loco præallegato, & plures alij effectus eiꝰ dicti ſunt prius ibi: Allia, nux, ruta.

De pipere.

Quod piper eſt nigrum, non eſt diſſoluere pigrum.
Phlegmata purgabit, digeſtiuamq; iuuabit.
Leucopiper ſtomacho prodeſt, tuſſiq; doloriq;
Vtile, præueniet motum, febriſq; rigorem.

HIc ponuntur multa iuuamenta piperis, & primò tria piperis nigri. Quorum primum eſt, quòd piper nigrum non eſt pigrum in diſſoluendo, id eſt, reſoluendo propter fortem eius caliditatem, & ſiccitatem: eſt enim calidum, & ſiccum in quarto. ¶ Secũdum eſt, quod purgat phlegmata, quia attrahit ex interiori corpore phlegma, & ipſum conſumit, ſimiliter phlegma in pectore & ſtomacho inuiſcatum remouet ipſum calefaciendo, ſubtiliando, & diſſoluendo. Tertium eſt, qđ eſt iuuamentum digeſtiuæ, & iſtud patet per Auic. 2. can. cap. de pipere dicentem, quòd piper eſt digeſtiuum faciens appetitũ. Et iſtud maximè intelligendum eſt de pipere longo, qđ eſt magis conueniens digeſtioni crudorum humorũ, q̃ album, vel nigrum, vt teſtatur Gal. 4. de reg. ſanit. cap. 7. Secundò ponit quinq; iuuamẽta leucopiperis .i. piper. al. quorum primum eſt, qđ piper album confortat ſtomachum, & iſtud patet per Gal. loco pręallegato dicẽtẽ: quod eſt confortans ſtomachũ ſuper alia duo pipera. Et idẽ vult Aui. 2. can. cap. de pipere, dicens: & album magis conueniens eſt ſtomacho, & vehementius cõfortat. Secundum eſt, quòd piper confert tuſsi, maximè ex materia frigida phlegmatica: quia illam calefacit, diſſoluit, & incidit, & iſtud vult Auic. loco pręallegato dicens, quòd quando adminiſtratur piper in electuariis, eſt conueniens tuſsi, ex doloribus pectoris. Tertium eſt, quòd pip. al. conuenit dolori: & poteſt iſtud intelligi de dolore pectoris, ſicut ex Auic. allegatum eſt, vel de dolore ventoſo: tali .n. conuenit omne piper, quia omne piper ſui caliditate carminatiuum eſt ventoſitatum, & ſic educit vẽtoſitates: Auic. verò loco pallegato dicit: Piper alb. & ſimiliter longum conuenire in dolore ventris pungitiuo, ſi bibatur cum melle, & foliis lauri recentibus. Quartum eſt, qđ vtiliter poteſt præuenire motum feb .i. acceſsionem, ſiue paroxiſmum feb. & hoc feb. frigidæ: q̃a tale piper aliquò modo materiam calefacit & digerit. Quintum eſt, qđ piper alb. valet in rigore feb. cuius cauſa eſt, quia piper ſua caliditate confortat neruos, & materiam ſparſam ſup eos conſumit: & Auic. dicit, qđ fricando fit inunctio ex ipſo cũ vnguẽto, & confert rigori. Et iſta iuuamẽta quinq; etiã poſſunt conuenire aliis generib. piperum, vt ex Auic. loco præallegato patet. Præter iſtos effectus piper calefacit neruos, & lacertos adeò

deò, quod in hoc non est aliud ei par, mundificat pulmonem, prouocat vrinam, paucum de ipso, sed multum de ipso soluit ventrẽ, vt colligitur ex Auic. loco præallegato. Et circa istud sciẽdum est, qđ triplex est piper, scil. piper alb. quod dicitur leucopiper, piper longum quod dicitur macropiper, & piper nigrum, quod dicitur melanopiper. Piper alb. dicitur, quod est viride, multum humidum, & quando illud est desiccatum aliquantulum, ita qđ apparet quædam discõtinuátio inter eius partes, non tamen sit perfectè maturatum, dicitur piper longum: sed quando est perfectè maturatum, tunc dicitur piper nigrum.

Inducentia grauedinem auditus.

Et mox post escam dormire, nimisq; moueri,
Ista grauare solent auditus, ebrietasq;.

HIc tanguntur tria, grauedinem auditus inducẽtia: primum est, immediatus somnus post cibum sumtum, & hoc vsq; ad repletionẽ, cuius causa potest esse ista: quia somn⁹ immediatè post cibum sumtum facit indigestionem ciborum, cibi aũt indigesti grossos ac indigestos fumos procreât, qui sua grossitie meatus auditus obstruũt & etiam spiritus auditiuos ingrossant, & perturbant. ¶Secundum est nimius motus post cibum sumtum, quia talis etiam impedit digestionem & clausionem debitam orificij stomachi. Aliqui tñ textus loco nimis, habent minus, & tunc sensus est, quòd nullus motus post cibum sumtum etiã grauat auditum, cuius ratio est, quia tunc orificiũ stomachi non ita facilè clauditur, sicut per paucã deãbulationẽ, qua cibi descendunt ad fundũ stomachi, iã stomacho non existente clauso, fumi multi ascendunt ad caput grauantes auditum. Tertium est ebrietas, q̃a ex ebrietate procreãtur fumi multi, & vapores, q̃ ascendũt ad caput, & ad organũ auditus, spiritum eius perturbantes, & auditum grauãtes. Et nõ solũm ebrietas inducit nocumẽtum auditui, sed etiã visui, & omnib. sensib. propter eandem causam, vt etiam prius dictũ est. Aui. verò 4.3. cap. 2. de cõseruatione sanit. auris, etiam dat tria nocentia aurib. & dicit, ex eis q̃dem, q̃ nocẽt auri, & reliquis sensib. sunt fastidiũ, & repletio, & propriè somnus super repletionẽ. Sciendum, quòd aliqui textus adhuc habẽt vnũ versum, continentem adhuc alia inducentia grauedinem auditus, & est iste:

Balnea, Sol, vomitus, affert repletio, clamor.

quia ista inducunt etiam grauedinẽ auditus, maximè tamen tinnitum, vt dicit Auic. 4.3. cap. de cura tinnitus: Oportet, vt omnes isti vitent Solem & balneum laboriosum, & vomitum, & clamorem, & repletionem.

Causantia tinnitũ in aure.

Metus, longa fames, vomitus, percussio, casus,
Ebrietas, frigus, tinnitum causat in aure.

Metus siue motus.

HIc ponuntur septem, inducẽtia tinnitum in aure. i. sonum, quẽ homo videtur audire exteriùs, quorum primum est metus, & secundum alios motus, causa est de metu, quia in metu spiritus & humores mouentur ad interiora .s. versus cor subitò, ex quo motu facilè generatur ventositas, quæ penetrando ad organum auditus tinnitum causat. De motu etiam patet, quia ex motu corporali etiam cõmouentur humores, & spiritus, ex qua commotione etiam generatur ventositas facilè, quæ veniẽs ad aures, tinnitum causat: quia tinnitus causatur propter aliquam cõmotionem vaporis, aut ventositatis, circa organũ auditus commouentium aerem connaturalẽ in organo auditus existentem. ¶Secundus est lõga fames, & rationem subiungit Auic. 4.3. cap. 9. dicens: & illud est propter agitationem cadentem in hu. sparsis in corpore, quiescentib. in ipso: & cùm non inuenit natura cibum aliquẽ, conuertit ad eos, & resoluit ipsos, & mouet eos. ¶Tertium est vomitus: quia in vomitu, qui est motus laboriosus, mouentur maximè humores ad caput. In signum, cuius oculos & faciem videmus fieri rubeos, & visus fieri nocumentum: & sic etiam facilè mouentur in vomitu vapores, & ventositates ad organum auditus. ¶Quartum est percussio sphæræ in capite, & maximè in aure, cuius causa est, quia ex tali etiam accidit vehemens commotio aeris connaturalis in organo auditus existentis: quia natura aliquo membro læso immediatè mittit ad ipsum spiritum, & sanguinem, qui sunt instrumenta naturæ, ex quib. tunc accidit in aure commotio. ¶Quintum est casus, & maximè supra caput, propter eandem causam, quæ dicta est de percussione: & etiam ex causa quocunque vehemẽs fit cõmotio humorum in corpore. ¶Sextum est ebrietas, cuius causa est, quia in ebrietáte caput repletus fumis & vaporib. ex quibus ad organum auditus venientib. facilè commouetur aer connaturalis, in organo auditus existẽs. ¶Septimum est frigus, ex forti enim frigore debilitatur organũ, quare ex leui causa facilè patitur, vel contingit tinnitus ex forti frigore, quia forte frigus causat ventositates. Et non solùm ex istis causis contingit tinnitus aurium, imò ex plurib. aliis, sicut ex ventositate in capite generata, & in ipso nota, aut ex sonitu saniei, quæ generatur fortasse in ipsa, & ex feruore puris in partibus eius, aut ex motu ventositatis accidentis multoties in meatibus eius, sicut fit in febrib⁹, aut ex repletione superflua in corpore, & propriè in capite, aut ex materia viscosa, resoluta in paucã ventositatẽ, aut ex medicinis, quarum proprietas est, vt retineant humores & ventositates in partibus cerebri, vt colligitur ab Auicen. loco præallegato.

Fames. Vomitus. Percussio. Casus. Ebrietas. Frigus.

Nocentia oculis.

Balnea, vina, Venus, ventus, piper, allia, fumus,
Porri cum cæpis, lens, fletus, faba, sinapis,
Sol, coitus, ignis, labor, ictus, acumina, puluis,
Ista nocent oculis, sed vigilare magis.

HIc ponuntur 21. res nociuæ oculis. Prima est balneum, siue humidum, siue siccum, quod stupha dicit: primò quia calefacit eos calefactione multa, & sic lędit eorum complexionem cùm naturaliter sint frigidi de natura aquæ. Secundò quia exsiccat & resoluit humiditates subtiles oculorum, quibus spirit⁹ visiui, qui sunt ignei, debent refocillari & temperari, & propter istud plures reperiuntur cœci supra Rhenum, qui vtũtur in stuphis, & balneis, quemadmodum etiam plures reperiuntur leprosi in Hollandia, quàm in aliqua alia regione, propter indebitum regimen. Secunda res est vinum, & hoc immoderatè sumtum, tale enim debilitat oculos & visum: quia caput replet fumis, & vaporibus, ideò etiam hebetat omnes sensus. ¶Tertia res est Venus, id est, nimius vsus coitus: qui ab omnibus Medicis fertur debilitare multum visum. Et Arist. 4. problematũ particula, problemate tertio, asignat cau-

Balneum. Vinum. Venus.

sam istam, scil. quia per coitum aufertur, quod opportunum est oculis. Oportet enim humidum aqueum subtile eis inesse, in quo visibiles spiritus fulciantur: nam oculus naturaliter est talis .s. humidus, vnde sensu & sensato, & quinto de generatione animalium dicitur oculus esse de natura aquæ: sed euulsis humidis & euacuatis contingit superiora desiccari, propter quod oculi à sui recedunt natura, quæ humiditate vigebat. Et meritò oculi vigêt humiditate, quia per spiritus igneos, qui sunt in multo motu, euanescerent, nisi humido sustentarentur. Ex isto manifestum est, quòd coitus exsiccat partes superiores subtrahêdo humidum, ad quod sequitur læsio acuitatis visus.

Ventus. ¶ Quarta res est ventus, & maximè meridionalis, de quo dicit Hip. 3. aphorismorû, aphorism. illo: Austrini flatus: quòd est caliginosus, id est, caliginem, & obscuritatem in oculis inducens: quod prouenit, quia talis ventus caput replet humiditatib. hebetantibus sensus, & spiritus obfuscantibus. *Piper.* ¶ Quinta res est piper, quod prouenit ꝓpter sui acuitatem, quæ generat fumos oculos mordicâtes. *Allia.* ¶ Sexta res est allia, quæ etiâ nocêt visui ꝓpter eorum acuitatem & vaporositatem, vt etiam dictû est ibi: Allia, nux, ruta. *Fumus.* ¶ Septima est fumus, qui etiam nocet oculis propter mordicationem, & exsiccationem. *Porri.* ¶ Octaua est porri: quia ex esu ipsorum generantur fumi grossi melancholici, quibus visus obumbratur, & etiam prius dictum est ibi: Allia nux, ruta. *Cepa.* ¶ Nona est cæpæ, quarum comestio nocet oculis propter earum acrimoniam. *Lens.* ¶ Decima est lês, de quo dicit Auic. 2. can. cap. de lente, quòd illi, qui plurimum eius comestione vtitur, visus obtenebratur propter vehemêtiam exsiccationis eius. *Fletus.* ¶ Vndecima res est fletꝰ nimiꝰ, qui debilitat oculos, ex eo, quòd inducit debilitatem retentiuæ oculorum. *Faba.* ¶ Duodecima est faba, cuius vsus generat fumum grossum, melancholicû obtenebrâtê spiritꝰ visiuos, sicut porrû: ideò etiam comestio fabarû inducit somnia terribilia. *Sinapi.* ¶ Decimatertia est sinapi, cuius visus inducit debilitatem visus, propter eius acrimoniam. *Sol.* ¶ Decimaquarta est aspicere Solem, & hoc est propter eius vehementem nitorem, & splendorem, quib. destruitur visus, vt patet ad experientiam, & hoc ideò, quia vehemens sensibile non proportionatum sensui, sicut radij solares, corrûpunt sensum. *Coitus.* ¶ Decimaquinta est coitꝰ, & maximè post nimiâ repletionem, vel magis post nimiâ vacuitatem, & inanitionê, & de ista re dictû est. *Ignis.* Decimasexta est ignis, cuius inspectus causat vehementê siccitatê in oculis, & sic lędit visum, & etiam lædit propter claritatem eius: ideò communiter videmus fabros illos, qui continuè coram igne operantur, rubeos vel debiles habere oculos. *Labor.* ¶ Decimaseptima est nimius labor, quia talis etiam vehemêter exsiccat. *Percussio.* ¶ Decimaoctaua est percussio côtra oculos, quæ lædit oculos & visum: quia facit sanguinê ad oculos fluere, spiritû visiuû perturbantem, & aliquando apostema generâtê. *Visus acutorû.* ¶ Decimanona est nimiꝰ vsus rerû acutarû, videlicet vti diuersis salsamêtis acutis, & hoc ꝓpter acrimoniâ fumorû ex ipsis generatorû. *Puluis.* ¶ Vigesima est puluis, siue ambulare in locis puluerulentis, in quib. de facili puluis ad oculos peruenit, & visum obfuscat. *Vigilia.* ¶ Vigesimaprima & inter cæteras magis lædens oculos & visum, est nimium vigilare: quia vigiliç nimiæ nimiâ siccitatê in oculis inducunt. ¶ Et in generali omnis repletio nocet oculis: similiter omne quod exsiccat naturâ, & omne qdꝰ turbat sanguinem ex rebus salsis, acutis & alliis, & omnis ebrietas. Vomitus verò confert ei inquantû purgat stomachum, & nocet ei, inquantum mouet materias cerebri expellendo eas ad ipsum: ideò si fuerit vomitus necessarius, debet fieri post cibum cum facilitate. Et similiter somnus superfluus nocet visui, & somnus statim post repletionem, & multitudo phlebotomię: & propriè cum ventosis continuis, & istud colligitur ex Auic. 3. 3. tract. 4. cap. 4. de rememoratione rerû visui nocêtium, vbi etiam Auic. plures ex causis in textu narratis, exprimit.

Fœniculus, verbena, rosa, cheli donia, ruta:
Ex istis fit aqua, quæ lumina reddit acuta.

Confortantia visus. Hic tanguntur quinq; res medicinales, quarû aqua confert visui. Prima est fœniculus, cuiꝰ succus in oculo positus acuit visum, secûdû Rhasim 3 Almansoris. Secunda est verbena, cuius aq. à communibus Medicis ponitur in receptis valentib. contra debilitatem visus. ¶ Tertia est rosa, cuius aqua confortando spiritû animalê potest côfortare visum. Quarta est chelidonia, & est herba habês succû citrinû: & dicit chelidonia, quasi cœlica dona donans. Quinta est ruta, & herba cômunis, & aquæ istarû duarum herbarum similiter valent, vt ex communibus auctoribus medicinæ patet, & de pluribus istarum herbarû prius, in diuersis passibus, dictum est amplius.

Sic dentes serua, porrorum collige grana:
Ne careas thure, cum hyoscyamo simul vre,
Sicque per embotum fumum cape dente remotum.

Hic ponuntur aliquæ medicinæ, valentes ad dolorem dentium: & dicit textus, quòd semina porrorum, & hyoscyamus simul vsta, valent in dolore dentium. Et debent sic administrari, succus hyoscyami cum seminibus porrorum debêt simul comburi, & fumus istorum per embotum recipi in illa parte, in qua est dolor dentis. In hyoscyamo enim est virtus stupefaciendi, & sic ex stupore dolor nô percipitur: & in fumo seminis porri est virtus interficiendi, & eiiciendi vermes, qui aliquando in concauitatibus dentium existentes intolerabilem faciunt dolorem, & istud dicit Auic. 2. can. cap de porro. Et est porrum herba nota, & hyoscyamus est herba stupefactiua, habens longa folia, pinguia & fœtida.

Nux, oleum, frigus capitis, anguillaq; potus,
Ac pomum crudum, faciunt hominem fore raucum.

Facientia vocem raucam. Hic ponûtur sex causæ raucedinis vocis: quarum prima est nux. i. comestio nucum, quia nuces multum exsiccant: ideò vocem exasperât, & faciunt eâ similem vocib. gruum. Secunda est oleum, cuius vsus potest inducere raucedinê, qa partes eius aliquæ viscosæ adhærent ipsi cannæ pulmonis, facientes raucedinem: secundò potest inducere raucedinem in corporibus cholericis, quia oleum in talibus citò inflammatur, & sic inducit ex tali calefactione exasperationem, & raucedinem, prima tamen causa videtur melior. Tertia est frigus capitis, cuius causa est, quia ex frigore capitis fit côpressio cerebri, ex cuiꝰ côpressione fluunt hu. deorsum versꝰ guttur, & cannam pulmo-

pulmonis, inducētes raucedinem propter nimiā humectationem cannę. ¶ Quarta est anguilla, siue comestio anguillæ, quia ex esu eius phlegmata viscosa multiplicātur, quæ venientia ad cannā pulmonis, illic adhærēt, inducentes raucedinem. ¶ Quinta est potus nimius, & maximè quando itur dormitum, cuius cauius est: quia ex tali canna pulmonis etiam multum humectatur. Iam vehemens humectatio cannæ pulmonis potissima est causa raucedinis vocis secundum omnes Medicos. ¶ Sexta est pomum crudum, quia inquantum crudum, multiplicat phlegmata: & si sit cum hoc immaturum stypticum, siue ponticum, guttur exasperat.

Conferentia rheumati.

Ieiuna, vigila, caleas dape, valde labora.
Inspira calidum, modicum bibe, comprime flatum,
Hæc benè tu serua, si vis depellere rheuma:
Si fluat ad pectus, dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares esto coriza.

HIc tanguntur septem, quibus curatur rheuma. Primum est abstinentia, siue ieiunium, quia p hoc materia rheumatis diminuitur: nam abstinentia exiccat, materia melius maturatur, & consumitur: quia natura non habens materiam cibalem, in quam agat, agit in materiam rheumatis & cōsumit eam, & caput minus repletur. Vnde dicit Auicen. 5. tertij, tractatu primo, cap. 13 Et propterea quidem ne patiens catarrhum & corizam replet ventrem cibis, quare repleatur caput eius. ¶ Secundū est vigilia, quia illa etiā est exiccatiua cerebri, & prohibitiua ascensus multorum vaporum ad caput. ¶ Tertium est cibus calidus, qui etiam iuuat in rheumate, cum est ex materia frigida: quia per illum etiam tunc digeritur materia frigida. ¶ Quartum est multū laborare, quia per hoc etiā consumitur materia rheumatis, nam labor multus exiccat superfluitates corporis: & loco illius dictionis valde, quidam textus habent veste, & tunc sensus est, quòd in cura rheumatis etiā valet calor in vestibus, & hoc etiā verum est, maximè tñ quādo materia rheumatis est frigida. ¶ Quintum est inspiratio aeris calidi, & hoc maximè in catarrho ex materia frigida: quia per aerem inspiratum calidum, tunc calefit materia & maturatur. ¶ Sextum est modicum bibere, & pati sitim: quia per hoc etiam materia rheumatis consumitur, cùm sitis siue modica potatio exiccet: & etiam per modicam potationem caput nō repletur, sicut per multum potum. ¶ Septimum est comprimere flatum, id est, retinere anhelitū: illud enim valde bonum est in catarrho maximè à causa frigida, quia per istam retentionem anhelitus calefiunt pectoralia, & sic melius digeritur materia frigida phlegmatica, faciēs catarrhum. Et plura istorum & alia tangit Auic. loco prællegato, dicens: Oportet, vt assiduet calefactionē capitis, & elongationē eius à frigore & minuat ipsum à Septentrione, & propriè post Austrum. Auster enim replet, rarificat, & Septentrio constringit & exprimit, & minoret potum aquæ cōgelatæ, neq; dormiat in die, & sitiat & famem patiatur, vt vigilet quantū potest, quoniam sunt initium curæ. Rhasis verò nono Almansoris vult, quòd patiens rheuma debet cauere, ne iaceat supinus: & ratio est, ne p illum decubitū materia fluat ad partem posteriorē, & cùm pars posterior non habeat manifestos meatus, p quos materia fluat, timetur ne fluat ad neruos, & faciat spasmum vel paralysim: similiter debet abstinere omninò à vino, quia vinum est vaporosum, & cùm multū sit calidū dissoluit materiā, & auget rheuma. Et similiter non debet stare ad Solē, aut ad ignē, quia Sol & ignis dissoluendo materiā etiā augēt rheuma. ¶ Deinde textus in duobus vltimis versibus ponit differentiam inter ista tria nomina. s. catarrhus, branchus, & coriza: & est differentia in hoc, quòd est fluere materiam ad aliam, & aliam partem: vnde rheuma est nomē commune ad omnem fluxum materiæ de vno membro ad aliud: ideo dicitur rheuma, quasi ruens materia: in communi tamē vsu capitur solum pro nomine communi ad omnem fluxum materiæ à capite: & continet sub se istas tres species. s. catarrhū, branchum, & corizā: vnde si illa materia fluat ad pectus, vel membra vicina, dicitur catarrhus: si verò ad fauces, branchus, sed si fluat ad nares, dicitur coriza.

Medicamē curans fistulā.

Auripigmentum, sulfur misceto memento,
His decet apponi calcem, commisce saponi:
Quatuor hæc misce, commixtis quatuor istis,
Fistula curatur, quater ex his si repleatur.

IN hoc textu ponit auctor medicinam curatiuā fistulæ, dicēs: quòd emplastrum factum ex auripigmento, sulfure, calce, & sapone simul mistis curat fistulam, cuius causa est, quia in istis est virtus exiccatiua, & mundificatiua, q̄ intētiones necessariò requiruntur in curatione fistulæ. De auripigmento dicit Platearius, quod est calidum & siccum in quarto gradu, dissoluit, attrahit, consumit, & mundificat. Et sulfur & sapo, secundū eū, etiā calida sunt & sicca, sulfur tñ vehementius, qa est calidū & siccū in quarto: sapo verò nō. De calce dicit Auic. quòd calx abluta est exiccatiua sine mordicatione, & consolidat. ¶ Notandum circa istud, quòd fistula est vulnꝰ & assiduè periodicè fluens, id est, secundū diuersa tēpora, vel secundū diuersas lunationes. Auripigmentum verò est illud, quo vtūtur sculptores, & quo faciūt adhærere æs, siue metallū lapidibꝰ. Sapo verò. i. smigma est illa pinguedo alba, siue nigra, qua mulieres lauant, & mundant vestes: alia vocabula nota sunt.

Quot sint ossa. Quot dentes. Quot venæ in homine.

Ossibus ex denis, bis centenisq; nouenis,
Constat homo, denis bis, dentibus & duodenis,
Ex tercentis, decies sex, quinque, venis.

IN hoc textu auctor ponit numerū ossium, dentium, & venarum humani corporis: & dicit primò, quòd homo constat ex ducentis & decemnouem ossibus: secundum tamē solennes Medicinæ Doctores, vt Hippocratē, Galenū, Rhasim, Auerrhoim, & Auicen. ossa hominis sunt ducenta & quadraginta octo: licet in particulari enumeratione ossiū disconueniāt: & istud vult ille communis versus: *Ossa ducentena atq; quater sunt duodena.* ¶ Secundò dicit, quòd homo debet habere trigintaduos dentes, & istud intelligēdum est communiter, & vtplurimum in hominibus perfectis: aliquando enim contingit aliquos homines non habere dētes quatuor extremos, q sunt post molares, & in talib. dētes sunt vigintiocto tātum. Et aliqui carent his dentib. vltimis in pueritia tantū: alij in pueritia & iuuentute, ita quòd non eis nascūtur, donec sint senes: alij tota sua vita. Circa istud sciendū est, quòd secūdū Auic. prima primi,

doct.5.summa prima,cap.de anatomia dentium. Inter istos dentes duo vocantur duales, & sunt duo dentes anteriores, & duo quadrupli iuncti dualibus à dextris & sinistris, & tàm duales, quá quadrupli sunt duo in superiori mandibula, & duo in inferiori, & sunt omnes ordinati ad incidendũ,& ideò à quibusdã incisores vocantur, & specialiter duales. Post istos dentes sunt duo dentes, qui vocantur canini superiùs, & duo inferiùs immediatè coniuncti quadruplis, & officiũ eorũ est frangere dura. Post illos sunt quatuor dentes molares à dextris,& à sinistris quatuor,tam in superiori,q̃ in inferiori mandibula. Post istos,in aliquibus est dens vnus sensus,tam à dextris,quàm à sinistris: & tam in inferiori,q̃ à superiori mandibula,in aliquibus verò non. Et sunt isti dẽtes molares,& dentes sensus omnes ordinati ad molendum. Summa totius numeri dentium est trigintaduo,vel vigintiocto, in non habentibus dentes sensus,scil.quatuor duales,quatuor quadrupli & quatuor canini,& sexdecim molares, & quatuor dentes sensus. ¶ Tertiò dicit quòd homo habet trecentas,& sexaginta quinq; venas,vt posset patere enumeranti eas.

Quot sint humores.

Quatuor humores in humano corpore constant,
Sanguis cum cholera, phlegma, melancholia.
Terra melancholicis, aqua confertur pituitæ,
Aer sanguineis, ignea vis choleræ.

IN hoc textu enumerat primò auctor humores, qui sunt necessarij ad constitutionem humani corporis, & dicit quòd quatuor sunt humores in humano corpore, scil. sanguis, phlegma, cholera, & melancholia. ¶ Secundò ostendit naturam & complexionẽ cuiusq; humoris, ꝑ hoc, quòd comparat vnumquemq; vni elemẽtorũ: & vult, quòd melancholia est frigida & sicca,& sic comparatur terræ,q̃ similis naturæ est: phlegma est frigidũ & humidum,& sic cõparatur aquæ: sanguis est calidus & humidus,& sic comparatur aeri: sed cholera est calida & sicca,& sic comparatur igni. Et iste sensus etiã patet in his versibus: *Humidus est sanguis, calet, est vis aeris illi: Alget, humet, phlegma, sic illi vis fit aquosa: Sicca calet cholera, sic igni fit similata. Melancholia friget sicca quasi terra.* ¶ Et pro maiori intellectu sciendum est, quòd secundũ Auic. prima primi, doct. 4. cap. primo: quatuor sunt humores in corpore hominis, scil. sanguis, phlegma cholera, & melancholia, vt dictũ est: inter quos sanguis est melior. Primò, quia est materia spirituum, in quibus vita consistit,& omnis operatio vegetatiua vitalis,& animalis. Secundò, quia conformis est cum principiis vitę: est enim calidus & humidus temperatè. Tertiò, quia plus nutrit & restaurat deperditum cęteris humoribus: & vt audeam sic dicere, est thesaurus naturę, ex cuius perditione sequitur mors statim. Deinde sequitur phlegma in bonitate, primò, quia aptũ est, vt tempore necessitatis fiat sanguis, & ideo non habet proprium receptaculum, sed incedit cum sanguine. Secũdò, quia vicinius est radicali humido, quod est velut basis vitę. Deinde sequitur cholera, quia participat cum naturali calore, quamdiu mensuram seruat. Tandem est melancholia, velut fæx & sordicies elongata à principiis vitæ, inimica lætitiæ & liberalitati, cognata senio & morti.

De sanguine.

¶ Secundò sciendum est, pro diuisione & definitione humorum, quòd sanguinis duę sunt species, scil. naturalis & innaturalis. Naturalis est, cuius color rubeus, scil. venalis, rubeus, obscurus, & arterialis, rubeus, clarus, malo carens odore, & est valde dulcis, & hoc per respectũ ad alios humores. Innaturalis est duplex: nam quidam est innaturalis qualitate, scil. qui est mutatus complexione bona in se, sine alterius humoris commistione: alius est innaturalis propter humorẽ malum ei admistũ, peccantẽ qualitate, substantia vel quantitate, vel in proportione alterius ad alterum. Et iste est duplex: nam quidam est nõ naturalis, ex permistione mali humoris, q ab extra illi superuenit, alius est non naturalis, ex permistione mali humoris, generati in ipsomet sanguine: sicut quando pars sanguinis putrefacta est,& eius subtile cõuersum est in choleram,& grossum in melancholiam: vel illa cholera, vel illa melancholia, vel vtraq; mansit in illo sanguine. Et iste sanguis non naturalis ex admistione mali humoris multipliciter diuersificatur à naturali: primò in substãtia, quia grossior & turbidior est, cùm illi miscetur melancholia, vel subtilior, cùm illi miscetur cholera: citrina vel aquositas. Secũdò in colore, quia est declinãs ad albedinẽ ex parte phlegmatis: vel ad nigredinem ex parte melancholiæ. Tertiò in odore, quia fœtidior est, ex admistione putridorum humorũ: vel omninò odore caret, ex admistione crudorũ. Quartò in sapore, quia vergit ad amaritudinẽ ex admistione cholerę, vel ad acetositatem, ex parte melancholiæ, vel ad insipiditatem, ex parte phlegmatis.

De phlegmate.

¶ Phlegmatis verò etiam duę sint species, scil. naturale & innaturale. Naturale est, quod est aptum, vt in aliquo tempore fiat sanguis, quoniã est sanguis non bene coctus: & est quidam modus dulcis phlegmatis, quod nõ valde existit frigidum, imò corporis comparatione est frigiditatis paucæ: sanguinis verò comparatione & cholerę rubeę est frigidum. Et est naturaliter album, & dicitur istud phlegma dulce, extẽso hoc nomine dulce, ad omnes sapores delectantes gustum: quia alio modo istud phlegma naturale non est dulce, cùm sit insipidum aquosum, & sapori aquę multum propinquũ. Et non fecit natura isti phlegmati proprium receptaculum, sicut cholerę & melancholiæ fecit, sed fecit ipsum transire cum sanguine, vt tempore necessitatis vertatur in sanguinem, quia habet similitudinem propinquam sanguini. Istius phlegmatis duæ sunt necessitates, & vna vtilitas: prima necessitas est, vt sit iuxta membra ad hoc, vt operentur in eo eorum virtutes, & coquant & digerant & nutriãtur ex eo, cùm membra amiserint nutrimentum, quod consueuit venire ad ipsa, quod est sanguis bonus, ꝓpter retẽtionem materiæ sanguinis, quæ quidem retentio à stomacho & hepate fit propter aliquas causas accidẽtales. Secunda necessitas est, vt misceatur cum sanguine, & reddat ipsum aptum ad nutriendum membra phlegmaticarum complexionum, sicut cerebrum & nucham, in quo sanguine ea nutritio notabilem phlegmatis partem esse oportet. Vtilitas verò eius est, vt humectet iuncturas & membra, quæ multum mouentur, ne desiccentur propter calorem, qui prouenit ex motu & confricatione. Phlegma verò innaturale potest diuidi primò ex parte substantiæ: & sic

& sic quodda est mucilaginosum, & est phlegma secundu sensum diuersum in subtilitate, & grossitie in suis partib9, & dicitur mucilaginosum ꝑpter similitudinem, qua habet cum mucilaginib. extractis a seminib9. Aliud est phlegma grossum, quod apparet æquale in substantia, id est, in subtilitate & grossitie secudum iudicium sensus: sed secundum veritate diuersum est in suis partibus, & dicitur phlegma crudu, & istud multiplicatur in stomacho & intestinis: & propter ipsius expulsionem a stomacho præcepit Hippoc. fieri vomitum in mense bis, & ad eius expulsionem ab intestinis statuit natura choleram defluere a cysti fellis ad intestinum ieiunum, & cosequenter ad alia inferiora, vt abstergeret illud phlegma ab orificiis intestinoru, & faceret ipsum descedere cum fæcibus. Multiplicatur etiam interdum in venis, specialiter in senibus propter diminutione digestionis, & illic moram trahens, paulatim augetur & ingrossatur, & cum ab eo tandem grauetur natura, & non possit ipsum per venas expulsionis ordinarias expellere, facies de possibilibus, quod melius est, elogat ipsum a corde, & aliis membris intrinsecis, & mittit ad extrema, & specialiter ad tibias, quia sua grauedine naturaliter tedit ad inferiora. Et ista est causa quare tibię senum inflantur inflatione relinquente fouea post impressionem digiti, specialiter circa noctem & in pinguibus, & solitis nutriri humidis. Aliud est phlegma valde subtile, & est phlegma aquosu simile aquæ aliqualiter inspissatæ: & sępe inuenitur in saliuis, & sputis male digerentium, nimis bibetium, & a cerebro ad nares destillare solet in principio corrizarum, cum per decoctione ingrossatur, couertitur in phlegma grossum, aut mucilaginosum. Aliud est phlegma valde grossum album, vocatu gypseum, est phlegma, cuius subtile fuit resolutu propter nimia moram eius, in iuncturis & grossum remansit, quasi lapidificatum: & istud phlegma facit podagra nodosam, fere insanabilem. Aliud est phlegma vitreum, & est phlegma spissum grossum, simile vitro liquefacto in colore, viscositate & pondere. Secundo diuiditur phlegma innaturale ex parte saporis: nam quodda est phlegma dulce, quod fit ex admistione sanguinis cu phlegmate: & sub isto etiam continetur phlegma vnctuosum, quod fit ex admistione vnctuositatis sanguinis cum phlegmate: aliud est phlegma insipidum, factum ex cruditate, sicut quoddam phlegma vitreum: aliud est phlegma salsum, factu ex admistione choleræ: & istud est magis mordax, siccius, & leuius speciebus phlegmatis, propter choleram, qua suscipit in se, q sicca existit, leuis & acuta. Et hoc phlegma sępe reperitur in phlegmaticoru stomachis, potantiu sępe vina fortia, & vtentiu salsis & acutis, & adhærens stomacho causat interdu sitim clamosam, & diu currens per intestina, quandoq; excoriat ea, & inducit dysenteriam, & in ano frequenter inducit forte tenesmu. Aliud est phlegma acetosum, quod fit quandoq; propter melancholia acetosam, sibi admistam. Et quandoq; fit propter ebullitione, q accidit phlegmati, sicut accidit succis dulcibus fructuu, quod primo ebulliut, postea acescut: & istud phlegma sępius apparet in stomacho male digerentiu, qua in aliis partibus; nam ad os stomachi naturaliter

A profluit melancholia ad desideriu suscitandum, quæ deorsum cadens quandoq; phlegmati mista reddit ipsum acetosum, & hoc cognoscitur ꝑ ructus acidos: interdum phlegma tale generatur in stomacho ꝑ viam ebullitionis a debili calore, ex chylo. Aliud est phlegma ponticum, quod quandoq; causatur ꝑpter admistione melacholiæ pòticæ, & istud raro reperitur ꝑpter raritate melancholiæ ponticæ. Quandoq; vero causatur ꝑpter vehemente infrigidatione eius, qua humiditas eius congelatur, & aliqualiter ad terrestreitate alteratur, & no superuenit ei calor debilis, q faciendo ipsum ebullire, couertat ipsum in acetositate: neq; calor fortis, qui digerat ipsum, & conuertat ipsum in sanguine. ¶ Choleræ vero species similiter duæ sunt. s. naturalis & innaturalis: cholera naturalis est spuma sanguinis, cuius color est rubeus, clarus, id est, citrinus in vltimo gradu citrinitatis, sicut capilli zafrani, & est leuis acuta: & quanto magis fuerit calida, tanto erit maioris rubedinis. Ista cholera, postquam generata est in capite, diuiditur in duas partes: quaru vna transit cum sanguine ad venas, & alia pars transmittitur ad cystim fellis. Pars aute illa cholerę, quę transit cum sanguine, penetrat cu eo causa necessitatis, & causa vtilitatis: necessitas est, vt misceatur cum sanguine ad nutriendu membra cholerica: vtilitas est, vt subtiliet sanguine, & faciat ipsum penetrare in venis. Pars au illa, q transit ad cystim fellis, trasit illic etia propter necessitate & vtilitate. Necessitas est duplex, quæda est necessitas corporis totius s. mundare ipsum a superfluitatibus cholericis: alia est respectu cystis fellis, & est nutrire ipsam. Vtilitas etia duplex est: vna est abluere intestina a fęcibus & phlegmate viscoso, adhęrete eis: altera est pungere intestina, & musculos ani, vt sentiant, quod est eis nociuu, & emittat digestione. Huius rei signum est, quod colica sæpe accidit propter obstructione facta in foramine, quod procedit a cysti fellis vsq; ad intestina. Cholera vero innaturalis duplex est: nam vna est innaturalis propter causam extrinseca, quæ ei admiscetur: alia est innaturalis, ꝑpter causam in se: quia substantia eius no est naturalis Cholera innaturalis propter causam extrinseca: alia est scita & famosa, & est illa, cui phlegma admiscetur, & dicitur famosa siue etia nota, quia sæpissime generari solet, & ex hac choleræ specie fit tertiana nota: alia est, quę est minoris famę, & est illa, cui melacholia est admista. Cholera vero famosa, vel est citrina, & generatur ex admistione phlegmatis subtilis, cum cholera naturali, vel est vitellina similis vitellis ouoru, & generatur ex admistione phlegmatis grossi cum cholera naturali. Cholera vero minoris famæ fit duob9modis: vnus est qn cholera in se aduritur, & fit cinis, a quo non separatur pars subtilis choleræ, sed cu eo miscetur: & hęc cholera est peior. Alius est, vt melacholia cholerae de foris adueniens cum ea misceatur, & hæc cholera est melior alia, & est eius color rubeus: sed non clarus nec floridus, imo est magis similis sanguini venali. Cholerę vero innaturalis in propria substatia siue alterius humoris comistione: alia est, q sæpius generatur in hepate ꝑ hoc, quod subtile, quod est in sanguine, aduritur, & trasit in chollera, & grossum in melancholiam: alia est, q in

De cholera.

stomacho magis generatur, ex cibis malis, non digestis, sed corruptis: vel generatur in venis ex humoribus aliis, & istius cholerae duae sunt species: nam quaedam est prasina similis colori prasij nigri, q̃ generatur ex vitellina, quando aduritur: nã adustio facit in cholera vitellina nigredinem, qua cõmista cum citrinitate generatur color viridis. Alia est eruginosa, similis in colore aerugini aeris, & generatur ex prasina: quoniã prasina tãtùm aduritur, donec siccetur eius humiditas, & incipiat redire ad albedinem, propter suam siccitatẽ: & istae duae vltimae cholerę malę sunt & venenosae, aeruginosa tñ peior est. ¶ Melancholię species similiter duae sunt, scil. naturalis & innaturalis. Naturalis est fęx boni sanguinis turbulẽtia & superfluitas, cuius sapor est medius inter dulcedinem & ponticitatẽ, & ista melancholia cùm generata est in hepate, partitur in duas partes: quarũ vna penetrat cum sanguine, & manat cum eo ad venas: alia trãsmittitur ad splenẽ. Prima pars penetrat cum sanguine propter necessitatẽ & vtilitatem: necessitas est, vt misceatur cum sanguine ad nutriendum membra melancholica, frigida & sicca, sicut ossa. Vtilitas est, vt fluxibilitatẽ sanguinis nimiam coerceat, & vigoret corpulentiam eius, & cõdenset, donec fiat pars solida membrorum durorum, quae debet nutrire. Alia pars, qua sanguis non indiget, vadit ad splenẽ, propter necessitatem, & vtilitatẽ. Necessitas est duplex: vna est secũdum totum corpus, id est, ipsum à superfluitate melãcholica mundare: alia est secundum splenem, scil. ipsum nutrire. Vtilitas verò ꝓcedit ex ea, propter quod ipsa profluit ad orificium stomachi, exprimendo humiditates, quas illic inuenit, sicut mulier mulgendo exprimit digitis lac ab vberibus vaccae. Et hęc vtilitas est duobus modis: vno modo, quia ipsa multa cõstringit, inspissat, & confortat orificiũ stomachi. Secundò, quia facit in ore stomachi commotionẽ propter acredinem eius, & excitat famem, & facit desiderium. Melãcholia verò innaturalis est, sicut res adusta, vel cinis respectu aliorum humorũ: & eius quatuor sunt species famosae, licet plures sint non famosae: prima est, quę est cinis cholerę, & est illud, quod aduritur de cholera, & hęc species est amara: secunda est, quae est cinis phlegmatis, & est illud, quod fuit adustum ex phlegmate, & si phlegma, quod adustum est, fuerit valde subtile, & aquosum, tunc melancholia ex eo genita, erit salsa in sapore. Si autẽ fuerit phlegma grossum, quod aduritur, tunc cinis eius, aut melancholia ex eo generata, tendit ad acetositatem, aut ponticitatẽ. Tertia est, quae est cinis sanguinis, & illud, quod adustum est ex sanguine, & haec melancholia est salsa, parum trahens ad dulcedinem. Quarta est, quae est cinis melancholiae naturalis: & si melancholia naturalis, ex qua fit, fuerit subtilis, tunc erit multum acetosa, & cùm effunditur super terram, ebullit, & eius odor est acris, & ab eo fugiũt muscae & animalia. Si verò talis melancholia naturalis, ex qua fit, fuerit grossa, erit minoris acetositatis cum pauca ponticitate.

De melancholia.

De Sangvineis.

Signa complexionis sanguineae.

Natura pingues isti sunt, atq; iocantes,
Semper rumores cupiunt audire frequentes.
Hos Venus & Bacchus delectant, fercula, risus:
Et facit hos hilares, & dulcia verba loquentes
Omnibus hi studiis habiles sunt, & magis apti:
Qualibet ex causa nec hos leuiter mouet ira.
Largus, amans, hilaris, ridens, rubeiq; coloris,
Cantans, carnosus, satis audax atq; benignus.

HIc ponit auctor signa, per quae cognoscere possumus hominem sanguineę complexionis. ¶ Quorum primum est, quod sanguineus est naturaliter pinguis. Et non debemus intelligere, quòd sanguineus sit pinguis pinguedine ꝓpriè accepta, quia talis significat super frigiditatẽ complexionis, vt vult Auic. 2. primi, doct. 3. cap. 3. Sed est pinguis pinguedine extensa ad multã carnositatem, quia est multum carnosus: vult enim Auic. loco praeallegato, quòd multitudo carnis rubeę cum decenti firmitate, & non laxitate eius significat complexionẽ calidã, & humidam, qualis est sanguinea. Et ratio est, quia multitudo carnis rubeae attestatur super fortitudinem virtutis assimilatiuae, & multitudine sanguinis, quae vigẽt & inualescunt calido & humido, teste Gal. 2. complexionum dicente. Multitudo aũt carnis à multitudine sanguinis generatur. Calidum verò perfectè digerens, & assimilans carnis soliditatem operatur. Dicit etiam Auic. loco pręallegato, quòd omne corp⁹ carnosum sine multitudine pinguedinis & adipis est sanguineum: & idem vult Gal. secundo techni. canone illo: Humida verò & calida crassis. Secundũ est, quòd est iocosus, scil. proferens verba alios ad risum prouocãtia, vel laetus: & hoc est propter benignitatem humoris sanguinei prouocantis hominẽ ad laetitiam, & iucunditatem propter spiritus claros & perfectos ex sanguine generatos. Tertium est, quòd libenter audit fabulationes iocosas eadem de causa. Quartũ est, quòd inclinatus est ad luxuriam propter caliditatem & humiditatem prouocãtia ad coitum. Quintum est, quòd talis libenter bonum vinum potat. Sextum est, quòd libenter comedit bona cibaria, quorum causa potest esse: quia talis appetit similiora complexioni eius, quae sunt bona vina & bona cibaria. Septimum est, quòd talis de facili ridet, cuius causa est, quia sanguis prouocat ad risum. Octauum est, quòd talis est hilaris, id est, hilarem faciem, amabilẽ & iucundam habens ꝓpter viuacitatem coloris, & formositatẽ complexionis ex cõplexione sanguinis. Nonũ est, quòd talis profert dulcia verba propter amicabilitatem naturae sanguinis. Decimum est, quòd talis est aptus omnib. artib⁹, id est, de facili potest addiscere quamlibet artem propter viuacitatẽ & perspicacitatẽ ingenij eius. Vndecimum est, quòd talis non facilè irascitur, & istud prouenit propter humiditatem hebetantem feruorem cholerae, prouocantis ad iram. ¶ Deinde textus in duobus vltimis versibus repetit aliqua signa dicta, & aliqua addit. ¶ Primum est, quòd sanguineus est largus, non auarus, sed liberalis. ¶ Secundum est, quòd talis est amans, siue amorosus. ¶ Tertiũ est, quòd talis est hilaris. i. habẽs vultũ iucundũ. ¶ Quartũ est, qd᷑ talis quasi semp videtur ridere, quorũ omniũ causa est benignitas sanguinis, ad ista ꝓuocãtis. ¶ Quintũ est, qd᷑ talis est rubei coloris: vult. n. Auic. loco pallegato, qd᷑ color cutis rubeus significat multitudinem sang. Et debet istud intelligi de co-

de colore rubeo, cum quodam splendore, & non de rubeo fusco, qualis reperiri solet in vultib. horum, qui libenter & abundè bibunt fortia vina, & vtuntur salsis & speciebus acutis: quia talis significat lepram futuram. ¶ Sextum est, quòd talis libenter cantat, vel audit cantare, propter lętũ eius animum. ¶ Septimum est, quòd talis est carnosus, propter causam prius dictam. ¶ Octauum est, quòd talis est satis audax, propter caliditatem sanguinis, quæ est causa audaciæ. ¶ Nonum est, quòd talis est benignus propter sanguinei humoris bonitatem.

Signa complexionis cholericæ.

Est & humor choleræ, qui competit impetuosis,
Hoc genus est hominum cupiens præcellere cunctis.
Hi leuiter discunt, multum comedunt, citò crescunt:
Inde magnanimi sunt, largi, summa petentes,
Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax,
Astutus, gracilis, siccus, croceiq; coloris.

HIc auctor ponit quædam signa, per quæ cognoscere possumus hominem cholericæ cõplexionis. ¶ Primum est, quòd cholericus est impetuosus, id est, faciens cum impetu, cuius causa est, quia superfluus calor, qui est in cholerico, mouet ad impetum, ideo vult Auic. secunda primi, doct. 3. cap. 3. quòd operationes excessiui motus significant caliditatem. ¶ Secundum est, quòd talis est cupidus honoris, & appetit esse in primis sedibus, & præcellere cunctos alios, cuius causa est, quia superfluus calor pronificat animum ad arrogãtiam & temeritatem. ¶ Tertium est, quòd isti citò discunt, & hoc propter subtilitatem humoris cholerici, & eius caliditatem, ideo dicit Auic. loco præallegato: quòd intellectus, promtitudo & viuacitas ad intelligentiam significat caliditatem complexionis. ¶ Quartum est, quòd isti multum comedunt, quia in ipsis fortior est calor digerẽs, & maior resolutio, quàm in aliis corporibus. ¶ Quintum est, quòd isti citò crescunt, id est, perueniunt ad augmẽtum, & hoc propter fortitudinem caloris naturalis in eis, qui causa est augmenti. ¶ Sextum est, quòd isti sunt magnanimi, id est, non potentes tolerare iniurias, & hoc propter caliditatem in eis: ideo dicit Auic. loco præallegato, quòd parum pati ab vnaquaq; re, id est, impatientem se reddere significat caliditatem. ¶ Septimũ est, quòd isti sunt largi, & hoc respectu illorum, à quibus honores accipere possunt. ¶ Octauum est, quòd ipsi appetunt summa, id est, summas dignitates, & officia propter causam secundi signi. ¶ Nonum est, quòd cholericus est hirsutus, id est, pilosus, & habens multos crines propter caliditatem aperientem poros, & mouentem materiam pilorum ad cutem. Et dicit hirsutus, quasi hircos sequens, quia inter omnia animalia bruta hircus habet longiores crines. ¶ Decimum est, quòd ipse est fallax, id est, deceptorius. ¶ Vndecimum est, quòd ipse est irascẽs, id est, de facili irascitur, propter caliditatem, ideò dicit Auic. loco præallegato, quòd ira frequens & à leui causa significat caliditatem, & hoc est pter facilitatem commotionis choleræ & ebullitionis sanguinis circa cor. ¶ Duodecimum est, quòd ipse est prodigus, quia largus est in exponendo propter honores habendos. ¶ Decimumtertium est, quòd talis est audax, quia audacia etiam prouenit propter nimiam caliditatẽ, & maximè cordis. ¶ Decimumquartum est, quòd ipse est astutus, id est, cautus. ¶ Decimumquintum est, quòd talis est gracilis, id est, non grossorum membrorum, neq; multæ carnis propter superfluam caliditatem vehementer resoluentẽ. ¶ Decimumsextum est, quòd talis est siccus, id est, macilentus propter siccitatem complexionis. ¶ Decimumseptimũ est, quod talis est crocei coloris, id est, citrini, ideo dicit Auic. loco pręallegato, qđ color subrufus significat choleræ dominium.

Signa complexionis phlegmaticæ.

Phlegma vires modicas tribuit, latosq; breuesq;,
Phlegma facit pingues, sanguis reddit mediocres,
Ocia non studio tradunt, sed corpora somno,
Sensus hebes, tardus motus, pigritia, somnus,
Hic somnolentus, piger, in sputamine multus.
Est huic sensus hebes, pinguis, faciè color albus.

HIc ponit auctor aliqua signa complexionis phlegmaticæ. ¶ Primum signum est paucitas virium: phlegmatici enim paucas vires habẽt propter paucitatem caloris naturalis, à quo omnis vis habet exordium. ¶ Secundum est, quod phlegmatici sunt lati & breues, qa in eis est paucus calor naturalis, non sufficiens extendere corpus in longum, extẽdit igitur corpus secundum latum. ¶ Tertiũ est, quòd phlegmatici sunt pingues propter eorum frigiditatem, & humiditatẽ: ideo dicit Auic. loco præallegato, quod pinguedo, vel adeps superflua significat excessum frigiditatis, & humiditatis, & complexionem corporis frigidam, & humidam, quia sanguinis vnctuositas, quæ est vtriusq; materia, vt dicit Gal. cùm resudat à venis, & obuiat membris frigidis, vel remissè calidis, coagulatur eorum frigiditate vel remissa caliditate, & fit pinguedo, vt vult Galen. secundo complexionũ. Et postea subdit hic textus, quòd sanguinei sunt mediocres, supple, in longitudine, & breuitate. ¶ Quartum est, quòd phlegmatici magis ad ocia inclinantur, quàm ad studia, propter frigiditatem mouentem ad ocia, & pigritiem. ¶ Quintum est, quòd multum dormiunt, & hoc est propter multam humiditatem eorum, & etiã prouenit multus somnus propter frigiditatem, vt innuit Auicen. loco præallegato. ¶ Sextum est, quòd phlegmatici sunt duri ingenij, quia sicut viuacitas intellectus, & perspicuitas ingenij proueniunt propter naturalem caliditatem, ita hebetudo intellectus & durities ingenij propter cõtrarium, scil. frigiditatem. ¶ Septimum est, quòd phlegmatici sunt tardi motus, & hoc etiam est propter frigiditatem, quæ facit motum tardum, sicut caliditas velocem. ¶ Octauũ est, quòd sunt pigri. ¶ Nonũ est, quòd somnus in eis est lõgus, quorũ causa eadẽ est cum prædicta. ¶ Postea ponuntur duo alij versus, recolligentes signa prædicta cum quibusdã aliis. ¶ Primũ est, quòd phlegmaticus est somnolentus, id est, inclinatus ad multũ somnũ. ¶ Secundũ est, quòd ipse est piger. i. tardus ad omnẽ operationẽ. ¶ Tertiũ est, quòd est multi sputi, propter humiditatem in eo abundantem, multiplicatiuã sputi. ¶ Quartũ est, quòd talis est obtusus in sensibus, & nedum in sensibus, imò etiã in intellectu. ¶ Quintum est, quòd talis est pinguis. ¶ Sextũ est, quod talis est albus in facie: albedo. n. cutis, & maximè faciei signum est priuationis sanguinis, aut paucitatis eius cũ frigiditate, vt dicit Auic. loco præallegato.

Signa complexionis melancholicæ.

Restat adhuc tristis choleræ substantia nigræ,
Quæ reddit prauos, pertristes, pauca loquentes.
Hi vigilant studiis, nec mens est dedita somno,
Seruant propositum, sibi nil reputant fore tutum,
Inuidus, & tristis, cupidus, dextræq́ tenacis,
Non expers fraudis, tumidus, luteiq́ coloris.

HIc auctor ponit aliqua signa complexionis melancholicæ. ¶ Primum est prauitas, melancholia enim reddit homines prauos, & malorum morum, quemadmodum sunt, qui seipsos interficiunt. ¶ Secundum est, multa tristitia: melancholici enim multum tristes sunt, vtplurimũ propter spiritus melancholicos & tenebrosos, sicut homines læti sunt propter spirituum claritatem. ¶ Tertium est taciturnitas: melancholici enim taciti sunt, & paucorum verborum propter frigiditatem, sicut nimia garrulitas prouenit propter caliditatẽ. ¶ Quartum est, quòd melancholici sunt apti studio, quia semper cupiũt esse soli. ¶ Quintũ est, quòd tales sunt insomnolenti, nec bene dormiunt propter nimiam siccitatem cerebri, & propter fumos melancholicos, commouẽtes in eis somnia valde horribilia, quibus excitantur à somno. ¶ Sextum est, quòd tales sunt tenacis propositi, id est, pertinaces, vt cùm aliquid in mente habent, diu retinent, & difficiliter placabiles sunt, & hoc prouenit propter siccitatem eorũ, quæ non finit propositum citò mutari. ¶ Septimum est, quòd melancholici nihil reputant eis esse tutum, imò semper timent, & hoc est propter spirituum tenebrositatẽ. ¶ Postea in duobus vltimis versibus ponuntur aliqua, ex signis prædictis, & aliqua adduntur. ¶ Primum est, quòd melancholicus est inuidus. ¶ Secundum est, quòd est tristis. ¶ Tertiũ est, quòd est auarus. ¶ Quartum est, quòd est tenax, id est, nihil volens exponere & malè soluens. ¶ Quintũ est, quòd est fraudulosus simplex, & ꝓpterea homines melancholici sunt deuoti, multum legentes, ieiunantes & alias multas abstinẽtias facientes. ¶ Sextum est, quòd est multum timidus. ¶ Septimũ est, quòd est lutei coloris, id est, terrestris, siue fusci coloris: color enim fuscus, & maximè si viriditati approximat, significat dominium melancholiæ secundum Rhasim secundo Alman. in prin.

Signa superabundantis sanguinis.

Hi sunt humores, qui præstant cuiq́ colores:
Omnibus in rebus ex phlegmate fit color albus:
Sanguine fit rubeus, cholera rubea quoq́ rufus:
Si peccet sanguis, facies rubet, extat ocellus,
Inflantur genæ, corpus nimiumq́ grauatur,
Est pulsusq́ frequens, plenus, mollis, dolor ingens
Maximè fit frontis, & constipatio ventris,
Siccaq́ lingua, sitis, & somnia plena rubore,
Dulcor adest sputi, sunt acria dulcia quæq́.

IN hoc textu primò ponit colores cõsequenter complexiones: & dicit quòd phlegmaticus est albi coloris, sed cholericus est rufi coloris, & sanguineus rubei, de melancholico dicit in fine præcedentium versuum: & de istis omnibus dictum est prius. ¶ Secundò ponit tredecim signa superabundantis sanguinis. ¶ Quorũ primũ est, quòd facies est rubea, propter ascensum sanguinis ad caput & faciem. ¶ Secũdum est, quòd oculi plus vidẽtur exire solito, propter extensionem, quam facit sanguis multiplicatus. ¶ Tertium est, quòd genę inflantur propter similem causam. ¶ Quar-

A tum est, quòd corpus totum grauatur: quia natura suppeditatur, non sufficiens regere humores, & sustẽtare debitè corpus. ¶ Quintum est, quòd pulsus fit frequens propter caliditatem, quam inducit sanguis multiplicatus. ¶ Sextum est, quòd pulsus est plenus propter multitudinem vaporũ calidorum, & humidorũ. ¶ Septimum est, quòd pulsus est mollis propter humiditatem nimiam mollificantem arteriam. ¶ Octauum est, quòd dolor fit in fronte, & hoc ꝓpter sanguinem multiplicatum in reti mirabili. ¶ Nonum est, quòd

B venter constipatur, id est, durus fit, nec bene deiiciens propter caliditatem nimiam exiccantem fæces. ¶ Decimum est, quòd lingua fit sicca propter similem causam. ¶ Vndecimum est, quòd sitis est magna ꝓpter exiccationem orificij stomachi, ex nimia caliditate. ¶ Duodecimũ est, quòd fiunt somnia declinantia ad rubedinem: & istud vult Auicen. secunda primi, doct. 3. cap. 7. dicens: somnia, quæ illud significant, scil. abundantiam

C sanguinis sunt, sicut cùm homo in somniis res videt rubeas, aut sanguinem multum ex suo corpore exire, aut se in sanguine natare, & similia. ¶ Decimumtertium est, quòd sputum est dulce propter sanguinis dulcedinem. ¶ Notãdum circa istud est quòd sicut hìc ponuntur signa superabundantis sanguinis, ita quidem etiam ponunt signa superabundantiæ aliorum humorum sub quibusdam versibus.

Signa quidem superabundantis choleræ sub

D istis versibus:

Signa superabundantis choleræ.

Accusat choleram dextræ dolor, aspera lingua,
Tinnitus, vomitusq́ frequens, vigilantia multa:
Multa sitis, pinguis egestio, torsio ventris:
Nausea fit, morsus cordis, languescit orexis:
Pulsus adest gracilis, durus, veloxq́, calescens:
Aret, amarescit, incendia, somnia fingit.

Signa verò superabundantis phlegmatis sub istis versibus:

Signa superabundantis phlegmatis.

E

Phlegma supergrediens proprias in corpore leges,
Os facit insipidum, fastidia crebra, saliuas.
Costarum, stomachi, simul occipitisq́ dolores:
Pulsus adest rarus, & tardus, mollis, inanis:
Præcedit fallax, phantasmata somnus aquosa.

Signa verò superabundantis melancholię sub his versibus:

Signa superabundantis melancholiæ.

Humorum pleno dum fæx in corpore regnat,
Nigra cutis, durus pulsus, tenuis & vrina.
Sollicitudo, timor, tristitia, somnia tetra.

F

Coacescunt ructus, sapore & sputaminis ambo.
Læuaq́ præcipuè tinnit, vel sibilat auris.

De phlebotomia.

Denus septenus, vix phlebotomiam petit annus.
Spiritus vberior exit per phlebotomiam.
Spiritus ex potu vini mox multiplicatur,
Humorumq́ cibo damnum lentè reparatur,
Lumina clarificat, sincerat phlebotomia
Mentes & cerebrum, calidas facit esse medullas.
Viscera purgabit, stomachum, ventremq́ coercet,
Puros dat sensus, dat somnum, tædia tollit.

G

Auditus vocem, vires, producit, & auget.

IN hoc textu auctor loquitur de phlebotomia, & primò ostendit ætatem requisitam ad phlebotomiam dicẽs, quòd annus decimus septimus vix petit phlebotomiam: & pro isto dicit Galen. vndecimo, de ingenio, quòd pueri non debent phlebo-

phlebotomari, nisi habeát quatuordecim annos ad minus: & causa est, quia corpora puerorũ sunt faciliter resolubilia à calore extraneo, & ideo debilitantur multum ex euacuatione forti facta per phlebotomiam. Item quia indigent nutrimento duplici de causa, scilicet propter nutrimentum, ideo minutio sanguinis non competit eis. Item quia facile dissoluuntur à calore extraneo sufficit, quòd ab eis dissoluitur, quare nõ indigẽt phlebotomia. Et circa istud sciẽdum quòd sicut phlebotomia non conuenit pueris prędictis, sed cauẽda est: ita etiam est cauẽda in magna ętate. s. senij, vt vult Gal. 9. magnę artis, quia paucus sãguis bonus, & multus malus. phlebotomia igitur rapiet bonum, & dimittet malum: vt innuit Auic. 4. primi, ca. 20. de phlebotomia, ideo in talibus non cõpetit phlebotomia. Secundò ponit nocumentũ phlebotomiæ, & est, quòd spiritus vberiores exeunt per phlebotomiam: cuius ratio potest esse quia cũ multa euacuatione sanguinis, quæ fit per phlebotomiã, necesse est etiã multitudinem spirituũ euacuari. Tertiò tãgit remedia per quæ spiritus emissi refocillãtur, & iterato multiplicantur: & dicit, quòd ex potu vini subitò recreãtur spiritus, quia omnium subitò nutriẽtium maximum est vinum, vt priùs dictum est: & spiritus etiam recreantur, & refocillãtur ex cibo, sed hoc fit lẽtè, & non subitò, sicut ex vino. Cibus qui debet dari erit digestibilis & multi sanguinis generatiuus, sicut oua sorbilia, & similia. Et circa istud sciendũ est, quòd licet cibus regeneret spiritus post phlebotomiã, tamẽ debẽt cauere patiẽtes à multo cibo in prima & secũda die. Vnde dicit Isaac in diętis. Cibus est eis minuẽdus & potus augendus. s. respectu cibi, nõ tamẽ respectu suę cõsuetudinis, imò minus debẽt bibere quã ante phlebotomiã: quia virtus digestiua debilior est. Quartò ponit auctor vndecim iuuamenta phlebotomiæ debitę factæ. Primum est, quòd tẽperata cõfortat visum: quia minuendo humores etiã minuit effumationẽ ad caput, & repletionẽ eius offuscãtem visum. Secundũ est, quòd clarificat & sincerat mentẽ & cerebrũ propter similẽ causam. Tertiũ est, quòd calefacit medullã, quia minuit superfluitates quę ad eã veniẽtes ipsam infrigidãt. Quartũ est, quòd purgat viscera. i. interiora: quia exonerata natura à sanguine humores crudos in interioribus cõtẽtos melius digerit. Quintum est, quòd phlebotomia restringit vomitũ & fluxũ vẽtris, quia diuertit humores ab interiorib. ad exteriora: & istud etiã vult Aui. in dicto loco præallegato, dicẽs: Amplius phlebotomia, propterea, quòd ad diuersum trahit, naturã secundũ plurimũ retinet: & istud maximè verum est, quãdo phlebotomia fit de venis brachij: nã phlebotomia facta de venis pedũ nõ sic retinet. Potest tamẽ per accidẽs cõtingere, quòd ad phlebotomiã sequatur maior fluxus vẽtris. Et hoc dupliciter. Primò, quia ex phlebotomia facta tollitur onus naturę: tũc. n. virtus cõfortata aliquando prouocat alias euacuationes: secũdò si fluxus ventris fiat ex multa debilitate virtutis cõtentiuæ: tunc. n. quia ex phlebotomia debilitatur virtus, magis augebitur fluxus vẽtris. Sextũ est quòd phlebotomia facit puros sensus, quia minuit euaporationẽ ad caput, vnde turbatur sẽsus. Septimũ est quòd ipsa iuuat somnũ impeditũ, quia per ipsam euacuantur humores plurimi, quibus eleuantur vapores acuti, & diuersi impedientes somnum. Octauum est, quòd ipsa tollit tædia, & grauitates nimias quia per ipsam virtus exoneratur à grauamine, & etiã educto per ipsam sanguine educitur simul melancholia fæx sanguinis, quæ inducit tædia & grauitates. Nonum est, quòd ipsa confert auditui, quia per ipsam diminuuntur vapores, & humores ascendentes ad caput, impedientes auditum. Decimum est, quod ipsa cõfert voci: quia per ipsam diminuuntur superfluitates, & humiditates, quę possent peruenire ad pectus vel cannam pulmonis & impedire vocem. Vndecimum est, quòd ipsa auget vires: quia per ipsam corpus à suo grauamine exoneratur, quare virtus augmentatur.

Vndecim iuuamenta phlebotomia debite facta.

Tres insunt istis Maius, September, Aprilis,
Et sunt lunares sunt velut hydra dies.
Prima dies primi, postremaq; posteriorum,
Nec sanguis minui, nec carnibus anseris vti.
In sene, vel iuuene si venæ sanguinæ plenæ,
Omni mense bene confert incisio venæ.
Hi sunt tres menses, Maius, September, Aprilis,
In quibus eminuas, vt longo tempore viuas.

In quibus mẽsibus laudabilior sit phlebotomia.

IN hoc textu auctor tria facit. Primò dicit quòd isti tres mẽses. s. Maius, Septẽber, & Aprilis sũt mẽses lunares & in eis sunt dies ꝓhibiti ad phlebotomiã, videlicet: prima dies Maij, & vltima Septẽb. & Aprilis. Et istud cõmunes dicũt, verũtamẽ est dictũ fictũ nec alicuius valoris, imò ꝓdicti dies possunt esse ita boni, & electi, sicut & alij secũdũ qđ diuersa cõstellatio in eis potest esse. Et subdit auctor, quòd in talibus diebꝰ nulli vesci debẽt carnibus anseris, quod etiã falsum est, & erroneũ & magis sortilegio attribuẽdum, & fortè auctor istud habuit à Iudæis, qui istum ritum obseruãt. Secũdò dicit, quòd senex à senectute, & non à senio, & iuuenis venas plenas habentes sanguine minui possunt omni mense: quia isti non faciliter resolubiles sũt, nec in eis solũ paucus est sanguis bonus, imò multus. Tertiò dicit quòd incisio venę pro regimine sanitatis custodiendę debet fieri in aliquo istorum triũ mensium, qui sunt Maius, September & Aprilis. Differenter tamen, quia in Aprili & Maio debet incidi vena hepatis, ꝓpter multiplicationẽ sanguinis eo tẽpore, cũ sit tẽpus vernale, in Septẽbri vena splenis, ꝓpter melãcholiã, q̃ tũc habet multiplicari, cũ sit tẽpus autũnale.

Frigida natura, frigens regio, dolor ingens,
Post lauacrum, coitum minor ætas, atq; senilis,
Morbus prolixus, repletio potus & escæ,
Si fragilis vel subtilis sensus stomachi sit,
Et fastiditi tibi non sunt phlebotomandi.

Phlebotomiã impedientia.

HIc auctor ponit duodecim, quæ impediunt phlebotomiã: Primũ est frigiditas cõplexionis. cũ. n. secũdũ Gal. in arte magna, phlebotomia infrigidet, tũc augmẽtaret frigiditatẽ. Causa quare phlebotomia infrigidat est, quia secundũ Isaac in vrinis sãguis est fundamẽtũ caloris naturalis. i. illud in quo calor naturalis seruatur, & quia phlebotomia sanguinẽ euacuat, ideò & calorẽ naturalẽ, & tũc ꝑ cõsequẽs infrigidat. Secundũ est regio frigida vehemẽter, sub qua debet cõprehẽdi tẽpꝰ multũ frigidũ, qđ etiã ꝓhibet phlebotomiã, quia in regione & tẽpore multũ frigidis, sanguis in ꝓfunditate corporis inducitur, & ille qui circa ex-

tremitates existit, à frigiditate condensatur, & in eptus fit ad hoc, quòd fluat. ¶ Tertium est, intensus dolor, sub quo etiam potest comprehendi nimia corporis inflammatio: quia si in istis accidentibus fieret phlebotomia, sequeretur motus agitatiuus, qui est contrarius naturę cum sit difformis & maior inflammatio, quæ etiam est naturá magis debilitans: & causa motus agitatiui in dolore intenso est, quia fit tractus ad diuersas partes. Per phlebotomiam.n. fit tractio ad locũ phlebotomatũ, & ex dolore forti fieret tractio ad locũ doloris: causa verò maioris inflammationis est, quia ex phlebotomia commouentur humores, quare magis inflammantur ex motu: & istud verum est, quando phlebotomia fit parua & artificialis., si tamen fiat vsq; ad syncopim, prodest in prædictis casibus, quia ista cùm vincit attractionem doloris, non facit motum agitatiuum. Et similiter tollit inflammationem, cùm non sint humores ibi qui commoueantur, & calefaciant, & maiorem inflammationem inducát. Et istud voluit Gal. in cõmento illius aphor. primæ particulæ aphorismorum: quæ egeruntur, cum dicit, qđ non est melior medicina in apostemate vehemẽtis inflammationis, & similiter in febribus & dolore forti, quàm phlebotomia. Quartum est balneum, & maximè resolutiuum: tale n. prohibet phlebotomiam, quia tale etiam est euacuatiuum iam natura non facilè tolerat euacuationem super euacuationem. Quintum est coitus immediatè præcedẽs, post talem .n. non statim debet fieri incisio venę, quia ex hoc maxima debilitatio naturæ sequeretur, cùm per coitũ prius natura debilitata sit. ¶ Sextum est ætas maior vel minor, q̄ requiritur ad phlebotomiam: sicut ætas infantię & ætas senij, prout declaratum est prius: ista impedimenta tangit Auic. loco præallegato dicens: tibi quoque cauere debes à minutione in complexione vehementis frigiditatis, & in regionib. fortis frigiditatis, & in hora fortis doloris, & post balneum resolutiuum, & post coitum, & in ætate quę est minor duodecim annis, & in ætate senũ quanto magis poteris, nisi in figura confisus fueris, & in soliditate musculorum, & venarum amplitudine & earum repletione, & coloris rubedine. Vlterius subdit: hos namq; ex adolescentibus & senib phlebotomare audebis: adolescentes tamen secundum ordinem ad phlebotomandum paulatim prouehere debes cum pauca minutione. ¶ Septimum est morbus prolixus, quia tunc ex tali phlebotomia natura dupliciter debilitatᷓ: puta à morbo ꝓlixo, & à minutione: & istud verũ est secũdũ Aui. loco pręallegato, nisi sanguinis affuerit corruptio, quia si sic phlebot. potest conuenire. ¶ Octauũ est nimia repletio potus. Nonũ est nimia repletio cibi, sub qua etiá comprehenditur indigestio cibi. Et causa horũ est, quia secundum Aui. in primo attrahentia sunt tria. s. vacuũ, calidum, & tota species: si ergo venæ per phlebotomiá à sanguine euacuarentur, cibum indigestum, vel superfluum siue potum superfluum à stomacho vel hepate attraherent, qui indigestus veniens ad membra nõ corrigeretur: quia tertia digestio non corrigit peccatum secundæ, sicut nec secunda primæ, si peccatũ sit magnũ, ꝓpter quod in membra non conuerteretur, sed ibi remanens posset esse causa ægritudinis. ¶ Decimũ est fragilitas. i. debilitas virtutis: Phlebotomia. n. est fortis euacuatio secundum Gal. 2. aphoris. in commento illius: In quo morbo: sed virtus debilis non potest pati motum fortem. ¶ Vndecimũ est subtilis sensatio orificij stomachi, quod præcordiũ dicitur: quia ex phlebotomia in tali facilè sequitur syncopis, & sub isto etiam comprehenditur debilitas stomachi, & facilis fluxus cholerę ad orificium eius inducens ad vomitum facilem cholerae. Vnde in habentib. prædicta accidentia non conuenit phlebotomia: per phlebotomiá. n. humores commoti ad os stomachi inducerẽtur tanquam ad locum consuetum, & quia membrũ est debile & impotens illi fluxui resistere, ideò illis multa mala per phlebotomiam accidunt, & hæc est vna causa, quare quandoq; aliqui in phlebotomia syncopisantur. s. quia cholera ad stomachum fluit, quæ mordicando stomachum ex cõpassione cordis & stomachi syncopim inducit. ¶ Duodecimum est fastidiũ, si. n. in fastidio fieret phlebotomia, cùm venę euacuarentur, traherent ad se materiam malam, facientem fastidium: & plurima istorum sex vltimorũ accidentiũ tangit Auic. loco præallegato. Et circa istud est sciendũ quòd præter prædicta accidentia sunt adhuc aliqua alia, etiam impedientia phlebotomiam: quorum primum est alia euacuatio, vt quando est fluxus menstruorum aut hæmorrhoid. tunc. n. non debet fieri phlebotomia, & hoc ad euacuationẽ, licet ad diuertendum fluxum, seu materiam posset fieri. Secũdũ est, corporis siue compositionis raritas: quia à corporib. raris multũ dissoluitur, & ideò sufficit ista exolutio, nec euacuatione indiget, vt vult Gal. 9. megatechni. Tertiũ est humorũ crùditas & viscositas: tũc. n. cauenda phlebot. quia augmẽtatur cruditas humorũ, & ꝓpter hoc in morbis longis nõ est facienda phleboto. quia cruditas humorũ augmentaretur, & virtus debilitaretur, & morb. prolongaretur, ideo timendum esset de casu virtutis. Et propter hoc vult Auic. quòd in morbis chronicis facienda est pharmacia ante phlebotomiam, & non est phlebotomia antè facienda, licet vtraq; indigeant patientes. Sed cruditas humorum potest accidere duabus de causis: Vna causa est, propter abundantiá humorum calorem naturalem suffocátium, qui debilitatus & suffocatus humores crudos generat, & tunc bene competit phlebotomia. Vnde secundum Alex. 2. lib. cap. de hydropisi: phlebotomia in principio hyposarcæ competit, cũ prouenit ex multitudine sanguis menstrualis, cũ prohibeantur fluere menstrua propter causam aliq̄, aut ex multitudine sanguinis hæmorrhoidal. q̄a sicut ignis paruus sub multa lignorum congerie suffocatur, similiter est de calore innato suffocato humorum multitudine. Secunda causa cruditatis humorũ est caloris innati debilitas, vt in illis, qui sunt debilis complexionis, & qui habuerunt longam ægritudinem, & in senibus, & tunc non competit dicta phlebotomia, quia per hoc augeretur cruditas, sanguis, in quo calor conseruatur, extraheretur, & ita corpus infrigidaretur, & humores magis incrudarentur. Debet ergo sanguis dimitti, vt humorum cruditaté digerat. Quartum est aeris indebita dispositio, aut nimia calidi-

caliditas, aut nimia frigiditas: quia per caliditatem multam fortis fit resolutio, & per frigiditatē multam ineptificatio humorum ad fluxum.

Quæ fieri debent circa phlebotomiā.

Hæc facienda tibi, quandò vis phlebotomari,
Vel quando minus, fueris vel quando minutus,
Vnctio siue potus lauacrum, vel fascia, motus,
Debent non fragili tibi singula mente teneri.

IN hoc passu auctor ponit quinq; quæ debent fieri circa phlebotomiam: aliqua quidem ante phleboto. aliqua in phlebot. & aliqua post phlebotomiā. Primū est vnctio, quæ aliquando fit in phlebotomia, sicut vnctio phlebotomi, vt dolor leniatur. Aliquando verò post phlebot. vt cōsolidatio vulneris retardetur ad hoc, vt post phlebo. humores relicti in venis aliquam possint habere respirationem, & fumi aliqui mali exhalent. ¶ Secundū est pot⁹ & maximè vini, qui valet in phlebotomia si syncopis accidat, & etiam valet post phlebotomiā pro regeneratione nouorum spirituum, & noui sanguinis, & isto modo iam faciūt cōmunes. Tertiū est lauacrū. i. balneum, quod valet per duos vel tres dies ante, & p duos vel tres post phlebot. & nō eodē die: ante quidē, si quis timeat, quòd habeat in se humores grossos, quia balneum humores dissoluit, & cōmouet eos, & propter hāc causam etiā competit antè acceptio syrupi acetosi, vt motus, & humores dissoluantur & subtilientur. Ideò quando debet fieri phle. debet fricari brachiū, vt humores existētes in venis propinquis brachio subtilientur, & præparētur ad exeundū facilius. Post phlebot. verò valet, vt reliquiæ humorum & vaporū derelictæ soluātur: in die verò phlebot. nō cōuenit, quia per balneum cutis lenis fit, quę lenificata percussionem factam in phlebotomia fugit, & hoc est periculū. ¶ Quartum est fascia, id est ligatura cum pannis lineis, quę valet post phlebotomiā immediatè ad retinendum fluxū, & ante phlebot. ad trahendū humores ad locū vbi quęritur phlebo. vt ex eo etiam venæ ingrossentur, & melius videantur. Quintum est motus, siue ambulatio moderata, quæ potest fieri ante, vt humores dissoluantur & subtilientur, & post ad resoluendū reliquias humorū ex phleb. derelictas. Circa prędicta sciēdū, quòd cōuenit phlebotomare ieiuno stomacho, sed quibusdā doctorib. melius videtur, & cōueniēti⁹, quod ante phleb. primò vnū ouū sorbeāt molle, cū vno haustu vini circa nonā, vel decimā horā ante prandiū, & statim postea se phleboto. faciāt: & huius causa est, quia stomacho vacuo natura fortius sanguinē retinet, ne deficiat in nutrimento, sed cùm cib. qui de se multum nutritiuus est, sit in stomacho, cuiusmodi sunt oua sorbilia, & vinum, tunc natura melius sanguinem exire permittit.

Tres vtilitates ex phlebotomia.

Exhilarat tristes, iratos placat amantes,
Ne sint amantes phlebotomia facit.

IN hoc passu auctor ponit tres effectus phlebo. Primus est, quòd phlebotomia exhilarat. i. lætificat tristē hominē. ¶ Secundus est, quòd phlebotomia placat iratos: & causa vtriusq; est, quia in sanguine, quādo multa cōmiscetur melancholia fit tristitia, & quando multa cholera, fit ira, cū melancholia sit causa tristitię, & cholera iræ, iam vterq; istorum duorū humorū educitur eductione sanguinis, quia ei commiscetur. ¶ Tertius est, quòd prohibet amentes, ne insaniant: quia facit humores fluere ad partes exteriores, & à capite diuertit. ¶ Pro maiori declaratione sciendū est, quòd quinq; sunt causę, propter quas debet fieri phlebotomia: quarum prima est directa, & aliæ quatuor indirectę. Prima, q̄ est directa est, vt abundantia sanguinis euacuetur, siue abundet sanguis in qualitate, siue quantitate, siue vtroque modo. Nam secundū Aui. loco præallegato: duo genera hominum sunt phlebotomanda, quorū vnum est illud gen⁹ hominū, qui iam parati sunt incidere in ægritudines, vt qui habent abundantiam sanguinis in quantitate: & reliquū est gen⁹ illorū hominum, qui iā in ægritudinē inciderūt propter humorū, siue sanguinis malitiā. Sed differt phlebotomia ista & illa: quia propter sanguinis abundantiā debet fieri multa, sed si in qualitate peccet, siue sit malitiosus, tunc competit phlebotomia pauca. Vnde secundū Gal. 9. megatechni: si sanguis sit malus in corpore debet euacuari paulatiuè: & ideò peccant multū illi, qui quando vidēt sanguinē malū, phlebotomant quousq; videant sanguinē bonū exire, cùm fortè prius totus sanguis exiret, quàm bonus exiret: sed debet fieri pauca euacuatio, & tunc secundū Galen. in casu isto prius, quàm fiat phlebotomia, debet dięta bonum sanguinem generans exhiberi: vt loco mali sanguinis, bonus sanguis generetur: & postea debet fieri post modicū temp⁹ phlebotomia pauca, & sic deinceps. Ista phlebotomia est directa, quia fit per se ad euacuationem illius, quod per se debet per phlebotomiam euacuari. s. ad euacuationem plenitudinis humorum, siue sanguinis, principaliter tamen secundum quod cū eo sunt alij humores. ¶ Prima causa indirecta est magnitudo morbi, & magnitudo apparentis vehementis inflammationis, quia secundum Gale. in commento illius aphoris. Quæ egeruntur, &c. non est melior medicina in apostemate vehementis inflāmationis, & in febrib. & dolore forti, quā phlebotomia: vt etiā dictum est. ibi: Frigida natura. ¶ Secunda causa indirecta est, vt attrahatur materia ad partem illam, per quam debet euacuari materia: vnde in retentione menstruorum, & hæmorrhoidum debet aperiri saphena secundū Gal. & Aui. vt trahatur materia sanguinis ad inferius. ¶ Tertia causa indirecta est, vt humores trahantur ad locū cōtrariū illi loco, ad quē fluūt humores, & hoc ad diuertendum materiam à loco, ad quem fluunt humores: vnde in nimio fluxu menstruorum debet fieri phlebotomia de basilica, vt trahatur materia ad contrariū locum, ad quem declinat, & diuertatur à suo fluxu. Et propter hoc in pleuresi sinistrę partis debet fieri phlebotomia in parte dextra, vt diuertatur materia & attrahatur ad locum contrarium loco, ad quem declinat. Et similiter, si sit in parte dextra, debet fieri phlebot. in parte sinistra. Quarta causa indirecta est, vt per phleboto. vna portio materiæ euacuetur, & natura potentior sit supra residuum: & sic competit phlebot. quando repletio est in corpore, ne fiat apostema, quia natura est debilis respectu regiminis illorū humorū: ideò vna portio illius materiæ est euacuanda, ne propter impotentiam naturæ in regendo illam materiam, illa materia fluat ad aliquem locum de-

bilem, in quo aggregetur, & apostema generet.

Fac plagam largam mediocriter, vt cito fumus
Exeat vberius, liberiúsq; cruor.

Scissio in phlebotomia qualis debeat esse.

IN hoc passu auctor ponit vnũ documentũ, de quantitate scissuræ in phlebotomia: & dicit, quòd scissura debet esset larga mediocriter, vt fumus & grossus sanguis liberius exeant: quia quãdo scissura est stricta, tunc solùm subtilis sanguis exit & grossus remanet. Circa istud est sciendum, quòd aliquando in phlebotomia debet fieri vulnus magnum, & aliquando paruum. Debet aũt fieri vulnus magnum trib. de causis: primò quia humores sunt grossi, & grossus sanguis est euacuãd9, vt per illud vuln9 magnũ sanguis facilius possit exire: ideò in melancholicis faciendũ est magnũ vulnus. Secundò propter temporis frigiditatem, quia humores ingrossãt: ideò in hyeme debet fieri vulnus magnũ. Tertiò ꝓpter abundantiam humorum: quia tunc melius fit euacuatio per vuln9 magnũ, quã paruũ. Sed vulnus paruum fit, cùm est virtus debilis, vt de spiritibus & calore minus euacuetur, & in tempore calido eadem de causa, & quando est sanguis subtilis.

Sanguine subtracto, sex horis est vigilandum,
Ne somni fumus lædat sensibile corpus,
Ne neruum lædas, non sit tibi plaga profunda,
Sanguine purgatus, non carpas protinus escas.

Quædam considerãda in phlebotomia.

IN hoc passu tangit tria considerãda circa phlebotomiã. Primum est, quòd phlebotomat9 nõ debet dormire immediatè post phlebotomiam, nisi ad minus transiuerint sex horæ: & huius sub dit auctor causam, ne fumi, qui. s. in somno causantur, moti ad caput, lædãt cerebrũ: Aliæ tamẽ possunt assignari causæ: quarũ prima est, ne in somno vertat se patiens supra brachiũ phlebotomatum, & per hoc lædatur. Secunda est, ne humores in somno fluant ad membrum læsum, in quo est dolor propter ictum phlebotomi, & fiat apostema: vnde Gal. 2. aphorismorũ super illo aphorismo: In quo morbo, vult, quòd in somno, si fiat apostema intra corpus, aut membrum sit læsum, ad ipsum fluunt humores. Aui. verò aliam assignat causam. s. quòd per talem somnum posset accidere confractio membrorũ: & istius causa potest esse, quia sicut secundum Gal. super illo aphorismo: In quo morbo, &c. somnus principio paroxismi non competit: quia calor naturalis ad interiora regreditur, & exteriora infrigidantur, & fumi remanent non consumti, propter quod rigor augmẽtatur, paroxismus etiã prolongatur sic etiam fumi propter commotionẽ humorum in phlebotomia ad neruos & ad lacertos eleuantur, qui non consumti, remanentes in somno in frigidantur in exteriorib. & ingrossantur: ideò faciunt neruorum & lacertorum confractionẽ, si fiat superdormitio immediatè post phlebotomiam. Alia causa potest esse, quia materiã ingrossans, est faciens confractionẽ: sicut in quartana, in cuius typo fit confractio propter frigiditatẽ, & grossitiẽ materię: sed nerui, & lacerti sunt frigidi, ideò ad ipsos veniens iste fumus in somno, in quo fit retractio caloris ad interiora infrigidatur, & ingrossatur, & iste fumus infrigidat9 & ingrossatus frigiditatem & ingrossationẽ inducit in mẽbro, siue confractionẽ: quia ad membrũ consimile properant ægritudines consimiles. Et istud verum est de somno phlebotomiæ vicino, & nõ de remoto, postquã fumi illi fuerint cõsumti. Secundum quod dicit, est, quòd phlebotomans debet cauere, ne faciat nimis profundam aperturam in minutione, ita quòd cum phlebotomo lædat neruum vel arteriam venæ suppositos. Nam ex læsione nerui sequitur spasmus ex quo vlterius acerbissima mors sequitur, vel ad minus perditio membri, puta brachij vel digiti, &c. Et ex læsione arteriæ sequitur fluxus sanguinis arterialis, difficilimè curabilis. ¶ Tertium est, quòd phlebotomatus non debet ilicò. i. immediatè post phlebotomiam cibum sumere, sed debet expectare quousque in eo humores fuerint quieti, ne cibus ante eius digestionem ad subueniendum membro læso cum sanguine simul attrahatur.

Omnia de lacte vitabis ritè minutus,
Et vitet potum phlebotomatus homo.
Frigida vitabit, quia sunt inimica minutis.
Interdictus erit minutis nubilus aer:
Spiritus exultat minutis luce per auras,
Omnibus apta quies est, motus valde nociuus.

Quæ vitare debet phlebotomatus.

HIc auctor ponit quinq; vitanda ab ipso phlebotomato: quorum primũ est, quòd phlebotomatus debet vitare lac & lacticinia, cuius causa est, quia ex cõmotione humorũ per phlebotomiam sæpè fluunt humores aliqui ad stomachum: si ergo lac sumeretur ex cõmistione illorũ humorũ, lac in stomacho corrũperetur, ex quo de se maximè corruptibile est. Et etiam lac propter dulcedinẽ eius posset trahi indigestũ ad venas, & propter commotionẽ humorũ facilè corrumpi. ¶ Secundum est, quòd phlebotomatus debet cauere à potu nimio, quia propter euacuationem venarum talis potus traheretur facilè ad venas indigestus, prout prius dictum est. ¶ Tertium est, quòd phlebotomatus debet vitare omnia frigida tàm intus sumta, quàm exterius adhibita. puta cibaria multum frigida, aerem frigidũ, balneum frigidum, tenuitatem vestium, sessionẽ supra petram, frigiditatem capitis vel pedũ: quia cũ calor naturalis per phlebotomiam debilitat9 sit, corpus facilè superfluè infrigidaretur. ¶ Quartum est, quòd phlebotomatus nõ debet ambulare in aere tenebroso, nebuloso & turbato: quia talis contristat animum, & pigritiem in corporib. inducit, vt prius dictũ est, ibi. Aer sit mundus: iã tristitiæ causa est sanguis melancholicus. Sed debet ambulare in aere claro & lucido, quia in tali aere spiritus vitales, naturales & animales recreãtur, & ad extrà mouentur congaudentes simili. ¶ Quintum est, quòd phlebotomatus debet quærere quietem temperatã. Similiter motum excessiuum vitare, quia mot9 excessiu9 tunc maximè debilitat & humores commouet, quies verò temperata motum sedat.

Principio minuas in acutis, perperacutis,
Ætatis mediæ multum de sanguine tolle,
Sit puer atq; senex, tollet vterq; parum:
Ver tollat duplum, reliquum tempus tibi simplum.

HIc auctor dicit quatuor. Primum est, quòd phlebotomia facienda est in principio ægritudinum perperacutarum. i. maximè acutarum, quæ. s. terminantur in die quarto: quia tales sunt breues nec dãt inducias: & ideo à principio medican-

dicandæ ſunt. ¶ Secundum eſt, quòd in ætate media. ſ. quæ eſt à tertio anno vſq; ad 45. vel 50. annum, plus de ſanguine extrahendum eſt, quá in aliqua aliarum ætatũ: quia in tali ætate, maximè multiplicatur ſanguis, & eius ſubtractio non impedit augmentum, nec diminuitur virtus corporis: quia corpus in tali ętate non augetur neq; diminuitur ſenſibiliter, ſed ſtare videtur. ¶ Tertium eſt, quòd ſenes & pueri parũ phlebotomandi ſunt: quia in pueris ſanguis multus requiritur propter nutritionem & augmentationem in eis: & in ſenibus virtus incipit debilitari. ¶ Quartum eſt, quòd in vere dupla quantitas ſanguinis abſtrahenda eſt per phlebotomiam reſpectu aliorũ temporum, cuius ratio eſt, quia ver eſt tempus maximè multiplicatiuum ſanguinis ſecundum omnes auctores medicinæ. ¶ Circa primum dictum pro maiori declaratione ponendæ ſunt aliquæ regulæ circa phlebotomiam: quarũ prima eſt, quòd in principio morbi nõ eſt facienda phlebotomia: medicus. n. eſt miniſter naturæ ſecundum Gal. 3 techni can. illo: omnium natura operatrix, Medicus verò miniſter: ſed ſecundũ Gal. 4. aphoriſ. in cõmento illius: ægritudinib. quibuſcunq; incipientib. nulla euacuatio in principio morbi eſt naturalis: ſicut ergo natura in principio morbi non euacuat, ita nec Medicus. Iſtud tamen in tribus caſibus habet inſtantiam: Primò in materiæ furioſitate: vnde Auic. loco ſæpè allegato, vult, quòd in principio morbi phlebotomia non debet fieri, quia phlebotomia humores commoueret & ſubtiliaret, & currere per corpus faceret, niſi materia ſit furioſa: ſecundò habet inſtantiam in materię multitudine: vnde Gal. ſuper illum aphoriſ. Inchoantib. morbis, vult quòd oportet fieri phlebotomiá aut pharmaciam, vt natura alleuietur, quæ. ſ. onerata eſt per materiæ multitudinem. Tertiò habet inſtantiam in morbi magnitudine, & acuitate: vt quando eſt apoſtema magnũ & doloroſum, licet nõ ſit multa materia. ſ. antecedẽs in corpore: vñ dicit Gal. 13. magatechni: ſi apoſtema ſit magnũ, phlebotometur in principio, licet non ſit materiæ multitudo, ne crepetur aut aperiatᷣ apoſtema ante ſui maturationẽ: ergo vt mala ſymptomata vitentur, minutio eſt facienda ¶ Secũda regula eſt, quòd non fiat phlebotomia in die motus ægritudinis, ſicut in criſi non eſt facienda phlebotomia, nec aliqua euacuatio, ne materia à loco, ad quẽ natura mittit ipſam, diuertatur. Similiter neq; in paroxiſmo, vnde ſecundum Gal. primo aphoriſ. In ſtatu neq; phleb. neq; pharmacia fieri debet: quia in eo fit coctio morbi, quæ melius fit in quiete, quàm motu: ſed ſicut ſe habet ſtatus ad morbũ totalẽ, ita paroxiſmꝰ reſpectu dierũ interpollationis: ſicut ergo in ſtatu non eſt euacuandum, ita nec in paroxiſmo. Tertia regula eſt, quòd phlebotomia nõ eſt faciẽda in principio morbi, cùm criſis eſt remota: quia ſecundum Iſaac in vrinis, ſanguis eſt fundamentũ caloris naturalis ipſum. ſ. ſuſtinens, licet cor ſit fundamentũ generans, & ſpiritus fundamentũ deportans, ſed ſanguis eſt fundamentum caloris naturalis: quia ex eo materialiter generatᷣ calor naturalis: ideò aliquis ſanguinẽ euacuãdo, euacuat calorẽ, qui materiá morbi debet digerere, & per cõſequens morb. ꝓlongatur, & virtus debilitatur: propter quod timendũ eſt, ne propter longitudinẽ morbi, & debilitatẽ virtutis natura ſuccumbat. ¶ Quarta regula eſt, quòd in corpore habẽte fęcẽ in inteſtinis, nõ debet fieri phleb. cuius cauſa eſt, quia tria ſunt attrahẽtia. ſ. calidũ, vacuũ & tota ſpecies: Quia ergo per phlebot. venæ euacuãtur, quę à mẽbris ſibi propinquis attrahunt, & ita meſeraicæ à ſtoma. venter plus cõſtiparetᷣ, & materia cõtenta in venis plus inficeretᷣ, meſeraicæ attraherent humiditatẽ fæcũ, & fæces plus deſiccarentur: debet ergo venter primò leniri, vt per ſuppoſitoria aut clyſteria, niſi per ſe laxetur. ¶ Quinta regula eſt, quòd nõ debet fieri phlebot. multa, quia ex hoc malũ accidit in ſenio. ſ. multi morbi mali, ſicut epilepſia, apoplexia & paralyſis quia propter remotionẽ ſanguinis & caloris generantur multę ſuperfluitates phlegmaticę, quę ſunt cauſæ harũ ægritudinũ. ¶ Sexta regula, qđ nõ debet fieri phlebot. in muliere mẽſtruata aut imprægnata. In imprægnata nõ debet fieri, quia per hoc calor digerens cibum diminueretur, & nutrimentũ fœtus auferetur, maximè qñ fœtus eſt magnus, cùm tũc indigeat ampliori nutrimẽto: & iſtud dicit Hippo. 5. aphoriſmorum. In menſtruata verò naturaliter, ſcilicet ſecundũ reuolutionẽ menſis, non debet fieri phlebo. quia in fluxu nimio menſtruorũ eſſet facienda ad diuertendã materiá: ſed quando eueniunt, naturaliter & ſecundũ debitũ curſum naturæ, tunc non debet fieri phlebot. cũ materia euacuetur ſufficienter à natura, & natura nõ debet diuerti ab operatione. ¶ Septima regula eſt, qđ poſt cholericã paſsionẽ nõ debet fieri phlebot. cùm. n. phlebot. cõmoueat humores, per hoc poſſet humor cholericus ad ſtomachũ fluere, & ipſum inflammare: nec debet fieri poſt vomitũ, ne ſimiliter humores fluát ad ſtomachum, neq; poſt fluxum ventris, neque poſt vigilias magnas, neq; poſt motum fortẽ: & breuiter, nec poſt vllum calefaciens multum, aut multum diſſoluens, quia phlebotomia humores plus cõmoueret, & virtutẽ magis debilitaret. Deinde videndum eſt, in quibus hominib. cõpetit phlebotomia, & pro illo ponendæ ſunt aliquę regulæ: quarum prima eſt, quòd phlebot. cõpetit hominib. delicatis, ocioſis & quieſcentib. multũ carnoſis, & cibis multũ ſanguinẽ generantibus vtentibus. ¶ Secunda regula eſt, quòd phlebotomia conuenit illis, in quibus eſt abundantia ſanguinis, quod cognoſcitur per vrinę ſpiſsitudinẽ: abundantia. n. ſanguinis facit eam ſpiſſam, ſed cholera ſubtilem. ¶ Tertia regula eſt, quòd phlebotomia debet fieri in illis, in quib. melancholia abundat, vnde cũ eſt multa melancholia naturalis, currens cũ ſanguine per totum corpus, quia ſanguis in hepate ab ea non mundificatur, tunc cõpetit phlebot. ſiue minutio, poſtea pharmacia. Vnde duplex eſt melancholia, naturalis & innaturalis: naturalis ex fæx ſanguinis, quæ qñ abundat, ipſa eſt currens cum ſanguine, quare cũ ſanguine per phleboto. euacuatur. Ideò facienda eſt phlebo. ad eius euacuationem cum ſanguine: ab eodem. n. calore. ſ. à calore tẽperato fiunt ſanguis & melancholia, quæ eſt eius fæx, & poſtea facienda eſt pharmacia. ¶ Quarta regula eſt, quòd in illis, in quib. timetur humorũ ebullitio, conturbatio, & calefactio. competit phleboto-

Regula quadã circa phlebot.

In principio morbi non eſt phlebotomandũ, niſi in quibuſdã caſibus.

Phlebot. nõ debet fieri in die motus ægritudinis.

In quibus hominibus cõuenit phlebotomia.

& isti statim, quando sentiunt se calefieri, debent phlebotomari cùm sit timor ebullitionis, conturbationis & calefactionis propter humorũ abundantiã. Aliquãdo tamẽ aliqui decipiuntur p istã regulam, quia statim quando sentiunt calefactionẽ, & timẽt de humorum ebullitione, statim phlebotomãt se, & quãdo istud est ex cholerę calefactione, & incensione, per phlebotomiã nõ cessat calefactio, nec ebullitio, immò per hoc augmẽtatur: quia phlebotomia humores cõmouet, & p corpus currere facit: Ideò non cõpetit phlebotomia, nisi hoc fiat ex abundantia humorum, qđ cognoscitur per sudoris multitudinem, & maximè manè: aliqui.n. sunt, qui non sudant, nisi quã do euacuatione indigent. Quinta regula est, qđ illis debet fieri phlebotomia, qui habent fortẽ virtutem, & qui sunt sanguineę cõplexionis, nõ frigidę, & siccæ. Vnde Rhasis 7. Almansoris: corpora apta ad phlebotomiã, & quæ eã plus possunt pati, sunt illa, quæ habent venas amplas & manifestas, & corpora pilosa, & bruna, ex colore rubeo & fusco mistis sunt colorata, & iuuenes & adolescentes, & senes nõ decrepiti, sed pueri & infirmi non sunt minuendi, nisi magna vrgente necessitate: & plurimæ istarũ regularum colliguntur ex Aui. quarta primi cap. de phlebotomia.

De membris phlebotomandis.

Æstas, ver dextras, autumnus, hyemsq; sinistras:
Quatuor hæc membra, cephe, cor, pes, hepar, vacuãda.
Ver cor, hepar æstas, ordo sequens reliquas.

HIc ponit auctor aliqua concernentia membra euacuãda phlebotomia: & dicit primò, quòd in vere & æstate debent euacuari venę dextræ, vt dextrę man⁹ vel dextri brachij vel pedis. Sed in hyeme & autũno debẽt phlebotomari venæ sinistræ. s. sinistræ manus, vel sinistri brachij, vel pedis, & istius causa potest esse, quia ver est multiplicatiuum sanguinis, & æstas choleræ, ergo in vere & æstate debent euacuari illæ venę, in quib. magis abundant sanguis & cholera, sed illę sunt venæ dextræ: quia in parte dextra corporis situatum est membrũ generatiuũ sanguinis s. hepar, & receptaculũ choleræ. s. cystis fellis. Sed autumnus est generatiuus melancholiæ quæ etiã coaceruatur, & nõ resoluitur per hyemẽ: ergo in autumno & hyeme debent phlebotomari illę venæ, in quib. magis dominatur melancholia, quæ sunt venæ sinistræ, cùm in sinistra parte corporis contineatur splen, qui est receptaculũ melancholiæ. Secundò dicit quòd ista quatuor membra. s. cephe, id est, caput, cor, pes, & hepar secundum quatuor partes anni sunt euacuãda, cor quidem in vere, hepar in æstate, caput in hyeme, & pedes in autumno.

Iuuamenta phlebotomiæ saluatellæ.

Dat saluatella tibi plurima dona minuta,
Purgat hepar, splenem, pectus, præcordia, vocem,
Innaturalem tollit de corde dolorem.

HIc tangit sex iuuamẽta prouenĩẽtia ex phlebotomia venę, quæ dicitur saluatella, & est vena in dorso manus, in loco, qui est inter auricularẽ digitũ & medicũ. Primũ est, quòd ipsa purgat hepar: 2. est, quòd ipsa mundificat splenem: 3. est, quòd mundificat pectus: 4. est quòd præseruat præcordia i. orificiũ stomachi à nocumẽto: 5. est, quòd aufert nocumenta vocis: 6. est, quòd aufert dolorẽ innaturalẽ cordis, & ratio omnium iuuamentorũ est, quia prædicta vena ab omnib. istis locis sanguinẽ euacuat, vt postea etiam patebit. ¶ Pro maiori declaratione sciendum est, quòd in phlebotomia aliquando aperiuntur venæ, & aliquando arteriæ. In apertione aũt arteriæ est timor: & huius causa potissima est nimius fluxus sanguinis, qui duplici ex causa fit in phlebotomia arteriæ: vna causa est caliditas vehemẽs sanguinis arterialis: calidum.n. est facilè mobile, & arteriã dilatans, & aperiens, & ideò iuuat multum ad euacuationẽ sanguinis in phlebotomia arteriæ: secunda causa est arteriæ mobilitas, & ideò tardius in ea vulnus curatur: quia vulnera non sanantur, nisi quiescant: Prodest tamen ista phlebotomia tripliciter. Primò cùm est in corpore sanguinis subtilis abundantia: secundò quando vaporosi: tertiò quãdo calidissimi: sanguis .n. subtilis, ex quo calor naturalis & spiritus fiunt, habitat in arteria, sed sanguis grossus, ex quo mẽbra nutriũtur, in venis. Similiter sanguis vaporosus in arteria cõtinetur, & sanguis sanguineus in venis. Sanguis etiã calidissimus, qui à corde efficitur & digeritur, quod est calidissimũ membrũ, etiam continetur in arteria, alius autem sanguis in venis. ¶ Secundò sciendum est, quòd venarũ apertio est in multis membris: aliquando in brachio, siue manu magna, aliquando in parua, aliquando in pede, aliquando in naso, aliquando in fronte, aliquando in labijs, aliquando sub lingua siue in palato, aliquãdo in angulis oculorum, versus frontem. In manu maiori, quæ est, ab axillis vsq; ad cubitos, sunt quinque venæ aperiendæ secundum Rhasim 7. Almansoris, & Auice. loco præallegato: vna vocatur cephalica, quę est vena capitis: secunda basilica, quæ est vena hepatica: tertia mediana, siue cordiana, siue nigra, secundũ quod vocatur ab Auic. siue matrix, sicut vocatur à Rhasi: quarta axillaris, & quinta funis brachij. In manu minori est sceiles, siue saluatella, & ita in brachio, secundum quod continet maiorem manum, & minorem, sunt aperiendæ sex venæ. Cephalica à partibus, quæ sunt supra collum euacuat, & ideo passionib. capitis valet, vt in hemicrania, mania, & in alijs calidis passionibus siue ex materia calida: vnde & ista incipit, siue oritur ab humero, & tendit versus partem siluestrem brachij. ¶ Basilica euacuat immediatè à partib. sub collo, vt à pectore & hepate: vnde in passionibus pectoris, hepatis, & similium valet, in pleuresi, & incipit ista ab axillari, & tendit ad partem domesticam brachij. i. ad incuruaturam brachij. ¶ Mediana verò est media inter duas prædictas, in situ & in compositione, quia ex eis componitur: est enim ramus vtriusque, & est etiam media in euacuatione, quia vndique euacuat, & ab inferiorib. partibus sub collo, & à collo. & supra collum. Vnde est vniuersalis toti corpori in euacuando: non vniuersalis, sicut dicunt quidam, quia à corde oritur, sed quia ramus est cephalicæ & basilicę: idę eo cùm volumus phlebotomare de cephalica, & nõ apparet, debemus accipere magis medianã, q̃ basilicam. Et similiter cùm volumus phlebotomare basilicã, & nõ apparet, magis debemus phlebotomare medianam, q̃ cephalicam: q̃a magis cõuenit cũ vtraq; quàm vna cum alia, cũ sit ramus istarum, & illa sint extrema. ¶ Sceiles siue saluatella est vena, quæ est inter auricularem, & medicum, ten-

Phlebotomia arteriæ iuuat & nocet.

Quæ venæ phlebotomantur.

Vena manus. Cephalica.

Basilica.

eum, tendens plus versus medium digitum, & oritur à basilica, ista aperitur in dextra manu in obstructione hepatis & in sinistra manu in obstructione splenis. Et quare fit hoc: nescitur ratione, sicut dicit Auic. sed experientia: hanc .n. inuenit Gal. per somnum, vt ipse dicit, quia habebat quēdam in cura, habentem obstructionem hepatis, & splenis, & somniabat se phlebotomare patientem de illa vena, & sic fecit, & curatus est. De ista fit phlebotomia ponendo manum in aqua calida, quia subtilis est, ideo vt ingrossetur, & dilatetur, & ne vulnus claudatur citius debito, & vt sanguis grossus subtilietur. ¶ Assellaris est illa, quę posita est sub basilica, & illa apparet in ligatura brachij: & de ista idē est iudicium cum basilica. ¶ Funis brachij est illa, quæ est supra cephalicā, siue os vltimum, siue altius brachij, versus partē siluestrem: & est idem iudicium de ista & de cephalica. ¶ Licet ergo secundum Auic. & Galenū in apertione venæ fiat euacuatio vniuersalis à toto corpore, non tamen ab omnibus venis æqualiter, vt visum est. Licet etiam venæ à toto corpore euacuent, non tamen est in eis timor æqualis, immò cephalica secundum Rhasim septimo Almansoris est securior: & basilica est magis timenda, & cardiaca etiam multum est timēda, licet minus quàm basilica. Cephalica est securior, quia neque iuxta eam est neruus, neq; arteria, neque supra eam, sed sub cardiaca est neruus, & altius supra eam est neruus subtilis, ideo timendū est, ne incidat. Basilica est periculosa valde, quia est sub ea arteria, & iuxta eam est neruus, & musculus, & ideò est timenda valde. Sceiles, siue saluatella non est periculosa, sed tamen subtilis est: & ideò, vt aperiatur, melius est, quòd ponatur in aqua calida. ¶ In pede sunt tres venæ .s. sciatica, saphena, & vena poplitis: & hæ aperiuntur cū volumus trahere sanguinē ad partes inferiores, vt in prouocatione menstruorum, & illa, quæ est in poplite secundum Auicen. magis valet, quàm saphena, aut sciatica: quia propinquior est matrici, & ideo meli⁹ potest ab ea trahere. Saphena verò à virga, testiculis & à matrice sanguinē attrahit. Sed sciatica ab anchis, renibus & membris, quę sunt situata versus partem siluestrem, melius trahit. Saphena verò à matrice, & à membris positis versus partem domesticam, licet sint rami vnius venæ. ¶ In medio frontis est vena vna, quæ aperienda est in antiquatis passionibus faciei, vt in morphea & impetigine, scabie & passionibus oculorum: prius tamen debet fieri minutio de cephalica. ¶ Et similiter est vna vena in naso, & in vtriusq; apertione debet collum ligari, & postea aperiri vna ante aliam: per ligationem enim colli melius manifestantur. ¶ In labijs etiam sunt venę, quę aperiuntur propter apostemata existētia in ore, aut gingiuis: cephalica tamē pri⁹ minuta. ¶ In palato sunt quatuor venæ, quæ si aperiuntur, valent fluxui rheumatis ad dentes, in eis facientis dolorem: & istæ venæ sunt manifestæ, & debent aperiri materia digesta. ¶ Item quædam sunt venæ in angulis oculorum versus frontem, & aperiuntur in passionibus oculorum, cephalica prius minuta. ¶ Item quędam sunt venæ sub lingua, quæ aperiūtur in squinātia, cephalica prius minuta. ¶ Itē venę quæ sunt in temporib. inciduntur propter hemicraniam, & propter dolorē magnum capitis, & ægritudinē capitis diuturnā & istæ sunt quas vocat Hippo. & Auicenn. iuueniles, quarum incisio reddit hominem impotentem generare. ¶ Item in collo etiam sunt venæ, quæ vocantur guidez, quæ minuendæ sunt in principio lepræ, & maximè cùm anhelitus angustiatur valde, & in squinantia impediente anhelitum minuuntur.

Assellaris. *Funis brachij.* *Quæ vena phlebotomā. tur in pede.* *In fronte.* *In naso.* *In labijs.* *In palato.* *In angulis oculorum.* *Sub lingua.* *In temporibus.* *In collo.*

Si dolor est capitis ex potu, lympha bibatur.
Ex potu nimio, nam febris acuta creatur:
Si vertex capitis, vel frons æstu tribulentur,
Tempora, fronsq; simul moderatè sæpè fricentur.
Morella cocta nec non calidaq; lauentur.

IN hoc passu auctor duo notat. Primū est quòd si dolor capitis accidat ex potu nimio, maximè vini, vel alicuius alterius potus, quo cōtingit homines inebriari, tunc superbibi debet aqua frigida, quæ sui frigiditate atque ingrossatione impedit, ne fumi ex tali potu eleuati cerebrum lædant, vel ad ipsum eleuentur. ¶ Secundum est, quòd si summitas capitis, vel frons nimio calore vexetur, tunc debent tempora & frons moderatè fricari, & postea debent ex aqua decoctionis morellæ calida lauari: quia morella, quæ à cōmunib. Medicis solatrum dicitur, habet infrigidare, quia frigida est.

Morella.

Temporis æstiui ieiunia corpora siccant:
Quolibet in mense confert vomitus, quoq; purgat:
Humores nocuos stomachi lauat ambitus omnis;
Ver, autumnus, hyems, æstas, dominatur in anno:
Tempore vernali calidus fit aer humidusq;,
Et nullum tempus melius fit phlebotomia.
Vsus tunc homini Veneris confert moderatus:
Corporis & motus, ventrisq; solutio, sudor,
Balnea, purgentur tunc corpora cum medicinis.
Æstas more calet sicca nascatur in illa;
Tunc quoq; præcipuè choleram rubeam dominari:
Humida frigida fercula dentur sit Venus extrà:
Balnea non prosunt, sint raræ phlebotomiæ.
Vtilis est requies, sit cum moderamine potus.

IN hoc passu autor plura notat. Primum est, quòd ieiunare multum exsiccat corpora in æstate: quia ex quo æstas de natura sua est cal. & sicca, ipsa resoluit humiditatē corporis, quę etiā resoluitur per sudores in æstate multiplicatos: & sic superueniente ieiunio corpora plus exsiccantur: quia abeunte humido cibali, calor nostri corporis agit in humiditates proprias, ipsas exsiccādo. Ergo bene dixit Hip. 7. particula aphoris. corporib. humidas carnes habentib. famē adhibere conuenit: fames .n. corpora exsiccat. ¶ Secundū est, quòd vomitus confert quolibet mense: quia per vomitū euacuantur humores nociui, cōtenti in toto ambitu stomachi. Et istud etiam voluit Aui. 4. primi cap. 13. de iuuamentis, quæ affert vomitus, cū dicit: quòd Hippo. præcepit vomitum fieri bis in vnoquoq; mense .s. duob. dieb. continuis, vt secundo die expellatur illud, quod primo die non potuit expelli. Et per hoc secundum Hipp. conseruatur sanitas, cū talis vomit⁹ mundificet stomachū, euacuando phlegma & cholerā. Stomach⁹ .n. nō habet aliquid, qđ mūdet ipsum sicut intestina habent cholerā rubeā, ipsa mūdificantē. Et postea Aui. loco prealle. ponit plura alia iuuamenta vomitus, bene facti: quorū primum

Ieiunium in æstate noxium. *Vomitus quolibet mense cōfert.*

est, quòd confert grauitati capitis, & hoc verum est, quando illa grauitas accidit ex materia humorali, vaporosa, proueniente à stomacho & membris inferioribus ad caput. Si.n. grauitas capitis fieret à nocumento proprio ipsius cerebri, tunc vomitus magis noceret, quã cõferret. Secũdũ est est, quòd clarificat visum, & hoc quando obscuratio visus prouenit ex materia vaporali, proueniẽte à stomacho ad ipsos oculos, aliàs autem non. Tertium est, quòd aufert fastidium. i. nauseam & abominationem remouendo & euacuando humorem à stomacho, qui est causa fastidij. Quartũ est, quòd confert ei, ad cuius stomachum descendit cholera corrumpens eius cibum. Quintũ est, quòd remouet abominationẽ, quę fit propter vnctuositatem. Sextum est, quòd remouet causam desiderij, & illud quòd facit desiderare acutum ponticum, aut acetosum: quia vomitus remouet causam omnium istarum dispositionum, iam remota causa, remouetur effectus. Septimum est quòd confert laxitati. i. cachexiæ, quæ præcedit hydropem euacuãdo materiam talis laxitatis, & mundando stomachum. Octauum est, quod confert vlceribus in renibus & vesica, diuertẽdo materias currentes ad illa loca, ad partem oppositã. Nonũ est, quod etiã confert lepræ, maximè quãdo fit cũ vomitiuo forti, sicut hellleboro: quia talis vomitus euacuat materias, quę sunt in locis remotis, & difficilis eradicationis, ex quibus fit lepra. Etiam vomitus corrigit digestionẽ primam, ex quã aliæ digestiones melius fiunt, vnde lepra peccat in corruptione digestiuæ. Decimum est, quòd confert malitię coloris in cute ex aliquo humore diuertendo ipsum à cute. Vndecimum est, quòd confert epilepsiæ stomachicæ euacuando humorem contentum iu stomacho: ex cuius effũmatione causatur epilepsia. Duodecimũ est, qđ cõfert icteritię, maximè illi quæ est ex obstructione: nam propter motum fortem in vomitu materia obstruens commouetur, & remouetur à loco in quo faciebat obstructionem: similiter euacuatur materia phlegmatica per vomitũ, quę cõmuniter est causa istius obstructionis. Decimũtertiũ est, quòd confert asthmati euacuando materiam antecedentem ex stomacho, quæ fouebat materiam asthmatis: & etiam confortando mẽbra spiritualia & pulmonem, ex quorum calefactione sequitur cõsumtio superfluitatũ, facientiũ asthma. Decimumquartum est, quòd confert tremori, paralysi, euacuando materiam istarum passionum. Decimumquintum est, quòd confert habẽtibus vlcera nigra magna super partes extremas, diuertendo humores à partibus extremis. Et licet vomitus debitè administratus ista conferat iuuamẽta, superfluè tamẽ factus, multa inducit nocumẽta: quia debilitat stomachum, & resoluit ipsum, facit eum aptũ, vt materiæ fluant ad ipsum, & obest pectori, visui, dẽtibus, antiquis capitis doloribus, &c. Prout dicit Auic. 4. primi cap. 14. ¶ Tertium, quod notat hic textus, est, quòd quatuor sunt tẽpora anni, scilicet ver, æstas, autumnus, & hyems, prout manifestum est: & inter ista tẽpora Ver est calidum & humidum, & hoc respectu aliorum tẽporum, licet in se sit tempus temperamento attinẽs: vt vult Gal. in de complexionibus. Et ex isto sequitur, quòd istud tempus magis aptũ est phlebotomiæ: quia magis est multiplicatiuum humorum, quàm alia tempora. Ideo etiã isto tẽpore potest conuenire moderatus vsus coitus, motus tẽperatus, ventris solutio, siue fluxus, & sudor temperatus, & similiter balnea tẽperata ad diminuẽdam repletionem: & istud tempus aptum est ad purgationem corporis cum medicinis. Quartũ est, quòd æstas calefacit, & exiccat, ergo in ipsa etiam multiplicatur cholera rubea, quæ calidã est, & sicca. Et propter hoc etiam in æstate fercula debent esse frigida, & humida ad remouendam distemperantiam caliditatis, & siccitatis ex complexione æstatis inductam, & debet fieri abstinentia coitus, cùm talis etiam exiccet, & abstinentia à multis balneis simili de causa: & rara phlebotomia eadem de causa, nisi necessitas hominem cõpellat. Debet fieri quies, & paucus motus, quia quies humectat, & multus motus nimiũ exiccat. Debet homo prędicto tempore vti potu cum moderamine, & maximè frigido, quia ex superflua sumtione potus frigidi propter apertionem pororum, aliquãdo sequitur subita infrigidatio corporis, vel paralysis, siue laxitas membrorum, vel mors subita, à quo nos defendat qui ęternaliter viuit & regnat.

De temporibus anni.

FINIS I. TOMI.

TOMVS

Tomus Secundus
ARNALDI DE VILLA NOVA CONTINENS EXOTERICA.

THESAVRVS THESAVRORVM, & ROSARIVS PHILOSOPHORVM, ac omnium secretorum maximum secretum, de verissima compositione naturalis Philosophiæ, qua omne diminutum reducetur ad solificum, & lunificum verum.

PROOEMIVM.

ISTE liber vocatur Rosarius, eò quòd ex libris Philosophorum abbreuiatus est, in quo, Deo teste, nihil occultum, nihil deuium, nihil diminutum est: sed quicquid est necessarium ad nostri Operis complementum, est in ipso. Diuiditur autem iste liber in Theoricam, & Practicam: etiam in diuersa diuiditur capitula. Quippe quia iustum, vt de naturali & sublimiori rerum processu non pigeat, qui de eorum sublimiori effectu tractare voluerit. Tunc enim supplicium naturæ beatæ, & naturali calle procedit intentio, cùm & ipsius studij precium securiùs spectet, & ad arcanam rationis seriem in illo declinare paratus est. Nullus negligat finalem, & præcipuam totius Philosophiæ matrem ab editis effodere, quæ hominē ornat moribus, & ditat beneficiis, auxiliatur pauperi, & etiam corpus incolume seruat, & præbet etiam sanitatem. Qui enim in legendis libris deses extiterit, in præparandis rebus promtus esse non poterit: liber namque librum aperit, & sermo sermonem explicat: quia quod in vno est diminutum, in alio est completum. Nullus enim potest in practica bene assuescere, cuius mens in Theorica renuit desudare: quoniam procedit ad practicam, non secus atque asinus ad cœnam, ignorans quomodo, & ad quid porrigat rostrum & os. Istum autem librum nominaui Rosarium, eò quòd ipsum abbreuiaui ex libris Philosophorum, quantum potui melius, & in diuersa diuisi capitula. In istâ arte duo sunt libri, quos ponam in capitula per ordinem.

CAPITA I. LIBRI.

De modo generationis Metallorum, Cap. I.

VTRVM naturâ omnia liquabilia sint naturaliter ex argēti viui & sulfuris substantia? Nam proprium est argenti viui, coagulari ex calore, siue vapore sulfuris: quoniam omne siccum naturaliter ebibit suum humidum. Vapore ergo sulfuris argentum viuum coagulatum est ex sua substātia terrea, subtili, aerea, & digesta: admistione prima sibi vnita, actione caloris postea eleuata, decocta, & digesta, donec habeat vim sulfureā coagulandi argen- A tum. Argentum verò viuum in prima sui radice est compositum ex terra alba, nimium subtili, sulfurea, cum aqua clara fortiter admista, donec fiat substantia vna, nō quiescēs in superficie plana. Est enim homogeneum in natura, quoniam aut remanet totum in igne fixum, aut totum ex eo volat in fumum, cùm sit incombustibile & aereum. Et hoc est signum perfectionis, & ideò cùm postea in terra sulfurea decurrit, calefactum superiùs B ascendit: quoniā de sua natura est, vt per calorem sublimetur, verumtamē cōtinua sublimatione nimium depuratur, decoquitur, & inspissatur, ac in sulfur album & rubeum gradatim congelatur. Quod quidem sulfur dissoluitur multoties, & postea congelatur

Quid sit argentum viuum in sua radice.

per argentum viuum illius sublimati, incerati caloris actione, donec vix in millibus annorum successiuè opere naturæ in metallum congelatur perfectum. Et hoc quidem in vasis mineralibus, ipsa natura mediante, operatur metalla. In istis ergo operibus naturam imitari oportet, quicunque velit perficere medicinã imperfectorum perfectiorẽ.

Quòd Argentum viuum est medicina omnium metallorum,
Cap. II.

DICIT Aristoteles, ꝙ argentum viuum est elemẽtum omnium liquabilium: quoniam omnia liquabilia, cùm ligantur, in eo conuertuntur, & admiscetur cum ipsis, quia est de substantia eorum: licet ista corpora differant in compositione sua ab argẽto viuo, eo modo, quo ipsum fuit purũ, vel impurum à sulfure immundo, sibi extraneo: fit enim argentum viuum ex vero sulfure non vrente. Nam, vt dixit Philosophus, sulfur albũ nõ vrens, congelat Mercurium in bonam Lunam. Et illud est res optima, quam suscipere possunt, qui alchimiam operantur, & conuertunt illud in argentum bonum. Si verò sulfur, purum, mundum, & optimum fuerit cum rubore clarũ, & fuerit in eo vis igneitatis sulfureæ non vrentis, erit res optima, quam suscipere possunt Alchimistę, vt ex eo faciant Solem. Si enim fuerit argentum viuum bonæ substantiæ, & sulfur non purum adurens, conuertet ipsum argentũ viuum in æs. Argẽtum etiã viuum, si fuerit petrosum, immundum, terreũ, & sulfur non mundum, fiet ex eo ferrum: stannum verò videtur habere bonum argentum viuum, & purũ: sulfur autẽ malum, & non bene mistum. Plumbum grossum argẽtum viuum, & malum, & ponderosum, & luteum: sulfur malum mali saporis, & fœtidi, ac virtutis debilis, vnde non bene coagulatur. Hæc de verbo ad verbum sunt verba Aristotel. in 4. lib. Meteor. cui Philosopho naturali in omnibus est credendum, nõ fabulis, nec operibus mendacibus ab operibus naturæ omninò extraneis: & sic fateris sequi. Et qui credit mendaciis, secretum Philosophorum perdit.

Quòd Sulfur extraneum, siue vulgi, est causa imperfectionis omnium metallorum, Cap. III.

NOTATE ergo verba, signate mysteria: quoniam tota veritas istius sciẽtiæ ex iam dictis Philosophorum est corripienda, eò ꝙ à vanitate relinquatur per ipsam duplicem corporis superfluitatem inesse: vnam quidem in profunditate argenti viui inclusam in principio suæ mistionis superueniẽtem: alteram verò extra naturam suæ naturæ, & corruptibilem, quarum ista cum labore tollitur. Altera nullo artificis ingenio tolli potest: quare sulfureitas adustibilis, calcinatione ignis tollitur, vel à corporibus deletur. Et illud ideò, quia argentum viuum tenet, & ab adustione defendit illud, quod suæ naturæ est: alterum respuit, igni exponens, qui ipsum inficiet, vnde est amicabile, & suę naturę placabile. Ipsum argentum viuum argento viuo magis adhęret, & eidem magis amicatur: post illud verò aurum, proximè argentum: ideò ex hoc relinquitur, ipsa duo magis participare suã naturam. Alia verò corpora nõ habent tantam conformitatẽ ad ipsum, quoniam in se habẽt sulfur extraneum, terreum, immundum, & fœtidũ, ideò & ipsa verè dicere possumus ꝙ minus participant naturã, quoniam sunt corrupta, fœtida, adustibilia. Hoc aũt fit, quia sulfur quoquo modo præparatur per artificium semper comburit, & comburitur, & nigredinem in omni opere præstat: ideò etiam dicit Auic. in magisterio nostro non intrat, quoniam non est de argento viuo, vel de argenti viui substantia, nec de perfectione eius, cùm ipsum semper inficiat, denigret & corrũpat. Relinquitur ergo argentum viuũ corporũ esse perfectissimũ, & adustionis esse saluatiuum, eò ꝙ corpora illa omninò comburuntur, quantò plus suã naturam participant, & possident: vnde patet, ꝙ multa quantitas argenti viui est causa perfectionis in corporibus. Multa sulfureitas est causa corruptionis, id est, ꝙ quædam magis, quędam minus comburuntur, secundum examinationem ignis, vt illa quæ sunt pluris sulfureæ quantitatis, continentur magis: quæ verò minus, minus. Habet enim sulfur in se duas causas corruptionis, puta inflammabilem substantiam, & terream fœtulentam: quare per primam naturam stare facit, quoniam comburit semper, & comburitur, ac nigredinẽ in omni opere præstat. Per alterã verò neque fusionem habet, neque ingressionem, quoniam si fixum fuerit, prohibet fusionem, & ipsum nunquam figitur, nisi prius calcinetur: cùm verò calcinatur, nullo modo funditur in artificio, quoniam in terrenam substantiam redigitur.

Argentũ viuum est corporum perfectissimum.

Sulfur habet in se causas duas corruptionis.

Quòd solùm Argentum viuum est perfectio omnium metallorum,
Cap. IIII.

HOC autem in argento viuo minimè contingit, quoniam figitur absque eo, quòd in terram vertatur, & similiter figitur conuersione eius in terram. Nam per festinantiam ad eius fixionẽ, quæ fit per præcipitationem figitur, & in terram vertitur, & per successiuam iterata vice illius sublimationem, figitur similiter, & non vertitur in terram: imò dat fusionem metallicam. Et illud ideò est, quia viscosam, & densam habet

habet substantiam, cuius signum est constrictio illius cum imbibitione, & cõmistione cum rebus sui generis. Itaq; manifesta in illo viscositas illius propter multam sui adhærentiam constat: densam autem illud habere substãtiam manifestè videt monoculus, propter grauedinem sui ponderis immẽsi: quoniam præponderat auro, dum in sua fuerit natura. Est autem fortissimę compositionis, & naturæ vniformis: quia non separatur in partes, vt nullatenus se diuidi permittat, quia aut cum tota sui substantia in igne permanet stans, aut ex igne recedit cum tota sui substantia. His ergo relinquitur argentum viuum figi posse, sine ipsius humiditatis radicalis consumtione, & absque illius in terram conuersione. Et ideo notatur in eo causa perfectionis vera, quoniam ipsum solùm ad fusionis perfectionem sufficit in vnoquoque gradu scilicet cũ ignitione, & sine ignitione. Propter enim bonam partium adhærentium fortitudinẽ suæ mistionis, si aliquo modo partes illius inspissentur per ignem, vlterius non permittit se corrumpi, nec per ingressionem furiosæ flammæ illud se in fumum patitur euolare. Quoniam rarificationem sui non suffert propter sui densitatem, & adustionis carentiam, quæ per sulfureitatem, quam non habet, perficit, hoc satis sufficienter probatum est superiùs. Sulfur, quod est terra sicca, grauis, esse dicimus perfectionis corruptiuum: quoniã si fixum fuerit, fusionem rectam impedit, vt patet in ferro, quod non funditur: quia sulfur fixum in se habere cognoscitur. Si verò fixum nõ fuerit, fusionem rectam impedit, vel anticipat: vel ab igne corrũpitur, comburitur, & euaporat, vt patet in plumbo, & aliis corporibus infirmis. Et ideo sulfur non est de virtute nostræ artis, neq; de perfectione eius: quoniam perfectionem impedit in omnibus operibus suis, sed Mercurius viuus in omnibus suis operationibus est manifestè perfectissimum & probatissimum, quoniã adustionis est saluatiuum, effusionis effectiuũ, cùm figitur: & est tinctura rubedinis, vberrimæ perfectionis, fulgidi splendoris. Et nõ recedit à commisto, donec est: & est amicabile, & metallis placabile, ac medium coniungendi tincturas, quoniam miscetur per minima cum ipsis. Et etiam in profundo naturaliter adhæret: quia est de natura ipsorum: veruntamen cum Sole & Luna miscetur faciliter, eò quòd ipsa magis suam naturã participant: attamen non submergetur aliquid in eo, nisi Sol. Ex hoc itaque secretum elicias maximũ, quòd Mercurius in se recipit, quod suæ naturæ fuerit, & alienum respuit, eò quòd sua natura gaudet magis, quàm extranea. Ex hoc enim manifestè relucet, corpora maioris esse perfectionis, q̃ plus Mercurij sunt continentia, & quæ minus, minoris. Laudetur ergo omnium opifex gloriosus & benedictus, causator optimus, & altissimus, qui ex vili creauit preciosum, vt cum mineralibus maximè in natura teneat symbolum, & dedit illi substantiam, & substantiæ proprietatem, quam contingit vllã minimè ex rebus in natura possidere: quoniam ipsum solùm est, quod ignem superat, & ab igne non superatur: sed in eo amicabiliter quiescens gaudet. Ipsum nãque solùm, cùm sit metallicum, continet in se totũ, quo indigemus in nostro Magisterio, quoniam omnia alia cùm sint combustibilia, igni cedunt, & in fauillam abeunt.

Quòd argentum viuum continet in se sulfur suum, Cap. V.

MANIFESTVM est igitur, quòd argentũ viuum continet in se sulfur suum bonum, fixum, quo coagulatur in aurum, & argentum, secundum diuersum disponendi modũ. Nam secundum Philosophum argentum viuum & si fuerit purum, coagulabit illud vis sulfuris albi non vrentis in argentum Et illud est res optima, vt per artificium alchimistæ faciant elixir ad argentum. Si verò sulfur fuerit optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis, simpliciter nõ vrentis, erit res optima, vt ex eo fiat elixir ad aurum. Et bene tradidit Philosophus primò sulfur album ad argentum, & postea rubeũ ad aurum: quia non potest fieri aurum, nisi prius fuerit argentum: quoniam non est transitus de extremo ad extremum, nisi per medium. Non ergo potest fieri transitus de nigro, ad perfectum citrinum, nisi fuerit primò albũ, quoniam citrinũ ex multo albo, & paruissimo rubeo est compositum. Nec potest fieri etiam de citrino transitus ad album, nisi primò fuerit nigrum, quoniam non potest aurum fieri argentum, nisi primò fuerit destructum & corruptum, & nigrũ, quia quod est melius, non potest fieri deterius, nisi per sui corruptionem. Nam generatio vnius est corruptio alterius: ideò, qui scit aurum conuertere in argentum, scit & argentum conuertere in aurum: quoniam sulfur nõ vrens albũ, ad argentum potest fieri per maiorem digestionem sulfur rubeum ad aurum: quoniam citrinatio nil aliud est, quàm completa digestio, nec albedo aliud est, quàm nigredinis ablatio: calor namque agens in humido efficit primò nigredinẽ, & agens in sicco operatur albedinem, & in albo citrinitatem. Et hoc quidem in calcinatione plumbi attendi potest, quod conuertitur in cinerem nigrũ, postea in album, deinde in nimiũ citrinum, vel rubeum. Sic sulfur album, vel rubeum habetur ex vna metallorum materia ad plenum depurata, modo tamẽ diuerso digesta, & decocta. Iccirco dicit Philosophus, quòd

omni argento inest sulfur album, sicut omni auro inest sulfur rubeū, sed tale sulfur nō inuenitur super terram, vt dicit Auic. nisi, ꝙ in istis duobus corporibus existit. Et ideo ista duo corpora subtiliter præparemus, vt sulfur & argentum viuum de illa materia habeamus super terram, de qua aurum & argētum efficiebatur sub terra: ipsa namque corpora lucentia sunt, quibus insunt radij tingentes cætera corpora albedine, & rubedine vera, secundū quod ipsa fuerunt præparata. Nam per nostrum magisterium corpus perfectum iuuat, & imperfectum perficit sine admistione alterius rei extraneæ. Aurū itaque cum sit preciosum omnibus metallis est tinctura rubedinis tingens, & transformans omne corpus. Argentum verò est tinctura albedinis perfecta albatione, tingens cætera corpora. Cùm illis namque corporibus, scilicet, Sole & Luna miscetur Mercurius, figitur per ipsa maximo ingenio, quod minimè peruenit ad artificem duræ ceruicis.

Quòd vnus est lapis Philosophorum, Cap. VI.



PORTET igitur inquisitorē huius scientiæ constantis voluntatis esse in opere. Nemo hoc modo illud præsumat attēdere, quoniam in rerum multitudine ars nostra non perficitur: vna enim est. Est enim lapis vnus, vna medicina, cui nil extranei additur, nec diminuitur, nisi quòd superflua remouētur. Omne enim sulfur linternum: id est, vulgare, vel butyrum argentum viuum est extraneum eò quod suiipsius est destructiuum, vel corruptiuum: econtra verò illud nō est extraneū, in quo habet ipsum conuerti per magisteriū nostrum, scilicet in aurum & argentū: nihil ergo cōuenit rei, nisi quod est ei ꝓpinquius ex sui natura. Non enim generatur ex homine, nisi homo, neque ex alijs animalibus, nisi similia sibi: quoniā vnumquodq; ꝙ generatur, sibi simile cōsequitur: Vera igitur vtamur natura, quoniam non emendatur, nisi in sua natura, cui nihil alienū iungitur. Nolite ergo introducere, nec puluerem, nec aquā, nec vllam rem. Quippe quia diuersæ naturę lapidem nostrum non emendant, nec intrāt in eo, quod non sit ortum ab eo: quoniam si aliqua extranea sibi apponantur, statim corrumpitur, & non fit ex eo quod fieri quæritur. Ex rebus ergo corporalibus maximè cōuenientibus in natura, necessariò est medicinam colligere: vnde oportet, quòd ipsa medicina illis in natura conueniāt, & eis in profundo maximè cohæreat. Ita, quòd diminutum perficere compleat, & etiam quod Mercurius per minima ante illius fugam misceatur: sed nullum corpus in sua natura manēs Mercurius coagulat, nec ei firmiter adhęret: nec etiā ipse Merc. per se medetur infirmis corporibus, quoniam in examinatione separatur ab eis. Nam grossa simplicibus, & simplicia grosis minus bene conueniunt. Subtilioris ergo substantiæ, & liquidioris fusionis necesse est illam medicinam esse, quàm ipsa corpora, & fixionis ac retentionis, quā sit argentum viuum in sua natura.

Ex quibus extrahitur lapis Philosophicus, Cap. VII.



VAERI ergo nō immeritò potest vnde hæc nostra maximè possit elici medicina. Quibus respondētes dicimus, ꝙ in quibus est, ex illis elicitur. Est autem tam in corporibus, quàm etiam in argento viuo secūdum naturam, cùm vnius sint reperta naturæ. Sed in corporibus quidem difficilius, in ipso verò Mercurio viuo propinquius, nō autem perfectius. Et illud ideo, quia non est corpus dignius Sole, aut purius, aut eius vmbra, scilicet Luna: sine quib⁹ nullum argentū viuū generatur tingens. Qui verò absque isto argento tingere nititur, cæcus procedit ad practicam, sicut asinus ad cœnam: natura aurū aureum, argentum argenteum tribuit colorem. Qui ergò argentum viuū, cum Sole & Luna tingere nouit, venit ad arcanū, quod dicitur sulfur albū optimum ad argentum, quod cùm rubeum efficitur, erit sulfur optimum ad aurum. Ab illis igitur corporibus extrahitur sulfur nimium album, & rubeū, cùm in ipsis sit purissima sulfuris substantia ingenio naturæ summæ depurata, quod secundum Albertum clarius est, & subtilius: quia in depuratione ipsius est ars debilior natura, nec consequitur eam licet multum laboret. Pater enim eius est Sol, Luna mater est: quia ex illis corporibus cum suo sulfure, vel arsenico præparato nostra elicitur medicina: ex corporibus similiter Solis elici potest ipsa. Ex solo autem argento viuo facilius, & propinquius, perfectiúsque inuenitur, cùm ipsum sit pater omnium istorum luminarium, & omnium liquabilium, ab ipso, siquidem omnia fiūt, & ideo in ipsum omnia resoluuntur: quoniam natura naturā amplectitur propriam amicabilius, magisq; gaudet cum ea, quàm cum extranea. In ipso namque est facilitas extractionis illius subtilis substantiæ, cùm iam in actu habeat substantiam. Relinquitur ergo medicinam nostram esse purissimam, & subtilissimam substantiam, quæ ex argenti viui materia originē suam ducit, & ex illa creata est. Nō est autē materia argēti viui in sua natura, nec est in sua substātia tota, sed fuit pars illius. Non autem, quæ est nunc, cùm lapis noster factus est simpliciter argentum viuum, licet fuerit pars eius: quoniam ipsum illuminat, & ab adustione defendit, & conseruat, quod est causa perfectionis. Igitur cuiuscunq; causa tantum

tantum generationis fit medicina, tam quidem in corporibus, quàm in ipsius argenti viui substantia, lapidis preciosi indagatur substantia. Consulo tamen, quòd non opereris, nisi cum Mercurio & Sole ad Solẽ, & Mercurio & Luna ad Lunam: quoniam totum beneficium huius artis consistit in ipsis tantùm.

Quòd impoßibile est Lapidem perfici ex sola metallorum substantia, siue materia, Cap. VIII.

IGITVR si in prima naturæ materia opus nostrum vellemus incipere, esset longißimum, & incompoßibile, & etiam magnæ, & quasiinfinitæ, requirerentur expensæ ad hoc pficiendum. Et cum demum per difficillimũ artificium lapis fuerit factus de natura metallorum, tamen opus Philosophicum, siue physicum nondum est inceptũ: quippe, quia est necessarium, quòd lapis Philosophorum elici poßit de natura duorum corporum, antequam de eo fiat elixir completum. Quoniam est necessarium, quòd illud, quod est elixir, magis sit depuratum, & digestum, q̃ aurum vel argentum: eò quòd ipsum elixir habet conuertere omnia imperfecta alia perfectione diminuta corpora in aurum, vel argentũ: quod ipsa minimè perficere possunt: quia si de perfectione sua alteri darent, ipsa imperfecta existerent: eò, quia non posunt tingere, nisi quantum se extẽdunt. Et ad hoc fiet operatio in lapide nostro, vt melioretur eius tinctura in eo plus, quàm in sua natura: & vt fiat elixir iuxa sapientum allegoriam compositum ex speciebus limpidis, condimentum. Antidotum medicina, & purgamẽtum omnium corporum purgandorum, & transformandorum in solificum, & lunificũ verum. Sed moderni operantes finẽ credũt operis esse, cùm incipiunt opus: quoniam tamen in tantum laborauerunt, quòd opus eorum sit de natura metallorum, credunt compleuisse elixir perfectũ. Sed quando faciũt proiectionem, nihil ibi inueniunt, qui operari desistunt, vbi incipere debuissent.

Quid sit opus primum Philosophicum, Cap. IX.

OPVS namque Philosophorũ est, dissoluere lapidem in suũ Mercurium, vt in primam reducatur materiam: vnde Philosophus in 4. Meteor. huius artis sophisticos illudit Artifices alchimiæ, dicens: species transmutari non posse: quod quidẽ similiter verum est, nisi vt species ipsæ (vt postea subdit) in primam suam materiam redigantur: quæ quidẽ materia prima est argẽtũ viuũ cùm ipsum sit elementum omnium ductibilium. Tunc

Argentum viuũ est materia prima & elementũ omnium metallorum.

enim in aliam formam quàm prius erant, benè permutantur: non quidem species, sed indiuidua specierum, quoniam ipsa indiuidua actionibus sensibilibus sunt subiecta, eo quòd in se sunt corruptibilia. Species, verò cùm sint vniuersales, actionibus sensibilibus non sunt subiectæ, & ideo non sunt in se corruptibiles. Species igitur argenti, quæ est argenteitas, non mutatur in speciem auri, quæ est aureitas, nec ecõuerso: quia species verè permutari non possunt, sed indiuidua specierũ bene permutãtur, cùm in suam primam materiam rediguntur: quia cùm forma istius indiuidui fuerit corrupta, vel illius, & in primam materiam resoluta bene permutatur: & necessariò introducitur alia forma: quia corruptio vni⁹ est introductio alterius. Et scias, quòd nulla materia potest ita destrui, quin sub aliqua maneat forma: vnde destructa vna forma, immediatè introducitur alia ad hanc operationem, vel ad illam disposita. Et ideo dicit Philosophus, indiges tu, qui vis operari, quòd in solutione, & sublimatione duorum luminarium, primò labores: quia primus gradus operationis est, vt fiat argentum viuum ex ipsis. Notate ergo verba, signate mysteria: quoniam in hoc opere declaratur, quis sit lapis, cùm principium sui operis sit dissolutio ipsius. Oportet igitur sublimare, figere, & calcinare ipsum vt sic demũ soluatur in argentum viuum, quod Philosophis est contrariũ: vnde etiã dicunt Philosophi, nisi corpora fiant incorporea, siue non corpora, vel volatilia, & econuerso, nihil operamini. Verum ergo principium nostri operis est dissolutio lapidis, quia corpora soluta in naturam primam spirituum sunt redacta, nisi quia magis sunt fixa: quia spiritus sublimantur cum eo. Nam solutio corporis fit cum congelatione spiritus, & congelatio spiritus est cum solutione corporis: tunc enim miscetur corpus cũ spiritibus, vel spiritu, & fit vnum corpus cum eis, vel cum eo: & nunquam separãtur: sicut nec aqua mista cum aqua: quoniam omnia tunc ad suam naturam homogeneam primam sunt redacta: Prima verò homogeneitas metallorum est argentum viuum, cùm ergo in ipsa homogeneitate soluũtur, simul coniunguntur, & nũquam separantur: quoniam tunc vtrumque agit in suum socium sibi similem. Et ideò dicit Aristoteles quòd alchimistæ, corpora metallorum verè transmutare non possunt, nisi prius ipsa redigatur ad suam primam materiam: tunc enim in aliam formam, quàm prius erant, bene rediguntur. Quoniam contra hoc non stat ratio, quippe quia destructa vna forma, immediatè introducitur alia, vt patet ex operibus rusticorum, qui de lapidibus faciũt calcem, & de cineribus vitrum. Sic & multò fortius potest sapiens studio suo per magisteriũ

Nulla materia potest ita corrumpi, quin sit sub aliqua forma.

Quomodo alchimistæ possunt transmutare corpora metallorum.

naturale, seu artificium nostrum ista corpora corrumpere, & illis nouã formam introducere: quia intẽtio nostræ operationis non est aliud, nisi q̃ eliciatur, & eligatur purissima substantia ☿ in istis corporibus, quoniã elixir consistit in illis tantũ, & non in aliis.

Quid sit Lapis, & quo indiget in operatione, vt sit elixir completum, Cap. X.



HIC igitur est lapis noster famosus, quia nõ fit transitus de extremo ad extremũ, nisi p̃ mediũ. Extrema aũt nostri lapidis in primo latere est arg. viuum: in secundo verò est elixir completũ: media namq; istorũ aliqua aliis sunt magis depurata, decocta, & digesta, & illa sunt meliora, & operi propinquiora, qđ te charisſ. ignorare nõ credo, sed bene scire: non ergo ob hoc erres: quoniã si seminauerit homo hæc, & metet. Nã semẽ suo semini correspõdet, & omne arbustũ proprium affert fructũ, iuxta genus suũ. Natura quidẽ est sapiens, semper perfici appetens, quoniã in se semper continet incrementum suũ: idcircò dicit Auic. nisi aurũ & argẽtũ viderẽ, p̃ certo dicerem, q̃ alchimia nõ est vera ars. Igitur quãuis lapis noster hic tam in se tincturã naturaliter contineat, tñ in corpore tenui creatus à quocunq;, p̃ se motũ nõ haberet, vt sit elixir cõpletũ, nisi moueatur arte & operatione. Et ideò artes diuersę à diuersis Philosophis sunt inuẽtæ, vt cõpleatur p̃ artificiũ qđ à natura est relictũ incompletum: quoniã natura p̃na est ad sui perfectionem. Prudẽter ergo, & nõ casualiter operare, & scias naturas lapidis & fortitudines, & q̃s lapis, cuius lapidis sit amicus, vel inimicus, vide vt agnoscas, q̃ ipse fecerit. Et antequã facias grossum, fac gracile, ponderosum alleuia, asperũ lenifica, durũ mollifica, amarum dulcifica, & habebis totũ magisterium. Scias ergo, q̃ suarũ operationũ aliç medicinç auri sunt, quib. cõuenit participare argento in aliquibus, & in aliquib. diuersificare, quoniã in principio suæ operatiõis opus auri & argenti p̃ omnia cõuenit: in modo verò fermẽtationis disconueniũt, quoniã fermentũ operis argẽti, argentũ est. Fac ergo vnamquamq; speciẽ cũ sua specie, & vnumquodque genus in suo genere: quoniã opus albi ad albificandũ, & opus rubei ad rubificãdũ. Nõ ergo misceas opus vnius lapidis cũ opere alterius lapidis, quoniã vehementer errares, si secus faceres. Alia quippe corpora possibile est, q̃ operentur, sed nõ erũt bona, sicut illa: quippe q̃a medicina q̃ non habet, dare nõ possunt: impossibile siquidẽ est, nõ fixũ figere, & immundũ mundare, q̃a nõ inuenitur in re, qđ in ea non fuerit antea, nec aliq̃s dare potest, q̃d nõ habet. Quare licet vti possis, vel indiges tu, cùm non possis habere in istis illud, q̃d est maioris temperantiæ, & minoris fæcis, si indigueris vsu eorum, oportet primò, vt cõuertas ea in similitudinẽ duorũ corporum perfectorũ, q̃d nunq̃ fiet, nisi ☉ & ☾ in vno corpore coniuncta p̃iiciantur desuper ipsa. Quippe q̃a ☿ cùm sit de sua natura conuersiuus, fit vnumquodq; cũ singulis, q̃s amplectitur ex planetis. Si iungatur cum plumbo, plumbũ erit: si cũ ferro, ferrũ erit: & si cũ aliis corporibus, erit consimile eis. Si aũt cũ istis duobus iungatur radiis, fit elixir perfectum. Nõ ergo operandũ est, nisi de ista nobili materia, q̃a non fiunt res aliqua ratione, nisi secundũ eorũ naturam: quicunq; ergo quærit à natura, q̃d in ipsa nõ est, fatuitas est, & p̃ditio laboris. Non comedas de filio, cuius mater menstruũ patitur, quẽ si comedis leprosus & tu, & opus tuũ: sed frustum comede de carne pingui, & habebis aurum & argentũ quantũ volueris. Et nõ quæras à natura, q̃d in ipsa non est: quoniã fatigares animã tuam in vanũ. Hæc extracta sunt à Morieno Doctore, veraciq; Philosopho. Nihil reputãs inde lucrũ, si ita benefaceres, sed benefacias vnguentũ de sulfure, & blanqueto: quoniã res, cuius caput est rubeũ, pedes albi, oculi verò nigri, est magisteriũ. Intellige quod dico, quoniam omnia verè sunt verissima, qualia nunquam Philosophus aliquis tradidit meliora.

Mercurius fit vnum quodque q̃d amplectitur.

LIBER II.

CAPITA LIB. II.

Quomo-

De inuestigatione perfecta lapidis Physici, Cap. I.



MANIFESTVM est ergo operationẽ medicinæ esse operationẽ naturæ, ipsámq; medicinam esse eandẽ naturã, eò φ ipsa medicina solùm est cõposita ex natura. Certũ quippe est, omnẽ rẽ esse de eo, in q̃d resoluitur: nam gelu cõuertitur in aquã, calore mediãte. Clarũ est ergo aquã ipsam prius fuisse, q̃ ipsum gelu: sic omnis lapis noster resoluitur in arg. viuũ per magisteriũ nostrũ: ergo prius ipse fuit arg. viuũ. Modus aũt conuertẽdi ipsum in arg. viuũ, est conuersio naturarũ in suã primam radicẽ: naturã namq; conuertere, est elemẽta circulariter rotare: sunt aũt elemẽta de aptitudine sua ad inuicẽ conuersiua, & ideò generãtur, corrũpuntur, & ad inuicẽ alterantur. Conuerte ergo elemẽta, & q̃d quæris inuenies: qa nostra opatio nõ est, nisi naturarũ mutatio, & eorũ elementorũ frigidi cũ calido, & humidi cũ sicco amicabilis cõmistio: verumtamẽ nõ cõuertitur siccũ in humidũ, nisi prius fuerit frigidũ. i. aqua, nec frigidũ conuertitur in calidũ, nisi prius fuerit humidum: namq; transitus nõ fit ab extremis, nisi per mediũ. Terra nõ conuertitur in aerẽ, nisi prius vertatur in aquã. Aer quippe & aqua sunt elemẽta media Ignis & terra sunt elemẽta extrema: aer verò est iuxta ignẽ, sicut terra iuxta aq̃, & ideò aqua cõtrariatur igni, & terra aeri, qa aqua frigida est & humida: ignis calidus & siccus, terra verò frigida & sicca: aer aũt calidus & humidus est. Et sic aqua & aer cõueniũt in humiditate, ignis & terra in siccitate conueniũt. Et ideò vnũ in aliud conuertitur, & similiter ad inuicẽ: ideò immediatè conuertũtur, ac tardiùs ab inuicẽ separantur. Econtrà aũt aer & terra, ignis & aq̃ ad inuicẽ nõ conuertũtur, nisi ignis in aerẽ, & terra in aq̃ prius conuertãtur. Si ergo siccũ conuertitur in frigidũ, & frigidũ in humidũ, ac humidũ in calidũ, & calidũ in siccũ, tunc habebis totũ magisteriũ. Modi verò regiminis ad inuicẽ conuertentes sunt 4. principales: s. soluere, abluere, reducere, & figere. Soluere grossum in simplũ, & subtiliare, abluere obscurum in lucidũ reducere humidũ in siccũ, figere volatile supra corpus fixũ: soluere est diuidere corpora, & materiã, vel naturã primam facere: abluere est inhumare destillare, & calcinare: reducere est incerare, impinguare, vel imprægnare, subtiliare, figere, & desponsare, resoluere, & coagulare: per primũ mutatur natura interius, per secundũ exterius, per tertiũ superius, per quartũ inferius.

De transmutatione elementorũ ad inuicem.

Quatuor modi regiminis conuertẽtes ad inuicem.

De primo Lapidis regimine, quod est dissoluere, Cap. II.



LAPIDEM siccũ grossum dissoluere in argen. viuum, vt in suam reducatur materiã primã, solùm fit per arg. viuum, eò φ ipsum solùm habet Solem & Lunam ad suam naturam, vel materiam primã redigere. Sed quia arg. viuũ habet in se fæculentiam terreã, & adustibilẽ absq; inflãmatione, & aqueitatis substantiã, necesse est superflua demere, & absentia implere, vel supplere, si plenã medicinã volumus facere, vel trahere. Terrenã autẽ fæculentiã oportet omninò p sublimationẽ demere, ne humidũ in pιectione creet calorẽ & aqueitatẽ ipsius: simili modo fugitiuã oportet, q̃ ad medicinã illius substantiã saluare, de cuius pprietate est mundare, & ab adustione defendere, & etiã figere, ac fixũ facere. Ideoq; contingit ex ipsius medicinæ diuersitate secundum eius diuersam depurationẽ, quandoq; creari Saturnũ ex illa, quandoq; Iouẽ, quandoq; Lotonẽ, quandoq; Venerẽ, quandoq; verò Martem, quod ex impuritate necesse est euenire, vel accidere.

Quomodo depuratur Mercurius, & purgatur, Cap. III.



INGENIVM igitur ipsius terreę substantiæ superfluæ remotionis est ipsum semel, vel bis sublimare à vitro & sale, donec ipsius albissima sumatur substantia. Cùm verò albissima ascenderit, proiice in feruẽti aqua, donec redeat in arg. viuum: post tolle ab eo aquã, & operare cũ eo: quoniam nõ est bonũ operari cum ipso, nisi prius hoc modo purgetur. Vnde dicit Auic. primũ quoq; facere incipere, est vt sublimetur ☿, postea solue eum, vt redeat in primam materiam suam, & sublima totũ. Tunc in hoc ☿ mundo mitte corpora munda, æquali lance librata. Verumtamẽ nõ misceas corpus album cum rubeo, nec rubeum cum albo, sed vnumquodq; seorsum dissolues in partem: quoniam aqua alba est ad albificandum, aqua rubea ad rubificãdum. Non ergò misces aquam vnius lapidis cum aqua alterius, aut cũ alio lapide: quoniã vehementer errares, & excœcaberis, si secùs feceris. Abhinc vice post vicem contere, & imbibe, & coque in balneo Mariæ: post destilla per filtrum, quousque transeat ipsum: collige tamen ad partem supereminens nigrum: quoniam illud est oleum, ac verum dissolutionis signum: quia quod est solutum, peruenit ad sublimitatis finem, vnde separatur ab inferioribus, ascendens sursum, & petẽs altiora loca, vt corpus aureum. Custodi autem ipsum cautè, ne euolet in fumum, & quod facis in albo, facias in rubeo: quoniam hæc medicina in essentia est vna, & in modo agendi similiter vna est: tamen in rubea additamentum citrini coloris, qa sulfuris fixi substãtia mundiss. efficitur. Differẽtia tamen est

inter solarem & lunarem medicinā, eo quòd hæc quidem illud continet, illa verò non: quoniam indiget mundissimo sulfure albo, sicut hæc indiget rubeo. Sufficiunt hæc duo corpora eo, quòd assimilātur quæsito, vel illi quod quæris: scilicet indiges, quòd in solutione, sublimatione & subtiliatione eorum labores. Sunt enim fortia, & indigent præparatione longa, & operatione cōtinua, vt primò calcinentur, & postea soluantur: quoniam cum calcinata fuerint, facilius soluuntur, quia calor ignis penetrans partes corporis, facit aquam ingredi post ipsum: & sic est magis solutionis susceptiuum: verumtamen si calcinaueris corpus grossum, quod etiam dissolutiuum est, pone ad partem, & quod remanet in filtro accipias cautè ipsum, ne perdatur in fumum, & pereat magisterium. Iccircò cùm istud graue sit pficere & difficile, expedit corpora grossa soluere per aquam solum: id est, per argentum viuum sine calcinatione: quoniam istud est securiùs, licet in operatione sit tardiùs. Esto ergo longanimus, & non festināter extrahas tincturam, nec festinanter, aut velociter quæras perficere: quia primus error in hac arte est festinatio: quia comburit omnia & ad remotum perducit: nam ignem si multū feceris, in principio mistionis eius eueniet in tincturis detrimentum, quoniam comburuntur medicinæ per nimias calidita tes: Vnde versus:

Dissipa rem captam prius per partem satis aptam,
Leuiter extractam, sic massam contere factam,
Hæc non festinè, sed temporis ordine fine,
Albumen vrinæ, disponit membra ruinæ.

Patienter igitur sustine, cōtere & coque, reitera & non tædeat te hoc ipsum reiterare: quia quæ imbibuntur, per aquam mollificantur. Et quantò magis teres, tantò magis mollificas, & quantò magis mollificas, tantò magis artes grossas subtilias, donec vniantur & abinuicem non diuidantur: quoniam spiritus cū corpore tunc inspissantur, & omnia, quæ impastantur, dissoluuntur: & impastatio fit cū nimia trituratione, & assatione. Nam per contritionem, & incerationem, ac assationem diuiduntur partes ligatæ viscositate aquæ, quæ viscositas est in corporibus. Corpora verò soluta ad naturam spiritus sunt redacta, & numquam separantur: sicut nec aqua mista aquæ. Quippe quia natura lætatur, quoniam sponsus cum sponsa copulatur. Quæ verò nō dissoluuntur, non habent partes subtiles, nisi mollifices: ideo charissime indiges, quòd in dissolutione lapidis labores, scilicet partes suas puriores disgregans ab ipsis, vt grauioribus partibus abiectis, opus cum leuioribus perficiatur.

***

A

De inhumatione Lapidis, Cap IIII.



LAPIDE autem dissoluto, accipe totum & pone super calorē temperatum vt putrefiat & digeratur melius: videlicet per mensem Philosophorum, id est, per 30. dies: quoniam adustio in animalibus per inhumationem tollitur, & decoctionem. Decoquas ergo complete, vt ebulliant omnia simul leui igne, & in suam materiam primam redeant, & fint argentum viuum. Hoc autem habito, soluitur illa auctoritas Aristot. 4. Meteo. Sciant Artifices alchimistæ, species rerum transmutari non posse. Quod quidem verum est, nisi prius, vt subditur, in suam primam reducantur materiam, tunc autem in aliā formā, quā prius erant, bene permutantur, non quidem species, sed indiuidua specierum permutātur: quoniam sunt corruptibilia ipsa, & actionibus sensibilibus subiecta. Materia namque nullo modo potest ita destrui, quin sēper maneat sub aliqua forma: vnde soluta prima corporis forma in Mercurio immediatè introducitur noua forma, corrupta ipsorum forma. Quæ quidem forma est in colore nigra, in odore fœtida, & in tactu subtilis, & discontinuata: & hoc est signum perfectæ dissolutionis corporū, quia calor agēs in humido primò generat nigredinē, q̄ quidē nigredo est caput corui: sed est principiū operis nostri, ꝙ est dissoluere lapidē nostrū in Mercuriū vel in aquā Mercurialem: Modò habes primum regimen operis.

De Recapitulatione primi regiminis, Cap. V.



MODO dicam breuiter totum dissolutionis modum. Sublima ergo primò Mercurium & deinde soluas ipsum: hinc incorpora ipsum cum terra lota, & igne, & pariter decoque quousque redeant ad suam primam materiam. Et hoc ideo fit, vt habeamus sulfur & Mercuriū de illa materia, de qua aurum, & argentum efficiebantur subtus terrā: quia si verum sulfur fuerit & argētum viuum, bene possumus ex ipsis aurum & argentum facere: Hoc autem magisterium non est, nisi ꝓ diuitibus, & pro mūdi altioribus, & qui habet ipsum, habet thesaurum sempiternū. In ipso ergo tria sunt inquirenda puta subtile ingenium Artificis, opera manuum, & arbitrium: quod quidē requirit diuitias, sapientiam & libros.

De secūdo regimine quod est Abluere, Cap. VI.



SECVNDVM autē lapidis regimē est abluere nigrū, corruptū, & fœtidū, vt fit nimis lucidum, clarū, & à sordibus vacuū. Quod quidē fieri nullatenus cōuenit sine elemētorū diuisione, & aquarum distillatione: & lapidis dissolutione quia elementorū duo sunt lapidea, & duo aquatica. Lapidea autē

sunt

sunt ignis & terra; quia sunt sicca: aquatica vero sunt aer & aqua, quia sunt humida. Ignis ergo comedit illud, quod in exterioribus existit: quoniam comedit, & vastat, & deuastat sordes aquarũ per destillationem, & subtiliat eas per aeris leuificationẽ: comminuit etiam grossitudinem lapidis per calcinationem, & deuorat eorum sulfureitatis salsedinem. Et ideo lapis noster in quatuor elementa diuiditur, vt magis subtilietur, & vt magis à sordibus depuretur, & postea firmius coniungatur. Sed nunquã fuit aliquid natum, vel crescens, nec animatum, nisi post putrefactionem: ideo putrefiunt, vt magis digesta melius separentur. Quippe quia si putrefactum non fuerit, fundi non poterit, nec solueri, & si solutum non fuerit, ad nihilum redigetur.

De diuisione Lapidis per quatuor elementa, Cap. VII.



ACCIPE ergo lapidem sic corruptum, & diuide ipsum per quatuor elemẽta per destillationem: primò, per leuem ignem æqualiter continuatum, & recipe suã aquam: deinde paulatim vigora ignem, donec receperit aerem igne mistum. Quod vero remanet in fundo cõbustũ, est terra nigra, & sicca: & scio ꝙ destillatio aquæ fieri debet in balneo Mariæ, eò ꝙ subtiliores lapidis partes sine calore ad naturam simplicis aqueitatis approximantes per eam destillabuntur. Aer vero & ignis ꝑ cineres destillãtur, eò ꝙ per ipsos, cùm ignitionem sustineãt, contingit calores & grossiores terreas partes sursum eleuari. Subtilior ergo separatio per aquã, cùm non sustineat ignitionem melius, ꝙ̃ per cineres, elicitur. Isto ergo modo diuides quatuor elementa, eò ꝙ oportet extrahi aquam ex sua substantia humida, & non ex alia, ꝙ in eis est maior tinctura. De terra vero non cures, cuius sit substantiæ: dum tamen fuerit alba, & fixa substãtia. Terra desiccat & figit: aqua vero mundificat, & abluit: aer & ignis tingunt & fluere faciunt. Ideo oportet ꝙ sit aqua multa, & aer multus: quoniam multitudo tincturæ tanta erit, quanta multitudo aeris. Studeas ergo, charissime, in omnibus operibus eius Mercurium superare in mistione, vt satis habeas de aere: quoniam si per ipsum solum perficere poteris, preciosissimæ perfectionis naturæ vincentis indagator eris. Verumtamen firmiter teneas, quòd omnium capitulorum huius preciosissimæ artis non excedit precium ipsarum medicinarum expensa quinquaginta argẽteos, ex prima operatione computando. Oportet tamen ipsam medicinam diutius assari super ignem, & nutriri: sic nutritur puer in vberibus.

De Ablutione aquæ, Cap. VIII.



CVM autem habueris elementa, vt dictum est, diuisa ablue ea: scilicet aquam & aerem septies destillãdo: ignẽ vero & terrã fortiter calcinãdo, aquã tamen & aerem separatim destilles: quoniã aer est melior, ꝙ̃ aqua, licet ipsa aqua abluat, & dealbet terram, faciésque matrimoniũ tincturarum ac aer tingit terram, & infundit animam, & facit eam sensibilem: vnde oportet, quod aer & aqua sint à sordibus mundata, & ab adustione tuta, donec sumatur eorum tinctura: quoniam si comburãtur, effectu priuantur, nisi postea in fimo coquantur. Idcirco inhumatio in fimo, interposita inter destillationes, multum iuuat, vt ad perfectæ ablutionis signum melius deueniatur. Quod quidem signum est splendor, & crystallina serenitas absque fæcibus, nisi fortè albis. Fæces vero aquę, quas facies in omni ablutione, id est, destillatione vice post vicem ad partem separa, & repone in terra nigra superius collecta. Aqua vero septies destillata, serua eam ad partẽ: quoniam ipsa est Mercurius Philosophorum solutiuus, faciens matrimonium, & aqua vitæ abluẽs lotonem, & sicut fecisti de aqua alba, ita facies de rubea: quoniam vnum & eundem modum habent ablutionis, & consimilem effectum, nisi quòd aqua alba est ad albificandum, & aqua rubea ad rubificãdum. Non ergo misceas vnam cum alia, quoniam errabis, si secus feceris.

De Ablutione aeris, Cap. IX.



AB hinc autẽ diuide aerem ab igne per destillationẽ: quoniam quod destillatum est, est aer purissimus: quod vero remanet in fundo, est ignis siccus. Considera ergo quod dixi, vt operreris lapidem humidũ, & aquã, & terram solùm, & vt vtaris lapide sicco ad ignem & aerem tantùm. Aer sanè est oleum, tinctura, aurum, anima Philosophorum, & vnguentum, quo totũ perficitur magisterium. Intellige ergo, ꝙ ignis cum aere destillatur: quia conueniunt in caliditate, & non cum aqua: eò ꝙ aqua refugit ignem, quia contrariantur adiunicẽ. Aer ergo destillatur cũ igne, quia ipse est aqua tincta, & eius tinctura est ignis: quoniam corpus est, & aer spiritu ignẽ deferens. Si ergo lapidem miscueris cũ igne, statim erit rubeus, & semper diligẽt se. Quodcunq; ergo volueris rubificare, rubifica cum igne lapidis, & erit rubeum semper.

Quomodo ab omni re extrahatur Oleum, Cap. X.

PONE ergo super substãtiam corporis, cuius oleum extrahere volueris purissimi Mercurij tantùm ꝙ superueniat quatuor digitis, vel

plus quod melius est: deinde accende sub eo ignem lentum, donec videris eius oleum, id est, aerem paulatim ascendere, seu eleuari super Mercurium, collige eum cautè, & serua seorsum: si ergo minuatur Mercurius, adde alium Mercurium mundum, & calidum, & repone ad coquendum: continuè hoc facias, donec sumas eius oleum, & nihil remaneat insolutum. Destilla ergo totum per alēbicum septies: quia ablutio eiusdem est eadem, sicut ablutio aquæ. Quod quidē in humando, & distillādo humiditatem debet fieri quousque deuenerit ad crystallinam serenitatem, absque fęcibus, nisi forte album, cuius signa sunt gutta spissior, decolor, intensior & leuitas aerea, ita ꝙ si ipsum prædictæ aquæ miscueris, natabit superiùs. Aerem verò sic ablutum serua seorsum: quoniam est oleum tinctura, & aurū anima, & vnguētum Philosophorum, quod colorat, tingit, figit, & fluere facit. Tingit omnem laminam in eo ter extinctam in aurum, vel argentum, secundum quod ipsum vel album erit, vel rubeū. Non ergo misceas oleum auricum oleo argēti, nec econuerso: quoniam oleum album ad albificandum, rubeum ad rubificandum pertinet: Iccirco si illorū corporū oleum multum fuerit, multa erit tinctura, quoniā multitudo tincturæ tanta erit, quāta fuerit olei.

Quæ differētia est inter aquā & oleū, Cap. XI.

DIFFERENTIA est inter tincturā aquæ, & olei: quia aqua abluit tantum, & mundat: oleum verò tingit, & colorat. Exemplum autem huius est: quia si pannus mergatur in aqua, mundatur ab ea, & quando desiccatur pannus, mundatur ab ea, & recedit aqua, & permanet in statu, & in colore suo, in quo primus erat, nisi quia est magis mundus. Ecōtra est in oleo, quia si intingatur pānus in eo, nō separatur ab eo per calorem ignis, vel aereū, nisi ex toto id destruatur: nec poterit separari oleum ab ipso panno, nisi per ablutionē, & ignis desiccationem. Aqua autem est spiritus, extrahens hanc animam à corporibus, cùm verò extrahitur anima ab ipsis corporibus, remanet in ipso spiritu, quia spiritus locus est eius. Anima ergo est tinctura soluta in ipso spiritu deportata, sicut deportatur tinctura tinctorum per aquam super pannum. Deinde recedit aqua per desiccationē, & remanet tinctura in panno fixa propter oleoginositatem. Si ergo est de aqua, spiritus est, in quo portatur tinctura aeris, quæ cum reducitur super terrā albā foliatam, statim siccatur aqua spiritualis, & remanet in corpore anima q̄ est tinctura aeris. Spiritus igitur retinet animā, sicut anima retinet corpꝰ: quoniam anima non moratur in corpore, nisi mediante spiritu. Cùm verò coniunguntur, numquam separantur: quia spiritus retinet animā, sicut anima retinet terram, vnde præcepit Hermes animas venari in lapidibus, est enim mansio earū in ipsis. Non ergo sis in venādo piger, vel lętus, ꝓcauens ne fugiant à te: Si autē fugiant, non accipias eas cū falcone, sunt autē retentiuæ fugitiuorū. Cùm eis ergo est coagulatio nostra, quoniā retinet fugientē. Seminate ergo animam in terram albā foliatā, quoniam ipsa retinet eā: quoniā cum ascenderit è terra in cœlum iterumq; descenderit in terrā, recipiet vim inferiorū & superiorum. Non tamē commisceas oleum auri cum oleo argenti, nec econuerso.

De ablutione ignis & terræ, Cap. XII.



OLEI verò fæces quas fecerit, collige omni vice, & repone cum igne: quoniam sunt ignis, ac nigredinē tenentes: id est, rubedinē, quas oportet cum aqua prima terere, & suauiter comburere, donec fiat puluis omnino priuatus ab aeris humiditate. Sic .n. oportet fæces etiam aquæ cum terra coniungere, igne accēso, fortiter calcinare, quousque fit sub alba humiditate vacua. Calcina ergo ignē cū igne, & terram cum terra, quousque fiat mūda, & nigredine priuata. Quod autē ascenderit ab igne, illud est oleum rubeum: ꝙ verò à terra est album preciosum quippe, quia oleū ꝙ tardius à corporibus separatur, preciosius habetur. Cōsequere ergo omnia tempore suo, partem à parte, & serua singulariter vnumquodque eorum.

De Recapitulatione secundi regiminis, Cap. XIII.



OPORTET ergo te secundum Platonem, ꝓ posse tuo, separationem oleorum exercere, aquā & aerem abluere per distillationē, & terrā cōburere per calcinationē, q̄usque nō remaneat aliquid in corpore de anima, nisi quòd nō sentiatur in operatione, cuius signū erit, cū nihil à corpore euaporabitur, si de eo parū laminæ ignitæ fuerit superpositū: tunc sanè erit apꝓpriatū: nomine spiritus subtile, purum, & appropriatū: nomine animæ tingēs lucidū, & apꝓpriatū, nomine corporis, subalbū, & siccū. Quippe in nulla nostra operatione est necessaria aq̄, nisi cādida: nec oleum, nisi albū, vel subcitrinum: nec ignis, nisi rubeus, nec terra, nisi pallida sit, vel subalba. Si autem ita præparaueris elemēta, erit terra habilis ad soluendum, aqua efficax ad digerendū, & oleum, in quo portatur ignis superabundans, ad tingendū. Si verò elemēta talia nō habueris, est signū erroris. Ergo corrige errorē tuū, quia ꝓpinquior est operatio præparatio in eo, quàm in opere nouo incipere. Elemēta ergo abluta in vase sigillato, singulariter reserua, & maximè oleum: quia consumit ipsum aer propter naturæ suæ

suæ vicinitatem,& scribe super totum sic,ꝙ recorderis virtutes,nomina & colores,ne vnũ pro alio accipias, cùm operaris,& corrũpatur opus. Et quidẽ hæc sufficiant ad compleram ablutionem elementorum.

De tertio regimine, quod est reducere, Cap. XIIII.

TERTIVM regimen lapidis est reducere aquã humidam super terram siccã, vt recuperet perditam humiditatem: sed cùm terra sit ex duobus corporibus,& duo elementa sint sicca, dura, & lapidea, ignis scilicet & terra in siccitate concordant,simul sunt præparanda,quoniam vnam habent præparationem. Coniunge ergo grossitiem ignis cum terra post aeris abstractionem, & præpara simul propter temporis abbreuiationem, & etiam vt bona sit eorum commistio,& vt non confundatur ꝑparatio, & vnus alium bene tingat,& ne vrantur super ignis pugnam. Vnde præparare eos simul est magis saluũ,magisque propinquum: eorum autem præparatio est, vt eorum maiorem recipiant humiditatem. Corpus namque calcinatum est discontinuatum, eò ꝙ ab aqueo est omninò priuatum: vnde cùm nudum sit, vacuum, & multum sitiens, ebibit suum humidum aqueum.

De Modo reducendi aquam super terram, Cap. XV.

INFVNDE ergo primò aquam ꝑ vices conterendo, & post leuiter calcinando, quousque ipsa terra ebiberit de sua aqua quinquagesimam partẽ sui. Scias ꝙ oportet primò terram nutriri modica aqua, & pòst maiori, sicut videre est in infantis educatione. Idcircò multum cõtere terrã, paulatim imbibe cum aqua de 8. in 8. dies: decoque in fimo, & postea mediocriter calcina in igne,& non tædeat te hoc multoties iterare: quoniam terra fructum non gerit absq; frequenti irrigatione. Et si trituratio non fuerit bona,donec aqua fiat vnũ cũ terra, corpus nihil proficit. Non ergo suspendas manum à tribulatione triturationis, vel à trituratiõne & assatione, donec aqua fiat sicca, & desiccata à terra alba: quoniam exsiccatio cũ forti trituratione & assatione terrã facit albam. Caueas tamẽ ne imbibas terrã,nisi paulatim, & paulatim cum longa trituratione,supple,post exsiccationem terræ: deinde est pondus in hoc vbique notandum, ne nimia siccitas,aut superfluus humor administrando corrũpat, vt videlicet tantùm assando decoquas, quantum dissolutio adiecit, & imbibendo dissoluas, quãtum assando deficit. Ideò omni vice post calcinationem terræ superfunde aquam temperatẽ,neque multũ videlicet, neque parũ:

A quia si multũ fuerit, fiet pelagus conturbationis: si verò parum, comburetur in fauillam: quare suauiter, & non festinanter de 8. in 8. diebus terram irrigabis. Decoques in fimo, & calcinabis, donec de aqua biberit quinquagesimam partem sui Et nota,ꝙ post imbibitionem debet inhumari per 7. dies. Itera ergo opus multis vicibus, quãquam sit longum,quoniam non videbis tincturã, neque profituum perfectum, donec sit comple B tum. Studeas ergo, cũ in omni opere fueris, omnia signa,quæ in qualibet decoctione apparent in mente tua recordare,& eorum causas inuestigare. Tres quippe sunt colores, niger, albus, & citrinus: cùm terra egreditur, nigredo imperfecta est, cũ nigra, completa. Qualibet igitur vice paulatim,& paulatim vigora ignem in calcinatione, quousq; terra egrediatur alba, ex ignis fortitudine. Nam sicut calor agens in humido pręstat nigredi C nem, ita agẽs in sicco generat albedinem. Idcircò si terra nõ fuerit alba, tere eam cum aquã,& postea calcina,reiteres,quoniã azoth & ignis latonem abluunt, & obscuritatẽ ab eo auferunt. Nam præparatio sua semper fit cũ aqua: ideò qualis limpida aqua,talis limpida terra,& quantò magis fuerit abluta terra,tantò magis alba. Ex multiplici ergo reiteratione imbibitionis cũ forti contritione, & frequẽti assatione aqueitatis Mercurij ma D ior deletur pars: scilicet aqueitatis, cuius residuum per sublimationis reiterationem similiter remouetur.

De Modo sublimandi & albificandi terram ex recapitulatione totius magisterij, Cap. XVI.

CVM autem terra exhauserit de aqua quinquagesimã sui partem, E citò illam sublima fortiori igne, quo poteris, donec ascendat sursum ad modum albissimi pulueris. Cùm autem videris terram sicut nix albissimam, & quasi puluerem mortuum aluthel spondilibus,& ad latera adhærere,tunc super eũ reitera sublimationem sine fæcibus inferiùs remanentibus: quoniã adhæreret pars illius fixa, & figeretur cum fæcibus, & nunꝗ per aliquod ingeniorũ genus posset separari ab F eis. Puluis autem ascendens à fæcibus superiùs est cinis à cinere,& à terra extractus, sublimatus, honoratus: quod verò remanet inferiùs, est cinis cinerum, cinis inferior vituperatur, damnatur, sicut fæx & scoria. Fac ergo agnitionẽ inter clarũ & limpidum eius: quoniam cùm albissimũ, vt nix, ascenderit, completum erit. Colliges ergo eũ cautè, ne euolet in fumum, quoniam ipsum est quæsitum bonũ. Terra alba foliata, congelans congelandum,& mundificans arsenicum: & sulfur album, quod Aristot dicit esse rem opti-

mam,quam recipere possunt Alchimistæ,vt de ea faciant argẽtum. Operare ergo cum ea ad Lunam, quoniam est completum,& hoc quidem modo perficietur sulfur album,non vrens.

Quomodo sulfur album fit rubeum, Cap. XVII.

IGITVR si ad aurum volueris sulfur rubeum, dissolue sulfur albũ superiùs collectum in aquam rubeam per contritionem, imbibitionem,& bonam decoctionem,dissolutum congela in lapidem coagulatum. Dissolue iterũ in aqua rubea, dissolue, & sublima totum per ignem fortissimum. Modus namque artificis opus deaurat,dirigit & coaptat quodcunq; in similitudinẽ pulueris. Ascendens sursum est sulfur albissimum: quod verò remanet in fundo deorsum, est sulfur rubeum,tinctum,vt scarlata. Et istud est secundum Aristot. sulfur optimum, non vrens,rubeum, ac clarũ, vt ex eo faciunt Alchimistæ aurum: hoc autẽ argentum viuum conuertet per artificiũ, secundum Aristot. in verissimum aurum. Ex his igitur manifestè relucet,Philosophos verum dixisse,ꝙ stultis videtur impossibile, scilicet ꝙ vnus est lapis, medicina vna, dispositio vna, opus vnũ, ac vas vnũ,ad albũ sulfur,& rubeũ simul,& semel faciendum. Videntes ergo omnes huius artis inuestigatores dictam albedinẽ in vase apparentem, mirati sunt stare rubedinem in illa albedine occultatam. Tunc autem nõ oportet illam rubedinem extrahere, verùm & coquere,quousque totũ fiat rubeum. Sic ego mane, quando video ꝙ vrina mea est alba,indigesta,statim cognosco, ꝙ parum dormiui,& repono me in lecto: somnó verò recepto, vrina citrinatur, quia citrinatio non est, nisi cõpleta digestione: hæc verò est verissima cõpositio albi & rubei sulfuris,non vrentis, quo per regimen quartũ completur elixir perfectum, ad omne diminutum perficiendum in solificum,& lunificum verum.

De Recapitulatione tertij regiminis, cùm sublimatur terra, Cap. XVIII.

NVLLVS debet sublimare terram ad opera sophisticorũ, sed debet sublimare ad elixir nostrum perfectum, & illa, quæ sublimantur duobus modis sublimantur,aut per se,quia spiritus sunt: aut cum aliis,quia se incorporant cum spiritibus. Mercurius enim cùm sit spiritus, sublimatur per se: terra verò nostra cùm sit calx,non sublimatur, nisi quia se incorporat cum Mercurio. Conuerte ergo calcem,& imbibe Mercurium,& decoque, donec fiat corpus vnum, & non tædeat te hoc ipsum multoties iterare: quia corpus nisi cũ Mercurio sit incorporatum,nõ ascendet sursum: ideò necesse est, vt,inquantum poteris, naturam suam subtilies,& cũ Mercurio fortiter pistes,quousque fiat vnum: quia sublimationem non facimus, nisi vt reducantur corpora ad subtilem materiã; scilicet vt sint spiritus: & ꝙ corpus sit leue,ad regẽdum in omnes res, siue in Solem, siue in Lunam, & hanc sublimationẽ facimus, vt corpora redigamus in suam primã materiam: scilicet in Mercurium & sulfur. Facimus ergo hanc sublimationem tribus de causis: vna est, vt corpus fiat spiritus de subtili materia & natura: secunda est,vt Mercurius se benè incorporet cũ calce: tertia est,vt totum sumat colorem album rubeum. Idcircò quandò calx sublimatur ad Lunã,debet esse alba,& Mercurius similiter albus,& calx,quando sublimatur ad Solem,debet esse rubea,& Mercurius similiter rubeus, igne calefactus, & debet esse puluis inceratus: quia nõ bene operatur aliquis ad Solem,nec ad Lunã,nisi tali modo,& cum Mercurio, quẽ sublimas ad Lunam,nõ commisceas vllam rem: quia Solis calor non intrat ad Lunam, nec de Luna ad Solẽ. Non mittas ergo Mercurium rubeũ ad album, nec albũ ad rubeum, sed pone vnamquamque speciem cum sua specie, & pone ad ignem accensum,& sublima totum,& nõ misceas illud, qđ remanet deorsum cum illo,quod ascendit sursum, sed pone vnumquodque ad partem: quoniam quod in fundo remanet, reiterabis ad sublimandum per Mercurij incorporamentũ,donec ascenderit totum, alioquin non ponas ipsum in magisterium. Alembicum,in quo sublimas Mercurium, sit vitreũ, & cucurbita terra vitreata,cuius os fundi sit amplum,vt possit Mercurius ascendere liberius. Alembicum verò cum cucurbita debet iungi ita, ꝙ Mercurius non possit exire: quia non sublimatur Mercurius,nisi per fumositatem aeris. Ideò si locum inueniret aptum,euolaret in fumum,& deperiret magisterium. Vide ergo quod diximus,vide,quoniam omnia verba necessaria sunt,& laudẽ digna. Hæc ergo sufficiant ad complementum sulfuris albi & rubei.

De quarto Regimine, quod est figere, & fermentum aliàs fixum est necessarium ad figendum, Cap. XIX.

QVARTVM verò lapidis regimen est figere album sulfur,& rubeum supra corpus fixum: scilicet vt sulfur album figatur super argẽtum: sulfur verò rubeũ figatur super aurum: quia secundum Pythagoram, qui argentũ viuum à corporibus extractum non coagulat in sulfur album patiens ignem, nullam viam exigit ad albedinẽ. Qui verò dictum argentum viuũ non coagulat in sulfur rubeum, patiẽs ignem, nullam viam exigit ad rubedinem. Non

Non ergo fatiges corpus tantũ in huiusmodi reb altis, ad quas peruenire nõ potest, vbi ista facere ignoras, quoniam in deuio erras. Prudenter ergo, & non casualiter operare: quoniam sine fermento nec exibit Sol, nec Luna, sed aliud, quod non permanet in essentia in cura naturæ, nisi occultaueris ipsum in corpore, de quo præparasti ab initio scilicet Solem & Lunam. Coniunge ergo ipsum cum eo, vt generet sibi similem, & fiat elixir id quod componis. Cùm autem coniunctũ fuerit cum suo corpore, nõ desinit in aliud agere, quousque conuertat totum. Iccircò, quando vis fermẽtare, misce sulfur cum corpore, vt totum sit fermentum: quoniam fermentum rediget sulfur nostrum ad suam naturam, colorem & saporem per omnem modum. Quare fermentum ad albũ erit album, & ad rubeum fermẽtum erit rubeum, quod patet: quia si posueris fermentũ argenti, cum sulfure auri, rediget ad suam naturam, sed nõ ad suum colorem. Similiter, si posueris fermentum auri cum sulfure argenti, conuertet ipsum non ad suam naturam, sed ad suum colorem, & conuerso: Non ergo misceas fermentum vnius sulfuris cũ sulfure alterius, quoniam fermentum auri, aurum est, argenti verò argentum. Et nota, quòd nõ sunt alia fermenta super terram: quia nunquam figit, quod nunquam fixum est, nec fuit.

Quòd pondus fermenti debet excedere põdus sulfuris, vel esse æquale, Cap. XX.

ICCIRCO in omni fermento debet notari pondus vtriusque, vt summa volatilis sulfuris non superet summam sui corporis: alioquin ligamentum sponsalitij verteretur in spiritus fugam non fixi, vnde dicit Plato, si purum sulfur proiiciatur supra multitudinem corporis, ita vt superhabeat potentiam conuertit ipsum citò in puluerem, cuius color erit, sicut corporis, super quod proiicitur spiritus, scilicet auri, vel argenti. Dicam ergo inferius pondera omnium, sed quia sulfura nõ possunt ingredi corpora, nisi mediante aqua, cùm aqua faciat medium inter sulfur, & fermẽtum in omni dispositione. Primò pones, vt dicit Auic. terrã, quoniam ipsa est iuxta fermentum: secundò pones aquam, quoniam ipsa est iuxta terram: Tertiò pones aerem, quoniam est iuxta aquam: Quartò pones ignem, quoniam est iuxta aerem. Veruntamen nõ ponas ignem in elixir ad album, quoniam elixir ad album tribus completur elementis, in quibus nõ est ignis: rubeum verò omnibus quatuor vtitur rotis. Aperi ergo & claude, solue & noda, ablue & desicca. Quoniam aqua est medium coniungendi tincturas illorum, scilicet olei, aeris & ignis: & dico ego nunc verbum Philosophicum. Si prius mittas oleum, mortificatamen in terra, quoniã aqua intraret: Si autem posueris aquam postea oleum stabit super aquam: si verò posueris aquam, & postea terram, erit aqua ponderosior quàm terra. Fige ergo aquam cum terra, vt ei adhæreat. Si vnum de quatuor occidisti, omnes sunt mortui: si vnus habeat de anima plus, quàm alius, nil valet. Appropria ergo fermẽtum, quod est anima, ante fermentationem, vt sit puluis calcinatus, solutus & induratus: quoniam si bene non præparas fermentũ, nil valet tuum magisterium.

Quæ sunt vtilitates magisteriorum, Cap. XXI.



SI non diuidis lapidem per quatuor elementa, nõ potest coniungi cum corpore: & si nõ misceas de ipso corpore cum eo, super ꝙ vis facere proiectionem in elixir, non colorabitur corpus, super ꝙ debet proiici, sicut decet: & si non sublimas totum quod mittis in elixir, erit aurum & argentum actu: & si non præparas corpus tuum, non sustinebit ignem: & si non caueas tibi in inducendo, & mollificando, non erit habile aurum, & argentum ad operandum. Iccircò calx, quæ mittitur in elixir, erit sublimanda, vt sit omnino simplex & viua. Cùm autem vis facere proiectionem de elixir, facias calcem de illa materia, cuius fuerit corpus, super quod ꝓiicere volueris: & mitte ibi fermentum, sicut suprà dixi. Si est aurum, de auro, si argentum, de argento: quoniam sponsalitium non est aliud, nisi quòd coniungas fermentum cũ corpore, quod ego dico: hi sunt sulfur album, & rubeum, de quibus dictum est, scilicet super quod vis ꝓiicere elixir. Et nota, quòd elixires sunt plures simplices, quæ debent fieri de lapide, & corpore: & fermentum, quòd misces in elixir, debet esse puluis bis, vel ter sublimatus. Nam quoties sublimabis aliquod corpus cum commistione sublimati spiritus, toties lucraberis in ꝓiectionem mille partes. In quanto ergo alleuias corpus tuũ, in tanto habebis melius, vt possis proiicere vnum pondus supra centum, & centum supra mille, & mille supra decem millia: & decem millia super cẽtum millia: & mille millia super decem numeros, & sic in infinitum.

Quomodo debemus seruare Quantitatem vniuscuiusq; , Cap. XXII.



CVM volueris lapidem nostrum præparare, scias quantum est de ipso, de aqua, de aere, de igne & de terra. Cùm fuerit calcinatus, erit in eo calor maior, siccitas maior, frigiditas minor, humiditas minor. Cùm fuerit

præparatus erit in eo calor maior, siccitas minor, humiditas minor, frigiditas minor. Cùm volueris ipsum conuertere, scias quantum amiserit de sua prima natura, in omni regimine: quoniam si nescieris, nil valet opus. Iccirco, quando reuoluitur, redigitur in frigiditate minori, humiditate minori, caliditate minori, siccitati minori: Cùm verò abluitur, redigitur in humiditate maiori, frigiditati minori, caliditate maiori, & siccitate maiori. Cũ verò reducitur, in siccitate, maiori, & calore minori, frigiditate maiori, & humiditate minori. Cùm figitur, redigitur in calore maiori, humiditate minori, frigiditate minori, siccitate maiori. Quippe, q̃a in fixione lapidis apponimus illi Mercuriũ calidum & humidum præparatum vltra illud, quem habuerit naturaliter ante suam solutionẽ. Intellige hãc reuersionem, solutionem vel lapidis differentiam de differentia in differentiãm, & cur hæc, & quomodo. Omne ꝙ mutatur, aut mutatur in melius, aut in peius, aut in simile sibi. Si mutatur in simile sibi, nullum est lucrum: si mutatur in peius, tunc est damnum: si in melius, tunc est commodum. Conuerte ergo lapidem de bono in melius, & erit elixir completum.

Quomodo elementa sunt corrigenda, & quomodo acquiritur fusio medicinæ non fundentis, Cap. XXIII.

IN coniunctione lapidis attende tres colores principales: primò nigrum, postea album, deinde rubeum. Obserua igitur diligenter, ne corpus tuum rubeat ante nigredinem, & pereat tinctura per combustionem: si verò rubuerit ante nigredinem, corrige errorem, decoquens omnia simul in aqua alba, donec conuersa fuerit in nigredinem: sic etiam facies, si rubuerit ante albedinem. Non ergo negligas inhumationis decoctionem, quoniam tollit combustionem, & perditã restaurat humiditatem. Si verò medicina non commiscetur, corrige per dissolutionem eius, quod ingreditur, & per commistionem ambarum solutionum, quod suo ingressu illi pro minimo coniungitur. Hæc autem solutio non per aquam, aut in aquam vulgarem completur: sed in aquam Mercurialem, & completur similiter per solutionem. Fusio facilis in rebus non fusibilibus, vt apertius ingrediantur, & alterentur cum complemẽto. Vnde medicinam calcinamus, vt citius soluatur, & eam soluimus, vt melius mundetur figura, & fundatur, ac vt ab ea suscipiant corpora meliorem impressionem aut ingressum & facilem fusionẽ dare materiei cum multiplici reiteratione solutionis spirituum non inflammabilium super illa, videlicet aeris & aquæ Mercurialis non fixorum. Aut cum multiplici reiteratione solutionis medicinæ non fundentis. Est tamen bona cautela ad fusionem præstandam medicinæ non fundentis, vt soluatur, & corpus fermenti, supple, albi vel rubei. De cuius intentione sit per eam mutari, & alterari: & etiã soluatur medicina: id est elixir, imò terra alba, supple, vel rubea, de cuius intentione sit ingredi cum alteratione: non fiet tamen omnium istarum partium solutio, sed quarundam: quoniam solutio earum non est aliud, nisi ꝙ in humidum reuertuntur, & sulfuris salsedines auferuntur. De hinc illud corpus, & non aliud corpus imbibatur vice post vicem, donec fundatur citissimè super laminam ignitam. Quoniam ex his Artificiorum ingenijs necesse est medicinam commisceri, fundi, ac etiam ingredi perfectè cũ alterationis complemento. Si autem metallum, quod cõuertere debes per medicinam, non fuerit sufficientis coloris, addatur plus de medicina ipsa: si verò de colore minus habuerit scilicet in Sole, quia Luna nõ pȏtest esse nimis alba, ponatur minus de medicina, & plus de metallo conuertendo. Si autem medicina non remanserit bene, quod est ex defectu fixionis, succurre per reiterationem solutionis & congelationis, atque per multiplicem non fixæ partis solutionẽ, super partem fixam, donec tamen ex ignis asperitate quiescat, & non fugiat ab igne aspero. Si nõ fundatur grauius, quod est ex defectu cerationis, succurre ei cum oleo: id est, aere, guttando guttam ad guttam super ignem leuẽ, donec fundatur, vt cera. Quoniam quando inceras, misces de re calida & humida magis, q̃ de frigida & sicca: & quando figis, misces magis de re frigida & sicca, q̃ de calida & humida: Ergo intellige, quæ dico, quoniam huius operis pfectio est naturæ permutatio.

De ponderibus obseruandis in fixione, Cap. XXIIII.

OMNIA sub termino definito, & dispositione certa consistunt: iccirco vnicuique pondus, & omnis mensuræ pondus in omni opere opus est. Caue igitur tibi in commistione elixiris & operare ibi sapienter, vt scias quantum debes ibi apponere de aqua, de aere, de terra, & de igne: Alioquin si secus feceris, opus nõ valebit: quia si ponis de terra magis, quàm opus fuerit, vel quàm requiritur ad elixir: mortificaret animam: quod si minus poneretur, faceret eas humidas nimis, & non figerentur. Similiter in aqua: quia si magis poneretur, vel minus, faceret simile damnum. Si plus esset, faceret humidum & malè: si minus, faceret siccum & durum: De aere si plus esset vel minus, simile damnum: si plus esset, coloraret nimis: si minus esset non haberet colorem. Ignis etiam lapidis simile

mile damnum faceret: quia si plus esset, cōbureret: si minus & parum esset, non siccaret totam humiditatem, quam debet desiccare: nec calefaceret: tamen ad album non ponas ignem, sed loquor de omnibus elixiris. Iccirco pondus vbique notandum est, ne nimia siccitate, aut humorum superfluitate magisterium corrumpatur. Quare fermentum iuxta adæquationis incrementum est semper apponendum: nam nulla erroris offensa nocebit, si ad illud pondus semper recurras. Quicquid igitur in elixir est grauius & stabilius per ipsius ponderositatem, sibi nomen terræ vsurpat. Non minus quoque fermentum: quia cùm sulfur coniungitur, terræ nomen assumit. Quæ verò sublimantur, & etiam euolant, aquæ & aeris sibi nomen tribuunt. Cùm ergo coniungis talia, vt figantur in terra, si ad album est, sit de terra plus, quàm de aliquo alio elementorum: alioquin terra non figeret spiritum, immò secum euolaret in fumum. Verùm illud fit plus secundum rationem iuxta adæquationis mensuram, verbi gratia: si est de aere vnum pondus, & dimidium: de aqua duo pondera debent esse, tria pondera de terra minus quarta. Et terræ fermentum sit ter tantum, quantum est sulfur album: vt si vnum pondus fuerit de sulfure albo, tria pō dera erunt de fermento. Quantum ergò fuerit aer & aqua, tantum debet esse de terra, supple, tria pondera de terra, minus quarta: de aqua duo, de aere vnum, & dimidium de igne. Dicam ergo breuiter, vt intelligas, ad Lunam pone tria pondera de terra, scilicet fermentata minus quarta, duo de aqua, de aere vnum & dimidium, & erit elixir completum. Ad Solem vero cū ipse sit calidior, Luna, deberit esse duo pondera terræ, tria de aqua, & tot de aere, & vnum pondus & dimidium de igne. Nam pondus ignis mediū est pondus aquæ, nec in hoc additio, nec diminutio: quoniam si sit multa aqua, & paruus ignis, extinguitur ignis: & si sit similiter multa terra, & paruus ignis, econtra, tamen est de aere, quia aer nutrit ignem, sicut aqua nutrit terram. Nam ignis viuit de aere, & aer de iuuamento aquæ, & aqua de iuuamento terræ. Fige ergo aquam in terrā, vt aer possit figi in aqua: quoniam si aquā occidisti, omnes sunt mortui: Veruntamen aqua non figitur sine terra: quia consurgit nullus vnquam sine semine fructus. In quo dum moritur semen, fructū dare fertur. Quoniam cum terra sit in se fixa, retinet secum, & figit alia elementa. Aqua verò cum sit humida & frigida, circundat terram, & constringit, & tenet eam: quoniam frigidum & humidum est siccitatis constrictiuum: verum tamen impressionem citò recipit, & citò dimittit. Siccum autem grauiter impressionem recipit, & difficilè dimittit. Ideo cum humidum & siccum se inuicem temperant, adipiscitur siccum ab humido per partium constrictionem, vel per continuationem, & facilem impressionem & acquirit humidū à sicco, vt firmiter teneat impressionem, & quod omnem patiatur ignem. Vnde propter hoc humidū prohibet siccū à sua separatione, & propter hoc siccum prohibet humidum à sua fluxibilitate. Aer verò circū dat aquam, & clarificat eam, vel rarificat terram, & tingit, vel figit ipsam, vt sit apta ad extensionem & fusionem. Ignis autem totum compositum maturat, subtiliat, rubificat, permiscet aerem, consolidat, ac terræ & aquæ constringit frigiditatem, vt ad incolumis redeant æqualitatē complexionis. Elementa ergo grauia, vt terra & aqua, plus iuuant ad fixionem, & tincturam: Non comedas igitur si non bibas, sed comede vnum, post aliud, secundum rationem: quia caliditas maior facit corpus citius, quā oportet. Non sis prodigus, non auarus: sed moderata pondera serues secundum æqualem & inæqualem complexionem. Intellige ergo, quæ dixi: quia nihil omisi, quod est verum.

De fixatione Elixiris in compositione ad album, & de reductione aquæ, Cap. XXV.

ILLVMINA corpus, antequam imponas animam: quia corpus, nisi sit ablutum, non retinet spiritum: sit ergo potus post comestionem, non autem comestio post potum. Alioquin facies ventrem humidum, & nō recipiet siccitatem, bene ergo fige bene com misce, & bene tinge, & sic totum habebis magisterium. Iccirco ciba tres partes purissimæ Lunę minutim limatæ cum duplo sui Mercurij albi terendo totum simul fortiter in mortario porfirico, donec Mercurius imbibat limaturam, & fiat quasi butyrum, ita vt nihil inueniatur de limatura: hinc ablue fortiter cum aceto, & sale comuni præparato, donec acetum inde purum exeat, & clarum: tunc ablue salem cum aqua dulci, & clara, & ad ignem siccata. Abhinc verò adde prædicti sulfuris sublimari, & congelati albi partem vnam, conterendo insimul totum donec redeat quasi corpus vnum: postea incera ipsum cum vna parte ipsius, scilicet suæ aquæ & mitte ad sublimandum, vigorando semper ignem paulatim, & paulatim, donec sublimetur, quicquid fuerit ex eo volatile: infrigidatum extrahe: & quod ad latera vasis superuolatum fuerit cum aliqua parte suæ aquæ reduc super fæces suas terendo, imbibendo, & assando donec fiat sicut pasta, & remitte ad sublimandum, ita continuè reitera contritionem, imbibitionem, assationem & sublimationem, vigorā-

do semper ignem, donec figatur terra cum duplo sui, de aqua, & nihil penitus sublimetur ab ipsa, & reducas semper quod superius ascendit super illud, quod inferius remanet fixum, quousque totum figatur deorsum. Nam sulfur fixum cùm sit coagulatur coagulatiuum naturaliter congelat suum Mercurium per frequentem sublimationem, vel sublimationis reiterationem super ipsum. Exemplum autem huius est terra & aqua, cùm aqua commiscetur cum terra, ipsa terra absorbet aquam sua siccitate, & inspissat eã aquam sua densitate, & eam facit sibi similẽ sua grossicitate: quoniam omne siccũ naturaliter appetit suum humidum, & in suis partibus fit continuatim. Vnde oportet experimentationem istius scientiæ ad plenum cognoscere vires naturæ, & eisdem firmiter adhærere: quoniam natura sufficiens est tibi, vel sibi: & similiter in omni, quo indiget, pro eadem sui perfectione. Ipsa siquidem, cùm sit sagax est solicita in creatione sui corporis, cuius solicitudinis non est finis. Sufficit ergo vobis, charissime, naturam sapiẽter disponere extrinsecus: quoniam ipsa sufficienter intrinsecus disponet ad sui operationem. Motus siquidem ipsius sunt adhærentes sibi viæ vni modo meliori, & certiori, qui possit excogitari, vt patet ex creatione cuiuslibet generati. Iccircò tardamentum, & præparamentum debent esse in Magistris Philosophorum, & operantium: quia natura motum præterire non poterit, nisi per contrarium impedita fuerit. Certum namque tempus est quod ipsa habet ad imprægnandum, pariendum, nutriendum, ac operandum. Vnde cùm terram habueris impræ gnatam, expecta partum. Cùm verò pepererit filium, nutrias eum quousque possit tolerare omnem ignem, & tunc poteris facere proiectionem de ipso.

De reductione aeris super Elixir ad album, Cap. XXVI.

IGITVR cùm aqua fuerit fixata, tere & imbibe eam imbibitione rorida, cum vna parte aeris sui, & pone ad sublimandum, faciens sub eo ignem primò lentum, postea fortiorem, quousque per cõtinuam sublimationis reiterationem totum figatur deorsum: tunc per diem ac noctem facies sub eo ignem fortem: secunda die cũ sua nocte fortiorem: Tertia die cum sua nocte fortissimum, sicut est ignis fundendi. Sic enim aer figetur cum aqua & terra: quia natura lætatur natura, & natura docet naturã præliari contra ignem per se combustibilẽ. Nam fugienti, obuiante perit fuga: quoniam auis plumata detinetur ab implumata deorsum in terra.

* * *

De inceratione Elixiris albi, Cap. XXVII.

ABHINC ergo extrahe de lamina crystallina, quam in fundo reperies lucidam, 3.1. tere, & cera inceratiõe vltima guttãdo super ipsam guttam ad guttam in tenui crucibulo super ignem leuem, de suo aere albo, iam dicto, donec fundatur, sicut cera sine fumo. Tunc proba super laminam ignitam, si se resoluerit velocissimè sicut cera, cerata est: si verò non, reduc ipsam ad cerandum guttam ad guttam de oleo suo albo, donec fundatur, vt cera sine fumo. Et hoc quidem est præceptum omnium Philosophorum, vt cùm per sublimationes fixaueris mundissimam terræ partem, reiteres sublimationẽ residuæ partis non fixę super eam fixam, donec ipsa similiter figatur: hinc tenta super ignem, si bonam dederit fusionem, tunc sufficienter sublimationem reiterasti. Si verò non, reitera super illam vice post vicem non fixæ partis sublimationem, donec fundatur citò, sicut cera sine fumo: tunc extrahe & infrigidari permitte: quoniam est elixir completum, impreciabile precium, conuertẽs omne corpus diminutum in infinitum solificum, & lunificum verum. Proiice ergo vnum pondus de eo super mille partes Mercurij cum sale & aceto abluti, & fiet pura Luna melior, quàm de minera. Sic etiam, si super imperfectorum corporum vnumquodque fuerit de eo proiectum, in verissimum transfertur argentum. Modos itaque huiusmodi compositionis verissimi elixiris tradidi vobis completo sermone, ad quam per illos potestis peruenire indubitanter. Solicitè ergo ad hos ingeniosos modos regiminis te exerceas, & eorum virtutem ad vnguem inuenies. Quod quidem nec per se, nec fortè miraculosè id fieri putes, sed arte perficitur in operatione. Operare ergo quodcunque volueris, quia vltra consiliũ istud non possum aliud dare.

De compositione Elixiris rubei, Cap. XXVIII.

EODEM modo fit elixir rubeum ad Solem, sicut albũ ad Lunam: pro qualibet re alba ponas rubeam, & loco limaturæ Lunæ pone limaturam Solis, & aquam Mercurij rubificatam prius cum igne lapidis. Nam in opere lapidis ad rubeum non intrabit, nisi rubeum, sicut in opere albo, nisi album. Solaris namque medicinæ, non vrentis, præparatum sit addimentum rubei sulfuris, per modum figentem, & calcinantem in triplo fermenti præparati cum astutiæ industria. Administrare rem perfectè per modum solutionis, & sublimationis multiplicem, cũ reiteratio-

reiteratione multa, quousque non fixum cũ fixo figatur deorsum: quoniam huius solutionis, & fixionis modus est per reiterationem partis residuæ, non fixę sublimationis cum fixo ingeniosè coniungendi per minima, quousque eleuetur cum ea, & iterato figetur cum illa, vt stet. Cùm verò tres partes aquæ suæ rubeæ fuerint secũ, per hunc modum sublimetur vice post vicem cum eo, donec figatur deorsum, & pone ipsam per diem ac noctem in igne tepidissimo, vt melius depuretur, & figatur in eo, hinc extrahe & cera eum in crucibulo super ignem lentum cũ oleo suo rubeo, guttãdo guttam ad guttam, donec fundatur, vt cera sine fumo cum eo stans, & penetrans profundius, tingens & permanens. Proiice ergo vnum pondus de ipso supra mille partes Lunæ vel Mercurij abluti cum sale, & aceto, & fiet Sol verissimus, in omni examinatione, & melior valdè, quàm de minera productus, quia aurum & argentum ipsius elixiris excedit aurum & argentum mineræ in omnibus suis proprietatibus. Vnde dicunt Philosophi, quòd aurum & argentum eorum non sint aurum, nec argentum, quod est vulgi: quoniam additur eis additio magna in tinctura, & perseuerantia in igne, & proprietatibus multarum vtilitatum ad omnem infirmitatem expellendam.

De multiplicatione Medicinæ, Cap. XXIX.

SI verò medicinas istas, cùm fixæ fuerint, & datis oleis suis albis, vel rubeis, donec fluxerint, sicut cera, dissolueris in Mercurio suo albo, vel rubeo, donec fiat aqua clara, & postquam in leui decoctione congelaueris, & cũ eorum oleis, & sic super ignem denuò ceraueris, quousque fluant, citissimè duplicabitur virtus eorũ in proiectione: & si eas, cùm solutæ fuerint, semel ad minus distillaueris, in centuplo augmentabuntur virtutes earũ. Modus verò multiplicationis medicinarũ est, vt dissoluas vnumquemque illorum spirituum in aquam suam per inhumationem singulariter, postea separa oleum earum per distillationem. Primò recipies aquam, postea oleum, deinde ignem, & remanebit terra deorsum: Reduc ergo aquam per sublimationem super terram, donec bibat eam scilicet aquam totam, & figatur cum ea: deinde imbibe eam ex oleo, & tinctura, donec figatur in ea, & etiam fundatur, sicut cera. Proiice ergo supra quod vis corpus, & ex eo tantum, quantum vis: quoniam in duplo multiplicabitur tinctura eius. Et si vna pars sui primò conuertit cum suis corporibus centum partes, secundò conuertit mille, tertiò decem millia, quartò centum milia, quintò mille millia in solificum & lunificũ verum. Vnde est notandum, quòd quantò plus soluitur medicina, & sublimatur, & congelatur, tantò melius, & abundantius operatur: quoniam in omni sua imbibitione, & sublimatione acquirit sibi decem in proiectione. Non ergo est fastidium in reiteratione solutionis, sublimationis & coagulationis: quoniam per eas medicinã melius digeritur, vnitur, figitur ac perfectius operatur.

Quomodo debemus intelligere solutionem, sublimationem & coagulationem, Cap. XXX.

VERVMTAMEN non putes, me docere solutionem hic, vt elixir reducatur in aquam, sed vt subtilies ipsum, inquantum potes. & diuidas suas partes in fixione coniunctas, suúmque siccum conuertas in humidum, & grossum in simplum: quoniam opus solutionis inuentum fuit ad sublimandum, & non propter aliud. Vnde coniunctio corporum cum spiritibus fit cum dissolutione, & non cum sublimatione: quia corpora non indigent, nisi sublimatione, vt melius cum spiritibus coniungantur. Eorum verò sublimatio est in aquam dissolutio: quia distillatio trahit lapidem de potentia ad actum, eo quòd facit omnino eum subtilem: vnde cũ corpus totaliter subtiliatur, spiritus vniuersaliter cũ eo coniũgitur, & nõ ꝑ aliquod ingeniorum genus abinuicem separatur. Quoniam confirmatio spirituum cum corporibus fit, cùm corpora fiunt subtilia, vt retinere possint spiritus. Et ideò, qui corpora poterit separare cum prima sublimatione, finẽ consequitur optimum, quoniam in coniunctione spirituum cũ corporibus tota debet esse intentio operantis. Et coniunctio eorũ, scilicet spirituũ, fit cùm corpora subtiliãtur, vt spiritus, & corpora fiunt subtilia per dissolutionem, contritionem, & assationem eorum cum spiritibus, intellige ergo, quæ dixi, quoniam vtile est totum, & nihil superfluum est in dictis meis. Si verò non intellexeris, itera lectionẽ multoties, vt totũ intelligas. Vide & intellige, & secundũ ea opera: quoniã quæcũq; diximus, veritati depréhẽdes esse cõsentanea. Quare nisi despicias, nec labor priuabitur fructu. Iccirco, si verè scripta non intellexeris, nõ me reprehẽdas, sed tuã ignorantiã calumnieris: quoniã infortunatus es, sicut ille, cui numquam aliquid tribuit, vel concedit boni.

* * *

De Modo faciendi proiectionem,
Cap. XXXI.

SED quia graue est, mille milliũ partes simul fundere: Cùm volueris proiectionem facere, hoc modo facies: Recipe centum partes Mercurij cum sale & aceto abluti, & pone in crucibulo super ignem: cùm autem cœperit feruere, pone vnam partem sui elixiris dicto modo præparati super cẽtum partes illius Mercurij abluti, & fiet totum medicina super alium Mercurium ablutum. Deinde proiice primã partem medicinæ istius congelatæ super 100. partes Mercurij abluti, in crucibulo feruẽtis ad ignem, & fiet adhuc totum medicina. Postea pone vnam partẽ istius medicinæ vltimò congelatæ super 100. partes Mercurij abluti, & fiet totum aurum, vel argentum in omni iudicio, secundum quod primum fuerit elixir rubeum, vel album, supple, præparatum, &, vt dictum est, compositum. Et hoc quidem est rosarius Philosophorum, ferens odoriferas rosas tam rubeas, quã albas extractas breuiter à libris ipsorum, nil habens superfluum vel diminutum, in infinitum perficiendum in solificum, & lunificum verum, secundum quod elixir fuerit præparatum. Sic etiam habet virtutem efficacem super omnes alias Medicorũ medicinas, omnem sanandi infirmitatem, tam in calidis, quàm in frigidis ægritudinibus, eo quòd est occultæ & subtilis naturæ: conseruat sanitatem, roborat firmitatem, virtutem, & ex sene facit iuuenem, & omnem eorum expellit ægritudinem, venenum declinat à corde, arterias humectat, contenta in pulmone dissoluit, & vlceratum consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat, & ea munda conseruat. Et si ægritudo fuerit vnius mensis, sanat vna die: si vnius anni, in duodecim diebus: si verò fuerit aliqua ex longo tempore, sanat in vno mense, & non immediatè. Hæc medicina super omnes alias medicinas, & mundi diuitias est sanè perquirenda: quia qui habet ipsam, habet incomparabilem thesaurum.

De Recapitulatione totius magisterij,
Cap. XXXII.

PERTRACTATIS igitur regiminibus totius huius summi operis, secũdum exigentiam sui sermonis, cum A causis omnibus sufficientibus: restat breuiter, vt teneatur memoriale, totum recapitulare sub completa breuitate sermonis. Dico ergo, quoniam totius operis intenti finis est, vt sumatur lapis in capitulis notus: & cum operis instãtia assiduetur super ipsum opus sublimationis primi gradus, vt à corruptibilitate mundetur, & impuritate purgetur. Demum cum eo soluto per ipsius additamẽtum album, vel rubeum reducatur, donec in B vltima sublimitatis materia perueniat, & vltimo volatile fiat. Ab hinc verò cum fixionis modis figatur, donec in ignis asperitatẽ quiescat. Demum verò fixum lapidem, cum non fixa parte seruata per modũ solutionis, & sublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum solutum, & iterato volatilem, ac iterato volatilem fixum, quousque fluat, & alteret in complemento solifico, & lunifico certo. Et in hoc completur arcanum C preciosissimum, quod est super omne huius mundi arcanum incomparabilis precij, & omnium Philosophorum thesaurus. Iccirco, charissimi Domini, exerceamini ad illud cum laboris instantia, maximè in diuturnitate meditationis immensæ: quoniam cum illa elixir completum inuenietis, & sine illa nunquam. Modos verò ipsius completo sermone vobis superiùs dedi: nõ sub ænigmate, sed sub plena sermonis serie, D discretionem vestram lucidè alloquendo: quoniã teste Deo sic libris philosophãtibus omnibus, & cunctis scientibus nihil in hac arte inuenimus melius, nec perfectius, quàm in ista breuitate suprascripta: tamen truncata quamuis intelligentibus satis sit prolixa. Et qui habetis istum librum in sinubus vestris recondite, nullique ipsum reueletis, nec manibus impiorum offeratis, quia secretum secretorum omnium Philosophorum plenarie E comprehendit: talis siquidem, & tanta margarita nõ est porcis, & indignis largiẽda quoniã est donum Dei magnũ, & Deus cui vult largitur ipsum, & aufert. Quapropter charissimi, qui habetis istum librum, digitis compescite labella, filij existentes Philosophorum, secretè reseruãtes rosarium Philosophorum, vt meritò appellari, & esse positis de numero sapientum antiquorum. F

***

ARNAL-

ARNALDI DE VILLA NOVA LIBER DICTVS, NOVVM LVMEN.

PROOEMIVM.

PATER & Domine reuerende, licet liberalium ſcientiarum ſim ignarus, neque ſtudio aſſiduus, nec in ſtatu maneam Clericali, voluit tamen Deus, ſicut cui vult inſpirat, mihi, quamuis immerito, ſecretum præexcellens Philoſophorum reuelare. Et quoniam exigunt veſtra nobilitas, probitas, prudentia, larga manus, vt quemadmodum aſsiduè profundæ ſcientiæ perſcrutando non recuſaſtis labores, ſumtus & ſtudia diuturna, ſic & vberem fructum. Ex qua in agro Philoſophiæ funditùs arbore conſequamini Dei dono. Ea propter veſtræ prudentiæ deſideratum lapidem, ſiue elixir, occulta fide per virum probum, mihi à Deo inſtitutum, oſtenſum, eiuſq; regimen, vt vidi, feci & tenui, reſerabo, ſciens quòd viſis & intellectis, quæ ſcribo, liquidè erit veſtro ingenio perſpicaci, quod ego nutu Dei ſecretum noui vulgariter ignoratum.

Hic incipit tractatus, in quo nominat Lapidem Philoſophorum, Cap. I.

INTELLIGE ergo dictũ Philoſophi, quòd actus agentium in patientis ſunt diſpoſitione, per quos intelligitur elixir fieri non poſſe, niſi ex materia ad hãc perfectam diſpoſitionem habente. Teſtificor autẽ vobis, huiuſmodi habilitatem ineſſe materiei, ex qua meis manibus, teſtibus oculis, per alienam tamen, vt prædixi, doctrinam factum fuit elixir, Saturnum conuertens in Solem: quam quidem materiam iam vobis nominaui, quòd eſt Philoſophorum magneſies, de qua Philoſophi extraxerunt aurum in corpore eius occultum. Et in qua argentum viuum de argento viuo & ſulfur de ſulfure inuenerunt, quæ eſt lapis in ſimilitudine & actu: ſed in natura non imitatur naturas lapidis. Quare dicitur Lapis nõ lapis, & eſt miſta tabeſci, dictum argentum viuum noſtrum, non argentum viuum in propria natura, nec adhuc in natura, ad quã deductum eſt per mineram. Sed arg. viuum noſtrum in natura, ad quam deducit illud artificium noſtrum, iſtud eſt æs noſtrum, ex quo fit tinctura vera: ex quo fit chabrichim, & veyæ coniugium, in quo eſt rex cũ ſua vxore: & hæc, quę ipſos emendant, in ipſo ære ſunt, vt per operationis documentum clarius patefiet. Iſte eſt ſpiritus, quo tingimus, & eſt corpus de quo in Turba dicitur: & iſta via, quæ dicitur argentum viuum, non habetur ex corporibus liquefactis liquefactione vulgari: ſed ex illa, quæ durat, quamdiu cõiuges vero matrimonio vniuntur: ſcilicet vſque ad albedinem. Hic eſt lapis, qui in verticem montium inuenitur, & dicitur meritò Mineralis. Animalis etiam fertur eſſe, quoniam animam habet. Quare dicitur in Turba, Æs, vt homo corpus habet & animam. Item omne, quod habet ſpiritũ, habet & ſanguinem. Item dicitur Spiritus, id eſt, argentum viuum, lator virtutum animæ: id eſt, ſulfur, per corpus & æs, id eſt, magneſies, ſiue terra, quæ ſpiritualis facta, dicitur aurum, quod erat in corpore magneſiæ occultatum. Quare dicitur, Fili extrahe à radio ſuam vmbram. Patet etiam, quòd applicari ſibi poteſt anima, cùm quaſdã oſtendat animæ virtutes. Mouet enim, & mouetur: agit, & patitur. Quare in Turba: O natura, qualiter omnibus immines, ac omnia ſuperas, & eſt acetum acerrimum, quod fecit aurum eſſe merum ſpiritum: & cùm corpori admiſcetur, fiet vnũ cum eo, & vertit ipſum in ſpiritum. Cùm enim dicatur animal, ergo vegetabile quid dicetur & meritò: nam in operatione vegetabitur de virtute in virtutem, ſubtiliando, depurando ſe, & colores in ſe meliorando, vſquequò optatum aſſumat ruborem, in quo eſt perfectio, virtutémque penetrandi capiat, & tingendi. Hoc autem animal herbel crocos, vel croceum lapidem vegetabilem, nutritum in montibus, errantes plurimi non cognoſcunt: venditur autem palàm minimo precio.

Sequitur Lapidis mundificatio, antequam ponatur in decoctione, Cap. II.

HOC opus, quod veſtro intellectui demonſtraui purum, mundum, amœnũ, ſincerum, rectum in tenues laminas coaptatum ſe oſtendit, quòd per ignis liquefactionem à minerali groſſitie expurgatũ, eleuationum modis ſubtile fit in relictis quibuſdam ſulfureitatibus aduſtionis, & terreſtreitatibus, & tenui fortiq; vnione permiſtis, & quibuſdam humiditatibus corrumpentibus exhalatis: cuius ſubtiliationis ſigna ſunt duo: vnum quidem, quòd eleuatus eſt ſpiritus citrinus, minus durus, lapis factus, aliquan-

tulum perspicuitatis habens. Aliud verò, quod remansit in vasis fundo, terra tenuis, & nigra. Aduertatur autem ad hoc, q in hac eleuatione, si rectè fiat, quiddam permanens inuenitur, quod debet per vim adduci, & su per abundanter volatilem eleuari; & parti, quæ residet, ex eodem, quod eleuatum est, reddi debet, donec fugiens totum fiat. Et tunc terra nigra prædicta remanet ex ambobus in lapidem prædictum durum citrinissimum iam conuersum. Non autem contentemini de volatilitate prædicta, donec inueniatur, quod tota massa lapidis prædicti igne eleuati reddita in suo vase per eundem continua: cùm ignis prædicti gradus contineat, sic quòd nihil in profundo mundum, nec sordidum resideat ex eadem. Dum verò sic perfectissimè eleuabitur, adimplebitur in operis philosophici perfectione, quam iubet scriptura, dicens: Suauiter cum magno ingenio ascendit à terra in cœlum. Item scitote, quòd cùm corpori admiscetur, fit vnum cum eo, & vertit ipsum in spiritum. Et Geber idem præcipit in capitulo de Tertij ordinis medicina, & omnes Philosophi idem clamant: & hoc opus à Philosophis nominatur Ablutio, per quã Achilesue: quoniam in eleuatione vterque ascendit in fumum, seu fumi speciem: & quia etiam liquatur hæc materia dum ascendit, patet eam esse de natura aquæ calidæ. Namque liquatur, & frigido coagulatur, & cùm à superfluitatibus denudatur, abluitur, imbibitur, & aquâ suâ, scilicet spiritu prædicto ab eodem germine procedente: hæc est ergo Philosophica dissolutio, quæ fit igne.

Sequitur Decoctio primi gradus, vsque ad albedinem, Cap. III.

ISTVD igitur rotundum spirituale factum, quod æs vertit in quatuor, balneum temperatum ingreditur, per quod corpus fit suaue, atq; continens ignem leuem, qui humiditatum est corrumpetium consumtiuus. Fieri ergo debet furnus talis dispositionis, quòd in eo lentus ministretur ignis, qui augmentari non possit, & vas materiã capiens, vitreum debet esse, coopertum ferro, vase eiusdem formæ, scisso per medium: & debet esse vas longũ cubito vno, strictum in summitate, vt strictura nihil permittat exhalare de spiritu, & longitudo fumos præcipitet, si quos eleuari contingat, & humiditates corrumpentes infra se consumat. Quorum furni & vasis quærenda est lilij visio, non scriptura: & debet calor vas vndiq; circuire, ita vt æqualitas vndique sit caloris, aliàs frustra balneum diceretur. Et in furni summitate debet esse foramẽ, per quod exire debet frustum vnum vitri rotundum, & longum, claudens orificium dicti vasis, in cuius frusti tactu cognoscitur, si calore congruo materia decoquatur. Et si fortè aliquis fumus infra vas iam dictum ascẽdere videatur, non permittit ipsum dosis dispositum exhalare, quantumcunque vas etiam teneretur apertũ. Quare dicitur à Gebero: Nunquam vnũ ab alio verè separatur, licet quo ad visum segregari, vel separari superficialiter videantur, nec vnum sine alio esse potest: nam sui spiritus temperati sunt per viam naturæ perfectæ, in tantùm, quòd ab inuicem non separantur. In hoc autem gradu caloris materia nigra efficitur, quoniam nigredinẽ efficit in humido calor agens. Quare in Turba dicitur: Videns autem nigredinem illi aquæ imminere, scito iam corpus liquefactũ esse: item primo in opere omnia denigrantur. Iste verò fructus ideò fit, vt caueatur ab igne nimio, quoniam intrusus calor perire facit, & compositum segregari: & ideò temperato debet igne prosequi. Decoquitur sicut puer lacte nutritur, & in hoc omnes conueniunt, & hoc etiam ostenditur in practica de diuersis coloribus, sub nigro colore contentis.

De Gradu ignis cùm apparuerit nigredo, Cap. IIII.

CVM verò totum est nigrum, continuetur ignis eiusdem gradus, donec albedo in ventre ipsius occulta appareat: nam sic approximat fixum. Notandum autẽ, quòd in ipsa nigredine multi colores apparent, de quibus nõ faciunt Philosophi mentionẽ. Nam quandoque totum fit viride, quandoque liuidum, quandoque violacei coloris; quandoque etiam ex vno latere vasis est viride, ex alio nigrum, vel liuidum intus, & viride extrà: hi tamen colores omnes sub nigro comprehenduntur. Et quoniam in eis nulla perfectio essentialis existit, ideò Philosophi principaliter tantùm inter cæteros colores nominant tres: videlicet quæ virtutes dicuntur animæ: scilicet nigrum, album & rubeũ. Quare in Turba veneramini regem, & suam vxorem, & nolite eos comburere, ne fugetis eos nimio igne, quoniam nescitis quãdo indigetis his, qui regem & suam vxorem emendant. Coquite eos, vt fiant nigri, deinde albi, pòst rubei: tandem tingens fiat venenum. Item fiat lapis albus combustione, & humore, seu liquefactione. Per aquam dicitur sequi mortificatio, quæ apparet in nigredine: primò apparẽtiæ, in qua mortificatione vniuntur spiritus, i. desiccantur. quia nisi corpora desiccentur, nõ apparent colores animæ, quæ nigredo & nubes appellantur. Item magnesies, cũ dealbatur, nõ permittit spiritũ fugere: quia natura naturam continet: humiditas ergo, q̃ curabat in decoctione

ne nigredinem se desiccatam ostendit, dum color albus incipit apparere. Nam in transmutatione nigredinis vidi, antequam perfecta dealbaretur, fuscam albedinem, quę brunus color vulgariter dicitur, quæ brunities vera albedo postea efficitur. Tunc autem durante brunitie Magister meus fregit vas, & lapidem, & inspexit eum intus & extrà, & inuenit brunum extrà: intus autem erat adhuc nigredo. Cuius causam mihi assignauit, quòd videlicet partes materiæ vasis lateribus adhærētes, magis senserant calorem sibi propinquum, quàm materia mediana: ideóque citius in colore cœperant transmutari. Et dixit mihi, quòd ista brunitas ascendebat, quòd albedo extrahebatur à nigredinis eius ventre, sicut in Turba dicitur. Cùm enim videris ipsum natum, scito quòd albedo ipsius in ventre nigredinis, primò apparentis, occulta est: & tunc te oportet illam nigredinem extrahere ab illa nigredine subtilissima eius: non autem miremini, quia adhuc materiam hanc voco Lapidem. Nam sciatis, quòd quãdiu durat albedo, & etiam assumta rubedine per longũ tempus stat durus, & in massę fortis speciem residet, quousque decoctionis continuatione per seipsam incipit dirui, & aliquantulum eleuari.

Sequitur Decoctio secundi gradus, vsque ad rubedinem,
Cap. V.

CVM igitur sic dimiserit hic lapis nigredinem, mutatur gradus ignis, & ponitur in alio furno subtilis dispositionis, in quo fortior adhibeatur decoctio. Calefacientes vas, & materiam circumquaque, & ibi decoqui debet: nam tunc suscipit veram albedinem, cum qua ibidem coquitur tandiu, donec albedine transmutata ruborẽ assumere videatur. Cauendum est autem, quòd iste ignis nõ sit intensior, quàm ad suum gradum spectet: nam in illo albo colore corpus & spiritus sunt verè coniuncti. Et si daretur decoctio in excessum, vltra debitum sui gradus, separentur vnita. Quare in Turba dicitur, Coquite, & cautè, ne in fumum vertantur, & procreent. Citrinantur autem, quando de albo colore in rubeum transmutatur. Citrinus autem color est medius inter album & rubeum. Oportet ergo eũ prætendi ante rubedinem verã, & de hac practica locuti sunt Philosophi, dicentes: Spiritus & anima non vniuntur, nisi in albo colore, quia tunc omnes colores, q in mundo excogitari possunt, apparent, & firmantur: & tunc in vnum colorem, scilicet albedinis, conueniunt: dealbatio enim est totius operis fundamentum, nec inde variatur in diuersos colores: videlicet veros, prætérquàm in rubeum, in quo est finis vltimus. Citrinatio enim, quæ fit inter album & rubeum, non debet dici color in perfectione. Approbantur autem per hæc omnia, quę prædixi, quę etiam vera esse mihi facti experientia demonstrauit.

Sequitur Decoctio tertij gradus, vsque ad calcinationem,
Cap. VI.

DVM rubescere incipit, ponitur ad decoquendum in alio furno, fortiorem perhibendo ignis gradum, donec intus & extrà vera rubedine perfruatur. Cuius signum est dirutio & eleuatio supradicta, de quibus in Turba dicitur. Post albedinem autem non potes errare: nam igne augmentato post albedinem, ante rubedinem ad cinerationem peruenitur. Item, videns autem illam albedinem supereminentem, esto ratus, quòd rubor in albedine illa occultatus est, & tunc oportet illud extrahere: verùm coquẽdo quousque totum rubeum fiat. Et si vobis dubium relinquatur, quare albedo à nigredinis ventre extrahatur, rubedo autem nõ ab albedine, licet sit rubeum decoquendo: declaro vobis hoc modo: quoniam durante nigredine, materia remanet, & est humida in natura, quæ humiditas se ostendit, apparente albedine, desiccari. Et nunquam etiam apparet albedo, donec humiditates corrumpentes sint omninò consumtæ. His ergo duabus de causis dici potest, quòd albedo à nigredine extrahitur: dum autem rubescit, nihil deuastatur, sed tantùm coquitur, & decoctione forti color rubeus incommutabilis apparet, in quo est perfectio. Quare in Turba dicitur, ex composito in spiritum rubeum verso, fit mundi principium. Item, spiritus tingens & viuificans intromittitur: postquam recessit humiditas corrumpens, non alitur, quòd sit peruentum ad dealbationem, seu ad albedinem: hoc ergo colore rubeo apparente, natura sui perfectionem ostendit occultam.

Sequitur Calcinatio, in qua vltimus gradus figendi complectitur, & tunc spiritus corpus est verè factus, verè permanens, & fugitiuum fugiens,
Cap. VII.

POSTQVAM hæc materia rubeũ habens colorem, dirui & eleuari incipit, ponitur ad calcinandum per flammam fortem reuerberiorum iam in terreo vase, in quo ignis gradu fixo completur, & permanens efficitur vera, atque perfectissima fixione. Quare Geber ait in cap. de Calcinatione, ꝙ spiritus calcinantur, vt fixiones fiant, & melius dissoluantur. & in cap. etiam de Tertij ordinis medicina, ipsam incipit calcinari. Et debet ignis

calcinantis in rigore permanere, donec puluis tactu impalpabilis fiat, intentissimũ habens ruborem. Quare in Turba sic dicitur: Scitote quòd cùm cinis est, optimè miscetur, eò quòd cinis ille recipit spiritum, & inclusus est ille humor per interiorẽ ignẽ, quousque croci, sicci vel combusti sanguinis, vel syrupi granati colorem assumat. Item, cum aqua introiuit in corpore, vertit ipsam in terram, deinde in puluerem, siue cinerem, si vultis perfectionem experiri, manu accipite: si enim impalpabilem aquam inueniatis, benè est, sin minus, iterate. Hic autem cinis rubicundissimus impalpabilis in seipso eleuatur, etiam crescit in modum fermenti, & separatur ab eo in calcinatione prędicta terra nigra subtilissima, & perlucida, quæ in fundo vasis est, sub dicto puluere rubeo reperitur: vnde dicebat mihi Magister meus, apparet perfectionem fixionis in hoc existere duabus de causis: vna quidem, quia per fixionem, & per calcinationis ignem, introducitur parua quantitas huius elixir super multas quantitates nõ permanẽtes corporis quę proiecta, confirmat in eis auri fixionem, quod non faceret, nisi fixio in ea superabundaret: alia verò, quia terra nigra prædicta in calcinatione separatur à commisto, quæ aliàs fuerat in tòto opere inseparabilis, propter fortissimam vnionem: & ideò necesse fuit per fortissimum artificium separari. Et si remaneret commista, propter sui impuritatem impediret puræ materiæ ingressum.

Sequitur cinis per calcinationem factus fusibilis & iterabilis lapis, qui est elixir completum,
Cap. VIII.

CINIS verò iste caret fusione: qualiter autẽ ingrediatur, vt tingat, certè liquefactio illi redditur, siue sudor per modum à Philosophis traditum. Quis ergo modus est ille? estne in aquam soluendo? certè non, quia Philosophi nõ curant de aquis tangenti adhærentibus, & id humectantibus. Quare dicitur in Turba: Incipientes autem, audientes aquam, putauerunt eam aquã esse vulgi, quòd si nostros libros legissent, scirent vtique aquam esse permanentem. Quomodo ergo aqua est verè, quæ tangenti non adhæret, sed superficiem discurrit, nihil humectans, sicut argentum viuum. Quis ergo faciet talem aquam? certè dico, quòd ille, qui nouit facere vitrum. Hæc enim materia nihil aliud est, quàm quæ de seipsa vult vt sibi adiũgi: nam omnia, quibus indiget, in se habet. Et si benè perpendantur, quæ prædixi, scietis ex hoc cinere habere lapidẽ rubeũ in intenso colore parum perspicuũ, frangibilem, cum modico ictu fusibilem, penetrantem, ingredientem, & perpetua citrinatione tingentem: cuius vnum pondus centum millia, & plus Saturni conuertit in Solem. Est autem in proiectionis modo subtilitas, quà ignorata, elixir tenens non proficit ex eodem.

Conclusio totius Epistolæ,
Cap. IX.

ERGO Pater, ne mireris, si in hoc Opere multi errant: quoniam iuro tibi, me nunquã vidisse quenquam, præter Magistrum meum, qui in debita applicaret materia opus suũ, sed conantur ad impossibilia in materiis, ac si de cane crederent hominẽ generare. Quid mirum ergo, si reddant in operibus mendaces? Nam de lapide & in practica operis dubia subtilissima multa restant. Verè autẽ credas, quòd in libris suis posuerunt Philosophi veritatem: sed post mortem scribentis cuiuslibet scripta eius, ab aliquib. malè intellecta, quæ tamen ipse, si præsens esset, speculatiuè exponeret, iuxta verbum, & verificaret per operis effectum. Ego autem tuæ prudentiæ per omnia exposui totum opus, & prædicta Philosophorum aliqua approbaui, licet pauca allegare curauerim: nec absre, quoniã præsumo te scripta Philosophorum omnia in scrinio pectoris inclusisse. Et sic non dubito, quin dictis meis ea omnia sis applicaturus, sicut ego per experientiam, quam vidi, scripta Sapientum intelligo, aliàs non noturus. Paucis itaque scripsi, cùm mihi persuadeam te fundamentum scire, & propterea facilè consequeris intentionem huius operis. Et sufficit mihi, quòd tibi soli meus patet intellectus, & non mecum migrare queat huiusmodi veritas ab hac luce. Ob paternitatis tuæ reuerentiam nouũ hoc Lumen edidi super ea: quoniam inter mundi cæteros te elegi hac re meo iudicio digniorem, & Altissimus te peruenire faciat ad optatum.

* * *

LECTORI S.

NON omnibus operam nostram, in Arnaldi editionem collatam, omninò probatum iri, minimè dubitamus: omnibus enim quis vnquam satisfecit? Sed cùm non inepti Lectoris iudicio Arnaldi scripta omnia subiicere voluerimus, neque hoc de Sigillis tractatu, quem non sine rationibus expungere potuissemus, defraudare quenquam volumus: suo quilibet rectè & in hoc & in aliis vtatur iudicio. Vale.

ARNALDI DE VILLA NOVA SIGILLA.

Primum Sigillum Arietis.

IN nomine viui Patris Domini nostri Iesu Christi, accipe aurũ purissimũ, & fundatur Sole intrante Arietem: scilicet 15. Cal. Aprilis: pòst formetur inde sigillum rotundum, & dum formabitur in rotundum, dicas: Exurge lux mundi Iesu verè Agnus, qui tollis peccata mundi, & illuminas tenebras nostras. & dicatur Psalmus, Domine Dominus noster, &c. & cùm factũ fuerit, reponatur, & pòst Luna existente in Cancro, vel Leone, sculpatur in eo ab vna parte figura Arietis, dum Sol est in Ariete, & in circumferentia, Arabel tribus Iuda, 5. & 7. & ex alia parte in circumferentia hæc sacratissima verba sculpantur: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. & in medio, Alpha & omega, & Sanctus Petrus. Valet autem istud preciosum sigillum contra omnes dæmones, & inimicos capitales, contra maleficia, & valet ad lucrum & gratiam acquirendam: in omnibus subuenit periculis & vectigalibus. Valet contra fulgura & tempestates, inundationes aquarum, contra impetum ventorum, & pestilẽtias aeris: qui portat eum, honoratur, & timetur in omnibus causis: in domo, in qua fuerit, nullus illi domui, nec habitantibus nocere poterit. Valet dæmoniacis, phreneticis, maniacis, squinanticis, & omnibus passionibus capitis, & oculorum, & illis, quibus rheuma descendit à capite: &, vt vniuersaliter dicam, omnia mala auertit, & bona confert: & qui portat eum, caueat, inquantum poterit, ab immunditia & luxuria, & ab aliis peccatis mortalibus, & portetur in capite cum reuerentia & honore.

Secundum Sigillum Libræ.

Accipiatur aurum purissimũ, & fundatur: pòst formetur sigillũ rotundum, & dum formabitur, dicas: Exurge Domine in starere, & exaudi vocem meam, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. & dicas Psalmum, Dominus illuminatio mea, &c. quod cùm factum fuerit, reponatur, & hoc fiat Sole intrante in Libra: videlicet 15. Cal. Octobris: & pòst Luna existente in Capricorno, vel in Aquario, sculpatur ab vna parte figura hominis, in manibus tenens librã, ad mo-

A dum crucis, Sole existente in Libra. & in circumferentia sui sit, Heli, Heli lama Sabatani, consummatũ est: ab alia parte in circumferentia, Iesus Nazarenus Rex Iudęorum. & in medio, Michael, Ioth, Matthęus, Vau. Valet autem istud signum sacratissimum contra insidias dæmonum in terra, & in mari: à morte subitanea liberat portantem: qui portat eum, erit mansuetus, misericors, sapiens, honestus, & ad dandum consilia vtilis. Valet etiam ad lucrum acquirendum in mercaturis quibuslibet: valet ad dilectionem tam virorum, quàm mulierum bono zelo: & qui eum portat cum sigillo Arietis, iniustè non poterit coram Principe accusari. Valet contra infirmitates, quæ fiũt ex sanguine, & contra impetus ventorum, & marium inundationes: contra dolorem renum: in domo vbi fuerit, maleficia & sortilegia illi domui non nocebunt, & valet ad multa alia. Et qui eum portabit secum, securus per mare nauigabit, implorando semper Dei misericordiam: & ab eo de peccatis veniam postulantem: portetur autem cum Dei reuerentia, & timore.

Sigillum tertium Tauri.

Accipiatur aurum vel argentum, & fundatur Sole existente in Tauro, & fiat inde sigillum: & quando cum malleo ferietur, dicas: Exurge Domine Deus meus, adiutor meus. Psalmus, Cœli enarrant gloriam, &c. pòst sculpatur ibi ex vna parte figura Tauri, & in circumferentia signi Tauri, Theonel, Sanctus Paulus. & ex alia parte in circumferentia, Benedictum sit nomen Domini Iesu Christi. & in medio, On, Ioseph Oytheon. Valet aũt in generali sigillum Tauri contra ophthalmias oculorũ, tumorésq;, & omnes malas dispositiones eorũ, & squinantiæ, & omnibus passionibus colli & gutturis.

Sigillum quartum est Geminorum.

Sole existente in Geminis, accipe aurum, & fac sigillum rotundum, vt suprà, & dum fiat, dicas: Exurge Domine, Sol in facie in pręcepto quod mandasti, & synagoga populorũ circũdabit te. Psalmus, Domine Deus meus in te speraui. Valet hoc sigillum in generali ad cancrũ, condilomata, ficum, & ad chyragram, & ad omnes passiones humerorum, brachiorum, manuũ, & ad multa alia. Et dum Sol est in Gęminis, sculpatur in eo

ab vna parte figura Geminorũ, & in circumferentia Chimel: Sanctus Andreas. Et ex alia parte in circumferentia, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: & in medio Iother salus.

Quintum Sigillum est Cancri.

Sole existente in Cancro, accipe aurum, vel argentum, & fac inde sigillum: & dum ferietur, dic: Exurge Domine Deus meus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum. Psalmus, Confitebor tibi Domine, in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. & ab vna parte sculpatur in eo figura Cancri: & in circumferentia sculpatur, Ego sum resurrectio & vita, q credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. & in medio, Adonay vita. Valet in generali ad omnes passiones pectoris, stomachi, cordis, pulmonis, venarum & arteriarum, costarũ, ad pleuresim, & ad vomitum sanguinis.

Sextum Sigillum est Leonis.

Accipe aurum 11. Cal. Augusti, & fac inde sigillum vt suprà: & sculpatur in eo forma Leonis, obseruatis conditionibus, quæ supradictæ sunt in primo sigillo Arietis, & dum malleo feritur, dic: Exurge Leo de tribu Iuda, & intende iudicio meo Deus meus, & Deus meus in causam meam, & discerne causam meam. Psalmus, Iudica me Deus, & discerne causam meam, &c. Et ex parte Leonis in circumferentia sigilli Leonis, Choel, Sanctus Iacobus. & ex alia parte in circumferentia: Vicit Leo de tribu Iuda: radix Dauid, alleluia. & in medio, Heloy, sadoy. Proprietates huius sigilli in generali sunt hæ, valet ad omnes passiones stomachi, laterũ, dorsi, renum, & menstruis multis: contra ardorem Solis, & febres acutas, & peracutas: contra omnia apostemata, & multa alia. Portetur in renibus.

Septimum sigillum est Virginis.

Accipe ergo purũ aurum Sole existente in Virgine: videlicet 11. die Cal. Septembr. & fiat inde sigillum rotundum, vt suprà de aliis, & sculpatur in eo figura Virginis, dum Sol erit in Virgine. & dum malleo ferietur, dicas sic, Exurge Domine adiuua nos, & libera nos propter nomẽ tuũ. Psalmus, Deus, auribus nostris audiuimus, &c. & ex parte Virginis in circumferẽtia, Kyrieleyson, Sanctus Lucas. & ex alia parte in circumferentia sculpatur, Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. & in medio, Pantuel, Emanuel. Proprietates huius sigilli sunt hæ: quoniã defendit portantem à dolore ventris, & colica passione: citò sedat horripilationem, & typum febris, & cephalalgiam, & dolorem intestinorũ soluit: & ad membra alia. Sigillant autem ex eo, & ex aliis medicinis.

Sigillum octauum est Scorpionis.

Sole existente in Scorpione, scilicet 11. Cal Nouemb. accipe aurum vel argentum & fac sigillum rotundum, & dum malleo ferietur, dic: Exurgã Domine, Dominus gloria mea: exurge psalterium & cythara, exurgam diluculo. Psalmus, Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. & sculpatur in eo figura Scorpionis: in circumferẽtia, Dayabel, Sanctus Philippus. & ex alia parte in circumferẽtia, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. & in medio ananelon, Pax. Virtutes in generali sunt hæ: valet contra quartanã & quotidianam, cõtra malas dispositiones neruorum, & ventris, & vesicæ: contra epilepsiam cum aliis antidotis mistum & propinatum. Valet etiam languidis & phthisicis, & omnibus infectis.

Sigillum nonum est Sagittarij.

Die 15. præcedente Cal. Decemb. accipiatur aurum purũ, & fiat inde sigillum rotundum, & dum malleo ferietur, dicas: Exurge Domine Iesu Christe, in occursum meum, & vide, tu Domine Deus virtutum Israel. Psalmus, Eripe me, Domine, de inimicis meis, &c. & sculpas in eo figuram Sagittarij, dum Sol erit in eo. & in circumferẽtia Sagittarij, Scarphiel, Sanctus Spiritus, Sanctus Iudas. & in alia circumferẽtia sic, Iesus aũt transiẽs per medium illorum ibat. & in medio, Sabaoth, Acatiathos. Valet autem in generali epilepticis, dæmoniacis, maniacis, artheticis, sciaticis: & contra febrem de cholera putrefacta, & ad multa alia.

Sigillum decimum est Capricorni.

Sole existente in Capricorno accipe aurum, vel argentũ, & fiat inde sigillũ, & dum fiet, dicatur: Exurge Domine Deus meus, & libera me: quoniam tu es spes mea, & patientia mea à iuuentute mea. Psalmus, Deus in adiutorium meum intende, &c. & sculpatur in eo figura Capricorni, dum Sol erit in eo. & in circumferentia sic, Chanariel, Sanctus Bartholomeus. & in alia circumferẽtia scribatur sic, Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. & in medio, Iesu brasim. Virtutes in generali sunt: valet enim contra morsus venenosorum animalium & rabidi canis, & contra guttam in genubus.

Sigillum vndecimum est Aquarij.

Die præcedente 13. Cal. Febr. accipe aurũ, & fiat inde sigillum rotundum, & dum malleo ferietur, dicas: Exurge Domine Deus noster, excita potẽtiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Psalmus, Qui regis Israel, intende, &c. & dum Sol erit in Aquario, sculpatur in eo ex vna parte figuræ Aquarij, Sadachiel,

chiel, S.Thomas. & ex alia parte in circumferentia, Ecce Agnus Dei, ecce q tollit peccata mũdi. & in medio Vsion, Ioth, Heth. Virtutes autẽ huius sigilli in generali sunt hæ: portantibus sigillũ nulla res q̃ serpit nocere potest, vel appropinquare: & valet ad lacrymas oculorum, & ad obscuritatẽ visus: & ad dolorem tibiarum & crurium: & ad omnes infirmitates, quæ sunt ex sanguine infecto, & ad multa alia.

Sigillum duodecimum est Piscium.

Sole existẽte in Piscibus, accipiatur aurũ vel argentũ, & fundatur, & fiat inde sigillũ, & dum fiet, dic: Exurge Sol iustitiæ, domine Iesu in requiẽ tuã, tu es arca sanctificationis tuæ, virgo Maria. Psalmus, Memento Domine Dauid, &c. pòst sculpatur in eo figura Piscium, Sole existẽte in eis & in circumferentia, Malthiel, S. Marcus, S. Mathias. & ex alia parte in circumferẽtia sculpatur, Qui credit in me, etiãsi mortuus fuerit, viuet: consummatum est. & in medio sit Aglatheos. Valet istud sigillũ in generali podagricis, doloribus pedũ, glaucitati oculorũ, & passionibus eorũ, ad gangrænas, fistulas, & vulnera saniosa, ad omnes infirmitates saniosas, quæ sunt inflatæ vbicunq; sint, & vndecunq; fluant.

ARNALDI DE VILLA NOVA MAGISTERIVM ET GAVDIVM, AD INCLYTVM REGEM ARAGONVM, QVOD QVIDEM EST FLOS FLORVM,

Thesaurus omniũ incomparabilis, & Margarita, in quo reperitur veri compositio & perfectio elixir, tam ad album, quàm ad rubeum componendum, videlicet ad Solem & Lunam, sub compendio declaratum.

SCIAS charissime, ꝙ in omni re, quæ sub cœlo est creata, sunt 4. elementa, nõ ꝑ visum, sed ꝑ virtutem: vnde Philosophi sub velamine sciẽtiæ elemẽti, istã scientiam tradiderunt, & ad literã non intelligentes, operãtur ex sanguine, capillis, ouis, & vrina, necnõ multis aliis: & ex illis primò extraxerunt 4. elemẽta, vt cũ eis opus perficerent, separãdo primò ꝑ destillationẽ ex prædictis aquã claram, deinde oleũ in superficie citrinũ, qđ dicunt ignẽ & aerẽ continere, & terra nigra in fundo remanet. Postmodũ cũ aqua terram abluunt, & dealbant imbibendo ipsam, & decoquendo aquam illam toties, donec terra dealbetur. Deinde reducunt oleũ illud ad ignẽ paratũ destillãdo, quousq; dicta terra totũ bibat: s. aquã, oleũ, & tincturã: & istam terrã, siue cinerẽ proiiciunt super corpus fusum, videlicet super cuprũ, aut aliud, & nihil inueniũt. Et tamẽ faciunt & operantur, secundũ qđ Philosophi dicũt in libris suis, & sic in errorẽ ceciderũt, nõ inuenientes introitũ. Illorũ aũt error est, quia certũ est, ꝙ nõ generatur ex homine nisi homo, nec ex equo nisi equus: similiter nec ex aliis animalibus, nisi sibi similia. Cũ igitur ista sint à natura metallorũ penitus aliena, impossibile est ex ipsis fieri generationẽ ex metallis: qa metalla nõ generãtur, nisi ex spermate ꝓprio. Argentum aũt viuũ est sperma metallorũ, & origo eorum, prout dicunt omnes Philosophi, & etiam vsus & ratio docet, prout inferiùs declarabo. Istã aũt prædicta, videlicet sanguis, capilli, oua, vrina, & cætera vegetabilia nõ sunt arg. viuũ: ergo ex ipsis est impossibilis generatio, seu transmutatio metallorũ: non sunt igitur prædicta lapis noster, licet sint exẽpla. Sunt alij, q accipiunt 4. spiritus, s. arsenicum, sulfur, arg. viuum, & sal armoniacũ: & dicuntur spiritus, quia ab igne fugiunt, & euolant in fumũ, & ista accipiunt loco 4. elementorũ, vidẽtes ꝙ Philosophi dicũt in libris suis, scientiã esse in spiritibus, & istos subiacẽtes, vt sint naturæ aereæ, vel naturæ aereæ efficiãtur, fixant postmodũ calcinando, vt sint naturę terreæ, soluũt, vt sint naturę aqueæ, destillãt, vt sint naturę igneæ. Et ista cõponunt iuxta libros, credẽtes habere scientiã elementorũ, & composita simul cõponunt supra cuprũ, & nihil inueniũt, sed vt primi in errorẽ sunt lapsi. Et causa errorũ illorũ est multiplex, quarũ duę sufficiunt quo ad præsens: vna, qa, vt prædictum est, ꝙ metalla nõ generantur nisi ex suo spermate: ista aũt nõ sunt sperma metallorũ perfectorũ, excepto arg. viuo: ergo ex eis est impossibile fieri generatio, vel trãsmutatio in metallis. Itẽ qa sulfur & arsenicũ citò cõburũtur in igne, & ab ignis combustione in carbonẽ transferuntur: qũo ergò exspectabitur de eo bonũ, cũ citò comburatur, & in carbonẽ reducatur, nec aqua expectari debeat: Igitur patet subtiliter intuẽti, ꝙ nec ista ꝑ se, nec iuncta cũ corporibus, neq; mista cum oleis extractis ab ouis, sanguine, capillis, vrina, vel aliis vegetabilibus, nec mista adinuicem sunt lapis noster, aut medicina nostra: & hoc ꝓpter rationes prædictas, qa ad generationem hominis nõ fit alicuius commistio rei, nec ad generationẽ animalis, nec ad generationem plantę, nisi suis ꝓpriis seminibus, aut spermatibus. Quare magisteriũ nostrum commistione alicuius non indiget extranea. Quidam credunt in salibus, seu aluminibus scientiam inuenire, & ea soluũt, & calcinãt,

[illegible]unt & preparant: & aliqui per se solum proiiciunt super corpora imperfecta. Alij simul miscent cum spiritibus, vt dictum est. Præparant autem cum corporibus præparatis, & nihil inueniunt: & causa illorum errorum est similis præcedentibus. Quidam ex solis corporibus credunt medicinam elicere, & præparant ea calcinando, soluendo, congelãdo, & proiiciũt super corpus, & decepti sunt: & error illorũ est, quia sperma metallorũ ab initio nõ acceperunt, sed corpus, vt est in natura sua. Ex rationibus ergo dictis apparet, ꝙ non in sanguine, nec in ouis, nec in capillis seu vegetabilibus appareat, aut habebitur sciẽtia nostra, nec in spiritibꝰ prædictis per se, aut salibus, atramẽtis, aut alijs huiusmodi quibuscũq;. Quidã subtilius inspiciẽtes, cõsiderauerũt arg. viuũ esse principiũ metallorũ, & ipsorũ origo in caloris sulfure inuenitur: decoxerunt & sublimauerunt per se argentum viuum & fixauerunt, & præparauerunt, at nihil inuenerunt. Causa verò erroris illorum est, quia sperma viri non prodest, nec fructum affert: nisi proiiciatur in matricem mulieris: sic etiam Mercurius qui sperma est, non prodest, nisi proiiciatur in matricem corporum, vt ipsum maturent. Quidam ipsum cum corpore amalgamando miscuerunt, & lauerunt tandiu aqua dulci, donec in eis apparuit, quod in corpus mũdum sit redactum. Illud autem coxerunt vsq; in finẽ, credẽtes quod arg. viuũ cũ tali corpore misceatur, sed nihil inuenerũt: quia corpus immũdũ inuenerũt, & arg. viuũ euanuit: sed corpus fuit mũdius, q̃ fuisset. Causa ergo erroris illorũ est: quia sperma nõ iũgitur cũ corpore, nisi Luna mediante: quoniã anima est mediũ inter spiritũ & corpus ipsa adinuicẽ coniungẽs. Anima autẽ fermentũ est, quia sicut anima corpus viuificat hominis, sic fermentũ corpus mortuũ, & à natura sua penitus alteratũ viuificat. Vnde anima obtinet principatũ, exercẽs vires suas: sed quid sit fermentũ infrà dicetur. Quidã miscẽt corpora imꝑfecta cum corporibus ꝑfectis, & ponũt in examine credẽtes ꝙ id, ꝙ est bonum & purũ in corporibus imꝑfectis, cum ꝑfectis remaneat, & residuũ euanescat. Hęc autẽ nõ vidẽtes illusi sũt, & cecidit in eis cogitatio praua. Causa illorũ erroris est: qa corrũpẽs corpora imꝑfecta impedit, ne ꝑficiantur. Et nota, ꝙ hîc oporteret habere duplicẽ virtutẽ, quæ separaret terrã sulfureã comburentẽ à cõmisto, & quæ conuerteret iã separatã ad naturã suam. Hanc autẽ virtutẽ corpus in sua crassitie habere non potest. Hæc omnia tentauerunt cõmuniter operantes, prout & ego tentaui iam, & in stupore adducti sunt, tanq̃ de scientia desperati, & intellectus imbecillitate magisteriũ relinquẽtes. Nunc autẽ scire te volo, ꝙ materia omniũ metallorũ, & eorũ sperma est Mercurius decoctus, & inspissatus in ventre terræ, calore sulfureo decoquẽte, & secundũ varietatẽ sulfuris, & ipsius multitudinẽ in terra, diuersa metalla generãtur. Semper tamen eorũ materia est vna, & eadẽ essentialiter: solo tamen differũt accidẽte. s. decoctione maiori, aut minori adurẽti, vel nõ adurẽti, seu comparatis: & in hoc omnes Philosophi cõueniũt, & adhuc tibi hoc charissime fili, clarius demonstrabo. Certũ enim est, ꝙ omnis res est ex eo, vel de eo, in ꝙ resoluitur: exẽpli gratia: Glacies, vel nix conuertitur in aquã mediãte calore: ergo prius fuit aqua, q̃ nix, vel glacies: sed omnia metalla conuertuntur in arg. viuum: ergo prius fuerunt argentum viuũ. Modum autẽ conuertẽdi ipsa in arg viuum inferiùs te docebo. Hoc autẽ supposito, ꝙ metallum possit resolui in arg. viuum, soluitur opinio illorũ, qui dicunt: spiritus & alias species, in elemẽta, & naturã metallorũ transmutari non posse: quia hoc verum non est, vt ipsi asserunt, nisi ad primã materiã reducantur. Reductio ipsius ad primam materiã est facilis, & tibi inferius ostẽdam: ergo transmutatio est facilis, & possibilis metallis. Item ostendo tibi, ꝙ multiplicatio in metallis est possibilis: nam omne crescẽs & nascens multiplicatur, vt patet in plãtis, & arboribus. Nam ex vno grano mille grana procreantur: ex vna arbore infiniti ꝓcedũt ramusculi, ex quibus fiunt diuersæ arbores & infinitæ, & sic suũ numerũ augent, & multiplicant. Metalla autem in terra nascũtur, & crescũt: ergo possibilis est in eis augmentatio & multiplicatio vsq; in infinitũ.

Ostendi tibi, charissime fili sapientię, si ea, q̃ dicta sunt, intellexisti errores omniũ operantiũ cõmuniter cum causis suis, & affirmaui hoc esse verũ demõstratione aperta, & lucida. Nunc Dei auxilio ad practicã veniamus. Dico tibi, charissime, ꝙ oportet corpora primò ad primã materiã reducere, ad hoc, vt fiat generatio, seu multiplicatio in eisdẽ. Animaduerte ergo in his, quæ tibi describũtur Accipe cupri lib. 1. & fiat ex eo limatura munda, & misce cum 4 ℔. Mercurij terendo in mortario cum sale modico, & aceto, quousque simul amalgamentur. Cùm autem cuprum fuerit optimè coniunctum, adiunge hinc bona quantitate aquæ vitæ, hoc est, 12. partes, vt si massa fuerit lib. 1. aqua vitæ sint 12. partes, pone totum in vrinali super ignem debilis cineris inferius lentissimè ad ignem per diem naturalem: tunc dimitte infrigidari: & cùm frigidum fuerit, cola aquam tuam cum omnibus, quæ in ea sunt per pannum lineum, donec exeat & transeat per pãnum de aqua id, ꝙ de corpore resolutũ fuerit, & nõ ꝑ filtrũ: quia nõ exiret resolutio corporis per filtrũ, & pars q̃ poterit exire, exeat, & pone ad partẽ: deinde accipe id quod remansit in panno, & iterum cum noua aqua bene-

benedicta repone ad ignem in vase prædicto per diem & noctem, vt priùs, & cola, vt suprà dicitur, & aquam secundam cum prima ad partem pone, vt suprà, & sic toties reitera, quousq; opus ad aquam reuertatur, hoc est ad primam materiã, quod est Mercurius. Quo facto, totum istud accipe, & pone in vase vitri super ignẽ lentum decoquens, quousque videris in superficie nigredinem apparentem, quam remoue subtilius, quam poteris, & sic reitera coquendo, & nigredinem à superficie tollendo, quousq; appareat nihil nigredinis, & aqua remaneat clara, nunc habes aquam, & terram, scilicet duo principalia elementa. Deinde accipe illam terram, & nigredinem, quam collegisti, & pone in vase vitreo, & superfunde de aqua prædicta, quousque super eam natet, & coque lento igne per 4. dies: tunc aquam pone, & coque, & sic deinceps, quousque terra alba fiat, & clara. Et hoc est, quod Philosophi dixerunt: hæc aqua cum terra putrescit, & mundificatur: quia cum mundificata fuerit auxilio Dei totum magisterium dirigetur. Qua mundata & clarificata, seu dealbata, vt dictum est, aqua mediante, quæ cum dicta terra mediante calore & coagulata & inspissata, terram istam coagulatam cũ aqua sua, & inspissatam sine alia aqua decoquens forti igne in cucurbita vitrea, alembico vitreo superposito, donec quicquid fuerit de aqua, ascendat ad alembicum, & terra remaneat calcinata. Tunc accipe de fermẽto, de quocunque volueris quartam sui partem, id est, si fuerit vna libra corporis perfecti, accipe de fermento 3.℥. Fermentum verò aut est aurum, aut argentum, & istud fermentum cum terra fermentatur, sic vt de terra factum est: & eodem modo cum ordine præparatum simul coniunge, & imbue cum aqua prædicta, & coque per tres dies, aut plures. Tunc iterum aqua sua imbue, & coque, vt prius: & hoc toties reitera, quoties & donec hæc duo in vnum reducantur, quod perpendes, quando color non variabitur in eisdem: tunc super eis infunde aquam prędictam partem post partem paulatim, vsque dum biberit de ipsa, quantum poterit, semper nouam aquam infundẽdo. Nam in ista coniunctione spiritus, & corpus cum eisdem miscetur anima, vt vnum fiant, & corpora conuertantur in naturam ipsorum: qua germen coniungitur cum corporibus ipsorum prædictis mundatis: quod non poterat ante, propter eorum immundiciam & grossitudinem, sed nunc cum eis coniungitur: & in eis crescit, & augmentatur. Nunc reuertar, charissime, ad dicta prius, applicans singulariter super eis verba Philosophorum antiquorum, obscurè in parabolis collocata: vt me in dictis verba Philosophorum intelligere, cùm ipsa verba eos

A protulisse affirmes. Primum verbum est corporum in argentum viuum reductio, & istud est, quod Philosophi vocauerũt * solutionem, quæ est artis fundamentum: sic aiunt: Nisi corpora solueritis, in vanum laborabitis: De qua solutione tractans Parmenides in libro Turbæ dixit. Si hunc librum legissent, & intellexissent, scirent vtique aquam esse permanẽtem, quæ absque suo corpore, cum quo iuncta est, & vnũ facta est, permanẽs esse nõ posset. Non igitur corporum

al. Reductionem,

B Philosophorum aqua nubis, sed ipsorũ conuersio in aquam, ex qua fuerunt creata scilicet argentum viuum prout gelu conuertitur in aquam lympidam, ex qua primo fuit. Ecce per Dei gratiam vnum habes elementum, quod est aqua. Secundum verbum est ꝙ fit terra: & hoc est, quod Philosophi dixerunt, quòd de grossitudine aquæ terra generatur, quoniam fæces aquæ quæ remanẽt in fundo vasis, terram Philosophi dixerũt.

C Sic habes ergo secundum alios elementum, quod est * terra. Tertium verbum est, quod est terrę mũdificatio, de qua mundificatione Morienus Philosophus dicit: Hæc terra cũ aqua putrescit, & mundificatur, quę cũ mundificata fuerit, auxilio deitatis totum magisterium dirigetur. De qua dixit etiam Pheyrer in libro Turbę: iũge siccum humido, scilicet terram aquæ. Ecce & aquam per se iam habes, & terrã dealbatam cum aqua. Quar-

al. aqua.

D tum verbum est aqua, quæ potest euaporare per distillationem, siue sublimationem, per quam sublimationem siue ascensionem efficitur ipsa terra aerea, cùm prius esset spissatum cum terra, & coagulatum. Et habes terram, aquam, & aerem: & hoc est, quod dixit Philetes in libro Turbæ: Dealbatum siccum igne comburitur, quousq; ex eo exeat spiritus, qui in eo inuenitur, qui dicitur cinis Hermetis, & remanet terra calcinata in

E fundo vasis, quæ est naturæ igneæ. Et sic habemus in prædictis præparationibus quatuor elementa. Hæc ergo terra calcinata est illa, de qua ait Miseris Philosophus sic: Nec cinerem vilipendas in inferiori loco, eo teste existente. In eo enim est diadema cordis, quod permanet. Cinis postmodum erit cum prædicta terra, cum qua fermentum ponitur, ꝙ Philosophi animam dicunt Et hoc ideo, quia sicut corpus humanum absq; suo

F fermento, seu eius anima nihil valet, ita est in proposito. Nam fermentum est corpus, vt dictum est, & ad naturam suam alia conuertit. Et scias, quòd non est fermentum, nisi Sol & Luna, hoc est, aurum & argentũ istis Planetis appropriata. Ideò, qa sicut Sol & Luna alijs dominãtur Planetis, sic ista duo corpora alijs dominantur, & ipsa ad suam naturam conuertuntur: & ideò à plurimis fermentum dicuntur. Oportet ergo fermentum in corporibus introduci: quia est eius

anima : hoc est, quod dixit Morienus: Nisi
corpus immundum mundaueris, & eum de-
albatum non reddideris, & in eo animam nõ
miseris, nihil huic magisterio direxisti. Igi-
tur fit coniunctio fermenti cum corpore
mundato, & tunc spiritus cum iungitur læ-
tatur, & gaudet cum eis : quia mundata sunt
à sua natura grossa, & subtilia sunt facta: &
hoc dixit Ascanus in libro Turbę : spiritus
non coniungitur cum corporibus, donec à
suis immundicijs fuerit perfectè denudatus.
In hora cõiunctionis mirabilia maxima ap
parent : nam omnes colores de mundo ap-
parent in operando, quotquot excogitari
possunt, & corpus imperfectum coloratur
coloratione firma, mediãte fermento, quod
fermentum est anima : spiritus mediante
anima cum corpore coniungitur, & ligatur
& cum eo simul in colore fermenti conuer-
titur, & fit vnum cum eis. Ex prædictis ap-
paret subtiliter intueri, Philosophos in suis
verbis obscurissimis vera dixisse. Nam ipsi
Philosophi dicunt in libris suis, quòd lapis
noster est ex quatuor elementis: quia ipsum
elementis comparauerunt. Et ostensum est,
primò qualiter sunt quatuor elementa: dixe
runt etiam, quòd lapis noster compositus est
ex corpore, anima & spiritu, & verum dixe-
runt : nam corpus imperfectum corpori cõ-
parauerunt propter hoc, quia est infirmum.
Aquam spiritum dixerunt, & verè ipsa spi-
ritus est: fermentum animam dixerunt, quia,
sicut suprà dictum est, corpori imperfecto vi
tam tribuit perfectam, quam prius non ha-
bebat : & meliorem formam produxit. Di-
xerũt etiam quidam Philosophi: nisi corpo-
ra ducatis, vt fiant incorporea, id est, non cor
pora, ad corpora operanda regulas non-
dum inuenistis, & verum dicunt. Nam
primò fit aqua, id est argentum viuum, & sic
fit incorporeum : deinde de coniunctione
spiritus, scilicet aqua fit corpus : Vnde
quidam dixerunt, conuerte naturas, &
quod quæris, inuenies, hoc est verũ: Nam in
nostro magisterio primò facimus de grosso
gracile, id est, de corpore aquã: & postmodũ
de huiusmodi siccũ, id est, de aqua, quæ hu-
mida est, terram, id est, siccum. Et sic naturas
conuertimus, & facimus de corporeo, vel
corporali spirituale, & de spirituali corpo-
rale, vt dictum est, & facimus id, quod est
superius, sicut id, ꝙ est inferius, & id, ꝙ est
inferius, sicut id, ꝙ est superius: id est, spiri-
tum corpus, & corpus spiritum: vt in princi
pio operationis, videlicet, in solutione fit, ꝙ
est inferius, est, sicut id ꝙ est superius, & to-
tum vertetur in terram. Patet ergo ex prædi
ctis, ꝙ lapis noster sunt quatuor elemẽta, &
sunt anima, corpus, & spiritus : & lapis no-
ster, prout dicunt quidam Philosophi, fit ex
vna re cum vno, & certè verum dicunt. Nã
certè totum magisterium nostrum fit cum a-
qua nostra, & ex ea, & per eam. Nam ipsa cor
pora soluit (vt dictum est superius) non solu
tione illa, quã, ꝑut credũt ignorãtes, ꝙ cõuer
tantur in aquam nubis : sed solutione vera
philosophica, scilicet quòd conuertatur in
aquam primam, ex qua fuerunt ab initio.
Ipsa enim aqua corpora calcinat, & in terrã
reducit. Ipsa eadem aqua corpora in cinerẽ
transformat, & eam incinerat, dealbat & mũ
dificat, iuxta verbum Morieni, dicẽtis, quòd
azoch & ignis latonem abluunt, atque mun
dificant, & eius obscuritatem ab eo penitus
eripiunt. Lato autem corpus immundũ est.
Azoch est argentum viuum, & corpora di-
uersa coniungit, præparatũ prædicto modo
coniunctione tali, quam non poterit ignis
potentia, nec alia temperatio, seu probatio
separare, & ab ignis combustione defendit,
& eorum vnum in aliud mittit, & corpora
sublimat non sublimatione vulgari, quam
intendunt idiotæ, ꝙ sublimare sit superius
ascendere per ignem. Et ideò accipiunt cor-
pora calcinata, & miscent cum spiritibus
sublimatis, scilicet cum Mercurio, arse-
nico & sale : & per ignem fortem, & subita-
neum corpora ascendere faciunt cum spiriti
bus, & dicunt, quòd tunc corpora sunt subli
mata, & his tales falluntur, & delusi sunt: q̃a
ipsa postmodum inueniunt magis immun-
da, q̃ fuerunt prius. Scias charissime, ꝙ non
est nostrũ sublimare, superius ascendere, sed
sublimare Philosophorum est, de re bassa
& corrupta altam facere, atq; magnã, id est,
puram: vt cùm dicimus: iste homo sublima
tus est: id est, in dignitate positus. Sic enim di
cimus corpora sunt sublimata: id est, subti-
liata, & in alteram naturam conuersa. Verũ-
tamen sublimare apud Philosophos, idẽ est,
ꝙ subtiliare, & decretare, quod totum facit
aqua nostra benedicta. Sic ergo intellige no-
stram sublimationẽ, quia multi sunt in hoc
decepti. Aqua etiam nostra mortificat, viui
ficat, & apparere facit colorem primò nigrũ
in mortificatione corporis, dum in terram
vertitur : postmodum apparent multi colo-
res, & varij ante dealbationem, quorum om
nium finis est albedo. In coniunctione verò
corporis ꝑparati, & fermentati, colores infi-
niti apparent tot, quot ab homine excogita-
ri non possunt: & sic apparet, quòd nostrum
magisterium est in vno, & cum vno fit, &
ex quatuor, vt dictum est, & ex tribus, vt
suprà dictum est. Vnde scias, charissime,
quòd Philosophi nomina nostri lapidis
multiplicauerunt ad hoc, vt absconderent
eum, & dixerunt Lapidem nostrum corpo-
reum, & spiritualem esse : & in rei verita-
te mentiti non sunt, prout sapientes intel-
ligere possunt. Nẽ ibi est corpus, & spiritus,
& corpus factum est spirituale in solutione,
vt dictũ est: & spiritus factus est corporalis
in coniunctione ipsius cũ corpore perfecto
& fer-

& ferměto. Quidam enim Philosophorum ipsum vocantes, prout dixit. Eximeus in libro turbæ. Sic scitote omnes scientiam inquirentes, quòd nulla sit tinctura vera, nisi cum ære nostro, & infinita nomina imposuerunt, ne ab incipientibus perciperetur quoquo modo, si ipsum nominarent: tamen vnum est, & idem opus omne est. Et ideò dicit Morienus, quòd cum facto nostri magisterij assimilatur in ordinem hominis creationi: nam primo est coitus, postmodum conceptio, deinde impraegnatio, quartò ortus, & quintò sequitur nutrimentum. Hæc verba faciam te intelligere, si fueris attentus corde, atque solicit9: sperma nostrum, quòd est argentum viuum cum terra coniungitur corpori imperfecto, quæ terra nostra dicitur eo, quod terra est mater omnium elementorum, tunc secundum Philosophos, coitus appellatur. Dum autem terra incipit aliquantulum de argento viuo secum retinere: tunc dicitur conceptio, & tunc agit masculus in fœminam: id est, argentum viuū in terram. Et hoc est, quod dicunt Philosophi, quòd nostrum magisterium non est aliud, nisi masculus & fœmina, & ipsorum coniunctio, dominatur aqua in argentum viuum, & terra crescit, & multiplicatur, & augmentatur. Hoc autem euenit, quando terra dealbatur, tunc prægnatio nuncupatur: quoniam iam terra est impraegnata: deinde fermentum cō iungitur cum corpore imperfecto præparato, vt dictum est, quousq; vnum fiant colore, & aspectu: & tunc dicitur ortus. Tunc enim natus est lapis noster, qui natus Rex à Philosophis nūcupatur. Vnde dicit Philosophus in libro turbæ: Honorate Regem nostrum, ab igne venientem, diademate coronatum, & ipsum alimentate, vsque dum ad ætatem perfectam perueniat, cuius pater est Sol, mater verò Luna. Lunam autē pro corpore imperfecto accipiunt, Solem verò pro corpore perfecto. Vltimò ergo sequitur nutrimētum quousque augmentetur augmentatione magna: nutrimentum autem est ex lacte suo & spermate, ex quo fuit ab initio sui: imbibatur autem argentū viuum sæpe & sæpius, quousque habeat, quod sufficiat: id est, vsq; ad perfectionem, quod est finis totius operis nostri. Charissime, per ea, quæ dicta sunt, facilè potes intelligere omnia verba Philosophorum obscura, & cognosces omnes in eodem conuenire, & nihil est aliud magisterium, nisi id, quod prædixi tibi. Iam habes, charissime, corporis solutionem, & reductionem suipsius ad primā materiam: deinde habes ipsius in terram conuersionem: post autem dealbationem, in aerem leuigationem, quia tunc distillando humiditatem, quæ in eo inuenitur, fit aereum, quod descēdit, & terra remanet calcinata, & tunc est igneæ naturæ, & habes etiam istorum coniūctionem adinuicem, & habes commistionē animæ & corporis, & etiam coniunctionem animæ & corporis, & spiritus simul, & conuersionem adinuicem, & habes augmētationem tantum: Cuius vtilitas maior est, quàm possit percipi ratione.

***

ARNALDI DE VILLA NOVA EPISTOLA SVPER ALCHIMIA AD REGEM NEAPOLITANVM.

SCIAS ô tu Rex, quòd sapientes posuerunt in opere multas res, & multos modos operandi, scilicet dissoluere, & congelare, & plura vasa, & pondera, quod fecerunt ad excœcandum ignorantes, & ad declarandum intelligentibus opus prædictū.

Et nota, ô tu Rex, quòd sapientes denunciauerunt opus sub breuibus verbis, licet plura verba alia posuerint, & adiunxerint, vt non intelligeretur, nisi per sapientes. Sapientes verò dixerunt, quòd est vnus lapis, qui ex quatuor naturis est compositus; quę quidem naturæ sunt, ignis, aer, aqua & terra. Qui quidem lapis, est lapis in similitudine, & in tactu, non autem in natura, & vocatur lapis, siue compositum quoddam. Cō positum dum est ductum per viam rectam, est id, quod quæritur, in quo nō est aliquid superfluum, vel aliquid quod desit: immò omnia, quæ sunt in lapide, sunt ei necessaria, & nullo alio indiget, & quòd dictum compositum, siue lapis est vnius naturæ, & vna res, quæ quidem res in decoctione ignis habet diuersos colores, antequam fiat lapis albus perfectus. Et nota, ô tu Rex, quòd vbi magis dictus lapis stat in igne, tanto magis augmentatur de virtute, & bonitate, q in alijs rebus non est ita: quia omnes alię res in igne comburuntur, & amittunt humiditatem radicalem. Dictus verò lapis totus solus in igne semper melioratur, & crescit eius bonitas, & ignis est eiusdem lapidis nutrimētum. Et istud est vnum de euidētibus signis ad cognoscendum lapidem ipsum, quod intellige bene. Quod compositum, siue lapis diuiditur ante operationem duobus modis: Prima corporalis, alia spiritualis: & vnum exit ab alio, & est vnita, & regatur vnum cum alio, & vnum meliorat aliud: Et Philosophi nominauerunt vnum masculinū, & aliud fœmininū. Et nota, ô tu Rex,

quòd quando Philosophi nominauerunt arg. viuū, & magnesiā, dicētes, cōgelate arg. viuū in corpore magnesiæ, quod ipsi non intellexerūt de argento viuo vulgari, ꝙ videtur, sed intellexerūt, quòd arg. viuū est humiditas dicti lapidis: & qa magnesia non est illa, q̄ videtur vulgariter, sed magnesiā vocauerūt totū compositū, in quo est tota dicta humiditas, quæ est arg. viuū: quæ quidē humiditas nō est, sicut aliæ humiditates, q̄ quidē humiditas currit in igne, & in eodē igne totū compositū dissoluit, cōgelat, denigrat, dealbat, & finaliter rubefacit, & perficit. Et nota, ô tu Rex, ꝙ in opere nō ponuntur plura, sed vna res dūtaxat: nec oportet aliqua fieri trituratio manuū, nec aliquid apponi debet cū dicto lapide. Et nota, ô tu Rex, ꝙ terra alba, vocatur lapis albus perfectus, & terra rubea, vocatur lapis rubeus pfectus, quæ quidē terra alba ꝑ regimē dicti operis absq; adiutorio alterius rei conuertitur in rubedinē: aqua verò, siue arg. viuū vocatur humiditas, q̄ est in dicto lapide. Et nota, ꝙ aqua, siue humiditas, dū exit de cōpositione, siue lapide, versa fuit tota cōpositio nigra in fundo vasis, & sic cōtinuando ignē, ipsa nigredo, in qua est humiditas, vertitur in diuersos colores, & finaliter in albedinē: q̄ quidē humiditas vocatur etiam aer, qui aer seu humiditas miscetur cū terra sua, & cū alijs elementis in ipso lapide existētibus, donec fiat vnū quid albū. Et nota, ô tu Rex, ꝙ dicta humiditas aerea, q̄ est arg. viuū, est vna res cū terra sua prædicta, & alijs elementis in dicto lapide ꝑsistentibus. Quæ quidē humiditas, licet sit pauca, est sufficiēs ad nutriendū, & ad perficiendū totū lapidē, à q̄ est ipsa humiditas. Et est sciendū, ꝙ in dicta cōpositione, seu lapide sunt Sol & Luna in virtute, & potētia, ac elemētis in natura: qa si hæc nō essēt in ipso cōposito, nō fierēt inde Sol neq; Luna: & tamē nō est ipsum Sol, sicut Sol cōmunis, nec ipsa Luna, sicut Luna cōmunis: quia ipse Sol & Luna existētes in dicta cōpositione, sunt meliores, q̄ sint in ipsa natura vulgari, eò ꝙ Sol & Luna dicti cōpositi sunt viui, & alij vulgares sunt mortui: habito tamē respectu ad ipsum Solē, & Lunā in dicto lapidē existētes, vt est dictū, licet Philosophi nominauerūt ipsum lapidē Solē, & Lunā ad finē illū: qa in ipso lapide sunt potētialiter, nō autē visibiliter. Et est sciendū, ꝙ ipse lapis, siue cōpositū vna est res dūtaxat, & vnius naturę, & in ipso est totū illud, ꝙ est ei necessariū: & in ipso est id, ꝙ eū meliorat, & illud, ꝙ ipsū cōplet: & nō est istud cōpositū, ꝙ est vnū videlicet opus aliquorū animantiū, seu animaliū, seu vegetabiliū: sed est natura mūda, & clara de suis ꝓprijs mineris, q̄ trāsmutatur ꝑ regimen ignis, & putrescit. & nigrescit, & albescit, & rubescit, & ad plures alios colores deuenit. Et nota, ô tu Rex, ꝙ humiditas prædicta, quæ est argentū viuū, est corruptio ipsius lapidis: quoniā ipsum lapidē nigrescere facit, & finaliter ipsum lapidē dealbat. Et nota, ô tu Rex, & scias, quòd Philosophi dixerunt, fundatis corpus, & assetis eum, donec conuertatur in aquā: quod intelligitur de dicto composito, ꝙ fundatur, & congeletur, & tunc vocatur terra. Et nota, ꝙ Philosophi vocant aquam, dum dictus lapis est liquefactus cum sua aqua, quæ in ipso lapide est fixa, quæ aqua tunc est currens, & alba, sicut aqua. Et nota, ô tu Rex, ꝙ ipsi dixerunt, ꝙ conuertatur aqua in aerem: quòd est intelligendum, ꝙ dicta aqua congeletur, & conuertatur in corpus, quod antea fuerat, quod corpus stet tandiu in regimine ignis, donec conuertatur ipsum corpus subtile, & in albedinem perfectā redactum, & tunc nominatur per aliquos aer. Sed quando dicitur, quòd conuertatur aer in ignem, intelligitur, quod dictum compositum, quod vocatur aer, stet in igne fortiori tandiu, donec rubescat: & tunc erit completum ad rubeū, quod vocatur ignis siue Sol. Et nota, ô tu Rex, quòd de vno solo composito, & duntaxat de ipso fit opus, & non de alio: quod compositum recipe purum absque immundicia, quæ sunt in eo, videlicet, quòd sit immundum, vt oportet: quod compositum, rege ipsum in igne cum suis naturis, & istud facias in principio regiminis ignis, quia in hoc est totus defectus, siue periculum. Et dū istud est factum, vlterius non potest esse aliquis defectus, & tunc ignis debet esse inter fortem & lentum, quousque spiritus fuerit separatus à corpore, & ascēderit super terrā, & remanebit in fundo vasis corpus mortuū sine spiritu in ipso existente: & signum est, quòd si ponatur super ignem, & non fundit, neque fumat, iam est completum, quantum ad istum passum, & dum est ita, reducatur ipse spiritus supra ipsum corpus, à quo exiuit, qui spiritus est similis nubibus nigris, quæ portant aquam. Iste namque spiritus vocatur aqua vitæ, per quam sustinetur hoc corpus, & cum qua moritur, & post mortem reuiuificatur. Et nota, quòd cum dicto composito est illud, quod mortificat, & viuificat ipsum compositum, & cum ipso eodem dealbatur, & rubescit idem compositum sine adiutorio alicuius rei extraneæ. Item nota, quòd ignis debet esse in principio operis lentus, secundò mediocris, tertiò fortis, videlicet paulatiuè augmentando ipsum ignē, donec dictus lapis albus fiat, & vltimò rubeus.

***

ARNAL.

ARNALDI DE VILLA NOVA CAPITVLA ASTROLOGIAE.

De IVDICIIS INFIRMITATVM, secundum motum Planetarum, quantum ad vtilitatem Medicorum non modicam.

DIVISIO LIBRI.

De Zodiaco & eius partibus, & de distinctione Signorum & temporum per ea, Cap. I.



CIRCA signa vniuersalia, & distributiua termini communis, secundum influentiã cœlestem, quatuor sunt inquirenda. Primum est de Circulo, in quo sunt 12. signa, de numero & ordine eorum in eodem. Secundum est de triplicitate Signorũ, mobilitate, immobilitate, masculinitate, & fœminitate. Tertium est de Signo, ꝙ membrum in corpore respiciat. Quartum est de triplicitate Signorum, quam partem mundi respiciat, vel cuius complexionis consistat: & considerationem, & quæ signa sunt notificanda, & quæ non, & quæ sunt signa sterilia, quæ fœcũda, & quæ alia circa hæc. Circa primum tria sunt notanda. Primum quid sit zodiacus, qui dicitur orbis signorum, vel circulus obliquus ab Arist. dicẽte, ꝙ latio & ablatio Solis in obliquo circulo facit transmutationem elementorum, vel elementatorum. Secundum est de numero signorum, & de nominibus eorundem. Tertium est de ordine & oppositione signorum. De primo apparet quod dicitur ex sphæra, quare zodiacus dicitur circulus aliquando propter illa, quæ in ipso scripta sunt: vel dicitur circulus obliquus, quia nõ est æqua distans ab æquinoctiali, sed intersecat eum ad angulos obliquos, & in pares, & ideò obliquus nuncupatur, illa intersecatio fit in duobus locis, quæ dicuntur puncta æquinoctialia: quoniam quando Sol est in illis duobus punctis, tunc est æquinoctium in omni terra: & primus punctus, vel prima intersecatio est, quando Sol incipit accedere ad nos, circa æquinoctialem, & dies tunc incipit augeri supra noctem. Alius punctus est in descensu, quando Sol est scilicet in medio Septembris tunc, vbi nox incipit augeri supra diem, & Sol incipit recedere vltra æquinoctium: quãdo Sol est in primo puncto intersecationis, vt in prima intersecatione, tũc est principium Veris,

Zodiacus.

Aequinoctia.

A & est æquinoctium vernale: sed quando est in puncto intersecationis secundæ, tunc est principium Autumni, secundum Astronomos, & est æquinoctium Autumni. Sunt aũt alia duo puncta in zodiaco: scilicet duo, quæ dicuntur Solstitium, nõ propter hoc, ꝙ Sol stet in illis, sed quoniam Sol propterea mouetur ab Oriente in Occidentem, & econtrariò: motu tamẽ proprio econuersò. Et primo modo motu primi mobilis mouetur, etiam mouetur motu accessus, & recessus ad B nos, secundum dispositionem signorum in zodiaco; sed dicitur Solstitium, quia in eadem parte Oriẽtis dicitur Sol oriri apud homines illius regionis in duobus diebus. Primum istorum duorũ punctorum est, vbi Sol incipit accedere à zenith capitum nostrorũ: quoniam tantũ ascendit, ꝙ non potest propinquius, sicut fortè accidit 18. Cal. Iulij: & tũc incipit Æstas, & est Solstitium æstiuale, C & ibi Sol incipit primò reuerti in Æstatem, & dicitur tropicus Cancri, quia ibi est principium Cancri. Alius punctus dicitur tropicus Hyemalis, id est, conuersio hyemalis, scilicet quãdo Sol recedit à nobis, aliàs quãtum potest, quod patet. Sed quando incipit primò ascendere, tũc dicitur Solstitium hyemale, sicut fortè accidit 18. Cal. Ianuarij, & tunc incipit Hyems, secundũ Astronomos: & sicut ista quatuor puncta distinguuntur D in zodiaco motu Solis in eadẽ parte per 20. proportiones æquales, quę faciunt quatuor tempora: quoniam tempus motiuũ Solis in zodiaco est annus. Et est sciendum, ꝙ inter omnes circulos de sphæra solus zodiacus habet latitudinem, ita ꝙ Sol mouetur semper in medio eius, & relinquit 6. gradus versus Septentrionem, & 6. gradus versus Meridiem, & illa via vel linea Solis dicitur Ecliptica, quia quãdo Sol & Luna sunt obuiantes sub illa linea in eodem puncto, tunc est E eclipsis Solis, & quando in punctis oppositis se aspiciunt, tunc est eclipsis Lunæ. Omnes aũt alij quinque Planetæ à Sole deuiant ab illa, scilicet ecliptica linea, & sine puncto: & aliquando mouentur versus vnã par-

Solstitia.

Ecliptica.

tem extremitatis zodiaci, & aliquando versus aliam extremitatẽ, & aliquando in medio, vt in via Solis. De secundo notãdum est, ꝙ in zodiaco sunt 12. signa, habẽtia figuras, vel formas animalium, vel quia stellę ibi existentes sic sunt ordinatæ figuræ, vel quia planetæ existentes sub illis signis, influunt nobis simul effectus similes operationibus istorum animalium. Item quodlibet signum diuiditur in 30. gradus, & sunt 360. gradus, & similiter accidunt in omni circulo, diuidentes sphæram in duas partes æquales, qui dicuntur circuli maiores in sphæra. Nomina autem signorum sunt hęc: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Principium Arietis est Ver, vbi Sol intersecat æquinoctium in puncto æquinoctij vernalis. Vnde Ver durat per motum Solis, vel per tempus mensurans motum Solis per hæc tria signa, scilicet Arietem, Taurum, Geminos. Principiũ Cancri est in puncto solstitij æstiualis, & ideò circulus descriptus à Sole circa terram, quando est in puncto solstitij æstiualis, dicitur tropicus Cancri, & est principium Æstatis: quia durat per tempus, mensurans motum Solis per hæc tria signa: scilicet Cancrum, Leonem, Virginem: & Autumnus durat per tempus, mensurãs motum Solis à principio Libræ, ꝙ est punctus æquinoctij autumnalis, & durat per hæc tria signa: scilicet Libram, Scorpionem & Sagittarium. Hyems autem durat per totum residuum, mensurans motum Solis per hæc tria signa: scilicet Capricornum, qui est punctus solstitij hyemalis, Aquarium & Pisces. De tertio, scilicet de ordine & oppositione signorum, satis patet per prędicta: quia principium signorum est Aries, 2. Taurus, 3. Gemini, 4. Cancer, 5 Leo, 6. Virgo: & hæc sunt signa Septẽtrionalia, quæ sunt citra æquinoctium, versus Septentrionalẽ plagã, vel quãdo Sol fertur sub ista sphæra, dies est maior nocte ipsis super diẽ maiorẽ noctis, 7. signũ est Libra, 8. Scorpio, 9. Sagittarius, 10. Capricornus, 11 Aquarius, 12. Piscis: & ista 6. dicũtur Hyemalia, & Meridionalia. Sed hyẽmalia sunt, quia quãdo Sol fertur sub ipsis, noctes semper sunt longiores die, quod maximè conuenit hyemi. Dicuntur tunc Meridionalia, quia sunt vltra æquinoctium versus polum Meridianum. Opposita autem signa non secundũ qualitates, sed secundum situs suos cõtrarios, & magis distantes, sicut Aries & Libra, Taurus & Scorpio, & sic ad primum à septimo. Numerus autẽ & ordo signorum patet, vel apparet per hos versus:

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libráque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Similiter oppositio signorum patet per hũc versum:

Est Lib. Ari. Scor. Tau. Sag. Gemi. Cap. Ca. A. Le. Pis. Vir.

Expositio istorum versuum de se patet, &c.

De Triplicitatibus, & signorum diuisionibus, Cap. II.



CIRCA secundum principale tria sunt. Primum est de Triplicitate signorum, quid sit triplicitas. Secundum, est de Mobilitate & stabilitate signorum, vel medioctitate eorum, quę potest dici Quadruplicitas. Tertium est de Signis masculinis & fœmininis, & de vocem habentibus, & de non habentibus, vel mediam habẽtibus vocem. De primo, scilicet de Triplicitate, sciendum est, ꝙ omne mouens mobile reducitur ad mouens immobile: aliter enim esset processus in infinitum in mouentibus, & motis, secundum Philosophum, vt probatur 7. Physic. sed omne infrigidans & calefaciens in elementis, & in elementatis est ab aliquo infrigidabile & calefactabile, vt patet: igitur oportet, vt reducatur infrigidans ad infrigidabile, & calefaciens ad calefactibile: talia sunt corpora supracœlestia, ideò sunt calida, frigida, & similiter humida & sicca, sed non talia formaliter, sicut ignis & aqua, sed sunt talia virtualiter: non autem in potentia reducibili ad actum, sicut piper calefacit à calore digerẽte, quando ponitur: sed aut talia virtute actuali semper agunt, quæ superagũt disposito patiente, sicut Adamas attrahit ferrum semper absq; eo, ꝙ aliquid ab eo patiatur: sicut Sol calefacit, & Saturnus infrigidat per virtutes eis debitas semper, non repertas ab aliqua actione, vel passione in eis. Reperitur ergo cõplexio virtualiter significans q̃ faciunt complexionẽ formaliter in istis inferioribus, & transmutatio rerum complexionatarum in cœlo penes situm signorũ factum secundum terminorum contrariorum in cœlo certã signorum mutationem in istis inferioribus. Sunt igitur quædã signa calida, & sicca, sicut ignis, & hæc sunt tria: scilicet Aries, Leo & Sagittarius: & alia tria signa sunt frigida & sicca, vt terra, sicut Taurus, Virgo, & Capricornus: alia tria sunt calida & humida, sicut aër, vt Gemini, Libra, & Aquarius: reliqua signa tria sunt frigida & humida, vt aqua: scilicet Cancer, Scorpio, & Piscis. Et istæ sunt quatuor triplicitates, quæ in signis reperiuntur, ita ꝙ illa signa, quæ sunt eiusdem complexionis, dicuntur de eadem triplicitate: & hæc sciuerunt Philosophi antiqui per experimentum, quia quando Planeta calidus intrabat signum calidum, augebatur sua caliditas: & quãdo Planeta ipsemet intrabat signum frigidum, diminuebatur caliditas, & econtrariò erit de signis frigidis: & hæc considerauerunt antiqui Philosophi pro toto corpore. De secundo verò sunt quædam signa

De signis mobilibus & immobilib.

gna mobilia, vt Aries, Cancer, Libra, Capricornus, & dicuntur mobilia: quia quando Sol fertur sub aliquo illorũ signorum, tunc tempus est variabile penes qualitates suas. Alia sunt signa fixa & stabilia, sicut Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius, & dicuntur stabilia: quia quãdo Sol fertur sub eis, tunc tempus est stabile & fixum penes suas qualitates Alia sunt mediocria signa, sicut Gemini, Virgo, Sagittarius, Pisces: quia quando Sol est in aliquo istorum signorum, medio criter se habet tempus, & non solùm necessarium est de dispositione temporis, sed etiam Planetæ sic habens aspectum ad aliquẽ effectum, quando est in signo mobili, reddit con ditionis effectus mobiles, & sic de aliis suo modo, vt videbitur magis infrà. De tertio notandum est. ꝙ quædam sunt signa masculina, quædam fœminina: dicuntur autẽ masculina, quia quando signa masculina habẽt aspectum secundum aliquẽ effectum, reddũt ipsum fortiorem, & quando tempus illud, quod aspiciunt, habet sexum fœtus conceptum, tunc est masculus. Signa autẽ fœminina iudicant similiter suum sexum: masculina sunt Aries, Gemini, Leo, Libra, Sagittarius, & Aquarius: & in numero pari ordine naturali disposita omnia in pari disposita numero. Et masculina dicuntur diurna, quia magis influũt de die: dicuntur alia etiam nocturna, qa magis influunt de nocte, sicut Taurus. Cancer, Virgo, Scorpio, Capricornus, & Pisces: & sic de aliis in numero pari ordine naturali scita. Et quædam signa habent perfectam vocem, vt Aries, Taurus, Gemini, Leo, Libra, Sagittarius: quædam habent dimidiam vocem, vt Virgo, Capricornus, Aquarius, & quædam sunt, quæ nõ habent vocẽ, sicut Scorpio, Pisces & Cancer. Item quædam sunt in generatione filiorũ mediocria, nec omninò substantialia, nec omninò generatiua, vt Taurus, Gemini, Aquarius: quædã sunt plures filios habentia, sicut Cancer, Scorpio, Pisces: quædam sunt sterilia, vt Aries, Leo, Virgo, Libra, Sagittarius, & Capricornus. Item quædam sunt bicorpora, sicut Gemini, Virgo, Sagittarius, Pisces: alia autẽ sunt minus corpora. Item quædã sunt quadrupedalia, vt Aries, Taurus, Leo, & Sagittarius: alia sunt polipodia, vt Cancer, Scorpio: alia bipedalia, vt Gemini, Virgo, Libra, Aquarius: alia sunt sine pedibus, vt Pisces. Item quædam rectè oriuntur, sicut Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, & ordinatione omnia sequentia vsq; in finem Sagittarij: & illa oriuntur de die in æstate. Dicitur autẽ signum oriri rectè, quando oritur in duabus horis æqualibus, vel in maiori tempore: alia oriuntur obliquè & inordinatè sex, sicut Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus, Gemini: dicũtur autem obliquè oriri, quorũ vnumquodque

De signis masculinis, & fœmininis.

A oritur in minori tẽpore, ꝙ̃ in duabus horis æqualibus: & omnes illæ definitiones reducuntur hîc, qa faciunt ad iudicia astrorũ, &c.

De quolibet Signo quod membrum in corpore respicit, Cap. III.



IRCA tertium principale speculandum est, ꝙ Aries est principiũ & caput signorum, & habet proprium aspectum ad caput: quia tota virtus Arietis est in capite. B Taurus respicit collũ & guttur, & scapulas: quia in illis partibus est Taurus valde robustus. Gemini respiciunt brachia, manus, vlnas, & axillas: quia Gemini dicuntur imagines amplexantes se, & virtus amplexationis est in illis partibus. Cancer respicit pectus & partes circa ipsum, vel ipsum componẽtes: quia Cancer habet pectus valde robustũ, & iuxta hoc in medietate. Leo respicit cor, & os stomachi, C pulmonẽ, hepar, & huiusmodi membra: quia totus vigor Leonis est à corde, & ab huiusmodi membris. Virgo respicit intestina, fundum stomachi, & vmbilicum: qa virtus Virginis ad hoc descendit. Libra respicit renes, nates, pelliculas, & circa illas partes, & huiusmodi, & anum, & partes vicinas. Scorpio respicit genitalia membra, sicut vuluam, matricẽ, peritonæon, testiculos, bursam, & virgam: qa tota virtus Scorpionis D est in cauda, & ista sunt caudalia hominis. Sagittarius respicit coxas, musculos eius, & huiusmodi. Capricornus respicit genua. Aquarius crura & tibias. Pisces respiciunt pedes. Et sic patet, ꝙ signum cuiuscunque modi membrũ respiciat, & hoc multum facit ad iudicia signorũ: & hæc de illa parte.

De Compositionibus triplicitatum, & aspectibus earum, & de dominis, Cap. IIII.

E



IRCA quartũ principale notandum est, ꝙ triplicitates signorũ quatuor sunt. Prima est calida & sicca, vt Aries, Leo, Sagittarius: & respicit de partibus mundi Orientem, & de complexionibus hominum choleram: & de ætatibus hominum, iuuẽtutem. Secunda triplicitas est frigida & sicca, vt Taurus, Virgo, Capricornus: & respicit de F partibus mundi Septentrionem: & de complexionibus melancholiam: & de ætatibus, decrepitalem. Tertia triplicitas est calida & humida, vt Gemini, Libra, & Aquarius: & habet de partibus mundi Meridiẽ, & de cõplexionibus sanguinem, & de ætatibus, pueritiã & adolescẽtiã. Quarta triplicitas est frigida & humida, vt Cãcer, Scorpio, & Pisces: & respicit de partibus mundi Occidentẽ: & de complexionibus, phlegma: & de ætatibus, senium. Primæ triplicitatis dominus est Sol in die, Iupiter in nocte, & eorum par

ticeps est Saturnus. Secundę triplicitatis est dominus Venus in die, & Luna in nocte, & vtriusque particeps est Mars. Tertiæ triplicitatis est dominus Saturnus in die, Mercurius in nocte, & Iupiter est eorum particeps. Quartæ triplicitatis est dominus Venus in die, in nocte Mars, quorum particeps est Luna: per hoc apparet ea, quæ de signis fuerūt præposita, &c.

De numero Planetarum, & virtutibus eorum, & motibus, & aspectibus, &c. Cap. V.



IRCA Planetas considerandum est, primò de numero & motu eorum: secundò, de virtutibus eorum influendo: tertiò, de aspectibus, & oppositionibus eorundem in diuersis locis. Circa primum intelligendum est, quod septem sunt Planetæ, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. Vnde sciendum est, quod hæ stellæ dicantur Planetæ, quia erraticæ sunt respectu stellarū fixarum: quia licet in suis circulis vniformiter moueantur, non tamē mouentur vniformiter respectu firmamenti, vnde Planetæ Græcè, error Latinè. Vniuersaliter autem quilibet istorū Planetarum diuersis mouetur motibus: vno modo mouetur ab Oriente in Occidentem, per motū primi mobilis: alio modo mouetur econuersò, ab Occidente in Orientem per motū suæ proprietatis, vel sphæræ suæ: id est, intermotionis. Vnde quilibet Planeta, præter Solem & Lunam, aliquādo est retrogradus, aliquando directus, aliquando stationarius: & hoc propter motum eius diuersum in epiciclo: & quādo directus est, fortiter influit: aliàs quando directus est, fortissimè influunt: quando autem est retrogradus, debiliter: quando stationarius est, mediocriter: & ista, scilicet statio, directio, seu retrogradatio, attenditur in planetis penes motum ipsorū proprium, qui est ab Oriente in Occidentem. De secundo notandum est, quod Saturnus est planeta frigidus & siccus, vitæ contrarius, naturæ inimicus, & mouetur motu suo proprio naturaliter versus Orientem, valdè tardus est, & proprius planeta virorum macilentorum, nigrorum, siccorum, ponderosorum, & maleuolorū, habentes raram barbam, & libenter maculantium vestes suas. Iupiter est planeta calidus & humidus, beneuolus in motu suo, aliquantulum tardus, & est proprius planeta virorum, vel illorū, qui sunt beneuoli, gratiosi, religiosi, reuerendi inter omnes: & hi habēt barbam spissam, subrufam, nec sunt calui. Mars est planeta calidus & siccus, maleuolus, mediocris, in suo motu proprio nō multum tardus, nec multum velox, & est planeta iracundorum, rixantium, furiosorum, & caluorum, vel scriptorum, maleuolorum, & superborum. Sol est planeta calidus & siccus, beneuolus, influens lumē, & vitam omnibus viuētibus, in motu suo mediocris, & est planeta pulcerrimorum, splendidorū, & reuerendorū in fama, & omnibus gentibus, qui libenter cum magnis & nobilibus conuersantur, &c. Dictus est Saturnus maleuolus, frigidus & siccus, intemperatæ vitæ contrarius, naturæ inimicus, in motu proprio tardissimus, complens eum in triginta annis: proprius virorum macilētorum, nigrorum, siccorum, ponderosorum, maleuolorum, habentes raram barbam, libenter maculant vestes suas: domus eius sunt Capricornus & Aquarius, gaudet in Aquario, exaltatur in Libra in 12. gradus cadit, totidem in Ariete, infortunatus, masculinus, diurnus in mense primo cōceptionis fœtus frigiditate sua fœtum infrigidat, in matrice coagulat, & desiccat: habet aspectum supra stomachum, in hora ipsius bonum est accipere omnia, quæ pertinent ad terram, vt plantare vineas & agros, ædificare domos, vt multū durent: non est bonum sanguinem minuere: sed bonū est omne opus inchoare in hora Saturni ascendente Libra, sed cauendum est Ariete ascendente. Iupiter iuuans pater dicitur, beneuolus, calidus & humidus temperatè, motu proprio tardus, in annis 12. complens eum: proprius eorū, qui beneuoli sunt, gratiosi, religiosi, & inter aliquos reuerendi, habentes barbā spissam, & subrufam, nec sunt calui: domus eius Sagittarius & Pisces, gaudet in Sagittario, exaltatur in Cancro 15. gradu, & totidē cadit in Capricorno: fortunatus, masculinus, diurnus, mense secundo conceptionis dat cōcepto spiritum naturalem: habet aspectum supra hepar hominis: in eius hora est bonum accipere medicinam, sanguinem minuere, tunc tempus est iter accipere, ascendente Sagittario: sed cauendū est, ascendente signo Geminorum, quod est oppositū. Mars Deus belli, planeta maleuolus, calidus & siccus intemperatè, in motu aliqualiter tardus, in annis duobus complens eum: proprius iracundorum, furiosorum, rixantium, caluorum, maleuolorum, & superborum: domus eius Scorpio & Aries: gaudet in Scorpione, exaltatur 23. gradibus Capricorni, cadit in Cancro totidē, infortunatus, masculinus, diurnus, mense tertio cōceptionis dat ossa cōcepto, & interiora componit: habet aspectum supra renes: in eius hora bonum est dare medicinā, vel accipere, sanguinem minuere, opus & iter arripere ascendente Scorpione: sed cauendum est, ascendente signo Tauri, cùm sit eius oppositum, præcipuè ad factum belli. Sol solus lucens super omnia sidera cœli, planeta calidus & siccus est temperatè, lumen fluens, cunctis animantibus vitam tribuēs, mediocris in motu suo, in anno integro ipsum motum complens: est proprius

Numerus planetarū.

De virtutibus planetarum, & eorum proprietatibus.

proprius pulcrorum, splendidorum, & in omnibus vestibus, ac facie reuerendorum, libenter cum magnis, & nobilibus conuersantium, cuius domus Leo, gaudet in Ariete, exaltatio in 19. gradibus eius, & cadit totidem in Libra, & fortuna maior, masculinus, diuturnus, mense quarto dat concepto sanguinis colorem, cor & hepar perficit, & totum corpus: habet aspectum supra cor, in eius hora bonum est medicinam accipere, sanguinem minuere, & omne opus incipere ascendente Ariete, sed nō ascendente Libra.

Venus de veneror, aris, dicitur, quia inter cæteras veneratur, planeta beneuolus, calidus & siccus temperatè, mediocris in motu, complens eum in 348. diebus, proprius est iuuenum latinorum conuenienter se pectinātes, luxuriosos, libenter opera mulierum facientes, & conuersantes cum eisdē. Domus eius est Libra, & Taurus: gaudet in Tauro, exaltatur in 27. Piscium, & cadit totidem in Virginis, nocturnus, & fœmineus, mense quinto dat concepto aures, & supercilia faciei, & pudenda: habet aspectum super costas hominis, in hora sua bonum est accipere medicinam, & sanguinem minuere, & omne opus facere ascendente signo Piscis, nō Virgine ascendente. Mercurius Deus significatur esse mercatorum, beneuolus, complexionis temperatę: cùm ascendit autem versus augem, est frigidus & siccus, in ascendendo acquirit aliquid de calore, & humiditate, ideo mutabilis est ad omnem complexionem, vt ad bonitatem, vel malitiā: masculinus, diurnus, fœmininus, nocturnus, & omni planetæ, cui adiūgitur, cōmunicatur. Domus eius sunt Gemini & Virgo: gaudet in Virgine, & exaltatur in Virgine, 15 gradibus eius, cadit in Piscibus totidem, mēse sexto conceptionis dat cōcepto omnia foramina, & nares & linguam: aspectum habet supra vesicam hominis, in eius hora bonum est medicinā accipere, sanguinem minuere, & omne opus incipere ascēdente Virgine: sed cauēdum est signo Piscis ascendente. Luna lucens luce aliena, planeta beneuolus, temperatè frigidus & humidus, plus tamen est humidus, in motu suo velocissimus, cùm in 28. diebus 18. horis perficiens motum: proprius phlegmaticorum, & hydropicorum, apoplecticorum, sciaticorum, podagricorum, artheticorum, & breuiter, omnium patientium ex materia humorali: diuersificatur aūt in qualitate secundum cōtrarietatē, domus eius est Cancer, gaudet in Cancro, exaltatur 13 gradibus Tauri, & cadit totidem in Scorpione: fœmininus, nocturnus, mense septimo dat pulmonem, & diuidit membra per loca sua, habet aspectum supra cerebrum, in hora sua est bonum iter accipere, ascendente Tauro medicinam accipere, & sanguinē minuere, & omne opus facere: sed nō ascendente Scor-

A pione, quia tunc est magis contrarium, ab omnibus plus inspicitur, & est melior in dominio, & in virtute: & ista sufficiāt. Istæ sunt generales proprietates planetarum, quorum duo dicuntur infortunati, sicut Saturnus, & Mars: & duo dicuntur propriè fortunati, sicut Iupiter, & Venus: & licet alij influant cum istis, contingit sæpius Sol & Luna illuminantia, quia plus illuminant nos, & alia astra: Mercurius est communicans suę dispo-

B sitioni in aliquo, quibus coniungitur bonis & malis, & sic de alijs. Circa 3. notandum est, quòd planetæ sunt in signo, sicut anima est in corpore, ita quòd planetæ secundum dispositionem signorum, sicut anima secundum dispositionem corporis, operātur. Vnde planeta calidus plus calefacit, quādo est in signo calido, & frigidus planeta plus infrigidat, quando est in signo frigido, & econuerso contingit, quando est in signo frigido.

C. *Planetarū fortitudines quinq;.* Sciendum est, quòd influentiæ alicuius planetæ sunt fortissimæ quinque modis: & isti quinque modi dicuntur, quinque fortitudines planetarū, vel testimonia, quæ quinque sunt: domus, exaltatio, triplicitas, terminus, & facies: domus dat planetæ quinq; fortitudines, & est planeta in domo sua, sicut Rex in summa arce sua, & in excelso gloriæ suæ. Planeta in exaltatione sua est sicut Rex, quando coronatur, vel sicut miles in

D summo excelso throno suo: & planeta in triplicitate est, sicut Rex in honore, & inter auxiliatores suos: planeta in termino suo est, sicut homo inter cognatos & amicos suos: facies planetę dat quòd locus Magistri dat Magistro: vnde facies dat planetæ vnam solam fortitudinem, terminus dat duas fortitudines, triplicitas dat tres, exaltatio dat quatuor, domus dat quinque fortitudines. *De domibus planetarū.* Omnes planetæ & singuli habent binas domos

E præter Solem & Lunam: alter, quorum primus, scilicet Sol habet vnam solam, & alius scilicet Luna habet aliam solam. Domus Solis est Leo, qa in ipso dicitur fuisse creatus, & est signū calidum & siccum, sicut Sol. Domus Lunæ est Cancer, quia est signum frigidum & humidum, sicut Luna. Domus Mercurij est Virgo. Domus Veneris est Libra. Domus Martis est Scorpio. Domus Iouis est Sagittarius. Domus quoque Saturni est

F Capricornus: & tunc descendendo per planetas in signis, & per signa. Domus Saturni iterum est Aquarius: Piscis, domus Iouis. Aries, domus Martis. Taurus, domus Veneris. Gemini, domus Mercurij. Verumtamen domus primæ istorū sunt essentiales, & propriæ, aliæ secundæ sunt accidentales, & secūdariæ, sicut in Figura latius denotatur &c. quæ sequitur pòst. *Exaltationes planetarū.* De exaltatione Planetarum notandum est, quòd Sol exaltatur & erigitur in Ariete, & deprimitur in Libra: Luna exaltatur in Tauro, & deprimitur in

Scorpione: & sic semper quando planeta aliquis exaltatur in aliquo signo, semper deprimitur in opposito. Saturnus exaltatur in Libra, & deprimitur in Ariete. Iuppiter exaltatur in Cancro, & deprimitur in Capricorno, & econuerso. Mars exaltatur in Capricorno, & deprimitur in Cancro. Venus exaltatur in Piscibus, cadit in Virgine, & ecōuerso est de Mercurio: quia exaltatur in Virgine, & deprimitur in Piscibus: & istæ sunt exaltationes Planetarum. Triplicitas autem planetæ est in signo illo, quod eidem cōplexionem dat cum planeta, licet non sit domus eius, sicut Sol, quando est in Ariete, vel Leone, & Sagitta, est in sua triplicitate: & Luna, quādo est in Pisce, & in Scorpiōe, vel in Cancro est in sua triplicitate, & sic de alijs. Vel formaliter planeta est in sua triplicitate, quando est in signo eiusdem completionis, vel eiusdem triplicitatis cū signo, quod est domus eius: vel quando Sol in Leone, vel Luna in Cācro. Præterea, sicut Sol in Ariete & Sagittario: ita & Venus in Capricorno.

Triplicitas planetarū.

Facies planetarum.

Facies autem signorum, & planetarum sic sumitur: Ponamus tamen, quòd quodlibet signum cùm habeat 30. gradus, & partiatur per tres partes æquales, quęlibet portio, siue pars continebit in se 10. gradus, qui quidē 10. gradus dicuntur facies alicuius planetæ, vt prima facies Arietis, hoc est 10. gradus primi signi Arietis sunt Martis. 2. facies 10. alij gradus sunt facies Solis, & alterius gradus 10. Arietis tertiæ faciei sunt Veneris, & sic terminantur de Ariete. 10. primi gradus Tauri sunt Mercurij, & 10. sequētes gradus sunt Lunæ, & 10. vltimi gradus Tauri sunt Saturni. 10. primi gradus Geminorum sunt Iouis: & sic de alijs, secundum ordinem signorum, & planetarum, secundum successiōnem in vtrisque eorum. De terminis autem Planetarum nō est multa vis facienda, quia ꝑpter hoc fortitudo planetæ existit, & tamen difficiles sunt, & tædiosi, nisi per figuram hanc disponatur, vt Alchabitius Philosophus disposuit.

Termini planetarum.

Aries,	6	*Iupiter,*	6	*Venus,*	8	*Mercurius,*	5	*Mars,*	5	*Saturnus,*
Taurus,	8	*Venus,*	6	*Mercurius,*	8	*Iupiter,*	5	*Saturnus,*	3	*Mars,*
Gemini,	6	*Mercurius,*	6	*Iupiter,*	6	*Venus,*	7	*Mars,*	6	*Saturnus,*
Cancer,	7	*Mars,*	6	*Venus,*	7	*Mercurius,*	7	*Iupiter,*	3	*Mars,*
Leo,	6	*Iupiter,*	5	*Venus,*	7	*Saturnus,*	7	*Mercurius,*	6	*Mars,*
Virgo,	7	*Mercurius,*	4	*Venus,*	4	*Iupiter,*	7	*Mars,*	2	*Saturnus,*
Libra,	6	*Saturnus,*	8	*Mercurius,*	7	*Iupiter,*	7	*Venus,*	2	*Mars,*
Scorpio,	7	*Mars,*	8	*Venus,*	8	*Mercurius,*	5	*Iupiter*	6	*Saturnus,*
Sagittarius,	5	*Iupiter,*	5	*Venus,*	6	*Mercurius,*	7	*Saturnus,*	3	*Mars,*
Capricornus,	7	*Mercurius,*	7	*Venus,*	8	*Iupiter,*	4	*Saturnus,*	4	*Mars,*
Aquarius,	7	*Saturnus,*	6	*Venus,*	7	*Iupiter,*	5	*Mars,*	5	*Mercurius,*
Piscis,	12	*Venus,*	4	*Iupiter,*	3	*Mercurius,*	9	*Mars,*	2	*Saturnus,*

De horis Planetarum, Cap. VI.

SCIENDVM est, quòd alias fortitudines habent Planetę ꝑpter suas horas, in qbus domnātur: quia semper planeta in hora sua: vt Saturnus prima hora diei sabbati dominatur, Iuppiter in 2. hora: Mars in 3. Sol in 4. Venus in 5. Mercurius in 6. Luna in 7. & iterum reducendo Saturnus in 8. deinde secū dum ordinem Planetarum procedendo Luna in 21. reuertendo Saturnus in 22. Iupiter in 23. Mars in 24. & sic terminatur dies naturalis in 24. horarum. Et prima hora diei dominicæ dominatur Sol, Venus secunda hora, & sic de alijs, per hanc rectam regulam potest sciri, quis planeta dominatur in qualibet hora diei cuiuslibet, & noctis. Et nota, quòd dies semper denominatur à planeta, qui dominatur in prima hora eiusdem diei, vt Saturnus in prima hora diei Sabbati: Sol in prima hora diei dominicæ: Luna in prima hora feriæ secundæ, &c.

* * *

De aspectibus planetarum, faciebus & terminis, Cap. VII.


PRAETER autem omnes dictas ꝑfectiones, ac fortitudines Planetarum est alia, quæ dicitur aspectus vnius: alia aspectus pluriū, & est reuolutio Planetarum secundum suos situs: & iste aspectus planetarum est coniunctio Planetarum secundum suos situs. Isti autem aspectus principales Planetarum sunt 4. vel 5. si abusione vocabuli coniunctio fit aspectus, secundus dicitur sextilis, tertius dicitur quadratus aspectus, vel ex 4. quartus aspectus dicitur ternus, quintus dicitur oppositio. Sciendum autem est, quòd coniunctio fit inter Planetas, quando approximat sibi per minorem distātiam, quàm per 2. gradus: & vnus cadit sub radijs alterius, vt cum Sole dicitur iunctus planeta, quādo approximat ei per 15. gradus: & tunc dicitur omnis planeta combustus propter splendorem Solis, & tunc libenter generantur pluuiæ, sicut videmus, quòd planeta existente cum Sole in fine mensis lunaris, fiunt pluuiæ: & ideo tunc melius influit: iste autē aspectus inter Planetas est inimicitiæ manifestæ, & via violentiæ, vt quando bonus planeta cōiungitur

iungitur cum bono, augetur amicabiliter bonitas eius, & si bonus coniungatur cum malo, temperatur amicabiliter malitia illius, & debilitatur mediocriter bonitas illius. Et q bene voluerit inspicere, & laudabiliter aliquod opus bonũ facere, debet spectare Lunam, vt sit iuncta beneuolis Planetis vel saltem separata à malis: & qui vult maleficium, vt puta venenum, vel aliquid huiusmodi, debet eligere tempus in quo ipsa coniuncta sit malis, vel seperata à bonis Planetis. Secundus aspectus est sextilis hoc est, quando Planetæ distant per sextam partem Zodiaci: exemplũ: vt si planeta vnus ponatur in principio Arietis, & alius in principio Geminorum, vnus in medio vnius, & alter in medio alterius, & sic de alijs: talis aspectus est amicitiæ non manifestę, sed occultæ, & beneuolentiæ occultæ. Tertius aspectus est, & quartus, quando planeta aspicit planetam per distantiam trium signorum, quæ distantia est quarta pars totius Zodiaci: exemplum: sicut si vnus planeta esset in principio Arietis, & alter in principio Cancri: aut si vnus esset in medio, vel in fine signi, & alter in alio contrario, talis aspectus est occultæ inimicitiæ, & odij occulti, & ꝓditionis. Quartus aspectus est trinus, quando scilicet planeta aspicit planetam per distantiam quatuor signorum: vt si vnus sit in principio Arietis, & alter in principio Leonis, vel in medio, vel in fine: & talis aspectus est amicitiæ, & beneuolentiæ perfectæ. Alijs aspectus est oppositionis, scilicet quando vnus planeta distat ab alio per dimidium totius Zodiaci, puta per 7. signa integra: exemplum: vt planeta in principio Arietis, & alter in principio Libræ, vel in medio: vel in fine, & opponitur planetæ existenti in principio Libræ: vel in medio, vel in fine, & ita de alijs sitibus, per spatium dimidij Zodiaci distantibus: talis enim aspectus est inimicitiæ manifestæ, & belli, & nocumenti euidenter, & quando aliquis planeta est in numero, & situ manifestè & euidenter, impugnant virtutem alterius planetæ, existentis in situ opposito: & omnes prædicti aspectus poterũt inspici in sequenti figura.

De Domibus Planetarum, vel de diuisione Zodiaci in domos duodecim, Cap. VIII.



VISIS proprietatibus signorum, & fortitudinibus Planetarum, oportet iterũ considerare de 12. domibus, q̃ in existentibus Planetis, dant eis suas fortitudines, & quasdã influẽtias proprias: vnde sine istis non potest bene iudicare, nec grossè, nec subtiliter. Sciendũ est, quòd domus est portio 12. Zodiaci ꝑ 12. partes diuisi, secundum exigentiã signi oriẽtis distincti: vnde domus nõ sunt semper æquales, sed illæ, quæ sunt, quando oriuntur signa meridionalia, tres domus sunt maiores eis, quæ sunt, quando oriuntur signa septentrionalia, & econuerso conuenit, quando oriuntur signa meridionalia, tres domus sunt ascendentis sub terra, vt ab angulo terræ vsque ad puncta orientis, scilicet prima secunda & tertia: tres verò ascendentis supra terram sunt puncta, quæ sunt à puncto orientis vsque ad lineam medij circuli cœli, vt 12. 11. 10. Similiter. 6. descendẽtis oppositæ his, vt patet in figura, hîc descripta, &c.



PRIMA domus est principium, cuius est in parte Zodiaci, qui tangit orientem in parte orientali, & dicitur domus ascendentis, significat semper nuntiasse, per quæ incipitur à parte incipientium sic natiuitatum, non itinerum, responsorum, interrogantiũ, & omnium motuum. Secunda domus dicitur domus substantiæ & coniunctus ministrorum, & significat minutionem annorum vitæ, & finem iuuentutis. Tertia domus est fratrum, sororum, cognatorum, amicorum, & parentum ex parte coniugis, hęredis, itineris, mutationum, & quietis regnorum, religionum, & ministrorum religionis. Quarta domus est patrum, hæreditatis, & rerum immobilium, & villæ in qua manet, & villæ in qua natus est, & thesaurus abyssus, & est hominis post mortem. Quinta domus est filiorum, & indumentorum cibi, potus, ludorum, pugnantium, vasorum pictorũ, & monetarum. Sexta domus est infirmitatum seruorum, animalium domesticorum, receptiuorum. Septima domus est mulierum, nuptiarum, contentionum & contrarietatum, & omnium operum, & significat medium

finis vitæ, & sanctorum, & latronum. Octa A ua domus est dom⁹ mortis id est, timoris, diuitiarum, hæreditatum, mortuorum, & finis annorum vitæ. Nona domus est peregrinantium, ac itinerum, fidei & religionis, sapientiæ, & Philosophiæ, & librorum, rumorum, & somniorum. Decima domus est domus regia, & exaltationis, & sublimationis, legis, & memoriæ, & magisterij, atque materni, & dimidium annorum vitæ. Vndecima domus est domus fortunę, fiducię, ac lau B dis amicorum, & ministrorum, & auxiliatorum in fine annorum. Duodecima domus est domus inimicorum, laborum, & pugnæ ac tristitię, inuidiæ, insidię ac inimicationis, accidens ingeniorum, ac bestiarum, & significat finem vitæ, & quod accidit mulieribus ex conceptione. Hæ sunt significationes domorum ipsarum 12. sed quatuor, quæ sunt in quatuor punctis cœli principalibus, sunt fortiores in significando, vt in 1. 4. 7. 10. & C dicuntur angulares, sicut 2. 5. 8. 11. dicuntur succedentes ab angulis, & disponuntur ad bonum, & ad fortitudinem: sed 3. 6. 9. 12. dicuntur ab angulis cadētes quo ad hoc, & ad malum disponuntur. Planetæ quoque habent fortitudinem quandam in domibus istis, quæ dicuntur gaudia: vnde Mercurius gaudet in ascendēte, scilicet in prima domo: Luna in 3. Venus in 5. Mars in 6. Sol in 9. Iupiter in 11. Saturnus in 12. Reliqua multa di D mitto circa hæc, & ad hoc consideranda sunt hæc de illo.

De Virtutibus Lunæ in signis, & de aspectibus ad membra, Cap. IX.

SCIENDVM autem, quòd cùm Luna habeat virtutem mouendi humidum, & regendi: manifestū est, quòd ipsa in quolibet signo respicit quodlibet membrum hominis, ita E quòd quando Luna est ibi, non est bonum scindere, vel mederi illud membrum: vnde Aries cùm habeat aspectum ad caput, si aliquis lædatur in capite, Luna existente in Ariete, licet modicum sit vulnus, non potest bene adimpleri sine pœna magna: similiter est de collo, quando Luna est in Tauro: & de brachijs, quando est in Geminis. Vnde tunc non oportet phlebotomari, quia aut bis per cutitur, aut sanguis nō extrahitur, nisi ad ma F lum, & sic potes cōsiderare similiter in alijs.

Item notandum est, quòd malum est incipere aliquod opus, quod est mobile, quando Luna est in loco: id est, in signo stabili scilicet in Tauro, vel Leone, vel Scorpione, vel Aquario: Vnde si aliquis nouas vestes induerit, vel fecerit, tunc consumetur in eis, vel morietur, aut morte lædetur. Sic malum est, opus stabile incipere Luna existente in signo mobili: puta fundare domum, vt quando Luna est in Ariete, vel in Cancro, vel in Libra, vel Capricorno, &c. Item Luna est infortunata in fine Libræ, & in principio Scorpionis: & hoc ante punctum illum, & post 12. gradus, in quibus 8. gradibus dicitur esse Luna in via combusta: propter hoc nō loquitur de Luna, quia Luna & Domin⁹ ascendentis fortissimè operātur, vel in occasione omnium operū: & ideò semper, quod primò aspicitur à iudicibus, est locus Lunę, & aspectus eiusdē, & Dominus domus ascēdentis, &c.

De Iudicijs spectantibus ad Medicum, Cap. X.

NVNC dicam de iudicijs particulariter paucis Solis, ad Medicum pertinentibus. De iudicijs autem particulariter intelligendum est, quod 8. faciunt ad medicinam. Notandum ergo primò quòd pfectus Medicus oportet scire rem de qua quæritur, & quæ domus habeat significationē ascendentis & Dominū eius: & signum, quod est in domo rei quæsitæ, & Dominum eius: & quomodo se habet ad Dominum ascendentis, & ad Lunam. Itē ascēdēs signū, & Domin⁹ eius significāt infirmū, mediū Cœli, & Dominus eius significāt Medicum eius: 6. domus, & Dominus eius significant infirmitates: 4. domus cum Domino suo significat medicinam, ita quòd si malus est in ascendente, vel Dominus eius malus est ipse patiens, sibiipsi nocebit: si verò ibi fuerit bonus, econtrà continget. Similiter in 10. domo, quæ est in medio circuli, si fuerit bonus Dominus, benè proficit Medicus ei: si verò fuerit ibi malus, tunc læditur à Medico patiēs. Si fuerit fortuna fortis in 8. domo, patiens curabitur citò: si malus ibi fuerit, tunc patiens transibit ab ægritudine in ægritudinem: similiter si in quarto signo fuerit fortuna, medicina iuuabit eum, & si infortuna, medicina sibi nocebit. Itē si ascēdens signum fuerit mobile, & Luna fuerit in signo mobili, scilicet Ariete, Cancro, Libra, vel Capricorno, & Dominus ascendentis similiter ęgritudo citò terminabitur ad bonū, vel ad malum: præcipuè si Luna est in cursu velox, & Dominus ascendentis, & domus 6. fuerit in processu. 21. Si autem acciderit econuerso, significabitur ægritudinis longitudinē, præcipuè cùm fuerit in loco fixo: id est, in signo stabili, scilicet in Tauro, Leone, Scorpione, vel Aquario: sed si Domin⁹ ascēdentis fuerit bonus, & fuerit liber à malis, & Luna similiter: tunc ægritudo terminabitur ad bonum, præcipuè si Dominus ascendentis, & Luna amicabiliter aspexerint Dominum domus mortis, quæ est 8. domus: sed si Luna, vel Dominus ascendentis, & Dominus domus infirmitatis, quæ est 6. ab ascendente fuerint combusti, & retrogradi, aut Dominus ascendētis fuerit in domo mortis coniunctus Marti, aut Saturno dedita: tunc enim

enim non sperabit. Item si Luna fuerit iuncta domino, ascendentis processiua, & Luna fuerit augmentata lumine, & ambo fuerint expediti ab infortunijs, tunc passio citò curabitur: & si Luna fuerit coniuncta domino domus mortis impedita, tunc significabitur mors. Et vniuersaliter quoties Luna dominus ascendentis impediuntur, mortale signũ est, & timor de longa infirmitate, aut de morte, aut de recidiuatione: sed quando fortunati sunt, & per fortitudines bene disponuntur, scilicet Luna & dominus ascendentis: tunc bonum signum est, & ad vitam. Sed si dominus mortis, & dominus domus infirmitatis vel dominus dom⁹ alterius mortis, fortificantur per situm, aut per aspectũ: præcipuè quando impediunt lunam, tunc hoc est malum signum, & ad mortem: sed quando impediuntur, & debilitantur, tunc bonum signum est. Item bonum est considerare diem natiuitatis patientis, vel partus, hoc est per planetam, qui fuerit dominus super alios in natiuitate patientis, siue partus: & ille fuerit, qui planeta testimonium habuerit fortitudinis in ascendente. Si igitur dominus natiuitatis illius bene se habuerit: nec combustus, nec retrogradus, nec aliter impeditus fuerit, patiens fortificabitur, & viuet: sed si debilitatus fuerit modo aliquo, signum est fortitudinis cum debilitatione patientis, aut etiam mortis. Item sciendum est, quòd dies alius in ægritudine est fortioris virtutis, quæ est ad crisim bonam: quia cùm signa sint opposita, & quodlibet signũ habeat duas qualitates, sicut elementa: tunc Luna in 7. die semper est in signo sibi opposito in ambabus qualitatibus, aut saltẽ in accidentalibus, qualitatibus illi signo, in quo incipit ægritudo: quia sicut apparet per mediũ motum Lunæ, Luna in septima die intrat signum 4. verbi gratia, si ægritudo alicuius inceperit Luna existente in Ariete in septima die, erit in Cancro in simili gradu, in quo fuit: vt si fuerat in principio Arietis, erit in principio Cancri, & sic de alijs. Aries autẽ cùm sit calidus & siccus opponitur Cancro, qui est frigidus & humidus in vtraque qualitate. Similiter si in prima die fuerit ægritudo in Tauro, in 7. erit in Leone: quia licet non opponatur ei in vtraq; qualitate, opponitur tamẽ in aliquibus actiuis, ita ꝙ si ægritudo causatur ex frigido, multum iuuatur tunc natura ab influentia corporis cœlestis, Luna existente in signo calido, vt in proposito exẽplo. Similiter est, si in principio ægritudinis fuerit Luna in Geminis, in septima erit in Virgine, quæ sibi opponitur in vtraque qualitate, & sic de cæteris. Vnde nisi fuerit Luna impedita, vel debilitata, semper in actiuis fit melior crisis, vel saltem fortior in septima die, quãtum est de virtute corporis cœlestis: quia licet in die 9. sit Luna in signo opposito, quò ad situm in qualitate, non tamen opposito, quo ad formam fortiorem, sicut 10. signum: quia 7. signum semper opponitur illis in vna qualitate actiua, vel in vtraq;, scilicet actiua, & passiua, vt patet. Aries est calidus & siccus. Libra calida, & humida, in sola siccitate & humiditate opponitur: similiter & Gemini & Sagittarius: Similiter Taurus & Scorpio in eisdem qualitatibus: ideo nõ est ita fortis actio septimi signi ad primum, sicut decimi ad idem primum: siccum non ita agit contra humidum, sicut calidum cõtra frigidum etiam fortior est in vndecimo die, ꝙ in 9. quia in nona die semper occupat Luna signum sibi oppositum prior in actiua qualitate semper: sed illa 10. est sola: sed in vndecimo die Luna est in signo in vtraque qualitate præopposita, vt in priori opposito signo. Verbi gratia: Aries est calidus & siccus. Virgo frigida & sicca in actiuis solis opponitur. Taurus & Libra in vtraque: Gemini & Scorpio in actiuis solis, per hoc potest fieri comparatio in illis diebus crisis, quia meliores sunt, & fortiores. Sed de his & alijs pertractatis breuiter & indiscussè pertranseo, quia non habeo intentionem, nisi respondere, quo modo Medicus operans potest iuuari in opere, & in prognosticatione per scientiam astrorum, & quomodo Medici non incurrant in errores intolerabiles illi, qui ad hoc non considerant.

De diebus criticis.

De Virtutibus Lunæ in signis, in confortando, vel debilitando virtutes corporis, Cap. XI.



QVANDO autem Medicus practicans non potest semper habere certa loca planetarum, vt omnia particularia: tunc hoc consideret in Luna maiori efficacia, quò ad motum humorum, & ægritudinum: ideò debent quidam canones notari ex sola dispositione Lunæ, præter alios Planetas præacceptos. Notandum igitur, ꝙ sicut virtus attractiua viget p calidum & siccum, sic in corpore misto ex quatuor elementis debet cõfortari, quando vtiq; talis virtus viget in circulo, vt quãdo Luna est in signo calido & sicco. Similiter retentio debet confortari, quando Luna est in frigido & sicco signo: Similiter digestio debet confortari, quando Luna est in signo calido & humido, & sic expulsio iuuari debet, quando Luna est in frigido & humido, & qui hoc negligit, non curat, ꝙ motus, immò potius virtus circuli contrà operetur: vt scilicet quando confortatur splẽdando medicinã laxatiuam, virtus cœlį vel circuli per influentiam Lunæ operabitur ad retentiuã fortificandã, & ita in alijs: & ideo verũ est, ꝙ verum dico de talibus influẽtijs.

Scire aliquid laus est, sed turpe, nil discere velle.

Notandum, quòd si aliquis voluerit per

operationem medicorum confortare virtutem retentiuam, ipse debet eligere, quod Luna sit in signo frigido, & sicco, sicut in Tauro, vel in Virgine, vel Capricorno, & sic administrando signum frigidum & siccum sit ascendens: & sic potest fieri talis confortatio in simili cōstellatione, & stando efficacius, & melius operabitur. Vnde secundum Thebith imagines fiunt, habentes virtutes lapidum preciosorum mineralium, nec ab aliquo habent virtutem, nisi ab aspectu planetarum in tempore, quo artificiuntur, cùm materia illarum sit terrea, quòd aptè fiunt, vel metallea, id est, tunc ex parte materiæ nō potest multam acquirere virtutem, sed solū ex virtute cœlesti, quæ fit in tempore factionis eorum, sic est de confectionibus quibuslibet à Medicis compositis, paulominus habent virtutem à tempore confectionis: sed in illo comparatur melius, quàm ex parte materię, ex qua componuntur. Vnde confectiones facientes ad confortationem retentiuæ debent fieri in dictis constellationibus, sicut sunt, sacharum rosaceum, diacitoniten, dia papauer, & similia. Si autem quis velit confortare virtutem expulsiuam, debet medicinam suā propinare Luna existente in signo frigido, & humido vel saltem in humido, & quòd tale signum sit ascendens: vt quando Luna est in Cancro, vel Scorpione aut Pisce, nisi aliud contradicat. Similiter confectiones ad hoc valentes debent componi in constellatione consimili, vt sunt omnes medicinæ laxatiuæ, vt non solē virtus operis, vel confectionis, aut compositionis debet euacuari eorum, sicut ex materia: sed tunc ex virtute cœli, & influētia. Verùm cùm diuersi diuersos humores aspiciunt, oportet attēdere: quia semper quando est aliquis humor, debet eligi tempus, in qua planeta illū humorem aspiciens malè se habet, aut debiliter causatur, qua dicit, quòd tunc non est facienda euacuatio. Vnde notandum est, quòd Saturnus aspicit melancholiam: quia illa generat, & creat, & animalia melancholica de iure dicūtur Saturnina: Mars respicit choleram, quam generat & augmentat. Sol, Iupiter & Venus habent respectum tantùm ad sanguinem: sed Luna aspicit phlegma. Sic igitur similiter patet, quis planeta in medicina laxatiua debet debilitari, & quis nō. Similiter autem faciēdum est in omni alia purgatione suo modo. Confortatur autem id, quod fit in omni tempore faciendo, secundum quod planetæ habent proprietatem in signis talibus, & talibus: sicut Luna diuersimodè operatur, secundum quod est in signo diuersimodè dispositio. Item notandum est, quòd cùm Luna est in signo retrogrado, bonum est dare medicinam vomitoriam, vt in Cancro, & quando datur medicina Luna existente in Leone, tunc nocet stomacho, & gutturi: ita quòd facit vomere sanguinem: nec est tunc bona phlebotomia, quando Luna est in via combustionis, sicut in fine Libræ, & in principio Scorpionis, vt in vtroq; per 15. gradus Item quædam signa sunt, vt Aries, Taurus, Scorpio, & Capricornus, in quibus cùm Luna erit, si detur medicina, citò euomet eam ille, qui acceperit. Vnde nō debet tūc dari purgans per secessum, sed per vomitum. Generaliter igitur intelligendū est, quòd tempus eligendi est ad medicandū, quando Dominus ascendentis est liber à malis, & Luna similiter, nec alter eorum impeditus est in malo, sed est Dominus domus decimę bene dispositus: & tunc Medicus bene potest administrare medicinā. Alio modo, si eam administret non considerando ad hoc formalia & virtualia negligatur propter cōsideratione ad talia medicinalia magis, quæ sunt partes confectionis: & si sanetur, hoc est à casu, nec est eius donum, sed gratiæ. Summè autem debet cauere à medendo, cùm Luna est in malo aspectu, vt cum Marte, & Saturno. Similiter in principio ægritudinis, si Luna fuerit in signo mobili, sic est variabilis infirmitas & citò permutabilis. Si autem fuerit in signo stabili, sic erit infirmitas stabilis in vno statu: si in signo mediocri, mediocriter se habet. Optimum autem medicandi tēpus cœteris paribus est, quando Luna est in pisce nec impedita. Hæc & alia plura particularia de iudicijs infirmitatum essent dicēdo, sed hoc pertranseundo sunt notanda, nec qa detur perfecta & completa doctrina, sed quia per hęc sequitur & intelligitur, quando aliqs est præbēs & iactator, de omnibus se iactans, habeat aliquantulum sciētiæ cautelam: quia multi de huius modi arte iactāte se qui non nouerunt eam, & quando pro inquisitione profundantur omnino vani aut nihil scientes ad hoc reperiuntur scientes.

SECVNDI ET VLTIMI TOMI OPERVM
ARNALDI VILLANOVANI
FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN ARNALDI OPERA OMNIA, TAM MEDICA, QVAM EXOTERICA INDEX COPIOSISSIMVS.

B

bleta

inter

complexio-

in Cu-

E

G

H

in Hec-

I

L

lotionis

N

Q

R

S

T

virtus

F I N I S.

Z

LECTORI S.

IN ignoto qui nauigat ęquore, rectore aut nullo aut ventis satis non exercitato, cursum rectum semper vt teneat, fieri qui quæso potest. Idem & nobis in editione Arnaldi accidit, de quo pluribus te monere nõ est locus, hoc omnino nobis persuadentes, te, si rationes typographicæ, præsertim in isto Arnaldo excudendo extra limites saltē tibi nota essent, non solùm facilè daturũ veniam, si quid erratorum occurret: Verum etiam nobis gratulaturum, quòd ex tricis istis barbaris satis etiam feliciter nos explicuerimus: Corrigenda ergo ita obseruabis, primò numero folium, secundò versum demonstrante:

1. 28. *scilicet* 4. 27. *quia* 6. 6. *principia* 9. 60. *sed etiã latitudinẽ nõ solũ ætatis & tẽporis regionis & regiminis: sed etiã, & c. lege, sed etiã latitudinẽ pluriũ indiuiduorũ, & omittantur præcedentia, non solũ ætatis, & c. tanquã superflua.* 10. 3. *proinde. Eodẽ* 42. *quartũ.* 12. 25. *in qua tantũ vnica & tantũ dominatur, & c. lege, in qua vnica tãtũ dominatur qualitas* 15. 20. *puræ.* 17. 56. *consimilia.* 18. 3. *quãdoq;*. 19. 14. *est illorũ operũ vitæ.* 21. 63. *scilicet, lege sed. eodem* 20. *caliditatis.* 28. 65. *sed.* 35. 40. *contra naturam.* 37. 4. *licet. eod.* 6. *rememorat. eod.* 24. *calidus & siccus.* 38. 47. *temperatæ.* 40. 59. *aromaticæ. eod.* 58. *quidam. eod.* 59. *quidam.* 43. 18. *& secundum.* 45. 50. *oportet.* 46. 9. *quia. eod.* 16. *confectionis.* 48. 37. *sed.* 50. 6. *apij.* 54. 29. *alcool.* 56. 25. *existente.* 61. 5. *sandali* 64. 40. *ratiocinando.* 76. 12. *panis.* 76. 56. *frequenter.* 131. 11. *tollunt.* 134. 44. *ipsorum.* 146. 22. *graduatione.* 188. 60. *pro etiam leg. &* 234. 14. *autem.* 317. 53. *partum pro patrum.* 319. 22. *homo.* 337. 40. *in secundo* 502. 65. *species.* 504. 41. *obtinere.* 621. 5. *iuuantem.* 631. 24. *quot* 634. 49. *somniauit.* 635. 39. *torturas.* 646. 41. *esse.* 656. 24. *dubium.* 657. 3. *patere.* 627. 2. *indigent.* 713. 17. *mensæ.* 933. 40. *dominorum.* 753. 25. *meliori.* 757. 54. *portendit.* 766. 62. *inhabitantes.* 805. 46. *præferendi.* 815. 44. *succus.* 872. 31. *aut retentio.* 992. 34. *æsophagus.* 1010. 17. *futura.* 1011. 32. *potionem.* 1015. 1. *sanguis.* 1033. 37. *quicunq;*. 1065. 8. *existat, postea.* 1130. 2. *sit.* 1250. 1. *colorem* 1343. 56. *nasale.* 1584. 27. *paucitas.* 2005. 39. *conuertentes. Inuenies semel atq; iterum, Capill. venæ, lege capillus Veneris.* 86. 8. *sed.* 56. 22. *in myrobalanis citrinis & chebulis.* 97. 25. *quæ.* 99. 56. *naturam.* 106. 10. *lapis lazuli.* 114. 40. *erysipelade* 120. 57. *Cretamus.*

Series Characterum.

):(a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Ba Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm No Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX.

Omnes terniones præter OO duernio.




MEIS VERBVM TVVM LVCERNA PEDIBVS
P P

